A 4
12a

del Colegio de la Compañia de Jesus de Granada
R. 10693
B.a

IN TIT. DIG.

DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE COMMENTARIA AMPLISSIMA.

In quibus præter exactas verborum omnium quæ ad ius ciuile pertinent significationes, Iurisconsultorum veterum phrases & locutiones, ex illorum quæ quidem extant scriptis collectas, effectus vtilitatésque omnium quæ in hoc titulo continentur legum, explicantur, ex iisque ad forensem vsum quæ spectant, elucidantur.

Opus ipsum quidem maximè vtile & necessarium forensem aleam ingressis, tum ob ipsam tituli materiam, maximè verò ob pulcherrimarum decisionum, & in vsu forensi frequentium, plurimorum arestorum, nec passim obuiorum, omnium denique constitutionum Regiarum breuem & accuratam explicationem.

Auctore D. PETRO REBVFFO de Montepessulano, I.D. & C. publicóque professore in Academia Parisiensi, necnon in supremo senatu patrono.

Cum indice rerum ac verborum locupletissimo.



LVGDVNI,
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.
M. D. LXXVI.
Cum priuilegio Cæs. Maiest. & Christianiss. Galliarum Regis.

Summa priuilegij Imperatorij.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti publico edicto cautum est Guilielmo Rouillio ciui & typographo Lugdunensi, & sancitum, nequis cuiuscunque status, gradus, ordinis & conditionis, siue sit chalcographus, vel bibliopola, siue alius quilibet, quacunque sacri Romani Imperij & ditionis eius fines patent, hæc D. Petri Rebuffi Montispessulani Commentaria in titulum de verborum & rerum significatione, nisi ipsius Guilielmi Rouillij aut heredum eius permissu, intra decennium eadem, aut alia minori forma excudat, aut excudenda curet, vendat ipse, aut cuiquam diuendenda mandet, aut denique excusa ab aliis intra eiusdem Maximiliani & Imperij fines vendenda importet, seu quouis modo distrahat manifestè vel occultè, vel quouis alio prætextu: alioqui sibi mulctam decem marcharum auri puri irrogatam sciat, quarum dimidia fisco Imperiali fraudis vindici, residua verò pars ipsi Guilielmo Rouillio, aut eius heredibus, aut ab illis mandatum habentibus, cedet, præter librorum amissionem, quos per se idem Rouillius, vel per suos, vbicunque locorum nactus fuerit, adiumento magistratus loci, vel citra, propria auctoritate sibi vindicare, inque suam potestatem redigere poterit. In cuius rei fidem ipsi edicto manu subscripsit, & sigillum apponi iussit Cęsarea Maiestas, vt latius patet in ipso diplomate dato Pragę decimaquarta die mensis Iunij, anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimoquinto. Subsigq.

MAXIMILIANVS.

Ad mandatum sacrę Cęs. M. proprium.

A. Estenberger.

Extraict du priuilege du Roy de France & de Pologne.

PAr grace & priuilege du Roy est permis à Guillaume Rouille libraire de Lyon, d'imprimer ou faire imprimer vne fois ou plusieurs, ce present liure intitulé D. Petri Rebuffi Montispessulani Commentaria in tit. de verborum & rerum significatione: *lequel liure il a recouuré auec grans frais, mises & despenses: & pource est faict defense de par ledict Seigneur, à tous autres libraires, imprimeurs & personnes quelconques, de non imprimer, vendre, ni distribuer en ses pays, terres & seigneuries, ledict liure: si ce n'est par le consentement dudict Rouille: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date que sera paracheuee la premiere impression: sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des liures qu'ils auroyent imprimez. Et à fin qu'aucun ne puisse pretendre ignorance du present priuilege, ledict Seigneur veut & entend, que l'extraict d'iceluy estant mis au commencement dudict liure serue pour toute notification. Car tel est son plaisir, nonobstant oppositions & appellations quelconques, comme plus à plein est contenu & declaré par lesdictes lettres de priuilege, sur ce données à Lyon le vingt vnieme Ianuier, mil cinq cens septante cinq, & de son Regne le premier.*

Par le Roy, à vostre relation,

Signé, MORE.

Et scelé du grand seau en cire iaune à simple queuë.

ILLVSTRISSIMIS BORBONII ET LOTHARINGIAE PRINCIPIBVS, ET Cardinalibus excellentissimis,

Petrus Rebuffus
S. P. D.

HOMERVS ille poetarum princeps, principes illos optimos esse iudicabat, quibus ab Ioue imperium ditióque mandata esset, quíque deos colerent, iura tuerẽtur, curam denique hominũ sustinentes, populorum pastores merito dicerẽtur: idcirco eos διοτρεφεας appellare solebat, quasi à Ioue educatos. Quod quidem ipsum vobis, principes illustrissimi, accommodatissimum cuique videbitur, si ortum vestrum perspiciat non solum ab optimis ductum maximisque Franciæ regibus, qui clemẽtia, religione, rerum gestarum gloria, virtutum denique omni laude fuerunt cumulatissimi: sed etiam si vestram velit institutionem educationémque accuratissimam & singularem animo repetere. Nam à teneris annis bonis literis cùm Græcis tum Latinis instructissimi, ad iuris & alias disciplinas pòst vos contulistis, quæ ad gubernandam tuendámque rempublicam maxime sunt idoneæ: in quibus ita estis versati, vt iam Gallorum respublica vestro consilio & auctoritate administrari regique cernatur: vt nec antea quidem à vobis ita à summis ac optimis & natis & institutis alia quàm summa ac optima expectanda viderẽtur. Alexander ille magnus Magni nomen non solum nactus est, quòd patre magno & sapiente Philippo Macedonum rege ortus esset, sed quòd etiam ita edoctus, vt merito Magnus suapte ipse potius quàm aliena virtute dici deberet. Itaque vt ceteras disciplinas, quibus diligenter dedistis operam, taceam, vestrum iuris eximium studium ipse, quo præceptore priuatim vti voluistis, iam palam testari & confirmare possum: & quoniam in iure docendo, quæ à me sunt tradita, ea apud me diutius pòst asseruauerã, ac iam tandem rogatu amicorum in vulgus iactare impellebar, non aliÿ certè quàm vestræ amplitudini & memoriæ consecrare volui: vt quæ à vobis initium cepissent, & quasi apud vos sata plãtatáque essent, ita

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ſuum veſtris auſpiciis publicum apud ſtudioſos exitum & fructum, quem non vulgarem ſpero fore, haberent: idque totum quicquid erit compendij, vobis omnes accepto ferant: veriſimum verò ſit teſtimonium meæ erga amplitudinem veſtram obſeruantiæ, obſequij, & cultus. vt enim in vobis mea inter mortales ſpes ſemper fuit, & eſt maxima: ita illius ſpei hoc volui pignus eſſe perpetuum. Valete. Datum Lutetiæ kalendis Octobris, anno

1 5 5 7.

AD LECTOREM.

MEMINI, Lector beneuole, cum primum in hanc ciuitatem egregiam appuliſſem, me à ſupremo Senatu munere profeſſorio (quod dicunt Regentiæ) donatum fuiſſe: & cum id muneris ſuſcepiſſem, ab ſcholaſticis ſæpius rogatum, vt illis titulum de verb. ſignificatione in vacationibus interpretarer: quibus morem gerens, duabus ſubſequentibus feriis & vacationibus, aliquot leges ſum profeſſus. At cum diu illa pars incompleta in meo ſtudio cerneretur, fato contigit vt ab illuſtribus principibus & præſulibus, vt eis ius interpretarer, euocatus fuerim, illíſque Inſtitutiones Iuſtiniani, ac demum iſtum titulum elucidauerim, datúmque negotium, vt quæ ore eis proferebam, ſcriptis mandarem. quo factum fuit, vt iſtum titulum ſic, ſine tamen Hermione cõplerem: verum multis poſtea annis, eo quod nullus eſſet qui in hac re auxilium Mecœnatíſq; officium præberet, derelictus fuit, & ad alia, quæ lucrum maius afferre videbantur, me contuli. Verum enimuero ne hic labor, deficiente adhuc Mecœnate, reipub. periret, ex animi mei ingenuitate, & vtilitatẽ ſemper publicam anhelans, ad ipſum opus perficiendum, me totum, omni lucro omnibúſque aliis negotiis omiſsis, applicui. In quo opere tria maxime ſecutus ſum, primò ſignificationes verborum, deinde Iuriſcon. phraſes: vltimò effectus & vtilitates adiunxi, vt ex hoc opere & interpretari quis iura, ac conſulere, & iudicare in omni terrarum orbe, vbi legibus aut moribus vtantur, iure poſsit, ac commode. Et vt teſte Cic. in philoſophia res ſpectatur, non verba penduntur: ſic & leges rebus, nõ verbis factæ creduntur. Et ſi in eo fucos verborum non perquiſierim, nec vllum dicendi rigorem: vtilitatem tamen & lucrum maximum ex hoc noſtro opere conſequi poteris. Quamobrem potius vtilitatem, quam verborum ſonitum intuere, & illam amplecti in hoc noſtro opere cures, & ab ea alienus nõ eris. Boni etiam cõſules, ſi quædam, quę tibi facilia videntur, expoſuimus: quia hic titulus maxime ad ſtudioſam iuuentutem pertinet: ideo ſingulas ſignificationes pro virili explicare volui: & quandoque plures in vnam conueniunt, quæ forte vna cõprehenſæ fuiſſent: tamen vt dilucidius ac melius iuuenes intelligerent, eas ſeparaui. & interdũ tex. vni ſignificationi conuenientes per ſcribam meum in alia cõſcripti ſunt, quos multis negotiis obrutus & prælectionibus, non potui ad amuſsim ad ſua loca tranſmittere: ſed fideliter omnia iura videre & intueri volui, in quibus ſi per typographum non immutentur, decipi non poteris. Vale.

VMBRAE, SEV MANIBVS PETRI

Rebuffi iurium doctoris & Comitis, Antonius Vzillis consiliarius Regius curiæ præsidialis Montispessulani.

NEMO qui diutina tui consuetudine vsus est, vnquam te existimauerit animo tam acerbo fuisse, vt moriens huius operis admirandi fructus posteritatem percepturam vberrimos minime patereris. Et licet fruamur tuis libris ante in lucem editis, incredibilem continentibus eruditionem: officia tamen tua in nos collata, & tui in scribendo immensi labores non sufficere videbantur, si hoc tuum opus de verborum & rerum significatione, latēs sub tineis, sempiterna sepeliuisset obliuio, & illius lectionē vtilissimā nobis denegauisses: hi enim libri tales sunt, vt omnes iuris studiosi eos in manibus debeant circumferre; nam omne ius in æqui verborúmq; discrimine positum est; congessisti in illo certos canones legū, quorum insciti a rota iuris lectio est tenebricosa. Huius rei nos testes sumus, qui in litiū decidendis quæstionibus quotidie versamur. Nam causidici in foris tribunalium obstrepentes iuris neruos nodosos ex verborum differentiis ingeniose exquirunt. Merito igitur, Rebuffe, manes tui apud inferos excruciarentur, si hæc veneranda commentariorum volumina nobis tradita non fuissent. Et certè parum quidem est, prolis pulchræ quemquam genitorem esse, nisi ipsam natam parens conseruauerit: alioqui partus crimine suffocati esset damnandus. Parentes liberis gignendis dant operam non sui tantum gratia, sed ad publicos vsus, & ad frequentiam hominum in ciuitatibus inducendam. Quid ergo tot vigiliæ, & labores inexhausti profuissent, si illos sapientiæ inimica obliuio hausisset? Quo fit, vt maximæ sint gratiæ habendæ sagaci illi tuo nepoti Andomaro Rebuffo I. V. D. eiusque plurimi facienda solertia, cuius opera sunt hæc tua veneranda volumina, alioqui peritura, ab interitu redempta: effectúmq; est, vt fruge tam salubri posteritas sit fruitura. Debemus igitur tibi quidē plurimum, ob tanti muneris largitatē: sed illi nepoti tuo fere non minus, si quis hoc eius beneficium erga nos exactè æstimet. Te igitur rogamus, diuine Rebuffe, quo cœlitum incolis ciuitatem, vt nobis opera tua attente legentibus, bene optes: & vt diuinus ille spiritus, qui cæcas mentes fulgore veritatis illustrat, tenebras discutiat ignorantiæ, vt grandis huius voluminis assequi intelligentiam possimus. Vale.

VITA D. PETRI REBVFFI.

QVAM vtile iucundúmque sit, vitas clarissimorum virorum conscribentium propositum, palā est documēto vtilitas quę ex earum lectione colligitur, & quam præ oculis eos omnes habuisse certissimum est. Nec enim Plutarchus, Tranquillus, ceterique qui in hoc scribendi genere desudarunt, aliud sibi proposuisse existimo, quàm certam normam omnibus posteris relinquere bene rectéque viuendi ex variis diuersísque præceptis collectam, in qua quid sequendum, quidve vitandum foret, daretur. quod ita dici volo, vt iis sit satisfactum, qui minus vtilitatis quàm incommodi ex illorum scriptis reportari censent, quòd pauciſsimorum vitas describant qui bene beatéque vixerint, quinimo eorum plurimas, quorum ob vitam malè actam exitus infelices fuerunt. Quotusquisque enim istorum est, cuius nō aliquod vitæ institutum optimum fuerit, & cuius obseruatio plurimum profutura? Sed hęc alterius loci sunt. Facturus igitur operæ pretium, mea quidem sententia, videbor, si Dom. Petri Rebuffi vitam posteris tradidero, quòd & is suo seculo celeberrimus fuerit Iurisconsultus, & piè sanctéque vixerit, memoriámque suam ita nobis commendarit, vt nemo non eius nomen summa cum laude celebret.

Natus igitur est hic Petrus Rebuffus circiter ann. Dom. millesimū quadringentesimū in loco vulgo nuncupato de Ballanicis, nō ita procul à Mōtepessulo: patre Ioāne Rebuffo, matre verò Magdalena Clara: illo quidē oriūdo ex celebri & antiquissima Rebufforū familia, & in qua plures multíque clari viri fuere, Andomarus videlicet Rebuffus, huius nostri tritauus, Petrus Rebuffus abauus, Bonafide Rebuffus proauus, ex quo Bartholomęus Rebuffus eius auus, & D. Iacobus Rebuffus patruus eius magnus, iurium doctor & Comes, qui cum Placentino & Azone, aliisque iurium professoribus apud Mōtempessulum legalis scientiæ fundamenta iecit, commentaria in tres posteriores Codicis libros edidit, & Regi Francorum Carolo quinto in plerisque officiis tam aduocationis totius Seneschalliæ Bellicardi & Nemausi, quàm iudicaturę totius palatij Montispessulani, adfuit: ab eóque circiter annum Domini tercentesimum nonagesimumquintum supra milleſimum impetrauit toti familię Rebufforum ius & insigne nobilitatis, qui & obiit vigesimo secūdo die mēsis Martij, anno Domini millesimo quadringentesimo vndecimo, & sepultus est pro foribus Ecclesię Magualenes, quo in loco & sepulchrum eius hodie visitur: necnon & D. Ioannes Rebuffus, dicti D. Iacobi frater, qui & nonnullos magistratus Regios exercuit: ex quibus multę etiam & percelebres familię tam in ciuitatibus Luquensi & Genuensi, quàm hic Montispessuli prosiliere. Illa verò Magdalena ex celebri etiam & antiqua familia oriunda. Fratrem autem & hic noster habuit Iacobum Rebuffum, patrem Andomari Rebuffi, cuius opera hęc de verbor. significatione commentaria in lucem sunt edita, à quo & alij quamplurimi orti sunt. Cum igitur Petrus hic Rebuffus primis literarū elementis aliquandiu in dicto loco de Ballanicis operam dedisset, ab eius patre Montempessulum missus, Grammaticæ, Rhetoricæ, aliisque liberalibus artibus cum se totum addixisset, profectusque magnos fecisset, iuri ciuili operā dedit: in quo cum multum profeciſſet, iuráque inibi aliquandiu esset publicè maxima cum laude interpretatus, baccalaureatus gradum est adeptus: postmodum anno milleſimo quingentesimo decimooctauo Tholosam profectus cum inibi iura publicè in scholis professus per aliquod tempus esset, Cadurcum venit, vbi docendi munere in vtroque iure per quinquennium suscepto, licentiaturæ doctoratusve in vtroque iure gradibus insignitus est: à Cadurco ciuitatem Pictauensem profectus, iura ciuilia docere inibi incepit: indéque à ciuibus Bituricensibus, vel potius à Regina Nauarrę, illius audita fama, accersitus & rogatus, magnis propositis prœmiis, Auaricum accedere coactus fuit: cuius etiam consilio iidem ciues impulsi, Dom. Andream Alciatum iurium doctorem, vt simul cum eo in eorum ciuitate iura doceret, vocarunt: atque per sex annos non sine magna, & fere innumerabili studiosorum frequentia cùm Germanorum, Italorum, Hispanorum, tum Gallorum & aliarum nationum nota omnibus iura fecerunt. Tum demum circiter annum 1533. Lutetiam inuisens ob singularē eius eruditionem, magna fuit in gratia, illique mu

nus iura canonica profitendi, coacto fere à senatu supremo, datum est. Nam cum omnes iuris canonici doctores in Academia Parisiensi professores dicerentur: & ex illis duo tantùm legerent, qui nuncupabantur primus legens, & secundus legens, placito curię ordinatum est, vt sex numero professores essent, ex quibus tres horis matutinis & tres horis pomeridianis legerent: ad hoc autem munus allegi non possent, nisi qui biduo continuo super diuersis iuris articulis respondissent: imò etiam, vt qui aliorum iudicio doctorum, tum scholasticorum applausu doctior haberetur, is professor ex illis sex vocaretur: quod cum Do. Rebuffus obtinuisset, senatus primas illi detulit. Et abhinc in supremo illo senatu causas forenses quandiu vixit, cùm docendo, tum scribendo & consulendo exercuit. Ab annis enim puerilibus ad vltimum vsque vitę suę diem Reipublicæ inseruire semper studuit, parentibus etiam, amicis, dulci patria & bonis paternis relictis, opibusque & diuitiis honoribusque, & his similibus prætermissis. Nam tametsi ad officium dominorum de Rota Romę à summo Pontifice Paulo tertio, necnon senatorum & præsidum sacri magni consilij, & ceterarum curiarum supremarum, videlicet Rotomagẽsis, anno 1536. Tholosanę, anno 1541. Burdegalẽsis, anno 1555. Parisiẽsis, eodẽ anno 1555. nominatus fuerit: tamen hæc omnia susque deque habuit, adeo incredibili literarum studio flagrabat, & Reipublicæ vtilitati semper inhærebat. Patriam autem propriam, quamuis absens, ita coluit & amauit, vt cùm anno 1548. in senatu Parisiensi lis deuoluta ratione officij scribæ perpetui dominorum consulum curiæ ordinariæ Montispessulani esset: sciens hanc litem contra statuta & priuilegia ciuium Montispessulanorum motam, ita iudices huius negotij instruxit, & singulos de facti veritate commonuit (nulla prẽmij spe motus, sed vt indemnitati patrię, & dictorum ciuium vtilitati cõsuleret) vt tandem arresto magni consilij, scribę officium ciuitati adiudicatum fuerit. Cumque Magalonensis ecclesia, quę erat regularis, translata fuisset anno 1536. Montempessulum, & monasterium beati Germani ordinis sancti Benedicti in ecclesiam cathedralem secularem sub inuocatione diui Petri reductum & erectum esset: ac ex duabus ecclesiis vna effecta esset, & vnita omnia essent beneficia ab illarum collationibus dependentia, omnésque etiam ambarum ecclesiarum religiosi & monachi, canonici seculares facti essent: quibusdam ex eis reclamantibus, & vnionem beneficiorum irritam facere volentibus, (ad instar eorum qui diui Aegidij Nemausensis secularisationem & beneficiorum vnionem persequuti fuerant, & irritam magni consilij arresto iudicari fecerant) mota lis est, & in dicto consilio agitata. Cúmque reclamantes litem prosequerentur, & simile iudicium se facilius consequuturos sperarent, si Dominus Rebuffus (promissione ei facta beneficij sanctorum Iuliani & basilicę loci de Ballanicis, in quo natus erat, & cuius reditus erat quingentarum librarum, per obitum Emerici de Costa vltimi illius possessoris vacantis) cum eis se liti iungeret. Re communicata, & narrata, reclamantibus respondit, his verbis, Nolo id mihi vitio dari, & mea causa hoc factum dici, si dicta vnio sit facta contra sacros canones, & in detrimentum peritorum: semper enim vtilitatis patrię rationem habui potius, quàm meę. Quare ob eam rem laudem meretur perpetuam, quod magis virtutis & famę, quàm fortunę accessionem quęsierit. Fuit prętereà mitis, castus, sobrius, affabilis, pauperum amator, vt quibus maiorem bonorum partem elargitus sit, fidei catholicæ religiosissimus obseruator, hæresúmque cùm dictis, tum scriptis oppugnator: summo & incredibili studio literis semper addictus, adeo vt sexagenarius literas Hebraicas & Græcas ediscere voluerit. posthęc anno 1547. diuino cultui se dedicauit, adeo vt singulis ad minus ter diebus in hebdomada sacrificaret: tandem verò sic deo deseruiens, febre quadam correptus, condito prius testamento, quo dictum Andomarum iurium doctorem, filium fratris, suum heredem instituit, sacramentísque ecclesię rite honorificéque & deuotè ab eo susceptis, animam Deo reddidit, secunda die Nouembris 1557. eiúsque corpus cum decore sepulturæ Parisiis in sacello Beatæ Mariæ collegij magistri Petri Bertrandi, aliàs Aeduensis traditum est, non sine magna omnium peritorum deploratione, & Reipublicæ incommodo. Quanquam autem vita eius breuis fuit, gloriæ cursus longæuus erit: nam multa egregia opera in ius ciuile & canonicum edita, reliquit: quædam iam in lucem prodita, quædam typographis tradita, quædam etiam quæ ab herede excudenda parantur: & quia memorabilia sunt, hìc recenseri oportere putaui: sunt autem hęc: Commentaria in concord. Regni Franc. Praxis beneficiorum, Commẽta. in decisiones Rotę, tractatus de nominationibus, de pacificis possessoribus, de decimis, de congrua portione, de alienatione rer. ecclesiast. de causa possessionis & proprietatis; de exceptionibus, Commenta. in bullam cœnę Domini, repetitio in cap. postulastis. de cleri. excom. ministran. priuilegia scholasticorum, cum interpretatione authen. habita. C. ne filius pro patre. Arbor exceptionum in ff. no. Arbor feudorum in volum. Arbor intereſſe, interpreta. l. vnicæ. de senten. quæ pro eo quod interest proferunt. C. interpretatio l. quod iussit. de re iudic. ff. lectura super legem, si

gem, si debitor. ff. de fideiuss. & mandat. Commentaria in stylum curiarum parlamentorum, Commentaria in constitutiones Regias Gallicas in tres tomos reducta, Constitutiones Regiæ in duos tomos & rubricas redactę, Commẽtaria in stylum Biturigum, tria volumina resolutionum ad ius ciuile, tria etiam volumina ad ius canonicum, vnum volumen consiliorum, & vnum volumen in hunc titulum de verb. & rer. significatione ff. quem tam publice scholasticis Parisiis, quàm priuatim illustribus viris & Principibus Carolo à Borbonio, & Carolo à Lotharingia Cardinalibus sanctæ sedis Apostolicę (quibus hoc opus dedicauit) interpretatus est. Sunt autem & alia multa quę scripsit, quę à suo herede Do. Andemaro, in potestate cuius sunt, Deo duce in lucem breui edẽtur. Hactenus de familia, vita, moribus & libris Dom. Petri Rebuffi. Superest, vt cum huius viri optimi & doctissimi exemplaria proposuerim, enitantur studiosi quotquot sunt aliqua ex parte eum referre: fruantur eius vigiliis: fruantur etiam manes illius tranquillitate perpetua: fruatur hospitio terrę corpusculum pię mentis: fruatur cœlo anima, & vireat post mortem Rebuffi fama: gratuletur locus de Ballanicis, in quo natus est: gratuletur Montispessulanensis patria, quę fuit illi dulcissima: gratuletur Tholosa ciuitas, & Cadurcum: gratuletur Pictonum regio, & Biturigum: gratuletur etiam Parisiorum schola, & senatus: & vt tandem finiam, vniuersa Respublica Gallorum gratuletur.

AD LAV

AD LAVDEM D. P. REBVFFI DE MONTEPESSVLANO IVRIVM DOCTORIS ET COMITIS, AC in senatu Paris. causarum patroni.

ORtum Monspesulum: leges & iura Rebuffo
Cadurcum, Bituris, Picto, Tholosa dedit.
Hunc schola Parisiûm coluit, summúsque senatus,
Insignem doctrina, & pietate virum.
Pontificum canones, Francorum sciitáque regum
Effecit scriptis lucidiora suis.
Quattuor atque decem lustris feliciter actis,
Cœlo animam reddit, corpus inane solo.

Ad eiusdem laudem.

Quod tam dulce canas, moribundum imitaris olorem:
Quod sic sanus agas, hoc tibi cedit olor.

Doctissimo viro & singulari P. Rebuffo, iurium Doctori & Comiti in alma iuris Pontificij facultate, supremique senatus Paris. aduocato, P. Boyer Forensis S.

SAlue Pontificum decus immortale sacrorum,
Quem tulit auspicio Gallica terra pio.
Petre iterum salue nullos moriture per annos,
Gloria nunc cuius parta labore viget.
Inclyta doctorum coluit te turba virorum,
Qui sacer es diuæ Palladis arte comes.
Candida Phœbiadum decorat te turma sororum:
Te Charites placidæ, Pieridésque colunt.
A teneris tibi sunt diuinæ semina mentis:
Florebit tanti fama decúsque viri.
Quouis iam peragres, primi referentur honores,
Gloria, fama, decus, laus, amor atque salus.
Sicut apes ruri mox vere nouo atque tepenti
Florifer os saltus peruolitare solent:
Sic tua tam celebris, quam totus non capit orbis,
Doctorum volitat fama per ora virûm:
Dogmatibúsque tuis totus nunc vtitur orbis,
Quæ redolent violas, atque Rebuffe, rosas.
Purpureis vt apes in floribus omnia libant,
Dogmata sic etiam nos tua percipimus.
Canonici iuris celebres tibi dantur honores:
Clarior est studiis Gallica terra tuis.
Ante viros omnes mira virtute coruscas,
Sol veluti stellis clarior ipse micat.
Ingenij monumenta tui, laudésque manebunt,
Gloria cum scriptis non peritura tuis.
Bartholus in medio quamuis clarissimus orbe,
Huic eadem virtus peneque robur inest.
Dogmata quæ fuerant tenebris demersa profundis,
Nunc rutilant studiis, docte Rebuffe, tuis.

Eiusdem

Eiusdem P. Boyer Forensis ad candidum & generosum Lectorem, operis commendatio & authoris.

FOrsitan hoc opus interdum mirabere, Lector,
Quis peperit clarum cui referatur honos.
Ipse Rebuffus adest, quo non præstantior alter
Extitit, vnde sibi fama perennis erit.
Cuius Hyperboreas nomen penetrauit ad oras,
Cuius & in toto cognita fama solo:
Gloria iam penetrat spatiosi climata mundi,
Noscitur authoris summus in orbe labor:
Cuius difficiles facundia soluere nodos
Ausa fuit iuri qui latuere sacro:
Ordine facundos, faciles, sensúsque decoros
Reddidit arguto perfacilique modo.
Bartholus obticuit lampas clarissima legum:
Maior enim gemini gloria iuris adest.
Atque recens toto rutilat lux fulgida mundo,
Credimus & priscum delituisse decus.
Fama grauis non est vnquam moritura Rebuffi,
Viuet inextinctum nomen in orbe suum.
Canonico iuri ciuilia dogmata cedunt:
Huic celebri supplet Bartholus inde Petro.
Nondum tanta sibi studiorum præmia quisquam
Arte sua meruit, quanta Rebuffus ouans.
Parturiunt paucos nunc secula nostra Rebuffos,
Scipiadas geminos, Annibalesque duces.

Eiusdem P. Boyer ad insignem & studiosum Lectorem hexastichon.

SI iuuat exculti decerpere gramen agelli,
Ex medio cuius fons scatet irriguus:
Huc ades & sacros hauri de fonte liquores,
Nectare mellifluo vti, ambrosíáque potes.
Cura peruigili lege nunc præcepta Rebuffi,
Cùm mage nil possis vtile habere domi.

Eiusdem P. Boyer exhortatio, qua præclarum hoc volumen impellit, vt quascunque vniuersi orbis regiones intrepide adeat, & quò ipsum fors tulerit, omni floreat æuo.

ILiber, omnigenas velox spatiare per oras,
Intactam penetra quidquid obumbrat humum.
Exi, ne trepides externas ire per vrbes:
Et decus omne tibi surgit & omnis honos.
Europæ atque Asiæ fines penetrabis amœnos,
Et salubres portus, perfaciléque vias.
Celtarúmque decus Lugdunum in colle repostum
Cerne, est magnanimis altera Roma viris:
Eximiámque aram perlustra, & nobile templum
Omnibus à Gallis illic in vrbe situm.
Quid ferat Allobrogum præclara Vienna colonûm

Metropo-

Metropolis cernes, quam ſtatuere patres.
Attica Regna petes, ac celſæ mœnia Romæ,
Pontificum ſceptro iam decorata pio.
Fac videas veterum fulgentia tecta Quiritum,
Romuleas turres, Cæſareóſque lares.
Fontes Caſtalidum repetes, ſyluaſque virentes:
Tum iuga Parnaſſi ſcandere celſa potes.
Denique luſtrabis regiones vertice montis
Undique finitimas, plura ſubinde loca.
Vrbes Dardaniæ repetes & Pergama Troiæ
Sæua, quibus Danai bella tulere duces.
Sidoniæ ſpatium Libyæque videbis vtrumque,
Quem tenuit quondam Scipio magnanimus.
Vade per Auſoniæ populos gentémque Latinam,
Immanes Siculos, Aethiopéſque feros.
Oppida cerne parum Cretæ celeberrima centum,
In quibus antiqui iam viguere patres.
Orbis & immenſi poſtremos cerne Britannos,
Turbida veliferi quos rigat vnde freti.
Celſas pyramides Phrygiáſque reuiſe columnas,
Egregium domini nomen in aſtra refer.
Quære niues Scythicas, ſcopuloſos tranſige montes,
Vade per Armeniam, Caſpia regna ſimul.
Frigida Riphæi tranſcende cacumina montis,
Quæ ſemper gelido frigore torquet hyems.
Cerne Charybdæo poſitas in gurgite gentes,
Syrtibus in Libycis vorticibuſque maris.
Ne labyrinthæi latites in faucibus antri,
Nec tumidis mergas dulce volumen aquis.

Ad D. Petrum Rebuffum Comitem iuris vtriuſque peritiſſimum, Iacobi Leſtræi Lingonenſis Iuriſc. epigramma.

Quid iuuat antiquos legum proferre magiſtros,
Quos iuris myſtas vrbs Latialis habet?
Quid iuuat Hiſpanos, & quos Germania Rheno
Flaua lauat rapido, Flandria quóſque tenet?
Quid Cuneum Gallum, Fabrúmque referre neceſſe,
Quóſque ſuis olim Francia docta tulit?
Gallia fert ventrem: non eſt effœta: magiſtros
Quales viderunt ſecula rara, parit.
Hos inter, ſpectate Comes, coryphæus haberis:
Hos inter primas, docte Rebuffe, tenes.
Viuis apud Gallos, alieno viuis in orbe:
Atque magis qui ſis, fama loquetur anus.
Macte graui virtute Comes: ſic itur ad aſtra:
Hæc docet in ſuperas ſcandere cura domos.
Ede in verba tuos, memorande Rebuffe, labores:
Egregium nunquam præcipitatur opus.
Eſt dotata tibi verbis, & filia rebus:
O quantum eſt tantæ virginis ingenium!

PROOEMIVM

PROOEMIVM AD TITVLVM DE VERBORVM, ET RERVM SIGNIFICATIONE, DIGEST. LIB. L.

IVLIVS primùm certum exploratúmque eſt, omnem ſcientiam, vt recta eius traditio ſit, à cognitione verborum & vocabulorum incipere. eorum enim ſignificationibus ignoratis, facilè quiſque, vt apud philoſophos dici ſolet, decipitur. Quod tum ex interpretum noſtrorum tot voluminibus, tum ex quotidianis diſputationibus planè intelligi poteſt. Etenim illorum plerique, dum ſuam ſententiam tueri conantur, ſæpe laudis ſtudio, vt acutè aliquid excogitaſſe videantur, verba legum aut captant, aut torquent in alienum ſenſum. Ex quo accidit, crebrius vt ſit de nomine, quàm de re contentio. Quam potiſsimam puto cauſam, vt ad priſca illa tempora Iuſtiniani Imperatoris redierimus: qui ait in l. 1. §. noſtram. & l. 2. §. contrarium & §. penul. C. de veteri iure enucle. ante ſe totum ius per contrarias ſententias conturbatum, & opus edicti perpetui moderatè confectum, eius commentatores in infinitum producentes, huc atque illuc in diuerſas ſententias diſtraxiſſe: vt omnem, inquit, Romanam ſanctionẽ confuſam cerneres. rurſus tantam fuiſſe voluminum multitudinem, vt illorum nomina antiquiores homines non dicimus (inquit) neſciebant, ſed nunquam audiebant. Ita illæ altercationes, & diſputationes commentatorum huius iuris noſtri, quæ in nominibus magis, quàm rebus poſitæ ſunt, adeò occupatos omnes tenuerunt (quod indicat innumera librorum multitudo) vt de re iudicare, rem à re diſtinguere, etiam nunc poſt tot ſecula & tantos labores hominum, difficillimum videatur. Quod non aliunde maxima ex parte accidiſſe putandum eſt, quàm ex vocabulorum varia & diuerſa ignorata ſignificatione, quæ in legibus pro varietate materiæ, dicendíve ratione, ac phraſi variè vſurpantur. Quare operæpretium facturum ſemper exiſtimaui eum, qui eorum verborum, quibus Iuriſconſulti vtuntur, ita ſignificationem traderet, vt diſtinctè pro legis ratione & materia, tanquam in tabula quadam inſpici poſſent: ne capiantur deinceps, tam qui iuris ſubeunt rudimenta, quàm prouectiores his veluti inuolucris ac cauillationibus, & eo elencho, quem Græci σοφιστικὸν appellant, qui in dictione verſari ſolet: ſed aliter atque aliter, alia atque alia lege verbum idem accipi dum intelligent, illos quaſi ſcopulos facilè fugiant: tandémque ad rei ipſius & veritatis, non nominum tractatum, ſtudia ſua & diſputationes conferant. Et non dubito, ſi quis ita inſtituat eos qui ſacris huius diſciplinæ initiantur, quos Iuſtinianeos Iuſtinianus dici vult, ad intima iuris penetralia facilè peruenturos: neque quaſi in veſtibulo ædium deambulantes, in illis vocum iurgiis conſeneſcent, ſed breui his perceptis ad cæteras partes liber fiet aditus. Quid enim maius quis præſtare poſsit, cùm ſit librorum confluentium, vt verè dicam, pelagus, vt ſinceram iuris diſciplinam tradat, quàm illa tollere, quæ impediunt ne ingreſſus pateat? Quæ res, etſi magnopere profutura, infiniti tamen laboris nobis ſemper videbatur, & opus ſanè arduum atque perquam difficile: vt neceſſe ſit ei, qui hoc tentarit, totum ius ſatis per ſe amplum ob oculos ponere, acutius ſingulas leges perſpicere, & ex genere cuiuſque materiæ verba diſtinguere, quæ magis ſignificatio, interpretatio & mens Iuriſconſulti apta rei videatur. Arbitramur denique eum vnum, qui id præſtat, & oportere omnem pro omnibus laboris prouinciam ſuſtinere, quod nemo aggredi ſine magna præmij ſpe vel nollet, vel qui vellet, tanta cum difficultate non poſſet.

¶ Noſtra autem docendi ratio erit diſtributa in tres partes: in verborum ſignificationes, in phraſes, & vtilitates. Hæc tria non alienis inſtrumentis & tabulis (vt ita dicam) ſed proprio legum contextu probabamus: quia non interpretari iuſſus eram, tum cum docerem iſta, Ciceronẽ, aut philoſophos, ſed leges ipſas. ſi quis tamen locus obuius eſſet, qui

Methodus in hoc opere ſeruata.

alieno auxilio egeret, vt plurimos propter artium affinitatem esse necesse est, non aspernabar ex principiis artis, cuius id esset, interpretari, vt in his quæ ad rem rusticam pertinerent, vel ad architecturam à Columella & Vitruuio, atque ita in cæteris: & si quæ male explicata videbantur ab aliis, dicebamus nos quoque sententiam. Nam sæpe euenit, vt qui magis in alia, quam iuris disciplina versati sunt, interpretentur leges ex Ciceronis loco: quod etsi aliquando quidem recte, non tamen illud semper: est enim plerunque procul à lege sensus. Nam proprium est dicendi genus, sintque propria vocabula Iurisconsultorum. quod ipsum ipse Cicero testatur, singularum quoque artium esse. Rhetorum artes, inquit, quæ sunt totæ forenses atque populares, verbis tamen in dicendo quasi priuatis vtuntur, ac suis. Quare non satisfaciesiuris studioso, qui in interpretationibus legis locum Ciceronis solum citans putabit sæpe apud Iurisconsultos aliter vel angustius vel latius posse accipi. Erit ergo ista quasi isagoge ad omnes iuris partes, tum etiam prouectioribus plurimum vsui spero fore, cum multæ tradantur ad praxim decisiones accommodatissimæ, multæ leges noua interpretatione declaratæ, pugnantia, quæ videntur, conciliata, constitutiones regiæ explicatæ, multa denique aresta, consuetudines ac statuta, stylus & vsus forensis. quibus in rebus omnibus imitabimur Aristippum, qui arrogantius iactanti cuidam suam multiplicem variamque lectionem, hoc dixisse fertur, Quemadmodum eos qui multum ingerunt cibi, appetentiusque multa & varia insumunt, non valetudine semper præstare iudicaueris: ita, quod tot & tanta oculis pertransisse, & auribus percepisse nobis prædicas, non idcirco existimes à nobis te pluris fieri, téque disciplina vel doctrina cæteros excellere: nisi intelligamus tibi altius insedisse in animo, à téque plane intellecta, memoriæque mandata, nec quidem omnia, sed vtiliora & fructuosa magis. Qua oratione illum cæterosque omnes admonuit ad doctrinam non omnia, vel plurima, sed vtilissima quæque & lectissima, nec turbide quidem, sed moderate legenda. de his hactenus. Imprimis autem præfabor vobis aliqua, quæ ad iuris nostri ingressum conducent: & quia hic tit. Digestorum seu Pandectarum interpretamur, dicam cur Imperator istos libros appellauit Digesta seu Pandectas, tex. in l. 2. §. sed cum omnia, C. de veter. iure. enucleand. sic dicit, nomen imposuimus libris Digestorum seu Pandectarum, quod omnes disputationes & decisiones in se habeant legitimas. Nam quod vndique fuit collectum, hoc in sinus suos receperunt: vnde dicuntur Pandectæ, à πᾶν, quod est totum, & δέχομαι, quod est capio: quia omnem Iurisconsultorum doctrinam Digesta capiant. Gellius li. 12. cap. 9. & Budæus in annotationibus in Pandectas in l. 1. ff. de iusti. & iure, reiecta elucidatione glos. in proœmio Institu. in §. igitur. *nardelus* quoque dicit, nomen accipiens sine omnibus patens. Idcirco Digestorum liber eo etiam vocatur, quia omnes legitimæ sanctiones in his libris digestæ sunt, id est dispositæ & in ordinem redactæ, dict. l. 2. Notandum est, quod si quis huius tituli vtilitatem sine magno negotio consequi affectet, sequentes regulas intelligat necesse est. quarum prima est, videlicet, Sermones vulgariter prolatos debemus interpretari secundum artem literarum, quæ non cadit in idiotam, glos. in l. quod si. ff. de testa. tutel. quam sequitur tanquam singul. Barba. in repetitio. c. Raynaldus. col. 84. de testa. & consil. 43. clementissimum. col. 4. vol. 4. Alex. consil. 44. videretur. nu. 5. in 5. vol. & consil. 9. visis. vol. 1. Facit text. in l. si dictum. ibi, non tamen vt vulgus opinatur. de euictio. ff. quod facit ad intellectum ordinationum regiarum, & instrumentorum, quæ in hoc regno vulgaribus concepta sunt verbis, vt ibidem dico in Commentariis illarum in proœmio, vbi multas alias conscripsi regulas ad interpretationem illarum, ac aliorum iurium, & consuetudinum, ac statutorum, quæ huic materiæ non parum accõmoda sunt.

Vulgaris sermo quomodo interpretandus sit.

Loquẽdi vsus verba interpretatur.

¶ Secunda est regula, In vtroque tamen sermone interpretari debemus verba secundum vsum & consuetudinem loquendi illius temporis, quo actus conceptus est, vt docet Vlp. in l. librorum. §. quod tamen. ibi, *nam & in vsu plerique libros chartas appellant*, ff. de legat. 3. *& in vsu iuris frequenter vti nos singulari appellatione Cascellius ait.* l. in vsu. infr. eo. vbi alia dicentur, & in l. vt Alphenus. inferius. & denique Martia. scribit ex vsu cuiusque loci sumendam significationem, l. legatis seruis. in fi. de leg. 3. Bal. in c. vno. col. 4. vu. 13. de capita. qui curiam vendidit. glos. in c. cupientes. in verb. commodi. de electio. in 6. Et hic loquendi vsus propriæ significationi derogat, vt Paul. scribit ff. de fundo instr. l. cum de lanionis. §. asinam. ibi, Pædius ait non propriam verbi significationem scrutari, sed imprimis quid testator demonstrare velit, deinde in qua præsumptione sint, qui in quaque regione versantur. & Augusti. ait c. quanquam secundum vocabula quæ vsus obtinuit, episcopus sit presbytero maior, Augustinus tamen Hieronymo minor est, 2. q. 7. Vnde quamuis propriè appellatione nepotis veniat filius filij, vel filiæ, l. Iurisconsul. ff. de grad. §. 1. illo tit. in Instit. tamen ex communi vsu loquendi veniunt etiam filij fratrum, vel sororum. §. similiter. quibus mod. feud. amitta. Feli. plene in proœmio Decretal. & in c. per tuas. de probat. Ias. in l. si. C. de successo. edicto. Et sic dicta testiũ interpretari ex communi vsu loquendi debere, docet scribũt in l. stipulatio ista. §. hęc quoq; ff. de verb. obl. & in proœmio Decretą.

¶ Tertia

¶ Tertia regula est, Quando verba plura significant, debent accipere significationem magis propriam, & ab ea non recedere, c. intelligentia, &c. Præterea illo tit. vbi dicunt interpretes non procedere, si constaret de contraria mente: vt si rusticus leget possessiones suas, venit quoque res possessa, licet propriè in vsu consistat possessio. Bart. in l. 1. §. si vir. ff. de acquiren. possessio. dicetur in l. interdum. infr. eo. & Iulia. ait in l. item prætor. *ibi*, non propriè, sed per abusionem. ff. de suis & legit. hered. Et si non constet de propria, tunc pro subiecta materia exponi debet, glos. & doctor. in l. eas causas. ff. de conditio. & demonstra. Sic consuevit Ludo. Roma. consil. 376, nu. 7. col. 2. vt inferius dicetur.

Propria significatio accipienda.

¶ Quarta regula est, Quando in lege, ordinatione Regia, vel statuto est scripta ratio, tunc illud statutum complectitur omnes casus, qui sub ratione expressa comprehendi possunt: etiam si sequeretur correctio iuris communis; glo. & doctor. in clem. 1. in verb. eligatur. de electio. vbi addidi, & glo. in c. si postquam. de elect. in 6. c. 1. de tempor. ordinat. eo. lib. Bal. in l. fin. ff. de heredib. institu. idem Bal. in authen. quas actiones. de sacrosanct. eccles. C. Curtius consil. 9. Ticinens. nu. 50. & sequenti. Et interdum pro fauore pupillorum latior interpretatio facta est, l. 1. circa fi. ff. de vsur. allegatur glos. in l. quamuis. C. de fideicom. & Lanfrancus in tracta. de interpreta. statut. col. 2. & 6. Ias. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de noui oper. nuncia. & consil. 126. vol. 1. & 205. vol. 2.

Ratio in lege scripta omnes comprehendit casus.

¶ Quinta regula, Verba legis & statuti, quantumcunque sint præcisa, & limitata, recipiunt tamen interpretationem secundum subiectam materiam, vbi subest iusta causa restringendi, vel ampliandi, casus est notandus in l. filius famil. §. fi. vbi Bart. ff. de procur. Glos. & ibi Areti, & alij in l. 3. in §. in amittenda. ff. de acquirend. possessio. idem Areti. in l. stipulatus sum Damam. in glo. 1. de verb. obligat.

Verba pro materia subiecta interpretanda sunt.

¶ Sexta est, Quia non semper inter personas & res ius consonans est, ideo nonnunquam ex diuersitate rerum, vel personarum, quibusdam emergentibus, quæ varietatem inducunt, inducit diuersitatem necesse est: vt docet Vlpia. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper. ff. de iureiuran. & inferius sæpius sic distinguam. alias multas scripsi in proœmio comment. ad Constit. Reg. in 1. tomo. Cepol. & Alciat. hic, quæ videntur sufficere: ob id ad alia pertranseo.

Diuersitas personarum & rerum varietatem inducit.

COMMENTARII
D. PETRI REBVFFI
IN RVBRICAM DE VERBORVM, ET RERVM SIGNIFICATIONE,
DIGEST. LIB. L.

Rubrica quid sit & rubrum, & quare sic dicatur.

RVBRICA capitur hic pro titulo, vt docet Iurisconſ. Pau. l. in l. 2. §. recuperãdæ poſſeſsionis cauſa interdicta proponuntur, ſub rubri. vnde vi. ff. de interdict. & ipſam rubricam doctor. quidam rubrum plerunque vocitant, forte eo quod rubricæ minio, vel rubro atramento, etiamnum depingi, & ſcribi ſoleant, & nigrum appellant tituli materiam, atque leges ſub titulo contentas: aliiſque modis accipitur rubrica, vt per Philip. Beroald. in annota. ad Columellam de re Ruſtica, ſed nihil ad Iuriſperitum.

In fine cur hic tit. ſitus ſit, cum ab initio docendus ſit.

¶ Verumenimuero vt plenior rubricæ habeatur elucidatio, ex hac prima gloſ. parte colligi poteſt ratio, quamobrem iſte tit. in fine Digeſtorum, & non in principio locatus fuerit, quia non poteſt elici verborum ſignificatio, niſi prius verbis poſitis. Et ſic neceſſe fuit leges præſcribere, & ex illis poſtea vocabula colligere, vt Iuriſconſulti fecerunt, qui poſt quinquaginta libros Digeſtorum hæc vocabula ex illis extraxerũt. Nempe ex nihilo nihil colligi poteſt, arg. l. decẽ. ff. de ver. oblig. ſic dicit Iuriſconſ. de titul. de regul. iuris. l. 1. in tit. proximo ibi, *ſed ex iure, quod eſt, regula fiat.* Ergo oportuit prius ius ſcribere, & poſtea ex iure verborum ſignificationes, & regulas elicere, vt factum extitit. & ſic non eſt abſurdum, ſed neceſſarium eum, qui iura ciuilia profiteri cupit, ab initio hunc titul. audire, & memoriæ mandare, quamuis Iuriſconſulti in fine locauerint.

Quatuor modis capitur Verbum.

¶ In ſecunda parte gloſſa dicit verbum in rubri. poſitum de verborum, &c. accipi duobus modis, large ſcilicet, pro qualibet parte orationis, tam pro nomine, verbo, quam pro alia orationis parte: & ſic pro qualibet dictione, & vocabulo. Pomp. in l. ſtatuliberi à cæteris. in fin. ibi, quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complexa videtur. ff. de ſtatuliber. & ſic accipitur ſæpe in hoc titu. vt in l. verbum oportebit. §. actionis verbo. & l. plus eſt in reſtitutione. l. alienationis verbum, id eſt dictio alienationis. infra eod. & l. poteſtatis verbo. ibid. & Iuriſconſulti ſæpiſsime vtuntur verbo pro dictione & vocabulo: & pro eo aliquando vtuntur verbo appellatio, l. vrbis appellatio. l. pecuniæ appellatione. cum l. ſequenti. & l. ſubſignatum. ac l. verbo victus. l. alienatum. in fi. & l. inter ſtuprum. cum aliis multis legibus, infra eod. l. 1. §. conuentionis verbum. ff. de pactis. vbi in princip. vocat verbum, & poſtea nomen. l. doli verbum. ff. de ſeruo corrupt.

Verbum quid.

Et hoc nomen eſt rerum ſubſtantias docendi diſcernendique inſtrumentum, ſicut pecten & radius telæ, textorium eſt inſtrumentum. Textor itaque radio & pectine recte vtetur, recte inquam ſecundum texendi rationem. ille vero, qui docet, nomine vtetur, & recte: recte videlicet ſecundum propriam docendi rationem: teſte Platone in Cratylo. ſic & Iuriſconſultus, vt inferius apparebit. & Quintilia. ſic ſcribit lib. 1. c. 5. verba ſignificare omnia per quæ ſermo nectitur, ſiue ſint nomina, ſiue verba, ſiue coniunctiones, atque adeo orationes. ita hic accipi poſſe.

Verbum pro parte orationis.

¶ Secundo capitur ſtricte pro parte orationis, quæ vocatur verbum: & ſic accipitur in l. verbum oportebit. & in l. verbum facere. & l. verba contraxerunt & geſſerũt. infra eo. l. 1. in fi. ibi. *nam ſtatuerit verbum rem perfectam ſignificat.* quod quiſq; iuris. ff. & alibi frequentiſsime.

Verbum pro ſermone capitur.

¶ Tertio capitur verbum pro loquela & ſermone, etiamſi pluribus conſtet clauſulis, & pro voce lingua figurata: gallicè *parolle*, l. ſi quis vxori. §. ſi filius. verſiculo, neque verbo, neque ſcriptura, quis furtum facit. de furt. ff. l. non figura. de actio. & obliga.

Verbum pro clauſula.

¶ Quarto pro clauſula ſeu oratione, vt verbum amplius non peti, l. amplius. rem ratam haberi. ff. l. 1. & l. ob hæc verba. de his qui notant. inf. l. & eleganter. de dolo. l. inter hæc verba quanti. infra eod. vbi prius dicit verba, poſtea clauſulam. l. illa verba arbitratu Lucij Titij. l. nepos.

nepos. l. cum quærebatur. infr. eo. ac l. Neratius. de ſeruo cor. l. ſi duo. in fi. & l. promiſſor. 1. §. 1. de conſt. pec. l. 2. C. de bon. vac. li. 10. vnde ſi ſtatutum puniat dicentem verbum iniuriosum alicui, intelligetur de oratione, vel clauſula, teſte Bart. in l. item apud. §. ait prætor. ff. de iniur. facit quod dicit Bal. in l. antiquitas. col. 1. C. de vſufruct. Ego dicerem intelligi etiam poſſe verbum pro vna dictione, vt ſi quis vocet vno verbo aliquem naturalem, vel furem, latronem, aut aliam proferat vno verbo iniuriam, hoc ſtatuto tenebitur, ac ſi clauſulam totam protuliſſet: vt not. Boer. in conſi. incipiente, ſi quis animo iniuriandi. deſcripto in conſuet. Biturig. per l. 1. ff. de iniur.

¶ Et dicitur verbum à veritate, quia verum nos loqui oportet, teſte Varrone. Et licet theologi aliquando accipiant verbum pro mentis conceptu, qui de voce formanda & emittenda concipitur, antequam vlterius ad labia producatur: & ſic dicitur cogitatio, quæ adhuc in conſcientiæ ſecreto continetur: vox vero, per quam verbũ profertur in medium: tamen hic communius ſumitur pro verbo iam prolato, vel ſcripto: alioqui ſi pro cogitatione, nullus poſſet eam declarare præter Deum opti. max. qui ſolus eſt cordium ſcrutator, c. nunquid Cain. de pœnit. diſt. 1. c. erubeſcant. 31. diſt. c. tua nos. de ſimo. Igitur ne miſceam ſacra profanis, cum quælibet ſcientia ſuos habeat terminos, theologis, & medicis ſua relinquam, & mea ſorte contentus, Iuriſconſultorum verba interpretabor, eorumque elucidationem, & effectum in ſequentibus deſcribam. Vos quæſo prompto atque benigno animo accipite, quia nonnulla hic omittam, quæ vbi per otium licebit, in tit. eod. C. enarrabo. Verba ſummorum pontificum permulta reiicio ad illam Decretalium rubricam, & ſic conuenientia verba in ſuo quolibet elucidabo loco. Nunc Iuriſconſultorum verba vt plurimum interpretabor, & illorum vtilitates, ac phraſes. hunc autem titulum extraordinariè hic interpretatus ſum anno 1534. & ſeq. non tamen potui perficere id temporis, ſed poſtea finem, Deo propitio, addidi, vt ſequitur. Gloſ. dicit verbum Rei in hac deſcriptum rub. generale eſſe, & illud tanquam generale Iuriſconſultorum elegit: vt in l. 1. ff. ſi cert. peta. de hoc Rei verbo dicetur in l. Rei. 1. infra eo. Ego tamen putarem non accipi ita generaliter hic, quemadmodum in d. l. 1. Nam in hac rubrica accipitur ſpeciatim pro ſententia, materia, vel quæſtione, vt inferius explicabimus.

Res quomodo hic accipiatur.

Verba ſignificant, res ſignificantur. Significare eſt demonſtrare.

¶ Tertia pars gloſſæ dicit, quod verba ſignificant actiuè, res paſsiuè: vult dicere gloſa, quod verba ſignificant, res verò ſignificantur, fit enim ex verbis vt res intelligantur. text. in c. quomodo. in fin. 31. q. 1. Significare eſt demonſtrare, vt dicit hæc glo. & pro ea eſt text. in l. ætatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt. ff. de cenſib. facit lex pecuniæ. 1. infr. eod. & ſignificare nihil aliud eſt quàm verè & propriè exprimere, notificare, deſignare, vt hic ſcribam in l. 1. in fi. infr. eod. impropria enim locutio non dicitur ſignificare, vt docet Bal. in l. liberti. nu. 5. de ope. liber. C. facit lex 2. ff. quemad. teſta. aperi. ibi, *teſtamentum autem propriè illud dicitur, quod iure perfectum eſt, ſed abuſiuè teſtamenta quoque ea appellamus, quæ falſa ſunt,* &c. Sunt enim inſtituta verba, vt per ipſa res declarentur, & per ea quis in alterius notitiam ſuas cogitationes mittat, non vt homines ſe fallant, c. is autem. 22. q. 2. Specul. in tit. de aduo. §. 6. & quorſum nomina ſunt, niſi vt demonſtrent voluntatem dicentis? text. in l. Labeo. ff. de ſupel. lega. & ibi addidi: adhæc dicit Bal. in l. ſed & reprobari. ff. de excuſa. tuto. quem refert Decius in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de regu. iur. quod ex loquela animus hominis indicatur, cum linguæ imperator ſit cor, Bal. in c. mandatum. de reſcrip. vnde ſignificatio eſt demonſtratio, quæ nomine ſuo, aut ea demonſtratione, quæ nominis vice fungitur, oſtenditur, l. certum. ff. ſi cert. peta. & Iuriſconſulti omnem proprietatem vocabuli, ſignificationem appellant, quæ proprietas naſcitur ex authoritate prudentium, vel legiſlatoris, vel ex communi & rationabili intellectu. vtor verbis Bal. in d. l. liberti. col. 3. de oper. liberto. & Cepola hic multa ſcribit: de his illum videto.

In verbis quæ tuor conſideranda.

¶ Notandum eſt in verbis quatuor eſſe conſideranda, quæ ſcribit Bal. in rub. de reb. cred. col. 1. ff. Primo natura, vt quando certa & præciſa eſt vocabuli ſignificatio, illa attendatur, l. quicquid. ff. de verb. oblig.

¶ Secundo aptitudo, quando verbum eſt æquiuocum plura ſignificans, tunc aptior ſignificatio ſumenda, l. quoties. 2. ff. de verb. oblig. Cepo. in hac rub. q. 4.

Vſus proprij verbo ſignificationem dare poteſt.

¶ Tertio conſuetudo loquendi, l. Labeo. ff. de ſupel. lega. conſuetudo enim & vſus loquendi poteſt vocabuli ſignificationem immutare, & nouam dare, & propria illa ſignificatio dicetur propter illorum authoritatem. l. quos nos hoſtes appellamus, veteres perduelles appellabant. infr. eod. vnde ſæpius ex hoc arguam inferius, & communes ſignificationes vltra alios ſcribam.

¶ Quarto vſus actuſve coaptari debet naturæ, ſeu figuræ dictionis, adeo quod quædam verba, videlicet appellatiua, immutabilia ſunt. Vlp. in l. ſi quis in fundi, de lega. 1. ff. & ratio ſermonis eſt natura verborum, id eſt virtus attributa dictioni ab intellectu, ad propoſitum mentis ſignificandum, quia verba debent aptari menti & ſignificationi, vel generali vſui, l. librorũ. §. quod tamen. ff. de leg. 3. dicetur de hac mente in l. nominis. §. 1. infra eo.

Insignia artificum significãt quid.

¶ Omitto quod vulgo dici solet, res significare in insignibus artificum, & ignobilium: verbi gratia, cerdo habet instrumentum cerdonicum pro suis insignibus, & armis: sutor instrumentum sutoris, forcipes, digitale: tonsor nouaculam, vel aliud tale. Instrumentum autem huiusmodi denotat illum esse talis artificij. Dicimus etiam vulgo insignia ignobilium loqui, id est demonstrare cuiusnam sint artis, vt si quis vocetur Petrus liber, habebit librum pro insignibus: si vocetur faber, habebit instrumenta fabrilia, siue ferrea: sed de his aut hieroglyphicis non intellexit hic Iurisconsul. Ideo explodendam dictionem Rerum in hac rubrica adscriptam, tanquam superfluam, quidam arbitrantur, maximè quia in Pandec. Florent. non est conscripta. at si intelligamus (vt glos. docet) significationem accipi & actiuè & passiuè, non erit superflua. Nam res significantur, & quoad res passiuè accipietur. Nec erit omnino absurdum: nam testamenti factio actionem & passionem significat, in §. testamenti autem factionem. de hered. qual. & diffe. in Institut. vt statim dicetur.

Dictio rerum in rubri. necessaria.

¶ Adde quod Iurisconsul. nonnihil vltra grammaticos, & rhetores tractare voluerunt: voluerunt, inquam, & verborum significationes describere, & rerum, id est sententiarum, quæstionum, & materiarum effectus: quod sic probari potest: In itinere faciendo viginti milia passuum esse constituenda singulis diebus dicit Iurisconsul. in l. 3. inf. eo. quis ibi dicet verborum significationem tractari? & sequentibus in legibus, mille passus quo modo computentur, in l. mille passus. deciditur, & quòd tripliciter coniunctio fieri potest, l. triplici. Et an mulier, quæ non habuit filium tempore mortis, possit postea filium habere, l. etiam infra. Et qui in continentibus nati sunt, Romæ nati esse intelliguntur, l. qui in continentibus. & an mulier, quæ monstrosum peperit, enixa dicatur, l. quæreret. & maiore parte anni quando quis possedisse censeatur, l. maiore. facit l. si calumnietur. §. 1. vbi glo. & in vsu. infra eod. vbi explicat naturam rerum, & in aliis multis huius tituli legibus, si bene circunspiciantur. Ideo leges non esse impositas verbis, sed rebus docet Imperator in l. 2. in fin. C. commu. de lega. Et de effectu & vtilitate Paul. tractat in l. si seruus. §. effectus huius constitutionis ille est. ff. de verb. obliga. & l. petitor. ff. de liberalega. & alibi. Nec puto iurium professores auditoribus satisfacere, si verbi tantum significationem doceant, grammaticorum instar, nisi effectum & vtilitatem præstent, cum hic Iurisconsul. vtrunque exequatur, & sic in iure frequentissime doceat. Ad rem veniamus.

VLPIANVS LIB. PRIMO AD EDICTVM.

LEX PRIMA.

Verbum hoc si quis, tam masculos, quam fœminas complectitur.

¶ Hæc dictio quis, & masculos & fœminas continet. vnde cum Vlpia. ait, si quis album Prætoris corruperit, tenetur etiam mulier corrumpens, l. si quis. ff. de iurisdict. om. iud. Et veteres promiscuè hoc verbum & ad mares, & ad fœminas applicabant. Nam Plaut. scribit in Aulula. *Dic mihi quæso, quis ea est, quam vis ducere vxorem.* Plura huiusmodi exempla accumulare facile esset, sed ea ad grãmaticos reiicio, nunc text. verba prosequar.

Hoc, pronomẽ demonstratiuũ & eius natura.

¶ Istud pronomen, hoc, demonstrat tam ad oculum corporis, quam mentis, & intellectus, de quibus oculis loquitur glos. in c. quorundam. de elect. in 6. Ad oculum autem corporis demonstrationem tunc facere censetur, quando ad res corporales refertur: vt hoc testamentum inter liberos factum, in auth. hoc inter liberos. C. de testa. Barba. docet consil. 2. col. 2. vol. 1. Item si dicam, hic mihi heres esto, l. nemo. ff. de hered. instit. vel hanc summam centum aureorum dare spondes? l. si ita stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. oblig. Si verò res incorporales ostendat, tunc ad oculum intellectus refertur: vt si dicatur, hæc actio, l. hæc actio. ff. de ædendo. l. hæc actio. de calumnia. Bal. in l. vna. C. de nouo cod. compon. Bar. in l. 1. col. 4. ff. de pecul. Vel hæc iura, quæ oculo corporali demonstrari non possunt, cum sint incorporalia, l. seruos. §. Incorporales, de acquir. rerum domin. ff. & de reb. corpo. & incorpo. in Iustin. Interdum verò refertur ad oculum corporis & intellectus simul: vtpote quando respicit ad res corporales, quæ non sunt in præsentia, vt Papin. scribit in l. Meuius. §. duorum. ff. de legat. 2. ibi, hanc eandem partem: iuncto versiculo. Si neque plures in fundo vno dominium iuris intellectu, non diuisione corporis obtinent. Modest. in l. fideiussor. §. 1. ibi, & hanc domum. de pigno. Sed ideo dicimus ad corporis & mentis oculos referri, quia possumus de re corporali absente in mente considerare, & tunc dicitur oculo mentis demonstrari: & quia res est corporalis, etiam corporali oculo demonstrari potest: & sic vtroque modo, quicquid dicat glo. ibi, & doctor. in l. 1. ff. de nouo. nuncia. facit l. si quis. §. si venditorem. ff. de acquir. vel amit. pos. dicam in no. interpreta. Bar. in l. 1. tẽ apud. §. si quis sic fecit. ff. de injur.

Nouæ elucidatio ad §. duorum: & ad alia iura.

De teste examinato in pa-

¶ Vnde vtile est ad testem, qui examinatus in palatio potestatis, & iudicis secularis super vno articulo, deposuit contractũ celebratũ esse in palatio episcopi super alio articulo in hoc

latio deponẽte de hoc palatio.

in hoc palatio, videtur velle demonstrare palatium, in quo est. Sed contrarium est verum, scilicet illa dictio hoc, tam ad oculum corporis, videlicet ad hoc palatium episcopi corporale, quod videri potest, quam ad oculum intellectus refertur, vt intelligatur de hoc palatio, quod iam dixi. Bart. in l. 1. ff. de pecul. nume. 18. Ideo si res corporales, quæ in præsentia sunt, pronomen hoc demonstret, ad oculũ tantum corporis refertur: vt Iulian. docet in l. quæ extrinsecus. vbi glo. singul. ff. de verbor. obliga. Si vero res corporales in præsentia non sunt, tunc referri potest simul ad oculum mentis & corporis. Si autem incorporales res demonstrentur, tunc refertur ad oculum intellectus, vt dixi, quia oculo corporis incorporalia non ostenduntur. in rubr. de reb. corpor. in Instit. Barba. in repeti. l. cum acutissimi. col. 64. C. de fideicommissis.

¶ Hæc regula perdit officium suum, si incorporalia scriberentur, quia tunc pronomen hoc & ad oculum intellectus, & corporis refertur, vt hæc actio, scilicet hic scripta: d. l. hæc actio. de calumnia. ff. l. 1. de seruit. rustic. præd. Vbi sic scribitur: Seruitutes rusticorum prædiorum sunt hæ, iter, actus, via, aquæ ductus. Ecce quòd oculo corporali scriptura demonstratur, videlicet hæ seruitutes hic scriptæ, & oculo intellectus, vt seruitutes quatenus iuris sunt, etiam intelligantur. Et per hoc conciliantur multorum sententiæ doctorum contrariæ, & iura super his loquentia. maxime Barba. & aliorum in l. 1. ff. de iustit. & iure. & in d. §. duorum. ac in prima constitut. Cod.

Aemilij Ferreti sententia reijcitur.

¶ Et quamuis Aemilius Ferretus in l. 1. ff. de pact. dicat compositores Digestorum hallucinatos, dum dicunt hoc edictum, hoc edicto, huius edicti, &c. quæ verba denotãt præsens esse edictũ, cum tamen nullum extet, ideo ridicule illud dici: considerandum tamen est, quòd Vlpia. interpres edictorum, vel alij Iurisconsul. in præsentia habebant edicta, quæ ipsi interpretati sunt, & compositores ea quæ necessaria fuerunt, adiecerunt, nolentes superflua edicti verba conscribere: sed ipsum aliquando edictum ad verbum, cum opus fuit, transcripserunt, aliquando Iurisconsul. tantum declarationẽ super illo edicto factam. Quare non ridicule puto id esse factum: nec obstat eius ratio, qua dicit hoc pronomen ad oculum esse demonstratiuum: quoniam (vt diximus) refertur etiam ad demonstrationem mentis, videlicet hoc edictum de quo agimus, l. hoc edictũ. ff. de his qui deiecer. l. 1. de negot. gest. Interdum pars edicti ponitur tantum, vt in l. iuris gentium. ff. de pactis. est videre in §. pacta. Nec potest hic abesse edictum, cuius adest declaratio. nec est in hoc erratum, prout idem sentit Ferretus: quia Iurisconsul. non sunt interpretati edicta, nisi ea haberent, quæ nunc ostendunt, ea referendo in declaratione illorum.

Phrases dictionis hoc, vt hõc modo.

¶ Notandum est, quòd Iurisconsul. prononime hoc variè vtuntur: interdum hoc modo, id est hac moderatione, hoc temperamento, l. hoc modo. ff. de hered. instit. l. non distinguemus. §. quæsitum. de arbitr. l. Si prætor. §. Marcellus. de iudi. vel hac lege, l. insulam. de præscript. verb. ff. de modo dicam in l. maiore. infra.

Hac lege, hoc pacto.

¶ Hac lege, id est hac conuentione, l. si hac lege emi. ff. de in ius vocand. vel alibi Iurisconsul. dicit, hoc pacto. l. 4. de pact. dotal. ff. in l. Neratius. de religio. versic. quod tamen. ibi, si quis dotẽ hac lege dederit. vel hac lege, id est hac cõstitutione, l. 1. ad leg. Falc. in princ. ff. vel hoc iure, l. ob quæ vitia. de ædil. edict. ff. hoc iure vtimur. ff. de aqua quotid. & æsti. l. hoc iure vtimur, id est hoc exercemus, & aduocati vulgo dicunt, *hoc practicamus*, l. hoc iure vtimur. de verborum obligat. l. an inutilis. in fine, de acceptil. Et Iurisconsul. in l. 2. ff. ex quib. maio. pro eo dicit, hoc frequentatur, & aliquando dicitur, hoc iure hodie vtimur, in l. sed & si lege. §. Si ante litem. ff. de petit. hered.

Hoc iure vtimur.

¶ Hoc ita temperat, modificatque. l. penult. ibi, hoc ita si mare proximum sit. ff. de parricid. l. 2. si quis cautio. in princ. ibi, sed hoc ita, si prius id negotium transactum sit. l. qui vsumfructum. l. hoc ita. ff. de vsufr.

Hoc ita.

¶ Hoc ipso suspectus, id est eo ipso. l. quæ omnia. §. 1. ibi, Nam hoc ipso suspectus est, quòd operas suas ingerit inuito. ff. de procurat. l. scriptus. ibi, nec quis putet hoc ipso pro herede eum gerere. de religio. l. at si quis. §. pleriq. ibidem. l. frater. de condict. indeb.

Hoc ipso.

¶ Hoc animo fecit, Vlp. in l. at si quis. §. sed interdũ. ff. de relig. ibi, nõ hoc animo quasi recepturus sumptum, quem fecit. l. 3. §. penult. de condict. caus. data. quod Iurisconsul. alibi dicit, hac mente, in l. quod qui sciens indebitum hac mente dedit, vt postea repeteret, repetere non potest. ff. de condict. indeb. & in l. si is qui. in fin. ff. commod.

Hoc animo. pro hac mente.

¶ Hoc ideo l. diuus. in fin. ff. de petit. hered. ibi, hoc ideo, quia sustinetur hereditatis petitionis iudicium, &c. id est propter hoc, ea ratione, & ea causa, l. nec adiecit. pro socio.

Hoc ideo.

¶ Hoc casu Pompo. in l. illud. ibi, sane hoc casu nocere mihi debere. ff. de peric. & commod. rei vendi. l. fin. quod iussu. Et si testator dicat se in hoc casu substituere, substitutio ad alium non trahetur casum, quia testator in hoc tantũ casu substituisse videtur, l. commodissime. ff. de lib. & posthum. l. iam hoc iure. de vulg. Alibi pro eo Iurisconsul. dicit, hac specie, in l. ea lege. loca. ff. & l. solent. de præscrip. verb. inferius dicetur fusius.

Hoc casu, pro hac specie.

¶ Hoc capite adiuuantur, l. 2. in fi. ex quib. cau. maio. ff. vbi glo. exponit pro edicto. Sed

Hoc capite.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

cum edictum habeat interdum plura capita, ſicut (vt poetæ fingunt) Cerberus, ibi proprie pro articulo accipi poteſt, vt in l.2.ad legem Aquil.ff.l.lege Iulia. de ritu nupt.in §. 1.alibi dicam perperam recentiores allegare legem, & dicere caput, & quando hoc dici poſsit.

Hoc colore. ¶ Hoc colore, id eſt hoc medio concludendi exponit Bart.in l.hoc colore.ff.de inoffi. teſtam.vel poteſt accipi pro ornamento orationis,& figura, quæ à Græcis σχῆμα vocatur. Multæ ſunt in hoc tit.huius pronominis phraſes,quas interpretando tex.exponam. Do ćte lector, quæſo boni conſule, ſi quædam referam, quæ non multa declaratione indigeant: tamen ea adducam,vt hic inueniri facile poſsint.

Hoc eſt, pro id eſt. ¶ Hoc eſt expoſitiue ponitur, pro id eſt, in l.filiusfam.ff.de in rem verſo. ibi, licet pro ſe videatur ſoluiſſe, hoc eſt ob id, quod conſtituit.l.coiri.pro ſocio.l.cum hi.§.ſi prætor, de tranſactio.

Hoc genere. ¶ Hoc genere, pro hoc modo exponit glo.in l.qui ſeruum. de interroga.actio. ff. ſed melius poteſt dici ibi hoc genere,id eſt his caſibus,ſed eo ibi dicit genus:nam ſicut genus ſuas comprehendit ſpecies,ſic ibi genus duos caſus,quos à regula excipit. Videte an ſic poſsit intelligi,vel melius ipſi exponite.

Hoc genus hominum. ¶ Hoc genus hominum,l.3.§. ſed ſi tota. nautæ,caup.ſtabul.ff. ibi, niſi forte (inquit) ideo vt innoteſceret, prætorcuram ageret reprimendæ improbitatis hoc genus hominum, id eſt huius generis.dicit gloſ.Et ego dicerem hoc genus hominum eleganter dici pro hominibus huius conditionis, & ſtatus, & pro talibus & huiuſmodi hominibus: & rhetores ſæpius vtuntur hoc ſchemate.

Hoc nomine. ¶ Hoc nomine Vlpia.l.cum pater.circa fin. de iure dotium. ibi., hoc nomine heredem futurum.ff.l. penulti.in fin.de ritu nupt. l.rem.de dolo.in l.nominis, infra eodem abunde elucidabitur.

Hac ratione. ¶ Hac ratione Bartolus in l.regula,in prin.de iuris & fact.igno.ff.ibi,& ideo ſicubi non eſt delictum, ſed iuris ignorantia, non læduntur hac ratione, &c. hoc eſt facile, ideo non expono.

Hoc articulo. ¶ Hoc articulo, pro hac dictione ſumitur in l. hoc articulo quiſque.de heredi.inſtit.ff. licet aliis in locis alio accipi poſsit modo. Sed Iuriſconſ. vocabula, & eorum ſignificationes,non rhetorum, vel grammaticorum proſequi conſtituit.

Huiuſmodi quid ſignificet, & eius phraſes. ¶ Huiuſmodi perſonis extra ordinē ius dicitur, Caliſtr.in l.2. ex quib.cauſis maio.pro his vel iſtis perſonis, iuncta l.1.§.ait prætor.de poſtul.ibi, nec ſolum his perſonis prætor hanc humanitatem ſolet exhibere.& §. his igitur perſonis,ibidem. Huiuſmodi corpus, ſeu huiuſmodi corpora,in l.1.quod cuiuſque vniuerſit. nomine. Huiuſmodi miniſteria,l.deniq;.de pign.ff. Huiuſmodi culpæ nomine,l.ob res,in fi.de pact.dota. Huiuſmodi rerum,videlicet hereditariarum furtum non fit, l.ſi ſeruus legatus. in fin. de noxa. actio.ff. Huiuſmodi legatum,l.huiuſmodi.de lega.1.ff.l. huiuſmodi. quando dies lega. cedit.Et hac dictione vtuntur ſæpiſsime etiam ſummi pontifices, vt dicam in eod.titu.in Decret.ſi licebit per ætatem. Huiuſmodi contractus,l.qui ad certum.loca.C.

Vtilitas verbi huiuſmodi. ¶ Huiuſmodi ſtipulationes, Africanus l.huiuſmodi. de verb.obligat. Vnde ſi teſtator inſtituat filios ſuos heredes extra vnum,& poſtea huiuſmodi filios ſubſtituat,hæc dictio huiuſmodi repetit,ſeu demonſtrat omnia comprehenſa in præcedentibus, cum qualitatibus ſuis.allegatur glo.quæ tamen parum probat,in cap.ſi abbatem.de electio.in 6.Et ſic requiritur, quòd ſint filij & heredes.Et ſi teſtator diſpoſuerit, quòd ſi huiuſmodi filij decedant ſine filiis,tunc vltimus maſculus ſuccedat omnibus,tam maſculis quam fœminis decedentibus ſine filiis,tunc comprehendentur etiam nepotes, & pronepotes:vt conſuluit Pet.Paul.Pariſ.in conſil.52.certum eſt.col.5.num.32.in tertio volum. Et ſi teſtis dicat huiuſmodi verba eſſe prolata,tunc denotat ipſa verba,non æquipollētia, vt interdum vidi ponderari à doct.text.in cap.2.de iudic.in 6. & Bertran.conſi.292. viſis. col.2. in tertio volum.ex noua editione.Ideo ſi erret in illis verbis,non valebit eius teſtimoniū. nam oportet,vt ipſa verba referat: vt ſcripſi in Tractatu meo de Reprobat. & ſaluat.teſtium, quando teſtis verba contrahentium referre debeat.

De teſte deponente per huiuſmodi verba.

Huiuſcemodi cautio. ¶ Huiuſcemodi cautio,l.lecta.ſi certum pet.pro tali ſeu eius tenoris,vt vulgo dicitur.

hiſdem, pro eiſdem. ¶ Hiſdem pro eiſdem,vulgo *telles,ou les meſmes*, l.dolia.in fin.de contrahen.empti.ff.ibi, eum,qui in locum emptoris ſucceſsit, hiſdem defenſionibus vti poſſe, quibus venditor eius vti potuiſſet.

hoc ipſum. ¶ Hoc ipſum,id eſt eadem res,vulgo dicimus, *cela meſmes*.l.ea lege.an hoc ipſum præſtare debeam.loca.ff.

hoc anno, & annua quæ ſit differentia. ¶ Hoc anno dari ſibi ſtipulatus,non recte petet,niſi omnibus anni partibus præteritis, Papinia.in l.qui hoc anno.de verb.obliga.ff.diuerſum eſt,ſi promittantur decem annua, tunc in principio anni debentur decem. Vnde ſcribit glo.hos verſus : *Annua ſi debes, tunc inſpicies caput anni, Anno ſi debes,in fine teneberis anni*.in l.1.quan.dies leg.ced.

Hinc

hinc quid ſignificet, & quæ vtilitas. ¶ Hinc denotat extremitatem temporis,vt ſcribunt Bart.Bald.& alij in l.1.ſi quis caut. ff.vt ſi iudex aſsignaſſet terminum octo dierum hinc, vel abhinc:nam tunc computabitur etiam illa dies,in qua eſt terminus ſtatutus,per text.in l.1.§.biduum. quando appell. ſit.Facit l.1.§.ius natura.ibi, hinc deſcendit,id eſt ex hoc iure.ff.de iuſtit.& iur.Et exponi poteſt hinc,id eſt ex hoc tempore, ſi tempus inſpiciat. Gloſ.in l.placet.C.de ſacroſanct. eccleſ.inde locatio facta hinc ad nouem annos, ex hoc die cenſetur facta, & computatur de momento ad momentum:vt conſuluit Alex.conſil.75.ponderatis. colum.2.in 2.vol. Si verò hæc dictio ad rem referatur,tunc exponitur hinc ad talem rem vēdi, id eſt ex hac parte,ex hoc loco,vel termino,quod eſt vtile.Et Gallice dicimus,*d'icy a tel temps*, vel *d'icy a tel lieu*. Rarò tamen apud Iureconſult.ad tempus refertur:ſed frequentius pro hac parte,ex hac cauſa ponitur,in l.fulcinius.§.ſed is qui.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſs.ea. & ſicut ſuperius expoſui. Alias quamplurimas phraſes liberum mihi eſſet hic præſcribere,quas tamen,ne vos tamdudum ſuſpenſos teneam,miſſas faciam : vos iſtas boni conſulite.

Locatio facta hinc ad nouem annos quomodo intelligatur.

Si quis hic declaratur. ¶ Si quis,hanc coniunctionem ſi,eo iunxit Iuriſcon. vt declararet leges & ſtatuta, quæ facta traduntur per ſi,vt in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iudi.& in ſingulari hoc expreſsit,rationem tantum pronominis quis habens.Licet Vlpia.in l.tertia.ff.de nego.geſt. in plurali proferat,dicens hæc verba ſi quis,ſic ſunt accipienda,ſiue quæ. & forte ibi voluit rationem habere ad duo verba,ſi,& quis,vel ad verba edicti prætoris:vnde lex dicēs, ſi quis ſpoponderit decem, vel aliud,tenetur:mulier etiam,quæ ſpopōdit,tenebitur hac ratione,& quia maſculinum concipit fœmininum,per l.ſi quis.ff.de verb.obligat.& vbicunque lex vtitur dictione quis,mulier ea appellatione continebitur.l.ſi quis.infra eod.l. ſi quis.ff.ad leg.Aquil.l.ſi quis.C.de tranſact. & in rubr.ſi quis ius dicenti non obtempe. ff.& in rub.ſi quis in ius voca.non ierit.ac in aliis locis. Et ſic doctores firmant regulam, quòd maſculinum continet fœmininum.

Regula, maſculinum continet fœmininum. Ratio huius regulæ, maſculinum continet fœmininum. ¶ Huius regulæ traditur confirmatio à Iuliano in l.qui duos.ff.de leg.3.ibi, quòd ſemper ſexus maſculinus fœmininum ſexum continet,ratióque eſt, quia commune nomen eſt,ob id vtrunq; ſexum continet, l.ſeruis legatis.de leg.3.ff. Et per hoc glo.dicit maſculinum tanquam dignius concipere fœmininum.Quod ſi verum ſit,dicetur extenſio:ſi ratione affectionis,coniectura:ſi verò propter eandem rationē, dicetur expoſitio. Vtor verbis Barba.conſi.52.circa col.3.in 4.volum.inter conſilia Alex.& conſi.66.illud. col.10. in 3.volu.ibidem.& in clemen.1.col.22.de elect.Et quia lex debet eſſe generalis, omnes perſonas comprehendens,l.1.ff.de legib.l.3.C.illo tit.cap.cum omnes. de conſtit.quod non eſſet,ſi non contineret niſi viros.

Proprie an maſculinum contineat fœmininum. ¶ Glo.iſta inſuper concludit maſculinum continere fœmininum ex mente, interpretatione,& extenſione,& ideo non proprie:quod approbat Corne.conſi.335.col.3.volum.1. poſt gloſſ.in d.l.ſeruis legatis.ff.de leg.3.per tex.in l.hæc autem ſatiſdatio.in fin.ibi, de pupillo loquitur,& hoc in pupilla obſeruandū eſt.ff.de adopt.l.1.§. de eo loquitur, non de ea,ſed tamen & ob eam, quæ eſt fœminini ſexus,dabitur ex hoc edicto actio. ff. de pecul. l.pronuntiatio.ibi,porrigitur.infra eod.l.cum in adoptiuis.§.quæ in filio diximus, hæc in filia extendimus.C.de adopt.l.penult.in verbo extendi.C.de præpo.ſacri cubic.lib.12. Sic firmat Alex.conſi.61.ſuper eo.col.2.in primo vol.& Curtius in conſil. 40. impræſentiarum.col.3.Et hæc eſt communis interpretum ſententia.

Noua authoriſsentētia, quando maſculinum concipiat fœmininum. ¶ Ego vero ambagibus omiſsis breui concludendum putarem maſculinum comprehendere fœmininū per rationes ſupra adductas:nec hic faciendam illam exactā dubitationem,an propriè,vel per extenſionem,ſeu per interpretationem maſculinum complectatur fœmininū:nempe ſi extenſio,vel interpretatio per Iuriſc.facta fuerit,nonne lex eſt:Et poſtquā Iuriſconſulti,qui legis condēdæ poteſtatē habuerunt, vel alij conditores hoc receperūt,& ita interpretati fuerūt,quare nos nō recipiemus?iurāne reſtringemus, poſtquā Iuriſc.ita ſtatuit, vt maſculinum contineat fœmininū? Ideo in omnibus caſibus, in quibus extenſionem in lege factam, aut interpretationem inueniemus, dicemus in qualibet materia illam Iuriſconſ.extenſionem locum habere:niſi ratio aſsignetur diuerſa,vt in caſibus inferius annotandis,per l.leges.C.de legib.& in authen.hæc conſtitutio interpretatiorem.colum.6.Et per hoc remanent ſuperuacaneæ multæ doctorum chartæ,ſuper his deſcriptæ,quia poſtquā leges dicunt maſculinū ſemper cōtinere fœmininum,ſiue dicant complecti, vt hic,ſiue extēdi,ſiue alio verbo vtātur, nos & in ordinationibus,& aliis actibus,idem dicemus : alioqui legem non ſeruaremus generaliter loquentem. Et iſta ſunt notāda,quæ nobis in multis inferius proderūt:& vt iſta probemus,multa ſubiiciā exēpla.

Dictio quis in iure diuino fœmininum continet. ¶ Primo hæc regula longius à nobis producenda eſt, & demum quibuſdam tenenda retinaculis, ſcilicet quòd hæc dictio quis tam maſculos quam fœminas comprehendit, etiam in iure diuino, vt Hieremiæ 10.cap. Quis timebit te,ô Rex gentium?Et Dauid pſal. 23.quis aſcendet in montē domini?Panor.in cap.maiores. col.2.de baptiſ.quia hæc dictio refertur ad hominem, quæ dictio eſt communis, merito ex ſermonis etiam proprietate

fœmi

fœminas comprehendit, teſte Alci. hic.

In iure canonico. ¶ In iure canonico hoc eſt certiſsimum, vt, ſi quis conſtruxerit eccleſiam, ius patronatus habebit. cap. nobis, de iure patron. in muliere etiam intelligitur. Panorm. ibi: & in cap. fin. de conceſs. præben. Caſſado. deciſi. 1. de iure patro. Et Paul. de Citadinis in tract. iuris patron. in tertia parte quæſt. 3. in prima cauſa acquirendi, & ſi quis verberauerit clericum malitioſe, erit excommunicatus, & idem in muliere. cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. vbi ſcripſi. Probatur in cap. ſi quis. de foro competen. cap. ſi quis. de furt. cap. ſiquis. de iniur. elem. 1. vbi Bonifa. no. 2. de priuileg. Et regula cancellariæ, ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignauerit, &c. habet etiam locum in muliere reſignante, vt ſcripſi in praxi Benefic. vbi illam regulam elucidaui in tertia parte cum aliis multis.

Mulier conſtruens eccleſiam ius patronatus acquirit, ſicut vir.

Regula, ſi quis in infirmitate, habet etiam locū in muliere.

In iure ciuili. ¶ Et in iure ciuili probatur hic, & in aliis iuribus inferius adducendis: & idem apud grammaticos & rhetores, teſte Paulo Caſtren. in l. quicunque. C. de ſer. fugi.

Dictio qui etiã mulieres comprehendit. ¶ Secundò procedit hæc regula in dictione qui, vt in l. 1. §. ait prætor. ff. de cõſtit. pecu. vbi ſic dicitur, ait prætor, qui pecuniam debitam conſtituerit, qui ſic accipiendum eſt, quæve, nam & mulieres de conſtituta tenentur, ſi non interceſſerint. Eadem verba repetit tex. in l. 2. ff. de cap. dimin. idem probatur in rubr. ff. qui & à quib. l. qui rem. depoſiti. l. qui mortis. de donat. cauſ. mort. l. qui precario, de precar. l. ſi quis aliquid. §. qui nondum. de pœn. l. fina. C. de ſer. fugi, cum aliis ſimilibus, quod etiã iure diuino probari poteſt. Ioan. 6. qui credit in me, habebit vitam æternam. Eccleſiaſt. 2. qui timetis dominum, credite illi: & qui cadauer comitatur, in ius trahi nõ poteſt, l. 3. ff. de in ius voc. intelligi debet, quæve.

Ne quis an fœminas contineat, ¶ Tertiò idem in dictione ne quis. Vlpian. ſcribit ita, ait prætor, ne quis in ſubgrunda, protectóve, hæc verba ne quis ad omnes pertinent, l. ſi vero, §. ait prætor. ff. de his qui deiec. vel effud. probatur etiam in rub. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. eſt, vi exi. l. Cæſar. de publica. & in l. cum fideicommiſſa, qui & à quib. l. 4. §. 1. ibi, ne quis vocet. de in ius voc. l. 1. de feriis. l. ne cui. C. loca. l. vnica, C. ne ruſticani ad vllum obſequium deuocentur: lib. 11. l. ne quis. de dignit. lib. 12. C. cap. quoniam. de immunita. eccleſ. in 6. vbi Peruſ. in 1. gloſ.

Quiſquis. ¶ Quartò idem dici poteſt in dictione quiſquis. Caius in l. generaliter. ff. de acquiren. poſſeſs. l. quiſquis. C. de dona. l. quiſquis. ſi certum pet. & l. quiſquis. C. de reſcind. vendi. cap. quiſquis, 2. q. 6. ca. quiſquis. 11. q. 3. l. vnic. C. publicæ lætitiæ. lib. 12.

Quiſque, quiſquam, quiſpiã. ¶ Quintò idem in dictione quiſquam, l. propemodum, infr. eod. & dictio quiſque omnes ſignificat, l. hoc articulo. ff. de here. inſtit. l. vt vim. de iuſt. & iur. Alex. conſi. 175. perſpectis. colum. 3. volum. 5. & in l. 1. §. 1. ff. quor. legat. & in l. in lege cenſoria. infr. eod. capi. 1. vbi ſcripſi, de præſcript. idem in dict. quiſpiam, cap. fin. vt lite pendent. lib. 6. ideo omnes comprehendunt, quia maſculos & fœminas continent.

Quicũque maſculũ & fœminam continet. ¶ Sextò extende ad dictionem quicunque. Vlpia. in l. ait diuus. ibi, quicunque accipere debemus tam maſculum quàm fœminam. de iur. fiſ. ff. l. quicunq;. & ibi Albe. C. de ſer. fugi. l. quicunq;, de her. l. quicunq;. ff. de fal. cap. quicunq;. 2. q. 6. & cap. quicunq;. de her. in 6. & Iohel. 2. cap. quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. & Matth. 12. in fi. quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. cap. quicunque. 1. & 2. in 11. quæſt. 3. & in rub. de pacifi. poſſe. in concord. & in clemen. 1. de decim. vbi glo.

Aliquis. ¶ Septimò idem in dictione aliquis *aucun*, cap. vt circa, de elect. in 6. & in Ordinationibus regiis rub. *des appella.* artic. 15. quando aliquis appellauerit, debet renuntiare ſuæ appellationi intra octo dies, ibi ſcripſi in 3. tomo Comment. ad Conſtit. reg. facit cap. ſi quis. de homi. & 2. Pet. cap. 3. Deus non vult aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. & Iob cap. 5. Voca ergo ſi eſt, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorum conuertere.

Quilibet, quiuis. ¶ Octauò in dictione quilibet *chacun*, l. ſacrilegij. 2. ibi, quilibet alius. in fin. ff. ad legem Iul. pecul. idem in verbo quiuis, l. interdictum. ff. quod vi aut clam, vbi hoc interdictum per quemuis domino acquiritur: & ſic mulier etiam intelligitur.

Qualiſcũque. ¶ Nonò idem in verbo qualiſcunque. Vlpia. in l. 2. §. prætor ait. ibi, qualiſcunque fideiuſſor iudicio ſiſtendi cauſa accipiatur, & ex fœmineo ſexu deſcendẽtes accipiemus. ff. qui ſatisda. cogan. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arma. l. 2. vti poſſide. l. 1. §. penult. de aqua quotid. l. ſi mater. §. eandem. de excep. rei iud. l. 1. §. accuſationem. ad Turpilian.

Homo vtrunque ſexum continet, ¶ Decimò idem in dictione homo. glo. in clemen. 1. de elect. l. hominis. infra eod. vnde Iuriſconſ. Paul. ait in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. ſi quis abortionis aut amatorium poculum dederit, & ex eo mulier, aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiatur is, qui præbuit poculum. Intelligite ſi mulier, quæ recepit poculum perierit, aut homo in ventre exiſtens, ſiue vir, ſiue fœmina eſſet, dummodo anima infuſa fuerit, quia ante non dicitur homo, vt dicam in interpretatione ad illum textum.

Nullus, nemo. ¶ Vndecimò idem in dictione nullus, in Ordinat. regi. rub. de appell. artic. 1. vbi nullus recipitur ad appellandum, niſi illico appellet: *Nul ne ſoit receu a appeller, s'il n'appelle* illico: intelligite ſiue ſit mulier, ſiue vir, regul. nullus, de regulis iuris, in ſexto, & Deuteron. 17. nullus

nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. l. nullus. infr. de regul. iuris. idem in dictione nemo: vt in omnibus legibus incipientibus nemo, infra tit. ſeq. patet, & l. nemo. de leg. 1. ff.

Perſona, continet & maſculum & fœminam. ¶ Duodecimò idem in dictione perſona. Decius in reg. fœminæ. in fi. ff. de reg. iur. Iaſ. conſil. 18. num. 2. volum. 1. Alex. conſil. 4. in cauſa. vol. 7. Facit lex metum. §. animaduertendum. ff. quod met. cauſ. l. 1. §. perſonis. de iure immunita. Scripſi in gloſ. perſonis. §. ſtatuimus. 2. de collat. in concorda. & in his proprie maſculinum complectitur fœmininum, vt inferius dicetur.

Conſanguineus cõſanguineam comprehendit. ¶ Decimotertiò idem in verbo Conſanguineus, cuius nomine & conſanguinea continetur, niſi ſit diuerſa ratio. l. 1. in fin. ff. de ſuis & legit. hered. vbi ſic ſcribit Vlpian. Conſanguineos Caſsius dicit eos, qui ſanguine inter ſe coniuncti ſunt: ſed mulieres ſanguine nexæ ſunt, ergo conſanguinei nomine veniunt. Probatur in tit. de ſucceſs. agna. §. 1. in Inſtit. & communis loquendi vſus conſanguineos, *Couſins* appellat quocunque modo ſanguine iunctos, ſiue ſint maſculi, ſiue mulieres. Bart. in l. quidã. §. quod dicitur. ff. de lib. & poſth. Corne. conſilio 222. quanquam. in 3. volumi. tamen gallicus ſermo habet maſculinum & fœmininum, vt dicetur infra.

Coniuncti verbũ fœminas cõprehendit. ¶ Idem in coniunctis, vt ſi cauſæ coniunctorũ ſunt compromittendæ, cauſæ etiam mulierum comprehendentur: vt conſuluit Alex, cõſi. 115. circa col. vltim. in 2. volum. & conſi. 79. Franciſcus. in fin. in 6. volum. vbi proprie etiam dicit mulieres contineri.

Idẽ in propinquis. ¶ De propinquis idem voluit Anchar. conſi. 95. in quæſtione, & Bald. conſi. 334. in quæſtione. col. 2. in 3. volum. & idem concludit dominus Tiraquellus in tract. de vtroq; Retract. *du Retraict lignager.* §. 1. gloſſ. 9. dicens, *ſi le plus prochain vient au Retraict lignager*, venire etiam fœminã, ſi proximior ſit. Idem ſecundum eum, ſi dicatur, *le parent*, quamuis *le* ſit articulus maſculinus, tamen continebitur, etiam mulier: de quo dicã in l. liberorũ. infr. eod.

Cognatus. ¶ De cognatis, quòd etiam fœminæ contineantur, probat rub. de ſucceſ. cogn. in Inſti. & de gradibus cognat. & l. pater. in princ. de minorib. ff.

Proximus. ¶ Idem ſi dicatur proximus, vel, *le plus prochain*, etiam mulier continebitur, ſi ſit proxima. §. proximus. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſs. & §. fin. ibi, nato natæve. de ſucceſſ. cognat. in Inſtit. & Corne. d. conſi. 222.

Generationis nomine quid. ¶ Idem conſtituit Corne. conſi. 233. in hac colum. 2. & ſequen. in quarto volu. in generatione, vt ſi domus venire debeat de generatione in generationem, vt appellatione generationis tam maſculi quam fœminæ, ac etiam nati ex fœminis comprehendantur. quod probatur in cap. vno. §. contra natos. de ſchiſmaticis. in ſexto.

Conſobrinus an contineat conſobrinam. ¶ Idem in conſobrinis, *couſins*, dicemus. §. 1. de legiti. agna. ſucceſs. niſi ſeparatim ponerentur, vel eſſet diuerſa ratio. §. quarto gradu. Inſtitut. de gradi. cogna. Et hodie quamuis vſus loquendi vocet omnes fere attinentes & conſanguineos cõſobrinos, *couſins*, vel *couſines*. text. in cap. vnico. de feudo marchiæ. vbi Bal. hoc expreſſe aſſerit: id tamen non proprie, vt conſuluit Alex. conſil. 153. viſo themate. col. 2. in 7. vol. Ego etiam proprie in natis ex ſororibus, quia nati ex ſororibus conſobrini dicuntur, quaſi conſororini, d. §. quarto gradu. Ideo ſi mulieres naſcantur ex duabus ſororibus, hoc eis conuenit. Ex cõmuni vſu loquendi Franciç hæc vocabula ſunt ſeparata. Nam habemus *couſins* & *couſines*: ideóque ſi nomen maſculinum appoſitum fuerit in ordinatione, non habebit locum in fœmina, niſi ſit eadem ratio in ea.

Nomine ſerui & ancilla continetur. Etiam ſerui nomen ad ancillam refertur, l. deteſtatio. infra. ſcripſi abunde in conſtit. reg. gal. 2. tomo, tracta. de famul. ſalar. gloſ. 9.

In ſtatutis maſculinum complectitur fœmininum. ¶ Decimoquartò in ſtatutis etiam maſculinum cõtinet fœmininũ, vbi eſt eadem ratio. probat Bart. in l. iura. in fin. de legib. ff. & Curt. conſil. 9. Ticinenſi. num. 65. verſi. reſtat. Iaſ. & Dec. in l. ſi quis id quod. col. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. nec video à iuribus ſtatutam in hoc differentiam, nec ego ſtatuam, cum Iuriſconſ. dicat maſculinum ſexum ſemper fœmininum continere, quia eſt commune nomen, l. qui duos. ff. de legat. 3. maxime quando ſtatutum loqueretur in termino communi, quis, aliquis, & ſimilibus verbis, vt ſuperius dixi. Et Decius conſi. 339. conſului. col. 2. Ludou. Gozad. conſil. 43. videtur. col. 1. dominus Geminia. in cap. generali. de elect. in 6. hoc firmant. quia hoc eſt ex proprietate recti ſermonis ſecundum eoſdem: & ſtatuta ſunt generalia, & omnes perſonas, quæ in eis non excipiuntur, continent, l. omnes populi. vbi Bartol. ff. de iuſtitia & iure. nec ſtatuta valerent facta contra certas perſonas, vtpote pro viris, ſine cauſa, & ratione excludendo fœminas, cum omnes. de conſtit. Ob id fœminæ etiam in ſtatutis comprehendũtur. Et iudex in his debet cõſiderare, an materia æquè mulieribus & viris cõueniat, & ſit eadem ratio in vtriſque, & tunc iudicet idem in ambobus: alioqui contra, vt inferius dicetur in maſculis. Et quia ſtatuta vltimis æquiparantur voluntatibus, l. 1. vbi docto. C. de his quib. vt indig. & quamuis ea non ſint à doctoribus extendenda: tamen ad illos caſus, in quibus Iuriſconſ. declararunt fœminas comprehendi, poterũt recte adaptari ſtatuta tam ad maſculos, quam ad fœminas: quia poſtquam interpretatio facta eſt à Iuriſc. ſiue ab Imperatore, eam reiicere non poſſumus, quia illa interpretatio generalis eſt, ſicut lex, ideo eſt pro lege ſeruanda.

An ſtatuta facta contra certas perſonas valeant.

imo

imo ſi in ſtatuto prohibita eſſet extenſio, non cenſeretur legis extenſio prohibita; ſed hominis, vt no. Socin. in tract. fallent. regu. 255. & Alex. conſi. 45. habita. col. 2. in 7. volu. doct. in l. 1. ff. ad legem Falcidiam.

Statutũ de primogenito an in primogenita locum habeat.

¶ Ideo ſtatutum de primogenito habet locum in primogenita. Bald. in l. in multis. ff. de ſtat. homi. Roma. conſi. 98. quod ad is. circa fi. Fulgo. conſil. 203. viſis. niſi conſuetudo vel ſtatutum de maſculis mentionem fecerit. & ſic intelligetur opinio Guidonis Papæ deciſ. Delphi. q. 506. in cõtractu, vbi ſi donetur primo nato, filia primo nata id nõ habebit; quod verum etiam crediderim, quando non eſſet eadem ratio: vtpote ſi inter nobiles ageretur,

Ius primogenituræ non eſt inter mulieres.

qui præferunt maſculos fœminis: vel pro qualitate materiæ, quia inter mulieres regulariter non cadit ius primogenituræ, vt ſæpius eſt in conſuetudinibus ſcriptum. Et ſic ſtatutũ loquens in termino communi comprehendit etiam mulieres, maxime in fauorabilibus, vt concludit Alex. conſi. 125. viſo proceſſu. col. 4. vol. 7. & Anchar. cõſil. 112. ſuperſtite. col. 1. vbi dicit, quòd in fauorabilibus ex interpretatione comprehenſiua etiam in ſtatutis appellatione filij veniet filia: ideo ſi capienti proditorẽ detur præmium, dabitur etiam mulieri capienti. Sequitur Bald. conſi. 376. dicit ſtatutum. in 2. volum. Et vbi materia eſt indifferens, maſculinum concipit fœmininum, etiam in ſtatutis, teſte Curt. d. conſi. 9. Ticinenſi. col. 3. num. 33. vt ſi ſtatuto caueatur, quòd ſi quis deliquerit, tali pœna puniatur, fœmina etiam quæ deliquit, punietur, quia non differt tunc mulier à viro, & maſculinum prolatum à lege, vel à ſtatuto, lex eſt. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. & hoc probat Bonifac. in tracta. de malefic. in rub. quid ſi accuſatio. verſi. ſed quid ſtatutum dicit, &c. Dummodo illud, quod dicitur in maſculino, cõueniat fœminæ: aliàs non, vt ſi loqueretur lex per aliquam qualitatem, vtpote doctor, medicus, religioſus, presbyter, fur famoſus, &c. tunc non comprehendetur fœmina, teſte Alex. cõſi. 135. circa primum. col. penul. in primo vol. quia illa qualitas mulieribus non conuenit. & ſic in materia differenti docto. dicunt in ſtatutis fœminam non comprehendi: vt inferius in limitationibus abundantius ſcribam.

Mulier capiens proditorem habebit præmiũ ſtatuti.

Materia indifferens quæ dicatur.

Qualitas appoſita in actu excludit fœminam à viro.

¶ Nec refragatur id quod iuris ſcribunt interpretes, in ſtatutis maſculinum non continere fœmininum, quia ſtatuta ſtricti iuris ſunt, ob id non extendenda, vti dicit Corne. conſi. 11. & 83. & 335. col. 2. in 1. volum. & Alex. conſi. 45. habita. col. 1. in 2. volum. & alij plurimi iurium interpretes. Sed dico non extendenda ab eo qui non habet poteſtatem, ſi lex non extendat: ſed ad legis extenſionem eſt etiam ſtatutum accommodandum, vt ſuperius dixi per text. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolut. matrimo. etiam in pœnalibus. vt ſuperius ſcripſi per l. ſi quis. ff. de iuriſdict. omnium iudic. ſed in pœnis, quando mulier cõprehenderetur, minueda erit aliquatenus in illis pœna, ratione fragilitatis ſexus, l. aut damnum. §. in miniſterium. ff. de pœn. quicquid dicant iurium interpretes ſuper iis.

Statuta nõ extendenda, quo modo intelligatur.

Pœna in mulieribus minuenda.

¶ Decimoquintò in vltimis voluntatibus maſculinum comprehendit etiam fœmininum: vnde qui dedit tutorem filiis, & filiabus dediſſe videtur. Vlpian. in l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tute. facit lex Lucius. §. quæſitum. ff. de legat. 3. l. Lucius. §. Meuia. ad Trebell. & ſi quis ſubſtituat filio ſuo Titium, ſi ſine liberis, vel filiis decedat, ſi filias habeat, excludetur ſubſtitutus, eadem ratione quia maſculinum, &c. Docet Alex. conſi. 17. circunſpectis. col. penult. in 7. volu. Decius quoque conſil. 568. ſi peto. Paul. Pariſ. conſil. 41. Ioannes. col. 3. in 3. volum. etiam equis legatis equæ continentur, l. legatis. in fi. ff. de leg. 3. facit l. ex equis. de vſur. doct. in l. cum auus. de condit. & demonſt. l. generaliter. §. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. & mulæ ſub nomine muli comprehendentur, l. qui duos. ff. de leg. 3. Niſi ex veriſimilibus coniecturis aliud ſenſiſſe teſtatorem appareret. Cuma. conſi. 117. in teſtamento. in primo dubio, vt Iaſ. refert conſil. 1. col. 10. in 2. vol. facit l. Lucius. ff. de leg. 1.

In priuilegiis etiam fœminæ continetur ſub maſculis.

Equi continet equas, & muli mulas.

Qui poteſt filios legitimare, & filias poterit.

¶ Decimoſextò appellatione filij venit filia, l. iuſta. infra eod. l. cum in adoptiuis. §. quæ in filio diximus, & in filia extendimus. ſcribam in dicta leg. iuſta. & l. liberorum. infra eod. Et fratris appellatione ſoror comprehenditur, Modeſtin. in l. tres fratres. ff. de pact. niſi illa materia ſororibus non cõueniret, vel aliud ſenſiſſe teſtatorẽ proberur, vel diuerſa aſſignari poſſit ratio, ſeu frater & ſoror expreſsi eſſent, lege prima. ff. de partici. l. Lucius. §. quæſitum. de lega. 3. ff. Bald. conſil. 47. factum tale. in 5. vol. Latiſsime Curt. in dicto conſil. 9. Ticinenſi. colum. 1. & ſeq. & Alex. conſi. 85. animaduerſis. col. 2. in 4. volum.

Filij nomine filia, et fratris, ſoror venit.

¶ Decimoſeptimò in priuilegiis maſculinum complectitur etiam fœmininum, vt docet Papa in cap. cum & plantare. §. eccleſias. de priuileg. vbi tex. loquens de religioſis comprehendit etiam fœminas, ſi illis conuenire materia poſſit: niſi diceretur viris religioſis, cap. paſtoralis. de priuil. Bald. in cap. ad audientiam. 1. in fi. de reſcript. & ideo priuilegium immunitatis conceſſum Titio & filiis, filiabus etiam competit: ſed non deſcendentibus ex illis, l. 1. in fin. ff. de iure immunit. l. fin. C. de priuil. ſchol. lib. 12.

¶ Quod eſt intelligendum, quatenus reſpiceret commodum concedentis, ſecus ſi tertij. Barba. conſilio 57. præclare. col. 4. volu. 2. vnde priuilegium datum alicui, vt poſſet legitimare filios, ad filias etiam extenditur, ſi non vergat in præiudicium tertij. Curt. dicto conſilio 9. circa fi. verſicu. ad hæc etiam. vbi dicit priuilegia eſſe reſtringenda, quando ſunt

ſunt odioſa. Videte Decium conſi. 453. conſultum. & Ludouic. Gozand. conſi. 71. in cauſa. col. 3. num. 6. & Iaſ. in l. beneficium. ff. de conſtit. principum.

Fœminæ in contractibus comprehenduntur ſub maſculis.

¶ Decimooctauò etiã procedit in cõtractibus, quibus non inuenitur à iure facta differentia in hoc. vnde ſi pater emat domũ ſibi & filiis, etiam filiæ partem habebunt, quia votum parentum eſt acquirendi tam filiis quam filiabus. Papin. in lege, cum auus. ff. de conditioni. & demonſtrat. l. nam & ſi parentibus. de inofficio. teſtament. l. in ſuis. de liberis & poſthum. aliàs eſſet accuſare naturam, contra legem, maximum vitium. C. de liber. præte. vel exhereda. Huius eſt ſententiæ Alexand. conſi. 61. ſuper eo. col. vltim. in primo volum. & Decius in l. 2. num. 105. ff. de regul. iur. & Alci. hic, ac Ludou. Gozand. conſil. 20. prima facie. vbi in contractibus etiam in materia indifferenti noſtram procedere regulam aſſerit. Nec refragatur quod partes apertius legem exprimere debebant: nam ſufficit exprimere prout de iure: ſed de iure maſculinum continet fœmininum: ergo partibus nihil imputandum eſt, quamuis turba doctorum in contrarium ſit: voluntates etenim legitimè contrahentium omnimodo conſeruandæ ſunt, l. penult. C. pro ſocio. & quia eſt legis extenſio, vt ſupra ſcripſi.

In reſcriptis maſculinũ continet fœmininum.

¶ Decimononò idem in reſcriptis, ſi impetrentur contra Titium, & quoſdam alios, etiam fœminæ continentur. cap. ſignificauit. de reſcript. cap. 2. vbi docto. illo titu. in 6. Sed hodie non vidi vti in noſtris reſcriptis illa clauſula, & quidam alij, ſed in monitionibus ad reuelandum comprehendentur etiam fœminæ, d. cap. 2. diuerſum eſt, quando reſcriptum exprimeret nomen proprium alicuius, tunc non venit fœmina: quia reſcriptum non trahitur ad aliam perſonam non expreſſam, cap. Rodulphus. de reſcript. Barba. in clement. 1. colum. 32. de elect. Imol. in l. ſi ita ſit ſcriptum. colum. 2. ff. de legat. 2. Iaſon conſil. 1. colum. 2. in 2. volum. Ludo. Gozand. conſilio 29. videtur. col. 3. num. 15. & in beneficialibus etiam habet locum, vt ſcripſi in praxi benefic. in bulla nouæ prouiſi. in verbo, ſuper ea quoque, in prima parte.

In conſuetudinibus.

¶ Vigeſimò in conſuetudinibus probat Ioan. Sanzon olim Delphinalis præſes, in conſuetudinibus Turonenſ. rub. 1. artic. 23. & Chaſſa. in conſuetudinibus Burgundiæ, rubric. *des iuſtices.* §. 5. in gloſſ. *ſi aucun.* dicentes ſub maſculino fœmininum contineri, ſi ratio patiatur, & ſubiecta materia: & cum in hac patria conſuetudines ſeruentur pro iure, ob id ſecundum ius intelligendæ erunt, & interpretandæ. cap. 2. cap. cum dilectus. in fin. & cap. fi. vbi doct. de conſuetu. & ſic maſculinum continebit fœmininum.

In conſtitutionibus regiis.

¶ Idem in conſtitutionibus regiis diximus, vt in tit. *des reſponces par credit.* artic. 1. in tertio tomo conſtitu. regia. vbi dicitur, *le demandeur apres qu'il aura afferme le contenu en ſa demande eſtre veritable, le defendeur ſera tenu reſpondre par credit*, vel non, quod in mulieribus etiam locum habebit, cum petere in iudicio, & defendere ſe poſsint, & materia eſt indifferens. & ideo in illis obtinebit, vt teneantur reſpondere, ſicut viri, vt inferius dicetur. & ſic dixi donationem factam tutrici mulieri à ſuo pupillo, nullam per legem regiam in titu. de donatio. & aliis diſpoſi. in 2. tomo conſtit. regi. quia eadem ratio in illis locum habet, quæ in viris. & mulier tenetur eligere domicilium, ſicut vir, quando litigat, vt dixi in tracta. de domicilij electio. in arti. 1. in 3. tomo conſti. regia. & in aliis multis conſtitut. deciſio huius text. locum habebit.

Trium ordinationum elucidatio.

¶ Vigeſimoprimò procedit etiam in odioſis: vnde ſi quis venerit contra tranſactionem iuratam, ſiue vir, ſiue mulier, infamis erit, & punietur pœna l. ſi quis. C. de tranſact. Probatur etiam in l. ſi quis. C. vnde vi. & ibi gloſſ. hoc aſſerit. & in l. 3. §. 1. ff. de negot. geſt. vnde ſi mulier frangat fœdus, contra eam agetur, ſicut contra virum, vt concludit Hippolyt. conſilio 85. Poſt reditum. contra Accur. hic, quia leges ſunt generales, l. leges. C. de legib. alioqui ſequeretur, quod mulieres aſtutæ & ſagaces non punirentur, & maleficia remanerent impunita, quod reprobant iura vulgaria.

In odioſis an ſub maſculo fœmina contineatur.

¶ Siue odium proferatur ab homine, ſiue à lege: vnde ſi pater dicat, filium mihi naſciturum exheredo, quia ex me ſcio conceptum non eſſe, etiam ſi fœmina naſcatur, erit exheredata, id eſt, ab hereditate excluſa, ſi forte probetur anno maritum non coiiſſe cũ vxore, & ſic ab eo non eſſe conceptum. l. ſi poſthumus. in fin. vbi doct. ff. de lib. & poſthu. l. filium. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. Sed quando odium eſſet irrationabile, vtpote ſi poſthumus exheredaretur pro voluntate, & ſine cauſa, vt fiebat iure Digeſtorum, non cõprehenderetur tunc fœmina, l. 1. §. ſed & ſi incertum. verſ. quare. ff. de ven. in poſſ. mitten. & in hoc caſu poteſt hæc glo. intelligi, quam Bald. no. ſingu. in margarita. in verbo, maſculinũ. Eſt tamen ſimilis in l. ſi quis ita. ff. de teſta. tur. glo. in verbo, ſponſam. vbi Hippo. in l. vnic. C. de rapt. virgi. & in l. ſi quis viduam. nu. 5. ff. de quæſt. De hoc irrationabili odio loquitur Imperator in l. final. §. ſed quemadmodum. C. de ſecund. nupt. facit clemen. 1. de elect. vbi gloſſ. & docto.

Exheredatio filij continet filiam.

¶ Si pro delicto patris filij puniantur, non punientur filiæ, quando non eſſet in eis eadem ratio, l. quiſquis. §. ad filias. ff. ad legem Iul. maieſta. Bartol. hic. & ſi filij exulum ſiue

Si pro delicto patris filij pu-

niantur, an filiæ etiam puniri debeant.

bannitorum non possunt in ciuitate remanere, quia timetur, vt velint vindicare patris exilium, non ob hoc, excludentur fœminæ, tanquam minus ausurę, per d. §. ad filias. teste Alberi. in quarta parte statutorum. q. 66. item quærit, &c. & Bald. in d. l. quicunque. C. de seruis fugit. nisi filiæ essent viris magnis nuptæ, vt alibi dixi. Et si quis ob rebellionem fuit exul factus, & sui, non tamen veniunt fœminæ, teste Aret. consi. 39. in facto. & Barba. consilio 50. clementissimi, colum. 6. in 4. volum. Francisc. Curti. consil. 176. præsupponit. col. 4. nume. 7. Deci. consi. 64. & diligenter. colum. 1. quod limitarem quando illæ filiæ nuptæ essent magnis viris & potētioribus, qui possent facilius se vindicare quam filij, tunc etiam comprehenderentur, per illum §. porro. quæ fuit prima causa beneficij amittendi.

Violēto nocenti mulier continetur.

¶ Item si diceretur, violentum tali pœna puniendum, mulier quædam virago inferens violentiam, puniretur eadem constitutione, doct. in l. si constante. §. fin. ff. solut. matrimo. Quippe rationi est congruum, vt delicta non remanēant impunita, à quocunque sagace commissa fuerint. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. d. l. si quis. C. vnde vi.

In omni materia masculinū concipit fœmininum.

¶ Vltimò fere in omni materia masculinum complectitur fœmininum, quod bellissime probat Iulia. in l. qui duos. in fin. ibi, quia semper sexus masculinus fœmininū sexum continet. de legat. 3. Et hæc lex nullam causam, nec personam excipit, vt dicit Papin. in l. 4. ff. si liber ingen. esse dica. Sic nuncupatum firmat Iaf. consi. 142. venerabilis. colum. 4. in 2. volum. Nec obest dicta lex, pronuntiatio. ibi, plerunque, quia regulam constituit: vt dicam in l. interdum. infra eod. Nam Iurisc̄on. non semper porrigit masculinum ad fœmininum, vt in casibus sequentibus, & quando sermo adaptari non potest ad vtrunq; genus, teste Bart. in l. 1. in fin. princ. num. 24. ff. de pecu. hactenus de ampliationibus.

Fallētiæ quare vocantur, & quomodo à Iurisconſ. exprimantur.

¶ Pergamus ad limitationes: nec tot describam, quot iuris interpretes, sed necessarias tantum: ipsi enim fallentias dicunt, eo forte quòd fallant, seu decipiant multos, l. 1. ff. de dolo, sed interest nostra, ne fallamur, dicit Vlpia. in l. 1. in princ. ff. si mensor fal. mod. dixe. & graue est fidem fallere. l. 1. in princ. ff. de constit. pecu. &, nec me fallit alieno facto ius immutatum iri. l. nam satis. §. cæterum. ff. quemadmo. seruit. amit. Ideo nos sequemur Iurisc̄on. verba, vbi quod nostri interpretes dicunt fallit, Iurisc̄on. dicunt, derogatur. l. derogatur. infr. eod. vel perdit officium suum regula, seu vitiatur, infr. in l. 1. tit. prox. vel flectitur, vt dicitur de reg. Lesbia. vel non procedit, vt dicitur in l. qua actione. §. si quis in collusatione. ad leg. Aquil. ff. temperatur, moderatur, restringitur, & aliis verbis vtuntur Iurisperiti, quæ frequētius mutuo ab eis accipiemus: excipitur, vt in l. & eleganter. ff. de dolo.

Masculinū non continet fœmininum, quādo qualitas mulieribus nō conuenit.

¶ Primò perdit officium suum hæc regula, quando qualitas masculini sexus non conueniret mulieribus, &(vt dicunt iurium interpretes) in materia differenti, scilicet à viris, vt si patronus postulans puniatur, non punietur fœmina, quia illa qualitas mulieribus non congruit, cum non possint postulare, propter Calphurniam, vel Carfarniam, quæ causam edicto dedit. l. 1. §. sexum. ff. de postu. facit lex, semper. §. licet in corpore. ibi, nec omnia ei congruant, quæ principalibus constitutionibus cauta sunt. ff. de iure immunita. Eadem ratione, Is qui ad successionem venit, tutelam accipere debet, non procedit in fœmina regulariter, l. Quintus Mutius. aliàs, quo tutela. de regul. iur. ff. l. 1. §. interdum. de legit. tut. ff. & de legit. patro. tute. in fin. in Instit. l. 2. C. quando mulier tut. officio funga. Et sic in officiis masculinum non comprehendit fœmininum, vt si dicatur quod iudices teneantur, vel consules, seu commissarij morari in ciuitate, seu in loco, vbi notionem habent, mulieres non continebuntur, quia hæc officia habere non possunt, l. fœminæ. ff. de regul. iuris. Idem si testator dicat, do executores fratres meos, non intelligentur sorores datæ, per rationem supra assignatam. Bald. in cap. ad audientiam. 1. de rescript. Et quæ sunt illa, quæ non conueniunt fœminis, tradit text. in dicta lege, fœminæ. vbi plene Ioan. Mayner. & Decius post Baldum in d. l. seruus. C. commun. de successio. Vnde si quis acquirat feudum pro se & liberis, non comprehenduntur fœminæ, quia regulariter in feudo non succedunt, §. filia. de successio. feud. Dixi rationes in arbore feudorū, sed in hoc regno Franciæ contrarium seruatur, quia feuda instar patrimoniorū sunt, & ideo etiam in illis fœminæ cōprehenderentur: vt dicit Io. Fab. in Auth. ingressi. in fi. C. de sacrosan. eccl. & Guido Papa in decis. Delphi. q. 59. secundum. & Boer. in §. 2. de consuet. feud. in consuet. Bitur.

Fœminæ in feudis non succedunt.

Fideiubere nō possunt mulieres.

¶ Item non conuenit mulieri fideiubere, per totum tit. ff. & C. ad Velle. vnde leges de fideiussoribus loquentes, de mulieribus non intelliguntur regulariter, vt possint fideiubere, quia hoc prohibet senatusc̄on. Velleia. mulieribus fauens, vt scripsi in l. 1. ff. ad Macedo. in no. interpretat.

Ius in ordinibus loquens nō continet mulieres.

¶ Item quis libere ad subdiaconatus in decimooctauo anno, ad diaconatus autem in vicesimo, & ad presbyteratus ordines in vicesimoquinto promoueri potest, clemen. fina. de ætat. & qualit. scripsi in praxi beneficior. in dispensa. de non promouendo. Sed hæc decisio mulieres non comprehendit, quia illis non congruit, capitulo, noua. de pœnitentiis & remiss. & capitulo, licet canon. de electio. in sexto. Hippoly. singul. 20. masculinum. Socinus consilio 36. recte. columna tertia, volumine primo, ca. si quis presbyterorum. de rebus

rebus eccles. non alien. & ibi Calder. Et quamuis presbyteræ dicantur mulieres viduæ, seniores, vniuiræ, & matriuiræ, in cap. fina. 32. distin. tamen ideo ordinari non possunt. vnde si qualitas illis conuenire posit, sub masculino comprehendentur: ideo in ordinat. regia, in titul. de mercat. minutatim vendent. artic. 1. mulieres continentur, vbi statuitur mercatores minutatim vendentes intra sex menses mercedē seu salarium petere debere, alioquin post illud tempus non audientur: etiam locum habebit in mulieribus, ea officia exercentibus: quia eadem est ratio in eis: quod est vtile in hac patria, vbi mulieres publicè mercantur & negotiantur, vt abundantius scripsi ibidem, in secundo tomo constit. regia. vbi dixi eas magis astutas in emendo & vendendo esse, quam sint viri.

Presbyteræ mulieres quæ. Ordinatio regia de mercatoribus minutatim vendentibus habet etiā in mulieribus locum.

Fœmininū quādo est à masculino separatum sub ipso masculino non includitur.

¶ Secundò vitiatur hæc regula, quando lex separatim loqueretur de masculo, & separatim de fœmina, vel quando contrarium in vno statutum esset, quam in alio, per text. in l. 1. §. in potestate, ibi, filios, vel filias. ff. de exercit. actio. l. si quis, vel si qua. C. ad Tertull. lege prima, ibi, quos quáſve. ff. furti aduerſ. nautas. quod interdum fit ad maiorem expressionem & declarationem. l. mariti. §. quinquennium. ibi, postulatus, postulatáve est. ad legem Iul. de adulte. lege penult. ibi, aggressus aggressáve fuerit. de sicar. l. publica. ibi, reo vel rea. de public. iudic. lege prima, in fi. de postul. lege, si ita. ff. de liberis & posthum. lege secunda, §. ait prætor. ibi, qui quæve deminuti deminutæve. de capit. diminut. l. clemens. de hered. instituend. Bald. in lege, in multis. de stat. homi. capitu. dilecti. de donationib. Socin. consi. 63. visis testamenti. nume. 13. in tertio volum. Curt. consi. 52. super testamentis. numero 24. Iason consil. 1. versic. 7. facit. in 2. volum. Decius consi. 339. consului. colum. 2. Iacob. in l. si quis id quod. in prima lectura. col. 1. ff. de iurisdict. omnium iudic. & in lege, quicunq;. col. 1. de seruis fugit. C. quia expressum facit cessare tacitum, l. cum filio. §. filio. ff. de vulgar. Et quandoque propter huius significationis ignaros hoc adiici solet. text. pulcher in c. vno, de no. for. fideli.

Nominis prohibitio non continet fœmininū sexum.

¶ Vel si masculinum sub proprio nomine proferatur, vt do tutorem Titio filio meo, aliis filiis, vel filiabus dedisse non videtur, lege, si quis ita. §. primo, iuncta glo. ff. de testam. tute. Et si institutus erit Ioannes filius talis, non erit instituta filia, nisi in casu descripto in l. 3. vbi doct. C. de inoffic. testam. Facit quod not. Albert. Brunus in tract. de statu. excludendi fœminas, artic. 5. quæst. 13. quia nomen proprium aliud non continet. l. 1. & sequen. ff. de libe. & posthum. vbi doct.

Cōstitutio propter vnum facta etiam ligat alios.

¶ Quod non habet locum secundum Bartol. quando profertur à lege ius ciuile condendo, vt in prima constitu. C. §. fina. vult dicere Bartol. quòd masculinum concipit fœmininum, quando à lege profertur: vt in lege prima, C. de edend. Imperator ibi rescribit Aemilio: & in lege secunda, ibidem Fausto, si fœmina similem casum habeat, licet vir in lege sit nominatus, tamen fœmina comprehendetur, vt etiam Dinus scribit in cap. quod alicui. in fin. de regul. iur. in sexto. Sed hoc non venit eo, quòd masculinum concipiat fœmininum, sed quia lex est generalis, l. leges. C. de legib. & ius est omnibus commune, ideò quando Imperator legem facit generalem, licet nominet vnum, non erit ob hoc lex specialis, vel si scribat ad petitionem vnius: nisi personalis esset constitutio, l. 1. ff. de cōsti. princi.

Lex ad postulationē vnius facta ligat etiam alios.

¶ Sic est dicendum, quando ad postulationem mulieris lex fit, vel edictum; tunc licet nominetur mulier, tamen lex omnes ligat in casu simili. Probatur in lege, pacta quæ contra leges. & l. pacta nouissima. & l. pacto successorum, in suprascripto. C. de pact. facit lex, Modestinus respondit his verbis, libertis libertabúsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri. infra eod. quæ lex licet in libertis liberta loquatur, idem tamen erit in libertis liberti: & hoc docet Petrus à bella Perti. in lege, quicunque. colum. 2. C. de seruis fugit. alioqui omnes ferme leges C. quæ ad postulationem virorum & mulierum factæ sunt, & essent speciales, & non ligarent omnes: idem etiam in decretal. epistolis esset, quod non est dicendum: vt plene docet Felinus in cap. 1. num. 17. de constitut.

Diuersa ratio facit vt masculinum non contineat fœmininū.

¶ Tertiò non procedit, quando esset diuersa ratio in fœmina, vtpote si contractus à minoribus factus sine consilio, consensu, vel authoritate consanguineorum irritus fiat, non esset nullus sine consensu fœminarum consanguinearum, quia consilium earum est fragile, lege prima, ff. de legit. tut. l. filia. C. de inoffic. testament. cap. forus. de verbor. significa. & authoritas est proprie virorum, lege, quidam decedens. §. Papinianus. ff. de adminiſt. tut. Et quia non debet fieri extensio prohibitiua statutī de masculo ad fœminam. Alex. consi. 234. puto. colum. 2. in 6. volum. Nec est eadem conditio in muliere, quæ in viro. Bald. in l. vltim. C. de verbor. signific. Curt. dicto consilio 9. Ticinensi. nume. 36. Socinus consil. 90. abunde. in fin. volum. 1. Et hoc casu multum valet iudicis arbitrium, inspecta & considerata facti qualitate, vt pragmaticis satis est liquidum, per l. 1. vbi Claud. Seyssell. de legit. ff. alioqui dictante eadem ratione procedit etiam in statutis hæc conclusio, vt superius probatum extitit.

Masculinū non cōplectitur fœ-

¶ Quartò flectitur huius tex. decisio, quando alia mens legis, vel loquentis tacita vel expressa esset, & de illa voluntate constaret, per l. Lucius. §. quæsitum est: An quod here-

mininum quando de cõtraria mente cõstat.

des fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertineret: respondi pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur, ff. de lega. 3. Exemplum istius voluntatis scribit Decius in dictam legem secundam, nu. 98. inferius tit. proximo. & pro facti qualitate iudex istam mentem arbitrari debet, vt voluntas disponentis exactè seruetur, l. in conditionibus. ff. de conditionib. & demonstrationib. vnde cum sententia ad acta referri debeat, l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudicata, tunc non habebit locum hæc regula, quia iudex videtur velle condemnare illos, qui in actis sunt descripti. vnde si contra vniuersitatem actũ fuerit, vbi sunt mulieres, etiam comprehendẽtur, non ex vi huius regulæ, sed ex vi verbi vniuersitas: vt concludit Barba. consilio 57. col. 5. volum. 2. & Decius in d. l. 2. numer. 115. versic. septimo. infra titul. proximo. vnde si patronus ex statuto excludat matrem, tamen amita non excludet eam, teste Bald. in l. illam. C. de collat. Et statutum excludens matrem à successione filij, non excludet à successione filiæ, vt asserit hic Albe. sed hoc non est, quin masculinũ contineat fœmininum: sed dispositum in vno, non habet locum in alio, propter diuersam rationem, & quia illa statuta cõtra ius non debent trahi ad ea, ad quæ non videtur mens statuentium accedere: nec est eadem ratio in aliis non expressis, & propter odium irrationabile, de quo superius scripsi.

In sententiis an masculinũ contineat fœmininum.

Ciuitas an contineatur sub verbo si quis.

¶ Vltimò ciuitas non comprehenditur sub hoc verbo, si quis. & sic cap. felicis. de pœni. in 6. non comprehendit ciuitatem, prout consuluit Anton. de Butr. consil. vltim. colum. 6. per l. metum. §. animaduertendum. ff. quod metus caus. quia verbum si quis, & verbum, persona, fictè repræsentantur in vniuersitate. l. mortuo. ff. de fideiuss. & ea quæ fictè intelliguntur, non veniunt expresso casu vero, l. Labeo. infra eodem. l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. quod intelligite in odiosis, secus in fauorabilibus, lege, item ait. iuncta lege, ergo. ff. ex quibus causis maio. lege prima, C. de iurisdict. omnium iudic. & ibi gloss. scripsi in gloss. quicunque. in §. præfatique ordinarij. de colla. in Concor. alias limitationes tradit Iason & alij in l. si quis id quod. de iurisdict. omnium iudi. ac Decius in l. 2. de regul. iur. quæ omnes limitationes sub istis continentur.

Dictiones tam & quam quid significent.

¶ *Tam & quam.* Ista duo aduerbia interdum iunguntur, & sic vult dicere text. quòd dictio si quis masculos pariter & fœminas complectitur: & vulgo dicimus, *autant les masles, que les femelles.* Et de his verbis tam & quam est text. in l. nomnis. in fin. & l. verbum oportebit. & l. vestis. & l. hominis. l. generi. l. pecuniæ. 3. & l. qui venenũ. infr. eo. & in l. ait diuus. de iure fisc. ff. ibi, tam masculũ, quam fœminam. & in rub. cõmunia præditam vrba. quam rusti. ff. & regulariter dictio tam est copulatiua diuersorum, vt asserit Iacob. Bonand. in tractatu contra rebelles Regũ, arti. 1. in 2. tract. conclus. 14. per tex. in l. mercatores. C. de commerc. & mercat. Sed iura quæ allegaui, hoc melius probant, & inferius alia adducentur.

¶ Interdum ista separantur, & tunc dictio quàm comparatiuè seu electiuè ponitur: idem si coniuncta sint, vt docet Lucas de Penna in l. 2. in fin. C. de metal. lib. 12. nihil allegat: ego adduco text. in l. creditor. §. 1. in fin. ff. in anda. ibi, palam est enim facere Titiũ non tam Titiæ nomine, quam quòd confultum sibi vellet mandasse, &c. l. 1. de contrah. empt. ibi, non tam ex substantia præbet, quam ex quantitate. & in l. pro herede. vbi Aretin. ff. de acquir. here. facit l. 3. ibi, minus quam. & l. mulieris. §. 1. ibi, plus est in manus ptetio, quam in re. & l. plus est in restitutione, quam in exhibitione. & l. nihil aliud est hereditas, quam successio. l. rei appellatio latior est quam pecuniæ. infra eod.

Quam aduerbium similitudinis.

¶ Aliquando quam est aduerbium similitudinis, vt; Amplius vsurpando, quam iussimus: vt in d. l. 2. in fin. adduco. text. de vtroque in l. si vnus. in fin. princ. ff. pro soc. ibi, societas cum contrahitur, tam lucri quam damni cõmunio initur. Iudicate tamen si illic sic sumatur, quia non videtur multum conuenire, vt ibi sic sumatur: sed pro pariter, vt dictum fuit. Forte Lucas voluit intelligere de dictione quam separata, vt sequitur.

Quam pro valde.

¶ Nonnunquam pro valde accipitur, & est aduerbium quantitatis, vt in cap. quam magnum. 23. q. 4. & iungitur superlatiuo frequentius, vt Iaubolen. probat in l. fi. ibi, quam plenissime debemus interpretari beneficium principis. ff. de constit. princip.

Quã pro quantum.

¶ Multoties quam pro quantum accipitur, c. quam sit. de elect. in 6. & Vlp. in l. qui cum tutoribus. §. 1. ibi, non tam paciscitur, quam decipitur. ff. de transact. & tunc positiuis, seu verbis iungitur, vel infinitè legitur.

¶ Et quandoq; electiue ponitur, vt, bonum est sperare in domino, quam princip. & est phrasis Hebræa apud Terru. teste Arch. in c. quomodo. in prin. de cõsc. dist. 4. Et facit lex, nihil aliud est hereditas quam successio, & lex, boues magis armentorum quam iumentorum nomine appellantur. l. si cum fundum. in fin. & l. in conuentionibus contrahentium voluntatem potius quam verba spectari placuit. infra eod. & fere in idem quoad sensum conueniunt comparatiue & electiue: sed dictio tam iungitur casui magis dubitabili: vt doct. scribunt in l. 2. C. de edend. & hoc, quando ista verba connexa sunt.

Vtilitas dictionis tã & quã.

¶ Et sic infertur quod ista verba tam & quam affirmatiue posita faciunt æqualem comparationem. Probat textus in lege, cum scimus. §. fin. autem. C. de agricol. & censi. libro 11.

& lege non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & Iason consilio 143. agitur. columna secunda, in quarto volum. docet. Vnde si dedero tam filiis quam nepotibus hereditatem, tantum habebunt nepotes quantum filij. Ex hoc videte phrases Iurisconsequentes.

Phrases dictionum tam & quam.

¶ Item hæ acceptiones non tam latè accipiendæ sunt, quam verba earum patent, lege, in vsucapione. §. penultimo, ff. de diuers. & tempo. præscri. lege, sed licet. de offi. præsid. Tam negligenter, id est valde, vel adeo. lege, quod si. §. primo, ff. de minorib. ibi, itaque nisi aut manifesta circumscriptio sit, aut tam negligenter in ea causa versati sint, prætor interponere se non debet. Interdum accipitur pro &, vt Paulus in lege, Aemilius. ff. de minorib. ibi, victa tam apud prætorem, quam apud præfectum vrbis prouocauerit. Et omnibus tam parentibus quam liberis de inofficioso licet disputare, Vlpianus lege prima, ff. de inofficioso testamento. Tam ex contractibus quam ex delictis in filiumfamilias competit actio, lege, tam ex contractibus. ff. de iudic. lege, quæro. in principio, locat. ff. Tam difficilis, adeo vel tantum, lege antepenultima, ff. famil. erciscundæ. ibi, & diuisio tam difficilis sit, vt penè impossibilis esse videatur, & lege tertia, §. ibidem. ff. ad exhib. ibi, tam cui dens. & lege, item quæritur. ibi, tam vehementer. loca. & tunc separata est dictio tam à dictione quam. Tam idoneus. Vlpianus in lege, Labeo. in fin. ff. de arbi. ibi, sed Pomponius dubitat vtrum iisdem, an & aliis tam idoneis. lege, qui non tam hominem idoneum elegit, vt recte id perferri possit. commoda. ff. Tam modica, idem vulgo, *si petis.* Vlpianus in lege, sed & si susceperit. §. sed & si proponas. ff. de iudic. ibi, nec enim verisimile est testatorem, qui honorem habitum voluit iis, quibus reliquit, tam modica fideicommissa præstari in prouincia voluisse, d. l. Labeo. in fin. de arbitr. & lege, qui non tam. ibidem. Et si alias, quæ multæ sunt, inueneritis, huc afferre lubebit. Ego alia vobis, ne fastidium pariat tanta iurium congeries, afferre non audeo.

Masculus non comprehendit fœminam.

¶ *Masculos.* Ex hoc patet, quòd verbum masculos non comprehendit fœminas, etiam in materia fauorabili: alioqui non expressisset hic vtrunque, etiam gallicè *masles* excludit *femelles.* lege, item apud. §. si quis virgines. versicul. comitem. ibi, siue masculum, siue fœminam. de iniur. ff. l. toties. §. non tantum masculos, sed etiam fœminas, si quid ob honorem pollicitæ sunt, debere implere sciendum est. ff. de pollicita. §. cæterum. de legiti. agna. succes. in Institut. lege, clemens. in prin. ff. de hered. instituend. l. hominis. infra eodem. l. tertia, §. primo, de pecu. ff. lege, ait diuus. de iure fisc. lege, postliminium. §. sed & si. ibi, siue fœmina, siue masculus sit. de capt. Vnde si quis substituat hoc modo, Si filius decedat sine masculis, tunc fœminæ excludentur extantibus masculis, teste Bart. in lege, cum auus. ff. de conditio. & demonstrat. lege, nam & his, qui non ex masculis descendũt. ff. de inofficioso testament. l. Herennius. infra eodem. tamen & eosdem, quos masculi ad vsum domus recipere, & mulieres possunt, lege, non solum. ff. de vsu & habita.

Subſtitutio de masculis nõ cõtinet fœminas.

¶ Est etiam in hoc regno lex S'aliqua, à priscis temporibus obseruata, quæ lex regni di ci solet, quia omnino excludit fœminas à successione regni. vnde autem hæc lex S'aliqua ita sit nominata, varij varia dixerunt, quæ omitto. tantum id dicam, nuper in eo libro vetusto manu scripto, quem mihi egregij principes ostendistis, memini me legisse multa & diuersa legum antiquissimarum capita, quæ omnia incipiebant si aliquis, &c. præter vnum legis caput, si aliqua, quo cautum erat, si aliqua filia Regi nascatur, non succedat in regno, sed habeat apanagium. Ex quo hanc legem nominatã puto per apostrophum, S'aliqua, quasi si aliqua, cum aliarũ legum capita sint si aliquis: & vt in iure solemus citare legũ capita, ita dictam esse hanc S'aliquam, non male fortasse quis coniiciet. hæc volui vobis dicere, quoniã illum habetis librum. Quare frustra discruciari videntur, qui disputant an lex S'aliqua dicta sit à Saliis Frãciæ, de quibus apud Marcel. an à Salagast authore, vt est testis Tritenc: vel à Saliga, id est, franca & libera, veterum Francorum lingua, qui terram saligam liberam, vt ait Paul. Volzi. appellarunt, quod Spiegel. quoque notat. & nisi legissem illum librum, semper à Saliis S'aliquam dictam existimassem. Certũ est enim Francos Salios dictos apud eundem Marcell. Quod verò nonnulli ex mutatione g in s propter literarum affinitatem salicam, quasi gallicam dixerunt, nõ me mouet. nam ante Francos illa lex fuisse non traditur: erãt tamen Galli: sed ex quo Franci venerunt in Galliam, tunc in Gallia regnum esse cœpit, de quo illa lex, antea verò non.

Apanagium.

De lege S'aliqua.

Subſtituti masculi quando ex teſtamento vocati cenſeãtur.

¶ Secundò si testator sine masculis decedenti substituat, tunc masculi ex testamento vocati censentur: licet alias ab intestato succedant vocati in conditione, per gloss. in lege, Lucius. ff. de heredibus instituend. hoc expressim decidit Guido Papę decisione 184. in illa. quem sequitur Franciscus Curtius consilio centesimo decimotertio, pro resolutione, columna tertia, versicul. secundam facio. numero quarto, & Petrus Paulus Parisi. consilio octauo, attingendo. columna secunda, volumine tertio. & consilio 42. ad resolutionem. columna tertia, ibidem. etiam si testator diceret, omnem masculum, tamen non continebitur fœmina. Vlpia. in l. placet omnem masculum posse posthumum heredem scribere. de libe. & posthu. Carol. Ruinus consi. 158. viso testamento. colum. 4. volum. 2.

Omnis maſculus nonc õtinet fœminam.

Mares nõ comprehendũt fœminas.

¶ Idem si dicat lex mares, tunc excludentur etiam fœminæ: & ideo solent semper adiungi, vbi vult intelligi de fœmina: vt in lege prima, §. ius naturale. ibi, hinc descendit maris & fœminæ coniunctio. ff. de iustitia & iur. & in Instit. de iure natur. in princip. & in l. 1. §. accusationem. versi. at quin idem alias scribit non posse aliquem duos eodem tempore adulterij accusare, marem, vel fœminam. ff. ad Turpill. l. mariti. in fin. ibi, eum autem, qui per vim stuprum intulerit, vel mari, vel fœminæ. ff. de adulte. l. si adulterium. §. 1. & l. vim passam. §. duos. ibidem. lege vltima, in fin. C. de his qui spon. public. nume. subc. libro decimo. Bald. in lege, quicunque. columna tertia, C. de seruis fugit. Vnde Vlpia. scribit, si de tabulis testamenti agatur deponendis, & dubitetur cui eas deponi oportet, semper senio-
rem minori, & amplioris honoris inferiori, & marem fœminæ præferendum, lege final. ff. de fide instru. quia maior est dignitas in sexu virili. l. 1. ff. de senator. masculus prius editus præsumitur, quam fœmina. l. si fuerit. in fin. ff. de reb. dub.

Vir excludit fœminam.

¶ Idem si dicatur vir, excluditur etiam fœmina. Papin. in l. 1. lex est commune præceptum, virorum prudentum consultum. ff. de legibus. l. scripturas. in fi. ibi, nisi forte probatæ atque integræ opinionis trium vel amplius virorum. C. qui potio. in pigno. habe. l. nemo vir. C. de vestib. holob. lib. 11. cap. fina. ibi, in præsentia bonorum virorum. de appel. gloss. in verbo virum. §. quod si prædicta. de elect. in pragmat.

¶ Limitatur quando materia congrueret tam mulieribus quam viris, vt non minus quam duorum vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conuersationis testimonium admittatur. capitulo, licet vniuersis. de testib. vbi mulier ad testimonium fere admittetur, l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. text. in capitulo primo, de præsum. scripsi in §. præfatíque ordinarij. in verbo, viris gradualis. de collat. in concord. Nota tamen, quòd si audiantur testes super articulis reiectis, non valent eorum testimonia, etiam si fuerint sine præiudicio auditi: & ita fuit pronuntiatum in senatu anno 1510. die secunda Martij.

Testes super articulis reiectis audiri non debent. Aresium.

¶ Secundò, si de contraria mente appareret, nomine masculi vel viri veniret etiam fœmina, lege, non aliter. de legatis tertio. ff. lege, Lucius. §. quæsitum. ibidem. Ideo aliquando respondi cuidam petenti de dispositione testantis, vt omnes eius filij masculi tam parui quam magni vestimenta lugubria per annum deferre haberent, intelligendum etiam esse de fœminis, cum testator vnam tantum paruam filiam haberet, & masculi erant magni, ob idque voluisse ex mente illam sub nomine masculi comprehendere: cum scilicet dixerit, magnos & paruos, & nullus masculorum esset paruus: & quia hoc etiam maxime conuenit mulieribus, l. vxores. & l. liberorum. de his qui not. infa. ff.

Ex mente filia quandoque continetur nomine viri.

¶ Tertiò, quando vir & fœmina exprimerentur, seu masculus & fœmina, capitul. maiores. versicul. cum ergo, ibi, cum tam viri, quam fœminæ baptisentur. de baptis. lege, hominis. infra eodem. lege, diuus. de iure fisc. ff. & superius scripsi alia iura. sed hoc est ratione expressionis, non quod vnum comprehendat aliud vocabulum in hoc casu.

¶ Quartò, interdum vir pro marito accipitur, vt vir vsum habens cum sua vxore habitare potest. l. imo. & l. neq;. cum l. seq. de vsu & habi. ff. & l. fi. §. item si mulier. ad Velleia. inferius abunde dicetur.

Nomen fœmini sexus non comprehendit masculinum.

¶ *Fœminas.* Animaduertendum est, quod appellatione fœminæ, vel filiæ, vel alterius fœminei sexus nominis, masculinus non continebitur sexus. Exemplo enim turpissimum est, fœminino vocabulo etiam masculos contineri, vt bellissime scribit Pompon. in lege, si ita scriptum. in princip. ff. de legatis secundo. Nec appellatione Abbatissæ venit Abbas, nec monialium nomine monachi, clementina, attendentes. de statu monachor. & ibi gloss. in verbo, cecidisse. doctores in capitul. Raynutius. in verbo, de elera. de testam. veteres enim cum aliquem tanquam mollem & effœminatum carperent, fœminino cum vocabulo irrisionis causa appellare solebant. Alciat. libro secundo Parerg. capite 48. maior enim dignitas in sexu virili est. l. 1. ff. de senato.

Irrisionis causa fœminino nomine viri vocantur.

¶ Ex quo infertur, vix valere consuetudinem, cum sit turpis, & consuetudo iuxta turpitudinem inducta non valet, capitul. fina. de consuetud. & ibi plene Curtius. quod facit contra illos, qui nominant domum Helenæ, vel alterius mulieris, licet sit coniugata. nam debent vocare domum mariti, non mulieris: nempe turpissimum est virum venire sub fœminæ appellatione, & gallinam cantare vbi adest gallus gallinaceus, etiam si domus vere esset mulieris: tamen post matrimonium nomine viri dici debet, quia res dotalis est in dominio mariti, lege, doce ancillam. C. de rei vindica. & postquam vxor in viri familiam transit, ob id & ipsius nomen, & bona nomine mariti vocari debent. Nisi in magnis nobilibus, & principibus, vbi mulier retinet suum nomen, & princeps etiam, & maritus vocat tunc vxorem suam dominam, & vxor virum dominum, vt placet Corset. in tract. de potesta. regia, q. 3. alioqui non, teste Bart. in l. donationes. C. de donat. inter virum & vxorem.

Vir quãdo vxorem dominam vocare debeat. Cõprehenditur masculinũ sub

¶ Limitate non procedere, quãdo esset eadem ratio, vel maior in sexu masculino, quam in

fœminino, vbi est eadẽratio.

in fœminino, tunc ratio etiam comprehendet masculinum: vnde consuetudo inducta à fœminis, vt nõ rescindatur contractus, habebit etiam locum in masculis, vt docet Anto. de Butri. in ca. fin. nu. 44. de consue. licet Decius in c. cum in cunctis. col. vlt. principij de elect. hoc velit reprobare per tex. in c. quoniam. de simon. vbi fit extensio per papam ad monachos. Et quamuis ibi non fuisset facta, tamen idem dixissemus, vbi est eadem vel maior ratio: non quod femininum comprehendat masculinum, sed eadem ratio amplectitur etiam masculinum, licet in fœminino sit expressum. quod probat tex. ad hoc valde accommodus in l. 2. §. remittit. ibi, conuenit autem hoc & in omni alio. de excusa. tut. ff.

Prohibiti tenere capras, & hircos.

Vnde si quis prohibetur tenere capras in ciuitate, vel intra vineas, seu arbusta ponere, habebit prohibitio locũ etiam in hircis, teste Albe. in tract. statu. in 1. parte. q. 104. incipien. sed quod statutũ, quod eadẽ seu maior ratio sit in hircis quã in capris, quia illi ita nocent, sicut caprę. Ergo mens statuentiũ attendi debet, argu. l. vxori. §. fi. ff. de leg. 3. & l. illis. de conditio. & demonst. quippe si statuentes fuissent de hircis interrogati, idem respondissent, ergo & nos, l. Titius. §. 1. ff. de libe. & posthu. & vbi est eadem ratio, extendi solet dispositio. c. vno, §. porro quæ fuit prima cau. benefi. amitt. Barba. in d. Clemen. 1. col. 34. de elect. Sed locuti eo fuerunt statuentes de capris, quia plures aluntur, propter lac, quam hirci: tamen noluerunt excludere hircos, Authen. cassa. iuncta glo. C. de sacrosanct. eccle. & quæ plene scripsi in tract. nomina. q. 5. nu. 25. & qui gallinas inuentas in suo viridario occidere potest, & gallum liberum erit ei occidere, vt Boer. scribit in §. 5. de consue. prædio. in consue. Bitur.

Bouis nomine vacca comprehenditur.

¶ Item si prohiberetur sutori ne faceret calceos ex corio vaccarum, non poterit facere ex corio boum, licet apud eos coria boum multa inueniantur, & in foro boario vacca inueniri vix potest. bouis enim appellatio taurum vaccamque comprehendit. l. si aliena. §. Scæuola. ff. de vsuca. præter suum proprium nomen Valla lib. 4. c. 42. in prin. & patronus non debet adigere libertam ad iuramentum, ne nubat, sic & in liberto. l. adigere. vbi etiam Bar. & l. qui contra. ff. de iure patro.

Legans mulas an muli debeantur, cum mulas non habeat.

¶ Item restringitur quando appareret de contraria mente disponentis: vtpote, Aduocatus duos habebat in ciuitate mulos, legauit mulas, quas habebat in ciuitate, nullas tamen ibi habebat, sed mulos, tunc quia de voluntate sua constat, quod voluerit legare mulos, ideo muli debebuntur, licet mulas expresserit, quia disponentis voluntas attendi debet, l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. & quia falsa demonstratio non vitiat legatum, l. demonstratio. ff. de conditi. & demonstra. §. huic proximam. de lega. in Instit. facit tex. in l. si quis in fundi vocabulo. de legat. 1. ff.

¶ Tertiò, quando digito quis demonstraret mulum, & diceret, dono hanc mulam, valeret legatum de mulo, per glos. in l. quæ extrinsecus. de verbo. oblig. ff. & docto. in d. l. si quis in fundi vocabulo. de lega. 1.

Neutrum masculinum & fœmininum comprehendit.

¶ Neutrum autem genus comprehendit & masculinum & fœmininum, vt si quis legaret vestimenta omnia, quæ haberet, si & muliebria, & virilia haberet, omnia legata censerentur, teste Bar. in l. Plautius. de auro & argen. legat. & Bal. in l. humanitatis. col. 11. nu. 53. C. de impube. per l. ea tamen. ff. de lega. 3. allegatur lex, si ita scriptum. ff. de lega. 1. & l. vnic. iuncta gl. in verbo, contrarias. C. si seruus extero. Cepola hic adducit tex. in c. translato. de consti. sed parum probat. Vide in bullis quomodo fiat, in praxi benefici. in forma no. prouisio. in verbo. super ea. vbi plenè docui.

Hermaphroditus an veniat appellatione si quis.

¶ Quid in hermaphrodito, seu androgyno? an veniat appellatione si quis? dicerem venire, quia postquam hæc dictio si quis complectitur tam masculos, quam fœminas: ergo hermaphroditum, qui de vtroque sexu participat, l. quæritur. ff. de sta. homi. glo. in l. si quis in tantam. in magna glo. C. vnde vi. videte Albertum Rerimum in tract. de statu. excluden. fœminas. q. 10. arti. 12. vbi tradit an veniant prodigiosi. De quibus dicam in l. ostentum. & in l. quæreret. infr. eod.

¶ De fœmina scribit Iurisconsul. in l. pronunciatum. in fi. & l. hominis. & l. familiæ. & l. illa verba, optimus. infr. eod. fœminini sexus, in l. cognoscere. in fi. inf. eod. alia dicentur de his in l. mulieris. infr. eo.

Complectitur & sequentia verba propriè quid significent.

¶ *Complectitur.* Hoc verbum Complectitur proprietatem notat. Complecti enim est simul amplecti, comprehendere, concipere, continere, includere: quod non potest fieri ex improprietate sermonis: vt probat l. si quis id quod. ibi, & vtrumq; sexum præter complexus est. ff. de iurisdi. om. iudi. l. 1. de edend. l. triplici. inf. eo. l. pecuniæ. 2. vbi dicitur primò complecti, postea contineri. facit lex, verbum facere. inf. eo. & l. aut qui aliter. §. 1. ibi, & diem & horam denuntiationis complecti; & l. is qui. §. hoc interdictum complectitur. ff. quod vi aut clam. l. apud. §. metus. ibi, exceptio doli personam eius complectitur, qui dolo fecit. ff. de dol. except. & l. cum qui. §. qui sibi aut filio dari stipulatur, manifeste. in hoc personam filij complectitur. ff. de verbo. oblig. l. interdum. ibi, tacite tempus complecti videtur: ibidem. l. si sic stipulatus sum. ibidem. l. 2. vers. namque Aquilia eam æstimationem complectitur. de priuat. delict. facit l. semper. §. legem. de iure immunit. Bar. hic, & Decius consil.

570.Casus,& in l.2.nu.95.infr.tit.proximo.facit l.item ait prætor.§.1.ex quib.caus. maio.ff. l.denuntiasse. §. quid tamen.de adulte.l.metum.9.§.sed licet.quod met. caus.& l.si seruus. §.cum eo.ad leg. Aquil.cum aliis sexcentis,quæ ad hoc adduci possent.

Propria significatio quãdo & ex quibus sit assumenda. Cõtineri proprietatem notat.

¶ Dicet quis,vnde possit sumi propria significatio : Respondeo,ex rei essentia , diffinitione,descriptione,vel etymologia, vt docet Aurel.Dauid in suo tract.de verbo.significa. c.6.post Cepo.q.6.in hoc titu.ego alibi fusius dicam.

¶ Idem in verbo contineri, vt proprietatem notet,dicemus per l. pecuniæ.2.infr.eo.vbi quod in initio posuit verbum complecti, postea vtitur verbo contineri , ad denotandum quod idem significat verbum contineri,quod complecti.facit l.in lege Censoria.in fi.infr. eo,l.rei.1.l.alienationis.l.appellatione parentis.cum l.sequent.l.cæterorum.& l.Marcellus. l.mulieris.l.verbo victus.l.in stratum.l.cognoscere.§.liberorum.l.satisdationis.l.iusta. & l. proximi.l.appellatione rei.l.liberti appellatione. cum 60. legibus,quas inferius etiam hoc titulo notaui,de hoc verbo loquentibus, quas adducerem , ni timerem vos multitudine allegationum fatigare.facit l.in toto & pars continetur.infr.tit.proximo.l.2.in fi.qui satisd. cogan.l.prætor.§.1.de eden.l.Paulus.ff.de legatio.l.si legatum.de ope. pub.l.quædam. §.is autem.ibid,l.item si fundi,§.1.ibi,continentur legato.ff.de vsuf.hoc asserit Bar.nominatim in l.cui eorum.§.affinitates. ff, de postul.sequitur Decius in d.l.2.§.fi.si certum petat.Barbati.in repeti,rub.de reb.eccle. non alie. nu.42. & in c.nulli. nu.4.ibidem.facit l.prætor.§. si dicatur,vers.quid ergo.ff.de iniur.l.verbum oportebit. §.actionis verbo non continetur exceptio.l,sciendum.infr.eo.l.si seruus.§.cum eo.ad leg.Aquiliam.

Respondet contrariis legibus nouiter.

¶ Non refragatur l,in legibus.ff.de testib.iuncta l.si qua.§.1.de ritu nup. vbi licet sponsa patris non propriè nouerca dicatur,vt in d.l.si qua : attamen continetur in legibus,in quibus excipitur gener,aut socer,ne inuiti testimonium dicant , quia hoc est expressum à Iurisconsult,vt contineatur in testimoniis,quæ omni carere debent suspicione. Sed non propterea sponsa patris dicetur nouerca propriè,licet in legibus testimoniorum comprehendatur. & ille text. non probat quod verbum,contineatur,denotet improprietatem, quicquid doctores canant.

¶ Etiam nihil facit l.actionis verbo.ff.de action.& obliga. vbi actionis verbo continetur & in rem,& in personam actio.glo.ibi dicit largissime. Sed respondeo,quod gl.se refert ad verbum, actionis, vt generaliter sumendo comprehendat tam in rem, quam in personam actiones, & hoc propriè : quia genus propriè suas continet species.sed actio prout est species actionis,videlicet in rem vel in personam,nõ continet alias actionum species, & idem respondeo ad l.liberorum.& l.hereditatis. infr.eo.quicquid dicat Ias. in l.emancipata.col. 7.nu.19.C.qui admit.ab bon.poss.vbi scripsit, impropriè verbum contineri accipi,cui per prædicta respondendum est.

De verbo comprehendere.

¶ Item verbum Comprehendit etiam proprietatem significat,in l.iusta interpretatione. & l.liberorum.inf.eo,vbi verbum comprehendi & contineri idem significant.nempe comprehendere simul apprehendere est, quod fit propriè : probat l.plura.§.fin.ibi,cum generaliter adiicimus,eius ad quem ea res pertinebit,& arrogatorum,& eorum, qui iure nobis succedunt , personas comprehendimus,ff.de actio. & oblig.l.2.de parricid. vbi Iurisconf. verbo complecti,comprehendi,& contineri pro eod.vtitur.facit l.1.§.1.ibi, item si libellus, aliúdve quid relictum esse dicetur , decreto comprehendam. de tab. exhib.l.inter quos.§. fi.de dam,infe, huius est sententiæ Decius consil. 570. Casus.facit l.fi.§.hæc autem omnia munera,quæ trifariam diuisimus,vna significatione comprehendentur.ff,de mu.& hono. l.alienatum, in fin. & l.hæc verba cui,l.notionem.§.1.& l.carbonum. vers. ad faces.l.pecuniæ. 2,in fi, & l. pronuntiatio. §. item redhibitoria, inf, eod, l, huic stipulationi. vsufruct. quemad.caue,cum aliis multis.

De verbo capit.

¶ Item in verbo capit,Scæuola scribit sic:nam sicut & ipsius vim , & heredis capit, ita & ipsius vim,vel sæpius factam complectitur.l.si sic stipulatus sim, Neque.ff.de verbo.oblig. vbi verbum complectitur & capit pro eod. tex. ponit. abunde scripsi in l. aliud est capere. infr.eo.& quicquid illic ad hoc scripsimus,huc erit transferendum.

Accipere propriè significat.

¶ Idem in verbo accipimus, l. creditores accipiendos esse constat. & l. nominis. §. verbum ex legibus,sic accipiendum est.infr.eo.l.sed si hac.§.liberos.& l.4.§.1.&l.adoptiuum, §.patronum.ff.de in ius vocand.l.2.de transacti.& probo latius in d.l.aliud est capere.

Significat proprietatem denotat.

¶ Idem in verbo significat,quia hoc indicat esse verbi proprij significationem, & essentiam, nõ improprietatem, l.pecuniæ appellatione rem significari Proculus ait.& l.sequen. ac l,verbum oportebit.infr.eo,l.verbum erit.l.anniculus.1.§.1.l.illa verba. §. pueri. vbi dicam plenius.l.in vulgari.in fin.& l.nomen.§.1.ac l.vinculorum. l. boues.§.1.l.potest.& l.in vsu iuris,& l.recte.in fi.l.cætera,l.tigni.& l.interdum. infr.eo.ac l.3.§.hæc verba.ff.de negot.gest.l.1.§.interdum.de iniur.l.ædiles.2.§.iumentorum.de ædili.edict. probat l.senatusconsulto.de ritu nup.ff.& l.idem Pomponius.§.1.de rei vindic. quicquid dicat Cepol. in l.armorum.in prin.infr.eod.

Idem

¶ Idem in verbo Demonstrat, l. verbum erit.infr. eo.vbi vtitur verbo significat, postea verbo demonstrat. *Demonstrat.*

¶ Idem in verbo Declarat,l. anniculus.1. vbi dixi,& l.tabernæ. infr. eod. l. heredes.§.si quid. de testa.ff. *Declarat.*

¶ Idem in verbo Pertinere,l.mercis.1.& l.verbũ illud pertinere.inf.eo.vbi fusius probo. *Pertinet.*

¶ Idem in verbo Definit, quia hoc videtur ex definitione procedere, quæ propria est,l. omnis definitio.ff.de regu.iur.l.1.vbi docto.de testa. Bart. in l. liberorum.num.11.infr.eod. quamuis Purpuratus dicat contrarium in l. 2. §. fin. ff. si cer.peta.allegando l.1.§.quid sit.ff. quod vi aut clam.quæ mecum facit : licet glo. ibi exponat definitionem pro assignatione. sed sæpius Iurisconf.pro decisione sumunt,& definire pro decidere,vt in l.Labeo.& l.ostentum. & l.fruges.infr.eo.l.2.§.doli mali,ibi,recte definiet.ff.de vi bono. rapt. & definire, non diffinire esse dicendum docet Anton.Augustin.in lib.4.de emenda.iuris,c.9 *Definit.*

¶ Verbum Aptari etiam proprietatem continere videtur,nempe aptari dicitur, quando conuenienter adiungitur,& applicatur : quod non fieret,si impropriè,l.1.§.illud sciendum est,ad fideicommissa etiam aptari eam debere. ff. vsufruct. quemad. caue. l. item veniunt.§. aptanda est igitur nobis singulis verbis senatusconsulti congrua interpretatio. ff. de petitio. hered. l.si vnus.§.penul.ff.de pact.ibi, pacti conuenti exceptio aptanda erit.l.fi.inf.eod. *Aptari verbũ propriè dicitur.*

¶ Idem in verbo porrigitur, l. pronuntiatio. & l.nurus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est. infr.eo. iuncta l.cui.§.affinitates. ibi, contineri dicit.ff.de postul.& l. adoptiuus.§.nurus.de ritu nupt.l.metum.§.sed licet.ff.quod met.cau.vbi in prin.dicit,complectatur,postea porrigendam : quia postquam Iurisconf. extendit, & porrigit, hoc etiam propriè dici potest : secus in extensione alterius non habentis potestatem legis condendæ,vt dixi in l.iusta.infr.eo.& superius. *Porrigitur pro priè significat.*

¶ Idem in verbo intelligimus, l.2.§.vim fluminis intelligimus. ff. si quis cauti. l. filij appellatione omnes liberos intelligimus.iunctis his quæ scripsi in l.dedisse.infr.eo. *Intelligimus.*

¶ Idem in verbo refertur, l. detestatio.§.1.& l. heredis.1.infr. eod. vbi primo vtitur verbo refertur, postea verbo continetur , denotans vtrumque parem in hoc habere significationem.l.verbum oportere.infr.eo.quæ prædicta verba saltem non significant per abusionem hoc fieri,vel fictionem. *Refertur.*

¶ Primò vitiatur , quando materia repugnaret : nam tunc prædicta verba etiam improprietatem denotabunt,per l.pecuniæ.2.inf.eo.nominatim D.Tiraquel.in tracta.de vtroque retract.in §.1.glo.9.nu.227.post Cepol.in harmorum.in 1.col.inf.eo. *Verba propriè significantia quando improprietatem denotent.*

¶ Secundò perdit officium , quando hæc verba iungerentur verbis fictis , vel fictionem denotantibus,vt,Comprehendere videtur,intelligere videtur,l.si cui.ibi,mihi videtur posse loco creditoris accipi. & l.sequent.§.res abesse videntur.ac l. Labeo.1.cum aliis multis legibus;infr.eo.& §.1.de excusati.tuto. in Instit.ibi , per gloriam viuere intelliguntur. quod est valde vtile ad multa , quæ inferius dicentur. & quot modis sumatur proprium , in l. interdum.infr.eo.dicam.

¶ Tertiò non procedit,quando diuersa esset ratio , quæ hoc non pateretur, vt no.Ias.& doct. in l.emancipata. col.7. nu.19.C.qui admit. quia Iurisconf. plus rationem & mentem, quam verba respiciunt : vt in l.nominis. §.1. infr. eo. dixi. Alia verba his similia hîc addere poteritis : verùm quia vrbis deliciæ & vmbræ sæpius nos tenent, ob id audite , quid vrbis nomine contineatur.

PAVL. LIB. PRIMO AD EDICTVM.

LEX SECVNDA.

Vrbis appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur, quod latius patet.

¶ Hæc lex diuiditur in duas partes : prima declarat,quæ appellatione vrbis , vel Romæ contineantur : secunda tradit,quæ dicatur maior diei pars,ibi,cuiusque.

¶ Sensus huius legis est, quod appellatio vrbis continet id , quod est intra muros : Romæ autem , quod est in continentibus ædificiis. & continentia ædificia sunt continua , & coniuncta , vt abunde scripsi in l.notionem.§.1.infr.eo.vrbem Græci ἄστυ vocant , vel πόλιν, & ciuem πολίτην. Appellatio hîc pro dictione vel nominatione sumetur,vt abunde scribam in l.liberti.infr.eo. Cum hæc lex sua sit satis onerata materia , alia non adiiciam. de muris etiam dicam in l. quantum ad iuris. infr. eod.

¶ *Finitur* capitur hîc pro terminatur , vt in l.iusiurandum & ad pecunias. §.penul.ff.de iureiur. de quo plenè scribam in l.pupillus. §. territorium. infr.eod.vbi etiam pro definitur capi potest.ibidem. *De verbo finitur.*

¶ Vnde Iurisconf.in l.vt Alphenus.infr.eo.inquit : vrbs est Roma , quæ muro cingitur: Roma est etiam,quantum continentia ædificia essent. & vrbs ab vrbo appellata est. Vruare *Vrbs vnde. Vruare quid.*

est aratro definire.& Varro ait vruum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet, l. pupillus. §. vrbs. inf. eo. alij ab orbe dictam arbitrantur, quod antiquæ ciuitates in orbe fiebant, vt nuper Narbonensis ciuitas,& ab vrbe vrbana. l. vrbana prædia. inf. eo. vbi elucidabo seruitutes vrbanas,& alia illi accommoda materiæ.

Vrbis id est ciuitatis seu villæ nomine quid veniat etiã de communi vsu.

¶ Hodie vero ex communi vsu loquendi Franciæ, vrbis appellatione vel villæ venit præcipua villa, siue vrbs illius prouinciæ, in qua est habita mentio illius: vt si in prouincia Tholosana nominetur vrbs, ciuitas vel villa: *Ie vous promes donner a la ville*: ibi intelligetur de Tholosa, tanquam de præcipua, §. sed ius quidem. de iure natura. in Instit. Sed frequentius in iure vrbis nomine venit Roma, l. 1. ibi, quod nõ tantũ in vrbe, sed in Italia, de colleg. illici. ff. In regiis autem ordinationib. venit frequenter Lutetia Parisiorum, vt si Rex Franciæ loquatur simpliciter de vrbe, vel villa, seu ciuitate, & idem in aliis actibus à Rege editis, vbi proferretur, *a nostre ville*: nisi in præcedentibus aliqua villa esset nominata vel patria, vel subiecta materia aliud suaderet,& hoc per antonomasiam, in §. sed ius quidem ciuile. de iure natura. in Instit. l. quæritur. ff. de stat. homin.

Vrbis nomine quælibet vrbs continetur.

¶ Et interdum in iure, quando materia congruit omnibus vrbibus, appellatione vrbis venit quælibet vrbs: & regulariter quod statuitur in vrbe, habet locum in omnibus ciuitatibus, vt hic,& tex. in l. cætera, §. hoc senatusconsultum non tantum ad vrbem, sed & ad alias ciuitates pertinet. de leg. 1. ff. l. nam quod liquide. §. si ita, de penu legat. l. 2. §. in Sardinia. C. de offi. præfect. præto. Afric. l. 2. §. si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis vrbs deformetur. ff. ne quid in loco pub. maxime quando in plurali profertur, l. prætor. §. hoc interdictum, ibi, etenim pertinet ad decus vrbium ædificia non derelinqui, de no. ope. nuncia. ff. Matthæus de Afflict. in tract. de iure protomiseos. §. 1. nota. 2. nisi statutum locale esset. l. fin. C. de anno.& tribu. lib. 10. nec intelligo hic loqui de vrbe, prout accipiunt theologi, videlicet de vrbe paradisi: de qua Threno. 2. c. hæccine est vrbs perfecti decoris,& gaudium vniuersæ terræ? sed loquar de vrbe, prout Iurisconsi. capiunt, ne meos excedam terminos.

Legis effectus & vtilitates.

¶ Animaduertendum est ad huius legis emolumenta, & vtilitates, quarum prima est in legatis, quam Accurs. ponit, vt si legem omnia, quę in vrbe habeo, vel donem, aut vendam, videor quæ intra vrbem sunt legare, aut donare, aut vendere: si verò legauero, aut donauero ea quæ Romæ habeo, nedum ea videtur legata, aut donata, quæ intra vrbem sunt, sed etiam ea quæ in suburbiis, & in continentibus ædificiis, l. cuique. ff. de legat. 3. Nam vrbes fere omnes muro tenus finiri, Romam continentibus ędificiis, ait Iurisconsi. in l. nam quod, §. si ita. ff. de penu legat. l. 3. de senat. Ratio est, quia signum limitat signatum. l. stemmata. C. de fabricens. li. 11.& signa vrbis sunt muri: inde villam muratã dicimus, vt inferius scribam.

Eligi domicilium in suburbiis potest.

¶ Secunda, sicut quis potest eligere domicilium intra ciuitatem, in qua litigat, l. nil. ad municipal. ff. ita in suburbiis: vt scripsi in tract. de domicil. electi. q. 8. in 3. tomo commentariorum ad constitu. regias.

Senatu remotus cõsiliarius in vrbe morari potest.

¶ Tertia, senatorem remotum à senatu capite non minui, sed Romæ morari diuus Seuerus & Antoninus permiserunt, scilicet tam intra quã extra vrbem, l. 3. ff. de senato. Nisi in sententia exul factus sit, quod fieri solet, vt ibi scribitur.

¶ Quarta, à tutela excusatur, qui tres superstites Romæ filios habet, §. 1. de excusa. tutor. in Institu. vbi glos.& docto. declarant secundum istum text.

Cubicularij & silentiarij hospites in vrbe non recipiunt. Idem in clericis et professoribus artium.

¶ Quinta, cubicularius principis, gallice *chambellan*, hospites in vrbe recipere non tenetur, l. 2. C. de præpo. sac. cubi. lib. 12. vbi etiam tex. extendit ad alias ciuitates: secus si extra ciuitatem villam habeat, ibi non censetur habere priuilegium. Idem in silentiariis & secretariis statuitur in l. decurionibus. C. de silentia. ibidem, lib. 12.

¶ Sexta, clerici habent amplius priuilegium, vt etiam in prouinciis & villis hospites suscipere non teneantur, l. 1. ibi, præterea neque hospites suscipietis. C. de epis. & cleri. vbi textus generaliter loquitur: quamuis hodie quidam maligni laici priuilegia eorum prorsus abolere contendant. Idem in professoribus legum, medicinæ, & oratoribus, philosophis & grammaticis, l. vlt. in fi. ff. de muner. & hon. licet hoc priuilegium eius ignari non seruent.

Ciuitas muris etiam finitur.

¶ Secundò ampliate istum tex. in ciuitate, vt muris etiam finiatur, sicut vrbs, c. si ciuitas. de sentent. excommunica. in 6. ibi, nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu concludi, nempe vrbs & ciuitas pro eodem capiuntur. l. singularum. C. de ædifi. priua. vbi Imperator primò nominat vrbem, postea ciuitatem: & idem facit in l. præscriptio. C. de ope. pub.& Alberi. in tract. statu. in 2. parte, q. 177. Rex ex statuto. vbi decidit idem in priuilegio ciuitatibus concesso.& Ludoui. Gozand. consil. 5. an in quæstione. col. 2.

De ciuitate nouis muris aucta.

¶ Vnde si quis impetrauit ecclesiam primò vacaturam in ciuitate, non continetur ecclesia ruralis, quia non est in ciuitate. his Bal. verbis vtitur in c. Rodulphus. de rescrip. facit lex fi. C. de testa. not. in c. fi. de præben. Nisi ciuitas esset post impetrationẽ aucta nouis muris, & illa ecclesia esset inclusa, quia tunc omnes ecclesiæ intra illos nouos muros inclusę com

prehen

prehendentur in mandato: vt asserit Felin. in d. c. Rodulphus. post glos. in l. sed & reprobari. §. fin. ff. de excusa. tut. scripsi in §. statuimus. 2. de collat. in concord. & sic ecclesiæ appellatio etiam muris finitur: vt consuluit Paul. Paris. consi. 27. quandoque. nu. 12. in 4. vol. Cœmeteria tamen comprehendentur, nisi materia repugnet, c. vnic. de consecra. eccle. in 6. licet alias ecclesia multis capiatur modis, c. fi. ne præla. vices suas.

Ecclesiæ appellatio muris finitur.

Iussus cõstruere ecclesiã in ciuitate intra eã fieri debet, & sepeliri.

¶ Item si testator iusserit ecclesiam construi in ciuitate, intra ciuitatis muros construi debebit, si ibi fieri congruè, & honestè possit: alioqui extra vrbem, ne legatum, quod est fauorabile, pereat, c. nos quidem. de testa. Authent. ex causa. C. de libe. præte. Ioannes And. in additio. ad Speculum, in titulo de instrumentorum edit. §. nunc verò aliqua. versic. quid si testator vult, &c. vbi dicit vulgo accipi ciuitatem, *la cite*, quæ muris finitur, & vbi est episcopus: vt ciuitas Carcassonensis: & consuetudo vulgi in his interpretationibus est attendenda, l. Labeo. ff. de supel. lega. l. librorum. §. quod tamen. de legat. 3. Idem probandum erit, si quis in ciuitate sepeliri statuerit, vt intra ciuitatem,& non extra, etiam in continentibus ædificiis debeat sepeliri, per hanc legem.

Ciuitas in quibus casibus epi scopo priuetur.

¶ Item appellatione ciuitatis non venit diœcesis: ideo pœna apposita ciuitati, non comprehendit diœcesim, c. Rodulphus. de rescript. tum quia sunt diuersa, per c. ego Ludouicus. 63. distinct. c. statutum. §. 1. de rescrip. in 6. tum quia in pœnis fit stricta interpretatio, l. interpretatione. ff. de pœn.

Ciuitas interficiens suum epi scopũ priuatur epis.

¶ Ideo si ciuitas interfecerit suum episcopum, debet priuari episcopo in perpetuum. c. ita nos. 25. q. 2. idem si interfecerit cardinalem. c. fœlicis. de pœn. in 6. tamen diœcesis, quæ non deliquit, non erit priuata, sed in alio loco diœcesis assignari poterit episcopus, teste Archidi. in d. c. fœlicis, vt refert Barba. in c. Rodulphus. nu. 31. de rescrip. per glos. in c. accepimus. in fin. de æta.& qualit. Priuatur quoque ciuitas episcopo, si inquisitori, vel episcopo hæreticos punienti restiterit, vel si episcopum catholicum hæretici de ciuitate deiecerint, c. ad abolendam. §. ciuitas. de hæreti. Idem si ciues Papæ electionem impediant, c. vbi periculum. §. ciuitas. de electi. in 6. his casibus ciuitas episcopo priuatur, nisi Papa ex causa dispenset: vt scripsi in praxi benefic.

Castri nomine quid contineatur & de castro Montispessulani.

¶ Tertiò ampliate ad castrum, per d. c. si ciuitas. Bar. hic: vt est honorabile castrum Montispessulani, quod nunc est ciuitas ratione translationis ecclesiæ, & sedis episcopalis, quæ olim erat in insula Magalonę, ideo id temporis appellabatur episcopus Magalonensis: nunc autem episcopus Montispessulani. Nam sicut descriptio ciuitatis est, quæ muris finitur,& vbi est hominum multitudo: sic & in hoc castro, vt firmat Alberi. vbi sup. q. 177. in 2. parte statutorum.& Boeri. in additio. ad Dinum in proœmio regul. sexti. Vnde si quis vendat ea quæ in castro Montispessulani sunt, ea tantum quæ intra castrum sunt venient, & non alia: sicut dicimus de castello, in l. quicunque. C. de fund. limitro. lib. 11. nisi ratione adiuncti, vt inferius dicetur in limitationibus.

De castello.

De villa ex cõmuni vsu dicta.

¶ Quartò idem in villa in Francia. d. c. si ciuitas. de sentent. excommunica. in 6. cum ex cõmuni vsu loquendi Franciæ villam, *la ville*, quamlibet ciuitatem dicamus: vt etiam docet Bar. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo Lombardiæ. & glos. in §. in ecclesiis. de collat. in pragmati. ideo si quis donauerit ea quæ in villa habet, intelligetur ea, quæ intra vrbem sunt donasse: licet ex proprietate sermonis aliud sit, vt inferius dicetur in l. ager.

De palatio.

¶ Quintò procedit etiam in palatio, vt in ordinationibus Regi. rub. *de la court de parlement*. arti. 2. vbi missa in palatio debet dici, id est intra muros palatij. facit tex. in l. fi. C. de profess. & medi. lib. 10. vbi professores, qui in sacro palatio militarunt, sunt ab omni functione, muneribusque publicis immunes: sed ibi largius sumitur,& in rub. de priuileg. eorum qui in sacro pala. milit. lib. 12.

De oppido.

¶ Sextò idem in oppido, vt dicit Alcia. hic: de quò scribitur in l. pupillus. §. oppidum. inf. eo. & l. 1. §. fine. ff. de noui ope. nunciat.

De burgo Carcassonensi, & castro Mõtispessulani.

Burgi quid proprię.

Burgundiones vnde.

¶ Septimò idem in burgo muris clauso, vt est Carcassonensis, nempe ciuitatis instar est, & ideo muris finitur: & sicut inter castra per antonomasiã venit Monspessulanus in Francia, inter burgos, Carcassonensis, arg. §. sed ius quidẽ. de iure nat. gent. in Insti. vnde si quis leget ea, quę in burgo Carcassonensi habet, intelligetur vt hic. Quamuis propriè burgi sint habitacula in agris posita, vnde Burgundiones dicti, teste Isido. lib. Etymol. 9.& l. eum qui. vbi Luc. de Pen. C. de fund. rei priua. lib. 11. facit lex 2. §. in Sardinia. C. de offic. præfect. præto. Afric.

De collegio.

¶ Octauò idem in collegio, vt si donem bona mea, quæ in collegio Heduensi sunt, non videor illa, quę extra sunt, donare: per istum tex.& in l. Lucius. §. collegio. ff. de leg. 3. de quo scripsi in l. Neratius. infr. eod.

Cõmunis vsus attendendus.

¶ Primò derogatur huic legi, quando vsus communis esset in contrarium, vt si christianissimus Rex mandet in Parisiensi ciuitate nouas publicari cõstitutiones, hæ secundũ communem vsum publicabuntur intra ciuitatem,& etiam in suburbiis, in quibus est consuetum tales publicationes fieri, quia communis vsus attendi debet. l. Labeo. ff. de supel. lega.

lega. etiam quia de S. Germani & Marcelli ſuburbiis vtrunque exprimitur, videlicet ciuitas & Pariſienſis: de quibus dicetur in quæſtion. gloſ. quamuis ſuburbia S. Germani & Marcelli dicant ſe non contineri ciuitatis nomine, nec eſſe ſuburbia Pariſ. ſed dicunt eſſe de villa, & non veniunt niſi exprimantur, & ita cenſuit Senatus.

De principe vrbem donante.

¶ Secundò vitiatur in beneficiis principum, l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præf. vrb. vbi ſi princeps donet vrbem alicui, vel caſtrum, videtur donare iuriſdictionem, & imperium intra vrbem & extra, vſque tamen ad centeſimum lapidem, id eſt quandiu protenditur illius ciuitatis iuriſdictio. facit l. ſi quando. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. quia beneficium principis, quod à diuina eius indulgentia proficiſcitur, quàm pleniſsime interpretari debemus. Iauolen. in l. fi. ff. de conſtitu. princip. abſurdum enim eſt, & perquàm temerarium hanc noſtræ pietatis liberalitatem (quanquam aſtuta interpretatione) non ad augmentum anteriorum priuilegiorum, ſed deminutionem conuertere concedi, l. fin. C. de præpo. agen. in rebus. lib. 12. Oldra. conſi. 252. ad queſtionem.

De exemptione monaſterij.

¶ Item ſi exemptum ſit monaſterium, non ſolum cœmeterium, ſed alia, quæ intra ſepta monaſterij ſunt, exempta cenſentur, per c. neceſſaria. & c. nulla. 12. q. 1. etiam illa quæ monaſterio adhærent vſque ad triginta, vel quadraginta paſſus, immunitate gaudebunt, vt c. definiuit. & c. ſicut. 17. q. 4. quod eſt verum, quando monaſterium eſt extra vrbem: alias hoc priuilegium quoad paſſus intra ciuitatem locum non habebit, ca. quiſquis. 17. q. 4. gloſ. & doct. in c. 1. & c. per exemptionem. de priuil. in 6. dixi in tract. de immunita. eccleſ. in 2. tomo commentariorum ad conſtitu. Regi. Galli.

Caſtrũ in dotẽ datum cõprehendit cohærentia.

¶ Tertiò perdit officium hæc regula in fauorabilibus, vt in caſtro in dotem dato, tunc veniet etiam territorium iunctũ caſtro, de pertinentia caſtri exiſtens: vt cõſuluit Bal. conſi. 357. nota pro duce. in 5. vol. per tex. & nota. in d. l. ſi quando. C. de annon. & tribut. lib. 10.

Recognitio pro caſtro facta & pro terris facta eſſe cenſetur.

¶ Etiam ſi quis fidelitatem pro tali caſtro domino iuret, & pro territorio adhærente iurare cenſetur: ob id non poteſt priuari terris ob fidelitatem non factam, vt concludit Barb. in c. Rodulphus. nu. 57. & ſequen. de reſcrip. vbi allegat Bal. in d. §. cum vrbem. & dicit communem iſtam doct. ſententiam, quam etiam ſequitur Boer. in §. 1. rub. de conſuc. iur. & ſtatus perſonarum, in conſuetu. Biturig.

Suburbia ex mente comprehenduntur.

¶ Quartò reſtringitur, quando eadem ratio, vel mens legis, vel diſponentis in ſuburbiis eſſet, quæ in ciuitate, vel ſi non comprehenderentur, abſurditas reſultaret: vt in §. ſi quis in nomine. in Authent. de eccleſiaſ. titul. colla. 9. vnde ſi quis reliquerit centum eccleſiæ ſancti Laurentij in Pariſienſi ciuitate exiſtenti, debebitur legatum illi eccleſiæ, quamuis non ſit in ciuitate, ſed in ſuburbiis, vt plene ſcribit Specul. in tit. de inſtru. edit. in §. nunc vero. q. 60. & ſequen. Roma. in repeti. Authen. ſimiliter. col. 41. C. ad leg. Fal. facit lex, ſi ſeruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. ſed ibi forte propter verbum Pariſien.

Interdicta ciuitate, & ſuburbia interdicta eſſe cenſentur.

¶ Quintò non procedit, quando alias eluſoria eſſet diſpoſitio: ideo interdicta ciuitate, & ſuburbia cenſentur interdicta, c. ſi ciuitas. de ſenten. excommu. in 6. l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtruct. vnde ſi quædam ars ſit prohibita exerceri in ciuitate, non poterit in ſuburbiis exerceri, niſi eſſet prohibita propter fœtorem: tunc quia non erit talis in ſuburbiis, vbi nulli, vel pauci ſunt homines, poterit ibi exerceri. ſecus ſi eadem ratio & æquitas locum etiam in ſuburbiis haberet, quia ibi eſt populi multitudo. Feli. in d. ca. Rodulphus. col. 2. de reſcript.

Ars prohibita exerceri in ciuitate, etiã ſuburbiis prohibita cenſetur.

¶ Item ſi doctor ſit in ciuitate profiteri prohibitus, tunc & in ſuburbiis non poterit, quia fraus fieret præcepto, c. ſuper ſpecula. de priuileg. quamuis Barba. in d. c. Rodulphus. teneat contrarium, allegando Salice. qui confinatus erat, vt eius verbo vtar, & hic Cepol. in fin.

Legere in ciuitate prohibitus in ſuburbiis nõ leget.

¶ Adhæc leproſi deiecti de ciuitate, non poſſunt remanere etiam in ſuburbiis, ſed longe à ciuitate, ne alios inficiant: ſic relegatus de ciuitate, & de ſuburbiis cenſetur, ne ſententia ſit eluſoria, l. prætor. ff. de iudic.

Leproſi & relegati de ciuitate in ſuburbiis nõ morabuntur.

¶ Sextò temperatur, quando nominatur patria: quia tunc, quæ in illa regione ſunt, veniunt: vt ſi quis leget ea, quæ in patria habet Lemouicenſi, & montes & colles illius, & vniuerſa pecora ibidem exiſtentia, ſi capi poſſint, legata eſſe cenſentur, l. qui habebat. & l. vxorem. §. legauerat. de lega. 3. ff. licet aliquando patria & ciuitas æquiparentur, ſecundum materiam ſubiectã, l. vnica, C. ſi curialis relicta ciuita. rus habita. malue. li. 10. Idem ſi diceretur prouincia, l. inſulæ. ff. de iudi. de hoc ſcribam in l. prouinciales. inf. eo. Idem ſi quis donet ea quæ in Francia habet, vel in Gallia, vel in Hiſpania, tunc comprehendentur omnia, quæ in illa regione ſunt, l. cum pater. §. dulciſsimis. de legat. 3. l. athletæ. de excuſa. tuto. l. 2. §. capta. de origi. iur.

Patria quidcõ tineat.

Quando eſt expreſſum territorij adiacens.

¶ Septimò quando expreſſum eſt territorium adiacens cum ciuitate, tunc vtrunq; venit, d. l. ſi quando. & l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. & Bal. conſil. 357. nota pro duce. col. 2. in 5. vol. quia imprimis ſequimur, quod actum eſt. l. ſemper in ſtipulationibus. de reg. iur. ff. vel mentem, quando de ea apparere poteſt in præcedentibus, & ſequentibus, vt ſuperius dictum extitit per l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de legat. 1. vel ex aliis coniecturis: vt ibi per

per gloſ. & in l. heredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta.

Portus vel mare an nomine ciuitatis cõtineatur.

¶ Octauò vrbis appellatione, vel ciuitatis, non venit mare, vel portus adiacens ciuitati in odioſis: diuerſum eſt in fauorabilibus, per gl. ſingu. in c. vbi periculum. §. porro. de elect. in 6. & ibi Dominicus dicit quod relegatus à ciuitate, non erit relegatus à portu ciuitatis: quem Barba. ſequitur in c. Rodulphus. nu. 37. de reſcrip. quia portus ſunt de iure gentium publici. §. flumina. de rerum diuiſ. in Inſtitu. ſcribam in l. portus. infra eod. ideo in ſententia exilij poni ſolet, vt exul fiat à toto ciuitatis territorio: alioqui portus non comprehenderentur.

Dum materia & vrbi, & ſuburbiis conueniet.

¶ Nonò flectitur regula, quando materia conueniret vrbi, & non ſuburbiis, vt in l. ij. §. ſi quis nemine. & l. vlt. ff. ne quid in loco pub. Vbi ſi quis nemine prohibente in publico loco ædificauerit, non eſſe eum cogendum tollere, ne ruinis vrbs deformetur, intelligitur tantum de eo, quod intra muros eſt. videte l. cætera. ff. de lega. 1. Hæc nunc ſufficiant ad tex. vtilitates, poſtquam videritis l. fin. ff. quod metus cauſa. vbi compulſus non videtur inique debitum in vrbe ſoluiſſe, quia ius publicum inuocare poterat: vt ibi fuſius ſcripſi.

Si exprimatur vrbs Roma, quid contineatur.

¶ Gloſ. in ſecunda parte quærit, quid ſi quis donet ea, quæ habet in vrbe Romana? & reſpondet idem eſſe, ac ſi dixiſſet Romæ: vel intereſſe, quid præcedat, & tunc illud inſpicitur. l. ſi communis ſeruus. 3. ff. de ſtipul. ſeruo. vt ſi dicat, dono ea, quæ habeo in ciuitate Pariſienſi: tunc ea, quæ ſunt intra vrbem, tantum donaſſe videtur, quia ciuitas præcedit: ſecus ſi dixerit, ea, quæ in Pariſienſi ciuitate habeo, dono: tunc veniunt etiam ea, quæ ſunt in continentibus ædificiis, arg. d. l. ſi communis ſeruus. prima tamen placet glo. & eſt communis, quam docto. ſequuntur hic, & in d. ca. Rodulphus. & Ancha. in c. fœlicis. de pœn. in 6. Nec facio differentiam inter vrbem Romanã, & alias ciuitates, vt hic Bar. & Cepo. ſiue dicatur in vrbe Lugduni, ſiue Lugdunenſi. licet in primo caſu genitiuus regatur ab eo nomine ciuitate, ſed in ſecundo ambo nomina à verbo reguntur, vt dicit Barba. in d. c. Rodulphus. nu. 36. poſt grammaticos. Alciatus tamen huic opinioni refragatur, Bar. ſententiam ſequens, dicens adiectiuum ſubſtantiuo accedere demonſtrationis cauſa: aſſerit tamen, quod ſi dicatur vrbs Roma, perinde haberi, ac ſi Romæ dictum eſſet: ſi verò vrbs Peruſia, tantum venit quod muris clauditur, cum Peruſia dictio adiectiua cauſa demonſtrationis accedat, & ſic oſtendit tantum ciuitatem, nec ampliat, nec reſtringit. ſecus ſi dicatur Peruſina vrbs: quia tunc venit id, quod veniret ſi diceretur Peruſij. hæc ille. Ego tamen non inuenio differentiam in iure factam inter ciuitatem Romanam & alias: & ideo vrbem Romanam inuenimus tantum ſignificare, quantum Romã: ſic quando aliæ nominantur ciuitates, nempe tantum ſignificat Alexandrina ciuitas, quantum ciuitas Alexandrina, vt probat tex. in l. 1. & 2. C. de frument. Alex. lib. 11. vbi in vna lege præponitur ciuitas, & in altera poſtponitur, & tamen idem ſignificatur: idẽ in c. fundamenta. de elect. in 6. Ideo putarẽ, quando ſunt duo adiuncta nomina, ſiue vrbs præcedat, ſiue ſequatur, ſiue ciuitas, ſiue villa, vel alia muris finita, ſiue Roma, ſiue alia, ſiue habitet ibi, ſiue non, is qui donat, tantum ſignificari, quantum illa duo nomina continerent, ſi ſeparata eſſent, ſiue ſint adiectiua, ſiue ſubſtantiua. Nempe ſi vrbs ſeparatim proferatur, denotat id quod intra vrbem eſt: ſi Romæ ſeparatim, id quod eſt etiam in cõtinentibus ædificiis: ſi iungantur, idem comprehendẽt: vtpote, dono, quæ habeo in vrbe Roma, vel Romana, vel in ciuitate Pariſienſi, aut in caſtro Montiſpeſſulani, tunc denotant omnia, quæ in vrbe ſunt, & in continentibus ædificiis. nam verba coniuncta non minus ſignificare debent, quã ſeparata, per gl. in c. ſi gratioſæ. in verbo, ſuæ. de reſcrip. in 6. & quodlibet verbũ debet operari. l. ſi quando. ff. de leg. 1. & ordo verborum non mutat deciſionem. l. 2. §. prius. ff. de vulg. vbi doct. Alioqui ſequeretur, quod leges eſſent verbis impoſitæ, & non rebus, contra id quod ſcribitur in l. 2. C. commun. de leg. & in c. cõmiſſa. in fi. de elect. in 6. & in poteſtate notarij eſſet ampliare, vel reſtringere mentem teſtatoris, vel contrahentiũ, præponendo, vel poſtponendo ciuitatem, quod non eſt permittendum: alias daretur materia delinquendi ipſis notariis, contra l. conuenire. de pact. dot. ff. Nec refragatur tex. in d. l. ſi communis ſeruus. nam ibi intereſſe dicit quid, cuius demonſtrandi gratia eſſet adiectum verbum dominus, & quæ pars eius ſtipulationis principalem cauſam haberet: & cum ad nomina prius decurſum eſſet, rationabilius fuiſſe pro virili parte ſtipulationem acquiri, quod dominorum vocabula pro demonſtratione haberentur. Duo igitur ibi conſideranda eſſent: primum quod demonſtrandi gratia adiectum ſit: ſecundum quod principalẽ cauſam habeat. ſed in caſu gl. vtrunq; æquè principale eſt, tam Pariſienſis quam ciuitas. ergo illa lex, ſi cõmunis. non poteſt huic quæſtioni conuenire: etiam quia in hac quæſtione demonſtrandi gratia maximè ſolet deſcribi Pariſienſis, vel nomen alterius ciuitatis: vt dono quæ habeo in ciuitate Pariſienſi, vel Lugdunenſi. nam oſtẽdo vbi ſint illa, quæ dono, vel Pariſiis, vel Lugduni. & in hac demõſtratione non ſolum continentur bona intra vrbem, ſed & extra ſita: quod non eſt in d. l. ſi cõmunis. quia nominando dominos nomine proprio, non oportet amplius eos demonſtrare, cum ſatis intelligantur, & rei demonſtratæ fruſtra fit demonſtratio, l. 1. de dot. præle. ff. ideo adii-

Alciati ſententia reiicitur.

Sententia authoris de ciuitate ſiue præcedat ſiue ſequatur.

Reſponſio ad l. ſi communis ſeruus. & intellectus illi datur.

ciendo postea dominos, nihil operatur. secus est in principio, si dicat, dominis meis, quia videtur habuisse mentem acquirendi pro portione dominica, vt ius interpretatur, & illa nomina propria postea adiecta parum aut nihil seruiunt. quod est diuersum in q. gl. Ideo diuerso modo decidendum est, vt consuluit Decius consi. 382. verba testamenti. probatur in l. proinde. & d. l. si communis. de stipu. seruo. l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. & postquam hoc inuenitur decisum in vrbe Roma, in d. l. nam quod. §. si ita. ff. de penu lega. idem dicetur in aliis ciuitatibus, cum non inueniatur contrarium statutum.

Verba transposita idem significant.

¶ Item verba transposita idem regulariter significant, nisi in bonorum possessione, & quibusdam aliis, l. 3. §. bonorum. ff. de bono. possessi. glo. in l. cum proponas. C. de bon. authorit. iud. possid. & sic se habet vsus loquendi Franciæ. Nam si dono ea, quæ in ciuitate habeo Tholosana, venient ea etiã quæ sunt in suburbiis, & in iurisdictione illius, l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfec. vrb. Idem si donẽ bona in villa Bituricensi sita, *a la ville de Bourges.* Alioquin vocabulum illud Bituricensis, nil prodesset, vel parum. & ista est opinio glo. cui subscribo: quamuis contrarium teneant Rayner, Bar. Cepol. & Alcia. hic. contra quorum sententias semper vidi iudicari, & Bart. primam sententiam probat, si Bar. scripta dici mereantur, in l. sed & reprobari. §. 1. in fi. de excusa. tuto. ff. Ex quo infertur, quod si dignitates vestræ constituerint vicarios, ad conferendum beneficia in ciuitate vacantia, aut vacatura, non poterunt illi nec vicarij conferre, si non vacent intra ciuitates: quia limitata est eorum potestas, quæ non ampliatur, l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. Et non potest vicarius, nec debet mandatum excedere, c. cum dilecta. de rescrip. l. diligenter. ff. manda. Item eadem ratione, si sit vicarius constitutus generaliter ad conferenda omnia beneficia in ciuitate tantum Remensi, non poterit conferre extra ciuitatem, c. statutum. de præben. in 6. & per hanc l. & ratione potestatis limitatæ, d. c. statutum. Si verò sit creatus vicarius, vt conferat beneficia episcopatus Niuernensis, poterit ea conferre vbiq;, & vbicunq; ea vacent, sicut episcopus, glos. in c. nouit. de offi. lega. nisi vacent in curia, d. c. statutum. quæ sunt bene notanda. Sed de his abunde tractaui in praxi mea benefici. in forma vica. vbi amplissime hanc vicariorum episcoporum pertractaui materiam: & an valeant illæ vicariorum creationes speciales, cum debeant esse generales.

Vicarius cõstitutus ad conferendum beneficia an possit ea extra ciuitatẽ conferre, & quæ.

Ciuitatis nomine vel ciuis qui veniant.

¶ In quantum Bar. dicit ciuitatem accipi pro ciuibus, & tunc appellatione ciuitatis, vel ciuium veniunt illi, qui sunt de ciuitate, vel de territorio, l. vna, C. de nundin. l. qui ex vico. supra ad municip. l. qui in continentibus. infr. eod. l. ciuitatibus. & ibi Paul. de leg. 1. Ideo si mandetur aliquid ciuitati Parisiensi, vel Parisiensibus, vel Anglis, censetur esse mandatum tam rusticis quam ciuibus territorij Parisiensis, vel Angliæ: vt nota. in cap. dilecti. de foro compe. per illum tex. Intelligendum est tamen in beneficiis præter ius commune, vt si priuilegium concedatur ciuibus Parisiensibus, vt etiam illud habeant, qui sunt in vicis, secundum quosdam: quod non probo, nisi in suburbanis. Vnde si caueatur ciuitatis statuto, quod instrumenta Parisiis nõ valeant, nisi à duobus subscripta sint notariis, tunc comprehendet etiam illos, qui sunt de territorio illo, id est de iurisdictione, & (vt dicunt) *de la bailleue*, vt consuluit Panor. consi. 52. in quæstione. in 2. vol. Etiam cõsuetudo ciuitatis vel loci extenditur ad oppida, & vicos subiectos illi ciuitati, nisi in illis fuerit contraria cõsuetudo. glos. vlt. in l. ex ea. ff. de postul. Bar. in repeti. l. 1. q. 36. C. quæ sit longa consue. Iaf. & alij in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. Curt. in repetit. l. fi. glo. 2. in 4. limitati. de consuet. Secus in odiosis, vt si pignerationes, siue repræsaliæ (quas Galli *marque* vocant) sunt contra ciues Parisienses concessæ, non venient accolæ, vel alij non ciues, licet in districtu Parisiensi habitent. hoc singulariter dicit Francis. Cremen. singu. 26. concessæ. quia odio alterius vnus prægrauari non debet, l. si quis in suo. in fi. C. de inoff. testa. facit glos. in verbo, alienigenas. in c. 1. de vsur. in 6. l. si quis. C. de natu. libe. Alex. in rub. ff. solu. matri. col. 4. & sequen. Et vocabulo Comitatensiũ vtitur Imperator in l. contra. C. de re mili. lib. 12. & dicit Alcia. in rub. de palat. sacra. largit. ibidem, quod palatini dicuntur omnes in palatio habitantes. Alij quidem in domo Augusti perseuerantes, comitatenses dicuntur. Comitatum autẽ appellant locum, in quo vitam ducebat Imperator. Bar. tamen & docto. accipiunt comitatenses eos, qui sunt de eodem comitatu, id est de eadẽ iurisdictione, & territorio: & palatinos dicunt, qui frequentes sunt in palatio. inde aduocatos palatinos vocant, qui in palatio frequenter versantur. Derogatur in materia congruenti & proportionabili ciuibus, & comitatensibus: ideo condemnata ciuitate videntur condemnati comitatenses. his verbis vtitur Bar. hic, & docto. in c. Rodulphus. de rescrip. Soci, per illum tex. in l. 2. ff. de reb. dub. quod crederem verum, si in eodem delicto participes essent: aliàs dici potest, quod pœna suos authores teneat. l. sancimus. C. de pœnis.

Comitatenses & palatini qui dicantur.

Comitatensium nomine ciues nõ veniunt.

¶ Appellatione tamen Comitatensiũ non veniũt ciues, quia comitatui obligati sunt ad alia onera & strictiora, quam ciues, l. 1. C. ne rusticani ad vllũ obsequi. deuocent. li. 11. Bar. in l. 1. ff. ad municip. nisi in materia lata: vt si priuilegiũ detur hominibus de comitatu, comprehenduntur homines de toto comitatu. Panor. in d. c. Rodulphus. Ego verò dicerem esse differen

differentiam, an imperetur pecunia, vel concedatur priuilegiũ ciuibus Parisiensibus: tunc non comprehendentur nisi incolę illius ciuitatis, & suburbiorum: vt etiam docet tex. in c. quia. de procura. & Alex. in rub. ff. solu. matri. quia alij extra ciuitatem habitãtes ciues non dicuntur Parisienses: ergo etiam de communi vsu excluduntur. & vbi in communi vsu fit discretio inter ciues & alios, tunc ciuium nomine nõ veniunt rustici. & istius est sententiæ Alci. hic: nisi vsus loquendi, vel qualitas negotij aliud iudicaret, vel materia concernat tam ciues quã extra ciuitatẽ habitantes. Si autẽ dicantur Parisienses, tunc pro materia veniunt etiã accolæ, non solũ ciues, per c. dilecti. de foro cõpe. d. c. quia. iuncta suprascri. de procurat.

¶ Secundò non procedit in eo, qui esset natus à ciuibus in comitatu, quia is Parisiensis dicitur ciuis: vt si tempore belli quis natus inter transeundum Aureliæ ex muliere Parisina fuerit, is Parisiensis ciuis dicetur. Bar. in l. filios. C. de munici. & origina. li. 10. nec potest dici ciuis illius ciuitatis, in qua nascitur, quia oportet quod parentes constituant domicilium, antequã ciuis propriè dici possit. Paul. Castr. & alij in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. & idẽ dicunt, si nascatur ibi tempore pestis, vt etiã plene scribit de Ripa in tract. de peste in 2. parte, 18. speciali contractuum. sic cõsuluit Bal. consi. 294. ista causa. in 4. vol. Dicã vtilitates in l. ædificia. & l. qui in continentibus. inf. eo. & in his debet haberi ratio subiectæ materiæ.

Natus extra vrbem casu nõ dicitur ciuis, vbi natus est.

¶ Item dum Bar. Cepol. & Alci. dicunt populũ posse nouis muris augere ciuitatem propria authoritate, nec esse necesse imperatorẽ hoc cõcedere, loquuntur contra tex. in l. sacra. in fi. ff. de rerum diuis. ibi, muros autẽ municipales nec reficere licet sine principis, vel præsidis authoritate. & hodie obseruatur in Francia, in qua nulli licet muris ciuitatem aut vicum vel munire, vel muris augere sine principis permissu. Et postquam fuerit locus muris clausus, nunquid gaudeat priuilegiis ciuitatum, & villa murata dicatur, alibi dicam: & cum habeat nomen, nunquid effectum habere poterit? l. à nullo. C. de feriis.

Ciuitas sine principis permissu nouis nõ munitur muris.

¶ Quæro quid si priuilegium ciuitatibus Franciæ concessum sit, an competat rusticis? Videte Iacob. de Bello Visu plene disputantem in §. illud. in authen. quomod. natura. effici. sui. coll. 7. post Alberi. in 2. parte statuto. q. 177. Alia multa hic differrẽ, nisi timerem vestras dignitates grauare, studiosi præsules. quamobrem his contentus ad alia pertranseo.

Priuilegium ciuitatibus cõcessum an rusticis cõpetat.

¶ Notandum tamen est, quod cõfiscatis alicuius bonis, si ipse habeat illa in diuersis locis, applicabũtur dominis cuiuslib. loci, in cuius territorio & iurisdictione bona sita sunt, argu. l. pupillo. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Et si creditores sunt, imprimis deducetur æs alienum ex toto patrimonio, quia æs alienum totum respicit patrimonium, l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. l. 1. §. si heres. ad Trebel. & æs alienum pro rata minuit bona, l. peculium. 1. in fi. ff. de pecul. Facit lex, Celsus, cum ll. sequen. de religio. & sumptib. fune. Ita nominatim scribit patruus meus magnus Iacob. Rebuffus in l. fi. C. de debito. ciuita. lib. 11. quod tamen limitat, quando debitum esset factũ ratione certi territorij, tunc is, qui habet illa bona, debet creditoribus satisfacere, vt si constituti sint reditus super bonis illius loci, argu. l. si certarũ. §. 1. ff. de re mili. l. hinc quæritur. §. potest. de pecul. Curti. in l. fi. ff. de in diem adiect. Alberi. & Iacob. in d. l. fideicommissum. §. tractatum. in fin. vbi etiam tradidit, si plura nomina debitorum erant in vno loco, an dominus alterius loci possit dimidiam partem petere. & dicit non posse, per d. §. non potest. hoc non firmo indistincte: sed nunc non discutio, alias si operæpretium fuerit facturus.

Bona confiscata applicantur dominis in quorum iurisdictione sunt sita. Iacobus Rebuffus authoris patruus magnus.

¶ *Latius patet*, scilicet Romæ appellatio, quam vrbis. id est amplius & fusius constat, & extenditur, & plura complectitur. latus enim dicitur amplus, spatiosus: cuius contrarium est angustus, l. via constitui vel latior octo pedibus, vel angustior potest. de seruitu. vrba. præd. & Iurisconsul. alibi dicit, late ista verba patent, l. 1. in fi. ff. quæ in fraud. credi. l. si alius. §. notauimus. quod vi aut clam. l. is cui. §. satisfactionis. ff. vt in possess. lega. l. promissor. §. 1. de consti. pecu. ibi, verba edicti latè patent, & stipulatori liberum fuit verba late cõcipere. l. quicquid. ff. de verbo. oblig. vbi glo. dicit aperte: sed ego exponerem, ample. diffusa late prædia, l. 1. §. si quis in villa. de senatusc. Silaniano.

Dictio latus, latior & laxissimus.

¶ Longe latéq; vsumfructum ab vsu distare ait Iurisc. in l. si habitatio. §. vsus. ff. de vsu & habita. id est multum differt vsus fructus ab vsu, vt dicam in l. rectè. infra. & cum ingens discrimen ostendere Iurisconsul. volunt, longè latéq; distare dicunt, translatũ ab agrorum mensoribus, teste Eras. in Chiliad. scribit & alibi Scæuola sic: Vendentibus curatoribus minoris fundum, emptor extitit Lucius Titius, & sex fere annis possedit, & longè latéq; rem meliorem fecit, in l. intra. §. fi. de mino. ff. id est amplissime, & maxime meliorauit rem, & meliorem eam reddidit. & Cice. pro Cornel. Balb. sic vsus fuit. Sed interdum latus accipitur pro parte hominis dextra, vel sinistra, in l. qui clauũ. §. 1. ibi, sed & latus, vel crus breuius potest afferre impedimentum. ff. de ædilit. edict. & Vlpia. ait in contrario latere, pro cõtraria parte in l. quid de creditore. ff. de damn. infec. & latus pro transuerso accipit Caius in l. 1. ff. de gradib. & in l. fi. de ritu nuptia. & in toto titulo de gradib. in Instit. Iustinia.

Longe latéq;.

Latus.

¶ De lata fuga loquitur Marcellus in l. exilium. ff. de interdic. & releg. sic dicens, exilium triplex est, aut certorum locorũ interdictio, aut lata fuga, vt omnium locorũ interdicatur,

Lata fuga.

præter certum locũ.& ſic latam vocat fugam amplã,quã interdictum & relegatum oportet facere,cum eſt omnibus extra certum locũ interdictus. De lata culpa ſcribam in l.magna negligentia.infr.eo.& in l.cedere.in fi.& in l.latæ culpæ.ibid. Inde viæ latitudo,id eſt amplitudo, l. viæ latitudo.& l.certo. in fi. ff. de ſeruitu. ruſti. prædio. & l. non ſatis.§.ſi vero. quemad.ſeruit.amit. ibi, latitudo hortorũ.l.4.§.fi.fin.regund.& l.ſiue de itineris.ff.ſi menſor fal.mod.dixe.l.fi.de pignor.actio. Latior eius comparatiuũ. de quo in l.rei.1.infr.eo.& latior interpretatio fauore pupillorũ facta eſt,l.1.§.1.de vſur.ff. Latius creſcere,id eſt fuſius, amplius, in l. Rutilia Polla.de contrahen. empti.ff.latius aquam exprimere, in l. Quintus Mutius. de ſeruitu.ruſti.prædio.& vinculorum appellatio latius accipitur,in l.ſuccurritur. §.vinculorum.ff.ex quib.cau.maio.& ſi quis re ſua latius vſus ſit cõtemplatione ſibi debitę hereditatis, Marcellus putat nihil eum ex hereditate eſſe deducturum, l.ſed & ſi lege. §. ſi quis re.ff.de petit.heredi.latius porrexit prætor, l. ſi menſor.in fi.ſi menſor fal. mod.dixe.ff. alibi dicit,plenius reſpondeo,in l.ſi defenſor.§.illud.& l.de ætate.in fin.de interroga.acti.ff.

Viæ latitudo.

Latior.

Latius creſcere quã exprimere

Latius patet.

Patet latius, quod Iuriſconſ. alibi dicit,latius accipitur,in l.ſuccurritur.§.vinculorum. ex quib.cau.maio.vel pro cõſtat,oſtendit,apertum eſt, l.in vſucapione. in fi.ff.de diuer. & tempora.præſcrip.& ſuperius in princ.huius verbi alia adducta fuerũt iura huic verbo conuenientia.Iuriſc.quandoq; pro eo dicit largius,in l.ſi ſocius.in fi.ff.pro ſocio. Latiſsimũ, de quo Iuriſc.in l.1.ff.de iuriſdi. om.iudi. vbi ſcribit officium iudicis eſſe latiſsimum, id eſt ampliſsimum, ad multas ſpecies iuriſdictionis productum, quicquid ibi afferant docto.in contrarium, & exponant vt ibi dixi in meis no. interpretationibus. Latiſsima poteſtas,in l.verbis legis.inf.eo.declarabitur.latiſsimè patet,in l.verbum pertinere.inf.De his hactenus.

Latiſsimũ quid & elucidatur l.1.ff.de iuriſd. omn. iudic.

¶ *Cuiuſque diei maior pars horarum eſt ſeptem primarum diei, non ſupremarum.*

¶ Hoc dicit, ſeptẽ primæ horæ diei ſunt vtilitate hominũ maiores, & vſu,quam vltimæ: & vtilitas inferius demonſtrabitur. de ſuprema hora loquitur Vlpi.in l.1.§.dies. ff.quando appel.ſit.Videndum eſt,quotuplex dies ſit,& de quo iſte tex.intelligatur,& quę vtilitas ſit. Omittam quotuplex ſit apud Macrobium in lib.Saturnal.vel rhetores, ſeu medicos: proſequar tantum quæ ad Iuriſperitos pertinent.

Quotuplex ſit dies.

Naturalis dies

¶ Imprimis iurium interpretes ſcribunt diem multiplicem: primum dicunt naturalem, qui à media nocte incipit,per l.more Romano.ff.de fer. Ego autem arbitrarer diem naturalem apud Iuriſconſ. non inueniri, ſed nomen eſſe interpretum, & potius diceretur dies naturalis à mane vſq; ad veſperã,& quandiu lux eſt,de quo forte intelligi poteſt c.1.Geneſ. ibi, Vidit deus lucem, quod eſſet bonum,& diuiſit lucem à tenebris,appellauitque lucem diem,& tenebras noctem.Dies ergo naturalis potius dicetur illa lux à nocte diuiſa, & naturalis forte dicetur,quod natura,id eſt deus illam fecerit,& lucem à tenebris ſegregauerit: vt ibi conſtat.& ſic natura in iure ſæpius ſumitur,in l.1.§.ius naturale.ff.de iuſti.& iure.& §. 1.de iure natural.in Inſtit.l.reſpiciendum,vbi Accurſ.ff.de reb.cred.de quo etiam per Aſtrologos,& per Macrob.li.Satur.1.c.3.& per Gel.lib.3.c.2. Ciuilem vocant doctor.ſeu artificialem, qui vigintiquatuor continet horas, l.more Romano.ff.de feriis.Ego dicerem ciuilem ab artificiali ſeparari. Nam ciuilis, ſeu legalis (vt ipſi volunt) eſt, qui à iure ciuili introductus,ſeu more Romano receptus eſt: vnde Vlpi.ait ſic d.l.more Romano dies à media nocte incipit,& ſequentis media parte noctis finitur. Itaq; quicquid in his vigintiquatuor horis,id eſt duabus dimidiatis noctibus,& luce media actũ eſt, perinde eſt, quaſi quauis hora lucis actum eſſet,& quauis voce nominetur,idem erit. Alius eſt dies artificialis ſecundum interpretes, quod artificio & artibus ſit deditus: & eſſe ſpatium temporis ab ortu ſolis vſq; ad eius occaſum ſcribunt: & ſic ſupra horizontem & hemiſphærium noſtrum: vnde artificialis dies eſt ſol lucens ſuper terram,nox autem eſt vmbra terræ in ſolis oppoſitum diametraliter extenſa.Vel dicit diuus Baſilius in Exameron,diem eſſe aerem illuminatum à ſole, aut quantitatem temporis tantum,quo ſol in globo noſtro dimidio moram trahit. Et dicitur nox à nocendo,quia hoc tempus nocentibus aptum eſt.& in Euangelio dicitur, Qui malè agit,odit lucem.& in c.conſuluit.de offi.deleg. Accurſ.hîc dicit,quod dies iſte artificialis habet duodecim horas:ſed debemus inſpicere tempus.nam in æſtate habet plures,in hyeme pauciores:& ita hi dies ὡρεῖαι dicũtur,id eſt præſtitutæ ad quidpiam agendũ,vt declarat Cælius lib.Antiq.lectio.8.c.11.& Budæ.in commen.linguæ Grecę,diem iudicio ſiſti,ſeu vadimonij eſſe ait, de quo alibi dicã. Et intelligere poſſumus hunc tex. quod licet hic dies habeat interdum quindecim horas & vltra: tamen ſeptem primæ horæ diei ſunt ſtudio,& omnibus artibus magis conuenientes,quàm ſupremæ. ideo dicuntur maior pars diei:licet quidã intelligere velint diẽ 12.habere horas,& ſept. primas maiorem partẽ diei, ſed nullus dubitat:& Iuriſc.nõ dixiſſet,quã ſupremæ.oportet ergo quod ſint 7.primæ,& ſept.vltimæ.

Ciuilis dies.

Artificialis dies & nox.

Dies artificialis quot horas contineat.

Artificialis dies pro more regionis capitur.

¶ Aduertendum eſt, artificialem diem forte dicere quis poſſet,ad artificiũ exercendum inductum,non ſimpliciter de mane vſque ad veſperam, ſed conſideratis & more regionis, & artificiis.nam quidam artifices noctu etiam operantur, vt fabri ferrarij,quia carbonibus inflammatis videre eorum operam poſſunt.hi à tertia vel quarta hora matutina ad nonam veſpertinam operari ſolent,pro more tamen regionis, & pro neceſsitate operarũ,quas magiſt

giſter & artifex ſubire tenentur: & tunc dies artificialis pro more regionis dicetur, & pro more cuiuſq; artificij,quãdo opera incerta eſt. Sunt &alij artifices,qui certã habent operã, vt typographi, qua finita ad vxorem & liberos cum gaudio accedere poterunt: & ſic dies eorum artificialis eſt, donec finita ſit opera. ideo in his cum videam apud Iuriſconſ. hos dies non contineri, nec ſic nominari, arbitrarer ſic poſſe diem diuidi, quatenus ius reſpicit,videlicet aut eſt vtilis, aut continuus.

Typographi et alij certam habentes operam completa opera ſoluti ſunt. Diuiſio diei authoris.

¶ Vtiles dies,vel annum,vel tempus vtile declarat Vlp.in l.2.ff.quis ordo in bono.poſſ. ſerue.ita autem vtile tempus eſt,vt ſinguli dies in eo vtiles ſint, ſcilicet vt per ſingulos dies & ſcierit,& potuerit admittere. cæterum quacunque die neſcierit, aut non potuerit, nulla dubitatio eſt,quin dies ei non cedat. Dies igitur vtiles dicemus eos, qui nullo modo ſunt impediti feſtis,ignorantia,aut alio impedimento,& quibus licet lege agere:vt ſi quindecim diebus vtilibus debeant durare nundinæ,vt Lugdunenſes, non computabuntur dies feſti in illis.Idem in anno vtili,qui dabatur olim minoribus,ad petendum in integrum reſtitutionem:de quo in l.fi.C.de tempo.in integ.reſtit.petend.vnde Vlpia.in l.1.§.dies.ff.quando appel. ſit.ita ſcribit: Appellandum intra biduum, vel triduum.§.biduum.ibid.poſtea ſubiungitur:Dies autem iſtos,quibus appellandum eſt,ad aliquid vtiles eſſe oratio diui Marci voluit,ſi forte eius,à quo prouocatur,copia non fuerit,vt ei libelli dentur.ait enim,is dies ſeruabitur, quo primo adeundi facultas erit. quare ſi forte poſt ſententiam dictam, ſtatim copiam ſui non fecerit is,qui pronunciauit,vt fieri adſolet, dicendum eſt,nihil nocere appellãti.nam vbi primũ copiam eius habuerit, prouocare poterit. ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſubueniendũ eſt. Alia dicam in l.cum prætor.inf.eo.vbi de actione vtili & directa tractabo.

Vtiles dies qui.

¶ Continui dies dicuntur contigui, & qui non interpolati ſubſequuntur, nec aliquid eſt intermedij, & nullus dies aufertur, etiã ratione impedimenti:de quibus loquitur Paul. in l.cum heres.§.Stichus.ff.de ſtatuliber.l.continuus actus.ff.de verb. oblig.

Continui dies.

¶ Videndum eſt, ſi in iure inueniantur dies, vel anni, an de continuis intelligantur: & putarem frequentius intelligi, niſi de vtilibus expreſſum ſit,l.1.ff.de manumiſ.l.qua ætate. ff.de teſta.Etiam cum in iure certi dies ad actum faciendum dantur,frequentius etiam nox cõprehenditur more Romano,d.l.more Romano.niſi à lege diſtinguatur,vt in fure diurno,& nocturno,l.furem.ff.de ficar.l.4.ad leg. Aquil.c.ſi perfodiens. de homic.l.capite 5.de adulte.ff.& operam diurnam meliorem nocturna ſtatuitur in l.ſtipulationes commodiſsimum.ff.de verb.obli. Vnde illi decem dies,qui ad appellandum hodie conceduntur,continui erunt,& nox etiã comprehendetur, Authen. hodie.C.de appella.tamen currere dies non incipiũt,niſi à die notitiæ.c.cõcertationi.de appella.li.6.ſic dicemus in annis,& menſibus,vt in ſex menſibus datis ad conferendũ,c.2.& c.quia diuerſitatem.de conceſ.præben.

An dies in iure intelligãtur de continuis. Nox comprehenditur ſub die.

Ad appellandũ dies decẽ hodie conceduntur.

¶ Videamus nunc,an dies computari à momento in momentum debeant:& non computari niſi à caſibus in iure expreſsis arbitror,ſed requiritur diem vltimum adeſſe,vt ſcripſi in l.3.§.minorem. ff. de minor. gl.in c.quam ſit.de elect. in 6.ſcripſi in forma manda.apoſt. in gloſ.poſt menſem.in concorda.

Dies an de momento ad momentũ computentur.

¶ Et ex hoc declaratur ordinatio Regia in tit.de appel. arti.15.vbi ſi quis proſequi appellationem ſuam nolit,intra octo dies eidem renunciare tenetur:quod intelligi debet, vt currant de momento in momentum. & ſic in renunciatione facta octauo die debet deſcribi hora,vt expreſſe tenet Chaſſa.in conſuet.Burg.rub.*des iuſtices*,§.octauo.glo.& iour. col.2. allegatur Feli.in c.conſuluit.col.2.de offic.delega. Ego contrariũ teneo in d.ordinatione, quia dies ſententiæ non computatur, ſed poſtea habet octo dies appellans, intra quos renunciare debet. & hoc probat ille articulus, ibi, *Puiſſe dedans huict iours apres prochainement enſuiuans renoncer a ſadicte appellation,&c.* ergo toto die octauo poterit poſt ſententiã.& ita ſcripſi in 3.tomo cõmen.in conſt.Reg.illo tit.& arti.15.& hi dies continent & lucẽ & noctẽ.

Renunciare appellationi quãdo ſine multa licet.

¶ Praxis etiam Franciæ non ita ſtrictè recipit,vt inquit Chaſſa.ſed ſufficit,quod octaua die renunciet: imo de ęquitate appellãtes recipi ſolẽt ad acquieſcendũ à curia parlamenti, ſi pars aduerſa non allegauerit ſua intereſſe,& tunc ſaltem condemnantur ad pœnam centum ſolidorum pariſi.regi pro ſingulis annis, quibus in hac appellatione remanſerunt: vt vidi in iudicio forenſi hactenus ſeruari,& aliquando ad mulctam extraordinariam per ordinationes nuper factas: maxime quando appellantes tanquam ab abuſu acquieſcere procurant,tunc non recipiuntur ſine ſolutione mulctæ in conſtitutione regis ſtatutæ,quæ tamen ex cauſa ſolet à curia modificari, vt patet in ordinationibus regiis rub.*des appellations comme d'abus*, artic.2.vbi ſcripſi in 3.tomo conſtit. Reg.

Acquieſcens appellationi quam multtam debeat.

¶ Idem dicemus in regula cancellariæ 18. de viginti diebus,qua cauetur, vt ſi reſignans infirmus decedat ante viginti dies, beneficium per mortẽ vacare cenſeatur,licet fuerit iam collatum per reſignationem,& dies illi computantur ab hora reſignationis vſq; ad horam mortis: atq; dies illa vigeſima debet eſſe completa,& dies more Romano computantur,& ſunt cõtinui, vt Chaſ.fuiſſe pronunciatũ afferit §.5.rub.*des retraictz*. in conſuet.Burg.& §. 4.rub.1.ego hoc plenius pertracto in d.reg.cancel. quã explanaui in praxi benef.in 3.parte, & docet hîc Cep.q.vlt.quod ſi reſignatio noctu fiat,tria lumina adeſſe debẽt, per l.1.§.tria.

Pro regula cancellariæ de viginti diebus.

Reſignatio beneficij noctu,

& interdiu quo modo fieri debeat.

ff. de ventre inſpic. & ſi interdiu, feneſtræ apertæ eſſe debent, vt reſignans noſcatur, alias eſt falſi ſuſpicio: vt per doctor. in l. non minorem. C. de tranſact.

Dies indulgentiarum.

¶ Alius eſt dies indulgentiarum, qui incipit à veſperis vigiliæ feſti, vſque ad veſperas finitas diei feſti: & de hoc die loquitur papa in c. 2. de feriis, & c. fin. de ſentent. excommunica. in 6. Feli. in c. eccleſia. col. 15. de conſtit. niſi aliud in indulgentiis fuerit expreſſum.

Feriati dies, feſti & pro feſti.

¶ Alij ſunt feriati dies, quibus ceſſatur ab opere, l. ſi feriatis. ff. de arbi. & in tit. ff. de fer. rhetores hos vocant feſtos dies: profeſtos verò, non feſtos, ſeu non feriatos.

Dies quomodo in hoc text. accipiatur.

¶ Nunc dicendum eſt quomodo dies hîc accipiatur, & in aliis actibus: Reſpondeo nõ eſſe inconueniens accipi tam pro die naturali, ciuili, quam artificiali. nam ſeptem matutinæ horæ, ſiue eas computetis à luce, ſiue nõ, forte à tertia, vel quarta, ſeu quinta hora de mane, ab hora operæ, erunt maiores, non minutis, vel momentis temporum, ſed vtilitate. nam melius ſtudet quis & operatur matutino tempore, quàm ſerotino, l. 3. ff. de oper. liberto. & l. libertus. ibid. nam graues feſsiq; poſt cibum ſumptum ſumus, vt docet gl. in verb. indefeſſo. de Iuſtin. Cod. confir. & Spec. in titul. de peti. ſenten. §. vnico. circa medium: & ſtatim à cibo ſumpto ſtudium, maxime lucubratio, ſtudioſis nocet ad indigeſtionẽ, ſcabiem, & ad alia, teſte Marcil. Ficino de triplici vita. in 1. parte, tit. quinq; ſunt ſtudioſorum hoſtes. vide Platon. lib. 3. de legib.

Lucubratio ſtudioſis nocet.

¶ Vnde ſi quis promiſerit die vno ſeruire, non ſatisfaciet, ſi velit ſeruire à meridie duobus mediis diebus, quia non eſt tanta opera ſicut matutino tempore, l. 3. ff. de oper. libert. ſic maior pars dicitur reſpectu perſonarum, l. maiorem. ff. de pact. Feli. in rub. de maior. & obed. ideo Romani in primis diei horis tanquam præcipuis feriis rebus vacabant, in vltimis verò horis iocis: vt plene ſcribit Martial. lib. Epig. 4.

Prima ſalutantes, atque altera continet hora,
Exercet raucos tertia cauſidicos:
In quintam varios exercet Roma labores:
Sexta quies laſsis, ſeptima finis erit.

Dies quomodo ſit accipiendus in ſingulis actibus.

¶ Sed quomodo in aliis actibus dies accipietur? Reſpondeo, facerem caſus ſequentes. Primus eſt, quando ius ciuile loquitur de die, frequentius intelligitur de die ciuili, & more Romano accepto: & ſic comprehenditur & nox, l. more. & de continuo frequentius, vt dictum fuit. Vnde ſi inſtrumentum fiat die dominico, vſq; ad mediam noctem, notarius ſcribet illo die eſſe factum: ſi verò poſt mediam noctẽ, dicet die lunæ, vt interpretes docent in d. l. more, & in c. conſuluit. de offi. deleg. Iaſ. & alij in l. non minorem. C. de tranſac. & beneficia vacantia in menſibus affectis nominatis & graduatis debentur illis, ſi vacent in illis menſibus vſque ad mediam noctem vltimi diei cuiuſlibet menſis, §. præfatique. de colla. in concord. & Imperator ſcribit tranſactionem ſecunda noctis hora valere, cum nullum tempus ſanæ mentis maioris quinque & viginti annis conſenſum repudiet, l. non minorem. C. de tranſactio.

Inſtrumentum vſq; ad mediã noctem factum quomodo cõſignari debeat.

Artificialis dies quoad operarios.

¶ Secundus caſus, quando artifices & vulgus loquuntur de die quoad operas, intelligunt ſæpe die artificiali pro more illorum: vnde Paul. ſic ait lib. ſing. de variis actionibus: Operæ ſunt diurnum officium, l. 1. ff. de oper. liberto. Itaq; ſi quis locauerit operas ſuas ſutori per annum, tenetur laborare interdiu & noctu pro more illius regionis, & pro domini neceſsitate, l. excepto. C. loca. Ideo iudex antequam iudicet, debet de vſu & conſuetudine illius regionis inquirere: prout abunde ſcripſi in tracta. de conſuet. in 3. tomo Comment. ad conſtit. Reg. & iſta eſt vtilitas ad hunc tex.

Dies vnde.

¶ Dies dicitur à διῶ, quod eſt clarus, vel à *duo*, quod eſt duo, quoniam naturalis dies in duo diuiditur, in diem ſcilicet artificialem, & noctem. vel poteſt dici à diis: planetæ enim dij vocantur, à quibus dies denominantur, teſte Ioan. de ſacro Boſco in lib. de anni ratione. in c. diebus, &c.

Ad diem.

¶ Inde ad diem promittere, vel dare, eſt præſtituta die & conſtituta polliceri, vel dare, l. Titius. 2. ibi, quod ſi ad diem ſupra ſcriptam non dedero, de conſtit. pecu. ff. l. ſi per emptorem ſteterit, quominus ad diem vinum tolleret. de peric. & commod. rei vend. l. 1. §. pacto placuit, vt ad diem, &c. de pignor. Ad diem, pro vſque, l. 1. §. ſed & cuſtodiam ad diem menſuræ venditor præſtare debet. ff. de peric. & commo. rei vend.

Ad tempus.

¶ Ad tempus Papinia. l. 4. ibi, neque ad tempus ſeruitutes conſtitui poſſunt. de ſeruit. ff. 1. vſque ad tempus certum, videlicet vſque ad Paſcha, l. idem eſt & ſi ad tempus habuerint conductum. ff. ſi ager vectigal. & ad tempus fieri poteſt ſocietas, l. 1. ff. pro ſocio. Ad tempus datus iudex, Vlpia. in l. 2. §. ſed ſi iudex ad tempus datus eſt. de iudi. ff. id eſt cum præfinitione temporis. Bal. ibi, vel vſque ad certum tempus.

Ante diem.

¶ Ante diem notum eſt, in l. ad diem debitor; adeo debitor eſt, vt ante diem ſolutum repetere non poſsit. ff. de condic. indebit.

Ex die vel ex tempore.

¶ Ex die, pro ab, vel ex tempore idem eſt, vt probat tex. in l. hereditas ex die. iuncto § heres. & purè. de hered. inſtit. ff. & in Inſtitu. ex die, vel ex tempore dicitur quis inſtitui, ſi poſt

poſt quinquennium quàm moriar, eum inſtituam, vel à calendis Ianuarij, vt Imperator elucidat in d. §. heres. & non valet illa inſtitutio, quia interim nullus eſſet heres, & pro tempore decederet teſtatus, & pro tempore inteſtatus: quod ius non patitur, vt teſtatur Pomp. in l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. & ſic non valet ſeruitus ita conſtituta. l. 4. de ſeruitu. probat Cepol. in tract. de ſeruitu. in 1. parte, c. 2. col. penul. & egregius olim iuris profeſſor Tholoſanus, poſtea conſiliarius Corraſ. in d. l. 4. belle elucidat.

¶ Vſusfructus autem ex die legari, & in diem poteſt, l. vnica. §. Item ſi ex die. quando dies legat. cedit. l. ſi vſusfructus mihi. §. plane. vſufru. quemad. caueat.

¶ Societas etiam coiri poteſt, vel in perpetuũ, id eſt, dum viuunt, vel ad tempus, vel ex tempore, lege prima, pro ſoci. ff. & ex die debitum, in lege, ſi ſocij ſimus, & ex die vnus pecuniam debeat, ibidem.

¶ Ex tempore, interdum pro tempore, *ſelon le temps*, l. at ſi quis. §. æquum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, ex bona fide. de religio. ff. & l. Lucius. manda.

Ex eo tẽpore.

¶ Interdum Iuriſc. dicit ex eo tempore, pro ab illo tempore, *de ce temps la*, in l. ſi fundus. §. in venditione. de pigno. ff. ibi, interdum etiam de fructibus arbitrari debet iudex, vt ex quo lis inchoata ſit, ex eo tempore etiam de fructibus condemnet. Interdum ex tempore pro ſtatim ſine præmeditatione. inde extemporanea oratio, habita (vt dicunt) in promptu, *ſur le champ*, vt docet Budæ. in Foren. areſt. curiæ plurima inter actionum cauſas ex tempore pronunciari.

Areſta extẽporanea.

In diem promittere.

¶ Item in diem promittere, eſt certo die promittere, vt in feſto Paſchatis, aut alio die, l. in illa, in 1. & in l. quotiens in diem. ff. de verborum obligatio. Et hic promiſſor in certum diem, dicitur in diem debitor, qui adeo eſt debitor, vt ſi ante diem ſoluat, repetere non poſsit, lege, in diem. ff. de condic. indeb. infra.

In diem procuratorem quis conſtituit. Intellectus ad l. 3. de procu. ff.

¶ Vnde dicit Iuriſconſ. Vlpian. in lege tertia, ff. de procurat. quod procurator ad litem futuram & in diem, & ſub conditione, & vſque ad diem dari poteſt: vbi glo. dubitat, & exponit in diem, id eſt ex die. Dicite poſſe conſtitui in diem ſic, Conſtituo talem procuratorem ad cauſam incipiendam in feſto Paſchatis. Et vſque ad diem conſtituitur, vt, Conſtituo te ad hanc cauſam vſque ad diem prolationis ſententiæ, vel vſque ad calendas Nouembres. Sic debet intelligi ille text. licet gloſſ. eum obtenebret, quia eſt differentia inter in diem, & ex die, vt ſuperius docui: vel intelligi poteſt, in diem vnum, vt ibi ſcripſi.

¶ In diem aliquando, id eſt vſque ad certam diem, l. centeſimis calendis dari vtiliter ſtipulamur, quoniam præſens obligatio eſt, in diem autem dilata ſolutio. de verb. obligat. ff.

In annum.

¶ Item in diem etiam dicitur, quod vulgo de die in diem, vel in annum, de anno in annum. Vlpian. in l. ſed addes. §. ſi quis cum in annum habitationem conduxiſſet. ff. locat. Adria. Cardina. in lib. de ſermone Latino. ſed ſalua eius authoritate ibi non ſic accipitur, ſed in annum habitationem conduxerat, id eſt vſque ad annum, pro vno anno, & non de anno in annum: quod probat ibi text. in fin. dicens, penſionem integrã prærogauit. quod non potuiſſet facere, ſi de anno in annum conduxiſſet. Saltem tex. dixiſſet, vnius anni penſionem integram prærogauit. non inficior tamen quin poſsit ſic capi, ſed non ibi.

Intellectus ad l. ſed addes. contra Adrianũ Cardinalem.

Viuere in dict.

¶ In diem viuere, eſt præſentibus rebus contentum viuere, nec ex futuris ſolicitum, neque apparare res, niſi præſentes: vt religioſi faciunt, & ego hactenus: de quibus in Euangelio: Nolite ſoliciti eſſe quid edatis, aut bibatis, &c. Et hæc vita Græcis dicitur καθημέριος βίος, teſte Eraſmo in prima centuria Chiliadum. & Perſius ait, *Atque ex tempore viuis*. id eſt citra ſolicitudinem futuram.

Dict proferre.

¶ Diem proferre, id eſt prorogare, l. diem proferre. & l. Labeo. & aliis in multis legibus illius tit. ff. de recep. arbi. Alia videre de hoc verbo proferre, in l. non eſt ſine liberis. inf. eo.

Diem diffiſum.

¶ Diem diffiſum dicit Budæus, ſeu diffuſum, continuatum in craſtinum, vel remiſſum. Vlpia. l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. ibi, iubet diem iudicij eſſe diffiſum.

Exitura dies actionis.

¶ Dies actionis exiit, id eſt finitum eſt tempus actioni præſcriptũ, l. ait prætor. §. hi plane. ff. ex quib. cau. maio. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies actionis exitura erit. de iudic.

Diem obire.

¶ Diem ſuum obire, notum eſt pro mori, l. ſi filia nupta. in princip. ff. famil. erciſc. ibi, ipſa diem ſuum obierit. Diem cedere, in l. cedere diem. explicatur infr. eod.

Die ventoſo.

¶ Die ventoſo non licet ignem in ſtipulam mittere comburendi gratia, l. qui occidit. §. final. ff. ad leg. Aquil. Dies ſolutionis, ſicuti ſumma, pars eſt ſtipulationis, lege prima, ff. de edendo. Dies incertus, eſt dies mortis. lege prima, ff. de condit. & demonſt. Annua, bima, trima die, alibi ſcripſi, pro primo, ſecundo, & tertio anno accipi. Alias phraſes, quòd non mercantur elucidationem, miſſas facio.

Dienſes populi.

¶ Dienſes populi ſunt Macedoniæ dicti à die, quod dies ſecundum quoſdam, id eſt lux maximè apud eos lucear, quod parum arridet. de his eſt tex. in l. ſi. ff. de cenſib. Sunt etiam alij populi in Delphinatu, qui vocãtur Dienſes, à Dienſi comitatu, & epiſcopatu, de quibus in §. 1. de nomina. Regi. in concord. ſed iſta fere extra oleas ſunt. Diæta explicabitur

in lege sequenti.

Maior dicitur multis modis.

¶ *Maior.* Colligite ex text. quid maius dici posse vtilitate, quod nobis maiorem afferat vtilitatem, per istum text.

Maior ratione ætatis, & minor.

¶ Secundò maior dicitur quis ratione ætatis: inde vlteriores à tritauo maiores dicuntur, l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradi. l. 4. §. 1. de in ius vocan. scribam in l. appellatione parentis. infra eod. Minor quoque dicitur duobus modis, vel quatuordecim annis, vel vigintiquinque, cap. in præsentia, de probat. quod valde Iurisperito prodesse potest, propter priuilegia minorum, quæ conscripsi in secundo tomo constitu. Regi. titu. de restitut. artic. 2. glos. 4. vbi triginta priuilegia inuenies. De maiore natu in lege, qui cum maior natu esset. de bon. liber.

Maior natu.

Maior ratione numeri.

¶ Tertiò maior dicitur ratione numeri personarum, quando plures sunt in vna parte quam in alia, l. quod maior pars. ff. ad municip. & in rubr. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, in Decretal.

Maior pars dicitur ratione debiti in quinquennalibus literis.

¶ Quartò maiorem partem dicimus pro modo debiti, non pro numero personarum: quòd si æquales sunt in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus præferendus est, l. maiorem. ff. de pact. & maiorem partem non ex numero vtiq; personarum, sed ex magnitudine portionum hereditariarum, ait Iurisconsultus in l. si plures. in princ. ff. depos. Quod prodest ad literas quinquennales, in quibus comprobãdis maior pars consentire debet, lege final. C. qui bon. cede. poss. Dixi in tract. de literis dilatoriis, annalibus, & quinquennalibus, in ordinat. Regi. in secundo tomo commentar.

¶ Quintò maior causa dicitur multis modis, quos scribit glos. in l. per minorem. ff. de iudic. vbi maior quæstio minorem causam ad se trahit.

Maiore parte anni possidere.

¶ Sextò maiore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, l. maiore. infra eod.

Ratione scientiæ maior.

¶ Septimò maior dicitur quis ratione sciẽtiæ. Doctor enim maior scholastico est. & aliis modis quis dicitur maior, quos cumulat Felin. post alios in rub. de maio. & obedi. ibi videre poteritis. & aliquando quis doctior altero est in scripturis, quia melius eo scribit: sed alter doctior & maior est, eo in dicendo, nempe quia melius hic loquitur eo qui scribit. sunt enim dona sancti spiritus diuisa, teste diuo Paulo. Quid partis vel portionis nomine veniat, dicam in l. nomen portionis. infra eodem.

Hora quid & an sit in actibus apponẽda.

¶ *Horarum.* Hora est, quæ continet spatium vigesimæ quartæ partis diei, & quia Iurisc. ait in l. aut qui aliter. §. si quis. ff. quod vi aut clam. quod si quis denunciauerit opus facturum, non semper videtur clam fecisse, si post denunciationem fecerit. debebit enim (& ita Labeo ait) & diem, & horam denunciatione complecti. quem text. not. Lanfranc. in repetit. cap. quoniam contra. in verbo, citationes. colum. 2. & 3. de probat. quod in citatione debet locus, dies, & hora inseri. & Boer. elucidat in repeti. l. consentaneum. colum. 14. C. quomod. & quand. iudex. facit tex. singul. in cap. consuluit. de officio delegat. vbi citatus non expressa hora, debet comparere illa hora, qua iudex sedere pro tribunali solet, & commode actũ expedire potest. facit lex, Titius. §. Lucius. ibi, hora diei sexta. ff. de lib. & posth. & lex 2. de annu. legat. & pars operæ per horas solui non potest, l. 3. de oper. libert. post horam sextam dicit Iurisconsultus in l. 1. ff. de manumiss. facit l. si communem. in fi. ff. quemadmo. seruit. amit. Vnde dicit Feli. in cap. ego N. columna prima, de iureiur. quòd in publicis instrumentis debet apponi hora, si expedit scire horam, per glos. in l. si ex pluribus. §. fina. ff. de solu. alias sufficit apponere diem secundum eum. Vnde ego concludendo dicerem horam non esse necessariò conscribendã in instrumẽtis: quia actus facti & contractus valent, siue facti fuerint interdiu, siue noctu. glo. Bart. & doct. in dictam legẽ, non minorem. C. de transact. Et sic non interest qua hora fiat testamentum, cum valeat etiam post horã sextam noctis. text. in l. qua ætate. ff. de testam. Actus verò iudiciales noctu expediri non possunt.

Areopagitæ noctu iudicabant.

Doct. in dictam legem, non minorem. & d. cap. consuluit. Licet Areopagitæ noctu & obscura luce, nunquam die iudicabant, vt procul ab omni affectu, qui animos in diuersum trahit, tantummodo facta cognoscerent, personas autem non viderent, vt Alexand. in lib. Genial. docet. Et quando actus certa hora est prohibitus, & alia permissus, tunc hora esset exprimenda, l. 4. in fin. cum sequen. de seruitu. per ea quæ Bar. scribit in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de no. oper. nunciat. Panor. & Felin. in cap. auditis. de præscript. & in casibus à iure expresis horæ expresio requiritur, non alias regulariter: vnde honorati, qui litem habere noscuntur, his saltem horis atque temporibus, quibus causarum merita, vel facta panduntur, rem decidi cum iudice non habeant facultatem. l. 1. C. de offic. ciuilium iudic.

Suspectum instrumentũ noctu factum.

¶ Et in quibus casibus instrumentũ noctu factum est, præsumitur suspectum, nisi causa necessaria fuerit, de qua notarius attestari debet. sic suspecta dicitur collatio clandestina, in ca. vnic. vt eccles. benefi. & electio noctu facta, est nulla. in c. quia propter. in fin. de elect. ita Bald. in cap. 1. col. penult. de fide instru. Anton. Tremol. in additi. ad Vbert. de Bonacursorub. de impedi. executo. §. ratione temporis, scripsi in præfat. ad rub. de colla. in concord.

¶ De

Horologium.

¶ De horologio vide tex. in l. quæsitum. §. Papinianus. ff. de fund. instruct. vbi horologium, quod non est affixum, instrumento domus cõtinetur, alias domus nomine, vt ibi.

Quibus horis sit laborandum.

¶ *Septem.* Colligunt ex hoc text. quidã, ibi, septem, quòd à quinta hora matutina vsque ad duodecimam quis laborare debet: nam illæ sunt primæ diei horæ: & à duodecima ad septimam, quod seruant Typographi, nisi operam antea perfecerint. Et horæ à quinta mane vsque ad duodecimam sunt aptiores, ac magis frugiferæ, & vtiliores, & omnibus artificiis commodiores, quam aliæ post meridiem. Sed in his relinquenda sunt tempora ad curam corporis necessaria, l. penult. ff. de oper. liber. & quod tempore meridiano operarij in æstate possint dormire, l. medicus. ibidem. quod est verum, si hoc habeat cõsuetudo, alias non, nempe hoc regi consuetudine locorum debet, vt superius scripsi. hoc tamen non elicitur ex hoc text. sed, septem horæ primæ diei sunt aptiores ad actus faciẽdos, quam supremæ. sed à quo tempore incipiunt istæ horç? & dixi ab opere incepto, superius.

¶ *Primarum.* De hoc verbo scribam in l. inter illam. infr. eod. & de verbo Supremus, in l. proximus, infra hoc tit. Iter ad alias leges faciamus, & quot milia passuum pro singulis diebus requirantur, in l. seq. explicabo, vt sequitur.

VLPIANVS LIB. SECVNDO AD EDICTVM.

LEX TERTIA.

In itinere faciendo viginti milia passuum in dies singulos peragenda, sic sunt accipienda, vt si post hanc dinumerationem minus quam viginti milia supersint, integrum diem occupẽt: veluti si viginti vnum milia passuum sunt, biduum eis attribuetur: quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conueniat.

¶ Potest diuidi hæc lex in duas partes, prout tradit duo dicta. 2. ibi, eius qui. In principio huius legis tria scribuntur, primo dictum, secundo exemplum, ibi, veluti, tertio temperat, ibi, quæ dinumeratio. Et hæc lex interdum incipit in itinere faciendo, communius in antiquis libris: in libris autem nouis incipit itineri faciendo, sed nihil immutatur de sensu legis: & in Pande. Florent. est, viginti vnum milia passus sunt.

Declaratio text.

¶ Sensus huius principij est, vt viginti milia passuum, quæ assignantur alicui in itinere faciendo pro quolibet die, vt l. 1. si quis cautio. ff. sic intelligenda sint, vt si facta ista computatione supersint aliqua miliaria, etiam si non sint viginti, dabitur tamen pro eis vna dies, nisi de die inter partes conuentum fuerit. Declarat enim Iureconsult. istam quæstionem, si concedatur pro viginti miliaribus vnus dies, & sint viginti vnum, vel duo miliaria, an vnus tantum dies detur? Videbatur vnus tantum præstãdus, quia pro viginti vnus tantum tribuitur, & de modico non videbatur curandum, l. scio. ff. de in integr. restit. vel quod dies diuideretur, & pro illis miliaribus horæ aliquæ assignentur. hic tamen statuitur, vt propter miliaria, quæ supersunt, licet non sint viginti integra, detur dies vnus. alioqui viginti miliarium constitutio certa non esset: nam quando aliquid superesset, interdum daretur plus; interdum minus, si secundum horas diuiderentur miliaria, & contra, & multæ controuersiæ nascerentur propter horas. Ideo vt sciat iudex quid statuendum sit, constitutum est, vt si vltra viginti miliaria aliquod supersit, etiam si vnum tantum miliare, detur nihilominus alius dies, ac si essent adhuc alia viginti miliaria integra, nulla habita ratione quod non sint viginti: & hoc propter certitudinem, vt dictum fuit.

Vtilitates huius legis.

¶ Vtilitates huius legis sunt hæ, quæ sequuntur. Primam scribit glos. hic in excusationibus tutorum, de quibus in §. qui autem. de excusat. tuto. in Instit. & Modestin. in l. idem Vlpian. ff. illo titulo.

Citato quantum tẽpus dandum ad veniẽdum.

¶ Secunda vltra glos. est in citatione, si iudex iusserit vocandum aliquem Lugdunensem, vel Aurelianẽsem, & vt is in ius vocatus debeat habere ad veniendũ in singulos dies viginti miliaria, l. 1. si quis cautio. ff. Et ista viginti miliaria faciunt communiter decem leucas, vt ibi nota. inspicienda tamen est cõsuetudo, & qualitas patriæ: quia patria Vasconiæ, Ruthenensis, Lemouicensis, & Petragorensis longas habet leucas: Franci verò breues, Ocitani mediocres. Si citatus distet per viginti leucas à foro, habebit saltem duos dies: si autem distet per viginti vnam, tres dies, vt hic patet, & docetur in cap. cum sit Romana. de appel. vbi dilationes secundum locorum distantiam concedi debent. Sed in hoc seruamus consuetudinem curiarum, nec tam exacta in forensi iudicio fit computatio in hoc regno: vt scripsi in tract. de citatio. in 3. tomo comment. ad constit. reg. Gallic.

Salarium quantum debeat habere apparitor cõmissarius & legatus.

¶ Tertia, si quis mittat hominem apparitorem, vel alium ad viginti duo miliaria, salarium ei taxandum est pro duobus diebus, si huius tex. dinumerationem sequamur: tamen hoc vix fieri potest, sed dabitur huic apparitori aliquid forsitã arbitrio iudicis vltra salarium vnius diei, non tamen integrum salarium duorum dierum. & idem in commissariis dicimus

dicimus:& in hoc ſtylus curiarum,& conſuetudo attendi debet patriæ.

¶ Quartò prodeſt hæc computatio in bonorum poſſeſsionibus,l.1.§.ſi præſes. ff. quis ordo in bonor.poſſeſſ.ſeruet.ibi, ſi præſes prouinciæ in proxima fuerit ciuitate,accedere debet ad vtilitatem temporis ſpatium itineris, ſcilicet numeratione viginti milium paſſuum facta,&c.

¶ Quintò prodeſt legatis,vt peracto legationis officio, debeat eis aſsignari tempus ad reuertendum,vt hic.& idem in inquiſitoribus cauſa audiendi teſtes datis. facit text. in l.ſi cui.§.tandiu.ex quib.cauſ.maio.ff.ſcripſi in tertio tomo commentariorum ad conſtitut. Regi.tit.de inquiſi.Bart.& alij in l.de diuiſione.in fin.ff.ſolu.matrimo.

Dilationes iuris nõ ſeruantur.

¶ Sextò hæc hodie exactè non ſeruantur,ſed pro arbitrio iudicis & ſtyli conſtituitur dilatio.Debet tamen ipſe iudex aliquam rationem ad hæc ſtatuta habere,teſte Alexand.in dicta lege prima,ſi quis cautio.ff.& ex vſu curiarum declarantur dies præſtituendi, & illi ſtyli ex hac lege ſumpſerunt initium. Alias vtilitates quilibet addere hic poterit, poſtquam viderit.Quod ſi in proſecutione appellationis quis fuerit impeditus in fine primi anni,debebit habere ſecundum annum integrum,per text.in §.1.in authen.de his qui ingredi.ad appel.collat.5.& authen.ei qui.C.de tempor.appella.Docto.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.ff.de verbor.obligat.Gloſſ.& doct.in cap.ſi electio.de elect.in ſexto.cap.ex ratione.de appellat.

Iter facere.

¶ *In itinere faciendo.* Iter facere eſt ire,ambulare, l. verbum facere, vbi phraſes plurimas huius verbi facere tradam infra.

In ſingulos dies.

¶ *In dies ſingulos.* Id eſt ſingulis diebus,vel per ſingulos dies,*par chacun iour,* vt l. ea lege. §.final.ff.loca.ibi,locaui opus faciendum,ita vt pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem.Et hoc not.d.Adria.Card.in ſuo tracta.de ſermon.Latino, éſtque hæc phraſis Iuriſconſultis perfamiliaris, & ſæpius ea vtuntur, vt in proxima lege declaraui ſupra.

In ſingulas operationes.

¶ In ſingulas operas,id eſt pro ſingulis operis,vt dicto §.fina.d.l.ea lege,vbi tenetur de vitio operis,cui merces eſt conſtituta.

In ſingulos mẽſes.

¶ In ſingulos menſes,idem quod ſingulis menſibus,*par chacun moys.*l.cum hi. §. plane. ff.de tranſact. verſ.ſiue igitur in menſes ſingulos, ſiue in dies, ſiue in annos fuerint relicta:& in §.quid ergo dicitur,per ſingulos dies,menſes,&annos.facit l.pen.de cap.demin. ff.ibi, legatum in annos ſingulos,vel menſes ſingulos relictum.

In ſingulos annos legatũ an ſit multiplex vel vnum.

¶ In annos ſingulos idem d.l.cum hi.§.ſi in annos ſingulos certa quantitas alicui fuerit relicta.l.cum in annos ſingulos legetur, non vnum legatum eſſe, ſed plura conſtat.ff. quando dies legat.cedit.l.Iulianus.in fin.ff.ex quib.cauſ.maio.& toto tit.de annuis leg.ff. In omnibus fere legibus alia dixi ſupra in l.2. In dies pro quotidie ſæpius vſurpat Cic. pro Milo.hic magis in dies conualeſcit.& de ſenect. Solon dicebat ſeneſcere ſe, multa in dies addiſcentem.

Peragere quot modis.

¶ *Peragenda,* id eſt perficienda,explenda.Inde peragere iter,l.tempus.ibi,ex eo tempore vacationis dies incipiet ei cedere,quo iter ex commodo peragere potuiſſet. ff. de vacatio.& excuſa.muner:

Peragere militaria opera.

¶ Peragere militaria opera,eſt militare,exercere opera militaria, l.milites.1. & 2. ff. de re militari,vbi in vna dicitur militare,in altera peragere. & in l.pen.ff.de feriis, vbi ſic habetur,ea quæ ad militarem diſciplinam pertinent,etiam feriatis diebus peragenda.

Peragere reũ.

¶ Peregiſſe reum non aliàs quis videtur,niſi & condẽnauerit,l.2.§.peregiſſe.de adulte. ff.l.quinquennium,ibidem.Peregiſſe reum dicetur accuſator, qui vſque ad condemnationem eum perſecutus fuerit.Et ideo deſtitiſſe videtur,qui intra præfinitum accuſationis à præſide tempus,reum ſuum non peregit,l.ab accuſatione.§.deſtitiſſe. ad Turpillia. & in l. Senatuſconſulto.ibidem.

Interpretatio l.accuſatore. ff.de pub.iudi.

¶ Vnde accuſatore defuncto reus ab alio iudicante præſide prouinciæ peragi poteſt,l. accuſatore.ff.de public.iudic.quæ ſic debet legi, vt ex ſenſu conſtat, nam ſi accuſator ſit mortuus,alius poteſt peragere iudicante præſide:id eſt iudice,quia non omnis recipietur in locum accuſatoris demortui, ſed proximus,& is cuius intereſt, proſequetur.l. libellorum.§.vltim.ff.de accuſatio.ſed hoc ex iudicis decreto pendet, vt ibi plenius dicam in interpret.ad illam l.accuſatore.

Peragere appellationem.

¶ Inde appellationem peragere,id eſt proſequi cauſam appellationis vſque ad ſententiam,l.1.§.1.ibi,appellationem peragendo.ff.de vacat.muner.

Peragere facere.

¶ Peragere,id eſt facere: vnde legatus, antequam officio legationis functus ſit, in rem ſuam nihil agere poteſt,exceptis his quæ ad iniuriam eius,vel damnum peracta ſunt,l.legatus.2.de legatio.

Peragere, petere.

¶ Peragere petere,tentare,perſequendo petere, l.ſi is cui nummos debitor ſoluit alienos,nummis integris peragat petere,quod ſibi debetur,nec offerat, quod accepit, exceptione doli mali ſubmouebitur.ff.de ſolution.

Peragere

Peragere litẽ, iudicium & cauſam.

¶ Peragere litem,eſt ad finem vſq; proſequi, & ad ſententiam,l. qui procuratorem dat, vt confeſtim agat,intelligendus eſt permittere procuratori & poſtea litem peragere. ff.de procurat.l.ſi quis rem.de arbit.Peragere iudicium,in l. non diſtinguemus. §. item ſi quis Romæ.ff.de arbit.Peragere cauſam.l.filius.de inoffic.teſtam.

Peragere ad perſonas, res, & tẽpus refertur.

¶ Interdum hoc verbum peragere refertur ad res, interdum ad perſonas, vt peregiſſe reum,vt ſupra diximus:aliquando etiam ad tempus,& tunc pro complere accipitur.ca.ſi annum peregiſti decimumquartum.de iudic.lib.6. Et ſic tempus debet eſſe completum, vbi eſt verbum peregerit,cap.cum in cunctis.in princip.de electio.l.3. ibi,peractum diem. de oper.liberto.ff.Et peracto ordine edictorum dicitur in l.ſi prætor.ff.de iudic.cap.final. de his qui filios occider.

Differentia inter agere & peragere.

¶ Eſt tamen memoriæ mandandum verbum Agere litis conteſtationem reſpicere.l.amplius.ff.rem ratam haberi. Verbum autem peragere requirit litis deciſionem, l. quinquaginta.C.de excuſatio.tuto.quod eſt notandum ad illum,qui debebat agere intra annum, vt ſufficiat litis conteſtatio,vt in actione iniuriarũ,& actionibus annalibus patet,in rubri. de perpet.& tempora.actio.in Inſti.l.ſi non conuitij.C.de iniuriis.Sed ſi debeat peragere, oportet cauſam finitam eſſe,alioqui poſtea non audietur agere volens: quod notandum eſt ad concordias,ſeu pacta & tranſactiones, vt inſerere cures hoc verbum peragere. docet Bartholo.Cepola cautela 18. verbum agere, &c.de verbo Agere dicetur in l. Labeo.2. infra eodem.

Cautela in tranſactionibus.

Accipere.

¶ *Accipienda,* id eſt intelligenda,vt expono in l.aliud eſt capere. infra eod.facit l.nominis.& l.mulieris.§.deſinere.& l.propemodum.& l.ſi quis ſic dixerit. infra eod. & hac lege etiam,ibi,quæ dinumeratio ita demum intelligenda erit.nam quod hic accipienda, infra intelligenda ponit.

Dictio poſt multis modis, & phraſes eius.

Dictio poſt tẽpus reſpicit.

Poſt calendas.

Poſt duo edicta.

Poſt ſecũdum vel tertiũ tractum.

Poſt reſpicit perſonam, & materiam, & rem.

¶ *Poſt hanc dinumerationem,*id eſt poſtquam viginti milia paſſuum fuerint numerata,ſeu facta hac numeratione,vt ſi viginti milia ſint,pro viginti milibus dies vnus aſsignatur: ſi adhuc ſuperſint duo miliaria,etiam dies integer dabitur pro eo,quod ſupereſt:vt pulchre vult iſte text. Interdum hæc dictio poſt iungitur tempori,vt in l.anniculus.§.ante diem decimum Calendarum,& poſt diem decimum.infra eod.vbi declaraui,& l.poſt diem. de lege cõmiſſo. Poſt annum,l.ſi creditor.§.ſeruum.ff.de pecul.& l.ſi negotia.mandati. Poſt Calendas Ianuarias,l.ſi calumnietur.infra eod. Poſt duo edicta,l.nonnunquam. ff.de iudic.& l.poſt edictum.ibidem. Poſt ſecundum vel tertium tractum, id eſt terminum,vt exponit Alber.in l.lecta.ff.ſi cert.peta.

¶ Aliquando reſpicit perſonam,vt poſt eos eſſe,in l.liberorum.infra eod.& tunc ordinẽ denotat, vt ibi,& l.Iuriſcon.ff.de grad.l.poſt conſanguineos.de ſuis & legi.here. Aliquando materiam,& rem,vt poſt libertatem,l.penult.§.1.ff.de inſtito. Item poſt mortem, l.ſi quis.§.1.ibi,poſt mortem tutoris.ibidem.l.adeo.pro ſocio.l.final.de ſeruis exportand. l.1.de teſtam.& paſsim in omni materia,& maxime teſtamẽtaria reperire eſt.l. poſt dotem. ff.ſolut.matrimo.l.poſt litem conteſtatam.de procurator.l.poſt ſenatuſconſultum.de petitione hered.poſt actionem.l.1.ſi pars here.peta.l.poſt nuptias.de iure dotium.l.poſt rem iudicatam.de tranſact.

¶ Si accuſatiuum caſum iunctum habeat,præpoſitio erit:ſi ſine caſu, aduerbium, vt in d.l.lecta,ſi certum petat.in princip.ibi,tunc eo amplius quo poſt ſoluam pœnæ nomine, &c.quod grammaticis relinquo:

Quod interualli denotet poſt

¶ Hæc dictio poſt & ſimiles ambiguæ ſunt,quantum interualli denotent,vt ſcribit Bar. in d.l.fructus.in fin.ff.ſoluto matrimo.& abunde docto.poſt Bartol.in l.2.in fin.ff.ſi cert. peta.ideo arbitrio iudicis relinquitur,vt dicam etiam.

¶ De verbo poſtea in l.Labeo.infra eod.vbi alia adducentur.

Vtilitates dictionis Poſt.

¶ Vtilitas autem eſt huius dictionis,quia ſi actus,qui ante fieri debet, fiat poſt, nõ valebit, nec ecõtrario, l.obligari. §.tutor.de auth.tut.ff.vbi authoritas tutoris poſt negotium interpoſita non valet,niſi ſtatim poſt,vt glo.ait in §.tutor.Inſtit.illo tit. & Felin.in c.cum dilectus.col.2.de fide inſtrum.Iaſ.in l.edita.col.6.de edendo.C.facit artic.6.& ſeq. in rub. de procur.in ordinatio.Regiis.

Poſt modum.

¶ Poſt modum, longum interuallum ſignificat pro materiæ ratione, cap.1. de his quæ vi metúſve cauſa fiunt.Barbat.conſi.54.iuſtiſsime.col.15.in primo volum.ca.in præſentia. verſ.verum,de probatio.quod etiam arbitrarium eſt.

¶ *Dinumeratione,* de hoc in l.in lege cenſoria.infra eo.ſcribam.

¶ *Superſunt,* dicetur de hoc verbo in l.ſubſignatum.§.bona.infra eod.

Integrũ diem occupare,quid.

¶ *Integrum diem occupent.*In quodam veteri exemplari ſcriptum inueni, integrum diem accipiunt,ſed ita vt prius communiter ſolet legi.Integrum diem occupare, eſt tenere, habere vnum diem,pro eo quod ſupereſt,& integrum, non diuiſum, id eſt vnam vel duas horas pro miliari. de hoc nomine integer plura à nobis ſcripta ſunt in l. ſylua.§. integra ſylua.infra eod.

Occupare

Occupare multis modis dici, et phrases eius Pro numerare.

¶ Occupare significabit hic habere,& tenere,vt superius dictum fuit.

¶ Secundò occupare,est comprehendere,numerare,seu nominare,l.stipulationes commodissimum.ibi,doli autem clausula ad ea pertinet, quæ in præsenti occupari non possunt.ff.de verborum obligat.vbi Iurisconsultus primo vtitur verbo comprehendi, deinde occupari.

Pro præuenire,in procuratoribus.

¶ Tertiò occupare pro inchoare,præuenire,seu antecapere,& sic potest intelligi l. pluribus.ff.de procurato.vbi pluribus procuratoribus simul datis, occupãtis melior est conditio,facit c.si duo.illo tit.in 6.l.si Titius.ibi,& ideo occupantis fore actionem.ff.de verb. oblig.& l.si quis à multis.de noxal.actio.

Occupare per litis contestationem dicitur.

Et occupare quis dicitur per litis contestationem,d.l.si Titius.Sed in actione de peculio occupantis est melior cõditio. Occupare autem videtur,non qui prior litem contestatus est,sed qui prior ad sententiam iudicis peruenit,l.si vero adhuc.ff.de pecul. Et inter eos quibus ex eadem causa debetur, occupantis melior est conditio,l.inter.ff.de re iudica.Ei itaque debetur, non qui prior egit, sed qui prior ad sententiam peruenit,l.si quis à multis.circa medium.ff.de noxal. & in extraiudicialibus quis dicitur occupare,quando prius cepit:vt plene docet Bart. & Ias.in l.quominus.q.5.ff.de fluminib.

Occupare testem.

¶ Occupare testem, est prius ei testimonium denuntiare. Budæ.in Forens. vel vt dicit Valla lib.5.cap.57.quod in medio siue medium positum est,atque commune,ante cęteros capere,hoc occupare dicimus.

Occupare pro authoritate propria capere

¶ Quartò occupare,est rem propria authoritate capere,vsurpare, siue vi, siue absq; vi, lege vltim.C.vnde vi.l.sequitur.§.item si occupaueris vacuam possessionem, deinde venientem dominum prohibueris,non videberis vi possedisse.ff.de vsucap.l. ex facto.1. de hered.instit. Vnde legatarius dicitur occupare legatum, sine heredis voluntate capiendo,l.1.ff.quorum legato.ibi,vt quod quisque legatorum nomine non ex voluntate heredis occupauerit,id restituat heredi.etenim æquissimum prætori visum est, vnumquenq; non sibi ius dicere occupatis legatis,sed hoc ab herede petere. Et occupando legatum legatarius ipsum amittit iure Codicis,l.non dubium.C.de legatis. quæ pœna non seruatur in regno Franciæ, sed pro modo delicti occupãs punitur, vt in procem. legũ Regi.scripsi. Nec recipio illam gl.in c.generali.de elect.in 6.differentiã, vt occupare propriè pertineat ad res mobiles,inuadere vero ad res immobiles,per §.1.Instit.de vi bonor.rapto. & alia iura ibi allegata, quæ non probant glossæ intentionem. imò verò contra gloss. est text.in l.1. §.1.ibi,locave occupentur,vel templa.ff.ad legem Iul.maiesta.& l.adeo.§.insula quæ in mari nascitur,quo raro accidit,occupantis fit.ff.de acquir.rerum domi.Et domum occupatam iniuria dicit Imper.in l.domum.C. de rei vindica. Et occupare bona dicit Iurisconsultus in l.2.ff.de requir.reis.l.3.§.proinde.de minor. Et statutum loquens de occupante rem alterius,intelligitur quando propria authoritate quis rem alterius apprehenderit, etiam si non vi:secus si iudicis authoritas interuenerit,l.iustè.ff.de acquiren. possessio. & ibi doct.& an intelligatur etiam de occupante possessionem,docet Bart. Ias.& alij in rubr. de no.oper.nuntia. videte quæ scripta sunt à me in l.litus.1.§.fina.infra eod. Breuiter vt dicam,is dicitur occupare,qui temere sine iudice,vel domino possidet, l.extat. in fine.ff. quod met.caus.& l.penul.& vltim.ff.ad leg.Iul.de vi priuata.& d.l.vltim. C.vnde vi,& d. l.iustè.& l.si ex stipulatione.de acquir.possess.ff.

Legatarius occupans legatũ eo non priuatur in regno Franciæ.

Differentia gl. inter inuadere & occupare improbatur.

Statutum loquens de occupante rem alterius quomodo intelligatur.

Occupatores beneficiorũ intrusos dicunt.

¶ *Inde occupatores*, in rubr. *des occupateurs du domaine du Roy*,in ordinat. Regiis. Et occupatores beneficiorum sine titulo,ius pontificium vocat intrusos,cap.cum iandudum. de præbend.& cap.eum qui.illo titul.in 6. Et occupator iure cassus, vulgo intrusus sacerdos dicitur.Budæ.ait in Forens.nullo tamen authore probat.de hoc abunde scripsi in praxi benefic.in reg.de subrog.collitig.gloss.4.

Occupatio graſſatoria.

Et occupatio graſſatoria,nõ possessio,quæ possidendi iure vacat: vulgo *intrusion*.idem Bud.in Forens.sed quid opus est tot verbis, cum vnum sufficiat.

Occupare pro vi deiiciẽdo capere,inuadere. Inuasor rei domino non priuatur in regno Franciæ.

¶ Quintò occupare est vi deiiciendo capere,inuadere,l.1.§.ergo.ibi,occupauerunt possessionem.& l.3.§.proinde.& per totum.ff.de vi & vi arma.l.si quis in tantam. C. vnde vi. & l.final.eod.titul.vbi inuasor priuatur dominio rei,quam inuasit,si dominus sit:alioqui punitur,vt rei non suæ æstimationem dare teneatur. Quæ pœna non seruatur in regno Franciæ,sed inuasores pœna arbitraria puniuntur,vt dixi in procemio commen. ad ordi. Regias,in 1.tomo.quia hoc est conscientiæ proximum,c.fraternitas.12.q.2.

¶ Sextò occupare,impedire,detinere. Nec vos pluribus occupabo, vt infra,& oratores satis hoc probant.

Fundus occupatus flumine.

¶ Septimò fundus occupatus flumine dicitur inundatus,l.id quod post emptionẽ fundo accesit per alluuionem,vel periit,ad emptoris commodum,incommodúmque pertinet:nam etsi totus ager post emptionem flumine occupatus esset,periculum esset emptoris.ff.de periculo & commodo rei venditæ:hoc probat l.adeo.§.quod si toto.ver.si cuius. ff.de acq.rer.domi.vbi in vna parte dicit occupauit,in altera inundatus est.

Occup

Occupare verbũ indifferens.

¶ Occupare verbum est indifferens,ad bonum aliquando,vt cap.factus.7.q.1.ibi,occupato.vbi gloss.& cap.non iniuste.de procurato.ibi,qui licet cum aliis datus fuerit, prius tamen procuratoris officium occupauit,cap.quia sæpe.de electio.in 6.Et si bona patris à fisco occupata propter debita fuerint.l.3.§.proinde. ff.de minor. Interdum ad malum refertur,vt in l.1.& per totum titu.ff.de vi & vi armata.& propriè capitur in malã partem. glos.in verbo, occupare.in cap.generali,de electio.in sexto. Vnde si quis Papæ narret se ecclesiam occupasse,intelligitur sine titulo,vel propria authoritate. Barbat. consil. 51.clementissimum.col.9.in 4.volum.Felin.in c.postulasti.de rescript.nume.14.Inspicienda est tamen materia,& pro ea iudicandum,vt in c.cum iamdudum.de præb.

Occupare an in malã sonet, si quis dicat se occupãsse eccle siam.

Occupatio pro impedimento.

¶ Nonò occupatio vocatur, cum alicui rei,& maximè cui ante omnia operam dare debemus,& necessariæ nobis,cum diligentia & studio atque cura vacamus. vnde Iurisconsult. ait,qui variis occupationibus præsidum vi agere non potuit,non desistit,l. in senatusconsulto.§.penult.ff.ad Turpil. Inde occupatus dicitur aliquo negotio detentus, & impeditus,implicatus,non valens alteri negotio operam dare. Proinde Iurisconsult.ait, occupatos circa rem rusticam,in forũ venire compellendos non esse,l.1.ff.de feriis. Et susceptam tutelam non aliter deponere solent,quam qui trans mare reipublicæ causa absunt, vel hi qui circa principem sunt occupati,vt in consiliarij Menandri persona est indultum. Vlpi. in l.verum.§.ex facto.ff.de minor.

Occupatus negotiis.

Occupare apud rhetores & occupatio pro schemate rhetorico.

¶ Decimò occupare vocant rhetores,quoties ea,quæ ab aliis dici poterant,ea ipsi præueniendo dicimus,ne nobis postea officiant:& occurrere vltro exceptionibus & præscriptionibus actor dicitur, qui reo anteuertit per anthypophoram, & præripit reo defensiones.quod genus apud rhetores occupatio dicitur, teste Budæ.in Forens. post Cicero. in rhetor.qui & ad Heren.sic ait:Occupatio est,cum dicimus nos præterire,aut non scire, aut nolle dicere id,quod tum maxime dicimus.& idem de Orat.& Quintilia.

Præoccupare. Intellectus ad l.qui vltimo.

¶ Præoccupat hic casus mortem,& nonnunquam longum tempus occupat,l.qui vltimo.ff.de pœnis.id est præuenit mortem,præcedit:& nonnunquam occupat longum tempus,id est detinet.quod declarat text.ibi,in eis qui ad bestias damnantur, hic casus præoccupat mortem,quia facta condemnatione illis pugnandũ cum bestiis est,& sic non statim moriuntur,sed interdum solent seruari,vt ex his in alios quæstio locum habeat. vt ibi, & hoc nonnunquam longum tempus occupat,id est detinet & tenet,& tunc longo tempore antequam moriatur seruabitur,vel si ita pugnauerit,vt victor existat.

Per occupationem domini efficimur.

¶ Notandum est,quod rei occupatæ,quæ in nullius erat bonis,dominus per apprehensionem efficior. Caius in l.quod enim nullius est,id naturali ratione occupanti conceditur.ff.de acq.rer.dom.§.ferę.& seq.de rer.diuis.in Instit.nec vos aliis nunc occupabo.

Exempla à docentibus tradenda.

¶ *Veluti si 21.milia passuum sunt,biduum eis tribuatur.* Exemplum tradit hic tex.quo facilius res intelligatur,quod docentibus maxime conuenit,vt posteaquã doctrinam tradiderũt, exempla quoq; subiiciant,vt docet Iurisconsultus in l.1.ff.de præscrip.verb.ibi, sed ne res exemplis egeat,paucis agam:& aliis in multis locis. Per hanc dictionem veluti,explicatur res,de qua scribam in l.Labeo.1.infra eod.quia ista lex satis sua dote est ampla.

Miliare & miliariẽ quot modis sumãtur,et leuca.

¶ Ex hoc tex.colligite miliariũ,vel miliare dici terræ spatiũ,mille passus habẽs,vel continens,quo vtuntur Itali,& continet(vt dicunt)dimidiam leucam, & duo leucam constituunt,vt supra scripsi. Galli vero hanc miliariũ computationẽ ignorant, per leucas & diætas diuisionem facientes.De miliaribus habetur in l.suus quoq;.§.puto.ff.de hered.instit. l.1.§.cum vrbem.ff.de offic.præfect.vrb.& l.scire.§.aliud.& l.plane.2.de excusat.tuto.& alibi sæpius.Harmenop.ait,quod miliariũ est stadiorum octo,vlnarum 936.pro hodierna verò consuetudine stadiorũ est semiocto, vlnarum 750. gressuum 1500.cubitorum 3000. & gressus complectitur cubitos duos,vel pedes tres,vel palmos duodecim: stadium est iugerum sex,vel vlnarum centenarum.

Graſſus,stadiũ ac iugerum.

Miliarium pro vase.

¶ Miliariũ etiam dicitur vas,in quo paniciũ de milio coquitur,sicut pultariũ vas ad coquẽdã pultẽ,gl.in l.& si nõ sint.§.si cui forte.ff.de aur.& arg.leg. not.Bayfius in l.vestis.ib.

Miliarium pro re valoris mille.

¶ Miliarium vocatur adiectiuè res valoris mille,vel ponderis.Plinius enim dicit miliarias oleas,quæ afferunt mille olei libras,vel tanti sunt emolumenti,lib.17.cap.12.vbi miliarias multas oleas in Africa vocari narrat à pondere olei,quod ferant annuo prouentu.

Milium.

¶ Item milium species est frugis,Galli vocant *millet*:fortè à mille dictum,quod vnũ granum mille afferat, de quo Iurisconsultus in lege, si seruus seruum. §. si quis vestimenta.ff.ad leg.Aquil.ibi,sed si quis miliũ,vel frumentũ meũ effuderit in flumen,sufficit Aquiliæ actio.hoc maximè vtuntur Virduti, licet panis ex milio exigui sit alimẽti & refrigerantis,qui tamen aluum sistit,vt docet Gale. Et miliarium quod ad miliũ pertinet:& miliaria auis, quæ vescitur milio. Erat & Miliarium columna in capite fori Romani, in qua omnes viæ cõscriptæ erant,à qua omnes Italiæ viæ incipiebant,& in quam omnes desinebant,vt dicam in l.mille.infra eod.

Miliariũ quod ad milium pertinet.

¶ Notandum est ex gloss.palmũ ex quatuor digitis constare,& is multiplicatus quater

Palmus, digi-

tus,passus,pes spithama, vlna,licha.

efficit pedem:ex quatuor palmis,hoc est sexdecim digitis pes constat:alij licham quatuor digitorum,palmũ vero,qui spithama dicitur duodecim effici. Est autẽ spithama à magno digito ad minimũ,quantum protenditur palma,sed si pollicem tantum explices& indicẽ, vocatur licha. Maior verò spithama in duodecim partes diuisa duos efficit pedes, & quadrantẽ. Passus vero est quinq; pedũ secundũ gl.vel sex secundũ alios,siue quatuor cubitorũ,l.mille passus.inf.eo.& est maior & minor,vt dicũt Astrologi.Semipes est dimidia pars pedis,de quo loquitur Iurisconsultus in l.si quando. in princip.ff. si seruit. vindicet. ibi, dum dicit semipedem & amplius. Pes autem cum dimidio cubitum facit,& ex sex palmis conficitur:Regius autem cubitus tribus digitis maior est,sed cum ambæ explicantur manus,& in longũ protrahuntur à pectore,linea deducta vlna dicitur, quæ habet gressus duos, vel quatuor cubitos, vel sex pedes, vel nouem spithamas: Gallicè, *aulne*, de qua in ordinatio.Regiis, *des aulnes,& aulnages*, vbi vna & æqualis in toto regno Franciæ esse debet.licet videre per Alex.ab Alexandro in libro Genialium.cap.20.fol. 45. quæ non expli cant hic doct.sed ab Hermenopulo lib.2.titul.4.sui prochiri palmus παλαιστὴ dicitur, cubi tus vero πῆχυς,& tot digitis quot suprà diximus constare ait.

Semipes.

Cubitus regius.

Vlna.

Biduũ quid & an appellandũ hodie sit intra biduum.

¶ *Biduum*, pro duobus accipit diebus,sic in l.inter illam.infr.eo. Olim biduum dabatur ad appellandum à sententia in causa propria,quod à die latæ sententiæ computandũ erat, l.1.§.biduum.& §.in propria.ff.quando appellandũ sit. Hodie autem dantur decem dies tam in propria causa,quam aliena.authen.hodie.C.de appel.qui computantur à die scien tiæ,c.concertationi.de appel.in 6.dico in tit.de appel.in 3.tomo comment.in consti.Reg.

Attribuere quid.

¶ *Attribuetur*, id est assignabitur.sic capitur in l.cũ bissextus.infr.eo. Attribuere etiã, est ordines officiáq; distribuere,vt cẽset Lucas de Penna in l.1.col.penult.C.de petit.bon subla.lib.10.hoc tamen non probat.De verbo tribuere,scribam in l.ager.infra eod.

Cõputatio die rum quomodo debet fieri in itinere faciẽdo.

¶ *Quæ dinumeratio ita demum facienda erit, si de die non conueniat.* Et sic patet ex hoc text. computationem prius debere fieri secundum conuentionem: vt si promisero Lugduni dare decem intra quindecim dies,illud tempus seruabitur.In primis enim conuentio seruanda est,l.semper in stipulationibus,& cæteris contractibus id sequimur,quod actũ est. de regul.iur.ff.l.sub conditione.de vsufruct.l.pen. de contrah.emptio. Cõtractus quippe ex conuentione legem accipiunt,l.1.§.si conueniat.ff.depos.& l.contractus.de regu.iur.

¶ Sic est prima limitatio ad hunc text.vt non sit facienda ista computatio, quãdo inter partes aliter conuentum erit.

¶ Secundò quando non essent miliaria constituta in patria,vt in Francia,tunc arbitrio iudicis constituetur dilatio,vt in l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de verb.oblig.& ad vitandũ hoc arbitrium stylus curiarum factus est, & approbatus, qui ista limitat & declarat.

Hæc computatio in trayciendo per mare nõ procedit.

¶ Tertiò quando iter fieret per mare, quia quinquaginta miliaria & vltra vẽto flante secundo vna hora per mare traiici poterũt,ideo hæc cõputatio non fit,vt not.Bart.in tract. de insula,in vers.nullus.in prin.quem refert Decius in c.cum sit Romana.in 5.no.co.3. de appel.Et quia per mare nõ dicitur proprie iter,de quo loquitur iste text.Hoc tamen arbi trio Aeoli & Neptuni(vt poëtæ fingũt)relinquo, prout indulgere nautis voluerint, quia hæc lex nihil certi statuit de eo,quod incertum est,videlicet de nauigatione.

¶ Quartò non procederet quando dies statueretur à iudice,tunc non seruaretur,quod hic dicitur,vt docto.notant in l.continuus.§.cum ita.de verbo.obliga.& d.l.1.& sic in hoc regno,cum quælibet curia suum stylum habeat,parum prodest nobis hæc computatio, quia inspicitur,quod in stylo statutum est:nam hi qui hoc statuerunt,rationem ad huius legis dispositionẽ(vt est verisimile)habuerunt.Et ideo minime mutanda sunt,quę certam semper interpretationẽ habuerũt,l.minime.ff.de legib.ob id amplius hic nõ immorabor.

Dinumeratio.

¶ Dinumeratio pro computatione sumitur,quasi distincta & plana numeratio:de qua scripsi in l.in lege.infra eod.

Dieta multis modis sumitur.

¶ Adnotandum est, quoniam in iure diætæ frequens fit mentio, multipliciter ipsam su mi,licet Græca sit dictio,vt postea dicemus. Primum capitur diæta pro vnius diei itine re,qua significatione frequentius vtitur ius pontificiũ,vt in c.nõnulli.in princ.& c.seq.de rescrip.c.statutũ.§.cũ vero.& seq.ibidẽ.li.6:ac aliis in locis sæpius.Gallice dicitur, *iournee.*

Diæta pro victu tenuiori præscripto, & vnde dicatur.

¶ Diæta secundò dicitur ratio tenuioris victus apud medicos,*la diete*, quæ causa valetu dinis ægrotis præscribitur.Et hãc constituendã medicis relinquo,& ægris seruandã. dicta est *Δίαιτα* Græcè,victus ratio,seu modus ac consuetudo viuendi,vulgo regula victus voca tur: & institutũ vitæ,Latinè dicimus diarium,id est victum quotidianũ,seu vnius diei ci bum,l.diariis.ff.de alim.& cib.leg. Nam *Διαιτῶ* seu *Διαιτάω* seu *Διαιτάομαι*, significat viuo, seu quotidie vescor, vel victus ratione vtor,inde diætetica est appellata species medicinę,quę victu modetur,apud medicos.

Δίαιτα, seu δίαιτη.

Diæta pro concilio.

¶ Tertiò diæta capitur pro iudicio, seu concilio, quod in Germania frequenter celebratur, sicut tres status in Gallia, vt in patria Occitana quotannis: quæ congregatio, cum veritas interdũ procul exul sit,parũ prodest populo:ex hoc forte dicta,quod *Διαιτηταὶ* iudices erant pes singulas tribus lecti, numero quatuor & quadraginta, vt explicat

Δίαιτηται qui dicebantur.

Bud.

Bud.in suis comment.linguæ Græcæ, *ἀπὸ διαιτέω*, quod est iudico,sicut arbiter,& *Δίαιτα*,seu *Διάιτημα*, id quod arbitri statuerunt, id est sententia arbitrorum, & *διαιτητὰι* ab his differebant,qui dicebantur *Διαιταὶ*, id est iudices.nam arbitros quidam putant recte *διαιτητὰς* appellari,vt docet Cælius lib.antiquar.lectio.7.cap.18.quæ habuit à Demosthen. ex oratio. *κατὰ μειδίου.*

Δίαιτα seu διάιτημα. Διαιταὶ.

¶ Quartò diæta locus est,siue cœnaculũ,in quo frequentius per diem versari solemus domi,aut in horto hyeme ad solem,æstate ad vmbram,& ibi spatiari,atque æstate cœnare solemus,Galli vocãt *cabinet*. à verbo *Διαιτάομαι*,quod est viuo,seu dego deductum est,siue à die & edendo,quod in eo de die cœnaretur.& dicũt quidam à cœnatione differre, quod diæta sit in ima parte ædium,cœnatio verò in superiori,teste Crapaldo in libro de partib. ædium 2.cap.3.Sed & superiores erant etiam diætæ,vt scribit Scæuola in l.Lucius.ibi, vtaris superioribus diætis.ff.de donatio,Et de diæta loquitur Iurisconsl.in l.senatus. §.1.ff. de legat.1.& l.equissimum.§.sed neque.de vsufructu.& in §.fina.ibi,vocat Iurisconsul.dictas amœnas,l.si cui.quibus modis vsusfruct.amitt.& d.l.Lucius. de dona.l.per iusiurandum. §.illud.de acceptilat.ff.Catelia Cotta in 2.parte memora.in verbo,diæta quædam,non ta men hæc allegat.Videte l.penult.in fin.ff.de donat.inter virum & vxor.

Dieta pro cœnaculo, et quo modo differat.

Reprehenditur Crapaldus.

¶ Inde diætarius seruus,qui in diæta ministrare & seruire solet.& diætã ornare, de quo Iurisconsult.in l.quæsitum.§.ostiarij autem,topiarij,diætarij,aquarij domi tantum deseruientes continebuntur.ff.de fundo instructo. Diætarij etiam dicuntur, qui aliquid ex hac diæta furantur,l.1.§.idcirco.vers.simili modo.ibi,simili modo & saecularij,& diætarij erunt puniendi.ff.de effractor. Diætarij etiam appellantur,qui in aliena se dirigunt cœnacula furandi animo,& plusquã fures puniendi sunt,d.l.saecularij.ff.de extraord. crimi. Et eos plusquam fures puniendos statuerunt iura,quia adeo fuit olim crebrum illud genus furum,vt homines tenuioris fortunæ cogerentur apud plerosque diuites indumenta pro foribus relinquere,si vellent admitti:quod in Athenieńsibus taxat Aristophan.in Pluto,ἀλλ' οὐχὶ φαιδόταρ' ἔγωγε ἐσέρχομαι:id est, nonne furaturus huc venio? Petr.tamen Crinit.de honesta discip.lib.17.c.8.sic legi debere in illo textu censet:Cum de criminibus extraordinariis agitur,saecularij,qui vetitas artes exercentes,in saeculis partem subducunt,partẽ subtrahunt:item qui directarij appellãtur,hoc est,hi homines, qui in aliena se cœnacula dirigerint furandi animo,plusquã fures puniendi sunt.& hos directarios fures dici à dirigendo,quòd in alienam domum se dirigere perinde sit, atque ingredi. Docet & Cælius libr. antiq.lect.13.c.30.videte & iudicate.in Pandect.Florent.sic fere legitur, vt per eos, his verbis:Item qui directarij appellãtur,hoc est, hi qui in aliena cœnacula se dirigũt furandi animo,plus quam fures puniendi sunt.& sic ego existimarem eos directarios vocari.

Directarij qui, & vnde dicantur.

¶ Admonendi sumus,vt quando in iure fit mẽtio de diæta,pro vnius diei itinere sumpta intelligi debeat secundũ regionis consuetudinẽ,vt vulgaris diæta secundum morem regionis,non de legitima,id est 20.milium passuum,vt hic,& ait gloss. Innocent. & alij in c.nonnulli.de rescript.probatur per locum à speciali in c.præsenti.§.loca vero.de præben. in 6.Et ita in ordinatio.Regiis in rub.*des priuileg.des escholiers*,artic.7.quæ prohibet scholasticos suos trahere debitores coram conseruatoribus apostolicis vltra quatuor diætas, de his vulgaribus intelligi debet,vt expresim docui in priuileg.scholasticor.161. vbi de his vberius scripsi,& in iure pontificio frequentius fit mentio diætæ,in iure ciuili non in hac significatione.

Quando fit mẽtio in iure de diæta, intelligitur de vulgari.

¶ Item scholasticus non potest etiam vltra quatuor diætas suos conuenire debitores, si extra iurisdictionem senatus degant, quam practici vocant ressortũ, quia est prohibitũ in eisdem ordinatio.rub.*des priuileg.des escholiers*, ne debitores scholasticorũ vltra ressortum trahantur in vim priuilegiorũ Regiorum coram cõseruatoribus apostolicis:ergo debitores possunt vltra dietas quatuor trahi coram conseruatoribus Regiis,si intra ressortũ sint:vt scripsi in scholastico.d.priuilegio 161.vbi fusius videri potest.& ita censuit Senatus anno 1525. relatore do.Mastuerio consiliario.

Scholastici vtrũ vltra quatuor diætas suos possint cõuenire debitores. Arẽstum.

¶ Aduertendum est hic diætam dici,vbi viginti miliaria constituuntur pro vno die,vel decem leucę,& hęc legalis à iurium interpretibus vocatur,& à Papa in ca.præsenti.de præbend.in sexto. Alia est diæta vulgaris,quæ à vulgaribus & ab vsu est introducta, vt ab hac ciuitate Lutetiana duę sunt vulgares diætæ ad Aureliam,& ab Aurelia ad Bituricensem ciuitatem aliæ duę. Si verò non appareat de vulgaribus,recurrendum est ad legales, gloss. in cap.cupientes.in verbo,commode.de electio.in 6.

Dieta legalis & vulgaris.

¶ Sic curiæ legatus,vel disceptator,seu(vt vulgo dicitur)cõmissarius, vel iudex debet tantum ire,quantum diætæ vulgares continent,si appareat de vulgaribus,alias secundum legales:& ipsis debet ita solui secundum illas diætas. Licet aliqui sint valde delicati, qui vno die pro suis negotiis proficiscerẽtur vltra decem leucas, pro alienis verò quatuor tantum,vt maius recipiant emolumentum, quod tamen in foro conscientiæ tenentur restituere ab illo die,quo commode ire potuerunt: & in stricto iudicio de illo salario reddi-

Commissarius quibus vti diætis debet, & medicus.

turi sunt rationem exacte Deo optimo max. Idem in medico, & aliis, vt eis solui debeat pro diætis vulgaribus, si appareat de eis, alias pro legalibus: vt scribit Alexan. & alij in additio. ad Bart. in l. de diuisione. ff. solut. matrim. Tamen debent isti commissarij habere salarium in eundo, stando, & redeundo, vt ait c. statutum. §. pro ferendo. de rescript. in 6. Bartol. in l. suo victu. de oper. liberto.

Diæta singularis.

¶ Alia est diæta singularis, vtpote quando quis vtitur diplomate, id est cursu nocturno & diurno per equos celeres, l. continuus. §. cum ita. de verborum obligationib. ff. & in his attenditur id quod est verisimile, cap. quia verisimile. de præsumptio.

Declaratur regula de verisimili notitia.

¶ Vnde si beneficiatus hodie hic moriatur, & intra tres dies quis Romæ impetrauerit beneficium illius, non valebit impetratio, nisi tantum tempus effluxerit post obitum, intra quod vacatio de locis, in quibus persona decesserit, verisimiliter in papę notitiam peruenire potuerit, per regul. cancellar. 18. vbi scripsi in praxi benefic. & abunde. Et ratio est, vt captandæ mortis votum euitetur, cap. ne captandæ. de concessio. præbend. in sexto. Et ista regula habet etiam locum in legato, & ordinario, secundum glossam in dicta regul. & Ioan. de Selua in tracta. de beneficio, in tertia parte, quæst. 46. Decius consilio 398. in fin. de Ripa lib. 1. respon. cap. 16. & cap. 2. in fin. de rescript. Si tamen habuerit resignationem, posterit currere ante mortem, & computabitur à die resignationis, seu instrumenti procurationis ad resignandum. glo. in §. neque. in verbo faciendas. de collatio. in prag. dixi in glo. præuentionis. in rubric. de manda. apostо. in concord. & in d. praxi benefic. abundantius.

Regula de verisimili nõ habet locum in officiis regiis.

¶ Sed illa regula verisimilium non habet locũ in officiis regiis, vt nuper fuit decisum, & prolatum arestum in pronuntiatione natiuitatis domini, anno domini 1542. super officio cuiusdam apparitoris seu seruientis regij.

Arestum.

Dies dominicus dies quietis, non itineris contra Alciatum.

¶ Intellige in his dandum vnum diem pro quiete, videlicet diem solis in qualibet hebdomada, in longo itinere faciendo. glos. singula. in cap. cupientes. §. 1. in verbo, commode. de electio. in 6. quam notat Felin. in cap. cum olim. de exceptionibus. Alex. in d. l. 1. & l. de diuisione. ff. solut. matrim. Angelus in §. his itaque, Institu. de iustit. & iur. & in §. rursus. col. 3. Instit. de actio. glos. in cap. quamuis. in verbo, continuatis. de officio ordin. in 6. Quamuis Alciat. dicat nusquam lectum, aut probari, vt quisque prohibeatur eo die domi nico iter facere. sed salua pace iure diuino probari posset, exẽplo Dei, qui quieuit illo die ab omni opere, quod patrarat. Genes. cap. 1. & sequ. Sic & nos, vt eius actio sit nostra instructio, & sic prohibetur quis illo die iter facere, si velit imitator Dei esse. & gl. in verbo, commode. d. cap. cupientes. de electio. in 6. hoc asserit. Tamen ex necessitate post sacrum peractum accinctus itineri poterit illud continuare, quamuis illo die non debeat ob Dei reuerentiam iter inchoare, maxime pro rebus nõ necessariis, & quæ continentur in l. vlti. C. de fer. Etenim ille dies decernitur honorabilis & reuerẽdus, vt ibi dicitur, & scribitur Leuit. 23. & Exod. 12. Nihil ergo operis facietis in eo. de quo in scholastic. priuil. 1. abũde tractaui.

De salario pro diæta taxãdo.

¶ Quæro si quis vno die quadraginta miliaria fecerit, an duplex salarium habere possit: gloss. in l. eos. in fine. ff. de fals. dicit posse, quam sequitur Alex. in d. l. de diuisione. ff. soluto matrimo. Intelligite tamen eam glossam, quando pro singulis diætis dabatur ei certum salarium: diuersum erit, si pro eundo & redeundo illi data esset pecunia pro necessitatibus itineris, quia tunc etiam si diplomate vsus fuerit, non habebit duplex salarium, per l. creditor. §. si inter. ff. manda. Imol. & alij in lege, continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationib.

Lõgius iter faciens non habet maius salarium.

¶ Secundò intelligite, si quis per longiorem viam iuerit, non debet habere maius salarium (ne via præbeatur delinquendi. l. conuenire. ff. de pactis dotalib.) quàm si recta profectus fuisset, lege, non solum. §. annus. secundo. ff. de excusatio. tutorum. & ibi Bartol. & alij. Baldus in lege, hi qui in prouincia. ff. ex quibus causis maior. Angel. & Imol. per glossam ibi, in lege, ratum. de solutionib. Imò qui per rectam viam non vadit, punitur, lege penultim. C. de nauicula, libro vndecimo. Nisi recta via impedita fuerit. Alber. in prima parte statuto. quæstion. 55. per legem, si locus. §. final. ff. quemadmodum seruitut. amittan. Bartach. in tract. de gabel. in vltima parte, quæstione decimaquarta, vel nisi recta non esset secura, per latrones, vel alios, vt docet Cepol. hic, quæst. 2. Angel. in §. his igitur. de iustit. & & iure, in Institut.

Quando recta est impedita et minus secura, alia via ire licet.

¶ Et sic ire debet quis per viam, qua vulgo iter fieri solet, etiam si alia breuior esset. lege prima, §. primo, de his qui deiecer. ff. vbi Bartol. & Florian. & si duplex via consueta sit, illa quæ magis frequens, & plana, eligenda est: vt scribit Socinus in tractatu fallentia. regul. 325. vbi limita, quando vna esset magis secura, quia illa est aliis præferenda. allegat l. eos, in fin. ff. de fals. legem fina. §. fin autem. versicul. cum enim. C. de iure deliberandi. & idem, si illa esset lubrica, & luto impedita, vt via Inferni iuxta Niuernenses, & terra de Molieres secus Cathurcum. lege, qua actione. §. sed & si quis. ff. ad legem Aquil. l. si locus. §. final. quemadmodum seruit. amittant. vel alias recta via esset iuste impedita, l. 2. §. quod dixi mus. ff. si quis cautio.

¶ Ita

Ita demum.

¶ *Ita demum.* Hæc dictio tantum significat, quantum præcipue, hoc ita, quasi ea lege, eo modo, *en telle sorte*, l. si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauit, ipse eo iure vtatur, ita demũ si per postulationem. ff. quod quisque iuris. l. in tradendis. §. 1. communia prędior. & l. si in venditione. ibidem. l. hæc autem. in fin. de seruitu. vrba. prædio. l. si quis libertatem. ff. de petitio. hereditа. De dictione ita tamen scripsi in §. 1. de manda. apostol. in concordat. Franciæ.

Conuenire multis modis accipitur.

¶ *Si de die non conuenerit.* Id est si actum inter partes de die non sit: sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniũt: sic qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est in vnam sententiam decurrunt, l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis, vbi dicitur conuentionis nomen esse generale, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt, l. 2. ibidem. & l. ta le pactum. §. post diuisionem. ibidem.

Conuenire pro congruere.

¶ Secundo conuenire pro congruere, decens & aptum esse accipitur in l. tugurij appellatione omne ædificium, quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quam quod vrbanis ædibus significatur, infra eod.

Conuenire, in ius vocare.

¶ Tertiò conuenire est in ius vocare, l. sicut. in fine, quod cuiusque vniuers. no. ff. l. his consequenter. §. penulti. ibi, cum à peculiaribus creditoribus conueniretur. famil. erciscе. l. & post rem. §. 1. ibi, si fideiussor conuentus & condemnatus. de re iudica. vulgo dicimus *citer, & conuenir*, vt in ordinatio. Reg. artic. 1. rubri. *que les laiz ne seront conuenus par devant les iuges d'Eglise.* vbi scripsi in 3. tomo constit. Reg. Inde si quis promiserit me non conuenire super hac re, intelligitur etiam vt extra iudicium me nõ interpellet, teste Panor. in ca. 2. in princ. de accusat. Tamen de cõmuni vsu loquendi conueniri dicitur quis, quando in ius vocatur, & ita in statutis, & aliis actibus accipi debet secundũ eum, quẽ sequitur Georgius Natã. in repetitio. clement. læsa. colum. 8. in verbo, causas. eod. titu. & ego huic sententiæ subscribo, maxime in ordi. Regiis, in quibus verba Gallica secundum vsum communem intelliguntur, vt in hac significatione accipi debent.

Cõuenire in iudicio, et non extra, contra Panor.

Conuenire, pro alloqui.

¶ Quartò pro alloqui, vt conueni Titium, l. final. vbi Lucas de Penna, C. de muner. patri. lib. 10. vide tamen an ibi sic accipi possit. Inter omnes conuenit, id est constat. l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan.

Conuẽtio quid.

¶ Conuentio autem dicitur id quod actum, & placitum est inter partes, l. facere non oportere. & l. in conuentionibus. infr. eo. vnde nullus est contractus, nulla obligatio, quæ in se non habeat conuentionem, siue re, siue verbis fiat, l. 2. ff. de pact.

Cõuẽtus quot modis.

¶ Conuentus quatuor modis teste Festo capitur. Primo cum quemlibet hominẽ ab aliquo conuentũ dicimus, cum significatur multitudo ex compluribus generibus hominũ in vnum locum contracta, & cum à magistratibus iudicij causa populus congregatur, atque cum aliquem in locum frequentia hominum supplicationis causa, aut gratulationis colligitur. hæc ille.

Conuentus iuridici.

¶ Ad hæc conuentus iuridici peregre acti in vrbe designata, magni dies vocantur, teste Budæ. in Forens. vel conuentus Parisiensis, vulgo, *les assises*. Erant enim in prouinciis statuti conuentus per rectores earum ad iudicia facienda, vt apud Plinium lib. 3. scribitur.

Conuentum iudiciale. Agere conuentum iudiciale.

¶ Item conuentum iudiciale dicitur, *vn appointement passé entre les parties, ou leurs procureurs.* Budæ. vbi supra in Forens. quasi inter partes transacta & placita. Præterea conuentũ agere iudicialem dicitur iudex, quando aduocatorum actionibus, altercationibúsq; vacat, vulgo nos dicere solemus, *tenir la plaiderie*, siue *les grans iours*, vt per Budæum est videre in dictis Forens. & annota. in Pandect.

Cõuẽtus pro monasterio.

¶ Insuper iure pontificio conuentus dicitur congregatio religiosorum, etiam ex communi vsu collegium monachorum, *conuent*, Gallice: quia in vnum locum conueniũt plures ex multis locis. Panor. in cap. edoceri. nota. vltim. de rescript. & cap. cum ecclesia. 3. nota. de causa possessio. & proprieta. & in cap. nobis. de iure patron. Barba. in clem. 2. colum. 10. de rescrip. & templum ipsorum vocatur ecclesia conuentualis: vt scripsi in §. volumus. in verbo, collegiatis. de collat. in concordat. Franciæ.

Conuentionale iusiurandum.

¶ Item iusiurandum ex conuentione est, quod pars extra iudiciũ parti defert, quod doctores conuentionale, vel voluntarium vocant, l. iusiurandum quod ex conuentione. iuncta l. 1. vbi etiam ex pactione dicitur. ff. de iureiurand.

Conuenticulũ.

¶ Conuenticulum dicitur illicita congregatio, vt hæreticorum, vel seditiosorum hominum, l. conuenticulum. C. de episcop. & cler. licet in quibusdam libris sit conuenticulam: sed malè.

Conuentum inter partes de nuda conuẽtione intelligitur.

¶ Si dicatur conuentum inter partes, intelligitur nuda conuentione, non per stipulationem, vt probatur in l. lecta. vbi Ias. & alij interpretes. ff. si cert. peta. & l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. alibi tamen dicam materiam esse considerandam, & pro materia hoc decidendum.

Conuentum pactum quid.

¶ Conuentum pactum secundum quosdã est, quod à præcedenti incipit conuentione:

vt si facta venditione pro centum aureis postea conueniam, vt aliquid detrahatur, l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. l. contrahitur hypotheca per pactum cõuentum. & l. seq. ff. de pignor. Si vero à promissione pacta incipiant, simpliciter pacta dicũtur. Alij dicunt conuenta eo dici, quod nullis Romanorum legibus confirmentur, sed ex conuentione tantum ipsa valeant, atque in nudo nomine conuentionis permanserunt. Subtilis Lorior. in tract. de pac. cap. 50. ait dici, quod conuentionis alicuius gratia semper concipiatur: alij dicunt pactum conuentum stipulationes, vt Cicer. de orato.

Sententia authoris de pacto conuento.

¶ Ego verò existimarem Iurisconsultos promiscue vsos fuisse pacto conuento, & pacto simpliciter, & vnum ab altero non differre, vel parum: quæ mea sententia probatur in l. iurisgentium. §. quinimo. cum §. seq. de pact. ff. vbi Iurisconsul. ait in §. quinimo, pacta conuenta inesse in bonæ fidei iudiciis, si in continenti subsecuta sint. & in §. sequ. dicit, pacta insunt, quæ legem contractui dant, & sic quod pactum conuentum dixerat, postea vocat pactum simpliciter. idem habetur in §. pacta conuenta non facta contra leges seruabo. & in §. dolo. vocat simpliciter pacta, & in §. sed si fraudandi. qui §§. tendunt ad declarationem §. pacta conuenta. & in l. rescriptũ. & l. & heredi. §. nos. ac in l. si vnus. §. pactus. & l. cõtra iuris. §. 1. in fin. ibid. promiscue Iurisc. dicit pactum, & pactum conuentũ. & in l. pacta conuenta. ff. de cõtrah. empt. nam quod in princip. dicit pacta conuẽta, postea ea simpliciter pacta vocat, & sic promiscue Iurisconsul. his dictionibus vtuntur, quasi idem significent, sicut pactum & promissum. nam pactum à paciscor, conuentum à conuenio: & hoc probatur in toto titul. ff. de pactis dotal. Et forte conuentum eo pactum Iurisconsul. vocant, quasi sit concluſum & concordatum: nam sicut Liuius lib. 4. belli Punici ait, pacto conuenire: ita Iurisconsul. pactum conuentum, quasi pactum conuentione finitum, & (vt vulgo dicimus) *pacte accordé, faict entre les parties*, &c. quod videtur probari in l. si tibi. §. pactum. ff. de pacti vbi dicit pactum conuentum factum. Alia multa de hoc scripsi in intellectu legis primæ, ff. de pactis.

Reconuentio.

¶ Reconuentio interdum vocatur mutua petitio, vt si actor petat decem à reo, & reus quindecim, vel aliud ab actore, ista rei mutua petitio dicitur reconuentio, l. si idem. §. primo, ff. de iurisdictione omnium iudicum, l. cum Papinianus. & authent. & consequenter. C. de sentent. & in rubri. de mutuis petitio. in decretalib. cap. dispendia. in fine, de rescript. in sexto. Et reconuentionis materiam hic pertractare non est nostri instituti: quare ad reliqua pergam.

§. Eius qui apud hostes decesſit, dici hereditas non potest, quia seruus decesſit.

¶ Non potest vocari hereditas illius, qui apud hostes obiit, quia seruus decesſit. hoc dicit iste tex. ratio est, quia seruus nihil habet: nam omnia acquirit domino, l. placet. ff. de acquirend. heredit. Ergo hereditatem non habet, cum nihil aliud sit hereditas, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis: sed tempore mortis seruus nihil habebat, quia hostium seruus erat, ergo non dicetur eius hereditas, nec etiã de æquitate, vt glos. & doctores existimant. Nempe quamuis lex Cornelia testamenta eorum, qui in hostiũ potestate decesserint, confirmet, vt heredes instituti & substituti perinde hereditatem capere possint, ac si in ciuitate mortuus testator fuisset, l. lex Cornelia. de testam. & de vulg. ff. l. si necem. §. 1. de bon. libert. Tamen non vere hereditas est illius vllo iure; cum ipse non habeat, sed fictè, sic: & ob fictionem iuris seu legis Corneliæ, quę fingit eum mortuum prima hora captiuitatis. Idem existimandum est, si intestatus apud hostes decesſit. nam ab intestato etiam successio ei deferetur, cui deferretur, si in ciuitate decesſisset, & per legem Corneliam ficte, non vere eius hereditas fuisse creditur, l. 1. ff. de suis & legit. heredib. Si autem redeat, iure postliminij omnia sua recuperat, l. postliminium. & per totum titulum, ff. de captiu. & postlimi. reuers. §. si ab hostibus. Institut. quibus modis ius patriæ potesta. soluit. Hodie verò inter Christianos captus bello seruus non efficitur, etiam si decedat apud hostes, & hereditas eius vere dici potest. Sed si à Turcis caperetur, haberet locum fictio legis Corneliæ.

An eius qui apud hostes decesſit, dici hereditas possit.

Legis Corneliæ fictio, & postliminij.

Serui capti bello inter Christianos nõ fiũt

¶ Vtilitas huius text. etiã est in monachis, cũ non habeamus seruos in hoc regno, vt hereditas monachi dici non possit, quia ingrediendo monasterium, & profitendo, se & sua dedicat deo. authent. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. Et sic successoris non potest habere, sicut nec seruus, l. seruus. C. communia de successio. vbi Baldus ait, iura loquentia in seruis locum habere in monachis, quatenus tamen eis adaptari possunt, non alias, lege, filius. C. de pactis, vbi docto. Et casus in quibus conueniant, & quibus non conueniant filius & seruus, tradit Marcus Antonius Bauer. in repetitio. l. cum filiofamilias. ff. de legatis primo.

Vtilitas legis in monachis.

Monacho consanguinei succedũt in regno Franciæ.

¶ Sed hodie in hoc regno, si monachus decedat, siue ante professionem expressam, siue post, consanguinei habent bona illius, quæ ante ingressum possidebat, nec succedit ei in his bonis patrimonialibus monasterium, nec habet locum tacita dedicatio, nisi bona expressè dedicentur, vel donentur, nisi post professionem acquisita fuerint monacho, teste Masuer. in rub. de succesio. vers. Item per consuetudinem, quem sequitur Bened. in c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 295. de testa. Scripsi in proœm. cõmen. ad ordinatio. Regias in primo tomo, & dicetur infra in l. nihil aliud. Si tamen monachus habebat beneficium, & indigens pecuniis mutuo quinquaginta aureos receperit, quorum gratia calicem, quem emerat, pignoris causa tradidit, si postea Abbas velit illum post mortem monachi recuperare, hoc ei licebit, persoluto tamen debito, & non alias, vt censuit Senatus contra Abbatem de Bella Selua anno 1548. in vigilia natiuit. domini.

Dicere pro flatuere.

¶ *Apud*, de hac dictione tractabitur in l. penes. infra eod.

Dici quot modis.

¶ *Dici*, vocari, appellari, nominari, l. 1. ff. de iniuriis. iniuria, inquit, ex eo dicta est, quod non iure fiat. & l. 2. ibi, non exilia sed relegationes proprie dicuntur. ff. de publi. iudic. l. 1. ad legem Iul. maiesta. & hoc verbo sæpius Iurisconsulti vtuntur, maxime in hoc titulo, vt in l. munus. & l. proprie bona dici non possunt. l. etiam aureos nummos æs dicimus. l. locus. §. alienatum non proprie dicitur. & aliis, vt potestis legere, iuribus, infra eod.

Dici pro deriuari.

¶ Secundò dici, id est deriuari, deduci, l. 1. ff. de furt. ibi, furtum à furuo dictum Labeo ait. & in §. furtum. de obligatio. quæ ex delicto nascuntur, in Inst. l. pratum. l. bonorum. 1. l. inde l. pupillus. §. decuriones. infra eod.

Pro allegare.

¶ Tertiò si hoc verbum referatur ad partem, accipitur pro allegare, narrare: vt si quis libertatem ex testamento sibi competiisse dicat. ff. de petitio. hereditа. & tunc non sufficit dicere, sed probare oportet. l. 1. & l. actor. C. de probatio. l. 1. ff. de exceptio. facit l. 1. §. quinimo. si duo possideant hereditatem, & duo sint, qui ad se partes pertinere dicant. ff. si pars hereditа. petat. & §. si ego. & §. item. ibidem.

Dicere ad Iurisconsulti relatum pro vero habetur.

¶ Quartò si hoc verbum ad Iurisconsultum referatur, tunc ac si verum esset, concedit, vt rubr. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur: idem est ac si diceret, si quadrupes pauperiem fecerit. & satisfacere dicimur, id est satisfacimus. Et notate phrasim Iurisconsult. Ipsi enim dum dictum, aut factum pro vero habent, soliti sunt vti hoc verbo: & sic non necesse est addere dicatur, & probetur: vt addit glos. in l. 1. ff. si quadrupes pauper. feciſſ. dica. alioqui frustra statueretur ius super facto non vero. facit l. 1. §. 1. vbi scripsi. ff. de dolo, ibi, verba autem edicti talia sunt, quæ dolo malo facta esse dicentur, &c. l. 1. §. verba. ex quib. causſ. maior. ibi, siue cuius actionis eorum, cui dies exisse dicetur: l. sed & si. §. ait prætor, siue per magistratum, siue dolo ipsius exempta actio esse dicetur: ibidem. facit l. si liber homo detineri ab aliquo dicatur. ff. ad exhibendum. & l. 1. de seruo corrupto. & l. 1. de aleæ lusu. l. 1. commoda. l. 1. §. 2. depositi. l. si testamentum. de petit. hered. & maximè Iurisconsulti solent tunc exprimere impersonaliter, dicatur. l. 1. §. diuus Antoninus. ff. de quæstio. & in rub. ff. si cui plus quam per legem Falc. licuerit, legatũ esse dicatur. & in rub. si libertus ingenuus esse dicatur. & in rub. si familia furtum feciſſe dicatur.

Pro iactare, pronuntiare.

¶ Quintò dicere est iactare, asserere, ponere, vulgo *dire*, l. ea quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur. ff. de contrahen. emptio. l. vt Alfenus. l. habere. l. ferri. cum seq. inf. eod. Vel dicere est pronuntiare, l. fistulas emptori accessuras in lege dictum erat. ff. de contrahen. emptio. Non omittam tamen, quod à docto. & maxime Bar. in l. Theopompus. col. 2. de dote prælega. solet tractari, si testator voluerit, quod stetur dicto alicuius, is non tenetur iurare, si voluntatem referat suam, secus si testatoris, nos tamen in vtroque casu exigimus iuramentum in Francia.

Si testator velit vt stetur dicto alicuius an iurare teneatur.

Dicere pro flatuere.

¶ Sextò pro statuendo asserere, sumitur. l. 1. ibi, consequẽs erit dicere sententiam nullius esse momenti. ff. de feriis, l. alienationis. ibi, cum quoque alienare dicimus. l. sæpe. & l. cum prætor dicat. & l. meorum. infra eod.

Dicere dotis pecuniam.

¶ Septimò dicere dori pecuniam pro promittere, in dotem assignare, & dicere pecuniam, promittere quam pecuniam velit dare: inde dicta puella, promissa, teste Budæo in l. ne quis. ff. de custod. reor. Dictum autem à promisso sic discernitur, dictum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum est, nudoque sermone finitur: promissum potest referri & ad nudam promissionem, &c. l. sciendum. §. 1. de ædilitio edict. ff. & summopere vellem, vt Budæus iure probaret suas significationes, alijque qui in iure scribunt, cum Iurisconsultis, & iuris studiosis, non grammaticis se scribere profiteantur. quid enim apud oratores & grammaticos receptum sit, ex eorum libris & præceptis satis constat: sed legum interpretatio, visque verborum, quæ à Iurisconsultis vsurpantur, solet desiderari ab his, qui iuri operam dant, ne obiiciant, quod vulgo dici solet, erubescimus sine lege loqui, l. dissentientis. C. de repud. & l. illam. de collat. §. consideremus. de triente & semiss. in authen. colla. 3. Quibus vt satisfacerem, in hoc titulo elaboraui, quam maxime potui.

Dicta puella, promissa.

Differentia inter dictũ & promissum.

Dicere sententiam.

¶ Octauò dicere sententiam, proferre, pronuntiare sententiam, l. minor autem. §. 1. ff. de minor. ibi, si autem princeps sententiam dixit. l. 1. §. 1. de feriis. vbi prius sententiam dixit, postea protulit, scribit. l. dicere sententiam. de recep. arbit. l. ex ea. de postulan. l. moris. §. sed

omni.ff.de pœnis.Et dicta ſententia, prolata,l.penul.ff.de iuriſd.omn.iudic.l.intra. de minor.& l.à ſententia.de appellatio. Item dicere ſententiam eſt animi ſui conceptum exprimere,ſiue ſuam opinionem dare,vt dicunt.l.1.§.conuentiones.ff.de pact.l.ſed ſi vltro.in fi. de nego.geſt.

Ius dicere.

¶ Nonò dicere ius,eſt cognoſcere de cauſa,iuſtitiam adminiſtrare,& reddere vnicuique quod ſuum eſt,atque ius exercere,& iudicare,l.3.de feriis.ibi,item in eum,qui quid nundinarum nomine aduerſus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur.& l. pridie.ibidem.& l.qui iuriſdictioni præeſt, neque ſibi ius dicere debet, nec liberis. & l. eſt receptum.& l.ſi conuenerit.& toto titu.de iuriſdictio.omn.iudicum.l.pronuntiatum.infra eod. Inde iudex vocatur ius dicens,l.1.& fin.ff.de iuriſd. om.iudicum, & rubr. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. & maxime competit hoc nomen ius dicentis his, qui continuo ius partibus reddere debent, vt §. ſedebunt autem iudices continue & nunc in regia baſilica, in quibus & nunc domunculis iudicant matutino,mox & meridie,& veſpere audientes cauſas, non ſolum, &c. in authen.de iudicib. collat.6.quod arguit iudicum negligentiam.neque enim plerique hodie ſolent,vt Moyſes facere: qui vt habetur Exodi 18.ſedebat à mane vſq; ad veſperam, vt populum iudicaret,ſed ludos iuri præferunt reddendo.

Ius dicens.

Sibi ius dicere.

¶ Item dicere ſibi ius, eſt authoritate propria aliquid moliri, & facere. Etenim æquiſſimum viſum eſt prætori vnumquenq; non ſibi ius dicere occupatis legatis, ſed hæc ab herede petere,l.1.in princ.ff.quor.legato.l.extat. in fine,ibi, quiſquis mihi probatus fuerit rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam non ab ipſo ſponte ſibi datam, ſine vllo iudice tenere, poſſidere, vel accepiſſe, iſque ſibi ius in eandem rem dixiſſe,ius crediti non habebit. ff.quod met.cauſ.& l.penult.ff.ad legem Iul.de vi priuata.ſcripſi in d.l.qui iuriſdictioni.

Dicere mulctam.

¶ Decimò dicere mulctam eſt imponere,irrogare,l.aliud eſt fraus.§.1.infr.eo.vbi primò dicit irrogare,poſtea dicere,facit l.penult.infr.eo.& l.nequis.de cuſtod.reo.ff.ibi,& his qui ſoluerint,ſcilicet vinctos,mulctã dices.probat l.illicitas.in fine,de offi.præſid.vbi ponit irrogare,& indicere mulctam,l.nõ diſtinguemus.§.ſi arbiter.de arbit.l.2.§. fi.de iudic.vbi Bud. exponit dicere mulctam,pro eo,quod eſt certare mulctam.Nam prius olim dicebatur mulcta à magiſtratu,ſeu tribuno plebis,deinde certabatur apud populũ,an iure eſſet impoſita, & tunc populus approbabat,vel improbabat dictã mulctam. Sed nõ eo modo in iure ſumitur,nec ita intelligendus eſt d.§.fina.l.2.de iudiciis. ſed pro irrogare,& imponere, & infligere,vt tot.titu. C. de modo mulcta.quæ à iudicib.infliguntur. vt ſit ſenſus illius §.dum ait, his datur mulctæ dicendæ ius, quibus publice iudicium eſt, & non aliis, niſi hoc ſpecialiter eis permiſſum ſit:id eſt,hi tantum qui ſunt magiſtratus, poſſunt irrogare mulctam, & publice ius dicunt.quare viatores(vt Budæus exiſtimat) cum magiſtratus non ſint,non habebunt ius mulctæ dicendę,per illum text. Nec quis mulctam dicere intelligitur verbo tenus, id eſt,pro ſimplici dictione mulctæ, vel comminatione viatoris, ſed pro ſententia magiſtratus, vel præſidis, quibus ſolis permiſſum eſt mulctam dicere: vt ait tex. in l. aliud eſt fraus. §. vlt. infra eod. & ſic pro irrogare ponitur, indicere, imponeréque authoritate ſententiæ,adeo vt ſtetur iudicatis, niſi appelletur, l. & in mulctis. C. de appellation. & l. ſi qua pœna.infra eo. Nec viator dicit mulctam, ſed comminatur potius, & exequitur præcepta iudicis, l.ſi vt proponis. C.de executio. rei iud.& l.vlt. ff.de iudic. Quare non aliud erit irrogare mulctam, aliud dicere, vt Budæus ait,dum à viatore vult dici mulctam, & à iudice deinde irrogari: ſed idem vtrunque erit, dummodo fiat ab eo, qui authoritatem habet id agendi, vt ſupra dictum eſt, & l. illicitas. §. vlt. ff.de offic.præſid.promiſcue vtitur verbis dicere,indicere,irrogare, imponere,iuncta d.l.aliud. infra eo. & imperatores dicunt infligere mulctam, & mulctare, vt in rubr.de modo mulcta.quæ à iudicib. infliguntur. C.

Reprehenditur Budæ. & eluciatur l. 2. de iud.

¶ Et quamuis poſsit verum eſſe de tribuno,quod olim dicit Budæus ſeruari ſolitum,tamen non ita dicere mulctã accipimus apud Iuriſconſultos:licet non perperam quis dixerit,eos etiam tribunos irrogandi & dicendi mulctã ius habuiſſe,quamuis eſſet apud populum certatio eius, & propter eam certationem putat Budæus eis id non licere, ſed tantum rogare,& quaſi exponere mulctã, quam exiſtimarent infligendam,nõ autem quod eorum indictio authoritatẽ ſententiæ haberet:nam ob id non ſequitur,quia etiam à magiſtratibus aliis indicebatur, & irrogabatur mulcta, & nihilominus erat certatio eius per populum, vt ex verbis legis duodecim tabularũ apparet,quæ ſunt hæc: *Iuſta imperia ſunto, iiſque cives modeſte ac ſine recuſatione parento. Magiſtratus nec obedientem & noxium ciuem mulcta, vinculis, verberibus ve coercento, ni par maior ve poteſtas populuſque prohibeſſit, ad quos prouocatio eſto. Cum magiſtratus iudicaſſit, irrogaſſit ve, per populum mulctæ, pœnæ certatio eſto. Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne eſto.* Ex his conſtat prouocationem eſſe, & certationem mulctæ etiam irrogatæ per magiſtratum: nec eo minus dici irrogatam mulctam, licet certatio eſſet, & prouocatio: ſicut hodie, ſi grauior à magiſtratibus impoſita eſt, appellatur ad parlamentum,licet de iure non valeat mulctæ impoſitio.l.certa.C.quando prouocare non eſt neceſſe. ita priſcis illis temporibus ante conſtitutos imperatores, qui ſummum ius haberent,

Verba legis XII.tabul. de mulcta.

Praxis curiarũ in mulcta.

rent, populus ſummam habebat poteſtatem, & imperium, & prouocatio ad ipſum erat, tam de mulcta, quam ſi de capite ciuis Romani ageretur, vt ait Iuriſconſult. in l. 2. §. in initio ciuitatis.de orig.iur.ac Liuius,Et tum certabatur:neq; enim ſine certatione,& ſuffragiis talia in tanta multitudine fieri poterant:quare non erit abſurdum, ſi etiam illis temporibus tribuni haberent ius irrogandi mulctam: veruntamen ſiue haberent, ſiue non, nihil hodie intereſt, cum notum ſit in iure ſumi pro eodem hæc verba irrogare mulctam, & dicere, non autem differre, vt Budæus putauit. Sed de mulcta vberius pertractabimus in l. aliud. §.1.infra eo. & in l.ſi qua.

Dicere teſtimonium.

¶ Vndecimò dicere teſtimonium,eſt teſtificari,deponere,l.1.ff.de teſtib. quod ferre teſtimonium,vel dare dicit Iuriſconſult.in l.3.§.1.ibidem. & in §.lege Iulia.& l.4.& ſeq.ibidem. & l. eadem.ad legem Iul. repetunda. Dicere falſum teſtimonium, eſt falſum deponere, teſtificari falſo.l.1.§.1.ff.de ſica. ibi, præterea tenetur, qui hominis necandi cauſa venenum confecerit,dederit,quive falſum teſtimonium dolo malo dixerit.

Dicere falſum teſtimonium.

Dicere pro teſtimonio.

¶ Dicere pro teſtimonio, eſt etiam deponere, Budæ. in Annotatio. in Pandectas,in l.2. de orig.iur.quod etſi apud oratores legatur,tamen apud Iuriſconſultos nuſquam memini me legiſſe,ſed tantum vt ſupra.

Dicere legem.

¶ Duodecimò dicere legem, eſt præſcribere quid faciendum ſit,l.fi.ff.de reſcind.vendit. ibi,lege dicta ſcilicet,&c.

Dicere magiſtratum.

¶ Decimotertiò dicere magiſtratum, eſt creare. Budæ. in l. nequis. de cuſtod.reo.ff.hoc tamen parum probat.

Dicere ſacramento.

¶ Decimoquartò dicere ſacramento pro deſtinare, dicare,accipit Nonius Marcel. quem ſequitur Budæ.in d.l.nequis. de cuſtod.reo. Vel dicere militem ſacramento, eſt militem fieri iureiurando adactum, vt Budæ.in lib.de aſſe ſcribit.

¶ Decimoquintò dicet aliquis, id eſt dicere poterit aliquis,l.2.§.dicet aliquis.ff.vi bono. rapto.l.ſed & ſi quis.in princip.ff.ſi quis cautio.l.carbonum. infra cod. ibi, & fortaſsis quis dicet & eſt pulchra locutio etiam rhetoribus vſitata.

Cauſam dicere in vinculis.

¶ Decimoſextò, dicat cauſam in vinculis,l.2.ff.de cuſtod.reo.ſignificat, vt dum quæſtio criminis agitur,in carcere reus vinctus ſit, ſeu detentus ſe defendat. quo in loco Bud. aliter exponit.videte ibi,& iudicate.

Dicere diem.

¶ Decimoſeptimò dicere diem eſt conſtituere, Bud.in d.l.nequis.ff.de cuſtodia reo. vel dicere capitis diem, eſt vadimonio capitali obſtringere. hoc Budæ. ſine aliquo iuris teſte, vel interprete,vt ait Imperat.in l.fin. C.de his qui in eccleſ.manumitt. & fere accipitur pro aſsignare diem reo,illúmque conuenire.

Dicere cauſam

¶ Decimooctauò dicere cauſam,eſt ſubire iudicium,& culpas fraudéſque ſuorum actorum præſtare, hoc nunc Iuriſperiti ſyndicari vocant: quod Cicero rationem vitæ, & magiſtratus geſti repoſci vocat, & edere, & exponere quod in magiſtratu quiſque geſſerit: quod olim in prouincia fieri ſolebat,quãdo ibi magiſtratus annales erant,vt aliquando ibi vidi,& explicat Bud.in l.fi.ff.de ſenato.& ideo tenebantur ipſi in prouincia reſidere,in qua magiſtratum geſſerant, quinquaginta dies, vt petitoribus reſponderent poſt finitum magiſtratum, vt patet in rub. C. vt omnes iudices tam ciuiles, &c. Vel dicere cauſam actoris,vel rei,ſeu ab actore vel reo, eſt poſtulare pro actore vel reo, Budæ.in Forenſib. ſed Iuriſconſulti frequentius dicunt agere cauſam,vt in l.penul.& vlt.& aliis permultis, ff.de poſtuland.&l.1.§. aduocatos. ff. de variis & extr. cog. vbi agere cauſam Titij, eſt illius cauſam exercere,& defendere.

Dicere pro denuntiare.

¶ Decimononò dicere, pro denũtiare, teſte Nonio Marcel. quod forte probari poteſt in l.de pupillo.§.qui nũtiat.in fine.de no.oper.nuntiatio.ff.ibi,nõ eſt neceſſe demonſtrare, ſed hoc ipſum dicere.vel capi poteſt pro dare, ſeu iudicare,vel deſtinare, vt apud eundem Nonium Marcel. videre poteſtis.

Dicere inofficioſum teſtamentum.

¶ Vigeſimò dicere inofficioſum teſtamentũ,hoc eſt allegare,quare exheredari filius,vel nepos,vel prꝛteriri nõ debuerint,l.3.de inoff.teſta.ff.Dicere verò de inofficioſo,eſt agere,& experiri contra teſtamentum.l.ſi quis.§.1.de dolo,ibi,item ſi tabulę teſtamenti,ne de inofficioſo diceretur,diu ſuppreſſę ſint,&c.Dicitur & dicere inofficioſum, id eſt agere de inofficioſo,vel querela,vt l.Papinianus.§.ſed neq; impuberis. ff.de inoffic. teſtam. Aliæ quam plurimæ ſunt huius dictionis phraſes apud rhetores, quas nunc miſſas facio.

Edicere,interdicere.

¶ Edicere,interdicere,interdictum &edictum quomodo accipiantur,docebo in l.illa verba optimus.infra eod.

Dictare.

¶ Viceſimoprimò dictare eſt ſic dicere,ſi alter ſcribens id excipiat manu,ſtylóque notet. Valla lib.5.c.x.vulgo dicimus *donner par eſcrit,ou dicter.* l.quiſquis. ff.de legat.3. ibi, quiſquis mihi heres erit,damnas eſto dare,fideique eius committo, vt det quantas ſummas dictauero,l. diuus.§.2.& ſeq.& penult.ad leg. Cor.de falſ.Et ſic dictari dicuntur,quæ alio prꝛeunte verba ſcribi conſueuere: ita & quæ natura nobis excipientibus ſuggerit, dictare dicitur,l.2. §.eod.tempore magiſtratus.ff.de orig.iur.vbi Zaſ.ſic interpretatur. Dictare teſtamentum

Dictare teſtamentum.

eſt

Dictare actionem.

Edere iudiciũ.

An vna pars possit dictare contractũ, & notario tradere.

Dictator quis.

Non potest.

Decedere multis modis capitur.
Pro mori.

Pro discedere.

Magistratus quãdo dicatur decedere.
Decessor.

Migrare & decedere differũt

Tituli de migrando declaratio, & requisita in eo.

est rite & ordine construere, disponere. Et dictanti testamentum legari potest, l. dictantibus. C. de testa. licet glo. ibi aliter exponat. Dictare actionem, est edere, & copiam describendi aduersario facere, seu actionẽ instituere. l. 1. vbi scripsi, in §. edere. ff. de edendo, ibi, est etiam describendi copiam facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare, l. non distinguemus. §. illud. de arbit. ff. l. si seruus depositus. in fin. de noxal. actio. l. 1. §. quia. quor. legator. l. cum quærebatur. iudica. solui, l. eo tempore. §. etiam. de pecul. Edere iudicium pro eodem capitur, vt declarabimus in l. boues. §. inter. infra eod. Dictat æquitas, id est persuadet, l. si ex duobus. §. 1. ff. de pecul. ibi, sed licet hoc iure contingat, tamen æquitas dictat iudicium in eos dari.

¶ Et an vna pars possit dictare contractum, & notario tradere sine nota criminis falsi, concludit Cepol. cautel. 231. multi tabelliones, posse, dicens se alias defendisse quendam doctorem medicum Venetiis accusatum, per tex. in c. cum redemptor. 12. q. 2. melius est tamen, inquit, & tutius notarium dictare. Ego verò putarem posse hoc partem facere ante contractum perfectum, quia imputetur alteri parti, si consentiat, quando notarius recitat, & ante conclusionem non dicebatur contractus, l. si voluntate. C. de rescindend. venditio. ideo falsum super hoc committi non potest. Et hoc probat tex. in l. contractus. ibi, vel à scheda conscripta, licet literas vnius partis habeat. C. de fide instru. Alia super hoc vobis non dictabimus, his nunc contenti. De dictatore dicitur in l. 2. ff. de orig. iur. vbi Zas. dicit dictatorem à dictando nomen traxisse, quod eius summa in populum potestate finita futuros solus ipse dictaret magistratus, id est eligeret. & sic qui dictat, & qui dictaturam gerit, dictator recte dicitur: vt est apud Liuium, Feneſtel. & alios historiographos.

¶ *Non potest*, necessitatem importat, vt dicit glos. in c. 1. de regu. iur. in 6. quam singul. dicit Corsetus, in verbo, potest. facit c. 1. ibi, nec nos contra inauditam partem possumus aliquid definire. de causa possessio. facit l. nam quem sine liberis dicere non possumus. infra eod. l. hæc verba ille, ibi, non potest vtrunque esse. l. aliud est fraus. ibi, pœna sine fraude esse non potest. ibidem. Alia de hoc alibi explicabo.

¶ Non, negatiuam dictionem esse notum est, & tam eius est frequens vsus, quam verbi esse, cum nulla sit oratio, quæ his non concludatur, & vel esse aliquid, vel non esse significetur. superfluum igitur est hic coaceruare leges, quibus negatiua continetur, & exempli causa si desideretis, in hoc titulo plures legere licet.

¶ *Decessit*. Variis modis hoc verbum decedere sumitur. Primo, vt hic, pro defunctus est, obiit, sic etiam capitur in l. si arrogator decesserit impubere relicto. ff. de adoptio. & l. post mortem. ibidem. & l. si decesserit. qui satisdare cogantur. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter vir. & vxor. Decius consi. 227. in casu, inde decedens moriens. l. si quis sepulchrum. §. funus autem eum facere oportet, quem decedens elegerit. de religios. l. sufficit. de conditio. indeb. l. Seia, ad Velleia. & l. quidam decedens. de administratio. tuto. Inde legata decedere, id est extingui. l. fina. §. idem Iulianus. ff. si mulier ventr. no. ibi, sed an decedant legata, &c.

¶ Secundò decedere pro discedere, seu recedere capitur, l. si finita. §. si quis autem in possessionem missus nondũ possidere iussus est, an dominus decedere de possessione debeat, videamus. & Labeo ait, non decedere. ff. de damno infecto. Tamen decedere proprie est à mandato custodiæ suæ loco recedere: vnde consules, proconsules, præsides, prætores dicuntur ex prouincia decedere: item præsidia de vrbibus atque castellis decedere dicuntur, si Vallæ credamus lib. 5. ca. 95. vt etiam id probatur in l. quive de prouincia, cum ei successum esset, non decesserit. ff. ad legem Iul. maiestat. vbi Budæ. etiam scribit: est autem decedere ei, qui successor missus est, cedere. Inde decessor, qui sic decesit, l. obseruare. in fi. ff. de offi. proconsul. ibi, recte & ordine fecerit, si edictum decessori suo miserit significétque, quo die sit fines ingressurus. cum autem successum alicui esse dicebant, abrogatum ei imperium significabant.

¶ Tertiò quando hoc verbum decedere est sine adiuncto & appositione, intelligitur pro mori, quasi à custodia & gubernatione corporis recedere, vt confirmat Valla ca. 95. lib. 5. sed quando pro discedere sumitur, rectius cũ apposito, vt decedere de possessione, in d. §. si quis autem. Iurisconsult. tamen dicit decedere vita, in l. dominus. ff. de vsufructu. l. cum falsi reus ante crimen illatum, aut sententiam dictam vita decesit. ff. de fals. Migrare autem ab hoc verbo decedere differt, quia migrare est domicilium mutare, & aliò ad habitandum se conferre, relicta priore habitatione, vt in titulo de migrando. & quando non permittitur libere recedere conductori cum rebus suis soluta pensione: quia forte dominus domus sistere, seu, vt dicitur vulgo, arrestare fecit res conductoris, nec permittit ei illas exportare, conductori tunc competit actio ex interdicto de migrando: vt est titul. de migrando, in quo quinq; requiruntur. Primum, vt locatio sit: secundò, vt domus locata, non prædium: tertiò, vt res, quam vult conductor efferre, sit illata in domum conductam: quartò, pecunia debita pro pensione soluta sit: quintò & postremò, locator prohibeat inquilinum efferre:

efferre. hæc probantur in l. 1. de migrando, ff. Ex quo apparet sine iure non posse plene intelligi, quid significet migrare. Et pro intellectu illius tituli videte Rofre. in tracta. libello. in 2. parte, rubr. de interd. de migrand. & Specul. in titul. de loca. §. postquam. vers. cæterum inquilinus.

Decedere pro cedere.
Cedere & decedere iure põtificio differũt.

¶ Quartò decedere pro cedere, admitti, l. in his. §. imperator. & §. fina. ff. de solutio. vbi in vno dicit, in sortem cedat. in §. fina. pro rata parte sortis & vsurarum decedat: postea admittatur & cedat. Cedere tamen & decedere iure Pontificio differunt, quod cedere resignare significet: decedere, mori, c. fi. co. titu. in 6.

Decedere pro diminui.
Decedere de re.

¶ Quintò decedere pro diminui, expensum hereditati ferri, exponit Iurisconsult. in l. sed & si lege. §. adeo. ibi, tertia vtrique, quod consumptum est, decedere. ff. de petio. hered. iuncto 5. seq. Quod autem quis pro hereditate erogauit, vtrum totum decedat, an verò pro rata patrimonij eius, &c. ibid. l. quotiens. ibi, sed tamen vt non ex sorte decedat. de solut. l. Titius. in fin. de præscript. Inde dici solet, decedere de iure suo, quando non summo iure quis agit, sed aliquid condonat, vt Budæ. in annota. ait. Inde habemus decessionem pro diminutione, in l. si quis putans. §. si quid. ff. comm. diuidun. vbi glos. exponit accessionem pro lucro, decessionem pro damno. proprie tamen accessio est quod accedit, augmentum: decessio verò diminutio: vt dico inferius in l. pecuniæ. 2. §. 1. eo. tit. idem habetur in l. fin. ff. quando actio de pecul. est annalis. & l. si ex duobus. §. 1. de pecul.

Decessio & accessio.

Decidere pro cadere.

¶ Sed & decidere, pro cadere accipitur in l. qui foueas vrsorum, ceruorumque capiendorum causa faciunt, si in itineribus fecerint, in eásque aliquid deciderit, factumque deterius est, lege Aquilia obligati sunt. ff. ad legem Aquil. facit l. Celsus. §. vnde. ibi, sed & si de ruina aliquid in ædes tuas, vel aream deciderit, teneberis ad exhibendũ, licet nõ possideas, & l. Iulianus. §. glans ex arbore tua in fundum meum decidit. ff. ad exhibend. iuncta l. qui seruandarum. in fine, de præscrip. verb. ibi, & si glans ex arbore tua in meum fundum cadat: atque ita in vna lege dicitur cadere, in altera decidere, & idem significant. facit l. qui vsum fructum areæ. ff. de vsufruct. l. si vsufructarius messem. §. 1. ff. quib. mod. vsusfr. amittat. l. scientiam. §. cum stramenta. ad leg. Aquil. l. si finita. §. si iam ruerint ædes. & l. inter quos. ibi, decidente pariete. ff. de dam. infecto. l. si vero. §. idem seruandum. de his qui deiecerunt. Hæc tamen verba à verbis diuersis deriuantur, nempe vnum à cado, alterum à cedo, vt licet colligere ex grammaticis. Sumitur & decidere pro trãsigere, pacisci, componere, quasi rem controuersam scindere, vt quilibet partem accipiat, vt sic à lite discedatur, l. eius rei. ibi, transegisse enim & decidisse videor eo pretio, quod ipse constituit. ff. de rei vindica. & l. cum in eo esset pupillus, vt ab hereditate patris abstineretur, tutor cum plerisque creditoribus decidit, vt certam portionẽ acciperent. ff. de pact. l. apud. §. quod si. ibi, cũ debitore decidit. de doli exceptio. l. mãdato generali. vbi dicitur, mandato generali non contineri transactionẽ decidendi causa interpositam. de procurat. id est, causa componendi. l. si ex causa. §. nunc videndum. in fine. ibi, ergo si potuit pro fure damnum decidere, magis quam actionem dupli, vel quadrupli pati, ei subuenietur. ff. de minor. vbi per illum tex. singu. dicit Roma. singu. 398. volo tibi dare, &c. quod minor restitui potest aduersus sententiam, si potuerit processu pendente trãsigere. idem tenet Francis. Cremen. singulari 28. obtinui. & Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo, mortuo. in 1. nu. 234. de testa. quod est notandum: nam ob hoc vidi impetrari literas supplicationis ciuilis contra arestum latum in minorem, qui demum allegabat se potuisse transigere pro tali pecunia, per d. §. nunc videndum. sed ibi dicam latius.

Decidere pro transigere.

Minori qui nõ trãsigit succurritur aduersus sententiam.

¶ Inde decisionem pro transactione accepit imperator in l. post decisionem. C. de furt. Et cum multis modis causa finiri possit, & decidi, ob id solet adiungi aliquod verbum declaratiuum, vt iureiurando decidere, l. si seruus depositus. 3. §. fi. ibi, vtrum iureiurando decidere id, & an iudicium dictare sine noxæ deditione velit. ff. de noxal. actio. Transactione decisa, in l. si suspecta. ff. de in off. testa. & pactione litigatorum & authoritate iudicis. l. 1. ff. de iureiurand. Si tamen decidere verbum simpliciter ponatur, poterit intelligi quocunque modo negotium fuerit compositum, vel transactum, vel finitum, l. is qui. §. municipes. ibi, si tamen decideritis, ipsi eam detrahunt. ff. quod vi aut clam, vbi si statua Titij fuerit in loco publico posita, & vi aut clam fuerit sublata, is cuius erat statua, agit interdicto quod vi aut clam, municipes vero furti. Si tamen is, cuius interest, transegerit, municipes eam statuam detrahunt à fure, id est amouent, non obstante transactione eius, cuius intererat. Et sic, prout materia exposcit, intelligetur, vt si loquatur prius de lite, postea dicatur decidi causa, intelligitur per sententiam, in l. fiscus in quæstione falsi testamenti non obtinuit, priusquam autem quæstio ea decideretur. ff. de iure fisci.

Decisio.

Transactione decisa.
Decidere simpliciter positi.

¶ Decidere pecunia, est componere & transigere negotium pecunia, l. si non sortem. §. libertus. ibi, sed & si non operæ patrono sunt solutæ, sed cum officium ab eo desideratur, cum patrono decidit pecunia, & soluit, repetere non potest. ff. de condictio. indeb.

Decidere pecunia.

Decidere damnum.

¶ Decidere damnum, pro emendare exponit glos. in l. si seruus communis. §. his etiam. & §. seq.

& §.seq.ff.de fur.Ego dicerem ibi,damnum decidas cum parte,id est decidendo & compo, nendo litis æstimationem præstes,& pro hac expositione facit l.& generaliter. ff.de noxal. l. inter omnes. §. vsque adeo. de furtis.ibi, pro fure damnum decidisse is,qui non decidit, habebit furti actionem, &c. Et dicitur decidere damnum tam is,qui damnum emendat, vt supra dictum est,quam is qui damnum recipit,d.l.inter omnes. §.vsq; adeo.ibi,qui non decidit, id est non composuit,habet furti actionem. ff. de furt.

Decidere in transactionem Decidere arbores. Decisum.

¶ Decidit in transactionem,vel recidit in transactionem, id est transegit, l.qui cum vno, §.non omnis.ibi,sed si in transactionem recidit,indulgendum est. ff.de re milita.

¶ Decidit arbores,id est scidit,fregit,l.diuortio.§.si fundum. ff.solu.matr.ibi,isque inde arbores deciderit. Inde decisum,sopitum,transactum,finitum, l. si pro fure damnum de cisum sit,condictionem non impediri verissimum est: decisione enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur,ff. de condictio. furtiua.l.si seruus nauem.in fi.ibi, quasi decisum sit. de furt.

Decidere pro dissoluere, decernere. Decisio imperialis.

¶ Decidere per translationem significat etiam dubia dissoluere,determinare,decernere, quasi resectis superfluis rem ostendere. inde lex imperialis decisio vocatur , quod dirimat dissensiones , & disceptationes, glo.in l.vnica. C. de emendat.Iustinia.cod.& quod veteris iuris altercationes scindat.l.veteris.C.de contrahend.vel committend.stipul.

Procedere pro prodesse.

¶ Procedere,id est prodesse,l.interesse puto.ibi,nam si dimittendæ possessionis causa,& hoc apertè fuerit approbatum,ad vsucapionem possessio eius partibus non procederet:at si custodiæ causa deponatur , ad vsucapionẽ eam possessionẽ procedere victori constat.ff. de acquiren. possess.vbi Dinus & Alber.exponunt procedere,id est proficere,quando actor obtinuit: vel significat continuari,quando reus obtinuit:sed tunc semper dicitur proficere, ideo prima expositio verior videtur : quia prospere dicitur cedere,dum proficit & prodest.

Procedere pro progredi.

¶ Secundò procedere,progredi,ire,pergere,l.æquissimum.ibi,cur enim,inquit Iulianus, ad arma,& rixam procedere patiatur prætor, quos potest iurisdictione sua compescere ? ff. de vsufru.l.qui occidit.§.in hac.ad legem Aquil.vbi prius hoc verbo vtitur,demum altero. l.1.§.pueritiam. ibi, quia moderatam hanc ætatem prætor ratus est ad procedendum in publicum,de postul.& cum est in potestate alicuius , quando velit experiri, ante debet rem explorare diligenter , & tunc ad agendum procedere. l. qui in alterius. de regul. iur.ff.

Ad fines non procedendi quid sit apud practicos.

¶ Inde in forensibus practici Galli solent dicere,exceptiones dilatorias proponi ad fines non procedendi,id est nõ vltra progrediendi, *à fin de ne proceder outre,* quæ praxis probatur in l.mutus.ff.de procura. ibi,mutus & surdus per eum modum, qui procedere potest,procuratorem dare non prohibetur: & vsque ad relegationem contra absentem procedi ,ait Iurisconsul.in l.absentem.§.aduersus. ff. de pœnis. Alibi scripsi in tractatu de exceptio.in materia exceptio. dilatoriarum. Iurisconsultus tamen interdum dicit, vlterius procedendum non est,l.patri.§.1.ff.de minor.& processus viri , accipitur pro progressu , quem vir facit in honoribus adipiscendis, l. nam & imperator Antoninus constituit , vt ad processus viri vxor ei donare possit.ff.de donat.inter vir. & vxor.& pro augmento seu progressu accipitur in l. 2. in princ. ff. de orig.iur.

Processus.

Procedere pro locum habere.

¶ Tertiò non procedit,id est non habet locum,l. qua actione.§. si quis in collactatione. ibi, hoc autem in seruo non procedit, quoniam ingenui solent certare : in filiofam. vulnerato procedit. ff.ad legem Aqui. l. si vnus. §. pactus ne peteret. vers. quod & in specie dotis actionis procedere potest. ff. de pact.l. argentarius. §.cum autem. de edendo. l.Iulianus.ex quib.caus.maior.l. per seruum.de petitio. hered. l.siue.de condictio.furt.

Pro exire.

¶ Quartò pro exire,seu egredi,l.fina.ibi, potest præses quendam damnare,ne domo sua procedat,ff.de interd.&releg.l.Arescusa.de statu homi.ibi,nec enim natura permisit simul, id est vno impetu,duos infantes de vtero matris procedere.

Pro expedire.

¶ Quintò pro expedit,conueniens est, l. de eo.in fi. ibi, igitur non procedit quærere.ff. ad exhibend.

Procedere ad delationẽ iuramenti.

¶ Sextò sibi imputet , qui processit ad delationem iuramenti , id est qui venit, progressus est, vel qui iuramentum detulit, l. si non fuerit. ff.de iureiurand.

Pro statui.

¶ Septimò procedit,id est quod iuris est,statuitur,l.quoties.in fine,ff.de pecul. ibi,si seruus deducto peculio venditus sit , procedit , vt venditor & deductione vti possit , &c. vel pro habet locum,verum est. Videte,& iudicate.

Iudex procedens.

¶ Octauò procedens iudex est,qui non sedet pro tribunali,sed graditur.l.à procedente. C. de dilatio.

Processus vnde , & quid contineat.

¶ Nonò hinc descendit nomen processus in praxi , & iure pontificio maxime vsurpatum,& in curiis Franciæ bene impinguatum.& includit omnia iudicialia acta,c.quoniam. de probatio.gl.& docto.in c.vt super.de appella.& in cle.appellanti.illo titu. Elucidaui in tracta.nominatio.q.vlt.alia autem scribam in l.cedere diem. infra eo. Et quia pecuniæ frequenter fit mentio in iure,ob id legem pecuniæ amplector.

PAVL.

PAVL. LIBRO PRIMO AD EDICTVM.

LEX QVARTA.

Pecuniæ appellatione rem significari Proculus ait.

Intellectus ad hanc legem.

¶ *Pecuniæ.* In noua editione,ac in Pandec.Floren. incipit ista lex,Nominis appellatione rem significari Proculus ait. & huius legis sensus erit, quod appellatio nominis significat rem, id est substantiam , & quamlibet rem. Dubium esse poterat, quod nomina inter incorporalia reputentur , in titul.de reb.corpora.in Inst. & l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. ergo dictio nomen non debet significare nisi incorporalia : sed Iurisconsult. tollit hanc dubitationem, dicens,nominis appellatione rem significari. vnde qui donauit nomina,videtur res suas donare.Hic intellectus est extraneus ad istum titulum,& videtur superfluus,quia in l. nominis. infra eodem.explicatur , quid nominis appellatione contineatur:nec vidi in iure,quod nominis appellatione res contineatur:vt pulchre explicatur in d.§.in venditione.ob id putarem communem lectionem sequendam,videlicet,pecuniæ appellatione, &c.quæ bene conuenit titulo , & iuri , vt sequitur.

Sententia & veilitas huius legis.

¶ Sensus huius legis est, quod pecuniæ appellatione & nomine venit res indefinita , id est omnis res , patrimonium & substantia, tam mobilis, quam immobilis : quia indefinita æquipollet vniuersali.cap.vt circa.de electione,& electi potestate, in 6. vbi glos.plenissime discutit,Barto.quoque in l.si pluribus.ff.de legatis secundo. Cuius sententię & legis id erit emolumentum

Pecunia pro omnibus rebus accipitur.

¶ Primum, vt pecunia capiatur pro omnibus rebus,& pro toto patrimonio, quod quis tenet,l.pen. C. de constitu.pecu. nam totum quod antiqui habebant, in pecoribus erat, c. totum.1.q.3. in qua robur omne patrimoniorium veteres posuerunt , vt docet imperator in l. lex quæ. C. de admi. tuto.

Simonia pro omni re profana cõmittitur.

¶ Ex quo infertur,quod simonia committitur , cum quis dat pecuniã pro re spirituali, cap. quisquis.1.& cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. quod intelligitur in omni re profana , data vel promissa pro re spirituali,cap.ea quæ.1.quæst.3. & pecunia male quæsita corpus animámq; commaculat,intelligitur etiam de omnibus rebus.cap. cito.1.quæst.1.sic accipitur in l.sæpe ita. infra eodem,ibi, super pecunia, tutelâve sua. & in l. cum stipulamur. & l. debitor. & l. propemodum. & l.pecuniæ verbum. & l. hæc adiectio. & l.cedere diem. infra eod. & l.4.§. ait prętor.de re iudica.ff.secundum Alber.Imol.& de Ripa ibi.facit l.nunquam.ff.de actio. & obliga.cum similibus.

Papæ electio sine cõsensu imperatoris olim non fiebat.

¶ Et Papæ electio sine consensu imperatoris olim fieri non debebat , quæ absque omni pecunia præstari solebat , cap. in synodo. 63. distinctio. Sed isti priuilegio renuntiatum fuit , cap. ego Ludouicus. ibidem. Et quod ait prætor pecuniam promissam accipere nos debere,non si vtrinque pœna nummaria, sed & si alia res vice pœnæ, si quis arbitri sententiæ non steterit,promissa sit,l.litigatores.§.1.de arb.ff.

Vsura quando committatur.

¶ Item vsura est, si pecuniam mutuo dederis , & plus expectes , vel recipias , non pecuniam solam intellige , sed si aliquid plus quam dedisti receperis, siue illud sit triticum, siue vinum , siue quicquam aliud , cap. primo, & sequent. & cap.plerique.14. quæstio.3. l.3. C. de vsuris.

Notarij scribentes vsurarium instrumentum quæ pœna puniantur.

¶ Vnde notarij Franciæ solent in instrumentis mutui ita scribere , *Tel confesse auoir de tel la somme de tant, pour vray & loyal prest d'argent , à luy faict , &c.* Ecce quo pacto ad euitandum ambiguum solent dicere recepisse argentum , pro puro & legali mutuo , arg. l. lecta. ibi , quindecim proba. ff. si cert. peta. & sic non pro vsurario , vel alias improbato: quia ipsi non debent conscribere instrumentum vsurarium , alioqui puniuntur irreuocabilis exilij animaduersione, l.iubemus.§.is tabellionibus. C.de sacro.eccle.& Guido Papa in decis.Delphina.quæstio. 433.

Titul. de const. pecu. declaratur.

¶ Item qui constituit se pro alio soluturum equum , vel aliam rem , tenetur de constituta pecunia actione , hac ratione , quod pecuniæ appellatione omnes res significantur. l. penultim. C. de constituta pecunia. l. prima , in principio. vbi Alber. notat , ff. ad legem Falcidiam.

Titul. de prohibit. sequestratio. pecu. declaratur.

¶ Item rubr. de sequestratione pecuniæ prohibita , intelligitur de omnibus rebus , vt scribit Curt. in tracta.suo de sequestra.in princip. quamuis d. rubr. C. de prohibita sequestratio.pecuniæ,de pecunia tantum loquatur.

Rogatus restituere pecuniã, & bona restituit.

¶ Ad hæc rogatus restituere pecuniam , restituet omnia hereditatis bona , l. nam quod. §.fi.cum leg.seq.ff.ad Trebel.quod forte non procederet,si sermone vulgari exprimeretur, vt inferius dicetur. Et debitor intelligitur is, à quo inuito pecunia exigi potest. l. debitor. infra eo.& ibi pecunia pro omni re capitur,& in l.eum qui calendis.§.quoties.ff.de verbo. obliga.l.final.de concusio.l.1.de calumniato.

Testes quando audiri ad futuram memoriã possint.

¶ Etiam addi potest, quod sicut audiri possunt testes ad perpetuam rei memoriam, quando pecunia est debita, l.in lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquiliam:sic quando alia res, cap. fina. vbi docto. vt lite non contesta. quia eadem est ratio, & tunc pecunia generaliter capi potest.

Actio nomine pecuniæ continetur.

¶ Imò fortius pecuniæ appellatione continetur actio, l. si seruus communis. §. cum seruus. vbi gloss. & Bar.de stipul. seruor. ff. l.pecuniæ nomine.infra eodem. Et sic qui donat pecuniam, quam Titius debet, & actionem donare videtur, per dicta iura. Nam qui actionem ad rem habet, & ipsam rem habere videtur, l. qui actionem. de regulis iuris. ff. Alia sexcenta similia, quæ liberum esset mihi adducere, ne dignitates vestras onerem, omitto.

Pecunia pro eo quod in pondere, numero, mensurave cõsistit.

¶ Secundò pecunia capitur pro eo, quod consistit in pondere, numero vel mensura: vnde dicitur mutuum non posse esse, nisi proficiscatur pecunia, l. 2. §. fina. ff. si cert.peta. & tamen consistit in rebus,quæ numero, pondere, mensurave continentur.§.1.quib.mod. re contrahit.obligat. in Inst.

¶ Idem in legatis factis, iuxta decisionem l. talis pecunia. ff. de lega. 1. vbi iurium interpretes, & d. l. 2.

Pecunia pro numerata.

¶ Tertiò capitur pro pecunia numerata: vnde filius non iuuatur Macedoniani exceptione, nisi in pecunia numerata, vel nisi in alia re fraus fieret, l.Iulianus. §. mutui. ff.ad Macedo. & tutor, qui pecuniam pupilli mutuauit, tenetur. l. si tutelæ. ff. de administr. tuto. & antequam quis pignoratitia agat ad pignus repetendum, pecuniam solutam esse oportet, l. si rem. §. omnis. ff. de pignorat. actio. & reproba pecunia non liberat soluentem, l. eleganter. §. 1. ibidem. l. quod dicitur. ibi, vbi non sunt corpora, sed pecunia. ff. de impens. l. hoc iure. §. si quis. ibi, pecuniam mutuam. de donatio. l. 2. §. iisdem partibus. de orig. iur. l. 1. in princip. de offi. præfect. vrb. & in rubr. de his qui ex public. ratio. mutuam pecuniam acceper. libr. 10. C. l. 1. in fine. ff. mandat. l. vsura. infra eodem. l. si quis, §. fina. de religios. ff. In quibus iuribus potest vel pro numerata, vel vt secundo casu dixi, capi.

Tutor pecuniã pupilli ad suos vsus cõuertere non debet.

¶ Et tutor, qui conuertit pecuniam pupilli numeratam ad vsus suos, ad vsuras tenetur, l. tutor qui repertorium.§.pecuniæ. & §.seq.& l.si tutor.ff.de administ.tut.l.in pupillo. de exceptio.& hodie teneretur, vt statim dicetur.

Pecunia publica in vsus priuatorum non conuertatur.

¶ Item si quis pecuniam publicam in vsus suos conuertat, punitur: hoc intelligitur de pecunia numerata,l.vlt.in fi.ff. de administ.rerum ad ciuita. pertinentium.l.1.in princip. si cui plusquam per leg. Falcid.& solent hi thesaurarij in quadruplum puniri, vt alibi dixi. Et pecuniam sepelire quis non potest, de numerata intelligitur, l. 4. in fine. ad legem Iul. pecul.ff.l.peregre.de acq.possess.

Pecunia otiosa quæ sit.

¶ Inde pecuniam otiosam Iurisconsultus dicit, ex qua nullum lucrum, exercitiumve factum est, vel fit, l. qui semisses. in fine. ff. de vsur. ibi, quæsitum est an iudicio negotiorum gestorum,vel mandati pro pecunia otiosa vsuras præstare debeat,cum dominus nullam pecuniam fœneretur.

Arestum pro pupillo contra tutorem, qui pecuniam otiosam reliquerat.

¶ Alio in loco dicitur tutorem non debere pecuniam pupilli otiosam relinquere, sed conuertere eam in emptionem prædiorum, vel reditus: alioqui ad vsuras illius pecuniæ condemnatur, l. tutor qui repertorium. §. si post. cum sequent.ff. de administrat.& peric. tuto.& curator. Sic fuit condemnatus tutor pupillorum Dionysij de Laual anno domini 1524. die xj. Augusti.

Steriles nũmi.

¶ Et licet quidam dicant otiosam pecuniam, id est sterilem, tamen loquuntur contra l. debitor.ff.de vsur. vbi debitor, qui obsignauit pecuniam, non tenetur ad vsuras ante moram, sed post moram sic: & postea nummi non erunt steriles, ei tamen erant otiosi, quia depositi & consignati. Ideo pecunia sterilis est, quæ nullum fructum producit,sicut mula, l.3.§.vsuras. ff. de contraria actio. tute. & sic non omnis pecunia otiosa potest dici sterilis, sed vacua.

Sterilis dos.

¶ Verum quia otiosa frequentius non parit, ob id sterilis quandoque vocari potest: & sterilis dos dicitur,l.si cõuenerit circa finem.ff.de pact.dota. & vacuam pecuniam vocat Iurisconsl.in l. Titius. ff. de præscript. verb. & in l. Quintus. depositi:quæ sine vsuris, vel lucro est, vt scripsi abunde in l.sylua. §. stipula. infra eo.

Otiosum.

¶ Non est otiosum, id est non est superuacaneum, non abs re dictum, l. quod ait lex. in princip.ff.de adulte.quod Alciat.ait non sine mysterio,in lib.4.de verb.sign. Otiosum verbum declaratur in c.quoties.22.quæst.5.

Pecunia traiectitia.

¶ Pecunia traiectitia, quæ trans mare vehitur & traiicitur, lege prima, ff. & Cod. de nautico fœnore.

Publica.

¶ Pecunia publica, quæ ad statum publicum spectat, seu ad rem publicam, l. si bene collocatæ sint pecuniæ publicæ. de vsur. ff.

¶ Pecunia

Communis.

¶ Pecunia communis,non propria vnius,sed plurium,l.1.§.socius si ideo condemnatus sit,quod pecuniam communem inuaserit.de vsur.ff. Et sic propria pecunia dicitur mea, nec communis, nec aliena, l.si seruus propriam pecuniam.ff.si cert.peta.

Pecunia pro pœna.

Pecuniam pro pœna in compromisso posita exponit glos.in l.arbiter ex compromisso. ff.de arbit. & pro sorte & vsuris in l.qui Romæ. l. Callimachus.ff. de verbo. obligat.& pro datione in l.cum seruus.de conditio.& demon.videte.

Pecuniæ vis.

¶ Aduertite egregij principes, sicut sapientia, sic protegit pecunia, ecclesiastic. c. 7. sed melior est sapientia,licet pecuniæ omnia obediant: ecclesiastes 10.& dicitur secundus sanguis, & vita hominis, l. aduocati. & ibi glo. in verbo,vitam. de aduoca. diuerso. iudicio. l. fina. §. sin autem. ff. de bonis authorit. iudic. possid. Gerard.singu. 73. & duplex est sanguis, venarum, & bursarum, teste Ioanne Andre. in additio. ad Specul. in titu. de sententia.§.species.vers.est autem differentia.colum. 4. Barb.in c.nulli.col. vlti.de reb. eccles. non alienan. scripsi in gloss. concord. in procem. in verbo, res nummaria. Dicit tamen Isocrates, Contemne illos, qui nimium operam dant diuitiis, præsentibus autem vti nequeunt.nam isti non secus afficiuntur,quam ij qui bonũ equum possident,equitandi verò artem ignorant.& Hesiod. Pecunię non raptę,sed diuinitus datæ plurimum præstant:vnde cura earum vltimum sit studium, vt Plato de legib. docet: vnde pulchre sic scribit Ausonius de auro:

Contemnendi, qui nimiam operã pecuniis præbent.

Qui laqueum collo nectebat, repperit aurum,
Thesaurique loco deposuit laqueum.
At qui condiderat, postquam non repperit aurum,
Aptauit collo,quem reperit laqueum.

Summa pro pecunia capitur.

¶ Idem in verbo summa, vt pro pecunia numerata capiatur, nisi apparcat voluntas contraria,per l.quisquis.vbi Bar.ff.de lega.3. Corne.consil.229.licet.col.3.vol.4. Solet tamen addi summa argenti,frumenti,vel altera.an diuersæ summæ præsumantur,vel vna, decidit Bar.in l.triticum.ff.de verb.obliga. Alex.consil. 4. in 1.vol. & Socin. consil.129. in 4. vol.ac Carol.Ruinus consil. 176. vol. 1.

Pecunia numerata & mutua de nummis intelligitur.

¶ Ad hæc si in lege vel statuto fiat mentio de pecunia numerata, vel dicatur numerare, intelligitur de nummis, l.si ventri. in fine. ff. de priuileg.cred. Idem si de pecunia mutua, l. qui Romæ. in princip. ff. de verbor. obligatio. l. Lucius. de fideiusso. l. si merces. §. vis maior. loca.

In statutis & ordinationibus quomodo pecunia capiatur.

¶ Quomodo autem in statutis, & aliis dispositionibus pecunia accipiatur, quæri solet. Respondendum est,proprie & stricte pro pecunia numerata, vt docet Bald. Socin.& Purpur.in l. 2.§.fina.ff.si cert.peta. Et hoc etiam in odiosis concludit Bar. in l.talis. ff. de lega. 1. per tex.in l. 1.ad Macedo.ff. Idem in rescriptis placet Ludoui.Roma.singu.207.tu habes glo. &c.

Nummi intelliguntur de pecunia numerata.

¶ Idem in nummis putat Ias. in l. certi condictio. §. si nummos. ff.si certum petat. & in d.l.talis scriptura.per l.litigatores.§.1.ff.de recep. arb. l.ad hæc. §. 1. de vsufruct. l.si ventri. §. in bonis.de priuileg.credito.l.Lucius.de fideiusso.l.falsus.in princip.& l.seq.ff.de furt.

Pretij appellatione venit pecunia numerata.

¶ Item appellatione pretij venit pecunia numerata,l.quod seruus. §. fina. & l. si res. ff.de in rem verso. l. 1. de extraord. crimi. l. 2. ff. de contrah. emptio. §. item pretium. illo titul. in Instit.

Authoris sententia.

¶ Ego puto pecunię nomen intelligi debere pro ratione materię: si materia ea sit, vt comprehendat omnes res, tunc pecuniæ nomine intelligentur omnes res, vt paulo ante probauimus: si autem referatur ad pecuniam numeratam, de ea intelligendum erit, vt statim diximus, & maxime quando vsus is esset loquendi communis. nam tunc etiam in omni materia, licet pœnali & odiosa, amplectetur, & prœualebit ille communis vsus loquendi, & præferetur proprię significationi, per l.Labeo.ff.de supellect. legat. Bart. cęterique in rubr.de noui oper. nuntiat.

¶ Sed communis vsus Francię accipit pecuniam pro numerata, & interdum addit numeratam, & tunc stricte accipitur pro nummis tantum, vt superius dixi. Sed vulgò lingua Francię non vtimur pecunię nomine, sed *argent* dicimus pro Latino nomine pecunię, vt declaraui in l. etiam ęs. infra eodem, vbi à nobis reprehensa est sententia dicentium auri nomine argentum apud Hebrœos comprehendi.

Calumniator nil accipere debet.

¶ Derogatur prędictis, quando dispositio ordinationis, vel statuti redderetur elusoria: vt si prohiberetur pecuniam calumnię causa accipere., intelligetur etiam de qualibet alia re, ne fraus fiat legi, vt in l.1.& toto titu.de calum.ff.Ias.in l.1.in princip.col.3.ff.de verb. obliga.argu.l.si prętor.de iudiciis,& cap.si ciuitas.de senten. excommu. in 6. scripsi in l. 2. supra eod.Felin.in cap.Rodolphus. versi.& ob elusionem. de rescript. Et inquisitor super hęresi pecuniam recipere non debet,clem.2.de hęret. intelligite large,vt nec aliam quoque

rem accipere debeat, vt ibi.

In legatis quid nomine pecuniæ veniat.

¶ Secundò limitatur in legatis, vt consuluit Corne. consil. 229. licet. in 4. vol. vt tunc accipiatur non comprehendendo iura, vel nomina debitorum. videre tex. & docto. in d. l. talis. ff. de lega. 1. & iudicate ibi.

¶ Tertiò perdit officium suum, quando ratio expressa in dispositione, vel lege, atque ordinatione haberet locum etiam in alia specie, & tunc accipietur secundum subiectam materiam, etiam largissime, quamuis statutum sit pœnale: quia ex ratione legis possumus legem extendere, etiam pœnalem, glos. & docto. in authen. quas actiones. C. de sacro. eccles. glos. in verbo, eligatur. cle. 1. de electio. Ias. in d. l. talis.

In fauorabilibus quid contineat pecuniæ nomen.

¶ Quartò in materia fauorabili, & quæ potest cuique rei adaptari, appellatione pecuniæ venit omnis res, vt supra scripsi: in materia verò indifferenti, quæ non est fauorabilis nec odiosa, pro his capitur, quæ in pondere, mensura ve consistunt, si materia conuenire possit, teste Francis. Curtio in l. 2. §. creditum. col. 1. ff. si cert. petat. vbi plus scribit, quod si idem verbum plures habeat significationes, tunc omnes continentur, per l. cum lege. & ibi notat Aret. ff. de testa. hoc tamen inspecta materia melius intelligitur, vt superius dictum fuit.

¶ Limito quando res primò esset nominata, deinde pecunia, vel contra: tunc rei appellatione non veniet pecunia, nec è contrario, l. si legatus. §. penult. ad Trebel. ff. quia expressum facit cessare tacitum, vt supra dixi in l. 2. facit quod dicit tex. in l. 1. C. de fabricens. lib. 11. l. officio. ff. famil. ercisc.

In pecunia restitutione cuius temporis valor inspici debeat, an tēporis contractus.

¶ Notate quando lex, vel statutum, vel consuetudo loquitur de pecunia, intelligitur de currente tempore solutionis: vnde si mandetur decimam solui, sic intelligetur, cle. fina. de deci. Secus in contractibus. Bal. in l. illud. in fine. C. de sacro. eccles. & l. cuicunque. col. vlti. de ser. fugit. Vnde si debeam restituere centum aureos mutuo acceptos, tempore quo valebant solidis trigintaquinq; non sufficit valorem hunc offerre, videlicet xxxv. solidos pro singulis, sed aurei in eadem specie restitui debent: quod etiam in retractu & aliis actibus seruit, vt not. Bar. in l. Paulus. 2. de solutio. ff. & in reditu extinguendo, quod *rachat* vocatur. & sic fuit pronuntiatum in hoc senatu pro domina Francisca de Ferrieres, vidua quondam Ferron domini d'Aumont & de Meru, contra D. Ioannem Hannequin & Annam Mole eius vxorem, anno domini 1539. die 14. Februarij. sic concludit Guido Papa in decisioni. Delph. quæstio. 493. si fiat monetę. Multa iura citat atque aresta Boer. in decis. Burdega. quęstio. 327. nobilis Guilelmus. quę nota pro d. l. Paulus.

Arestum pro pecuniis restituendis.

Requisita ad vsum pecuniæ tria.

¶ Item addite ad pecuniæ vsum tria requiri. Primò quod quis eam non acquirat, à quo non debet: nam si à pupillo, vel furioso, tenetur ad eam restituendam, l. non omnis. §. fin. & l. si à furioso. ff. si cert. peta.

¶ Secundò vt accipiat eam, vnde debet: nam si iudex accipiat eam, vt ferat sententiam, vel non proferat, malè facit, c. non licet. 11. quæst. 3. & per totum, C. de pœna iudic. qui male iudica. cle. 2. de hæretic. & l. 1. in fin. de calumniato. ff.

¶ Tertiò quod expendat, vt debet, Alber. in verbo, pecunia. Nam si det meretrici, malè erogat, l. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de condictio. ob turpem caus. & donare pecuniam histrionibus vitium est immane, c. donare. 86. dist.

¶ Quis possit cudere pecuniam, & quot requirantur, antequam legitima fieri possit, videte in c. quanto. de iurciurand. & alibi plena voce declarabo: sed videamus phrases.

Pecunialiter agere qui dicātur, & phrases.

¶ Pecunialiter agere, idem dicere est sicut ciuiliter agere, non criminaliter, l. si ambo. §. 1. ff. de compensatio. vt si res petantur: & quando agitur vel concluditur ad mulctam, quæ in pecunia consistit, & non criminaliter, quod est oppositum ad ciuiliter, vel pecunialiter, l. fina. de priuat. delict. ff. Inde in concilio Lugdunensi fuit statutum, ne iudex secularis puniat clericum pecunialiter, vel criminaliter, c. vnico, de cleric. coniugat. in 6. id est, nec in corpore, nec in bonis: quod malè seruant quidam iudices seculares in Francia in præiudicium animarum suarum.

Pecunialiter interesse.

Pecuniarium damnum.

¶ Pecunialiter interesse, l. si liber. ff. ad exhibendum, ibi, quia hæc actio ei creditur competere, cuius pecunialiter interest. Pecuniarium damnum, in re, non in persona consistens, l. 1. §. hæc autem actio, in fine, ff. de his qui deiecer. vel effuder. ibi, quasi non sit damnum pecuniarium.

Actio pecuniaria.

Pecuniaria sententia.

Pecuniaria cōdemnatio, & damnatio.

¶ Pecuniaria actio, quę datur ad pecuniam, id est ad rem, non ad crimen, l. de sepulchro violato actio quoq; pecuniaria datur. ff. de sepulch. violat. Pecuniaria sententia, idem, l. 1. in fin. de quęstio. ff. ibi, sed præses prouinciæ eum quem damnauit, restituere non potest, cum nec pecuniariam suam sententiam reuocare possit, &c. Pecuniaria condemnatio ad pecuniam facta, l. si seruum. ff. si ex noxali causa agat. ibi, quia aliter de seruo supplicio & verberibus de iniuria satisfit, aliter de liberto vindicta sumitur, vel condemnatio pecuniaria, l. miles. §. primo. de re iudica. quę alias dicitur pecuniaria damnatio, l. in seruorum.

rum. in fine, de pœnis. ibi, quia solus fustium ictus grauior est, quam pecuniaria damnatio.

Causa pecuniaria.

¶ Pecuniaria causa dicitur ciuilis, quæ non est criminalis, non solum quando de nummis agitur, sed etiam si de alia re disceptetur, l. diuus Pius rescripsit, posse in pecuniaria causa de seruis haberi quæstionem, si aliter veritas inueniri non possit. ff. de quæstio. l. fin. de feriis. l. 1. §. 1. de calumniato. l. lege. 1. de falsi. ibi, qui delatorem submisit in causa pecuniaria, eadem pœna tenetur, qua tenentur hi, qui ob struendas lites pecuniam acceperunt: & Iurisconsul. vocat sæpe pecuniariam causam, ad exclusionem criminalis. Pecuniaria res, idem, l. si duo. in fine, ibi, si quis iurauerit in re pecuniaria per genium principis. ff. de iureiurand. Pecuniaria pœna, quæ in pecunia consistit, l. 1. §. qui aduersus ea. ibi, pecuniaria pœna mulctabitur. ff. de postul. Pecuniaria animaduersio, in l. aliud est fraus. infra eodem.

Pecuniaria res.

Pecuniaria pœna.

Pecuniaria animaduersio.

¶ Pecuniarium nomen, debitum pecuniæ, l. si conuenerit. 2. in princip. ff. de pigno. action. ibi, ergo si id nomen pecuniarium fuerit, exactam pecuniam tecum compensabis. Pecunia mutua, quę mutuo data est, vel accepta, l. rescripto. §. debitores. ff. de mun. & hono. ibi, cæterum si non ex administratione sint debitores, sed mutuam pecuniam reipublicæ acceperint, non sunt in ea causa, vt honoribus arceantur, l. qui mutuam. ff. mandat. & per totum titulum, ff. & Cod. si cert. peta. vbi etiam pecunia credita dicitur, maximè in l. 2. in fin. ibidem.

Pecuniarium nomen.

Pecunia mutua.

Pecunia fiscalis.

Pecunia pupillaris.

¶ Pecunia fiscalis, quę ad fiscum pertinet, l. 1. §. 1. ff. de muner. & hono. ibi, vel pecuniæ fiscalis, siue annonæ. Pecunia pupillaris, ad pupillum spectans, l. si reus. ff. de procur. ibi, sed hoc constat, vt ante litem contestatam præses iubeat in ædem sacram pecuniam deponi. hoc enim fit & in pecuniis pupillaribus, &c.

Pecunia repræsentata.

¶ Pecunia repræsentata, quæ loco alimentorum data est, vel ex qua alimenta percipiuntur, & gerit vicem alimentorum, l. cum hi. §. ea. ff. de transact. ibi, eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræsentatam pecuniam consumat. Aliqui dicunt, argentum prærogatum, & (vt vulgo dicunt) *aduancé*. de hoc tamen, & de commodo repræsentationis inferius tractabo.

Pecunia præsens.

¶ Pecunia præsens dicitur, in l. cum hi. §. causæ. ff. de transactio. quæ ad manum est, *argent contant*, ibi, aut si aliqua causa vrgeat præsentis pecuniæ. Rei maioris, id est, maioris æstimationis, l. rei maioris pecunię præiudicium fieri videtur. ff. de exception.

Pecunia numerata.

¶ Pecunia numerata, l. si quis. ff. de re iudica. id est computata, *nombree*: vel certa, non autem in specie, ibi, quia non facit, quod promisit, in pecuniam numeratam condemnatur, vt superius dixi.

Pecunia dominica.

¶ Pecunia dominica, quæ ad dominum pertinet, l. si autem pecuniam dominicam filius vel seruus crediderit. ff. de pact.

Pecunia delegata in vsum publicum.

¶ Pecunia delegata in vsum publicum, id est deputata, destinata, addicta, quam si quis in alium vsum conuerterit, lege de residuis tenetur, l. 2. de residuis. ff. Aliis permultis modis pecunia dicitur, sed hi nunc sufficiant, & videte quando prius fuit inuentus pecuniæ vsus per Alexand. in lib. genial. 4. c. 15.

Significari.

¶ *Significari*, ostendi, demonstrari, & quasi per signa: id verbum in multis legibus huius tituli habetur, vt rubr. etiam indicat, & in l. seq. & l. verbum oportebit. & l. Labeo. 2. & l. litis nomen. & l. recte. in fine, & l. armorum. Et demonstrat proprietatem frequentius, vt scripsi in l. 1. in fine, supra eod.

Significatio.

Significatum.

Significatiua.

¶ Significatio, demonstratio, indicium. l. rei appellatio. & l. quantum. infra eod. Significatum pro significatione accipit Iurisconsult. in l. verbum reddendi. infra eo. Significatiua, id est demonstratiua, ostensiua, l. hęc enuntiatio. infra eod. Reliqua quę pertinent ad hanc legem, in legem sequentem conferemus.

IDEM LIBRO SECVNDO AD EDICTVM.

LEX QVINTA.

Rei appellatio latior est quàm pecuniæ, * quia etiam ea quæ extra computationem patrimonij nostri sunt continet, cum pecuniæ significatio ad ea referatur, quæ in patrimonio sunt.

* *Alias, qua.*

Declaratio tex.

¶ Supra proxima lege dictum est pecunię appellatione rem significari: sed quid rei nomine veniat, dubitari potest: ideo hęc lex id declarat, dicens, Rei appellationem latiorem esse, quam pecunię, quia rei appellatione etiam ea, quę in patrimonio, vel dominio nostro nō sunt, continentur. Pecunię autem appellatione ea tantum significantur, quę in patrimonio nostro sunt, vel esse possunt, vt dicit gloss. quare res sacra vel publica pecunię nomine non continetur, sed rei nomine sic. dicimus enim rem sacram, ac rem publicam,

& tam corporalem, quam incorporalem, vt postea dicemus. & sic res genus est, pecunię nomen species.

Alciati intellectus reijcitur

¶ Alciatus putat rei appellatione etiam hominem contineri liberum: vt si tibi commendem res meas, de filio vel consanguineo intelligens, & ait rem meam dici filium & consanguineum, atque ita posse intelligi hanc legem. Sed non ita videtur dicendum, quantum ad dominium pertinet, quia liber homo non est meus, l. liber homo. ff. de verb. obliga. & hic explicatur significatio rei generaliter, & simpliciter sumptæ, non rei meæ: licet dictio res denotet liberum hominem, vt inferius dicetur.

Res quid.

¶ Res enim est, quicquid sentitur, intelligitur, vel latet, quæ si non cogitatur, non minus est, teste Luca de Penna in rubr. C. ne fiscus rem, quam vendidit, euincat, lib. x. vbi citat Isidorum libr. 5. etymolog. dicentem, res esse, quæ in iure nostro consistunt (hic tamen tex. contrarium probat) iura verò, quæ à nobis iure possidentur. l. 2. ff. comm. præd. Res dicitur à rectè habendo, iura verò à iustè possidendo: hoc autem iustè possidetur, quod rectè: hoc rectè, quod iustè: hoc iustè, quod bene: quod malè possidetur, alienum est, secundum eum. Alij autem rem à reor reris deduci arbitrantur: sed hìc declaratur, quid rei appellatione contineatur, videte rub. de acq. rer. domi. ff. & de rerum diuisio. & de reb. corpo. & incorp. in Institu.

Res multis modis capitur.

¶ Sed vt plene nos hanc rem attingamus, notandum est, quod res in iure variis sumitur modis,

Res pro causa accipitur.

¶ Primò capitur pro causa, vt is apud quem res agitur, id est causa agitatur, l. 2. C. de edendo. & l. in bonæ fidei. ibi, per iudicem causa cognita res decidi debet. C. de reb. cred.

Res pro vtilitate.

¶ Secundò pro vtilitate, vt si filiusfamilias pecuniam mutuam in rem patris vertat, pater tenetur. ff. de in rem verso. in rub. & l. 3. per totum. & C. quod cum eo. ac l. si debitor. de doli exceptio. ff. l. si à furioso. si cert. petat. & l. si à furioso. de actio. & obliga. Ideo procurator in rem suam dicitur, cui cessæ sunt actiones, ideo in vtilitatem suam agit, l. 2. in fine. ff. fam. ercisc. un. l. 1. §. in propria. ibi, quare procurator, nisi in rem suam datus sit, tertium diem habebit: in rem autem suam datus magis est, vt alteram diem obseruet. ff. quando appellan. sit. quamuis Lucas de Penna in l. defensionis facultas. col. 5. C. de iure fisci, lib. 10. exponat rem pro lite, tamen præcedens opinio magis mihi placet. In illis iuribus etiam procuratorem ad actionem vocant Iurisconsul. quem nos dicimus ad lites, in l. sed si tantum ad actionem procurator factus sit. ff. de pact.

Procurator in rem suam quis dicatur, & ad actionem.

Res pro æquitate, & necessitate.

¶ Tertiò res pro æquitate, vel necessitate capitur, seu pro causa, vt re exigente, l. 1. C. de in ius vocand. ibi, sicut bonis moribus conuenit vxori manumissoris reuerentiam præberi, ita re exigente, eam in ius vocari sine permissu prætoris prohibitum est. & Iurisconsul. interdum dicit, re vrgente, in l. fin. de iudic.

Res pro patrimonio.

¶ Quartò pro patrimonio, substantia, & facultatibus, l. Nesennius. ibi, verisimile est de re ipsius nepotis eam aluisse, ff. de negot. gest. & in rubr. rem pupilli saluam fore, & l. defensionis facultas, iuncta l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. l. 3. §. liberti. ibi, res enim patronorum libertinorum muneribus subiecta non est. ff. de munerib. l. de re filiorum. de transactio. l. quinetiam. de arbitr.

Res pro statu.

¶ Quintò res pro statu & conditione, vt respublica, res priuata. l. 1. & 2. & per tot. titul. C. de iure reipublicæ, lib. 11. l. 2. de orig. iur. ff. & l. reipublicæ. & l. is qui reipublicæ causa absens erat. ff. ex quib. caus. maior.

Pro qualitate.

¶ Sextò res pro qualitate, l. item apud. §. quod ait prætor. 2. ff. de iniur. ibi, vel etiam in re ipsa, id est in qualitate iniuriæ.

Res pro obligatione, vel actu.

¶ Septimò pro obligatione, vel actu, l. cum res non instrumentis gerantur. C. de probatio.

Res pro actione.

¶ Octauò pro actione exponit gloss. in l. si seruus ante: in fine. ff. ad legem Aquil. ibi, quia alterius atque alterius facti hæ res sunt.

Res pro veritate.

¶ Nonò res pro veritate capitur, glos. in l. quoties propter rem iuratur, id est veritatem. ff. de iureiuran. idem exponit glos. in l. 1. §. qui in rationibus. de fals. ego vero exponerem propter rem, id est causa rei controuersæ de qua iuratur: & text. exponit ibi rem, id est pecuniam, quia pecuniæ nomine res significantur, in proxima l. & text. in d. §. qui in rationibus. ibi, qui rem amouerint, generaliter intelligerem, id est scriptam rem, nempe eo quod instrumentum, vel tabulas debiti, seu aliam rem quis amouerit, non potest debitum scriptum in illis tabulis, vel instrumento probari propter rem, id est tabulas, vel instrumentum amotum: & sic veritas haberi non potest propter illam rem substractam: ideo falsi tenetur, quando animo substrahendi probationes, & occultandi veritatem hoc fecerit, vt plene probat Boer. in decisio. 292. sed vidi dubitari. in decis. Burdegal. Sed quod res pro veritate capiatur, facit l. 2. §. si pupillo. ff. pro empto. ibi, plus sit in re, quam in æstimatione. iuncto §. si quis rem. de lega. in Institu. ibi, nam plus valet quod in veritate est, quam quod in opinione.

¶ Decimò

Res pro quantitate.

¶ Decimò res exponitur pro quantitate, per gloss. in l. certum. §. 1. ff. de confess. ego vero puto rem generaliter accipi ibi, ac sensum eo loco esse, vt si quis cõfessus fuerit se oportere dare rem, vrgeri debet, vt certam quantitatem rei confiteatur, non quantitatem pecuniæ, vt quidam intelligebant, sed certam aliam quantitatem rei, & quantum sit illud promissum: vt si confessus fuerim tibi debere fundum dare, exprimere debeo quantitatẽ fundi, vt quot iugerum, & arpẽtorum, vt Gallice loquar. nam & in aliis rebus etiam quam in pecunia quantitas est, l. vbi autem non apparet. ff. de verbor. obligat.

Intellectus ad l. certũ. de confessis.

Res pro specie.

¶ Vndecimò res ponitur pro specie, & vsu. l. 1. iuncta l. legatum. ff. de administrat. rerum ad ciuitatem pertinent. vbi quod ad certam speciem ciuitati relinquitur, non potest ad aliam rem, vel vsum conuerti.

Res pro administratione.

¶ Duodecimò pro administratione: vnde minores nec per liberos suos, rem suam maturius à curatoribus recipiunt. Iurisconsul. in l. 2. ff. de minor. vbi glos. exponit rem suam, id est rei suæ administrationem, quod probat l. seq. & l. 1. ibidem.

Res pro contractu.

¶ Decimotertiò pro contractu, l. in omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrere oportere effectus ab vtraque parte contrahentium. vbi gloss. ff. de actio. & obligat. videte & iudicate, an possit exponi pro actu.

Res pro negotio.

¶ Decimoquartò res, id est negotium, l. 1. in fine, iuncto princip. ff. de procurat. ibi, vsus autem procuratoris perquam necessarius est, vt qui rebus suis superesse non possunt, vel nolunt. & in princip. procurator is dicitur, qui aliena negotia mandato domini administrat. sic intelligi debet in rubr. rem alienam gerentibus. C. & in l. 1. in fin. ibi, quoties res vrget. ff. de feriis.

Res pro quæstione.

¶ Decimoquintò pro quæstione, vt si res moueatur apud compromissum, l. idem Pomponius scribit. ff. de arbit. l. Mela. §. fin. de aliment. & cibar. legat. ibi, res agi proponebatur. l. ex his. quæ in fraudem creditor.

Res pro consuetudine.

¶ Decimosextò rem cum aliquo habere, est cum illo habere consuetudinẽ, negotium, vel amicitiam, & amorem: vt si cum muliere quis dicatur habere rem, est eam cognoscere, actum venereum exercendo. l. vnica. C. de mulierib. quæ seruis propriis se iunxerunt. & sic capitur frequentius in iure canonico, cap. 1. de sponsa duor. & alibi passim. vnde Ausonius poëta sic ait: *Imperium, litem, venerem cur vna notat res?*

Res pro iure rei.

¶ Decimoseptimò res, id est ius rei, vel suum, l. vnic. C. pœn. fiscal. creditor. præferri. lib. 10. ibi, rem suam persequentibus pœnæ exactio postponitur. licet quidam iudices in perniciem animarum suarum plus principem, quam seipsos amantes, præferant interdũ mulctas creditoribus: quod non est æquum per illum text. & secundum fuit sæpius in hoc senatu iudicatum, vt alibi dixi.

Res pro facto.

¶ Decimooctauò si post facti alicuius narrationem, ea res dicatur, referatur ad factum narratũ: vt si pupillus tutore authore cœperit possidere: eam enim rem facti magis, quam iuris esse ait Iurisconsul. in l. 1. in §. adipiscimur. in fin. ff. de acquiren. possession. vbi ea res, id est incipere possidere, est facti, & non iuris. l. 1. quod cuiusque vniuers. no. l. denique. ff. ex quib. caus. maior. licet gloss. & docto. exponant pro acquisitione possessionis. & idem in l. 2. ff. ne quid in loco publico. ibi, Prætor ait, Nequid in loco publico facias, inve eum locum immittas, qua ex re, &c. id est ex quo facto. l. Lucius. ibi, cui rei, id est constitutioni Lucius non consensit. ff. ad munici. l. filius. de legatio. l. 2. de pollicit. l. quamuis. ibi, si quis ex ea re damnum ceperit. ff. ad leg. Aquil. l. si vnius. §. 1. de iniur.

Res pro fraude.

¶ Decimononò pro fraude exponit gloss. in l. ait prætor. in princip. ff. quæ in fraudem credito. ibi, quæ Lucius Titius fraudandi causa sciente te in bonis, quibus de ea re agitur, fecit, &c. ibi in no. editio. nõ est res, sed in bonis quibus de agitur, id est de quibus bonis.

Res pro dãno.

¶ Vigesimò pro damno gloss. interpretatur in l. seruus. ff. de seruis exportan. ibi, quicquid enim excedit, pœna non rei persecutio est. Sed forte in ea lege potest proprie accipi: nam actiones quædam sunt rei persecutoriæ, quædam pœnæ. §. sequens. de actio. in Instit. & ibi erat rei persecutoria.

Res pro maleficio.

¶ Vigesimoprimò pro maleficio. l. ex maleficiis. ibi, hæc tantum ex re consistunt, id est ex ipso maleficio. ff. de actio. & oblig. l. seruum. vbi gloss. de pignor. Sed ibi ea verba, indignam rem animaduersione, exponi possunt pro facto, quia potest aliquod factum esse indignum animaduersione, & tamen non erit delictum, & factum generalius est, quam delictum.

Res pro rei interuentu.

¶ Vigesimosecundò pro rei interuentu capitur, vt re contrahitur obligatio, id est rei traditione, intercessione ve, seu receptione. sic accipitur in l. 1. §. re contrahitur obligatio, veluti mutui datione. de actio. & obligat. & l. obligamur. §. re obligamur, quando res ipsa intercedit. ff. de actio. & obliga. & in rub. de obliga. §. fin. & rub. quib. modis re contrahit. obligatio, in Institut.

Res pro impẽsa.

¶ Vigesimotertiò pro impẽsa, & sumptu, l. cũ vir in area sibi donata ædificasset aliquid, plerisque placet doli mali exceptione oppositam rem seruari posse. de doli except. ff. iũcta l.

sed si vir.§.si vir.de donat.inter virum & vxor.

Res pro effectu.
Res pro corporalibus.

¶ Vltimò res,id est effectus & sensus,l.2.in fin.C.communia de lega.cap.commissa. de electio.lib.6,ibi,lex est imposita rebus,non verbis.

¶ Interdum refertur ad res corporales,vt fere in rubr.de rer.diuisio.ff.& in rub. de vsufructu earum rerum,quæ vsu consumuntur.& Institut.quibus modis re contrahitur obligatio.& in rub.C.vt nemini liceat sine iudic.author. signa rebus imponere alienis.& in l. 1.& per totum.ff. de rei vindica.& in rubr.rerum amot.& de publ.in rem actio.& de acqui. rerum domi.& C.si alie.res pignor.data sit.& in rubr.C.si commun.res pignor.data sit.& rubr.quæ res exportari non debent, & rub.quæ res vendi non possunt.& de reb.alie.non alienan.& rub.de rer.commu.alie.& rub.rem alien.gerent.atq; de rer.permut.de rei vxor, actio.& rub.si quis ignorans rem minoris esse,sine decreto compar. & in rubr. vbi in rem actio exerceri deb.& aliis pluribus locis, quos enumerare laborioſum esset atq; inutile.

Generaliter verbum rei accipitur,& quo modo cognoscatur.

¶ Aliquando etiam verbum rei generaliter accipi potest,& pro rebus mobilibus, & immobilibus, corporalibus vel incorporalibus : & hoc iudicate ex materia, an simul vel diuisim sic accipiatur:vt in rubr.de rebus credi.l.1.ff.& in rubric.de quib.reb.ad eundem iudicem eatur.rubr.de impens.in rebus dotalibus factis. & de reb. eorum qui sub tutel. vel cura sunt,& de rebus dubiis, & quarum rerum actio non detur, & in rubric. rem pupilli saluam fore,& rem ratam haberi,& de administratione rerum ad ciuitatem pertinentium, & res inter alios acta aliis non præiudicat. C.& de administ. rer.publ. lib.11. & de prædiis & omnibus rebus nauicularioꝝ,ibidem.& de venditio.rerum fisc.lib.10.Ecce rubricas in rebus conceptas:& alibi sæpius generaliter,& interdum pro subiecta materia specialiter capitur.Inspicite igitur materiã,si recte iudicare volueritis,vt si corporalibus & incorporalibus adaptari possit,in his intelligatur,alioqui secundum materiam: vnde Iurisconsul.

Res pro fundo natura & vtilitate.

ait,quod ad fundum, fructúsque eius attinet, vnam quandam rem fuisse, id est fundum: cuius generis omnis alienationum fructus sequi.l.fi.§.fructus.ff.quę in fraud.credi.& tex. in l.de interdicto.de aqua quotidiana & æstiua,dicit sic, Placebat igitur aquã ob has duas res,id est ob naturam suam,vtilitatémque locorum, &c. Aliis forte modis capitur, quos poterit studioſus hic addere:ne plura.

Res pro beneficio.

¶ Imo puto etiã rei appellatione comprehendi beneficium.probatur in rub.de rer.permutatio.in decreta.vbi licet non scribatur,nisi de rerum permutatione, tamen in illo titulo tractatur de permutatio.beneficio.idem in 6.& clement.illo titulo.

¶ Interdum Iurisc̃sulti loquuntur de rebus diuinis, vt de locis sacris & religioſis,aut de rebus humanis,i.quæ sunt hominum,vt lege prima, ff.de interdict. Et res frequentius iungitur adiectiuo,vt sic demonstretur, de qua re intelligatur:vt in sequẽtibus apparebit.

Res sanctissima ciuilis sapientia.

¶ Res sanctissima,l.1.§.est quidem.ff.de var.& extraord.cognitio.ibi,est quidem res sanctissima ciuilis sapientia,quæ pretio nummario non sit æstimanda,nec dehonestanda.

Res dominica, & quod princeps vocatur dominus.

¶ Res dominica dicitur principis.sic capitur in rubr.C.ne rei dominicæ vel templo. & in rubr. C.de collatio.bonor.fiscal.& de fundis rei priuatæ,cum tribus seq.titul. & de grege dominico lib.11.C.& alibi sæpius in iure,quia princeps dicitur dominus per antonomasiam,vt §.sed ius quidem.de iure natur.gent.in Instit.& mundi dominus imperator dicitur in l.deprecatio.ad legẽ Rhod.de iact.ff.Quamuis olim exactis regibus apud Romanos alienum esset vocari dominũ, postea tamen lege regia lata imperatores cœpere regiũ nomẽ, & dominicum sibi vindicare,vt d.l.deprecatio.& in iudiciis dominus vocabatur, vt l.proxime.ff.de his quæ in testam.delent.Scripsi etiam in proœmio concordato.in verbo,dominus.qualis debeat esse dominus,& quis dominus vocari possit.ibi videte.

Res militaris.

¶ Res militaris, disciplina vocari potest,quæ ad milites pertinet,vt in rubr.ff.& C. de re militari.& in rub.de comitibus rei militar.lib.12.

Res in nullius bonis.

¶ Res in nullius bonis multis dicitur modis,in §.nullius. & in §. feræ, vbi gloss.de rer. diuisio.in Instit.

Publica et priuata res.

¶ Res publica,& priuata,vel fiscalis pro statu,vt supra dixi,& quę pertinet ad priuatos, vel ciuitatem,vel fiscum,vt in rub.de vendi.rer.fisca.lib.10.C.& dicam in l.bona,infra eo.

Res vxoris.

¶ Res vxoris pro dote exponit Iurisc̃on.in l.quod dicitur.in fin.ff.de impens. in rebus dotal.fact.licet sint plures vxoris res,quæ non sunt dos.

Res litigiosa.

¶ Res litigioſa,de cuius dominio causa mouetur,authen. litigioſa. C. de litigios. & in rubr.ff.illo tit.ac in l.1.de iure fisci.libr.10.Dicimus etiam hodie rem litigiosam, si lis mota sit super ea in possessione,vt scripsi in tract.de pacifi.possesso.num.166.

Res familiaris.

¶ Res familiaris dicitur res domestica,vel priuata, & ad familiam pertinens,l. iurisgentium.§.si paciscar.ff.de pact.l.2.§.hominum.& §.seq.de interdict.l. interdictum,de public. iudic.l.si longius.in princip.ff.de iudic.

In rem præsentem venire,aliud esse quam Budæus putet.

¶ In rem præsentem venire,est proficisci ad rei præsentiã,practici dicunt,*veutam facere*, secundum Budæ.cum res oculis subiicitur,l.si irruptione.§.fin.ff.finium regundo.quod non probo,vt infra dicam in l.verbum faciendi,vbi dico demonstrationem facere,pro eo quod

quod Budæ.interpretatur,in rem præsentem venire. Nam in rem præsentem venire quis potest,& tamẽ non fiet ei rei ostẽsio. quare etsi forsan apud Oratores ita vsurpetur, quos ipse citat,tamen aliter in iure dicimus,& Iurisconsul.ea significatione non in rem dicunt solum præsentẽ venire,sed rem oculis subiicere,d.l.si irruptione.§.1. & demonstrationem confinium facere,vel confines demonstrare,l.penult.ff.finiũ reg.l.de pupillo. §. qui nuntiat.de no.oper.nuntiat.sed nos infra eo.in l.verbum faciendi.latius tractabimus,vbi interpretor in rem presentem venire,pro eo quod Gallicè dicimus,*se transporter sur le lieu*,& demonstrationem facere,*faire veue*.hoc satis practici norunt,quicquid dicat Budæus.

In re præsenti consentire.

¶ In re præsenti consentire,est in præsentia rei consensum præstare, l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir.possessio.vbi dicit in præsentia,postea in re præsenti.

Res sua.

¶ Legatus antequam officio legationis functus sit,in rem suam nihil agere potest, l. legatus.2.ff.de legatio. id est negotium suum curare non potest durante legationis officio. exponit l.si absenti.§.1.ibidem.

Res peculiaris.

¶ Res peculiaris dicitur,quæ peculij est, l.sequitur.§. Labeo. ff.de vsucapio.l.denique. §.idem ait quod vi aut clam.l.qui à seruo.de actio.& obligat.& quid sit peculium, ostendit l.peculium.ff.de pecul.dicam in l.patersam.infra.

Res pupillaris.

¶ Res pupillaris,ad pupillum spectans,& quæ pupilli est, l.tutor vrgentibus creditoribus rem pupillarem bona fide vendidit.ff.de minor. & l.si res pupillaris vel adolescentis distracta fuerit.ibidem.& quę dicatur substitutio pupillaris, dico in l.pupillus.in princip. infra eo.& res animales dicit Vlpia.pro seruis,& animalibus in l.prætor.§.hoc edictum.ff. de damno infecto.

Res animalis.

Res hereditaria.

¶ Res hereditaria, ad hereditatem pertinens, seu quæ est hereditatis,l.cum solus .ff. de vsucapio.l.res hereditarias.& l.fina.de crimi.expilat.heredita. Inde hereditarius seruus, id est seruus hereditatis,l.iusto.§.nondum. illo titul.l.2.de quæstionib. ibi, serui hereditarij quandiu incertũ est,ad quem bona hereditaria pertineant,non possunt videri in caput domini torqueri. Hereditarium sepulchrum,l.3.§.si quis in.ff.de sepul.violat.ibi, si quis in hereditarium sepulchrum inferat, quamuis heres, tamen potest sepulchri violati teneri, &c.

Hereditarium sepulchrum.

Hereditarius creditor.

¶ Hereditarius creditor,cui hereditas debet,l.quæsitum.ibi,nec tamen si egerit,hereditarios creditores timebit.ibidem. Onera hereditaria,debita hereditaria, seu æs alienum, & alia incommoda,l.3.ff.de transact.ibi,aut cauit sibi pro oneribus hereditariis.l. pro herede.§.si quid.de acquirenda heredit. Sæpius hereditas est venenum eam acquirentibus, propter onera latentia.& onera actionum dicit Iurisconsul.in l.3.ff.de iureiurand.

Onera hereditaria.

Res furtiua.

¶ Res furtiua,res vitio furti affecta,& subtracta,l.si quid est.ff.pro soluto, l.1. & fere per totum.de condictio.furt.ff.& C.& condictio furtiua est, quæ datur ad repetendum rem furto amotam.ibidem.

Res iudicata.

¶ Res iudicata, quæ finem controuersiarum pronuntiatione iudicis accepit, l. 1. ff. de re iudica.dixi in l.transacta.cum l.seq.infra eo.& in tracta.de senten.excutor.in præfat. in primo tomo comment.ad constit.Reg. Rei capitalis condemnatum accipere debemus,qui morte,exilióve coercitus est,l.sed & si quis.ff.si quis cautio.

Res capitalis.

Res pecuniaria.

¶ Res pecuniaria,in l.pecuniæ.supra eo.exposui.facit l.defuncto.ff.de publ.iudic.l.1.an per alium causæ appel.reddi possunt.l.2.in fin.ad municipal.l.penult.de var. & extraordi. cognitio.l.solemus.in fin.ff.de iudic.& sicut pecunia accipitur non solum pro nummis, sed & pro aliis rebus:sic res pecuniaria dicitur,vbi tractatur de rebus,non verò de criminibus. Res nummaria,l.2.§.diui.ff.de iure fisci.ibi,vel de aliqua simili re nummaria quæratur.Scripsi in proœmio concordato.in glo.pretio nummario.& in d.l.pecuniæ.eo. supra, vbi scripsi accipi,quando agitur de nummis tantum,de pecuniaria.

Res nummaria.

Res venereæ.

¶ Labeo scribit adulterum in rebus venereis deprehensum occidi posse,l.quod ait lex. §.1.de adult.ff.& hoc satis per se pluribus plusquam par est, notum est.

In rem iurare, & in personã.

¶ Et iurare in rem est generaliter super re iurare,vt non esse debitum,l.1.§.si fideiussor. ff.quar.rer.act.non det.ibi,si fideiussor iurauerit,si quidẽ de persona sua tantum iurauerit, se non esse obligatum,nihil reo proderit : si vero in rem iurauerit, dabitur exceptio reo quoque.& sic iuratur in personam, quando dico me non habuisse rem à tali persona : in rem verò,quando generaliter iuro me non habuisse rem, l. iurisgentium.§. pactorum. ff. de pact.vbi alia scripsi.

Furiosus sine curatore & pupillus obligantur.

¶ Furiosus & pupillus,vbi ex re actio venit, obligantur, etiam sine curatore : veluti si communem fundum habeo cum his,& aliquid in eum impendero, obligabuntur, l. furiosus,ff.de actio.& obliga. Obligatio vel actio dicitur venire ex re,quando ratione rei venit,vtpote quia res est melior facta,vel conseruata,quæ periisset: quamuis gloss.aliter sentiat.Et est casus ibi singu.in quo furiosus, & pupillus obligantur sine tutore, vel curatore:videte text.& ibi doctores in l.in negotiis. ff. de regulis iur.l.si à furioso.ff.de actionib. & obligatio.

¶ Re

Domicilium re & facto quomodo transferatur.

¶ Re & facto transfertur domicilium, l. domiciliũ. ff. ad munici. Re, per mutationem rerum & fortunarum. l. in lege censoria. infr. eo. Facto, quando quis propria sponte alio iuit habitatum, animo ibi constituendi domicilium, l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fisc. l. 1. §. penult. de vaca. mun.

Re quomodo contrahitur obligatio.

¶ Re contrahitur obligatio, in Institu. quib. mod. re contra. oblig. & l. 1. ff. de obligat. vt mutui datione, commodato, deposito, & pignoris acceptione. Re vestiri dicitur pactum, & rei interuentu. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. in glos.

Re augetur peculium.

¶ Re augetur peculium, non verbis, l. peculium. ff. de pecu. Re citatio fieri potest, & verbis. gloss. in l. sed & si is. ff. de in ius vocan. Re ipsa præstare. l. in minorum. C. in quibus causis in integ. restit. non est necessa.

Res castrensis. Vehicularis.

¶ Res castrensis, ad castra pertinens, vel in castris quæsita, l. 3. ff. de castren. pec. dixi abunde in l. paterfamilias. infra eod. de peculio castrensi & aliis. Res vehicularis, l. 1. ff. de mun. & honor. & ibi gloss. dicit munus rei vehicularis esse præbere vehiculum ad onus portandum, vel si alicui commissum sit, vt pecunia vel aliæ fisci res in certum vehantur locum. Res venalis, id est vendibilis, exposita venditioni, l. fina. §. item episcopi, qui præsunt pani & cæteris venalibus rebus. ff. de munerib. & honorib. vide text. singula. in l. 1. C. de rerum permutat. Res rustica, l. 1. ff. de feriis, declaro in l. vrbana prædia. infra eo.

Venalis.

Rustica.

Res integra. Res tẽpore peritura iura.

¶ Res integra elucidatur in l. sylua. §. integra. infra eod. Res tempore peritura exponitur à Iurisconsulto in l. 1. in fin. de fer. ibi, sed excipiuntur certę causæ, ex quibus cogi poterimus ad prætorem venire, etiam per id tempus, cum messes vindemiæq; sunt, scilicet si res tempore peritura sit, hoc est si dilatio actionem sit peremptura, &c.

Desiit in rebus humanis esse.

¶ Desiit in rebus humanis esse, id est obiit, periit, interiit, l. in re furtiua. ff. de condictio. furt. l. fina. ibi, & per me steterit dum in rebus humanis fuerat. ibidẽ. id est dum supererat, dum viuebat. facit l. 3. de tritico. Multæ sunt aliæ phrases super hac dictione, quas, ne multitudine vos confundam, nunc omitto.

¶ *Latior*, ait tex. Rei latio est, quam pecuniæ appellatio, id est, amplior est significatio huius verbi res, quam pecuniæ, vt in sequentibus apparebit. de hoc verbo latior, scripsi in l. 2. supra eod. sed diceret quis, in quo est latior rei significatio, quam pecuniæ? Respondeo in sequentibus.

Nomen rei in quibus sit latius quam pecuniæ.

¶ Primò est res latior, quia continet ea quæ non sunt in patrimonio, vt est res sacra: sed pecunia non, & in hoc text. patet, vt superius dictum fuit.

Rei nomine spes cõtinetur.

¶ Secundò latior est, quia spes etiam venit rei appellatione, sed non pecuniæ nomine: vnde res, quæ esse speratur, legari potest. l. 1. ff. de conditio. & demonstra. Areti. in l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posthum. col. 4. per l. interdum. ff. de verbor. obliga. & sub nomine rerum idem contineri solet, quod bonorum. Bart. in l. fina. de vsufruct. lega. ff. Venit etiam hereditas rei nomine. l. licet. C. de pact. Ias. in l. apud. §. fina. de legat. 1. ff. & manumissio, si glo. credatur in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. Et plura significata habet res, quam pecunia, vt superius docui.

¶ Tertiò res potest dici tam mea, quam aliena, tam priuata, quam publica, aut fisci, tam profana, vel secularis, quam ecclesiastica, & generaliter res vocatur: sed in pecunia diuersum est: vnde si donem res meas, vel legem bona mea, non comprehenduntur aliena. Sed in hoc includuntur etiam nomina debitorum meorum, & sic iura & actiones, quia verbum rei generale est. tex. in l. nam quod. §. fina. cum l. seq. & ibi Alex. & alij. ff. ad Trebell. l. cum pupillus. rem ratam haberi. Bart. in l. Quintus. 2. §. argento. ff. de auro & argen. legat. & hic, & in l. licet. C. de pact. Panor. in cap. fin. col. 4. de præscript. & cap. relatum. 2. de testa. & in cap. 1. per illum text. de regul. iur. Felin. in ca. peruenit. 2. de testib. cogen. & plene Pyrrhus in l. qui actionem. ff. de regul. iur. vbi dicit bonam fidem requiri in præscriptione actionum, sicut in præscriptione rerum, cap. fina. de præscriptio. quia etiam actiones meæ videntur: quamuis contrarium docuerit Bartol. sibi contrarius in l. 1. ff. de stat. hom. quem Bald. in l. final. in fin. C. de edicto diui Adria. tollen. & Panormi. in cap. 2. de religios. dom. Angel. Aret. in §. fina. in fin. Instit. de iustitia & iure. Ias. in l. Gallus. §. videndum. in fine, de liber. & posthum. secuti sunt. eo potissimum, quia meum & suum denotant dominium, & actionis non sum dominus: ergo actiones non sunt meæ. Sic etiam firmat Guido Papa in decisio. Delphi. q. 584. fuit dubitatum. & Barbat. consil. 36. illud. col. 1. & seq. in 1. volum. Teneto tamen primam opinionem, quia actiones meę vocari possunt, & suas actiones ait Iurisconsult. in l. venditor. in fine, ff. de hereditа. vel actio. vendita, & in l. quæritur. §. si venditor. de ædil. edicto. & dicitur quis dominus actionis. §. illud. in authen. de æqualit. dotis, collatio. 7. quam allegat Claudius Aquensis in l. fiquis vi. §. differentia. ff. de acqui. possess. Et sunt in bonis nostris, text. in l. si legatus. §. 1. ad Trebell. ff. & l. bonorum. infra eod. Scribit Gomes. in §. omnium. num. 21. Instit. de actio. post Alex. consi. 185. viso titulo. col. antepenult. in secundo volum. & consil. 63. stantibus. col. 3. vol. 4.

Rei appellatione debita comprehenduntur.

An actiones meæ dici possint.

¶ Etiam illud dicitur meum, cuius vindicandi ius habeo, sicut actiones, l. solum. ff. de rei

rei vindicatio. dicetur in l. meorum. infra eo. Et ista expressio, bona mea, non debet plus operari, quam id quod intelligebatur tacite: nam subintelligebatur mea, etiam si non exprimeretur: quia igitur nemo sanæ mentis aliena donat, expressio huius dictionis mea nihil operabitur. l. 3. ff. de lega. 1. Feli. hæc approbat in cap. omnes leges. 7. col. 1. distinct. siue dixerit res meas, siue ad me pertinentes, siue quas habeo: quamuis quidam contrarium teneant, & in hoc differentias præstare soleant. Est tamen latior significatio rei indefinitè prolatæ, quam si diceret res meas, quia tunc adiectiuum declarat, & limitat nomen res, vt dictum in princip. extitit, quod intelligi de mea debeat non de aliena.

Actiones loco non circunscribũtur, ideo nõ continentur.

¶ Item si quis donaret res talis loci, Montispessulani forte, vel alterius, tunc actiones, quæ non circunscribuntur loco, non continebuntur, l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic. l. Caius. de legat. 2. l. fina. C. de præscriptio. triginta annorum. Iason in l. à diuo Pio. §. in venditione notab. 4. ff. de re iudica. & idem Ias. in l. stipulatio hoc modo concepta. in fin. vers. item quæro de ardua quæstione. ff. de verb. obligatio. sic consuluit Barbat. consil. 36. illud. col. 2. in 1. volum. & Socin. consi. 101. viso testamento. col. 1. volumi. 1. Alias super hoc consului apud Bituriges, & fuit iudicatum secundum meam opinionem, reiecta Alciati sententia, qui contrarium consuluerat.

Rei appellatione facta continentur.

¶ Quartò latior est, quia rei nomine etiam facta continentur. glo. in verbo, rei. §. 1. Insti. de obligatio. Ideo si statuto caueatur, vt de omni re petita soluatur solidus pro libra, debet solui pro facto æstimabili, vt facere domum: secus pro inæstimabili, vt facere consentire vxorem: quia statutum debet intelligi de casu possibili. l. non solum. ff. de actio. & obliga. l. si ideo. C. de his quib. vt indig. Bald. & Porcus in quib. vt. §. 1. Et prohibitus alienare res ecclesiæ, non potest alienare factum ecclesiæ debitum, vt facere domum. cap. sine exceptione. vbi dixi, in verb. de rebus. 12. q. 2. in compend. aliena. rer. eccles.

Thesaurus rei appellatione venit, & compaternitas. Homines veniũt sub rei appellatione. Exempta re, vel confiscata, & homines cõtinentur.

¶ Thesaurus rei appellatione intelligitur, l. peregre. & ibi gloss. ff. de acquirend. possess. Imo etiam rei appellatione venit compaternitas, cap. 2. vbi gloss. & docto. de cognatio. spiritual. in 6. ibi, talis res vix contrahendo matrimonio impedimentum affert. quæ compaternitas nomine pecuniæ non includeretur.

¶ Quintò si res omnes alicuius confiscantur, serui & vassalli continentur, l. omnia. §. cum ita. ff. de lega. 2. facit l. cum ancillis. C. de incest. nupt. Bald. in tracta. statuto. in verbo, res. Vnde si concedatur alicui exemptio pro se, & rebus suis, serui etiam erunt exempti, l. senatorum. C. de dignitat. & ibi Bart. lib. 12. facit l. Paulus. §. 1. & fina. ff. de pigno. Barba. consilio 22. sapienter. col. 4. in 2. volum. Addite text. & ibi docto. in cap. peruenit. 2. de testib. cogend. cap. per exceptionem. de priuileg. in 6. Imo rei appellatione veniunt homines liberi, & sic omnis persona, secus pecuniæ nomine, l. fina. in fin. ff. de custod. reor. cap. 2. & ibi Barba. & Decius de constitu. ibi, rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Barbat. d. consil. 26. col. 4. in 2. volum. cap. 2. & ibi Ioan. Andr. de reb. eccles. non alien. l. quibus. infra eod. docto. in l. 1. in notab. vltim. ff. si certum petat. & Institu. de inuti. stipu. in princip. & §. præiudiciales. de actio. in Instit. l. 2. §. 1. ff. de constit. pecu. rub. de rei vindic. iuncta l. 1. §. per hanc. Ideo si fiat statutum, quod de omnibus rebus per talẽ pontem transeuntibus soluatur gabella, debet solui pro hominibus. Alber. in tracta. statutor. q. 156. Rex Franciæ. in 1. parte. Considerandus est tamen fauor, vel odium, verba & subiecta materia, Barba. in cap. possessiones. de reb. eccles. non alie. quem sequitur de Ripa in l. serui electione. 2. nota. de lega. 1.

Gabella de omnibus soluenda rebus, & de hominibus soluti debet.

Limitationes restringẽtes rei appellationẽ.

¶ Primò limitate, nisi verbum rei esset prolatum à teste, qui si dicat vidisse Titium possedisse rem, tũc si non referatur ad certam rem, non valebit dictum illius, ne dictum testis sit ambiguum, & generale. docet Aret. in l. serui electione. §. 1. in fi. de lega. 1. ff. quia in dictis testium indefinita non æquipollet vniuersali. Imol. & Felin. in ca. auditis. de præscriptio. Aret. consil. 102. in causa. col. 3. Posset tamen testis deponere se audiuisse Titium dantem res suas; quia tunc valeret testimonium, vt scripsi in tracta. meo de reprobatio. & saluatio. testium, & probaret, teste de Ripa in d. l. serui electione. §. 1.

¶ Secundò perdit officium, quando res, bona & iura essent expressa, vt in clemen. quia contingit. de religiosis domib. nempe expressum excludit tacitum, l. cum filio. §. filio. ff. de vulgar.

Res immobiles interdũ rei nomine veniunt.

¶ Tertiò diuersum seruaretur, si materia ex se non posset tot res comprehendere, obstante diuersitatis ratione in aliquibus rebus, tunc ex ratione ius metiemur, l. cum ratio. ff. de bon. damnator. cap. ratio. de præben. & maxime quando communis vsus loquendi hoc restringeret, quem sequi necesse est. l. Labeo. ff. de supel. leg. vnde interdictum vti possidetis possessorem rei tuetur, scilicet immobilis, l. 1. §. 1. & vltim. ff. vti possid. Guido Papa in statu. si quis, in verb. rei alicuius.

¶ Quartò in iudiciis: vnde si quis petit rem, non auditur, nisi eam certo exprimat, ac declaret, l. si in rem. ff. de rei vindica. Et vbicunque incertum est, de qua re intelligatur, oportet quod exprimatur, vt ibidẽ est videre, & in §. curare. de acti. in Instit. vbi not. & in l. 1. & l.

Rei vindicatio quando pro legato nõ detur.

& l.certum.ff.si certum peta.vnde licet pro legato in specie facto tres dentur actiones,l.1. C.communia de legat.tamen pro legato in genere non competit rei vindicatio.l. legato. ff.de lega.1.& huius sunt sententiæ Din.Alber.& Cepol.hic.

Dictio quia, quid significet.

¶ *Quia.* Hic Iurisconsult.causam dicti reddit,quare appellatio rei latior sit,quam pecuniæ:quia(inquit)etiam continẽtur ea,quæ extra computationem patrimonij nostri sunt. idem in l.3.supra eod.& in l.Labeo.1.§.1.& l.sciendum.l. frugem.in fine.l.anniculus.2.& l. qui venenum.& seq.infra eod.

¶ Aliquando quia ponit,seu excipit,vt Bald.scribit in sua practica, rub. de significatio. dictio.allegat text.in authen.de executo.in princip.collat.9. & tunc Gallice pro *que* dicimus. Interdum pro quod.in l.quæreret.infra eo.ibi,an quia empta est,prodesse debeat, &c.vel ponitur conditionaliter,vt Bartol.scribit in l.demonstratio.§.1.ff. de condit.& demonstratio.vbi si causam denotet, falsa causa non vitiat legatum : vt si ita legauero, quia negotia mea tractasti,lego cẽtum,licet ea non tractaueris,legatum obtinebis:secus si conditionaliter ponatur:nam si non tractaueris negotia, non obtinebis, vt ibidem patet per Socin.Alia nunc non prosequar de hac dictione.

¶ *Extra.* Hæc dictio excludit,volens dicere quod rei appellatio continet etiam ea,quæ non sunt in patrimonio:& est oppositа dictioni in,vel intra:& sic dicitur in patrimonio, vel extra.§.1.de rerum diuisio.in Institu.& significat Gallice, *hors*,vel *dehors*.

Dictionis extra multiphrases.

¶ Et notandum est hanc dictionem interdũ respicere locum,vt extra cõtinentia vrbis, non intra, in l.collegarũ. & l.absentem.infr.eo. Extra vrbem,l.propemodũ.infr.eo.& l. vrbana prædia.§.pernoctare.infra eod.& l.1.de offic.præfect.vrbis,l.vt Alfenus. infra eod. Extra oppida,l.1.§.siue autem intra oppida,siue extra oppida. ff.de oper.no.nuntia. Extra prouinciam,l.2.§.si extra prouinciam.ff.de iudic. Extra patriam, l.qui mittuntur.§. sed & si extra patriam suam reipublicæ causa profectus sit.ff.ex quib.caus.maior. Extra territorium ius dicenti non paretur impune.l.final.ff.de iurisdict.omnium iudicum.cap. fina.de constit.in *6*. Extra nauim, l.debet.§.1.ibi, cæterum si extra nauim, licet à nautis, non præstabit.ff.nautæ,caupo.stabul. Extra flumen,l.4.ff.ad legem Rhod. de iactu, ibi,

Extrà arenã.

aut extra flumen periclitetur.l.1.§.in publico.ff.de flumi. Extra arenam,id est extra amphitheatrum,in quo erat arena,vt sanguinem ebiberet ibi morientium,ne pugnantes occisorum cruore fœdarentur,& spectantibus horrori essent : quo in loco cum bestiis viri

In arenã damnare.

pugnabant,& sic homines solebant damnari,l.in arenam.C.de inoffi.testa.& in arena pugnantes infames erant, sed extra arenã non:& ita intelligitur l.1.§.sed si quis operas suas locauit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram , quæ regioni nocet, extra arenam, non est notatus.ff.de postulando. Inde Arenarius, qui in illo loco operas suas locabat , vt ibi

Arenarius.

cum bestiis pugnaret.l.hæ demum.ff.de oper.liberto.

Extra aliquando respicit tempus,res & numerum.

¶ Aliquando respicit tempus, vt in l.miles. §. quidam. ibi, extra computationem vtilium dierum.ff.de adulte.id est non computantur vtiles dies. Quandoq; ad numerum respicit,l.vinaria vasa.ibi,extra numerum vasorum sunt.infra eod. Iungitur etiam materiæ & aliis rebus,vt inferius patebit:vt extra id quod agitur,l.is qui.in fin.commod.ff.ibi, plerunque enim accidit,vt extra id quod agitur,tacita obligatio nascatur, veluti cum per errorem indebitum soluendi causa datur.

Extra naturã.

¶ Extra naturam contractus conuenire,l.iurisgentium.§.vtputa.ff.de pact.ibi,& si post emptionem ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat, id est de his quæ non sunt de natura contractus,vt euictio,quæ est de natura contractus, & alia expressa in l.pacta.ff.de contrahen.empt.& l.ex empto.de actio.empti.

Extra rationem.

¶ Extra rationem esse,hoc est non esse de rationibus,l.si quis.§.rationem. ff.de edẽdo. vbi Iurisconsul.definit rationem, vltro citróque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui gratia negotiationem.Interdum si dicamus hanc sententiam extra rationem

Extra negotium.

esse,intelligitur sine ratione esse,quod nullam habeat causam vel rationem. Extra negotium,l.3.§.cæterum si extra negotium suum receperint,non tenebuntur. ff. nautæ, caupo. id est si extra officium,in quo sunt præpositi,receperint,&c. Extra æquitatẽ,id est absq;

Extra æquitatem.

æquitate.l.si duo.§.penult.de iureiuran.ff.ibi, quam non esse extra æquitatem positã non negauerim. Extra compromissum,l.non distinguemus.§.penult.ff.de arbitr.ibi, arbiter

Extra compromissum.

extra compromissum nihil facere potest,id est de re,quæ non est in compromisso comprehensa,cognoscere non potest,vt in §.de officio.ibidem exponitur. Extra necessitatem

Extra necessitatem iurisdictionis.

iurisdictionis posita,id est seorsum à iurisdictione, vt iurisdictionem quis non habeat ad cogendum arbitrum compromissum recipere, quoniam hæc res libera & absoluta est , &

Extra pœnã.

extra necessitatem iurisdictionis posita,l.3.§.1.ff.de arbitr. Extra pœnam,id est,sine pœna.l.si pater.ibi,quia patri non acquiritur,extra pœnam est.ff.de falsi.l. impuberem. in fine, ibi,videamus ne extra pœnam sit. ibidem. Extra sententiam senatusconsulti est, id est

Extra sententiam.

sententia senatusconsulti illum non adstringit,id est non tenetur ex sententia senatusconsulti,l.impuberem.§.1.ibi,dicendum est extra sententiã senatusconsulti cum esse.ff.de falsi.

Extra

Extra formã mandati Imperiale benefic. Extra matrũ.

Extra formam mandati, l. Quintus.in fine.ff.mandat. Extra Imperiale beneficium,l.1. C.de statuis,hoc notum est.

¶ Quandoque iungitur personæ, & accipitur pro præter, vt in l. constante matrimonio,ab eo,qui extra maritum ad accusationem admittitur, accusari adulterij mulier non potest.ff.de adulte.interdum materiam respicit,vt extra testamentum, idem,l.Paulus.ff.de falsi.ibi, legis Corneliæ pœna eos teneri, qui etiam extra testamenta cætera falsa signassent. Extra cibaria,id est præter,vel sine,l.si res mobilis.ibi,sed sumptibus petitoris , qui

Extra testãmẽtum.

Extra cibaria.

extra cibaria in itinere,vel nauigatione faciendi sunt.de rei vindica.ff. Extra consuetudinem patrisfamilias,idem,l.ei qui.in fine.ff.de petitio.hered.ibi, veluti quod vineæ & pomœria horti extra consuetudinem patrisfam.defuncti culta sunt.l.ex conducto.§.1.locati.

Extra consuetudinem.

Extra rem,id est non computata re,vel præter,l.non tantum. §. in hac actione non extra rem duplum est.ff.de seruo corrupto.& l.2.in fin.ff.si certum petat.ibi, nam creditũ consistit etiam extra eas res,quæ pondere,mensurá ve continentur. Extra redhibitionem est, qui inæqualitatem maxillarum,oculorum,brachiorum habet, si nihil ex ministerio præstando subtrahitur. l.qui clauum.in princip. ff.de ædilitio edicto,id est non potest redhiberi,non habet locum redhibitio.

Extra rem.

Extra redhibitionem.

¶ Extraordinarium,quod præter ordinem fit,vt scribit Budæ.& in l.pupillus.infra eo. in §.munus publicum,videre poteritis,in quo loco abunde tractabo.

Extraordinarium.

¶ Extraneus quasi extra natus,& pro extero vulgo *estranger* dicitur, vel qui extra prouinciam suam degit.l.3.ff.de offi.præsid.ibi, habet interdum præses imperium & aduersus extraneos homines,si quod malum commiserint.

Extraneus multis modis dicitur.

¶ Et idem significat exterus quod extraneus,licet interdum exterus dicatur omnis extra dominũ,in rub.C.si seruus extero se emi mandauerit. Exterus etiam dicitur alterius sectæ & religionis,vt elucidat l.nemo exterus.C.de Iudæis.

Exterus. Intellectus ad rubricam C. si seruus extero.

¶ Exteri etiam dicuntur,qui sunt extra collegium,vel corpus,l. non tantum.§. eos qui in corporibus sunt,veluti fabrorum,immunitatẽ habere dicimus:etiam circa tutelarũ exterorum hominum administrationem habebunt excusationem.ff.de excusat.tutor.

¶ Extranei etiam dicuntur, qui nullo consanguinitatis gradu iuncti sunt testatori,l.capitalium.§.omnia admissa in patronum,propinquum,cæteráque necessitudines grauius vindicanda sunt,quã in extraneos.& l.aut facta.§.causa.& §.aliter.ff.de pœn.l.1.ibi,in comparatione extranei.de priuileg.credito.l.fin.§.item si extraneus.quæ in fraudem credito.l. heredes.§.si testator.famil.erciſc.probat Ioan.Faber & alij in §. cæterum. de legit. adgnat. successio.in Institu.vnde prohibitus alienare in extraneum, de hoc intelligemus secundum eos:quod & Bald.in l.si emancipati.col.2.probat,vbi tripliciter extraneum dici asserit.C.de collatio.

Extraneus here res.

¶ Primò extraneus à cognatione,qui non est cognatus,vt statim dixi:& Caius in.2.lib. Institutio.rub.de exheredatio.liber.in fine sic describit,Extranei sunt, qui nullo propinquitatis gradu testatori iunguntur,sed eos quicunque pro arbitrio suo scribit heredes.l. libertũ.de ritu nuptiarum. Secundò extraneus à filiatione & ordine liberorum. Tertiò extraneus à suitate,id est emancipatus,qui iuri testatoris subiectus non est.Itaque liberi quoque nostri,qui in potestate nostra non sunt,heredes à nobis instituti, extranei heredes nobis videntur.§.cæteri.Institut.de hered.qualita.& different.l.quin etiam. in fine,de ritu nuptiarum.

Tripliciter extraneus vocatur.

¶ Extraneus qui non est dominus,nec habet proprietatẽ,l.3.§.idem Iulianus . ibi, siue forte ab extraneo fructuarius prohibeatur,siue etiam à domino.de itinere actúque priuato.ff.l.1.de Saluian.interdicto.l.si plures.de religios.l.quod debetur.de pecul.l. cum sponsus.de Publicia.l.quicquid. communia.prædio.l.si vsusfructus. de iure dotium. Extraneus,extra maritum.l.2.§.lenocinium.ff.de adulter.ibi,extraneus autem nequaquam lenocinium obiiciens,&c. Extraneus,extra filium,seruum,& familiam,l.1.§.inter filium, & seruum,& extraneum.ff.de fals. Extraneus,qui non est auus paternus vel maternus, vel deinceps.§.sed hodie.de adoptio.Institu.l.cum in adoptiuis.illo titul.C. Extraneus qui non est actor,vel syndicus vniuersitatis,& vbi non habet defendendi potestatem, l.1. in fin.ff.quod cuiusque vniuers.no.aga. ibi, & quidem non esse actorem, sed syndicum, tunc quoque intelligemus, cum is absit,aut valetudine impedietur, aut inhabilis sit ad agendum:& si extraneus defendere velit,&c. Extraneus qui non est coheres, l.item Labeo scribit, si vnus thesaurum relictũ à testatore effodit,familiæ erciscundæ iudicio eum teneri,& si cum extraneo consocio partitus sit. ff.famil.erciscun.l.& post litem.in princip. ibidem. Extraneum eum Imperator intelligit in dote,omnem citra parentẽ per virilem sexum ascendentem,& in potestate dotatam personam non habentẽ,l.vna. §. extraneum. C.de rei vxor.actio.l.si extraneus.vbi glos.ff.de condictio.causa data, & etiam in l. si extraneus.de iur.dot. Extraneus creditor extra dominum serui,l.1.ff.de tributo.ibi,tamen si scierit seruum in peculiari merce negotiari,velut extraneus creditor ex hoc edicto in tri

Extraneus extra dominum, & aliis modis capitur.

Extraneus creditor.

butum vocatur.& l.nec seruus.de pecul. Extraneus qui non est conductor.l.vidcanius. in fin.cum l.seq.ff.locati. Extraneus cui non est res simul obligata, l. si debitor res suas duobus simul pignori obligauerit,vt vtrique insolidum obligatæ essent,singuli insolidũ aduersus extraneos vtentur Seruiana.de pignor.ff.

Extrarius. ¶ Extrarius pro extraneo,in l.libertus qui soluendo non erat,præterito patrono extrarios reliquit heredes.ff.de bonis liberto.& quidam codices habent extraneos : sed vtrumque dici potest. Exterus siue extraneus, qui non est de familia, l.vnum ex familia.§.si duos,ff.de lega.2.ibi,si duos de familia non æquis portionibus heredes quidem scripserit, & partem eius quartam extero eiusdem fundi legauerit,&c. Extraneus qui non est eius scholæ,vel conditionis,ideo scholastici omnes mercatores & artifices extranei sunt,l.fin. in princip.de priuileg.schola.lib.12.C.Lucas in l.vna.col.12. de imponenda lucratiua descriptio.lib.10. Extraneus homo dicitur,qui nullum ius patrono debet,vt libertus probat l.heres enim liberti omnia iura integra extranei hominis aduersus patronum defuncti habet.ff.de obsequiis.

Extraneus homo. ¶ Extraneus igitur pro subiecta capietur materia,sed ex istis enumeratis alia paruo negotio intelligere poteritis,semper materiam inspicientes,& secundum eam iudicare, quia alia certa non potest doctrina tradi super hoc.

Extrinsecus. ¶ Extrinsecus quasi ab extra, *par dehors*, l.quid ergo,§.quantum ad infamiam pertinet, multum interest,an in causa, quæ agebatur, causa cognita aliquid pronuntiatum sit,an quædam extrinsecus sint eloquuta.ff.de his qui not.infam. vbi extrinsecus, extra causam potest accipi.Multa de hoc verbo scripsi in interpretatione l.vnicæ,in glo.1.C.de sent.quę propter quod interest,vbi videre,si lubet,poteritis, ne bis vnam & eandem materiam repetam.

Cõputare multis accipitur modis. ¶ *Computationem.* Colligite ex hoc textu,rei nomine comprehendi tam illa,quæ sunt in patrimonio nostro,quam etiam quæ sunt extra computationem patrimonij, id est, quæ non computantur in nostris bonis. & Computare adnumerare significat,connumerare, *compter* Gallice, & *calculer*.l.1.§.annum ex die indicti retrorsum cõputare debemus.id est,*en arriere,en reculant*.ff.de itinere actuq; priua.& in bonis nostris computari sciendum est,l.bonorum.1.infra eod.l.Imperator.§.1.de lega.2.l.cum seruus.de conditio. & demon. l.1.in fin.de seruit.vrba.prædio. Inde computatio pro calculatione ponitur, siue pro adnumeratione vt hic,& in d.l.bonorũ.& l.penult.ibi,computatio difficilior.ff. de confess. & l.miles.§.quare.de adulte.ibi,extra computationẽ vtilium dierum.& C.de errore calculi.& in l.2.de iure fisci.lib.10.scripsi quomodo debeat ista computatio fieri in reddendis rationibus.in l.boues.§.inter.infra eod.& quando retractari, & intra quod tempus debeat, in l.cognoscere.§.1.infra eod.

Amputare ramos. ¶ Amputare ramos est abscindere:vnde amputare virilia dicit tex.in c.ex parte.1.de corpore vitiat. Quæ vtinã essent omnibus perditæ luxuriæ sacerdotibus,cardinalibus & prælatis maxime amputata.Et neq; alterius fructu amputari oportet, si alter possideat,l.pen. ff.de acq.poss.pro auferri seu rescari.ita accipit Imperator in l.vna. C. de plus petit. ibi, odiosas contrahentium calliditates amputare cupientes. Et dilationum materiam amputat Imperator,in l.2.C.de temporib.appellatio.& in clem.sæpe.de verbo.signific.Sic & calumniam Papa,in c.1.de restitutio.spoliat.in 6.

Deputare. ¶ Deputare procuratorẽ est illum cõstituere,& præficere negotio.c.2.§.1.de iur.cal.in 6.

Disputare. ¶ Disputare est disceptare,vel agere,disserere.l.1.ff.de inoff.testa.ibi,omnibus enim tam parentibus quã liberis licet de inofficioso disputare.Et cum de bona fide agitur, non congruit de apicibus iuris disputare, l. si fideiussor.1.§. quædam.mandati. Inde disputatio, disceptatio,l.si cum dies.§.plenum.ff.de arbit.ibi, sed si forte de vna re sit disputatio, licet plenum compromissum actum sit,tamen ex cæteris causis actiones superesse. De disputatione in vtranq; partem videte per Iurisconsul.in l.1.§.quæsitum.ff.quor.legato. & in l.1.§. accusatio.ad Turpill,vbi iure & legibus disceptatur,disputatio dicitur.

Imputare. ¶ Imputare pro computare & rationem subducere capitur,l.& post rem.in fi.ibi,quod autem datum est,imputetur.ff.de transact.l.Papinianus.§.vnde.ibi, fructus enim solere in Falcidiam imputari,non est incognitum.de inoffi.testa.ff.l.cum hi.§.eidem.de transactio. l.1.§.præterea.de tutel.& ratioñ.distrah.

¶ Imputare,adscribere,attribuere,l.posthumus.in prin.ibi,quid ergo eis imputetur, cur intestati non decesserint.ff.de inof.testa.l.si quis negotia.1.ibi,de eo autẽ quod indebitum soluit,magis est,vt sibi imputare debeat.de neg.gest.& l.liberto.in fi.ibi, poterit ei imputari,si cum posset,nõ appellasset.& l.cum mandato.in fin.de mino.l.quotiens.§.sed & si sub vsuris.ibi,& si quidem soluit,nihil est quod ei imputetur.ff.de administrat.tuto.

Reputare quid. ¶ Reputare etiam pro imputare accipitur,seu cõputare,l.Titia.de solut.ff.vbi primo dicit reputare,deinde cõputare.& in l.si quid possessor.de petit.heredit.probat l.Nesennius. ibi,reputabant heredes auiæ alimenta præstita nepoti.ff.de neg. gest. l.1.§. quod enim.ibi, in damno debet reputare.ff.de vi & vi armata.l.immot.§.fi.ff.de minorib.l.1.§.1. de impens.

in rebus

in rebus dotal.factis.lege,item ex diuerso.famil.erciscund.l.si merces. §. si vicino.ff.locat. l.in eum.de vsur.l.sed si nondum.de religios.ibi,reputaturus patri,quod eo nomine præstiterit. Item reputare est cẽsere,iudicare & arbitrari, vt reputamus talem contumacem, cap.cum dilecti.in fin.de dolo.cap.constitutus.de procurat.cap.1.illo titulo,in sexto. & fictionem notat,vt scripsi in tracta.fictio.de verbo'supputo non scribo,quia rara est in iure illius mẽtio. Inde reputatio,in l.si merces.§.si vicino.ff.loc.ibi,de mercibus quoq;,si de eo agatur,reputationis ratio habenda est, &c.l.1.§.præterea.de contra.& vtili actio.tutelæ. *Reputatio.*

Declaratio rubric.de reputaquæ fiũt inuid. in integ.restit. ¶ Sed in rub.de reputationibus quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis,glos.exponit pro computationibus:Placent.verò pro compensationibus : Azo autem pro restaurationibus.Ego consideratis omnium sententiis, existimarem sic intelligendum illum titulum,quandoquidem dum minor in integrum restituitur, sicut in damno esse non debet,ita nec in lucro,& ideo quod ad eum peruenit,restituere debet,vel fit eius quod recepit reputatio & supputatio,& demum compensatio,vel restitutio . sic puto intelligendam illam rubr.vnde Vlpianus sic ait, Officio iudicis , qui tutelæ cognoscit, congruit reputationes tutoris non improbas admittere.l.2.vbi pupill.educa.debe.l.si eum.de fideiusso. & nomina tutorum.cap.nuper.de bigam.

Patrimonium quid sit. ¶ *Patrimonii.* Quamuis patrimonium stricte res patris vocetur,seu hereditas, quæ à patre obuenit filio,tamen generaliter hic accipitur pro omnibus rebus,& bonis, quæ obuenerunt alicui vndecunque,& sic pro substantia alicuius & facultatibus,vt in rubric.C.de munerib.patrimo.lib.10.& in l.patrimoniorum.ibidem, vbi Lucas de Penna.& l. cum pupillus.ff.rem pupilli saluam fore,& ita capit communis loquendi vsus, *patrimoine*, Gallice pro facultatibus.l.cura.§.1.ibi,etiam si ex voto honestis rationibus patrimoniũ incrementum acceperit suo tempore.& in l.1.ac l.fina.in princip.ff.de mune.& honorib.l. idem seruandum.de legat.2.l.quantum.de eo quod metus causa.l.pater. de adimen.lega.l.1.si fam. furt.fecisse dicat.& l.Pompon.1.& l.item familiæ erciscund.l.& tantum.§.1. de seruo corrupto.& l.3.§.bonorum.de asignan.liber.& in Institutio.illo titul. & plerique patrimonium peculium dicunt.l.cogi.in princip.ff.ad Trebell.l.si chorus. de legat.3. Patrimoniorum munera sunt,quæ sumptibus patrimonij,& damnis administrantis expediuntur, d.l.fina.§.patrimoniorum.ff.de munerib.

Res patrimonialis & fundi patrimo. ¶ Vnde patrimonialis res vocatur,quæ patrimonij est, vel quæ ad patrimoniũ spectat. inde fundi patrimoniales principis sunt,quos ipse habet in suo patrimonio,l.idem Iulia. in fin.de lega.1.quod *domaine* vulgus Franciæ vocat.de quo in rubr.C.de collatio.fundor. patrimonal.lib.11.l.etiam.C.de præd.minor.& in constitu.Reg.titul.*de la chambre du domaine du Roy*.& titul.*des occupateurs du domaine du Roy*.

¶ Papa ecclesiæ bona patrimonium Iesu Christi vocat,in cap. cum secundum.de præbend.& in cap.cum ex eo.de electio.in 6.licet hodie quidam reiectis pauperibus hoc sacrosanctum Christi patrimoniũ meretricibus,ac canibus distribuant,& sanctum canibus, quod Christus vetuit,dare non erubescant:& λάβουσι τὸν ἀρτον τῶν τέκνων καὶ τοῖς κυναρίοις βάλλουσι. sed Athenienses quid agendum sit,sciunt:at agere nolunt.

Res quæ dicantur in patrimonio. ¶ Quæro quæ dicantur esse in patrimonio nostro ? ego dicerem in patrimonio nostro esse omnia, quæ iustè possidemus: gloss.vero hic docet illa bona in patrimonio nostro, vel in bonis nostris esse,quod idem est,l.1.ff.de vsufruct.car.rerum. iuncta l.1.de vsufructu legato,quando pro eis habemus actionem & exceptionem. l.rem in bonis. de acquir. rerum domi.facit l.cum ex causa.de re iudica.l.1.in fin.ff.de migrand.dicetur in l.bonorum. infra eod.Actionem habemus,si ab aliquo res nostræ possideantur, quas vindicare per actionem in rem possumus.ff.de rei vindica.per totum.

¶ Exceptionem habeo,si res,quas possideam,& in patrimonio habeam,quis petat,d.l. rem in bonis.& gloss.istam ad hoc singularem dicit Bald.in margarita, in verbo patrimonium.quod patrimonij appellatione ea continẽtur, quæ bonorum:& sub nomine rerum idem continetur,quod bonorum,teste Bar.in l.final.ff.de vsufruct. legato. Latius tamen patet res,quam bona & pecunia,vt ex prædictis potestis cognoscere.

Ex bonis quæ dicantur. ¶ Ex bonis verò dicuntur,quæ sunt in dominio alterius,sub periculo tamen nostro,ratione detentionis,vel iuris,vt in re commodata,vel locata, quod habemus in eis,l.2.§. in hac.ff.vi bono.rapto.§.sane.illo titul.in Insti.Etiam ex bonis dicitur,quod ex re quæ possidetur est,& immediate.l.eo tempore.in fin.ff.de pecul. Quod facit ad condemnatum, vt ex bonis dentur decem pauperibus,vt non possint res,quas detinet,capi : sed ius illud rei sic,si forte possidebat rem pignori pro decem,vt ex illo pignore decem accipi possint: tamen si dicatur quod ex bonis suis *de ses biens*, reciperentur decem aurei, forte ad faciendum illi processum,tunc poterunt capi de bonis,quorũ est dominus:& si non inueniantur bona,tunc pecunia super pignore debita capietur,& ita vidi in forensi iudicio seruari. Quamuis inuenta sit in Francia res sane perquã acerba,& damnandus(vt ita dicam) abusus,vt accusatus teneatur deponere pecunias contra se, cum nemo arma contra se parare *Praxis,vt accusatus det pecunias pro processu, damnanda.*

debeat.l.nimis graue.C.de teſtib,ſed accuſator hoc facere teneatur,vel fiſcus. Et hic abuſus & tanta indignitas rei magnum parabit diſpẽdium animabus illorum, qui huius tam pernicioſæ aſtutiæ fuerunt artifices,& inuentores,& qui exercent,niſi reſipiſcant. ſed puto cum ſuo authore deletam, & extinctam,cum primum ipſe expertus fuit. Et Iuriſconſ. in l.Fulcinius,§.ſed & ſi curator.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſs. eat. inquit, oportet prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus,vt non amplius quam neceſſe eſt,ex bonis furio ſi veneat,& ſic ex bonis propriis intelligitur:idem in l.creditore.ff.de bon.authorit.iudic. poſsiden.l.3.in fin.ff.de ſepara.& l.2.in fine.& l.fina.de cura.bonis dand.facit l. propemodum tantum quiſque pecuniæ relinquit,quantum ex bonis eius refici poteſt.infra eod.& ſic dicerem ex bonis alicuius eſſe, non ſolum quæ ſunt in illius dominio,ſed etiam in quibus ius habet,vt in re pignorata,locata,vel alia,vt d.§.in hac.2.

Extra bona quæ. Intellectus ad l.1. de vſufru. legat.

¶ Extra bona dicuntur,quæ in commercio noſtro non ſunt,vt ſacræ res,& aliæ ſimiles, & hac ratione ſeruitus non eſt extra bona,quia æſtimabilis,& in commercio noſtro eſt.

¶ Nec refragatur l.1.ff.de vſufruct.lega.vbi dicitur,quod ſeruitus non eſt ex bonis,nec extra. Cui reſpondent docto.poſtquam fundus dominicus eſt in bonis noſtris, & ſeruitus accedit fundo,non dicitur in bonis noſtris, nec extra, quia ratione acceſsionis venit. Bartol.& doctores in l.ſi is qui pro emptore.numer.72.ff.de vſucapio.Panormi. & de Ripa in cap.cum eccleſia.in gloſſ.penult.de cauſa poſſeſsio.& proprieta. Quod non probõ nam illud etiam quod acceſſoriè venit,dicitur in bonis noſtris.§.ſi tamen.de rerum diuiſio.in Inſtitutio.quia poſtquam principale in bonis eſt,ergo & acceſſorium.l. cum principalis.de regulis iur.ff.ideo dicerem ſeruitutes impoſitas, & rebus noſtris adhærentes, in bonis noſtris eſſe:ſed ſeruitutes ſeruitutum,quia vtiles non ſunt, ex bonis non ſunt, nec extra:& ſic intelligiturd.l.1.

Seruitus in bonis eſt noſtris contra doct.

¶ Et ſic eſt concluſio,quod ſeruitus eſt in bonis noſtris:quod d.l.1.non negat,ſed dicit ſeruitutem ſeruitutis non eſſe ex bonis,nec extra.Ideo teneri poteſt ſeruitutes eſſe in bonis,imo contra,videlicet ſeruitutes ſeruitutum. Et quod ſint in bonis ſeruitutes, & in patrimonio noſtro,probat text.& gloſſ.in §.1. in verbo, habentur.de rer.diuiſio. in Inſtitut. quam ſeq.ibi Angel.& alij,& l.1.ff. illo titulo.nam ſeruitus rei ita,vt pecuniæ vſusfructus, legari poteſt, ſenatuſconſulto dictante: at itineris vſusfructus legari non poteſt, quia eſt ſeruitus ſeruitutis,vt ait d.l.1.& ſeruitus rei eſt in bonis:& ſic de illis diſponi poteſt, ſicut de aliis bonis noſtris.l.1.§.non ſolum.& §.ſi vſusfructus.ff.ad legem Falcid. ſed ſeruitutes eo non ſunt ex bonis, quia immediate non habentur ex re,quæ poſsidetur, ſed extrinſecus,id eſt ex impoſitione:ideo caute in d.l.1. dictum fuit ex bonis non eſſe,ſiue intelligamus ſeruitutem rei,ſiue ſeruitutum ſeruitutes:ſed ibi text.non inficiatur, quin ſint in bonis, videlicet ſeruitutes rei, tum quia actiones & exceptiones pro illis dantur, lege ſecunda,cum l.ſequen.ff.ſi ſeruitus vindic.§.æquè. de actio.in Inſtitut. tum quia bonis adhærent noſtris, ideo in bonis noſtris erunt. l.quæ religioſis.ff.de rei vindica.vnde d.l.1.dicit ſeruitutes ſeruitutis non eſſe ex bonis, nec extra,nec etiam rei ſeruitutes, vt dixi: quia ſunt in bonis.

¶ Videte caſum ſingularem,vbi iter non eſt ſeruitus,in l.2.§.recte.ff.ſi ſerui.vindic.ideo tenendum eſt ſeruitutes eſſe in bonis noſtris,ſed non ex bonis:& ſic poteſt conciliari vtraque ſententia,vt abunde ſcribam in intellectu meo ad illam legem primam.

Ferreti ſententia improbatur.

¶ Sed Aemilius Ferretus in princi.de rerum diuiſio, in Inſtitut. docet ſeruitutes eſſe in patrimonio noſtro,nec tamen eſſe in bonis,nec extra,in bonis non eſſe,quia non poſsidentur; extra bona vero,non omnino dicendum, quia per res, quas poſsidemus, quaſi ſeruitutes tenemus.hæc ille.tamen patet per ea quæ ſuperius dicta ſunt,non valere conſequens, quod ſcilicet ſeruitutes non ſunt in bonis,quia non poſsidentur.Nam ſufficit pro eis habere actionem & exceptionem,&c.ſicut nomina & debita non poſsidẽtur,& tamen in bonis ſunt noſtris,vt dicam in lege,nominis. infra eodem. Et patrimonium & bona pro eodem accipit Iuriſconſultus; quare ſi ſunt in patrimonio,vt ipſe Ferretus ait,erunt etiam in bonis:alioquin patrimonium in numero bonorum non contineretur,vt alibi dicam abundantius in intel,ad illam l.1.

Patrimonium & matrimonium vnde.

¶ Patrimonium à patre dicitur,ſed matrimonium à matre, quia magis materno quam paterno indiget ſolatio,cap.2.de conuerſio.infidel.

¶ *Continet.* Hoc verbum proprietatem ſignificat,vt copioſe ſcripſi in l.1.in verbo,complectitur.ſupra eod.

¶ *Referatur.* De hoc verbo,cum hæc lex ſit ſatis onerata ſua materia, ſcribendum reiicio in l.deteſtatio.§.ſerui.infra eod.

** Alias legato.*

§. Opere * locato vel conducto, his verbis ſignificari Labeo ait id opus, quod Græci ἀποτέλεσμα vocant non ἔργον, id eſt ex opere facto corpus aliquod perfectum.

¶ Hic

¶ Hic text.dupliciter legitur:primo, Opere legato vel conducto, & ita habent quidam libri antiqui:alij verò,locato vel conducto:& hic ſenſus magis recipitur, licet & alter non ſit reſpuendus. Dubitatio ad iſtum tex.erat,quod poteſt nuntiari nouum opus,quandocunque aliquis incepit opus facere in meo.ergo dicitur opus inceptum, etiam ſi non ſit perfectum:ſed contrarium hic ſtatuitur, & intelligi debet iſte text. vt ſi quis locat, vel legat opus, intelligitur de perfecto:& ſi quis mihi promittat opus facere in tali loco, opus eſt vt perficiat.Ratio eſt,quia opus imperfectum non poteſt dici opus ſimpliciter, & quia facti obligatio eſt indiuidua,l.2.§.item ſi in facto ff.de verbor.obligatio. Et enim pars domus ſine alia parte non afferret tantam vtilitatem reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius,& quia forma eſt, quę præbet ſuam perfectionem,& dat eſſe rei,l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.ad exhibend.vnde pars domus non defenderet homines à vento & pluuia, ſicut tota domus: etiam fieret ſolutio in diuerſis rebus,videlicet in parte rei,& pro parte non facta ſolueretur intereſſe,quod fieri non poteſt,vt ſcribitur in l.in executione. §. pro parte.ff.de verbor.obliga.& inferius tolletur ratio dubitandi.

Promittẽs opus facere, perficere debet, et ratio aſſignatur.

¶ Et ideo ſi teſtator iuſsit fieri opus,vel plures promiſerunt, ſinguli heredes & promiſſores in ſolidum tenẽtur,quia operis effectus in partes ſcindi non poteſt,dicta lege, in executione:verſicul.ſecũda ad opus. Quod limitatur in ſex caſibus deſcriptis per Martinum Sanxium in tracta.diuidui.fol.22.& docto.in l.4.§.Cato.& l.ſeruitutes.de verbo.obliga.ff. ac per Vincent.Hercul.in d.l.in executione.ibidem.

¶ Et ſi opus municipibus heres facere iuſſus ſit, indiuiduum videtur legatum: neque enim aut vllum balneum, aut vllum theatrum, aut ſtadium feciſſe intelligitur, qui ei propriam formam,quæ ex conſummatione cõtigerit,non dederit. Caius in l.ſi is qui quadringenta.§.1.ff.ad legem Falcidiam.Nam nihil cenſetur eſſe factum, quando aliquid ſupereſt agendum,lege penultim.C.de iis quibus vt indign.lege,cum procuratores. C.de metalla. libro vndecimo,vbi Iacobus Rebuffus patruus meus magnus. Sic dominus opus imperfectum non nouit,cap.3.§.ſed adhuc.de baptiſm. Et ordinatio Regia in rubric.de mercat. minutatim vendentib.dicit mercatores pannarios & alios artifices teneri petere intra ſex menſes ſolutionem operũ,*de leurs ouurages*, intellige vt hic,à die perfectionis operis computandos:ſed in dicta ordinatione exprimitur computandos ſex menſes à die primæ traditionis operum:& ſi opus bene perfectum erit,tunc opus laudabit artificem,& magiſtrũ, vt vulgo dici ſolet per gloſſam in §.cumque hoc deo.in proœmio Inſtitutio. videte quæ dixi in 2.tomo conſti.Reg.in dicta ordina.de mercat.minutatim vendentib.

Ordinatio Regia elucidatur.

¶ Hoc etiam Iuriſconſultus probat exemplo Græci ſermonis: Græce enim res geſta & & perfecta vocatur ἀποτέλεσμα:nempe ἀποτελέω perficio ſignificat:etiam dicũtur Aſtrologorum reſponſa ἀποτελέσματα. Sed & libri circunferuntur Ptolemæi ἀποτελεσμάτων, quos modo quadripartitos vocant, teſte Cælio libro ſeptimo lect.antiquar. capite nono, in fine. Ἀποτελεσματικοὶ Mathematici dicuntur ibidẽ,& Aſtrologi,contra quos clamat Alcia.dicens, nihil imperfectius,nihil vanius,& ſtultius excogitari poſſe. Catellia. Cotta in prima parte memo.in verbo,opere locato,legit hic:quod Græci ἔργον,τὸ τέλεσμον vocant, id eſt ex opere perfecto corpus aliquod perfectum. ἔργον enim Græce opus ſignificat, & τέλεσμον perfectum:τελέω enim perficio:quare in idem hoc recidit, & idem eſt cũ ſuperiori lectione. communius tamen habetur id, quod prius dixi. Imo hodie in nouis libris ἀποτέλεσμα eſt, non ἔργον.nam ἔργον ſignificat ſiue perfectum opus,ſiue non:ἀποτέλεσμα vero opus perfectum:igitur nomine operis, non venit ἔργον ſimpliciter,ſed ἀποτέλεσμα,id eſt opus perfectum.Iſte videtur ſenſus tex.& ſic habetur in Pandect.Florent.

ἀποτέλεσμα.

Ἀποτελεσματικοί.

Differentia inter apotelſma & ergon.

¶ Item ſi lex vel ſtatutum regni puniat facientem aliquod opus in alieno, non punietur faciens,niſi id quod fecit habeat inſtar operis, vt docet Alexander in lege, ſtipulatio. §.opus.ff.de noui operis nuntiatio.in additio.ad Bartol.quia proprie opus dicitur, quod eſt perfectum, cui nihil addi poteſt,vt hic,quod etiam ſequitur Bald.in lege, nihil. per illum textum,C.de manu.vindicta. Et perfectum dicitur, cui nulla ex ſuis partibus deeſt, vel quod ex ambabus ſuis partibus conſtat,ſecundum philoſoph.facit l.1.ff.de origine iuris.Bald.in lege,cum antiquitas.notab.1.C.de teſtamen.Albert.Brunus in tracta.de forma & ſolemnita.actus,rubr.de potentia & effect.formæ,columna ſecunda,folio 44. Perfeciſſe ædificium is videtur,qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſsit, lege, ædificia.in fin.infra eod.& ſic opus poteſt dici perfectum,licet picturæ non fuerint, dummodo alias propriam formam habuerit,quæ ex conſummatione contigerit, dicta lege, ſi is qui quadringenta.§.primo,ff.ad legem Falcid.& vide Barto.in l.is qui reipublicæ.in fin.ff. ex quibus cauſis maio.

Perfectũ quid dicatur.

¶ Prædicta faciunt ad intellectum ordina.Regiæ in titu.de magiſtris artificior. vbi poſt tyrocinium debet artifex fieri magiſter: tamen requiritur,quod illud opus ſit perfectum, vel ſaltem vt ex illo opere cognoſci poſsit eius induſtria:nec ſufficit inceptum eſſe. idem in eo qui promiſit opus facere,etiam per pollicitationem, lege prima, de pollicita. ff. & ſi

Declaratur ordinatio Regia de magiſtr. artific.

paries communis opere à te facto in ædes meas se inclinauerit, potero tecum agere, ius tibi non esse parietem illum ita habere. l. si cum meus. §. fina. ff. si seruit. vind.

Stipulatio operis non adiecto loco non valet.

¶ Et non valet stipulatio operis, nisi sit adiectus locus, in quo fiat: quia in loco in quo stipulatoris non interesset, fieri posset, lege, si insulam. ff. de verborum obligationib. & ibi docto. notant promissionem operis de medio tri opere debere intelligi, per legem, si quid venditor. ff. de ædilitio edicto. Vnde opera publica vocantur ædificia publica, vt in rubrica, ff. & C. de oper. publ. & C. de ratiociniis operum publico. & ne quid operi publico imponatur. lib. 11.

Opera publica quæ dicantur.

Rubrica de no. oper. nuntiat.

¶ Regula huius text. perdit officium suum, vt de perfecto opere intelligatur, quando ratio subiectæ materiæ aliud induceret: vt in l. stipulatio. §. opus. ff. de noui oper. nuntiat. vbi potest etiam nouum opus propter partem operis factam nuntiari, quia nec ex toto opere, nec ex parte aliquis debet damnum pati, & materia conuenit tam operi perfecto, quam non perfecto, quia aliquis potest etiam pati damnum in parte operis, in cuius fundo ædificatur, per l. qui insulam. §. quæ ædem. ff. locati. lege secunda, §. item Labeo. ne quid in loco publico fiat. lege vnica, de ripa munienda. Ideo oportet, quod ei succurratur per denuntiationem noui operis, etiam in ipso operis initio.

Intellectus ad l. si opus. §. pe.

¶ Etiam opus inceptum potest dici destinatione & mensura perfectum, sed non hic, quia antequam aliquis opus inchoet, formam, & mensuram præstituere solet. Ideo Pomponius ait in lege, si opus. §. penultimo, ff. quod vi aut clam: In opere noua tam cœli quam soli mensura facienda est, scilicet, mensura soli tam longitudinis, quam latitudinis est facienda. Est etiam mensura cœli, id est aëris facienda, vt sciamus quantæ altitudinis domus esse debeat, & distare debeat ab vno solario & contignatione, ab altera: & ita mensura fit, quidquid ibi gloss. canat: & hoc pulchre docet Vitruui. in suo libro de architect.

¶ Secundò vitiatur, quando ad maiorem elucidationem hoc exprimeretur, vt interdum Vlpian. Iurisconsultus in l. semper. §. hoc interdictum. ibi, Annus autem cedere incipit, ex quo id opus factum, perfectúmve est, &c. ff. quod vi aut clam. l. forma. §. quæ post censum. ff. de censib. ibi, intra finem operis consummati, & postquam expressum est, cessabit tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulgar.

¶ Tertiò limitate, quando mens statuti, vel consuetudinis, seu loquentis aliud suaderet, vel esset diuersa ratio, quia forte respicit rem non factam; l. etsi. §. infecti. vers. quid ergo. de auro & argento legat. ff. vnde si quis legauerit argentum factum, venit etiam id, quod elaborari cœptum est, quamuis nondum perfectum sit, dummodo ex destinatione patrisfamil. compleri deberet: vt si quis pannum sartori tradiderit causa faciendi vestimenti, & sit scissum, tunc veniet appellatione vestimenti.

Appellatione vestimenti venit scissum, licet non consutum.

¶ Et curatus, qui ex quadam consuetudine debet habere meliorem vestem sui parochiani decedentis, vel vxor sui mariti mortui, istam tantum scissam etiam nondum sutam habere poterit, per d. l. etsi non sint. §. argento. & §. infecti. cum l. vestimentum. vbi Bartol. ff. de auro & argento lega. Aufre. in decis. Tholos. q. 386.

¶ Diuersum est, si opus erat cœptum & dimissum, & testator nolebat vlterius procedere, tunc non veniet inceptum. Bart. in d. §. infecti. per d. l. vestimentum. & Alber. in tract. stat. in 2. parte, q. 205. quia longe aliud est promittere facere, & tunc procedit regula de opere perfecto. secus si quis leget rem, & tunc etiam si tantum sit cœpta, cõtinetur, vt prædixi.

Opus iuris ciuilis quid contineat.

¶ Quartò flectitur regula, quãdo dictio opus, in pluribus posset verificari partibus perfectis, vt in cursu iuris. §. fin. in proœmio Institutio. ibi, toto legitimo opere perfecto. vbi ad maiorem expressionem imperator appossuit illa verba, toto legitimo opere perfecto, vt ostendat non sufficere scholasticis, seu iuris studiosis videre & legere Institutiones tantum, aut Codicem, aut alium iuris ciuilis librum: sed opus est etiam, vt legant, & audiant Digesta, quæ licet sint vnum opus, tamen non sola dicuntur legitimum opus, nisi sit totum corpus iuris ciuilis. quod est notandum, vt de corpore iuris sint Institutiones, Digesta, Codex & Volumen, vt etiam in l. 2. docetur de vete. iur. enuclean. & per totum. Et qui promisit dare vel legere corpus iuris, de his intelligi debet, siue de cursu iuris loquamur, vt vulgus nominare solet, & si Homeri corpus sit legatum, & non sit plenum, quantæcunque partes hodie inueniantur, debentur, Vlpian, in l. librorum. §. si Homeri. ff. de lega. 3.

Delicta incepta an sint punienda.

¶ Quintò restringitur in delictis, vbi delinquens punietur etiam toto opere & delicto non consummato, l. furtum. §. si quis. ff. arbo. furtim cæsarum. quia delictũ etiam pro parte factum nõ debet impunitũ remanere, l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Vnde qui partem testamenti aperuit, in edictũ incidit. Parui enim refert, vtrũ totum an pars aperiatur. Vlpia. in l. si quis in graui. §. si quis tabulas. ff. de senatusc. Silaniano. Imo si quis clauos ex naui, vel vnum abstulerit, omnium rerum nomine tenetur, idem Vlpia. in l. 3. §. senatusconsultum. de incend. ruin. & naufrag. ff. Et qui aurem hominis attigit, totum hominem attigisse videtur. l. vulgaris. de furt. facit l. etiam. de lega. 1.

Sextò

¶ Sextò derogatur regulæ, quando pro qualibet parte operis facta esset conductio, vt pro qualibet vlna operis dabo decem. Alfen. in l. qui insulam. §. qui ædẽ. ff. loca. tunc potest dici opus perfectum, quo ad partem integralem, ad hoc vt pro qualibet vlna salarium petisposit, vt scribit plene Lucas de Penna in l. 1. col. 2. & seq. C. vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, vel vicos eorum, li. 11. & solent sic conuenire homines Galli, *à chacune toise* in ædificiis, seu vlna. ideo pro qualibet vlna poterit artifex salarium petere: non poterit tamen opus cœptum relinquere, per istum tex. qui dicit opus intelligi de perfecto. ideo etiam coniici in carceres hi artifices possunt, vt opus perficiant, l. item. §. penul. vbi Bal. ff. locat. nec recipiuntur ad cessionem, vt scripsi in 2. tomo commentar. ad constit. Reg. titul. de liter. dila. nu. 39. glo. 1. & doct. in l. stipulatio. §. opus. ff. de no. oper. nuntiat.

Cõducere quid.

¶ *Conducto.* Conducere seu locare est certa mercede personam, vel rem ad vsum concedere, vt Hostiens. in summa de loca. definit. vel est personæ seu rei vsum concedere: & sic loquitur rubr. ff. & C. de loca.

Locator & cõductor quis dicatur, & differentiæ.

¶ Locator etiam est is, qui mercedem recipit: conductor autem, qui mercedem concedit, secundum eum, & Azo. ibidem in summa. & ista est communis sententia glo. & docto. in l. 2. C. eo. facit hab hostibus. §. fina. ff. ex. quib. caus. maior. ibi, dum hospitium quis conducit. & l. si tibi habitationem locauero. ff. loca. & l. seq. ac l. si tibi. ibidem. & l. officium. in fine, de rei vindica. glo. tamen in l. 2. ff. ad legem Rhodiam de iactu, dicit hæc verba locare & conducere promiscuè accipi, & promiscuam esse horum verborum significationem: hoc etiam asserit Laurent. Valla: Budæ. vero in adnota. in Pandect. in d. l. 2. ait, præter notam horum verborum significationem esse & aliam elegantem, tum apud Iurisconsl. tum alios scriptores vsitatam. quanquam enim locator sit plerunque, qui pretium accipit, & conductor, qui dat, & sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam vice versa euenit, vt locator pretium det, conductor accipiat, quod multis probat exemplis. Veteres etiam emptionum, venditionumque appellationibus promiscuè vtebantur, l. veteres. ff. de actio. empt. Alcia. lib. 5. Parerg. c. 5.

Conductoris & locatoris promiscua significatio quo modo intelligatur.

¶ Ego autem arbitror horum verborum esse quandã promiscuã significationem: sæpius tamen eum dici locatorẽ, qui rei suæ præstat vsum, vel qui in ea laborem alicuius exigit, & conductorem, qui vsum recipit, vel laborem in re præstat, seu mercedem accipit. Et sic qui præbet rem suam vtendam, vel suæ rei vsum, pretium seu mercedem iustè pro illo vsu recipit, & ipse vocatur locator, & de hoc loquitur totus titulus, loca. ff. & C. Nam opus est vsum rei cum mercede conductoris compensari. Ideo conductor pretium seu mercedem pro illo vsu concedit, l. 2. ff. locati, & locator pati debet conductorem frui, l. si quis domum. ibidem. Si verò dominus rei exigat laborem, seu operas in re sua, nec præstet rei suę vsum, vel emolumentum, tuncipse pretium dabit, & qui operas seu laborem præstat, recipit mercedem, seu illud pretium: sed non minus dicetur locator dominus rei, & qui operas præstat, conductor. Vnde Celsus ait, si quis vitulos pascendos, vel sarciendum quid, poliendumve conduxerit, culpam eum præstare, in l. si quis fundum. §. Celsus. ff. locati, & l. item quæritur. §. si quis seruum docendum conduxerit. ibid. l. item si pretio. §. 1. vbi sic habetur, cum insulam ędificandam loco, vt sua impensa cõductor omnia faciat, proprietatem quidem eorum in me tranfert, & tamen locatio est. locat enim artifex operam suam, id est faciendi necessitatẽ. Et locare merces vehendas dicitur dominus merciũ, conducere vero magister nauis, qui pretium recipit. l. si laborante naue iactus factus est amissarum mercium, domini, si merces vehendas locauerint, ex locato cum magistro nauis agere debent: is deinde cum reliquis, quorum merces saluę sunt, ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur, agere potest. ibi igitur magister nauis actionem locati habet contra vectores pro rata damni, vt cõmunicent, & qui merces vehendas locauerint, actionem ex locato contra magistrum nauis. & sic non est inconueniens, quod contra conductorem actio locati detur, & is conductor si alteri locauerit, actionem etiam locati habeat aduersus alterum, & sic diuersis respectibus, vt ibi, licet glo. & docto. videantur aliter intelligere: & facit l. 2. §. si conseruatis. ibi, nam & si faber incudem, aut malleum fregerit, non imputaretur ei qui locauerit opus. & ideo scribit Zas. in §. actionum. nu. 60. de actio. in Instit. quod ille dicitur locare operas, qui obligauit se ad laborandum, & ad præstandum operas diurnas, & sic passiue: locare verò opus dicitur actiue, per d. l. 2. & per prędicta poteritis iudicare.

Intellectus ad l. fina. ff. loca.

¶ Et sic intelligitur l. fina. ff. loca. teste Budę. vbi supra, qui putat eum tex. corruptum, & ibi legendum locasses, pro locasset, & ita in nouis codicibus legitur, Si riuum quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, labes seu tabes eum corruperit, tuum esse periculum Paulus respondit: imò si soli vitio id accidit, locatoris erit periculum: si operis vitio id accidit, tuum erit detrimentum: in ea lege tres casus ponuntur, vt facilius intelligi possit:

¶ Primus, quando riuus antequam probatus esset deciderit, periculum tunc erit con-

ductoris, id est illius qui fecit riuum,& sic conductor vocatur,vt dixi,à quo exigitur opera, & qui operam præstat, & qui opus faciendum promittit, & sic promiscue.

¶ Secundus, quando riuus vitio soli corruit,erit periculum locatoris,id est domini soli dantis pecuniam pro riuo faciendo,eo quod vitio soli corruerit:forte locus erat arenosus, & non potuit riuus diu stare propter arenam cito decidentem, vel aliter labefactatus est soli & loci vitio,& corruptione, aut forte aquarum inundantia.

¶ Tertius,quando cecidit vitio operis,& tunc tenetur conductor,qui riuum fecit, & ita capitur locator & conductor, vt prædixi. & hunc opinor verum illius legis sensum, quic quid in contrarium dicatur,vt plenius dicam in meis no.interpret.ad illam legem.

Locare in matrimonium. ¶ Locare se in matrimonium, seu collocare, est nuptui tradere, l. qui liberos. ff. de ritu nuptia.ibi,coguntur in matrimonium collocare. interdum locare est ponere, *assecoir*, vt locare castra.

Conducere pro simul ducere. Conducere pro tutè ducere. Conductus. Cõductio quid. ¶ Conducere,simul ducere, vt in l.1. §. magistri autem imponuntur, vel locandis nauibus ad merces, vel vectoribus conducendis. Conducere etiam est aliquem tutè ducere: inde literæ conductus à principe dari solent, quas etiam vocat Papa salui conductus, cap. accedens. 2. vt lite non contesta. Conductio pro illo contractu capitur, qui consensu contrahitur,sicut emptio & venditio.l.1.ff.locati.Estque proxima emptioni & venditioni, iisdémque regulis consistens, & adeo aliquam familiaritatem habere videntur, vt in quibusdam quæri soleat,vtrum emptio,an conductio sit.Caius in l.2.ff.locati.§.adeo.in Instit. illo titul. Conductitius. is, qui est conductus, vel locari seu conduci solet, vt equus conductitius. Conducit,id est vtile est,& aliis multis modis apud authores, quos facile est vobis perlegere,capitur. vos illos perlegistis,ideo in his non vos detineo.

Conductitius. Conducit.

Opus quot modis capiatur. ¶ *Opus*.Hęc dictio opus primo capitur hic pro opere perfecto & consummato,& in rub. ff.& C.de oper.publi.frequentius.

¶ Secundo opus pro labore, & opera, vt in l.si adulterii. §.imperatores.ff.de adulte.ibi, sufficit igitur si humilis loci sit, in opus perpetuum tradi,id est si infimæ sit conditionis & status maritus, qui occidit vxorem in adulterio deprehensam, debet condemnari & tradi operi publico, vt perpetuò ibi laboret, & operetur. & sic de iure Digestorum non fiebat impune homicidium vxoris,etiam propter adulterium:sed de iure Codicis est contra. per l. Gracchus. C.ad legem Iuliam de adul.quæ de iure canonico corrigitur, in cap.inter. & c. admonere.33.quæst.2.

Homicidium vxoris adultęræ an sit impunitum.

¶ Tertio capitur pro necesse est,vt quod opus fuerit,dabo : vt est in euangelio : vel si res ita ferat,aut si conueniat,aut egeat : & vulgo dicimus *besoing*. falce duntaxat opus est.l.pratum.infr.eod.l.1.ibi,si opus esset. de offi.præfect. vigil.l.1.ibi, opus est.de acq. re.domi.l.2.§. damnum. ibi, opus est interdicto.nequid in loco publico fiat.l.si quis separatim.ibi, pluribus eis appellationibus opus est. ff. de appellatio.l.via constitui. in fine,de seruitu. rustico. prædio. Inde si dicatur,aliquem cogendum per pignorum captionem, & si opus fuerit, *s'il est besoing, par prinse & detention de sa personne*,debet intelligi,si non pareat mandatis primis : nam si primo pareret præcepto,non erit opus alia coactione. ita declarant doctor.per illum text.in ca.peruenit.de deci.scripsi in ordinat.Regiis.

Praxis frequęs clausula, si opus fuerit.

Opus pro cura. ¶ Quarto opus pro cura & solicitudine exponitur, in cap.qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. 8. quæst. 1. Sic exponit Panor. in cap.1.in fine, de cler. non residen. ecce quid Petrus dicebat Clementi:Clemens,si tanquam omnibus præesse volueris,singulos (prout poteris) iuua,& singulos releua, qui & singulorum onus ac solicitudinem portas,cap.Clemens.ibidem.

Opus pro officio. ¶ Quinto opus pro officio sumitur,§.1.in authen.de tabellio.colla.4.ibi,præpositi operi tabellionum.

Differentia inter opus & operam. ¶ Sexto est finis fructusque operæ,sed opera est diurnum officium,Iurisconsul.in l.1. ff.de oper. liberto. & alibi de oper.seruorum.& Valla lib.4.differentiã docet,& Zasi.in suo intellectu ad §.libertus.l.si non sortem.ff.de condictio.indeb. Bar.in l. ita stipulatus. in 5. oppositio.de verb. oblig. scripsi in l.in lege Censoria. in verbo,operarij. infra eod. vbi declaraui qui sint operarij serui : & quotiens ad laborem animi,ad industriam,artémque respicimus, opus magis quam operam dicimus.

Opus probari quãdo dicatur. Opus restitui. Opus structile. Opus ruręstre. ¶ Opus probari, vel approbari tunc dicitur, quando artificiorum magistri opus recte factum, & pro artis peritia referunt, l. si in lege. in princ. & l. opus.cum seq. ac l. fi.ff. loca. Opus restitui exponitur in l. cum prætor.infra eo. Opus structile in l.in rutis.infra eod. Opus ruręstre,quasi rusticum, ad rus pertinens, l.seruis vrbanis. §. muliones de vrbano ministerio sunt, nisi propter opus ruręstre testator eos destinatos habebat.ff.de leg.3.& in l.denique. ff. de vsu & habita.vocat opera rustica.

Opus figulinũ. ¶ Opus figulinum, quale figuli facere solẽt, l.fistulam.§.iuxta.ff.de seruitu.vrba.prædio. ibi, iuxta communem parietem cameram ex figulino opere factam, &c. dicitur etiam figulinum opus,quod Tholosani bene norunt, ex luto videlicet factum,quod etiam figlinum vocatur.

Figulina seu figlina. Quid sit figulus. vocatur. Figulina seu figlina officina dicitur, in qua artem, & operam exercent figuli, l. veluti si figulinas haberent,in quibus & ea vasa fierẽt,quibus fructus eius fundi exportaretur,figulive exercerentur.ff.de serui.rustico.prędio. Figulus,qui ex terra,creta,vel argilla opera facit,l.ęquissimum. §.& si forte.ff.de vsufruc.ibi,si tamen quę instituit vsufructuarius, aut cœlum corrumpant agri,aut magnum apparatum sint desideratura,opificum forte, vel figulorum. de his duobus etiam loquitur Iurisconsul. in l. fundi. §. cum quidam.ff.de fundo instructo. Fictilis fistula, ex terra facta à figulo, l. Quintus Mutius. ff. de seruitu.rustico. prędio.ibi,licere fistulam suam,vel fictilem, vel cuiuslibet generis in riuo ponere. Fictilis vel fictile est opus figuli ex terra factum, quod est omnibus obuium.

Fistula fictilis.

Vocare multis modis, & phrases. ¶ *Vocant*. Vocare capitur pro nominare, appellare. sic in l. munus.1. infra eo.vbi primo dicit appellari, deinde vocari.facit l. Labeo. 2. §. 1. ibi, Græci vocant.l. ostentum. in fine,l. mouentium.& l.Masurius.infra hoc titulo.

¶ Vocare in ius, est iuris experiundi causa vocare, citare, conuenire, l.1.ff. de in ius vocando, & per totum illum titul.& in rubr. si quis in ius vocat. non ierit, siue eum quis vocauerit,quem &c. & in rubr.in ius vocati vt eant, aut satis vel cautum dent. & in rubr. ne quis eum,qui in ius vocat.est,vi eximat.

¶ Ad prætorem vocari,est citari ad comparendum coram prætore. l. si quis ex aliena iurisdictione ad prætorem vocetur, debet venire : prætoris enim est æstimare, an sua sit iurisdictio, vocati autem non contemnere authoritatem prætoris.ff.de iudic.

In tributum vocari. ¶ In tributum vocatur dominus cum creditoribus peculij. l.1.§.1.ff.de tributo. actio. id est pro rata debiti cum creditoribus distribuitur pars peculij serui sui domino. §. introduxit. Instit. quod cum eo qui in alic. potesta.

¶ In contrarium me vocat Sabini sententia, id est adducit,trahit, l.si venditor.in fine.ff. de seruis exportand.

Vociferatio. Leuis querela. ¶ Vociferatio est doloris & indignationis ostensio, vt Valla dicit lib.5. cap. 52.& dicitur quædam exclamatio, cui opponitur leuis querela non vocalis, l. 3.§. fina. ff. de re militar. dum ait text.si intra vociferationem, aut leuem querelam seditio mota sit,tunc gradu militiæ reiicitur.

Auocare. ¶ Auocare pro amouere, retrahere, l. 3. in fine. ff. de testib. ibi, testes non temere auocandi sunt per longum iter, multo minus milites euocandi sunt à signis. Potest etiam ibi accipi pro vocare in ius.

Euocare etiam in ciuilibus dicitur contra Budæ. ¶ Euocare est citare in re criminosa, dicit Budæ.in forens.tamen id simpliciter non verum est,quia etiam in ciuilibus quis euocatur, vt in l.1.§. 1.ff.de feriis.ibi,tametsi non recte fecerit,qui eos euocauerit, quia in ciuilibus quis non solet cogi, vt præsentiam corporis faciat, sed per procuratorem comparere potest. l. fina. C. de procurator. In criminalibus verò si quis euocetur,potest dici personaliter vocatus,vt compareat. abunde scripsi in tracta.de euoca.in princip. in primo tomo ad constit.Reg.commenta. Non ergo ex vi verbi, sed materiæ hoc euenit, quicquid dicat Budæ.

Euocare sacra. ¶ Euocare sacra, in l. sacra. §. 1. de rer.diuisio. ff. pro remouere. ibi, solent qui religione eum locum liberare volunt, sacra inde euocare : quamuis Spiegel. in suo dictio. exponat pro exoluere expugnatores sacrilegij nomine.iudicate.

Euocare aquã. ¶ Euocare aquam meam, in l. Proculus. ff. de dam. infecto, id est abducere ibi exponit Iurisconsult.vbi primò euoces ait,deinde abducas.

Euocare ad munera. ¶ Euocare ad munera,in l.2.ff.ad Municipal. in l.Lucius.§.idem respondit.ibidem dicit conuocare:& in l.3.de munerib. dicit vocari ad munera, pro eo quod est iniungi munera, vt ibi, vel committere. l ad rempubli. ibidem. alia videte in dicto tracta. de euocatio. in princip.in commenta.ad constitu.Reg.Gallic.

Reuocare. Reuocare domum. Reuocare, pro retrahere. Reuocata pecunia. ¶ Reuocare,retractare,rescindere.scripsi in l.quod iussit.1.notab.nu.54.ff.de re iudica.

¶ Reuocare domum, l. 2. §. legatis.de iudic. ff.l.si quis ex aliena.ibi pro transferre.l. sed & si restituatur.§.sed & si dies. ibid.vel transmittere : quia legatus habet ius reuocandi domum,id est transmittendi.ibi,litigaturus, seu redeundi, quia non compellitur litigare,donec redierit.

Cũ elogio mittere reum. De facto, & eius phrases. Factum opus. Factum contra naturam. Inter gestũ & factũ quid interfit. Factũ iudiciũ. Facta denuntiatio. ¶ Reuocare,retrahere,reducere,l.deniq; non esse præstandas vsuras,cum pecunia reuocatur.ff.de iure fisci,& reuocata pecunia ibidem in l.seq.

¶ Reuocare testes,quod nos *recoler* dicimus Gallice : & cum elogio mittere reum,id est cum oneribus & informationibus,teste Budæ.in primis annota.qui allegat Martianum in l.diuus.de custod.reo.ff. Alia de hoc verbo dicam in l.verbum reddendi.infra eod.

¶ *Facto*. Factum opus dicitur perfectum, confectum, vt hic. Factum contra naturam ostentum est,l.ostentum.infr. eo. & naturæ contrariũ actum,§.1.in auth. vt nõ luxur.hom. contra naturam,col.6. Inter gestum & factum nihil interest,l.licet.1.infra eod. Factum iudicium dicitur inceptum,l.si post.ff.de exceptio.plene scripsi in tracta.de exceptio. in 15. diuisio. in exceptione, ne fiat præiudicium heredita. petitioni. Facta denuntiatio cum testatione,

testatione, detestatio est, l. detestatio. infra eod. Facta controuersia, in l. restituere. 2. infra eod. vbi exponitur. Facto meliore prædio. l. 1. in fin. de pigno. ff. Factum damnum, datum, in l. 1. ff. de his qui deiecer. vel effud. Facti sui nomine pœnã meruit, l. si communis familia. ff. de noxal. act. *Facto eius, tuo domini.* Facto eius intelligitur peruenisse, id est eius ministerio, causa. l. nõ omnis. in fi. ff. si certum petat. Factus paterfamilias, effectus, in l. qui exceptionẽ. versiculo, veluti. ff. de cõdictio. indebiti, & l. sed & si. ad Macedo. & l. profectitia. §. si filiusfa. de iure dot. Facto domini, l. siue. §. fina. ff. de condictio. furt. Facto testatoris, ibidem. Facto emptoris, l. 4. ff. de lege commisso. Facto tuo, l. & ideo. ff. de condictio. furt. Factum si quis ignorauit, recipi eius ignorantia potest, l. si fideiussor. 1. §. 1. vers. non male. ff. manda. Facti alieni tolerabilis est ignorantia, l. fina. ff. pro suo. Facta est mea creta, id est translatum est in me dominium, factus sum cretæ dominus, l. permisisti. ff. de præscrip. verb. Facta omnia sunt, l. si merces. §. penult. ff. loca. Facto horto, l. si fundus. §. si res. de pignor. Factum lex notat, non sententiam, l. palam. in fine, ff. de ritu nuptia. id est deprehensa an sit mulier, non verò condemnata. nam deprehendere facti est. Factus petitor, l. si rem. de euictio. ff. Factus deterior. l. quod si nolit. §. Pompo. de ædilit. edicto. Factam moram, l. cum quidã. §. si pupillo. de vsur. & l. mora. ibidem. Factæ vsuræ, l. liberalitatis. de vsur. ff. *Facti ignorantia quid.* Facti ignorantia, in rub. de iur. & facti ignor. est autem facti ignorantia, quæ in facto consistit, vt si ignorem patrem vel alium decessisse: si vero sciam decessisse, sed nesciam an tanquam filius, vel proximus eius hereditatem habere debeam, in iure ignorantia consistit, l. 1. & per totum titul. ff. de iur. & facti ignorant. probatur in l. Arescusa. ac sequen. ff. de statu ho. Facta sponsalitia, id est contracta, l. quæsitum. de sponsalib. Facta caduca, id est irrita, l. dote. de ritu nuptiar. declaro in l. sylua. §. glans caduca. infra eo. abundantius. Cætera quæ pertinent ad verbum faciendi scripsi in l. verbum faciendi. infra eod.

¶ *Corpus.* Corpus triplex est, vt scribam in l. pecuniæ. infra eod.

VLP. LIBRO TERTIO AD EDICTVM.

LEX SEXTA.

Nominis & rei appellatio ad omnem cõtractum & obligationem pertinet.

¶ Hæc lex duas habet partes, prout duo dicta continet: secunda ibi, Verbum ex legibus.

Primus huius legis sensus. ¶ Sensus huius primæ partis duplex esse potest, secundum iuris nostri interpretes. Intelligitur enim quod nominis appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, id est nomen ex quocunque contractu obligatorio fieri potest: vt locaui domum tibi centum aureis, non soluisti pensionem, nomen factum est ex contractu locationis: si vendiderim fundum decem, quæ non soluisti, nomen pertinet ad contractum emptionis. Nec enim semper est facilis nominis emptio, l. si dubitet. in princip. ff. de fideiusso. & ibi, nomen debitoris vendidit, l. cum is. ibidem. & idem est dicendum in aliis contractibus obligatoriis, vt nomen ex illo contractu fieri possit.

Nomen pro debito, & differt ab ære alieno. ¶ Et nomen pro debito acipitur, vt probat l. nomen. ff. de lega. 3. vbi quod vocat prius nomen, postea debitum, l. fiscus. 1. de iure fisci, & l. 2. de proxenetis. & proprie est, quod nobis debetur: æs vero alienum, quod nos debemus aliis, & sic nomen actiue, æs alienum passiue accipitur.

Nomen ad quæ porrigatur. ¶ Et sic nomen pertinet ad omnẽ contractum, & obligationem, id est dirigitur & extenditur, l. 1. §. quod ait prætor. ff. de cloacis. Et ideo requiritur contractus, vel quasi, vel obligatio, antequam dici nomen possit: alioqui si vendidero rem decem solidis, & tradidero, & tu decem dederis, non est amplius nomen, quia non est obligatio. Et si vendidero fundum furioso decem, & tradidero, vel mutuauero minori, & is luserit illam pecuniam, & amiserit, non est ibi obligatio, ob id nec nomen, l. is cui. de verbo. obliga. ff. Item si fiat contractus rei sacræ, vel à iure prohibitæ, ibi non est nomen, quia non pertinet ad obligationem. Et sic vbicunque est nomen, pertinet ad contractum, & obligationem, quia potest fieri nomen ex contractu, & obligatione.

¶ Ex quo infertur, quod si plagium facere quis stipulatus fuerit, si decem dedero quæ promisi, licet is faciat, ego non teneor ad illa decem. l. si plagij. ff. de verbo. obligatio. & sic non est nomen, quia nec obligatio.

¶ Idem in rei appellatione intelligatis, vt ad omnem contractum, & obligationem deduci possit, siue quid alteri, siue ei ex hoc contractu & obligatione debeatur: quia nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.

Secundus intellectus ad text. ¶ Secundò intelligi potest tex. quod de nomine potest quilibet contractus fieri, vt dicit gl. vel de re, & sic ad omnem contractum pertinet. Primò vendi nomen potest, l. si nomen. ff. de hereditate vel actione vend. l. si postquã. C. illo tit. l. quod apud. §. quod si is. ff. de doli exceptio. tam pure, quam sub conditione, l. nominis. ff. de hered. vel actio. vendita. Et separationem non fieri Iurisc. affirmat, si nouandi animo creditores nomen heredis consecuti

Nomen vendi,

sunt,

sunt, l. 1. §. illud sciendum. ff. de separatio. Et si nomen distractũ sit, Celsus ait locupletem esse debitorem non debere præstare, debitorem autem esse præstare: tex. in d. l. si nomen. ff. de hered. vel actio. vend. vbi Bald. & in consil. 442. verba. in primo vol. *in dotem dari, obligari, in solutum dari, & legari potest.*

¶ Et nomen obligari potest, l. si conuenerit. 2. ff. de pignor. actio. & l. nomen. C. quæ res pignor. obligã. possunt. Et quomodo intelligatur, scribit plene Neguzantius in tracta. de pigno. in 2. parte, membro tertio, nu. 21. cum seq. Darique nomen in dotem potest, l. 2. C. de actio. & obliga. & in solutum, l. si in solutum. C. de actio. & obligatio. Etiam inuito & ignorante debitore, l. nominis. C. de hereditã. vel actio. vendita. Et tunc emptor non efficitur dominus rei debitæ, sed actione personali agere potest ad rem debitam, vel ad debitum. l. nominis. C. illo tit.

¶ Item nomen legari potest, l. nomen. ff. de lega. 3. etiam vsusfructus nominis. l. 3. de vsufructu earum rerum quæ vsu consum.

¶ Alij contractus fieri ex nomine & re possunt. ideo text. ait ad omnem pertinere obligationem & contractum. Et iste est glossæ intellectus & communis: sed periclitatur, quia loeari nomen non potest, & sic non pertinet ad omnem contractum. *Intellectus aut thoris ad hunc text.*

¶ Ideo forte potest dici, quod si inueniam nomen, vel rem in lege, vel ordinatione, seu alia dispositione, ista appellatio nominis, vel rei pertinet ad omnem contractum, & omnem obligationem, non ad vnum tantum contractum, vel obligationem, videlicet quomodocunque sit debitum, vt comprehendatur: vt vendo nomina mea, intelligor vendere nomina ex quocunque contractu facta, & ex quacunque obligatione.

¶ Item si dem res meas, intelligor dare ex quacunque causa meæ factæ sint: quia nominis & rei appellatio ad omnem contractum pertinet & obligationem.

¶ Et si quis succedat in nominibus, intelligitur quomodocunque illa nomina contracta fuerint, & ex quocunque contractu & obligatione iure concepta sint. Et iste intellectus magis arridet verbis tex. ideo amplectendus, quamuis docto. aliter intelligant.

¶ Et dubitatio subesse poterat, quãdo vendo, vel do, seu lego nomen, quæ nomina intelligantur, & respondet tex. omnia, quia nominis appellatio ad omnem contractum, & obligationem pertinet: quippe non potest magis de vno intelligi, quam de alio: & quia tam ex vno contractu, quam ex alio nomen est, ideo nominis appellatio comprehendit quodcunque debitum, ex quocunque contractu factum: vnde mercator dans sua nomina, ea omnia, ex quocunque contractu confecta sint, donasse videtur, per hunc tex. *Declaratio gl. & vtilitates ad text.*

¶ Glo. habet tres partes. in prima exemplum ponit de nomine: in secunda de re: in tertia quando coniungũntur elucidat. Secunda ibi, item cum dicitur, tertia ibi, alij coniungunt. Glo. describit hic exempla: & sic vtilitas huius legis erit, vt si iudex pro executione rei iudicatæ deficientibus mobilibus & immobilibus possit capere nomina, id est debita, vt sic debeat intelligi, videlicet vt capiat de quibuscunque nominibus, vsque ad concurrentiam debiti, l. à diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudica. Et quando debitores debitorum arrestari possint, scripsi in tractatu de literis obligato. articu. 6. glos. 3. nu. 63. in 1. tomo commenta. ad constitut. Reg. *Nomina debitorum pro executione iudicati capi possunt.*

¶ Et periculum nominum quorumcunq; ad eum pertinet, cuius culpa deteriora facta sunt, l. periculum. si certum peta. ff. l. qui nominibus. de administratio. tuto. facit l. tutor. §. eum haberes. ff. ad Velleia. l. Sticho. in fine. de statuliber. l. ad eum. de dona. l. Imperatores. §. item rescripserunt. de administra. rer. ad ciuita. pertinent.

¶ Item cessio nominis fieri potest à fideiussoribus. l. fideiussoribus. de fideiusso. ff. & postea in opiæ periculum spectat ad eum, qui illud recepit, l. pupilli. §. soror. ff. de solutio. *Cessio nominis fieri potest.*

¶ Præterea si nominis fiat cessio scholastico, is poterit conuenire debitores, ex quocunque contractu facti sint, vt hic: quod facit ad intellectum ordinatio. Regiæ: & quod in ista cessione requirantur tredecim necessaria, in scholastico. scripsi priuileg. 171. etiam multa alia ad ordinationis Regiæ intellectum accommoda scripsi in 2. tomo commentar. in constitut. Reg. titul. de cessio. art. vlt. Et sic patet, quod nominis appellatio intelligitur, ex quocunque contractu nomen, id est debitum factum sit. *Ordin. Regiæ facilis intellectus de cessione scholasticis facta.*

¶ Et appellatio rei meæ vel mihi debitæ, intelligitur ex quocunque contractu mea sit, vel debeatur, l. Sticho. §. fina. ff. de statuliber. quod facit ad intellectum multarum legum etiam Regiarum, in quibus non interest siue nomen solum exprimatur, siue nomen & res: nempe in omnibus eadem est ratio, & sic iuris decisio: & cum his glossa elucidata manebit.

¶ Sed ad ea quæ dicit hîc Bar. de re mea, vel de re simpliciter prolata, scripsi in l. rei. supra eo. Et an in donatarium omnium bonorum transeant actiones personales & debita, quod non, scribam in l. bonorum. & l. meorum. infra eod. & ita censuit Senatus anno 1385. pro domino Iacobo Chenu, contra Andream Gilberti, quia non repræsentat personam defuncti, vt heres: refert Aufre. in stylo parlamenti, arresto XII. item per arestum, &c. & quæ notat Bar. in l. quintus. §. argentó. de auro & argen. legat. *Actiones an transeant in donatarium omnium bonorum.*

¶ Notan

Nomen variis modis sumitur & eius phrases.

¶ Notandum est nomen variis modis sumi: Primò pro debito, vt hic & in iuribus supra adductis. inde Bud. in forensi. ait, nomen publicæ & Regiæ authoritatis, *obligation passée sous seel Royal & authentique*, vel nomen signo Regio insignitum, seu fide publica subnixum, idem.

Pro debitore.

¶ Secundò pro debitore ipso, qui debet, l. à diuo Pio. §. sic quoque. vers. item quid dicemus, vtrum ipsi iudices conuenient nomen, &c. ff. de re iudic. Inde dicimus nomina primaria, & secundaria, vel vltima, *les premiers, seconds & derniers creanciers*, l. si quis vxori. §. si quis seruo meo. ff. de fur. sed ibi nomen accipi dicerem pro nominatione qua vocatur, non pro debitore, nec pro debito. videte.

Pro causa & gratia.

¶ Tertiò pro causa seu gratia, l. 1. ff. quib. ex caus. in possessio. eat. vbi causa, gratia, & nomen pro eodem ponuntur: & sic capitur in l. ait prætor. ff. de priuileg. creditorum, quamuis glos. exponat ibi pro contractu: facit l. fina. §. 1. quæ in fraud. credito. vbi quod dixerat gratia, postea nomen appellat. l. 3. vers. proderit. ibi, si ventris nomine fuerit in possessione. de iureiurand. l. 2. §. si seruus. ibi, peculiari nomine. ff. pro empto, & l. quicunque. §. item si institor, cum oleum vendidisset, annulum arrhæ nomine acceperit, de instito. actio. & rub. si mulier ventris nomine. & tit. seq.

Nomen pro titulo.

¶ Quartò nomen accepti expensiq; titulum significat, l. penul. C. de cõueniend. fisci debitor. lib. 10. ibi, vt quod suis nominibus debent, de suis facultatibus cogantur exoluere: sic exponit Alcia. hic, glo. ibi pro obligationibus vel creditoribus: ego ibi exponerem pro eo quod Gallicè dicimus, *à son nom*. videte.

¶ Quintò pro ratione, vt in l. si cum quis. §. 1. ibi, arrogatorem autem posse furti agere eius furti nomine, quod factum est ei quem arrogauit, &c. cum aliis multis legibus illius tituli ff. de furt. l. impensæ. §. vtiles. ibi, quorum nomine onerari mulierem ignorantem & inuitam non oportet. infra eo. & idem fere reincidit cum causa & gratia.

Nomen pro familia, vt si res non debet exire de nomine.

¶ Sextò nomen pro familia & agnatione sumitur: nam agnati eiusdem solent esse cognominis: vt volo quod de nomine meo hæc domus non exeat, vel alia res, l. pater. §. 1. ibi, fundum Aurelianum de nomine meo exire veto. & §. filiam. ibi, veto autem ædificium de nomine meo exire: & §. fundum. de lega. 3. ff. & l. is qui. 2. ibidem. ibi, & petierat vt curarent ne de nomine suo exiret. Et nomen interdum pro cognomine accipitur, vt inferius probatur.

Nomen pro nominatione.

¶ Septimò nomen capitur pro eo, quo res cognoscitur, quasi nominen, teste Festo, quod eius rei nominare notitiam faciat. Quorsum enim sunt nomina, inquit Iurisconsultus, nisi vt demonstrarent voluntatem dicentis? in l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellecti. lega. Et alibi Imperator ait, ad recognoscendos singulos nomina cõparata, l. ad recognoscendos. C. de ingenuis. & §. si quis in nomine. Inst. de legat. & Iurisconsult. ait: volo, quod nepoti plus tribuas in honorem nominis mei. l. cum filium. §. pater. ff. de lega. 2. Et si dedero hereditatem, vt quis nomen ferat meum, hoc facere tenetur, non nomen proprium, videlicet Petri, sed cognationis nomen, scilicet Rebuffi. probatur in l. hoc iure. §. fina. ff. de donatio. & l. facta. §. si in danda. ad Trebell. Benedictus in repetitio. c. Raynutius. in princip. de testament. Et qui delet nomen meum in libro meo scriptum, & suum apponit, falsi tenetur, l. 1. §. qui in rationibus. iuncta glo. ff. de falsis. Cepol. in l. signatorius. q. 3. infra eo.

Nomen alterius ferre an quis cogatur.

Delens nomen alterius falsi tenetur.

¶ Et pro nomine proprio capitur in §. teneantur. de collationib. in concordat. & C. de mutatio. nomi. & l. à nullo. de feriis. l. 2. §. illud. ff. de exceptio. l. si quis vxoris. §. si quis seruo. de furt. l. 2. de oper. public. & l. forma censuali cauetur, vt agri sic in censum referantur, nomen fundi cuiusq;, &c. ff. de censib. facit l. boues. & l. censere. l. hereditatis. 1. & l. pronũtiatio. vers. pater autem familias. ibi, recteq; hoc nomine appellatur. & l. liberorum. infra eo. Et si bona nomina venderentur, deberent magno pretio emi, quia contra habentes turpia nomina præsumitur. Ioan. And. in c. 1. de depositi. & tortura est incipienda ab eo qui nomen habet turpe, teste Petr. Gerard. sing. 75. magnum.

Tortura inchoanda ab eo qui turpe nomen habet.

¶ Vel exponi potest nomen, id est appellatio, vocatio, l. spadonum generalis appellatio est, quo nomine. l. nomen filiarum. l. litis nomen. & l. qui venenum. inf. eo. & istæ duæ significationes valde sunt affines, vt vix separari vna ab altera possit. Inde Iuriscons. ait, quod plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, l. nec in ea. ff. de adul. Conuentiones quæ pariunt actiones, in suo nomine non stant, l. iurisgentium. in princip. ff. de pact.

Nominatim quid, & quot modis dicatur.

¶ Inde nominatim, *nommeement*, dicitur, quando nomen prænomenq; expressum est, vel vnum ex his, vel aliud, quo certum fieri possit, l. 1. & 2. ff. de libe. & posthu. vnde excommunicari non debet quis, nisi monitus fuerit nominatim, c. constitutionem. vbi glo. bona, de sentent. excommunicatio. in 6. quod debet intelligi vt hic. dicitur etiam fieri nominatim, si citetur filius talis mercatoris, si non habebat nisi vnum, d. l. 2. & Bal. in margari. in verbo, citatio. quæstio. 58.

¶ Nominatim etiam dicitur fieri, si quid specialiter, & expresse, aut demonstratione corporum, aut alio modo, quo persona certificari, aut res possit, ostendatur. gl. nota. in §. facta. in

in verbo, nominatim. de electio. in prag. & dicitur nominatim, quando congrue intelligitur. Bal. docet in consil. 152. super primo. in 4. vol. l. nominatim. ff. de lega. 3.

¶ Nominatim etiam fit, quando nomen officij, aut artificij exprimitur, vt citetur coquus vel dispensator episcopi talis N. l. nominatim. vbi Benedict. Plumbi. & Boer. in additio. ad eum. ff. de manu. testa. glo. in c. qui contra. de electio. in 6.

Nominare authorem.

¶ Item nominare suum authorem quis dicitur, cum à quo habet rem designat, & dicit: & est idem quod laudare authorem, l. 2. C. vbi in rem actio exercer. debeat. c. fina. §. in aliis. vt lite non contesta. vbi plenissime declarat Soci. & dixi in tracta. de dilatio. artic. 2. in 3. tomo commenta. in constit. Reg. Gallicè dicimus *nommer son garant*. Item nominare est nuncupare, & quodãmodo eligere. vnde qui tutorem iudici nominat, tanquam idoneum, si non sit, non tenetur, l. 2. & 4. ff. de fideiusso. & nomin. eor. Vnde si aliquis nominat, & nuncupat quenquam ad aliquod officium, ipse in subsidium tenetur, & nominator vocatur, l. 1. ff. de magistra. conuenien. l. 1. §. solent. quando appellan. sit. l. nominationes. C. de appellatio. l. 2. & l. nominationem. de decurio. lib. x. & in rubr. de potioribus ad munera nominandis, eo. lib. x. & in rubr. de pericul. nominator. atque in l. 2. quo quisque ord. conueniat. lib. 10. Plene scripsi in tracta. Nominatio. quæstio. 1. quod facit contra eos, qui inhabiles Regi nominant, vt ipsi teneantur in conscientia de omnibus, quæ isti male gerunt: & plerique dum metuunt ne forte apprehensi eos nominent, prodere eos solent, l. 1. §. cum quis. ff. de quæstio.

Nominator tenetur.

Nominans & nominatus.

¶ Nominans etiam vocatur, qui eos nominat, & nominatus ille qui nominatur, l. Imperator. l. quid ergo. & l. libertus. §. nominati. ff. ad municipalem.

Nominata conditio.

¶ Nominata conditio vocatur nuncupata, expressa, in l. tutor. de ritu nuptia. ff. ibi, tutor vel curator adultam vxorem ducere nõ potest, nisi à patre desponsa, destinatáve, testamentóve nominata conditione, nuptias secuta fuerit.

Agnoscere nomina.

¶ Nomina agnoscere dicitur pupillus, vel adultus, quando obligationes contractas à tutoribus, vel curatoribus approbat, l. qui nominibus à curatoribus prioribus susceptis, siue tutoribus nomina agnouerunt, periculum in se transferunt. & l. cum quæritur. ibi, id quod gessisset tutor in contrahendis nominibus, aut in totũ agnoscere, aut in totum recedere. de administratio. tuto. ff. videte in l. cognoscere. inf. eo. vbi abundantius hoc verbũ explicatur.

Probare nomen.

¶ Probare nomen est approbare, ratum habere, l. Titio. §. fina. ibi, succedentis gradus in locum Titij nomen, & pignus probauerunt. ff. ad municipal.

Suscipere nomina.

¶ Et suscipere nomina tenetur curator contracta à tutore, non tamen periculo suo exactionem facere, l. tutor siue curator. de administratio. tuto. ff. id est instrumenta debiti seu debita recipere debet curator à tutore, sed periculo suo exigere ea non tenetur: vt ibidem dicitur, quia si debitor factus à priore tutore soluendo non fuerit, non erit periculo curatoris, sed tutoris, qui illa contraxit nomina.

In nomina pecuniam collocare.

¶ Et pecuniam in nomina collocare, est mutuare pecuniam, & fœnori dare, l. qui negotiationem. §. pupillo. ibi, quæsitum est, an ex eo die, quo duo milia potuerunt à substantia hereditatis separare, & in nomina collocare, neglexerint, vsurarum nomine pupillo tutelæ iudicio teneantur? respondit teneri. de administratio. tuto. ff. & dicitur pecuniarium nomen, in l. si conuenerit. 2. ff. de. pignor. actio. vt scripsi in l. pecuniæ. supra eod.

Nomen consequi.

¶ Et consequi nomen, est obligationem acquirere, & debitorem, l. promittendo. §. si à debitore. ff. de iure dot. ibi, neq; ei proderit maritum nomen consequutum eo tempore, quo exigere non potuit. & ibi, tale nomen consequutus.

Assignari nomina.

¶ Assignari nomina cuilibet heredum pro virili debent, id est distribui, l. 2. in fi. ff. famil. erciscundæ, iuncta l. arbiter. de distractio. pignor. elucidatur in l. assignare. infra eo.

Laudare nomen.

Facere nomen.

¶ Laudare nomen commendare est, & idoneum ad soluendum illum debitorem dicere & probare. l. 2. ff. de proxen. vbi facere nomen est debitorem sibi acquirere: vt dico in l. verbum faciendi. infra eo. quod non est, quando nomen, quale est, quis vendit, quia tantum tenetur venditor, vt nomen sit, nõ vt ab eo exigi aliquid possit. Herenn. in l. fi plus. in fine. de euictio. ff.

Edere nomen.

¶ Edere nomen, in l. boues. §. inter. infra eo. quid sit, ibi explanabitur.

Referre in nomina.

¶ Referre in nomina, declarabo in l. detestatio. §. serui. infra eo.

Nomẽ idoneũ, bonum.

¶ Nomen idoneum, à quo id quod debetur exigi potest, vt docui in l. probrum. in fine, infra eo. Bonum nomen facit creditor, qui admittit & approbat debitorem delegatum, l. inter. §. abesse. ff. mandati.

Nomen operi publico inscribi.

¶ Nomen operi publico inscribi alterius quam principis, aut eius cuius pecunia id opus factum sit, non licet, l. opus. in fine. ff. de oper. publi. Ideo dixi radenda insignia alicuius nobilis, quæ arma dicimus Gallice, apposita in castro principis, cum nulla alia quã principis esse debeant, nisi id expressa voluntate principis fiat, de qua constare debet: quia interdum nobiles, quibus princeps committit ista ædificia custodienda, construendáve, apponunt sua arma his ædificiis: quod non debent, nisi reditus suos ad opera finienda concesserint, l. 2. ibid. & quando ea apponũt, non à latere, sed sub Regis insignibus locare debent.

Arma alterius quã principis apposita operi publico radenda sunt.

Suo nomine. ¶ Inde Iurisconsultus ait, suo nomine damnum ad aliquem pertinere, cuius causa est propria, l.1.§. propria. ff. quando appelland. sit, & sic frumentariæ pecuniæ debitor suo nomine quamprimum soluat, l.2.§. frumentariæ, de administrat. rer. ad ciuita. pert. facit l. fina. §. hac actione. ibi, suo nomine exercitor tenebitur. nautæ, caupo. stabul. l. indebitam. de

Tuo nomine. condictio. indeb. l. furti. §. penul. de his qui notan. infa. Tuo nomine soluere, satis patet

Meo nomine. in d. l. indebitam. de condictio. indeb. Meo nomine, l.1.§. idem Pompo. quærit, si tibi mandauero, vt rem ab aliquo meo nomine receptam custodias. ff. depos. l. si duo. de arbit. alibi fusius dicam. Nomine alieno appellans tertium diem olim habebat, §. tutores. d. l. 1. ff. quando appelland. sit, & non licet militi agrum, vbi militat, alieno nomine emere. l. milites agrum. ff. de re milita. vbi gl. exponit, id est per interpositam personam, *au nom d'autruy.*

Nomine domini. Nomine domini, id est pro domino, l. cum mancipium. de ædilit. edicto. ff. ibi, an domini nomine emerit, l. quemadmodum. & l. tali. de iure dotium, vt solent facere procuratores.

Nomine procuratorio. ¶ Nomine procuratorio agere, est tanquam procurator prosequi causam, l.2. ff. quando appellan. sit. ibi, si procuratorio nomine egerit, *comme procureur d'vn tel, &c.* Nomine procuratorio condemnatus, l. si cum procuratorio nomine condemnatus esset. ff. de procurato. In nomen suum emere, est suo nomine comparare, non alieno, l.2. ff. quando ex facto tutor.

Eo nomine teneri. Eo nomine conueniri, ea causa, vel ratione, l. Lucius, ad municipales, ff. vbi primo dicit an ex ea causa teneri possit, deinde respondet conueniri posse eo nomine propter damnum reipublicæ. Excusari nomine quinque liberorum incolumium pater potest. l. cura. de munerib. ff. id est causa, vt superius dictum fuit.

Nomine palmarij. ¶ Nomine palmarij, id est victoriæ, l.1.§. si vero. ff. de var. & extraor. cognitio. ibi, si verò post causam actam cauta est honoraria summa, peti poterit vsque ad probabilem quantitatem, etsi nomine palmarij cautum sit: id est si in casu victoriæ promissa sit pecunia, palma enim pro victoria accipitur, à qua palmarium sicut ἀπὸ τοῦ νίκης, id est victoria, Græci τὸ νικητήριον dicunt. vide tex. in l.1. & ibi Lucam, C. de princip. agent. in reb. lib.12.

¶ Nomine eiusdem rei, id est pro eadem re, l. nemo ex his. ff. de reg. iur. ibi, quoties concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantum quis experiri debet.

Defecta nomina. Defectæ senectutis. ¶ Defecta nomina Iurisconsultus vocat, quæ soluere vsuram defecerunt, & cessauerunt, saltem solitam, in l. Caius. in fine. de vsur. ff. ibi, tamen pro defectis nominibus compensationes maiorum vsurarum fieri, &c. Et hominem defectæ senectutis eum, qui propemodum senectute consumptus est, vocat Iurisc. in l. arboribus. §. de illo. de vsufruct. ff.

Nomine vniuersitatis. ¶ Nomine vniuersitatis, id est pro vniuersitate, in rubr. ff. quod cuiuscunque vniuersita. nomi. iuncta l.2. ibi, hic pro republ. vel vniuersitate, non pro singulis interuenit. Nomine dotis, idem l. cum. de in rem verso. in fine, de vsur. ff.

Nomine pœnæ. ¶ Nomine pignoris tenentur, id est pro pignore, in pignus, l. penult. in quib. caus. pig. vel hypo. tac. contrah. Nomine iniuriarum, l. bouem. §. si quis. ff. de ædili. edicto. Nomine hereditatis, l. heredibus. in fine, ff. de dolo. ibi, nisi forte nomine hereditario conueniatur, id est tanquam heres. Nomine pœnæ & vsurarum, l. Caius. de vsur.

¶ Nomine futuræ obligationis res hypothecæ dari possunt, id est pro obligatione futura, l. res hypothecæ. de pigno. ff. & alia nomine hypothecæ, in l. potior. §. si colonus. qui potior. in pignor. habeant.

¶ Debet hoc nomine conueniri, id est, hac ratione, vel causa, l. minor 25. annis adito. §. plane. ff. de minor. Alia multa his adderem, sed ne vos pluribus teneam, de industria missa facio. Pleraque alia apud Budæum in forens. legere potestis.

¶ *Appellatio*, de hac dictione scripsi in l. liberti appellatio. infra eod.

Omnis dictio est vniuers. lis. ¶ *Omnem.* Vniuersalis est hæc dictio, nihil excludens, l. Iulianus. ff. de lega. 3. & l. à procuratore. C. manda. cap. solitæ. de maior. Aliquando tamen restringitur, vt si dicam, omnia iura permittunt vim vi repellere, intelliguntur de hoc loquentia. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. c. dilecto. de sentent. excommu. in 6. & inter omnes Iurisco. conuenit, videlicet de hac re interrogatos, l. inter omnes. ff. qui satisda. cogant. Abunde scripsi in authen. habita. in verbo, omnium. ne filius pro patre. C. in scholastico, priuileg.

Omnis collective & distributiue. ¶ Omnis collectiue inuenitur, l. si pluribus. ff. de leg. 2. in singulari verò distributiue pro quolibet. gl. in verbo, possessorē, in l. Moschis. de iure fisci, Bar. in l. hoc articulo. de hered. Instit. ff. vbi affertur vtilitas. Hæc tamen differentia sæpe confunditur, vt probatur in §. statuit autē. & ibi gl. de colla. in prag. Lucas de Penna in l. in omnibus. C. de cursu publ. li. 12.

Omnis pro aliquo. ¶ Aliquando omnis accipitur pro aliquo, Exod. 22. & in c. mulier. 15. q. 1. vbi sic scribitur, Mulier quę ad omne pecus accesserit, moriatur, & ipsa & pecus. & in sacris literis sæpius sic accipitur. Inde si quis omnem traditionem ecclesiæ scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. cap. si quis. 1. quæst. 7.

Omnis à toto differt. ¶ Hæc dictio omnis à toto differt, quod hæc ad numerum refertur, & ex pluribus consistat, vt patet hic, & l. seq. ac l. creditorum. ibi, sed omnes creditores. & l. inferaro. ibi, omne vestimentum. l. bonorum. 1. in fine. l. appellatione parentis. l. sæpe. ibi, si omnia imposita sunt, certum est omnia imposita redimenda. l. cognoscere. in fi. l. tigni. l. tabernæ. l. pronuntiatio. §. fina. vers. communi iure. l. vrbana prædia. & l. in lege censoria. circa finem. l. cedere. in fine. l. verbum facere. l. liberorum. l. pecuniæ. 3. cum l. seq. l. si calumnietur. §. telum. l. ferri. & l. vlt. in fine, infra eo.

Totum quid significet. ¶ Totum autem corpus aliquod integrum, & vnam respicit rem, vt totum fundum, l. recte dicimus. infra eo. totus lacus, l. littus. 2. tota hereditas l. virilis. totum debitum. l. si ita à te. eod. totam noctem, l. vrbana familia. in fine. l. pupillus. in fin. & l. vlt. ibi, tota restitutio. infra eo. Possem etiam adducere l. si quis cum totum. ff. de exceptio. rei iudica. & alia sexcenta iura, si viderem ista non sufficere.

¶ Vnde si Iurisconsult. loquatur de pluribus stipulationibus, dicit omnem stipulationem, vt in l. sponsio. inf. patet: si verò de vna tantum loquatur, dicit totam stipulationem, l. 1. in fi. ibi, edere non videtur, qui totam stipulationem non edidit. ff. de edendo: facit l. argentarius. §. 1. ibidem. & l. si vnus. §. sed si stipulatus. & l. tale pactum. §. post diuisionem. ff. de pact. l. mater. de inofficioso testamento. Cagnol. tractat in proœm. ff.

¶ In vulgari tamen sermone ista confunduntur, quia totum pro omni vsurpatur: vnde dicimus, *que toutes donations seront insinuees, tous adiournemens, & toutes actions*, vt est inuenire in ordinationibus publicatis anno 1539. Scripsi in tracta. de liter. obliga. art. 1. in 1. tomo commentar. ad constit. Reg. Gallicas.

¶ *Pertinet.* de verbo pertinere scribam in l. verbum pertinere. infra eodem.

§. Verbum ex legibus sic accipiendū est, tam ex legum sententia, quā ex verbis.

¶ Hic declaratur, quando aliquid ex legibus fieri dicatur, scilicet tam ex verbis, quam ex sententia legum.

Ex verbis legis vel sententia quid dicatur. ¶ Ex verbis dicitur fieri, quando verbis ipsis consonum est: vt si bos damnum dederit, tenebitur dominus ex verbis legis, dicentis si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, vt patet in illo titulo, si quadrupes paup. &c. ff. & Institu. & text. in l. nihil interest. ff. de adult. dicit, verbis quidem legis non liberatur.

Ex sententia, & ex mente idē significant. ¶ Ex sententia verò dicitur, quando verbis quidem non continetur, sed ex mente est, vt in l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. omnium iudic. vbi si quis id, quod est propositum, corruperit, datur in eum quinquaginta aureorum iudicium, id est actio: si verò id quod nondum est propositum, sed cum proponebatur, verbis quidem non tenebitur, quia non est propositum, & edictū prætoris loquitur, quando est propositum, tamen tenetur ex sententia: vt ibi sententiam edicti ait Iurisconsultus esse porrigendam. Et idem significat ex mente, sicut ex sententia, l. in generali. ibi, ex mente legis, iuncto hoc §. infra eo. & inferius multa ad hoc adducentur iura.

Dominus animalis bipedis an ex damno teneatur. ¶ Item si damnum dederit bipes animal, anser fortè, vel aliud simile, ex verbis edicti si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, non tenetur illius bipedis dominus, ex sententia tamen obligatur: & vocatur illa actio vtilis, l. hæc actio vtilis competit, etsi non quadrupes, sed aliud animal pauperiem fecerit. ibidem. facit tex. in l. si quis. §. 1. ibi, ex sententia legis tenetur, quamuis verbis non continetur. & l. marito. §. illud. ibi, ex sententia legis quęritur. de adulter. l. penult. ibi, ex sententia constitutionis. rub. qui sine manumissio. ad liberta. per ueniunt. ff. l. fina. ibi, incidit quidem in verba constitutionis, sed sententia excusatur. qui petant tuto. l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu.

Iudices iurant se iudicaturos secundum leges. ¶ Et sic licet ista sint diuersa, tamen ex legibus id dicitur, quod etiam ex sententia colligi potest: vnde iudices, qui iurant iudicare secundum leges, & ordinationes Regias, non dicuntur periuri & transgressores, si ex sententia legum, vel ordinationum iudicent. C. de iudic. authent. hodie. hoc etiam eis præcipitur in d. ordinatio. Regiis, titul. *des sermens*, &c, & in authent. insinuandum, quod præsta. ab his. colla. 2. & vt iudicent secundum consuetudines approbatas, per l. de quibus. ff. de legib. & secundum canones, qui leges etiam vocantur, c. Nicena. 31. distin. Feli. in c. ius generale. 1. distinctio. Sitaq; iudices legum, consuetudinum, ordinationumve sententiam sequantur, ex legibus iudicasse dicuntur.

¶ Vnde dicit tex. in l. famosi. in fine, ad legem Iuliam maiesta. ff. iudicandum esse ex illo, quod ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis. & in l. Pompeia. de parricid. licet sponsæ & nouercæ personæ omissæ sint, sententia tamen legis continentur, l. 3. ff. de parricid. l. 1. §. penult. ibi, non ex verbis, sed ex sententia senatusconsulti puniri Papinianus rescripsit. ad Turpillia. & l. iurisgentium. §. pactorum. ibi, nō minus ex verbis, quam ex mente conuenientium æstimandum est. ff. de pact.

Verba sequenda, cum de eis apparet. ¶ Notandum est, quando apparet de verbis legis, tunc non est ab illis recedendum, Marcellus in l. non aliter. ff. de lega. 3. & alibi Vlpia. scribit: in re dubia melius est verbis edicti seruire, l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actione.

Iudex an iura interpretari possit. ¶ Vnde dicit Bart. in l. ab executore. col. penult. ff. de appella. quod licet iudex in præiudicium partium possit interpretari iura, tamen hoc intelligitur, nisi verba essent plana, quia tunc non potest aliter interpretari, quam verba loquuntur. Sequitur Bal. in l. ea. C.

comminatio.vel epistol.& Alex.consil.216. in fine,vol.2. Aret. consil.56.Dec. refert in l. in ambiguis orationibus. ff. de regu. iur.

¶ Ad hæc decidit Bal.in ca.1.de controuers. inuestitu. quod necessarius intellectus scripturæ præferendus est cuicunque menti, per tex. in l.si alij. ff. de vsufru. lega. ibi, quia interdum plus valet scriptura, quam quod actum est: & lex quamuis dura sit, seruanda tamen est,l.prospexit. ff.qui & à quib. Claud. Cantiuncula in topicis iuris, in loco à scripto contra sententiam. Cicę.li.1.de inuentio.quid enim certius,inquit,legis scriptor voluntatis suæ testimonium relinquere potuit, quã quod ipse magna cum cura & diligentia scripsit?

Intellectus ad legẽ Regiã de cõsilio habẽdo.

¶ Item si quis sententiam ferre debet de consilio sapientis,vel aduocatorum,intelligitur quando res est dubia: sed si habet casum expressum, tunc potest illam decidere sine consilio, Bar.in l.non aliter.ff.de lega.3.& Barba.in Clemen.1.de iureiurand. col. 22. Quod facit ad intellectum ordinationis Regiæ, quam elucidaui in tractatu meo de sententiis executor.artic. 16.in 1.tomo commenta. ad constitu. Reg. vbi iudex tenetur in sententia conuocare quatuor consiliarios, vel aduocatos: alioqui sententia non valebit: sed quia illa ordinatio præbet formam, quam iudices seruare debent,ob id omissio illius formæ vitiaret sententiam, l.1.de lib.& posthu. quicquid in contrarium dicant iuris interpretes, etiam quantumcunque res esset clara, & dilucida: aliàs frustra dati essent consiliarij, si iudex causas decidere posset: nisi essent verbales petitiones, quas iudices per se iudicare solent ex tempore.

Si verba & mens pugnãt, neutrum seruandum.

¶ Aduertendum est, quod si verba & mens consonant, sine dubio vtrunque seruandum est,l. miles. §.quidam. ibi, vt verba legis & sententia adiuuant. de adulter. ff. Si verò inuicem pugnarent, tunc neutrum seruandum est, l. vbi repugnantia. ff. de regul. iur. l.in ambiguo.de reb.dubiis,ibi,qui aliud dicit,quam vult,neq; dicit,quod vox significat,quia non vult,neque id quod vult,quia id non loquitur.Barba.in c.1.col.25.nu.278.de constitu.

Mens quando verbis non repugnat, an sit sequenda.

¶ Quando verò mens verbis non repugnat,sed inuicem se excedunt, quia aut plus,aut minus scriptum fuit, quam legislator voluerit,vt in l.qui quartam. ff. de lega.1. tunc si claris rationibus possit deprehendi,vel plus vel minus esse intellectum, quam scriptum,verba legis vel testatoris amplianda, vel restringenda sunt, quatenus mente conceptum est,l. quoties. §. si duo.ibi, si modo voluntas patrisfa. manifeste non refragetur. ff.de hered.instituend. Freder. in tracta. de interpretatione legum,in 1.parte: & Feder.consil.13.clericus. Iaſ.in l.iurisgentium,§.prætor ait,6.nota.ff.de pact.

¶ Aliquando verba legis non sunt plana, sed sententia & mens potest elici, & tunc est mens inspicienda,c.intelligentia.& ca.præterea.de verbo.signi.quia ibi dicitur, plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. nam Celsus scribit, scire leges non est verba earum tenere,sed vim atq; potestatem,l.scire leges.ff.de legib.& in foliis verborum non consistit euangelium, sed in radice rationis, & in sensu, in cap. Marchion. 1.q.1.& pulcher tex,in l.generaliter.§.sed si ita.ff.de fideicom.liber.sic ait,non tantum verba fideicommissi,sed & mens testatoris tribuere solet libertatem fideicommissariam:sed cum ex præsumptione libertas præstita esse videtur, heredis est contrariam voluntatem testatoris probare:facit l.filium.§.videamus.ibi,ex mente prætoris denegandam esse respondetur. ff.de bono. posse. contra tabul. & l.diuus. 1. §.item senatus. ibi, sententiam magis sequendam esse huius senatusconsulti, quam scripturam. de falſ.& l.impuberem,§.qui liberti.ibidem.cũ dicit,non verbis,sed sententia senatusconsulti tenetur,l.vbi.§.1.ff.ad Trebel.ibi,nec verba spectantur senatusconsulti, sed sententia. Cicero de inuentione lib.2. ait,Semper is, qui contra scriptum dicit, æquitatis aliquid afferat oportet. nam æquitas est rigori præferenda,l.placuit. C. de iudiciis,& ius est ars boni & æqui.l.1.de iustit. & iure,ff.& non est dubium eum in legem committere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem,l.non dubium. C. de legib.nam quorsum verba sunt, nisi vt demonstrent voluntatem? l. Labeo. de supellectili lega. ff. & optimum est non propriam verborum significationem scrutari,sed in primis quid testator demonstrare voluerit,l.cum de lanionis.§.asinam.ff.de

Mens legis animæ comparatur.

fundo instructo:quia litera occidit, spiritus autem viuificat, Paulus 1.ad Corinth. 3. Mens se habet ad literam, sicut anima ad corpus,teste Barba. in repetit.l.cum acutissimi. C. de fideicom. & hoc tam in contractibus, quam in vltimis voluntatibus. Iaſ. in l. si quis. C. de liber.præter.& consil.84.col.3,vol.2.scripsi,limitationes in l.in conuentionibus.infra eo.

¶ Et quando aliquid ex sententia legis deducitur, id dicitur in lege expressum, vt hîc, & in l.prætor.§.1.de no,oper,nuntiatio.ff.Paul,in l.qui testamento,§.mulier.de testa. Mens quippe legis lex est,l.cum mulier,soluto matr.ff.quam notat ad hoc Angel. in §.post mortem. Institu.de inutil. stipulatio. & Socin. consil. 58. col.2.in.1.vol.text.in l.ita fidei.ibi,qui non tantum legem circumuenire voluit,sed etiam interpretationem legis.ff.de iure fisci.

Mens ex quibus colligitur.

¶ Quæro, quomodo colligitur ista mens? Respondeo ex multis, quæ tradit Petrus Anchar,in repetit.e.canonum statuta in materia interpretationis extensiuæ.versiculo,circa tertium casum.de constitutio. Sed vltra eum addam multa alia.

¶ Primò

Proprius sensus inquirat& continens reiicitur.

¶ Primò si proprius sensus contineat iniquitatem, tunc accipiemus sensum improprium,l.in ambiguo.ff.de reb.dubiis.& ista est mens legis, l. scire oportet.§.aliud.vers.maxime.& §.sufficit.ff.de excusatio.tuto.vt si statutum puniat emittentem sanguinem in palatio,non punietur faciens phlebotomiam: ibidem.hoc enim esset iniquum,ideo mens statuentium attenditur, ratione iniquitatis vitandæ.

Si ratio legis repugnat.

¶ Secundò quando ratio legis repugnat: nam ratio legis mens legis est,d.l.cum mulier. soluto matr.ff.l.cum tale.§.falsam.1.de conditio. & demonstra.& si lex puniat homicidam, non punietur, qui occiderit proscriptum, vel proditorem patriæ, etiam patrem.l.minime. ff.de religio.& sumptib.funer. Ange. in §.1. de legitima patro.tutel. in Institutio. indigeret tamen principis gratia in hoc regno, in quo nulli licet priuato aliquem occidere, nisi aggressorem suum: nam is videtur se occidere: & tunc impetraret literas veniæ, quas vulgus *de pardon* vocat.

Vsus loquendi communis attenditur.

¶ Tertiò si communis vsus repugnat propriæ significationi, tunc mens legis est, quod intelligatur secundum communem vsum loquendi, Vlpia. in l.librorum. §. quod tamen Cassius.ff.de lega.3.& l.in vulgari.infr.eo.Sicut dicimus de villa,vt significet in Francia ex communi vsu loquendi ciuitatem, licet propria significatione rus denotet, teste Bar. in extraua. qui sint rebelles, in verbo, Lombardiæ. & Anchar.in c.si postquam. de electio.in 6.scripsi in §. statuimus. 2.de collatio. in concordat. Franciæ. idem scribam *des patiens*, in l. liberorum. infra eo. quomodo intelligantur ex communi significatione.

Honestatis gratia à propria significatione recedit.

¶ Quartò causa honestatis seruandæ recedit à propria significatione, & attenditur mens ad honestatem tendens,l.4.§.prætor ait.ff. de in ius vocan.vbi Angel.vnde licet domino quis promiserit præstare operas, non intelligitur de inhonestis. l.eius.de oper.liber. Et comes,vel alius dominus non potest cogere subditos suos, vt veniant ad palatium causa saltandi,& tripudiandi,*pour dancer*. l.quod ex liberta. C. de oper.liberto. vbi Bal.hoc expressim ait,quia ab omni superioritate ius honestatis videtur exceptum,l.fina. C. ne fiscus rem, quam vendidit,euincat. lib. x. Et is dominus, qui suos subditos ad inhonesta prosequitur, vel in illos sæuit, perdere debet suam iurisdictionem, quia ea abutitur,l.2. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.& hoc seruat venerabilis parlamenti curia,quæ solet tales dominos illa iurisdictione priuare, & eximere illos subditos, teste Guido. Papa, decisio. 62. si quis Baro.post Ioan.Fab.in §.fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris, in Insti.

Dominus in suos subditos sæuiens iurisdictione perdit.

Mens ex vnica ratione colligitur.

¶ Quintò colligitur mens, quando est vnica ratio, glo. in l.quamuis.C.de fideicomm. l.1.de liber.præter.glo.in verbo,eligatur.cle.1. de electio.Iaſ.in §. omnium. nu. 38. Instit. de actio.& l.1.§.nunc videamus.de noui oper.nuntiatio.ff.Bolog.consil.60.col.2.&c.viso igitur:vnde statutum excludens fœminas extantibus masculis,habet illam solam conseruandæ agnationis rationem,& mens ex illa ratione colligetur, vt plene Albert. Brunus scribit in suo tractatu de statu.excludent.fœminas.

Explicatio legum Regiarũ quo ad scholasticos, & recredentiam.

¶ Sextò colligitur mens ex argumento sumpto à contrario, l. qui testamento.§. mulier. ff.de testa.vbi mulier in testamento testis esse non potest:ergo extra testamentum, per argumentum à contrario, poterit testis fieri.probat etiam ordinatio Regia art.vlt. rub. *des priuileges des escholiers*,vbi prohibentur scholastici conuenire suos debitores coram conseruatoribus regiis vltra iurisdictionem senatus, quam ressortum vocant: ergo à contrario intra ressortum possunt,etiam si distent vltra quatuor diætas,vt docui in scholastico.priuilegio 161.vbi abunde scripsi:faciunt quæ docet Feli. in c. in nostra. corrola. vndecimo. de rescriptis.de hoc argumento scribunt interpre.in l.1.ff.de offic.eius cui mand.

¶ Ideo ordinatio,quæ prohibet recredentiam,seu tenutam à pleno separari possessorio, intelligitur,quando simul potest decidi fiduciaria possessio cum manutenentia: alioqui si fiat probatione testium non potest decidi possessorium, tunc recredentia adiudicabitur separatim,sumendo argumentum à contrario, vt plene scripsi in tracta. meo de sentent. executor.art.1.in 1.tomo commenta.ad constit.Reg.Gallicas.

Leges ad communem vtilitatem referri debent.

¶ Septimò inspiciamus mentem ad commodum reipub. l. hoc modo. ibi, legem enim vtilem reipub. sobolis scilicet procreandæ causa latam,adiuuandam interpretatione. ff. de conditio. & demonstra. Lanfranc.in tracta. de interpretatio.statuto.in fine,& ibi scripsi in additio. Felin.in c.nonnulli.col.21.de rescrip.allego alium tex.in l.si quis in graui.§.verum. de senatusco. Silaniano. Et Cicero lib.1. de inuentio. sic inquit:omnes leges ad commodum reipublicæ referri oportet,eas ex vtilitate communi, non ex scriptione, quæ in literis est,interpretari.

Arestum vt in quolibet parlamento quælibet cancellaria concedat literas suis subditis.

¶ Vnde fuit iudicatum in hoc senatu anno 1508. die octaua Martij propter vtilitatem publicam, vt quælibet cancellaria concedat literas subditis suæ iurisdictionis & ressortus, aliis verò non: imo fuit factum præceptum Seneschalco Pictauensi & aliis magistratibus, ne literis impetratis in cancellaria Burdegalensi, vel alia extra ressortum Parisi. sita obtemperent. Et istud hodie seruatur,nisi in magna cancellaria impetrentur, quam Cancellarius promouet. illa enim sicut aquila vbique volat.

Si statuentes fuissent interrogati, idem iudicassent.

¶ Octauò quando statuentes iudicassent idem in casu omisso, sicut expresso, si de hoc fuissent interrogati, mens ex hoc frequentius elicitur: probat l. Lucius. §. Titius. ff. de liber. & posthu. glos. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. & ibi addidi, cap. secundo, requiris. & c. suggestum. de appellatio. & ideo mandatarius potest exequi illud, quod nō est mandatum sibi, quando mandans idem fecisset in casu omisso in mandato, inquit Petrus de Bella Pertica in l. maritus. C. de procurato. Barba. in cap. veniens, col. 8. de accusatio. Hippolyt. in l. 3. ff. de parricid. vbi idem docet in excommunicationibus, in rescriptis, in gratiis principum, in vltimis voluntatibus, & aliis.

Voluntas testatoris per alium potest declarari.

¶ Nonò quando dicit se omisisse quædam testator, quæ vult declarari per talem. l. Theopompus. de dote prælegata. ff. Soci. in l. in ambiguo. de rebus dub. Alia videte per Stephanum de Fredericis in tracta. de interpretatio. legum, in 3. parte. Itaq; ex præmissis mentem legum, statutorum, ordinationum, & consuetudinum elicere iure poteritis.

Directa & vtilis actio explicatur.

¶ Considerandum etiam est, quod sicut habemus verba & mentem, ita habemus duas actiones, directam scilicet & vtilem, l. penul. ff. de sentent. pass. Directa tunc datur, quando concurrunt verba legis & mens, gl. & doct. in l. si quis id quod. ff. de iurisdictio. omn. iudic. & in l. curatoris. C. de nego. gestis. vtpote si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, datur actio directa, quia verba rubri. & mens conueniunt, & ad hoc directò tendunt. Si verò bipes damnum dederit, actio vtilis datur ex mente legis, l. penult. si quad. nam si legislator fuisset de hoc interrogatus, idem respondisset, l. Titius. §. 1. ff. de liber. & posthu. Item actio legis Aquiliæ datur contra eum, qui occidit seruum alienum, vel læsit: vnde si quis occiderit meum seruum, datur mihi actio directa, l. 1. ff. ad legem Aquil. si vero quis læserit seruum, in quo habeo vsumfructum tantum, dabitur mihi vtile iudicium, id est actio vtilis, l. item Mela. §. fina. ibidem. & emptori soluto pretio, vt res ei præstetur, datur actio ex empto directa, l. ex empto. ff. de actio. empti: sed si emptor dederit arras nomine emptionis, ea resoluta, & irrita facta, dabitur ei actio vtilis ex empto. §. is qui. ibidem: & centum locos adducere possem de hac actione vtili & directa: sed his nunc contentus ero, & de eis dicam in l. cum prætor. infra eod. & quid sit lex, & phrases, inferius dicetur in l. si cum fundum. de dictione ex, in l. cognoscere. in fin.

Contra legem facere, vel in fraudem quid sit.

¶ Fraus legi quot modis fiat, dicitur in l. fraus. ff. de legib. & in cap. certum. de regulis iuris, in sexto, & ibi per Dinum: & contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet: in fraudem vero legis, qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit. l. contra legem. ff. de legibus.

Tantum punitur qui contra mentem legis facit, quā qui contra legem.

¶ Et quando quis dicatur facere contra legem, vel in fraudem legis, seu committere in legem, declarant plenè Bal. & Ias. in l. non dubium. C. de legib. post Dinum in d. regu. certum. de regul. iur. in 6. & Stepha. de Freder. in d. tracta. de interpretatio. legum, in 1. parte: vbi concludunt post glos. hic, quod tantum puniri debet, qui facit contra mentem legis, quantum qui facit contra ipsam legem: quia virtus legis est in mente, non in verbis solis.

Extrahens farinam tempore prohibito puniri debet.

¶ Ideo prohibitus extrahere frumentum, si extrahat farinam, æquè puniri debet, ac si extraheret frumentum: vt Ias. etiam probat in 1. nota. d. l. non dubium. Idem vidi in extrahente panem: imò dicebant quidam istum venientem contra mentem legis plus puniendum, quia excogitata malitia peccat. ego tamen inhæreo isti glos. & cōmuni sententiæ, vt æquè saltem puniendus sit. vide quæ scribam in l. aliud est fraus. infra eod.

Noctu inuentus sedens punitur.

¶ Ideo si statuto caueatur, vt nullus eat noctu, & si quis inuentus fuerit, pœna puniatur decem aureorum: si quis repertus postea fuerit sedens, illa pœna punietur, quia omnes euntes sederent, ad euitandam pœnam statuti, & sic fraus statuto fieret, & sic ex mente punietur, non ex verbis, quia aliud est ire, aliud sedere, l. hæc verba ille aut ille. infra eod. l. 1. ff. de his qui deiecer. facit l. quisquis. C. de postu. & hoc firmat Alber. in tracta. statut. quæ. 231. quid si statuto caueatur. in 2. parte. Et ex prædictis redduntur expeditæ glos. & materia huius §. & quia debitores sæpius replent creditores promissionibus, & sponsionibus, ideo videndum est, quid sponsio appelletur.

PAVL. LIBRO SECVNDO AD EDICTVM.

LEX SEPTIMA.

Sponsio appellatur non solum, quæ per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissióque.

Intellectus huius legis.

¶ Omnis stipulatio, & alia promisio vocatur sponsio, non solum si ad sponsi interrogationem, sed & quomodocunq; fiat: nec debet legi neutraliter, vt gl. vult, sponsum sponsi, sed sponsus sponsi. Et sic capitur in l. genero. ibi, sponsi enim nullus luctus est. ff. de his qui notant. infa. & sic sponsio non solum refertur ad sponsum & sponsam, verum etiam ad omnes contrahentes, & intelligitur non solum de stipulatione, sed & de omni promissione, & sic iungi debet vterque intellectus.

¶ Veteres

Sponsalia olim quomodo contrahebantur.

¶ Veteres enim sponsalia per stipulationem contrahere solebāt, vt docet l. 2. ff. de sponsalib. Et ideo à spondendo sponsalia dicta existimarunt, & hæc solennitas in his nuptiis apud eos seruabatur, teste Alexand. lib. genial. 2. cap. 5. Vnde dicit glo. in l. 2. ff. de adoptio. prius sponsum interrogandum, & postea sponsam: tamen licet peruertatur ille ordo, non annullantur sponsalia, vel matrimonium, vt ibi scribitur. Et quamuis sponsalia sint futurarum nuptiarum repromissio, d. l. 1. de sponsal. tamen Imperator interdum accipit pro muneribus sponsæ datis, vt in Theodos. C. rubr. si prouinciæ rector, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint, teste Alcia. lib. 1. parerg. c. 1. Sed in Iustinianeo Codice habemus sponsalitias arras in rubrica, & in lege vnica, ibidem. Et sic patet sponsalia quædam esse de futuro, quædam præsentanea, quæ per verba fiunt de præsenti, capitulo, si inter. de sponsalibus.

Duplicia sponsalia.

Sponsio quando pro stipulatione capiatur.

¶ Videndum autem est, quando sponsio pro stipulatione, vel promissione accipiatur, & quomodo possit discerni. Respondeo tunc accipi pro stipulatione, quando interrogationem præcessisse constat. l. si ita à te stipulatus. infra eod. l. ea quæ. de donat. inter virum & vxorem. l. pater. 2. §. 1. ff. de castrensi peculio. ibi, si stipulanti filio spondeat. l. iurisgentium. §. quod fere. & l. sed & si fideiussor. & l. emptor. ff. de pact. maxime si sponsio, vel spondit inueniatur in instrumentis notariorum, in quibus nulla communius est simplex promissio, sed omnis stipulatio: quia notarij solent interrogare partes, an contenta in instrumento promittant, & partes respondent, & sic stipulationem fabricant, teste Ioāne Fabro in §. item verborum. Institut. de inutilibus stipulationibus.

¶ Alioqui potest dici simplex sine interrogatione promissio, l. Stichus. ff. de statuliber. vbi sic scribit Marcel. Stichus si heredi meo decem promiserit, vel operas se daturum iurauerit, liber esto: potest expleri conditio, si promiserit: nam spopondisse aliqua significatione dici potest, etiam si non sit secuta obligatio. videte l. aliud est promittere. infra eod.

Reprehenditur Alciatus, & ad hanc legem intellectus datur.

¶ Quod sponsio etiam intelligatur de nuda promissione, patet per hoc verbum promissio, in hac lege descriptum, alioqui tantum dixisset stipulationem, & per hoc verbum etiam omnis adiectum, quod est generale, l. à procuratore. C. mandati. vt dictum est in lege proxima, & hoc vult tex. hic dicere, vt docet Alber. licet Alciat. sponsionem pro stipulatione capi tantum dicat, & dictionem promissio in text. isto ratione maioris declarationis appositam, quod dubitari potuit, ne sponsio de sola interrogatione diceretur, glos. in l. 1. ff. de verborum obligatio. sed hoc non placet, nec dubitandum erat, an sponsio pro interrogatione acciperetur, cum aliud sit interrogatio, aliud sponsio: sed dubium esse poterat, eo quod sponsus solet interrogari, an talem puellā velit ducere, & is respondet, an intelligatur sponsio de illa promissione sponsi & sponsæ tantum, an verò sponsio cōtineat aliam etiam promissionem: & Iurisconsultus respondet, quod sponsio appellatur non solum ea quæ fit ad interrogationem sponsi, sed omnis stipulatio promissióque.

Legis dubitatio.

¶ Nec erat opus declaratione, si Iurisconsultus voluisset sponsionem accipi tantū pro stipulatione, nec adiunxisset illa verba promissióque, alioqui Iurisconsult. superfluis verbis vteretur. Nam ad quid prodesset verbum promissio? sufficiebat enim dicere, omnis stipulatio: sed illa dictio, promissióque, est adiecta, vt ostenderet sponsionem tam pro stipulatione capi, idque frequentius, quam pro alia promissione: & hunc arbitror verum ad hanc legem intellectum: nec in hoc assentior Alciato, quod etiam suadetur ex dictione non solum in hoc text. conscripta.

Intellectus ad l. vnicam. C. de suffragio, contra Alciatū.

¶ Et per hoc patet l. vnicā. C. de suffragio, posse intelligi de promisso nudo pacto, cum sponsio etiam ad nudam promissionem referatur, vt hic, & per text. in l. iurisgentium. §. quod fere. ff. de pact. vbi sic dicitur, quod fere nouissima parte pactorum ita solet inseri, Rogauit Titius, spopondit Meuius, hæc verba non tantū pactionis loco accipiuntur, sed etiam stipulationis. Ecce verbum spondeo, vel sponsio, non solum significare stipulationem, sed etiam pactionem, & sic promissionem: idque probat d. l. vnica. C. de suffragio, ibi, promissa restituant, & ibi, placitum continebit, & ibi, sponsione. iuncta l. 1. de pactis. ff. nec fuisset dubium de stipulatione, quin si quis stipulatus fuerit decem ab aliquo, vt ei suffragetur apud Regem, forte vt gratiam, vel priuilegium obtineat, si suffragatus fuerit, ei promittens teneatur, ob id quod non sunt alieni à puluere, & sudore, & astutia, ac simulatione, qui castra & curiam comitantur, l. vna. C. de castren. om. palatino. lib. 12. ob id Imperator curialibus & aulicis in compensationē laboris, & sudoris, ibi statuit, vt si quis promittat his curialibus, vt ipsi suffragētur, si fuerint suffragati, promissa exigere ab eo poterunt, etiam si tantū nudo pacto quis illis promiserit, & sine stipulatione, & absq; instrumento sigillato seu obsignato. Considerauit enim Imperator multas expensas ex itineris prolixitate, ac sumptus, quos curiales ipsi facere consueuerunt, & quod vt plurimū pauperes sint: ideo promissum illis etiam simplici promissione, impleto suffragio debetur, vt ibi dicitur, quicquid Alciat. hic iactet, quia it nostrates Iurisconsultos illam legē non intelexisse, cuius forte nec ipse, tantum de stipulatione, & non de nudo pacto intelligens, sen-

ſum omnino attigit. Et qui legerit d.l.vnicam. C. de caſtrenſi om. pala. pecul. plane intelliget mentem Imperato. in d.l.vnica. de ſuffra. vel forte poteſt dici eſſe ibi contractum innominatum, facio vt des, ideo locum habere §. quod ſi faciam, & ea quæ in eo notant. l. naturalis. de præſcrip. verb. ff. nam præſtitum fuit ſuffragium, & ſic factum, vt patet, dum dicit, dum ea quæ optauerint, conſequantur, &c. alibi plenius ſcribam de hoc, interim adhæreo ſuperiori ſententiæ.

Sponſio pro ſtipulatione in his caſibus accipitur.

¶ Nec reſtagatur l. ſciendum. §. edictum. ff. de ædili. edict. vbi ſic habetur, dictum à promiſſo ſic diſcernitur: dictum accipimus, quod verbo tenus pronuntiatum eſt, nudóque ſermone finitum, promiſſum autem poteſt referri, & ad nudam promiſsionem ſiue pollicitationem, vel ad ſponſionem, &c. Reſpondeo poſtquam ibi expreſsit nudam promiſsionem, & poſtea ſponſionem, voluit intelligere pro ſponſione ſtipulationẽ, & ſic per illum text. elicitur limitatio ad iſtum, videlicet quod ſponſionis verbo non venit nuda promiſsio, quando prius erat expreſſa: quia expreſſum facit ceſſare tacitum, vt ſupra non ſemel dixi, & facit l. cum filio. §. filio. de vulga. ff.

¶ Secũdò perdit officium regula, ſi dicatur ſola promiſsio, tunc pro nuda promiſsione accipietur, l. 2. §. ſed vtrum. ibi, mihi videtur ſola promiſsione. ff. de iudic.

¶ Item quod ſponſio capiatur tam pro promiſsione quam ſtipulatione, facit cap. de his. ibi, cauendum eſt tamen de his, ne quando ſuæ promiſsionis immemores ſint. 28. diſtinct. Nempe is qui promittit, ſpondet, l. apud. §. 1. ff. de doli exceptio. & l. Iulianus. ibidem, l. fin. quarum rerum actio non det. Promiſsio eſt ſponſio, & ſponſio promiſsionem ſignificat, nec aliquam inter iſta duo verba aſsignat differentiam Iuriſconſultus in d.l. Stichus. ff. de ſtatulibe. facit l. 1. de legib. ff.

Spondeo vnde dicatur. Sponſus quis, & ſponſa.

¶ Vnde ſpondeo à ſponte deducitur, nempe ſpondere eſt ſponte promittere, ſiue per ſtipulationem, ſiue per nudam promiſsionem. Inde ſponſus, qui ſpondet & ei ſpondetur ſe ducturum puellam ſiue nuda promiſsione, ſiue ſtipulatione, d.l. 1. ff. de ſponſa. cap. 2. de ſponſal. Gallice dicitur *fiancé*, declaratur in l. 1. §. 1. ibi, eſt quæſtio vulgata an ſpõſus poſsit, hoc eſt qui nondum eſt maritus. ff. pro dote. idem in ſponſa dicitur in l. inter ſtuprum. §. 1. infra eod. licet ſponſalia communius fiant per ſtipulationem, vt dictum fuit.

Sponſare.

¶ Sponſare, eſt promittere ſe filiam ducturũ, ſeu contrahere ſponſalia, l. ſi quis officium. ff. de ritu nuptiar. quæ ſic habet, ſi quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poteſt, quãuis ſponſare non prohibeatur: ita ſcilicet, vt ſi poſt officium depoſitum mulier nuptias contrahere noluerit, liceat ei hoc facere, arris tantum redditis, quas acceperat.

Sponſor quis.

¶ Sponſor, qui puellam ſpondet ſe ducturum in vxorem. Item dicitur ſpõſor, qui ſponte ſine rogatu pro alio intercedit, gloſſ. ſingul. in §. 1. in authen. de fideiuſſorib. colum. 1. l. ſi quis pro eo. ff. manda. Et ſponſores *pleiges & cautions* vocat Budæus in Forenſibus.

Sponſio.

¶ Sponſio etiam dicitur, quando quis certam pecuniam, vel rem promittit, niſi ita fiat, ſicut affirmat: vt ſi dem anulum Titio, ſi ludo pilæ eũ non vicero, & depono apud Caiũ, recepta victoria præſcriptis verbis agam contra Caium, ſi cauſa honeſta erat. Nam is, qui anulum recepit, ſpõdet daturum ſe vincenti, & cauſa ſponſionis accepit: ideo ille victori tenetur. l. ſi rem tibi. §. fi. de præſcrip. verb. ff. ibi, ſi quis ſponſionis cauſa anulos acceperit, nec reddit victori, præſcriptis verbis actio in eum competit, &c, facit l. in quibus rebus ex lege Titia & Cornelia etiam ſponſionem facere licet, ſed ex aliis, vbi pro virtute certamen non fit, non licet. ff. de aleæ luſu. Budæ. in annotat. ad l. 2. ff. de origine iuris dicit etiam genus actionis eſſe, & in commentariis linguæ Græcæ docet vocari παρακαταβολήν: quo nomine non modo ſponſionis iudicium, ſed etiam ipſa pecunia depoſita ſignificatur, id eſt τὰ πρῶταβόλια: deponebatur enim ea pecunia in Prytaneo.

Sponſio commiſſa. Sponſio compromiſſaria.

¶ Sponſio commiſſa, pro pœna commiſſa, *peine commiſe ou encourue*, Budæus. Sponſio compromiſſaria, pœna quæ promittitur in compromiſſo, *la peine promiſe en vn arbitrage*, vt patet per Budæum in Forenſ. vide gloſſ. & ibi Zaſ. quomodo accipiatur in lege prima, ff. de legibus.

Sponſalitia largitas quæ dicatur.

¶ Sponſalitia largitas eſt donatio, quam ſponſus ſponſæ, vel econtrario facit. glo. in rubrica, vt ſponſal. largitas. collatio. 9. in authen. de qua ſcribam in l. alienatũ. §. donationis. infra eod. l. non ſine. de bon. quæ liber. vbi diſpoſita in vxore, ad ſponſam extenduntur, licet regulariter vxores appellatione ſponſæ non veniant, teſte Alber. in tractat. ſtatut. in ſecunda parte, quæſt. 109. & Bald. in l. vxoris. de his qui notan. infam. & plene ſcribit D. Tiraquell. in tractatu de legibus connubialibus in tertia lege, vbi ſponſi rapientis ſponſam pœnam tradit, rapientis verò vxorem nullam, quia hodie ſolent ipſæ viros, non viri eas cogere, imo rapere: vt ſatis norunt plerique in his rebus iam veterani milites, & coniugati, vt audiui ſæpius ab illis: quamuis gloſ. hoc rarum dicat in l. vna. C. de rapto. virgin.

Sponſa non veniunt nomine vxoris. Rapere viros an mulieres ſoleant.

¶ Sponte. de hoc verbo in l. munus. 2. infra eod. dicam.

Verbum promiſit intelligitur per ſtipulationem, nisi limitatur.

¶ Et ſic verbum promiſit in inſtrumento poſitum intelligitur per ſtipulationem, §. ſi ita

ita ſcriptum. Inſtitut. de inutilib. ſtipul. l. 1. C. de contrahen. ſtipul. l. 1. de vſur. l. ſciendum. §. edictum. de ædilitio edicto, per rationem ſuperius ſcriptam.

¶ Primò perdit officium ſuum hæc regula, quando poneretur in inſtrumento contractus innominati, quia non debet præſumi ſtipulationem illi repugnantem interueniſſe, vt patet ex d.l. ex placito. C. de rerum permutatio. Bald. in l. ſicut. ff. de actio. & obligatio. Ideo ſi quis promittat permutare, intelligitur per nudam promiſsionem, quia eſt natura contractus innominati, vt ante implementum non pariat actionem. l. naturalis. §. 1. de præſcript. verb. ff. ſed ſi intelligeretur per ſtipulationẽ, ante implementum oriretur actio contra naturam contractus innominati. dicta lege, ex placito. iuncta lege, ſi pecuniam. ff. de condictione ob cauſam.

Promiſſio dotis incertæ an valeat.

¶ Secundò flectitur regula, quando inuenitur promiſsio in dote, vel in alio ſimili contractu, vt ſi quis promittat dotem incertam, tunc ne duæ fictiones concurrant, non cenſebitur promiſſum per ſtipulationem, l. 1. & ibi Bald. C. de dotis promiſsio. Alexand. & alij in l. ſciendum. de verborum obligat. ff. Albert. Brunus in tracta. de forma & ſolem. actus rubr. de probatio. & præſumptio. formæ, verſicu. item circa præſentem. fol. 85. col. 2. videte tamen multos ibi contrarium tenentes, & puto quod contraria opinio in forenſi iudicio ſeruarẽtur. Et tunc valeret promiſsio dotis incertæ, & ſtipulatio præſumeretur interueniſſe, quia duæ ſtipulationes poſſunt concurrere, vbi ex diuerſis oriuntur, l. ſingularia. ff. ſi certum petat. vt contingit in hoc caſu. Bart. & alij in l. ſi is qui. ff. de vſucapio. & in dote ſtipulatio præſumitur, l. vna. C. de rei vxo. actio.

Promiſſio in teſtibus quomodo intelligatur.

¶ Tertiò in teſtibus deponentibus Titium promiſiſſe decem, tunc non intelligetur per ſtipulationem, per gloſſ. in l. 1. C. de vſur. quia teſtis debet deponere de eo, quod percipit aliquo ex ſenſibus corporis, l. teſtium. C. de teſtib. Sed per ſtipulationem cum ſit iuris, non percipit, ergo &c. hoc probat Bart. in l. ſciendum. ff. de verborum obligat. Barba. conſilio 17. colum. 3. in tertio volum. Niſi alio modo declararent, vtpote dicentes vnam partem interrogaſſe alteram, & demum promiſiſſe: tunc intelligeretur per ſtipulationem, quę fit per interrogationem, & reſponſionem, l. 1. ff. de verborum obligat. Et ſic in hoc cauti eſſe debent commiſſarij interrogantes teſtes, vt eos interrogent, ſi aliqua interuenerit partis interrogatio, & reſponſio, vel pars ſine interrogatione promiſerit, vt poſsit diſcerni, an fuerit ſtipulatio, vel alia promiſsio.

Praxis pro his qui teſtes interrogant.

¶ Quartò derogatur regulæ ratione materiæ non congruentis, vt ſi in titu. de pollicita. dicatur promiſit, intelligatur ex re, & ex materia, per pollicitationem, & non per ſtipulationem, l. 1. & per totum. ff. de pollicitatio. Idem in materia de præſcriptis verbis, vel ſimili. Videte alia, quæ tradunt docto. in d. §. quod fere. & in l. lecta. ff. ſi cert. peta. & l. ſciendum. de verbor. obligat.

Stipulatio quid

¶ Stipulatio eſt facta interrogatione promiſsio, l. 1. ff. de verbor. obliga. §. 1. illo tit. Inſti. de hac loquitur l. Labeo. 2. & l. non tantum. infra eod.

Stipulator quid.

¶ Stipulator eſt is, cui promittitur, l. aliud eſt capere. in fin. infra eod.

Reus ſtipulandi quid.

¶ Reus ſtipulandi declaratur in l. indicaſſe reum. infra eod. & in titul. ff. de duobus reis ſtipulandi.

Promiſſor.

¶ Promiſſor eſt is qui promiſit, l. cum tempus. ff. de regul. iur. ibi, ſicut in ſtipulationibus promiſſoris gratia tempus adiicitur, l. final. §. pen. de eo per quem factum erit. de quo verbo Promitto abunde ſcribam in l. aliud eſt fũrem promittere. infra eod.

Adpromiſſor.

¶ Adpromiſſor eſt teſte Alciato in lib. 1. parergõn. c. 2. qui alienæ promiſsioni accedit, fideiuſſor, & ita legendum in l. 5. §. ſatis acceptio. ff. de verborum obliga. ibi, vt adpromiſſores quoque ab eo accipiantur, id eſt qui idem promittant. Dicitur autem adpromiſſor eadem ratione qua adſtipulator, qui adſtipulationi accedit, de hoc alibi dicam. facit l. in omnibus. ff. de ſolutio.

Expromiſſor.

¶ Expromiſſor verò eſt is, qui pro eo promittit, qui ipſe efficaciter obligatus non eſt, vt qui pro ſeruo promittit domino centũ, ſi eum manumiſerit. nec enim cum ſeruo contrahitur vera obligatio. Hinc & Expromittere. Vlpi. l. eleganter. §. ſeruus. ff. de dolo. idem, ſi quis ſeruo pecuniam crediderit, deinde is liber factus eam expromiſerit, non erit donatio, l. hoc iure. §. ſi quis ſeruo. ff. de donat. hæc Alciat. vbi ſuprà, facit pro eo text. quem non allegat in l. aliquando. in princip. ad Velleian. l. ſi vero. §. 1. ſoluto matrimo.

Expromittere.

Improbatur ſententia Alciati de expromiſſore.

Ego autem arbitror expromiſſorẽ accipi etiam ſi quis promittat pro eo, qui erat efficaciter obligatus, per l. 4. §. ait prætor. ibi, fieri enim poſſe, vt idoneum expromiſſorem habeat. ff. de re iudic. vbi loquitur in condemnato, qui obligatus eſt, ſaltem ex ſententia. l. Iulianus. ff. de condictio. indeb. & tamen vocatur expromiſſor, pro illo obligato promittens. Probat etiam l. ſi noxali. §. 1. ff. de pecul. ibi, quemadmodum ſi quis domino ſeruus pro debitore expromiſerit, & ſic erat debitor, ideo obligatus, licet promittẽs ſeruus non obligaretur efficaciter. facit l. ſi quis accepto tulerit. ff. de condi. cauſa data. & l. qui libertinus, per totam l. de oper. liberto. l. ſi vero. in princip. ſolut. matrimo.

¶ Et

¶ Et sic expromittere dicitur non solum is,qui promittit pro eo, qui cum effectu obligatus est,sed etiam pro eo qui non est obligatus,nec facile obligari potest,vt est seruus,& pupillus,& mulier,in l.si mulieri dederim.ff. ad Velleian.ibi, tamen obligatur cum effectu mulier.

¶ Expromittere aliquando pro promittere accipitur,in l.si is qui Stichum expromisit, ita interroget, Quem Stichum promisi, Stichũ & Pamphilum habésne acceptos? ff.de acceptilatio.vbi postea quam dixit,expromisit,adiecit verbum promisit.

Statuta in fide iussoribus locũ habent in expromissoribus contra doct.

¶ Inferunt ex hoc doctores statuta loquentia de fideiussoribus, non habere locum in expromissoribus,vel mandatoribus,vt Bal.in l.in personam.§.1.ff. de pact.quem refert & sequitur de Ripa in l.quarta,§.ait prætor.ff.de re iudica. Sed ego putarem contrariũ, quia expromissor est generale nomen, vt dixi, comprehendens quemcunque pro alio promittentem,l.vt res.ff.de contrahend.emptio.& supra dixi: sed expromissor pro alio promittit,ergo is comprehenditur. Vnde promissor est is,qui aliquid suo nomine pollicetur, l.1.§.stipulationum.ff.de præto.stipul. expromissor vero,qui extra nomen suum promittit,quod in fideiussorem cadit:& sub nomine cautionis, *ou pleiges* etiam comprehenderetur per prædicta.

Fideiussor quis

¶ Fideiussor & ante obligationem accipi potest,l.eo tempore.§.1.ibi,quoniam fideiussor futuræ quoque actionis accipi possit.ff.de pecul. & post obligationem etiam, l. omni obligationi accedere potest fideiussor,quæ est prima, cum multis legibus illius tituli de fideiussorib.ff.

Pollicitatio.

¶ Pollicitatio est solius offerentis promissio,l.2.ff.de pollicit.ab hasta & auctione acceptum,vt docet Alciat.in 1.parergon,c.1.in princip.

Polliceri pro promittere.

¶ Interdum accipitur pollicri pro promittere, vt in l.tenetur.§.pe.ibi, præstaturum se esse pollicitus sit.ff.de actio.empt.videte quæ dixi in meis interpret.ad legem 1.ff.de pact. vbi contra interpretes de pacto & pollicitatione scripsi. Pollicitator in l. cum duobus. §.si in coeunda.ff.pro socio,pro promissore.

Non solum sine negatione auget.

¶ *Non solum.* Hæc particula auget in sequentibus,si non sit duplex negatio,vt hic, alioqui diminuit,teste Valla lib.3.cap.29.Primum enim iste text.loquitur de stipulatione, & postea de omni promissione:idem probatur in l.bonorum.1.ibi,non solum quę dominij nostri sunt,sed etiam si bona fide à nobis possideantur.l.locus.in fin.& l.heredis.1.& l.frugem.l.verbum erit.l.verbum exactæ.l.vrbana prædia.l.transacta.& l.malum.§.viduam. infra eod. Vnde si quis donauerit non solum vestes, sed etiam libros, vtrunque consequetur donatarius,quia dictio hæc non solum,respicit augmentum,l.si quis.in princip.ff. de instit.actio.l.1.in fin.de tributo.

¶ Quando verò est duplex negatio,quod minuat,probat l.1.§.1.versiculo,sed scire venditorem,& celare sic accipiemus,non solum si non admonuit,sed etiam si negauit seruitutem istam deberi,cum esset ab eo quæsitum.ff.de action.empti,vbi non monere,minus est quam negare.

¶ Dictio autem sola,vel solum,sine alia dictione,etiam excludit,in l.bona ciuitatis. infra eod.vbi dicam.

IDEM LIB. QVARTO AD EDICTVM.

LEX OCTAVA.

Verbum oportebit tam præsens,quam futurum tempus significat.

Verbum oportebit.

¶ Verbum oportebit,quamuis futuri temporis sit,tamen præsens etiam tempus significat:vnde qui promisit dare quicquid in festo nuptiarum oportebit, tenetur etiam ad id, quod oportet tempore promissionis,si eo die forte fieret festum:vel qui scholastico promisit, quicquid oportebit ad studium, etiam tempus præsens significatur. Vnde Paulus Iurisconsultus ait,si à colono stipulatus fuerit,quicquid eum dare faceréve oportet, non amplius in stipulationem deducitur,quam quod iam dari oportet,l.si à colono,ff.de verborum obligatio.

Triplex est tẽpus.

¶ Notandum est triplex nos habere tempus, videlicet præsens, quod Græci vocant ἐνεστῶτα, præteritum παρωχημένον, futurum μέλλον. De hoc triplici tempore loquitur Pompo. in l.cum in secundo.ff.de injusto,rupto & irrito testamen.ibi,multũ autem interest, qualis conditio posita fuerit;nam aut in præteritum concepta ponitur, aut in præsens, aut in futurum,&c.

¶ Et cũm hæc tempora inuicem quandam inter se habeant colligantiam, connexitatemque,ob id vnum pro alio frequentius ponitur:vnde præsens continet præteritum, ita demum si effectus præteriti duret de præsenti,vel quando participium est adiunctum illi præsenti:vt Troia capta est,l.verbum erit.infra eodem. lege, is qui.§.quod ait. ff. quod vi aut clam.

¶ Si

¶ Si vero præteritum sit finitum,tunc præsens non continebit præteritum.l.prædiis. & l.Offidius.ff.de legat.3.vbi si quis leget prædia,& reliqua actorum, non videbitur pecunia exacta legata,quia iam hoc finitum est.

Regula,quod verba præsentis vel præteriti ad futurum non extendun tur.

¶ Regula ergo est,quod verba præsentis vel præteriti temporis regulariter non continent futurum:vnde si seruitus sit imposita hoc modo,Lumina quæ nunc sunt, ita sint, de futuris luminibus nihil caueri videtur,l.si seruitutes.ff.de seruitu.vrba.prædio. Et si legatario argentum meum,vel libros meos, hæc demonstratio meum, præsens non futurum tempus ostendit,l.si ita.ff.de auro & argento lega. Et si quis legauerit ea, quæ viuus donauerat,non comprehenduntur ea quæ post testamentum donata sunt, l.vxori.§.1.ff. de legat.3. Et qui remisit id quod Titius debet,non extenditur ad id,quod postea debebit,l. Aurelius.§.Titius.1.ff.de aur.& argen.leg.l.si ita scripsisset.de lega.2.l.si à colono.& l.cum stipulamur.de verb.obliga.vnde Iurisconsult.ait,si de plurium dolo quis cauere velit,necessarium esse adiici; Cui rei dolus malus si non abest,vel non abfuerit,quanti ea res erit, tantam pecuniam dare spondes?l.stipulatio ista.§.si quis dolum.de verbor.oblig.ff.

Leges ad futura trahuntur etiã per verba præteriti vel præsentis tẽporis concepta.

¶ Primò derogatur huic regulæ in dispositione legis per verba præsentis vel præteriti temporis conceptæ,quæ bene extenditur ad futura:vnde si lex,vel ordinatio puniat eum, qui facit,vel fecit homicidium,punietur etiam is,qui faciet,l.vnica,de condictio . ex lege, ff. Tum quod ea sit legis natura,vt futuris det formam negotiis,cap.fina. de constitutio.l. leges & constitutiones.C.de legib. Tum etiam,quia semper lex loquitur,l.Arriani. C. de hæret.l.illicitas.in princip.ff.de offic.præsid.

¶ Idem in statutis concludit Alex.consi.199.perspectis his.in 6.volum. Et quod vi aut clam factum est,demoliri debet,de præsenti & præterito intelligendum est, gloss.in rubr. quod vi aut clam.ff.l.is qui.§.quod ait.ibidem. Et comprehendit quoscunque ædificantes etiam post legem factam.Et sic omnes leges,ordinationes,vel authenticę Codicis,quę loquuntur per verbum hodie,extenduntur ad tempus futurum.Bart.in d.l.si ita. col. 2. ff. de auro & argento lega.Imola in clem.fina.col.8.de rescript.

Authẽ. hodie, ad futurũ trahuntur.

¶ Quod non seruatur,quando lex contineret delictorum remissionem, tunc ad futura delicta non extenditur: nempe cum lex in præteritum quid indulget, in futurũ vetat, l.cum lex.ff.de legib.vnde si exules dãdo decem à banno liberari debeant,intelligi debet de bannitis tempore legis vel ordinationis, non de futuris, l. 2. C. de generali abolitio. Bald.& Salicet.in d.l.leges.C.de legib. Alias daretur materia delinquendi, quam iura tollere solent,l.iurisgentiũ.§.si paciscar.ff.de pact.l.conuenire.de pact.dotal.Iason in l. 3. not. 4.de iureiuran.ff.

Lex continens delictorum remissionẽ de præterito intelligi tur.

¶ Item constitutio respectu certæ causæ concedẽs priuilegium forte debitoribus,ne intra annum conueniantur ratione belli,non extenditur ad futuros debitores,d.l.cum lex. & l.placet.de libe.& posthu.ff. Tum quia hoc est odiosum,& sic restringendum,l.3.§.si is. ff.quod quisque iur. Tum quia alias facultatem contrahendi & credendi tolleret,& sic intellectus esset absurdus,Salicet.in d.l.leges.C.de legib. & quia non est ea ratio in futuris, qui forte non patientur bellum. Etiam si dispositio loqueretur per verbum subiunctiui temporis,quod posset adaptari alias ad futurum,gloss.in l.cum tale.in fin.ff. de conditio. & demonstrat.dixi in §.præterea.in verbo,studuerint.de collatio.in concorda. Quamuis contrarium teneat Angel.in d.l.si seruitus.de seruitutib.vrban.prædio . abunde scripsi in tract.de liter.dilator.in 2.tomo comment.in constit.Reg.Gallic.

Priuilegium dilationis datum creditoribus, intelligitur de præteritis.

¶ Secundò flectitur regula,vbi in dispositione apponitur verbum potest, vel aliud extensiuum,tunc ad futurum extenditur,vt si tantum legem Titio,quantum capere potest, etiam ad futurum trahitur,scilicet quantum capere poterit,l.si ita quis.ff.de lega.2.l.1.ff.de iniusto,& irrito fact.testamento. Intellige si verbum potest referatur ad aliquam causam certam, tunc est extensiuum in futurum ex illa tantum causa, non ad aliam,lege, quod seruus.ff.de condictio.causa data.vbi Bartol.& Paul. & in l. damni. §. si is qui vicinas. de damno infecto.Si non referatur ad certam causam,generaliter extenditur ad futura,in his ad quæ verbum refertur, secus in aliis.Bartol.in l.si ita.columna secunda,ff. de auro & argento lega.

Verbũ potest ad futura extenditur.

¶ Tertiò idem in alio verbo emanante circa dependentia à mera defuncti voluntate:vt si testator dicat,si curbis lego,semel deberi volo, licet bis legauerit de futuro, semel debetur.l.talis scriptura.in princip.ff.de lega.1.vbi docto.Idem in verbo,tunc.l.tutoribus.vbi Bart.de testam.tutela.ff.l.si quis.in princip.de legat.3.

De dependentibus à mera testantis voluntate.

¶ Quartò perdit officium hæc regula,quando variatio ex dispositione testantis contingit in futurum circa eandem rem,vel quæ loco eius habetur, tunc etiam verba præsentis & præteriti temporis ad futurum trahuntur: vt si legata sint alimenta, quæ viuus præstabat,intelligetur non solum de his,quæ tempore testamẽti præstabat:sed etiam de his, quæ post testamentum præstitit,l.Mela.§.1.ff.de alim.& cibaria legat.l.final.in fin.de liberat.legat.

Alimẽta quæ viuus præstabat legata, de quibus intelligantur.

¶ Quintò quando de modico agitur præiudicio, vt in pignore: vnde si obligem res

In obligatione

ad me

verum etiã futuræ comprehenduntur. ad me pertinentes, comprehenduntur etiam post obligationem quæsitæ, & erunt obligatæ, l.fina.C.quæ res pigno.oblig. possunt. Petrus de Bella Pertica quæst.230. Vnde si quis constituat procuratorem in omnibus & singulis causis, & contra quascunque personas, & coram quibuscunque iudicibus, censebitur etiam constitutus ad causas postea mouendas: vt nominatim fuit decisum in Rota, decisio.413. fuit dubitatum in nouis. Sed in procuratorio hodie solet exprimi in causis motis & mouendis, &c.

De procuratore cõstituto in causis, an ad futuras trahatur.

Lex extenditur ad accessoria futura.

¶ Sextò vitiatur regula, quando id quod in futurum constituitur, accedit primo, vt si quis leget ea, quæ debitor debet, videtur etiam legare ea, quæ postea ex vsuris debebit, l.finali, §.penult.de libera.lega. Quia vsuræ sunt accessoriæ ad debitum, l.4.C.depositi. secus si accessorie non venirent, vt d.§.penult.& l.qui per collusionem. in fin.de actio.empti.ff. l.Iulianus.in fin.de legat.3.

Verba vniuersalia futurum denotant.

¶ Septimò non procedit, quando dispositio fieret per verba vniuersalia cum verbis præsentis temporis, siue dispositio ad personas dirigatur, siue ad res: vt grege legato, quę postea accedunt, ad legatarium pertinent, quia hoc denotat verbum grex, l.grege.ff.de legat.1. Idem in peculio, & hereditate, quæ augeri & minui potest, l.peculium.de lega.2. ff. Bart.in l.fina.§.1.ibidem.& l.si cognatis.de rebus dubiis.

Societas ad futura bona trahitur.

¶ Octauò limitatur, quando dispositio potest se habere ad commodum & incommodum, vt si de præsenti contrahatur societas, extẽdetur etiam ad bona quæ post societatem obuenerũt, l.3.pro socio.ff. Vnde si conuentio fiat inter duos dominos, vt vnus non accipiat exules alterius, extendetur etiam ad eos, qui exules erunt in futurum, quia non affert plus damni, quam commodi afferre possit. Sic consuluit Ange.consilio 261.punctus. columna penultima, & vltima. Iason in l.si stipulatus fuerim.§.1.de verbor.obliga.ff.

Capacitas vbi respicitur, futurum etiam intelligitur.

¶ Nonò restringitur in materia respiciente capacitatem, vel incapacitatem eius, de quo quæritur. Vnde si mandetur prouideri idoneæ personę, licet beneficium habeat tempore, quo pro eo scribitur, tamen si postea resignet, & nullum beneficium habeat tempore vacationis, illi prouideri poterit, & idoneus censebitur, cap.is cui.& cap.ei cui. de præbend. in 6. facit l.in tempus.ff.de hered.instituen. plene scripsi in glo.tempore vacationis. §. volumus.de collatio.in concorda. vbi nouum dedi intellectum ad d.c.ei cui.

Verba præteriti plusquã perfecti, subiunctiui & optatiui, de futuris etiã intelliguntur.

¶ Decimò moderatur in verbis præteriti plusquam perfecti, subiunctiui, vel optatiui: vt si vendiderim fructum oliuæ pendentis, & stipulatus sim pro decem pondo olei, quod natum esset, ad futurum extenditur, l.si debitor.in fin.ff.de contrahend.emptio. vbi Bart. facit tex.in l.qui Romæ.§.Agerius.ff.de verbo.obligat. Petr.de Bella Pertica q.413. Plene Feli.in cap.de rescript.

¶ Vltimò Iurisconsult. interdum ad tollenda dubia solet exprimere præsens & futurũ, vt oportet oportebitve, l.& vno.ff.de acceptila. & aliis pluribus ex locis elicere limitationes poterit quis, maxime ex disputatione Vincentij Hercula.1.& ab Imol.in clement.vlti. de rescript. vide gloss.in cap.ponderet.50.dist.& 15.limitat. hic præscribit Cepol. videte, si lubet, per prædictas comprehenduntur.

Præteritũ an præsens contineat.

¶ Præteritum etiam regulariter non cõtinet præsens, vt si quis portauit extra Regnum frumentum, vel pecuniam, puniatur tali pœna: non punietur qui captus fuit in itinere Regni, quia non portauerat. Bald.in l.si fugitiui. C.de seruis fugitiuis. Iaf.in lege, si quis id quod.in 2.nota.ff.de iurisdict. omnium iudic. de Ripa in tracta. de peste, fol.92.versi. septimo quæro.num.304.in vltim.parte tract. vbi limitant, vt inferius dicam. Et per hoc solent dicere iudices in sententia, Condemnauimus, & condemnamus, *l'auons condamné & condamnons*: & notarij solent dicere, *tel, &c. a confessé auoir renoncé, & renonce à tous droicts.* Imo præteritum excludit præsens, vt si dicatur, fuit meretrix, ergo nõ est: quod fuit, non est, d. l.si quis id quod.fuimus Troes, fuit Ilion. Nisi duraret effectus, vt fuit ecclesia constructa expensis Titij, & est constructa, vt dixi supra, in tempore præsenti.

Praxis iudicũ, & notariorũ.

Futurum non continet præteritum.

¶ Futurum verò non continet præteritũ finitum, alioqui futuris verbis leges compositæ coarctarent præteritos actus, quod non est verum, nempe si lex dicat, qui faciet contractus vsurarios, punietur tali pœna, non comprehenditur qui iam fecerat, l.leges & constitutiones. C.de legib.in authen. vt eum de appella.cognoscit.colla.8.in princip.cap.fin. de constitut.& ibi Felin.plene. Et ideo in lege solet exprimi, quando vult ad præterita trahi, clem.dispendiosam.in fi.de iudic. Et an facultas data alicui, vt possit facere molendinum, extendatur ad illud, quod iam factum erat, scribit Bar. Iaf.& de Ripa in l.quominus.in 21. quæst.ff.de fluminib. Et an dispensatio ad duo incompatibilia, habeat locum in iam obtentis, scripsi in tracta. nominatio. quæst.15. nume.34.& in praxi benefic. in secunda parte, de dispensat.

¶ Si autem præteritum non esset finitum, sed in futurum extensum, tunc ad illud præsens, vel præteritum extenditur tempus futurum, l.verbum erit. infra eod. vt est obligatio contracta, & non dissoluta. l.si stipulatus. §. cum stipulamur. de verborum obligationib. ff. l.nouissima. iudicatum solui. Vbi si promittam quod dolus malus abesit, intelliget ur, vt etiam

etiam in præsenti non sit. facit l.Plotiana. de iure codicillo. ff.& glo.singul.in clemen.vna. de test.1. vbi scripsi, post Felin.in c.ad hæc.de rescript.

¶ Si verò præteritum sit pro parte finitum, & pro parte non, tunc ad illud, quod nõ est finitum, extendetur futurum, l.penult.C.de vsur. nec refragatur l.in bello. §.factæ. ff. de capt. quia impossibile est factum non fuisse, sed possibile est non esse, quia sublatum, & sic non futurum, argu.l.2.§.circa.de doli except.ff.& sic præteritum non comprehẽditur sub futuro de necessitate, sed ex extensione, & accidenti. Alber. post glos. hic multa de his scribit, Imol.in clem.fin.de rescrip.& Vincent.vbi supra. Sed hæc hactenus.

Elucidatur l. in bello. §. factæ. ff. de capt.

¶ Glossa in fine allegatur singularis per Iaso.in l.quidam.nota.1.ff. si cert.petat. quod si quis petat summam minorem, & probat maiorem, non debet fieri condemnatio, nisi ad summam petitam: quia super non petita, non est lis cõtestata, & in quibus non est lis contestata, non potest ferri sententia, l.prolatam. C.de senten. & quia sententia debet esse conformis petitioni, l.vt fundus. ff.communi diuidun. Hanc doctrinam ad verbum sequitur & citat Chassa.in consue.Burgund.in rub.*des iustices*.in §.6.glo.*iusques à sept solz*.num.16. vbi allegat ea, quæ Iaf. nec corrigit aut mutat quippiam, ne vnum quidẽ verbum, aliis muneribus forsitan senatoriis impeditus. Hæc tamen glo. non probare videtur ea, ad quæ allegatur, vt licet hic videre. Doctrina tamen est vera, & vidi super hoc impetrari literas Regias, quibus mandabatur, vt quamuis actor non petiisset tantam summam, si tamen iudex probatum esse inueniret de maiori, vt condemnaret reum ad probatam, facta partis interrogatione, an debeat, & auditis allegationibus suis, & probatis. Nã Princeps potest ordinem tollere, vel supplere, vt in d.l. prolatam. per Bald. C. de sent. & interlocutio. Et curia suprema sine his literis condemnare posset ex bono & æquo. Nec tantopere illæ scrupulosæ formæ iudiciorũ, seu (vt dicũt) formalitates, dummodo æquitas subsit, sequendæ sunt. Et ad id pertinet §.si minus intentione. & quæ ibi notãtur, Instit. de actio. Oportet tamen prius interrogare partem ream super illa summa in libello non petita, & de nouo petere debet pars: & si negetur, probabit per attestationes iam factas. dicet ergo pars, *i'employe les enquestes sur ce faictes*: reus suas poterit etiam probare exceptiones super hoc: & ista summariè & de plano fieri debent.

Praxis notabilis, quãdo plus probatur debitum, quam petitum fuit.

¶ *Futurum tempus*, hic & in l.verbum erit. infra eo. exprimitur, & alibi multoties: & notate phrases sequentes.

De futuro phrasẽs.

¶ Futurum matrimonium, quod nondum est, sed erit, l.inter diuortium. infra eodem. Futurum ædificium idem, in l.si seruitus. in fi.ff.de seruitu.vrba. prædio. ibi, futuro quoq; ædificio, quod nondum est, sed esse speratur, vel imponi, vel acquiri seruitus potest. Futura res deterior, l.impensæ. infra eod. id est ventura deterior.

¶ De futuro opere cauendum est, l.legi. si seruitus vindice. ff.l.1.de no.oper.nuntiatio. Futurum est, pro erit, l.si quis rem. ibi, futurũ est, vt in potestate eius, quem pœnitet compromisisse, sit compromissum eludere. ff.de arb.l.damus.§.item si futurũ. de petit. hereditat. l.Titius. de pignora. actio. l. cum in plures. §. locator. ff. locat. Futura actio, notum est, l. nemo.2.in fine. pro socio, ff. ibi, in fraudem futuræ actionis. Futuri temporis tractus ad iudicem non spectat, l.1.§.1.de vsur. ff. ibi, iudicium accipi non potest, antequam aliquid debeatur, nec spectat ad iudicem, antequam sit debitum, l.non quemadmodum. ff. de iudic. Futuri fructus & partus recte emuntur, l.nec emptio. de cõtrah. empt. ff. Futura emptio, l.apud.§.1.ff.de præscri.verb. Futurum heredẽ, l.2.in princ.de hered.vendita. ff. Futurus emptor. l.emptor.§.1.de actio.empti, ff. Cum aliæ phrases sint faciles, eas nunc omittã.

Futuri temporis tractus ad iudicem non spectat.

¶ Colligite sub nomine temporis omne tempus venire, nisi materia repugnet, l. si cui. in fin. ibi, nam tempore minus soluitur. infr. eo. l. restituere. 1.l. cum bissextus. & l. anniculus. 2. ac l. etiam ea mulier. l. intelligendus. & l. vt sunt iudicio. infra eod.

Temporis nomine quid veniat, & de eo multæ phrasẽs.

¶ Temporibus diuidere aquã est, vt certo tempore mihi ea vti liceat, & tibi alio tẽpore, l.arbor.in fine, communi diuidundo. ff. ibi, diuisum tamen aut mensura, aut temporibus.

Tẽporibus aquã diuidere.

¶ Tẽporis causa vocat ea Vlp. quæ ad tempus, & non perpetuo posita sunt, l.fundi. in fin. de actio. empti. ff. ibi, quæ verò ad præsens sunt, non esse ædificij: vt puta fistulæ temporis quidem causa positæ, non sunt ædium.

Tẽporis causa.

¶ Temporis medij vsuræ quando debeantur, in l.2. de distract. pignor. d. l. si constãte. §. quoties. soluto matrimonio. Tempora propria, id est sibi constituta, quod vulgo dicimus, *à son temps*, l.2.ff. quibus mod. vsusfruct. amitta. Tempus certum, l.pen. de nautico fœnore. ff. Tractu temporis pro decursu temporis accipit Iurisconsul. in l. quod in initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere. ff. de reg. iur. Cedit tempus, in l.1. ff. de iuris & facti ignorantia, elucidabitur in l. cedere diem. infra eod. Fraus tempore fieri intelligitur, l.ait prætor. §. si cum in diem. & l. omnes. in fin. ff. quæ in fraudem credit.

¶ Temporales actiones, quæ ad tempus competunt, quæ non sunt perpetuæ, in rubr. de perpetuis & temporalibus actio. in Institutio. Et quæ perpetua non est, temporalis est, l.at qui natura. de negotiis gest. ff. Et temporalis etiam vocatur, quę est annalis, l.1. ff. quan

Temporales actiones & exceptiones.

do actio de pecul.annalis sit.l.creditor.infra eod.

¶ Temporalis exceptio idem,l.creditor.infra eo.l.3.de exceptio.ff.ibi,temporales sunt, quæ non semper locum habent,sed euitari possunt,qualis est pacti conuẽti temporalis,id est ne forte intra quinquennium ageretur.

Tẽporales præscriptiones.

¶ Temporales præscriptiones,quæ per tempora acquiruntur, vt in rubr.ff.de diuers. & temporalib.præscript.

¶ Temporalis morbus,qui non est perpetuus,l.inter stuprum.§.verbum.infr.eo.l.Pomponius.de ædilitio edicto.ff.

¶ Temporalis filius,l.si tibi.ff.de adopt.ibi, moribus nostris non conuenit temporalem filium habere.

Temporarium exilium, opus, possessio,interdictum, indictio,tutor.

¶ Temporarium exilium,ad tempus factum,vtpote ad annum, vel aliud tempus, l. ad cognitionem.ibi,nam & exilio temporario puniri,ff.quib.ex caus.in possess.eat.l.qui cum vno,§.temporarium exilium.de re milita.l.falsi.1.in fin.de falsi.

¶ Temporarium opus,idem.l.1.de abigeis,ff.ibi,& ad opus nonnunquã temporarium dãtur.& l.1.de furib.balnea,ibi,operis publici tẽporarij.l.1.& 2.de effract.l.seruus. de pœn.

¶ Temporaria vincula,coercitio,l.fratres.ff.de pœnis.

¶ Temporaria possessio,l.1.in fin.ff.de aqua quotidiana & æstiua.

¶ Temporarium interdictum,quod anno finitur,l.2.in fin.ibi,hoc interdictum est temporarium,ff.ne quid in loco publico,iuncta l.fin.de popula.actio.

¶ Indictiones temporariæ,in l.quæro.ff.de vsufruc.lega.quę ad tempus impositæ sunt, vtpote dicit ibi gloss.tempore fertilitatis,vel alias.

¶ Temporarius tutor, ad tempus datus,in l.2.ff.de tut.& curat.datis ab his.Alias phrases nunc missas faciam.

§.Actionis verbo non continetur exceptio.

¶ Actionis appellatione non venit exceptio:quia exceptio est actionis, vel intentionis exclusio,l.2.ff.de except. Ergo verbo actionis non continebitur, Et verbum hic pro dictione capitur,vt in rub.superius dixi.

Actione priuatus non censetur exceptione exclusus.

¶ Actio enim non debet continere sibi contrariam & excludentẽ qualitatem:ideo vtile est ad sequẽtia,vt si constitutio vel statutum priuaret actione,vel potestate agendi, non esset priuatus potestate excipiendi,neq; exceptione,l.si pœnæ,in princip.ff. de condictio. indebiti,Barba.in rub.de except.col.4.vers.quo ad tertium,in cle.Etiam nomine differũt, ergo & re,l.à nullo.C.de feriis.Item si creditor violentus perdat actionem, non amittit exceptionẽ.Et quia hoc est odiosum,l.extat.& l.sed & partus.§.1.de eo quod met. caus.ff. & l.si quis.C.vnde vi.Nec dicitur creditor,qui exceptione se tueri potest,l.creditores.inf.eo. Conditionales creditores dicuntur,quibus nondum competit actio,l.conditionales. infra eo.& l.meorum & tuorũ appellatione actiones cõtineri inferius scribitur.& l.non potest videri minus soluisse is,aduersus quẽ amplioris summæ actio nõ cõpetit.infr.eo.& litis nomẽ actionẽ significat,l.litis.infr.eo. vbi sub actionis nomine exceptio nõ cõtinetur.

Actionis nomine accusatio continetur.

¶ Item actionis verbum tam in ciuili quã criminali dicitur,l.3.ff.de sepulchr.viol. Ideò si cõstituo procuratorẽ ad agendũ,ipse poterit accusare,vt plene probat Corset.in singul. incipiẽte,querela.etiã actionis verbo persecutio cõtinetur,l.actionis.infr.eo.quia actionis verbũ generale est,& speciale,l.pecuniæ.§.actionis.infr.eo.& l.actionis.de act.& oblig.ff.

Quando actionis verbo exceptio veniat.

¶ Et sic appellatione actionis nõ cõtinetur exceptio,quia actio est onus,l.3.§.1.ibi,oneribus actionũ se liberabit.ff.de iureiuran.Exceptio est illius oneris exclusio,l.2.ff.eod.

¶ Primò vitiatur in fauorabilibus,vt in l.1.§.ait prætor.ff.de dolo. vbi prohibetur actio de dolo,quando alia cõpetit,l.quoties.ff. de præscriptis verb.sic & exceptio, l.& elegãter. in princ.de dolo.ff.& in l.1.de except.doli.Sed in illis legibus exceptio est expressa,& ideo venit,sed non appellatione actionis,quicquid docto.dicant.

¶ Secundò perdit officium,quãdo actio accipitur pro eo quod fit extra iudicium,& sic pro actu,vt in authen.quas actiones.C.de sacrosc.eccles. & sic accipiũt Dialectici:& tũc excipere proprie est actus.Bar.in l.1.ff.de except.Agit enim qui excipit,vt inferius dico vers. sexto,sicut actor etiam.explicaui abunde in tracta.except.in q.8.

¶ Tertiò non procedit in exceptione compensationis,quæ propriè actionis appellatione comprehenditur,quia in formã actionis deduci potest,Bart.in l.amplius,in fin. ff.rem ratam haber.Ille tamen tex.vtitur verbo videri,& verbo petere,non agere.

¶ Vltimò notãda est gl.in verbo,cõtinetur,exponẽs verbũ cõtinetur,id est significatur: sed ego exponerẽ pro cõprehenditur,quia actionis verbo nõ comprehenditur exceptio, vt probaui in l.notionem.infra eo.& an proprietatem significet,scripsi in l.1.in fine.supra eod.& in l.sciendum.infra eod.

Differentiæ inter actionem & exceptionẽ.

¶ Ex prædictis apparet actionẽ aliud esse ab exceptione:ideo actione sublata non censetur sublata exceptio:vt superius dictum extitit,& sic in hoc discrepat ab actione.

¶ Secundò

¶ Secundò exceptio non debet in scriptis offerri,vt actio, authent.offeratur.C. de litis contestatio.Bart.& Socin.in l.1.ff.eo.iudex tamen ex officio cas in scripturam redigi iubet,c.quoniã.de proba.De stylo curiarũ Franciæ est,quòd si actor det in scriptis,vt etiam reus teneatur illi respõdere in scriptis,vt plene scripsi in tract.de except.q.10.in 1.diuisione.

Stylus curiarũ in actionibus & exceptionibus proponendis.

¶ Tertiò actor in libello solet protestari,quod non adstringit se ad probandũ non necessaria,teste Angelo in rubr.de exceptio.in Institut.col.15.q.9.& col.22.quia actore non probante,reus absoluitur,etiam si nihil probauerit.l.qui accusare. C. de edendo. Et sic in articulis solet dicere actor,quod se offert ad probandum illa,& quod sufficiet tantum sic, *se offre à prouuer cela,&c.& tant qu'il suffira,* per c.is qui.de elect.in 6.

Actoris protestatio, vt non probet quænõ sunt necessaria.

¶ Sed in exceptione reus non protestatur, & si non ponat ista, non tenetur probare: nempe si assumat in se onus probandi,& non probat,adhuc absolui debet, glo.in l.circa.de probatio.ff.similis in c.ex insinuatione.de procurato.quas gl.Ias.sequitur in §. omnium.num.112.de actio.in Institut.& in l.qui accusare.C.de edendo. Quod verum intelligerem,si actor non probasset intentionem:alias si actor probauit sibi debitum,& reus exceptionem suam non probet,videlicet soluisse,succumbet,vt in l.1.de excep.ff.& l.1.C.de proba.Quia vbi fundata est intentio actoris,nisi exceptio ex parte rei probetur,fertur sententia pro actore,c.post electionem.& c.cum super.de concessi.præb.Alex.in consi.82. viso processu.col.2.vol.3.& consi.58.viso & perlecto.in princi.5.vol. Deci.in c.in præsentia. in 11.notab.de probatio.& in l.non videtur.col.1.vbi hoc limitat.ff.de regu.iur.post Alex. consi.134.in causa & lite.col.1.in 2.volum.

Reus quando probare tenetur.

¶ Quartò vbi temporales actiones sunt,exceptiones tamen perpetuæ erunt,cum actor quidem in sua potestate habeat,quando vtatur suo iure : is verò cum quo agitur,non habeat potestatem,quando conueniatur,l.pure.§.final.ff.de except.cap.si autem.& cap.plerunque.vbi doctores limitant.de rescript.

¶ Quintò in actione,& sic in libello debet contineri conclusio expressa, l.1.vbi Bart.& alij.ff.de edendo:diuersum est in exceptione,quam simpliciter exponere sufficit,vt docet Bartol.& Socin.in d.l.1.ff.de exceptio.Quia sententia debet ferri iuxta petitionem,& libelli conclusionem,l.vt fundus.ff.communi diuid.cap.licet Hely.de simon. Sed super exceptione non fertur sententia.nota.in l.1.C.de ordine cognitio.Socin.in d.l.1. Et postquam factum rei est iudici notum,debet iudex reum absoluere ex officio,l.plane.& l.fina.de petitio.hereditat.vnde reo necesse non est petere se absolui,cum iudex ex officio teneatur,teste Angel.in rub.de except.in Institut.col.29.in 10.q.principa.vers.quinto circa. sed practici Franciæ solent describere conclusionem rei,videlicet vt absoluatur cum expensis, & ista est vera praxis,quæ vbique seruanda est.

Conclusio in rei libello an poni debeat.

¶ Sextò actio die feriato produci non potest,secus in exceptione,vt asserit Angel.in d. rub.de excep.col.15.in q.9.Sed idem in exceptione scribit Bar.in l.miles.§.sexaginta. ff.de adult.quod est verũ,si iudex pronũtiauerit,quod intra sex dies vterq; producat,quicquid producere voluerit, tũc vterq; etiam diebus feriatis coram scriba, & graphario producere poterit, quia non est actus iudicialis,ob id etiam die feriata fieri poterit,l.actus publici. C. de feriis.secus si in iudicio fieri deberet productio,quia tunc illis diebus,quibus iudicium non exercetur,non fiet productio etiam exceptionis.

Productio quãdo fieri debeat.

¶ Septimò in actione lis est contestanda,per totum titu. C.de litis contest.alioqui non valeret sententia,c.quoniam contra.de proba.l.prolatã. C.de sent.in exceptionibus meris non debet lis contestari, nisi exceptio vim actionis habeat, teste Innoc.in c.super eo.de elect.Alex.in additio.ad Bart.in l.1.ff.de except.Aufrer.in decisio.Tholosa.q.110.glo.sing. in c.prudentiam.§.sexta.in verbo,ex confessione.de offi.dele. & an in summariis & possessoriis requiratur litis contestatio,abunde explicant doct. Corras. & Fernand. excellentes iurium professores in interpretat.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.possess.

In exceptione lis vbi non est contestanda.

¶ Octauò ordo omissus ex parte rei in exceptionibus opponendis non vitiat processum,secus ex parte actoris,& sic in actionibus,l.prolatam.vbi Bart.& alij. C. de sent.& in l. si quæramus.de testa.ff.quod est verum coram iudice ordinario,secus coram iudice delegato,quia tunc etiam vitiaret processum,per text.in c.exhibita.de iudic. Hodie tam actor quam reus debet seruare curiæ stylum & ordinem iudicij:alias excludetur à suo effectu.

Ordo omissus à reo non vitiat.

¶ Nonò delictum probatum in modum exceptionis non punitur ordinariè, c. cum dilectus.in fin.de ordine cognitio.glo.& doct.in c.cum super.de confessis. Oldradus consi. 78.an crimen,quod diuersum est per modum accusationis,per totum tit.de accusa.

Delictũ in modum exceptionis probatum an sit puniendum.

¶ Decimò in exceptionibus non iuratur de calumnia,secus in actionibus,vt C.de iureiur.propter calum.dando,licet reus de malitia iurare teneatur,c.2.de iuramen.calũ.libr.6. Aufrer.decisi.Tholo.q.110.glo.& doct.in d.§.sexta. Hodie in hac patria consuetudinaria in curiis secularibus vix iuratur de calumnia,nec de malitia, quia passim forte exercetur: vel vt melius dicam,quia abest ab illis omnis calumnia,vel saltem abesse debet.

De calumnia reus an iurare teneatur.

¶ Vndecimò vbi nõ oritur actio,si æquitas suadet,exceptio orietur,vt ex promissione

sine causa facta,l.iurisgentium.§.sed cum nulla,ff.de pact.

Princeps quando contra exceptiones restribere possit.

¶ Vltimò vbi Princeps potest scribere contra actiones,vt in l.quoties.C.de precib. Imperato. offeren.& l.final.si contra ius,vel vtilitatem publicam: tamen contra exceptiones sapientes defensiones,& in æquitate iurisgentium fundatas,non poterit,c.ex parte.2. vbi docto.de offic.deleg.Et inciuiles illas literas dicimus,vt scripsi in tracta.de rescript.& lite. Regiis,in 2.tomo commenta.ad constit.Reg.Gallicas.Alias forte differentias enumerabo in tract.meo de except.q.9.in quibus differat actio & exceptio.

In quibus actio & exceptio conueniũt. Inepte excipiẽs vt inepte agẽs succumbit.

¶ Licet autem actionis appellatione non contineatur exceptio,vt hic, in multis tamen conueniunt:Primò sicut actio inepta reiicitur, ca.examinata.de iudic.l.1.de edendo,ita & exceptio,clem.fin.de appellatio.Et sicut inepte agens succumbit, ita inepte excipiens,l.1. §.Labeo.de flumin.ff.Lanfranc.in repeti.c.quoniam contra.in verbo,exceptiones. in fin. de proba.Ideo aduocatus diligenter animaduertere debet,quibus verbis exceptionẽ concipiat,teste Specul.in titu.de except.§.viso.in princip.

¶ Secundò succumbens in actione inepta,postea aptam proponere potest, d.c.examinata.ita & reus exceptionem,d.cle.fi. & Barba.in rub.de except.col.5.in clem. secus si reus propter calumniã exclusus esset,vel ob terminum finitum,tex.singu.in clem. constitutionem.vers.insuper.vbi Ancha.de elect.& Feli.in c.pastoralis.num.26.de except.

Exceptio in specie opponi debet.

¶ Tertiò sicut actio in specie opponi debet, ita & exceptio, nec sufficeret dicere, saluis meis exceptionibus,sed nominatim eas,& illarum factum opponere quis debet,glo.in c. pastoralis.de except.per l.scire oportet.§.scire.de excusat.tuto.ff.Et debet esse certa,& clara,sicut actio,d.l.1.§.Labeo.de fluminib.Oldrad.cõsil.206.in causa.col.1.Francisc.Curtius consi.149,sacratissime.col.2.vbi dicit paria esse non excipere, vel obscurè excipere, per l. de ætate,§.qui tacuit.ff.de interroga.actio,Felin.in d.c.pastoralis.num.13. debet etiam esse apta,suo tempore,loco,ordine obiecta.his verbis loquitur Bald.in repetit.l.edita. col. antepenult.nu.15.C.de edendo.Scripsi in tracta.de restitutio.& releua.art.1.in 2.tomo comment.ad constitut.Reg. Gallicas.Potest tamen iudex illum, qui suum cognouit chirographum,damnare ad soluendũ per modũ prouisionis,seu ad garniendũ saluis suis exceptionibus,vt scripsi in tract.de chirographi recogni.in ord.Reg.in 1.tom.cõmẽt.in cõsti.Reg.

¶ Quartò ea quæ faciunt actorẽ in petitione sua succumbere,faciũt regulariter & reum in sua exceptione vinci:vt si petam seruum Titium mihi legatũ, & non probem, de quo testator senserit, succumbã,l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut.Sic & in reo,si heres dicat legatum ademptũ Titio,& reus non possit probare ademptũ esse,vel à quo,succumbet,l.3.§.si duobus.vbi Bart.expresim.ff.de adimen.lega.Barba.in rub.de except.in clem.col.5.

Libellus debet interpretari iuxta mentẽ offerentis.

¶ Quintòsicut libellus actoris iuxta suam debet interpretari mentem, lege, si quis intentionẽ.ff.de iudiciis:ita in rei exceptione.Vnde si reus dicat solutũ debitũ,& probet præscriptũ,sufficit,quia satis dicitur solutũ,cũ nõ possit exigi,teste Soci.in l. nemo phibetur, ff.de except.allegat doct.in c.inter monasteriũ.de re iudic. Scribã in l.solutionis.infra co.

Exceptionem reus probare debet.

¶ Sextò sicut actor actionẽ suã & intentionẽ probare debet,l.actor.C.de proba.ita reus suam exceptionẽ,l.1.C.de probat.l.in exceptionibus.illo tit.ff.Nã qui exceptione vtitur, agere videtur,& reus in exceptione est actor.l.1.ff.de exceptio. ergo actoris nomine venit reus,sic & actionis appellatione debet exceptio contineri contra istum textum.

Quando reus dicatur agere, & nouus intellectus ad multa iura datur.

¶ Sed aduertite quæso proceres,dum doct.dicunt,improprie reum agere, ego dico inspiciendam esse vocabuli agere longam latámq; significationẽ, quã expono in l.Labeo.2. infr.co.Nẽpe agere operari est,& facere,& ad animũ refertur,teste Varrone.Vnde agere dicimus de republica, quod huiusmodi in re est cura animi:at cum in litibus cura animi maxime versetur,quis dicitur in eis agere.Verũ cum reus nõ minore cura suã exceptionẽ explicare soleat,quã actor suã intentionẽ, ideo agere & reus dicitur, & sic est in exceptionibus actor.Iurisconsi.in d.l.1.ideo sic accipiendo agere pro facere, reus ita dicetur agere, id est facere sicut actor,& actor est.Sed segregãdo significationẽ verbi agere, pro experiri in iudicio,mouere actionẽ,tunc reus nõ dicitur agere:sed in probationibus dicendũ est, reũ partibus actoris fungi oportere,ipsúmq; exceptionẽ velut intẽtionẽ implere, vtputa si pacti conuẽti exceptione vtatur,docere debet pactũ cõuẽtũ factũ,l.in exceptionibus.de probat.ff. Itaq; cũ verbũ agere pertineat ad oẽs actus humanos,nõne & reũ respiciet?nempe qui mouetur,qui cogitat,agit,vt philosophi testãtur,nullus sine actu esse potest. Elucidat Bart.in d.l.1.ff.de except.large accipiendo,reum agere,& actorẽ esse excipiendo:secus si accipiamus actorem,qui litem agit,vel mouet,tunc reus non potest dici actor, nec actionis nomine venit exceptio,vt hic:sed in probationibus & aliis quibusdam actibus reus partibus actoris fungitur, & ita intelligi debent illi tex.in quibus docto.hactenus valde insudarunt,nec scopum videntur attigisse,vt ibi dicam in meis no.interpretationibus.

Cõfitetur quis in libello & rescripto cõtenta.

¶ Septimò sicut actor videtur cõfiteri contenta in sua actione,& libello,l.cum precũ.C. de liber.causa,& etiam contenta in suo rescripto in suum præiudicium, vt dico in tract. de rescriptis & literis Regiis,in 2.tomo commenta.ad constit. Reg.ita & reus,Barto.in l.2.in fin.C.

fin.C.de his qui potentio.nom.Dec.in c.cum venerabilis.nu.22.de excep.plene scripsi in d.tract.de except.in q.8.declarando illam regulam,exceptionem obiiciens.de regulis iuris, in sexto.

¶ Octauò sicut sententia lata super actione inepta,est nulla,glos.singularis in §. penult. in verbo,secundum.Instit. de obligat.plene scripsi in tractat.except. in 3.diuisione,in verbo,libelli.Ita & super exceptione,clc.fina.de appel.vbi glo.& docto.

Reus in expensis condemnatur.

¶ Nonò actor succumbens in actione inepta,in expensis condẽnatur, l.properandũ.§. 1.& §.sin autem alterutra.C.de iudic.Ita & reus in exceptione,c.1.de except.in 6.

Reus an libellum emendare possit.

¶ Decimò sicut actor potest emendare & mutare libellũ ante litem contest.l.edita actio C.de edẽ.ita & reus suam exceptionẽ,ne liceat actori,quod non liceat reo: hoc scribit nominatim Ang.in rub.de excep.q.10.princ.col.24.vers.6.& q.14.princip.in Instit.

Libellus an eõ cludere præsumptiue possit.

¶ Vndecimò sicut induciæ,& dilationes deliberatoriæ dantur super actione, ita super exceptione,l.fin.ff.de feriis.Cyn.in l.1.C.de dilatio.Angel.in d.q.14.princi.versi.secundo quæro.col.24.

¶ Duodecimò sicut sufficit libellum actoris præsumptiue concludere, l. omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.credit.Bart.in l.certum.§.1.ff.de confess.& l.cum quid.si certum peta. doct.in d.l.edita.Ita sufficit,quod exceptio præsumptiue concludat,per regulam,non debet actori,&c.Angel.expresim in d.rubr.in fin.de except.Et debet necessario concludere exceptio,sicut actio,alias non est legitima,vt pulchre docet Ias.in l.duobus.§.ergo.de iureiur.ff.per d.§.Labeo.Alia in d.tract.except.q.8.& 9.abũde explicantur:ista nũc sufficiãt.

VLPIANVS LIB. QVINTO AD EDICTVM.

LEX NONA.

Marcellus apud Iulianum tractans notat,verbo * rapuisse & scissum & fractum contineri,& vi raptum.

**.Alias,perisse, vel rupisse.*

Rapere quid, & declaratio text.

¶ Verbum rapere continet & scissum,& fractum,& vi raptum:vnde per vim capere,rapere est,scindere rapere est,frangere idem.nec refragatur quod rapere denotet vim,l.4.§.r. ff.ne quis eum.ibi,eripere est de manibus auferre per raptũ.Ergo iste text.erit superfluus, dum dicit vi raptum: ob id quidam habebant in text.vi ruptum, dicentes, sub verbo rapere ruptum quoque contineri:sed gloss.exponit raptum eum, qui rapit,vel eum,qui rapitur.Ego verò sic intelligerem,Marcellum voluisse plenam vocabuli rapere significationem describere:dicens,verbum rapere tria continere, videlicet scissum, fractum, & vi raptum,quamuis rapere per vim intelligatur, tamen hoc exprimitur hic, vt tria ostendat significata habere, etiam ad vberiorem intellectum:probat l.si cum exceptione.§.qui vim. ff.quod metus causa,ibi,vi rapiunt. Ex quibus infero ad vtilitates sequentes. Prima, si

Frangens an vi rapiens puniatur.

statuto cautum sit,vt rapiens rem alicuius,tali puniatur pœna,quidam frangit alicuius fores,siue ostium,vt raperet,non tamen rapuit, an puniri debeat pœna statuti? & per hunc text.dicit Alber.in 2.parte statutorum, q.229. quid si statuto,&c.puniẽdum, quia scissum vt fractum continetur verbo,rapuisse:hoc etiam tenet Dinus & Cepola hic, vt refert Albert.Brunus in tractatu statuto.in verbo,rapere:posset tamen hic mitiori pœna puniri,& in forensi iudicio puniretur,quod fregerit,non quod rapuerit.

Amoueri & rapi differunt.

¶ Aliud est autem rapi,aliud amoueri:siquidem amoueri aliquid etiam sine vi potest,at non rapi sine vi,l.3.§.non solum.ff.de incendio,ruina & naufragio,nisi quo ad Deum,qui cor hominis interrogat,cap.si quis.14.q.5.ibi,si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti, & ita peccat,ac si rapuisset.

Rapere & ad personas et ad res.

¶ Rapere enim generale verbum est,& tam ad personas,quam ad res refertur, & ex adiuncto distinguitur:vnde raptor,qui rapit,vt in rubr.de rapto. in decretal.si res rapiat, raptor bonorum dicitur,& punitur,vt in toto titul.ff.vi bon.rapt.scribitur,& in l. si quis ex domo.ff.de furtis.& trahere de itinere est rapere,text.iuncta glo.1.in l.4.ff.ne quis eum qui in ius voca.est.vbi Bald.

Raptor multiplex.

¶ Rapiens personam virginis,dicitur raptor virginum: si viduam rapiat, viduarum, l. vnica.C.de rapto.virgin.vel raptor sanctimonialium,si monialem rapiat,l.si quis non dicam rapere.C.de episcop.& cler.

Raptus quid, & vnde dicatur.

¶ Raptus,est illicitus coitus,à corrũpendo dictus:vnde qui raptu potitur, stupro fruitur,in cap.raptus.27.q.vlt.& c.raptus.36.q.1.

Rapere,de loco ad locum ducere, & an cognoscens per vim in domo sit raptor.

¶ Rapere proprie dicitur,qui ducit de loco ad locum, cap.lex illa.36.quæstione 1. lege vna.C.de rapt.virg.ideo si quis per vim cognoscat mulierem in domo propria, non dicitur raptor,teste Alber.in tertia parte statutorum,quæstione 31.& quæstione 66. & Hippolyto singula.65.statuto. & sic ille non debet puniri pœna raptus. Ego contrarium teneo, quia rapina dupliciter fieri dicitur.aliquando enim res ipsa rapitur, aliquando rei ipsius vsus violenter eripitur. Res ipsa rapitur tunc,cum violenter domino eripitur,vt in perpe

tuum teneatur: aliquando vero non res ipsa affectatur, sed vsus eius domino prohibente violenter vsurpatur. Hic ergo raptum admisit, quia florem virginitatis puella renitente violenter eripuit. Ista sanè sunt verba text. in cap. finali, trigesimasexta, quæstione prima.

Raptor qua pœna puniatur.

Igitur siue puellæ tantummodo, siue parentibus, siue vtrisque vis illata fuerit, hic morte mulctabitur, dicto capitulo, lex illa, 36. quæstione 1. & in forensi iudicio seruatur, siue quis rapiat virginem, siue viduam, siue nuptam, aut violenter cognoscat, etiam in domo, non ducendo aliò, hic pœna mortis puniendus est: & non obstante contraria decisione vidi ad mortem alias executionem factam, etiam si puella postea contentam se diceret, per textum singularem in lege vna. C. de raptor. virginum, quem notat. Matthæus notabili 100. nota textum quem pauci sciunt, &c. & per istum textum, vbi rapere est per vim: ergo qui committit in mulierem vim, non vitabit mortis pœnam, etiam si in domo propria, vel aliena vim inferat.

Quatuor casus ad altâ speculates iustitiâ.

¶ Notandi sunt in hoc Regno Franciæ tres casus, aut quatuor spectantes ad altum iustitiarium (vt practice loquar). Primus est raptus. Secundus, homicidium per industriam factum, quod vulgus vocat *meurtre*. Tertius est incendium. Quartus est nephandissimum scelus concubitoris puerorum, cum vir nubit in fœminam, vt dicit Imperator in l. cum vir. C. de adulter.

Rapta an raptori & quando nubere possit.

¶ Rapta est, quæ rapitur, & non potest de iure ciuili raptori nubere, text. in authent. de raptis mulie. colla. 9. sed de iure canonico matrimonium tenet, cap. final. de raptor. Et licet matrimonium teneat cum raptore, tamen eius executio suspenditur, donec iudicis secularis manus raptor euaserit. nam aliquando iudex alteri matrimonio raptorem adigit, vt videlicet laqueo, vel gladio vitam finiat. Imò extat edictũ Regiũ in hoc Regno, per quod morte mulctatur is, qui non consentientibus parentibus, vel tutoribus, seu aliis gubernatoribus, puellæ nubit: & fuit in magna camera allegatum contra quendam nobilem, qui duxerat puellam sine consensu illius, cui custodienda data erat, anno 1541. die nona Martij, & arestum latum contra quendam Cadomensem anno 1539. vbi etiam fuit decisum, quod pendente hac quæstione coram iudice seculari, iudex ecclesiasticus de fœdere matrimonij non cognosceret, quia hoc frustra fieret, si alter mori debeat: ideo exitus vnius ingressum alterius parabit. Item nobilem, qui virginem nondum viri potentem rapuerat, ad mulctam quam dicunt honorabilem curia condemnauit, bonis suis confiscatis, quadam tamen parte puellæ assignata, & demum perpetuò proscriptus fuit, anno 1541. die prima Februarij, per textum in l. si quis aliquid, §. qui nondum. ff. de pœnis. Guido Papa in decis. Delphi. q. 555. vidi dubitari. Sed hodie de consuetudine Regni Franciæ, qui puellas nondum viripotentes rapuerunt, suspenduntur, vt docet Ioan. Fab. in §. item lex Iulia. de adulteriis. de publ. iud. in Institut. Et ordinatio. Caroli v. Impera. egregij cautum est 1540. quod contrahens matrimonium cum puella nondum attingente 20. annum sine consensu patris, aut matris, proximorúmve consanguineórum, aut iudicis illius puellæ, prædictis deficientibus, nullam dotem, aut lucrum: econtrario mulier cum iuuene minore 25. annorum eodem modo contrahens, nullam donationẽ propter nuptias, nullũq; emolumentũ ex tali matrimonio consequentur, etiam si postea parentes, vel prædicti consentirent: vnde prohibet, ne iudices viuis parentibus consentiant, néve notarij hos contractus recipiant, néve à quoquã excipiantur hospitio. Ibi videte alia. Quandiu etiam filia est sub protectione Regis, quam guardiam vocant, non licet cum ea matrimonium contrahere, & nobilis contra faciens fuit condemnatus, vt continetur in lib. Olim. fol. 35.

Rapiens virginem nondũ viripotentẽ, qua pœna puniatur

Constitutio Imperatoris Caroli v.

¶ Raptor etiam dicitur, qui res alienas per vim aufert, & ita loquitur rubr. de vi bonorũ rapto. ff. & in Instit. vbi plenius licet videre, & per Lucam in l. 3. C. de nauicula. lib. 11. & per Petrum Iacob. in practica sua, in libello de actio. vi bonorum raptorum, & Bonifaciũ de Vitali in tracta. de maleficiis, in eodem titul. Et generaliter canonistę accipiunt raptorem, vt etiam prædonem contineat, vt per Hostiens. in rub. de rapto. & superius dixi.

Eripere.

¶ Eripere enim est de manibus auferre per raptum, eximere, quoquo modo auferre, vtputa, si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit, quominus veniret in ius, & vt dies actionis exiret, vel res tempore amitteretur, lege quarta, ff. ne quis eum qui in ius voca. vi eximat. probat l. naturaliter. de vsucapionib. lex, Pomponius. ff. de acquirendo rerum dominio. l. si ex plagis. §. primo, in fin. ibi, sed cum ei lucernam eripere vellet, rixatus esset. ad legem Aquiliam.

Rapiens debitorem quomodo puniatur.

¶ Notandum est, quod quando quis rapit debitorem, siue eripit de manibus apparitorum, tenetur ad soluendum illud debitum, quo alter tenebatur. l. quoties. C. de exact. tribut. lib. 10. ac si in omnem casum pro eo fideiussisset. Bald. in l. addictos. C. de episcopa. audien. etiam ad mulctam, instante procuratore Regio condemnabitur.

¶ Item si quis denuntiasset debitori, quòd volebant eum prehendere, & in carcerem ducere, isque aufugerit, etiam ad debitum teneri debet denuntians, vt firmat Ancharanus consilio 340. visò themate, in fine, quem sequitur Hippolytus singulari 137. & Chassan. in

in consuetud. Burg. in rub. *des iustices.* §. 7. glo. *de simple recousse*, quia ipse videtur eripere: & ideo vidi condemnatum ad magnam mulctam cum, qui delinquenti denuntiauerat prehensionem esse contra eum concessam, & consuluerat vt fugeret; & is delinquens fugit. nam semper ipsos denuntiantes pœna arbitraria puniri vidi, pro qualitate delicti, & atrocitate criminis iam commissi, & hoc per tex. in l. 1. §. 1. ff. de eò per quem factũ erit. ibi, dolum autem malum sic accipimus, vt si quis venienti ad iudicium aliquid denuntiauerit triste, propter quod is necesse habuerit ad iudicium non venire. facit l. 3. C. de assesso. tamen in ciuilibus non vidi hos denuntiantes punitos, quicquid dicat Anchar.

Denuntiãs delinquenti vel debitori, vt fugiat, an puniatur.

¶ Si quis autem auferat delinquentem de manu viatorum, qua pœna debeat puniri, videte l. 4. §. penul. ff. ad leg. Iul. maiesta. & ibi docet Bar. & Guido Papa in decisio. Delphi. q. 579. vbi incidere aiũt in crimen læsæ maiesta. si authoritate Regia captus fuerit: secus si ab aliis iudicibus etiam Regiis, quia tunc pœna capitalis. Ioan. Fab. & Ias. in §. pœnalis. Instit. de actio. & ideo videtis quanta audacia, quantáque temeritate oneratus is iuuenis sit, qui ab apparitore senatus eripuit reum criminis hisce diebus.

Auferentis à viatoribus delinquentem pœna.

¶ Quid si apparitor petiit auxiliũ sibi nomine Regio imparti, dicens, adiuuate, vulgo *aide aide au Roy*, & præcepit aliquibus vt ei auxilio essent, qui recusarunt, qua pœna recusantes veniant puniendi? Respondeo, si seruiens habebat ius imperandi in illos, vtpote, quia erant laici, & non clerici, & delinquens euasit, tunc pœna arbitraria veniunt puniendi, qui non obtemperauerint apparitori, teste Masuer. in pract. sua. tit. de pœnis. §. item si seruiens capiat. intellige, si is cui præcipitur erat vilis, hominémque capere ei non erat inhonestũ: alioqui contra, vt Lucas in l. vna, C. ne rustica. ad vllum obseq. cuoc. li. 11. col. 8. scribit. nempe si apparitor præciperet doctori, vel aduocato, vt adiuuaret eum, non tenerentur hi sumere hastam, & iuuare illum seruientem: quia in hoc Franciæ Regno turpe existimatur homines prehendere, nisi in flagranti crimine deprehenderentur, quia etiam tunc superiores adiutores esse debent, vt scribitur in lege Regia, à Rege Henrico 11. edita, quę est in titulo *des voleurs*, artic. 2. in ordi. Reg. in 4. parte.

An sit obediendum seruienti petenti auxilium.

¶ *Tractans.* Tractare, est de aliquo actu, vel re præfari, vel proloqui, *pourparler & traicter de faire quelque chose.* vnde Iurisconsultus ait, quasi adulterum puniendum, qui domum suam præbuerit, in quam soliti sint conuenire ad tractandum de adulterio, l. & si amicis. ff. de adulter. multa tamen tractãtur, quæ non perficiuntur, l. si voluntate. C. de rescind. vend. vt multa dicuntur, quæ non fiunt, l. sciendum. §. 1. ff. de ædilit. edicto. Bal. in l. multum. col. 2. C. si quis alteri. quod facit ad statutum prohibens tractatum homicidij, vt sic intelligi debeat, teste Alber. in l. vlt. in fine. C. de iure delib. & in 3. parte statutorum, q. 64. in multis. vbi dicit tractatum capi pro consilio, & deliberatione, & Bal. cons. 133. quæstionis. in 4. vol. vbi dicit tractare idem esse, quod colloquium habere, quomodo aliquid fieri queat: vnde in rei ecclesiæ alienatione tractatus interuenire debet, id est diligens discussio, & indagatio rei disponendæ, c. sine exceptione. 12. q. 2. & Panor. in cap. tua. in glo. 1. de his quę fiunt à prælat. dixi in compendio alienationum rerum ecclesiasticarum, in verbo, tractatu. in Pandect. Florent. non est hoc verbum tractans, sed communiter sic habetur in aliis libris antiquis.

Tractare quot modis accipiatur.

¶ Tractare secundo loco, pro describere, dicere, & decidere sumi potest, vt hic, & l. moris. §. sed & damnari, ibi, si quis generaliter tractare velit. & ibi, sed si quis specialiter tractauerit. ff. de pœnis. quamuis gl. ibi pro intelligere exponat, l. metum. §. denique tractat. quod metus causa. l. item si fundi. §. 1. ibi, hinc vicinus tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari. ff. de vsufru. l. miles. in fine, de adulte. & hęc res dignum habet tractatum, id est digna est, quæ tractetur, l. certi condictio. §. quoniam. ff. si certum petat.

Tractare & tractatus quid & quot modis dicantur.

¶ Tertiò tractare, vt dicit Paul. de Citadi. in tract. de iure patro. in principio, est in mediũ proponere, & quærere, postea in partes arguere, demum determinare, & concludere: ita vtitur Iurisconsul. in l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter virum & vxo. Ego exponerem pro explicare, tangere, describere, decidere, licet gl. contra. vnde & dicitur tractatus, quia eo modo procedere debẽt tractantes: hæc ille. Ego verò puto tractare frequentatiuum verbum esse, & poni pro eo, quod est frequenter trahere, attingere, explicare: eo quod tractantes materiam propositam alias materias frequenter trahunt, & ita plene attingunt, & explicant materiam, quã tractãt. Et dicitur tractatus ipse tractandi actus, & materię descriptio ac explicatio. l. 1. ibi, quia tractatus de diebus vtilibus frequens est. ff. de diuers. & tempo. præscrip. Nec sequitur Iurisconsultum in d. §. si ambo. argumentantur ergo tractantes materiam: quia ibi ad partes Iurisconsultus non arguit, vel disputat, sed omnes casus, qui ex quæstione proposita accidere possunt, decidit, sicut debet facere is, qui aliquam tractat materiam, probat Iurisconsult. in l. naturalis. ibi, in hac quæstione, totius ob rem dati tractatus inspici potest, qui in his speciebus competit, de præscript. verb. ff. atque in meis scriptis illum argumentandi modum de industria non sum secutus, ne calumnias improborum quorundam, dum in vtranque partem dissererem, tueri viderer, ansamque delinquendi subministrarem, deinde quia nec proposita materies patitur, & ne rudium tyro-

Authoris excusatio quod in diuersas partes non fuerit argumẽtatus.

núm vę animi, quibus hæc præcipuè scribo, multitudine, & difficultate rei onerarentur: postremò quia hic titulus satis amplam diffusamque per se materiam habet, si differendi ratione longius produceretur, in immensam molem creseceret hoc nostrum opus. & liberum erit cuique, quod sibi parum probatum putabit, non sequi. nostros enim tantum labores producimus in publicum.

Tractatus pro quæstione.

¶ Quartò tractatus, pro quæstione, l. vlt. in fin. ff. si pars hereditatis peta. allegatur d. l. naturalis. §. sed si facio, ibi, hæc species tractatus plures recipit. iuncta l. qui quadraginta. in princ. ibi, dixi hanc quæstionem insolubilem, qui tractatus apud dialecticos * *δύσεατος* dicitur. ff. ad l. Falcid. l. Nesennius. ibi, tractatum est. de negot. gest. l. 1. §. penul. de calumniat. & l. in causæ cognitione. 1. §. 1. ff. de minor. vel dicite, vt proxime dictum fuit.

** Legendũ est ἀδύσατος, vt est in vãd. Flor. nec vllo pacto probatur hæc Alciati castigatio.*

¶ Quintò tractare aliquem, est blandè, & suauiter eum recipere, cap. ego N. ibi, legatum apostolicæ sedis, quem certũ esse cognoscam, in eundo, & redeundo, honorifice tractabo, de iureiur. ext. Inde tractati clementius, à Iurisconsulto dicuntur in l. capitalium. §. solent. ff. de pœnis, id est *plus doucement, plus benignement traictez*.

Tractare est blandè suscipere.

¶ Sextò tractare, exercere, vt promittunt medici, tractant fabrilia fabri: & pertinere ad me videtur ratio, si modo eam tractaueris me mandante, l. si quis ex argentariis. §. pertinere. ff. de edendo. vel ibi pro administrare capi potest, vt in sequenti dicetur.

¶ Septimò tractare dicitur curare, vt medicus languidum tractat. Octauò tractare administrare, vt thesaurarius pecuniam tractat, & hæc duo rhetores probant. Nonò tractare, enarrare, exponere, & deducere media, quod Gallice *declarer, deduire, remonstrer* dicimus, Budæ. in forensib. Sunt & aliæ significationes, quas omnino persequi grammaticorum & rhetorum est, non nostrum, ne limites Iurisconsultorum egrediamur.

Tractatores.

Tractoriæ quæ sint literæ.

¶ Tractoriæ literæ sunt, quibus præbetur facultas alicui capiendi equos, & ducendi ex cursu publico, quorum equorum vsus erat interdictus, l. cursum. C. de cursu publico, lib. 12. & Tractatores vocantur, qui istas habent literas, l. vnica. C. de tractor. vbi Pyrrhus & Laz. in commentar. reipub. Roma. lib. 2. cap. 14. Vel literę tractorię sunt, quas Imperator pro suis nuntiis recipiendis, & tractandis mittit, vt asserit Lucas de Penna in rub. C. de tractor. & statiu. lib. 12. & vt literas perferentes tractari debeant, apparet ex Neemia cap. 2. in fine, & secundi Machabęo. cap. 11. & quid significet illa stipulatio, promitto Titium obseruare vt filium, id est, tractare, tradit tex. & doct. in l. quidam cum filium. ff. de verbo. oblig.

Notare quot modis sumatur.

¶ *Notat*, notare, pro adnotare, designare, scribere. l. si quis seruum. in fin. ibi, Marcellus notat. ff. de actio. empt. & l. si quis Titio, ex quibus caus. maio. & l. liberto. §. item. ibi, Vlp. notat. ff. de nego. gest. l. item apud. §. hoc edictum. ff. de minorib. ibi, notetur. l. si prætor. §. Marcellus. de iudic. quicquid ibi glos. & doct. scribant.

¶ Notare quoque reprehendere, animaduertere dicitur, l. Græce. §. si quis. ff. de fideiusso. l. si quis testamentum. ad legem Aquiliam, & l. non solum. §. quanquam. de iniuris. & l. sed an vltro. §. 1. de negot. gest. in quibus legibus omnibus dicitur, apud eum notaui, vel Iulianus notat, & l. Iulianus autem. ibi, quę sententia vera non est, & à multis notata est. nam Paulus & Vlpia. notas in Papiniani libros fecerunt, quibus ceu Aristarchi virgula errata eius denotare voluerunt, quas tamen Theodosius & Valentinianus Augusti, quia authoritati tanti viri non sic detrahendum existimabant, infirmandas statuerunt: similiter & alij Iurisperiti in alios notas scripserunt, vt Claudius Tripho. in Sabid. Scæuolam, Marcellus in Iulianum, & rursus in Marcellum Aelius Marcian. de quibus notis intelligimus apud Iurisconsultos, & illis notis reprehendebantur, ideo etiam notare pro reprehendere acceptum est, vt superius probatum fuit. Item apud aliquem notare is dicitur, qui declarat, vel distinguit dictum eius, Oldendor. de verb. copia, & inueni in Codice Theodo. rub. de respons. prudentum, prudentum hęc verba, Notas etiam Pauli, atque Vlpiani, in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, præcipimus infirmari.

¶ Notare præterea, afficere infamia, infamare est, l. milites. 2. §. irreuerens. ff. de re mili. ibi, veteres notauerunt, &c. l. 2. & l. athletas. §. Pomponius, & ferè toto tit. de his qui not. infa.

Ignominia qua re nota dicatur,

& quia ignominia signat hominem, ideo nota dicitur, vt in l. lex Cornelia. in fine. ibi, in notam aliquorum producitur. ff. de iniur. l. 1. §. denique. ibi, hos enim puto notam non euadere. de postuland. facit l. turpia. ibi, denotandi magis legatarij, id est infamandi. ff. de lega. 1. interdum tamen adiicitur nomen infamia, vt in rub. de his qui not. infa. ff. & C.

¶ Nota, cognita, l. eum qui. ff. de iniuriis, ibi, peccata nocentium nota esse oportere, & in aliis plerisque locis iuris animaduertere licet.

Notæ quæ dicantur.

¶ Notæ, indicia, signa, vt notę salutis: & notę quoque verbo cicatrices continentur, l. 2. in fine. ff. de seruis fugitiuis. ibi, seruorum fugitiuorum nomina, & notę, & cuius se seruum quis esse dicat, ad magistratus deferuntur: vel notę sunt literarum compendia, vel breuiaturę, l. Lucius Titius miles notario suo testamentum notis dictans, antequam literis præscriberetur, vita defunctus est. ff. de testa. milit. Hispa. in dictio. ad leges: & notę dicuntur signa seu literę, quibus aliquid significatur, quas Græci *σύμβολα* nominant: vt ea quę sunt in voce,

voce, sunt notę earum passionum, quę in anima, & quę scribuntur, notę eorum, quę voce continentur, vt Aristo. *περὶ ἑρμηνείας* lib. 1. & apud Valerium Probum legi satis potest, de quibus etiam Imperator Iustinia. in l. 2. circa finem. §. si quis verò. versic. omnia enim. C. de vet. iure enuclean. & in proœmio ff. §. illud autem quod iam.

Notabiliter.

¶ Notabiliter, l. item. §. hoc edictum. ff. de iniur. ibi, ea enim quę notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur, videntur neglecta. vbi glo. duobus modis ea verba exponit: quos videte, si conueniant text. etenim melius quædam percipiuntur, quàm sermone declarari possint.

Notarius qui dicatur.

¶ Notarius, qui notas conficit, à notisque nomen deductum est, qui & tabularius nuncupatur, l. generali. C. de tabula. lib. x. & à Iurisconf. seruus publicus vocatur, l. non enim. ff. de adoptio. l. 2. rem pupil. salu. fore. de notario est tex. in l. Lucius. ff. de testam. mili. & in l. 1. §. ludi quoque. de var. & extraord. cognit. qui etiam librarius dicitur in l. si librarius. ff. de reg. iur. quod olim libros scriberent.

Notæ authoritatis.

¶ Notæ authoritatis, id est receptæ authoritatis, l. 3. in fi. ff. de libe. exhi. & de dolo. l. non debet. nam quod in vna lege dicit receptæ, in alia dicit notæ.

Notæ nequitiæ

¶ Notæ nequitiæ, exploratæ, & apertæ malitiæ, l. 3. §. Iulianus. ff. de libe. exhiben. ibi, is verò qui controuersiam facit, si humilis sit calumniator, notæque nequitię, repręsentanda cognitio est.

Notæ demonstrationis.

¶ Notæ demonstrationis, pro signo, l. qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, vnum fundum sine vlla nota demonstrationis stipulatur, incertum stipulatur, id est eum fundum stipulatur, quem promissor dare voluerit. ff. de verb. oblig.

Notæ exheredationis.

¶ Notæ exheredationis, id est, labes illa, qua quis exheredatus est, l. 1. §. sed & si exheredato. ff. de asignand. liber. ibi, nec nocet ei nota exheredationis.

¶ Notę extremę, l. item. §. prętor. vers. etenim. ff. de iniur. id est maxime vilis, & infamatus, ignominiosus, perditus, ibi, & quid si compeditus, vel male notus, vel notæ extremæ, &c.

Nota eximere Rex & curiæ supremæ possunt.

¶ Nota eximere, stigmaticæ gratiam facere ignominiæ, Budæ. in Foren. *Sauuer de n'encourir note d'infamie*, quod solus Rex, & curia suprema possunt, vt scripsi in l. aliud est fraus. infra eodem, de clausula, *sans encourir note d'infamie*.

Notandum.

¶ Notandum, adnotandum, animaduertendum, l. 3. in fi. ff. de calumnia. ibi, illud erit notandũ, &c. & in l. proinde. §. notandũ est. ff. ad leg. Aquil. seu diligenter considerandum, vt exponit Aegid. Bellamera in cap. cum olim. 2. in 2. no. de offic. delegati.

¶ Notando & disputando, l. munerum. §. mixta. ff. de muner. & hono.

Notabilis.

¶ Notabilis, l. 1. §. secundo loco. ff. de postul. ibi, item personas turpitudine notabiles, id est dignas nota turpitudinis, scilicet infamiæ.

¶ Notabilis quoque interdum res dicitur digna notatu, vt notabilis tex. notabilis glo. vnde notabiliter, de quo proxime diximus: & dicitur insignis, vulgoq; Gallice eo vtimur nomine in bonam accipientes partem, vt *notables personnes*, vt scripsi in tracta. de senten. execut. artic. 16.

Notis scribere. Exceptores.

¶ Notis scribere est breui & compendioso genere excipiendo vti, l. inter. §. eos qui notis scribunt acta præsidum, reipublicæ causa non abesse certum est. ff. ex quib. caus. vbi Budæ. ait eos, qui notis scribunt, exceptores dici posse, qui omnia propemodum & aduocatorum, & præsidis in curia parlamenti acta excipiunt, & scribunt, & ideo qui sic acta præsidum scribebant, non censebantur abesse reip. causa ab vrbe Romana.

Nothi & nothia, notio.

¶ Nothi & nothia quæ sint, declarat Budę. in l. vulgo concepti. ff. de stat. ho. de notione dicetur in l. notionem. infra eod.

Scindere & lacerare.

¶ *Et scissum.* Est autem scindere, quasi findere: & Alciat. exponit hic scissum, id est laceratum: lacerare enim est dilaniare, & per partes discindere, *mettre en pieces*, l. Labeo. 1. infra eodem. vbi dicam.

Frangere.

¶ *Et fractum.* Frangere est rumpere, conquassare, l. si seruus seruũ. §. serui. vers. si quis alteri damnũ faxit, quod vlterit, fregerit, ruperit iniuria, quanti ea res erit in diebus triginta proximis, tantum ęs domino dare damnas esto. ff. ad leg. Aquil. & §. si calicem diatretum faciendum dedisti, si quidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur, ibidem. & §. si ex plaustro lapis reciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquilię actione plaustrarium teneri placet, si male composuit lapides, & ideo lapsi fuerint. ibidem. vbi plaustrarium pro auriga, seu quadrigario accipit. facit l. 3. ibi, crus, vel aliud fregerit. de seruo corrupto.

Plaustrarius.

¶ Sciendum est, licet proprie eius verbi significatio ad corporeas res referatur, vt illis superioribus locis comprobatur, tamen vsitatissime ad animum & incorporea transferimus, vt frangere fidem, qui eam non seruat, dicitur, l. sed si hac. ff. de in ius vocan. ibi, sed si suis nummis emi, & fidem fregi, pro patrono non habebor. l. illud. de consti. pecu. l. 1. §. 1. ff. depositi. l. cum proponas. C. de pactis, & passim in iure. & fides rupta dicitur, in l. ei apud. ff. depositi.

Frangere fidẽ.

Confringere.

¶ Confringere, simul & quasi minutatim frangere, l. si seruus seruum. §. si quis ædificij mei

mei fores confregerit, lege Aquilia tenetur. ff. ad legem Aquil. l. Iulianus. §. proinde & si vinum, vel oleum, vel quid aliud effuderit, confregerit, ad exhibendum tenebitur. ff. ad exhibend.

Infringere. ¶ Infringere idem, quod confringere, l. 2. §. si conseruatis. ibi, si faber incudem, aut malleum infregerit, non imputaretur ei, qui locauerit opus. ff. ad leg. Rhodiam de iactu. vel infringere, non frangere: vt infractus viribus, infractus animo sæpe apud oratores vsurpatur, quod non persequimur.

Effringere, Effractores. ¶ Effringere est vi, vel impetu quodam frangere, vt quidam furandi causa fores effringunt, qui & effractores dicuntur, & seuerius in eos animaduertendum est, quam in fures simplices, l. 1. ff. de effracto. Et cognoscit præfectus vigilum de incendiariis, & effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus, l. 3. §. 1. de offi. præf. vigil. hodie autem iustitiarius prouinciæ, teste Matthæo de Afflict. in constitut. Neapolita. libro 1. de officio iustitia. prouinc. 7. notab. Alij vero carceres effringunt, de quibus sumendum est supplicium, vt in d. l. prima. de effracto. ff.

Quando liceat domos alienas effringere. ¶ Et quando licet domos alienas effringere, & destruere, & demoliri? Respond. ob crimen hæresis, vel læsæ maiestatis, cap. fœlicis. de pœnis, lib. 6. & si sint prope muros ciuitatis, per quas aditus sit hostibus. l. ædificia. C. de oper. publi. vel vt fiat noua via publica, vel templum. d. l. ædificia, restitui tamen æstimatio debet domino ædium, l. 2. C. de seruis, qui pro præmio. & glo. in l. si locus. quemad. seruitut. amittant. & Matth. vbi supra, &c.

Hospites de rebus fractis tenentur. ¶ Vltimò, vt omnia semel apprehendatis, in no. libris legi, Verbo periisse, & scissum, & fractum contineri, & vi raptum. & sensus est, quod caupones tenentur, si res hospitum culpa eorum perierit, l. 3. §. at hoc edicto. ff. nautæ, caupo. & periisse dicitur, si res est scissa, fracta, & vi rapta. sed nunc hunc non discutiam intellectum, sed forte in l. impensæ. infra eod. ne plura.

IDEM VLP. LIBRO SEXTO AD EDICTVM.

LEX DECIMA.

Creditores accipiendos esse constat eos, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili, sine vlla exceptionis perpetuæ remotione, vel honorario, vel extraordinario, siue pure, siue in diem, vel sub conditione. Quod si natura debeatur, non sunt loco creditorum: sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.

Declaratio text. ¶ Hæc lex coniunctim cum duabus sequentibus, vsque ad §. minus, legitur. est autem illarum prorsus eadem materia: explicant enim, qui dicantur creditores. Harum igitur legum sensus est, quod creditores dicuntur hi, quibus debetur ex quacunq; actione, persecutione, iure ciuili, vel prætorio, vel aliàs quouis modo debeatur. Is tamẽ cui naturaliter debetur, vel potest exceptione remoueri, non dicitur creditor, nec ante litem contestatã in populari actione: hoc dicit. Vnde si quis mihi debeat decem aureos ratione empti, vel conducti, seu alia, qui debet, vocatur debitor, & ego creditor, quia credo ei id, quod mihi debet. credendi enim generalis est appellatio, l. 1. ff. de reb. credit. Creditor vulgo *le creancier* Gallice, debitor, *le debteur*, de quo in l. debitor. infra eodem. facit ordinat. Regia Ludouic. xii. rubr. *des marchans, & à qui est prohibé de marchander*, attic. 3. de debitoribus celantibus merces, vt creditores veniant ad compositionem, vt puniri debeant. Verumenimuero quia copiosa est hæc materia, in varios patens vsus (huc enim redeunt cuncti, qui de creditoribus consulere, aut iudicare volunt) ob id, vt omnia pro virili vno velut complexu colligamus, ad sequentia aduertite vtilissima, & vsu in iudicio forensi venientia.

Creditor in actione reali an dicatur. ¶ Primum colligitur, illum, cui res sua restituenda est, creditorem nuncupari, tum quòd res sua restitui ei debeat, & interim credit possidenti rem suam, donec eam petat actione rei vindicationis, vt per totum tit. ff. de rei vindica. tum etiam, quod is, cui debetur aliquid ex quacunque actione, dicitur creditor in hac lege: sed actio in rem actio dicitur, l. pecuniæ. 2. §. actionis verbum. infra eodem tit. vbi ita dicitur, actionis verbum generale est, & speciale. nam actio dicitur omnis, siue in rem, siue in personam sit, petitio. Sed plerunque actiones personales solemus dicere: petitionis autem verbo omnes in rem actiones significari videntur. Cum igitur iste tex. dicat eos creditores esse, quibus ex quacunque causa debetur: ergo & hi quibus ex actione reali debet res restitui, quia dictio quacunque, est signum vniuersale, nullam actionem excipiens. cap. vt ostenderet. de consecratione, distinctio. 4. cap. solite. in fi. de maio. & obedien. l. à procuratore. C. manda. scripsi in glo. qualibet in lege sequenti, & Iurisconsult. in l. si cum fideicommissa. ff. qui & à quib. sic ait, creditores appellantur, quibus ex quacunque causa actio competit. & sic qui vindicare rem possunt, dicuntur creditores, quia actio eis competit aduersus possidentem: & illi qui rem

rem detinent, debitores, quia verbum debere omnem omnino actionem comprehendit, l. pecuniæ. §. fina. infra eod. igitur & comprehendit actionem realem, & sic debitor etiam est, qui detinet rem, quam restituere debet: is autem cui restituenda est, dicitur creditor.

¶ Item hoc declarat tex. in l. is cui. §. fina. ff. de actio. & oblig. cuius hæc sunt verba, creditores eos accipere debemus, qui aliquam actionem, vel ciuilem habent: sed actio realis ciuilis est: ergo illam habens, creditor vocatur, quamuis glo. in l. 1. in principio. ff. de actio. & obliga. dicat actionem in rem, non esse proprie actionem, & sic debitorem proprie non esse, qui actione reali tenetur, quia in rem actio non præsupponit obligationem præcessisse. nam is, qui detinet rem meam, nullo iure mihi tenetur, §. omnium. Institu. de actio. & ibi Ias. num. 98. & Alex. in l. debitor. ff. ad Trebell. & consil. 64. col. 1. in 3. vol. & ista est communis conclusio, quod ille, qui detinet rem meam, non dicitur proprie debitor, nec ego proprie creditor, secundum Alex. in l. 1. in fine. ff. si cer. peta. tamen ego contra arbitror, illis superioribus argumentis inhærens, nempe si iniuste rem meam detineas, nemo ambigit, quin tenearis mihi aliqua actione, vel causa: ergo es debitor, & ego creditor: cuius rei quoque testis est Petrus Stella in interpretatio. l. repetitio. ff. de condictio. indeb. idque Alciat. probat, nec refragatur, illum qui rem meam detinet, nullo iure mihi obligatum: fac esse: ergo non dicetur creditor, diffiteor, quia is dicitur creditor cui ex aliqua actione, vel causa debetur: non dicit tex. ex obligatione: ergo actio vel causa sufficit, vt satis hoc tex. probatur. dicit enim, ex quacunque actione, & d. l. si cum fideicommissa. ex quacunque causa, &c. & sic proprie Iurisconsultus loquutus est, videlicet de creditore, cui ex quacunque actione debetur: quod intelligerem generaliter accipiendo actionem, nam tunc omnis actio appellatione actionis venit: secus si specialiter, nam tunc in personam actio specialiter dicitur actio: actio verò in rem, petitio, l. pecuniæ. 2. §. actionis. infr. eo. vbi dicetur. & sic dicitur debitor, qui ad decimas tenetur, cap. parochianos. vbi Panor. de deci. scripsi in tracta. meo de decimis. Ex quo patet, quod constitutio facta specialiter de vna actione, non comprehendit alteram, sed generalis sic: & sic ex quacunque causa competat mihi actio, ego dicor creditor.

Proprie in rebus creditor quis dicitur.

Is qui decimas debet, debitor dicitur.

Ordinationes contra non petentes debitum intra certum tempus hic eludantur. ¶ Primùm autem id obtinet in statutis, vel ordinationibus odiosis, quibus cauetur vt non petens debitum excludatur, vt nõ intelligatur excludere eum, qui rem suam petat, vt ait Angel. in §. 1. Insti. de acti. & gl. in l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de libera. lega. in verbo, pupillę. & gl. in verbo, per refutationem. c. 1. qualit. feudũ olim poterat alienari. Sed an valeat tale statutum? & valere tenet Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & Ias. in l. nemo potest. col. penul. de lega. 1. & Felin. in c. fi. de præscriptio. ac Gomes. in §. actionum. nu. 67. de actionib. in Institutio. Ferrat. cautel. 38. explorati iuris. quod facit ad intellectum legis Regiæ, qua cauetur, vt vendentes minutatim, *à detail*, debita intra sex menses petere teneantur, alioqui postea non recipiuntur, vt est in rubri. *des marchans vendans à detail*. Et famuli intra annum, ex quo dominum reliquerint, salarium petere teneantur, si bonum eis videatur: alias post annum non audiuntur, vt patet in titulo *des loyers & gaiges des seruiteurs*. Et tales præscriptiones valent cum bona fide: si tamen dominus sciat debitum esse, quia contraxit, tenetur in foro conscientiæ illud soluere, vt concludit plene Felin. & alij in cap. fina. de præscripti. & Ioan. Francis. in tract. præscriptio. in quæst. 14. secundæ part. & tertiæ principa. & scripsi in dictis ordinationibus, in 2. tomo commenta. in illis titulis: fateor tamen, quod in vulgari sermone Franciæ non solemus detinentem rem nostram vocare debitorem.

Liberatio debitoribus data non comprehendit detinentes res. ¶ Secundò si quis reliquerit liberationem omnibus debitoribus suis, non intelligitur legata his, qui detinent rem suam, l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. lega. & d. §. Mæuia. tex. in l. & vno. §. 1. ff. de acceptila. vbi actio in rem exprimitur, quæ non exprimeretur, si comprehenderetur. Ideo soror, quæ remisit pro centum aureis illud, quod sibi debetur in bonis patris, non censetur remisisse res matris, vel alias, quas poterat vindicare, teste Bal. in l. pactum. quęst. 11. & seq. C. de collatio. sequitur Ias. in §. 11. numero 102. & seq. Instit. de actio. Et si quis prohibeat de rebus debitis rationes reddi, non extenditur ad rei dominium, l. fina. §. penult. ff. de libera. lega. Transactio etiam generalis non extenditur ad res dolo occupatas, Ias. in l. sub prętextu. 2. per illum text. C. de transactio. nec pactum ad res furto subtractas, l. tres fratres. ff. de pact.

Pater an censeatur à filio liberatus, si rem detineat. ¶ Derogatur, quando patri à filio liberatio ab actione tutelæ relicta est: tunc enim & à solutione reliquorum patrem quoque liberasse intelligitur, propter affectionem naturalem: tex. sing. in l. Aurelius. §. Titius. ff. de liber. lega. docet Ludouic. Roma. singul. 110. vltimo. & Alex. consil. 62. serenissimus. col. 2. in 4. vol. nisi pater teneretur ad reliqua post liberationem, vel ratione doli committendi, qui remitti non potest, l. conuenire. ff. de pact. dotal. Alcia. in tracta. præsumptio. regula prima, versicul. sexto infertur.

Actio realis à principe tolli non potest. ¶ Tertiò infert Gomes. actionem realem sine magna causa tolli non posse à principe, l. Lucius. ff. de cuictio. Alex. in rubri. ff. si cert. peta. personalis autem potest, Bar. in l. creditor.

col. 2.

col.2.ff.de solut.Alex.conf.57.col. vlt. in 1. vol. & conf. 101. in 2.vol.Gomes.in §.omnium. nu.16.de actionibus,in Institu. Sed quicquid dicat Gomes.non potest tolli actio realis,nec personalis à Principe sine magna causa, l. 2. vbiglo.& docto. C. de precib. Imperat. offer. scripsi in ordinat.Regiis,in tracta.de dilatio.annalibus, & in tracta. de restitutio. & releuat. in 2.tomo commentar.in constit.Reg.Gallicas.

Vbi est eadem ratio, deinens res pro debitore habetur.

¶ Prædicta intelligite,quando esset eadem ratio, tunc lex vel statutum loquens in debitore,comprehendit eum,qui rem detinet: secus si diuersa,vel odium, vt dicit gl.not.in authent.minoris debitor.C. qui dare tutor. vel curator.poss. vbi sicut debitor minoris tutor eius esse non potest, ita nec qui illius rem detinet, quia vterque instrumentum surripere posset.Curtius Iunior in l.1.numero 71.ff.si cert. peta.Etiam postquam possum capere debitorem fugitiuum,ita eum, qui rem meam defert,vt plenè cõsuluit Alex.conf.64.& si celeberrime. in 3. vol. scripsi in tracta. de liter. oblig.artic. 6. in 1. tomo commentar. in constit. Reg Gallicas.

¶ Secundò intelligite, quando ex communi vsu loquendi res non appellaretur debitum, tunc is qui rem vindicare potest, non diceretur creditor, vt est communiter in Francia:ideo non veniret,per l.Labeo.ff.de supellect.leg. in Francia enim sunt diuersa nomina, vtpote *le debteur & detenteur*. vnum ergo nomine alterius non veniet: secus vbi vsus communis loquendi eos debitores diceret per superiora, nisi eadem esset ratio in vtroque, vt prædixi.

¶ *Constat.*De eo verbo scripsi in l.tigni.infra eodem. etenim hæc lex satis per se locuples, & onerata dote sua & materia est, ob id expositiones vocabulorum in alias reieci leges.

¶ *Vel persecutione.* Quod generaliter dixerat, nunc specialiter tradit, dicens illum etiam creditorem dici,qui aliquid etiam persequi potest:vnde aduocatus,qui honorarium suum persequi potest contra clientulum suum per officium iudicis, dicitur creditor, & clientulus debitor, licet à clientulo certum non stipulatus sit salarium,l.1.§.in honorariis.ff.de variis & extra.cognitio.vbi per totum titulum multi describuntur casus similes.Item eodem mediante officio iudicis persequitur filius alimenta contra patrem,' & econuerso, l. si quis à liberis. ff. de liberis agnoscend. Bal. in practic. rubri. de off. iudic. Inde dicunt doctores, quod officium iudicis non præsupponit obligationem. l.qui per collusionem.§.final.ff.de actio.empt.l.quintus.de annuis leg.intelligendum personalem obligationem:sed officium iudicis habet se instar actionis realis,vt Bar.& docto.in l.4.§.Cato.in 3.oppositio.nu.5.ff. de verbo.obliga.late scribunt,& Bal.in cap.1.col.8. de probation.facit tex. in l.quidam.§.is autem. ff. de edend. & sic continetur hic sicut actio realis. Et licet officium iudicis non præsupponat obligationem,ex doctor.sententia, tamen quasi obligationem habet, & est quasi debitum,glo.in l.si seruum.§.vlt.de verb. oblig.ff.Bar.in l.fina.ff.de iureiur.Ias. in l.centum Capuæ.in 4.notab.de eo quod certo loco.Purpura.in l.1.col.10.de iurisd.omn.iudic. Sed ego contra sentio, vt officium iudicis obligationem contineat, prout abunde dicam in l. pecuniæ.§.persecutionis.inf.eo.vbi persecutionis verbo extraordinarias persecutiones cõtineri puto, vtpote fideicommissorum, & si quæ aliæ non habent ordinarij iuris executionem. Aliter etiam intelligo persecutionem, quam soleant alij iuris interpretes, in l. actionis verbo.infra eod.vbi dicemus.nam persecutionem officium iudicis omnes intelligunt: Alciat. autem merum iudicis officium, supra expositum à nobis, fusiúsque in l. actionis verbo, vbi persecutionem officium iudicis non esse probamus.

Aduocatus ratione salary etiam sine stipulatione dicitur creditor.

An officium iudicis præsupponat obligationem.

Quibus iure ciuili debetur, credi. ores sunt.

¶ *Vel iure ciuili.* Hi quibus iure ciuili debetur, creditores dicuntur hac lege, vt quod stipulatione, literarum obligatione, sponsalitia largitate, emphyteusive debeatur, qui quatuor contractus à iure ciuili originem habent, §. ius autem gentium. & ibi glossa, de iure natural.gent.& ciuil.l.ex hoc iure. ff. de iust. & iure, cum omnes contractus his quatuor demptis iurisgentium sint, vt ibi ostenditur. ob quam causam qui mihi stipulatione promisit,debitor est iure ciuili,ego autem creditor,l.is cui. §.fina. eo loco, qui aliquam ciuilem actionem habeat,ff.de actio.& obliga.§.de constituta. de actio. in Institut.

¶ Item si præter ius debeatur mihi, ex statutis forte vel constitutionibus Regiis, seu ordinationibus,vel consuetudinibus, municipalibusque legibus, dicor creditor: is autem qui debet,debitor:vt Bar.alijque asserunt in l.5.in princip.ff.de verbo.obliga.& Albert.Brunus in tracta.de statut.excludentib.fœminas,artic.13.q. 2.

Creditor iuregentium & debitor quis est.

¶ Cæterum vltra tex.dicite,eum dici etiam hic debitorem,qui iuregentium debet,& cui debetur creditorẽ,vt ex venditione, & aliis contractibus enumeratis in d. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.nam & id iure ciuili debetur, quod iuregentium comprobatur:& actiones quæ non sunt prætorię, ciuiles sunt, l. ius autem ciuile. ff. de iust. & iure. ista est sententia glo. hic. id tamen non erat necessarium exprimere, nec Iurisconsultus hic iurisgentium mentionem fecit,cum illo iure actiones mille introductæ sint.l.2.ff. de orig.iur.sed iure ciuili sunt comparatæ.omnia enim manu à Regibus gubernabantur, & sine certo iure primùm populus agere instituit initio vrbis Romæ conditæ. l. 2. de orig. iur. ff. docto. in §.1. Inst.

Inst.de actio.l.& si forte.§.1.si seruitus vind. vnde dicit hic Vlp. creditores esse, quibus debetur ex quacunque actione, sine persecutione, vel iure ciuili, non dicit actione ciuili, sed iure, quia iure ciuili debetur etiam ex contractibus iurisgentium. ius enim ciuile non in totum discedit à iure naturali vel gentium,sed illud confirmat,l.ius.ciuile.ff.de iust,& iure. notatur ab omnibus in l.iurisgentium.ff.de pact. quæ res etiam limitatur ex sequente parte huius legis.

Creditor non dicitur qui exceptione repellitur.

¶ *Sine vlla exceptionis perpetuæ remotione.*Horum verborum interpretatio hæc est, vt creditor non dicatur, qui perpetua exceptione remoueri potest,vt pacti de non petendo, rei iudicatæ, & doli, quæ semper locum habent, neque vitari possunt, l.3.ff. de exceptio. §. appellantur.Instit.eo.nulla enim videtur actio,quę exceptione repellitur,l.& eleganter.§.seruus.ff.de dolo. ideo Iurisconsul. infra eodem, l. creditor. definit creditorem cum, qui exceptione perpetua summoueri nõ potest. qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori, l. creditor. infra eodem. Ratio est, quia postquam ab eo inuito exigi pecunia non potest, non est debitor, nec alius creditor, cum ei nihil debeatur inspecto effectu exceptionis. lege, is cui. §. finali, ff. de actionibus & obligationibus.& cum hæc duo sint mutuo ad se relata,& correlatiua, debitor & creditor,alterum sine altero dici non potest, lege vltima, C. de indicta viduitate,& lege Iulia Miscella tollenda.lege prima, de cupressis. libro vndecimo Cod. hæc doctores quoque confirmant in lege prima, ff. si certum petatur.

De dictione vlla.

¶ *Vlla.*Dictio hæc satis nota omnibus est,pro aliqua, quæ iuncta negationi priuationis est signum, & præposita negatione,nullam significat,quæ est vniuersalis negatiuæ propositionis signum, vt apud dialecticos: ita in l. recte dicimus. infra eodem.& l. nec vllam.de petit. heredit. & l. prima,in fine. ff. quod quisque iuris. ibi, nec est vlla sententia. l. furti.§. pactus. ibi, nec erit veniæ vlla ratio. ff. de his qui notant. infam. sed hoc esset scrupulosæ nimium curioseque inquisitionis,vim eius dictionis explicare,cum peruulgata sit,passimque omnibus occurrat: de qua si quis desideret, videat in l. si creditor. in fine. ff. de distractio.pignor.de qua lege ob istam dictionem inter Bart.& Bald.durissima fuit suborta contentio, & eo res processit, vt Bal. falsi damnatus fuerit, quasi corrupisset eum tex. vt memoriæ traditum est in vita eius: quod facinus haud verisimile videtur in cum virum cadere potuisse: & sine negatione passim in iure vulgata est dictio, vt in l. si cui ex empto, vel locato,vel vllo alio contractu.infra eo.l.extat.ff. quod metus caus.ibi,si quis mihi probatus rem vllam, &c. istam citat Henric.de Piro in procem. Institution. controuersiam,& alij multi interpretes.

Bar. & Bal. dura controuersia.

Iure prætorio debitor quis dicatur.

¶ *Vel honorario*, id est prætorio. ex quo patet eum, cui iure honorario debetur, creditorem dici: nam ipsum ius honorarium quasi viua vox est iuris ciuilis. Marcian.in l. nam.ff. de iustitia & iure. vtpote, si quis constituat se soluturum pro alio, constituens tenetur iure prætorio, & debitor dicitur: alius autem creditor, l.1.& toto tit.de constit.pecu.ff.& in §.de constituta. Instit.de actio.

¶ Item in actione de peculio,§.præterea.Institutionib.quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur. vbi eatenus pater, vel dominus obligatur ex contractibus filijfamilias, seruive, quatenus est in peculio. ergo eius rei causa dicitur creditor iure honorario, & cui debetur, debitor.

¶ Præterea qui iurauit sibi deberi aduersario deferente,§.item si quis postulante. Institu. de actio. l. 3. ff. de iureiuran. & huic obligationi iure honorario factæ accedere potest fideiussor,l.Græce.§.præterea.ff.de fideiusso.

Creditor non dicitur si ex necessitate credatur.

¶ Quod intelligendum vobis est, creditorem ita demum dici, si fides ex voluntate habita est,non autem necessitate,l.si tibi.ff.si certum peta.Socin. in l. 1. nu. 39. ibidem, quia ex necessitate nemo liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimend. legat. & quia tum non dicitur ei credere, quando inuitus facit: benignitate tamen iuris creditor etiam dicetur, vt in ea lege,in fine,scilicet l. si tibi. Et de actione ciuili seu honoraria loquitur l. certum. §. si alia.ff.de confess.& de legitima & honoraria actione, quando deficit,text. in l. si vero. in fi. ff. de noxal. actio. & de obligationibus honorariis, l. an inutilis.in fine, de acceptila.& §.1. Inst.de obliga.& l.obligamur.§.vlt.ff.de actio. & obliga. Cum ergo quædam actiones prætoriæ sint,§. sed iste.Inst.de actio. l. in honorariis. ff. de actio. & obliga. quod his debetur actionibus, debitum est, & creditum, & cui debetur creditor, & qui debet debitor: ob id hic expressit Iurisconsult. ius honorarium, cùm eo iure actiones quædam inuentæ sint, quæ iuregentium erant incognitæ, vt paulo ante diximus. & de honoraria persecutione agit lex, pecuniæ. secunda, in fine, infra eodem. & à iure honorario honorariæ dicuntur.

Ius honorarium vnde dicatur.

¶ Ius autem honorarium ex eo nomen habet, quod qui honores, id est, magistratus gerunt, authoritatem huic iuri dederunt, §. prætorum edicta. de iure naturali,gentium

& ciuili, in Institutionibus, Papinianus in lege, ius autem ciuile. §. vltimo, ff. de iustitia & iure. Dicam phrases in dicta lege, pecuniæ. quia hæc lex satis est sua onerata dote.

Ordinarium quid & extraordinarium.

¶ *Vel extraordinario.* Ordinarium interpretatur glos. quando iure actionis agitur: extraordinarium autem, cum officium iudicis imploratur, vt in restitutione minorum, l. quod si minor. §. fina. ff. de minor. vos autem ita dicite, vt is cui iure extraordinario debetur, creditor dicatur, vt filiusfamilias, qui in studio degens viaticum mutuo dedit, eius rei nomine extraordinario iure agere possit. Vlpianus in lege, cum filiusfamilias. ff. de rebus creditis, ibi, responsum est à Scæuola, ei extraordinario iure subueniendum, & declarant doctores post glossam in lege prima, ff. de actionibus & obligationibus. lege, in causæ. secunda, ff. de minoribus. glos. in cap. quoniam contra. in verbo, extraordinario. de probationibus.

Ordinarium iudicium quid & extraordinarium.

¶ Ordinarium iudicium etiam dicitur, quando ordo iuris in eo seruatur, extraordinarium autem, quando non proceditur in figura iudicij. Alex. & Ias. in rubric. C. de iudic. & docto. in rubrica illius tituli in decretalibus. declarabimus in lege, pupillus. §. munus. infra eodem.

¶ Ex quibus patet differentia inter debitum persecutione, vel extraordinario iure, quia hic ponuntur tanquam diuersa: tametsi doctores vtrunque pro officio iudicis accipiendum censent: quod mihi ex sententia non est, vt paulo post ostendemus, alioquin textus hic superuacuus esset: & pro hoc facit l. 1. §. cum seruus. ff. de his qui deiecc. ibi, sed extra ordinem officio iudicis, &c.

Purum quid dicatur, & quot modis.

¶ *Siue pure.* Id pure deberi dicitur, cum dies apposita non est, aut conditio. inde Pompo. scribit: in omnibus enim obligationibus, in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur, l. in omnibus. de reg. iur. ff. l. eum qui. §. quoties. de verbo. obligatio. Pura stipulatio sic dicitur in l. interdum. ff. eod. titu. de verbor. obligatio. Et tum pure intelligendum esse, si non adiiciatur dies vel conditio, tacite vel expresse: nam cum promitto fructus ex eo fundo, inest tacita conditio, si nascantur, l. 1. ff. de conditio. & demonstrat. l. Trebatius. §. fina. ff. de hered. instituend. cap. 1. de sponsal. lib. 6. & Deci. in d. l. in omnibus. & docto. in §. 2. de verbor. obligatio. in Institut. Item Iurisconsult. ait in l. ex duobus reis promittendi alius pure, alius in diem, vel sub conditione obligari potest. ff. de duob. reis, & idem esse ait Iurisconsult. deberi pure, vel præsenti die, in l. in his. ff. de solutio. vbi dicitur pura obligatio, quæ est sine satisdatione: & pure concepta stipulatio dicitur, quæ est facta sine die & conditione. l. item quia. §. fina. ff. de pact. l. in personam. in fine, ibidem. & l. cedere. infra eodem.

¶ Purum interdum sincerum, sine sordibus, macula & labe: item simplex, mundum: vnde contractus conceptus sine conditione & die, dicitur purus, & pure conceptus, quasi mundus & simplex ab adiectione diei, & conditionis, lege, duos. ff. de conditio. & demonstration.

¶ Purus locus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus, neq; religiosus est, l. 2. §. purus locus. ff. de religio. & sumpt. funer.

Pura substantia.

¶ Pura substantia, ære alieno minime onerata, l. fina. §. si verò minus. C. de repud. his verbis, tunc quarta pars computatione facta puræ substantiæ vsque ad minimam quantitatem mulieri detur.

¶ Pura, nonnunquam canonico iure dicimus, sine dolo. c. pura. 3. quæst. 9. Bal. in consil. schismatis. col. 5. vers. sequitur.

Pura emptio.

¶ Pura emptio, cui est contraria conditionalis, vt docet Vlpian. in l. 2. de in diem addictione, lege, multum. de hereditate vel actione vendita, & lege, si id. de rescindenda venditione: atque ita multoties in iure accipitur: nunc alia reiicio, videte textum in lege secunda, C. de religios. & sumptibus funerum, vbi possessio tua pura dicitur, quando est in solidum tua, & non est alteri communis.

In diem debitor.

¶ *Siue in diem.* Ex hoc colligite, cui debetur in diem, vtpote in festo Paschatis, vel calendis Martij, eum dici creditorem, sicut eum, qui debet, debitorem: vnde Paul. Iurisconsult. sic ait, in diem debitor adeo debitor est, vt ante diem solutum repetere non possit, l. in diem. ff. de condicti. indebit. vbi fit differentia de die certo, vel incerto, per legem, sub conditione, & legem sequentem, ibidem. l. 1. ff. de conditio. & demonstratio. Et si creditor id, quod sibi in diem debetur, in testamento sibi adscripserit, venia impetrata abstinere à legato iubetur, l. si quis legatum. in fine, ff. de fals. Sunt quoque aliæ phrases, quas attigi in l. 3. in fine, supra eodem.

Sub conditione debens an debitor dici possit.

¶ *Vel sub conditione.* Atque ita creditor dicitur, cui sub conditione debetur: at conditionalis creditor vocatur, non simpliciter quidem creditor, vt probatur in l. conditionalis. infra eodem. & dicitur debitum ὑπὸ αἱρέσεως, id est sub conditione. ff. de condict. indebit. di sub conditione. l. 1. mandati, ibi, sub conditione.

¶ Ex

¶ Ex quibus infertur dispositionem simpliciter loquentem in debitore, vel creditore, locum non habere in conditionali, tum quia ab eo inuito ante conditionis euentum exigi pecunia non potest, l. debitor. infra eod. nec dicitur creditor is, qui nunquam forte erit recepturus, l. 1. ibi, recepturi. ff. si certum petat. tum quia cum exceptio possit esse perpetua, de ea perinde iudicatur, atque si perpetua exceptione remoueri posset. l. sufficit. ff. de condictio. indebit. glos. in cap. si gratiosæ. de rescript. in 6. & quod vocatur cum adiuncto, non proprie dicitur, vt conditionalis donatio, l. 1. ff. de donatio. Ias. in l. 1. de re iudic. post Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. de legat. 3. scripsi in interpretat. l. quod iussit. ff. de re iud.

¶ Nec obest dum hic text. videtur comparare creditores conditionales iis, qui pure sunt creditores. nam respondeo idem verbum in lege eadem appositum non esse nouum, vt propriè & impropriè ad diuersa collatum accipi debeat. text. & glos. in verbo manumitti, in l. 2. ff. de offic. proconsul. & legat. glos. in verbo legauit, in cap. Raynutius. de testa. Vel dixerim præsenti rei statu inspecto admittendum, vt non dicatur creditor, aut debitor: at futuri euentus ratione habita creditor & debitor dici potest, argumento eius, quod de appellatione dici solet, vt extinguat iudicatum, si rei præsentem statum consideretis, sed suspendit inspecto futuro euentu, quo confirmabitur sententia, ca. venientes. de iureiurand. & sic non dicitur creditor, antequam conditio euenerit, sed post conditionis euentum sic, purisque æquipollet, l. gregi. ff. de pignor. ibi, dicendum est ante conditionem non recte agi, cum nihil interim debeatur: sed si debiti conditio euenerit, rursus agi poterit: & in stipulatione sub conditione facta differtur obligatio in aliquem casum: ita ait Imperat. in §. at si ita. Inst. de verbo. oblig. quia tantum spes est debitum iri, vt idem ait eodem titu. §. ex conditionali. Quare nomine tantum, & propter spem futuri debiti creditor dicitur: at non effectu & reipsa, vel propter exactionem, cum ab eo ante exigi non possit, quam conditio euenerit, vt superioribus ll. probatum fuit: quia nec cessit, nec venit dies pendente adhuc conditione, l. cedere diem. infra eodem. imò ea pendente per errorem solutum repeti potest, l. sub conditione. ff. de condictio. indebit. si tamen ea conditio sit, sub qua debetur, quæ omnino extitura sit, vt si moriar, vel si Antichristus (vt ait Accursius) nascetur. text. & glos. in l. quod si sub ea conditione. ff. de condictio. indeb. quia vt in diem debitum solutum non repetitur, d. l. sub conditione. sic nec debitum sub conditione omnino extitura, vt inferius plenius scribetur.

Debitor conditionalis ante conditionis euentum agi non potest.

¶ Ex quibus colligere possumus, si ad instantiam creditoris capi debitor possit, conditionalis non poterit ante conditionis euentum, Bart. & Socin. in d. l. 1. ff. si cert. petat. nam creditor non est simpliciter, sed conditionalis creditor, vel debitor, l. conditionalis. infra eod. In possessionem tamen mitti solent creditores, etsi pecunia eis sub conditione promissa sit, l. in possessionem. ff. quib. ex caus. in posse. cat. Antequam tamen dies veniat, vel conditio, non possunt bona eius venire, si latitet debitor. nam quid interest, debitor quis non sit, an nondum conueniri possit? nam & si non sit debitor, idem dicemus, l. Fulcinius. §. si in diem. ff. quib. ex caus. in posse. catur, cuius legis illa sunt verba. Quod autem non sit propriè creditor, corroborat Alex. consilio 106. visis. colum. secunda, in quinto volumine.

¶ Nec me mouet d. l. is cui. ff. de action. & obligation. vbi legatarius conditionalis pendente conditione creditor non est, quod secus in eo, cui aliquid promissum est sub conditione, statuitur. nam respondemus, eo loco agi de transmissione, quæ non competit legatario conditionali pendente conditione, vt transmittat ad heredem suum, l. vna. §. fin autem. Cod. de caduc. tollend. diuersum est in stipulatore, & in eo cui ex contractu debetur quicquam sub conditione, §. ex conditionali. Institutionibus, de verborum obligationibus. & ratio diuersitatis hæc est, quia contrahens videtur sibi, suisque prospicere, lege, si pactum. ff. de probationibus: at testator non sic. sed defecta conditione creditor nullo modo dici potest, lege, decem. ff. de verborum obligationibus. quia apparet, quod nunquam debebitur. glos. hîc.

Purum legatum est sub cõditione omnino extitura. Casus in quibus debitor cõditionalis continetur nomine debitoris.

¶ Primùm id locum non habet, quando dies, vel conditio esset omnino extitura: purum enim tunc dicitur legatum, & debitum, vt si moriar, l. 1. & l. heres meus. ff. de condit. & demonstra. & l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouation. & l. quod si sub conditione. de condictio. indebit. & ideo his casibus non pro conditionali debitore, vel creditore quis habetur, sed vt cui pure est debitum, vel creditum.

¶ Deinde dicitur creditor ob cautionem, quæ ei præstari debet à debitore ex iusta causa, l. in omnibus. ff. de iudic. & l. qui in fraudem. ff. qui & à quibus. & etiam eueniente conditione dicetur creditor, vt supra dictum fuit ad l. is cui. ff. de actio. & obligatio. Socin. consilio 41. in 4. volumine.

¶ Tertiò quando nullum subesset debitum aliud, tunc ne dispositio fiat elusoria, intel-

ligitur de conditionali,arg.l.fundus qui locatus,ff.de fund. instruct. ad hæc facit glos. in l. pediculis.§.idem cum quæreretur,de auro & argent.lega. Ias.in l.si stipulatus.§.cum stipulamur,col. 2. de verbo. obli.

In vltimis voluntatibus.

¶ Quartò etiam conditionalis venit in vltimis voluntatibus,in quibus ampla & lata fit interpretatio: vt si heres sit grauatus soluere omnia debita, etiam conditionalia non solum pura cogetur soluere,conditione tamen adueniente,vt probat Paul. in l.si ita scripsisset. ff. de lega.2.maxime si debitum illud pendebat ex conditione omnimodo extitura. Ias.in d.§. cum stipulamur. videri potest etiam apud Bertrand.cons.88.ex themate col.2.& sequen. in primo vol. secundum nouam editionem.

In proclamatione conditionalis creditor debet se opponere.

¶ Quintò si in proclamatione moneantur omnes debitores, vel creditores,vt se opponant,si sua interesse putauerint,debitor &creditor conditionalis tenebitur opponere:nam ad eam rem creditor intelligendus est,l.is cui.vbi glo.ff.de actio.& obliga. & quamuis ante diem vel ante conditionem creditor non possit agere, tamen sibi prouidere potest, vt in tuto sit creditum, & vt emptor secure caueat ei, vt emptio etiam emptori tuta sit, ne euenti entè conditione res empta euinci possit,atque ita nec creditor posset quicquam postea petere, si authoritate iudicis distractio facta esset, l. vlt. §. & siquis. C. communia de lega. ita Alex.& alij sentiunt in l.1.ff.si certum peta. probat Ias. & alij in l.si stipulatus fuerim.§.cum stipulamur.ff. de verb. obliga.quod admodum notandum existimat Catellianus Cotta in 2.parte memora.in verbo,statuto.videte Boer.in decis. Burdega.q.112.an tempus.

In materia fauorabili conditionalis creditor continetur.

¶ Sextò in fauorabili materia, etiam in statutis, vt si statuto cautum sit debitori habenti filios subueniendum esse de tertia parte debiti, vt subueniri possit debitori conditionali; cum sit eadem ratio conditione adueniente,tum etiam quod fauor extendi debeat, l. cum quidam.ff.de liber.& posthu. & sic quando materia subiecta in conditionali locum habere potest,vel verificari,venit conditionalis creditor debitórve,vt ex prædictis patet,& quando est eadem ratio: vnde creditoribus,quibus ex die,vel sub conditione debetur, & ob id pecuniam petere possunt,æque separatio dabitur.l. creditoribus.ff.de separatio.

An debitor in diem vere sit debitor.

¶ Vltimò dicit glo. in l. debitor. infra eod. quod conditionalis dicitur largissime debitor,at in diem dicitur large:debitor verò de præsenti dicitur stricte:nam illud quod in diem debetur,est debitum,l.in diem debitor est adeo debitor. ff. de condictio.indebi.inde potest debitum in diem nouari, l. 1. iuncta l.Stichum.§. legata.ff.de nouatio. Alex.cons.2.ex narratis. col. 5. in 4. vol. quia debitor in diem est obligatus, & ille cui debetur,dicitur credere. & sic est differentia inter debitorem conditionalem, & in diem:nam in diem debitor quantum ad essentiam actionis & obligationis vere dicitur debitor, quia concurrũt proprietas, allusio,& actio,l. quoties in diem. ff. de actionibus & obliga. tamen quantum ad effectum exactionis non dicitur creditor,l.in diem.ff.de condictio.indeb.& sic statutum loquens in debitore,vel creditore,si respiciat contractum,vel obligationem, comprehendit hunc, vel si creditores teneantur insinuare contractum: quando vero statutum respicit effectum executionis, vt si debitor ad instantiam creditoris debeat capi, vel eius bona, tunc debitor in diem non comprehenditur ante diei euentum,vt testatur Socin.in d.l.1.col.vlt.ff.si cert. peta. & ista notate, quotidiana enim sunt, vt verbis vtar Iurisconsult. in l. legaui. ff. de liber. legat.

Contractus etiam conditionalis est insinuandus.

Sub quid significet,& phrases.

¶ Sub,accipitur pro cum,in, subtus, Gallice *en, auecques, sous.* sub potestate, l. pronuntiatio,§.1.infra eodem. sub pœna pecuniam debuit,sub pignore, l. 3. ff. de in litem iuran. id est, pœnam promisit, si non fides seruaretur, pignus dedit pro debito, idem in l.3.in fine, ff. de eo quod cert. loco,item sub obligatione, sub fideiussore, id est obligauit fundum, fideiussorem dedit,l.Seia,in prin.& §.1.ff.ad Vell.Sub vsuris, pro cũ, l.sed Iulianus.§.item si duos, ff. ad Macedo. id est data est pecunia mutuo vsuris promissis à debitore, seu data fœnori pecunia,& l.2.ff.manda.& l.Lucius.qui potio.in pigno. habeant.

Sub vsuris.

Sub hoc pacto. Sub vna claue habitare.

¶ Sub hoc pacto vendidit, id est adiecto isto pacto, & cum hoc pacto, l. si quis sub hoc pacto vendiderit. de contrahend. emptio. ff. Sub vna claue habitare, elucidatur in l. quis sit fugitiuus. §. apud Cælium,de ædilit.edicto. ff.

Sub terra. Sub machina. Sub commemoratione.

¶ Sub terra lapis esset,pro subtus,l.in lege, de contrahend. emptio.l.si venditor,in fine. de actio.empt.Sub machina idem, *dessous* Gall.l.si vt certo. §. plane. ibi, si seruus lapidario commodatus sub machina perierit, ff.commodati. Sub commemoratione domus dandæ pignori,exponit glo,sub obligatione,in l.fideiussor.2.§.1. de pignor.existimarem ita intelligenda ea verba,id est,facta mentione domus,volebat enim pater,vt filius eius mentionem in chirographo obligationis domus faceret filij emancipati. Sub specie, id est prætextu, colore,l.penult.ibi,sub specie criminis, ff. de calumn. l. 2. ff. de extraord. crimi. l. sub prætextu. C. de transact.

Sub idem tempus.

¶ Sub interdum respicit tempus, & exponi solet pro circa,& accusatiuo frequenter adiungitur, vt sub idem tempus, id est per idem tempus, circa idem tempus, paulo ante forte,

forte, vel post:vel eodem tempore, l. ædiles. 2. §.non tantum, ibi, non si sub tempus venditionis, id est biduum ante venditionem. ff. de ædilitio edict. libri antiqui habent, sub eodem tempore venditionis. item sub ipso diuortij tempore, l. quæ tamen. de donatio. inter vir.& vxor.ff.

Sub in compositione.

¶ Quandoque sub componitur, & variatur eius significatio ex verbi adiunctione, vt l. subsignatum.infra eodem.substitutus,substitutio,l. in vulgari. & l. pronuntiatio.infra eo. subtrahere, l. fugitiuus. infra eodem: variusque & multiplex est huius dictionis tam simplicis,quam compositæ vsus:& quæ rudem possent nonnunquam tenere auditorem,adiecimus hoc loco: nam cætera grammaticorum esse putamus pertractare.

Naturalis debitor quomodo debitor dicatur

¶ *Quod si natura tantum debeatur, non sunt loco creditorum.* Hic fit interpretatio eorum, quæ paulo ante generaliter dicta erant, eaque coarctat, quæ plenius dixerat, scilicet vt is, qui debet ex quacunque actione, dicatur debitor, & is cui debetur, creditor: nunc adiicit, eum non dici debitorem, vel creditorem, cui tantum naturaliter debetur, vel qui sic est obligatus: nec satis esse naturaliter deberi, vel obligari, cum nec ei, nec aduersum eum actio, aut petitio detur ex illa simplici naturali obligatione.nã quanquã minus propriè dicuntur debere naturales debitores, per abusionem tamen seu κατὰ χρησιν intelligi possunt debitores: & qui ab his solutam pecuniam naturaliter debitam accipiunt, debitum accepisse putantur. Vlpian. in l.fideiussor. §.fideiussor. ff. de fideiussor. lege prima, C.ad legem Falcid. nec dicitur debitor is, qui tantum natura debet, ob eam rationem, quoniam ab eo inuito pecunia exigi non potest,l.debitor. infra eo. & crediti appellatio non ad eam pecuniam,quæ petitionem non habet,refertur,Papinia.in l. si is cui.§. Flauius.ff.de solutio.ideo si filius familias patri naturaliter centum debeat, non dicitur pater, in cuius potestate est, creditor eius:idẽ iuris in seruo, l.frater à fratre.ff.de cõdict.indeb.l.quod attinet.de reg.iur. quod hæc lex significat his verbis,non sunt loco creditorum,id est non habentur pro creditoribus,in his negotiis actibusve quæ de creditore loquuntur. Quare pupillus,qui mutuos nummos accepit sine tutoris authoritate, antequam locupletior fiat, nihil debere intelligitur.Papinian.in l.cum illud.§.1.ff.quand. dies leg. cedit.

Debiti nomine omne debitum venit.

¶ Quod locum non habet, cum ex naturali obligatione produceretur actio,tunc dicitur creditor,l.naturales.ff.de action.& obligat.Alber.idem hic ait:quibus autem casibus id accidat,tradunt recentiores in l.legitima. & l.iurisgentium. §. sed cum nulla.ff.de pact. &l. etiam.ff.de vsur.l.frumenti. C.illo titu.l.si quis argentum. C.de dona.sed potest ibi dici non ex sola naturali obligatione agi,sed quia lege confirmatur.Fateor tamen sub generali appellatione debiti, debitum omne comprehendi, nempe debitum tanquam genus continet debitum naturale tantum, & debitum ciuile tantum, & vtrunque, iure prætorio ex obligatione antidorali, vt omne aliud debitum: vnde ait Imperator eum qui soluit legatum omissa Falcidia,non videri plus debito soluisse,l.1.C. ad leg. Falcidiam. debitum enim naturale erat, vt est communis &recepta sententia doct,in l.1.ff.de condict.indeb.l.cum quis. C. de iur. & fact. ignorant.

Obligatione antidorali obligatus an debitor sit.

Vsura est deducere antidoralem obligationẽ in pactũ.

¶ Item obligatus obligatione antidorali,quæ instinctu naturæ procedit,ad remunerandum beneficia,officia,seu seruitia accepta,nõ dicitur debitor, nec cui ita debetur, creditor: quia nõ habet coactionem, nec effectum exigendi, nisi in liberto erga patronum,l.1.§.eum patronus.ff.de off. præfect. vrbis. Imo si hæc obligatio in pactum deducatur,vt si ego mutuem,vt tu postea mutues,cum eguero,dicetur vsura, quia vltra sortem exigitur id,vt is teneatur mutuo dare,cap.1.in 14. quæst. 3. facit l.sed si lege.§. consuluit. ff.de petit.hered.cap. cum in officiis.de testa. cap. illud. 8. quæst. 2. videte decem & octo effectus huius obligationis antidoralis apud Ias.in l. ex hoc iure. num. 53. cum seq. ff. de iust. & iure,& per Ios. Crotum in l. frater à fratre.de condict. indeb. Alius effectus est, quod conferens beneficium, vt se liberet ab obligatione antidorali, vtpote, si episcopus conferat beneficium expresse famulo ob operas, obsequia, seu seruitia eius, tunc committit simoniam: diuersum est,si non expresserit. doct. in cap. ad nostram. in fine,de probatio.cap. cum essent. de simon. Igitur aduertite, ne in collatione beneficiorum quicquam exprimatis, quia pure conferri beneficia debent, cap.quam pio.1.quæstio. 2. scripsi in præfat. ad titulum de colla. in concorda.

Simoniã episcopus conferendo beneficia ei qui seruiuit sibi quando cõmittat.

Natura quot modis capiatur.

¶ *Natura.* Hic natura capitur pro obligatione illa naturali, quæ ex consensu oritur, l. cum amplius. §. is natura debet. infra tit. proximo. Aliquando natura pro causa prima accipitur, à qua omnes causæ profluxerunt, & dicitur natura naturans, deus, vt verbis glos.& docto.vtar in l.respiciendum. ff.si cert.peta. & natura naturata,quæ aliunde causam habet, §. 1. de iure natur. gent. & ciui. in Institutio. Aliquando natura dicitur ius insitum rei, similia de similibus procreans, dicta quòd aliquid nasci faciat: sic sumitur in l. ostentum Labeo definit contra naturam cuiusque rei genitum, factumque esse.infra eod. quidam sunt natura spadones, l. spadones. infra eod. Vel est, quod per se inest: vel idem est,

quod perfectio originis, proprietatis, attributiua rei, vitæ, ac permanens proprium priuilegium, actus & finalis vtilitas: vtar verbis Bal. in cap. inter. col. 3. num. 8. de fide instrument. Item quædam personæ natura subiectæ sunt, quædam iure, l. pronuntiatio. §. fina. isto tit. Naturam quoque nos docere scribit Iurisconsul. in l. liberorum in fine, hoc tit. & in l. 1. §. vlt. ff. de iust. & iure, & in §. 1. Inst. de iure nat. Naturam mutare rei, est vim naturalem immutare, in l. qui venenum. infra eod. Aliis modis sumitur natura, quos scribunt doctores in d. l. 1. in fine, de iust. & iure. ff. Interdum sumitur pro vi naturali, pro ratione, conditione, & pro moribus, industria, inclinatione, instinctu, indole, & consuetudine, vt scribit doctus Spiegel. in Dictio. suo. facit d. l. probrum. infra eod. hoc docet Aristotel. lib. 2. physic. & lib. 1. de partib. animal. in prin. Inde naturalis, secundum naturam: vt bonorum appellatio aut est ciuilis, aut naturalis, l. bonorum. infra eod. Naturales filij, qui sola natura cooperante nati sunt, ex concubina in domo retenta, §. fina. de nupt. Instit. & in authent. quibus modis natural. effic. legit. collatio. septi. Alia de natura nunc naturalibus relinquam.

Naturalis. Filij naturales.

¶ *Sed si non sit mutua pecunia, sed contractus, creditores accipiuntur.* Hîc oritur dubitatio, nempe credere dicimur, cum alienam fidem sequimur, quod est in pecunia mutua, l. 1. ff. si cert. pet. ergo recipiens pecuniam mutuam dicitur creditor, non verò in alio contractu. hic vero remouet illam dubitationem, & nolens sigillatim omnia recensere, in summa dicit, eos etiam creditores dici posse, quamuis non sit mutua pecunia, si tamen sit alius quiuis contractus, factus inter partes: & pro obligatione capitur hic contractus, vel pro contractu, ex quo oritur obligatio, de quo dicam in l. Labeo. infra eod. & intelligite creditores dici, quibus ex qualibet causa debetur, vt in lege seq. & sic comprehenditur hic quasi contractus, arg. l. apud. §. fina. cum l. seq. ff. quib. ex caus. in posse. eat. vt si quis gesserit negotia mea, & ego ei sum obligatus, vel ipse mihi, creditor & debitor dicimur, & in aliis casibus enumeratis in titulo de oblig. quæ ex quasi contrac. nascunt. in Inst. & fusius dicetur in d. l. Labeo. nam vbi est obligatio, ibi dicitur creditor, quę obligatio est etiam in quasi contractu: ergo dicetur creditor & debitor.

Creditor dicitur ex quasi contractu.

¶ Et sic credere capitur hic pro sequi fidem alienam, l. 1. ff. si certum peta. & in rubr. de reb. credit. C.

Credere multipliciter capitur.

¶ Secundò credere est mutuare, vt l. 2. in fine, & fere per tot. titu. si cert. peta. ff. & C. & in titulo C. si aduersus credito. lib. 2. l. si ventri. §. in bonis. ff. de priuilegiis credito. & in l. si sciente, de parricid. in rubri. nullum credentem agrico. collatio. 4. Et interdum pecunia credita pro mutua pecunia dicitur, in l. quidam tabularum. in fine. ff. de fur. & sępius in d. tit. si cert. petatur.

Pro mutuare.

¶ Tertiò credere capitur pro committere, concedere. nam apud veteres summa potestas Dictatoribus ad tempus credebatur, l. vnica. ff. de officio prefect. prætor. l. final. ff. de custod. reor. eo loco, non facile tyroni custodia credenda est, vbi postea vtitur sæpius verbo, committenda. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testa. facer. poss. l. 2. §. nos itaque. de vet. iure enuclean. & in proœmio sexti lib. ibi, iuxta creditę nobis dispensationis officium. & in authent. vt non luxur. ho. contra nat. in princip. colla. 6.

Pro committere & concedere.

¶ Quartò pro presûmere, arbitrari, existimare, l. conficiuntur. in princ. ibi, quoniam creditur paterfamilias. ff. de iure codicillo. l. 2. de hered. instituend. l. etiam ea mulier cum moreretur, creditur filium habere. infra eod. l. 2. §. voluntatem. ff. solu. matrimo. l. cum in corpus. de acquirend. rerum domi. l. lecta. si certum petat. l. filius. de conditio. institutio. §. 1. in authent. de instrument. cautel. & fide, colla. 6. cap. quosdam. de presumptionibus. hinc Papinian. neque enim ipsum sibi soluisse pecuniam credendum, à quo hereditas euincitur, l. Stichum. §. si creditor. ff. de solut. l. in bello. §. si quis, ibi, non in pòtestate eius fuisse credentur. ff. de captiuis. Et velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini, l. velle. ff. de reg. iur. l. semper, qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, ibidem, sed hoc satis tritum est.

Pro præsumere.

¶ Quintò in praxi solitum erat responderi positionibus per verbum, credit, etiam iure, l. 2. §. obseruare. C. de iureiuran. propter calum. dand. c. 2. de confessis, in 6. & dicitur iuramentum credulitatis, de quo in cap. præsentium. de testib. in 6. sed in Regno Franciæ est prohibitum respondere per verbum, credit, sed per verbum veritatis, vt est in constit. Reg. tract. de respon. per credit, vel nõ. arti. 2. & seq. vbi scripsi in 3. tom. consti. Reg. Et de credulitate plene Lucas de Penna in l. tribuni. col. penult. C. de re milita. lib. 12. l. obseruare. in fi. ff. de offic. proconsul. & imputatur ei, qui fuit nimiũ credulus, id est facile credidit his, quæ jactabantur, l. 1. ff. de eo per quem factum erit.

¶ Creditrix respublica, vel mulier dicitur, cui aliquid debetur, in l. penult. ff. de priuileg. credito. l. debitrix. ad Velleia. Illa quæ debet, notum est.

Creditrix.

¶ Chirographarij creditores facti ex chirographo, d. l. penult. nos dicimus vulgari sermone creditores per schedulam factos: de quibus abunde scripsi in tract. de chirogr. & sche

Chirographarij creditores.

schedula. recogn. in primo tomo commenta. in constit. Reg.

¶ Chirographarium debitum sic, vel pecuniam chirographariam nominat Imperat. in l. vna, C. etiam ob chirographariam pecuniam pignus retineri posse. per ista ornari poterit rub. ff. si certum petat.

Chirographarium debitum.

CAIVS LIB. PRIMO AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX VNDECIMA.

Creditorum appellatione non hi tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderint, sed omnes, quibus ex aliqua causa debetur.

¶ Hæc lex tollit dubitationẽ, quam proxime dixi, cum pro pecunia mutua habeamus titulum de rebus creditis, & sic is, qui dat mutuum, dicitur creditor: nunquid alius præter eum? & respondet tex. quod non solum hi, qui crediderunt mutuam pecuniam, creditores dicuntur, sed omnes, quibus debetur ex qualibet causa: nam omnes quibus debetur, credunt: ergo dicuntur creditores, postquam habent effectum, & nomen vtique habebũt, l. à nullo. C. de feriis. & quod superius dictum fuit ex contractu, nunc ex aliqua causa.

¶ Credendi appellatio generalis est, l. 1. ff. de reb. cred. & inter creditum & mutuum scribit Iurisconsul. Paul. differentias in l. 2. in fin. ibidem.

¶ Intelligite creditorem illum dici, cui ex qualibet causa debetur, quando ex iusta causa deberetur: alias si plagij committendi causa tibi pollicitus fuero, non diceris creditor. Papinia. in l. si plagij. ff. de verb. oblig. nec seruus ea, quę iniuste quærit, domino acquirit. l. quod seruus. ff. de acquirenda possessi. nec filius fa. patri. l. 3. §. ex furtiua. ff. de peculio. nec socius socio, l. quod autem. ff. pro socio. nec vxor dimidiam partem conquęstuum à mari to male acquisitorum habebit, cap. conquęstus. vbi Barba. de foro compet. expresse Ioannes Lupus in repet. cap. per vestras. §. 65. in 3. limitatio. de donat. inter vir. & vxor. ergo in his non dicuntur creditores: quod facit ad intellectum rubricæ, quæ in fraudem creditorum. ff. & C. & rubr. de priuileg. creditor. & aliorum iurium de creditoribus loquentium.

Creditor ex iusta causa, non iniusta.

¶ Cessionarius tamen, cui ex iusta causa cessio fit, creditor vocari potest, vt asserunt doctores in d. l. 1. ff. si certum petat. de quo plene scripsi in scholastic. priuileg. 177. quia actiones vtiles suo nomine habet. l. ab Anastasio. cum l. sequen. C. mandat. & l. 3. de nouat.

Cessionarius creditor vocatur.

¶ *Aliqua.* Alij habent ex qualibet causa, id est, ex quacunque causa. Nam quod in proxima lege dixerat, ex quacunque actione, nunc dicit ex aliqua & qualibet causa. & in aliquibus libris est aliqua, in aliis qualibet, & de dictione quicunque est l. aliud est fraus. §. 1. ibi, ex quacunque lege. infra eod. Et sic dictio quicunque, est signum vniuersale, effrænatum quodammodo numerum excipiens, teste Luca de Penna in l. in omnibus. C. de cursu publico. lib. 12. per l. fideiussor. 2. ibi, quodlibet triticum. ff. mand. facit l. vlt. ibidem. & tex. in c. solitæ. de maior. & obedien. cap. si tibi absenti. de præb. lib. 6. glo. in verbo, titulo. cap. 1. de vsur. ibidem. l. hæc verba cui. infra eod. nullum enim censetur excipere, qui ponit quæcunque. cap. vt ostenderet. de consecr. distinct. 4. Et publice vtile est absentes à quibuscunque defendi, l. seruum. §. publice. de procurator. l. vsufructu legato. ff. de vsufr. ibi, quicunq; rei reditus est, ad vsufructuarium pertinet, l. 3. ibi, quacunque autem actione. de iureiurand. l. procuratoris. §. in tributum. ibi, ex quacunque causa ei debeatur. de tributoria actio. vnde quod in l. vt res. ff. de contrahen. emptio. dicitur, qualibet ratione, & quacunque obligatione, pro omni intelligitur. l. res hypothecæ. ff. de pigno. l. munus. 2. infra eod.

De dictione aliqua, & quacunque.

¶ Itaque qui promisit mihi de euictione, si res euicta sit per compromissum, non tenetur, l. si dictum. §. si compromisero. ff. de euiction. quia sum in culpa, quare de illa re compromisi: sed si mihi promissa fuerit euictio, vel garendum, quocunque modo à me res remoueatur, & euincatur, tunc etiam si per compromissum fuerit euicta, tenebitur promittens, vt hæc dictio, aliquid, prosit per gloss. singular. in l. cum pœna. ff. de arbitr. secundum Barbat. consilio 12. colum. 8. in primo volum. Alia addidi ad dictam gloss. sequitur Anton. de Burgos in cap. final. colum. 8. de emptio.

Euictio quãdo debeatur ratione cõpromissi.

¶ Item si ab ecclesia data sit emphyteusis, vel feudum Titio, & heredibus, non intelligitur de extraneis. §. & si clientulus. de aliena. feudi, nisi fuerit datum Titio, & quibuscunque heredibus, vt Bald. docet in l. 1. q. 34. & q. 48. ff. de rerum diuisio. & in cap. in præsentia. colum. 4. de probatio. refert Alexan. consil. 30. ponderatis. colum. vltim. num. 15. in 5. volu. & consi. 95. repetitus. colum. 2. num. 6. in 7. volum. Socin. consi. 266. in causa. col. 14. versic. præterea Bald. &c. in 2. volum. vbi limitat. & Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 66. C. de fideicommiss. Iason consil. 118. contra donationem. col. 3. volu. 4. & in l. Gallus. §. etiam si à parente. col. 4. num. 17. & seq. ff. de liber. & posthum.

Emphyteusis quando ad extraneos transeat.

¶ Etiam si lex Regia det cognitionem iudici Regio de quibuscunque causis, nulla censetur exclusa, teste Geminiano in cap. decet. col. 3. de immunit. eccles iar. in 6. refert Ias. cõsi.

Cognitio de quibuscunque cau

fis nullam excludit.

63.col.3.volum.3.& quia de his dictionibus est in iure frequens mentio, & maxima vtilitas,ideo alias prosequar.

Quicquid.

¶ Idem in dictione quicquid,vt sit dictio vniuersalis, pro quocunq; l. propemodum. infra eod.l.Lucius.§.heredum.& §.seq.ff.ad Trebell.vt si quis rogatus sit restituere quicquid ex bonis Titij peruenisset,totum restituet.l.loci.§.si fundus.in fin.ff.si seruit.vindic. ibi,quisquis defendit,solidum debet restituere.l.habebat.in fine.ff.de instito.act.ibi,quicquid præstiterit is qui conuentus est,societatis iudicio consequetur.

Quisque, quisquis.

¶ Quisque pro quilibet,l.3.in fin.ff.de rei vindi.ibi,& si incertum sit,quantum quisque ponderis habeat,l.voluit,ibi,pro qua quisque heres extiterit. de interrog.actio.l.in rebus. ibi,qualis diligentissimus quisque. ff.commodat.l.sciendum.l. propemodum.l. quisquis. l.ex illa parte,infra eod.vbi de dictione quisquis tradetur.

Quæque.

¶ Quæque pro quaecunque,l.vsufructu legato.§.1.ff.de vsufruct. vbi primo dicit quicunque reditus, postea quæque obuentiones. Aliter capitur in l.verbo victus.infra eod. ibi dicetur.

Quiuis.

¶ Dictio quiuis est vniuersalis,vnde si prohibetur res alienari quouis titulo in extraneum,non poterit heres instituiquia dictio quiuis refertur ad titulũ etiam improprium, vt consuluit Alex.consi.155.visis.colum.1.volum.2.& consi.3.numer.14. in 5. volum.facit l.proinde.2.§.1.ff.ad legem Aquil.ibi,si procurator,aut tutor,aut curator, aut quiuis alius confiteatur.l.si seruus communis furtum fecerit,quiuis ex dominis in solidum noxali iudicio tenetur.ff.de noxali act.l.3.§.quacunq;.ibi,vel quauis alia agatur.ff.de iurciurando. & l.final.quod iussu.Et si mandetur conferri beneficium, & quouis modo prouideri illi, intelligitur etiam per electionem.clem.1.de præbend.Felin.in cap.sedes.col.4.de rescript. licet alias non regulariter,per d.clem.1.& scripsi in §.præfatique ordinarij.in verbo,dispositionem.de collatio.in concordat.

Quilibet, quid significet, & eius natura.

¶ Quilibet est signum vniuersale distributiuum,pro quisque, vulgo *chacun*, capitur, l. locus.infra eod.Vnde si dicatur quælibet actio, etiam officium iudicis comprehenditur. text.in l.2.iuncta glosſ.in verbo,alias.C.de quadrien.præscript. Alex.consil.155. visis.col. 1.numero tertio,in secundo volumine.& Iason consilio 55.præsens.columna secunda,volumine tertio.quia per officium iudicis persequimur,vt in actione.§.1.de actio.in Institut. Item quando quis eximitur à muneribus,intelligitur de extraordinariis, non de ordinariis,l.in honoribus.§.qui muneris.ff.de vacat.muner.nec intelligitur de patrimonialibus. l.his oneribus.in princip.ibidem.nisi detur immunitas à quibuslibet muneribus,tunc illa dictio ampliat.Bart.in l.2.ff.de iure immunita.sic expresse consuluit Alex.consil.30. ponderatis.col.4.num.14.in 5.volu.

Quælibet appellatio etiam frustratoriam comprehendit.

¶ Præterea si quælibet appellatio admitti debeat, vel senatus de qualibet appellatione cognoscere debeat,etiam de frustratoria intelligetur,cap.quamuis . iuncta glosſ.& ibi Geminia.de electio.in 6.Iasſ.dicto consi.55.præsens quæstio.col.2.in 3.volum.& consi.115.præsens.columna octaua, volumine quarto.& clausula, non obstantibus quibuscunque appellationibus,sic intelligetur,doct.in cap.pastoralis.de appellat.per illum text.

¶ Ad hæc dictio quilibet facit,vt intelligantur plures esse rei debendi in solidum,l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbit.l.si pluribus.de lega.2. Bar.in l.2.col.2.de duob.reis. Alex.consi.135.videretur.col.1.vol.5.

Quælibet pro aliqua.

¶ Interdum quælibet pro aliqua accipitur, l.si cui insulæ vsusfructus legatus est, quandiu quælibet portio eius insulæ remanet,totius soli vsumfructum detinet.ff.de vsufruct.l. nec interest pecuniam soluendi causa numeret,aut quamlibet suam rem det.ff. ad Velleia. & proprie loquendo capitur pro aliquo ex pluribus,vt est in practica curiæ Romanæ:vt si dicatur,cuilibet restituat,id est,cui voluerit.

Quomodolibet.

¶ Quomodolibet est distributiua modorũ, omnes comprehendens modos, & perinde ac si dicas,quocunque modo,& sic omnes casus comprehendit.glo.& docto.scribunt in cap.indemnitatibus.§.si qua vero.de electio. & refert Iasſ.consil.63.circa primum. col.3. vol.3.facit cap.statutum.§.in nullo.in verbo,quomodolibet.vbi Ioan.Andre. de rescript. in 6.Iasſ.consil.120.viso testamento.col.penult.in 4.volum. Et comprehendit omnem modum,videlicet realem,& personalem,directum,& indirectum, vt firmat gl.in clemen.2.in verbo,quomodolibet.de sentent.excommunic.in clem.quam singul.notat Curtius consilio 50.numero 428.scripsi in glo.dispositionem. §.præfatique ordinarij. de collationib. in concordat.

Quolibet modo.

¶ Quolibet modo idem,Iulian.in l.ita vulneratus. in princi.ff.ad legem Aquiliam. ibi, occidisse dicitur,qui causam mortis quolibet modo præbuit.

Quoquomodo.

¶ Quoquo modo,id est quolibet modo,quocunque modo.Archidia.in dicto cap.indemnitatibus.& importat omnes modos excogitabiles:vtor verbis Ange.consi.288.viso themate,vt refert Hippolyt.consi.8.num.37.& facit cap.si canonici. de offic.ordinar. in 6.

Venales merces quando legatæ censeantur.

Vnde si mercator leget merces, quas in tali habet domo, non est dicẽdum legasse merces venales,

venales,aut pignori dare,nisi dixerit omnes merces,vel quoquomodo in domo sint, per l.generali.§.vxori.ff.de vsufru.lega.vbi Bart.& Alex.in consi.30.col.vlti.in 5.volu. Iasſ.in l. 2.§.1.in fine.ff.qui satisdare cogantur.& consilio 124.viso testamento.columna penultima, volumine 4.

¶ Aliquando pro nullo modo,si præcedat negatio, vel aliquo modo,vt dicto capit.indemnitatibus.§.si vero ad illam.ibi,nec aliquam in monialem recipiant quoquo modo.facit text.iuncta gl.in cap.deus omnipotens.2.quæst.1.Idcirco si testator dicat,vt non liceat heredibus quoquomodo vendere,vel alienare,intelligitur prohibita etiam. heredis institutio,vt consuluit Alexan.consilio 155.visis & accurate.col.1.in 2.volum.vnde eximere est quoquomodo auferre,l.4.§.1.ff.ne quis eum,qui in ius vocatus est, vi eximat.l.si cum exceptione.§.quatenus.quòd met.caus.l.cum essent.§.1.de seruitut.rustic.prædior.l.si ex plagis.§.in cliuo.in fine.ibi,illud quidem certum est,quoquomodo res se haberet,&c.ad leg. Aquil.l.his solis.ff.de condict.indebit.

De alienatione qualibet prohibita.

Quocũque modo.

¶ Quocunque modo,pro quolibet modo,& hæc dictio est modorũ distributiua,vtor verbis Archid.in dicto cap.indemnitatibus.col.penult.de elect.in 6.vbi etiam dicit, quod natura signi distributiui est,quod si ei postponatur negatio,remouet illud quod sequitur, ab omni eo,pro quo distribuitur.Ideo si dicatur,quolibet modo non quæratur,id est nullo modo quæratur,& est vna dictio non plures.

Quantumcunque.

¶ Quantumcunque, plus in se habet,quam dictio,quicquid, quia ad fructus etiam refertur,in l.balista.ff.ad Trebell.vbi si quis grauatus fuerit restituere quantamcunque pecuniam ex bonis testatoris perceperit,fructus etiam receptos restituere debebit. facit l.fin. §.1.ff.si certum pet.ibi,sed si cum Seio egero,quantumcunque est,quo minus à Titio exigere potero,&c.& quantumcunque emolumentum præstare debet, in l.idemque.§. sed si pecuniam.ff.manda.& l.si fundum.ibidem.& l.quod.§.in his.ibi, quantumcunque esset. de contrahenda emptione.lege,domum.versicul.si vero.ibi, quantacunque pars ædificij remaneat.ibidem.

Qualitercunque.
De gratia Principis.

¶ Qualitercunque etiam est dictio valde generalis, l.penes.infr.eo.vnde si Princeps alicui ex causa iusta indulserit, seu gratiam concesserit,qualitercunq; occiderit hominẽ, intelligitur etiam si non occiderit ad sui defensionem,siue occiderit culpa,siue occiderit do lo.Sic concludit Alexan.consilio 35.viso themate.colum.3.numer.4.in 6. volum. & Hippolyt.Marsil.in consi.80.qui cuncta.numer.44.& in l.vnius.§.cogniturum.nume.33.ff.de quæstio.Ista tamen gratia ad casus à iure permissos restringeretur, & in quibus casibus Princeps illam non concedit, vt in §.neq; autem homicidis.in Authen.de mand.Princip. colla.3.& c.1.de homicid.vtpote quando per industriam occidisset, non prodesset gratia, vt ibidem scribitur.

Qualiscunque.

¶ Qualiscunque fideiussor iudicio sistendi causa à consanguineis offeratur, recusari non debet.Vlpian.in l.2.in ius vocati.& l.2. §.ait prætor.vbi ample Iasſ.ff. qui satisdare cogantur.vnde Vlpia.scribit,in suis venia dignus est exercitor,si qualescunque ad instruendam nauim operas adhibuerit,l.fin. §.seruorum.ff.nautæ,caupo.stabu.l.3.§. est autem personalis hæc actio,& ei competit, qui in rem acturus est qualicunque in rem actione.ff.ad exhiben.& qualescunque successores dicit l.vel quod paterfam.in princip.de relig. & l.penult.in fine,de action.empti.

Ad locum, personã, verba & tẽpus superiores dictiones respiciunt.

¶ Et istæ dictiones iam enumeratæ aliquando respiciunt locum,l.qui loco certo se debere existimans soluit,quolibet loco repetet.ff.de condict.indeb.

¶ Interdum referuntur ad personam,vt in l.cum is cui.§.vltim.ibi,alium autem quemlibet dando,liberari poterit.ff.de condict.indebit.& l.qui à quolibet rem emit. de contrahenda emptione.

¶ Quandoque ad verba,vt pacisci & per nuntium,& per nosmetipsos,& quibuscunq; verbis possumus,l.qui autem.in fin.ff.de constitu.pecu.l.1.ibi, & alio quocunque verbo. mandat.§.1.de verbo.obligat.in Instit.

¶ Nonnunquam ad tempus,l.eum qui Kalendis.ff.de verbor.obligat. & ad materiam. Hæ quoque dictiones tam amplè operantur, & quælibet illarum,vt fiat extensio etiam ad casus improprios,vt probat Iasſ.consi.55.63.& consi.115.præsens consultatio.col.7.versicu. quàrto principaliter.volum.3.& 4.

Quando hæ dictiones coarctentur.

¶ Restringuntur tamen istæ dictiones ex verbis præcedentibus & sequentibus,vt si dicatur à quocunque eorum,non intelligetur de aliis,nisi de expressis,l.tutor.§.denique.ff. ad Velleia.Et plene scribit Barba.consi.63.sapienter.nu.26.in 1.volu. scripsi in verbo, omnium,in interpretatione authent.habita.C.ne filius pro patre,& in artic.1.tracta. de literis obligat.in 1.gloſſ.& in primo tomo commenta.in constitut.Reg.Gallicas.

¶ *Non tantum.* De hac dictione, quæ interdum suppletur, dicam in l.hæc verba quanti. infra eod.& videte in l.sponsio.supra eod.

Vlpia

VLPIANVS LIB. NONO AD EDICTVM.

LEX DVODECIMA.

Si cui ex empto, vel ex locato, vel ex alio contractu debetur: sed & si ex delicto debeatur, mihi videtur posse creditoris loco accipi.

¶ Iurisconsultus in proxima lege docuerat creditores dici, quibus debetur ex qualibet causa: hic vero quasdam declarat, vtpote si alicui debitum sit ex empto, quia domum vendidit centum, quæ non sunt ei soluta, vel remanserit debitum ex locato, idem si ex alio contractu debeatur: sed si ex delicto forte, quia vulnerasti talem, & debentur eo casu decem, an dicatur creditor? Et loco creditoris eum accipi posse Iurisconsultus ait.

Creditor an proprie vocetur cui ex delicto debetur.

¶ Ex hoc apparet, quod is, cui ex delicto debetur, nō dicitur proprie creditor per hunc text. ibi, posse creditoris loco accipi, &c. nam aliud est esse talem, aliud haberi loco talis, l. mercis. 2. infra eod. vbi hæc vberius à nobis tractabuntur, l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore: tamen quia Iurisconsultus extendit ad eum, cui debetur ex delicto, & vult eum accipi loco creditoris, ideo extensio Iurisconsulti accommodabitur actibus & iuribus, prout res patietur, loquentibus de creditoribus, vt infra dicetur. Sed quia voluntas, & fides deficiunt in eo, cui ex delicto debetur, nec passus delictum credit alteri, ideo vere non dicitur creditor, l. qui vas argenteum. §. vetare. ff. de furtis. nempe qui inuitus sequitur fidem alienam, non dicitur creditor. l. si tibi pecuniam. ff. de rebus credit. Sed Iurisconsultus hic loco creditoris accipit, quod ego arbitrarer post cōdemnationem factam à iudice ad aliquam summam ratione delicti esse creditorem, nam sententia pro veritate habetur, l. ingenuum. ff. de stat. homi. & potest facere non creditorem creditorem. l. si non sortem. §. heredi. ff. de condictio. indeb. ideo ante condemnationem non dicitur proprie creditor, nihil enim credere censetur: poterit nanq; is, qui damnum dedit, forsitan iniuste absolui, atque ita liberari, arg. l. Iulianus. ff. de condictio. indeb. vbi iuris interpretes.

¶ Tamen quantum ad ius attinet, quod certum est, l. ornamentorum, de auro & argento legat. ff. is, qui damnum passus est, potest loco creditoris haberi ante sententiam, quia vt creditor agit ad id, quod sibi debetur, ita damnum passus poterit contra delinquentem agere, qui condemnabitur illi: & in hoc poterit loco creditoris accipi: quia ab eo inuito exigi pecunia damni potest, sicut à debitore, sed post sententiam verè creditor est, in quo est condemnatus.

De populari causa.

¶ Sic in populari causa ante litis contestationem dicitur creditoris loco esse, qui est damnum passus, pro priuato damno sibi illato, vt in sepulchrō forte eius violato, in aliis autem non, vt in §. seq. gloss. firmat: quia delinquens videtur consentire ad id, quod condemnabitur & in hoc debitoris loco est, ita & hic agens loco creditoris dicetur, qui damnum passus, est, non autem verè creditor. quia non est certa condemnatio, aut summa, quam credat. Et sic forte ex communi sensu lex intelligi poterit.

Cōmunis vsus interdum non probandus.

¶ Item ex cōmuni vsu loquendi vocamus omnes etiam ex delicto debentes facta condemnatione debitores, & illos quibus debetur creditores. Bart. & alij in l. 1. ff. si cert. petat. Et hoc probatur ex superiori lege creditores, dum dicit accipi, & sic ex communi vsu intelligit Bart. Vnde cum ista lex dederit causam sic communiter loquendi, non erit vsus probandus. Quamuis vsus communis alias sit probandus, l. Labeo. vbi Bart. ff. de suppel. lega. Roma. consilio 244. præsuppositio. & debet probari, quod erat vsus cōmunis loquendi ita tempore statuti conditi, vel ordinationis, non autem tempore quo lis contestatur. Alex. in l. 5. colum. 3. in princip. de verbor. obligat. ff. Soci. in l. Gallus. §. si eius. col. penult. ff. de liberis & posthum. Curt. in d. l. 1. num. 68. Et aliud est dicere, habeatur loco talis: quia tunc per fictionē, vt d. l. mercis. 2. Secus est dū dicitur, loco creditoris accipitur, quasi vsu quodam sic accipitur, non tamen per fictionem. Et ita ponderandus est iste tex Quando lex dicit, aliquem loco filij esse, habebit prærogatiuas filij, & erit tanquam filius, l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Et filius famil. in pluribus causis loco patrisfamilias habetur, l. filius fam. ibidem. & in castrensibus, l. 2. ff. ad senatusconsul. Macedo. Sed quod communis vsus loquendi sic probetur, in hoc facile non assentirem Bart. sed quia Iurisconsultus dicit accipi loco creditoris, & sic iste text. extendit hoc: ergo statutum de creditoribus loquens, habebit locum etiam in his, qui creditorum loco sunt, vt sequitur.

Constituēs aliquem in locum suum an cedere actiones videatur.

¶ Notate tamen, quod si quis constituat alium in locum suum, vel ponat, videtur ei cedere actiones, & eum procuratorem in rem suam facere. l. qui quadringenta. ff. ad Trebell. De communi tamen vsu loquendi in regno Frāciæ, ponere in locum suum, est aliū substituere, subrogare, & sufficere in statum suum. & non transferetur ius, si quis in alterius locum suffectus fuerit ad tempus: vt si dicam, *à ces vacations i'ay mis à mon lieu tel*, intelligitur, vt pro me interpretetur vacationibus durantibus. Quando quis ponit in locum suū alium, intelligitur in Francia, vt seruiat pro eo, qui eum posuit, non vt habeat ius regulariter illius, nisi alia verba addantur.

¶ Ex

Vtilitates legis.

¶ Ex quo sequentes resultant vtilitates. Prima, vt leges loquentes in creditoribus, vt ff. quæ in fraudem creditor. titulus totus, & de priuilegiis creditorum, & alij tituli & leges habeant locum in creditoribus ex delicto. Bart. & alij in d. l. 1. Iason & alij in §. item si quis in fraudem. col. 12. Insti. de actio. Et sic fiscus nomine creditorum venit in l. rescriptum. ff. de pact. in princip. cum gloss. & in rubr. C. pœnis fiscalib. credito. præferri: & hoc pro subiecta materia intelligetur.

Exigens debita etiā ex delicto exigere potest.

¶ Secundò infertur, si dedero mandatum alicui ad exigenda omnia mea debita, poterit is exigere etiam ea, quæ ex delicto mihi debentur, siue sint obligati per instrumentum sigillatim, siue non. Alexan. consi. 162. visis narratis. in 5. volumi. sequitur Iacobi. in d. l. 1. per l. iniuriarum actio. ff. de iniu. l. 1. §. debitum. de constit. pecu. dummodo condemnatio sequuta fuerit, vt supra dixi.

Cōcessio Principis, vt quis nō molestetur à suis creditoribus, quomodo intelligatur.

¶ Tertiò si Princeps concesserit alicui, vt non possit à suis creditoribus molestari per annum, vel quinquennium, iuxta l. quoties. C. de precibus Impera. offerend. non poterit interpellari, vel inquietari à creditoribus ex delicto, l. final. de constit. pecu. quia verba beneficij late debent interpretari, quatenus verba patiuntur, l. beneficium. ff. de constit. Princip. & etiam probatur in gloss. cap. sacrorum. 12. q. 2. Barto. idem in statuto dicit consi. 164. statutum ciuitatis Tuderti. Roma. Iacob. & communiter doctores in d. l. 1. si certum peta. Curtius consilio 50. col. 30. maxime quando ratio est apposita in rescripto Principis, vtpote propter paupertatem: quia tunc cum ratio sit vniformis, & eadem in omnibus, & ad omnes, ergo in omnibus procedet. text. in l. illicitas. §. final. ff. de officio præsid. Quamuis Franciſqui. Curt. distinguat dicens, quod aut lex noua, vel statutum aliquid concedit in fauorem creditorum, tunc comprehenduntur etiam ex delicto creditores: aut lex noua, seu statutum concedit aliquod priuilegiū debitoribus contra creditores, tunc non comprehenduntur creditores ex delicto, quia ea lex illam recipit declarationē, quam lex antiqua, l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. & ibi Bart. & hoc probatur in Authent. de mandatis Principum, colla. 3. l. sed si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. l. si rerum. ff. de re iudicata.

¶ Derogatur, quando ille qui impetrauit tale rescriptū, teneretur ex delicto admodum odioso, l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. ff. de legat. 2. Alexan. consi. 38. in causa. col. vlti. in primo volum. & consi. 87. in tertio volum. Et sic secundū materiam subiectam, & quando erit eadem ratio in istis sicut in aliis creditoribus, idem decidere oportebit: alias non per prædicta, vt alibi abunde scribo in tracta. de liter. dilator. annalibus vel quinquennalibus, in 2. tomo commentar. ad constit. Reg. Gallicas.

Grauatus soluere creditoribus, quibus soluet.

¶ Quartò infertur, quod si testator grauauerit alterum heredem suum, vt soluat creditoribus suis, tenebitur heres soluere creditoribus etiam ex delicto, cū in testamentis communem vsum loquendi inspiciamus, l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. & supra dixi vsitatum esse, & communem vsum loquendi id pati, secundum Bartol. & Iurisconsulti interpretationem, quod loco creditoris accipiatur, & in vltimis voluntatibus plenius voluntatem testantium interpretamur, glos. in l. fin. ff. de constit. Princip.

Capi debitor suspectus potest.

¶ Quintò infertur, quod sicut creditor potest capere debitorem suspectum de fuga, ita procedit etiam in creditore ex delicto, l. ait prætor. §. si debitorem ex delicto. quæ in fraudem creditorum. ff. Ias. in §. 1. Institut. de action. Et si ad instantiam creditoris debitor capi debet, & hic quoque capietur, quia magis congruit prehensionem & capturam his casibus cōcedi contra hunc delinquentem debitorem, quam contra alium ex contractu, arg. notat. in l. nemo. C. de exactoribus tributo. lib. 10. Paul. & Alexan. in l. 4. §. condemnatum. col. 6. de re iudicata. ff. videte l. si debitor. ff. de solutio.

¶ Sextò idem si quis promiserit soluere creditoribus meis, vt in l. final. ff. de condictio. indeb. quia licet in contractibus verba sint stricte interpretanda, l. quicquid. ff. de verbor. obligat. tamen intelligi debent secundum communem vsum loquendi: & sic tenebitur soluere etiam his quibus debetur ex delicto, maxime quia hi loco creditorum sunt.

Creditor instrumentū solutionis conficere tenetur.

¶ Septimò creditor etiam ex delicto quando ei soluitur, potest compelli facere instrumentum liberationis, sicut aliud ex contractu, l. plures. & ibi Bart. & alij. C. de fide instru. Isque debitor recte agit, vt instrumentum ei reddatur cancellatum. l. dissolutæ. C. de condictio. ex lege, vel vt instrumentum cancelletur, vt sæpius agitur in patria linguæ Occitanæ. de quo scripsi in tracta. de liter. obligat. articu. 1. gloss. 9. in 1. tomo comment. ad constit. Reg. Gallicas. Item potest compelli creditor facere instrumentum solutionis partis debiti, l. placuit. de collation. fundor. patrimonial. libro 11. C. & ibi patruus meus Iacobus Rebuffus docet.

Creditores cōuenientes heredes ante nouē dies an puniantur.

¶ Octauò creditores etiam ex delicto non debent molestare heredes debitoris defuncti, nec eos conuenire ante nouem dies, & gesta ante nullius sunt momenti, etiam si heredes dent fideiussores, non tenentur ante illud tempus. §. meminimus. in Authent. vt cum de appellat. cognosc. colla. 8. authentica, Idem. de sepulchro vio. C. Alias si creditores ante nouem

nouem dies conueniant heredes,perdunt debitum, vt ibi dicitur. quod intellige quando hi qui curant funus,seu faciunt exequias,sunt agnati:alij verò extranei possunt extra exequias conueniri,scilicet postridie exequiarum,seu die sequenti, l.2.ff.de in ius vocand. & ibi Alber.nisi exequiæ pro excommunicato fierent,quia tunc facientes excommunicati sunt.gloss.in cap.ad hæc,de priuileg.de Ripa in tractat.de peste,folio 65.nec habebunt aliqua priuilegia,qui intersunt in his.Item non seruantur de consuetudine in hac patria iura prædicta, dicta authentica,Idem. nec in ressortu vel iurisdictione parlamenti Tholosani,aut alibi in Francia,quo ad pœnam amissionis debiti:sed conueniens condemnatur in expensis,& aliquando ad mulctam pro qualitate facti:& nunquam vidi aut audiui practicam hanc in curiis seruatam fuisse,vt vocans heredem seu defuncti viduam ante nouem dies,perderet debitum,sed protrahendum diem.

Die sequenti.

Iura de sepulchro violato non seruãtur.

¶ Nonò bona debitoris debent capi,& vendi,ac pecunia creditori data cautione assignari,etiam si ex delicto debeatur,vt scripsi in tract.de literis obligat.in primo tomo comment.ad constitutio.Reg. Gallicas,artic.quinto.vbi verbum *creancier* generaliter accipitur:probat Chassan.in consuetud.Burgund.rubr.*des droits & appartenances.*§.decimo.vbi maritus tenetur de consuetudine ad dimidiam partem omniũ debitorum vxoris viduæ, cum qua coniungitur matrimonio:an teneatur etiam ad ea,quę ex delicto debentur:& dicerem teneri per prædicta, nempe *qui espouse la femme, espoise les debtes*, etiam si non fuisset adhuc condemnata,sed delictum commiserat:idque maritus sciebat, quod notandũ, quia frequentissimum, & idem econtrario dicendum est, quando vterque bona non haberet, vt alibi dicam.

Maritus quando pro delicto vxoris teneatur.

¶ Vltimò cum communis vsitatusque modus loquendi non sit in re surrepta, dicemus huiusmodi subtracta credita dici non posse. Et idem generaliter in quacunque re, quæ ex delicto debetur, cum eadem ratio sit: quia fides non interuenit eius,contra quem delinquitur. Et hæc communis est conclusio Bar. & aliorum in d.l.1.ff.si cert.peta.

Vtrũ subrepta dici possint credita.

¶ Posset dici, licet ego non consentiam, nec tibi credam, quod rem meam subtrahas, tamen credo tibi, & consentio,vt tua receptione obligeris mihi. Bar.in d.l. ex hoc iure.in fine,ff.de iustit. & iure. ideo in statutis non comprehenderentur, debita tamen dici possunt vel loco debitorum,late sumpto vocabulo,l.1.§.debitũ.ff.de const.pec.iũcta l. iniuriarum.ff.de iniuriis.& l.pecuniæ,2.§.fi.infr.eo.Ex quibus omnibus patet nomine creditoris ex cõmuni sententia cõprehendi eũ, cui ex delicto debetur, vt satis supra demonstratũ est.

¶ Derogatur,quando probaretur communis vsus loquendi esse in contrarium, quia illa significatio præferretur etiam propriæ significationi.Bar.in rubr.ff.de noui operis nuntiatio.& l.Labeo.de supell.lega.interpretes in proœm.Decretalium.

¶ Secundò vitiatur, quando iste terminus creditor non posset in alio operari, quam in rebus subtractis, vel ex delicto debitis, tunc ille etiam veniet.l.fundus.ff.de fundo instru. Rationem tradit Bald.in l.liberti.C.de oper.liberto.& Felin.in cap.1.col.5.de rescrip. & supra dixi in l.creditores.

¶ Tertiò perdit officium,quando eadem ratio vel maior haberet locum in eo,quod ex delicto deberetur,gloss.in authen.minoris debitor.in verbo,à curatore.C.qui dare tutor. possunt. Aret.Socin.& Purpurat.in d.l.1.si certum peta.

¶ Quartò restringitur,quando esset expressum:tunc enim dubiũ non esset.& ideo scribitur in ordinationibus Castelleti *de la geole*,vt carceratos ex delicto,qui se alere non possunt,fiscus alere teneatur:carceratos verò ex debito,creditores ad iudicis arbitrium alent. tex.& ibi gloss.in l.penult.de erogatio.militar.anno.libro 12.C. Iason in §. item si quis in fraudem.numer.93.Institu.de actio.scripsi in interpreta.l.diuus.ff.de senat.Silanian.quam iura profitendo Cæsarea Pictauis edidi anno 1527.

Debitores carcere inclusos quis alere debeat.

¶ Creditor tamen & debitor sunt correlatiua,& debita & credita.Bald.in rub.C.de rebus credit.ideo iura facientia mentionem de vno,tacite de alio intelligũtur ex natura correlationis.l.1.C.de cupress.lib.11.videte in consuet.Parisien.rub.*de garde noble*,&c.

¶ An creditor ex legato veniat appellatione creditoris, videte docto.in d.l.1.vbi concludunt venire,si ratio conueniat:& per Calcanetum consilio 75. quod dictis. numer.14. facit l.apud.§.fina.ff.quib.ex caus.in posses.eat.

Creditor ex legato.

¶ Vltimò colligi potest ex his verbis, *mihi videtur*, in hac lege positis, quod per ea verba potest fieri decisio iuris.Et per hunc text.comprobari potest opinio Parisiensium, qui vt plurimum in consiliis dicunt,mihi videtur, *me semble*,pro quibus facit l.quisquis.infra eod.& hoc verbum plenius elucidabitur in l.ostentum.infra eod.

Consilium Parisiensium per verbum videtur fit.

¶ *Posse accipi.* Bartol.satis abundèque scribit de hoc verbo potest,in l.Gallus. in princi. ff.de liber.& posthum.Quare ad ibi dicta vos reiicio . sed interea videte leges de hoc verbo in hoc titulo loquentes,quæ his phrasibus sequentibus vtuntur: vt possessionem eius amittere non possumus.l.mulieris.§.penult.infra eod. Potest iudex in arbitrariis pluris vel minoris condemnare,quam res sit,l.verbum oportere.infra eod.vbi dicetur. Potest

Quædã phrases verbi potest.

in hominem idoneum incidere,l.probrum.infra eo. Potest dici,l.pronuntiatũ.infr.eo. significari, l.potest.infra eo.fieri,l. Herennius.infra eodem.esse, l. verbum illud pertinere. infra eo. Fraus sine pœna esse potest,l.aliud est fraus.infra eo. Cum fari poterit, l.inter illam.infra eo. Cum potuero,l.nepos.infra eo. Non potest tutor separatim sine pecunia dari,l.sæpe.infra eo. Non potest submoueri exceptione,l.creditor.infra eo. Neque possumus dulciori nomine nepotes nostros,quam filij appellare,l.liberorum.in fine. infra eo. Nemo potest,l.hæc verba ille.infra eo. Nunquam potuerunt liberi appellari,l.qui mortui.infra eo. Cum hæc dictio latissime pateat in omni iure,si vellem colligere phrases eius verbi extra hunc titulũ,ascenderent ad iustum volumen.quapropter nunc omittam.

§.Quod si ex populari causa,ante litis contestationem rectè dicetur creditoris loco non esse,postea esse.

¶ Quod ex populari actione cuilibet de populo debetur,ante litem contestatam is non dicetur loco creditoris, postea erit creditoris loco.& ita legitur in Pandectis Florentinis.

¶ Causam quidam hic pro actione accipiunt,glo.insequẽtes in §.1.de act.in Instit.Item per l.sed si ex eadem causa sæpius agatur,cum idem factum sit,exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur.de populari actione.ff. De causa plura scribam in l.rei.2.infra eod.

¶ Popularem actionem Iurisc.Paul.definit,quæ ius populi tuetur,in l.1.ff.de popu.act. id est,quæ proprium ius populi defendit:& datur cuilibet de populo,ad ius populi tuendum:quia cuilibet in publicũ petere permittendũ est id,quod ad vsum hominũ pertinet: veluti vias publicas, itinera publica:& ideo quolibet postulãte de his interdicitur,l.1.ff.de locis & itineribus publi.Ideo cum quilibet de populo agere possit,cuilibet videbatur debitũ,& quilibet creditor:quod tollit iste tex.dicens creditoris loco non esse quem ante litem contestatã:quia alius præoccupare,& illi condẽnatio fieri potest: ob id ante litẽ contestatam non est creditor,quia non est locupletior,l.penult.ff.de popul.act.sed fit per litis contestationẽ,cũ vtilitas ista persequenti applicari debeat,ideo creditoris loco erit,vt hic, quia hic tex.negat de vno,de alio confitetur, l.cum prætor.ff.de iudiciis. Et iste erit vnus effectus litis contestatæ,inter alios effectus sexaginta & vltra,quos cumulaui in tract. de litis contestatione & eius effectibus.Et si ex eadẽ causa sæpius agatur,cum idem factum sit, exceptio vulgaris rei iudicatæ opponitur,d.l.3.ff.de pop.act.Nec potest fideiussor accipi, l.si quis pro eo.in fine.ff.de fideiuss.& sic est prima limitatio.

Popularis actio quid.

Dubitatio ad hunc §.

¶ Item in actione quasi popularari,vt si contra electũ aliquod crimẽ, ad infringendã electionem,oppositũ fuerit,lata sententia cõtra opponentẽ oberit aliis,idem crimen oppone re.volentibus,si nõ collusum fuerit.c.cũ dilecti.vbi gl.in verbo,iudicatũ. de elect.c.cupientes.§.cæterũ.illo tit.in 6.& in rubr. de collusio.detegen.talis enim causa tuetur ius populi & ecclesiæ,c.audacter.8.q.1.Panor.in c.dudũ.in 2.col.de elect.Alex.in l.sæpe.col.9.de re iudic.& Anton.in additio.ad Vbert. de Bonacurs. in titul.de except. & benefic.quæ post sententiam diffinitiuam opponuntur,in fine.

Post prosecutionẽ criminis agi possit.

¶ Secundò non habet locũ iste text.si egi pro priuato damno meo, vt quia sepulchrũ meum violatũ sit,etiam ante litem contestatã dicor creditor,glo.hic, quia alius agere non potest, quãdiu ego voluero.l.3.ff.de sepulch.violat.& ibi glo.sas.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.ideo iste tex.intelligitur in quolibet prosequente non priuatum, sed publicum damnum.

Ius sepulchri persequens dicitur creditor.

¶ Tertiò non obtinet quod hic scribitur, per l.si vero.§.hæc autem.ff. de iis qui deiecerunt vel effuderunt.& ibi gloss.in verbo pœnalis,dicit,quod pœna quinquaginta aureorum de effusis & eiectis partim applicatur fisco,partim prosequenti.

¶ Quartò hodie in Francia,quando iniuria est publica,& vtilitas publica, prosequitur procurator Regius adiuncto secum eo,cuius principaliter interest ciuiliter:quia in Frãcia procurator Regius iura publica solet prosequi,& omnia crimina & abusus cõmissos:nec audiretur quis in Regno priuatus iura publica,& vindictã publicam prosequẽs:priuatam verò sic:quæ notetis egregij viri etiã in procuratoribus fiscalibus procedere,quos vulgus promotores appellat:ideo in hoc Regno,siue ante litem contestatã, siue post, nullus priuatus potest dici creditor in his popularibus , quià Regi commodũ applicatur, non verò priuato, vt dixi, nisi ipse esset damnum passus, vtpote si templum à se cõstructum, vel suum sepulchrum violatum esset.

Procurator Regius in Frãcia publica prosequitur,nõ priuatus.

Priuatus in hoc Regno nõ dicitur creditor in popularibus.

¶ Alias huius legis vtilitates vos ipsi colligite ex titulo,quæ in fraudem credito.ff.& C. de priuileg.credito.& in rubrica de separatio.& alibi in iure sparsis, quandoquidem latissime & copiosissime,atque plus iusto diffundi possunt ista,si quis dicere, quantum res caperet,non quantum satis est,vellet.sed hæc hactenus benigni Principes.

¶ *Recte dicetur.* De hac dictione scripsi in lege, hæc verba, In stipulatione . infra eodem.

§. Minus ſoluit, qui tardius ſoluit: nam & tempore minus ſoluitur.

Dubitatio & deciſio huius texti.

¶ Dubitatio ad iſtum §. minus. eſt, quia tempus non tollit obligationẽ, l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. ſic videtur tempus non poſſe obligationẽ minuere, cum argumentum partis ad totum ſubſiſtat, l. quæ de tota. ff. de rei vindica. c. paſtoralis. §. item cum totum. de offic. deleg. Contrarium hic ſtatuitur, videlicet quod tempore minus ſoluatur. nec obeſt d. §. placet. quia tempus ibi non tollit, nec diminuit obligationẽ, ſed damnum emergens, quod quis patitur, vel lucrum ceſſans ratione temporis diminuit obligationem, vt hic: nam ſi promiſeris ſoluere vinum in feſto Paſchatis, ſi non ſoluas eo tempore, & poſtea ſoluere velis in menſe Septembri, non debes audiri, quia minus ſoluitur tempore, cum non tanti vinum ſtatim poſt vindemias ſit, quanti in feſto Paſchatis, ergo minus ſolui dicitur.

¶ Itaque ſententia huius §. eſt, quod ſicut plus petitur, & ſoluitur tẽpore, l. eum qui. ff. de annuis lega. ita minus ſoluere dicitur, qui tardius ſoluit: nam tempore minus ſoluitur, §. penult. de fideiuſſ. & §. ſi quis agens. de actio. in Inſtit. l. vnica. C. de plus petitio. & ſolidũ ſoluitur non minus quantitate, quam die, l. ſolidum. ff. de ſolutio. ideo contra plus petentem tempore, id eſt, ſi quis petat ante tempus, duplicantur inducĩæ temporis reſtãtis, §. hodie. Inſtit. de exceptio. l. inſtar. C. de iure fiſci. lib. 10. Iaſ. in §. plus autem. per illum text. Inſtitu. de act. vel cõmodũ medij temporis demitur, l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſolut. matrim. l. fin. de re iud. vbi pronuntiata iniuſta appellatione, commodũ medij temporis debetur, quo pecunia tardius ſoluta eſt, & ibi etiam fit mentio de hoc verbo tardius, & in l. vtrum. in fine. & l. penult. ff. de petit. hered. & in l. 1. §. 1. de vſur. & in l. lecta. ſi certum peta. & l. Iulianus. in fin. ad exhibend. l. ſi vſusfructus legatus. de vſufruct. Abunde dixi in tract. meo de except. quot modis hodie plus petens puniatur: & in proœm. commenta. ad conſtitutio. Regias, in gloſſ. quinta, vbi dixi hanc pẽtuationis pœnam non ſeruari in curiis Franciæ.

Inducĩæ temporis reſtãtis duplicantur contra petentem ante tempus. De verbo tardius.

Improbatur Alciati ſententia de vſura.

¶ Quæro, quia hodie vſuræ ſunt prohibitæ, nũquid habeat locum hæc lex? Alcia. non habere locum, ſi nihil interſit in alio quam mercatore, ait. Ego autem exiſtimarẽ, aliquem extra mercatorẽ poſſe ſubire damnũ, quando pecunia non eſſet ſibi ſoluta præſtituto tempore, vtpote quia creditor emiſſet tempore congruo ligna, vinum, aliáve neceſſaria, quæ nunc multo cariori pretio ſunt ei emenda: ideo ad id quod intereſt, ille tenebitur debitor: probatur per ea quæ dixi in interpretat. l. vnicæ. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. imo plus ſcripſi in interpret. authẽ. habita. in verbo, periculis. C. ne filius pro patre, Mercatores & alios pecunias pro ſcholaſticis βραδέως, id eſt tardius ſoluẽtes in quadruplũ eſſe puniendos, ſi eadem ratio videretur in his, quæ eſt in receptoribus fiſci, per l. 1. C. de his qui ex public. ratio. libro 10. Et quamuis non ſit mercator, tamen minus cenſetur ſolutũ, ſicut plus tempore: & leges iſtæ non diſtinguũt perſonarũ qualitatem, ſed generaliter loquuntur, & ſolum dicunt, vel plus, vel minus ſolutum tempore. Et ſolent iudices in hoc Regno habere rationem ad extra. Regimini. de emptio. & vendi. in communibus, videlicet vt debitorem moroſum condemnẽt habita ratione ad quindecim vel duodecim pro centũ, etiam ſi non ſint mercatores hi, quibus debetur, ne paſsim liceat litigantibus calumniari, & fruſtrari, ſic in forenſi iudicio ſeruatur. Videte Bald. conſi. 424. hæc verba dicentem. in 2. volu. quod minus dicitur tempore, vt hic, & qualitate, vt ſi ſoluo vinum nouum pro veteri. l. cum quid. ff. de reb. cred. ſic de nummis ſcribitur in l. Paulus. 2. ff. de ſolut.

Mercatores in quadruplũ ſcholaſticis cõdemnandos.

Praxis regni contra debitores pecuniæ.

¶ Aliquando ſoluitur minus corpore, vt ſi aliud corpus ſoluatur, quam debeatur, arg. l. pen. ff. de pign. act. vel ſi domũ debeam, & ſoluam dimidiam partem, tunc minus corpore ſoluo: & in illa re contingit liberatio, ſi obligatio erat diuidua, vtpote rem dari, vel reſtitui, ſecus ſi rem tradi. Bar. & alij in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. obliga.

Minus multis capitur modis.

Minus corpore & quãtitate,

¶ Interdũ minus quãtitate ſoluitur, vt ſi decẽ debeãtur, & quinq; ſoluãtur. l. quidã. ff. ſi cert. pet. & aliis modis, de quibus in c. vno. de plus petitio. & §. plus. Inſtit. de act. & ibi Iaſ. & l. vnic. C. de plus petitio. & iuris põtificij interpretes in d. rub. de plus petit. Tamen minus ſoluiſſe nõ videri põt is, aduerſus quẽ amplioris ſummæ actio nõ cõpetit. l. nõ poteſt. infr. eo. pro cuius intellectu videte quæ ſcripſi in l. ſeq. §. res. abeſſe, vbi ponũtur vtilitates.

Accipiens debitum non petit expẽſas vel acceſſiones.

¶ Minus etiã ſolutũ intelligitur, ſi nihil ſolutũ ſit, l. minus. infr. eo. alia ibi explicabũtur.

¶ Intelligite ſi quis offerat mihi pecuniam debitam ſine acceſsione, non teneor eam accipere: imo ſi eam recuſauerim, & demũ perdatur pecunia, non liberatur debitor, quia plene non obtulit, l. obſignatione. de ſolut. C. & l. tutor. & l. Lucius. ff. de vſur. nempe ſi acciperem debitum ſimpliciter, non facta proteſtatione ſuper intereſſe, non poſſem poſtea acceſsiones petere, l. 4. C. depoſiti. Bar. hic. ideo debeo accipere ſub proteſtatione, vt ſit mihi ſaluum ius petendi acceſsiones. gloſſ. & doct. in l. in hac. ff. de tritico. l. 3. §. 1. commoda.

Si ſolutio fiat ante tempus, an liceat quicquãdetrahere,

¶ Vltimò non licet vendere plus propter ſolutionis dilationem, quàm ſi præſenti pecunia res venderetur: alioqui peccatum eſt, c. in ciuitate. de vſuris. quod eſt verum, ſi ratione anticipationis ſolius, nẽpe eo quod ſoluo ante tẽpus, quicquã mihi diminui volo, tunc

tunc vtroque modo venditur tempus, quod eſt omnibus cõmune: ſecus ſi nomine eius quod intereſt ratione anterioris temporis minus ſoluam, vt pulchre hoc concludit Conradus in tracta. de contract. q. 66. & ſeq. & q. 81. & doct. in cap. vlt. de vſur. Angel. de Clauaſio in ſumma angel. in verbo vſura, primo. §. 62. vtrum emens.

Debitor nõ ſoluens in tempore non cogitur mutuare contra Angel.

¶ Tamen non poteſt creditor petere, quod debitor mutuet ei centum, quæ retineat tantum, quantum debitor ſua centum, quia forte potens non eſſet debitor: & quamuis hoc poſſet, nõ teneretur, nec poſſet cogi, quia nemo mutuare tenetur, l. 2. vbi doct. ff. ſi certum peta. quãuis Ang. poſt glo. in l. 4. ff. rem ratam haberi, & Cepol. hoc affirmẽt, vt ſupra dixi.

IDEM LIB. SEPTIMO AD EDICTVM.

LEX DECIMATERTIA.

Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.

¶ Hæc lex quatuor partes habet, vt & quatuor quoq; dicta tradit: quarum ſecunda incipit, res abeſſe: tertia, deſinere: poſtrema, abeſt.

Mulier tribus modis capitur.

¶ Mulier tribus modis in iure capitur. Primò generaliter pro omni fœmina, & perſona fœminini ſexus, l. pronuntiatio. in fin. infra eo. vnde veſte muliebri legata, & infantilẽ contineri, & puellarũ, & virginũ. quia Põpo. ſcribit mulieres omnes eſſe, quæcunq; fœminini ſexus ſunt, l. argumẽto. §. muliebri. ff. de auro, & argẽ. lega. & dicitur mulier à mollitie mentis, quaſi mollier: vir autem à virtute animi, c. quod propoſuiſti. 32. q. 7. Panor. in cap. forus. de verb. ſignifi. Lucas in l. 1. C. de his qui ſe defer. libr. 11. vnde mulieribus legatis virgines continentur, ſicut viris legatis pueri, l. ſeruis legatis. §. 1. ff. de lega. 3.

Vel mulier quaſi mollior dicitur Varroni.

¶ Secundò pro muliere viripotente, quæ duodecimũ agit annum, ſeu circiter, & eſt viripotens: & hæ poſſunt contineri cum alio membro. l. malum. §. viduam. infr. eo. Hæc nubere poteſt, & tutela eius finitur, vt eſt in §. 1. Inſtit. quib. mod. tutel. finitur, & de nuptiis, in princ. ibidem. Etiam mulier dici poteſt, quando malitia ſupplet ætatem, eo quod virũ antea pati poteſt. cap. mulier. 32. q. 2. glo. in c. ſi pater. de teſta. in 6. & Apharantes Libyes virginum optimas putant, quæ plurimum temporis manſerint virgines, quæ forte raræ: nam ſicut materia appetit formam, ita mulier virum, teſte Bald. in rub. de cohab. cleric. & mulie.

Laurent. Valla reprehenditur.

¶ Tertiò pro corrupta ſumitur, l. ex empto. §. ſi quis virginũ. ff. de actio. empti. l. 2. de ſeruo corrupto. l. impenſæ. §. 1. & l. quæreret. & l. etiam ea. infr. eo. l. quinque legibus. de bonis damnat. ff. gl. allegat alia iura. facit l. mulieres. C. de dignitatib. libr. 12. c. ſi qua mulier. 31. q. 1. Vnde Laurentius Valla in c. 38. lib. 6. admiratur Iuriſconſultũ Vlpia. in l. quæritur. §. mulierem. ff. de ædilit. edicto, ſic dicentem, mulierẽ ita arctã, vt mulier fieri nõ poſsit, &c. Si erat mulier, cur iterũ mulier fieri debebat: hæc ille. Sed huic reſponderi poteſt, virginẽ quidem eſſe mulierem: at quia non poterat cognoſci, cum arcta eſſet, mulier eſſe non poterat, ſcilicet corrupta, nec mater. Atq; ita obiectio Laurentij Vallæ dilui poteſt: & dicam culpã eſſe immiſcere ſe rei, ad ſe non pertinenti: ſi quiſq; intra artis ſuæ cãcellos contineret ſeſe, non tot hæreſes, tótq; malorũ ſeminaria, quæ ex ignorantia illarũ proficiſcũtur artium, & olim & his temporibus pullularent. putant enim hi omnia ſcire, cum tamen nihil minus.

Mulieris nomine an etiã virgines contineantur.

¶ Quæro quomodo cognoſcam mulieris nomen, quando ſumatur large, vel ſtricte? Reſponde ſecundũ quoſdã, cum id nomen mulieris ſimpliciter profertur, tunc ſumitur large, vt contineat omnes perſonas fœminini ſexus, c. mulieres. de iudic. in 6. l. vnica. in fi. C. de his qui ſe defer. lib. 10. & authentica, ſed hodie. C. de offic. diuerſ. iudic.

¶ Item quando viri nomen profertur ſimpliciter, omnes maſculini ſexus comprehendit, l. ſeruis legatis. & ibi Bart. ff. de leg. 3. quod intelligendũ eſt, cum materia ſubiecta patitur, alioqui non, c. mulieres. 15. q. 7. Sin autẽ viri nomen, vel mulieris ita pronũtietur, vt adiiciatur alicui indiuiduo, vtpote Berta mulier eſt, Titius eſt vir, tunc mulier pro corrupta, & vir pro maiore quatuordecim annis accipitur, l. cũ quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. quæ mihi non probat, quia ibi res debebat reſtitui Iulio Maximo viro facto, atque ita ibi apparebat de mente teſtantis: nam ibi hoc non facit adiunctum, ſed voluntas: vt ſi dicatur, tali Ioãnæ mulieri factæ volo dari decẽ. & eſt rex. in contrariũ in ca. ſicut ex literis. de ſpõſalib.

¶ Et ſic mulier regulariter pro qualibet muliere fœminini ſexus capitur, etiã pro virgine, & id proprie, quia genus proprie ſuas cõtinet ſpecies, l. item legato. §. item intereſt. ff. de leg. 3. niſi cum ſubiecta materia aliud ſuaderet, l. vna. C. de mulier. lib. 10. quia tunc ex re, id eſt, pro materia cognoſci debet, vt dicetur in l. ſæpe. infr. eo. facit c. vlt. de ſecun. nupt. vnde ſi dicatur mulierem peperiſſe, intelligitur large de corrupta: cum puella ſine corruptione & concubitu viri parere ſecundum naturam non poſsit, l. quæret. infra eod.

¶ Secundò niſi exprimatur puella, & mulier, vel virgo, vt ſolent rhetores, amplificandæ illuſtrãdæq; oratiõis gratia, & in lib. bibl. ſic ſcribitur: Cũctos ergo interficite, quicquid eſt generis maſculini, & mulieres quæ viros nouerint in coitu, iugulate: puellas autem, & omnes virgines reſeruate vobis. hæc ſcribuntur Numerorũ 31. c. facit l. ſi collactaneus. ibi, virgo, vel mulier. ff. de manumiſsis vindict. ideo ſi exprimatur virgo, & mulier, dicemus mu-

lieris nomine virginem quoq; non cõtineri:nã quæ dubitationis tollẽdæ causa exprimũtur,ius cõmune non lædunt,l.qui mutham.ff.mand.Et dubitationis gratia Iurisconsulti bis idem,& sæpius dicunt,ne qua dubitatio superfit,l.1.§.sed sciendum. ff.de ædil.edict.& vtrũq; nomẽ & virginis & mulieris sæpe iungũt simul,l.alioqui.§.fin.ff.de cõtrah.empt.

Iurisconsulti bis idem dicit.

¶ Tertiò quando vsus cõmunis loquẽdi aliter se haberet,qui spectandus est,vt satis supra dixi per l.librorũ.§.quod tamen Cassius.ff.de legat.3,nam vulgo dicimus, *vne femme*, eam quę nupta est vel fuit,alias virgines *filles* Gallice vocamus, & quę nunquã nuptæ fuerunt:& sic in Regiis ordinationibus,& consuetudinibus intelligemus,per gl.& ibi Bar.in l.quod si nepotes.ff.de testa.tutel.nisi materia puellas & virgines etiam contineret.sic Hispani nuptas *donas* appellant,puellas verò *ninas*.

Cõmunis vsus Fräciæ quo ad fœminas.

Quid appellatione fœminæ veniat in iure.

¶ Quæro quid fœminæ appellatione veniat in iure?Respondeo,cũ simpliciter profertur,generaliter accipitur,tam pro virgine quã muliere corrupta.l.fœminæ.ff.de regu.iur.l. alumnos.de manumiss.vindicta.l.etiam.de iure aureo.anulo.l.nam & fœminæ. de adopt. probatur in ordin.Reg.rubr.*des draps d'or*,ord.4.vbi tam viris quam mulieribus prohibetur pannus aureus,ibi intelligetur tam de coniugatis quam puellis. Idẽ in mulierculæ nomine.cap.penult.de cohabita.cleric.l.penult.ff.de seruo corrupto.

¶ Quod non est admittendũ,quãdo aliquid adiiceretur,vt nomen dignitatis,vel aliud simile,vt consularis fœmina,l.1.ff.de senator.nam ratione adiuncti intelligitur de coniugata:veluti cum dicimus fœminas consiliariorum,non intelligimus de filiabus eorum,sed de vxoribus tantum:& ita ex communi vsu loquendi vsurpatur, cum dicimus, *la femme d'vn tel*,intelligimus eius vxorem tantum,non filiam.

Sortiri virum quid.

¶ Secundò id locum non habet,cum cõmunis vsus loquendi aliter haberet, vt dictum fuit in muliere,vel aliter de mente cõtraria appareret, vel esset diuersa ratio:vt in consuet. Parisiens.in verbo,*communauté de biens*,& rub.*de don mutuel*,vbi tantũ pro muliere cõiugata,vel quæ fuit capitur,& sic pro corrupta.& Vlp.Iurisc.in l.fœminæ.de senat.ff.dicit, clarissimarũ fœminarũ nomine,senatorũ filiç,nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt,non habentur.Sortiri eo loco non est sorte acquirere,sed casu & fortuito,vt dicam alibi.Ideo de communi vsu, vt supra scripsi, fœminas intelligimus, quę virum expertę sunt:filias autem, quæ nondum nuptæ fuerunt.

Mulieri asserẽ ti se ex aliquo prægnantẽ an credatur.

¶ An mulieri credatur,si dicat se prægnantẽ ex aliquo?Respondeo,non,nisi probet secundũ iuris formã,vtpote per testes,l.1.§.mariti.& §.seq.ff.de libe.agnosc. & ibi per doct. nec sufficit probare,quod iste conuersatus fuit in domo mulieris cũ consanguineis eius, nisi & alia probarentur indicia.Bald.consi.377.si mulier,in 2.vol.vnde à Græcis parœmia vsurpatur,γυναικὶ μὴ πίσευε, μηδ' ἂν ἀποθάνῃ,id est,mulieri ne credas,ne morienti quidem:quod & adnotauit Erasmus.

Qui mulieribus subiecti sint.

¶ Mulierẽ constat subiectã dominio viri,nullãq; authoritatẽ habere:nec docere potest, nec testis esse,nec fidẽ dare,nec iudicare,c.mulierem.33.q.vlt.facit lex,qui testamẽto.§.mulier.ff.de testa.Apud multos tamẽ tanta est authoritas mulierũ,vt consuetudo inoleuerit, vxores dominas esse virorũ,idq; pleriſq; in locis, vt in his præcipue, potius quã vspiã alibi.nã quilibet Sarai,id est Principẽ meã,vxorẽ suã vocat:sed dominus Sarã,& sic Principẽ vocari voluit,Genes.17.nõ mariti,sed familiæ post maritũ.Sed hodie seruatur, quod scriptũ est 3.Esdræ c.4.Et hinc vos oportet scire,quoniã mulieres dominãtur vestri.nõne doletis?Et paulo post:Et multi demẽtes facti sunt propter vxores suas,& serui,& multi perierũt,& iugulati sunt,& peccauerũt propter mulieres. Quamobrẽ permulti eis obtẽperant, obsequũtur volũtati earũ,seq; eis subiiciũt,Lucij Titij instar,in l.Lucius Titius.1. ff. de fideiçom.liber.qui ait, Volo,si vxori meę placeat.Quãuis ius vxoriũ non sequendũ Labeo scribat,in l.qui cõcubinã.in prin.ff.de leg.3.Est igitur (vt ait Democritus) ὑπὸ γυναικὸς ἀχεσθαι ὕβρις ἀνδρὶ ἐοικέναι,id est,mulieri parere extremũ dedecus est viro:quod apud populos,qui paulo ferociores sunt,nec vsq; adeo effœminati,nõ admittitur,sed mulieres vxoresq; seueriori frõte in officio continẽt; cuiusmodi Vascones,& cæteri id genus, quibus nulla vnquã præest facile,aut dominatur fœmina,vulgóq; solẽt dicere,vbi gallus sit,gallina nç cãtet.Vtinã omnibus caput illud Vasconicũ cõtigisset,res forsitã præclarius gererẽtur:& dicere possumus eos,quibus vxores dominãtur,in tẽplo Lunæ supplicasse.Erat enim apud Carras templũ, in quo qui Lunæ supplicaret,vxoris imperio subigebatur:qui verò Luno deo sacrũ faceret,vxori dominari ferebatur. Vnde nunc quidã leges Aegyptiorũ seruant, apud quos,vt viro mulier præficiatur,lege cauebatur,testantibus vxoribus inter solemnia sponsaliorum in primis virum suo arbitrio parere oportere: & Sauromatas etiam ferunt hoc habere præcipuum, vt viri sub imperio vxorio & famulatu sint, vt refert Alexan.ab Alex.lib.Genial.4.cap.8.Et cum quidam laqueos & grifos suæ vxoris per mortem euasisset,lætabundus ista retulit, quæ in eum lusimus.

Mariti in templo Lunæ supplicantes.

Nunc ego sum liber,quondam qui seruus iniquæ:
Obstringar nunquam coniugis imperio. Et Ausonij extat epigramma:

Arma,virumque docens,atque arma virumque peritus,
Non duxi vxorem,sed magis arma domum.
Nanque dies totos,totasque ex ordine noctes,
Litibus oppugnat meque meumque larem:
Atque vt perpetuis donata à Marte duellis,
Arma in me tollit,nec datur vlla quies.
Iamque repugnanti dedam me,vt denique victum
Iurget ob hoc sõlum,iurgia quod fugiam. Atque Ouid.libro secundo de arte sic scribit:
Hoc decet vxores,dos est vxoria,lites.

¶ Sed quid refert vtrum mulieres ipsæ gubernẽt,an eos qui gubernant,à mulieribus gubernari?Aristot.lib.2.polit.c.7.Catonem Censorinum sic dixisse refert Plutarch. Omnes homines vxoribus imperant,nos omnibus hominibus,nobis autem vxores.

¶ Item vocamus ornamenta muliebria,quibus mulier ornatur,l.argumẽto.§.ornamenta.ff.de aur.& argen.legat.vbi & mundus muliebris dicitur ornatus & cultus,quo mulier mũdior fit.Et ibi traditur differẽtia inter ornamenta,& mundum muliebrẽ,qui vix potest esse cum eis in plenilunio,vt licet videre per Plinium lib.9.c.35.de mũdo Lolliæ Paulinæ,& eius ornatu,ac lib.28.c.7.de remediis muliebribus, vbi inter cætera dicit, abigi grandines turbinésq; cõtra fulgura cõnudata muliere in mense.quod si verum esset, vsui esse posset Lemouicis,& aliis montanis.

Tonitrua quomodo repellantur.

¶ Muliebria passum eũ,l.1.§.remouet.de postul.ff.qui nupsit in fœminã, vocat Iurisc. estq; infamis,& gladio vltore puniẽdus. l.cũ vir.C.de adulte.ex qua re tã nefanda fames, pestilẽtiæq; mortalibus accidũt,vt in Auth.vt non luxurient.homines cõtra natur.coll.6.

Muliebria passus quis dicatur.

¶ Atq; vir absque dedecore vti veste muliebri non potest,l.vestis.§.muliebria.ff.de aur. & argen.lega.quod & prohibitum est Deuter.22.c.Et vir vtens veste muliebri,vel contra, infamis est,teste Bald.in margar.in verbo,infamis.q.22.quod crederem verum, si sine causa id faciat,vel ad turpem vsum:secus si in theatro pietatis causa,vt solet hodie fieri,si personam Mariæ Magdalenæ,alteriusve similis egerit, id laudari potius quam reprehẽdi, aut vitio dari solet.glo.in c.cum decorem.de vita & honest.cleric. At nostra ætate paruus aut nullus est delectus vestimentorũ muliebrium aut viriliũ,licet dicatur in cap.si qua mulier suo proposito vtile iudicans,vt virili veste vtatur, & propter hoc virilem habitum imitetur,anathema sit,30.distin.Ideo hodie γυναικόνομοι necessarij essent in Francia, vt apud Athenienses olim,qui de omnium mulierum ornatu statuerent, ne qua veste, quæ muliebrem sexum dedeceret,vterentur,mulctáque indicta,si secus factum,optimum id fancite.

Veste virili mulieri, & econtrario, vti non licet.

¶ Mores mulierum hic decantare non expedit,nec est instituti nostri, cũ sint noti omnibus.est enim mulier domesticum animal,& familiare,inter mansueta licet connumeratum,tamen interdum rixosum,vt in plerisq; ferunt.Litigiosæ enim garrulæq; vt plurimũ mulieres sunt,mobiles,instabiles,& in omni re libertatem immoderatam, imò licentiam, si vere dicere volumus,desiderãt, vt verbis Liuij vtar libro tertio belli Macedonici.Hinc etiam vulgatum illud Terentij in Eunucho:*Noui ingenium mulierum,nolunt,vbi velis:vbi nolis,cupiunt vltro.*& Iuuenal. *Intolerabilius nihil est quam fœmina diues,&c.* & Secũdus hoc nomine vocatus philosophus,mulierem miro modo definit, vt est apud Laertium. Alia tradit Lucas de Penna col.vlt.& seq.de mulie.lib.10.vide Ioan.de Neuisano in sylua nuptia. & doct.in fra 1.tit.1.2. Apud Græcos est celebratũ adagium, κὰρη,θάλασσα, γυνὴ, κακὰ τρία, id est ignis,mare,mulier,hæc mala tria,de quo per Erasm.in lib.Adagio.fusius.De muliere quæ viginti duos maritos habuit,scribit diuus Hieron.quem Cælius refert lib.antiquar.lect.8. c.8.Et in quibus mulieres sint viris deteriores,glo.in l.in multis.ff.de stat.ho. est enim genus earum auarissimum.l.sed si ego.ff.ad Velleia.& mulier villæ custos perpetua sub lega to villæ continetur, l.si ita testamento.§.fina.ff.de fundo instruct. de lanificis mulieribus vide in l.villæ.ibidem.

Mores mulierum.

Mulier quæ 22.habuit maritos.

¶ Hæc dictio Etiam,est augmẽtatiua, ampliationem & extensionẽ denotans, vt probat l.actionis.& l.alienationis.infr.eo.& l.etiã.eo.& l.2.C.de testib.vbi gloss.& doct.& rub.C. etiam ob chirographariã pecuniam pignus teneri posse.l.species. ff.de aur.& argen.legar. Bal.consi.209.illa verba.in 3.vol.c.vno, ne sede vac.vbi Perusi.notab.3.in princ.doct.in l. 1.C.qui admitti ad bonor.possess.Bellon.lib.3.supputa.cap.1.& ampliat gratiam, vt consuluit Petr.Paris.consil.144.scripseram.num.15.in 4.volum.

De dictione etiam.

¶ Includit etiã maiora expressis,& diuersam speciẽ,ca.tãta.de simo. cle.vna.de sequest. possess.cle.grauis.de sent.excõ.D.Gemin.cõsil.65.circa primã.col.3.vbi illam clausulã etiã seculares includere Principes firmat:licet hodie per reg.cãcellariæ cõtra, nisi exprimatur.

¶ Explicat præterea dictio etiam casum magis dubitabilẽ,& implicat minus dubitabilem,l.etiam.ff.sol.matr.vnde si dicatur,vt fiat satisfactio etiam in pecunia numerata, poterit fieri in prædiis ratione illius dictionis etiam.sic consuluit Ludo.Gosandi consil.73.circa dubia.col.6.nu.31. Intelligite tamen implicare casum minus dubitabilem, quãdo casus

magis dubitabilis est expressus,alioqui contra,vt docet Iacobi.per illum tex.in l.1.C.si tutor,vel curat.interue.scripsi in gl.etiam.in §.cum vero.de colla.in concor. Dec.& alij in l. 1.ff.de iurisd.om.iudic.

Virgo quid.

¶ *Virgo*.Hæc dictio licet sit communis generis,vtrunq; sexum non corruptum de iure comprehendẽs,tamen ex communi vsu loquendi Franciæ Gallicè virginis appellatione, venit ea tantum,quæ virum non est passa,quod etiam probatur in l.alioquin.§.1.ff. de contrah.empt.ibi,quod si ego me virginem emere putauerim,cum esset iam mulier, id est corrupta,emptio valebit.in sexu masculino Gallicè dicimus *puceau*,& *pucelle*, pro fœminino: sicut antiqui dicebant puerum,& pueram.l.illa.2.vbi dicam,infr.eo.ideo Gallicè vnius nomine,aliud nõ complectimur. Alia de his mulieribus reiicio ad D.Tiraquell.in suo tract. de legib.connubia.tanquam in his expertum.

§.Res abesse videntur, vt Sabinus ait, & Pedius probat, etiam hæ, quarum corpus manet,& forma mutata est:& ideo si corruptæ redditæ sint,vel transfiguratæ,videri abesse:quoniam plerunq; plus est in manus pretio, quam in re.

¶ Iste §.tres continet particulas,in prima dictũ generale tradit.in secunda,quę est ibi,& ideo infert.in tertia,quæ est ibi,quoniã,rationem assignat.Et sensus huius §.est, quod res tunc abesse videtur,quando forma illius mutata est, licet corpus, vel materia maneat. Ex hoc colligi vtilitates possunt,quando res dicatur abesse.Prima,quod si res cõmodata reddita fuerit sine forma,sed corrupta,abesse videtur. ideo reddita non videtur: vnde peti,ac si reddita non fuerit,potest.Quia forma est modus materiæ, quo sibi contingit, vt huius, vel illius speciei capiat nomen,vt docent Philosophi:probat Vlpia.sic scribens ff.cõmod. l.3.§.si reddita quidem sit res cõmodata,sed deterior,non videtur reddita, nisi quod interest,præstetur.Propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur.

Abesse res quando dicatur.

¶ Secunda,idem in re deposita,vt reddita non censeatur,si deterior reddita fuerit. Vlp. l.1.§.si res deposita deterior redditur,quasi non redderetur,agi depositi potest. cum enim deterior redditur,potest dici dolo malo non redditam esse.ff.depos.

¶ Tertia,qui rem corruptam, vel transfiguratam exhibet,non liberatur.l.Iulianus.§.si quis.ad exhib.vbi mutata forma prope interimi substantiam Iurisconsult. Vlpia.ait ibi.

¶ Quarta,qui debebat equum,si illum claudum reddat,vel vulneratum,non liberatur, quia abesse videtur ab illo,cui est redditus.l.qui sibi.§.fin.& l.qui rem.ff.de solut.

¶ Quinta,si ius aliquod rei deficit,res abesse videtur,l.etiã.ff.de solut. Ideo si quis soluat centũ aureos non iusti ponderis,vel reprobos, seu adulterinos, non liberatur: vt l.& eleganter.§.qui reprobos.ff.de pign.act.l.1.de põdera.lib.10.C. Imò dicit glos.quod si in melius transformet, rem mutando, eam videri abesse,quia hoc non expedit petitori, qui scypho vtebatur,non lance: & hoc probat text.in §.huic etiam.in fin.de actio.in Institut. facit l.si seruus.§.& si puerum.ff.ad legem Aquil.

Mutatio rei in melius non est permissa.

¶ Sexta,consanguineus retrahens rem venditã ab extraneo,iuxta c.constitutus. de restitu.in integrum,non tenetur restituere maiorem quantitatem, quam receperit consanguineus venditor, quia tantum abesse videtur, licet emptor pluris alteri vendiderit,per l. postliminium.§.si is qui emerat.ff.de capt.& postlim.reuers.Et idem in eo,cui pactum factum erat de retrouendendo,per prædicta.

Retrahens consanguineus nõ tenetur nisi ad pretium à consanguineo receptum.

¶ Septima,si quis vniones,vel hyacinthos legauerit,& postea illos in aliam ornamenti speciem conuertat,vtpote addat eos vestimento,extinguitur quodammodo legatũ, cum in sua specie non permanserint,& ideo peti non posse probat l.Seia.ff.de aur.& argẽ.lega.

Valet legatum illius quod abest.

¶ Octaua, in vltimis voluntatibus prodest:nam valebit legatum factum de illa re, quæ videtur abesse,& quatenus abest,quia non sunt ibi duæ causæ lucratiuæ, cum res mihi absit,§.si res aliena.& §.sed si rem.cum seq.de lega.in Instit.

Cõtractus fieri potest super eo quod abest.

¶ Nona,in contractibus illa res,quæ à me abest,potest mihi donari,& stipulari, & vendi,ac contractus alij fieri,licet suæ rei emptio consistere non possit, l.suæ rei.ff. de contrahen.emptio.l.ei à quo.de vsucap.& l.neque pignus.de reg.iur. quia licet dominiũ ex pluribus causis quæri nõ possit, l.3.§.ex pluribus,ff.de acqui.possess.l.sequitur.§.Iana.de vsucap.l.non ex pluribus.de regul.iur.nam quod perfectum est, non potest amplius perfici. Bald.in l.precibus.in princip.in 2.q.C.de impub.& illud dicitur perfectum,cui nihil addi potest:l.nihil.C.de ma.vindic.vbi Bald.& l.penult.C.de indict.viduita.tollen.tamen quia res dicitur à me abesse,ideo super ea contrahi poterit,& mihi quæri, quatenus mihi abest. videte in §.fin.in hac lege,qua actione petatur illud,quod abest.

Abesse et adesse differunt, & quot modis & phrases.

¶ *Abesse* differt ab adesse,quia illud absentiam significat, id autem probatur in l.absentem.iuncta eo.& l.semper.§.si quis reipub.causa abfuisset.ff.quod vi aut clam.Adesse autem præsentiam,l.tunc autem.& l.duo.ff.de re iudic.& l.& post edictum.§.quod si is.de iudic. vbi vtrunque ponitur. l. lege.2. de vi publica.l.1.ibi, edictis adesse iubeant. de requir.reis.

l.puto.

l.puto.in fine,ff.de postuland. l.moris.de pœnis.vnde Vlpia.scribit l.si suspecta sit collusio legatariis inter scriptos heredes, & eum qui de inoff. testamento agit: adesse etiam legatarios, & voluntatem defuncti tueri constitutum est, eisdemque permissum est etiam appellare,si contra testamentum pronuntiatum fuerit.ff.de inoff. testa.non tamen poterit tertius petere publicationem sibi soli fieri, per tex. in c. constitutus. de testib. qui est singularis, vt notat Roma. singul.372. quilibet.

¶ Item abesse videtur res,quatenus præstaturus sum,l.plane.1.§.quod si rem.ff. de lega.1. Et abest is, quem manumittere oportet. l.si seruum.in princip.ff.de fideicom.liberta.

Res quãdo abesse dicatur phrases.

¶ Ad hæc abesse videtur id,in quo sum obligatus,vel alij daturus.l.siquis mandato.ff. de nego.gest.& pecunia abesse dicitur,in l.inter causas.§.1.ff. mandat.

¶ Item longe abesse æquiparatur morti,Bal.in l.mater.col.penult.C. de rei vind. l. mulcta.ff. de conditio. & demonstra. vnde non est expectandus is,qui longa absentia detentus est,l.si longius.ff.de iudic.l.si ita. de ritu nuptia.

¶ Abest etiam,qui extra continentia vrbis est,l.collegarum. §. 1. & l. absentem. infra eo. Abesse autem is intelligitur, qui à tribunali abest. l. non tantum. §. abesse. ff. de fideicom. libertatib.

¶ Iusta causa eos abesse dicendum est, qui non habent iniustam causam absentiæ, l. si eum seruum.§.ex iusta causa. ff. de fideicom. libertat.

¶ Abesse etiam res dicitur à me, quando mihi deest, l. sin autem. ff.de ædil.edicto. vnde si filiusfamilias volente patre magistratum gesserit, patrem teneri in id, quod eius nomine reipublicæ abesset, Iulianus existimat, l. filiussa. de admin. rerum ad ciuitat. pertinent.ff. Abest & quod restitui oportet.l.si mulier.§.1. ff. quod metus causa.

¶ Et res abesse dicitur,quando longe abest :potest tamen abesse, & nõ longe esse.probat l.si fundus. §.in vindicatione. ibi,sed si velit restituere, nec possit, quia res abest,vel longe est, vel in prouinciis solet cautionibus res explicari.ff.depignor.actio. Abesse à me culpa videtur, siue iam solui pecuniam, siue eam soluere sum paratus, l. si vt certo. §.idem Labeo.ff.commodati.

¶ Abesse autem culpa videtur, si omnia facta sunt, quæ diligentissimus quisque obseruaturus esset.l.si merces.§.penult.ff.locat. Alia dicemus in l.absentem. infra eo. tit. Abesse pro differre, distare, capitur in l. vrbana prædia. infra eod.

Abest pro differt.

¶ *Probat*, id est approbat, comprobat, vt in l. Pomponius. 1. ff. de nego. gest. vbi initio dicitur probat, & in fine comprobat, & ibi etiam text.ait non posse reprobare semel approbatum:ad id etiam pertinet l.aut qui. in princip. ff. quod vi aut clam. l. 2. §.si non propter.si quis cautio.& l.si debitori.vbi dixi, de iudic.l.frater.ibi, idque maxime consequens est sententiæ, quam Iulianus probaret. de condictio. indeb. & alij penè sunt infiniti loci, quibus Iurisconsulti hoc verbo vtuntur.& ita debet intelligi l. arbitro ad probandos fideiussores constituto.&l.seq.ff.qui satisdare cogant.&l.ait prætor.§.non solum.1.de minorib. Sed & reprobari medicum,quamuis à repub.semel probatus fuerit, ait Iurisconsultus Modesti.in l.vt gradatim.§.reprobari. de munerib.& hono.l.sed & reprobari.de excusatio.tut.

Probare quot modis dicatur.

¶ Secundò probare est fidem facere,ostendere, Gallice *prouuer*,vt in titu. ff.& C.de probatio.l.in lege Aquilia.ibi,& interim testibus probare possim. ad legem Aquil. Et qui non probauerit rem suam esse, causam amittit, l. si seruus. in fi. ff. de noxal. actio.l.etiam.1.ff.de minorib.& in l.& si fine.§.cæterum.vbi dicit Iurisconsult.docere.

Pro bare pro facere fidem, ostendere.

¶ Tertiò probare pro laudare,vnde vir probatæ vitæ,id est commendatę,& probis moribus, c. licet. 1. de testib. Item vir omnibus modis probatus,ab Vlpia. dicitur in l.3.§.item si is qui.de liber.exhib.ff.

¶ Quartò pro tentare,vt proba me, c.didici.1.q.7.

¶ Quintò probare,id est facere approbare,l.fina.ff.loca.vbi glo.sic exponit, dum tex. ait, si riuus,quem faciendum conduxeras,& feceras, antequam eum probares, labes eum corruperit, &c.

¶ Vel probare,est efficere vt probum rectumq; iudicetur id,quod factum est.Opus probare (vt vulgus loquitur) est recte ac probe consummatũ opus præbere, l.si in lege. ff.loc. Budę.in secundis annotatio.in l. lex Iulia. ff. ad legem Iul.repetunda.vbi multum torquet ingenium suum in intellectu illius §. illud. & alio modo putat legendum, qui §. sic communiter habet,*Illud quoque cauetur,ne in acceptum feratur opus publicum faciendum,frumentumue publice dandum,præbendum,apprehendendum,sarta tecta tuenda,antequam perfecta, probata,præstita legerint*.Sensus germanus illius §. vt arbitror, iste est: Quod lege Iulia repetundarum cautum erat, ne administratores reipub. possent opus publicum faciendum, id est antequam factũ esset,habere pro facto,& remittere, ne fiat, pecunia forte corrupti,vel alias:dubitabat lex, ne ad acceptilationem venirent: ideo ista prohibet ibi text. Item si frumentum erat dandum reipublicæ, non poterunt administratores reipub. illud habere pro accepto: id enim ea lege prohibitum erat.Dare autem est dominium transferre,§. sic itaque. Institu.de

Intellectus ad §. illud. l. lex Iulia. ad legem Iul. repetun.

actio, ergo acceptum habere, non est dare. Præterea dicitur in tex. præbendum: quod puto sic intelligi, Si quis tenebatur præbere frumentum in opus publicum, quia forte illud nomine publico exegerat, & præbendum erat operi publico, non potest ei accepto ferri illud sic præbendum, quominus præbeatur. Idem est dum text. ait, apprehendendum, si frumentum poterat apprehendi ad opus publicum alicunde, forsan decem modij ex quadam villa, non potest accepto ferri, & ita omnes antiqui libri habent, & sensus satis constat. Budęus tamen legit, approbandum: & sensus sustineri etiam potest, vt non possit frumentum reipub. dandum, antequam approbatum fuerit, accepto ferri: nec est absurdum sic intelligere, sed mutatur textus. Denique est in tex. sarta tecta tuęda. Eadem lege cautum erat, ne quis accepto ferret sarta tecta tuenda, antequam probata sint ab opificibus, an idonea sint, & perfecta: & hoc est, quod vult dictus §. illud. Postremò subiungit in fine tex. præstita legerint, id est administratores publici non possunt accepto ferre opus publicum, videlicet sarta tecta, antequam perfecta, probata, & præstita legerint, & viderint: legere enim est oculis perspicere, vt exponit Iurisconsult. in l. 1. §. legi autem. ff. de his quæ in testam. delentur. Budæus verò legendum ibi existimat, lege erunt, non legerint: & hoc modo etiam sensus subsistet, volens dicere non posse ista accepto ferri, antequam lege, id est secundum conuentionem præstita, facta, & approbata erunt. vel forte ibi legerint potest accipi, vt administratores legant rationes, quæ ad ærarium referuntur, quę perfecta illa testentur opera, vt dicam in interpreta. ad illam l.

Legere quid.

¶ Et sic patet, prohibitum esse per legem Iuliam repetundarum, opus publicum, & frumentum reipub. dandum, prębendum, seu apprehendendum, vel sarta tecta tuenda, antequam perfecta, & pręstita legerint, accepto ferri. ideo dicit antequam, quia facultatem habent administratores publici de eo, quod vere datum & pręstitum est reipub. vel factum, accepto ferendi, l. pactum curatoris. C. de pact. Non enim alienare rem Cęsaris, sed diligenter gerere commissum est illis, l. 1. §. penult. ff. de offic. procuratoris Cęsaris. ideo dicit, antequam pręstita legerint, quia postea possunt. vel dum dicit, antequam, prohibet secundum quosdam omnino ne fiat, sed est phrasis loquendi, vt est in simili in euangelio, antequam conuenirent, & in l. quod dicitur. eo. titu. Ego tamen in hęrerem primæ sententię.

Probabile quid & quotuplex.

¶ Probabile, *Δοκιμαζόμενον καὶ δόκιμον*, quod certum & legitimum modum habet, non exuperantem rationem. Cicero in partitio. Probabile autem est genus orationis, si non nimis est comptum, & expolitum, si est authoritas & pondus in verbis, si sententię graues & aptę moribus hominum. Budę. in forens. & idem Cice. lib. 1. de inuentio. ita definit, Probabile est id, quod fere fieri solet, aut quod in opinione hominum positum est, aut habet ad id quandam similitudinem, siue id verum sit, siue falsum: vt si mater est, diligit filium. & ita videtur velle glo. in l. neque natales. in verbo, cum nihil. C. de probatio. eius quatuor sunt species, signum, credibile, iudicatum, comparabile. eas explicat idem Cicero eodem in loco, idcirco eas prætermitto.

Probabiles sumptus.

¶ Iurisconsulti solent dicere probabiles sumptus, id est legitimos, qui non excedunt legitimum modum, vel qui probari possunt, vt in l. qui aliena. §. vlt. ff. de nego. gest. ibi, sed qui sumptus necessarios & probabiles in lite fecerit, negotiorum gestorum actionem habet.

Causa probabilis.

¶ Causa probabilis sic etiam dicitur, l. necnon. §. siquis ex causa probabili abfuerit. ff. ex quib. caus. maior. & quæ sit hæc causa probabilis, declarat glo. & Bar. in l. vlt. ff. de in integrum restitut.

Sententia probabilis.

¶ Sententiam probabilem Vlp. scribit in l. diem proferre. §. stari. ibi, nam & diui Pij rescripto adiicitur, vel minus probabilem sententiam ęquo animo ferre debet. ff. de arbitris.

Modus probabilis.

¶ Probabilior sententia, l. si idem. in fine. ff. de iurisdictio. om. iudicum. l. hinc quæritur. versiculo, eum enim. de pecul. l. si procuratorem. mandat. Probabilem modum, l. sed Iulianus. §. penult. ff. ad S. C. Macedo. ibi, si probabilem modum in mutua pecunia non excesit. Probabilius, l. item Mela. §. Celsus. ibi, & est probabilius. ff. ad leg. Aquil.

Probabilius.

Probatio quid sit & quotuplex.

¶ Probatio definitur à iuris interpretibus, & glo. in rubr. C. de probatio. sic, rei dubiæ per argumenta ostensio. Et quędam est plena, quæ duobus testibus fit omni exceptione maioribus, non reprobatis: & quando tanta fides facta est, quæ ad dirimendam controuersiam sufficit, l. vbi. & l. 3. de testib. ff. Et appellatione probationis intelligitur plena probatio. Dominic. per illum tex. in c. 1. in fine. de electio. in 6. Lucas de Penna in l. 2. col. 3. de delator. lib. 10. C. docto. in l. fina. de Carbo. edicto.

¶ Alia est semiplena, quæ fit per vnum testem, vel per alia, quæ notantur in l. admonendi. ff. de iureiuran. vbi per gl. & doct. & in l. in bonę fidei. C. de reb. credit. c. fi. de iureiurand.

Apertissima probatio.

¶ Item quędam dicitur probatio apertissima, l. vlt. in princip. ff. quod met. caus. quę alio in loco dicitur euidentissima, l. qui se liti obtulit, cum rem non possideret, condemnatur, nisi euidentissima probatione possit ostendere actorem ab initio non possidere. de petitio. hereditа. & manifestissima, in l. non intelligitur. §. tacita. de iure fisci, ff. Et hanc probationem

nem Imperator vocat luce meridiana clariorem, quæ maxime in criminalibus desideratur, l. vlt. C. de probatio. Et scripsi viginti probationis species in §. fina. de reg. ad prętatu. nomina. faciend. in concorda. Francię.

Probi nummi & reprobi.

¶ Probi nummi id est legitimi, boni, veri, nõ adulterini, aut ære non contaminato facti, l. Titius. ff. de const. pecu. his opponuntur reprobi, l. & eleganter. §. qui reprobos nummos. ff. de pigno. actio. cuius hęc sunt verba, qui reprobos nummos soluit, an habeat pignoratitiam actionem, quasi soluta pecunia, quęritur? & constat neque pignoratitia eum agere posse, neque liberari, quia reproba pecunia non liberat soluentem, reprobis videlicet nummis redditis.

Approbare & cõprobare quid

¶ Approbare & comprobare frequentius & regulariter idem significant, vt infra dicemus. Lucas de Penna in l. 1. col. 2. C. de iure fisci, li. 10. Interdum approbare est fidem facere, probare, l. intra. ibi, nisi maluerit impensas omnes, quas bonę fidei possessor fecisse se approbauerit, ei prętare. ff. de minor. l. quod si deferente. ibi, periurium fuerit approbatum. de dolo. l. prętor. §. Marcellus. dum dicitur, & hoc modo eum consecutum sententiam prętoris liquido fuerit approbatum. de iudic. ff.

Cõprobare quid

¶ Comprobare pro approbare, vt suprà dictum est, quasi simul probare, quod ab alio probatum est, l. si exheredatus. ff. de inoff. test. eo loco, agnouisse eum videri, qui tale iudicium defuncti comprobauerit. & l. in causę. §. cęterum si mandatum non est, cum neque quicquam in iudicium deduxerit, neque tu ea comprobasti, quę inuito te acta sunt, tibi non pręiudicant. de procurat. l. si non sortem. §. si decem. ibi, posterior solutio comprobabit. de condictio. indeb. item multis comprobari exemplis dicitur, in l. 1. §. casum. versicul. quamuis. ff. de postul.

Comprobare pro interinare.

¶ Comprobare diploma, aut rescriptum, *interinare* rescriptum sermone vernaculo dicitur, vt Budę. in forens. declarat, qui ait, fere ante diplomata in iudicium prolata, non ante à iudicibus comprobantur pro potestate, qua Imperatores ipsi diplomatum argumenta iudicibus approbauerint, id est probabilia iudicibus esse docuerint, id est iuri & æquitati consentanea, nec ementita expositione rei impetrata. & dicuntur iudices probare simul cum Principe, qui illud rescriptum concedendo probauit. ideo comprobari dicitur.

Improbare & reprobare, & phrases eorum

¶ Improbare & reprobare est non probare, repellere, impugnare, reiicere, l. cum hi. §. eam transactionem oratio improbat. ff. de transact. l. sed & si. §. hoc. ad S. C. Macedo. l. si filiusfamilias. ibidem. & l. si in emptione. §. rei suæ. de contrah. emptio. oppositumque est verbo approbare. l. si ab arbitro. §. 1. ff. qui satisd. cogã. ibi, qui ex causa improbat ab arbitro probatos, alios improbatos probat. & alibi, obligationem senatus improbat, in l. si mulieri. 3. ff. ad Velleia. §. vlt. Item actiones improbare oneris aduersi. l. in naue. circa finem. loca. ff. Improbatę lectionis libri magici dicuntur, l. cęterę. §. 1. ff. famil. erciscu. Non improbata lex, pro conuentione non reprobata à iure sumitur, in l. Iulia. §. idem Papinia. in fi. ff. de actio. empti.

Libri improbati qui.

Improbatum.

¶ Improbatum, l. & eleganter. in fine. ff. de pignor. actio. ibi, quare si prostituit ancillam, vel aliud improbatũ facere coegit, illico pignus ancillę soluitur, improbatum eo loco profligatio accipitur, cum probari à probis viris non soleat. Improbato more, l. 1. in fine. ff. de actio. empti. vbi Salicet. explicat, morem non procedentem ex bona fide, sed vsu quodam reprobato.

Improbato more.

¶ Improbatio contraria est approbationi, quasi non approbatio, l. cum in plures. §. lege improbandum. ff. locat. l. si quis crediderit. in fine. ff. de pact. De improbo autem & improbitate dicam infra in l. probrum. Item probatio vel improbatio locationis, aut heredis eius esse dicitur in d. §. lege improbandum.

Improbatio.

¶ Reprobare his affine est, & idem quod improbare, vt paulo ante dictum fuit, vt si reprobauerit compensationem, vt dicitur in l. quod in diem. ff. de compensa. l. vt gradatim. §. penult. ff. de minorib. l. sed & reprobari. de excusat. tuto. l. semper. §. hæc idcirco. de iure immunit. ibi, qui reprobauit prolixæ, vel imbecillæ ætatis homines. Reprobatum testimonium, l. Lucius. ff. de iis qui notan. infa. Reprobare non possum semel approbatum, l. Pomponius. 1. ff. de nego. gest. & si ius quæsitum fuerit tertio ex illa approbatione, non potest is qui renuntiauit, postea per Principem restitui, seu vt Gallice dicimus *releuari*, nisi sit minor, & ita iudicatum obseruaui. ad quam rem pertinet l. & si fine. §. sed quod Papinianus. ff. de minorib. l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædil. edicto. dixi fusius in trac. de restitut. seu releua. in 2. tomo commentar. in constit. Regias Gallicas.

Reprobare quid.

Reprobatum testimonium.

Ius quæsitum ex renuntiatione an possit restitui.

¶ *Corpus.* Corpus hîc pro rei substantia accipiendum est. & tria corporum genera scribit Iurisconsult. in l. rerum mixtura. ff. de vsucapio. quæ declarabo in l. ostentum. infra eod.

¶ *Manet*, id est remanet, supereſt, vt exposuimus in l. alienatum. infra eod.

Forma quid.

¶ *Forma.* Etsi eam supra initio legis definierimus, est alia quoque vulgata, quæ solet tradi; definitur & est, quæ dat esse rei, & eam conseruat in esse. l. 3. §. Iulianus. ff. ad exhibend. tradit Aristot. in lib. de sex princip. & physico. scripsi in forma manda. in concorda. Aliquando forma accipitur pro regula: vnde Vlpia. ait ff. de censib. l. forma censuali cauetur, vt agri

in

in censum referantur. & formam iurisdictionis Callistra. in l.diuus.2.ff.de falsis.

Mutata forma quãdo dicatur. ¶ *Mutata.* Mutata autem forma dicitur, quando variata est, nec ea est in re, quæ prius erat species, & ob eius mutationem substantiam rei interimi ait Iurisconsult. in l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. de qua re copiose Albert. Brunus in tracta. suo de forma & solennitate actus: nos alio loco, si occurrat & cõmodum sit, vberius explanabimus. Interdum formam pro modo, obseruantia, & norma atq; solennitate actus sumimus, vt scribit Lucas de Penna in l. litibus. col. 3. C. de agricol. & cens. lib. 11.

Mutare quid, et eius phrases. ¶ Mutare est variare, conuertere rem in aliam formam, immutare, Gallicè *changer*, l. qui venenum. ibi, quod adhibitum eius naturam, cui adhibitum est, mutet. infra eod. l. si iudex. in fine. ff. de minorib. ibi, quam mutare non potuisset. Item, ante litem contestatam licet procuratorem mutare, postea non, l. ante litem contestatam. cum l. seq. de procura. ff. quod plene tractat Felin. in c. ex parte. 2. de rescrip. Idem in libello dicit rex. in l. edita. C. de eden. d. vbi plene iurium interpretes.

Mutare sententiam. ¶ Mutare sententiam definitiuam iudex, vel arbiter nõ potest, interlocutoriam verò potest, l. iudex. ff. de re iudica. l. dicere. §. vnde. & §. penult. de recep. arbitr. id fusissime, si quis desideret, videre poterit in interpreta. nostra l. quod iussit. de re iudica. ff.

Mutare voluntatem. ¶ Mutare voluntatem, l. 1. §. penult. ff. depos. possum enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere, & l. si verò. §. si mandauero. mandat. l. si sterilis. in fine. de actio. empt. l. 2. §. 1. de precar.

Mutatio. ¶ Mutatio, id est variatio, in l. natura. infra eo. ibi, per breuissimas mutationes. & l. ea est natura. infra tit. proximo: & est titulus de mutatione nominis, C. in l. 1. dicitur: Mutare itaq; nomen, vel cognomen, vel prenomen sine aliqua fraude licito iure, si liber es, minime prohiberis, nullo ex hoc prejudicio futuro. Item rei mutatione interite vsumfructum placuit Vlpia. in l. repeti. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Item militiæ mutatio, l. 3. §. 1. & §. miles. & l. non omnes. §. qui in pace. & l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re milita.

Mutare causã. ¶ Mutare causam, vt dicitur in §. libertus. l. si non sortem. ff. de condict. indeb. Plerunq; robur hominis, ætas, temporisque opportunitas naturalem causam operarum mutant. Atque non mutat causam actionis locus, l. 4. & l. penult. ff. de inst. actio. expono in l. rei appellatione. 2. infra eod. Mutare causam possessionis, in l. quod meo. ff. de acquir. possess.

Mutatum dominium. ¶ Mutatum dominium dicit Iurisconsult. in §. vlt. l. quoties. ff. de peculio. l. non solet locatio dominium mutare. ff. locati. Et si res hypothecæ data, postea mutata fuerit, æquè hypothecaria competit actio, vt de domo data hypothecæ, & horto facto, l. si fundus. §. si res. de pignor. ff.

Mutata specie. ¶ Mutata specie, l. si ipsa res. in fine. ff. quod metus caus. in initio text. conuersa dixerat, in postrema parte dicit mutata.

¶ Mutata re extingui vsumfructum, id dilucidè declarat Iurisconsult. in l. quid tamen. §. sed & si stagni. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta.

Mutatio personæ. ¶ Per mutationem personæ an res mutetur, videte Lucam in l. vnica. col. 2. & seq. C. de impo. lucrat. descriptio. lib. 10.

Mutatio iudicum an aliud iudicium faciat ¶ Mutatio singulorum iudicum ad eandem rem, an aliud iudicium fecisset, tractat Iurisconsult. Alfen. in l. proponebatur. ff. de iud. & si quis, inquit, putaret partibus commutatis aliam rem fieri, fore vt ex eius ratione nosipsi non iidem essemus, qui abhinc anno fuissemus.

Mutatis moribus. ¶ Mutatis moribus, l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ff. ad leg. Aquil. vers. sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit.

¶ Mutato alueo, l. cum vsumfructum. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. ibi, nam & si alueo mutato inde manare cœperit. & l. adeo. §. insula. & seq. de acquir. rerum dom.

¶ Mutari periculi causam non posse varietate status, l. penult. ff. de instito. & causam exponit glo. in l. fina. ff. si pars hered. peta. id est titulum.

Mutare pro transferre. ¶ Mutare præterea sumitur pro transferre, l. si cui. ff. de seruitut. vbi dicit primum mutare, deinde transferre, quod vulgus dicit *transporter*, l. si mandato. 1. §. 1. ff. manda. Sumitur etiam interdum pro commutare, siue permutare, aliud scilicet pro alio accipere, vel dare, vt in rubr. de rer. permut. & scripsi in l. dedisse. infra eod. & in praxi beneficio. in eo. tit. de permuta. in 3. parte.

Mutare statũ. ¶ Mutare statum dicitur minor, si in seruitutem redigatur, l. si ex causa. §. Papinianus. ff. de minor. vnde capitis deminutio dicitur prioris status mutatio, quæ fit tribus modis, l. 1. ff. de cap. deminutio. & §. 1. Inst. eo.

De mutãtibus hospitia. ¶ Plura si desideretis, quæ pertineant ad hoc verbum mutare, videte in regula Mutare, de reg. iur. in 6. Atque frequenter mutantes hospitia scribit text. iuncta glo. in cap. quæ dignior. 24. quæst. 1. præsumi inconstantes, leues, & instabiles.

¶ De verbis autem commutare & permutare scribam in l. dedisse. infra eod.

¶ *Corruptæ.* Tex. hic dupliciter legitur. aliquando in eo est, *si cui ruptæ redditæ sunt.* & idem sensus

sensus est cum verbo corrumpere, quia rumpere corrumpere est, l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquiliam. & rumpere vestimenta dicit Iurisconsult. in l. qui seruum. §. penult. ff. de actio. & oblig. Alias legitur, *si corruptæ redditæ sint*, & ferme omnes ita habent, & Pandec. Florent. & erit interpretatio, quod si res corruptæ redditæ sint, non videntur redditæ. Corruptæ autem res dicuntur inquinatæ, destructæ, peremptæ, ruptæ, rasæ, vitiatæ, deterioratæ, vstę, aut deletę. text. notandus admodum in l. 1. §. Labeo putat. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. 3. §. sed & si quis. de crimine stellio. vnde si vinum apud te depositum, & tu spurcasti, vel acetum fecisti, teneris. d. §. inquit lex. & l. Titius. ibi, villam vetustate corruptam. ff. de vsufructu. l. ex conducto. §. sed & si labes. ibi, si vredo fructum oliuæ corruperit. ff. loca. l. sed addes. §. illud. ibidem. l. item verberatum. §. 1. ff. de rei vindicat. & in rubr. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit. & post mortem domini ante aditam hereditatem surripuisse, aut corrupisse quid dicatur: ita expone ea quæ sequuntur.

Corrumpere quomodo capiatur.

Corrumpere & ad personas & ad res refertur, & phrases. ¶ Corrumpere enim aut ad personas refertur, seu ad animum earum, vel ad res, seu materiam: quandam. ad personas autem & ad animum refertur, vt in toto tit. ff. & C. de seruo corrupt. & in l. si familia. ff. de iurisd. omn. iudicum. & in d. l. 2. ibi, corruptos accusatores. de bonis eorum qui ante sentent. & l. 4. eo loco, nouercalibus delinimentis corrupti. ff. de inoff. testa. l. fugitiuus. infra eod.

Corrũpens virgines nondum potentes punitur. ¶ Corrumpere virgines, est violare eas, Paul. l. si quis aliquid. §. qui nondum viripotentes virgines corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam relegantur, aut damnantur. ff. de pœnis. Et cognatam, vel viduam, vel alij nuptã corrumpens, cum qua matrimonium contrahere non potest, in insulam deportandus est, l. si quis viduam. ff. de quæstio. Corrumpere vxorem, idem, l. interdum. §. 1. ff. de publica. & vectigal.

Corrũpere aduersarium an liceat. ¶ Corrumpere aduersarium. In capitalibus criminibus à Principibus decretum est, non nocere ei, qui aduersarium corruperit: Vlpian. in l. 1. ff. de bo. eo. quia licet cuilibet sanguinem suum redimere, vt ibidem scribitur: sed iniuste hoc facere non est secundum euangelium, vt docet Albe. in verb. leges dicuntur. & Hippol. in prac. sua, §. diligenter. nu. 56.

Corrumpere iudicem. ¶ Corrumpere iudicem dicitur quis muneribus, vel pecunia, vel alio modo, qui à iure reddendo, iustitięque & veritatis via ipsum deflectit, & alienat. l. 1. §. sed & si quis. ibi, qui iudicem corruperit, aut corrumpendum curauerit. ff. de falsi. l. sed & si per prætorem. §. per magistratus. ex quib. caus. maior. l. qui duobus. ibidem. & auth. nouo iure. C. de pœna iudi. qui malè iudica. & iudices pedanei si corrupti esse dicantur, plerunque summouentur, aut in exilium mittuntur, aut ad tempus relegãtur. l. si quis. 2. §. iudices. ff. de pœnis. Harum pœnarum aliqua arbitrio iudicis irroganda, vt puto, relinquitur, pro modo admissi, & personarum qualitate.

Corrumpere præmio. ¶ Corrumpere præmio dicitur in l. qui fundũ. §. procurator. ff. pro emptore. & arbitrum fordidum, id est muneribus corruptum vocat l. 3. §. 1. & l. ita demum. ff. de receptis, qui arbit.

Corrumpere testem. ¶ Idem in teste dicitur: nam si quis à veritate dicenda eum teneat, corrumpere existimatur, cap. licet. vbi plene docto. de probationibus. Et testes pecunia corruptos dicimus, siue nummis, siue alia re, frumento, aut alio dato corrupti fuerint, l. diuus. ff. de re iudica. d. cap. licet. quia pecuniæ nomine res continentur. l. pecuniæ. vbi plene scripsi. supra eod. Item carceri prępositus vel custos pretio corruptus officio iudicis puniendus est, l. carceri. ff. de custod. reo.

Corrũpere ad res refertur corporales. Cælũ pro aere. ¶ Ad res autem refertur corrumpere: nam & corrumpere aquam dicimus, l. is qui in puteum. ff. quod vi aut clam. ibi, is qui in puteum vicini aliquid effuderit, & hoc facto aquam corruperit, ait Labeo quod vi aut clam teneri. Item cælum, id est aerem, in l. æquissimum. §. & si forte. ff. de vsufruct. & sæpius cælum pro aere vsurpatur, vt l. 1. ff. de iustit. & iure. & §. 1. de iure nat. gent. & ciuil. in Instit. Viam publicam, l. 2. §. habere. ne quid in loco publico fiat. Iter, vt l. 3. §. vtilitas. de itinere actuque priuat. Iauolenus scribit, cum via publica corrupta est, vel amissa, proximus vicinus viam pręstare debet, in l. si locus. in fin. quemad. seruit. amittat. Et iter nauigij deterius fieri videtur, si eius vsus corrũpatur, l. 1. §. deterior. de flumi. Tabulas testamenti, l. si cum mihi. ff. de dolo, corrupisse recte is dicitur, qui eas interleuerit. l. qui tabulas. ff. ad legem Aquil. Rationes, & cautiones, l. cũ plures. de bonis author. iud. poss. l. argentarius. in fine, de eden. d. Monumentum quoq; corruptũ dicitur, quod collapsum, destructũ, aut inutile factum est, l. sepulchri. 2. de sepulchro viola. l. fina. de colleg. & corporib. illici. ff. Appulsum vero pecoris ad aquam corrumpit, qui aliquem impedit, ne appellat pecus ad aquam, vel cum pecus ei pecori, cui appulsus debebatur, iungit: & ita amplior numerus fit pecoris, & appellitur, quam debeat appelli, l. 1. §. Trebatius. de aqua quotid. & æstiua. Statuas Principis vel Cęsaris vetustate collapsas non corrumpit, qui reficit, nec contrahit crimen læsę maiesta. Marcel. in l. non contrahit. ff. ad leg. Iul. maiest.

Reficiens non corrumpit.

Alienare quã do procurator sine speciali mãdato possit. ¶ Eo quod aliquid potest facile corrumpi, permittitur alienari, etiam ei cui sine speciali mandato alienare non licet: vt procuratori fructus & alias res, quę facile corrumpi possunt. Modesti. in l. procurator totorum. ff. de procurat.

¶ Ad

Corrũpere ad incorporalia relatum.

¶ Ad incorporalia etiam & ad iura hoc verbum accommodamus, alio tamen significationis genere; nam pro perimere, intercidere, impedire, extinguereque vsurpatur: vt diuisio corrumpit stipulationem, l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obli. l. cum enim. de stipulatio. seruo. Item naturalia iura ciuilis ratio corrumpere non potest, l. cas. de capit. deminut. ff. §. minus. Inst. de here. quæ ab intesta. Quod transactum recte est, superueniente delicto corrumpi, aut mutari non potest, l. 2. ff. de itiner. actuque priuato.

¶ Et tanta est vis huius verbi, vt amouisse videatur, qui corruperit, l. qui tabulas, in fin. & l. sed & si imaginem. ff. de furt. vnde condictio competit de cautione corrupta, vt de surrepta, & damni iniuriæve actio. l. argentarius. in fine. ff. de edendo.

Corruptela, corruptio, corruptor.

¶ Corruptela hinc proficiscitur pro corruptione sumpta, & corruptor qui corrumpit, l. eius. §. plane. ff. de iure fisci, corruptioque pro amissione & fine. l. corruptionem vsusfructus. de vsufruct. C.

Transfigurare

¶ *Transfiguratæ* res dicuntur, cum in aliam figuram, & formam mutatæ sunt & versæ, quasi transformatę: vt si ex scypho meo lancẽ feceris, & sic reddideris, abesse videtur, quia res est trãsfigurata, l. quid tamen. §. proinde. quib. modis vsusfr. amitta. vbi amitti vsumfructum dicit Iurisconsul. Quod & ad animata quoq; pertinet, vt in lupum ex gente Antæi cuiusdam nonnullos transfigurari author est Plinius lib. 8. cap. 22. & apud Ouidium in metamorpho. fingitur: & diuus Paulus ait transfigurari satanam in angelum lucis, 2. ad Corinth. cap. 11. quod declarat c. episcopi. 26. q. 5. vt cum mentem mulieris alicuius ceperit, & eam sibi propter infidelitatem subiecerit, se transfigurat in diuersas species illico personarum, ac similitudines, & imagines, mentémque quam captiuatam tenet, in somniis deludendo, modo cognitas modo incognitas personas ostendens, modo læta modo tristia, per quęque deuia deducit: & cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. & c. nec mirum. post mediũ, ibidem. ca. licet. in fine. c. non magno pere. ne cler. vel monach. c. vno, versicu. aliter. 29. q. 1. De transfiguratione Christi miraculosa & transformatione theologis tractanda relinquo, meis contentus finibus.

Declaratio tex.

¶ *Quoniam plus est plerunque in manus pretio, quam in re.* Rationem reddit hæc pars §. quamobrem res corrupta reddita non censeatur, sed videatur abesse: quoniam, inquit Iurisconsultus, plerunque plus est in manus pretio, quam in re. id est in arte potius pretium consistit, & plus pretij est, quam in ipsa rei substantia, vt dilucidius in lege sequen. scribitur. atque ita vult tex. dicere, pluris esse, & æstimari ipsum artificium, industriamque adhibitam artificis, & quemadmodum vulgo dicimus, manum artificis, & *l'ouurage*, quàm rem ipsam & materiam. Quare qui reddit mihi ex scypho massam, non videtur reddidisse, quia tametsi materia ipsius scyphi subsistat, quia tamen formę detractum est, quę opera est, & artificium, & industria, abesse videtur. pretiũ enim manus deest, vt ait iste tex. & in l. qui insulam. §. qui ędem. ff. locati, vbi etiam pretium manus appellat, vt hic: & ad huius §. expositionem facit etiam l. cum stipulamur. infra eo. & Ouid. scribit, materiam superabat opus.

Quoniam, particula.

¶ Quoniam, notum est grammaticis quid sit, & esse rationalem particulam, vt quia, & pleraq; alia, quę ipsi notant, & per eam ratio redditur, vt hic, & l. seq. & l. Herennius. l. vinacia. l. malum. infra eodem. Superuacaneum est locos iuris plures citare, cum vbique occurrat, ideo omitto, cum etiam idem sit iudicium, quod de dictione quia, de qua vidistis in l. rei. supra eod. vbi abunde scripsi.

Manus multipliciter dicitur.

¶ *Manus.* Notandum est manus multis modis dici, & prout diuersis accommodatur, ita diuersa significat. Primùm notum est membrum hominis esse, vulgo, *la main*, in l. qui neq;. §. solutum. infr. eo. vnde Iurisc. Vlp. ait omnem iniuriam, quæ manu fit, lege Cornelia contineri, l. lex Cornelia. §. lex itaq;. ff. de iniuriis: & si quis pulsatus non est, verũ aduersus eũ manus leuatæ, vtili iniuriarum actione tenetur. l. item apud. §. 1. ibid. eodẽ modo sumitur in l. si calumnietur. §. telum. & l. plebs. §. pignus. infr. eo. & apud Persas qui artificem manu, aut oculo priuauerit, morte dãnatur, vt narrat Stobę. in sermo. de legib. 42. inferius dicetur.

Artificem priuans manu quomodo puniatur.

¶ Secundò manus pro potestate, idq; passim vsitatissimũ: vnde manumittere, à manu & potestate domini liberare, id est liberum facere. serui enim in manu & potestate dominorum sunt, & liberati ab ea, manumissi dicũtur: & manumissio liberatio, seu datio libertatis. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. & §. 1. Inst. de libert. Ita sub manibus procuratoris, vel coloni, vel serui possessio facta dicitur, vt l. vlt. C. de acq. poss. Et sub manu legũ fieri clericum depositum, §. illud. in authen. vt clerici apud proprios episcopos cõueniantur, id est, legibus tenetur, subiicitur, sicut laicus. Et quia manibus aliquid tenemus, ideo quoties locum habet vsus huius verbi tenere, sępissime eo nomine dicere solemus sub manu esse, vel habere nos sub manu, id est tenere, vt in superioribus exemplis, Hinc per metaphoram pro potestate generaliter sumitur: vt dominus seruum manui suæ suppositum habet, & pater habet filium in potestate iure Romano, vt §. 1. de patr. potesta. in Insti. vnde manumittere filium dicitur, cum emancipat eum, quasi à manu & potestate mittere, dimittere, & liberare, id est emancipare. l. liberum. ff. de adoptio. iuncto §. præterea. quibus mod. ius patrię potest. solui.

Manumittere.

in Inst.

Manumittere etiam ad filios pertinet cõtra Alciatum.

in Inst. l. 2. de off. proconsul. dum dicitur, apud eos possunt manumitti, tam liberi, quàm serui. improprie tamen manumissio ad liberos pertinet: emancipatio verò proprie, si credas Alciato li. 2. de ver. sign. tamen quia nouũ non est in iure, verbum idem plures admittere proprias significationes, l. 2. ff. de offi. proconsul. vbi scripsi, & multipliciter proprie sumi, vt infra dicemus in l. Scæuola. cur non etiam proprie ad liberos quoque manumissionem referri dicemus, & Iurisconsultos proprie locutos, cum ad patrem retulerunt? tametsi non inficiabor vsitatius ad seruos accommodari, eo quod manus pro potestate sumitur, & liberi sunt in potestate parentis, & liberantur, & ita manumittuntur, vt dictum est, & tam ferè patet manus nominis vsus, quàm potestatis. quo fit, vt manum militarem dicamus, & Regiam, vt paulo post dicemus: nam variis addita varia significat, & pro materiæ propositæ ratione: ideo nos ea attingemus separatim, & seorsum singula distinguentes. nam multæ parœmiæ ex hac voce deduci videntur, vt sequitur.

Inferre manus quid dicatur.

¶ Inferre manus, siue afferre, est irruere in aliquem lædendi eius causa, & iniicere manus, siue vulnerando, siue occidendo, vel alio modo. & inferre sibi manus, vt ait tex. in l. liberorum. §. Pomponius. de iis qui not. infa. vt hi qui mortem sibi consciscunt, propriè manus sibi inferre dicuntur. l. vlt. ff. de bo. eo. qui ante sent. & l. in fraudem. §. eius. de iure fisc. l. 1. §. si quis non. de senat. Silan. l. si quis seruo. de furt. & ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. notauimus. ibi, at qui arbores succidit, vtique tenebitur: & qui arundinem, & qui salictum. terræ enim & quodammodo solo ipsi corrumpendo manus infert: id est ipsum solum corrumpere videtur, qui arbores succidit.

Iniicere manus.

Iniicere manus, idem quod inferre manus, & aliquando propria authoritate rem apprehendere, l. penult. ff. de seru. export. sic dicens, Titius ea lege seruum vendidit, vt si Romæ moratus esset, liceret manus iniicere: emptor alij eadem lege vendidit, seruus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur: quæro, sitne manus iniectio, & cui? & c. l. sed hac. §. 1. de in ius voc. & ita sumitur toto tit. de seru. export. ff. & in titulo, si seruus exportand. veneat, vbi fit mentio iniectionis manus sæpissime: & Budæ. ait iniicere manus proprie esse antiquo verbo iuris, quoties nulla expectata iudicis authoritate rem nostram, aut nobis debitam vindicamus: sed proprius & aptius dixisset, apprehendimus, vel capimus, vel ius nobis dicimus, vt ad leg. Iul. de vi priu. l. pen. ff. & l. extat. quod metus causa. Vindicare enim more Iurisconsultorum sumpto verbo, est per iudicem, non propria authoritate reposcere, vt toto titu. de rei vind. & cuique licet: at iniicere manus, rapere, vel inuadere, & ius sibi dicere, constitutionibus prohibitum est, vt ff. ad leg. Iul. de vi priu. & publ. & vi bonor. rapt. & d. l. extat. ac §. recuperandæ. Instit. de interd.

Vindicare quid.

Iniicere manùs Regiam.

¶ Iniicere autem manum Regiam, est quod vulgo dicimus, *saisire* authoritate Regia, *mettre à la main du Roy*, capere authoritate Regia. de qua re plura scripsi in §. 1. de nominatione Reg. in concor. Item dicitur manus mittere: nam si res legatę sunt à testatore, de cuius funere agitur, nec sit vnde funeretur, ad eas quoque manus mittere oportet, Vlpia. scribit in l. at si quis. §. & si. ff. de religio. id est capere, saisire. Item iniicere manum Regiam in equum, id est arrestare equum authoritate Regia.

Manus mittere.

Manus militaris, & manus ministrorum.

¶ Item manu militari, id est manu viatorum, vel seruientium, per iudicis ministros, *parsergens*. vnde Vlpia. ait, Restituere iussus, si iudici non paret, contendens non posse restituere, si quidem rem habeat, manu militari officio iudicis ab eo possessio transferatur. l. qui restituere. ff. de rei vindi. & l. 3. §. 1. ne vis fiat ei qui in possess. in ea parte, melius est dicere, extra ordinem prætores ipsos iure suæ potestatis exequi oportere decretum suum, nonnunquam etiam per manum militarem. Manus hæc militaris, ministrorum manus etiam dicitur per metaphoram, vt l. 1. §. necessario. si vent. no. mulier. coget autem, inquit tex. discedere non prætoria potestate, aut manu ministrorum: melius & ciuilius fecerit, si eum per interdictum ad ius ordinarium remiserit. quod & notari potest Acto. 12. c. in princ. Misit Herodes Rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. nam vt manus membrum toti corpori seruit, ita & minister obsequitur potestati, c. dicat. & seq. 23. q. 5. Manus armata dicitur, quando armis munita est hominum, l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. viol. vbi aduersus eos, qui cadauera spoliant, præsides seuerius interuenire solent, maxime si manu armata aggrediuntur, vt si more latronum id egerint, etiam capite plectuntur. & c. cum dilectus. de ordi. cognit.

Armata manus quæ sit.

Per manum prohibere.

¶ Per manum prohibere potero, si quis in meo vult ædificare, id est per lapidis iactum manu factũ, l. de pupillo. §. meminisse. de noui ope. nunt. l. quamuis. de acq. rer. do. vel dici potest manu prohibere, id est actu aliquo & opere manuali, vel exercitio, & quocunque, quod per manus fieri potest, vt impediendo, proiiciendo lapillum, atque ita obstaculum opponendo: vnde manũ opponere, est prohibere, l. vim facit. §. 1. ff. quod vi aut clam. dum tex. ait, intelligitur prohibitus quolibet actu prohibentis, id est vel dicentis se prohibere, vel manum opponentis, lapillumve iactantis prohibendi gratia: quod facit contra opponentes se, vt delinquentes non capiantur, vt ipsi teneantur. l. quotiens. vbi doct. C. de exact. tribut. lib. 10.

Manum opponere.

Manus pro actione. ¶ Manus pro actione, l. 2. C. quo quisq; ord. conuen. li. 11. ibi, manus ad nominatorẽ priuſ quam vtrique qui id munus adminiſtrauerunt, fuerint excuſsi ſolenniter, nulla ratione porrigi poſſunt. l. fi. de peric. nomi. ibidem, vbi doct. exponunt, & poteſt accipi pro executione, actione vel periculo.

Breui manu. ¶ Breui manu fieri Iuriſconſultus ait, pro eo, quod eſt celeriter, ſine mora & circuitu: vt ſi iuberem debitori meo dare tibi decem aureos, vt tu eos mutuo habeas, mutuum erit: licet ego à debitore pecuniam non acceperim meam, tamen videtur mihi data pecunia, & tibi à me breui manu ſtatim tradita, l. ſingularia. ff. ſi cert. pet. quaſi Gallice, *ſans s'arreſter entre mes mains, de main en main.* l. licet. §. quoties. ibi, tunc enim credendum eſt, breui manu acceptum à muliere, & marito datum. ff. de iure dot. nempe ita celeriter fieri dicitur, vt celeritate cõiungendarum inter ſe actionũ vna occultetur actio. l. 3. §. ſed ſi debitorem. ff. de don. inter vir. & vxo.

Manu longa. Manu longa, contrà dicitur, quando ea celeritas non eſt, vt l. pecuniam. ff. de ſolut. vbi non occultatur vna actio: vnde dicimus, *de longue main.* vnde in illa lege ſcribitur, Si pecuniam, quam mihi debes, aut aliam rem, in conſpectu meo ponere te iubeam, efficitur, vt & tu ſtatim libereris, & mea eſſe incipiat. nam tum quod à nullo eius rei corporaliter poſſeſsio detineretur, acquiſita mihi, & quodammodo manu longa tradita exiſtimanda eſt. nam debitor cenſetur mihi tradidiſſe, & ego poſtea tibi, & ſic de manu in manum, vt vulgo dicitur.

Per manus traditum. ¶ Per manus traditum eſſe illud dicitur, quod à maioribus accepimus, quaſi de manu ad manum, l. quod per manus traditum eſt. ff. de iure codicil. etſi gloſ. exponit eum locum, id eſt vulgo receptum: ſed tenete, vt dixi.

Sua manu adimere. ¶ Sua manu ademit libertatem ſeruo teſtatoris, ideo falſi tenetur, id eſt ſcriptura propria manu ſcripta, ſeu ſua authoritate, vt ſcriptum eſt in l. ſi quis legatum. §. ſimiliter. 2. de leg. Cornel. de falſ. & l. impuberem. §. adimendo quoque. ibid. declarat Iulia. in l. ſenatus pœnam remiſit ei, qui legata à ſe teſtamento data, codicillis ſua manu ſcriptis ademerat. ibid.

Sua manu adſcribere. ibi, ſua manu, pro propria, vt ſequitur. Sua manu adſcripſit, non aliena, l. Diuus. 1. ff. de falſ. in princ. & §. 1. vbi ſcriptum eſt, Scribere autem ſibi legatum videri, non ſolum eum, qui manu ſua id fecit, ſed etiam qui per ſeruum ſuum, aut filium, quem in poteſtate habet, dictante teſtatore legato honoratur. facit l. cum quidam. §. qui liberti. ibidem. quod pertinet ad intellectum, & ad interpretationem totius tit. C. de iis qui in teſtam. ſibi adſcri. Con ſcripſi de propria manu in tract. nomina. quæſt. 10. nu. 11.

Opus manufactum. ¶ Opus manu factum, quod naturaliter factum non eſt, ſed artificis manu, l. 1. §. 1. ff. de aqua plu. arc.

Emiſſa manus. ¶ Emiſſa manus dicitur, cautio manu facta, & alicui tradita. Modeſt. in l. quidam. ff. de proba. dum tex. ait, an cũ eo de hereditate fratris poſſent propter emiſſam manum ab eis, quaſi filio, agere: quaſi extra manum miſſa ſit. vnde chirographum pro eo ſæpiſsime in iure legimus, vt alibi etiam declarauimus, quę dictio Græca eſt, deducta à χὲιρ, quod Latine manum ſignificat, & γράφω ſcribo, vt in trac. de chirogra. recogni. dixi in ordin. Regi. in 1. tomo commentar.

Adhibere manum. ¶ Adhibere manum dicitur, qui multitudinem comparat, & congregat, vel adhibet miniſtros, §. 1. l. metum autem. ff. quod met. cauſ. ibi, idem ait, & ſi forte adhibita manu per vim in meo ædifices ſolo: id eſt multitudine adhibita & collecta, & pluribus congregatis, eorum auxilio vtens. idem dicitur in l. ita vulneratus. in princ. ibi, ſed & lege Aquilia is demum teneri viſus eſt, qui adhibita vi, & quaſi manu cauſam mortis præbuiſſet. ff. ad leg. Aquil. Ea ſignificatione apud hiſtoriographos crebrò vſurpatur, præcipuè Tit. Liuio familiaris eſt dictio manus pro multitudine. Et omitto alios dicendi modos per ſchemata rhetorica, & figuras, & grammaticorum præcepta, vt Præ manu ſoluere, id eſt ante manum.

Plena manu. Plena manu tractare, id eſt ample, & copioſe, *pleinement & amplement.* Manibus pedibuſque facere, id eſt totis viribus, totóque conatu niti: & alia pulchra, quæ legenda ſunt apud eos, qui ſermonis Latini elegantiam tradere ſolent. tantum eſt inſtituti mei proſequi, quæ iure noſtro probantur. De manu Regia multa tradidi in verbo, in manibus. §. 1. de Reg. no. faci. in concor. quæ hic non repetam.

Mola manuaria. Beneficia manuaria. ¶ Hinc mola manuaria, quæ manu ducitur, l. dolia. §. 1. ff. de fund. inſtr. ibi, molas manuarias, inquit, ſupellectilis, iumentarias verò inſtrumenti eſſe Offilius ait: Caſsius autem & Trebatius neutras ſupellectilis, ſed inſtrumenti: quod & verum puto. Manuaria beneficia vocantur præbendæ, quia ad manum prębentur tantum fructus reſidentibus pro victu & veſtitu. c. olim. de verb. ſignif. vel manuaria dicuntur, quę pro nutu ſuperioris regularibus dantur, & amouentur: de quibus in ca. cum ad monaſterium. §. tales. de ſtatu monach. abunde ſcripſi in trac. de parific. poſſeſſo. in 6. limita. nu. 272. & ſequen. & doct. iſta vocant manualia.

Ad manum non habere. ¶ Ad manum non habere, eſt in promptu non eſſe, & pręſentem pecuniam non habere. ait enim Vlpia. in l. petenti mutuam pecuniam creditori, cum ad manum debitor non haberet,

beret, ſpecies auri dedit. ff. de pigno. actio. & l. tutor. §. cum haberes. ad Velleia. ibi, deinde ego cum ad manum nummos non haberem, &c. Idem præ manibus non habere iure canonico dicitur, c. 1. de libell. oblatio.

Inter manus verſari. ¶ Inter manus verſari dicitur in vſu eſſe, & non verſari, quando res non extat, vel latet, Pompo. l. 2. §. poſt hos Quintus. verſic. denique. ff. de orig. iur. denique, inquit, nec verſantur eorum ſcripta omnino inter manus hominum. In manum conuenire mulier dicitur, in l. ex ea parte. §. 1. ff. de verb. obliga. declarat Budę. in l. 2. ff. de orig. iuris.

Porrigere manus. ¶ Porrigere manus iudices, aduerſus emptorem cui pignora addicta ſunt, non debent, id eſt vltra procedere non debent, & iuriſdictionem ſuam extendere aduerſus iſtum emptorem, nec præbere viatores ad exigendum pretium, vel exequendum, l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudica. Licet interdum manus porrigere ſit opem ferre, & interdum exercere actionem, ſeu dirigere. l. etiam. §. 1. ff. de petitio. hered. Porrigere etiam extendere dicitur, vt viæ latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, id eſt in extenſum & longitudinem, l. viæ latitudo. de ſeruit. vrba. præd. l. pronuntiatio. infra eod. l. 2. de libera. cauſa, vbi iniuria parentũ ad noſtram iniuriã porrigitur, id eſt pertinet, & extenditur. auth. vulgata, hoc ius porrectũ. de ſacro. eccl. C. dicam in d. l. pronũtiatio. inf. eo. Deci. in l. 2. nu. 95. de reg. iur.

Sata manu. Sata manu dicuntur, quæ frequenter ſeri ſolent, vt frumenta, non verò quæ perpetuo ſata permanent, vt arbores. l. cum manu ſata. ff. de contrah. emptio.

Manus in iure canonico quot modis ſumatur. Impia manus. ¶ Iure autem canonico quibus modis manus dici ſoleat, hi ſunt: Primum, vt ſupra dictum, pro membro ipſo, & dicitur quandoque violenta, quę in clericum vel conuerſum aut alium, per vim & iniuriam, lędendi eius cauſa, infertur. c. ſi quis ſuadente diabolo manus violentas iniecerit in clericũ. 17. q. 4. c. cum deſideres. de ſent. excom. Manus impia, c. fina. de donat. l. fina. C. de reuoc. dona. vbi exponitur. & in l. 1. §. 1. ff. de obſeq. à liber. &c.

Manus impoſitio. Ordinatoria. ¶ Manus impoſitio ideo dicitur, quia in ſacramentis ſpiritualibus ſolent manus imponi, c. manus. 1. q. 1. & eſt multiplex. nam quędam eſt confirmatoria, quæ in fronte confirmati imponitur. c. 2. & 3. de conſecra. diſt. 5. Alia ordinatoria, quę in collatione ordinũ imponitur, c. cum nobis olim. de electio. de qua Apoſtolus ait, Nemini citò manus impoſueris. quid ſit citò manum imponere, declarat c. quid eſt manus citò imponere, niſi ante ętatis maturitatem, aut tempus examinis, ante meritum obedientię, ante experientiam diſciplinæ ſacerdotalem honorem tribuere non probatis? 78. diſtinctio.

Conſecratoria. Alia eſt conſecratoria, quæ in dignitate epiſcopali locum habet, dum epiſcopus conſecratur, c. epiſcopus. 23. diſt.

Benedictoria. Reconciliatoria. Alia benedictoria, quæ ſuper abbates & abbatiſſas imponitur, c. quoniam. 69. diſt. c. 1. de temp. ord. vbi etiam conſecratoria dici poteſt. Alia reconciliatoria vocatur, quæ ſuper pœnitentes cum inuocatione ſpiritus ſancti paracleti, & aliqua oratione fit, & hoc fit hęreticis reuertentibus ad eccleſiam, c. Arrianos. 1. q. 1. & excommunicatis, c. cum aliquis. 11. q. 3. c. pœnitentes. & c. in capite. 50. diſtinct.

Curatiua. Alia eſt curatiua, de qua Chriſtus Marci vlt. c. ſuper ægros manus imponent, & bene habebũt. c. 1. de ſacra vnctio. Hoſtien. de ſacra. non iteran. §. qualiter conferatur. in ſumma, vbi addit illam, quæ fit cum olei vnctione ſuper infirmos, de qua in c. presbyteros. 95. diſtinct. & Præpoſ. in c. manus. 1. q. 1. alia dicam in titul. de verbor. ſign. in decre. ſi per ætatem liceat.

Manus tertia & quarta. ¶ Interdum etiam ius pontificium dicit, tertia & quarta manu quis purgari debet, id eſt tribus teſtibus, vel quatuor, c. quoties. de purga. canonica. Quandoq; quinta, aut ſeptima manu, c. ex tuarum. ibidem. & c. fina. de frigidis & maleficiatis. & c. iudicatum. de ſimon. Aliquando duodecima manu, c. inter. ibidem. & iſta ſunt notanda, quia ita nemo attigit.

Ad manum tenere. ¶ Item ad manum ſuam tenere, eſt in dominio & poteſtate habere, & alteri non locare, c. vt ſuper. de reb. eccleſię non alie. Declarat Barba. conſ. 17. clementiſsimum. col. 7. in 4. vol. ſi teſtator velit domum non exire de manu heredis, id eſt de dominio, vt Barba. not. in c. cum acceſsiſſent. col. 3. de conſt. per illum tex. Alia hic manus noſtra de manu ſcriberet, niſi cætera per ſuperiora intelligi facilè poſſent. nolo tamen prætermittere Cn. Vatieni ignauiam, quem ne bello Italico militaret, traditum eſt ſiniſtrę manus digitos abſcidiſſe, ob quod facinus bonis publicatis ęternis vinculis, & perpetuo carcere puniendum ſenatus edixit, vt teſtis eſt Cęlius lib. Antiq. lectio. 6. c. 4.

No. de eo qui ſibi digitos abſcidit, ne militaret.

§. Deſinere autem abeſſe res tunc videtur, cum ſic redit in poteſtatem, ne amittere eius poſſeſsionem poſsimus, ob hoc, quod furto pridem ſubtracta eſt.

Deſinere abeſſe quæ dicãtur. ¶ Poſtquam ſuprà enucleatum fuit, quando res abeſſe dicatur, nunc tex. elucidat, quando abeſſe deſinat. Deſinit autem abeſſe tunc res, quando in poteſtatem noſtrã iuſte rediit, ne poſſeſsionem eius amittere poſsimus, eo quod pridẽ, & antea ſubtracta fuit. nam ſi dominus fundi poſſeſſorem vi deiecerit, Caſsius ait nõ videri in poteſtatem domini rediiſſe, quòd interdicto vnde vi reſtituturus eſt poſſeſsionem, l. ſequitur. §. ſi fundum. ff. de vſuc.

¶ Item ſi clam vel alio modo nactus ſum poſſeſsionem, etiam rei meæ, ſi iniuſte, non deſinit illa res à me abeſſe, eo quod poſſeſsio iniuſta à me auferri poſsit: nam etiam prædo reſtituitur, cap. in literis. de reſtitutio. ſpolia. l. ſi quis ad ſc. C. ad legem Iul. de vi public.

Meritò non desinit à me res abesse, à quo auferri potest.

¶ Præterea is, qui reipublicæ causa absens est, desinere abesse videtur, quando reuersus est, non simul atque venit, sed expectatis quindecim diebus, vel alias arbitrio iudicis, l. ab hostibus. in fin. ff. ex quibus caus. maio. Quod facit pro literis status, quæ impetrantur à militibus, quandiu in expeditione sunt, vt causæ eorum etiam eis reuersis intra quindecim dies non tractentur: quæ literæ status quando locum habeant, scripsi in tracta. de literis dilato. status, in ordi. Reg. in 2. tomo commenta.

De literis status.

¶ Item res furtiua non potest vsucapi, quandiu abest, & non reuertitur in domini potestatem, l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsucap. & tunc etiam dicitur abesse, quando eo iure, quo prius, non habeo, d. l. sequitur. §. item si eam.

¶ Item requiritur me scire eam reuersam in potestatem meam, si sciebam subreptam, alioquin non, d. l. sequitur. §. Labeo. versicul. ideo. l. si ad dominium. de furt. & quando rediit, oportet me scire eam subtractam. l. qui fundum. §. penult. ff. pro emptore. Etiam oportet eam, vt meam reuersam: quia si eam emerim, non videtur desinere abesse, d. l. sequitur. §. tunc in potestatem, sic dicens, tunc in potestatem domini rediisse dicendum est, cum possessionem eius nactus sit iustè, vt auelli non possit, sed & tanquam suæ rei. nam si ignorans rem mihi surreptam emam, non videri in potestatem meam reuersam, &c. quod facit ad intellectum l. pen. ff. ad legem Iuliam repetund.

¶ Aliquando aduersus furem, qui seruũ surripit, licet nunc seruus adsit, furti actio competit, quia nonnunquam beneficio furis abfuit, l. inter omnes. §. cõpetit. ff. de furt. & ita legi ille tex. debet, licet antiqui libri essent corruptissimi. & Accurs. reprehendat tex. dicens, beneficio, id est maleficio, non satis intelligens naturam dictionis beneficio, quæ ibi sumitur pro occasione, vel propter, vt à nobis alibi scriptum est. & hæc vera erit illius sententia, reiectis glos. & aliorum dictis.

Intellectus ad l. inter omnes. de furt.

¶ Desinere pro cessare, vt hic, & in l. vrbana familia. & l. pupillus. infra eo. Desinat facere posse, id est desinat soluere posse, soluendo esse. l. diuortio. §. sed & si facere possit maritus, actio negotiorum gestorum inducitur, quia forte periculum est, ne facere posse desinat. de nego. gest. ff. Desinere per contumaciam dicitur, qui vocatus abest. l. in causæ. §. causa. ibi, vel si per contumaciã desinit. ff. de minorib. Desinat teneri, id est cesset obligatus esse, l. videamus. ff. quod met. caus. ibi, an desinat teneri.

Verbi desinere significationes & phrases.

¶ Item quod desiit esse in rerum natura, deperditum intelligitur, l. deperditum. ff. de petitione hered. l. fi. ff. quand. actio de pecul. est annal. & desierat esse patris, l. fin. §. sed in proposito. ff. si pars here. petat. Desinit peculium esse, l. non statim. in fi. de pecul. ff. Desiit esse in potestate, l. 1. §. sed si alio modo. quand. act. de pecul. sit annal.

Deperditum quid.

¶ Desierunt se fructus continere terra, quando percepti sunt, l. si eius. ff. de rei vindica. Item versum esse desiit, quando nõ durat. l. pro patre. §. versum. & seq. ff. de in rem vers. Item possideri à proprietario desinit. l. arboribus. §. idẽ tractat. ff. de vsufructu. & vti frui desiisse, l. si vsusfructus legatus est. 2. §. 1. ff. de vsufruct. Et desiit quis feræ alicuius dominus esse, vbi fera euasit, l. 1. §. in bestiis. ff. si quadrup. paup. feciss. dicat. & l. Põpo. 1. in fin. ff. fam. erciscund. l. 3. §. plane. ff. de acq. re. do. §. feræ. cum §. seq. Inst. de re. diuis. facit l. fin. §. illud. de diuortiis.

Desinere dominus esse quãdo quis dicatur.

¶ Cum loca capta sunt ab hostibus, omnia desinunt religiosa, vel sacra esse, l. cum loca. de religios. ff. quod verum erat tempore ff. sed hodie non, ideo sacrilegi sunt, & fures improbiores, qui templa etiam inimicorum furantur Christianorum, teste Anton. in c. quod super. col. vlt. de voto. Angel. in ver. bellũ. in summa Angel. Item cũ impetratur, vt reliquiæ transferantur, desinit locus religiosus esse, l. cum in diuersis. de religios. ff. Desinit possideri, l. rogasti. §. fina. si cert. pet. ff. Desinit esse meum, l. procuratoris. §. penul. de tributo. ff.

Bona ecclesiarum etiam ab hostibus occupari non possunt.

¶ Item desinere præsupponit ante habuisse: nam non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit, l. non potest. de reg. iur. licet impropriè vsusfructus desinere pertinere dicatur, licet nunquam cœperit pertinere, in l. 13. in princip. ff. vsufructua. quemad. caueat. vnde si numerus canonicorum non sit in ecclesia statutus, per mortem vnius desiit canonicatus: si verò erat statutus numerus, vacat. c. constitutus. de rescrip. cap. dilecto. de præb. alia, ne vobis fastidiosus sim, omitto.

Desiit & vacat differunt.

¶ *Tunc.* Id est eo casu. & hæc dictio interdum respicit casum, & sic exponitur Gallicè, *en ce cas*, & sic sumitur in l. vinaria vasa. & l. quod dicimus. in fr. eo. & l. si procuratorem. vers. si vero. mand. ff. pulchre declarat l. licet. ff. depos. vbi primo dicit tunc, deinde hoc casu. l. Gallus. vbi glos. tunc exponit, id est in eum casum. ff. de liber. & posthu.

Natura dictionis tũc, eo casu.

¶ Aliquando refertur ad tempus, & significat extremitatem temporis, *alors*, l. 4. in fine. ff. de cond. & demonstratio. ibi, quia hic articulus tunc, extremi quinquennij tempus significat. Bar. in l. tutorib. ff. de testa. tut. & exponi solet, tunc, pro illo tempore, vel id temporis. l. is cum quo. ibi, quod tunc, cum vi eximeres, in eo peculio fuerit, spectari oportet. ff. de pecul. & text. ad hoc accommodatissimus in l. 1. §. rectissime. ff. de vi & vi arma. Rectissime enim, inquit tex. prætor addidit, tunc ibi habuit. tũc sic accipimus, cum deiiceretur. Etiã in cõtractib. sic accipitur, l. lecta. & ibi doct. ff. si cer. pet. & l. vlt. quãd. act. de pecul. nõ est annal.

Extremitatem temporis quando significet tunc contra doct.

¶ Er

¶ Et cum ad tempus refertur, extremitatem tantum temporis significat, alioqui non, quicquid dicant docto. & Ias. in §. rursus. col. 5. in 2. notab. nu. 27. de actio. Instit. nisi quis defendat semper inesse tempus aliquod, cum nihil sine tempore fiat. Sed dicerem hoc non debere considerari, per l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. vnde si quis nomine retractus soluere debeat monetam tunc receptam, seu currentem, debet intelligi de moneta tempore contractus celebrati, quia nunc significat tempus præsens, tunc verò ad tempus extremum refertur, vt docet Bal. in authen. contra cum rogatus. C. ad Trebell. refert Calca. in cons. 25. viso instrumento. nu. 24. & seq. doct. in l. Paulus. ff. de solutio.

¶ Interdum pro postea, deinde accipitur, l. nuptam. in fine. ff. de adult. ibi, si vero nupta sit, vt prius ad adulterum pergat, tunc ad mulierem.

¶ Tunc demum, l. licet. ff. depositi, ibi, nam tunc demum sequester possidet. l. fistulas. §. 1. ff. de contrah. emptio. Tunc demum; quasi hoc facto, *alors, cela faict, puis apres*, Iurisconsul. interdum dicit tunc. Tunc temporis, l. etiã. 1. §. 1. ff. de mino. quasi id temporis, eo tempore.

Tunc demum.

Tunc tẽporis.

¶ Ex quo infertur, etsi substitutio vulgaris contineat pupillarem, & facta in vno casu, alium, l. cum proponas. C. de here. inst. tamen hoc non procedit, cum hæc dictio tunc esset in substitutione apposita. allegatur l. in substitutione. in fine. ff. de vulga. Ancha. consil. 356. ex serie. col. 2. sic Decius consuluit consil. 89. viso puncto. col. 2. nu. 3. & consil. 314. pro resolutione. col. 2. nu. 4. vbi plura allegat, & consil. 63. & pro tenui. in princip. & Gomes. in §. rursus. in 4. notab. de actio. in Instit.

Substitutio vulgaris non continet pupillarem, cum apposita est dictio tunc.

¶ Secundò infertur, vt si conditioni adiicitur tempus, per dictionem, tunc, etiam purificata conditione expectatur tempus, l. vxori. de vsufruct. leg. ff. Soci. in d. l. 4. in fine. ff. de cond. & demonstratio. vnde si legem vsumfructum domus ad quinquennium, & tunc cum ad proprietatem redierit, detur Titio, ante quinquennium non dabitur Titio, licet habens vsumfructum antea moriatur.

Vtilitates huius dictionis tunc.

¶ Tertiò hæc dictio tunc, si respiciat conditiones, omnimodo impleri debet, & formaliter, nec sufficit, quod vna sit impleta, teste Roma. consil. 131. prima dubitatio. & cons. 138. noua. Deci. cons. 89. viso puncto, col. 2. versic. postremo. nu. 3. & Paul. Paris. cõsi. 86. ad verã. nu. 34. in 2. vol. & substitutus tũc cum Petrus, & Philippus decesserint, nõ succedet altero mortuo. Boer. in decis. Burdega. q. 38. Aenigma. facit l. si heredi plures. ff. de cond. & dem.

¶ Quartò in forma specifica actus impleri debet, quãdo est adiecta dictio tunc. probat Ancha. consil. 356. ex serie. col. 2. vers. quarto confirmat.

¶ Quintò hæc dictio tunc, restringit, & limitat dispositionem ad casum expressum, vt consuluit Decius consil. 227. in casu. col. 1. vnde substitutus tunc, quando posthuma non nascetur, non succedet, si nascatur, & moriatur, vt concludit Angel. consil. 92. visis & inspectis omnibus. col. penult. probat Roma. consil. 138. noua superuenit. docto. per illum text. in l. fina. C. de instit. & subst.

Tũc restringit & limitat.

¶ Sextò heredes tunc conueniri debent, postquam adierunt, & elapsum tempus ad conficiendum inuentarium fuerit, l. fi. §. fin autẽ postquam. C. de iur. deliberan. Ergo qui vult conuenire, vel executionem facere in heredem, ista debet probare. liquere enim debet de his. l. hoc autem. ff. quib. ex caus. in possess. eat. propter illam dictionem tunc. Sic consuluit Barba. consil. 73. magnanimus. col. 6. nu. 8. in 4. vol. licet hodie hæc probatio in hoc Regno Franciæ non fiat propter legẽ Regiam, permittentẽ executionem fieri contra assertum heredem: de quo scripsi in tractatu de liter. oblig. arti. 3. & in 1. tom. cõmen. in const. Reg. Gallic.

Conueniri heres quando possit.

Praxis Franciæ.

¶ Septimò si notarius dicat in instrumento talem mutuasse Titio centum aureos, quos tunc numerauit, intelligi debet tunc, id est tempore instrumenti, per tex. notab. in l. aduersus. iuncta gl. C. de non numera. pecu. & si probaretur tunc non numerasse, instrumentum falsum redderetur, vt docet Bal. in l. si ex cautione. q. 6. nu. 10. C. de non nu. pecu. ad quod debent notarij aduertere.

¶ Octauò dictio extunc extremitatem etiam temporis significat, vt affirmat gl. in extraua. suscepti. in verbo, extunc. in extraua. Ioan. 22. de electio. sequitur D. Tiraquel. in tracta. de vtr oq; retract. in §. 1. gl. 2. nu. 39. & sic solent Canonistæ iungere, licet hoc nõ fiat à Iurisc.

Dictio ex tunc suspendit actũ.

¶ Nonò hæc dictio suspendit actum, & sententiam interlocutoriam iudicis, vsque ad extremum tempus iudicis, text. & ibi eum notat Felin. in 6. notab. in cap. licet. de probatio. allegat glo. in cap. pastoralis. de exceptio. & cle. 1. de iure patron.

¶ Idem in dictione ex nunc, Aret. in d. l. lecta. nu. 13. ff. si certum peta. Ideo constitutio, in qua est hæc dictio nunc, vel exnunc, statim ligat. glos. sing. in cle. 2. in verbo, exnunc. de hæret. Quod declarat Felin. in d. c. 3. nu. 19. col. 9. de rescript. & in d. c. fina. de constit. & quod Iurisconsulti dicunt nũc, tunc, Pontifices & doct. passim vtuntur extunc, exnunc. quibus Laurentius Valla vix consensisset, sed legum medullas vt plurimum quæramus.

Ex nunc.

¶ Ideo lex non trahitur ad præterita, nisi adiecta fuerit hæc dictio, vel clausula, ex nunc volumus seruari. glo. & docto. in l. 1. C. de codicil. Barbat. consil. 64. scribitur. col. 8. in 4. vol. glo. in cle. 2. de hæret. nec lex regulariter debet trahi ad præterita, si non adiecta fuerit illa

Lex an trahatur ad præterita.

dictio.c.fi.de constit.l.leges.C.de legib.sed in hoc casu quicquid dicant doct.mihi videtur non trahi ad præterita, sed tantum ad præsentia, id est ad tempus conditæ legis, vt dicitur in lege Regia, de reforma.prouisio.arti.10.de prouisionibus quę sunt, vel erunt ratione instrumenti seu procuratorij annalis, vt non valeant. ibi sic scribitur, *qui sont* vel *seront*. vide quæ scripsi in praxi benefici.

Lex Regia declaratur.

De clausula ex nunc prout ex tunc, quid operetur.

¶ Præterea istæ dictiones, exnunc prout extunc, interdum iunguntur, & significant præsentem verbi actum, sed futurum effectum, l.lecta.vbi docto.ff.si cert.pet. Et ista verba exnunc prout extũc, fingunt retro, & futurum tempus trahunt ad præteritum.gl.in cle.vna. de concess.præb.Bal.in c.vno.col.5.nu.47.de milite vassallo.Aret.in d.l.lecta.in glo.tunc.

Vtilitates ex dictio. exnunc prout extunc.

¶ Ex quo infertur, quod licet conditio potestatiua non fingat retro, tamen propter has dictiones diuersum est, vt docet Bal. in authen.contra cum rogatus.col.1.C.ad Trebell.d. cle.vnica, vbi Imol.dicit, ista verba debere intelligi, non vt in effectu respiciant tempus celebrati actus, sed tempus conditionis extantis: & adueniente conditione bene trahunt effectum dispositionis retro.glo.in §.vt vero.in glo.prout extunc.de collat.in prag.

¶ Quod non procedit in excommunicatione, in qua non fingitur retro, quia iudex non potest ante contumaciam excommunicare, nec pro futura culpa.glo.in cap. Salomitanæ.63.distinctio.Innoc.& alij in cap.præterea.de appellat.

¶ Et sic collatio beneficij interim valebit, si illi facta sit, & testimonium, antequam conditio venerit, vt docet Perus.in d.c.præterea.& Guido Pap.in decis.Delph.q.588.clericus.

¶ Derogatur in actu conditionali, vbi ista clausula non operatur statim, sed à die conditionis, vt plene probat Cassiodo. in decis.3.super gratia.in rub. de præbend. in gratia, in qua Papæ reseruabat beneficia vsq; ad summam duorum millium ducatorum, quæ Cardinalis Surrentinus duxerit acceptanda, & sic acceptata ex nunc prout extunc eidem commendabat, vt ante vacationem illorum non censeantur commendata: quia commenda, sicut collatio non fit ante vacationẽ, vt rub. de concess. præbend.& eccles.non vacant.patet: & quia duo extrema nõ sunt habilia, vt requirit Bar.in l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.

Cõmenda ante vacationem non fit.

De dictione ex nunc.

¶ Item ista dictio, exnunc prout extunc operatur, quod cõditio, quæ alias non trahitur retro in contractibus, l.si filius.de verb.oblig. ff. per istam clausulam retro trahetur. Bal. in d.authen.contra cum rogatus.ad Trebel. probat & refert Aret. in l. Gallus. 2.notabi.ff.de lib.& posthu.

¶ Ad hæc si fiat præceptum alicui, vt soluat intra mensem, alioqui exnunc prout extunc talis res sit tali pretio creditori vendita, vel aliud, & is mutet forum, res tamen censebitur adiudicata, quia initium fuit bonum.l.cum quædam puella. de iurisd. omn. iud.ff. glos.& docto.in d.c.pręterea.de appella.Et sępe audiui D.Lisetum primum prędidem vti hac clausula in arestorum probatione, *La cour l'a forclos desfors comme de present, & de present comme desfors*: & sic quod fuerit factũ interim, non valebit, si cõditioni probatę pars non paruerit.

Praxis curiæ supremæ.

¶ Præterea ista clausula posita in gratia Principis illam magis efficacem reddit, vt docet glo.in d.cle.vnica.de concess.præbend.& probat Decius consil.405.videbitur.col.1.

¶ Insuper legatum conditionale cum ista clausula extunc prout exnunc, transit ad heredes ratione voluntatis testatoris, & huius clausulę, vt pulchre decidit Ioan.Crotus in repetit.l.si is qui pro emptore.col. 48. in 5.q.in princip. Bar.ff.de vsucapio. quamuis ibi Bar. contrarium teneat, quod conditionale legatum non transeat ad heredes.l.vna.§.fin autem aliquid sub conditione. C.de caduc.tollend. ideo legatum factum sub conditione, si Rex venerit in hanc vrbem ante festum natiuitatis, & exnunc prout extunc habeat legatum, si etiam legatarius mortuus fuerit, heredes habebunt legatum, si Rex venerit.

Legatum conditionale quando ad heredes transeat.

¶ Etiam hęc verba, exnunc prout extunc ad hoc prosunt, vt vnum tempus insit alteri, & ex quolibet potest dispositio sumere initium, Angel.in l.huiusmodi.ff.de verb.obli.cle. 1.de iure patro.Curtius senior cons.43.Christi,&c.quia inquit.nu.39.

¶ Addendum est, quod licet ex constituto post mortem collato non transferatur possessio, vt si quis constituat se nomine alterius possidere post mortem eius, l. quamuis. §. si conductor.ff.de acq.possess.quia confertur in tempus inhabile, cum possessio morte extinguatur.l.1.§.Scęuola.ff.si quis testamẽ.liber esse iussus fuer.dicam in l.lege 12.tabula.inf.eo. Tamen hoc non procedit, si in constituto erant ista verba, exnunc prout extunc, vt scribit Alex.consil. 83.visa facti.col.5.nu.12.in 2.vol.& Ias.in l.quoties. in 1.nota. C. de rei vind. & expresse Purpuratus in l.lecta.ff.si cert.pet.alia nunc omittam.

Constitutum quando possessionẽ non trãsferat.

¶ *Redit.* Id est reuertitur, & sic communius accipitur in rub.de capti.& postl.reuers.l.penult.de suis & legi.hered. Aliquando redit pro defertur, peruenit, accipitur in l.quo tutela redit, eo hereditas peruenit.de reg.iur.l.1.de leg.tuto.

Redit quid significet.

Reditus.

¶ Inde venit reditus, quod singulis redeat annis, vt dixi in l.frugem.infra eodem.

¶ De verbo reddere tractabo in l.verbum reddendi. infra eo.

¶ *Possumus iure.* Nam potest amitti possessio iure multis modis, l.3.ff.de acq.poss.sed hic non consideratur, quando iniuste amitti possit, per ea quę scripsi in l.nepos. infra eod.

Videre

Videte in tertio tomo commentar.in constit.Reg.tract.de mater.possess.vbi plene tractaui modos acquirendi possessionem, & amittendi.

¶ Pridem & iampridem in tempore longiori verificantur, quam dudum, & iamdudum, vt scripsi in procemio concorda.in verbo, non pridem.

Pridẽ & iampridem.

§. Abest & ea res, quæ in rebus humanis non est.

¶ Mortuus abesse censetur: vnde si Rex dederit alicui Titio officiũ, quandiu, vel quoties abesse contigerit iudicem maiorem: mortuo hoc iudice, poterit etiam hic Titius exercere officium, per hunc tex.quia abest, qui in rebus humanis non est, cap.si delegatus. de officio deleg.in 6.Et quamuis persona abesse videatur, quando moritur, tamen non dicitur renuntiasse.tex.nota.& ibi gloss.in cap.susceptum.de rescript.lib.6. idem dixi in vicario, vel officiali creato, quoties principalem abesse contigerit, vt is post mortem principalis vicarij possit cõferre beneficia, & alia facere, quæ spectãt ad officium vicarij. Vnde inferunt doct.vt is, qui capones singulis annis dare tenetur, vel gallinas, eos eásve viuos dare debet, teste Bar.in l.quod te.ff.si certum petatur. alioqui abesse videntur, vt hic: quod non procedit in animalibus, quæ facile viua capi non possunt, vt perdices, lepores, & aliæ ferę bestiæ, propter difficultatem capiẽdi, & quia meliora fiunt, si aliquo tempore reseruentur mortua, pro qualitate temporis, ea mortua dare sufficit: & ita seruat consuetudo, teste Albert.Bruno in tractatu de forma & solennitate actus, rub.de generali cognit. formæ. versi. rerum autem. Consuetudo etiam seruat, vt tempore hyemali dentur magistratibus, & procuratoribus Andegauensib.item & Cenomanens.pingues capones mortui, comestibiles, denique & ea quæ pertinent ad edulia, vt perdices, & cuniculi mortui. Quæ autem seruari possunt, nec statim edi solent, vt porci, boues, arietes, aliáque id genus animalia, viua tradi solent, & debent. In huiusmõdi rebus mos, & consuetudo cuiusque regionis, quæ est optima legum interpres, inspicienda est.l.si seruus plurium, in fine.ff.de lega.1. & in censu soluendo melius est, quod viui capones dentur.

Mortuus abesse censetur.

Capones viuos dare quis tenetur.

Quæ mortua animalia dare sufficiat.

¶ Quæro quando res alicui deterior redditur, non videtur reddita: ideo deterioratio peti potest, vt dictum fuit in §.res abesse.sed qua actione petatur? Respondeo quando res redditur transfigurata, non contingit liberatio, & idem si corrupta: & ideo in cõtractibus bonæfidei deterioratio petetur actione ex illo contractu, vel res non transfigurata: vt si equum commodatum deteriorem factum reddidisti, actione commodati ad deterioratio nem agam.l.3.§.si reddita.ff.commod.l.1.§.si res.depositi: quia in contractibus bonæfidei deterioratio iure actionis venit, & iure obligationis, & quicquid æquum & bonum est venire.l.in bonæfidei.ff.de eo quod cert.loco.ideo in his cautio euictionis potest principaliter peti, l.ex empto.§.etiam.de actio.empt.ff.& l.11.de euiction.& l.non dubitatur.C.illo titu. Et in testamento potest principaliter ad cautionem euictionis agi, l.etiam.ff.de solut. Barto.in l.si domus.§.si de euictione.ff.de lega.1.quia actio ex testamẽto habet instar actionis bonæfidei.l.in minorum.C.in quib.caus.in integr.restitut.non est necessar.Ias.in l.Iulianus.§.1.col.2.ff.de verb.obliga. Secus in cõtractibus stricti iuris, quia in eis omissum habetur pro omisso.l.quicquid.ff.de verborum obligat.nisi peteretur pars rei quota, vtpote, quia non est soluta, tunc ad illam partem ducat obligatio, non ad totam rem.l.si stipulatus sim.§.fina.ff.de solutio.Alex.in l.Iulianus.§.fina.ff.de verb.oblig.

Re deteriori reddita, qua actione deterioratio peti potest.

¶ Primùm id locum non habet, quando deterioratio esset promissa per stipulationem reddi, quia licet reddendo rem, vna actio rei scilicet tollatur, non tamen ista, videlicet deteriorationis.d.l.4.C.depositi.ibi, non enim sunt duæ actiones: ergo si essent duę, altera non esset sublata per restitutionem rei.

Reddendo rem quando quis non fit liberatus.

¶ Secundò hæc regula vitiatur, si quis rem dolo deteriorem fecit, quia tunc dominus recipiendo rem, non sibi præiudicat in hac actione doli, sed in principali tantum. Bart.& Salic.in l.exhibitionis.C.ad exhibend. per d.l.& eleganter.§.non solum.ff.de dolo: alioqui non puniretur dolus.l.fina.ff. de eo quod cert.loco: ideo postea doli actione agetur.

¶ Tertiò coarctatur, quando pars ignorans rem deteriorem recepisset, nempe quod ignorat, remittere non videtur, l.mater.ff.de inoffic.testam.& ibi multa cumulaui, & scire præsumitur, si vitium erat patens, alioqui non.glo.in l.in hac.ff.de triticar.actio.Bartol.in d.l.exhibitionis.quod est verum in re debita quam nunquã habuerat, quia debet eam videre, an sibi placeat, antequam recipiat: secus in re sua, quam ei dum quis cõmodauit, sciebat vitio caruisse, & sic sanam putabat sibi restitui, tunc non præsumitur sciuisse, maxime si data sit famulo, qui hanc etiam ignorans recepit: sicut euenit mihi in mulo sano commodato, deinde claudo noctu mihi reddito.& difficile est euadere sine deceptione huius seculi calumnias.l.verius.ff.de probat.Salic.in d.l.exhibitionis. Cautela tamen est, quod tuam rem diligenter inspicias, antequam recipias post commodatũ depositúmve factum, vel non commodes, si non vis decipi. sed praxis non tam exactè ista seruat, quia sufficit iurare se ignorasse vitium, si pars non probet partem sciuisse.

Recipiens rem deteriorem, an deteriorationem petere possit.

Protestatio cõ seruat ius.

¶ Quartò moderanda est, nisi quis cum protestatione receperit rem, videlicet inquiens nolle se recipiendo rem, remittere deteriorationem, si qua sit, & hæc protestatio vtilis erit, arg. l. fina. §. item si prædixerit. ff. nautæ, caupones. & l. at si quis. §. plerique. ff. de religios. & sumpt. funer. & l. fina. de eo quod cert. loco. & ibi Bart. & Ias.

In cõtractibus stricti iuris ad deteriorationẽ quomodo agatur.

¶ In contractu autem stricti iuris agetur ex stipulatu, si stipulatio interuenerit, l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. sin minus, actione ex illo contractu, si deterior facta fuerit lite pendẽte. l. qui sibi aut Titio. §. qui Stichum. & l. etiam. ff. de solut. arg. l. ædiles. 1. §. sciendum. ff. de ædilitio edicto.

¶ Item si ante litem contestatã res mea deteriorata est, in qua habebam vindicationem, & sic ago in rem, tunc eadem actione, qua prius, agam ad deteriorationem, l. non solum. ff. de rei vindica. Roma. sing. 773. quia ratione pleni iuris, quod habeo, agitur: & quod suum est, petitur. ideo magis ei fauetur, instar actionis bonæfidei. l. videamus. §. si actionem. ff. de vsuris.

¶ Si verò res mihi erat debita, & dolo aduersarij fuerit facta deterior, agã actione de dolo. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo, vt ibi scripsi. Sin autem sine dolo, culpa tamen, vel alio modo deterior fiat, actione in factum agitur, l. exhibitionis. C. ad exhibendũ. Petrus de Bella Pertic. q. 524. gloss. notab. in dicto §. non solum. vbi plene tradit materiam, & in fine demonstrat in quibus casibus quis rem sine pretio deteriorationis teneatur recipere: in illis non videtur remittere id, quod interest propter deteriorationem, argum. l. quidam. ff. si certum peta. Contrarium tamen tenet Salicet. in d. l. exhibitionis. vt recipiendo videatur remittere pretium deteriorationis, & tutius esse, si nõ receperit, vt ipse existimat, vel cum protestatione recipiat, quod non intendit remittere æstimationem deteriorationis, idque videtur cautius. vide Cepol. in §. res abesse. proximo, supra: vbi ponit reg. cum limita. in 6. quæstio.

Deterioratio quomodo petenda.

¶ Notandum tamen est, cum res ratione deteriorationis petitur, vel iuris deficientis in illa re, nõ debebit simpliciter peti, sed cũ expressione causæ, videlicet, vt suppleatur quod deest, d. l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. Iason in l. Iulianus. §. 1. notab. 1. ff. de verbor. obliga. ideo in libello debet dici, Peto rem, vt mihi interesse deteriorationis præstetur, vel mihi caueatur de illo præstando. Bart. in d. l. exhibitionis. col. final. Hodie res non petitur, sed interesse tantum: & ratio est, quia hæc deterioratio & alia veniebant præstanda officio iudicis (vt dicunt) mercenario, quod sui natura expirat, vbi actio principalis non durat. l. 4. C. depos. ideo Legislatores noluerunt principalem actionem extingui, vt officium iudicis ad prædicta posit implorari. Et ista nunc sufficiant.

¶ *In rebus humanis* esse, est superstitem esse, & viuere. idem in l. nomen filiarum. infr. eo. in rebus verò humanis non esse, est rem non extare, animal extinctum esse, & mortuum, vt hic. Et notãdum bona absentis, de cuius morte dubitatur, sequestrari, & gubernari manu Regia, quousque venerit: vel si consanguineus petat, solent ei concedi cautione data de restituẽdo, quia pro mortuo habetur. l. libera. ff. de pecul. dixi in praxi benefic. abunde, quando beneficia viuentis possint conferri, & in verbo, deseruerit. §. 1. de colla. in concorda.

Bona absentis, de cuius morte dubitatur, ad quem spectãt: & quid de eis fiat.

PAVLVS LIB. OCTAVO AD EDICTVM.

LEX DECIMAQVARTA.

Labeo & Sabinus existimant, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, veluti scyphi collisi, vel tabula rasa pictura, videri rem abesse, quoniam earum rerum pretium, non in substantia, sed in arte sit positum.

Elucidatio ex.

¶ Hæc lex ad declarationem eorum, quæ proximè dicta sunt, subiuncta est: quippe cum superior §. res abesse, dixerit, quarum corpus manet, forma tamen mutata est: hic subiicit exemplum, veluti (inquit) si vestimẽtum scissum reddatur, vel si commodauero scyphos, & tu collisos reddideris, & fractos, atque conquassatos, aut si tabulam pictam apud te deposuerim, tu rasa pictura illam restituas: in his res abesse videtur, quia pretium earum non principaliter est positum in substantia, id est in materia, sed in arte & artificio: vt de pictura Apellis & Parrhasij, quam scribit Imperator in §. si quis in aliena tabula. de rerum diuisio. in Instit. ridiculum esse in accessionem vilissimæ tabulæ, & ità materiæ picturam cedere. Quod superiori lege dictum erat, plus est in manus pretio, quam in re, hic dicit in arte positum. quare est expositio prædictorum, quæ nos iam declarauimus. Ideo nunc aduertite ad cæterorum verborum interpretationem, postquam superius fuit tradita abunde materia.

¶ Existimant, arbitrantur, & putant, vt l. Neratius Priscus tres collegium facere existimat. infra eo. Scribam plene in l. hæc enuntiatio. infra eo.

¶ Vestimen

¶ *Vestimentum*, elucidatur in l. vestis. infra eod.

¶ *Scissum*, id est fractum, fissum, corruptum. ad alias quoq; res interdum verbum hoc scissum refertur, vt l. 1. §. hæc autem. ibi, quid aliud sciſſum, corruptúmve est. ff. de iis qui deiecerunt. l. Marcellus. supra eodem. l. si procurator. ff. rem ratam haberi. vulgò dicimus, *couper, tailler, rompre, fendre, deschirer, mettre en pieces*: & hæc faciunt ad intellectum legum Regia. rubr. *des forestz*, vbi hæc prohibentur in nemoribus Regiis.

Scindere quid.

¶ Interdum ad personas pertinet, l. si seruus. §. rupisse, vel telo, vel quo alio, vt scinderet alicui corpus. ff. ad leg. Aquil. Vnde sicut quis est excommunicatus, qui violentas manus in clericum infert, c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi scripsi: ita qui scindit vestimenta corpori eius inhærentia, c. si quis pulsatus. de pœnit. dist. 1.

Scindere pro diuidere.

¶ Scindere pro diuidere, l. item cum testamento, in fin. ff. de pecul. dum dicitur, & de peculio actio, & deductionis ius scinditur. & l. sed & si loci vnius controuersia in partes scindi adiudicationibus potest. ff. finium regun. Et qui totam hereditatem acquirere potest, is pro parte eam scindendo adire non potest. l. 1. de acquir. heredit.

¶ *Reddantur*, id est restituantur, exposui abunde in l. verbum reddendi. infra eod.

De dictione velut & velut.

¶ *Veluti*. Hæc dictio explicatiua est, vel vt interpretes iuris aiunt, exemplificatiua, vt l. 3. supra eod. & l. Labeo. 2. §. 1. infra eod. Idem in dictione velut, l. inter publica. infra eo.

Exempla non restringunt regulam.

¶ Colligite ex hac dictione exemplum poni, & per dictiones seq. Et exempla non restringunt regulam, l. penult. ff. de iur. & facti ignor. l. nam quod liquide. in fin. de penu legat. l. 1. §. quod vulgo. de vi & vi armata. Vnde licet certi modi conuincendi vsurarium describantur in cap. ad nostram. de empt. & vendit. illi tamen gratia exempli appositi, non restringunt alios modos, vt Laurent. de Rodol. in suo tract. de vsur. scribit, & Barba. in ca. Raynaldus. col. 98. in vers. tertio moueor. de testament. Et intellige, quod licet non restringant regulam exempla, declarant tamen, in quibus terminis procedat. l. 1. ff. de præscriptis verb. l. vt responsum congruum. C. de transaction. & l. precibus. de impub. Paul. de monte Picco in l. in quartam. col. 30. num. 38. ff. ad legem Falcid. Alexander consilio 14. viso testamento. in secundo volum. num. 8. & consil. 98. viso. num. 6. in 4. volumi. allegat text. in d. l. nam quod. §. fina. Ad hoc propositum, si testator disposuerit, quod filius teneatur conferre ad omnes expensas per patruum in communi familia factas, exceptis dotibus filiarum patrui, tenebitur conferre ad expensas necessarias bonorum paraphernalium, & ad expensas conuiuij nuptiarum: quia illa exceptio, seu exemplum declarat regulã in aliis. ita consuluit Alexander consilio 36. viso themate. col. 1. in sexto volum. quod est repetitum consilio 303. in 7. volum.

¶ Secundò derogatur, quando in lege exemplum tradente, vel alia dispositione prohiberetur, ne extensio fieret, tunc illa exempla ad alium casum non extenderẽtur, sed id non ratione exempli, sed prohibitionis. l. iubemus. C. ad Trebell. vbi lex loquens in liberis, ad nepotes non porrigitur. Bar. & Paul. in d. l. in quartam.

¶ Tertiò quando lex exemplificans esset correctoria, tunc exemplum regulam restringere debet, ne inducatur legum correctio. Expedit enim iura iuribus concordari. l. vnic. C. de inoffic. dotib. cap. cum expediat. de electio. in sexto. Piccus in d. l. in quartam. col. 38. Similes dictiones descripsi in l. impensæ. §. 1. infra eod.

Scyphus quid & vnde dicatur.

¶ *Scyphi*. Scyphus, seu σκύφος, vas ad bibendum vinum est maxime accommodum, quo veteres vtebantur, & adhuc Germani illum bibendi morem vsque ad lacrymas per ordinem in conuiuiis sibi retinuerunt: de quo scypho loquitur Iurisconsult. in l. Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibend. Et dicitur σκύφος, quasi σκύβος à Scythis, quibus ebrietas nimio plus frequens est, proinde Scythissare inebriari esse tradit Cælius lib. antiq. lectio. 14. ca. 60. alia vinaria vasa scribam in l. vinaria. infra eod.

Scythissare.

Collisum quid.

¶ *Collisi*, quasi simul læsi contagione, percussi, fracti, *cassés, & froissés*: vnde cum aurũ vel argentum factum legatur, si fractum, vel collisum fuerit, non contineri Seruius existimat, l. Quintus. 2. §. cui aurum. de auro & argen. lega. ff.

Tabulæ significationes, & phrases.

¶ *Tabulæ*, est materia, in qua pingi, scribi, vel fieri aliquid potest, l. in rem. §. sed & id. ff. de rerum diuisio. l. naturalis. §. at cum do. ibi, vt tabulas pingas. ff. de præscript. verb. §. si quis in aliena tabula. Instit. de rer. diuisio. & Iurisconsulti vsitatius in plurali vsurpant, in l. qua ratione. §. ex diuerso placuit tabulas picturæ cedere. de acquir. rerum domi. ff. & in titulis, si tabulæ testa. extabunt, vel si tabulæ nullæ extabunt. ff. & de iis qui ante apertas tab. C. l. si binæ tabulæ proferantur diuersis temporibus factæ, vnæ prius, alię postea, vtręque septem testium signis signatæ, &c. ff. de iniusto & irrito fact. testam.

¶ Tamen pro postibus, quibus naues solent construi, frequenter Iurisconsulti vtuntur tabula in singulari, vt l. proponebatur. ff. de iudic. versicul. itemque. ibi, vt nulla tabula eadem permaneret. & l. quid tamen. §. fin. autem. ff. quibus modis vsusfruct. amitt. & l. si vero. §. si id quod. ff. de iis qui deiecer. vel effuder. & l. tigni. §. 1. ad exhibend. & in plurali in l. in naue. §. quod si separatim tabulis. ff. loca. & l. naue. de cuict.

¶ Chirog

Chirographi tabulæ reddi-tio quid prosit.

¶ Chirographi tabulas reddere, hanc vim habet, vt debitorem liberare is videatur, qui chirographi tabulas reddit. l. huiusmodi. §. si ita. ff. de lega. 1. & l. Labeo. de pactis. Et quia veteres solebant in tabulis scribere testamenta, & alios actus, ideo tabulæ vocabantur testamenta, & alterius actus scripta: & præsertim ex adiũcto id dignosci potest: vt tabulas chirographi, tabulas testamẽti accipere debemus, omnem omnino materiæ figuram. Siue igitur tabulæ sint ligneæ, siue cuiuscunque alterius materiæ, siue chartæ, siue membranæ, siue corium animalis alicuius, recte tabulæ dicuntur, l. 1. de bonorum possess. secund. tabu. ff. quod facit ad intellectum multorum iurium.

Tabulæ testamenti.

Tabulæ pictæ.

¶ Tabulæ pictæ, l. fundi. §. qui tabulæ. ff. de actio. empti. & l. fina. de ædilit. edicto.

¶ Et frequentius tabulæ non simpliciter, sed cum adiectione quadam dicuntur, vt tabulæ testamenti, vt in rubr. si tabulæ testamenti nullæ extabunt. ff. & quemadmodum testam. aperian. l. 1. & l. 2. ibi, tabularum testamenti instrumentum non est vnius hominis, hoc est heredis, sed vniuersorum, quibus quid illic adscriptum est: quin potius publicum est instrumentum. facit l. si quis tabulas testamenti. ff. de dolo.

¶ Erant & quædam aliæ tabulæ figillares, vel pupillares, de quibus in l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. & hæ vocatæ sunt duplices, vel triplices, aut quadruplices à numero foliorum, de quibus Ouid. in amor.

Tunc ego nos duplices rebus pro nomine sensi,
Auspicii numerus non erat ille boni.

Declarabo in l. non est sine liberis. in verbo, pugillares. infra eodem.

Tabulæ proscriptionis.

¶ Aliæ tabulæ proscriptionis, in quibus exilium & bona publicanda scribebantur: ac tabulæ ærarij, in quibus omnium hominum nomina, & prima quisque accipere nomina consueuerat: in quas & census omnes, & vectigalia, mulctæ, Senatusque consulta memoriæ referebantur. de quibus Cor. Taci. lib. 13.

Tabulæ censuales.

¶ Tabulæ censuales, in quibus tributorum rationes & census omnes referebantur: appellabatúrque hæc formula tributorum, vt per Liuium libr. 9. deca. 3. Aliæ à materia dicebantur eboreæ, vel citreæ: sed tabulæ consulares, in quibus nomina consulum quotannis scribebantur, erántque ex ære aut ebore. Aliæ matrimoniales, quæ matrimonij contractũ, dotem, & conuentiones alias exprimebant. Aliæ tabulæ contractus, & aliæ multæ ex adiuncto cognoscebantur, vt scribit Laz. magnæ lectionis vir, in commenta. de repub. 20. lib. 2. cap. 4. pag. 185. & seq.

¶ Interdum & sine adiuncto tabulæ dicũtur, vt toto tit. de tabul. exhib. qui non solum pertinet ad tabulas testamenti, verum etiam ad omnia quæ ad causam pertinẽt testamenti, vt codicillos. l. 1. §. interdum. ibidem. Omitto illas quatuor leges tabellarias, de quibus Cicero de legib. scribit, & Ioan. Zas. in Catalogo legum antiq. in lege Gabinia.

¶ Itaque dicendum est ad omnem omnino scripturam testamenti, siue perfectam, siue imperfectam hoc interdictum pertinere. §. itaque. ibidem. & in l. 3. §. 1. quo in loco sic scribitur, si tabulæ in pluribus scriptæ codicibus fuerint, omnes interdicto isto continentur, quia vnum testamentum est. Ergo in dicto titulo de tab. exhibend. tabulæ accipiuntur & pro testamento, & pro codicillis, & omni alia scriptura pertinente ad causam testamenti, vt exhiberi debeat, per totam illam l. 1. & 3. & penult. & vlti. illius tituli de tabul. exhibend.

¶ Item cum prætor videret multos excluſos à successione, & filios, & nepotes, idque propter rigorem iuris ciuilis, ratione forte emancipationis, vel alia causa, ob id introduxit remedium bonorum possessionis, vocans ad hereditatem aliquando contra testamentum, si liberi emancipati erant præteriti: & dicebatur id remedium bonorũ possessio contra tabulas, vt toto titu. de bonor. possess. contra tabul. ff. & de lega. præstand. contra tabul. bono. possessio. perita.

Declaratio tit. de bono. possess. contra tabul.

Declaratio tituli de bonorũ possessio. secundum tabulas.

¶ Altera bonorum possessio secundum tabulas, quæ datur scriptis heredibus. §. sunt autem. Instit. de bonorum possessio. quibus, si instituti fuerint in testamento solemni, datur directa bonorum possessio: si in testamento nuncupatiuo, datur illa, quę per nuncupationem dicitur, vel vtilis, vt declarant doctores in lege finali, C. de bonorum possessio. secundum tabul.

Quomodo tabulæ testamenti aperiendæ sint.

¶ Tabulæ testamenti aperiri olim coram iudice solebant, l. 1. & per totum tit. ff. quemad. testament. aperiantur. & l. 1. ff. de iuris & facti ignorant. hodie verò clausis tabulis, & ante ipsas apertas, qui est heres, & transmittit hereditatem. l. vna. C. de his qui ante apert. tabul. hered. transmitt. & §. in nouissimo. l. vna. C. de caduc. tollend. maxime ex Franciæ generali consuetudine, dicente mortuum saisire viuum.

¶ Tabulæ pro instrumentis accipiuntur in l. reos. §. cum in tabulis esset comprehensum illum, & illum stipulatos. ff. de duobus reis.

Tabulæ authẽticæ.

¶ Tabulæ authenticæ, id est fidem perse facientes, originalia instrumenta vocãtur, l. cæteræ. in fine. ff. familiæ ercisc. ibi, heredem ipsum exemplum debere dare: tabulas autem authenticas retinere. Elucidaui autem in tracta. de literis obligat. articul. 1. in glo. *authentieque* in primo,

in primo tomo comment. in constit. Reg. Gallicas.

¶ Accipiuntur etiam pro titulis, & documentis: vnde Budæus in Forensibus ait, tabulas esse authoritates, & monimenta rerum actarum, & quæ instrumenta in iure dicuntur: facit l. in lege censoria. infra eod.

¶ Item dicuntur tabulæ interdum epistolæ, l. cum tabernam. §. 1. ff. de pignor. vbi quod initio vocat epistolam, in fine vocat tabulas.

Tabulæ pro libris.

Tabulæ accepti & impẽsi.

¶ Tabulæ quoque vocabantur libri, quos vnusquisque olim sibi facere solebat, in quibus totius vitæ domesticam rationem scribebat per singulos dies, quid lucri quotidie, quídve impensi fecisset. Inde tabulæ accepti vocantur rationes, seu scripturę, in quibus acceptum scribebatur: tabulę impensi, in quibus impensum: de quibus scribitur in l. tali. §. 1. de iure dotium. ff. & ibi Budęus ait, hodie has tabulas eo non fieri, quia quisque ex suis tabulis damnari solebat, idque probat Cælius lib. antiqua. lectio. 7. cap. 21.

Infirmare tabulas.

¶ Infirmare tabulas, idem est quod labefactare fidem tabularum, refellere, & contradicere: confirmare vero, idem quod saluare pragmatici vocant, teste Budę. in Forens. inde Gallicè dicitur tabularum infirmatio, *contredict, des lettres,* confirmatio tabularum, *saluations des lettres.*

Tabularium.

¶ Tabularium, locus est, in quo acta publica tabulęq; id est literę, & documenta asseruantur, grapharium nunc dicitur, scribarum locus, *le greffe.* Budęus in Forensibus. tex. in l. si mihi Meuia. ff. de lega. 3. ibi, in fundo autem vno ex his, qui prælegati sunt, tabularium est, in quo sunt & plurium mancipiorum emptiones, sed & fundorum, & variorum contractuum instrumenta, præterea & nomina debitorum.

Tabularius.

¶ Tabularius est, qui scribit tabulas: nunc pro notario accipit Imperator in rubr. C. de tabulariis. lib. 10. qui vocantur tabelliones, l. moris. §. solet. ff. de pœnis. vel interdum supputator, vel ratiocinator, qui in tabula nomina & rationes obseruabat: de quo in l. final. ff. si mensor falsi. mod. dixer. vide tamen ibi, an sic accipiatur.

Tabellarius.

¶ Tabellarius autem nuntius, *porteur de lettres missiues,* quia pro chartis vtebantur antiqui tabellis, quibus vltro citróq; siue priuatim siue publice opus erat, certiores faciebant absentes, & adhuc tabellarij dicuntur à tabellis missis Imperatoribus. Hęc Festus. facit l. penult. ff. de acquir. rerum dominio.

¶ Tabulatum ex tabulis factum, l. seruitutes. §. si antea ex tegula casitauerit stillicidium, postea ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. ff. de seruit. vrba. prędio. vel tabulatum vocatur, quod vulgo dicimus *plancher.*

Rasa pictura.

¶ *Rasa pictura* dicitur, quando deleta est, sublata, aboleta, & destructa, *rayee* Gallicè. Et de pictura loquitur l. qua ratione. §. 1. ff. de acquir. rerum domi. & §. si quis in aliena. de rerum diuisio. in Instit.

Rasa moneta.

¶ Rasa moneta dicitur, cum extremis partibus circum diminuitur, & detractum ei aliquid & abscissum est, *rongnee*: vnde Vlpia. Iurisconsultus scribit, Quicunq; nummos aureos partim raserint, partim tinxerint, vel finxerint, si quidẽ liberi sunt, ad bestias dari: si serui, supremo supplicio affici debent, l. quicunque. ff. de fals. Hic radere, *rongner,* tingere, *teindre,* forte argento viuo. Et hi duo casus non habent priuilegium, quamuis clericus fabricans, siue cudens falsam monetam, à iudice seculari soleat in hoc Regno puniri ciuiliter: secus si rasit, vel tinxit, vt alibi de his plene dixi. Alius autem casus, vtpote quando finxit, id est, vt glo. ibi ait, quando ex toto falsos fabricatur, est etiam priuilegiatus, vt diximus.

Clericus cudẽs falsam monetã an à iudice sẽculari puniatur.

Litura quando noceat.

¶ Et quando rasura noceat instrumento, plene tradunt Panor. & Felin. in c. ex literis. de fide instrumentorum, vbi rasura in loco non suspecto non vitiat: si autem in loco suspecto sit, vitiat, vt ibi doctor. censent, & in l. fina. de edicto diui Adria. tollend. C. scripsi in praxi benefic. de pictura. vide in l. impensę. in fin. infra eod.

Substãtia quid & quotuplex.

¶ *Substantia* dicitur, quo res subsistit, vel rei status, l. Iulianus. §. si quis. ff. ad exhibend. ibi, nam mutata forma prope interimi substantiam rei, & cui accidentia tanquam fundamento nituntur: vt aurum, substantia est, quod per se subsistit, etiam si nullum accidens habeat, & nihil accidat, etiam si nullus color.

¶ Substantia est duplex, quædam est prima, altera secunda, vt Aristot. diuidit: primam dicit esse, quæ per se & principaliter subsistit, vt omnia individua, nomina propria, vt Titius & Sempronius: & maxime dicuntur substantia, cum neque in subiecto sunt, neq; de subiecto aliquo dicuntur: Græci *ὐσίαν* nominant, vt Iurisconsul. in l. in venditionibus. in fine. ff. de contrahend. emptio.

¶ Secundam substantiam vocant dialectici genera, & species, vt animal, homo: fusius apud Aristo. in prædicament. hæc declarantur. Sed apud Iurisconsultos substantia dicitur, sine qua res esse, & subsistere non potest: & illud quod dat esse rei, & est veluti forma essentialis, ex quo aliquid in esse producitur, productũq; cõseruatur, teste Hẽgerdo. in lib. 1. in sua dialect. legal. nam substantia pacti est consensus, l. 1. de pactis. ff. & in emptione consensus, res, & pretium sunt de substantia. l. 1. & 2. & l. nec emptio. iuncta l. pacta. ff. de contrahenda

trahenda emptio.& in §.1.illo titul.in Instit ut.

Substãtia multis modis dicitur.

¶ Notandum est substantiam multis modis dici, primò pro causa,vt l.si ex pretio.C.si cert.petat. vbi Bald.hæc asserit: allegat l.iurisgentium.§. quod fere.ff.de pactis. videte, & iudicate.

¶ Secundò pro consensu, vt l.obligationum substantia.ff.de actio.& oblig.Bald.vbi supra:vel pro natura & essentia rei,teste Luca in l.Senatores.C.de dignita.lib.12. Ego existimarem ibi poni pro effectu,vel pro ipsa obligatione, vt exponit Albert. Brunus in tracta. de forma & solemnitat.actus,in præludiis.

¶ Tertiò pro forma,l.Iulianus.§.sed si quis.ff.ad exhibend.l.si voluntate.C.de rescind. venditio.Lucas de Penna,vbi supra.

¶ Quartò pro materia,l.1.& l.in venditionibus.in fin.ff.de contrahen.emptio.Bald.vbi supra,ita explicat in d.l.si ex pretio.

¶ Quintò pro eo,sine quo actus consistere non potest,d.l.pacta.ff.de contrahen.empt. & l.iurisgentium.§.adeo.de pact.hæc Bald.

Substantia pro patrimonio.

¶ Dico autem accipi interdum pro facultatibus,& patrimonio, quod vix sine illis homo subsistat,l.heres.ff.de petitio.hered.ibi,quæ expensæ circa eandem substantiam factæ, tam necessariæ sunt, quam vtiliter factæ sunt. Et bonorum vsufructu legato, vsusfructus areæ peti poterit,quoniam qui bonorum suorum vsumfructum legat,non solum eorum, quæ in specie sunt,sed etiam substantiæ omnis vsumfructum legare videtur. in substantia autem bonorum etiam area est.Lucas de Penna in l.3.in fin.C.de bonis vacant.lib.10.

Salua substantia.

¶ Salua substantia,l.1. de vsufruct.ibi accipitur,id est salua re, seu proprietate rei. & §.1. Instit.de vsufruct.

Substantia hereditatis.

¶ Substantia hereditatis pro æstimatione,l.si legatarius.ff.de dolo,dum dicit tex.si legatarius, cui supra modum legis Falcidiæ legatum est, heredi ignoranti adhuc substantiam hereditatis,id est vires hereditatis,vltro iurando,vel quadam alia fallacia persuaserit, tanquam satis abundéque ad solida legata soluenda sufficiat hereditas,&c.

Substantia, natura & solemnitas differũt.

¶ Item substantia est, qua primum res aliquid est: natura, qua primum res talis est: & solemnitas,qua primum solemnis est. & id quo primum deducitur ad esse,substantia est, quæ ponit rem in quidditate:natura ponit rem in qualitate, & directa: solemnitas est quidam modus circa ipsam,vt docet Bald.in l.etiam.col.1.de execut.rei iudica.& Albert.Brunus in tracta.de forma & solemnitate actus,& Alciatus libr.paradoxo.5.cap.16. vbi fusius tradunt:vos autem,si non graue sit,illos videre poteritis.

Contra substãtiam actus non valet consuetudo.

¶ Notandum est,consuetudinem non valere contra substantiam actus, vt si disponat quod à superiore ad inferiorem appelletur.glos.notab.in cap.2.de consuet.in.6. vbi etiam ait non valere consuetudinem,vt appelletur ab officiali episcopi ad ipsum episcopũ, quia idem auditorium est:scribit glo.in c.aqua.de consecra.eccles.vel alta.facit c.1.de coniugio leprosorum.

Papa contra substãtiam actus nõ dispensat.

¶ Secundò Papa non potest dispensare contra substantiam actus:vnde non potest facere,quod monachus non sit superiori suo obediens,vel quod habeat proprium, tex.glos. & docto.in cap.cum ad monasterium.in fin.de statu monachor.quia continet impossibilitatem:dicit Anton.Butrig.in cap.fin.de consuet.consuluit in pulchro casu Barbat.consilio 40.clementissimum.col.10.in 4.volum.

Cõsuetudo, vt testamentũ vel precarium non reuocetur, nõ valet.

¶ Tertiò non valet consuetudo,vel dispositio,quod testamentum reuocari non possit, l.1.C.de sacrosancte.eccles.l.si quis.in principio.ff.de legat.3.vbi Bar.& declarat Decius consil. 293.viso testamento.

¶ Quartò non valet ordinatio,quod precarium reuocari non possit ad beneplacitum concedentis,quia contra substantiam precarij est,l.cum precario.& ibi Bart.ff.de precar.

Vicarius & procurator reuocari semper possunt.

¶ Quintò non valet actus disponens,vt procurator,vel vicarius reuocari non possit, glos.& docto.in c.fina.de procurat.in 6.Curtius in repetitio.cap.final.colum.30. de consuetud.in glos.rationabilis.versicu.septimo.Sic consuluit Alexand.consilio 18.visis. col. vltima,in 2.volum.

Pactum cõtra substãtiam contractus nõ valet.

¶ Sextò pactum contra substantiam contractus non valet, capit. final. de precario.vbi Barba.plene explicat in 1.no.vnde non potest concedi vsusfructus sine vsu, l.per seruum. in fin.ff.de vsu & habita.

¶ Septimò non potest Princeps disponere, quod aliquis sine studio esset nominatus, quia tempus studij est de substantia nominationum. §. præterea. vbi scripsi, de collatio. in concordat.

Substãtialia à iure introducta tolli possunt.

¶ Ista autem non procedunt in substantialibus à iure positiuo introductis, in quibus valet cõsuetudo,vel lex,& Principis dispositio,vt docet Bart.in extrauagan.ad reprimendum.in verbo,& figura.in principio.quo modo in læsæ maiestatis crimine procedit. Sequitur Curtius in dicto cap.fina.de consuetud.in d.gloss.rationabilis:quod intelligerem, quando factum posset sine illo substantiali esse,vt in iudiciis:secus si non posset esse,vt in monacho

monacho, qui non potest esse sine obedientia,& castitate,& paupertate, licet istæ professiones à iure positiuo introductæ sint, vt doct.dicunt in dicto cap.cum ad monasterium. de statu monacho.tamen non potest vnum tolli, & quod ipse remaneat religiosus. Bene facit Papa de monacho non monachum,sed residuum non potest, quia est in obiecto oppositum,quod esse non potest.l.vbi repugnantia.ff.de regul.iur. Alia huic rei accommoda legite per Albert.Brunum in tracta.de forma & solennit.actus.

Ars quomodo accipiatur, & an legalis scientia ars dicatur.

¶ *Arte positum.* Ars sumitur hic pro artificio,vt supra dictũ est.Ars dicitur etiã quædam recta ratio rerum faciendarũ,dicta ἀπὸ τῆς ἀρετῆς,id est à virtute,quam Græci vniuscuiusque scientiã vocant: & hæc nostra scientia legalis sic ars rite vocari potest, & Imperator illam vocat artem in proœmio ff.§.1.& §.itaque.

¶ Vel etiam dicitur ars quædam collectio præceptorum. gl.in l.iustitia.§.1.de iusti.& iure:& hoc modo scientia legalis etiam dici potest ars,ab arcto arctas,quod arctis præceptis, & breuibus regulis concludat,vt author est Lucas de Penna in l.1.C. de excusatio. artificum.libro 10.quæ tamen etymologia vt longe petita parum placet.

¶ Ars quoque pro astutia,dolo,vel fraude accipitur,quam Græci τέχνην vocant, vt in l. 1.in fine.C.de dilatio.l.fin.§.nec callidis.ibi,excogitatis artibus eludere festinant. de assesso.Et de multiplici arte loquitur philosoph.quem refert Albert.Brunus in tractatu de forma & solennitate actus,rubric.de generali cognitione formæ, versiculo decimoseptimo, sciendum est.

Artifex quis dicatur.

¶ Artifex aliquam exercens artem,*vn artisan, vn ouurier,homme de mestier*,& sunt ignobiles.§.sancimus.in authen.de testib.collat.7.Et huiusmodi homines in manibus suis sperant,& vnusquisque in arte sua sapiens est,sine his omnibus non ędificatur ciuitas:& non inhabitabunt,neque inambulabũt,& in ecclesiam non transilient: super sellã iudicis non sedebunt,& testamentum iudicij non intelligent,neque palam facient disciplinam, & iudicium,& in parabolis non inuenientur,&c.scribitur ecclesiastici 28. cap.in fine. & de his loquitur l.mercis.2.infra eod.vbi alia dicentur de his artificibus, & negotiatoribus.de artifice agit Iurisconsul.in l.quod si artificem fecerit.ff.de rei vindicatio. & in l.final. de oper. seruorum.& l.si seruos pignoratos artificiis instruxerit creditor.ff.de pignorat.actione.& qui sint hi artifices,declaratur in l.1.& 2.C.de excusatio.artificum.lib.10. abunde scripsi in tractatu de merca.minutatim vendenti.in princip.in commenta. ad constitu.Reg.secundo tomo.

Rustici non dicuntur artifices.

¶ Et rustici agricolæ non dicũtur artifices,vel artem exercere, secundum communem vsum loquendi,vt concludit Corneus consilio 318.ex pluribus.col.2.in 1.volum.

Doctores an artifices dici possint.

¶ Item iuris professores non possunt dici artifices,vt affirmat Claudius Seisellus in l.1. colum.4.ff.de iustitia & iure.per tex.in cap.relatum.2.in fin.de testamentis.ibi,artificio & doctrina proueniunt accipiendo de exercentibus viles artes, vt communiter ex communi vsu loquendi intelligimus artifices. Si tamen accipiamus artifices,id est exercentes artem,id est scientiam legalem,& artificium,id est artis & scientiæ illius exercitium, tunc generali sic sumpto nomine non perperam iurisperitus artifex vocabitur,vt in l.duo societatem inierunt,vt grammaticam docerent,& quod ex eo artificio quęstus fecissent,commune esset.ff. pro soci.Licet communi vsu loquendi vocetur artificiũ ars artificis, & effectio, seu factio quædam,*mestier*,in l.quod si artificem.ff.de rei vindicat.l.sed & si.§.plane.ad exhibendum.quod & Aristotel.libro 6.ethico.comprobat,dum definit artem esse habitum recte faciendi,non autem agendi:aliud enim est factio,aliud actio:prudentiam vero habitum recte agendi.Quare iurisperiti prudẽtes dici possunt,potius quam artifices:vnde eorum scientia,& iuris peritia dicitur iurisprudentia.l.iustitia.§.vltim.de iustitia & iure, & §. iurisprudentia.Instit.de iustitia & iure.Tamen generali appellatione artis, prout est quædam collectio præceptorum,vt dixi,& prout comprehendit omnes scientias, & tam late patet quàm scientiã, quemadmodum actiuas artes, seu scientias, quæ in actione versantur,aut contemplatione,artes dicimus,ita & iurisperitiam,cum scientia actiua sit,recte dicemus artem:& ita ius ab Vlpia.in l.1.ff.de iustitia & iure definitur,ars boni & æqui: id est scientia.atque ita artis nomen in latissima eius significatione ibi forsan accipi poterit, vt superius.De his autem artificibus abunde Chassaneus in catalogo gloriæ mundi,in 11.parte:& ego in d.2.tomo constitu.Reg.d.tract.de mercat.minuta.& in tract.de magistr. artificio.vbi de illorum monopoliis plena manu scribo.

Arctare vnde dictum.

¶ Et quia affine nomen artis videtur verbo arctare, potest dici forsitan deductum arctare ab arte.est autem arctare in angustum cogere,stringere,vrgere,lege secunda,§. si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem, vel in fluminis vim, si ante profectus esset,vel tempore opportuno nauigasset,ipse se arctauerit.ff.si quis cautionib. id est cohibuerit se,& abstinuerit à profectione.Et eo in loco non succurritur ei, qui se arctauit:vt si citatus erat ad decimam diem,& ipse tardius venit, quam debebat, & die quadam postea

impeditus fuit,& ob id non potuit interesse,ei non succurritur. per legem, qui commeatus.ff.de re militari.Aufrer.in decisio.Tholosa.quæstione ducentesimasecunda.item quid si citatus.De stylo tamen curiarum Franciæ solent expectari absentes per quosdam dies, & maxime in Parlamentis,vt scripsi in tracta.de contumacia.

¶ *Positum.* Hoc verbum explicatur in l.hæc verba ille.infra eodem.

§.Item si dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse,etiam si postea id ita esse scierit:quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

Res an abesse videatur, si sciēs quis eam emerit.

¶ Probat hic Iurisconsultus rem abesse ei, qui eam emerit vel à fure, vel ab alio, & secundum quosdam siue sciens emerit, siue ignorans, quia pretium emptor dedit, etiam sciens.Ergo & res abesse videtur inspecta ratione tex.ad hoc,vt actione prima debitor non liberetur.Nec refragatur quod dominus ignorans dicatur hic, quia sciens rem suam nemo solet eam emere:& ad ea quæ frequentius fiunt Iurisconsultus se refert,nolens ea,quæ non ita frequenter accidunt, excludere,per text.in authen.cassa. C. de sacrosan.ecclesiis. glo.in clementina prima,quam ibi not.de rescriptis.Pretium enim semper abest, siue ignorans, siue sciens emerit, & ita res abest. Tamen mea sententia,si quis rem suam emerit, pretium venditori dare videtur, lege,cuius.infra,titulo proximo. Quare rem existimo non abesse videri, vt pretij nomine agere possit: ob eam causam textus adiecit ignorans, in sciente contra existimans. Et quamuis rei suæ emptio non valeat, siue sciens, siue ignorans quis emerit,l.suæ rei.ff.de contrahenda emptione: quia cum ex vna causa dominus sit,ex alia esse non potest, nec fieri.lege tertia,§.ex pluribus.ff.de acquirenda possessione. lege,sequitur.§.lana.de vsucapionib.ff.capitulo,inter.de fide instrumentorum. Tamen de facto quis potest rem suam emere, quo casu si ignorans emerit, pretium repetit: si verò sciens à fure,non poterit ex sententia Alciati,quia donare videtur,l.si aliquam.ff.de acquirenda possessione.lege,si fundum.C.de euictionib. Bald. in lege,cum res. C.de probatio. Decius in lege,neque pignus.ff.de regulis iur. Claudius Aquen.in lege,qui Romæ.§.duo fratres.quæstione duodecima,de verborum obligationibus:nisi coactus emerit, eo quod vili pretio alij vendebatur,nec tum erat copia iudicis,per quem rem suam posset vindicare,vel apparitor deerat,qui posset iniicere manus in eam rem, id est vt Gallicè dicitur, *arrestare*,tunc cum protestatione eam emere prudentis est. Atque hac cautela vti nos posse existimat Cepola cautel.10.si quis,quando volumus recuperare pretium rei furtiuæ, quam emimus,scilicet vt emamus eam nomine domini: hanc tamen cautelam ego aliquando improbaui.Si tamen emero ab alio,non ob hoc liberabitur fur, vt docet hic Alciatus.

Rem suā quando quis emere possit cum protestatione.

Pretium quando loco rei succedat.

¶ Glossa vltima notat ex textu pretium loco rei succedere,quod intelligunt in vniuersalibus,vt in hereditate.lege,si & rem.ff.de petitione hereditatis, & aliis legibus in glossa allegatis. videte Iasonem in consilio ducentesimo trigesimoprimo, volumine secundo, vbi dicit rem permutatam succedere in locum rerum subiectarum fideicommisso, & efficitur fideicommissaria.lege, si donatæ.§.primo.ff.de donatio.inter virum & vxorem.& l. filiæ.§.fina.de conditio.& demonstrat.

¶ Diuersum autem est in particularibus.l.venditor.2. ff. de actione, vel hereditate vendita.lege, si quis vxori. §. Iulianus. ff. de furtis. versiculo,si Titius. lege, qui vas. §. finali, ibidem.

¶ Id autem locum non habet in subsidium, quia & in his particularibus pretium succedit loco rei. Bartolus in l.qui debitor.ff.quæ in fraudem creditorum: vel quando fuit hoc actum inter partes,l.res in dotem.ff.de iure dotium:vel quando conuenitur,eo quod est locupletior factus, lege, si ipsa.ff.quod metus causa. Petrus de Bella Pertica quæstione quadringentesima vigesimaquinta:Alexander, Iason,& alij in lege,si eum seruum.ff.si certum petatur:Romanus singulari sexagentesimonono,Alexāder consilio centesimo octogesimosexto,in quinto volumine: Chassanæus in consuetudi.Burgundiæ,in rubrica,*des successions des bastars.* §.secundo,in glossa:glossa singularis in lege prima, ff.de distractione pignorum.

Declaratio quando pretiū loco rei succedere dicatur.

¶ Intelligere debemus pretium succedere loco rei,id est subrogari in locum rei, & hoc demum fit,quando pretium sortitur eandem naturam sicut res, & quando potest peti vt res, siue loco actionis, siue officio iudicis.Baldus in lege,item si verberatum. ff.de rei vindicatione.

¶ Vnde si res hereditaria vendatur, pretium computabitur in rebus hereditariis, sicut res,si vendita non esset: & condemnatus ad restitutionem hereditatis, tenebitur pretium rei venditæ restituere,l.si rem & pretium.& l.diuus.ff.de petitio.hered.l.Imperator.in fin. cum

77.præclare.col.penult.ibidem. facit l.qui commeatus.§.tyroni.de re militari,ff.glo.in l.1. de receptato. Felin.in 21p.à nobis.de except.abunde hanc congerit materiam Gomes.in c.2.no.3.de constitu.in 6.

Iuuans filium, vt patrem occidat, qua pœna puniatur.

¶ Intellige tamen,quando ignorantia est sine omni culpa; l.final. de decretis ab ordine faciend.ff.Barbat.in cap.2.col.11.nume.56.de constitut.in glos.fina.Vnde si quis ignorans filium esse Titij,illi opem tulerit ad occidendum patrem, is iuuans puniri debet pœna legis Corneliæ de sicariis,non pœna legis Pompeiæ de parricidiis, ob ignorantiam qualitatis occisi,scilicet patris, l.vtrum.ff.de parricid. Sic consuluit Barbat.consil.51.illud in medium.col.1.volum.3.

Pœna delicti quando nō infligatur.

¶ Item vt delictum puniatur pœna ordinaria, requiritur, vt is, qui illud admisit,sciens, prudénsque fecerit:secus autem si casu,vel ob suam tutelam,vel defensionem,l.qui ædes. ff.de incend.ruina, vel naufrag.l.scientiam. §. qui cum aliter.& l.qui occidit.in fine.ad legem Aquiliam. Hippoly.de Marsil.consilio 25.vltra ea.columna prima. Vnde quirem sacram in domo priuata surripuerit, non tanquam sacrilegus, sed tanquam fur tantum puniendus est,argumen.l.2.§.postea cum Apius.ff.de origine iuris: quia ignorat rem sacram esse:licet de iure canonico diuersum statutum sit, in c.quisquis.17.q.4.

¶ Imò si constitutio,vel statutum,vel lex ignorantiā puniri iuberet, intelligendū esset, quando quis iniustam ignorantiam haberet,secus si iustam,l.diuus.in fine.ff.de falsis.& l. si quis.C.de iis qui in testa.sibi adscrib.Salice.ibidem.& in l.senatus.refert Barbat.in dicto cap.2.col.10.num.50.& seq.de constitutio.

Dissolutam ignorantiam, & supinam idem.

¶ Dissolutam ignorantiam vocat Iurisconsult.in l.cum sex.in fine, de ædil.edict.ff. supinam & otiosam in l.nec supina.ff.de iuris & facti ignor.& hæc ignorantia nihil prodest, nec affectata.de prima autem est text.in cap.cum in tua.qui matri.accusa. & c. quosdam.& cap.quanto.de præsumptio.de secunda est text.in cap.eos.vbi glo.de tempo.ordina.in 6. clem.vna, de consangui.

Ignorātia præsumitur, & quādo probanda.

¶ Vicesimosecundò ignorantia in dubio præsumitur,l.verius.ff.de probat.regu. ignorantia.de regul.iur.lib.6.ideo qui scientiam allegat,eam probare debet.textus in l.omnes. circa finem.& ibi Bartol.de agrico.& censit.lib.11.C.gloss.& doctores. in l.1. de recepta. ff. quæ iuramento probari poterit,textus in capitu.vt circa.in fine.& capitul.nulli.in fine.de election.in sexto:quia ab animo pendet,gloss.in §.sed iste.versicul.nanque. de actionib.in verbo,dicit,in Institut.nisi publice notum esset,tunc iuramentum non admittitur. gloss. & doctores in dicta lege prima,de recepta.& in cap.præsumitur . de regulis iuris,in sexto. de Rota decisione 444.extra rotam.in no. sed aliquos casus excipit Anton. Corset.in additio.ad Panormit.in cap.2.de constitutio.ponit tamen duos casus,in quibus scientia probanda non est,vtpote si quis commiserit delictum iure naturali improbatum, non requiritur probatio scientiæ,quia quilibet scire illa esse delicta debet. Signatum est enim super nos lumen vultus tui domine,vt Dauid scribit.

Probāda scientia.

¶ Secundus casus est,quando textus loquitur siue scienter,siue ignoranter quis teneatur:vel non facit differentiam inter scientiam & ignorantiam, tunc scientiam probare superuacaneum est,ideo non est probanda. l.ex maleficiis.vbi glo.ff.de actionibus & obligationibus.nam lex interdum dicit siue sciens,siue ignorans, l.suæ rei.ff. de contrahen.emptione.l.minor.de euictionibus.§.penultimo.& l.bouem.§. si seruus. de ædilitio edicto.l. Proculus. de iure dotium . & licet quis se ignorasse dicat, nihilominus eum in pœnam vectigalis incidere diuus Adrianus constituit,lege finali,§.licet.ff.de publicanis, vectigalibus & commissis.

Expendens falsam monetam punitur.

¶ Vltimus casus est,quando lege vel constitutione ita cautum est, vt pœna irrogetur facienti aliquid scienter,tunc scientia qualitas est,quæ probanda erit, l. non solum. §. sed vt probari.& ibi Bartolus.ff.de noui operis nuntiatione.Iason consilio 46. præsupponitur. columna tertia,volumine tertio:vt si quis recipiat exulem seu bannitum scienter,tenetur, l.1.de recepta.ff. Et scienter communicans cum excommunicato, est excommunicatus.c. 2.vbi etiam docto.de exceptio.cap.nuper.de sententia excommunicatio.Et verberans clericum sciens eum clericum, est excommunicatus, cap.si quis suadente. 17. quæst. 4. iuncto cap.si vero.de sententia excommunicationis.Secus si ignorans, gloss. in l. si ignorans. loca.ff.Ideo in omnibus alienationibus,in quibus alienans cadit iure suo, intelligi debet, si sciens illas fecerit,text.singul.in cap.vno.de controuers. inter dominum & emptorem feud.quem vnice commendat eo in loco Baldus,& Panormita.in consilio 3.col. 5. in fine cum sequenti,in secundo volumine,& Soci.in tractatu Fallent.regul.115.& Chassa.in consuetud.Burgund.in rubr.*des fiefz.* §.8.gloss.*sans consentement.*nume.17.facit l.vltim.in fine. ff.de legat.2.

¶ Et expendens falsam monetam scienter punitur:ergo talis scientia probanda est. Panormi.in cap.quanto.de iureiuran.vt consulendo refert Barba.consilio 51.illud. colum.1. & seq.in tertio volum.per l.maiorem.C.de falsis. & Hippolyt.in l.qui falsum.numer.72.

& seq. de fals. ff. Et pater seu vir permittens filium negotiari, vel vxorem, tenetur, si sciens, alioqui non: ideo probandum est sciuisse, in cap. quicunque. in verbo, scienter. de hæretic. in sexto. Sic consuluit Barba. consi. 5. illud. colum. 1. in quarto volumine. facit l. 11. C. de decurio. lib. 10. Nisi actus esset communiter notus, tunc scientia præsumitur: nam dicitur, tu solus peregrinus in Hierusalem, & hæc ignoras? facit cap. fina. qui matrim. accusa. poss. De ignorantia plura scribunt docto. in dicta regul. ignorantia. de regu. iur. & fusissime Hippolytus in l. qui ignorans. & l. qui falsum. ff. de fals. & de ignorantia iuris & facti dicam in l. subsignatum. infra eo. §. incertus.

De dictione postea & post.

¶ *Postea*, & post denotant interuallum longum, vel paruum, secundum subiectam materiam, in qua describuntur. non enim certum tempus, sed ambiguum significant, vt Bart. & Iason & alij scribunt in l. fructus. ff. solut. matrim. quare sentiunt vtile ad testes dicentes, Titium insultasse in Caiũ, & postea illum vulnerasse: intelligitur enim de modico interuallo, videlicet, vt statim post insultum seu impetum vulnerarit: allegant l. illud. §. vlt. ff. ad legem Aquil. quæ contrarium probat, si accurate legatur: sed facit gloss. in l. qui de crimine. C. de accusa. Iacobi. in l. fi quis intentione. colum. 2. de iudic. ff. Ias. in l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.

Cautela pro examinatione testium.

¶ Item si testes dicant Titium instituisse Caium, & postea Sempronium, vt etiam de modico interuallo intelligatur, nempe vt post institutionem vnius, immediata fuerit institutio alterius, atque vterque heres erit. Sed aduertere iudex aut commissarius debet, qui testes audit ita deponentes, vt interroget eos, de quo interuallo, quãdo dicunt postea factum, Gallicè *puis apres*. nam si illi interrogati respondebũt, statim, vel cum alio interuallo vnius vel dimidiæ horæ, vel aliud, hoc modo cessabit dubium: alioqui ea probatio ambigua esset, & sic facile non reciperetur. cap. in præsentia. de probatio. intelligi tamen debet, vt dixi.

Interuallũ demonstrant hæ dictiones, & quantum.

Nec placet recentiorum sententia existimantiũ huiusmodi dictiones significare tẽpus sine interuallo, in l. si vnquã. C. de reuocan. donat. sed pace eorũ dixerim, semper aliquod interuallum significant: aliquando tamen momentaneum, interdum maius, & quandoq; longũ, vt patet ex his quæ supra citauimus. Quod & pluribus & peruulgatis possem probare exemplis, sed operã & oleum in his rebus adeo tritis & triuialibus esset perdere, atq; sine iudicio ac delectu rerum multa cõgerere: quod semper odio prosecutus sum, nisi qua tenus res exegit.

¶ Sed vt ad rem breui redeamus, ac probemus interdum vtrunq; interuallum, tam longum, quã paruũ hac dictione significari, adduco l. grege pignori obligato, quæ postea nascuntur, tenentur. ff. de pigno. vbi siue ex continenti nascantur, atque mox, siue ex interuallo, obligantur: quod suadetur etiam ex l. proponebatur. de iudic. iuncta l. Paulus. de pigno. & l. 2. & sequen. qui potiores in pigno. habeant. l. sicut. §. illud. quibus modis pign. vel hypoth. soluit. & l. voluntate. ibidem. & l. qui cum tutoribus. in fin. de transact. & l. de his rebus. de arbitris. & l. & Atilicinus. de seruit. rustic. prædio. vnde moderni dictionem postea, idem quod mox & statim significare aiunt: multa more suo, vt multos euoluisse libros videantur, contexentes, quæ diligenter si inspiciantur, parum ad rem pertinent: ob id enim, quod post & postea significant aliquando modicum interuallum, existimant mox & postea idem esse, quia mox etiam modicum interuallum videtur significare. Sed bona cum venia eorum dictum sit, si natura vtriusque vocabuli acutius perpẽdatur, aliud esse mox, aliud postea, seu post nemo negabit. Etenim quod mox fit, in actu, vel incontinenti fieri dicitur: sed quod post actum fit, non potest dici in ipso actu fieri: quare non sequitur postea significare mox, vt infra dilucidius explicabitur. nam postea dicitur post ea, id est post eum actũ, vel eam rem, vulgò *apres cela*; mox verò huius significationis non est, sed pro incontinenti, vel statim accipitur. hoc probatur ex vocabuli ipsius vi & natura inspecta, & l. 1. ff. de pignorib. ibi, postea quæsitorum, id est post obligationem. l. 2. in fi. ibi, postea, id est post sententiã, & rem iudicatam, eo. tit. facit l. & quæ nondum. §. 1. ibi, postea, id est post tempus conuentionis. ibidem, & l. qui ædificium. & l. seq. de seruit. rustic. prædi. ff. & facit l. si iidem codicilli. C. de codicill.

Mox & postea nõ idẽ significant doct.

Sententia Ias. reprobatur.

¶ Nec probo sententiam Iasonis in lege, iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact. dicentis postea denotare interuallum, post vero non, sed incontinenti: nam contrarium probaui in lege tertia, supra eodem. Sed quia hæ dictiones denotant interuallum, interdũ paruum, interdum longum, ideo Iurisconsultus aliquando declarare solet, & dicere, post ex interuallo, vel post multum temporis, vel postea sine mora, vel post aliquantulum temporis; & quæ dubitationis causa scribuntur, ius commune non lædunt, lege, qui mutuã. ff. mandati. & regul. quæ dubitationis. de regulis iuris. ff. Probat dominus Tiraquellus in tracta. de vtroque retractu, in prima parte, artic. 1. gloss. 2. nu. 50. & in interpretatione l. si vnquam. in verbo, postea. C. de reuocand. donat.

Opinio Zasij reiicitur.

¶ Item non placet opinio Zasij in l. 2. §. post deinde. de orig. iur. vbi dicit, deinde abundare,

dare, & ornatus causa positum, quando vtrunque scilicet post & deinde, vt in illo tex. coniungitur. Sed aduertite, iuterdum Iurisconsultos & sæpius, scribere post deinde, vel deinde post, & tunc elucidare volunt tempus clarius, & denotare maius interuallum, quam si altera dictio ex his tantum esset simpliciter scripta. quare neutra dictio erit superflua: quod probat l. si fundus. ibi, si nesciente domino res eius hypothecæ data sit, deinde postea dominus ratum habuerit. ff. de pigno. Nam primum nesciente domino res obligata est, deinde videlicet post huiusmodi obligationem, nõ tamen incontinenti, sed ex interuallo dominus ratum habuit: dicendum est eo quod ratum habet dominus, voluisse eum retro currere ratihabitionem ad illud tempus, quo conuenit. voluntas autem eorum fere demum seruabitur, qui & pignori dare possunt. facit l. sicut. §. superuacuum. ibi, deinde postea bona fide redemerit. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. soluat. & l. illud. ad legem Aquil. quæ bene probat, & l. fi. communia prædio. C.

Cõstitutio Regia declaratur

¶ Et hæ dictiones declarant eum diem, cui adiiciuntur, non comprehendi: ideo ordinatio Regia, quæ vult, vt quis possit renuntiare appellationi intra octo dies postea sequentes, *dedans huict iours apres prochains, & suiuans*, non cõprehendit diem appellationis emissæ, & ita declarauit Senatus Parisiensis, vt plene à nobis tractatum est in tracta. de appellatio. in illa ordinatio. artic. 15. in 3. tomo commentar. in constit. Reg. Gallic.

Intellectus l. quoties. §. si quis ita. ff. de heredib. instit.

¶ Item hæ dictiones post & postea parum aut nihil differunt, per l. forma. §. quæ post censum. ff. de censib. vbi tex. primo vtitur dictione post, & statim dictione postea. Moderni in d. l. si vnquam. satis abunde de his: sed intellectũ & interpretationem l. quoties. §. si quis ita. de here. instituend. nõ satis dilucide tradere mihi videntur. Cuius legis hęc verba sunt: Si quis ita scripserit, Stichus liber esto, & postea aquam liber erit, heres esto: Labeo & Neratius, & Aristo opinantur, detracto verbo medio postea, simul ei & libertatẽ & hereditatem competere. quæ sententia mihi quoque vera videtur. Ecce tex. vbi oportet detrahere verbum postea, quando demonstratur actus cohærens simultaneusq;, & non separatus: & ita transit D. Tiraquel. allegans Roma. ex eo tex. adnotantem, vt dictio postea posita inter ea, de quorum natura est, quod in idem tempus concurrant, non inducit interuallum.

¶ Sed ad hæc vos aduertite: nam esse videntur subobscura, nec satis apertè declarata. Cum testator dixerit, Stichus liber esto, & posteaquã liber erit, heres esto, detracto illo verbo postea, simul & libertatem & hereditatem consequetur, quia eodem momento liber & heres erit: & ob id dicit, detracto illo verbo postea, quia nullum est medium, aut interuallum inter libertatem & hereditatem consequendam, cum vtrunque simul competat, vt tex. ait. Est autem adiecta in casu illius tex. illa dictio postea, non quidem sine causa, cum omnis dubitatio ex ea pendeat. eo enim quod testator dixit, posteaquã liber erit, heres esto, dubitabatur an longo interuallo quodam voluisset hunc seruũ heredem esse, posteaquam esset liber, an verò statim, vbi liber esset, atque ita simul: respondet Iurisconsult. simul fore heredem & liberum, nec ob hoc verbum postea medium interiectum, voluisse differre tempus hereditatis à libertatis tempore: sed detracto verbo postea perinde erit, ac si dixisset, & liber & heres esto, atque ita vtrunque simul competet: sicut dicitur, libertate relicta cum moriar, vt inutilis adiectio videatur eorum verborum, cum moriar. l. qui duos. §. 1. ff. de manu. test. nam vtrunque, scilicet & libertas & hereditas confertur in tempus mortis, cum viuentis heres quis nõ sit. l. qui superstitis. ff. de acq. hered. idcirco Stichus nec liber, nec heres erit ante mortem testantis, sed vtrunque simul competet, eodemque momento, sicut ibi dicam in meis nouis interpretationibus.

¶ Ex quibus adnotare possumus dictionem postea, seu postquam, seu posteaquam, regulariter significare interuallum: sed interdum ex mente disponentis, & ex re inutilem fere esse adiectionem, & detrahi, vt d. §. si quis ita: nam eo loco testator voluit Stichum liberum & heredem: & quia viuo testatore nõ potest heres esse, nec erit etiam liber: sed posteaquam liber erit, quod post mortem testantis eueniet, erit & heres simul, atque vno momento liber. Et hunc arbitror clarum & lucidum eius tex. sensum, quicquid alij iactent.

Hæ dictiones interdum actũ cœptum, nondũ perfectum significant.

¶ Item hæc dictio postea denotat aliquando actum ipsum inceptum solum, & nondum perfectum: vt si dicamus post nuptias, intelligimus plerunque inchoatas, & nondum peractas: item post bellum, id est incepto bello, nondum tamen peracto. ita in l. 2. §. fina. vbi glo. & docto. ff. si cert. peta. ad id pertinet l. 4. in fine. de vsu & habita. vbi mentio fit dictionis postea, quæ initium actus respicit.

Postea & aliæ aliquando significãt actum perfectum, non solum cœptum.

¶ Interdum etiam verbum postea significat interuallum post actum perfectum, vt hic post furtum: nam furtum primum contractum est ab aliquo, & postea, id est post illud furtum, longo forsitan interuallo temporis à furto ipso admisso, dominus ignorans rem suam emit, ei abesse res videtur: & ita fere semper sumi solet, vt actum transactum & perfectum, cui adiicitur, significet: idque passim in iure videre est, & in iuribus superius adductis.

Dictio postquã quid denotet.

¶ De dictione postquam loquitur Iurisconsult. in l. ab hostibus. in fine. ff. ex quib. caus.

maior.l.postquam.vt legator.vel fideicommisso.seru.caus.cau. & l.venditor. ff.communia prædio. De dictione posteaquam, in l. si quis posteaquam. de iudic. & l. si cui. in fin. de seruitu. Reliqua verò quæ dixi de dictione post, vide in l.3.supra eod.quæ hic accommodari possunt.

Ita esse. ¶ *Ita esse*, pro sic, hoc modo, perinde, *ainsi*. Sic exponitur in l.ædificia.ibi, ita consummauit, vt iam in vsu esse posit. infra eo.

¶ Ita confirmati codicilli, id est hoc modo, hac verborum conceptione, his verbis, l. verbum erit. & l.nepos Proculo.ibi, ita dotem promisit, & legem ita dixit. infra eo.& l. si cum fundum.& l.triplici.l.si ita. & l.inter illam.in fin. infra eod.& glo.in l.Iulia. de condition. & demonstra. dicit denotare conditionem, & ita intelligendam l.sed & si lege.§.quod ait senatus. ff. de petit. heredi. Vnde si ita rem commodauero, ne auferatur ante certum vsum, non potero antea auferre.l.in commodato.§.sicut.ff.commodati. Multi sunt alij loquendi modi, sed ad praxim parum accommodati, ideo eos omitto.

Ita tamen. ¶ Ita tamen restringit,& modificat præcedentia,l.si iudex.in fin.ff.de minor.scripsi in §. 1.in glo.ita tamen.de manda.aposto.in concord.

Itaque. ¶ Itaque, proinde, ergo,l.coram. & l.si calumnietur.§.fin.infra eod.l.2.ff.de nego.gest.l. quod si minor. §.restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisque ius suum integrum recipiat.itaque,&c. l.in re communi.de seruitu.vrba.prædiorum.

Ita demum. ¶ Ita demum,in l.3,supra eod.dictum extitit,quid significet.ad alia pergamus.

§. Rem amisisse videtur, qui aduersus nullum eius persequendæ actionem habet.

¶ Is videtur rem amisisse, qui non habet actionem aduersus aliquem ad eam rem persequendam: quod si actionem habeat, non videtur rem amisisse. Qui enim actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur, & sic non amisisse, l. qui actionem. de regul.iuris, ff.quod vtile est ad cessionem faciendam, vt si quis dicat amisisse bona, eo vult cedere bonis, vt non admittatur, si mutuauerit pecuniam, & actiones habeat contra multos.§.fin. de actio.in Institu.

Legis vtilitates.

Bona amissa quis dicatur in cessione et quinquennalibus. ¶ Vnde vidi non comprobatas literas, in quibus dicebatur; quòd talis amiserat bona sua, vel bonam partem, & idem in impetrante literas dilatorias quinquennales, qui dixerat sic: *Auoir perdu la maieur & greigneur partie de ses biens,à cause de la guerre*: & probatum fuit eum dedisse pecuniam mensulariis,& sic non amiserat,per istum tex.

Res rursus legatæ amissa. ¶ Etiam prodest, vt si testator legauerit decem Titio, quæ si amiserit, rursus vult vt alia decem tribuantur:si legatarius ea mutuauerit,alia decem non habebit,quia ea amisisse non videtur per istum text.& l.fideicommissa.§.si quis decem.ff.de lega.3. Nam ipse pro pecunia mutua certi condictionem habet.l.certi condictio.ff.si.cert.pet.

De cõmodatario. ¶ Idem dici potest in commodatario, à quo vilatronum ereptus est equus commodatus,vt amisisse eum non videatur,si sciat vbi sit,& posit illum recuperare. Nam actionem ad rem recuperandam habet, alioqui amisisse videtur, & erit liberatus.l.in commodato.§. nunc videndum.ff.commod. & idem in depositario, conductore, & aliis, de quibus dixi in §.fin.supra,l.proxima.& idem si debeant compensari amissa in bello,vt inferius dicetur.

Amissum in ludo an reperi possit. ¶ Item amisisse non videtur *is*, qui in ludo alearum victus fuit, quia actionem habet contra victorem.authent.alearum. C. de relig.& sumptibus fune. Sed de generali consuetudine Regni amissum videtur, quod in ludo est perditum, nec datur actio ad illam rem amissam recuperandam, vt scripsi in procemio commentar.ad consti. Regi. Galli.glo.5.in primo tomo. nisi fuerit minor, vt in l, si minor vigintiquinque annis filiosa. vbi glos.ff. de minor.l.si quis cum sciret,pro empto.l.fin.de aleæ lusu.

Limitationes ad legẽ istam. ¶ Limitatur non procedere, quando ex æquitate daretur alia actio, tunc prima dicitur amissa: vt si emeris domum, & postea metu compulsus fuisti ab emptione discedere,certe amissa est empti actio:tamen ex æquitate datur actio quod metus causa.l.si mulier.§.si metu.ff.quod met. cau. & licet vna actio sit amissa, alia non. ideo dicit text.aduersus nullum eius rei persequendæ actionem habet: sed si aduersus aliquem habeat actionem, non videtur rem amisisse.& idem intelligas in iure pignoris,vel alio, vt etiam amissum censeatur, si aduersus aliquem actionem pro eo iure non habeam, l. 1. & per totum. ff. quibus mod. pignus vel hypothe.solui.

Res quæ facilè non potest recuperari, amissa censetur. ¶ Secundò non procedit, quando res facilè non posset recuperari, imò tantum quis esset expensurus in recuperanda re, quantum valeret: tunc enim amisisse etiam censetur, argu.l.mediterraneæ. C.de ann.& tribu.li.10. vbi etiam Bar. scribit non imputandum tutori, si non exegerit debitum pupilli, vel non refecerit domum, in quibus oportebat plus expendere,quam res,vel debitum esset,l.sed an vltro,§.1.ibi,quid enim si eam insulam fulsit,quam dominus quasi impar sumptui dereliquerit:ff. de nego. gest.

¶ Tertiò isse rex intelligi debet,rem tunc esse amissam,quando nulla actio datur ad eam perse

icias, &c. in praxi benefic. in bulla nouæ prouisio. circa finem.

¶ Committere elucidabitur in l. inter stuprum. infra eo.

Emittere. ¶ Emittere, extra mittere, in lucem producere, edere, publicare: inde instrumentum emissum,in l.emptor.ff.de pact. in fine. Et epistola emissa,in l.cum tabernam.§.1.de pigno. Emissas literas, l. dotale. 2. de fund. dotali. Emissa manus,l.quidam. ff.de probat.declaraui pro cautione manu facta,in l.mulieris.§.res abesse.supra eo.

¶ Immittere declarabo in l.malum.§.inter proiectum & immissum.infr.eo. Mittere,in l.munus.1.infra eo.elucidabitur.

Omittere. ¶ Omittere,pro dimittere,penitus relinquere,missum facere,*delaisser*.l.alienationis.infr. eo.vbi scribam.

¶ Permittere est concedere, de quo in l.duobus.infra eo.

¶ Remittere,de hoc verbo dicetur in l.inter stuprum.infra eo.

¶ *Videtur*. Hoc verbum declarabitur in l.ostentum. infra eo. & hic proprie accipitur, vt docet Cepol.per l.interdum.§.1.ff.de acqui.posse.dixi in l.1.supra eo.

Aduersus. ¶ *Aduersus*, hic pro contra accipitur, & in l.non potest videri minus soluisse is, aduersus quem amplioris summæ actio non comperit.infra eo.

¶ Interdum nomen est, & capitur pro opposito, & contrario: vnde aduersari verbum, id est contrarium esse,opponi:& aduersa pars,pro aduersario:de quo ostendemus in l.maiore. infra eod. & aduersa tempestas maris, in l. nauis aduersa. ff. ad legem Rhod. de iactu.

Aduersio quid significet. ¶ Aduersio licet communiter legatur in quibusdam legibus,tamen communius ibi legi debet, auersio, vt docet Budæ.in suis annota. quæ tunc dicitur, quando is,qui periculum susципere debet, illud in alium auertit, & is illud susципit, Vlpia. in l.1.§.exercitorem.ff.de exercit.actio.ibi,Exercitorem autem dicimus eum, ad quem obuentiones, & reditus omnes perueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per auersionem conduxit,vel ad tempus, vel in perpetuum.& l.vlt.in fin.ibi,imo si auersione nauis conducta est, pro duobus millibus merces debetur,ff.de lege Rhod.l.qui officij.in fi.de contr.empt.ibi, res in auersione empta,si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit,etiam si res assignata non sit. & l. si quis vina. §. si auersione vinum venit,custodia tantum præstanda est: ex hoc apparet, si non ita vinum veniit,vt degustaretur, neque acorem neque mucorem venditorem præstare debere, sed omne periculum ad emptorem pertinere.ff.de peric.& commod. rei vendi.facit l. opus quod auersione locatum est, donec approbetur,conductoris periculo est.ff.loca.& l.& hæc distinctio conuenit illi, quæ à Seruio introducta,& ab omnibus fere approbata est, vt si auersione insulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui possit, effecerit: animaduertatur, necessario necne id opus demolitum sit. ibidem.

¶ Alciat.verò in lib.6.parergon c.28.aduersionem legendum putat, & vendi id locative aduersione dici existimat,quod eo pacto venditur, vt ab aliquo approbetur, & secundum eius iudicium æstimetur.Adducit d. l. opus. & alia iura,quę supra adducta fuerunt. Nam aduertere est considerare,& perpendere:& aduersio significabit considerationem alterius, qui ad hoc adhibitus fuit.& Alciati sententia menti tex.magis videtur conuenire.videre & iudicare,vel si dici possit,quod aduersione quis rem emere dicitur,qui rem cum sua causa, suisque vitiis emit; & (vt dicunt) qualis est,& suo periculo recipit, eámque pro probata habet. Vnde & locari aduersione dicetur, quando conductor vniuersum opus periculo suo faciendum susципit:quod Galli *en tache* dicunt,id est sua fortuna,quod τύχη Græce fortunam significet: quia in his faciendis plus quis aduertit, & attendit, ideo aduersione factum dicunt. Cogitate,& ex his eligite meliorem sententiam.

Nullum. ¶ *Nullum*,dictio negatiua,totum excludens, vt notum est, & pro nemine sumitur. Inde liberę ędes, quę nulli seruiunt, l. qui vti.infra eo. Nullum est animal, quod nec faciat, nec patiatur,l.hęc verba ille,aut ille.hoc titu.Nulla parte noctis,l.vrbana familia.ibidem. Nulla causa,l.verbum illud pertinere.infr.eo.Nulla reprehensio,l.munus.2.eo.Nullo casu,l.cum quærebatur. infra eo. Varia & infinita pene sunt, quibus hæc dictio accommodari solet, quę enumerare nullius est vtilitatis: ideo omitto. De dictione vllus dixi in l. si cui.supra eod. vnde vtile est ad omnes leges, constitutionesve sic negatiue loquentes.

¶ *Persequendæ*. De hoc verbo persequi latissime scribemus in l.actionis verbo. infra eod.

¶ *Habet*,abunde explicabitur in l.is apud.& l.nomen.in fi.& l.habere.infra eo.ne plura.

VLP. LIBRO DECIMO AD EDICTVM.

LEX DECIMAQVINTA.

Bona ciuitatis abusiuè publica dicta sunt: sola enim ea publica sunt, quæ populi Romani sunt.

¶ Publica

¶ Publica propriè sunt, quæ ad populum Romanum spectant: bona vero ciuitatis impropriè & καταχρηστικῶς, id est abusiue publica dicta sunt. Quia ius imperij olim ad populum Romanum pertinebat, postea autem lege Regia lata omne imperium & potestas in Augustum translata est. l. 1. de constit. Princip. ff. §. sed quod Principi placuit. de iure natur. in Institu. Ideo autem propriè bona alterius ciuitatis publica non sunt, quia ad statum reipublicæ Romanæ non pertinent, sed habentur loco priuatorum: ob id tex. dixit, bona ciuitatis abusiue publica dicta sunt, non autem simpliciter dixit, bona ciuitatis publica sunt, quia sola publica sunt, quæ populi Romani sunt: sed bona ciuitatis dicta sunt etiam publica, etsi abusiue, eo quod priuatorum vsibus deseruiunt, iure scilicet ciuitatis, non quasi propria cuiusque, l. 2. §. loca enim. ff. nequid in loco publ. & per istum tex. probatur interpretum distinctio, hoc propriè, illud impropriè, seu abusiue.

Ciuitates si lædantur, an in integrum restitutionem petere possint.

¶ Ex quo infertur, ciuitates, vel castra non posse petere restitutionem in integrum, si lædantur, tum quia speciale sit in rebus Romanorum, tum quia restitutio odiosa est, & ita concludit Calca. consil. 43. implorato. col. 2. Sed in contrarium est communis docto. sententia, cum in republica sint pupilli, furiosi, prodigi, & id genus homines restitutionem merentes: ergo etiam municipiorum respublica restitutionem impetrabit intra quadriennium, à die læsionis computandum, quia iure minorum vti solet, l. respublica. C. ex quib. caus. maior. & ita asserit Alphons. de Montaluo super foro Regali Hispaniæ, lib. 3. rubric. *de las cosas alogadas.* 3. lege: & rempublicam vt pupillum extra ordinem iuuari moris est, & per restitutionem in integrum, vt exponunt docto. in l. rempubl. C. de iure reipubli. lib. 11. & sic consuluit Corneus consil. 262. in hac. in fine. vol. 1. dicens verum esse non solum in magna, sed etiam in parua repub. Vnde fuit iudicatum in hoc senatu Parisiensi, ab vniuersitatibus ciuitatum, vel studiorum, esse immediatè ad curiam parlamenti appellandum, pro procuratore vniuersitatis Aurelianensis, etiam si ab ordinatione vniuersitatis vel facultatis quis appellaret: quia Imperator inter pupillos & viduas & alias miserabiles personas cognoscit, vt rubric. C. quando Imperator inter pupillos & viduas & alias miserabiles personas cognoscat, &c. quæ personæ in vniuersitatibus solent esse. Tamen in hac ciuitate ab ordinatione facultatis ad vniuersitatem appellari solet, & ab vniuersitate ad parlamenti curiam.

Ab vniuersitate, & ciuitate immediatè ad senatū appellatur. Arestum.

Restitui quādo Rex debeat, vel fiscus.

¶ Quærendum est, an fiscus, vel Rex, vel eius procurator restitui possint: quidam in l. respublica. C. ex quibus caus. maior. affirmant non posse. Existimarem tamen ego in quibus casibus ipse restitueret priuatos, eisdem casibus seipsum restituere debere. Cuius etiam sententiæ est Guido Papa decis. 302. vtrum. Si autem ipse alios non restitueret, vel curia restitutionem non admitteret, tunc nec Regis restitutio recipi debet: quia quod quisque iuris in alium statuerit, eodem ipse iure vti debet, vt est rubrica ff. Et hæc est regula æquitatis, quę etiam Principes ligat, adeo vt si in contrarium eant, mutent nomen eorum, nec amplius Principes dici debeant, qui huic æquitatis regulæ obtemperare, & obnoxij esse recusent: item nemo cum eo contrahere vellet. Sunt & aliæ rationes, quas adduximus in præfationibus ad rubric. de collatio. in concord. Nec enim rationi consentaneum, aut Principe dignum, suam violare ac irritare contractus fidem sine maxima causa, ignominiaque grauis est contra suum factum venire, vt etiam Boer. concludit decis. Burdegalen. q. 265. quæritur an Rex. docto. in d. l. respublica. C. ex quib. caus. maior. Atque hoc anno 1546. contra procuratorem Regium impugnantē transactionem à se factam pronuntiatum fuit, & transactio confirmata aresto, licet diceret fiscum deceptum vltra dimidiam. Tamen quandoque ex bono & æquo, si patiatur detrimentum, ei consulendum est, vt docet Paul. Iurisco. in l. 2. ff. de offic. procurat. Cæsar. vbi dixi.

Arestum.

Reipublicæ nomine quæ intelligatur.

¶ Notandum est, quando fit mentio in iure ciuili de iure publico, vel de republica, intelligi debere de repub. Romanorum, vt hic, & §. sed ius quidem ciuile. Instit. de iure natur.

¶ Secundò quando mentio fit à Papa de republica, intelligitur de republica Christiano rum, cui ipse præsidet. tex. in c. in his rebus. & c. nolite. & c. quis nesciat. in distinctio.

¶ Tertiò si Rex Franciæ loquatur de republica, intelligitur de sua, scilicet Gallorum, seu Francorum: & in Rege Hispaniæ, & cæteris Regibus idem. §. sed ius quidem ciuile. Inst. de iure natura. gl. in authen. de hered. & Falcid. in princip. collat. 1. & c. licet. in fine, de electio, in prag. vbi dicit intelligi de republica Delphinatus, quando Delphinus loquitur de republ. simpliciter, & sic de sua.

¶ Quartò si ciuitas Parisiensis, vel altera loquatur de repub. vel iure publico, intelligitur de republica ipsius ciuitatis, nisi materia etiam alteri conueniret. l. fina. C. de sacrosanct. eccle. l. mancipia. de seruis fugit. Sed hodie appellatione reipub. apud vulgus non solum intelligitur respublica Romanorum, sed & aliarum ciuitatum, propter eandem rationem, vt concludit Calca. consil. 2. nu. 18. sed vt superius dixi.

Oppida rempubl. habent.

¶ Quintò oppida dicuntur habere rempub. l. sed & si per prætorem. §. fina. ex quib. caus. maio. Et hac ratione habent bona vsibus destinata publicis. habent

bent enim singulæ ciuitates, atque oppida propria sacra, sacerdotes, & vias publicas, & itinera publica, quæ omnia iuris publici sunt, l. 1. ff. de iust. & iure, & l. 2. §. loca. nequid in loco public. & sic potest vocari respublica cuiuslibet ciuitatis, l. 1. C. de debitor. ciuitatum. li. 11. & l. sed etsi imaginem. §. 1. ff. de furt. vbi dicit rempublicam municipij. lege, si in aliquam. ibi, prout vires eius reipublicæ permittunt. de offic. proconsul.

¶ Aliquando dicitur publicum, quod palam est & notorium, lege, heredes palam. & ibi Bar. ff. de testam. & lege, palam. de ritu nuptiar. Chassa. in consuetudin. Burgund. §. primo, titulo, *des droicts*. & in regul. cancella. de publicand. resignationibus: quo in loco scripsi in praxi benefic.

¶ Sextò respublica capitur pro vtilitate publica, vt in authentica, perpetua. C. de sacrosanct. eccles. quamuis glos. ibi aliter exponat. facit textus in cap. ea enim. §. sed permutare. 10. quæstion. secunda. Hodie cum Principes non recognoscentes superiorem fungantur vice populi Romani, ideo publica dicuntur, quæ ad eos spectant: & publicani, & iura de publicis loquentia in eis locum habebunt.

Bona ciuitatis an præscribi possint, & quando.

¶ Glossa hîc dicit bona ciuitatis non vsucapi: sed contrarium sentiunt doctores communiter, asserentes præscribi contra ciuitatem, sicut contra priuatum, nisi in quatuor casibus positis in l. fina. C. de sacrosanct. eccles. in quibus centum anni requiruntur: quod tamen ibi corrigitur per authen. quas actiones. & scribit Ias. in §. rursus. Institutio. de actio. nu. 33. & Ioan. Franc. Balb. in tractatu de præscriptio. in 3. parte 5. partis principalis, quæst. 1. & sequenti: vbi dicit, priuilegium datum ciuitati, competere castro, & villæ habenti multitudinem hominum, & quando regitur communiter per administratores, vt per Alex. in l. si finita. §. de vectigalibus. ff. de damno infect. Ias. in d. §. rursus.

¶ Quintus casus est, quādo bona ciuitatis vsibus publicis destinata essent: nam illa non reciperent vsucapionem: vt via publica, quam populus amittere non potest non vtendo, lege, viam publicam. ff. de via publica. glos. in l. vsucapionem. ff. de vsucapio. quem text. hic citat glos. vt probet bona ciuitatis non vsucapi: sed intelligendus est, vt non obstet. nam loquitur in casibus, in quibus publica ciuitatum non possunt præscribi, & in his scilicet publicis, quæ præscribi non possunt, vt supra dictum est, nisi per centum annos, sicut res ecclesiæ Romanæ, vt in authen. vt eccles. Roman. &c. Scripsi in constitutionibus Regiis, titulo, *des prescrip. contre le Roy prohibees.*

¶ Sextus casus est, quando ciuitas haberet iura fiscalia, id est non recognosceret superiorem: vt ciuitas Venetorum, tunc priuilegiis fisci vtitur. Bartolus in l. in omnibus. ff. de diuers. & temp. præscriptio. Panor. in cap. cum nobis. de præscriptio.

Ciuitas quid sit, & quæ optima.

¶ *Ciuitatis.* Ciuitas proprie dicitur ciuium collecta multitudo, lege, ciuitas. ff. si certum peratur. & Aristot. in politic.

¶ Aliquando accipitur pro vrbe, vt hîc, & in lege, licet capitalis. & l. seq. & l. probrum. ac lege, pupillus. §. territorium. infra eodem: & supra dictum est in lege secunda. Pythagoras dicere solebat, primum luxuriam ciuitates ingredi, deinde saturitatem, postea contumeliam, postremo exitium: sed ciuitatum optimam esse eam dixit, quæ viros bonos habet, qui non vbique viuunt, maxime in regione vmbræ mortis.

Abusiue quomodo exponatur.

¶ *Abusiue*, exponit Iurisconsultus, id est minus proprie, in lege, fideiussor obligari. §. fideiussor. ibi, nam licet minus proprie debere dicantur naturales debitores, per abusionem tamen intelligi possunt debitores, &c. ff. de fideiusso. Græce καταχρηστικῶς dicitur abusiue, & καταχρησις abusio, & καταχρηστικὸν abusiuum. facit l. 2. §. testamentum autem proprie illud dicitur, quod iure perfectum est: sed abusiue quoque ea testamenta appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta. ff. quemad. testa. aperiant. l. non aliter. in fi. de legat. 3. Ad id pertinet l. nec seruus. de peculio, ibi, sed cum eo verbo abutimur, factum magis demonstramus, quam ad ius ciuile referimus obligationem. & l. item prætor. ibi, non proprie, sed per abusionem. de suis & legit. hered.

Imaginaria venditio quid. Imaginarius colonus & supposititius idē. Abuti.

Item imaginaria venditio abusiua dicitur, & ficta, l. imaginaria. ff. de regulis. iur. Imaginarius colonus, & suppositititius idem. l. qui per collusionem. ff. de actio. empt.

¶ Præterea abuti est male vti, l. plenum. §. 1. ibi, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua vsurum, non vsque ad compendium, id est vsque ad lucrum, sed ad vsum scilicet, non vsque ad abusum. ff. de vsu & habita. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. ibi, sed abutitur dote. solut. matri.

Abusus.

¶ Abuti etiam dicimus re, quæ vtendo consumitur, vt pecunia, vino, frumento, oleo, & similibus: & in illis dicitur abusus, quasi consumptio quædam per vsum. ita accipit Iurisconsultus in lege, hoc senatusconsultum. §. primo. ff. de vsufruct. ea. re. quæ vsu consu. ibi, si pecuniæ sit vsusfructus legatus, vel etiam earum rerum, quæ in abusu consistunt, &c. & in §. quæ in vsufructu pecuniæ diximus, vel cæterarum rerum, quæ sunt in abusu. ibidem. Cicero etiam in topicis in argu. ex contrario sic ait, Non debet ea mulier, cui vir

bonorum ſuorum vſumfructum legauit, cellis vinariis, & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. vſus enim, & non abuſus legatus eſt. Atque ita iure antiquo non debebatur vſusfructus rei, quæ conſumi poterat vtendo, ſed ex ſenatuſconſulto eius quoque vſusfructus debetur, §. conſtituitur. de vſufruct. in Inſtitutio. & d.l. hoc ſenatuſcon. Inde Archidia. in capitulo, priuilegium. vndecima, quæſtion. tertia, abuſum nonnunquam ſumi in bonam partem affirmat, quem glo. ſequitur in extrauagan. ad conditorem. in verbo, vel abuſum. de verborum ſignificatio. in extrauagan. Ioan. xxii. Ideo ius canonicum adiicit aliquid, non ſimpliciter dicens: vt, nequiter abuti, in capitulo, ſedes. de reſcript. pernicioſus abuſus, cap. pernicioſus. de celebratio. miſſar. vel deteſtabilis abuſus, cap. ſi canonici. in fine, de officio ordina. in ſexto. Tamen ſimpliciter prolatum regulariter ſumitur in malam partem: nam dicimus per abuſum, id eſt per illicitum vſum priuilegium amitti, cap. vt priuilegia. de priuileg. & cap. priuilegium. vndecima, quæſtion. tertia. Lucas in lege, vſum aquę. col. prima, Cod. de aquæ ductu. libro vndecimo. & Galli abutuntur dicentes, omnia moueri de feudo, vel emphyteuſi Regis, vt docet Guido Papa in ſing. 577. vtrum quis. docui in tract. de congrua portio, quæſt. vltima.

Abuſus in bonum interdum accipitur.

Gallorum abuſus.

¶ Et colonus expelli poteſt ante tempus locationis finitum, ſi re locata abutatur, lege, ędem. C. loca. lege, diuortio. §. ſi fundum. ff. ſoluto matrimon. cap. propter. in fine, de loca. Bald. conſilio 290. vulgare. in ſecundo volumine. Vaſſallus etiam per abuſum expellitur, & re priuatur, capit. ad apoſtolicæ. de re iud. Lucas de Penna in lege finali, columna vigeſimaoctaua, Cod. de locatio. prædio. ciuilium. libro vndecimo: vbi idem in emphyteuta ſcribit.

Colonus & vaſſallus quando expelli poſſint.

¶ Et per abuſum priuatur ſua iuriſdictione dominus, lege ſecunda, ff. de iis qui ſunt ſui vel alie. iur. & §. fina. illo titul. in Inſtitut. De appellatione tanquam ab abuſu tractaui in tertio tomo commentariorum ad conſtitutiones Regias, tractatu de appellat. tanquam ab abuſu.

Dominus ſua iuriſdictione per abuſu priuatur.

¶ *Sola*, id eſt vnica, *μόνα*. Solum enim Volſcorum lingua totum ſignificat: nam qui vnus eſt, totus eſt, lege, qui liberis. in principio, ibi, ſiue ſit ſolus ſubſtitutus. de vulga. ff. Tametſi eo loco gloſ. interpretetur pro ſolummodo, quod mihi non placet: nam ſolum ibi capitur pro ſine alio, & pro vno duntaxat, vt ſi vnus tantum ſubſtitutus ſit pure, ſiue cum alio, ſiue ſine alio, dicitur pure ſubſtitutus, & pura ſubſtitutio, id eſt nulla conditione adiecta. & idem in lege prima, C. de teſtibus. ibi, ſoli enim teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt: quamuis gloſ. ibi aliter exponat. lege tertia, §. ſed vtrum. ibi, ſolis patribuſa. ff. de minor. lege, quæ admittitur. pro ſocio.

Solus quot modis.

¶ Item verbum ſola excludit alia: ſic in l. qui vti. & l. aliud eſt fraus. & l. pronuntiatio. verſic. pater autem familias. ibi, non enim ſolam perſonam eius, ſed ius demonſtramus. infra eod.

¶ Et quamuis hęc dictio ſolus denoter vnum, tamen de iure pro materia non excludit alios caſus ſimiles, vel perſonam vel rem, lege, & ſi vſusfructus nomine. in fine. ff. vſufructua. quemadmod. caueat. vbi Vlpian. ſic ſcribit, cum vſusfructus pecuniæ legatus eſſet, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione, cum morieris, aut cum capite minueris, dari. idcirco hi duo ſoli caſus, quoniam pecunię vſus aliter amitti non poteſt, quam his duobus caſibus: & tamen amitti poteſt, quando quis cedit illi, & non vtendo, vt in §. fina. Inſtitut. de vſufruct. iuncto §. primo de vſu, ibidem. facit l. ſi duo. §. idem Iulian. ff. de iureiurand. ibi, quia condictione, inquit, ſolus fur tenetur, non tamen excluditur heres. lege, ſi pro fure. §. condictio. ff. de condictio. furtiua. Decius conſilio 281. viſo. & condictio furtiua ſoli domino competit, lege prima, de condictio. furt. ibidem: & tamen non excludit heredem, tutorem, aliáſque perſonas in gloſ. enumeratas: & lege, ſi vt certo. §. nunc videndum. ibi, ſolum dolum. ff. commod. iuncta lege, contractus. de regulis iuris. de Ripa in rubrica de conſtitut. facit lex penultima, §. finali, ff. de iuris & facti ignorantia.

Solus non excludit caſus ſimiles.

¶ Interdum Iuriſconſultus ad vberiorem expreſsionem, vtrunque, ſcilicet vnum & ſolum coniungit, in l. ſed & ſi. §. item ſi plures habuerit inſtitores, vel cum omnibus contrahi voluit, vel cum vno ſolo. ff. de inſtito. actio.

¶ Solum neutrius generis accipitur pro fundo, vel terra, ſeu area, vel pro eo quod aliquid ſuſtinet, & pro tali loco. Quare Iuriſconſult. ait, hoc interdictum de ſoli poſſeſſore ſcriptum eſt. ff. vti poſsidet. per totum illum titul. & fere in libro & titulis interdictorum. Et qui habet ſolum, habet illud liberum vſq; ad cælum, l. fina. ff. de ſeruitut. Et ſeruitutum prædiorum aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt, l. 3. ff. de ſeruitut. & l. 1. §. penultimo, de mortuo inferendo.

Solum quid.

¶ Inde res ſoli dicuntur immobiles, lege, vſufructu legato. ibi, aut rei ſoli, aut rei mobilis, de vſufruct. ff.

¶ Solum

¶ Solum publicum, ad publicam ſpectans vtilitatem, lege, qui tabernas, ff. de contrahen. emptione.

¶ Item dicitur ſolarium vectigal, quod pro ſolo ſoluitur, l. 2. §. ſi quis nemine. ff. nequid in loc. public. ibi, vectigal enim hoc ſic appellatur ſolarium ex eo, quod pro ſolo penditur, &c. in l. etiam. ff. qui potio. in pigno. habeant. licet in libris antiquis ſit ſalarium: tamen ſolarium melius, & propius ad ſenſum tex. accedit.

Solariũ quid.

¶ Solarium etiam ſignificat locum, in quo horæ ad ſolem denotantur, veruto vmbram faciente, vel primula, *horologe au ſoleil* Gallice, *ou quadran*. Budæus in l. ſi arborem. ff. de ſeruitu. vrba. prædio.

¶ Solarium dicitur quoque locus apricus ad calorem ſolis excipiendum ſitus, de quo intelligitur d. l. ſi arborem. ibi, ſin verò heliocamino, vel ſolario, dicendum erit, quia vmbram facit in loco, cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri.

¶ Solum aduerbium, pro tantum, duntaxat, l. ſi cuti. §. diſtant. ibi, ad hoc ſolum, vt ligna ſuſcipiant. ff. ſi ſeruit. vindicet.

¶ Solo hoc nomine, id eſt hac ſola cauſa, ratione, l. ſi duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iureiurand. ibi, nunquid ergo qui iurauit furtum ſe non feciſſe, hoc ſolo nomine, ſi conueniatur condictione, exceptione vtetur? De quibus dictionibus taxatiuis ſcripſi in l. pratum. infra eodem.

Phraſes dictionis ſolus.

¶ Solam duritiam, l. ſeruus ea lege. in fine. ff. de ſeruis exportand. ibi, Enimuerò pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiam continet. & l. proſpexit. ibi, quod quidem perquam durum eſt, tamen ita lex ſcripta eſt. ff. qui & à quib. ibi, pro aſpero, vel auſtero intelligi poteſt.

Sola duritia.

¶ Solam pactionem vocat Iuriſconſultus in lege ſed & ſi vir. §. ſi vir. ſecundo, ff. de donationibus inter vir. & vxorem, ibi, non verò vt ea ſola pactio irrita ſit, quæ eſt ſeparata à contractu.

¶ Solus inuenitur in l. 2. qui potiores in pigno. habean. ff. in fi. ibi, deficiente ſecunda conuentione, ſecundus creditor in pignore poſtea dato non tam potior quam ſolus inuenitur, id eſt ſoli ſecundo creditori bona tenentur, poſtquam bona ſpecialiter obligata ſufficiunt primo. & l. illa verba, optimus. infra eod.

¶ Item probationes, quæ de filiis dantur, non in ſola affirmatione teſtium conſiſtere decretum eſt, l. fina. de probatio. ff.

¶ Solo authore, l. 3. de ritu nuptiarum. ibi, ſi nepotem ex filio, & nepotem ex altero filio in poteſtate habeam, nuptias inter eos me ſolo authore, id eſt auo, contrahi poſſe verum eſt.

Intellectus ad l. ea ſola. de regu. iur.

¶ Et per hoc declaratur l. ea ſola deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perueniunt. ff. de regul. iur. vt intelligi debeat, vt ſi quis per ſententiam deportatus ſit, illa deportationis ſententia auferat tantũ ea, quæ ad fiſcum perueniunt, & peruenire poſſunt: & ideo omnia bona, quæ fiſcus capere poteſt, ea omnia, ſiue nomina ſint, ſiue actiones, per ſententiam deportationis auferuntur deportato, & ad fiſcum perueniunt. Vnde quę ad fiſcum non perueniunt, non auferuntur deportato per ſententiam: quare vxor non auferetur, l. 1. C. de repud. l. res. C. de donat. inter vir. & vxor. Nec libertatem ea ſententia deportationis deportato auferet, l. fina. de cap. deminutio. ff. & §. cum autem. quib. mod. ius pat. poteſta. ſoluit. in Inſtitut. Nec ea, quæ naturalia ſunt, aufert: ideo nec legatum pro alimentis perdit ſibi factum, lege, legatum. ff. de capit. deminut. & lege tertia, ff. de his quæ pro non ſcrip. habentur.

Sententia quæ non auferat.

¶ Nec aufert ſententia, quę iuriſgentium ſunt: & ideo deportatus non prohibetur poſt deportationem acquirere, l. ſi mandauero tibi. §. is cuius bona publicata ſunt, mandare alicui poteſt, vt ea emat, &c. ff. mandat. Et hunc arbitror verum eius l. ea ſola. intellectum, quicquid glo. & docto. ſcribant, vt fuſius in intellectu nouo ad illam lege m docui in meis no. interpret.

¶ Poſtremo perdunt etiam deportati ius faciendi teſtamentum, l. 1. §. hi quibus. de lega. 3. l. eius. §. ſi cui. ff. de teſta. Et ea, quę ſunt iuris ciuilis, l. 1. vbi gloſſa, & docto. C. de hered. inſtituendis.

¶ *Enim*, pro certe hic accipi poteſt, vt in pleriſque locis ſumi ſolet, vt l. alienationis. & l. inſtrato. cum l. ſeq. & l. aliud eſt fraus. infra eo. Interdum cauſam reddit, & pro quia capitur, vt lege, hereditas. ibi, iuris enim nomen eſt. & lege, quęreret. & lege, probrum. & lege, liberorum. infra eod.

Enim quid ſignificet.

¶ Enimuero pro certe in lege, probrum. infra eodem: & lege, ſeruus ea lege. ff. de ſeruis exportand.

CAIVS LIBRO TERTIO AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX DECIMASEXTA.

Eum, qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. Nam publici appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit. Ciuitates enim loco priuatorum habentur.

¶ Tria breuiter iſte text. continet: primum, quis dicatur publicanus: ſecundum, rationem adſignat, ibi, nam publici: tertiò dicit ciuitates loco priuatorum haberi, ibi, ciuitates. Quot modis accipiatur priuatum, dicam in l. pupillus, §. munus. infra eo.

Publicani qui dicantur.

¶ Publicanus vocatur is, qui vectigal populi Romani conductum habet, vt hic: alibi Iuriſconſult. Vlpian. ſcribit, Publicani ſunt, qui publico fruuntur: nam inde nomen habent, ſiue fiſco vectigal pendant, vel etiam tributum conſequantur, & omnes qui quid à fiſco conducunt, recte appellantur publicani, l. prima, ff. de publica. Publicani autem dicuntur, qui publica vectigalia habent conducta, l. quantæ. in fine, illo titulo. Nos Gallice *fermiers du Roy* vocamus: de quibus in ordina. Reg. rubr. *des tailles, aides & gabelles.* Et hi etiam mancupes vocantur, maxime ſalinarum conductores, l. ſi quis. C. de vectigal. & commiſſ. Anſuri autem, qui vectigal (à vaſis forte butyri anſis geſtari ſolitis) colligunt, & illud vectigal Anſurium vocatur, teſte Laz. lib. 2. de repub. Rom. cap. 13. vbi etiam Arabarchem vocat eum, qui pecorum vectigal exigit, & vectigal Arabarchiæ Imperator in l. vſurpationem. C. de vectig.

Mancupes, anſuri & arabarches qui.

¶ Qui ergo reditus Regis & fiſci redimit, & conducit, publicanus vocatur, Græce autem τελώνης, & τέλωρ, à τέλος, quod eſt vectigal. τελώνιον autem eſt locus, in quo vectigal colligitur. Τέλος etiam pro ſacrificio poſitum legimus, & τελετὰς tum myſtica, tum maiora dici feſta: quoniam non citra grandiorem impenſam fierent. Τελὴν nanque impendere eſt: vnde qui multa profundunt, dicti πολυτελεῖς: qui pauca, ὀλιγοτελεῖς, vt author etiam eſt Cælius libri ſeptimi capite ſecundo. Etiam publicanorum munus, & facultas exigendi tributa, Teleſphoria nuncupatur in lege finali, §. patrimoniorum. ff. de muneribus & honoribus.

Teleſphoria.

Publicani mali.

¶ Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint hi publicani, nemo eſt qui neſciat. Paulus in l. quantæ. de publican. ff. Sunt etiam deo hominibuſque odioſi, vt ait Lucas de Parma, in tracta. de priuileg. fiſci, quæſtion. vlti. & opponuntur caritati, quę non quęrit, quę ſua ſunt, ſed ex ipſis quidã & ſua & aliena. de hoc publicano loquitur tex. in l. ſi quis. in fine. ff. de calumniator. licet olim, dum manus mundas habebant, in honore eſſent, vt teſtatur Cicer. in Qra. pro Cn. Planco. Tamen ſi publicanus pecus meum abduxerit, cum putat contra legem vectigalis à me factum aliquid, quamuis errauerit, agi tamen cum eo vi bonorum raptorum non poſſe Labeo ait in l. ſecunda, §. ſi publicanus. ff. de vi bonor. raptor. Valde enim inhumanus eſt mos iſte, quo retinentur conductores vectigalium, vel agrorum, ſi tantundem locari non poſſint, l. 3. §. diuus etiam. ff. de iur. fiſci. & ideo conductores vectigalium hoc decorantur priuilegio, lege, ſemper. §. conductores. de iure immunitat. vbi ſic ſcriptum extat, conductores vectigalium fiſci neceſsitate ſubeundorum municipalium munerum non obſtringuntur, idque ita obſeruandum diui fratres reſcripſerunt. ex quo Principali reſcripto intelligi poteſt non honori conductorum datum, ſed ne extenuentur facultates eorum.

Munera an publicani ſubire teneantur.

Propter prohibitionem extractionis frumenti publicanus remiſſionẽ mercedis petere poteſt.

¶ Item propter prohibitionem extractionis frumenti à Regno, & conceſsionis repræſaliarum, quæ Gallice *marque* vocantur, poſſe mercedis ſeu penſionis remiſsionem peti à Principe, cum ſuo facto id euenerit, etiam ſi conductores ſuſcepiſſent in ſe periculum caſus fortuiti, doctor. tenent in capitulo, propter ſterilitatem. de loca. & ita fuit concluſum in Parlamento Delphinatus, vt teſtatur Franciſ. Marc. in deciſio. Delphinal. quęſt. 61. 1. partis. & de Ripa in tracta. de peſte.

Teſtimonium non dicunt publicani.

¶ Item inuiti in iudicio non dicunt teſtimonium publicani, lege, inuiti. ff. de teſtibus, quia genus peſsimum hominum eſt, vt ibi Iacobi, & lex de his non confidit: nam ob inſignem eorum malitiam facile peierarent. vnde eos ad periurium lex cogere non vult: & ſi boni eſſent, cogi poſſent. & ita ſeruat vſus forenſis, vt deponant in aliorum, ſed non eorum vtilitatem: quia potius facerent ſe quidam Sarracenos, quam ſuę voluntati non obtemperarent, arg. c. tua. de iureiurand. Vide quinquagintaquinque quęſtiones hos publicanos tangentes, in tractatu de priuilegiis fiſci, in vltima parte: & quę dicam in conſtitutio. Reg. Gallic. in hac materia.

¶ *Vectigal*

Vectigal quid.

¶ *Vectigal.* Vectigal aliquando fundi penſio, reditus dicitur, l. in conuentionibus. infra eod. l. ſi legatum. in fine, ibi, an vectigal ſatis ſit imponi. ff. de operib. public. l. lex vectigali. de pignorib. lege, quod Principis. §. primo, de aqua pluuia arcend. lege prima, §. item fundo. quibus mod. vſusfruct. amitta. l. ei qui. de ſeruitutib. & Plinius libr. 7. epiſto. ad Caninium Rufum.

Agri vectigales, & non vectigales qui dicantur.

¶ Item agri vectigales dicuntur, qui ciuitatum ſunt, & municipibus ita locantur, vt certum vectigal reipublicæ pendant. Alciat. lib. 3. diſpunctio. cap. 10. vel qui in perpetuum locantur hac lege, vt quandiu pro his vectigal pendatur, tandiu neque his, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferre eos liceat, d. l. in conuentionibus. Non vectigales ſunt, qui ita colendi dantur, vt priuatis agros noſtros dare ſolemus. ita definit Iuriſconſult. in l. 1. ff. ſi ager vectigal. id eſt emphyteu. pet. Et vectigalem fundum, id eſt emphyteuticum exponit Martia. Iuriſconſult. in l. ſciendum. §. 1. qui ſatisdar. cogant. Et vectigalis actio, in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de damno infect. quæ datur ad cenſum, & penſionem præſtandam. Vectigales ſocij, qui idem vectigal conduxerunt, l. 3. §. 1. ibi, quod ait in dominos, ſic accipiendum eſt in ſocios vectigales, licet domini non ſint, ff. de publica. & vectigal.

Vectigalis actio.

Socij vectigales.

¶ Vectigalis pecunia, quæ ex vectigalibus prouenit, quæ in regno Franciæ magna eſt, quoniam omnia ferè ſunt ſub tributo.

Vectigal proprie eſt octaua pars.

¶ Vectigal proprie dicitur octaua pars eius, quod vehitur, à vehendo dictum, *peage, ou gabelle* Gallice vocamus. Ita accipitur hic, & l. ſeq. & l. pronuntiatio. §. ſeruientium. infra eo. l. ſi quis pro vxore ſua vectigal. de donatio. inter vir. & vxor. ff. & l. ex præſtatione. C. de vectiga. & commiſſ. gloſ. in l. 1. ff. de publica. & in hac lege. Et exactores illi Octauarij vocantur, Gallice *huictteniers*, l. à legatis. C. de vectigal. & Decumani, qui decimam partem exigebant, vt nunc ex beneficiis fit. Salic. autem in l. vectigalia. C. vectigalia noua inſtitui non poſſe. dicit vectigalia ſeu gabellas non ſolum exigi de rebus, quę vehuntur de loco ad locum, & ſic de mobilibus, ſed etiam de his, quę ſunt intra ciuitatem, vel oppidum, ob identitatem rationis: vt quando venditur vinum in ciuitate, niſi ex propriis vineis ſit, vel beneficiorum ſuorum. ex eis enim non debet ſolui aliqua penſio. Bertachi in tract. de gabellis, in 1. parte. Item aliter accipitur vectigal pro quacunque penſione, quæ fiſco ſoluitur, & pro cenſu etiam alteri ſoluto, vt ſuperius dictum fuit: & Tranquil. in Auguſto, cap. de ordina. legio. videtur dicere, Auguſtum Cæſarem ad ſubleuandos præſidiarios locorum milites, vectigalia noua in limitibus primum inſtituiſſe.

Octauarij & Decumani.

Tributum pro immobilibus.

¶ Tributum autem dicitur pecunia, quæ populo imperata per tribus ſoluebatur: ſicque tributum capitibus, vectigal prædiis imponitur, l. 2. §. ſi quid. ff. de heredita. vel actio. vendit. & ibi gloſ. & cap. ſi tributum. 11. quæſtio. 1. gloſ. in rubr. de anno. lib. 10. C. & in l. 1. de publica. ff. ſcripſi in l. ager. §. ſtipendium. infra eod. Hodie iſta vocabula generalius accipit vulgus.

Pedagium quid ſit.

¶ Pedagium vulgare nomen eſt, & dicitur à pede, quod à tranſeuntibus ſoluitur, *peage*: aliquando barra vocatur, vt Cadurci, & in Hiſpania. De hoc pedagio mentionem facit text. in cap. ſuper quibuſdam. §. prętерea. de verbor. ſignificatio. & ibi gloſ. & in cap. quanquam. de cenſib. in 6. Gabella ex communi loquendi vſu ſoluitur ex ſale: generaliter etiam accipi poteſt, vt dicam in ordin. Reg. Et hęc nomina à communi vſu hominum inducta ſunt, quę non inuenietis apud Iuriſconſultos, vel Latinos alios authores, quod vectigal generaliter ab ipſis capitur, vt dicam in ordinat. Reg. Et vectigalia neruos eſſe reipu. aſſerit Cicero pro lege Manilia.

Gabella.

Imponere vectigal cui liceat, & quare inuentum ſit.

¶ Imponere vectigal eſt de nouo conſtituere, quod ſine Imperatorum pręcepto, neque preſidi, neque curatori, neque curię conſtituere, neque prędecentia reformare, & his vel addere, vel minuere licet, l. vectigalia. ff. de publica. Imo in bulla cœnę domini, articu. tertio, excommunicantur imponentes noua vectigalia, vel exigentes prohibita: & de iure ciuili, qui impoſuerit noua vectigalia, ipſo iure in centum aureis cum infamia punitur. l. vna. C. ad legem Iuliam de ambitu: & perpetuo exilio damnari debet, l. vlt. C. vectigal. noua inſtit. non poſſ. Et in Regno Francię non licet cuique nouum vectigal imponere, vel vetus augere, ſine conſenſu Regis: quoniam ſunt inuenta, vt inſtructiones pontium, viarumque, defenſióque fidei & patrię his vectigalibus fieret: & qui hęc non facit, ad ſatisfactionem tenetur, l. vnica. Cod. de Alexandr. primat. libr. 11. Hoſtienſis in ſumma de cenſibus. §. ex quibus cauſis. verſiculo, nunquid ſine cauſa. Tamen hodie accipientes illa putant ſine cauſa habere, vt ſcripſi fuſius in dicta bulla cœnę domini, articu. tertio. & puto conſulentes Principi, vt noua imponat vectigalia ſine magna cauſa, eſſe in inferno pœnis tartareis cruciandos perpetuo, niſi ſatisfecerint: quod ratò fit, vt ſecundi libri Machabęorum ſecundo capite dicitur, Et tu qui inuentor omnis malitiæ factus es, non effugies manum domini. cogita igitur quod morieris, & citò, & generatio tua citò extinguetur.

Cur inuicta tributa & gallia.

Contra inuentores impoſitionum.

Ponte destructo an in nouo vectigal solitũ recipi possit.

¶ Item si Princeps concesserit alicui nobili, vt alicuius pontis reficiendi causa possit à prætereuntibus vectigal habere, illo ponte postea collapso, seu destructo, nõ poterit in nouo ponte exigere, si fiat inferius, vel superius, nisi commutatum vectigal à Principe fuerit, quia locus erat limitatus, & impositio seu onus circunscriptũ loco, ideo nõ potest ad alium locum extendi, quia omnia loca sunt naturaliter libera transeuntibus, nisi seruitus fuerit imposita, quæ huic nouo ponti affixa non est, neque hæret, l. si locus. §. fina. ff. quemad. seruit. amittat. Et ideo si nauigio homines transeant sub ponte, non habebit etiam vectigal, nisi pons antiquus reficiatur, tunc ius vectigalis nouatur ipso iure sine restitutione in integrum, & sine aliis literis concessionis. d. l. si locus. Bal. in l. si plures. col. 4. C. de condit. insert. facit l. proponebatur, de iudic. & quia sunt quædam vocabula his vectigalibus accommoda, ob id ea hîc tractabo.

Pendere vectigal.

¶ Pendere vectigal est præstare, soluere, l. 1. §. publicani. ibi, siue fisco vectigal pendant. ff. de publican. & l. 1. si ager vectigal. id est emphyteu. peta. & l. si legatum. ibi, vsuras reipub. pendant. ff. de oper. public. & l. epistola. §. pactum. de pact. vbi dicit prius solueret, & postea penderet. l. si remunerandi. §. apud. ff. mandat. Idẽ in verbo dependere tributa, in l. liberto. in fi. ff. de annuis lega. & vectigal, in l. quæro. ff. de vsufruct. lega. l. omnium. C. de vectigal. aureos dependere, l. si mulier. ff. de minor.

Phrases verbi pendere.

Pœnæ non repetuntur.

Pendere de alimentis.

¶ Pendere pœnas & supplicia, est luere, dare pœnas pro delicto, glo. in authen. ad hæc. de iudic. C. quæ hunc citat versum, Pendo, do pœnam: dum pendeo, suffero pœnam. Et pœnę non solent repeti, cum dependę sunt, l. pœnæ. de condictio. indebiti. ff.

¶ Pendere verò de alimentis à pendeo est, dependere substantiamque capere, l. cum hi. §. sed personarum contemplatio habenda est, hoc est, cuius vitę sint hi, quibus alimenta relicta sint, vtrum frugi vitę sint, qui alias sufficere sibi possint, an segnioris, qui de alimentis pendeant: id est, sibi sufficere non possint, nec victum administrare sine alimentis. ideo pendere de alimentis dicuntur, qui si illa non haberent, aliunde habere non possent, & sic fame perirent. Alia de his aliquando forsitan abundantius dicemus in l. cedere diem. infra eod. facit lex, quod si minor. in fine, ibi, totum autem pendet ex prætoris cognitione. ff. de minor.

¶ Pendere quoque à pendeo, est in suspenso esse. vnde dicimus patre ab hostibus capto, vel filio, antequam reuertatur, ius patrię potestatis pendere, §. si ab hostibus. quib. mod. ius patrię potest. soluit. In suspenso dicitur in l. prętor. ff. de noxal. actio.

Cõmittere, & cõmissum quid.

¶ Committere, confiscare dicitur, vt rubrica de vectiga. & commisis, C. quia si non soluatur vectigal, res delata, & quæ vehuntur commercij causa. Et professio dicitur illa designatio significatioque, & declaratio, quæ fit publicano de rebus vehendis: quam si quis iure non fecerit, res non professa cadit in commissum, seu confiscatur, d. l. interdum. §. primo, ff. de publica. l. ius alimentorum. vbi pupillus educa. debeat, lege, forma. §. si quis agrum. de censibus.

Profiteri, & professio quid dicatur.

¶ Profiteri est designare, & confiteri quid, quantumve quis deferat, vt vini, ligni, salis, olei, aliarumque rerum, quæ vehuntur commercij causa. Et professio dicitur illa designatio significatioque, & declaratio, quæ fit publicano de rebus vehendis: quam si quis iure non fecerit, res non professa cadit in commissum, seu confiscatur, d. l. interdum. §. primo, ff. de publica. l. ius alimentorum. vbi pupillus educa. debeat, lege, forma. §. si quis agrum. de censibus.

Improfessus seruus.

Profiteri, pro confiteri & dicere.

¶ Improfessus seruus, qui sic non est designatus, nec pro eo vectigal solutum. l. vlt. §. 1. de publica. ff. nec est ab eo, qui eum ducit, declaratus.

¶ Alibi etiam extra vectigalium materiam profiteri est confiteri, & asserere, l. ne. satisdatio. ibi, qui eum se feciſſe procuratorem libello Principi dato professus est. ff. rem ratam haber. l. 1. §. si quis. ff. à quibus appellan. non sit, l. edicto. de iure fisci, l. 1. §. an & philosophi. de var. & extraordina. cognitio. §. litis causa. eadem l. d. l. forma. §. quod si. de cens. l. 3. de edend. l. tale pactum. de pact.

¶ Item profiteri, proferre, dicere significat. l. 1. ibi, operam dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, vt quis innocens conueniretur, condemnaretur ve. ff. ad legem Cornel. de sicar.

Profiteri, professores.

¶ Profiteri est etiam publice, & apud acta aliquid vltro denuntiare, quod vulgo insinuare vocant. Nam antiqui liberos suos natos apud acta profitebantur apposito die; & consule, teste Budæo, & sic ait intelligi l. cum de ætate. & l. etiam. & l. fina. ff. de probatio. Atque ita postea libertas & ætas facile probari poterat: quod & hodie habemus ex ordinatio. Reg. rubri. *des regiſtres des bapteſmes & ſepultures*, vbi scripsi in 2. tomo commenta. in constitu. Reg. Gallic.

¶ Profiteri vt plurimum pro docere, interpretari, & publice maxime, vel legere: vnde professores dicuntur, qui publice docent, & lectitant, & præceptores disciplinæ alicuius, vt legum doctores, & quos regentes dicimus: vt l. medicos. cum seq. & l. finali, & fere toto tit. de professo. & med. lib. 10. C. & de professorib. qui in vrbe Constan. lib. 12. & l. 1. ff. de

1. ff. de variis & extraord. cognitio. Lucas de Penna in l. professio. C. de mun. patrim. li. 10.

¶ Professio præter eam quam diximus supra significationẽ, dicitur etiam aperta & voluntaria confessio, l. non nudi. C. de probatio. Valla in Raudens.

¶ Ex ea parte huiusce legis, qua dicitur, nam publici appellatio in compluribus causis, &c. adnotari potest, quod proxima lege diximus supra, publici appellationem in compluribus causis respicere pop. Roma. id est regulariter, & vtplurimum, & proprie: quo fit, vt quoniam publicanus dicitur à publico, & qui publicum vectigal conductum habet, intelligatur proprie, qui à populo Romano vectigal illud conduxit, & huius vectigalis conductores proprie publicani, propter publici propriam significationem, dicantur.

¶ Interdum publicum refertur ad publica alterius ciuitatis: ideo adiicit tex. in compluribus causis, quia ciuitates loco priuatorum habentur, in illis scilicet casibus, quibus publicum respicit ad populum Romanum. quare ita ciuitates dicentur priuatæ, & habebuntur loco priuatorum: ideo non succedunt in bonis vacantibus, l. 1. C. de bonis vacant. libr. 10. Sed in casibus vbi publicum respicit ciuitates, non habentur loco priuatorum, vt supra lege proxima tractauimus.

Casus quibus respublica priuatorum loco non habetur.

¶ Eos autem casus glos. etiam in verbo habentur, hic enumerat, quibus nos addemus alios sequentes.

¶ Primus est, vt sententia lata aduersus ciuitatem in defensam sit ipso iure nulla, l. 1. C. de iure reipublic. lib. 11. C. & in hoc ciuitas iure publico & singulari vtitur, quo pupillus, l. si præses. C. quomodo & quando iudex.

¶ Secundus, ciuitas & respublica loco pupilli habentur, l. 3. de iure reipubli. lib. 11. C. & fere in quibus casibus pupillus reperitur priuilegiatus, & ciuitas: cũ in illa isti reperiantur.

Ciuitas tacitam habet hypothecam.

¶ Tertius, ciuitas habet tacitam hypothecam in bonis administratoris ipsius, sicut fiscus, l. 2. C. de debit. ciuit. lib. 11. alias nõ, l. 2. C. de iur. reipu. ibid. vbi Rebuffus. Et simile priuilegium fisco nulla ciuitas in bonis debitoris habet, nisi datum nominatim à Principe sit, l. simile. ff. ad municip.

¶ Quartus, administratores ciuitatis tenentur resarcire ciuitati, quod ciuitas per eorum negligentiam amisit, l. fiaa. C. de iure reipub. lib. 11. facit l. debitoribus. de administratione tutor. & l. periculum. ff. si cert. petat. vbi docto. & l. ciuitas. ibidem.

¶ Quintus, bona ciuitatis non possunt alienari sine Principis licentia, & authoritate, & sine aliis solennitatibus requisitis, in l. fina. C. de vendend. reb. ciuitat. libr. 11. vbi etiam patruus meus Rebuff.

Debitores ciuitatum nõ possunt officia in ciuitate habere, nec legatione fungi.

¶ Sextus, debitores reipublicæ non possunt fieri consules, vel iurati, vel scabini, donec debitum soluerint, nec alium in ciuitate honorem, vel administrationem habere, vt citius ciuitati soluant. l. 1. de debito. ciuita. lib. 11. C. nec legatione fungi, l. sciendum. ff. de legatio. quod facit contra administratores ciuitatum, qui vtplurimum suffurantur & surripiunt ciuitatibus quantum possunt, & postea inter eos diuisione facta, vnus manet debitor certæ summæ & quantitatis, vt is non possit illam regere, donec facta restitutio fuerit, quæ rara est & molesta furibus.

¶ Septimus, creditor ciuitatis tenetur probare pecuniam in vtilitatem ciuitatis versam, vt ciuitas teneatur de mutuo eius administratori facto, l. ciuitas. ff. si certum petat. docto. in cap. quod quibusdam. de fideiuss.

¶ Octauus, si ciuitas lædatur ex sententia, vel ex contractibus, potest in integrum restitui, vt superius scripsi in l. bona. proxima.

Causæ ciuitatum in prima instãtia in Parlamento tractantur.

¶ Nonus, causæ vniuersitatum & ciuitatum possunt etiam in prima instantia tractari in senatu, vt est in ordinatio. Regiis rubr. *quelles cauſes peuuent eſtre traictees en premiere inſtance en la Court de Parlement*, vt superius scripsi.

Res ciuitatis per licitationẽ vendita an rehaberi possit.

¶ Decimus, si ciuitas habeat legem propriam de addictionibus admittendis, & licitationibus, perfecta venditione, ab ea recedere potest, si iusta causa succedat, l. Lucius. in fine. ff. ad municipa. quod secus est in priuato. l. 1. & 2. C. quando liceat ab emptio. disced.

Ciuitas cõpellit suos debitores ante tempus soluere.

¶ Vndecimus, sicut fiscus ante diem solutioni assignatum, potest cogere suos debitores ad soluendum illi ex causa necessitatis, & magnæ vtilitatis, ita & ciuitas. rex. in l. 1. C. de condictio. ex lege, quem Iaſ. singul. scribit in §. sed hoc quidem. numer. 8. Instit. de actio. & in l. pecuniam. colum. vltim. si certum petat. & Hippolyt. singul. 355. debitor. & hoc interdum dixi scabinis Biturigum, vt lectoribus exsolueretur: quod seruarunt, & fuerunt compulsi illius debitores ante tempus soluere. Debet tamen ciuitas commodum medij temporis debitoribus relinquere, vt docto. asserunt ibidem.

¶ Duodecimus, pecunia ciuitatis ob causam frumentariam, seu comparationem frumenti compensari cum alio debito non debet, l. 2. §. ad frumenti comparationem. ff. de administratio. rerum ad ciuitat. pert.

¶ Decimus tertius, grani æstimationem per iniuriam post emptionem ablati, quę rationibus publicis refertur, procurator reipub. domino restitui iubeat, Vlpia. in l. 2. §. grani. ff.

de adminiſtratio.rei.ad ciuit.perti.vbi gloſſ.& Roma.ſingu.754.& l.ſi per imprudentiam. de euictio.ff.

¶ Decimuſquartus,ius reipub.pacto mutari non poteſt,d.l.2.§.ius reipub.de adminiſt. rerum ad ciuita.pert.ff.Sicut nec ius publicum.l.ius publicum.ff.de pact.

¶ Decimuſquintus,reipublicæ cauſa eos ſolos abeſſe intelligimus,qui non ſui cõmodi cauſa,ſed coacti abſunt. Vlpia.in l.reipublicæ.ff.ex quib.cauſ.maior.Et ita reſpondi apud Bituriges contra quoſdam,qui vt ſua tractent negotia apud Regem, procurant pecuniam ciuitatis extorquere,vt pro aliquibus tantillis negotiis ciuitatis mittantur, vt pecunia eis detur:ſed & mittentes,& miſſos à peculatu non excuſarem:& hodie in ciuitatibus,& tem plis,ac vniuerſitatibus,& curiis,ſeruatur ille cõtractus innominatus,facio vt facias, in per niciem animarum multarum.Alia ſcribit gloſſ.& docto.in rub.de iure reipub. C.& gloſſ. in cap.licet.in verbo reipub.de collat.in pragm.Hi tamen caſus notandi ſunt,quos cumu latos nuſquam inueni.

Procurantes adire curiã ex penſis ciuitatis vt ſua negotia tractent.

¶ Ergo ex ſupradictis conſtat,quod non in omnibus,nec ſemper, ſed multoties & frequentius publici appellatio reſpicit pop.Roma.Itaque ſi in compluribus cauſis,in eis ergo facienda erit regula,& limitationes de paucis caſibus,vt ſcribunt docto.in lege prima, de regul.iur.ff.

Reſpicere quid ſignificet, & phraſes.

¶ *Reſpicit*,id eſt pertinet,l.2.§.publici.ff.ne quid in loc.publi.fiat.ibi, ad vias publicas,iti neráque publica pertinet. vbi Vlpia.vtitur verbo pertinet, loco huiuſce verbi reſpicit in eiſdem terminis.l.ſicut impendia.de vſufructu,l.quod reipublicæ.de iniur.vbi primò vti tur verbo pertinet,deinde reſpicit;& l.penult.de decret.ab ord.facien.l.ſi quis putans. §.1. communi diuidundo.& regulariter quando adeſt præpoſitio ſic accipitur. l.ſi vt certo, §. ſi me.ibi,periculum ad te reſpicere.ff.commoda.& l. hinc quæritur. §.1. de pecul. vbi primò ſcribit reſpicere,poſtea ſpectat.Reſpicit periculum ad emptorem. l.ſi in emptione. in fin.ff.de contrahen.emptio.l.2.§.ſicut.de hereditate vendita.l.4.in principio.de pericu.& commod.rei vend.l.ſi extraneus.de iure dotium.l.nec quicquam.in princip. ff. de officio proconſulis.

¶ Præterea reſpiciendum eſt,videndum eſt,conſiderandũ eſt, l.reſpiciendum.ff.de pœnis,vbi Iuſtinus Globerus exponit cautè,& circunſpectè agendum,nec quicquam temere ſtatuendum,in illius l.interpretatione.

Declaratio ad l. eum qui. de public.

¶ Reſpicit,l.eum qui.§.1.alias incipit,ſed & ſi.§.Marcellus.ibi,Publiciana actio ad inſtar proprietatis,non ad inſtar poſſeſsionis reſpicit.ff.de Publicia. & exponit tex.in l.2.§.quædam.ff.de interdict. videlicet actionem Publicianam continere proprietatẽ, & habere inſtar rei vindicationis,& aliarum actionum proprietatem continentium:ſed non habet,vel non continet poſſeſsionem,inſtar actionum poſſeſſoriarum, videlicet interdictorum.atq; ita ſcriptum habeo in meo libro.

Reſpectus.

¶ Reſpicere etiam pro rationem habere,l.quod ait.ff.de noxal.vbi quod prius dixit reſpicit,poſtea rationem habet. Inde reſpectus,id eſt ratio,cauſa,conſideratio, *eſgard* Galli ce,l.hinc quæritur.§.1.ibi,ideo ſi reſpectu mariti heres ſit inſtitutus,vel ei legatum datum, &c.ff.de pecul.l.bona fides.ibi,reſpectu aliarum.ff.depoſ.l. Iulianus.§. ſi quid ſeruo. de actione empti.Rationem pietatis dicit Iuriſconſult.in l.ex duobus.in fin.de nego.geſt.& l. ſi extraneo.de vſufruct.

¶ Ad hæc apud Oratores & Grammaticos ſumitur pro aſpicere, & quandoque apud Iuriſconſultos,*regarder*,intueri,ſiue retro,ſiue in terram fixis oculis.Item pro iuuare,proſpicere,aliiſque variis modis,vt ſatis eſt vobis obuium,ob id non refero.

VLPIANVS LIB. DECIMO AD EDICTVM.

LEX DECIMASEPTIMA.

Inter publica habemus non ſacra, nec religioſa, nec quæ publicis vſibus ſunt deſtinata, ſed ſiqua ſunt ciuitatum velut bona, ſed & peculia ſeruorum ciuitatum proculdubio publica habentur. Publica vectigalia intelligere debemus,ex quibus vectigal fiſcus capit: quale eſt vectigal portus, vel venalium rerum,item ſalinarum,& metallorum,& *piſcariarum.

** Legitur in Pand. Flor. picariarũ: & videtur melior lectio. Picis enim fodinas in reditu pop. Roma.habuit,& picariarũ meminit Cicero in Bruto.*

¶ Duo hac lege traduntur:primum,quæ inter publica habeantur: deinde,quæ ſint publica vectigalia,dum ait,publica vectigalia,&c. quæ pars eſt poſtrema. Proxima enim ſuperiori lege dictum fuit,ciuitates loco priuatorum eſſe,& publici appellationem ad populum Romanum referri:nunc verò docet inter publica haberi bona ciuitatum,non quæ publicis vſibus deſtinata ſunt,quia publica, id eſt quaſi populica ſunt, vt via publica, forum, plateæque communes, & horum bonorum publicorum non eſt apud ciues commercium,& proinde ea vendere non poſſunt,l.ſed Celſus.ff.de contrahen.emptione. Sed quia

quia dubitari poteſt,an ſacra & religioſa publica dicantur,quod videtur dicendum, cum ius publicum conſiſtat in ſacris,& ſacerdotibus,l.1.ff.de iuſtitia & iure.cap.ius publicum. 1.diſtinct. ideo iſte text.diſſoluit eam dubitationem,dum ait,Inter publica habemus non ſacra,nec religioſa,nec quæ publicis vſibus ſunt deſtinata, vt theatra, dicit gloſſ.ſed ſiqua ſunt ciuitatum bona,vt peculia ſeruorum,ciuitatis molendina, illa proculdubio inter publica habentur.& Pomp.ſcribit in d.l.ſed Celſus.quædã eſſe publica,quæ non in pecunia populi conſiſtunt,ſed in vſu publico,vt Campus Martius:alia verò quæ in pecunia populi ſunt,vt nemora ad ciuitatem pertinẽtia. Videmus enim ciuitates in Regno Galliæ, quæ reditus & obuentiones ex nemoribus percipiunt, vt nẽ omittam natale ſolum, & vnde mihi origo eſt antiquiſsima, Vlpia.Iuriſconſult.exemplo,in l.1.ff.de cenſib. ciuitas Monſpeſſulani reditus nunc percipit nemoris, quod dicitur Valena,quod in vſus reipublic.& negotia publica conuertit,aut conuertere debet.

Quæ inter publica habeantur.

¶ Item molendina, vel alia ciuitatis bona eius generis,non ſunt publica, ſed inter publica habẽtur,vt hic tex.dicit.Sacra autem in nullius bonis ſunt. §.ſacræ.de rerum diuiſio. in Inſtitut.quia diuini iuris ſunt.l.1.ff.illo titulo.nec inter publica habentur, nec publica ſunt,l.2.ibi,loca publica,vel templa occupaſſe.ff.de colleg.illicit.l.1.ibi, ſacra & religioſa, publicáve.ad legem Iuliam pecul.

¶ Tamen large & quo ad iuris deciſionem ſecus, nempe id quod ſtatuitur in ſacris, & econtrario,habet locum in publicis,vt in legibus ſuperius adductis probatur,& in l. vſucapionem.ff.de vſucap.Et licet in ſacris ius publicum conſiſtat,tamen non ſequitur ſacra publica eſſe:nam & in ſacerdotibus conſiſtit ius publicum, tamen non ideo dicendum ſacra, ſacerdotéſve publica eſſe,licet in eis conſiſtat ius publicum, l.1.ff.de iuſtit.& iure : licet etiam illorum vſus publicus exiſtat. Et Iuriſconſultus interdum diuidit publica,priuata,& fiſcalia,vt l.1.in fine.ff.de calumniatoribus.

Quæ inter publica habẽtur eiſdem priuilegiis,quibus res ſacræ pr̃ũtur, & publicæ.

¶ Ex quo infertur,illa etiam,quæ inter publica habentur,multis gaudere priuilegiis, & eis ipſis,quæ verè publica:poſtquam Iuriſconſultus vult vt inter publica habeantur,ideo cuilibet de iure in publicum petere permittendum eſt id,quod ad vſum hominum pertineat,l.1.ff.de locis & itiner.public.

¶ Item in publico loco prohibet prætor ædificare,l.1.ff.ne quid in loco public.fiat.loca enim publica vtique vſibus priuatorum deſeruiunt,iure ſcilicet ciuitatis, non quaſi propria cuiuſq;,vel ſingulorum. Et loci publici appellatio ad terras,inſulas,agros,& ad vias publicas,itineráque publica pertinet,l.1.§.loca.& §.publici.ibidem.

¶ Colligitur etiam ex hoc tex.aliud eſſe,publicum eſſe,aliud inter publica haberi:quia id quod eſt publicum,propriè eſt:id verò quod habetur,impropriè:vt de bonis hic ſtatuit Iuriſconſult.quæ ſunt ciuitatis,vt habeantur inter publica, non dicit autem eſſe publica.

Verbum habẽtur,quando fictionem ſignificet.

¶ Ex quo notari & colligi poteſt,verbum habetur fictionem ſignificare, vt lege proxima ſupra:quod verum eſt,cum iungitur præpoſitioni inter, vt hic. Idem in dictione in, ſeu,pro:vt habetur pro interrogato,qui ſine interrogatione reſponderit ſe heredem eſſe,l. ſi ſine.ff.de interroga.act. Pro nullo hoc habetur,lege prima,in fine,quod quiſq; iuris in alium ſtatue.

¶ Habetur in rutis & cæſis,id eſt computatur,connumeratur inter cæſa & ruta,l.granaria.ibi,tegulæ in rutis & cæſis habentur.ff.de contrahen.emptio. & in l.in rutis. Iuriſconſ. dicit,ſunt,vt inferius apparebit in illa lege.

Reprehenditur docto. de verbis in omnibus & per omnia.

¶ Limitant docto.quando hæc verba in omnibus & per omnia præcederent verbum habeatur:tunc enim veritatem ſignificare aiunt,vt docet Corſet.ſingul.incipiente habeatur,vbi multa allegat:& docto.in l.1.ff.de lega.1.poſt Bartolum in l.ſi is qui.ff. de vſucapio: per text.quem dicunt ſingularem in l.2.§.furioſus.ibi, cum in omnibus & per omnia abſentis,& quieſcentis loco habeatur.ff.de iure codicillo.qui tex.meo quidem iudicio contrarium probat,vt ibi dicam in meis nou.interpre.Etenim verbum improprium proprietatem facere non poteſt:ideo dicendum videtur, per quæcunque verba impropria proprietatem non fieri.Cæterum cum Iuriſconſultus vtitur hac clauſula, in omnibus & per omnia habeatur quieſcentis loco,tunc in quibus caſibus diſponitur de quieſcente, habebit illa diſpoſitio locum in furioſo:ſed furioſus quidem non erit proprie quieſcẽs. Et hoc verum eſt,niſi verbum fictum,ſeu tranſlatum adiiceretur proprio verbo, vt pro nullo habeatur,& nullum ſit,vt in d.l.1.in fine,quod quiſque iur.ff.Barba.in repetitio.l. cum acutiſsimi.colum.6.C.de fideicom.& conſil.38.colum.13.in ſecundo volumi. & 53. colum. 13. ibidem.& videte Hippolytum in l.qui falſam.num.50.& ſeq.ff.de falſ.Sed tunc verbum fictum,ſeu per κατάχρησιν ſumptum,non inducit veritatem per ſe,ſed verbum verum adiunctum id efficit,vt habeatur pro ciue,& ſit ciuis.Alia complura ſcribam de hoc verbo in l. habere.infra eodem.

Sacræ res quæ ſint.

¶ *Sacra*.Sacræ res,ſunt hæ res quæ publicè conſecratæ ſunt,non priuatim.l.in tantum.§. ſacræ.de rerum diuiſi.ff.& l.ſacra loca.ibidem.Et ſacrum proprie Dei eſt,& Deo dicatum,

§.ſacræ.

Sanctum quid, & vnde dicatur.

§.sacræ.Institut.de rerum diuisio. Sanctum autem, quod ab iniuria hominum defensum est,l.sanctum.ff.de rerum diuisio.& est incorruptum inuiolatúmque:vnde legati sancti habentur iuregentium,l.si quis ita legatum.ff.de legatio.& ne quis eos violaret, sagmina, id est quasdam herbas ferre solebant,à quibus sagminibus dicta sancta sunt, vt vult Marcianus d.l.sanctum,vel sanctum potius à sanciendo:vnde sanctiones partes sunt legum,quibus pœnæ constituræ sunt aduersus eos,qui contra leges fecerint.§.sanctæ.Institut.de rer. diuisio,l.sacra.§.illud notandum.ff.eod.vbi ait tex.proprie dici sancta, quæ nec sacra, nec

Sanctiones.

Profanum.

profana sunt,sed sanctione quadam confirmata. Profanum autem quod dum sanctũ fuisset,postea in vsu hominum factum est,quasi extra fanum & sanctuarium,teste Aggeno Vrbic.in commen.in Iulium Frontinum rub.de controuersiis. Non dicam hic de Hebræis, qui sacrum thesaurum Corbonam siue Daghes vocant: à quibus forte sacer Theologiæ locus,quem corrupto nomine Parisienses Sorbonam nominant,dici potuit, quasi sacer Theologiæ thesaurus ibi sit:& qui nouerit,hoc iure testari poterit.nam qui vidit, testimonium perhibet,&c.

Corbona non Sorbona, & vnde.

Religiosum quid.

¶ *Religiosa.*Religiosum locum de iure vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum,l.in tantum.§.religiosum.ff.de rerum diuisio.& §.religiosum.Institit. eo.titu.& toto titu.de religiosis,& sumpt.funer.ff.& C.sed hoc olim:nunc verò immutatum est à iure canonico.

Religio quid sit.

¶ Religio autem est Deorum cultus, l. veluti erga Deum religio. ff. de iustit. & iure, & teste diuo Augustino, tomo primo,cap.de vera religione.circa finem,& Lactan.lib.4.cap. 28.quia hoc vinculo pietatis obstricti Deo,& religati sumus, vel à re; id est effectu, & eligo,vt August.in 10.de ciuita.Dei ait:vel à relinquendo,vt Massurius ait,quia cuncta,cum ad religionem accedimus,omittere debeamus:non verò à relegẽdo, tanquam relegerent, & diligenter tractarent omnia quæ ad cultum Deorum pertinent,vt quidam dicere voluerunt.Et de antiquo ritu Romanorum in religione Cicero edisserit lib.de legib.2.& de natura Deorum.

Religio multis modis, & religiosus.

¶ Inde religiosus dicitur quis fieri per leges, in proœmio Institut.in princ. & sacerdos, l.1.in princip.ff.de iustit.& iure, quia leges religant & coarctant ad bene, beatéque viuendum,vt ait Ioan.Fab.ibidem.

Religio pro fide exposita reprobatur.

¶ Religio generaliter sumitur pro Dei cultu,vt diximus,& sic sumitur, dũ dicimus religionem Christianam,l.1.C.de summa trinit.licet ibi glos.exponat pro fide:sed aliud est fides,aliud religio.nam in religione continentur fides,spes, & charitas,teste Archid.in cap. 1.de regul.in sexto.in fide continetur,quid credendum:in spe, quid sperandum:in charita te,quid amandum. Et religio à superstitione differt:quia religio veri cultus,& in virtute est: superstitio falsi,& in vitio, teste Budæo in prior.adnotatio.in Pandectas:& sic omnis Christianus potest vocari religiosus.

Superstitio à religione differt.

¶ Aliquando large religio,seu religiosus,potest dici omnis clericus, siue laicus, honcstè ex fide,quæ per charitatem operatur,viuens,cap.ecclesia.de constitutio.cap.fin.de reb. eccles.non alienandis.& de ea loquitur Iacob.in epistol.cap.1.in hæc verba:Religio munda,& immaculata apud Deum,& patrem,hæc est,visitare pupillos,& viduas in tribulationibus eorum,& immaculatum se custodire ab hoc seculo.

¶ Religiosa res est philosophia,id est sancta,l.1.§.an philosophi.iuncto §.est quidem res sanctissima,ciuilis sapientia.de variis & extraord.cognitio.ff.

Religio in qua quis profitetur tria vota.

¶ Interdum religio dicitur,in qua quis profitetur tria vota,videlicet paupertatem, obedientiam,& castitatem:& ille qui hoc profitetur,dicitur religiosus:& de hac religione habetur in rub.de regula.& transeunt.ad religionem.& cap.penult.& per totum:& ex vsu loquendi,quando loquimur de religiosis,hi continentur,teste Panor.in rubr.de regula.col. 1.& 2. hi propter loci religionem inde se mouere non possunt, l.2.ff.de in ius vocand.nec discedere sine apostasiæ labe,l.penult.ff.de excusatio.mune. & in ca.vno.de apostа.Et religionis causa homines colligi non prohibentur, l.1. de collegiis illic.ff.

Religio pro debito officij & cura.

¶ Item religio,id est,quod vulgo debitum officij,hoc est iusta muneris functio, vt docet Budæ.in comment.linguæ Græcæ, vbi verba non satis proba in religiosos iactat, nec viro bono conuenientia.videte & iudicate.Et religio pro solicita & anxia cura capitur:sic etiam accipi potest apud Iurisconsult.in l.illicitas.§.ne potentiores. ff. de offic.præsid.ibi, ad religionem præsidis prouinciæ pertinet,id est ad officium & curam præsidis spectat,ne humiles à potentioribus opprimantur. Idem scribitur in l.2.ff.de excusat.muner.& l.1. §. diuus Seuerus. ibi, religionem cognoscentis instruat.de quæstio.l.final.de var.& extraor. cognitio.l.quia.§.item si inuenerit.ff.si quis omissa causa testa.l.1.§.1.de rebus eorum.iuncta l.si quis stipulatus.ibi,officiũ prætoris est.ex quibus causis.l.eum quem temere.in fine, de iudic.& quemadmodum honor religioni debetur,sic & magistratibus, l. veluti. de iustitia & iure.ff.

¶ Maximum remedium expediendarum litium in vsum venit iurisiurandi religio, id est cultus

est cultus seu iurisiurandi reuerentia,l.1.ff.de iureiuran. l. iurisiurandi contempta religio satis deum vltorem habet. C.eo.sic exponitur in l.fundus.ff.famil.ercisc.

Religio pro secta.

¶ Religio pro secta,l.circũncidere.ff.de sica.ibi,eiusdem religionis homini.l. non erit. ff.de iureiur.§.sed si quis illicitum.ibi,improbatæ publicæ religionis.

Religio pro iureiurando.

¶ Religio interdum pro iureiurando sumitur.Paul.in l.multo magis proderit patri religio filij.iuncta l.præcedente & seq.ff.de iureiuran.& l.quæ sub conditione. de conditio. institit.in vna parte dicit religionem,in altera iusiurandum.

¶ Deferre autem iusiurandum iudicem oportet:cæterum si alius detulerit iusiurandũ, vel non delato iuratum sit, nulla erit religio, nec vllum iusiurandũ.Vlpia.in l. videamus. §.deferre.de in litem iuran.ff.id est nullum erit iuramenti vinculum, seu effectus : probatur in l.3.ff.de iureiuran.

Religio pro diuino numine.

¶ Religionem pro diuino numine exponit tex.in l. quæ sub conditione. ff. de condit. institu.ibi, cum enim faciles sint nonnulli hominum ad iurandum contemptu religionis:alij perquam timidi, metu diuini numinis,vsque ad superstitionem.

Religiosa constantia.

¶ Religiosa constantia,l.ne piscatores.ff.de incend.ibi,Præsidis prouinciæ religiosa constantia efficiat:quia religiosi,constantes,& firmi in oratione & religione esse debent, non inconstantes,nec palantes,vt plures sunt.

¶ Item non videtur quispiam fieri locupletior in ea re, quam religioni dedicauit, ideo maritus sepulturæ causa vxori donare potest,vel econtra,l.si sponsus.§.concessa.ff. de donatio.inter virum & vxorem.

¶ Summa ratio est,quæ pro religione facit,l.sunt personæ.ff.de religio.& sumpt.funer. alia religiosis relinquo de religione.

Declaratio gl. 1. & quot modis publica dicantur.

¶ Glossa prima huius legis dicit publici nomen stricte hic accipi. Itaque notandũ est, vt sæpe supra dictum est, iure publicum proprie dici,quod ad populum Romanum pertinet,sic ait l.bona.supra eo.

¶ Lata autem significatione,publica quoque dicuntur secundo modo bona ciuitatũ, quæ publicis vsibus destinata sunt, vt viæ publicæ.ff. de via publica,& de locis & itiner. publicis,& nequid in loco publico fiat:ac forum & plateæ communes.l. sed & Celsus. ff. de contrahen.emptio.facit d.l.2.§.publici.ff.ne quid in loco pub.

¶ Tertiò inter publica habentur etiam bona ciuitatũ,quæ non sunt in vsu priuatorum, vt peculia seruorum ciuitatis,nemora,molendina ciuitatum:quod est notandum secundum Albe.hic:& ista bona sunt in patrimonio ciuitatis,sed non vsui publico, & priuatorũ destinata,vt viæ publicæ.Videte Aggenũ Vrbic.in cõmen.in Iul.Front.tit.de controu.

¶ Aliis in locis publicum multis dicitur modis,in l.1.§.ius publicum.ff.de iustit.& iur. l.1.de interdict.Et communi vsu dicimus publicum, omnibus patens.§. consequens. Institit.de suspect.tut. Vnde mulier,quæ publice mercari consuevit,agit,& conuenitur sine marito,de consuetudine Franciæ,*les marchandes publiques*, quod probari potest iure , per l. 3.ff.ad senatusconsult.Macedo.Boer.in §.3.de consuetud. iuris status persona. in consuet. Biturig. Et in vinculis eos ita accipimus,qui ita alligati sunt,vt sine dedecore in publico apparere non possint,l.in eadem.ff.ex quib.caus.maio.ibi,publicum capitur pro palam,& coram omnibus,& patens,dum is non audet sui publice copiam facere,prodire in publicum,se ostendere,& exhibere præsentiam sui populo.facit c.si qui testium.de testib.

Mulier publicè mercaturis officium fungens, agit & conuenitur.

¶ Publica executio quid sit,declarabitur in l.hæc stipulatio.infra eo. Publicum etiam pro carcere,custodiáve publica sumitur,in l.qui neque.§. vltim. infra eod. Item publica vincula,l.vinculorum.infra eo. Publicum munus,in l.pupillus.§.pupillus.infra eod. elucidatur. Publice,in l.hostes.infra eod.

¶ Publicũ ius quidã accipiũt pro cõmuni,in l.testamẽti factio publici iuris est. ff. de testa.& l.ius publicũ. iuncta l.iurisgentiũ.§.si pacisear.& l.cõtra.ff.de pact. alibi tamen dixi.

Vsus publici.

¶ *Vsus* quid sit,dixi in ordinationibus Regiis,rubric. de consuetudine, in tertio tomo commentã.ad constit.Reg.facit l.fundi.infra eod. Vsus publici dicuntur,quando ad populum spectant,quasi populici, vt supra dictum est. Vsus hominis, l.quæstio.infra, ibi, ad hominis vsum comparatur. Vsus iuris,in l.in vsu iuris.infra eod. Vsu suo,l. in lege censoria.infra eo.vbi dicetur. Vsucapi,l.alienationis.hoc tit.infra. Alias phrases de vsu hic omittam,ne multitudine rei vos obtundam.

An ciuitas vẽdere possit vsui publico destinata.

¶ *Destinata.*Glos.hic in hoc verbo destinata dicit bona quæ sunt in pecunia ciuitatis, siue in patrimonio, non destinata vsui publico,posse vendi,qualia sunt molendina: & de his ciuitas potest disponere,sicut quilibet priuatus de suis bonis.Diuersum est in his,quæ sunt ad vsum publicum,vt viæ publicæ, d.l.sed & Celsus.ff.de contrahen.emptio.Cepola in tracta.seruitut.in 2.parte,rubr.de seruit.viæ.colum.10.& seq.plene tractat. Et hæc venditio perfecta non potest reuocari,licet alius facta venditione maius offerat pretium,l.1. C.de vend.reb.ciuitat.lib.11.sicut nec venditio priuati, l.ratas. C.de rescind.venditio. Requiritur tamẽ solẽnitas in illis rebus vendẽdis,quã docet text.in l.fi.de vẽd.reb.ciuit.ibid.

Ex

Consiliū Bart. de vendēdis rebus ciuitatum reprobatum.

¶ Ex his patet Bar.perperam consuluisse,in l.continuus.§.cum quis.in fin.ff.de verbo. obligat.vbi consuluit faciendum statutum à ciuitate,vt via publica, vel alius locus vsibus publicis destinatus pronuntietur priuatus,& demum vendi poterit: allegat l. prohibere. §.plane.ff.quod vi aut clam.& l.2.§.viam publicam.ne quid in loco public.quia hoc non potest ciuitas statuere,cum sit contra ius,quam potestatem inferior non habet, vt idem tradit Bart.in l.omnes populi.ff.de iustitia & iur.cum inferior tollere non possit legem superioris.clemen.2.de elect.nisi ciuitas alium non recognosceret. Alioqui quotidie ciuitates facerent statuta contra iura,quod non est permittendum. Imò ab his statutis sic factis audiui procuratorem Regium appellasse,tanquam ab abusu,& reformata fuisse statuta ita perperam concepta. Etiam hoc tenderet in præiudicium Regis, vel alterius superioris, & reipublicæ.

¶ Nec quicquam facit dictus §.plane.vbi procurator reipub.non potest concedere, vt in publico loco aliquid fiat,nisi lex municipalis hoc concedat: intelligitur si consuetudo municipalis,vel lex à Principe approbata hoc permitteret:sed quod ciuitas possit hoc statuere contra ius, non probat ille text.nec d.§. viam.quamuis Cepol. opinionem Bartoli approbet hic.

Lex de dubio fieri debet,quo modo intelligatur.

¶ *Proculdubio.*Ex hac dictione adicta quidam colligunt hanc legem videri factam sine dubitatione,& de quo non est dubium,cum dicat dubio procul esse,atq; ita non dubium esse.Sed huic obiectioni responderi potest,hanc dictionem adiectam elegantiæ causa, atq; affirmationis,pro eo quod est quidem,certe,sane,plane,& id genus: nec Iurisconsultum velle dicere,sine dubitatione esse,quod hic dicit,vt publica habeantur,&c.Si enim tritum & vulgatum esset,non opus lege esset,vel constitutione, quæ de dubiis rebus cōstitui debet,l.quod Labeo.ff.de Carbo.edicto.l.ancillæ.C.de furt. Imò verò magnam esse dubitationem oportet,vt l.in lege censoria.& in l.sæpe.§.vltim.infra eod. alioqui responderi potest,quod Celsus Iurisconsult.in l.Domitius Labeo.ff.de testamen.Aut non intelligo(inquit)quid sit,de quo me consulis,aut valde stulta est consultatio tua.plusquam enim ridiculum est dubitare,an aliquis,&c.vt ibi.Et plebeij sane,rusticique,& rudes homines,ignaríve & idiotæ de iure respondere possent,vt Iurisperiti, nec opus Iurisconsultis esset.Non negarim tamen insitam atque innatam omnibus quandam naturæ vim, luménque quoddam rerum agendarum, quo & quæ sequenda,quæve fugienda,quid rectum, prauúmque sit,intelligamus:quæ vt sunt initia,& origo iuris,de his tamen non est constituta lex, cum omnibus palam sint:sed sanctio potius,& pœna,si quis ea nota neglexerit.Sed illud ius notum non omnibus est, quod ex abstrusioribus est petitum, & quæ communē hominum, vulgarémque sensum superant,& recondita magis animis sagacioribus sunt: atque ex his peritiorum,& Iurisconsultorum responsa,& interpretationes constant, l.2.§. his legibus latis.ibi, vt naturaliter euenire solet, vt interpretatio desideraret prudētum authoritatem, necessariámque disputationem fori,&c.hoc ius vtique non omnibus obuium, cum nec Sulpitio,summo alioqui oratori,ante obiurgationē Quinti Mucij, hæc iuris peritia contigerit. Tanto magis ridenda est illorum temeritas,qui se triduo Iurisconsultos professuros iactitant,si quis eis stomachū mouerit,vt Cicero solebat in oratio.pro Lucio Murena: quanto tales homines à Sulpitij eruditione lōgius absunt,& à Ciceronis studio,qui à Scæuolæ latere adolescens discedere non consueuerat? Non omittam tamen,quod Cicero ait lib.de Oratore ad Quintum fratrem,& docto.nostri, vt Paul.Castrens.& Iason in l. iurisgentium.§.quinimo.ff.de pactis.confirmant,Iurisconsult. obscurè interdum de industria loquutos,ne leges omnibus communes essent. Huicautē positioni,legem de quæstione dubia oportere esse, quod & verum est, vt supra diximus, afferri solent in contrarium l. hominis. vbi dicitur non dubitari, &c. & l.instrato.infra eod.& pleræque aliæ leges,quibus non ambigi,non dubitari,solent dicere Iurisconsulti. Quibus responderi potest, ante legem quidem promulgatam dubium fuisse,at iam post,non dubium esse, quod & ait Iurisconsultus in l.3.ff.si quadrup.pauper.feciss.dicat.ibi,ex hac lege iam non dubitatur.& l. apud.ibi,nulla dubitatio est post rescriptum Imperatoris.ff.de captiuis,& postlim.reuers. Nec obstat si denuo quis obiiciat l.quæris.ff. de natal.restit.ibi, non habet dubiū, nec vnquam fuit dubium:idem in §.1.de societ.in Instit.Respondet enim glo.in l.inter omnes.ff. qui satisd.cog.nunquam fuisse dubium apud Iurisperitos:& pro hoc facit l.locum.in fin. ibi,nunquā dubitaui.ff.de vsufruct.& l.non dubito.de seruit.& l.non dubito.de iure fisci, & l.non distinguemus.§.item si quis.ff.de arbit. Sed quod verius dicendū putamus, leges quidē de casu dubio esse debēt,in casu scilicet principali:sed eius decisionis causa, ad confirmationē seu declarationem facti principalis,seu speciei propositæ accessoriè multa afferuntur,quæ nullam,aut paruam dubitationem habent: quia confirmatio notior esse debet conclusione,& magis indubitata. Ex notioribus enim demonstrationes & argumentationes, vt ait Aristoteles, fieri debent, vt docebimus etiam in lege,triplici. infra eodem. Deinde nihil impedit, si dicamus hæc energiæ causa adiecta ab Iurisconsulto, atq; phrasim esse,

Qui de iure possint respondere.

Diluuntur contraria.

esse,vt d.l.hominis.& l.si ita.vel sine dubio,infra eod.& l.hereditatis.ad legem Aquil.Item interdum indubitate dicunt,l.4.in fin.ff.ad legem Rhodiam de iact.l.si heres.famil.ercisc. Item nemo est qui ignoret, l.pecuniæ.2.infra eo.& nemo est qui nesciat,l.nemo.de duob. reis.ff.l.seruis legatis.in fin.ff.de lega.3.l.etiam.§.item si quis.de petit.hered. & aliis multis modis,qui gratiam,& venustatem orationi addunt.

Publica vectigalia, quæ dicantur.

¶ *Publica vectigalia.* Hic declaratur, quæ dicantur publica vectigalia: & dicit ea esse, ex quibus fiscus vectigal capit.Si Baro,vel alius nobilis capiat in ponte,vel ciuitate vectigal, non dicitur publicum,nisi fiscus concesserit ei iura sua,vel alicui ciuitati, vt Parisiensium ad tempus ex aliqua causa:tunc enim dicerentur publica, quia non relinquunt naturam primæuam:nempe Rex per alium capiens,ipse capere videtur: per regulam iuris, qui per alium facit,&c. Secus autem si cuidam perpetuò concesserit Princeps,tunc illa non dicuntur publica,quia fiscus illa non capit:tamen si fiscus ad tempus non caperet,ex indulgentiarum forte causa,vel alia remittens transeūtibus vectigal, etiam diceretur publicum, quia paria sunt capere,& capere posse,l.apud Iulianum.§.1.de legat.1.ff.l.si nauis.in fin.de rei vindica.l.generaliter.de regulis iuris. Et legendum est in tex.capit,non accipit, vt probatur in l.aliud est capere.infra eo.

An vectigal præscribi possit.

¶ Sed quærendum est,an ius vectigalis possit præscribi tanto tempore, cuius memoria non sit in contrarium: respondeo,posse,inquit tex.in cap.super quibusdam.§.1.de verbo. significa.& Lucas de Penna in l.viros.3.C.de diuers. officiis.lib.12.

Pater pro filio quando teneatur.

¶ Item si filiusfam.conduxerit hoc vectigal,pater erit obstrictus,l.2.§. sed & si.ff.ad municipales.Et in vectigalibus publicis permissum est sociis corpus, & communionem habere.l.1.§.1.ff.quod cuiusque vniuersita.no.Et est pœna,si quis ad conductionem eorum, quæ publice locantur accedere,vel ad vectigalia publica:& abstinere à negotiatione iubeatur,l.moris.§.sunt autem.ff.de pœnis.

Vectigal duplex.

¶ Atque ita apparet duplex vectigal esse,aliud publicum,quod fiscus capit, vt hic dicitur:aliud priuatum, quod priuatus capit, sumpto argumento à contrario per hunc text. etenim quod non sumit fiscus,priuatum dicitur:publicum autē quando fiscus. Aliquando & priuatum vectigal dicitur,quod quisq; ex reditibus suis percipit,& fructibus,l.arbores.in fine.ff.de vsufruct.ibi,arundinis,vel pali compendium,si in eo quoque fundo vectigal esse consueuit,ad fructuarium pertinet.cuius tex.sententia est,compendium, emolumentúmve cæsæ arundinis, vel pali,spectat ad fructuarium, si vectigal, id est reditus in eo fundo percipi consueuit:quicquid dicat glo.ibi,& docto.& quæ sint ista vectigalia publica,patet ex sequentibus.

Elucidatur l. arbores.

Fiscus quid sit.

¶ *Fiscus,*dicitur pecunia Imperatoris,vel Regis,quam *domaine* dicimus, à fiscis,id est sportulis dictum.fisci enim spartea erant vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas: vnde quia maior summa est pecuniæ publicę,quam priuatæ,factum est,vt fiscus pro pecunia publica diceretur:& inde confiscare deductum,teste Budæ.in annotatio. in Pandect.in rubric.de officio quæsto.vel confiscare est in ius publicum ærarij redigere, vt docet Catelia. Cotta in secunda parte memora. in verbo fiscus, vnde semper soluendo dicitur, l.2.ff.de fundo dotal. sed domanium vix potest vocari fiscus:nam aliud est procurator Cæsaris, aliud fisci.l.1.ff.de offic.procur. Cæsaris.

Confiscare.

Fideiussor in principis excussionis exceptionem non habet.

Fideiussor itaque Principis non poterit exceptionem opponere excussionis,ne inanis sit fideiussor, vt scripsi in l.si ita stipulatus. in fi. infra eodem.Alibi dicit Baldus in cap.vno,de Feudo Marchiæ. columna secunda, fiscum esse stomachum,saccum,& firmitudinem,vel saccum sine conscientia, qui imbursat male quæsita:sunt verba Bald.in cap. vno. columna 3. de allodiis. vbi dicit fiscum esse proprie tantum Papæ, vel Imperij:& ibi sumit fiscum pro iure confiscandi.facit quod scribit Guido Papa decisio.259.in ciuitate. vbi decidit procuratores fisci non teneri probare se esse procuratores,quia postquam potestas eorum est lecta & publicata in curiis, vbi ipsi sunt procuratores,sufficit:alioqui quotidie eorum potestatem, maxime delinquentibus, in quos agunt,& partem faciunt,probare oporteret.

Procurator fisci non probat se procuratorem.

¶ Sed hodie vulgus capit fiscum pro Rege,aut Imperatore,in cuius loco est procurator eius,vt dicit Chassaneus in consuetud.Burgund.rubric.*des successions des bastars.*§.1.in glo.succedere.lege secunda,§.hoc interdictum.ff.ne quid in loco publico fiat. Guido Papa in statuto si quis.in verbo fisci,& dicebat Traia.Imperator,fiscum esse lienem,quod eo crescente reliqui artus contabescāt, vt est in apophthegm.Plutarchi:sensit enim opt.Princeps, iniquum esse sic explere fiscum vnius, vt nihil habeant subditi: sed hodie contrariū fit:multi enim ad subditorum destructionem totis(vt dicunt)neruis tendunt,vt fiscus totum consumat,& habeat.

Crescente fisco alij artus contabescunt.

¶ Interdum fiscus capitur pro qualo & vase oleario,qui ceruici torcularis supponitur, in l.sed addes.§.illud.ff.loca.vbi Bud.vel est instrumentum ad quali forte similitudinem, in quo ponuntur oliuæ, cum prælo subiiciuntur, teste Cotta in secunda parte memora. in verbo fiscus.

Camera fiscalis.

¶ Camera verò fiscalis vocatur locus, in quo scripturæ fisci patrimoniales, & alia iura fiscalia reponuntur: Galli vocãt *cameram computorum*, teste Guidone Papa in decisionibus Delphina. quæst. 453. & in statuto si quis per literas. in verbo fisci, Iacob. Rebuffus in rubrica de iure fisci, libro decimo. Alia vide in tractatu de iure fisci per Lucam de Parma, & per And. ab Exea in suo tract. de ærario & fisco.

¶ *Quale est.* Exemplum ponit, & est similis text. in l. malum. §. 1. infra eo. ibi, qualia sunt Meniana. Explicabo in l. quid aliud sunt iura. infra eod.

Vectigal portus quibus debeatur, et qua ex causa.

¶ *Vectigal portus.* Dictum fuit vectigalia publica esse, ex quibus fiscus vectigal capit: sed quia dubitari potest, ex quibus fiscus vectigal capiat, hic respondet, quale est vectigal portus. Ergo reditus & prouentus ex portu debentur fisco, siue ex portu maris, siue fluminis nauigabilis sint: videntur enim de Regalibus, cap. vno. quæ sint Regalia. Et eo debẽtur, vt fiscus portum securum & mundum habeat: vt in portu Massiliæ seruatur; habet enim Rex addictos quosdam ad mundandum portum: & quia fiscus portorium sumit, ob id suis expensis tenetur sarcire portus, vt ait Ioannes de Platea in l. 1. C. de Alexand. primat. libro 11. quod latius explanatur in l. portus. infra eo. & portorium dicitur illa pecunia, quæ in portu, vel in porta vrbium, vel castellorum exigitur: & exigentes portitores vocat Cicero, & Plaut. in Asin.

Portorii, portitores.

Res venales quæ sint.

¶ *Venalium rerum.* Res venales dicuntur venditioni expositæ, & quæ venduntur: vnde si ex his rebus vendendis datur quicquam fisco, dicitur publicum vectigal: vt Parisiis prociſta piscium denarius, & ex multis aliis, & communiter in Francia ex dolio vini vendito soluitur fisco octaua portio: quod vectigal primus imposuit in Francia Carolus quintus, vt apud Gaguinum scriptum extat libr. 9. versic. est præterea. de venalibus nouitiis vide in l. si negotia. ff. de negot. gest.

¶ Ista autem impositio super rebus venalibus est contra ius gentium, cum cuilibet liberum sit vendere sine vllo onere, vt Azo & Hostiensis asserunt in summa de contrahenda empt. & probatur in rubrica quæ res vendi non possunt.

An super rebus venalibus possit aliquid imponi.

¶ Sed quæritur an Princeps sine causa in rebus venalibus possit indicere, seu imponere aliquid? Et putarẽ facile imponi non debere onus his rebus, quæ eduntur: quia in perniciem totius reipublicæ, & maximè pauperum cederet: & cum ipse sit pauperum pater, & defensor, vt l. vnica. C. quando Imperat. inter pupill. &c. l. 1. C. de episcop. audien. eos occidere, & opprimere non debet: nam necare videtur, qui alimenta tollit, vel curat vt carius vendantur, l. necare. ff. de lib. agnoscend. Et quia contra ius commune, ideo iniustum est. cap. erit autem lex. 4. distinctio.

Reuenditores ante certã horam emere nõ debent.

¶ Aduertendum est valere statutum, vt res venales non vendantur reuenditoribus ante horam decimam, vt in Montepessulano, vel ante duodecimam, vt Parisiis, & pro his est glo. sing. in l. 2. in verbo tradere. ff. de nundinis. secundum Amanel. de claris aquis, singu. 8. glo. est quod dominus. Et hoc fauore publicæ vtilitatis: nec possent partes huic prohibitioni renuntiare, nec ante horam statutam emptionem etiam tractare, argum. l. oratio. ff. de sponsa. & docet Felin. in ca. si diligenti. in 5. fallentia. in 3. corrolario de foro compet. col. 5. vbi dicit statutis pro bono publico factis principaliter renuntiari non posse: probat multis, videte ibi: ideo si rusticus, vel alius ad forum vel plateam communẽ, & publicam attulerit pira, vel alia esculẽta, quæ postea vendere nolit, cogi poterit. nam præsumitur tractasse cum reuenditoribus ante horam statutam de venditione eis facienda, vt not. interpretes in l. nec emere. C. de iure deliber.

Monopolia prohibentur.

¶ Etiam prohibentur monopolia, id est conuentiones factæ inter mercatores super mercibus, & quibuscunq; venalibus rebus, maxime ad victũ necessariis, certo pretio vendendis, quia bono publico aduersantur, l. vnica. C. de monopol. vbi glos. & doct. & in ordina. Regiis in tract. de magistris artific. & de monopol. prohibit. artic. vlti. abunde scripsi in 7. tomo comment. Et in d. l. vnica maxime prohibetur monopolium echini & pectinis. Sunt enim echinus & pecten pisces ex testaceorũ genere; echino pro pedibus spinæ, pectini vngues, testa non admodum firma, vt visum Hermolao Barba. in castigatio. Plinianis. Elucidat Petr. Gilius in suo lib. de vita & natura animali. dixi d. artic. vltimo in 1. tomo comment. in constit. Reg. Gallic.

Echini & pectines.

Quando monopolium dicatur.

¶ Aliis multis modis monopolia committi etiam docet Guido Papa consi. 211. & Bald. consi. 445. in primo vol. & Conradus in tract. de contract. q. 51. circa finem. & q. 65. Panor. & Decius in c. significante. de appel. Et dicitur Græce μονοπώλιον ἀπὸ τοῦ μόνος, καὶ πωλέω, id est solus vendo. hoc maxime fit, cum vnus solus aliquod genus mercaturæ vniuersum emit, vt solus vendat, pretiũ suo modo statuens: vel quando omnes artifices, vel negotiatores conueniunt, vt singuli certo & pari pretio vendant, & aliis modis, quos ipsi, qui talia exercẽt, melius norunt, & in consue. Britanniæ, c. 337. animaduertitur in eos confiscatione bonorum, & emenda arbitraria, vt patet in consuetudicorum, vt abunde scripsi in d. tract. de magistr. artific. & monopol. prohibit. in ordina. Reg.

¶ *Salinarum*

Salinæ publicæ & priuatæ.

Salitor.

¶ *Salinarum.* Salina est locus in quo fit, vel ex quo extrahitur sal: quẽdã autem ex his sunt publicæ, ex quibus totum emolumentum Princeps capit: & in his conducendis possunt homines societatem inire, l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine: & huiusmodi salinæ publicæ sunt de Regalibus, vt in cap. vnico. quæ sint Regalia: & qui eas conducit, publicanus appellatur, l. sed & hi. ff. de publica. & superius dictum est in l. eum qui. & Ancus Martius Rom. Rex salinas primus instituit, teste Plinio lib. 31. ca. 7. & qui censui salino præest, salitor vocatur.

Salinas priuatis fiscus auferre non potest.

¶ In opus harum salinarum damnari olim delinquentes solebant, l. aut damnũ. §. in ministerium. ff. de pœnis. l. mulier in opus salinarum ob maleficium data. ff. de captiuis. de his multa in constitut. Reg. tractantur Gallicis. & de sale aut fit, aut gignitur, vt docet Plinius lib. 31. cap. 7.

¶ Quædam autem sunt priuatæ salinæ, ex quibus priuati commodum percipiunt, vt Narbonæ, in l. magis puto. §. 1. de rebus eorum. & l. generali. §. vxori. de vsufruct. legat. & l. forma. §. salinæ. de censib. vbi salinæ, quæ in prædiis sunt, in censum deferendæ sunt. Nec proprietas omnium salinarum spectat ad Principem, teste And. de Iser. & Alnaroto in dicto ca. vno. quæ sint Regalia. ideo illa iure capere non potest, nec earum emolumentum, nisi data æstimatione priuatis, l. si locus. §. final. ff. quemad. seruitu. amittant. Decius in l. id quod nostrum. de regul. iuris.

¶ Imò firmat Petrus Iacob. in sua practica, rubric. de iurisdictio. in fine, deriſorium esse, omnia pertinere ad Regem, quæ sunt descripta in titul. quæ sunt Regalia: quia illa cõstitutio est localis, ideo in suo loco seruetur: sed illi Principes, qui alia quandoque vsurpant, ita firmissime tenent, vt diuelli ab eis vix possint: id iure, vt arbitror, primogenituræ occupantes, vel forte societatis, de qua in l. si non fuerint. in fine. ff. pro socio. sed iusti iudices hoc prohiberent: hodie tamen omnia ad Principem trahunt iniusti.

Metallũ quid, & quotuplex.

¶ *Metallorum.* Nomen metalli generale est, teste patruo meo Iacobo Rebuffo, in rubrica C. de metal. lib. 11. vbi Lucas enumerat septem metallorum species, videlicet aurum, argentum, electrum, æs, stagnum, plumbũ, & quod domat omnia, ferrũ: & Isid. libr. 16. etym. c. 16. & dicitur à μεταλλάω, quod est scrutor, inquiro, quod intra terræ venas inquiri solcat: & vna vena inuenta facile est aliam inuenire, vt testis est Plinius libro 33. cap. 6. & in princip. illius libri sic ait, Quam innocẽs, quam beata, imò verò & delicata esset vita, si nil aliud quam supra terras concupiſceret, breuitérque nisi quod secum est?

Metallaria. Metallarius.

¶ Inde Metallaria locus, vnde metallum extrahitur, vel mulier artem illam exercens, l. fi. C. de metalla. libro 11. & metallarij, seu metallici, sunt illi, qui in metallis exercentur, rub. C. de metalla. lib. 11.

Metallicus.

¶ Metallicus adiectiuum, quod ad metallũ pertinet: vnde pensio metallica, quæ ex metallis percipitur, & soluitur, l. 2. ibidem. Græcè autem μεταλλικὸς, seu μεταλλεὺς, qui circa metalla versatur, & fodinas.

Metallariæ in fundo priuatorum inuentæ cuius sint.

Rex decimam partem ex aurifodinis capit.

Aurũ vel argentum in ripis fluminũ inuentum cuius sit.

¶ Ex quo inferunt doctores, si aurifodinæ, vel argentifodinæ, vel alterius speciei metalli inueniantur in fundo priuatorum, decima pars fisco debetur, l. cuncti. C. de metalla. lib. 11. Et hæc decima pars, vel aliud emolumentum fisco obueniens inter Regalia connumeratur, quia illud vt Rex capit, ca. vno. quæ sint Regalia. Nec totum eripere priuato debet instar leonis ad asinum & vulpem, de quo in l. si non fuerint. §. Aristo. ff. pro socio: imo contra ius naturale esset, vt scribit Matth. de Afflict. in decisio. Neapolit. 321. in Regia.

¶ Nec vtique Princeps aliquid habere debet ab his, qui in ripis fluminum perquirunt aurum, vel argentum, quod cuique licet, & inueniens suum inuentione facit. §. item lapilli. Instit. de rerum diuisio. dum tamen extra fines illius regionis, & patriæ non transferatur, sed in monetaria proxima ostendatur, & cudatur. Hoc contra morem suum concludit Francisc. Marc. in decisio. 120. in prima parte. decima tamen curato debetur, vt probaui in tract. meo de decimis.

¶ Si vero venæ inueniantur in loco publico, id totum iure fiscus sibi vindicat, vt docet Iacobi. in tracta. de Feud. in verbo, & cum argentifodinis, &c. vbi dicit esse de Regalibus.

¶ Intelligite tamen, vt dixi, hodie Principem has auri, vel argentifodinas, iure potentiæ feudalis capere: quod an iuste fiat, Dei erit iudicium. Sed qui consulit, maius peccatum habet. de his autem aurifodinis seu aurariis loquitur rex. in l. 1. ff. quod cuiusq; vniuersita. & l. æquissimum. §. 1. de vsufruct. & aliis multis locis.

Damnatus in metallum, & opus metalli quid, & differentia.

¶ Postremò quia publicè vtile erat habere metalla, idcirco veteres in metallum scelestos, & facinorosos homines damnare solebant, & qui in sua prouincia metallarias non habebant, ad alias mittere satagebant, l. aut damnum. §. metalla. ff. de pœn. vbi inter eos, qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantũ est, quod hi qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui verò in opus metalli, leuioribus. eam differentiam tradit ibi Vlpianus. Et sic damnati in metallum dicũtur non solum, qui in aurifodinis, argenti, ferrive fodinis opus metalli faciunt, sed etiam qui

Cõdemnati ad portum Maßilienſem dãnatis in metallũ comparantur. alumen cretámve effodiunt,& ſimilia.Etiam eos,qui in metallum damnati ſunt,putarem rectè comparari poſſe his,qui ad arenam extrahendam, purgandúmque & mundandum portum Maſsiliæ damnati ſunt:& iura quæ de damnatis in metallum loquuntur, quatenus his quoque congruere poſſunt,locum in his habere arbitrarer.

Piſcaria quid. ¶ *Piſcariarum.* Emolumenta igitur,quæ fiſcus capit ex piſcationibus, ſunt publica vectigalia:& ſunt de Regalibus,quia vt Princeps illa percipit, ſi capiat ex piſcationibus maris, vel fluminũ publicorum,ſecus ſi ex ſtagnis : quoniam non eſſent publica, licet eſſent patrimonialia.Et quamuis Iuriſconſultus capiat hic piſcariam pro reditu piſcationum, tamen capitur aliquando pro foro,in quo piſces venduntur, vel loco, quem forum piſcarium vocamus,Gallicè,*la poiſſonnerie.*

Piſcina quid. ¶ Piſcina vero locus,in quo piſces viui conſeruantur, Gallicè *eſtang, ou viuier* : de quo Iuriſconſultus in lege prima,ff. de fonte.& l.limes.de action. empt.& in primis ordinationibus Regiis Philippi pulchri,artic.4.*s'il y auoit aucun eſtang, ou viuier qui fut en peſche, que l'on reſerue la nouation & la lenu qu'il appartiendra, pour peupler ladicte peſche:* vt in rubric. *du droict de Regale*, arti.3.in ordinatio.Reg.ad quod facit l.vſufructuarium.§.1.ff. de vſufruct. Alia forte dicentur in ordinatio.Regius,rub.*des peſcheurs*,& vbi ſupra.

Lex Regia declaratur.

Ius piſcãdi omnibus permiſſum non poteſt prohiberi. ¶ Notandum eſt,in mari,& fluminibus publicis cuilibet licere piſcari, lege ſecunda,& tertia,ff.de rerum diuiſio.Quia ius piſcandi omnibus iure naturali commune eſt.§.flumina.de rerum diuiſio.in Inſtit.l.venditor.in princip.communia prædio.ff.

¶ Et ideo Princeps non poteſt prohibere ius piſcandi ſubditis ſuis in mari, cum à iure gentium datum ſit illis:de Baronibus decidit Ioannes Faber in d.§.flumina.quod multo minus poſſunt.In fluminibus tamen publicis ex cauſa magna,non ob ſuum lucrum,ſed ob publicam vtilitatem poſſet prohibere Princeps, vt concludit Cepola in tracta. de ſeruit.ruſtic.præd.in rub.de piſcat.vbi alias tradit limitationes.illas,ſi non grauemini,videte.

¶ Etiam Barones,ſi hoc eis dediſſet conſuetudo, ſi aliquando ſuis ſubditis prohibuiſſent,& illi prohibitioni ſubditi acquieuiſſent,alioqui non,lege,ſi quiſquam .de diuerſ. & temporal.præſcriptio.ff. Guido Papa conſilio centeſimo ſeptuageſimo primo,circa.& deciſione quingenteſima decimaquarta,vtrum.Iacobi.in tracta.de Feudis,in verbo,& cum piſcationibus.Decius in conſilio ducenteſimo ſeptuageſimo primo,in caſu tranſmiſſo.& Chaſſa.in titul.*des foreſtz*.§.2.numer.13.in conſuet.Burgund.

¶ Niſi illa conſuetudo eſſet introducta per dominicam potentiam, vtpote quia erat dominus,qui nolebat audire aliquos opponentes,& eis iuſtitiam ſuper his adminiſtrare prohibebat,tunc ſubditis nulla currit præſcriptio,etiam per mille annos, quia metu durante nulla currit præſcriptio,lege prima,& l.ſi mulier.ff.quod metus cauſa.ſcripſi in tractatu de pacific.poſſeſſorib.numero 230.& ſequenti.Aegidius de Bella Mera in conſi.7.factum eſt. vbi in pulchro caſu conſuluit.

Primogenitus quæ poſſit retinere: ¶ Poſtremò obliuioni tradendum non eſt,primogenitũ poſſe retinere piſcarias,ſtagna, columbarium,garenam,& furnum,iuſta compenſatione data fratribus, vt teſtatur Ioan. Sanſon in conſuetud.Turon.articul.4.rubric.*des ſucceſsions des fiefz* : quod non puto verum,niſi conſuetudo hoc ei concedat,vt illic,nec aliquo iure probatur:imò eſt contra ius, quia nemo vendere cogitur,l.nec emere.C.de iure deliber.

¶ Alio in loco, ſi operæpretium fuerit, dicam alia iura, Regalia pertractando : ſed quia veritas eſt adulatoribus Principum maxime odioſa, melius eſt omittere. hoc tempore, quo Principes quidam primæuum nomen aſſumpſerunt.

PAVLVS LIB. NONO AD EDICTVM.

LEX DECIMAOCTAVA.

Munus tribus modis dicitur: vno donum,& inde munera dici dari,mittive:altero onus,quod cum remittitur, vacationem militiæ, muneríſque præſtat, inde immunitatem appellari: tertio officium, vnde munera militaria, & quoſdam milites munifices vocari.Igitur & municipes dici, quod munera ciuilia capiant.

Munus quot modis, & quãdo dari & mitti ſolet. ¶ Quatuor partibus hæc lex abſoluitur:tribus primis docet Iuriſc. munus tribus modis dici,cum illationibus,in quarta concludit qui municipes dicantur. Sententia huius legis eſt, munus in iure tribus modis capi:Primo pro dono, quod qui mutuo ſunt animoi id officij gratia dent,teſte Varrone.Inde munera dicuntur dari,mittive. Dantur autẽ munera forſan iudicibus,l.ſolet.in fin.ff.de offic.proconſ.& l.plebiſcito,ff.de offi.preſid.& in l.Aquilius.& in toto tit.ff.de dona.Mittuntur autem, cum tutor pro facultate patrimonij pupilli & dignitate natalium munera ſolennia parentibus,cognatiſq; mittit,l.cum plures, §.vlti.ff.de adminiſtra.tuto. Etiam Kalendis Ianuarij ſolebat Princeps munera & ſtrenas mittere,

mittere,l.laudabile.C.de aduoc.diuerſ.iudic.Differentiam autem inter munus & donum ſcribit Iuriſconſult.in l.munus.infra eo.de modo vide, quæ abunde ſcribam in l.maiore. infra eod.

De dictione Inde. ¶ *Inde*. Hæc dictio infert, & aliquando reſpicit rem, vt hic, & ſignificat ex quo, ſcilicet verbo,l.cenſere.ibi,inde cenſoris nomen videtur tractum.infra eo.& l.inde tabernacula.& l.ſi calumnietur.infra eodem.l. 1. ff.de pact.& l.& tertium .ibi, quod inde nomen ſumpſit, quod perimeret.ff.de iudic.& l.item ſi obſtetrix.ibi,inde mulier perierit,id eſt ex quo medicamento.ff.ad leg.Aquil.vel inde,ex hoc, vt l.notionem.infra eo.inde,ex illa condemnatione,l.ſi fundus.§.ſi pluris.ff.de pignorib.

¶ Inde, aliquando reſpicit locum,& ſignificat ex quo loco, l.portus. infra eo.ibi, inde exportantur merces.& l.plerique.ibi, eum qui inde, id eſt ex illa domo,in ius vocaret.ff. de in ius vocand.l.heres.§.proinde.de iudic. & l.cum hi. ibi, inde,id eſt ex illa quantitate alatur.de tranſact.l.diuortio.§.ſi fundum.ff.ſolu.matri.videte in l.cui præcipua.infra eod. de dictione Vnde.

¶ Interdum reſpicit perſonã,& denotat ex qua perſona:nonnunquã tẽpus,& ſignificat ex quo tẽpore,l.ait lex.ibi,inde annũ numerabimus,ex quo vulneratus eſt.ff.ad leg.Aquil.

Proinde. Proinde,ex inde & pro compoſitũ,ſignificat itaq;,quapropter,ideo,&c.*parquoy,pource*, Gallicè.l.heres abſens.§.proinde.ff.de iudic.l.proinde.ſi certum petat.

Perinde. ¶ Perinde,ſimilitudinem quandam inducit.l.& ideo.in fine.ff.de donat.inter virum & vxor.non tamen plenam:vt ſi receptator perinde puniri debeat, ac fur,non tamen eadem pœna punietur,ſed paulo mitiori:tenebitur tamen reſtituere rem, ſicut fur, vt dicit gloſſ. ſing.in l.1.ff.de recepta.vbi Bart.dicit referri ad omnes qualitates. & in l.ſacrilegij.1.§.1.ad leg.Iul.pecul.& in extrauaganti,ad reprimendum.in verbo perinde : vbi dicit hoc eſſe ratione contrarietatis euitandæ,vt non denotet omnimodam ſimilitudinem : alias ad omnes qualitates refertur,vt docet Alex.in l.ſi quis.in 2.ff.de acq.poſſeſs. Et interdum denotat fictionem,per tex.iuncta glo.in l.quamuis.ff.de bon.autho.iudic.poſsid. Felin.in rub. de probat.col.vlt.Subinde quid denotet,dicam in l.portus.infra eod.

Mittere multis modis accipitur. ¶ *Mitti*. Non ſolum munera dantur,& retinentur,ſed etiam mittuntur : vnde munera mitti dicuntur hic,& mitto accipitur pro eo quod Græci dicunt *πέμπω, enuoyer* Gallicè. vn de Iuriſc. ait,quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregre agenti ſubminiſtrauit,ſi non credendi animo pater miſiſſe fuerit comprobatus,&c.l.quæ pater.2.ff.fami.erciſcun.

¶ Inde miſſus,qui mittitur,l.is qui natus ex municipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus.infra eo.Inde legati miſsi,& mitti dicuntur, in l.4.ff.de legatio. Et legatus deſtinatus à Papa in aliquam prouinciam,vel ab alio,miſſus dicitur,c.1.de offic.lega.lib.6.

¶ Secundò mittere pro immittere ſeu intromittere, l.1.ibi, hoc tamen ipſo quod in nauim miſſæ ſunt,id eſt intra nauim poſitæ,receptæ videntur.ff.nautæ, caupo.ſtabula.l.1. de via publica.ibi,in viam terrenam glaream mittere.& l.ſi ædes.communi diuidundo.ibi,in eum mittere,quod opus ſit.

Mittere in poſſeſſionem. ¶ Mittere in poſſeſsionem,eſt inducere, & ponere in poſſeſsionem:ita intelligitur rub. ff.ne vis fiat ei,qui in poſſeſsionem miſſus eſt.& l.tutelas.§.1.ff.de capit.deminut.l.1.& l.iubere.de iuriſdi.omn.iud.non verò intrare in poſſeſsionem, vt quidam putant.nam iudex mittit in poſſeſsionem,& pars intrat eam.

¶ Mittere pro iacere,proiicere,l.telum.infra eod.

Miſſile quid. ¶ Inde miſsile,quod mittitur,vt omne telum,quod iaculatur quis,& manu eminus,vel in longum mittitur,miſsile dici poteſt,& lapides etiam. Hinc miſsilia dicuntur donaria, quæ olim Imperatores,vel Conſules liberalitatis gratia iactare in vulgus, & ſpargere ſolebant,§.hoc amplius.Inſtitu.de rerum diuiſio.l.qua ratione.§.vlti.ff.eo.& in rub.de Conſulib. & non ſpargend.pecu. C.li.12.Et ſæpe vidimus,in hoc Regno à Principibus ob nuptias,vel rem aliam memorabilem,iſta miſsilia iactari,& populus conclamat, *largeſſe, largeſſe*. Hæc tamen munificentia miſsilium prohibita eſt à iure aliis,l. 2. de Conſul.& non ſparg.pecu.lib.12.C. Sed hodie nullus iactat, niſi Principes:idq; maxime cauent,qui quo bona acquirantur modo,quantóve ſudore & labore,norunt : nec præſumuntur hi ſuum iactare, l. cum de indebito. ff. de probationib. ſecus in aliis,maxime in filiis auarorum & rapacium,ne gaudeat tertius heres.

Pecuniæ quando à Principibus iactentur.

Mittere in conſilium. ¶ Mittere in conſilium,eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam,vbi orator protulerit,ait Budæ.in l.2.ff.de origi.iur.Hodie dicere poſſumus eos, qui à iudicibus poſtulant, vt ex tempore ius dicatur, vulgo *ſur le champ*, vt interdum fit in parlamẽto in proceſsibus ſine ſcriptis, poſt litigatum aduocatorum præſes ſurgit, & areſtum pronuntiat, & interdum in conſilium mittit,id eſt *remet au conſeil*, quod generalibus etiam iuſtitiæ moris eſt.

Miſſio. Miſſio temporalis. ¶ Inde miſsio pro dimiſsione frequenter accipitur:vnde reus miſsionem temporalem flagitare ſolet,& petere ad certum tempus à carceribus dimitti, *eſt ce eslargi à certain temps*, Budæ.in Foreniſ.

Triplex missio. Emerita stipendia.

¶ Est & missio militaris, quæ triplex est: honesta, quæ emeritis stipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur, Gallicè *congé*. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. Emerita stipendia impleta vocat Imperator in rub. C. de his qui nõ impletis stipen. sacra. solu. sunt, li. 10. vnde militia perfuncti, emeriti, veterani dicti sunt, vt alibi scribo. Causaria, quæ propter valetudinem, vel aliam causam laboribus militiæ soluit, d. l. 2. de his qui notantur infamia. Et causarij milites, de quibus scribam in l. rei appellatione. infra eo. Ignominiosa missio est, cum quis propter delictum sacramento militiæ soluitur, l. milites. §. missionum. ff. de re militari.

Mittere pro re mittere.

¶ Mittere quoque pro remittere, l. 3. ibi, ad suum ducem cum elogio præses mittet. ff. de re milita. l. omne delictum. §. qui se. ibidem. l. final. ibi, cum ignominia mitti debet. ff. de furib. balnea.

Mittere manus.

¶ Mittere manus ad res, est eas apprehendere, capere, iniicere manus, *saisir*, l. at si quis. §. sed & si res. ibi, nec sit vnde funeretur, ad eas quoque manus mittere oportet. ff. de religio. & sumptibus funerum. scripsi in tracta. de sent. præiudicial. in præfa. in primo tomo comment. in constit. Reg. Gallicas. & supra in l. mulieris. §. abesse. Accipitur etiam pro emittere, extrahere apud oratores, & aliis modis, vt legi apud eos potest: de quo dixi in l. Labeo. §. final. supra eodem.

¶ De verbo dimitti scribam in l. dimissoriæ. infra eod. de verbis amitto, & admitto docui in dicta lege, Labeo. supra eod. de verbo permitto in l. duobus. infra eod. verbum verò remitto mox proxime tractabitur. de verbo, immitto, in l. malum. §. 1. infra eo.

Munus pro onere.

¶ *Onus.* Secundo modo munus capitur pro onere, quod necessario subire nos oportet lege: vt cum lex nobis necessitatem imponit subeundi illud onus, vtpote tutelæ, vel curę, nisi excusatione muniti simus, vt per totum tit. de excusa. tutor. & fortasse eo munus vocatur, quod gratis detur, & assignetur personæ non petenti. Et hoc munus declarabitur in lege, munus. infra eodem: vnde si muneribus pœnæ causa quis fuerit prohibitus, nihil valebit sententia: neque enim immunitatem pœna tribuere debet, lege, relegatorum. in fine. ff. de interdict. & relega. & sic accipitur in rubric. de munerib. & honorib. ff. & in multis titulis, & in lib. 10. C. de muneribus non contin. & de munerib. patrimo.

Trium legum conciliatio. Contra Vallã.

¶ Aduertendum est, tres huius tituli leges, scilicet l. munus proprie. & l. inter donum. & hanc nostram legem inter se pugnare, vt censet Laurent. Vall. lib. 6. eleg. c. 39. qui nec suam vult interponere sententiã, ne triumuiros doceat contra se respõdere: sed si eius iudicium sequi iuris studiosi velint, respondendum erit cum eo neutrum Iurisconsultorũ verum dicere: nam neque genus, neq; species in hæc duo nomina cadit, & nullum sibi videtur donum sine causa. hæc ille. Catellia. autem in 2. parte memor. in verbo donũ, ait genus accipi in l. donum. vt adoptio, & speciem vt arrogatio sumitur in lege secunda, de adoptio. ff. vt etiam de iurisdictione traditur in l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum, sed non diluit contrarium. Alciatus autem libro tertio disputatio. cap. 13. & hic, & duabus aliis legibus existimat Vlpi. rationem sermonis considerasse, Marcianum vero vsum. Sed Floridus ait in libro de interpretatio. iuris, id esse sibi potius cauere, & per ambages ire, quam tollere ambiguitatem Vallæ. Ego autem has leges non dissidere arbitror, quia primo munus accipitur pro dono, & hac significatione donum est genus comprehendens tam munus, quod fit cum causa, quam aliud donum quodcunq;, etiam sine causa factum, & ita intelligitur l. inter donum. infra eo. vbi etiam declaraui: & sic etiam id quod donum est, munus est, quando pro largitione accipitur, d. l. munus. infra eo.

Authoris sententia.

¶ Secundò munus sumitur pro onere, quod necessario nos subire oportet, vt in l. munus proprie. infra eodem. & tunc istud munus non est donum, nec pilo quidem sapit doni suauitatem: quia dona emolumenta quidem tribuunt, & sponte præstantur, & recipiuntur: inde donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, l. donari. de donation. ff. & infra titulo proximo. Munus vero contra onus significat. Et sic non quodcunque munus, id est munus quocunque modo acceptum, accipitur pro dono. Idem tamen donum accipitur pro munere, cum munus largitionem significat, vt dicetur in l. inter donum. infra eodem. & in hoc videtur lapsus Laurentius & sequaces, quia munus species est doni, quatenus munus largitionem significat: non autem est species doni, sed aliud à dono, si onus, vel officium significet. & ita tres illæ leges intelliguntur: & sic munus est ὁμώνυμον & æquiuocum.

Munus à manu, lingua, obsequio.

¶ Et quatenus munus pro dono accipitur, tribus dicitur modis iure Pontificio. Primò à manu, vt pecunia: secundò à lingua, vt fauor: tertiò ab obsequio, vt seruitus indebite impensa, & remunerationes obsequiorum personalium, & his in rebus spiritualibus simonia committitur, cap. sunt nonnulli. cum seq. 1. q. 1.

Tria in muneribus spectanda.

¶ In his muneribus tria spectanda sunt, videlicet qualitas accipientis, dantis, & quantitas, c. & si quęstiones. de simo, quod explicat Thomas Parapal. in repetitio. l. placet. de sacrosanct. eccles. C. & idem D. Ioannes Mauritius in repetit. l. vnicæ. C. de mulier. & in quo loco

loco munera sexui congruentia, vel honor. agnoscant. lib. 10.

Lex muneralis quæ sit.

¶ Item muneralis lex, ad munus pertinens, qua Cincius cauit, ne cui liceat munus à partibus litigantibus accipere, & est text. in cap. statutum. §. insuper. de rescript. in 6. quia xenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum, ecclesiastici cap. 20. Esculenta tamen & poculenta, quæ paucis diebus consumi possunt, non comprehenduntur muneris appellatione, vt elucidatur in d. §. insuper. dummodo non producantur ad munerum qualitatem, l. solent. in fin. ff. de offic. proconsl. Beatus tamen est iudex, qui abstinet ab huiusmodi xeniis: quia inter esculenta interdum iustitia comeditur, & inter ossa edulium iniustitia ipsa quiescit: adeo vt vix ab eis diuelli possit, intereaque obliuiscuntur sæpe, quæ recta sunt. Proinde scriptum est Iob c. 15. in fi. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. quod memoriæ mandandum est nostræ ætatis magistratibus, & cæteris, si sapiant. Hinc psal. 14. Et munera super innocentem non accepit: qui facit hæc, non mouebitur in æternum. Et prohibitum est præsidibus & consiliariis munera sub quacunque specie vini, vel edulium, aliter quam iure permissum est, accipere à partibus, ord. Carol. Regis, rub. *de la court de Parlement*, arti. 16. & 17. Vnde Rex etiam statuit, quod dona Regia non valeant de rebus immobilibus facta, nisi Rex propria signauerit manu doni literas, & post quindecim dies confirmauerit, & postea intra mensem literæ sigillatæ erunt. hoc fuit registratum in Parlamento Paris. anno 1540. die 26. Ianuarij.

Iudices quæ munera accipere possint.

Regia dona quãdo valeãt.

¶ Munerari est munus, id est donum facere, donare. l. diuus. in fi. ibi, barbaros etiam inde munerari venientes ad se, vel legationis, vel alterius rei causa. ff. de bon. damnat. l. 1. §. præterea. in fi. ff. de tutel. & ratio. distrahen. ibi, nec perquam necessaria est muneratio ista.

Remissio muneris duobus modis fit.

¶ *Remittitur.* Quod onus cum remittitur, ait tex. vacationem præstat, quę conceditur ex priuilegio à Principe, vel lege concesso: vt doctoribus leges professoribus publice, seu legentibus, vel aliis professoribus, l. medicos. C. de profess. & medic. lib. 10. & scholasticis remittitur onus, in authen. habita. ne fil. pro patr. C. vbi scripsi, & in aliis multis iuribus expressis. Interdum muneris vacatio remittitur à Principe ex gratia, vel ex causa, vt in rubr. C. de his qui à Principe vacatio. muner. acceper. lib. 10.

¶ Et præstatur hęc remissio muneris, tum propter numerum liberorum, rubr. C. qui num. lib. se excusant: tum propter ętatem, vt rub. qui ętat. vel professio. se excusant, li. 10. interdum ob morbum, vt qui morbo se excusant, rubr. ibid. l. licet. ff. de arbo. l. & si. cum seq. ibidem: & aliis multis modis, de quibus in titul. C. de vacat. muner. tot. titu. & de iure immunita. ff. & Persę ob liberorũ numerositatem præmia à Rege capiunt, quod est optimum.

Clerici immunes super quibus. Arestum.

¶ Item clericis, l. 1. & per totum. C. de episco. & cler. Vnde cum habitatores Laonensis ciuitatis peterent à clericis, vt contribuerent ad stipendia custodis pontium, & gubernatoris horologij, fuit dictum à senatu eos non teneri, anno 1405. die nona Decembris: sed quod contribuerent ad stipendia ducis, seu capitanei ciuitatis, & aliorum custodum in ciuitate existentium causa excubiarum, custodię portarum, & ad stipendia mundantium fontes, & eorum, qui extinguunt ignem in ciuitate, quia hoc etiam tangit clericos. de hoc alibi dicam.

Rescripta immunitatẽ concedentia quando valeant.

¶ Nec valet rescriptum, quo immunitas munerum conceditur, l. in fraudem. de anno. & trib. lib. 10. C. & l. 1. de immunita. nemini concedenda, ibidem. nisi concedatur non obstantibus legibus in contrarium facientibus: de quo per Bar. in verbo, non obstantibus. in extrauaganti, ad reprimendum. quomod. in læsæ maiesta. crim. procedatur. Mihi autem dei opt. max. beneficio hactenus remissa omnia munera fuerunt, quibus vix satisfacere potuissem, nec obolus quidem à me exactus, tametsi tam infœlici exactionum genere omnes pene premebantur. Quamobrem deo primum gratias ago, deinde administratoribus, & curatoribus reipublicæ, qui me sic immunem seruauerint.

Remittere varie sumitur, & phrases.

¶ Sciendum est, hoc verbum remitto varie in iure vsurpari: Primò sumit significationem ex re & mitto: est enim iterum mitto, *renuoyer* Gallice, l. eum qui. in fine, ibi, si quidem ego mandauerim, per quem remitteret. ff. commodati.

Remittere pro accepto ferre.

¶ Secundò remittere pecunias, pro accepto ferre, *quicter, remettre*, l. Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt, debitori reipublicæ à curatore remitti pecunias non posse, & cum Philippensibus remissæ essent, reuocandas esse. ff. de pact. l. pactum curatoris. C. illo titu. Inde qui pacisci tur donationis causa, rem certam & indubitatam liberalitate remittit, l. 1. ff. de transact.

¶ Tertiò mittere etiam significat, vt remitto, vel mitto repudium, l. 3. cum seq. ff. de repud. & l. inter stuprum. §. diuortium. infra eod.

¶ Quartò remittere, laxare, relaxare, cum curas deponimus: cuius contrarium est intendere: & remissio, relaxatio animi dicitur, vt per oratores, maxime per Ciceronem.

Pro indulgere, concedere.

¶ Quintò remittere, pro dimittere, condonare, concedere, indulgere, l. semper. §. legem. ibi, non est irrationabile, vt concedamus filiorum educationi, & remitti tibi munera. ff. de

iure immunita.l.3.in fi. ibi,in his autem, qui sunt in antiquo honore positi, ad tempus relegatio,vel ab ordine motio remittenda est. ff. de crim.stellio. l.diuus. ibi, remitti pœnam. de falf.l.2.in fine,si quis in ius vocat.non ierit.l.si minor.1.ibi,reddendi legatum, necessitas manumittendi remittatur. de minorib. l.tam is. in fine. de donat. caus. mort. & iudicandi necessitatem morbus sonticus remittit.l.iudex datus.ff.de iudic.

¶ Inde remittere cautionem. l. si vsusfructus mihi legatus sit. §. plane.ibi, remittendam esse hanc cautionem. ff. vsufruct. quemad. caueat. item seruitutem remittere, idem est.l.si ędes.in 1.ff.de seruitutib.vrban.prędl.seruitutes.vlt. §.1.de seruit.l.si tibi.de actio.emp.

Pro trãsferre. ¶ Interdum remittere seruitutem ad certam partem fundi, est illam transferre, l. ad certam partem fundi seruitus tam remitti, quàm constitui potest. de seruit. ff.

¶ Remittere confessoriam actionem, id est actum confessionis condonare,& dimittere. l.inde Neratius.§.fina.ad legem Aquil.& l.vnde.in fine,commoda.quamuis aliter accipiatur confessoria actio in l.loci.§.1.ff.si seruitus vind.& in §.æque.de actio.in Instit.

Remittere iusiurandum. ¶ Remittit iusiurandum,qui deferente se, cum paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti iurisiurandi, Paul.in l.remittit. & l. iusiurandum & ad pecunias.ff.de iureiurando.

¶ Sextò remittere est præstare vacationem & immunitatem,vt hîc,& supra ostendi.

Remittere testimonium. ¶ Septimò pro relinquere, l. 1. §. sed & si quis ob renuntiandum, remittendumve testimonium,dicendum, vel non dicendum, pecuniam acceperit, pœna legis Corneliæ afficitur. ad legem Cornel. de falf. ff. l.quamuis. ibi, veluti si pœniteat libertum, & actionem remittat.de in ius vocando : quod eodem tendit,vt supra,vt scilicet pro dimittat,vel omittat exponi,mea sententia,iure possit.

¶ Octauò remittere pro reuerti, l. non omnes. §.à barbaris remissos milites. iuncto fine illius §.ff.de re milita.ibi,post multum temporis rediit.

Remittere pro referre. ¶ Nonò remittere,referre,l.continuus.§.cum ita.ibi, & magis est, vt totam rem ad iudicem, id est ad bonum virum remittamus. ff. de verb.oblig.& interdum remittitur persona ad suum iudicem,id est dimittitur,mittitur:& de hoc loquitur tex.in l.nequid.§.de his.ibi, eósque petere, vt pro modo culpæ, vel delicti, vel sub fideiussoribus ad præsidem remittantur. ff. de incend. & requirendi rei sunt, vt remittantur,in titul.de requir.reis. Vlpian.in lege, si quis forte ne supplicio afficiatur, dicat se habere, quod ad Principem referat salutis ipsius gratia,an remittendus sit ad eum.ff.de pœnis.l.1.§.solent plerique præsides remittere ad ordinem nominatum. ff. quando appellandum sit.& l.generaliter quando Princeps remittit negotia ad præsides prouinciarum per rescriptiones.ff.de off.præsid.

¶ Aliquando causa ad iudicem remittitur, vt loquitur l. Imperatores Verus & Antoninus rescripserunt, appellationes, quæ retro ad Principem factæ sunt, omissis his, ad quos debuerunt fieri, ex imo ordine ad præsides remitti. ff. de appel. & hoc est quando omisso medio appellatum fuit. & l. ad Principem remissa cognitio, ab eo circunduci potest, qui remisit.ibidem. Hanc autem remissionem in contractibus fieri prohibet text.in §.contrahentes. cap.1. de foro competent. in 6.l.heres absens. ff. de iudic. & in criminalibus hodie rarò solet fieri. cle. pastoralis. de re iudica. Abunde has remissiones explicat Speculator in 2. parte,rubr. de remissionibus. & hæc remissio fit aliquando, vt is, ad quem fit, instruatur:de qua in l.1.§.si præses. ff. de magistr. conueniend.aliquando vt iudicet,l.Imperatores.ff.de appellat.& in l.vna. C.de relatio.de his alibi dicam. Ad ius ordinarium remittere, lege prima, §. necessario. si ventris no.ff.est quod vulgò Gallice dicimus, *remettre à proces ordinaire.*

Remissio multis de causis fit.

Remissio noui operis nuntiationis est triplex.

¶ Decimò remittere noui operis nuntiationem, est cedere & omittere prohibitionem eatenus, quatenus ius prohibendi erat, l.1.ff.de oper. noui nuntiatio. & l. vna. de remissio.& hæc remissio est triplex. Quædam est à parte,altera à iure, quando tenet nuntiatio, sed ex causa vtilitatis publicæ remitti solet, l. de pupillo. §. si quis riuos. ff.de noui oper. nuntia. vel quia satisdatum est, §.si is cui.ibidem. Aliquando non tenet nuntiatio,& tunc lex illam pro remissa habet,d.l.vna.de remissio.l.si alius.§.Iulia.quod vi aut clam.

¶ Vndecimò remittere actionem pro eodem.l.vnde. ibi, nam etsi aduersus eum habuerit legis Aquiliæ actionem commodator, æquissimum est, vt commodati agendo remittat actionem.ff.commodati.

Remissius. ¶ Duodecimò remissius, id est lenius,l.Pedius.in fine, ibi, ne quid durius, aut remissius constituatur, quam causa postulat.ff.de incend.l.qui duobus.ibi,remissius puniri debet.de ficar.l.respiciendum est iudicanti,ne quid durius,aut remissius constituatur. de pœnis.Et multę partes simul conueniunt, sed separare volui, vt facilius intelligerentur.

¶ Decimotertiò prętor remittit conditionem iurisiurandi, quod est contra bonos mores, l. quæ sub conditione. cum l.seq.ff. de conditio. & demonstrat. id est pro non scripta habet, & perinde ac si non adiecta esset, vt exponit tex.in l.conditiones. secunda, ibidem. facit lex,neque.de vsufruc.

¶ Vltimò

¶ Vltimò remittere mercedem conductori,est mercedis exonerationem facere.l.ex conducto.§.1.& seq.& l.si vno. iuncto §. vbicunque.ff.loca. Alia de remissione nunc remitto.

Remissio muneris quando concedatur. ¶ *Vacationem.* Tex.ait,vacationem militiæ muneriſque præstat,exponit glo.muneris sine honore : dicite autem vos melius, quando munus remittitur,præstat vacationem militiæ, id est remissionem, ne miles, vtpote veteranus militare teneatur, per rub. C.de veteranis, lib.12. & honeste sacramento solutis data immunitas, etiam in eis ciuitatibus, in quibus sunt,valet : nec labefactatur, si quis eorum voluntate sua honorem,aut munus susceperit. Vlpia.in l.2.ff.de priuileg. vetera. Et ferias de forensibus tantummodo negotiis dare vacationem diuus Traianus rescripsit,l.penult. ff. de feriis,

¶ Vacatio etiam remitti solet ob infirmitatem, l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. & non solum præstat vacationem militiæ,sed etiam muneris,nempe quilibet munera subire tenetur, nisi ei remissum fuerit,vt in rubr. ff. de vacatio. & excusat. muner. quam vacationem muneris nos vocamus immunitatem, vt sequitur in tex. Verbum vacare, elucidabitur in l.sylua§.stipula.infra eod.

Militia quid significet. ¶ *Militiæ*,id est rei militaris, de qua in titul. de re milita.ff.& Veget.in suo lib. de re militari. Militia etiam sæpius pro officio in iure accipitur, & dicitur personę cohærere, l. 3. §.sed & si ei.ff.de mino.facit l.omnimodo.§.imputari. C.de inoff.test.& de his plene scribit & docte Lælius Taurellus in epistola ad Anton.Augustinum,tract. de militiis ex casu : de quibus in §.optimum.in authent. de exhibendis reis,colla. quinta,& Franc.in lib.4.commenta.ca.15.titul.de militiis, &c.

¶ Et militia non solum ad arma spectat, sed vniuersitatem quoque designat: hinc per metaphoram militia aduocatorum, militia palatina, pro omnibus qui in palatio sunt,vt Alciat.scribit lib.prętermiss.1.vel palatini milites dicuntur, qui in Regis ministerio & seruitio sunt,quos curiales dicimus : de quibus in titul.C.de pala. sacra. largitio. lib. 12. Est etiam phrasis Hebraica, vt vniuersa stellarum multitudo militia vocetur, atque exercitus. Cum igitur à prophetis Deus sabaoth, id est exercituum vocetur, innuunt eum cœli, cœlestiumq; syderum authorem, ac parentem esse etiam:& illud mysticè significant, quod sit dominus angelicę multitudinis,quæ in diuinis literis appellatur militia, siue exercitus cœlestis:vt in euangelio Lucæ c.2.& facta est cum angelo multitudo cœlestis exercitus. hoc notant theologi in cap.2.genes.& d.c.2.Lucę.

¶ *Præstat.* Hoc verbum explanabitur in l. si cum fundum. infra eo.& no. ex tex.Cepol. quod si concessa fuerit immunitas ciuitati,non tenetur mittere plaustra,equos,nec homines ad bellum,vel similia.

Munia & immunitas. ¶ *Immunitatem.* Inde ait tex. Immunitatem appellamus.Immunitas autem dicitur muneris vacatio,exemptio,vt in rubrica de immunita.nemi.conced.Lucas declarat,dicens, immunem dici, qui non facit munia, qui ab onere publico exemptus est. declarauit in tract. de immunit.eccles.in ordi. Reg. Munia dicuntur officia seu obsequia à lege debita,in l. sed si hac.§.sed si ius. ff. de in ius vocand.

Muneris & officij differẽtia. ¶ *Officia.* Hic patet munus aliquando pro officio capi, vt munus senatorium, ff. de senat. licet quędam differentia inter hęc sit : eo aliquando Iurisconsult. vtitur disiunctiue, officio,munereve, vt in l.1.ff.ad legem Iul.repetun.& solet maxime inter genus & speciem interponere,vel.latius enim patet munus, quam officium. neque enim solum pro officio munus vsurpatur,sed etiam pro onere,vt hic patet,& pro dono:vnde idem in eo dicit in l. eadem.ad legem Iul.repetunda. in fi. ibi, doni munerisve. & quamuis pro officio munus accipiatur, tamen causa vberioris expressionis vtrunque exprimitur aliquando, vt ibi, & aliis in pluribus locis.

¶ Quid sit munus puplicum,videte in l.pupillus.§.munus.infra eo.& l.1.& l. honor. §.1. & l.vlt.supra,de muner.& hono.Bart.in l.vnica,C.de munerib. lib.10.& Thomam Parpal. in repet.l.placet.C.de sacro.eccle.& Francis.Zoannet.in lib.suo sing. ad 50.lib. ff. c. 10. vbi subtiliter docet : dicam inferius in d. §. munus.

Militaria munera quæ dicãtur. ¶ *Militaria munera.* Hęc dicuntur officia militaria, vt ducis,tribuni militum officium, & aliorum,de quibus in l.officium.ff.de re milit. vel munera militaria sunt excubię, angarię, gestationes in vsum belli, & alia,vt per Alciat. hîc: 1.tamen melius conuenit tex. Et interdictio munerum pœna militum est,l.3.§.1.de re milita.ff. & minuitur æstimatio, id est fama, cum quis prohibetur honoribus publicis fungi, l. pen. versi. minuitur. de var. & extraor. cog.ff.Cotere.in suo lib.de iure militum de his officiis satis late disserit.

¶ Inde munus stationis,l.3.§.stationis.ff.de re milit.declaro in l.portus.infra eo.

¶ Munus militię ; inde Iurisconsultus ait grauius esse detrectare, id est recusare munus militię,quam appetere,l.qui cum vno.§.grauius.de re milit.dixi superius de eo qui digitos sibi abscinderat,vt militiam detrectaret,in l.mulieris.§.res abesse.

¶ Corporalia munera dicuntur personalia,l.3.§.corporalia.iuncta l.1.de muner.ff.

Munifices qui ¶ *Munifices.* In hac parte legis dicitur quosdam milites munifices appellari.Legit Budæ.

in

dicantur, & beneficiarij. in ſuis annotation. in hanc legem, munifices. quaſi munera facientes. nam qui muneribus militaribus immunes erant, beneficiarij dicebantur: & qui ea ſubibant, munifices. Et legere munificos, id eſt liberales, ſenſus non conueniret textui. Et eodem modo legi debet in l.2.ibi, partem munificem. C.de prædiis nauiculario, li.11.l.ſi publicanus. §.1.ff.de public. Et quamuis milites ad tribunorum obſequia non cogerentur, tamen ad munera militaria cogebantur, videlicet ad angarias, & excubias. hinc etiam faſcicularia, hoc eſt lignum, fœnum, aquam, ſtramen, & alia neceſſaria in caſtra portabant, teſte Vegetio lib.2.cap. 7. & 17. de re militar. Et munificentiam dicit Iuriſconſultus pro liberalitate, in lege 1. in princip. de donationibus. ff.

Municipes qui. ¶ *Igitur & municipes dici, quod munera ciuilia capiant.* Hic declaratur qui dicantur municipes, videlicet qui munera ciuilia, id eſt publica eiuſdem ciuitatis, capiant: tamen quia commodius erit in l.municipes. infra eo. pertractare, ob id ad illam reliqua reiiciam: & ciues qui, & quæ ciuilia dicantur, in l.plebs. infra eod.

Munitio quid ſit. ¶ His proximum eſt nomen munitio: eſt autem muniendi actus, in l. cui. in fine, ibi, veluti munitio viarum. de munerib.ff.& in l.honor. §.1.ibi, viarum munitiones non perſonæ, ſed locorum munera ſunt. ibidem.

Neceſſaria munera quæ. ¶ Munera neceſſaria, quæ neceſſario quis ſubire tenetur, l.1.in princip.ff.de vaca.& excuſa.muner.& in l.munus. infra eod.

Munus perferēdæ pecuniæ. ¶ De munere perferendæ pecunię ſcribit Vlpia. in l.2. §. quę patrimoniorum. ff. de excuſatio. munerum.

Munus petitoris. ¶ Munus eſt petitoris, id eſt ad petitorem ſpectat, petitoris ſunt partes, lege, in ſpeciali actione non cogitur poſſeſſor dicere, pro qua parte eius ſit. hoc enim petitoris munus eſt, non poſſeſſoris. ff. de rei vindica.

Munera ſuſcipere. Munus delegatum. ¶ Munera ſuſcipere eſt illa accipere, vt eis fungatur. l.ſi vni. §.1.vbi vtroque verbo vtitur. ff.fa.erciſcundę.

¶ Delegatum munus, id eſt commiſſum officium, l.ſi quis. §. funus. ibi, ſin autem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus eſt. ff. de religioſ. & ſumpt. funer.

¶ Munus dari, pro gladiatorio ſpectaculo & ludo, declarat Alciat. parerg. 1. lib. 2. cap. 22. per l. mortuo. in fin. ff. de leg. 2. reprobans Bar. in d.l. ſed alibi pertractabo.

¶ Et hęc de munere vobis ſuffician egregij Principes: ſi quando plura deſiderabitis, conabimur cumulatè vobis ſatisfacere. Et hæc quidem noſtra ſolent eſſe munera, quę ſcriptis ſolum & verbis conſtant, non qualia illa quę à veſtra munificentia proficiſcuntur, quęve ſunt Principum pręcipuum ornamentum, & fidiſſimum ſatellitium. Ideo veſtrum erit hanc noſtram qualemcunque liberalitatem, dum ſuperſumus, tandem compenſare, vt reliquum vitę noſtrę tempus fœliciter cum tranquillo vitæ genere tranſigere poſsimus. nec enim illud optamus à vobis, quod quidam à Diis, de quo verſus hi:

Si dederint ſuperi decies mihi millia centum,
Dicebas nondum Scæuola factus eques,
Qualiter o viuam! quam large, quamque beate!
Riſerunt faciles, & tribuere Dei.
In ius o fallax, atque inficiator eamus,
Aut viue, aut decies Scæuola redde Deis.

¶ Hęc de muneribus, nunc ad alia caſtra noſtra vertamus.

VLPIANVS LIBRO VNDECIMO AD EDICTVM.

LEX DECIMANONA.

Labeò libro primo prætoris vrbani definit: Quod quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur. Et actum quidem verbum generale eſſe, ſiue re, ſiue verbis quid agatur, vt in ſtipulatione, vel numeratione. Contractum autem vltro citróq; obligationem eſſe, quod Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum rem ſignificare ſine verbis factam.

Elucidatio text. an ordo ſit ſeruandus. ¶ Tria erant à Labeone libro primo definita, atque deſcripta: nempe quædam agi, quædam geri, & quædam contrahi. atque ita in tres partes hic text. diſtribui poteſt, pro ratione eorum trium, quæ in eo tractantur. Et licèt contractus definitio poſtrema eſſe deberet, iuxta ordinem eorum, quæ à Labeone dicta erant, tamen Vlpian. ſecundo loco de contractu agit, deinde de geſto, quod ſecundum poſitum erat, & ante contractum collocatum. Quod eo dictum à me velim propter eos, qui religioſe quendam ordinem verborum potius, quam mentem & poteſtatem in iure noſtro ſequi malunt. id enim Iuriſconſulti, niſi aliter res poſtulet, contemnere ſolent, vt hic Vlpian. nec intereſt quid prius aut poſterius

poſterius dicatur, dummodo mens & ſententia appareat, niſi in quibuſdam caſibus, quos ſcribunt interpret. in l.2.in fi.ff.de vulga.

Agere, & actus. ¶ *Agantur, actum.* Hæc duo agere, & actus, hoc loco ſunt nobis explicanda. Et actum inquit text. generale verbum eſſe: nec vt grammatici vſurpare ſolent, ſumitur, ſed pro nomine: ſiue ſit nomen ſiue pronomen ſiue altera pars orationis, Iuriſconſulti verbum ſolent dicere, atque ita verbum pro quacunque voce quæ aliquid ſignificat, intelligunt: vt paſsim hoc titu. videre poteſtis, vt ſupra etiam ſcripſi in rubrica.

Inſpiciendum quid actū ſit. ¶ Et actus generaliter intelligitur, pro omni eo, quod agitur, ſiue verbis agatur, vt ſtipulatio. §.1. Inſt. de verbor. obligatio. & l.1.ff.illo tit. Vnde in ſtipulationibus, cum quæritur, quid actum ſit, verba ſtipulationis ſpectanda ſunt, quæ ſi obſcura, vel ambigua ſint, contra ſtipulatorem ſunt interpretanda, & quid dictum, conuentumve ſit, l.ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus. iuncta l.eum qui calendis. & l.ſequitur. in fi.ff.de verb.oblig. Conuentionis enim verbum generale eſt, ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi, tranſigendique cauſa conſentiunt, qui inter ſe agunt, l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. & l. 3. ibi, contrarium actum eſſe probetur. illo titu. & interpretationem redigendam ad id, quod actum eſt, aſſerit Iuriſconſult. in l.nepos. infra eo. & l. cum quærebatur. infra eo.

Actus generaliter capitur contra glo. ¶ Siue actus fuerit re, vt cum pecunia numeratur, §.1. quibus modis re contrahitur obligatio. in Inſtitu. de numeratione ſcribam in l. in lege Cenſoria. inf. eod. Et generaliter capitur dum dicitur, quod actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, l. non omnis. ff. de reb. cred. & ita accipitur in l.eum actum. & l.2. ibi, & ſane ſicut æquum eſt, actus ſui rationem reddere. ff. de nego. geſt. licet ibi gl. dicat ſtrictè accipi pro redditione rationis: quam gloſ. ſequitur Bal. in ſua marga. in verbo actus: tamen eo loco etiam generaliter ſumi poteſt, vt ſeruus non teneatur reddere rationem eius actus cuiuſcunque, ſiue re, ſiue verbis, quem in ſeruitute geſsit. facit l. quę vtiliter. §.1. ibidem, & l. obſeruare. verſiculo recte. ff. de off. proconſ. vbi ingreſſus proconſulis incerti & inopinati turbant prouinciales, & actus eorum: quod intelligendum vobis vt hic, de quocunque actu, quamuis gloſ. actum ibi interpretetur pro actionibus, & negotiationibus, quæ expoſitio legi illi nō conuenit, vt ibi ſcripſi. idem in l. Thais. §. Stichus. ff. de fideicom. liberta. &. l. fina. communia prædior. ibi, neque enim ſicut viuentium, ita defunctorum actus ſuſpendi receptum eſt. Et ſtationarij milites referre debent præfecto, quid vbique agatur, l.1.in fine. de off. præfect. vrb. intelligite generaliter ſiue re, ſiue verbis actum quid ſit: ſi male tamen agatur, lege, aduerſus. de exceptionib. ff.

Actus pro facto ſumitur. ¶ Interdum actus pro facto accipitur, vt l. Paulus reſpondit non tantum verbis ratum haberi poſſe, ſed etiam actu. ff. rem ratam habe. l. more. ff. de feriis. facit l. fugitiuus. & l. cum quærebatur. infra eod.

Vtilitates de actu. Carnifex inuitus non ſit. ¶ Ex quo inferuntur vtilitates ſequentes. Primò facilis intellectus ad rub. C. ne quis liber inuitus actum reipub. gerere cogatur. lib. 10. vbi liber non cogitur gerere actum reipub: ſcilicet vilem, & ſeruilem, & debet intelligi ſiue re, vt cloacas purget, vel carnifex fiat, vt ibi dicit Lucas de Penna: nec etiam actum verbis, vt verba geſticulatoria in ſcena, & in ludo, per hunc text. vilis tamen perſona publicæ vtilitatis cauſa cogi poterit, etiam ad ſuſpendendum alium, vt docet Bar. in l.ſi. ff. de pigno. actio. vbi alia addidi.

Inquirendum de vita epiſcoporum. ¶ Secundò inquiri debet de vita & actu electi, antequam confirmetur, quod intelligendum eſt vt hic, tam de actu re, quam verbis, quia ſi vitam diſſolutam egerit, vel ſcurrilem, repelli debet, c. poſtquam. de electio. & vtinam hodie antequam crearentur epiſcopi, inquireretur de vita & moribus, & non periclitaretur ſic eccleſia: nam pauci inuenirentur idonei.

¶ Tertiò actus publici contentioſæ iuriſdictionis quindecim diebus Paſchalibus conquieſcere debent, l. actus. C. de feriis: poterunt tamen capi latrones illis etiam diebus, l. prouinciarum. ibidem.

Actus contractum comprehendit. ¶ Quartò verbum agere & contractus, & teſtamenta comprehendit, cum generale verbum ſit, §. ſed neque. Inſtitutionibus, de teſta. & ibi glo. & in l. verba contraxerunt. infra eo. vbi dicetur.

Sequimur quod actū eſt. ¶ Quintò ſemper in ſtipulationibus, & in cæteris cōtractibus id ſequimur, quod actum eſt, l. ſemper. de regul. iur. ff. id eſt quod dictum eſt, & conuentum: vnde ſi non appareat quod actum eſt, conſequens eſt, vt id ſequamur, quod in illa regione frequentatur. ibidem.

Procurator ad omnes actus conſtitutus poterit negotia adminiſtrare. Actus nullus non prodeſt. ¶ Sextò procurator conſtitutus ad omnes actus meos exercendum poterit agere, & negotia adminiſtrare, quia generale verbum eſt actus, ſiue re, ſiue verbis agatur, vt hic: & facit quod notat Ioannes de Graſsis in tracta. de ſubſtantialibus procurator.

¶ Septimò actus nullus non iſta comprehendit, ſed validus ſic, quia actus nullus non dicitur actus, argu. l.4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Et ſic actus nullus non inducit litis conteſtationem, teſte Franciſco Curtio in l. edita. nu. 104. C. de edend. facit l.1.in fi. ff. quod quiſque iuris.

¶ Octauò

¶ Octauò quod maior pars curiæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, l. quod maior. ff. ad municipal. dicam in ordi. Reg.

¶ Nonò quis non debet quicquam agere cum inimicis, nec ad illos arma exportare, lege, primo & secundo, Cod. quæ res exporta. non debeant. scripsi in bulla cœnæ domini artic. quinto.

Agere multis modis dicitur, & phrases.

¶ Adnotandum est agere variis modis sumi: & præter eas significationes quas Martial. his versibus tradit:

Semper agis causas, & res agis Attale semper,
Est non est, quod agas, Attale semper agis.
Si res, & causæ desunt, agis Attale mulas.
Attale ne quod agas desit, agas animam. quas in iure reperimus, enumerabimus, saltem frequentes.

¶ Primò agere causam pro tractare, prosequi, l. si perlusorio. ibi, sed & agere causam apud ipsum iudicem. & l. qui suspectum. ibi, quia suam causam agit. ff. de appellat. quamuis glo. exponat eo in loco pro defendere, quæ expositio conuenit l. denuntiasse. in fine. ff. de adulte. vbi dicitur agat causam, deinde defendat.

Agere causã.

¶ Et sic agere causam, interdum pro defendere pro materia accipitur: nam qui se defendit, causam suam tractat, & qui agit, idem. in l. Pomponius. §. sed & is. ibi, denique si vere procurator extitisset, & ipse præsens causam suam egisset. de procur. ff. & l. 2. in fi. ff. de in ius vocando, ibi, neq; eum, dum quis apud prætorem causam agit, in ius vocare licet. l. & post edictum. ibi, agetur causa, id est tractabitur. ff. de iudic. l. admonendi. de iureiurand. ibi, permitti constitutionibus Principum causam ex integro agere. & l. fina. infra eo. l. 1. in fine, ibi, creditorem ita rem agere debitoris, vt suam ageret. de solutio.

Agere fisci causas.

¶ Agere fisci causas, idem. in l. hi qui fisci causas agunt. ff. de postulan. Et intelligitur tam agendo, quàm defendendo. l. senatus. de iure fisc. Et agere propriam causam, l. fiscus. 2. de iure fis. l. in honor. in fine. de vaca. munet. l. 1. §. aduocatos. & §. diuus. de variis cognitib.

Acta causa.

¶ Acta causa, finita, l. fina. ff. si tutor appellauer. ibi, si tutor, vel curator detentus prouocauerit, & ante causam actam moriatur. l. 1. §. si verò post causam actam cauta est honoraria summa. ff. de var. & extraord. cognitio. Interdum actam causam pro inchoata sumit Iurisconsult. in l. penult. §. si post actam causam cœperit se excusare iudex. de vacatio. munerum. ff. quia post finem causæ frustra se excusaret, cum nihil amplius agendum sit. quod probat tex. ibi, susciperet, & ibi, transferre iudicium.

Agere salutẽ hominum.

¶ Agere salutem hominum, id est curare medici solent, l. 1. §. 1. de variis, & extraord. cog. ff. ibi, medicorum eadem causa est, quæ professorum, nisi quod iustior, cum hi salutem hominum agant.

Agere annũ septuagesimũ. Agere, obtinere.

¶ Agere annum septuagesimum dicitur is, qui in septuagesimo anno est: si verò complecuerit, dicitur egredi, l. 3. in fine. ff. de iure immunit. vbi qui agit septuagesimum annum, non videtur maior esse septuaginta annis: & sic agere pro obtinere sumitur, l. 1. in fine, ibi, iam ante minor non est, qui diem supremum agit anni vicesimi. ff. de manumissio. l. Publius. §. 1. de conditio. & demonstrat.

Agere pro nauigare. Intellectus ad l. 1. de iure immunita.

¶ Agere pro nauigare exponit glos. in l. 1. ff. de iure immunitat. vbi sic scribit Vlpian: qui in nauibus sunt ob hoc tantum, vt in eis agendi causa operentur, nulla constitutione immunitatem à muneribus ciuilibus habẽt. Ego vero interpretarer tex. ibi, qui in nauibus sunt, vt in eis aliquid agant, id est faciant, & causa agendi, id est faciendi aliquid in nauibus, nullam immunitatem habent, eo quòd proprij commodi causa ibi sunt, & vtilitas publica præferri debet priuatæ: secus si publicæ vtilitatis gratia ibi forent, vt in l. is qui. ff. de vacatio. munerum.

Agere nauẽ.

¶ Agere nauem, est nauigare; ducere nauem. l. vnica, iuncta rubrica, ff. vt in flumine publ. nauigare liceat.

Agere pro abigere.

¶ Agere auem, id est abigere auem, & expellere. Venule. in l. fin. §. si stercus. ibi, aut auem egerit, venatusve fuerit, sine vllo opere, hoc interdicto non tenetur. ff. quod vi aut clam, licet glos. ibi exponat pro portare: sed alienum id esset à sensu legis, vt videre potestis & iudicare.

Agere pro administrare.

¶ Agere pro administrare exponit glos. in l. si plures. ff. de curator. bonis dando. ibi, tanquam quis eorum in solidum ageret: alij habent quiuis, & est idem sensus: alij habent, qui ius: & ita debet intelligi, vt quemadmodum curatores agere in solidum possunt, ita & conueniri, l. 2. §. si plures. ibidem: licet ibi vix sic accipi possit, sed in l. qui mittuntur. in fin. ibi, qui agere rempubl. cœpit. ff. ex quibus causis maiores.

Agere pro peragere.

¶ Agere, pro peragere, vt glos. vult in l. si à domino. ff. de petitio. hered. quamuis proprie accipi ibi pro eo, quod est mouere actionem, vel motam prosequi, possit, si recte intelligatur tex. nempe agere quis dicitur per litis contestationem, antea verò dicitur agere velle, l. amplius. ff. rem ratam haberi. verbũ autem peragere requirit decisionem, l. quinquaginta. ff. de

ff. de excusat. tutor. quam non exposcit rubrica, quando actio de peculio annalis sit, sed vt inchoetur, vt patet ibidem: & Cepola docet cautela 18. verbum agere. De verbo peragere docui in l. 3. supra eod.

Agere curam plebis.

¶ Agere curam plebis, est curam habere plebis, quod pauci agunt, & curare de ea, *se soucier* Gallice, lege, prætor. §. est præterea. ibi, acta cura non sit. de bonis authoritate iudicum possid. ff. & l. 1. de offic. magistri offic. C.

Agere pro cõtradicere.

¶ Agere pro contradicere, vel opponere, in lege, etiam. in prima. §. fi. ibi, ad agendum à præside euocato. ff. de minor. facit authent. si omnes. C. si minor ab hered. se abstine. & cap. fina. de electio. libro sexto. scripsi in verbo Gallicos. de constitutio. in concordat.

Agere gratias.

¶ Agere gratias, pro habere. l. Seia. ff. de dote prælega. ibi, cui maximas gratias ago. lege prima. C. de offic. præfec. præto. Africæ.

Agere id est accusare.

¶ Agere, id est accusare, glo. & doctores. in lege, qui accusare. C. de edendo.

Agere pro agitare, exercere, decidere.

¶ Agere, agitare, exercere, decidere, tractare, in rubrica C. vbi causa status agi debet, & in rubrica, vbi causæ fisc. vel diuinæ domus hominumque eius agantur. ac in rubr. vbi de crimine agi oporteat. C. & in rub. vbi de hered. agitur. & duobus sequenti. titul. & vbi in rem actio exerceri debeat. & titulo, apud quem cognitio in integrum agitanda sit. Et sic intelligi possunt edicta prætorum dicentia, Ait prætor, qua de re agitur. ff. quod vi aut clam, & lege prima, ff. de preca. & aliis multis in locis, vt l. vnica, vtrubi iudicium agitatur, in lege, in delictis. §. si detracta. ff. de noxal. actio. Inde agens res Titij dicitur ille, qui eas tractat, & administrat, lege, si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obligatio. vide in titulo de agentibus in rebus, libro 12. quomodo accipiatur ibi, & explicat Cassiodor. officium eorum.

Agere, prosequi.

¶ Agere id est prosequi, l. qui prior appellat, prior agat. & lege, si petitor plures heredes reliquerit, vnus eorum iudicio egerit. ff. de iudic. in d. tamen lege, si petitor. potest accipi agere proprie pro experiri.

Agere causam appellationis.

¶ Agere causam appellationis, in l. cum quidam. ibi, & permisit ei causam appellationis agere, id est prosequi. ff. de appellatio. l. prima. §. tutores. quando appelland. fit. ibi, ex hoc apparet tertio die prouocandum defensori, si modo quasi defensor causam egerit, non suo nomine.

Agere pro experiri.

¶ Item agere, pro experiri, & actionem intendere, & mouere, lege prima, per totum de actio. empt. ff. & C. vt nullus agere, vel accusare cogatur. lege, si tamen. in fine. ff. de ædilitio edicto. lege, sæpe. de re iudica. lege, si priusquam. de noui operis nuntiatione. lege, in executione. §. insolidum. de verbor. obligationibus: quicquid dicat ibi glo. & in lege, si status. C. de ordine cognitio. & frequentius in iure. Et experiri etiam pro agere capitur: ideo qui controuersiam mouet, proprie experiri dicitur, lege, quoties. in fine, de noxalibus actio. ff. l. heredes eius, qui apud hostes decesserit, hoc iudicio experiri possunt. ff. familiæ ercisc.

Experiri pro defendere improprie. Intellectus ad l. sæpe. de re iudicata, & l. cũ miles. de alien. iud. mutã. cau. contra Zas.

¶ Improprie autem experiri pro defendere, in lege, sæpe. vt Zasius in 8. notabili, de re iudica. ff. affirmat, & idem significare ait in lege, cum miles. de alie. iud. mutand. causa facta, & recte (inquit) vterque experitur, siue agat, siue se defendat, quia iudicij aleam experitur. hæc Zas. Tamen aduertendum est in d. lege, sæpe. verbum experiri proprie poni, & referri ad actorem, quod & idem tex. probat his verbis: Veluti si debitor experiri passus sit creditorem de proprietate pignoris. ergo creditor agebat, & experiebatur: & ita eo loco proprie pro agere positum est. Et tametsi dicitur in tex. debitorem passum esse creditorem experiri, non tamen ait reum experiri, atque ita intelligenda est etiam d. lex, cum miles. qua ita cautum est, post donationem factam militi causa mutandi iudicij, priorem dominum experiri oportere, & agere in detinentem rem, vt rem magis quam litem in militem transtulisse videatur: id est is qui cessit actionem militi, rem ipsam videatur magis cessisse, quam ipsius litem: quia cedens litem eam prosequi, & experiri tenetur, non ipse miles: tamen post victoriam causæ miles rem consequetur. Et hunc arbitror verum intellectum eius legis, quouismodo Zas. & cæteri intelligant.

¶ Item perbelle declarat Iurisconsultus in lege 1. ff. de diuers. & tempor. actio. Videamus, inquit, quid sit, experiundi facultatem habere. Et quidem imprimis exigendum est, vt sit facultas agendi: neque sufficit reo potestatem secum experiundi facere, vel habere eum, qui se idonee defendat, nisi actor quoque nulla idonea causa impediatur experiri.

Reus aliquãdo agit.

¶ Et sic hoc verbũ experiri regulariter ad actorẽ refertur: & quando respicit ad reum, vt debitor passus sit creditorem experiri, tunc non obest, quia vere ad actorem etiã dirigitur.

¶ Idem dicimus, quando reus agit actione negatoria, & confessoria. vterque enim tam actor quã reus agit. §. sed istæ. Instit. de actio. l. an vnus. in fine. ff. si seruitus vindicetur. & l. si quis diuturno. in fi. ibidem. vide glo. & doc. in c. 1. de iudic.

Experiri iudicium.

¶ Experiri iudicium, pro incipere, inchoare iudicium, lege, si procuratorem. in fine, de procurat. ff. ibi, itaque etsi postea mutata voluntate procuratorem esse noluerit, tamen iudicium, quo quasi procurator est expertus, ratum esse debet.

Agere pro degere. ¶ Item agere, degere est, l. Paulus. 1. ff. de legatio. vt agere in vrbe, agere in prouincia. & l. lex Cornelia. §. ponamus. ibi, Romæ agere. ff. de iniuriis. l. custodias. de public. iudic. & l. cum filius familias viaticum. ff. si certum pet. l. 2. in princip. de orig. iur. l. patri. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 1. & l. milites. agrum. §. ignominiosa. de re milita. l. non dubium. & l. solent. de custod. reo. lege, qui offici. de contrahend. empt. lege penult. §. filius familias. de cast. pecul.

Agere apud hostes. ¶ Agere apud hostes, idem, l. iusto. §. si cum apud hostes dominus, vel pater agat. ff. de vsucapio. l. Fulcinius. §. illud sciendum. ff. ex quib. cauf. in possessio. eat.

Agere animalia. ¶ Agere quis animalia dicitur, id est ducere, l. ferri. infra eo. ibi, agi ea quæ animalia sunt. vnde actus definitur ius agendi, vel iumentum, vel vehiculum, & est species seruitutis rusticorum prædiorũ, l. 1. §. actus. ff. de seruitut. rustic. prædio. facit l. 1. §. incile. ff. de riuis. iuncta l. si tam anguſti. de seruitu. vbi dicit iumentum duci, l. qui sella. de seruitu. rustico. prædio. vel pro expellere, abigere, *chasser dehant*, l. quamuis. alias incipit, Quintus Mucius. ff. ad legem Aquil. vbi primum dicit expellere: deinde, nec agere illud aliter debet, quam (vt supra diximus) quasi suum, sed vel abigere debet sine damno, &c. Inde agitare mulas, in l. qui insulam. §. qui mulas. ff. locati.

Agere radices. ¶ Agere radices, est radicari, emittere, & porrigere radices, l. 3. iuncta l. si plures. ff. arborum furt. cæsar. l. adeo. §. 1. & fina. de acquirend. rer. dominio. §. si Titius. Institut. de rer. diuisio. quod alio in loco Iurisconsult. dicit comprehenderit secum, lege tertia, ff. arbo. fur. cæsa.

Agere ætatem. ¶ Agere ætatem, l. de fideicommisso. C. de transactio. vbi glos. exponit pro habere, & esse eius ætatis.

Agere 25. annos. ¶ Agere annos 25. in l. si maritus. §. minorem agere ætatem. de ædilit. edicto. ff. id est esse illius ætatis 25. annorum, esse in vicesimoquinto anno, nondum tamen completo.

Agere pro suo imperio. ¶ Agere pro cognoscere, vt prætorem agere pro suo imperio, id est cognoscere, vt exponit glos. in l. etsi prætor. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdict. ibi, etsi prætor sit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit: text. tamen in l. 1. §. fina. ibidem, explicat id, videlicet, is qui alienam iurisdictionem habet, non agit pro suo imperio, id est non vtitur sua iurisdictione, sed mandatis.

Agere mensuram agri. ¶ Agere mensuram agri, pro mensurare, metiri, Paul. in l. 2. ff. si mensor falsum modum dixer. ibi, sed si ego, cum esses mensor, mandauerim tibi agri mensuram ageres, &c.

Agere pro gerere. ¶ Agere actum gerere est, l. Thais. §. ab heredibus. ff. de fideicom. libertat. vbi actum agere Scęuola dicit, dum ait, quæro, an testator vsque in diem pubertatis filij sui actum agere voluerit: id est administrationem bonorum inceptam gerere, & continuare: licet apud rhetores non ignorem actum agere dici prouerbialiter pro incassum laborare. Eras. in chiliad.

Agere actum.

Agere excubias. ¶ Agere excubias pro vigilare, l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. ibi, apud vetustiores incendiis arcendis præerant triumuiri, qui ab eo quod excubias agebant, etiam nocturni dicti sunt.

¶ Omnia negotia agere potest, pro facere, exercere, administrare, l. in negotiis. ibi, pupillus omnia negotia tutore authore agere potest. ff. de regul. iur.

Agere generale verbum. ¶ Vltimò agere adeo generale est, & maximè conuenit verbo facere, l. 1. §. conuentionis. ff. de pactis, vt qui aliquid operatur, vel in aliquo est negotio, vel etiam qui animo quic quam molitur, agere dicatur. l. quisquis. C. de postul. l. vnus ex creditoribus. ff. ex quibus cauf. in posse. eat.

Actus, factus. ¶ Inde actus adiectiuum pro factus, l. quo enim. §. fina. ibi, nam qualitercunque quis rettractauerit eundem actum, qui à procuratore actus est. ff. rem ratam haberi.

In ante actum dare veniam. ¶ Vnde in ante actum dare veniam, in l. 1. §. his autem. ff. de seruis fugit. vbi dicitur, his autem, qui fugitiuos vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuissent, veniam in ante actum senatus dedit, id est, senatus pepercit de his, quæ ante egerunt, & fecerunt: & sic de rebus factis & actis antea.

¶ Et in emptis & venditis potius id quod actum est, quam id quod dictum sequendum est, Pompo. in l. sed & Celsus. in fine. ff. de contrah. emptio. vbi glo. notat sensum potius, quam verba spectari. hoc tamen illa lex vix probat, sed plus valere quod agitur, quã quod simulatè concipitur: vel quod dicitur inter partes, vt rub. est C. plus valere quod agitur.

Agendum est. ¶ Agendum est, videndum est, dicendum est, tractandum est, l. 3. §. quando autem fraus interposita videatur, agendum est. ff. de iure fisci. Acta autem quæ sint, declarabo in l. fi. infra hoc titu.

Actus præseruitute. ¶ Actus ab eo verbo emanans accipitur pro quadam seruitute rusticorum prædiorum, & est ius agendi iumentum, vel vehiculum, l. 1. §. actus. de seruit. rustic. præd. ff. & Institit. eodem titu. §. 1. & hanc speciem seruitutis pulchre declarat Cepo. in tracta. de seruit. rustic. prædio. rub. de seruitute actus. & egregius D. Ioan. Corras. in rub. ff. de seruitu. & sic capitur in titulo de itinere, actuque priuato. ff. Est autem differentia inter actum & iter, vt l. inter actum. ff. de seruitut. rusticor. prædior. & §. 1. Institit. eod.

¶ Et

¶ Et actu legato, qui iter adimit, nihil adimit, quia nunquam actus sine itinere esse potest, l. prima, ff. de adimend. legatis.

Actum, id est dictum, conuentum. ¶ Actum est inter partes, id est dictum, vel adiectum, conuentumve, vt supra quoque exposuimus, lege tertia, iuncta lege, reos. in fine, ff. de duob. reis, vbi in vna lege dicit actum, & in alia adiectum. lege, si Stichum. §. si quis. & l. etiam. ff. de nouatio. lege, qui cum tutoribus. §. vlt. de transactio. l. solemus. de iudic.

Actus pro historia. ¶ Actus sæpe dicitur historia, & narratio quædam rerum gestarum, vt Hieronymus in libro de viris illustribus ait de Luca euangelista: Euangelium, inquit, sicut audierat, scripsit: actus verò Apostolorũ, sicut viderat, ipse composuit. in eo enim opere actus ipsorum virtutibus insignes explicantur: quamuis quidam acta dicere malint, tamen vtcunque sit, mentem satis est intelligere: & dicitur Grȩcè πρᾶξις.

In omni actu tria requiri. ¶ Et iure canonico, in omni actu tria requiruntur: primum, vt quid liceat secundum æquitatem: secundum, vt quid deceat secundum honestatem: tertium, vt quid expediat secundum vtilitatem, cap. magnæ. de voto. arg. c. aliud. 11. quæst. 1.

Actus alienus seu extraneus. ¶ Alienus actus seu extraneus est, non pertinens ad rem, vel actum, qui geritur, vt si testando quis contrahat, vel aliud à testamento agat: & ita intelliguntur iura sequentia, scilicet l. heredes. §. fina. ff. de testa. lex 1. §. 1. & lex, quæ extrinsecus. & lex, continuus. in princip. de verbo. obliga. l. diuus. §. fina. de duob. reis. l. eum igitur. & ibi glos. ff. de vi & vi armata. c. indemnitatibus. 1. de electio. in 6. facit l. cum antiquitas. C. de testa.

Actus legitimi qui. ¶ Actus legitimi dicuntur à lege ciuili inuenti, vel subnixi, firmati aliqua lege, lege, actus. de regulis iuris, ff. vt legitima conuentio, quæ aliqua lege confirmatur. lege, legitima. vbi scripsi, de pactis, ff.

Actio quid & quot modis capiatur. ¶ Inde actio dicitur ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, §. 1. Instit. de actio. & lege, nihil. ff. de actio. Capitur etiam pro actu in lege, nec adoptare. ff. de officio proconsul. vt & ibi glo. explicat, & authent. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles.

¶ Interdum sumitur pro accusatione, vt l. 1. ff. de crimi. stellio. & in l. in senatusconsulto. §. si propter. ad Turpillia. ff.

¶ Aliquando etiam actio accipitur pro controuersia, & exercitatione, seu tractatione causæ, lege, litis nomen. infra eodem. lege, transactionis placitum. C. de transactionibus. Alia de actione scribunt interpretes in titulo dè actio. in Institution. §. actio. post glo. ibi.

Legis actio quæsit. ¶ Legis actio, id est legitima actio. sic exponit tex. in libro meo veteri in lege, 2. §. deinde ex his. ff. de orig. iuris. licet in Pandec. Florent. non sit expositum. Zazius pro legitimis actibus, glo. ibi secutus in l. 1. ff. de officio iuridi. Alex. Ego exponerem ibi legis actiones proprie, pro iure persequendi in iudicio: nam postquam actiones fuerunt compositæ, hæc pars iuris vocata est legis actiones, quasi totius legis compositæ persecutiones, & agendi instrumenta. Bud. verò in l. 4. ff. de adop. dicit ibi, apud quẽ legis actio est, id est, qui plenam iurisdictionem habet, & ordinariam, apud quem experiri omni actione aduersus vnumquemque possumus: hoc probat per historiographos, quem sequitur Oldendor. lib. de verb. copia. Sed Alciat. lib. 3. parer. 1. cap. 2. legis actionem pro executione propriè sumi ait: Cum executio, inquit, facienda erat, propriè legis actio dicebatur: quia in inuitos iussu legis fiebat: & pro imperio suo tũ iudex agere existimabatur, mero, in causa capitali: mixto, in ciuili: quod etiam Budæ. in forensib. probat, dicens, l. acta sunt, quæ expleta: & executiones forenses vocant. sed vix potest sic accipi: nam præfectus vigilum executionem habet, l. penult. & vlt. ff. de off. præfecti vigil. & legatus, l. fina. ff. de offic. eius. & apparitor, l. vlt. C. de sportu. & lictores, l. ego. iuncta l. manumissio. ff. de manumiss. vindicta: & speculatores, l. diuus. ff. de bo. damnat. tamen apud eos legis actio non esse dicitur, vt apud legatum, l. 3. ff. de off. proconsl.

Lege acta pro expletis.

¶ Ob id forte dici potest aliter, vt intelligamus legis actionem pro imperio: nam adoptamus eos, qui alieni iuris sunt, imperio magistratus, l. 2. ff. de adoptio. & §. 1. illo tit. in Inst. & in l. 4. ibidem, dicitur adoptari posse apud magistratum, apud quem legis actio est, id est apud quem est imperium. nam apud eum qui sine imperio est, adoptio fieri non potest: vnde l. 1. de off. iurid. Alex. ait, apud iuridicum Alexandriæ adoptionem fieri posse: quia apud eum est legis actio: alioqui non adoptaretur quis imperio magistratus, si ille magistratus, coram quo fit adoptio, non haberet imperium, id est plenam legis actionem, vt ait l. 1. C. de adoptio. & si potestatem imperandi non haberet inter illos non subditos, licet alias iurisdictionem haberet. Aliis in locis non negauerim pro subiecta materia, legis actionem aliter sumi posse, vt in d. §. deinde ex his. Vel non perperam quis forte dixerit, apud eum legis actionem esse, apud quem iure & lege agere quis potest, & experiri: vt sunt hi magistratus, apud quos lex concedit, & permittit agere, & qui iudicare possunt, & iurisdictionem habent, vt in l. prætor. ff. de iudic. & l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. Ideo legatus antequam proconsul ingressus prouinciam fuerit, non potest adoptare, quia nondum agi apud eum lege conceditur, d. lege tertia, ff. de offi. proconsl. neque enim pro

consul mandare iurisdictionem suam potest, antequam ingressus sit prouinciam, l.obseruare. ibidem. quare apud legatum legis actio non est, cum nullam adhuc iurisdictionem habeat: proconsul habet quidem iurisdictionem, eo quod proconsul, sed eam exercere non potest extra prouinciam ratione territorij, lege 1.ibidem.extra territorium ius dicenti non pareretur impune, l. extra territorium.ff.de iurisd. om.iud. sed cum prouinciam proconsul ingressus est, potest legatus manumittere,l.apud.§.1.ff.de manu.vindicta. Quod & Cicero probare videtur in Verrem his verbis: Quis igitur est, qui neget oportere eorum arbitratu lege agi, quorum causa lex sit constituta? & de orat. Alter plus lege agendo petebat,quam quantũ lex permiserat:& ita intelligendo,legis actio partem respicit, non iudicem: sed in omnibus fere supradictis legibus dicitur apud magistratum actionem legis esse: quemadmodum enim dicimus apud magistratum agi, ita apud eum legis actionem esse,si coram eo iure agi possit: ergo non subditus non ager lege, & iure coram eo. Proinde legis actio tunc non sumeretur pro executione, aut iurisdictione:aliud est enim actio partis, aliud iurisdictio iudicis, quamuis agi non concedatur lege, vel iure nisi apud eum, qui habet iurisdictionem,d.l.cum prætor.& d.l.1.ff.de off.eius cui manda. Itaq; cum vtraq; interpretatio possit accommodari illis legibus,eligite, an pro imperio magistratus,an pro facultate aliqua agẽdi apud aliquẽ lege concessa intelligere velitis. in re tam varia & ambigua liberũ erit cuiq;, vel hæc sequi, vel alia magis apta, si possit inuestigare. nam Iurisc.sic ait, Nemo alieno nomine lege agere potest. ff. de reg.iur.id est secundum legem, lege permittente, vel authoritate legis, & sic superiora intelligetis. facit l. fin. C. de his qui à non do.ma. vbi lege agere idem est quod iure agere, & in multis iuris partibus sic accipitur. & legis actiones dicit Blondus libro 4. quæ formam agendi continent. *Elige cui dicas, tu mihi sola places.* Vel legis actiones exposuimus ff.de offic.iurid.Alexand. pro actibus seu virtutibus legis, vt in l. legis virtus.ff.de legib. sed quia imperare est potissima pars, ideo imperium legis actio dici poterit.ibi dixi: & sic potest & pro iure persequendi, & pro imperio, quod vim legum habeat, & potestate quam iudex in suos habeat, sumi: idque pro materia discernitur.

Agi & fieri differre.

¶ Agi in iudicio, fieri autem extra iudicium, intelligit gloss. in l.1.§.quibus. ff.quod cuiusque vniuersi.no. Quod verum existimauerim, cum agere & facere simul ponerentur, vt in d.§.quibus. vel cum ita materia exigeret: secus autem si seorsum, & separatim collocarentur,quia tunc agere & in iudicio & extra iudicium verificatur,vt supra dixi.

Agitatores, & aginatores qui sint.

¶ Agitatores ab ago dicti sunt aurigæ in curruli certamine, & ludis circensibus ita curribus insistentes iuuenes, qui velocitate equorum, aut agitatorum arte trahebantur, de quibus Iurisconsult. in lege,athletas.in princip. ff. de his qui not.infa. lege, Titius. in fine. ff. de action. empti: licet quidam in ea lege aginatorem legant,& exponant pro eo, qui exiguo mouetur lucro.

Desultores.

¶ Erant etiam desultores, qui duos equos absque ephippiis & sellis agitantes, ex altero in alterum subinde mira pernicitate desiliebant. de quibus in l. apud Labeonem. in princip.ff.de præscrip.verb.

Desultoria leuitas.

¶ Hinc desultoria leuitas in adagium abiit: & equi desultorij dicuntur, ad certamen accommodi, teste Budæ.

Actor quid. Reus quid.

¶ Item ab agere Actor etiam deducitur: & est qui agit, & experitur in iudicio, lege, in exceptionibus. ff. de probatio.vel est qui desiderat sibi dari, vel fieri ab alio aliquid:Reus autem à quo petitur, vel desideratur, Gallice actor dicitur, *le demandeur*: quia petit: vnde etiam petitor dicitur in iure. interdum pro accusatore, lege, aut priuati. ad Turpillianum. & aliquando vocatur agens, in l. ante omnia. ff. de probatio.

Clausula, cum quo agetur.

¶ Cum quo agetur, de qua clausula in iure fit mentio sæpius,accipere debemus ipsum reum, lege tertia, ff. de iureiuran.l.1.in princip. de his qui deiecerunt.l.si seruus. §. primo, de condictio. furt.

Actor pro syndico.

¶ Actor capitur pro syndico, in lege 1. §. quibus. ibi, & actorem siue syndicum. & per tot.titul. ff. quod cuiusque vniuersit. nom. l.cum alicui. de negot. gest. Et actorem municipum illum vocat Iurisconsult. in l.4.§.actor.ff.de re iudica. l. si is cui. in fin. de solut. l. sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vocando. Aliquando dicitur actor, qui negotia agit, & administrat,l. Titia. ff. de manumiss.testa.l.herede.de fideicommiss.liberta.lege, Titia. de solutio. l. ne procuratores Cæsaris bonorum actores, quæ ad fiscum deoluta sunt alienent, de iure fisci. & l.bonorum. ibidem.l.Pomponius.1. ibi, nam si seruus actor fuerit legatus.famil.erciscu.l.de pollicitationibus. ff. de pollicita.l.procuratorem. C.de procurat. lege tertia, §. Item videamus. ff. vti possidetis. lege, Papinianus. in fine. de Publicia.in rem actio.vbi gloss.exponit pro procuratore qui negotia domini administrat.

Actor pro eo qui negotia agit.

¶ Item qui exigendis pecuniis præpositus est,actor dicitur,l.pure.§.actoris, qui exigendis pecuniis præpositus,etiam posterior dolus domino nocebit.ff.de doli exceptio. & pro seruo, qui curam rerum præcipuam agebat,l.fi.ff.de offic.præsid.

¶ Interdum

¶ Interdum actor dicitur is qui est constitutus à tutore,vel curatore ad agendum, quia neq; tutores, neque curatores ex persona sua in re pupilli, vel adolescentis procuratorem facere possunt, sed actorem constituere debent,lege, neque tutores. C. de procurat.lege, si actor. de appellation.

Adiutor.

¶ Item si quis constitutus sit ad adiuuandum tutorem,vel curatorem,perpetuo morbo laborantem,adiutor dicitur,l.solet.ff.de tutel.l.decreto.de adminis.tutor. §. fina. de curator.in Institution.vbi celebris gl. & Theophilus ait ibi, eo dici actorem quia per acta constituebatur,& cauere debet,l.actor. ff. rem ratam haberi.& hic actor aliquando constituebatur à procuratore Cæsaris,l.aufertur. §.1. de iure fisci.

Actor quare dicatur.

¶ Et pro aduocato actorem glos.exponit,in lege prima. C. ne liceat potentiorib.videte an conueniat.

Actuarius.

¶ Inde actuarius dicitur, qui acta in iudicio velociter excipit, quem notarium vltramontani vocant,nos autem vulgò *graphiarium* & scribam, vt in rubr. de tabula. libro decimo C.& lege,actuarios.de numerar.lib.duodecimo C.& l.ne diutius.ibidem.

Actuariæ naues.

¶ Actuariæ naues celeres,& veloces dicuntur, quod agantur remis celeriter, de quibus per Bayfium in tracta.de re nauali.& actuaria nauigia pro eodem accipi solent,vt docui in l.malum. infra eodem.

Agitari.

¶ Agitari consueuit, id est trutinari, ventilari, tractari.lege prima, ff.an per alium causæ appellat. reddi possint. ibi, quæri solet, an per alium causæ appellationis reddi possint, quæ res in rebus pecuniariis,& in criminibus agitari consueuit.

¶ Agitata causa,idem.lege,furti.§.si quis alieno.ff.de his qui notant.infa. ibi,neque ego, si ab initio per procuratorem causa agitata est.

¶ Agitatum est alias, id est tractatum, disputatum est, lege, dicere sententiam. versiculo, vnde videndum erit, an mutare sententiam possit, & alias quidem agitatum est. ff. de arbitr.

¶ Agitare est impellere, perturbare, damnis, aut iniuriis afficere, & interdum Iurisconsultus ait agitare asellum, pro impellere, ferire, l.si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. ibi,veluti si quis asellum cum agitasset, non retinuisset. & cum hæc verba agere, agitare, & actus generalia sunt,possem hîc sexcentas phrases coaceruare,nisi vobis esse & oneri,& fastidio,quod abominor,timerem.

¶ Clausula nihil agit, operatur vt factum in contrarium ipso iure irritum sit, habeaturque ac si factum non esset.lege, adhuc. §. proinde.& §. contra. cum §. seq. ff. de vsufructu. alibi dicam effectus, ne sim hic prolixus. videte Corse. in singulari incipiente, nihil agit. Idem in clausula, nihil facit.lege vna,in fine.ff.quando dies legatorum ced. Alciatus lib.4. parergon,cap.14.

¶ *Contractum.* Text.ait contractum vltro citroque obligationem esse, quod Græci συνάλλαγμα vocant, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. hæc est sententia huius §. Contractus est quando vtraque pars obligatur ad id, quod in contractum deductum est, atque conclusum, quasi fit mutua obligatio, quam Græci συνάλλαγμα vocant. συναλλάττω enim contraho significat, inde συνάλλαγμα contractus. Alciatus verò existimat deduci à σὺν, quod est simul, & ἀλλήλως vicissim, & verbo ἀλλάττω, quasi contra & vicissim ago: & sic contrahere, erit mutuo & vicissim trahere. Et rite etiam quis deducere poterit à σὺν præpositione, quod est simul, & ἀλλάττω muto, quasi in vnum concors & simultanea mutatio. nam partes quæ initio dissentiebant, & diuersarum erant voluntatum, mutata voluntate in idem cõsentiunt, dum contrahunt,& fit vna ex diuersis voluntas.docet l.si voluntate. C.de rescind.venditio. Eo modo etiam conuentionis originem trahit Iurisconsult. in lege prima, §. 1. de pact.ff.nam, inquit, sicuti conuenire dicuntur,qui ex diuersis locis in vnum locum colliguntur, & veniũt, ita & qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt,id est in vnam sententiam decurrunt: ita & hîc dici potest, ex diuersis voluntatibus in vnam redigi,& sic mutari contrahentes, dum contrahunt, & hæc mutatio animorum simul facta,non omnino absurde dici poterit συνάλλαγμα à præpositione σὺν, & ἀλλάττω verbo,vt supra dictum fuit,seu ab eius passiuo.

συνάλλαγμα quid, & vnde dicatur.

¶ Est & altera significatio eius in iure,vetustioribus authoribus & interpretibus vsitata, secundum quosdam recentiores, cum videlicet ita quid conuenit, vt vel ex altera tantum parte nascatur obligatio,vt in stipulatione, quæ à Theophilo vocatur συνάλλαγμα, in §. fin. de obligationibus,in Institutionibus.de quo dicam in lege,iurisgentium.ff.de pactis.

Stipulatio an vocetur synallagma.

¶ Alij legunt in hoc textu, ἀμοιβαῖον, quod dicunt esse mutuum & vicissitudinarium contractum: hoc tamen non inueni, sed tantum pro mutuo seu vicissim ac reciproce facto,sed non pro contractu mutuo.

¶ Nonnulli verò contractum ἀλλαγὴν, seu συμβόλαιον Græce vocant: sed hæc Græcis relinquo,ad vtiliora pertransiens.

Contractus dicitur tribus modis.

¶ Notant gloſ. & doctores tribus modis contractum dici, largiſsime, ſiue abuſiue etiam pro diſtractu, vt pro tranſactione, & quando obligatio diſſoluitur, Bar. in l. ſiue apud. col. penult. C. de tranſactio. per text. in l. cum te. ibi, ſi de fide contractus & confeſsione tua conſtet. ibidem. Chriſtopho. Porc. in rub. Inſt. de obligat. & per l. contractus. de fide inſtrumen. C. Apud Iuriſconſ. non ſic vocatur contractus, vel non paſsim, vt ſtatim dicetur.

¶ Secundò large capitur, cum vna tantum pars obligatur, vt in mutuo, in quo accipiens tenetur ad reſtituendum tantundem in genere, l. ciuitas mutui datione obligatur, ſi ad vtilitatem eius pecuniæ verſæ fuerint: alioqui ipſi ſoli, qui contraxerunt, non ciuitas, tenebuntur. & l. 2. ff. ſi cert. petat. & idem in ſtipulatione. §. 1. de verbo. obligatio. in Inſtitutio. l. vna. C. vt actio. ab hered. vbi gloſ. & Iaſ. in l. ſtipulationum. col. 1. ff. illo tit. videte tamen text. contrarium in l. 1. ff. de acceptila. ibi, qua vtriuſque contigit ab eodem nexu abſolutio. cui legi reſpondi in l. aliud eſt capere. infra eod. Vnde ſi quis mihi decem promiſerit, ego non ſum obligatus illa accipere. l. ſtipulatio. §. opus. in fine. ibi, ſi hoc petitori placuerit. ff. de noui operis nuntiatio. Idem in donatione dicunt interpretes, per l. ſi donationis. quod met. cauſ. C. hinc dicit Iuriſconſult. in l. interdictum. ff. de precario: magis enim, inquit, ad donationem, & beneficij cauſam, quam ad negotij contracti ſpectat precarij conditio.

Stipulatio & donatio an dicãtur contractus.

Cõtractus dicitur etiam ſi quis cõtrahere teneatur contra Areti.

¶ Notandum eſt, cum qui contrahit ex neceſsitate præcedentis obligationis, non proprie dici contrahere, quia non eſt actus voluntarius, qui ad contractum requiritur, tex. notandus in l. ſi tibi pecuniam. ſecundum Aret. notabili 4. ff. ſi cert. peta. ſed per iſtum text. dicitur contractus, ſi vltro citróque obligatio conſiſtat, etiam proprie: nec obſtat ille text. quia ibi volebant, vt pecunia mutuantis illi crederetur: quod eſſe non poteſt, quia recipit ſuum. ſed nil obſtat, quin contrahere dicar, ſi vendam domum ea lege, vt reuendere tenearis, l. 2. Cod. de pac. inter empto. & vend. l. ſi vir. ff. de præſcript. verb. & voluntarius dicitur inſpecto initio.

Contractus in ſtatutis & ordinationibus quomodo accipiatur.

¶ Tertiò proprie contractus dicitur, vt hic, quando vterque obligatur: & ſic in legibus, ſtatutis, & ordinationibus Franciæ, & in aliis fere actibus propriè intelligetur, cum in ſtatutis proprie verba intelligi debeant. l. 3. §. hęc verba. ff. de negot. geſt. l. qui autem. §. apud. quæ in fraudem credit.

¶ Ideo ſtatutum volens vt præſcribatur decennio contra negligentem petere debitum ex alieno contractu, non habebit locum in promiſsione facta ex ſtipulatione, vel alio contractu improprio, in quo vna pars tantum obligatur, vt teſtatur Chriſtophor. Porc. in rubr. de obligatio. in fine, in Inſtit. ſed contrarium eſt verum, vt ſcripſi in tract. de reſciſsion. contract. in 2. tom. commenta. in conſtit. Reg. Exiſtimo enim contractum etiam proprie dici, ſi ex altera tantum parte obligatio naſcatur: nam contractus definitur à Theophilo in §. fi. de obligatio. in Inſtitut. duorum, pluriumve in idem conuentio, & conſenſus, ad conſtituendam obligationem: ſed in mutuo eſt duorum conuentio in idem, cum mutuo tibi decem, quæ promittis reſtituere, & ſic eſt contractus. Et quod propriè mutuum vocetur contractus, eſt text. in l. 1. de oblig. & action. ff. vbi obligationes naſcuntur aut ex contractu, aut quaſi, aut maleficio, aut quaſi: ex contractu autẽ, aut re, vt mutuo, depoſito, ſoluto per errorem, commodato, pignori accepto: aut verbis, vt ſtipulatione: aut conſenſu, vt venditione, locatione, &c. aut literis, &c. Si ergo non eſſet mutuum & ſupra enumerati contractus, obligationes, quæ ex his proficiſcuntur, ex contractu non dicerentur naſci, & ſi improprie diceretur contractus, obligationes ex his dicerentur naſci ex quaſi contractu, ſicut illas quæ non propriè ex contractu deſcendunt, Iuriſconſult. ait ex quaſi contractu naſci. idem dicit Imperator in §. 1. Inſtit. de obligat. cum ſeq. titulis.

Quid ſit contractus nouiter, & diſcedit à cõmuni doct. ſententia.

¶ Quare recte contractus dicetur, tam quando ex vtraque parte obligatio deſcendit vt hic, quam etiam ex altera parte tantum, dummodo ad idem fuerit conuentum ad conſtituendam obligationem. id etiam probat text. in l. contractus. de regul. iur. ff. vbi datio dotis non obligat, niſi alteram partem, & tamen contractus nuncupatur ibi. ſed non ita plane probatur per eam legem, vt quidam putant: nam negotia geſta dicuntur in ea lege contractus, & tamen certum eſt non proprie dici contractus, ſed quaſi, vt in titu. de obligatio. quæ ex quaſi contractu. in Inſtitut. §. ſecundo, & dicta lege prima, de actio. & obligation. ff. ſed firmiora arg. ſunt ea quæ ſupra diximus, vt propriè dicatur contractus.

Declaratio ad hũc §. contractum.

¶ Nec hic text. obeſt quominus dicatur proprie contractus, etſi ab altera duntaxat parte obligatio naſcatur, dum ait eſſe obligationem vltro citróque: nam non negat nec prohibet eſſe propriè contractum, etſi non vltro citróque ſit. Et non eſt nouum, vt quod vna lege omittitur, & non eſt comprehenſum, altera ſuppleatur: cum d. l. 1. & alij text. ſupra adducti ſatis aperte oſtendant etiam dici proprie contractus, qui ex altera tantum parte obligationem pariunt, licet hic ſit omiſſum.

¶ Et ſic quicquid dicant cæteri iuris interpretes, firma debet eſſe hæc opinio, ſcilicet vt nomine contractus veniat omnis contractus, ſiue fuerit obligatio ex vtraq; parte, ſiue ex altera

altera tantum. vide in l. iuriſgentium. §. 1. ff. de pactis, vocatur συνάλλαγμα contractus etiam innominatus, quia eſt conſenſus duorum in idem ad conſtituendam obligationem.

¶ Et ideo cum in tranſactione non ſit conuentio plurium ad conſtituendam obligationem, ſed ad diſſoluendam, non dicitur proprie tranſactio contractus, nec apud Iuriſconſultos animaduertimus ita nũcupari: licet ſæpe Imperatores, qui Imperiali quadam licentia, & ſuo quodam more, abuſiue pro tranſactione vſurpant contractũ, vt paulo poſt dicemus: quãuis proprie diſtractus potius dici debeat. quamobrẽ appellatione cõtractus is diſtractus, nempe tranſactio, non veniet, per l. 1. quando liceat ab empt. diſced. C. & in l. tres fratres. ff. de pact. Iacobi. in l. ſi apud. C. de tranſact. Et huius eſt ſententiæ egregius iurium interpres D. Michael Bello. in lib. ſupputatio. 2. cap. 2. per alias rationes quas tranſcribere nolui. Et hæc etiam mea fuit ſententia ſemper: niſi velitis dicere, tranſactionem eo dici contractum, quod duorum conuentio ſit, ad idem tracta: & quamuis ad reſcindendum tẽdat, tamen conuentio eſt ad idem, & ſic contractus, vt inferius dicetur, vno tamen modo.

Tranſactio nõ proprie dicitur contractus.

¶ Et omnis obligatio pro contractu habetur, l. omnem. ff. de iudic. non tamen dicitur contractus, ſed pro contractu habetur: quia vbi quis obligatur, ibi conueniri poteſt, ac ſi ibi contraxiſſet. Idcirco in lege, & interdum in ordinationibus Regiis exprimitur contractus, & tranſactio, ſeu diſtractus, vt in l. contractus. C. de fide inſtrument. & in ordinat. Reg. rub. de reſciſsionib. contract. vbi reſciſsio contractuum & diſtractuum intra decem annos peti debet: alioqui poſtea non auditur quis, illam petens, vt ſcripſi plene in dicto tractatu de reſciſsione contract. in 2. tomo comment. ad conſtit. Reg. Gallicas. Etiam appellatione contractus non venire quaſi contractum, per l. 3. ff. quib. ex cauſſ. in poſſeſsio. eatur. docto. aſſerunt. quam doctrinam ſi ſequi velitis, eam ſic reſtringere poteritis.

¶ Id primum locum non habet, quando diſpoſitio loquitur de quoliber contractu, vel de quocunque contractu propter generalitatem, l. 1. ff. quæ in fraud. credito. l. nominis. ibi, omnem contractum. ſupra eo. facit l. creditores. in fin. & l. ſi cui. ſupra eo.

Quando nomine contractus veniat diſtractus, vel quaſi contractus. Ratio eadẽ extendit contractum ad quaſi cõtractum, & diſtractum.

¶ Secundò quando eſſet eadem ratio & æquitas in contractu, & diſtractu, & quaſi contractu, quia tunc idem ius ſtatui debet, l. illud. ff. ad legem Aquil. gloſſ. & docto. in authentica, ſacramenta. C. ſi aduerſus venditio. & §. item ſacramenta. de pace tenenda. non quod tranſactio ſit proprie contractus, ſed propter eandem rationem idem reſpondemus. nam quoties eſt eadem ratio, tunc fit, vt de ſtricta ad latam ſignificationem extenſionem faciamus. gloſſ. ſingul. in clemen. 1. in verbo eligatur. de electio. quam ibi notaui. & in authent. vt hi qui obligatas. in princip. in verbo ad curationem. collatione 6. Etiam cum ſtatuentes in caſu improprio idem decreuiſſent, ſicut in caſu proprio, per Paul. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & poſthum. gloſſ. ſingula. in l. 3. §. contrario. de contrario iud. tutelæ. C. & ſic capitur in l. quiſquis. verſ. præterea. C. de poſtulando. Iaſon in l. Barbarius. colum. 2. ff. de officio prætor.

¶ Tertiò non procedit in fauorabilibus, vbi ratio non repugnaret: & ideo in conſuetudinibus, & ſtatutis prohibentibus mulieres contrahere ſine conſenſu mariti, non aſsignatur alia ratio, quàm ne poſsint decipi ob fragilitatem ſexus, & imbecillitatem, l. 2. atque ibi Bald. C. de adoptio. cap. forus. de verbo. ſignificatio. ergo illa habebitur pro expreſſa. glo. ſingul. in l. quamuis. C. de fideicommiſſ. l. milites agrum. ff. de re milita. & quia hoc fauorabile, ideo extendendum, vt concludit D. Tiraquellus in tractatu de legibus connubialibus, in verbo *contracter*, vbi etiam dicit procedere, quando diſtractus eſſet eiuſdem naturæ, cuius contractus: quod probat etiam, & infert ad multa, quæ ibidem videre poteritis, poſt Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rubric. *des droitz & appartenances à gens mariés.* §. 1. Maxime ad conſuetudinem illam prohibentem mulierem contrahere ſine conſenſu viri, habere locum in contractu etiam large ſumpto: quia negatiua totum negat, l. hoc genus. ff. de conditio. & demonſtratio.

In fauorabilibus diſtractus nomine contractus venit.

¶ Et ideo non poterit donare, quia donatio apud Imperatorem large dicitur contractus, l. ſi donationis. & ibi gloſſ. & docto. C. quod met. cauſ. l. vltima, in fin. ibi, neque donationis, &c. vbi Decius in 9. notabili. C. de pact. l. contractus. in princip. C. de fide inſtrum. l. fina. C. de litigioſ. ibi, vel ad donationes ſeu alios contractus, & ibi, in aliis contractibus, vt ſuperius ſcripſi. Non poterit etiam fideiubere ſine conſenſu mariti, etiam in caſibus à iure expreſsis. Barto. in l. 1. verſ. extra quæro. colum. penult. ff. ſi certum peta. Bald. conſil. 98. colum. 4. Nec pignori rem dare poterit, Felin. in cap. penult. de accuſat. Nec confiteri ſe debere, vel recepiſſe, vel tranſigere, tum quia fraus prohibitioni fieri poſſet, tum quia eſt eadem ratio, l. 1. §. proinde. ff. ſi quid in fraudem patroni. docto. in l. ſi donatione. C. de collatio. Nec quaſi contrahere poterit, ſine viri conſenſu, quod ſit eadem ratio: ibi plene per eos, & per D. Arnoldum Ferron. in conſuetud. Burdegalen. in §. 3. de ſtat. perſona.

Donare nõ poteſt mulier ſine viri conſenſu.

Quaſi contrahere, fideiubere & pignori dare nõ poteſt fœmina.

Notandus tamen eſt caſus valde ſingularis, in quo actionem non habeo contra illum, cum quo contraxi, ſed contra alium, cuius contemplatione contractus eſt factus, l. ſi pupilli. §. 1. ff. de negot. geſt. Item text. ſingu. in l. qui ad certum. ff. locati, vbi ſit contractus ſine

Nota duo ſingularia.

verbis & ſcriptura, quando quis remanet in locatione poſt tempus locationis finitum, tunc à iure fit locatio ſine ſcriptura & verbis. Ibi eſt caſus ſolennis, per quem poteſt ſuſtineri concluſio iſta, contractum ſine partium conuentione & cõſenſu fieri iuris eſt, videlicet quando à iure fit tacite, vt in eo loco, tunc partes tacito conſenſu contractum renouare videntur, l. legem. C. locati. ſunt enim in iure quædam conuentiones tacitæ, etiam ſi nihil nominatim conuenerit. l. item quia. & ibi no. ff. de pact. ſcripſi in tractatu de literis obligato. art. 5. in primo tomo commenta. ad conſtit. Reg.

Quidam ſunt contractus ſine partiũ conuentione.

De dictionibus vltro citróque & earum natura, & phraſes.

¶ *Vltro citroque*, id eſt ex vtraque parte, vtrinque, hinc inde, viciſsim, & in factis & dictis locum habet, vt teſtatur Valla libro 2. cap. 58. Tamen Iuriſconſulti hoc verbo variè vtuntur in factis, vt l. ſi quis. §. rationem. ff. de edendo, vbi rationem eſſe definit, vltro citróque dandi, accipiendi, credendi, ſoluendi ſui cauſa negotiationem. Interdum reſpicit caſum, vt in l. 2. ff. de negot. geſt. ibi, itaq; eo caſu vltro citróque naſcitur actio, quæ appellatur negotiorum geſtorum.

¶ Aliquando reſpicit perſonam, vt hic: & ſi ſeruus meus rem tuam ſubtraxerit, & vendiderit, túque nummos, quos ex pretio habebat, ei excuſſeris, furti erit locus actioni vltro citróque. nam & tu aduerſus me noxali ages ſerui nomine, & ego aduerſus te nummorum nomine, l. quemadmodum. in fine. ff. de noxal. Et mandati actio vltro citróque eſt, l. ſeruus. mandati. ff. Et vtrinque obligatio contrahitur, l. ſi in emptione. §. item ſi emptor. ff. de contrahen. emptio. §. 1. ad Tertul. in Inſtit.

¶ Nonnunquam reſpicit ſummam vtriuſque partis, vti in l. Meuius. §. arbiter. ff. fam. erciſcund. ibi, quæſitum eſt, an poſsit compenſatione vltro citróq; condemnationis facta, eum ſolum, cuius ſumma excederet, eius duntaxat ſummæ, quæ ita excederet, damnare: & placuit poſſe arbitrum id facere.

Vltro quid.

¶ Dictio vltro per ſe ſignificat voluntariè, ſponte, l. vxori. & ibi gloſſ. ff. de falſis. Cætera quæ pertinent ad hoc verbum, dicam in l. nurus. infra eod.

Cõtraheremultis modis dicitur.

¶ Addendum eſt contrahere multis modis dici. Primum eſt diuerſa in vnum trahere: nam cum voluntas duorum in vnum concurrit, dicitur contractus, quaſi duorum conſenſus in vnum tractus, & coniunctus: probatur in l. ſi voluntate. C. de reſcin. venditio. & in l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. Et ideo cum in tranſactione conſenſus duorũ in vnum tractus ſit, in mutuo, & ſtipulatione, & aliis dicetur contractus, quo ad hoc, licet non ſit obligatio vltro citróque: & idem in donatione generali quadam ſignificatione, vt ſuperius dictum extitit.

Cõtrahere pro contractũ facere.

¶ Secundò contrahere eſt contractum facere, l. de exceptionibus. in fine. ibi, iam enim illo tempore quo contrahebas, videris conceſsiſſe venditionem. ff. de diuerſ. & tempo. præſcriptio. l. 2. §. legatis. de iudic. hinc in ſtipulationibus idem tempus ſpectatur, quo contrahimus. l. ſi filiusfamil. 2. ff. de verborum obligationib. lege, qui cum alio contrahit. de regulis iuris.

Cõtrahere pro colligere.

¶ Tertiò contrahere pro colligere, vt contrahere turbam, in l. prætor ait. 2. ſi quis aduentu ſuo turbam concitauerit, vel contraxerit, vel clamore, vel facto aliquo, iuncta l. 2. ff. vi bono. rapto. & §. etiam. ibi, turba contracta. ibidem.

Cõtrahere pro retrahere. Intellectus ad l. ſepulchri. de ſepul. violat.

¶ Quartò contrahere retrahere eſt, ſeu extrahere: vnde contracta membra, & Græci contracta per craſim nomina, & verba ſic vocant: & forte poſſet ita intelligi text. in l. ſepulchri deteriorem conditionem fieri prohibitum eſt: ſed corruptum, & lapſum monumentum corporibus non contractis licet reficere. ff. de ſepulchro violat. Quandoquidem licet reficere ſepulchrum lapſum & corruptum, dummodo corpora ibi exiſtentia nõ fuerint contracta, id eſt extracta, per l. fina. ibidem, quaſi retracta ad alium locum. legit Bud. & Accurſ. contrectatis: alij contactis, id eſt vt corpora non attingantur. Sed prohibitum non inuenio corpora mortuorum attingere, niſi fieret violationis gratia, vt l. 3. C. de ſepulchro violato. & toto pene titulo ff. & C. ſed eruere, & ex loco amouere, extraheréque ſine decreto Pontificum prohibitum eſt, in l. oſſa. ff. de religio. & ſumpt. func. Et fere contractis & contrectatis in ea legere in idem reincidit. nam contrectari prohibentur, & eo verbo vtitur l. 4. C. de ſepulch. viola. de quo inferius dicam, & in interpre. illius l. ſepulchri deteriorem.

Contrahere fraudem, crimen, malum.

¶ Quintò contrahere fraudem, pro committere, perpetrare, ſcribit Iuriſconſult. Papi. in l. fraudati vectigalis crimen ad heredem eius, qui fraudem contraxit, commiſsi ratione tranſmittitur. ff. de publica. Contrahere crimen idem, in l. 2. §. ſed & ſi dedi. ibi, hic quoq; crimen contrahit. ff. de conditio. ob turpem cauſam. & in l. ex iudiciorum. & l. final. de accuſatio. & l. non contrahit crimen læſæ maieſtatis. ad legem Iuliam maieſta. Hinc contractum crimen, factum, commiſſum, perpetratum, l. poſt contractum crimen. ff. de dona. & l. fina. de accuſat. Inde etiam malum contractum, turpe admiſſum, & commiſſum, vocat Tryphon. Iuriſconſult. in l. ſi rerum. ff. de re iudica. ibi, quoniam ex malo contractu & delicto oritur. & ibi exponit gl. contractum, id eſt factum. Et hoc modo etiam tranſactio, mutuum & alia, contractus vocari poterunt, etiam delicta, ſed ibi cum adiuncto malum.

¶ Contrahere

Culpam contrahere.

¶ Contrahere culpam, pro offendere, committere, & incidere in culpã, l. liberto. §. fina. ff. de negotiis geſt. ibi, cauſas abſentiæ eius allegans iudici, non videtur culpam contraxiſſe, quod à ſententia contra abſentem dicta ipſe non prouocauit.

Cõtrahere pro obligare.

¶ Sextò contrahere pro obligare exponit gloſſ. in l. in ſumma. §. ſed & agere. ff. de condictio. indebiti. Sed eo in loco ego explicarem proprie, quia ſoluens intendo me liberare ab obligatione, & ſic non habeo animum contrahendi, id eſt me obligandi, vt eſt natura contractus. qui enim ſoluit indebitum per errorem, magis vult negotiũ diſtrahere, quam contrahere. §. is quoque. Inſtit. quib. mod. re contrah. obliga.

Pro naſci, fieri.

¶ Septimò pro naſci, fieri, contrahere accipitur: vt re obligatio non poteſt contrahi, niſi quatenus datum ſit, l. ſi tibi. in princip. ff. de pact. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petat. iuncta l. conſenſu. & l. ex maleficiis. de actio. & obliga. vbi in his vltimis legibus fieri obligationes, & naſci Iuriſconſulti dicunt.

Pro acquirere.

¶ Octauò pro acquirere, facere, vt contrahere ſibi nomina, l. cum quæritur. ff. de adminiſtratione tutorum, vbi prius dicit à tutore nomina facta, deinde contracta, l. litis. §. 1. ff. de negot. geſt. ibi, ſi pecuniæ quis negotium gerat, vſuras quoque præſtare cogitur, & periculum nominum, quæ ipſe contraxit, &c.

Contrahere æs alienum.

¶ Contrahere æs alienum, id eſt conflare, *s'endebter*, l. penultima, in fine. ff. de ſeparatio. quamuis gloſ. exponat ibi contraxerit, pro quaſi contraxerit, l. ſi quemquam. ibi, nouum æs alienum contraxiſſet. ff. ſi quis cautionib. l. fiſtulas. §. penult. ff. de contrahen. empt. l. ex caſtrenſi. §. penult. de caſtrenſi pecul.

Rubr. de contrahen. empt. & ſtipula. eliciatur.

¶ Nonò contrahere pro conficere, concipere, celebrare, accipitur, l. in contrahenda venditione. ff. de regul. iur. & l. eum qui. de priuileg. creditor. & ſic ſumitur in rubr. ff. & C. de contrahenda empt. & rub. C. de contrahenda vel committenda ſtipulatio.

Cõtrahere negotium, ſtipulationem.

¶ Contrahere inde negotium dici ſolet, pro negotiari, conficere & agere, l. in negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qui fari poſſunt. ff. de regu. iur. l. quod ſeruus. in fine. ff. de ſolut. l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. Et dicitur contractum negotium, l. ſtipulationum. §. conuentionales. ff. de verborum obligat. Et omnia quæ iure contrahuntur, contrario iure pereunt, l. omnia. de regul. iur. ff. Contrahere ſtipulationem, idem, l. 1. ff. de verbo. obliga. vbi primo dicit confici, & poſtea contrahere.

Contrahere nuptias.

¶ Decimò contrahere nuptias, eſt iungi matrimonio, ducere vxorem, nubere, l. miles. §. licet. ibi, vt dicant cum adultero mulierem contraxiſſe. ff. de adult. l. ſi quis viduam, vel alij nuptam, cognatam, cum qua nuptias contrahere non poteſt, corruperit, in inſulã deportandus eſt. ff. de quæſtio. §. 1. Inſtit. de nupt. & l. 3. & aliis multis legibus, & paſsim in iure. ff. de ritu nuptiar. & contractas nuptias quæ ſæpius pœnitentiam inducunt, dicit Iuriſconſultus in l. ea quæ. 2. ff. ad municipales. l. cæterum. de vſu & habita. verſicu. quid ergo. l. non facile. §. cognationis. de gradib.

Cõtrahere obligationem.

¶ Vndecimò contrahere obligationem, eſt obligari, vel obligationẽ acquirere, l. interdum. in fi. ibi, cum ſua ſponte ſibi obligationem hanc contraxerit. ff. de iudi. quamuis gl. exponat ibi pro quaſi contraxerit.

Contrahere pignus.

¶ Duodecimò contrahere pignus eſt conuenire, vt res pignoris nomine teneatur, vel pro conſtituere, vt poſtea dicemus, l. contrahitur. ff. de pignor. & in rubri. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahitur: maxime in l. licet. & ſeq. & l. eſt differentia. illo titul. & l. 1. ff. de pigno. actio.

Reſoluere.

¶ Et reſoluere videtur oppoſitum verbo contrahere, in l. 2. §. ſi in diem. ff. de vſuca. pro emptore: ibi, non contrahi, ſed reſolui ille dicebat. & non intelligitur quis pignus rei ſuæ contrahere, l. non ſolum. §. ſi rem. & l. rem. & l. ei à quo. in fine. de vſucap. l. neq; pignus. de regul. iur. infra.

Pro redigere, conuertere.

¶ Decimotertiò contrahere pro redigere, vt quæ à curatore, & creditore ex bonis contrahuntur, omnibus pro portione præſtantur, l. final. ff. de cura. bonis dando.

¶ Decimoquartò pro conuertere, impendere: vt frumentũ in vſum militum in annonæ ſubſidia non contrahatur, l. fina. ff. de appella. recipiend.

An obligatio ſit contractus.

¶ Decimoquintò omnem obligationem pro contractu habendam exiſtimandum eſt, vt vbicunque quis obligetur, contrahi videatur, quamuis non crediti cauſa debeatur, l. omnem. ff. de iudic. ideo omnis obligatio habetur pro contractu, ſed non eſt contractus de iure. ex cõtractu enim naſcitur obligatio, & etiam citra contractum, vt ex maleficiis, l. 1. ff. de actio. & obligatio. niſi generaliter ſumas contrahere pro cõmittere, vt ſupra dictum eſt: quia & maleficia contracta & contrahi ea ſignificatione dici poterunt: ideo & Ariſtot. in ethicis enumerat maleficia inter ea quæ contrahuntur.

Contrahentes.

Et contrahentes propriè, qui contrahunt, dicuntur, & qui contractus celebrant, & faciunt. l. in conuentionibus contrahentium voluntatem potius, quam verba ſpectari placuit. l. cum quærebatur. infra cod.

Cõtracta fiducia cõtra Bud.

¶ Decimoſextò contracta fiducia emãcipatio fiebat, quãdo pater ita emãcipabat filium, vt retineret manus iniectionem cum liberet: & propterea ad eum legitima filij emancipati deferretur

deferretur hereditas,vt non plane manumiſsi,ſed quaſi adhuc ſui, propter naturam contractus fiduciæ.hæc ſunt verba Budæi in adnota.in l.2.ff.de origin.iur.facit §.fina.de legit. agnator.ſucceſsion. vbi dilucidius declaratur, fiducia contracta emancipare, nihil aliud eſſe,quam ſpecialiter ius ſucceſsionis emancipati filij in emãcipatione retinere. Et quamuis emancipans non ſuccederet olim poſt emãcipationẽ,niſi contracta fiducia, & ſaluum illud ius ſibi reſeruaſſet ad ſuccedendum(tunc enim fiduciam ſuccedendi ſibi quaſi contracta fide reſeruabat)tamen hoc eſt hodie correctũ,vt in d.§.vlt.& l.vlt.C.de emanci.libe. Et ex hac emancipatione non retinebat ſibi emancipans manus iniectionem,tanquã contrariam emancipationi de iure,ſed ius legitimarum ſucceſsionũ, vt patet in d.§.fi.& d.l.fi. tametſi Bud.contra ſentit:ſed legibus fides maior adhibẽda : quia non poteſt quis emanci pari,& quod is ſit in poteſtate emancipantis:alioqui in vno actu eſſet repugnantia, quæ à iure prohibetur,l.vbi.ff.de regul.iur.

¶ Decimoſeptimò contrahere pro conſtituere, l.inter actum.ibi, ſed ſi in contrahenda ſeruitute aliud actum erit.iuncta l.ſeruitus.ff.de ſeruitu.ruſtico.prædior.vbi in vna lege dicitur contrahere,in altera conſtituere.

Contrectare quid.

¶ Inde contrectare pro frequenter tãgere ſumitur,ſeu cõtingere:vnde Caius li.2.Inſtit. in fine ſic ait,Præterea qui rem alienam inuito,aut neſciente domino,contingit, vel tollere,vel de loco mouere præſumit,furtum facit. Et corpora ſepulta, & reliquiæ contrectari prohibentur,in l.4.C.de ſepulchro viola.& l.vltim.C.vnde vi,ibi,ſi quis alienam rem aduerſus domini voluntatem attigerit,furti actione tenetur. Vnde contrectatio dicitur occupatio,mutatio,ſeu amotio,aut palpatio,occultatio intercipiendi cauſa, detentio:vt furtum eſt rei alienę contrectatio,l.1.ff.de furt.& l.quamuis enim ſæpe furtum contrectando fiat.& l.ei qui furti actionem habet,aſsidua contrectatione furis non magis furti actio poteſt naſci.ibidem,l.eum qui.§.Iulia.ibidem,& l.ſerui.§.plane.& l.cum æs.& l.vulgaris.ibi, ſi quis armarium,quod tollere non poterat,aperuit,& omnes res quæ in eo erant, contrectauerit,atque ita diſceſſerit,deinde reuerſus vnam ex his abſtulerit.ff.de furt.Et quamuis hoc verbum ſuperiores habeat ſignificationes,adeo vt omnes ei accommodari poſsint,& difficile ſit eas ſeiungere abinuicem, in iure tamen in furti materia non ſumitur pro ſimpliciter tangere,aut *manier* Gallicè,vt l.ſi quid fur fregerit.ff.de furt.l.vulgaris.§.itẽ ſi quis. ibid . neq; pro amouere ſimpliciter,imo diſtinguitur ab amotione.§. furtũ autem ſit non ſolum,cum quis alienam rem intercipiendi cauſa amouet,ſed generaliter, cum quis alienam rem inuito domino contrectat,Inſtit.de furt.ſed accipitur pro occultatione intercipiendi cauſa facta,vt declarat l.1.§.ſola.ff.de furt.ibi,ſola cogitatio furti faciendi non facit furem:ſicut ſi is,qui depoſitum ſuſcepit,abnegat,non ſtatim furti tenetur, ſed ita ſi id intercipiendi cauſa occultauerit.deinde text.mox ſubiicit,furtum eſt contrectatio, &c.ideo pro materia diſcernere verbi ſignificationem oportet.

Contrectatio quid ſit, & in furti materia quomodo ſumatur.

Contrectatares.

¶ Contrectata res,amota,ſurrepta,l.inter omnes.§.fina.de furt.ff.

Contrectator.

¶ Contrectator eſt,qui res furando ſic contrectat,l.ſi ſeruo.§. idem Pompon.& l. inter omnes.§.recte.ff.de furt.l.fin.de condict.furt.

Diſtrahere pro alienare.

¶ Inde diſtrahere interdũ pro vendere, & alienare capitur, ſeu licitãdo,vel alias, l.cum ij.§.ſi vni,pluribuſve fundus ad alimẽta fuerit relictus,velintq; eum diſtrahere, neceſſe eſt prætorem de diſtractione & tranſactione arbitrari.ff.de tranſact.ita accipitur in rubri.ff. & C.de diſtract.pigno.& in rub.C.de patribus qui filios diſtraxerunt. & in l.ſi aliena. §. penult.ff.de vſucapio.& in l.ſi ego.§.interdum.de Public.in rem actio.l.communi diuidundo.in fine.ff.commu.diuid.l.ſi res.de contrahen.emptio.l.1. C. de iure deliberand.l.ſi rem quam.ff.pro empto.l.miles.§.fina.ff.de re iudic.& l.à diuo Pio.§.in venditione.& §. quod ſi res.& l.ſi cum nulla.ibidem.& l.ſi debitoris.de ceſsio.bono.l.in venditione.§.1.de bonis autho.iudi.poſsiden. l.ſi magiſtratus.& l.Aufidius.ibidem.& l.2.in princip.& l.4.ac l.fi.de curat.bonis dando.l.is qui.§.ſi poſtea.quod vi aut clam.l.an vitium.de diuerſ. & tempor. præſcriptio.l.ſtipulatio iſta.§.1.de verborum obligat.& §.ſi quis ergo.& l.inter eos.§.creditor.de fideiuſſo.l.3.de crimine ſtellio.l.ſi procurator.de iure fiſci. Et res,quæ in controuerſia ſunt,non debent à procuratore Cæſaris diſtrahi,l.res.ff.de iure fiſci.l. milites.1. ff. de re milita.l.fina.§.item reſcripſerunt curatores. de adminiſtrat. rerum ad ciuita.pertinen.& §. ſeq.l.2.de nundinis.l.de pollicitationibus.in fin.ff.de pollicita.

Diſtrahere pro ſeparare.

¶ Interdum eſt diuidere,ſeparare, vel ſegregare : inde matrimonium diſtrahere,pro ſeparare dicit Iuriſc.in l.2.ff.de diuort.& ſic capiunt dicanici ſe opponentes, *afin de diſtraire*, vt ſcripſi in tractatu de præconiis,in ſecundo tomo comment.ad conſtitut.Regias. ſic dicimus diſtrahere ſocietatem,l.verum.in fin.& l.actione.in princip.ff.pro ſocio.

Diſtrahere ob ligationem.

¶ Diſtrahere obligationem eſt diſſoluere,l.ex maleficiis.§.1s quoq;.1.ibi, qui enim ſoluit per errorem,magis diſtrahendæ obligationis animo,quam contrahendæ dare videtur. ff.de actio.& obligat.

Diſtrahere pro remouere.

¶ Diſtrahere,remouere,l.bona fides.verſ.latro ſpolia.ibi,probo hanc eſſe iuſtitiam,quæ ſuum

ſuum cuique ita tribuit,vt non diſtrahatur ab illius perſonæ iuſtiore petitione.ff.depoſ.

Negotium,diſtrahere.

¶ Negotium diſtrahere,in l.fundus.2.ibi,item ſi tu iuſtam cauſam habes,propter quam per hereditatis petitionem potius quam per familiæ erciſcundæ iudicium negotium diſtrahere velis, tibi quoque permittendum erit.ff.famil.erciſcund.id eſt agere, ſiue diſcutere,tractare.

Diſtractio,diſtractus.

¶ Inde diſtractio eſt alienatio,vt pignoris diſtractio,l.1.ff.de nego.geſt.& in rub. de diſtract.pignor. Diſtractus vocatur diſceſſus à contractu , vt tranſactio , de quo diſtractu abunde ſcripſi in 2.tomo comment.in conſtitu.Reg. Gallic.tract.de reſciſsio.contract.artic.1.glo.6.*diſtractz*.

Quot modis cõtractus reddatur inutilis.

¶ Poſtremò videndum eſt,quot modis contractus reddatur inutilis,quod prodeſſe no bis poteſt ad impetrandum literas ſuper his contractibus annullandis, & aliis negotiis,& actibus,vt ſequitur.Reſpondeo quinque potiſsimum modis, videlicet ratione perſonæ, formæ, rei,cauſæ,& deficientis conditionis.

Ratione perſonæ fit contractus inutilis.

¶ Primus igitur ratione perſonæ contrahentiũ,qui interdũ prouenit ratione correlationis,nempe creditor & debitor ſunt correlatiua.l.1.ff.ſi cert.pet.l.1.de cupreſsis.libr.11.C. & vnus ſine altero eſſe non poteſt.l.fi. de indicta vid.tollẽ.vnde ſi emptor ſit inhabilis, venditor non poterit etiam illi vendere , vt inferius apparebit, quod prouenit interdum ratione ætatis, vt ſi infans contrahat,inutilis eſt contractus,§.pupillus.Inſtit.de inutil.ſtipulation.& l.1.in princip.& l.ſi minor.ff.de verborum oblig.eſt enim inutilis ex parte pupilli quo ad hoc,vt ipſe obligetur.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo.ff.de actio.empti.§.1.Inſtitu. de authorita.tuto. Item ratione etiam perſonæ redditur inutilis defectu vel cauſa poteſtatis,vt ſi ſeruus contrahat ſine voluntate domini,in cuius eſt poteſtate,non tenetur,niſi naturaliter,l.in perſonam.l.quod attinet.ff.de regul.iur. Dominus tamen quatenus eſt in peculio, obligatur naturaliter & ciuiliter,l.1.& per totum titulum.de peculio.ff.& Inſti. quod cum eo qui in aliena.& C.eod.titul.vel quod iuſſu,ſi iuſſerit,vt ibidem,& toto titu. ff.quod iuſſu:vel de in rem verſo,ſi ſeruus in rem domini verterit,vt l.1.& 2.& toto titu.ff. de in rem verſo. Si tamen ex contractu ſeruus acquirat domino,valet contractus, vt patet in rubr.de ſtipul.ſeruo.per totum.ff.& in Inſtit. Idem ſi ſeruus contraxerit cum domino,ſola etiam obligatio naturalis oritur,l.ſi id quod dominus.ff. de condictio.indebi. §.item inutilis.Inſtit.de inut.ſtipul.

Infans & ſeruus non contrahunt.

¶ Item religioſi contractus ratione poteſtatis redditur inutilis,& teſtamentum,authen. ingreſsi.& authen.ſi qua mulier.C.de ſacroſ.eccleſ.& cap.quia ingredientibus.19.q.3. quia religioſus eſt in poteſtate abbatis,& non habet voluntatem.cap.ſi religioſus.de electione, in ſexto.

Filiusfami. an & quãdo contrahere poſſit.

¶ Filiusfamilias cum patre contrahere non poteſt,quia pater & filius eadem eſſe perſona intelliguntur,l.vltim.C.de impube.& vox vnius vox alterius cenſetur.§.ei qui. Inſtit. de inutili.ſtipul.Extra bona caſtrenſia tamen,vel quaſi caſtrenſia id intelligendum eſt : in his enim pro patrefamilias habetur,in l.2.ff. ad Maced.& in beneficialibus, cap.ſi annum. de iudi.lib.6.& ſi extra iſta cum patre contraheret,naturalis tantum oritur obligatio,per l.frater.ff.de condict.indebit. Sed cum extraneis contrahere poteſt,& obligatur ciuiliter & naturaliter,l.tam ex contractibus.ff.de iudi.& l.filiusfam.2.ff. de actio. niſi in mutuo & aliis caſibus exceptis ibidem,propter ſenatuſconſultum Macedonianum,vt rubr.ad ſenatuſcon.Macedo.ff.& C.

Furioſus contrahere prohibetur.

¶ Ad hæc ob vitium animi,ſeu ratione naturalis ſanitatis deficientis, contractus inutilis redditur,vt in furioſo.l.furioſi.infra de regulis iur.& l.in negotiis.ibidem. & in mente capto,prodigo declarato,muto,demente,& ebrio.l.1.& l.is cui bonis.de verbor.obligat.ff. & de curator.furioſ.toto titulo,quæ ſigillatim proſequi non eſt inſtituti noſtri : ſufficit capita rerum hic tradidiſſe.Sed latè docet Petrus de Ferrar.in ſua practica in forma libelli in actione reali,in verbo veris,vbi etiam ſcribit,quando prohibetur quis contrahere,vel à lege,vel à conſuetudine,vel à iudice,vel à teſtatore,vel à priuato in contractibus,vel quando eſt prohibitus contrahere ratione delicti,vt quia hæreticus.l.Manichæos.C. de hæreticis.c.excommunicamus.§.credentes.de hæret.Et de his criminibus notatur in l.poſt contractum.ff.de donatio.

Formæ defectus contractũ reddit inutilem.

¶ Secundus modus eſt quo vitiatur & redditur inutilis contractus propter formam,vt in ſtipulatione,ſi non interuenerit interrogatio,& ſtatim ſecuta reſponſio,l.1.de verb.obligatio.ff.quia defectu formæ corruit actus,l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact.l.1.de liberis & poſthum.quia forma dat eſſe rei.l.Iulia.§.ſi quis.ad exhibend.cap.cum dilecta. de reſcript. Plene Albert.Brunus in ſuo tract.de forma & ſolenni,actus.tit.de potentia & effectib. formæ,verſic.vltimo,alius hic reſtat. Quod obtinet in contractibus,qui conſenſu contrahuntur:nam ſi conſenſus,qui eſt forma ſubſtantialis eorum, deſit, nullius ſunt momenti. Inſtit.de obliga.quæ ex conſenſu,per totum. & l.in venditionibus. & l.pacta.de contrahenda empt.ff.l.1.§.adeo.de pact. In contractibus autem, qui re contrahũtur, cenſetur

formæ

formæ defectus,ſi res non interuenerit,l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certum petat. Inſtitu. quibus modis re contrahit.obligat.in princip. Interdum ratione adiuncti contractus fit inutilis,vt ſi conditio impoſsibilis apponatur,l.non ſolum.ff.de actio.& obligat.& §.ſi impoſsibilis,Inſtit.de inutil.ſtipula.l.impoſsibilium.de regul.iur.ff.vbi plene doctores.

Contractus ratione rei fit inutilis.

¶ Tertius modus quo redditur inutilis contractus,eſt ratione rei,ſuper qua prohibetur contrahi,vt quia res eſt ſacra,religioſa,publica,vel quæ in cõmercio noſtro non eſſe poſsit,vel res,quæ in rerum natura eſſe nõ poſsit,vt Hippocentaurus,§.1.Inſti.de inuti.ſtipu. §.nullius.Inſtit.de rerum diuiſio.& l.1.ff.eod.titu.l.ſancimus.cum authen.præterea. C. de ſacroſanct.eccleſ.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.de verbo.obligat. & dixi in l. inter publica. ſupra eo.& commercium eſt emendi,vendendíque inuicem ius. Vlpia.in titul.de domin. & acquiſitio.rerum,in paruo libel.

Commercium.

¶ Item quando res eccleſiæ immobiles alienantur ſine ſolennitate deſiderata,tunc & ratione rei,& formæ annullatur contractus.c.ſine exceptione.12.q.2.vbi ſcripſi in compendio alienationis rerum eccleſiaſtic.& authen.qui rem.& authen.hoc ius porrectum. C.de ſacroſ.eccleſ. Idem in rebus ciuitatis.l.final.C.de vendend.rebus ciuita.lib.11. Idem in fundo dotali,in Inſtit.quibus alienare licet.in princip. vbi etiam aliæ res prohibẽtur alienari,nec valet cõtractus alienationis in iis,quæ numerantur in glo.ibid. Idem in re litigioſa,l.1.& authen.ſequenti.& toto titulo C. & ff. de litigioſ. Et in re ſua emptio non conſiſtit,ab eo qui eſt dominus,l.ſuę rei.ff.de contrah.emptio.& l.neque pignus.de regu. iuris. Et cum res neque eſt,neque eſſe ſperatur,l.nec emptio. & l. ſi conſenſum. de contrahend.emptio.ff.his enim caſibus contractus efficitur inutilis ratione rei, & l. liber homo.de verbo.obliga.& toto titu.quæ res vendi non poſs.C.cum trib.ſeq.

De alienatione rerũ eccleſiæ.

Inutilis cõtractus quomodo fiat ratione cauſæ.

¶ Quartus caſus ſeu modus quo cõtractus redditur inutilis, eſt ratione cauſæ,forte inhoneſtæ,vt ſi plagij faciendi cauſa tibi promittam, l.generaliter.& l. ſi plagij. ff. de verbor. obligatio.ad id pertinet totus titulus ff.& C.de condictio.ob turpem cauſam, & titul. de condict.cauſ.dat. Vel ſi cauſa eſt impoſsibilis,d.l.non ſolum.ff.de action.& obligat.& l. impoſsibilis.ff.de verbor.obliga.& l.impoſsibilium.de regu.iur.

Si deficiat conditio, & contractus.

¶ Quintò ratione deficientis conditionis inutilis redditur contractus, l. cedere diem. infra eod. vbi dicam. & l.proinde.ff. ſi certum peta. Et quando modus non impletur,l. quibus.§.fina.ff.de conditio.& demonſtra.l.quæro.§.inter locatorem.locati,vbi dixi, dan do nouum intellectum illi §.

¶ Ex contrario his non exiſtentibus contractus ſeruari debet:valet enim,vt pulchre cõ ſuluit Bald.conſil.104.ſex ſunt, quæ in 1.vol. Et in quibus caſibus contractus inutilis eſt, nos in regno Franciæ petere ſolemus, & impetrare literas à Rege, vel à ſua cancellaria, ad reſciſsionem illius contractus,vt abunde ſcripſi in dicto tract.de reſciſsio.contract.in 2.to mo ad conſtit.Reg.

Conſtitutus vt gerat negotia, non poteſt pro eo ſe obligare.

§.*Geſtum.* Ait hic Iuriſconſult. geſtum ſignificare rem,ſine verbis factam:quod ita intelligendum eſt,vt factum ſine verbis,dicatur geſtum:vnde cõſtitutus vt gerat negotia mea, non poteſt ſe nomine meo obligare,cum geſtum dicatur ſine verbis factũ, & ad hoc non cenſetur conſtitutus.

Geſta quæ dicantur.

¶ Quod non procedit ex legis interpretatione: nam dicit lex: geſtũ autem accipimus, qualitercunque factum,ſiue contractus ſit,ſiue quid aliud contingat,l.ait prætor.in princip.ff.de minorib.gloſſ.hic adiicit,etiam ſi delictum eſſet, l.2.ff.de termi.moto: ibi,ſi verò alij negotium geſſerint:& tamen loquitur de amotione termini,quod eſt delictum,vt ibidem.Et ſi quis tam potenter ſe gerat(ſiue verbis ſiue factis intelligitur)vt omnes metuant aduerſus eum aduocationem ſuſcipere,prætor aduocatum dabit,l.nec quicquam.§.fin.ff. de offi.proconſul. Et contractũ non eo loco accipi,quo negotium geſtum eſt, ſed quo pecunia ſoluenda eſt,l.3.ff.de bon.author.iudic.poſsid.Et quæ bona fide medio tempore geſta ſunt,rata conſeruari ſolent,l.2.ff.de ſeparatio. Et quando ſtipulatio à furioſo concepta eſt,non valet,nec vllum quidem negotium geſtum intelligitur,l.ſi à reo.§.penult.ff.de fideiuſſorib.Et habetur ratio eorum,quæ poſt deſertionẽ geſta ſunt,l.non omnes. §. item temporis.ff.de re militari.

Titulus quod metus cauſa, & alij hic explicantur.

¶ Secundò quando eſſet eadem ratio in geſtis verbis,ſicut in geſtis re:verbum enim gerere etiam tunc comprehendit geſtum verbis: vt in titulo,quod met.cauſ. geſtum eſt, ratum non habet prætor,ſiue re geſtum ſit,ſiue verbis, id eſt ſi quis obligatus fuerit verbis per metum,etiam reſcinditur per edictum quod metus cauſa.l.2.C.quod metus cauſa. & l.ſi donationis.ibi,ſtipulationis.ibidem.Inde ceſsiones & tranſactiones, quę verbis fiunt, metu factæ annullantur,in l.penul.& vltim.C.eo.& l.vna.de his qui ſe deferunt.lib.10.

¶ Et vbi ſtipulatio nulla eſt,nullum negotium geſtum intelligitur, l.ſi à reo. §. adeo.ff. de fideiuſſ.& l.illicitas.§.veritas.de offi.præſid.Vnde gerere dicitur, tam in iudicio, quàm extra.Albe.Barto.& Iacobi.in l.1.colum.1.de offic.procurato.Cæſar.ff. reprobantes gloſſ. ibi,facit gloſſ.in cap.auaritiæ,in verbo gerere.de elect.in 6.& rub.quod falſo tuto.author.

Gerere in iudicio, & extra.

geſtum

geſtum eſſe dicetur.& rub.de eo qui pro tut.nego.geſsit.l.homo.§.an ſi iuſſu.ff.de acqui. rerum domi.Non tamen continet ius teſtandi,vt in l.ſeq.dicetur.

Acta & geſta quæ ſint, & quomodo differant cõtra Vallam.

¶ Acta dicuntur ſcripturæ coram iudice factæ,l.acta.ff.de re iudica.l.2.de appella.glo.in l.illud.C.de ſacroſ.eccleſ.l.2.C.de eden.l.3.de ſenten.quæ ſine certa quãti.prolat.l.in fraudem.§.à debitore.ff.de iure fiſci. Acta curię Parlamenti,*les regiſtres de la Cour*: Actorum conſcriptores,*les clercs du greffe*.Bude.in Forenſ. Et quidam Grammatici acta dicunt eſſe de minoribus, & priuatis rebus, quæ in vrbe fiunt, & in ſcripta rediguntur: geſta verò concernunt magiſtratus adminiſtrationem,& actus maiores ad rempub.pertinentes, vt geſta Cæſaris,teſte Laurentio Valla lib.4.elegan.cap.9.vnde hiſtoria definitur à Cicerone, narratio rerum geſtarũ. Sed hæc apud Iuriſconſultos confunduntur, & ipſi his promiſcuè vtuntur,& priuatorum geſta dicunt,l.idemque.§.ſi quis ea.ibi,Sempronij geſta.ff.manda. l.geſta.C.de re iudic.& per totum tit.ff.de nego.geſt.& in l.fina.ff.de his quæ in teſtam.delent.& in l.vna.C.de his qui ſe defer.lib.10.& Iuriſconſ.ait,Quęq; per eum curatorem bonis datum,cõſve qui ita creatus creative eſſent,acta,facta,geſtãque ſunt,rata habebuntur, l.2.ff.de curat.bonis dando.vbi glo.exponit.facit l.licet inter.infra eo.

Explicatur titulus, quæ in fraudem creditor.

¶ Et ait Prætor,quæ fraudationis cauſa geſta eſſent:hæc verba generalia ſunt, & continent omnem omnino in fraudem factam alienationem,vel quemcunq; contractum,l.1.ff. quæ in fraud.credi.& l.vel ei.§.geſta.ibid.ſic dicitur,geſta fraudationis cauſa,accipere debemus,non ſolum eã,quæ contrahens geſſerit aliquis, ſed etiam ſi forte data opera ad iudicium non adfuerit,vel litem mori patiatur,vel à debitore non petit,vt liberetur, & omnino qui aliquid fecit,vt deſinat habere.

¶ Interdum dicunt iura quem compellendum ad honores gerendos,l. ſemper. §. hoc circa.ff.de iure immunita.ſed hodie non.quilibet enim ambit: vnde emuntur officia, & aliquando beneficia,ſed væ illis:ſcient aliquando quid fecerint.

Gerere multis modis dicitur, & phraſes.

¶ Ideo ſciendum eſt gerere varie ſumi. Primò gerere honores,eſt magiſtratus officio fungi,l.filius fam.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.l.quidam.ibi, magiſtratus minor gerit.de re iudicata.l.ſi maritus.§.1.de adulte.l.2.de regul.iur.

Pater pro filio gerente magiſtratum an teneatur.

¶ Pater tenetur pro filio,ſi præſens nominationi filij ad decurionatum, non contradixit:proinde quicquid filius in republica geſſerit,pater vt fideiuſſor præſtabit. Geſtum autem in republica ſic accipere debemus,pecuniam publicam tractare, ſiue erogãdam decernere,Vlpia.in l.quoties.§.1.ff.ad municipal.l.1. C. de decurio.lib.10. Et in honoribus ſeu muneribus gerendis imprimis conſideranda eſt perſona, l. honor.§. de honoribus. ff. de munerib.& honor.

Gerere pro portare.

¶ Aliquando gerere portare eſt:inde Iuriſc.Paul.ait,qui telum ſalutis ſuæ cauſa gerunt, non videntur hominis occidendi cauſa portare,l.penult.in fin.de vi publica.ff.

Morẽ gerere.

¶ Item morem gerere,eſt obtemperare,obſequi,& obedire alicuius voluntati.l.quod ſi poſſeſſor.ff.de rei vindica.in fin.ibi,mos & gerendus eſt.& l.& puto iudicis officio contineri,vt ſi volent heredes à communione diſcedere,morem eis gerat cautionibus interpoſitis.ff.familiæ erciſcund.& l.fundus.2.§.ſi ego.ibidem.

Gerere pro herede quis dicatur.

¶ Gerere pro herede,eſt aliquid quaſi heres facere:& ideo creditoribus & legatariis obligatur,qui pro herede ſe geſsit,Vlpia.in l.pro herede.ff.de acq.hered.§.pro herede. Inſtitu. de heredum qualitate,& differentia.Et etiam vltra vires hereditarias,niſi confecerit inuentarium,tenetur.l.final.C.de iure deliber. Et ſi in iure interrogatus reſponderit ſe heredem eſſe,tenebitur:nam ita reſpondendo pro herede geſsiſſe videtur,l.ſi filius.1. ff. de interroga.actionibus.

Gerere ex fide.

¶ Item gerere ex fide,quod nos dicimus,bona fide facere. Vlpia.in l.actus.ff.de adminiſtratione tutor.ibi,aut ſi non ex fide curam gerat,id eſt mala fide,ſuſpectum poſtulare poſſe.facit l.quod Nerua.ff.depoſit.

Tutelam gerere.

¶ Gerere tutelam, eſt eam adminiſtrare,l.1.§.de rationib.& l.niſi.ff.de tute.& ratio.diſtrah.iuncta l.ſi filius fami.tutelam adminiſtrauerit.& l.ſi tutor.3.cum l.ſeq.& in rubr.de eo qui pro tutor.nego.geſsit.& l.heres.§.1.de iudic.vbi in vno loco dicitur gerere tutelam, in alio adminiſtrare tutelam.l.iuſiurandum quod ex conuentione.§.ſi tutor qui tutelam gerit.ff.de iureiurando.

Negotium gerere.

¶ Gerere alienum negotiũ,idem,in l.1.ibi,vel qui alienum negotium gerunt. ff.de appel. recipiend.l.ſi negotia mea mandauero gerenda.ff.mand.& pene toto illo titu.& de negot. geſt.& in rub.C.rem alienam gerentibus,&c.

Pro libero ſe gerere.

¶ Gerere ſe pro libero,eſt exiſtimare & credere ſe liberũ,& tanquã liberũ aliquid agere, l.3.§.ſi ſeruus, quẽ poſsidebã,pro libero ſe gerat.ff.de acq.poſſ.l.ſi is qui. §. ſi ſeruus, quem poſsidebam,fugerit,niſi pro libero ſe gerat,videbitur à domino poſsideri.ff.de vſucap.

Bellum gerere.

¶ Gerere bellum eſt facere,& inferre bellũ:quod iniuſſu Principis ſi fiat, crimẽ læſæ maieſtatis eſt cõmittere, l.3.ff.ad leg.Iul.maieſt.ibi, eadẽ lege tenetur, & qui iniuſſu Principis bellum geſſerit,delectúmve habuerit,exercitũ comparauerit.& ſic ſine permiſſu Principis

Gerere remp. negotium.

nullus bellum mouere poteſt: vt eſt ſtatutũ etiam in conſti. Reg. tit. *des gens de guerre*. arti. 1.

¶ Rempublicam gerere, eſt curam reipu. habere, & adminiſtrare eam, l. Caius Seius, qui rempu. gerebat. ff. de vſur. de his eſt rub. C. de adminiſtr. reip. lib. 11. & de adminiſtrat. rerum ad ciuita. pert. ff. Rem gerere in l. & quia. ff. de iuriſdi. omn. iud. vbi expoſui.

¶ Gerere negotium venditionis, eſt vendere, l. paciſci. ibi, ſiue in ipſo negotio venditionis gerendo conueniſſet. ff. de pact. id eſt in ipſa venditione.

¶ Gerere negotiũ quod voles cum ſeruo meo, vel iuſſu alicuius, l. 1. §. 1. ff. quod iuſſu, ibi, ſi ſic ſit conteſtatus, Quod voles cum ſeruo meo negotiũ gerere periculo meo, videtur ad omnia iuſſiſſe, & quodcunque ſeruus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus eſt, l. 4. ff. de mino.

Gerere magiſtratum.

¶ Gerere magiſtratũ, l. 1. §. caſum. verſ. quãuis. de poſtulan. eſt officio magiſtratus fungi. ibi, nũquid ergo & magiſtratus gerere poſsit? ſed de hoc deliberabimus. & extat quidem exemplũ eius, qui geſsit. Appius deniq; Claudius cæcus in cõſilijs publicis intererat, &c.

Geſtatio quid.

¶ Inde geſtatio dicitur locus, in quo geſtantur, & ſpatiari, & deambulare ſolent homines valetudinis, vel voluptatis gratia: vt in Montepeſſulano ante diuæ virginis templum, & in aliis pleriſque locis. l. competit. ff. quod vi aut clam, ibi, ſed ſi amœnitas quædam ex huiuſmodi arboribus præſtetur, poterit dici & fructuarij intereſſe propter voluptatem, & geſtationẽ. l. æquiſsimũ. §. 1. ff. de vſufruct. dum ait, ſed ſi forte voluptariũ fuerit prædium, viridaria, vel geſtationes, vel deambulationes infructuoſis arboribus amœnas & opacas habens, non debebit deiicere, &c.

Geſtio pro herede.

¶ Geſtio pro herede, ipſe gerendi actus, l. at ſi quis. §. pleriq;. ibi, licet ex hoc ipſo neque pro herede geſtio, neque aditio præſumatur. ff. de religioſ.

Abolitio propter rem proſpere geſtam concedi ſolet.

¶ Interdum ob rem proſpere geſtam ſolet Princeps abolitionem concedere, vt propter victoriam partam, l. abolitio. cum l. ſeq. ff. ad Turpil. & ſolet Princeps gratiã cõcedere his, qui in exercitu erant tempore victoriæ, ſed his qui interfuerunt prælio ſine victoria nõ ita.

Gerens.

¶ Inde gerens, qui gerit, l. munerũ ciuilium. ibi, munera perſonalia ſunt, quæ animi proniſione, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur. ff. de mune. & honor. l. 5. in fine, & l. ſi pro patre filius. §. in rem. de in rem verſ.

Principaliter hoc negotium gerere.

¶ Principaliter gerere hoc negotiũ, eſt maxime in eo ſe exercere & verſari, l. athletas. §. ait Prætor. de his qui not. infa. ff. ibi, ſiue autem principaliter hoc negotium gerat, ſiue alterius negotij acceſsione vtatur. docto. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum pet.

Geſta negotia.

¶ Gerẽda negotia, in l. ſi procuratorẽ. §. ſi quis mãdauerit alicui negotia gerẽda. ff. mãd.

¶ Geſta negotia, l. 1. ff. de pecul. ibi, verba autem edicti talia ſunt, Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotiũ geſtum erit. l. bona fides. circa med. ibi, quæ in negotio geſto contingũt. ff. depoſiti. & in rubric. quod metus cauſa geſt. & de negotiis geſtis. & tit. quod cum eo, qui in aliena poteſt. negot. geſtum eſſe dicet. in Inſtit. & C. & ff.

¶ Geſta tutela, l. tutor. ff. ad Velleianum. ibi, quoniam male geſta tutela exiſtimaretur, perſuadente matre pupilli.

Negotiorũ geſtor quis ſit.

¶ Negotiorum geſtor dicitur, qui aliena negotia ſine mandato adminiſtrat, l. ſi quis negotia. iuncta glo. & per totum. ff. de nego. geſt.

Actio negotiorum geſtorum cui detur, & quotuplex ſit.

¶ Actio negotiorum geſtorum datur, ſi quis abſentis negotia geſſerit, licet ignorantis: tamen quicquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipſe in rem abſentis alicui obligauerit, habet cum eo eo nomine actionem. Itaq; eo caſu vltro citróq; naſcitur actio, quæ appellatur negotiorum geſtorum, l. 2. ff. de neg. geſt. vna directa quæ datur gerenti, altera contraria, quæ conceditur ei, cuius negotia perperam geſta ſunt. §. igitur. de obliga. quę ex quaſi contractu naſcunt.

IDEM LIB. DVODECIMO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMA.

Verba, contraxerunt, geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius.

¶ Superiore l. dictum fuit de verbo contrahere & gerere: nunc iſta lex docet verba hęc, contrahere & gerere, licet generalia ſint, tamen non cõtinere ius teſtandi: & teſtamentum non eſt contractus, glo. hic, & in l. teſtamentum. C. de teſtam.

Intellectus ad l. eandem. ff. de duob. reis.

¶ Sed obeſt tex. in l. eandem rem. ff. de duob. reis, qua ſic cautum eſt, duo rei promittendi fiunt, non tantum verbis ſtipulationis, ſed & cæteris cõtractibus, veluti emptione, venditione, locatione, conductione, depoſito, commodato, teſtamento, vt puta ſi pluribus heredibus inſtitutis teſtator dixerit, Titius & Meuius Sempronio decem dato: in ea ergo lege teſtamentũ connumeratur inter contractus. & cũ putaſſem eũ locũ corruptũ, plurimos legi libros, qui ita omnes tex. ſcriptũ habebant: tandem incidi poſtea in vetuſtũ quoddam exẽplar bibliothecæ collegij Aeduenſis, vbi adiectã reperi copulã, &, atq; ita ſcriptũ, depoſito, cõmodato, & teſtamẽto. quæ copula paulo euidentiorẽ præbet intellectũ, ſi cõferatur ea pars

ea pars cum præcedentibus: & proinde ſit ſenſus iſte, duo rei conſtituuntur non ſolum verbis ſtipul. ſed etiam cæteris contractibus, veluti emptione, &c. & teſtamento. & ſic duo rei conſtitui poſſunt tripliciter ſtipulatione, emptione, cæteriſq; cõtractibus, & teſtamento. Atq; copula illa, &, ſignificat diuerſa eſſe contractus & teſtamenta: etenim coniungit diuerſa, per glo. in rub. de iur. & fact. igno. ff. & nota. in l. 1. de iuſt. & iur. Tamen & citra illam dictionem, &, non eſt ita accipiendum id, quaſi ſignificare voluerit eſſe idem. nam conſtat eſſe diuerſa admodũ: ſed hic eſt mos Iuriſc. vt articulo rhetorico plerunq; vtantur, cũ nihi lominus ſint diuerſa, quæ enumerant: ſimilis eſt ratio dicendi in l. 1. §. fi. cum duab. ll. ſeq. ff. de iuſtit. & iur. nam ibi propulſare iniuriam, & erga Deum religio, ſunt diuerſa: licet adiecta ſit dictio, veluti explanatiua, vt in d. l. eadem.

Nomine contractus teſtamenta nõ contineri ad quid prodeſt.

¶ Et vt nomine contractus teſtamenta non contineantur, multis caſibus prodeſt. Primò de conſuetudine huius patriæ non poteſt vxor contrahere ſine conſenſu viri, §. 4. de conſuetudine iur. ſtat. perſo. in conſue. Biturig. teſtari tamen ſine illius authoritate poteſt, & ſine conſenſu eius, ſi aliud non cautum ſit conſuetudine, per iſtum text. vt teſtatur Iaſ. in l. ex facto. de vulgar. ff. & idem ſentiunt docto. conſuetudinarij.

Declaratio legis Regiæ de reſtitut. minorum.

¶ Secundò ſtatuta & leges Regiæ loquentes in contractibus, non habent locum in teſtamentis: vnde minor læſus in contractibus, poſt 29. annos nõ poteſt de iure reſtitutionẽ petere, l. vlt. C. de temporib. in integ. reſtitu. Per legem Regiam tamen in hoc Regno auditur intra 35. annum petens reſtitutionem, vt in ordinatio. Regiis, rubr. de reſtitut. artic. vltu. vbi plene ſcripſi, in 2. tomo conſtit. Reg.

Quare minor non reſtituitur in teſtamẽtis, & donat. cauſa mortis.

¶ Idcirco docto. dicunt, licet minor, ſi lædatur in eo quod geſsit, poſsit reſtitui, l. ait prętor. ff. de mino. tamen non reſtituetur, ſi læſus fuerit in teſtamenti confectione, per not. in l. 1. §. fuit. ff. ad Trebell. Sed aduertite, quæſo, cur ipſe aduerſus teſtamentum non poteſt reſtitui: ſanè quia lædi non poteſt. Illud enim ſemper reuocare ei licet, & diſcedere à prima voluntate, & teſtamentum tollere, l. ſi quis. in princip. ff. de legat. 3. quippe ambulatoria eſt voluntas defuncti vſq; ad ſupremũ vitæ exitum. l. quod ſi iterum. de adimen. legat. & liber ſtylus eſt teſtantium, l. 1. C. de ſacroſ. eccle. Sic nec heres minoris reſtitui poterit aduerſus donationem cauſa mortis factam, etiam ſine curatore, teſte Bald. in l. 1. in princi. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. & in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtitut. Iaſ. in l. 2. col. 3. ff. de legat. 1. & Anton. Capyt. in deciſ. 173. col. penult.

An ex teſtamento relictum laudemii.

¶ Si tamen dolo ad teſtandum quis inductus ſit, atque ita obierit, de dolo actionem habent legitimi heredes aduerſus doloſum, vel exceptionem, ſi bona poſsideant. l. Lucius. 2. §. Sempronia. ff. de lega. 2. facit l. non eſt enim. de inoffi. teſtam. de his fui ſæpe conſultus contra doloſos. Sed blãdo ſermone poteſt induci teſtator, l. 1. & 2. C. & ff. ſi quis aliq. teſta. prohibuer. ſic ad reſignandum beneficium, ſi pro digno quis oret, c. tuam. de æta. & quali.

Prohibitus acquirere per cõtractum acquirit ex teſtamẽto.

¶ Tertiò ſi laudimium de contractibus ſoluendum ſit, vt l. fi. C. de iure emphyteu. non tamen de teſtamentis, vt affirmant Angel. & Deci. in l. fina. C. de edicto diui Adria. tollen. nota. 3. per tunc text. ſuam probantes doctrinam.

¶ Quartò prohibitus acquirere per contractus, non prohibetur acquirere in vltima voluntate. Bald. conſi. 253. caſus eſt talis. & conſil. 310. ad euidentiam. col. 2. in 3. volu. per huius rationem legis, quia contrahere non pertinet ad ius teſtandi.

¶ Quintò vendito iure vectigalis contractuum, non cenſetur venditum ius gabellæ teſtamentorum, vt ſentit Bald. in l. teſtamentum. C. de teſtam.

¶ Sextò ex diuerſo concludit Bal. vt iura loquentia in teſtamentis non habeant locum in contractibus, niſi vt inferius dicã. Sic conſuluit Calca. cõſil. 75. quod dictis. col. 5. nu. 11.

Iuramentum non firmat teſtamentum.

¶ Septimò quamuis iuramentum firmet contractus puberum, authent. ſacramenta. C. ſi aduerſ. vendi. tamẽ nõ firmat teſtamẽta, vt putat gl. in §. item ſacramẽta. de pace iuramento firman. cum verbũ contraho non pertineat ad ius teſtãdi, id eſt nõ extẽdatur, nõ cõtineat ius teſtandi, vt plene ſcripſi de hoc verbo pertinere in l. verbum illud pertinere. infra eod.

Prohibita alienatione per cõtractum, an ex vlt. voluntate cenſeatur prohibita.

¶ Octauò prohibita alienatione per contractũ, non cenſetur prohibita alienatio ex vltima voluntate, quia eſt neceſſaria, l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. iudi. mutandi cauſ. facta. l. cum fidei. de fideic. libert. l. 1. de fundo dotali. l. pater filium. de lega. 3. l. milites. de re militar. late Bart. tractat in l. ſi quis promiſerit. §. ea lege. ff. de verbor. obliga. Nam verbum contrahere non pertinet ad teſtandi actum. Alber. in tracta. ſtatut. in 2. parte. q. 77. incipien. Iacobus. vt hic patet, exemplum tradit Alex. conſi. 120. ſuper eo. col. 2. in 1. volum. quod eſt repetitum conſi. 90. ſuper eo. in 4. volum. & conſi. 55. ponderatis. in 3. volumi. facit l. vnica. C. non licere habi. metro co. loca ſua. lib. 11. & Curt. ſenior conſi. 27. magnificus. nume. 22. abunde Bolog. conſi. 43. viſo igitur.

Verbum gerere ad teſtamenta non pertinet.

¶ Ad hæc verbum gerere non comprehendit teſtamenta: vnde conſtitutus procurator, vel tutor, ſeu curator, vt gerat omnia minoris negotia, non poterit pro eo teſtari: quia verbum gerere non pertinet ad ius teſtandi.

Quibus caſi-

¶ Primò id non procedit, quod dictum eſt in contractibus, ſcilicet ne prohibitio in eis

bus prohibitio in contractu procedat inteſtamentis.

facta porrigatur ad teſtamenta, quoties publica vtilitas id expoſceret. vnde conſuluit Decius conſi. 660. reuocatur. quod prohibito contractu ratione pacis conſeruādæ, & ſic vtilitatis publicę cenſetur prohibita vltima voluntas, quia quod in commune vtile eſt, exten diſolet, l. ſi quis. §. vtrum. vbi addidi. ff. de ſenatuſconſ. Silan. & l. 2. §. exercitum. vbi docto. de his qui not. infam.

Exteri per teſtamentum bona in Regno nō acquirunt.

¶ Vnde exteri in hoc Regno prohibentur per contractum acquirere: quare etiam ex vltima voluntate eadem ratione, publicæ vtilitatis videlicet, vt conſuluit Bald. conſi. 349. ſtatuto Placentiæ. in fin. vol. 1. ſcripſi in 2. tomo commenta. ad conſtitut. Reg. Gallicas, tract. de literis natural. Idem ſi mercatoribus Regni prohiberetur contrahere, commerciáve tractare, *contracter*, cum hoſtibus Regni, non poterit quis eis teſtamento aliquid relinquere, quia verbum *contracter*, hoc caſu omne commercium excludit. idcirco ratione publicæ vtilitatis teſtamentum continebitur.

¶ Secundò locum non habet, quando gerere vel cōtrahere quis prohiberetur ex defectu conſenſus: vtpote ſi furioſo, vel prodigo, infantíve contrahere, vel negotia gerere prohibitum eſſet, non poterunt etiam teſtari, quia deeſt intellectus eis & iudicium. §. item furioſi. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum. in Inſtit. cum §. ſeq.

Nominans teſtamentū contractū non mutat eius naturam.

¶ Tertiò ſi teſtator faciens teſtamentum vocaret illud contractum, hoc modo, Præſentem contractum confirmo, non eo minus valeret, & appellatione contractus non vitiaretur teſtamentum, per glo. in l. quæ extrinſecus. de verb. obligat. ff. Iaſ. & alij docto. in l. teſtamentum. C. de teſtam. quia diſpoſitio teſtatoris non poteſt rerū vocabula appellatiua immutare. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. nec teſtamentum hoc caſu contractus eſſet.

Salaria notariorū taxata.

¶ Quartò non procedit, quando eſſet ratio eadem in teſtamento, quæ in contractu, vt dixi ſupra l. proxima. in §. contractum. vnde ſi ſit taxatum ſalarium notario pro quolibet contractu, cenſetur etiam taxatum ſuper quolibet teſtamento, cum eadem ſit ratio taxationis, ne ſcilicet notarij iuſti ſalarij metas excedant, qui ſolent plus iuſto exigere vt plurimum, c. ſtatutum. §. notarium. de reſcript. in 6. Sic pulchre concludit Lucas de Penna in l. mediterraneæ. col. 2. C. de anno. & tribu. lib. 10. & ſic intelligi debet lex Regia notariorum ſalaria taxans, in rub. *des ſalaires*. artic. 11. in ordi. Reg. mag.

Sententiæ & acta iudicij taxata.

¶ Comprehendentur etiam ſententia, & acta iudicij: vnde ſi pro pelle mēbranæ, ſeu pergameni taxatum fuerit ſalarium notario, cenſetur id taxatum pro ſententia, & actis iudicij, niſi alia eſſet taxatio in eis. glo. & doct. in §. item ſacramenta. de pace iura. firma. & doct. in c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. facit l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Ioan. Franciſc. Pouzinib. in tract. ſuper decreto. quando res habet originem à contractu. colum. penult. & ſic intelligitur dicta ordinatio Regia taxans ſalarium notariis, in rubrica *des ſalaires*, artic. 11. Item conſtitutio Reg. quæ vult vt notarij & tabelliones teneātur in contractibus inſerere habitationem contrahentium, vt patet in tract. de liter. obligat. arti. 4. habebit etiam locum in teſtamentis, quia eadem eſt ratio, vt ibi ſcripſi in 1. tomo commenta. in conſtit. Reg. Gallicas.

Argumentari de cōtractibus ad vltimas voluntates quando liceat.

¶ Quintò licet argumentari de contractibus ad vltimas voluntates, quando eſt eadem ratio, & econtrario, l. ſeruum filij. §. eum qui. & l. quæ de legato. vbi Iaſ. ample. ff. de lega. 1. l. fina. C. de lega. & Inſtit. de lege Fuſia Caninia tollenda. Iaſ. tradit differentias in l. pactum inter heredem. ff. de pact. & Ioan. Euerard. in tracta. de locis legalibus in hoc argumento. Et ſic videbatur ratio dubitandi, tamen contrarium hic deciditur, nempe licet arguamus de contractibus ad vltimas voluntates, tamen verbum contrahere non pertinet ad teſtamenta: ſicut arguimus de feudis ad ius emphyteuticum, doctor. in capit. potuit. de locato, tamen feudum non pertinet ad ius emphyteuticum, vel contra, l. 1. C. de iure emphyt. vt ibi notatur: ſed eſt quædam ſimilitudo de vno ad aliud.

Ratio dubitationis, & deciſio huius legis.

An in teſtamento cōtractus fieri poſſint.

¶ Sextò non eſt abſurdum in teſtamentis contractus fieri, & facti valent. gloſſa ſingularis in lege, heredes. §. final. ff. de teſtament, vbi addidi. facit l. nec mirum. ff. de pignor. actio. nec propterea contractus pertinent ad ius teſtandi, quia ſine teſtamento contractus valebunt, & eo rupto. doctores in dicto §. final. Bald. in l. fina. ff. de reb. eorum. Ludouicus Romanus conſilio centeſimo ſeptuageſimoprimo, pro deciſione. columna ſecunda: & conſilio ducenteſimo nonageſimotertio, præſuppoſito. in princip. Alexander conſilio quadrageſimoquinto, habita. columna ſecunda, in primo volumine, Benedict. in cap. Raynutius. in verbo ſi abſque. 2. de fideicommiſſ. ſubſtitut. numero centeſimo quadrageſimoſecundo, de teſtamen. Abunde Bauer. in §. 1. in gloſſ. contextu. columna decimaſexta, cum ſeq. de teſtamen. in Inſtit. Tamen mulier, vel is, qui prohibitus eſt contrahere, non poterit in teſtamento contrahere, l. 1. §. aſsignare. iuncta l. aſsignare. ff. de aſsignan. libert. Iaſon & alij in l. cum antiquitas. C. de teſtamen. & ſic poteſt dici, quem non poſſe in teſtamento contrahere, videlicet ſi ipſe ſit alias prohibitus, quia teſtamentum non permittit, vt contractum faciat is, qui eſt prohibitus.

In teſtamentis quis non con-

¶ Septimò infertur concluſio ex iſta lege, quod in teſtamento quis non videtur contrahere

trahit, vel quaſi, nec heres cū teſtatore, ſecus cum legatariis.

ttahere, vel quaſi, cum hic dicatur verbū cōtrahere non pertinere ad teſtandi ius. Sed intelligite verū quidē eſſe, non quaſi contrahi inter teſtatorē & heredes, ſed inter legatarios & heredes, vt per Alber. hic, & Inſti. de oblig. quæ ex quaſi cōtract. naſc. §. heres. Et hoc ideo, quia abſurdū ſequeretur: nā ſi teſtator cum herede & legatariis quaſi cōtraheret, teneretur ex quaſi contractu, vnde haberet locū actio contra eum, per tit. de oblig. quæ ex quaſi contractu. nec libera eſſent teſtamenta, quo ad reuocationem, contra l. 1. C. de ſacroſ. eccle. & l. ſi quis. in prin. ff. de leg. 3. Et ante aditam hereditatē legata deberētur, contra l. eam quam. C. de fideicom. & ante mortem adiri poſſet hereditas, contra l. neminem. & l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hered. Et ſic poteſt quis tueri hanc concluſionem, ſcilicet heredem non dici quaſi contrahere, quod intelligendum eſt cum teſtatore, ſecus cum legatariis & creditoribus, vt dictum eſt, quia verbum contrahere ad ius teſtandi non pertinet.

Cōtrahere quādo quis videatur cum defuncto.

¶ Tamen qui in funus teſtatoris aliquid impendit, dicitur cum defuncto, non cum herede contrahere, l. 1. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. ſed ibi ſpeciale eſt cauſa funeris, vt dicūt docto. vt ſcripſi plene in tracta. de ſentent. prouiſional. in præfatio. in primo tomo commenta. in conſtit. Reg. Gallicas.

Executor approbare teſtamentum cenſetur.

¶ Item videtur contrahere, qui conſentit teſtanti, vt ſi det tutorem præſentem, videtur onus tutelæ is acceptare, ideo excuſare ſe poſtea non poteſt. text. notab. in l. vxori. in fine, ibi, nec excuſatio eius admittetur, qui conſenſiſſe videtur teſtatoris voluntati. ff. de falſ. & ſic per illum tex. conſuluit Barba. conſi. 54. clementiſsimi. in 2. volu. & 12. ſcribitur. col. 6. vol. 1. Vnde qui accipit officium executoris teſtamenti, videtur approbare quæ in teſtamento facta ſunt: ideo non poteſt poſtea venire contra, niſi proteſtatus fuerit, vt alibi ſcripſi, & not. doct. in l. nulli. C. de epiſcop. & cleric.

Confeſſionē in teſtamento factam quis non poteſt reuocare.

¶ Præterea ſi quis in teſtamento confiteatur ſe debere, per illud teſtamentū poteſt probari debitum, ſi præſens erat creditor, & acceptauerit confeſsionem, alioqui legitime probari debet. Bart. in l. Lucius. §. quiſquis. ff. de legat. 2. & l. cum quis. §. codicillis. de legat. 3. Bal. conſi. 262. ſuadeo. in 3. vol. & conſi. 488. in quodam. 4. vol. Alexan. conſil. 26. viſo. in 2. vol. ac Barba. d. conſi. 54. col. 2. & conſi. 59. illud. col. penult. in 2. volu.

Heres an cum legatariis contrahat.

¶ Sed contra ſuperiora obiicere quis poteſt, ſcilicet vt contrahere videatur heres cum legatariis, non quaſi cōtrahere. l. qui cum alio. ibi, heredi autem hoc imputari non poteſt, cum non ſponte cum legatariis contrahat. ff. de regu. iur. ergo heres contrahit cum legatariis, & non quaſi contrahit: ſed ſolui poteſt, non eſſe ſumendum argumentum à contrario ad correctionem iurium, per gloſ. in c. nouit. de iudiciis. & c. 2. de foro competenti. ſed à iure ſtatutum eſt, vt non dicatur heres contrahere cum legatariis, ſed quaſi: ergo, &c. §. heres. de obligatio. quæ ex quaſi contract. & l. ex maleficiis. §. heres. de actionib. & obligat. ff. Et ibi etiam negat tex. d. l. qui cum alio. eo quod dicit ſponte non contrahere heredem, & ſic negat eſſe ſpontaneum contractum. quare non erit proprie contractus ſecundum definitionem in lege proxima dictam ſupra. & contractus ſi non eſt ſpontaneus, non eſt proprie contractus, l. 1. §. adeo. & ibi glo. notat. ff. de pact. Sed ratione voluntatis teſtatoris, cui adeundo ipſe aſſentitur, quaſi contrahere dicitur: & impubes videtur contrahere, cum adit hereditatem, l. apud Iulianum. in fin. ff. ex quibus cauſis in poſſeſs. catur. Vel dic vt in proxima l. in §. contractum. ſcripſi, Generaliter dicitur contrahere, ſed proprie quaſi contrahere, quo ad materiam.

Heres non contrahit cum coherede.

¶ Nec refragatur l. heredes. §. non tantum. ibi, quoniam cum coherede non contrahimus, ſed in eum incidimus. ff. fam. erciſcun. quia verum eſt heredem non contrahere, vel quaſi cum coherede, adeundo hereditatem, ſicut cum legatariis: ſed propter dolum, culpámq; in re hereditaria, & fructus à ſe ſolo perceptos, & impenſas, quaſi contrahere dicitur cum coherede. §. item ſi. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſ. contract. naſc. Et caſu quodam contingit, vt ſit coheres, & ſic in eum incidat per inſtitutionem, ſcilicet quæ facta eſt de vtroque à teſtatore. & ita intelliguntur verba illius §. notandum. dum dicit, in eum incidimus.

An teſtamentum filij reſtituto patre deportato valeat.

¶ Gloſſ. hic proponit quæſtionem, ſi filius fecerit teſtamentum eo tempore, quo pater erat deportatus, & poſt mortem filij pater ſit à Principe reſtitutus, an teſtamentum filij valeat? Et putat glo. valere, in l. fina. in verbo rata. C. de ſententiam paſs. quia actus ſemel confirmatus rumpi non debet. l. cum hic ſtatus. ff. de donat. inter virum & vxor. Diuerſum eſt ſi filio ſuperſtite pater fuerit reſtitutus: tunc enim teſtamētum rumpitur, quia venit ad eum caſum, à quo non potuit incipere, per regu. iur. factum legitimè. in ſexto. Si vero patre capto apud hoſtes filius fecerit teſtamentum, ſiue pater reuertatur viuo filio, ſiue mortuo, ſemper rumpitur teſtamentum, quia fictione poſtliminij nunquam filius fuit ſui iuris, & ſic non potuit teſtari. Alber. hic, & iſta eſt communis concluſio, teſte Ioan. Crotto in repet. l. ſi quis pro emptore. col. 17. cum ſeq. ff. de vſuc. Sed ego contrariū tenerem, videlicet valere teſtamentum, ſi pater apud hoſtes moriatur, quia ius patriæ poteſtatis pendebat. §. ſi ab hoſtibus. quibus modis ius patriæ poteſta. ſolui. Ideo ſi pater non reuertatur, teſta-

Teſtamentum & contractus capto patre an valeant.

mentum iure consistet: secus si reuersus fuerit. contractus verò facti capto patre tenet, si in patris non vergant præiudicium. Iason in addit. ad Porc. in d. §. si ab hostibus. vide quæ dicam in l. hostes. infra eo. vbi ista iura inter Christianos locum non habent.

Testari quid.

¶ *Testandi.* Testari est testamentum facere, l. 3. & seq. ff. de testamen. milit. vbi in vna dicitur testari, in altera testamentum facere; & in toto titulo de testam.

Testamẽti definitio.

¶ Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortẽ suam fieri voluit, l. 1. ff. de testam. vel vt Vlpia. definit in titul. de testam. Testamentum est mentis nostræ iusta contestatio, in id solenniter factum, vt post mortem nostram valeat. & suprema contestatio dicitur in l. qui testamento. §. fina. ff. de testam.

Testamentarius.

¶ Testamentarius dicitur scriptor testamenti, l. diuus. 1. in fine. ff. ad legem Corn. de falsi. ibi, hereditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, placet testamentario pœnam legis Corneliæ remitti. Nam quem primo testamenti scriptorem nominat, postea vocat testamentarium. Et idem in l. impubẽrem. §. si testamentarius. ibidem. & in l. a. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. & l. quoties. §. 1. de heredib. instit.

Testamẽtariũ.

¶ Testamentarium etiam dicitur, quod ad testamentum pertinet: vnde testamẽtariæ hereditates in testamento relictæ, l. lege, obuenire. infra eod. & testamentaria tutela, ff. & C. de testa. tutela. testamentarius tutor, ibidem.

Testantes.

¶ Testantes, qui testamenta fecerunt, l. in testamentis plenius voluntates testantium interpretamur. ff. de regu. iur.

Testator. Testatus, & intestatus.

Testator, idem, l. Modestinus. infra eod.

¶ Testatũ etiam dicimus eum, qui testamentũ fecit, intestatũ qui non fecit, l. ius nostrũ non patitur eundẽ in paganis & testato, & intestato decessisse. infr. tit. proxi. l. intestato. de suis & legit. hered. l. in fraudẽ. §. bona. de iure fisci, ibi, testato, siue intestato decesserint. & l. ab intestato. ff. de iure codicillo. l. scripto. in fin. vnde liberi. l. si pater. ff. de manu. vindicta. l. fin. pro dote. l. Iulianus. in fin. de diuers. & tempo. præscript. l. sicut. de iure patro. §. 1. Instit. de hered. quæ ab intesta. defer. qui sic definit, intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id quod fecerat, ruptũ, irritúmve factum est, aut si ex eo nemo heres extiterit. dicam in l. intestatus: infra eo.

Testari est dicere testimoniũ.

¶ Testari significat etiam dicere testimonium, & testificari, l. curent. de testib. ff. ibi, curent magistratus cuiusq; loci testari volentibus. iuncta l. seq. vbi in vna l. dicitur testari, in altera dixit testimonium: eo quod testes solebãt per numen aliquod sua verba affirmare, quo maior fides adhiberetur.

Testes quid.

¶ Testes, qui testimonium dicunt, per totum tit. de testib. quod sententiam nostram exponendo dicant: vel ea, quæ de rei gestæ veritate sentiunt, proferant.

Testari pro denuntiare.

¶ Testari etiam est coram testibus quicquam denuntiare, protestari, requirere. l. ne quid. §. de his. ibi, adire præfectum, & apud eum testari, reósq; petere. ff. de incend. l. capite. ibi, nõ plusquam viginti testandæ eius rei causa, id est ostendendæ testibus, vt exponit glo. ibi, de adult. l. 3. §. cum inquilinus. ibi, testari dominum non prohibere inquilinum ne possideret. ff. vti possid. vnde Iurisconsi. sic ait in l. at si quis. §. sed interdum. de religios. quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer funerat? oportebit igitur testari quẽ, quo animo funeret, ne postea patiatur quæstionem. & in §. quippe. ibi, protestantur pietatis gratia id se fecisse: vbi in vno loco dicitur testari, in altero protestari, quod idem denotat, quantum ad vnam significationem. ibidem.

Testari pro affirmare & dicere.

¶ Testari est affirmare, asserere, dicere, l. miles. §. socer. ad legem Iul. de adult. ff. ibi, socer cum nurum adulterij accusaturum se libellis præsidi datis testatus fuisset. vel id est protestari, l. scire. §. scire. ff. de excusa. tuto. ibi, oportet de specie remissionis testari iudicem: id est iudicem certiorem facere, & coram eo allegare remissionis speciem.

Testatò.

¶ Testatò, id est adhibitis testibus: hinc testatò denuntiare, l. 1. §. licet. ibi, effundere autem vinum non statim poterit, priusquam testatò denũtiet emptori, id est coram testibus. ff. de periculo & commodo rei vend.

Testatò conuenire.

¶ Testatò conuenire aliquem, est coram testibus aliquid prædicere, & colloqui, vt manifestum & notum sit, l. ait prætor. §. si quis particeps. ibi, vendente debitore testatò conuentus est à debitoribus, ne emeret. ff. quæ in fraud. credito. l. si procuratorem. §. si ignoranti. in fine, manda. ibi, sed si testatò conuenerunt debitorem. l. qui Romæ. §. cõheredes. ibi, tutores sæpius testatò conuenti. ff. de verb. obligatio.

Testatò dicere.

¶ Testatò creditori dicere, est coram testibus loqui, & aliquid exprimere, d. l. qui Romæ. ibi, Romæ creditori testatò dixit. ff. de verbo. oblig. Et hæc denuntiatio facit quem malæ fidei possessorem. l. si fundum. C. de rei vindica. vbi doctor. & interrumpit præscriptionem, l. vt perfectius. C. de annali except.

Testatio quid.

¶ Testatio est coram testibus facta declaratio, seu denuntiatio. glos. hic: quod probatur sequentibus legibus non citatis à glos. l. non distinguemus. §. cum quidam. ibi, ex aliis causis inimicus manifeste apparuisset testationibus etiam conuentus, ne sententiam diceret. ff. de arbit. l. ergo. §. 1. ibi, eáque testatione complecti oportet. ff. ex quib. caus. maio. l. 1 §. sed & si quis

si quis contra testationem, denuntiationemque fecerit. ff. quod vi aut clam. Et sine testatione mulierem honestæ vitæ habere non licet, l. in concubinatu. ff. de concubi. Nam si mulierem ingenuam honestæ vitæ quis in concubinam receperit, præsumitur matrimonium, si sine testatione illam susceperit: id est sine prædictione facta coram testibus, vt sit concubina, non vxor. Sic intelligi lex illa debet: ideo si velit eam concubinam esse, non sine testatione eam accipiat: alioqui vxor erit.

Elucidatio ad l. in concubinatu.

¶ Vnde illa, quę coram testibus dicuntur, vel fiunt, aliquando in scripturã rediguntur, & dicuntur in testationem redigi, appellantúrque testationes, l. fi. ff. pro derelicto. l. fi. §. ergo si custodia, id est persona custodita, defuncta fuisse dicatur, testationibus id probandum est. ff. de custod. reor. Et pœna legis Corneliæ irrogatur in eum, qui falsas testationes faciendas, testimoniave falsa inspicienda dolo malo coniecerit, l. 1. in princip. ff. de fals. Et sic potest generaliter capi, & pro scriptura facta de his, quæ coram testibus facta, denuntiatave sunt, vel etiam de his quę testes deposuerunt, vt probat l. moris. §. solet. & ita interdici, ne instrumenta omnino forment, neve libellos concipiant, vel testationes consignent. ff. de pœnis.

Testationes.

¶ De attestatione autem scribam in l. subsignatum. infra eo. de detestatione in l. detestatio. infra eod. his nunc contentus.

PAVL. LIBRO VNDECIMO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMAPRIMA.

Princeps bona concedendo, videtur etiam obligationes concedere.

Declaratio tex.

¶ Sensus huius legis est, vt si Princeps concesserit alicui bona, videtur concedere non solum bona, verum etiam obligationes: & hoc probatur per copulatiuam etiam. Et sic qui alicuius habet bona, tenetur etiam creditoribus, & eisdem obligatus est, vt is erat, qui antea possidebat illa bona, & etiam debitores huic tenebuntur soluere. Etenim habet ipse & obligationes actiuas (sic nostri interpretes vocant) vt ipse contra alios agere possit: & passiuas, vt ipse aliis obstrictus sit, sicut dicitur in l. 1. ff. ad Trebel. vt facta restitutione hereditatis in fideicommissarium transeant obligationes actiuæ & passiuæ.

Dubitationis causa, & decisionis.

¶ Dubitatio hæc erat, quia actio semel extincta, non reuiuiscit, l. qui res. §. aream. ff. de solutio. At ablatis deportato bonis semel iam extinctæ erant obligationes: ergo nec renasci vel restitui poterant. Sed hac ratione non obstante, contrarium hîc deciditur, quia bonorum appellatio generalis est, continens actiones & obligationes, l. bonorum. infra eod. vbi dicetur fusius. Atque ita Princeps bona istius concedendo, videtur concedere & illa, quæ bona sequuntur, videlicet actiones & obligationes, quia res cum sua causa transit, l. alienatio. ff. de contrah. emptio. Nec refragatur ratio dubitationis, quia obligationes extinctæ non erant, sed potius in fiscum translatæ, vt postea dicam: & rursus redeunt in hunc restitutum per concessionem bonorum à Principe ei factam. & ita intelligitur hæc lex: quæ etiam procedit, si Princeps tantum bona concedat, non facta obligationum mentione, per rationem prædictam.

Hæc lex habet locum non solũ in concessionis verbo, sed restitutionis.

¶ Idem si Princeps restituat bona deportato, vel bannito, censetur etiam obligationes restituisse, l. si deportationis. & lege seq. C. de sent. pass. & sic hæc lex locum habet non solum in concessionis verbo, sed etiam restitutionis: & hoc ideo ne fiat melioris conditionis hic restitutus, quã antea erat, vt existimat Alciat. in hac lege, per legem primã, C. de sentent. pass. Sed hæc ratio non videtur sufficiens & satis firma: quia in huiusmodi indulgentiis Principalibus, non spectámus an sit melioris conditionis, an non, sed tenorem earum, lege secunda, C. de sent. pass. & in hoc casu ratio est ob naturã verbi restituas, in indulgentia positi, d. l. prima, C. de sent. pass. vbi ait Imperator: Vt autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris restituo. Et restitutio ita facienda est, vt vnusquisque in integrum ius suum recipiat, ait tex. in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino. non autem vt tollantur debita & credita.

Restitutio à l. facta etiam de obligationibus intelligitur.

Fiscus tenetur ad debita propter bona confiscata.

Ordinatio de bonis confiscatis.

¶ Idem dicerem si forte bona exulis ad tempus fiscus occupasset, vt tempore finito sine bonorum restitutione restituantur à lege ei bona, & obligationes. lege 1. C. de his qui in exil. dati. lib. 10. scripsi in interpreta. l. quod iussit. ff. de re iudica. 2. notab.

¶ Idem si fiscus habeat bona confiscata, vt ad debita etiam tenetur, docet lex secunda, C. de vi publi. l. si vt proponis. de bonis proscripto. Bal. in tracta. statu. in verbo, bona. quæst. 6. & ita fuit constitutum à Rege tum Franciæ Philippo pulchro, vt refert Aufrer. in stylo parlamenti, in rub. de libelli oblatione, ord. 3. & vlt. vbi sic scriptum est, Si bona alicuius veniant in commissum, debita sua, & dos vxoris, si quam habeat, reddantur creditoribus, & dos vxori sine libello, & alio iudiciario strepitu, cum constiterit de prædictis per testes, & alia legitima documenta. facit lex, res. §. res. de iure fisci. Idem si partem bonorum fiscus

habeat,vt pro parte illa sit liberatus debitor:& si pars sit restituta bonorum,vt obligationes pro illa parte videantur restitutæ.l.2.C.ad legem Iuli. de via pub.Petr.à Bella Pertic.quæst. 200. quia bonum est argumentum de toto ad partem,l.quæ de toto. ff. de rei vind.

Praxis Regni Frãciæ pro creditoribus post cõfiscationem. Arestum.

¶ Et ita fieri moris est in hoc Regno Franciæ, vt post cõfiscationem creditores offerant supplicationẽ Regi,seu eius cancellariæ,in qua impetrari solent literæ Regiæ,quibus mandatur iudici qui bona Regi addixit, seu confiscauit, vt creditoribus impetrantibus ius dicat, & iustitiam administret. Sed à commissariis vix pecunia extorqueri potest: quod tamen perperam fit, quia fiscus non vult retinere debita aliena, vt censuit Senatus anno 1361. die 21.Augusti,pro Ioanne & Perrino Iosse minoribus contra tutorem eorum, cuius bona fuerant confiscata.

¶ Princeps tamen non tenebitur vltra vires bonorum, etiam si inuentarium non confecerit,l.1.§.an bona. ff. de iure fisci, & ibi Bar.

Bona si peruenerint ad plures dominos, debita quomodo soluantur.

¶ Et quomodo,si peruenerint ad diuersos dominos,debita soluantur, plene tradit Bene dictus in ca. Raynutius.in verbo & vxorem.nu.851.de testa. vbi dicit quemlibet teneri soluere debita in suo territorio,& habita ratione sui territorij,non æqualiter,vt heredes. lege, ex facto.in magna. de heredib. instit.

¶ Et hæc bona publicata si fiscus dederit, & obligationes concedit, vt hic.idem si hereditatem Titij,vel patrimonium,aut facultates concedat, lege,nam quod.§.fi.cum lege seq. ff.ad Trebel.quia ista denotant vniuersitatem,vt dicam in l.bonorum.infra eo.

¶ Quod primum non procedit,quando Princeps indulgentiam tantum bannito concessit, non bona, tunc non videtur obligationes concedere: & sic non habet locum iste tex.per legem,tutor.C.de sententiam pass.& legem, cum patrem.& legẽ,cum indulgentia. ibidem. secus in alimentis, quia eis ex indulgentia debentur, & præterita & futura. lege, is cui.ff.de aliment.& cibar.legat.& hoc fauore alimentorum statutum est,sicut alia multa,in lege, cum ij.ff.de transac.

An data alteri Princeps auferre & restituere videatur.

¶ Secundò non obtinet dispositio huius text. si limitata esset indulgentia, forte sine obligationibus,vel Princeps aliquid ex bonis illis dedisset,puta domũ,vel aliquod modicum, quia tunc limitata causa limitatum parit effectum, l. in agris. ff.de acquir. rer. do. & quia obligationes non sequuntur rem singularem,l.1.§. si heres.ff.ad Trebel. Petr.de Bella Pertica in q.200.vbi decidit quod si res singulares obligatę adimuntur,remanet obligatus semper debitor. Si vero pars aliqua bonorum, vt dimidia, vel tertia per modum quotæ contineretur in indulgentia,tunc pro rata parte aufertur obligatio,si illa bona auferebantur à lege,l.3.Cod.de sententiam passis, dicta lege secunda, C. de via publica, lege,si constante. in fin. solu. mat. Secus si ex partium conuentione,per l.mulier bona.ff.de iure dot. & d.l.3.Ideo caute iudices volentes spoliare reum, condemnant illum ad maximam mulctam, quam non poterit soluere, ob id bona omnia ad fiscum deferuntur: sed illa cautela ducit ad inferos iudices, qui ea vtuntur, & maxime vbi non est confiscatio, vt apud Bituriges.

Cõtra iudices.

¶ Tertiò quando Princeps dedisset omnia debita alteri, & postea istum ad omnia sua bona restituisset: tunc ad illa iam data non videtur restituere, nisi hoc exprimeretur, per d. l. 3. Cod. de sent. pass. vbi Angel. & dicetur in l. seq. in qua reliqua scribam, his nunc contentus.

Obligatio. definitio.

¶ *Obligationes.* Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura. §. primo, Institut. de obligat.de hac obligatione loquitur l.nominis. supra eo. & l.vsura. & l.verbum erit.& l.Nepos Proculo.infra eod. & hic accipitur tam pro obligationibus actiuis, quibus agit quis, & habet alium sibi obligatum, quam passiuis,ob quas tenetur alteri,& conueniri potest: de quibus scripsi in tracta. de liter.obligato. art.1.glo.3.de obligatio. in 1. tomo comment. in constitu. Reg. Gallicas. & quicquid ibi diximus, huc esset transferendum.

An bona concedendo actiones censeantur concessæ.

¶ Et licet hîc non exprimat actiones, tamen videntur concedi,quia obligationes actiones pariunt personales,l.licet.§.ea obligatio.ff.de procurator. Ias.in præfatio.in titulum de actio. Instit.ob id hæc lex dicit tantum obligationes concedi, quia actiones tanquam partus,& filiæ,vt docto.nuncupant, sequuntur obligationes, ex quibus nascuntur.§.1.Inst.de actio.& si quis obligationem efficacem in aliquem habet,& actionem,vt not.in l.iurisgentium.§.sed cum nulla. ff. de pact.Et inutile pene esset beneficium Principis concessa obligatione,sine actione: quod esse non debet,regul.decet.de regu.iuris,in sexto.

Obligatus.

¶ Obligatus, id est adstrictus, l. aliud est promittere.infra eo. in fi.iuncta l. rei communis.ff.pro socio;vel obnoxius,l.fi.de cõtrah.emptio. Obligatorius, in l.Labeo.2.§.1.supra eod.& tractaui in tracta.de literis obligat. quæ sint instrumenta obligatoria. Quotuplex autem sit obligatio,traditur in §. 1. Inst. de obligatio. & l. 1.& toto tit.de actio. & obliga.ff. Obligationis onus ait Iurisconsul.in lege,procurator qui pro euictione.ff.de procura.ibi, obligationis tamen onere prætoris auxilio releuabitur.Et magnum pondus sustinet debitor

tor,maxime soluere non valens.

¶ Pœnæ obligatio contrahitur ex furto, & aliis delictis, l. interdum fur, etiam manente pœnę obligatione,in quibusdam casibus rursus obligatur.ff.de furt.& sic facit pro his quę scribunt docto.in l.Iulianus.ff.de condict.indeb.

Cõcedere multipliciter dicitur.

¶ *Concedendo.* Concedere enim est præstare, tribuere, dare, vt hîc: vnde Iurisconsultus ait, quod enim nullius est, id ratione naturali occupanti conceditur, l. 3. ff. de acq.rer. domi.& l.cum prętor. de iudic.vbi in initio dare dicit,deinde concedere.

¶ Et concedere & inhibere sunt opposita, vt probat lex, non alias.in fi. ibi, vt si subducatur ministerium ei, non sit concedenda actio: si verò ex multis seruis de vno agatur, non sit inhibenda. de iudic. ff. Et concedere interdum quis dicitur remittendo, lege, si domus.ff.de seruitu. vrba. prædio.

Incorporalia etiam concedũtur.

¶ Etiam ad incorporalia refertur,l.si cui simplici vsu via per fundum cuiuspiam concedatur,vel relinquatur.ff.de seruituti.facit l.ex re fructuarij etiam id intelligatur,quod ei fructuarius donauerit, concesseritve. de vsufruct. ff. lege,si mihi. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Inde concedo restitutionem,in lege,diui.ff.de pœnis.§. illud. & lege,patri. de minor.vbi exponitur pro præstare,donare.

Concedere peculium.

¶ Concedere peculium, est administrationem rei peculiaris filio, vel seruo,cui conceditur, pręstare, & permittere, l.qui fundum.§.seruus.ff.pro empto.l.non solum. de peculio.l.si filius fa.1.ad Macedo.

Concedere pro permittere,indulgere.

¶ Concedo pro permitto,indulgeo,l.1.ibi,neque societas,neque collegium,neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur. ff. quod cuiusque vniuers. no.l.2.in princip.ibi,prętquam quod lege,senatusconsulto,edicto,decretove Principum tibi concessum est,nequid in loco publico fiat. Et concedi solet, vt imagines, & statuę, quę ornamento reip.sunt futurę,in publicum ponantur.l.fin.ff.de loco publico fruend.lege, miles. 1.de castren. pecul. l. semper. §. sed & si. ibi,non est irrationabile,vt concedamus filiorum educatione remitti tibi munera.ff.de iure immunita.

Concedere libertam testatrici factionem.

¶ Concedo liberam testamenti factionem,idem.l.Paulus.§.patroni.ff.de bo.liberto.ibi, ob merita tua fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti, concedo tibi liberam testamenti factionem.

Concedere precario.

¶ Concedere precario, pro constituere, l.1.& 4.in fine,cum l.seq. ff.de preca.vbi in vna dicitur precario concedere, & in altera constituere, & lege,arboribus. §. vsufructu. ff. de vsufructu.

Concedo vt vis negotiari, mandatum denotat liberum.

¶ Concedo vt vis negotiari, mandatum denotat liberum, Scæuola in l. creditor. §. penult.ff.manda. ibi, si autem necessitas alicuius talis erit, concedo tibi de omnibus meis vt vis negotiari, siue vendere vis,siue pacisci,siue emere, siue quodcunque operari,vt domino enti meorum: me omnia firma esse à te facta existimante, & non contrarium dicente tibi ad vllam operationem.

Concedere pro transferre.

¶ Concedo,transfero,l.1.ff.de constitu.Princip.vbi glo.exponit,& in §.sed quod Principi.Instit.de iure natur. gent. & ciuili,ibi,populus ei,& in eum, videlicet Principẽ,omne suum imperium, & potestatem concesit.l.vna,de offic.præfec. præt.

Concedere in fœnum.

¶ Concesit in fatum,vel fato,id est mortuus est,l.3.C.de iure deliberan.ibi,intra paucos dies mortis patris sui concesit in fatum.

Concedere pro accedere.

¶ Concedere pro accedere,ire,l.præuaricatores eos appellamus,qui causam aduersariis suis donant,& ex parte actoris in partem rei concedunt. infra eod.

¶ Concedere aliis modis apud rhetores sumitur, vt apud eos quisque videre poterit: interim hasce ex legibus nostris vobis concedo significationes.

¶ Concessa,id est remissa,vel data,exponit glo.in lege,omnium.C.de vectiga.ibi, vectigalia sibi asserunt esse concessa.& lege vnica.de colla.donat. lib. 10.Lucas de Penna in l. fi. in fine.de locatio.prædior.ciuilium.lib. 11.

Donare & cõcedere differũt.

¶ Concessa & donata, Pompo. in lege 3. in fine. si libertus ingenuus esse dicatur. ff. ibi, item quod ex re eius acquisitum est,reddere debeant:an verò etiam quæ concessa,& donata à manumissoribus amplexi sunt:quod magis est. Eo in loco concessa intelliguntur quo ad administrationem, donata verò quo ad proprietatem. Alibi etiam concessa in feudum, vel in emphyteusim, seu in pignus, vel quando aliquod ius rei est translatum, sed non totum: donata autem,quando ius, & dominium translatum est, lege, cui ius est donandi,eidem & vendendi, & concedendi ius est.ff.de reg.iur.vbi glo.& docto. & hoc intelligi pro materia poterit.

Concessio quid, & an dominij translationẽ importet.

¶ Concessio ipse concedendi actus:vnde si præses, vel procurator reipub. permiserint in publico facere, Nerua scribit exceptionem locum non habere: quia etsi locorum publicorum, inquit, ei procuratio data est, concessio tamen data non est, Vlpia. in lege 3. §. plane.quod vi aut clam.ff.videte glo.Archi.& Ioan.Andre.in cap.fina.de vsur.in sexto.vbi dicunt hoc verbum generale esse, & accipi secundum naturam contractus, cui adiicitur:

vnde non importat dominij translationem, per legem, vxori.ff.de leg.3.§.fina.& legem fi. de donatio.& l.cui ius est.de regu.iur.ca.pastoralis. vbi Innocentius & Barba. de donatio. Iaſ.in lege 1.notab.1.de constitutio.Princip. nisi proferatur in contractu habili ad transferendum dominium, & sic secundum materiam,vt plene scribit Feli. in cap.cum venetabilis.col.2. de exceptio.

De clausula, cõcedo tibi vt possis omnia facere quæ ego possim, si interessem,quid importet.

¶ Vnde si concedatur, quod possis omnia facere, quæ ego possum, si interessem, hæc verba important generale mandatum,teste Bar.in d.l.creditor.§.Lucius.ff. manda. decisio. Neapol.q.305.in causa.& Alex. consil.28.in 6. vol. Nisi ex præcedentibus vel sequentibus declararetur, vel ex coniecturis aliis,quas notant docto.post glo. ff. si cert.pet. l.cum quid mutuum dederimus. vbi scribunt,an donata pecunia censeatur, si dicam, tolle pecuniam, nec aliud appositum sit. Felin. quoque scribit in d. cap. cum venerabilis. de exceptio. & Alex. in lege, si donatione.nu.17.C.de collatio.Gomes.in §.sic itaque.nu. 9. de actio. Inst. Sed lex sequens plura hic concedere non permittit: ad eam pertranseo.

CAIVS LIB. QVARTO AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX VIGESIMASECVNDA.

Plus est in restitutione,quam in exhibitione.Nam exhibere est præsentiam corporis præbere: restituere est etiam possessorem facere, fructúsque reddere. Pleraque præterea verbo restitutionis continentur.

Restituere & exhibere quid, & differentia, & quot modis capiantur, & phrases.

¶ Sententia huius legis est, plus significare & continere verbum restituere, quam exhibere.exhibere enim est præsentiam solum corporis præstare : restituere est illum, cui restituo, possessorem facere, & fructus, aliaque reddere : vt in text.alibi definitur exhibere,est facere in publico potestatem,vt ei qui agit experiundi sit copia,l.2.ff.ad exhibend.

Exhibere homi nem.

¶ Alio in loco dicitur exhibere, hoc est materiæ ipsius apprehendendæ copiam facere. Et tabulas testamenti exhibere quis debet,l.1.&3.§.exhiberi.ff.de tabul.exhibend.Et interdictum proponitur tuendæ libertatis causa, ne hominem liberum retineas, sed vt exhibeas,l.1.& per totum titul.ff.de liber.homi.exhibend.Exhibere enim est in publicum producere, & videndi, tangendique hominis facultatem præbere, & propriè extra secretum habere. Vlpia. in l.3.§.ait prætor. ff. de libero ho.exhibendo, & rubr.de liber.exhibend.ff. vbi interdictum proponitur ei, qui filium in sua potestate existentem, vel vxorem, exhiberi sibi vult: vt in l.1.& 2.ibi dicitur:declarat Specula.in tit. qui filij sint legit.vers.competit.& in titulo de conuersio.infidelium,vers.exhibitio.

¶ Item non competit hoc interdictum contra iudicem, sed contra priuatum, vt consuluit Alex.consi.133.circa,nu.10.in 6.vol. Et quando fiat exhibitio parti, vel iudici, docet Dominic.consil.98.saluatoris,&c.mihi videtur.

Exhibere pudicitiam.

¶ Secundò capitur etiam pro ostendere,vel præbere.Periniquum esse videtur, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet, id est non ostendit, nec præbet, non præ se fert,l.si vxor.§.si iudex.ff.de adulter,l.vlt.in fine,de proxenet. ibi, est enim proxenetarum modus,qui emptionibus,& venditionibus, commerciis, contractibus licitis, vtiles non adeo improbabili more se exhibent.lege,sed & reprobari.§.penult.ibi,vtilem seipsum tribuens,vel exhibens.ff.de excusat.tuto.leg.fina.vbi glos.C.de ædilitiis actio. & ista significatio est conformis præcedenti, vt vix separari ab ea valeat. nam qui ostendit, & exhibet, probat: ideo pro probare aliquando capitur.

Exhibere reũ.

¶ Tertiò exhibere reum, pro repræsentare reum,in lege,si quis reum. & per tot.titul. ff. de custod. & exhibitio.reor. Et exhibere personas:in crimine adulterij nulla danda dilatio est,nisi vt personæ exhibeantur, lege, in crimine. ff. de adul.l.non tantum. de iure fisci. Et his qui fugitiuos intra viginti dies, vel dominis reddidissent, vel apud magistratum exhibuissent,veniam in ante actum dedit.lege prima,ff.de seruis fugit.in princip.

Exhibere pro alere.

¶ Quartò significat alere,vt in lege 1.§.si pupillus.ibi,qui aliter se exhibere non poterat. ff.de tutel,& ratio.distrahend.lege,creditor.§. si inter, manda. ibi, onus exhibendæ vxoris, &c.lege penult. & vlt.de in rem verso.l.1.§.quid autem si ad instruendam, armandamve nauem,vel nautas exhibendos mutuatus est.ff.de exercito.actio.lege prima, in princip. ff. de off.præfect.vrb.lege,sed & si hereditas.§.plane.ad exhibendum.lege,patre.quę in fraud.credito.lege fina.de doli exceptio. Et non solum significat alere,sed & tractare; vt exhiberi is sine dedecore possit,l.Nesennius.in fine.ff. de nego. gest. ibi, pone patrem eius peregre obiisse;& matrem,dum in patriam reuertitur,tam filium quam filiam eius exhibuisse: iuncta lege,in eadem,ex quib.caus.maio.facit lex, quoniam. de testib. & lex,insulam. §. penul. soluto matrim. Inde exhibere familiam,in l.si patre.§.si domini,ff.de in rem verso. Exhibere seruos,in lege fina.ibidem.Exhibere parentes,& liberos,lege,si quis à liberis,in princ. & §. à milite,ff.de liber.agnosc.

¶ Quintò

Exhibere pro cedere.

¶ Quintò pro cedere exponit glo. in lege, si res obligata. in fine. de lega. primo, ibi, vt actiones sibi exhiberentur.quia antequam quis cedat,solet instrumenta obligatoria ostendere, quæ demum cedit.

Exhibere pro præstare.

¶ Sextò est præstare,vt exhibere reuerentiam,lege,apud.§.aduersus.ibi,semper enim reuerentia exhibenda est tam viuo, quam defuncto.de doli exceptio. ff. lege, si hac. §. sed si ius. de in ius vocan. Exhibere enim medicinam obstetrices videntur, l.prima, §.1.de variis & extraord. cognitio.l.si vt certo.§.nunc videndum.ff.commoda. vbi primo vtitur verbo præstatur, deinde exhibetur. Inde exhibendum cibum, & potum, & similia dicit Iurisconsult. in lege 1.§.æque.ff.de munerib.

Exhibere vicè patris.

¶ Septimò exhibere vicem patris,est paternè tractare, & fungi vice paterna.l.4. C.de defenso.ciuita.vbi sic scribitur, imprimis parentis vicem plebi exhibeat, descriptionibus rusticos,vrbanósque non patiaris affligi,&c.

Ministeriũ exhibere.

¶ Octauò exhibere ministerium, est seruire,l. libertus. in princip. ibi, nec ad rem pertinet,an operas patrono,vel ministerium capto luminibus exhibeat.ad municipal.l.semper. §.hæc idcirco.ibi,constituta sunt, vt necessariam operam publicis vtilitatibus exhiberent, id est præstarent. ff. de iure immunita.l.si non sortem.§.libertus. ibi, sed si operas patrono exhibuit.de condictio.indebiti.

¶ Nonò exhibere rationes,in l.boues.§.fina.infra eod.dicetur.

Exhibere fidẽ.

¶ Decimò exhibere fidem susceptam est seruare fidem, implere promissa & stare promissis.l.1.§.si Iulius.ff.de var.& extraord. cognitio. ibi, fidem susceptam exhibere paratus est.l.Paulus.§.patroni filius. ibi, ob merita tua, fidemque tuam, quam mihi semper exhibuisti.ff.de bonis liberto.vel possumus ibi interpretari,ob id quod mihi fidelis fuisti,vt vulgò dicimus. Et exhibere humanitatem,pro humanè se gerere erga alium,l.1.§.ait prætor. ff. de postulando, ibi, nec solum his personis hanc humanitatem prætor solet exhibere, verum, &c.

¶ Vndecimò exhibere,agere,& habere,l.1.C.de offi. præfecti Africæ, ibi, quas gratias,& quas laudes domino deo nostro Iesu Christo exhibere debeamus, nec mens nostra potest concipere,nec lingua proferre.iuncta l.quidam relegatus.ff.de reb.dub.

¶ Duodecimò exhibitio,id est ostensio, præsentatio,l.4.ibi, ante diem exhibitionis decesserit. ff. qui satisdare cogant. & aliquando pro degustatione,l.3.ff.de optio. legat.videte Roma.consil.475.quo ad primum.

An instrumentum productũ sit in actis relinquẽdum, & quid fernetur in practica.

¶ Et an instrumentum exhibitum & productum, sit in actis relinquendum, distinguit dom.Gemi.in consil.98.saluatoris nostri. Nos tamen in forensi iudicio ita vtimur, vt instrumentum productum in actis non relinqui soleat, sed retento (vt practici dicunt) regestro,id est retento exemplo,recuperatur originale, nisi de falso impugnetur: tunc enim etiam si redditum fuerit,est iterum producendum,l.fina.C.de fide instru. Alibi abundantius scribam: & de hac materia plene tradunt docto.toto titulo ff.& C.ad exhiben.

Exhibere & ad personas & res refertur.

¶ Annotandum est hoc verbum exhibere interdum referri ad personam,vt in rubr. de liber.exhib.& rub.de liber.ho.exhibendo. Aliquando verò ad res, vt in rubrica de tabul. exhibendis. Et res corporales exhiberi dicuntur,non incorporales,per istum tex.ibi, corporis, quia incorporales non possunt videri, nec tangi,rubr. de reb.corpor.in Instit. & l.1. §.incorporales.ff.de rer.diuisio.

Plus.phrases huius dictionis.

¶ Notate text. hos qui loquuntur de hac dictione plus. Primò bona dici proprie non possunt, quæ plus incommodi quam commodi habent, l. proprie. infra eod. vbi dicetur abunde, & phrases huius dictionis describentur. nam est peculiaris phrasis Iurisconsu.dicere, plus est, id est amplius est. verbum enim restituere includit exhibitionem & restitutionem:ideo plus est in restitutione,&c.

¶ *Præbere.* Vide quæ scripsi de hoc verbo in l.1. ff. de offic. præfec. vrbis, in meis no. interpre.vbi exposui pro præstare.

Declaratio totius titu. ad Trebellia. Fideicõmissarius possessorio agit ante restitutionem. Arestum.

¶ *Restituere*, ait Iurisconsult. hic, est etiam possessorem facere. hæc est mens Iurisconsu. vt restituere sit,non solum rem exhibere, sed etiam possessorem facere eum,cui res restitui debet. quod pertinet ad intellectum totius tituli ad Trebel. vbi rogatus restituere hereditatem, ad ista tenetur, & tunc demum restitutum dicitur, quando fecit possessorem eum, cui restitutio facta est,l.restituta.& in l.fideicommissaria.ff.ad Trebel. Licet in hoc Regno sine restitutione possessorio retinendæ agere fideicommissarius soleat, dicendo se possessorem ratione consuetudinis generalis Franciæ, qua mortuus saisit viuum: de qua infra dicemus.& sic censuit senatus Parisiensis anno 1548.die 4.Augusti contra heredes Ioannis *de Rochefort, D.de la Valette,* pro fideicommisso, vt alibi plenius scribo. De hoc verbo dicam in l.restituere.2.inf.eo.Scripsi in 3.tom.commenta.in const.Reg.artic.9.tract.de mater. possesso.de hac consuetudine, mortuus saisit viuum.

¶ *Etiam*, de hoc verbo scripsi in l.mulieris.supra eod.

¶ *Facere possessorem*, est transferre possessionem in eum, cui rem restituo, vt dilucidius

dicam

dicam in lege, verbum faciendi. infra eo. vbi phrases huius dictionis congeram multas.

Fructus an & quando quis teneatur restituere.

¶ *Fructusque reddere.* Et sic qui tenetur restituere rem, & fructus rei restituere debet, tum quod fructus sint rei pars, lege, fructus. ff. de rei vindica. tum etiam quia verbum restituo est plenum verbũ, continens fructus: vt hic, & l. quod si minor. §. restitutio. de minorib. ff. Nempe cum verbum restituas in lege inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum sit, tamen & fructus sunt restituendi. Paul. in lege, in condemnatione. §. primo. infra tit. seq. lege fina. §. non solum. quæ in fraud. creditor. Intelligite, quod quis tenetur restituere fructus ab eo tempore, quo tenetur restituere rem, si eam restituat: sed antequam rem teneatur restituere, non tenetur ad fructus rei, lege, si stipulatus. ibi, postea. ff. de vsur. lege 1. & l. ex diuerso. & lege, fructus. ff. de rei vindica. Absurdum enim est quem obligari prius ad fructus, quam ad rei restitutionem. lege, cum fundus. ff. si cert. pet. a vbi Decius.

Iudex quando ad expensas vel fructus nõ petitos cõdemnet.

¶ Aduertendum est tamen iudicem posse cõdemnare ad fructus non petitos, si bonum ei videatur: si tamen non condemnauerit, non potest pars appellare, arg. l. ædiles. §. sciendum. ff. de ædil. edicto, nempe non quicquid permittitur iudicis potestati, subiicitur eius necessitati, l. non quicquid. ff. de iudic. l. 1. C. quomod. & quando iudex. sic fuit decisum in parlamento Gratianopolitano, vt asserit Guido Papa in decis. 405. Scimpronius. quod est verum in fructibus lite pendente perceptis, secus in perceptis ante litem: alioqui stultus est iudex, qui vltra petita condemnat, l. fina. C. de fideicommiss. liberta. videte Soci. in l. fundum, in fin. ff. de except. & hodie iudex solet esse mutus in non petitis.

¶ Si autem pars fructus vel expensas petierit, & iudex ad illos non condẽnauerit, appellare tunc pars poterit, si illi fructus debebantur: quia in his iudex videtur absoluere, alioqui postea peti non poterunt: vel si senatus in illis petitis non condemnauerit, absoluit, vt fuit decisum Burdegalæ, referente Boerio in decision. suis, quæst. 18. ortum aliud. facit glo. singul. vbi addidi, in cap. fina. de rescrip.

Restitutis bonis à Principe an fructus percepti debeantur.

¶ Ex quo infertur, quod à Principe ad bona olim sua restitutus, non videtur ad fructus perceptos ante restitutionem restitutus, nec eos habebit, nisi à tempore concessionis, quia ante restitutionem non erant sua bona, ergo nec fructus. Sic intelligi debet text. in lege, videamus. §. in Fauiana. ff. de vsur. & licet ibi quis alienasset in fraudem creditorum, id tamen prætor agit, vt perinde sint omnia, atque si nihil alienatum esset. facit lex, in eodem natione. §. 1. ff. de regu. iur. & quod notat Bald. in rubrica C. de fructib. & litium expens. Quamuis Ias. in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fina. nu. 19. col. 6. & seq. ff. de iureiurand. & in l. fi. nu. 17. vers. perpetuo nota. de constitu. Principum. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 68. col. 13. de liber. & posthu. dicat contrariam opinionem in consulendo & iudicando tenendam: alioqui non fieret integra restitutio, nisi & fructus restituerentur; quod est verum, quando post concessionem ad bona petitur restitutio. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib.

¶ Sed vt dixi intelligite restitui fructus videlicet extantes, c. grauis. de restitutione spoliatorum: consumptos verò & perceptos bonæ fidei possessor lucratur pro cultura. §. si quis à non domino. Instit. de rer. diuisio. Igitur cum quis ex gratia restituatur ad ea bona, quibus fuerat priuatus propter delictum, & proprietate, & possessione, non restituentur eidem fructus percepti ante bonorum restitutionem, quia iure percepti fuerunt tunc, vt prædixi: alioqui auferrentur ab eo, qui iam est dominus illorum, & illos lucratus est: quod iniquum esset.

Intellectus ad authen. idẽ. C. de hæretic.

¶ Nec obstat authent. idem de Nestorianis. C. de hæretic. quia ibi loquitur secundum docto. ratione atrocitatis, & enormitatis criminis, vt aliquam pœnam etiam sentiat restitutus. Secus ergo in aliis criminibus: nam in hoc crimine hæresecos multa sunt specialia, quæ in aliis criminibus non procedunt, quæ alias cumulaui in interpretatione rubricæ de hæret. in 6. & inuenietis in interpreta. ea. primi de præscriptionib. Vel ibi loquitur de noua concessione, non in restitutione, vt tradit Chassan. in consuetud. Burgund. in rubrica *des iustices*. §. 5. glo. *s'il n'a grace*. cui non consentio, cum tex. vtatur verbo restituenda, nec est ibi aliqua concessio, nisi iuris. Quare dicerem mecum facere tex. illius authen. videlicet vt fructus rei non suæ non restituantur, antequam rei restitutio facta sit. Et licet loquatur in liberis, erit tamen ius commune in aliis, vt prædixi.

Impugnatur communis sententia, & noua traditur.

¶ Si verò is qui bona possidebat, illa non restituat facta à Principe indulgentia & restitutione, tunc venient fructus à die moræ incursæ post Principis restitutionem. & ita seruatur in forensi iudicio, quicquid iactent docto. in contrarium.

¶ Item non procedit in rebus acquisitis alicui, quas etiam non recuperat reus facta restitutione, quia non est verisimile, Principem tertio velle præiudicare, l. 2. §. merito. ff. ne quid in loco publico. l. intercidit. de conditionibus, & demonstrationibus. l. fin. C. de repud.

An restitutus bona cõfiscata alicui domino recuperet.

¶ Vnde si alicui Baroni bona fuerint confiscata, ea restitutus nõ recuperat, vt consuluit Anchara. consi. 161. viso diligenter. col. 2. Et maxime, quia in literis gratiæ hoc sic excipi solet in Regno Franciæ, *L'auons remis, & restitué, remettons, & restituons à ses bonne fame, & renommee,*

nommee, au pays, & ses biens, non confisquez. Ergo si fuerunt confiscata alicui dominorum, non vult ad ea restituere, vt etiam firmat Chassaneus in d. §. 5. in glos. *s'il n'a grace*. num. 142. post Bal. in fine principij rubricę, hîc finitur lex, &c. in feudis. vt plenè scripsi in rubr. de gratiis & indulgentiis, in ordin. Reg. & ita iudicauit Senatus anno 1311. in mense Iunio pro D. Mambusson, vt in lib. viridi continetur, fol. 129. Etiam si solum ius esset acquisitum spe, & non re, cap. quamuis. de rescript. in 6. Aret. consil. 7. col. vlt. Quia prędicta gratia seu restitutio interpretari debet sine prędiudicio alterius, cap. ex tuarum. de author. & vsu pallij. Et ob id si alteri Baroni essent bona sic acquisita, licet ea non accepisset, tamen ad ea non censetur restitutus delinquens. Et ideo fuit denegata restitutio feudi post acquisitionem domino factam, per arestum huius Senatus contra Gerardum de Longuamena, anno 1530. etiam pro magistro Ioanne Bertou docto. in medicina, fuit pronuntiatum contra Sanguin Preuost, qui impetrauerat literas à Rege, quibus concedebatur, vt non obstante feudi denegatione, & vt Gallice dicimus, *le desaueu du fief*, quod posset retinere feudum, & illa inficiatio feudi eidem non noceret: sed cum suis literis fuit exclusus.

Arestum.

Arestum de feudo acquisito domino. Arestum.

¶ Hoc tamen dicunt non procedere, quando ius esset alteri acquisitum ex legis dispositione tantum, vel ex ipsa sententia, sine nouo hominis facto, vt in l. 1. §. fina. ff. de bono. possess. contra tabulas. l. siue libertus. de iure patro. gl. & docto. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu.

Restitutio mĩorum fauorabilior quã alia.

¶ Hæc regula perdit officium suum in restitutione, quæ conceditur per viam iustitiæ, vt est illa, quæ datur minoribus, & illis de quibus agitur in rubr. ff. ex quib. caus. maior. nam etiam ad ius alteri quæsitũ trahitur, l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. quia hęc restitutio tanquam debita dicitur fauorabilior, quam alia restitutio gratiæ non debita. Bar. in l. cum quis. §. si quis pro reo. ff. de solutio. Nellus in tractatu bannitorum in 1. parte tertij temporis quæstione 11. Curt. in consil. 50. memoria. num. 427. Et ideo patronus restitutus commodũ edicti de in ius vocando sine venia saluũ habebit. l. sed si hac. §. qui manumittitur. de in ius vocando. ff. dixi abunde in meis interpreta. ad illum titulũ, ibi videri poterit.

Restitutio ob publicam vtilitatẽ ampliorem.

¶ Secundò non procedit, quando restitutio fieret propter vtilitatem publicam, vt quando rebelles restituuntur causa pacis habendæ: tunc etiam bona alienata habebunt, ca. 1. & ibi Panor. notab. 1. de parochiis. Bal. in titu. de pace Constantiæ, in verbo priuilegia, & hoc quando fieret restitutio ad ea, quæ olim restitutus habebat: tamen illa quæ nunquã habuit restitutus, non habebit, per d. l. intercidit. de conditio. & demonst. ff. faciunt ea quæ dixi in interpre. l. vnicæ, nu. 43. C. de senten. quæ pro eo quod interest. in præfatio. quia id quod in cõmune vtile est, ampliari solet, l. si quis. §. vtrum. ff. de senatusco. Silan. Et sic testamentũ factum tempore inhabilitatis conualescet per restitutionẽ, teste Bald. consi. 243. quidã nobilis. in 1. vol. Super hoc scribit Aegidius de bella Mera decisio. 743. cõclusio. & decisio. seq.

Testamentum tempore inhabilitatis factũ per restitutionẽ conualescit.

¶ Tertiò limitatur, si in restitutione esset clausula valde prægnans, videlicet restituo te ad omnia & quęcunque bona, quę habebas ante confiscationem, vel in restitutione poneretur, quod nihil possit obiici de confiscatione bonorum, imò nihil amittere te volumus prętextu dicti delicti, cum inde secutis: tunc ad bona etiam alienata per fiscum fiet restitutio, vt docet Cardina. & Imol. in c. quia diligentia. de electio. Feli. in c. inter quatuor. de maiorita. & obedient. & dicit Alexan. in d. §. & quid si tantum. hanc clausulam esse pro amico. idem consuluit Barbat. consil. 55. clementissimum. col. 13. in 4. vol. & Curt. senior consil. 50. nu. 427. Anchar. in c. 1. in fine. de successio. ab intestato: & tunc emptor illorum bonorum poterit à fisco pretium recuperare, ex quo ab illo emit, l. 1. & 2. C. de quadrien. prescriptio. facit glo. in l. si locus. ff. quemad. seruit. amittant. l. mulier in opus. de captiuis. Ioan. de Monteferrato in repetit. d. §. & quid si tantum. col. 39. & hoc quantum ad fiscum, sed non quo ad tertium, cui præiudicium fieri non debet, c. quamuis. de rescrip. lib. 6.

Clausula pro amico in restitutione ponenda.

¶ Et Princeps restituendo condemnatum ad ipsa bona, & ad se defendendum intra annum à iure concessum, videtur reuocare donationem iam factam de illis bonis, vt asserit Boer. iudicatum Burdegalę in decis. 65. sed aliud. quod est notandum: quia istę clausulę in huiusmodi gratiis & restitutionibus inseri solent in Francia.

Arestum.

¶ Quartò restitutio non extenditur ad sedem, seu locum pristinum: ideo doctor restitutus non recuperat sedem primam, vel secundam, in qua erat, sed vltimus veniet, l. 2. §. restitutus. ff. de decurio. vbi dicit Bar. illam legem fuisse obseruatam tempore Romei de Pepulis, in collegio doctorũ Bononiensium. nam multi doctores fuerunt expulsi à ciuitate, postea à legato fuerunt restituti: tamen non recuperarunt pristinum locum, nec alia accessoria.

Doctor restitutus non recuperat suam sedẽ.

¶ Quod non procedit, quando quis esset restitutus ciuitati, & collegio: secus si simpliciter esset restitutus, vel ad ciuitatem tantum, tunc non haberet eundem locum in collegio. ita probatur in d. l. 2. & Fortunius in d. §. & quid si tantum. numero 220. & solet in literis restitutionis scribi, *Les restitutions, &c. au pays & à ses biens*: non autem fit mentio de sede, nisi specialiter quis faciat describere. Tamen vidi in hac Parisiensi ciuitate restitutum ad suum pristinum locum redisse: & hoc iure vtimur, nisi alteri esset collatus, tunc illum

locum alteri collatum, vel cathedram, reſtitutus non recuperaret, vt tradit Lucas de Penna in l.1. C. de his qui in exilium dati. col.2. lib.10.

Teſtamentum ruptum non reintegratur per reſtitutionem.

¶ Quintò non extenditur ad teſtamenta mortuorum, quia deficit vnum extremum habile: vnde ſi heres inſtitutus fuit deportatus, & ſic teſtamentum fuit irritum, lege, ſiquis filio. ff. de iniuſt. rupto & irrito teſt. poſtea reſtituatur, non reſtituetur ad iam ruptum teſtamentum. Anchara. conſil. 161. viſo diligenter. quæſt. 2. facit quod notat Bald. conſi. 243. quidam nobilis. in primo vol. Et an poſsit quis reſtitui ad bona alienata clericis, videte per Matthę. de Affli&is in deciſ. Neapolita. q. 361. monaſterium.

Ante ſcientiã etiam reſtitutio prodeſt.

¶ Sextò beneficium reſtitutionis relegati ſeu deportati à Principe conceſſum acquiritur etiam ignoranti: vnde ſi amicus deportati impetrauerit reſtitutionem, & antequam deportatus ſciuerit, aliquem actum fecerit, forte teſtamentum, valebit, licet neſciret ſe reſtitutum. tex. & ibi Paul. & Soci. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubiis. Alex. conſil. 146. in cauſa. in 5. vol. glo. & Bar. in l. fina. C. de ſententiam paſsis.

De condẽnatis & reſtitutis ad libertatem, an ad debita teneantur.

¶ Septimò ſi quiſquam fuerit pœnæ ſeruus effectus, & indulgentia Principis conſequatur libertatem, non idcirco dicitur rediiſſe in obligationem creditorum, l. ſeruus. ff. de actio. & obliga. quod ſecus eſſet ſi ad bona etiam reſtitutus eſſet, vt prædictum eſt. quod facit pro condemnatis ad remos trahendos, & poſtea reſtitutis, vt ſi ad bona non reſtituantur, ad debita & credita non videantur reſtituti. quod probat l. Princeps bona. ſupra, ſumendo à contrario.

Literæ gratiæ coram quibus verificentur. Areſtum.

¶ Octauò iſtæ literæ remiſsionis, ſeu gratiæ non verificantur nec comprobantur niſi coram iudicibus Regiis, vt Senatus cenſuit anno 1416. in menſe Iulij, contra bailiuum ſancti Dionyſij. Alia dicam in ordinatio. Regiis in rubr. *des graces, pardons & remiſsions.*

Reſtitutio non porrigitur ad aliud delictũ.

¶ Poſtremò reſtitutio non porrigitur ad aliam rebellionem, vel delictum: vnde ſi dux vel capitaneus cum ſuis fuerit reſtitutus, & inter illos erat vnus, qui alias fuerat rebellis, forte transfuga, eundo ad hoſtes Regis, ad hoc non videtur reſtitutus, nec remiſſa iſta rebellio: ſed illa tantum, quam fecit cum iſto duce: nec de alia videtur Rex etiam per verba generalia cogitaſſe: ideo ad incogitata hæc remiſsio non extenditur, l. qui cum tutoribus. §.1. ff. de tranſactionib. l. mater. de inoff. teſtamento. Nam impetrans abolitionem delicti ſecundi à Principe, ſi non faciat in ea mentionem primi homicidij commiſsi, illa gratia non iuuatur, vt belle docet Bal. in l. 3. C. de epiſco. audient. & Barba. in cap. ſuper literis. de reſcript. vbi gratiam factam pro ſecundo homicidio non prodeſſe dicit, niſi impetrans mentionem fecerit de primo: refert & ſequitur Iaſ. in l. nec damnoſa. C. de precib. Impera. offerend. col.2. & vidi multos cum ſua gratia ſuſpenſos.

Gratia ſecundi homicidij debet facere mentionem primi.

¶ Et inſpicienda eſt cauſa impulſiua conceſsionis: nam conceſſa extitit remiſsio generalis cauſa pacis faciendæ inter Principes, non obſtante hac rebellione: ergo de alia non cogitauerunt.

¶ Item quando ſunt duæ excommunicationes, vna abſolutio non ſufficit, quando omnes cauſæ in ea non exponuntur, cap. cum pro cauſa. de electio. Bar. & alij in lege, de pupillo. §. ſi pluribus. col.1. ff. de oper. noui nuntiatio. & ita iudicauit Senatus Pariſienſ. anno 1537. menſe Octobri.

Areſtum.

¶ *Pleraque præterea verbo reſtitutionis continentur.* Sed quæ ſunt illa? Reſponde quę ſcripta ſunt in l. fin. infra eo. vbi ſic dicitur, reſtituit non tantum qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem conditionemque reddita cauſa præſtat.

¶ Et reſtituere is videtur, qui reſtituit id, quod habiturus eſſet actor, ſi controuerſia ei facta non eſſet, l. reſtituere. infra eo. vbi forte alia dicentur: & quot modis capiatur verbum reſtituo, in l. reſtituere. 2. infra eo. ſcribam.

Reſtitutio reſpicit poſſeſſorium & peritorium.

¶ Notandum eſt, verbum reſtituere reſpicere etiam petitorium, vt exiſtimat Federic. conſil. 283. conſilium. & Alexand. conſil. 43. viſis. in princip. & docto. conſil. 655. viſo. col.2. vnde ſi iudex datus fuerit vt cognoſcat ſuper talis domus reſtitutione, poterit etiam de peritorio cognoſcere per prędicta: niſi laico cõmitteretur ſuper reſtitutione beneficij: nam quia ad peritorium eſt inhabilis, de eo non cognoſcet. gl. in clemen. diſpendioſa. de iudic.

Reſtituitur quis, vt agat.

¶ Interdum quis reſtituitur, vt agat, l.2. ff. de exceptio. rei iudica. & ad actionem, l. ſi plures. in princip. de fideiuſſorib. de his in tracta. meo de reſtitu. & releuamentis in 2. tomo conſtitut. Regia. in commentar. dixi.

Plena reſtitutio & gratia à Rege conceſſa quid operetur.

¶ Inſuper quid operetur ſi Princeps concedat plenam reſtitutionẽ, vel plenam gratiam? Tunc & remiſsionem pœnę, & bona videtur concedere, teſte Iaſ. in l. poſthumo. col. vlt. C. de bon. poſſeſſ. contra tabul. faciunt notata per Panor. & alios in ca. conqueſtus. de foro compet. quia illud nomen plenum auget gratiam, vt abunde dicam in l. Herennius, inf. eo.

Pleraque, plerique, pleriũque

¶ *Pleraque*, id eſt plura, l. ſi in emptione. in princip. ff. de contrahenda emptio. ibi, pleraſque enim res emimus, &c. Plerique, id eſt plures, multi, l. plerique putauerunt. ff. de in ius vocan. l. ſi quis duas. §. ſi quis. in fine. ibi, vt plerique faciunt. communia prędior. l. qui ſolla. de ſeruitut. ruſtico. prędior. & quot ſignificentur, pro materia cognoſcitur, & in arbitrio iudicis reſidet, ſicut de verbo multis, in l. ſciendum. infra eod. poſt gloſ. & doct. in l. prima,

prima, ff. de legatis primo.

¶ Plerunque autem quid ſignificet, ſcripſi in l. interdum. infra eo. vbi alia.

Præterea.

¶ *Præterea*, id eſt præter & vltra ſupradicta: plura alia continentur verbo reſtitutionis: hoc vult dicere tex. De hoc verbo præterea eſt tex. in lege, inter illam. in fine, infra eo. lege, præterea. ff. de rei vindicatio. lege, præterea. ſi quis omiſſa cauſ. teſta. & aliis multis legibus.

Præter.

¶ Præter, verò includit, quando ſequitur orationem negatiuam, ſed poſt affirmationem excludit, gloſ. in cap. Ebron. 13. quæſt. 2. Bald. in cap. dudum. ſecundo, de election. Vel ponitur excluſiue, quando ponitur inter res ſeparatas, quarum vna aliam comprehendit, vt inter genus & ſpeciem, alias contra, l. Seio. §. vxori. vbi Bar. ff. de annuis lega. & in l. prima, in fine. ff. de pigno. actio. gl. in §. quod ſi aliter. §. ſicut. in verbo præterea. de electio. in pragma. & in titul. de his qui in miſſa non complent credo. Roma. conſil. 328. præſens conſultatio. Collecta. in cap. tua. col.2. de deci. de Ripa in cap. cum M. 13. notab. de conſtitutio. Barba. in cle. vnica. col.1. de ſumma trinita. Limitat Iacobi. in l. ſi cum. §. qui iniuriarum. col. vlt. ff. ſi quis cautio. quando abſonus reſultaret intellectus: vt ſi ſtatuto cautum ſit, vſurarium non poſſe pro libra capere præter duos denarios, nil capere poterit. glo. ſing. in verb. facere. cle. vnic. de vſur. vbi addidi. Præter vel contra quando fieri dicatur, videte in l. non dubium. C. de legi. per Feli. in cap. cauſam. col.1. de re iud.

Præter vel contra quãdo fieri dicatur.

VLP. LIB. DECIMOQVARTO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMATERTIA.

Rei appellatione & cauſæ & iura continentur.

Rei appellatione quæ veniãt.

¶ Suprà dictum eſt in l. rei appellatio. eod. tit. rei appellationem generalem eſſe, & plus continere, quam pecuniæ nomen: nunc Iuriſconſultus fuſius rei nomen proſequitur, dicens, rei appellatione & cauſas, & iura contineri: quod vtile eſt. Nam ſi quis rem teneatur reſtituere, non liberatur eam reſtituendo, niſi & cauſam rei reſtituat, id eſt omne habeat petitor, quod habiturus fuiſſet, ſi eo tempore quo iudicium acceptum eſt, reſtituta res illi fuiſſet, l. præterea. de rei vindicatione. ff. l. cum fundus. in princip. ſi cert. peta. Et ideo ſi poſt litem conteſtatam mancipia, vel iumenta depererint, aut pecora, damnari poſſeſſor debebit, quia potuiſſet petitor reſtituta hereditate, vel re, ea diſtraxiſſe, l. illud. ff. de petitio. hered.

¶ Etiam ſi hominem quis reſtituere tenebatur, reſtituet eum cum omni cauſa: ideo & partus veniet in reſtitutionem, & partuum fructus: vſque adeo hæ cauſæ veniunt, vt ſi per eum ſeruum poſſeſſor acquiſierit legis Aquiliæ actionem, reſtituere cogendus ſit, l. Iulianus. in 1. §. 1. de rei vindica. ff. & l. ſi de poſſeſsione. C. vnde vi.

Cauſa rei quæ ſit.

¶ Et cauſa dicitur partus, & partuum partus, & fructus fructuum. gl. ſolennis in l. ſed & partus. ff. quod met. cauſ. quam notat Feli. in cap. inter dilectos. col.2. de fide inſtru. & Iaſ. in d. l. cum fundus. in fine principij: hoc etiam pulchre declarat text. in l. quæſitum. §. fina. de leg.1. & l. quæſitum. §. ſi ſeruitute. de preca. l. pecuniam. in fine. ibi, ſed cum ſua cauſa, id eſt vt ratio habeatur quanti tua interfuerit pecuniam eo loco, quo conuenerit, dari. ff. de compenſa. l. domum. C. de rei vindica. & aliis quæ in prima ſignificatione adducentur.

Rei appellatione iura continentur.

¶ Item rei appellatione iura rei continentur, vtpote ſeruitutes: nam ſeruitus rei debita dicitur ius rei, l. prætor. §. eſt præterea. ff. de bo. autho. iudic. poſsid. l.2. de preca. l. non ſolum. §. ad iura. de alie. iudic. mutand. cauſ. facta. ff. l. quid aliud. & l. ſi fundum. & l. pecuniæ nomine. infra eod. Quare ob rem ſeruitus debetur, & ſine re eſſe non poteſt, l.1. ff. commu. prædio. l. iura. quemad. ſeruitu. amit. Ideo qui reſtituit rem amiſſa ſeruitute, quæ domui debebatur, non dicitur rem reſtituiſſe, quia iura rei non reſtituit: & qui rem reſtituere tenetur, & cauſam rei, & iura reſtituere adſtringitur, cum iſta rei appellatione contineantur per hunc text.

Cauſa quæ ſit hîc.

¶ Et dico cauſam, id eſt omnia, quæ cauſa rei veniunt, & eius cauſa dominus habere potuiſſet, & iura etiam ratione rei prouenientia: vnde vi deiectus quicquid damni ſenſerit, recuperare debet. priſtina enim cauſa ei reſtitui debet, quam habiturus fuiſſet, ſi non eſſet vi deiectus. Vlpia. in l.1. §. qui autem vi. & §. priſtina. de vi & vi armata. ff. & in §. non ſolum. ibidem dicitur, Viuianum referre, in hoc interdicto omnia quæcunque habiturus, vel aſſecuturus is erat, qui vi deiectus eſt, ſi vi deiectus non eſſet, reſtituenda.

Glo. intellectus ad tex. reiicitur.

¶ Glo. intelligit hunc tex. in libello concepto in omnibus rebus, vt & corporalia & incorporalia intelligantur. §.1. Inſt. de reb. corpo. & incorpó. quod verũ putat Bar. in libello ſupplicatorio, in quo ſupplico Principi iudicem mihi dari ſuper omnibus rebus, quas coram eo petiturus ſum: ſed in libello conuentionali non habet locum, quia fatuus eſſet reus, qui talem libellum reciperet. Nam generalis libellus reiicitur, niſi in petitione hereditatis, tutelæ, & aliis ſimilibus, l.1. & ibi glo. & docto. ff. de edendo. Ideo ſi petam rem,

non dico venire seruitutem debitam,secundum gl.in l.fundum.supr.de exceptio. Et hoc si actione personali actum fuerit,dicit Bar:secus si reali, lege,via. §.fundus. de seruitutibus rusticorum prædiorum.ff.

¶ Et quando dubium esset,an veniat seruitus, tunc non venit, vt dicit Alberic.& ita intelligitur d.l.fundum. Sed hic non agitur de petitione in iudicio magis quam de supplicatione,sed generaliter loquitur iste tex:quod si res mihi restitui debeat, etiam ius rei mihi restituetur. Et idem in causa, vt res cum sua causa restitui debeat, & sic generaliter non specialiter intelligitur, vt glo. dicit, quo ad interruptionem, quæ petita vna re in aliis fit, l. fina.C. de annali exceptio.

¶ Dicite tamen hæc generaliter intelligi debere:vt si dono talem rem, videor donare & ius rei, & causam quæ proueniet ex illa re post donationem:vel si hodie tenebar restituere rem, puta vineam, quam postea per annum detineo, si deinde, post annum scilicet, volo eam restituere,non sufficiet solam,sed oportet & fructus,& alia emolumenta rei restituere. & sic intelligetur tex. nam hi tex. huius tituli & sequentis generales sunt, nec debent ad vnum casum restringi, sed ad omnes, quibus conueniunt,adaptari.

Causa multis modis sumitur.

¶ *Causæ*. Notandum est hoc nomen causæ multis modis in iure nostro sumi. Et eius significationes separare difficile est, quia multoties significationibus duabus conuenire potest. Sed vos sequentes æqui bonique consulite, tum propter amplitudinem, tum propter vtilitatem. nam multi textus declarantur ex huius dictionis intellectu, vt inferius constabit.

Causa pro accessione & augmento.

¶ Primò hic accipitur causa pro accessione & augmento: & ita sumitur in rub. ff. de vsur.& fructibus,& causis.& in rub.C.de partu pignor.& omni causa.& l.ait prætor.§.per hanc actionem res restitui debet, cum sua scilicet causa,& fructus, nō tantum qui percepti sunt, verum etiam qui percipi potuerunt. ff. quæ in fraud.cred. l. qui restituere.ibi,vt si fuctuum duntaxat,omnisque causæ nomine condemnatio fiat. ff. de rei vindicatio. l. quæsitum.§.plane.de precar.Et in eadem causa restituas,lege,illud. in fine. ff. quod met.causa.l. fructuario.si vsusfructus peta.l.& post litem.§.primo,familiæ erciscund. Alia iura superius proxime adduxi.

Causa pro quæstione.

¶ Secundò pro quæstione & lite, quam Cicero in topicis vocat, rem positam in disceptatione & cōtrouersia:& hoc probatur in rub.C.vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.iuncta l.2. & vlt. vbi quod in rubr. dicitur quæstio, in illis duabus legibus dicitur causa.& in l.causas.C.de transactio.& l.vnica,de sentent.aduers. fiscum latis.lib. 10. C.& in l.si ante.ff.iudica.sol.& in l.1.ibi,inaudita causa.de requir. reis.

Causæ pecuniariæ quid.

¶ Inde pecuniariæ causæ,quæ non sunt criminales,sed ciuiles,l.fin.de feriis.ibi,pecuniariis causis. quamuis glos. eo loco aliter exponat. facit l. 1. vers. nam quoniam.quæ sententiæ sine appell. rescindant. & ita capitur in rubr. de liberali causa. & rubr. an per alium cause appellatio. reddi possint. & in rubr. apud eum à quo appellatur,aliam causam agere compellendum: & in titulo de causa posse.& proprie.secundum Lanfranc.& alios interpretes ibidem: & sic etiam sumi potest in rub.vbi causa status agi debeat.iuncta l.3. vlt. & penult. ibidem,vbi dicitur quæstio.& in rubr. in quib. caus. militantes fori præscrip. vti poss. & in rubr.seq.vbi causæ fiscal.iuncta l.1.cum seq.& in rubr.vt causæ post puber.adsit tutor.& in rubr. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouoca. C.& eodem fere modo vtuntur Iurisconsulti causis ciuilibus,& pecuniariis,& sic accipiunt.

De causa posse. pro quæstione & lite.

Causa criminalis.

¶ Hinc etiam causa dicitur criminalis, quando agitur de crimine,vt in l.2.& l. criminales.C.vt intra certum tempus crimina.quæst.terminet.l.properandum.in princip.C.de iudiciis,& ibi docto.in rubr.& in rubr.de iudic.extra.

Causa ciuilis.

¶ Ciuilis autem causa dicitur, quando de crimine non agitur, sed de rebus: vel si de crimine agatur,non agitur ad criminis pœnam, sed ad id quod partis interest. & sic intelligitur tit. quando ciuilis actio crimi. præiud.& ordinatio Regia art.9.& seq. vbi dixi in commenta. ad titulum de contuma. in 3.tom.consti.Reg. Et in quibus differant causæ ciuiles & criminales, tradit Hippolyt.in §.expedita.nu.62.cum seq.in sua pract.crimi.

Causa vnde dicatur.

¶ Vnde dicit Isidorus relatus in cap. forus. de verbo. significa. causam dici à casu, quo venit. est enim materia & origo negotij nedum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est,dum discutitur iudicium,dum finitur iustitia.

Causidici officium laudabile

¶ Hinc causidicus causas agens, aduocatus,l.quisquis. C. de postul. cuius officium est laudabile, vitæque hominum necessarium, & maxime Ptincipalibus præmiis oportet remunerari,l.laudabile.C.de aduoca.diuerso.iudic.& non minus prouident humano generi,quam si patriam,parentesque præliis,atque vulneribus saluarent,lege,aduocati.C. de aduoca.diuerso. iudicio. licet apud sciolos praxim ignorantes paruo sint in pretio atque honore: neque enim dulcedinem officij gustarunt. dicam tamen de his in constitutionibus Regiis alia.

¶ Quidam

Vnde causa dicta.

¶ Quidam putant dici causam à Græco καῦσις, quod combustionem & ardorem significat, cum causa sit qua accendimur, atque inflammamur ad agendum. Inde καυτήριον instrumentum,quo putridæ carnes aduruntur, Latinis cauterium, chirurgis instrumentum notorium. Alij à chaos causam deducunt remota aspiratione,quòd confusa illa materies & rudis omnium rerum principium fuisse traditur, vt nunc causa est:quod parum probo. Alij à cauendo:quæ omnia grammaticis relinquo.

Causa pro re.

¶ Tertiò causa pro re, vt ex causa peculij res comparata est, l. iusto. §. si cum apud.ff.de vsucapio. iuncta l. ait prætor.§.ij plane. ex quibus causis maiores.& l. 2. §.si seruus.de vsucapio.pro empto.vbi quod in vna lege dixit causam, in alia rem.Idem accipitur in rub.C. si in communi eademque causa in integr.restit.postul.& in rubr.ne quis in sua causa iudic. iuncta l. vna. ibi, in re enim propria iniquum admodum est alicui tribuere licentiam sententiæ. Inde causa efficiens,vt per Aristotel.

Causa pro actione vel obligatione.

¶ Quartò pro actione,glos.in §.1. Instit. de actio. facit text.in l.creditores.iuncta l.si cui. vers.quod si ex peculiari causa.supra eo.vbi quod dixerat creditorem & debitorem esse ex quacunque actione, postea dicit ex peculiari causa. & in rubr. si ex noxal. causa aga. vbi docto.sic exponunt.videte tamen in l.1.ibid.& iudicate,quia causa & actio differunt,vt habetur in d.§.1.

Causa pro vtilitate, vel propter.

¶ Quintò pro vtilitate,l.1.§.plenius enim causam bonorum hîc accipimus pro vtilitate. ff.si quis testa. liber esse iuss. fuer.l.si quis ita. §.1.de statuliber. ibi, nam per omnia causę statuliberi applicatur.l.item veniunt. in princip.de petitio. hered. vbi si rem causa hereditatis quis emat, id est pro hereditate, vel ad vtilitatem hereditatis, sed si sui causa,id est ad suam vtilitatem,vel propter se.d.l.item veniunt.§.denique.

¶ Et causa reipub.absens,in rubr.de vxor.militum,& eor.qui reipub.causa absunt.iuncta l.1.ff.ex quibus caus. maior. & rubr. si tutor vel curat. reipub. causa abfuerit: vel potest exponi causa, id est ratione vel nomine reipublicę.

Causa pro specie.

¶ Sextò pro specie exponit Hostiensis in cap.cum dilecti.col.3.de accusa.per l.qui cum. §.fina.ff. de transact. ibi, de aliis causis cum aduersario pacto transegit. vel potest accipi ibi de aliis causis,id est quæstionibus, rebus factis, quam de querela. nam ignorabat illam sibi competere.facit l.si ex plagis.§.in cliuo.ff.ad legem Aquil.ibi,ius est in causa positum,id est in facti specie. & in l. in executione. in princip. ff. de verbo. obliga. vbi causa ponitur pro specie & casu: quia postea exponitur in versic. prima species. & in l. lex Cornelia. §. sed patri. ibi, in lege Cornelia filiusfamilias agere potest ex omni causa. ff. de iniuriis. id est ex omni casu, & facti specie. Sic accipitur in rubr.de feriis & dilatio.& diuers.tempor. earum, & ex quib.causis feriæ non impediuntur:iuncta l.2.ibidem,vt inferius plenius dicam.

Causa pro materia.

¶ Septimò pro materia:inde ex eadem causa proposita est doli exceptio,ex qua de dolo actio.l.2.in princip.ff.de doli exceptio.

¶ Vnde cum nulla subest causa, ex promissione non oritur actio. l. iurisgentium. §.sed cum nulla. ff. de pact. vbi scripsi. Nec potest petere quis id, quod sibi promissum est sine causa,d.l.2.§.circa.quam Gallice *occasion* vocamus.l.si stipulatus esses à me sine causa. ff. de fideiuss.licet gl.aliter ibi exponat. & inferius dicetur differētia inter causam & occasionem.

Causa pro casu, facto vel modo.

¶ Octauò pro casu,facto,siue modo,d.l.2.§.1.ff.de doli exceptio.ibi,videamus in quibus causis locum habeat exceptio.& in d.§.circa.in princi.ibid.& in rub. C. de naturalib.liber. & ex quib.caus.iusti efficiant.& in tit.in quib.casib.tutor vel cura.habenti tut.vel curat.dari potest. C.iuncta l.pen.ibid.vbi in rub.scribitur casibus,& in l. pen.causis.& in rub. quib.ex cauſ.ſerui pro præmio liberta.accipiunt.& in titulo,in quib.caus. cessat longi tempo. præscriptio,& in rubr.in quib.caus.colo.censiti dominos accusa.possunt.lib.11.& §.alio. versic. sed quia. Instit. quib. mod. testa. infir. licet gl.ibi exponat pro differentia:quod in princip. vocat modum,postea casum, demum causam appellat.l. prætor edixit. §.1. ibi, ex quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos quominus priuato agamus.ff.de iniuriis.l.si quis.§.quæsitum. ff. si quis cautio. ibi,specialiter causæ exceptionum expressæ sunt.& in titulo, in quib. caus.in integr. restitutio non est necessar. & quib. ex caus.maior.& in quib.caus.pignus vel hypoth.tacite contrahi.C.& quib.modis pignus vel hypoth.soluit.& quib.mod.vsusfru.amittatur.quod vna rub. dicit causis,alia modis,& in rub.quib.ex caus.in possessio.eat.& l. cognitionum numerus ex variis causis descendit. de variis & extraord.cognitio.& l. 1. §. quod autem. ff. de offic. præfec. vrb. & multa vobis allego iura,vt multa sic intelligantur,vt quando ea videbitis,in eis non dubitetis.

Causa pro conditione.

¶ Nonò causa pro conditione dicitur, vt in eadem causa, id est in eadem conditione, l. qui autem. §. primo, quæ in fraud. credit. ff. vbi initio dicit in eadem conditione, deinde in eadem causa. Et fideiussor non potest in duriorem causam obligari, lege, hi qui. ff. de fideiussorib. & in lege, fideiussor obligari. §. primo, ibidem. vbi dicit duriorem conditionem fideiussoris fieri non posse: & sic causa pro conditione capitur, & in lege, si à reo. in princip. ff. de fideiusso. & lege, non solet deterior conditio eorum fieri, qui litem

conteſtati ſunt.ff. de regul.iur. & in lege,aliam cauſam eſſe nouationis dicit, & deteriorem cauſam. de nouatio. gloſ. etiam in l. cum quærebatur. ff. iudica. fol.exponit:videte tamen & iudicate. Et in re pari potiorem eſſe cauſam prohibentis conſtat, l. Sabinus. ff. commu. diuidundo,& ff.ſi ex noxal.cauſa agat.vbi in l.1.exponitur.

Cauſa pro iure. ¶ Decimò pro iure : vt creditor conſentiens venditioni rei ſibi obligatæ, ius ſuum remittere videtur,niſi ſalua cauſa pignoris conſenſerit,id eſt ſaluo iure pignoris,l.ſi debitor. §.1.ff.quib.mod.pig. vel hypoth. ſoluit.

Cauſa pro contractu. ¶ Vndecimò cauſam pro contractu exponit text.in l.1. §. debitum ex quacunque cauſa poteſt conſtitui, id eſt ex quocunque contractu. ff. de conſt. pecu. & glo. in l. 1. ff. ſolut. matr. & in l.quod in heredem. §. eligere. de tributo. actio. & in l.certi condictio. ff. ſi cert. peta. quod in princip. dixit,ex omni cauſa,deinde ex omni contractu.

Cauſa pro ratione. ¶ Duodecimò cauſa pro ratione capitur:vt teſtis cauſam ſui teſtimonij dicere teneatur,c. cum cauſam. de teſtib. alias teſtimonium non valet, l. ſolam. C. de teſtib. & vtilitatis cauſa receptum eſt,id eſt ratione vtilitatis,l.1.§. per ſeruum. 1. ff. de acq. poſſe. & in ius vocare eſt ius experiundi cauſa vocare, l.1. ff. de in ius vocan. & cauſa naturalis inhibet repetitionem,l.3.in fine,quod quiſque iur.l.naturaliter.de condictio.indeb.

Cauſa & ratio differunt. ¶ Licet ſit inter cauſam & rationem differentia, quia ratio eſt gerendorum ordo ex cauſa venientium: vnde cauſa ſine ratione eſſe poteſt,c.1. de ſponſal.ſed ratio non ſine cauſa,teſte Ioan.Mona.in ca.fi. de iura.calum. lib.6.plura congerit Soci.in repetitione cap.ad audientiam.art.2.verſic.aſſumo nunc.&c. de homicid. facit lex prima, ff. ſoluto matrimo. vbi gloſ. multas huius dictionis cauſa expoſitiones tradit, quas in ea videre poteritis: vbi cauſam dotis pro dote ipſa tex. forte poteſt dici accepiſſe,vt poſtea explicare videtur, dum ſubiungit ; Nam reipub.intereſt dotes, &c. quod initio dotis cauſam dicit, dotem poſtea nominat, lege fi. ff. de pactis dotalibus. & lege prima, de iure dotium. & ſic accipitur in rubr.de aliena.iudicij mutan. cauſa facta. id eſt ratione vel occaſione iudicij mutandi.

¶ Et diuerſa cauſa, id eſt diuerſa ratio, l.2. §. locorum. ne quid in loco publ.ff.

Cauſa pro euentu. ¶ Decimotertiò cauſam iuris, pro euentu exponit glo. & ibi Alber. in lege, cum vetus. ff. quæ in fraud. credito. ibi, niſi id in fraudem cæterorum creditorum factum ſit: & cauſa iuris occurrat, qua creditorum fraudes reſcindi ſolent. Vel exponi poteſt cauſa pro deciſione & caſu, quia per deciſionem & caſum iuris creditorum fraudes reſcindi ſolent, vt toto illo titulo eſt videre.

Cauſa pro occaſione. ¶ Decimoquartò pro occaſione.qui enim cauſam damni dat,damnum dediſſe videtur, l.qui occidit,§.fina.ff.ad legem Aquil.l.prætor.2.in fine.vi bono. rapto. l. ſi quis fumo. ibi, magis cauſam mortis dediſſe, quàm occidiſſe videtur. ff.ad legem Aquil. & l. ita vulneratus.ibidem,& in rubr.ff.quod met.cauſa.& in l.1.& per totum eundem titulum.& nihil interest vtrum quis occidat,an cauſam mortis præbeat,l.nihil intereſt.ff.de ſicar. & in rub.de his quæ vi metusve cauſ.fiunt.l.2.§.fina.ibi,vel cauſam præſtiterit.ff.ſi quis cautio.& l.fina. qui ſatisdare cogant. & lege alienationis. infra eod.l.generaliter. §. proinde.ff.de fideicommiſſ.liberta.

Cauſa & occaſio differunt. ¶ Eſt tamen inter cauſam & occaſionem differentia,nempe cauſa eſt propinqua,& rationabilis,occaſio verò remota,& interdum irrationabilis,l.fugitiuus.infr.eo.cauſa ius reſpicit,occaſio factum, doct.in c.ſolitæ. de maior.& obedientia. Quod facit ad ſtatuta & ordinationes loquentes de cauſa: nam de propinqua intelligi debent : at ſi de occaſione, de remota,l.filium.§.videamus.in fine.ff.de bonor.poſſeſſio.contra tabul.cap.Petrus.de homicid. Sic conſuluit Soci.conſil.156.pro fundamento.col.vlt.vol.2.

¶ Interdum etiam cauſa pro remota ſumitur,& occaſio pro cauſa, gl.& Panor.in ca.diſcretionem.de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſuæ.l.ſemper.§.erant & alij quidam occaſione nauium.ff.de iure immunita.Iuriſconſult.in l.1.de doli exceptio.ſic ait:ideo autem hanc exceptionem prætor propoſuit, ne cui dolus ſuus per occaſionem iuris ciuilis contra naturalem æquitatem proſit. l. Arrianus. ibi, ſi habeamus occaſionem ad negandum. ff. de actio,& obligatio,& bona occaſio ſcribitur in l.nam vt ait Pedius.de legib.

¶ Et nauigandi cauſa in naui eſſe exponit Iuriſconſult,in l.vnica.ff.furt.aduerſ. nautas, ſic dicens,nauigandi cauſa ſic accipere debemus eos,qui adhibentur, vt nauis nauiget. Et de occaſione videte tex,in l.capienda occaſio.& l.non eſt ſingulis. de regul. iur. infra, & l. 1.§.eſt Heliopolitana,ibi,per belli ciuilis occaſionem,de cenſib.

Cauſa pro gratia ſeu contemplatione. ¶ Decimoquintò cauſa capitur pro gratia,lege, ſi longius, §. fina. ff.de iud. vbi quod in princip. dixit ſtudiorum gratia, deinde ſcribit ſtudiorum cauſa, lege tertia, in fine. ff. de teſtib.ibi,teſtimonij gratia.& in rubr.ff.& C. vt in poſſeſſio. legat. ſeu fideicom. ſeruandorum cauſa eſſe liceat, iuncta l. is cui. §. 1. qui prior, ibidem, & C. ſi in cauſa iudicati pign. capt.ſit : vel ibi pro ratione rei iudicatæ, vel propter rem iudicatam interpretari poſſumus, & in titulo de incol. & vbi quis domicilium habe. videtur, & de his qui ſtudiorum cauſa in alia ciuitate degunt, libr. 10. facit l. ſylua. §. integra. & l. cætera. & l.pupillus.§.decuriones.

nes. infra eod. & §.1.Inſtit. de lege Fal.& l.1.ibi, publicæ vtilitatis cauſa. ff.de loco publico fruendo, l. denique.§.idem ait. ibi, celandi gratia. quod vi aut clam. iuncta l. quis ſit fugitiuus.§.illud. ibi, celandi cauſa.de ædil.edicto.l.prætor edixit.§.1.de iniuriis. l.1.§. nautam. ibi, cuſtodiæ gratia.nautæ,caupo.ſtab.

Gratia vxoris parata. ¶ Ideo cauſa vxoris parata dicuntur,id eſt gratia & contemplatione vxoris, vel in eius vſum,l.Quintus.1.& l.cum in teſtamento.cum l.ſeq.ff.de auro & argen.legato:licet gloſſ. ibi pro fauore intelligat.facit l.qui exceptionē.ff.de condict.indeb. & fere in idem recidit.

¶ Et cauſa reipub.abſens dicitur,gratia ipſius reipub.cui ſuccurritur, ſi lædatur ; per integrum reſtitutionem.l.1.& per totum.ff.ex quib.cauſis maior.& cauſa & gratia pro eodem capiuntur,vt probat l.eum qui ita.§.qui ſibi.ibi,non acquirendæ obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſa.ff.de verbor.obliga.

In maleficiis cauſa quomodo accipiatur. ¶ Si verò cauſa ad maleficium referatur,accipienda erit pro animo & mente, l. Prætor edixit.§.1.ibi,quod tu venenum dediſti hominis occidendi cauſa. ff. de iniuriis.l.1.& l.3.ff. de ſicar.vbi quod dixit cauſa occidendi,poſtea dicit animo.l.verum.ibi,cauſa faciēdi.iuncta l.qui ea mente.de furt.

Cauſa pro beneficio. ¶ Sed notandum eſt cauſam plerunque,cum refertur ad perſonam, capi pro beneficio, vt l.2.ibi,venditoris cauſa cauetur.ff.de lege commiſſo.iuncta l.ſed ſi plures. §. in arrogato.ibi,arrogatoris beneficio.de vulg.vel pro gratia & contemplatione,vt ſuperius ſcripſi. & difficile eſt ſeparare has ſignificationes conuenientes.

Cauſa pro titulo. ¶ Decimoſextò cauſa pro titulo,iure,l.3.§.item ſi non.ibi,ex quacunq; enim cauſa conſtitutus eſt vſusfructus.ff.de vi & vi arm.l.ſi duo.in prin.vti poſſidet.ibi,ego poſſideo ex iuſta cauſa,& ex cauſa lucratiua,dicit text.in l.omnes.1.ff.de actio.& obligat.& l. ſi ager ex emptionis cauſa ad aliquem pertineat.de rei vindica.& l.nec vllam.de petitio.heredit.iuncta l.cogi. C.illo titul.& l.1.ſoluto matrimo.& in rub.ſi quis omiſſa cauſa teſta. vbi pro titulo,& iure Iuriſconſul.interpretatur,& in l.1.§.non quærimus.ibidem, iuncta l.mortis cauſa capitur.ibi,certe enim.& qui hereditario,aut legati,aut fideicōmiſſi iure capit.ff. de donat.cauſa mort.l.ſequitur.§.ſed hæc perſona.de vſucapion.l.cum ſolus.& l. non ſolum, in princip.ibidem,vt cauſa donationis,vel cauſa lucratiua,§.ſi res.Inſtit.de lega.l.3.& l.ſi ego. §.ſi partus.de Publicia.in rem actio.

¶ Vnde ex pluribus cauſis dominium quis aſſequi non poteſt,l.3.§. ex pluribus cauſis. ff.de acq.poſſeſsio.l.non vt ex pluribus.de regul.iur. & quod eſt meum ex vna cauſa, ex alia cauſa meum fieri non poteſt,cap.inter.in fine.de fide inſtrumen.§.ſic itaque.de actio. in Inſtitut.

Mutare cauſam poſſeſſionis. ¶ Et mutare cauſam poſſeſsionis dicit Iuriſconſultus in l.rerum.in fine.ff. de vſucapio. licet ibi glo.exponat cauſam,id eſt naturā,ſed difficile eſſet mutare naturam poſſeſsionis: argum.l.cum precario. ff.de precario.facit l.pacta.de contrah.empt.l.quod meo.de acqui. poſſeſsi. Et genera poſſeſsionum tot ſunt,quot cauſæ acquirendi,d.l.3.§.final. & ſi quis vacuam poſſeſsionem tradi promiſerit,non nudum factum hæc ſtipulatio continebit, id eſt nudam traditionem,ſed cauſam bonorum, id eſt vtilitatem, vt vti frui poſſit habens poſſeſsionem.Iſta eſt cauſa bonorum:& ſic promittens vacuam poſſeſsionem domus,tenetur non ſolum tradere rem, ſed etiam facere quod illa traditio mihi profit:alioqui eſſet ſimplex factum:& ita puto intelligendam l.in conuentionalibus.§.1.de verbor.obligatio. licet multa de hac re iactet Renald.Andegauenſ. in ſuo tracta.de eo quod intereſt.fol. 78. poſt gloſſ.& doct.ibi.

Intellectus ad l.in conuentionalibus. §. 1. de verb.obligat.

Cauſa pro nomine, gratia, ratione vix diſcernitur,quando capiatur. ¶ Decimoſeptimò ſumi poteſt pro nomine,vt legati cauſa,id eſt nomine legati,l.homo. §.ſi iuſſu.ff.de acquir.rerum domin.ibi,aut ex dotis nomine,aut ex legati cauſa.l.1.ff.quib. ex cauſ.in poſſeſsio.eat.& Iuriſconſulti nomine pro cauſa ſæpius vtuntur. Et hæc ita cohærent,vt vix diſcerni poſsit differētia inter legati nomine,vel ratione, ſeu occaſione, aut cauſa legati,ſeu gratia:& quidam ſic exponunt rubri.ſi mulier in poſſeſsio.calumniæ cauſa eſſe dicatur.Sed Iuriſconſultus in l.1.§.intereſſe.ibidem, exponit cauſam calumniæ, id eſt per calumniam.

Cauſa pro onere. ¶ Decimooctauò cauſa pro onere:vnde alienatio cum fit,cum cauſa ſua dominium ad alium transferimus,l.alienatio.ff.de contrahenda emptio.Et dicimus ſucceſſorem ex perſona authoris vti.re,cum ſua cauſa ſuiſque vitiis,id eſt acceſsione & onere, l. Pomponius. §.1.ff.de acquir.poſſeſs.glo.in l.ſi mater.C.de inſtitu.& ſubſtitu.

Cauſa pro ſtatu & conditione. ¶ Decimononò pro ſtatu,conditione & natura,vt ea eſt cauſa operarū,l.ſi non ſortem. §.libertus.ff.de condict.indeb.vbi Zazius pro hoc allegat l.permiſceri.ff.de acqui.poſſeſs. vt ſic intelligi debeat:cui non aſſentirem,quia ibi pro quæſtione ſeu lite exponendū text. putarem:ſed probat tex.in l.electio.§.fina.ibi,& in eadem cauſa ſit, vt in integrum reſtitui poſsit.ff. de noxal.actio.l.clam.ff. de acquirend.poſſeſs.facit l.ſi plures.ibi, in eadem cauſa prætor reſtituere poteſt.ff. de vi & vi arma. l.mulier.de captiuis ſuperius dictum extitit.

¶ Vigeſimò cauſa pro obligatione exponitur,in l.vſura.infra eo.ibi dicetur.

Causa pro suspicione, metu.

¶ Vigesimo primò dicitur causa mortis donatio, id est suspicione mortis, metu mortis, vel propter mortem, & sic intelligitur rub. de donatio. causa mortis. iuncta l. 2. & l. senatus. §. mortis causa. ibi, extra suspicionem periculi, & ibi etiam dicitur metu mortis. & l. mortis causa capimus. & l. mortis causa capitur. ibi, cum propter mortem alicuius capiendi occasio obuenit. ff. eo. titu. vel sic exponi potest, causa pro occasione.

Causa pro hereditate.

¶ Vigesimo secundò causam pro hereditate exponit Imperator in §. igitur. de pupillari substit. in Instit.

Causa pro impulsu capitur, & est duplex.

¶ Vltimò causa capitur pro eo ex quo, vel propter quod aliquid fit, & pro impulsu ad aliquid agendum: qui si deficit, actio cessat: & vocatur quædam causa impulsiua, in ca. cum cessante. de appellationibus: vt fuit Calphurnia, quæ causam edicto dedisse videtur, ne mulieres postulent, l. 1. §. sexum. vbi dixi, de postulan. ff. alia finalis. glo. singu. in lege secunda, in fine. ff. de donat.

¶ Vnde si pater puellæ matrimonij causa, ac dotis dederit Titio centum, vt is matrimonium contrahere nolit, quasi non secuta causa, dos ab eo repetitur, quia hic causa finalis cessat. facit rub. ff. de conditio. & demonstratio. & causis & modis eorum, quæ in testamento scribuntur. & in l. demonstratio. in fine, ibidē. rub. C. de falsa causa adiecta legato. l. quod Seruius. & legibus seq. ff. de condict. causa data: qui titulus debet sic intelligi, vt datum ob causam aliquam, causa non secuta, repetatur per condictionem ob causam, vt habetur in titu. C. de condictio. ob causam dator. & in rub. de condictio. causa data. ff.

Declarātur rubric. de cōdict. causa data, & de condict. ob turpē causam, & sine causa.

¶ Et interdum quis ob causam donat præteritam, interdum ob rem futuram, l. damus. ff. de condictio. indebiti, & tunc accipitur causa pro impulsu, occasione. & sic intelligi debet Bart. in l. 2. §. fina. ff. de donat. Aliquando ob causam turpem aliquid datur, & de hac loquitur rub. ff. de condict. ob turpem causam: nempe turpis causa impellit ad dandum, & repetitur datum, quando sola accipientis turpitudo versatur, l. 2. cum seq. ibid. Quandoque aliquis promittit sine causa, id est sine ratione, occasione, & materia: & tunc obligationem condicere potest, non quantitatem, quam non dedit, l. 1. ff. de condictio. sine causa.

Cācellationes instrumentorum super quo fundentur.

Et super illa fundatur cancellatio instrumentorum, quæ fieri petitur in Frācia: de quo scripsi in tracta. de liter. obligato. artic. 1. in secundo tomo commenta. in constit. Reg. Et nihil refert vtrum ab initio sine causa quid datum sit, an causa, propter quam quid datum fit, secuta non sit. l. nihil. ibidem.

Plus petere causa quid sit.

¶ Item causa quis plus petere dicitur, cum aliquid in genere, vel sub alternatione debetur, & rem in specie, vel vnum præcise petat, §. plus autem. Instit. de actio. ca. vnico. de plus petitio. not. etiam in l. vnica. C. illo titulo.

¶ Causa dicitur omne generans, & aliquid producens, vel impellens: genitum verò dicitur effectus, teste Lanfranc. in rub. de caus. possess. & propriet. in cle. Et causa est quoddam præteritum, vel instans, quo impellimur, vt aliquid disponamus. Bartol. in l. demonstratio. §. 1. in princip. ff. de conditio. & demonstratio. Et in dubio accipitur pro causa propinqua & fina. per gloss. in d. l. 2. in fine. ff. de donatio. & supra scripsi: secus si causa abhomine exprimatur: tunc enim intelligitur de impulsiua. Perus. in cap. cum cessante. de appellatio. Et proprie pro impulsu animi ad aliquid faciendum, vel disponendum, l. 1. §. sexum. ff. de postul. Nemo potest commeatum, remeatúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa, l. relegati. in fine. ff. de pœnis. Bartol. & Socin. in d. l. demonstratio. §. 1. Bald. in rubric. C. de institutio. & substitut. vnde Iurisconsultus ait, factum non quæritur, sed causa faciendi, l. verum. ff. de furt.

Quando causa intelligatur finalis vel impulsiua.

¶ Si quis quenquam in iudicio sisti promiserit, in eadem causa debet eum sistere, id est ita sistere, vt actori persecutio loco deterior non sit, quamuis exactio rei posit esse difficilior. licet enim exactio difficilior fuerit, tamen dicendum est videri in eadem causa stetisse, l. si quis quenquam. ff. si quis cautio.

Authoris excusatio.

¶ Et generale est hoc nomen causa multa complectens, & passim in iure, & cæteris disciplinis magnus est eius vsus. Rogo interea vos lectores, si aliquādo vnum text. adduxerim ad vnum effectum, & tamen melius conueniat alteri, nolite stomachari: quandoquidem cum hæc describerentur, multa fuerunt transposita, non solum in hac dictione, sed etiam in aliis plerisque, quæ postea impeditus negotiis grauioribus non potui iterū in ordinem redigere, atque plane & ex animi sententia recognoscere: qualia tamen vobis me prælegere voluistis, & grata fuerunt, talia nunc vobis offero: quod munus qualecunque sit, æquo animo atque hilari vultu suscipite: si enim vobis gratum sit, & cæteris spero fore non iucundum.

Causa qua significatione regulariter accipiatur.

¶ Postremò quærendum videtur, cum causa multas (vt audistis) significationes habeat, in qua potissimum accipi in dubio debeat. Respondeo, Quoties idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum accipiatur, quæ rei gerendæ aptior est, l. quoties idem sermo. ff. de regul. iur. vbi Decius ait, verba intelligenda secundum subiectam materiam: allegat Panor. in cap. exhibita. in 2. nota. de iudic. & alios, vt ibi per eundem. Atque ita illa significatio

catio accipitur, quæ melius congruit dispositioni. l. 1. §. si is qui nauem. versi. sed si sciente. de exerci. actio. ff. Et si pluribus significationibus conuenire posset, propria & magis accommoda accipi debet, l. non aliter. ff. de lega. 3. Barto. in l. omnes populi. in 6. principali. ff. de iustitia & iure.

¶ Et in materia odiosa, & (vt dicunt) exorbitāti, stricta debet accipi significatio. Mathesilla. not. 95. not. mirabilem. aliisque modis capitur, qui figillatim enumerari facile non possunt, vt in simili dicit Iurisconsult. in l. sed & si per prætorē. §. item inquit. ff. ex quib. caus. maior. alia scripsi in l. nominis. §. verbum ex legibus. supra.

Causari.

¶ Inde causari, est causam, vel occasionem assumere, & excusationem aliquam adferre, l. generaliter. §. proinde. ibi, nec causari debere, quod illi minus relictum sit. ff. de fideicom. liberta. l. denique. §. nec referre. quod vi aut clam. ibi, hoc enim posse quem causari etiam post aditam hereditatem. Et causari tempestatem, est allegare pro causa tempestatem, l. 2.

Causari tempestatem.

§. si quis tamen. vbi glo. ff. si quis cautio. Vel causari tempestatē, in causam adducere tempestatem, & quod tempestas fuerit causa, cur id factum non sit. Et causari iudicatum per gratiam, id est dicere per gratiam esse iudicatum, & pro causa sua id allegare, l. si seruus plurium. §. 1. ff. de lega. 1. Et ne quis causari possit ignorantiam literarum, id est excusare allegando ignorantiam literarum, l. sed & si. §. proscribere. de instito. actio. ff.

Causaria missio.

¶ Causaria missio est, quæ propter causam conceditur, & quæ propter valetudinem à laboribus milites soluit, l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui notan. infam. l. sed & milites. §. qui autem. de excusa. tuto. l. milites agrum. §. causaria. ff. de re milita. l. 1. de excusatio. vetera. C. & est triplex, vt ibi scribitur. Causarij milites, missi ex causa, vt ibidem constat.

Causa cadere.

¶ Causa cadere est succumbere, & amittere causam. authen. habita. ne fil. pro patre. C. §. si quis agens. Institu. de actio.

Causam in vinculis dicere.

¶ Causam in vinculis dicere, est in vinculis, & carcere iudiciū subire, & in carcere detineri, donec criminis quæstio peragatur, l. 2. vbi Budæ. ff. de custo. reo.

Causa lucratiua.

¶ Causa lucratiua dicitur titulus donationis, vel legati, & ex testamento, & alij sine onere accedentes tituli, l. ex promissione. ff. de actio. & obligat. l. 1. §. lucratiuas. C. de impo. lucratiua descrip. lib. 10. Non lucratiua verò, vel onerosa causa dicitur, titulus venditionis, & ex promissione dotis, d. l. ex promissione. & d. l. 1. §. si verò. & §. si res alienata. Instit. de lega. quando res cum onere habetur, & non cum lucro simpliciter.

Causa publica.

¶ Causa publica, vbi de publico agitur commodo, vel quia reipublicæ interest: vt crimina puniri, lege, ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. l. si longius. de iudic. lege secunda. §. senatus. de iure fisci.

Causa tributaria, & tributoria.

¶ Causa tributaria, id est tributorum, collectarum, l. aufertur. §. vt debitoribus. ff. de iure fisci. ibi, excepta causa tributaria, & stipendiorum. Vel tributoria, cum in tributum, id est in ratam portionem dominus venit cum creditoribus, vt in rubr. ff. de tributo. actio. & Instit. quod cum eo, qui in alie. potesta. §. introduxit.

Causa alimentaria, annonaria.

¶ Causa alimentaria, cum de alimentis agitur, l. cum hi. §. si eidem. ff. de transact. Causa annonaria, super annona, d. l. aufertur. §. vt debitoribus. de iure fisci. ff.

Causa liberalis.

¶ Causa liberalis, quæ super libertate mota est, l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de iur. fisc. l. non distinguemus. §. de liberali. ff. de arbitr. l. de minore. in fin. de quæstio. rubr. ff. & C. de liber. causa, id est quæstione, lite, & iudicio libertatis. facit l. Pomponius. & l. inter. ff. de re iudi. & superius dixi. Et iudicium liberale, super libertate, l. si quis ne. ff. de quæstion. vtpote quando mouetur quæstio status, liber an seruus quis sit. & si hic iuste seruus sit, vtpote natus ex ancilla, aut ad pretium participandū iure venditus, vt in titu. de iure perso. in Instit. non illi liberum est ad libertatem proclamare, id est libertatem petere, vel ad eam peruenire. probat l. 1. iuncta l. penult. ff. quibus ad liberta. proclam. non licet. l. hæc oratio. si libertus ingenuus esse dica. & in l. 3. de libera. causa. Vlpia. dicit in libertatem vindicare.

Proclamare ad libertatem.

Propria causa.

¶ Causam propriam dicimus, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. l. 1. §. in propria causa. ff. quand. appelland. sit.

CAIVS LIB. SEXTO AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX VIGESIMA QVARTA.

Nihil aliud est hereditas, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit.

¶ Hereditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit: vnde vtilitas est, quod qui hereditatem habet, succedit non in quibusdam rebus hereditariis, sed in omnibus corporalibus, & incorporalibus: & sic tenetur soluere debita, & credita illi etiam soluuntur. Pro illa tamen parte qua succedit, est obnoxius creditoribus hereditariis, l. 1. C. si certum petat. Et illi duo in vniuersum ius succedunt: & qui succedit de iure ciuili, dicetur heres: si autem de iure prætorio succedat, vocatur bonorum possessor, l. in pari causa. §. et

Heres & bonorū possessor qui dicatur.

qui.

qui.infra titulo proximo.Quia ius prætorium non potuit heredem facere.§.quos autem, Institu.de bono.possessio.Sed in effectu idem est heres & bonorum possessor,quia vterq; in vniuersum ius succedit,heres quidem iure ciuili,alter verò iure prætorio.

Mulier non lucratur partem hereditatis mariti.

¶ Mulier lucratur partem dimidiam quæstuum mariti ex consuetudine huius patriæ, sed non dimidiam hereditatis,quia non ex opera,sed ob meritum accedit, l. quæstus. & l. seq.ff.pro socio.Chassa.in consuet.Burgund.in titul.*de droict ẽ*,&c.§.2.glo.vltima. de iusta hereditate scribit tex.in l.3.ff.pro socio,& ego in l.iusta.infra eo.& vxorem debita soluere teneri pro dimidia,idem scribit Chassa.§.9.gloss.*de tous debtes*.ibidem.

¶ Et fideicommissarius vniuersalis non succedit in vniuersum ius directè, sed per restitutionem,& quarta ab herede detrahitur Trebellianica,per totũ tit.ff.ad Trebell. Quamuis de cõsuetudine Regni idem ius sit in eo, quod in herede, quia vterq; dicit se saisitum, & in possessorio concludit etiam ante restitutionẽ,vt scripsi in tract.de mater.possess.artic. 9.in 3.tomo comment.in constit.Reg.Gallicas,vbi adduxi aresta.

Heres quis & legatarius.

¶ De hereditate aliam tradit definitionem Cicero lib.topico :3. Et sic patet quis sit heres,vt sit is,qui in vniuersum ius succedit:legatarius verò quasi vnius rei successor. Iurisc. Papinia.in l.cum heres in ius omne defuncti succedit.ff.de diuers.& temporalib.præscrip. Iulia.l.si rem legatam.de except.Et non solum heres, sed generaliter hi, qui in vniuersum ius succedunt,heredis loco habentur,secundum omnium sententiam,vt in simili dicit Iurisconsul.in l.ex mille.in fine.ff.de euictio.

¶ Limitatur in actionibus non respiciẽtibus patrimonium,sed personam defuncti.istæ enim cum persona defuncti intermoriuntur ante litem contestatam.l.pœnalia.infra titulo proximo,l.omnes pœnales.de actio.& obliga.ff.

Hereditas impropriè quando capiatur.

¶ Aliquãdo hereditas impropriè accipitur:vt si quis dicat,dono tibi hereditates meas, *mes heritaiges*,non potest paganus,non miles, plures habere hereditates,l.1.ff.de test.milit. Quia hereditas est successio in vniuersum ius, vt hic. Et sic consuluit Bertrand. consilio 140.ex themate.columna 2.in tertio volumine, secundum nouam editionem. Sed debet intelligi,*mes heritaiges*, id est bona quæ iure hereditario habui ex variis successionibus: quia pluribus potest quis succedere,& hereditatem à quolibet habere.ideo vocantur Gallice *successions & heritaiges*: quod est notandum ad intellectum communis vsus Franciæ.

Hereditas paterna & materna.

Nempe hereditas quædam est materna,quam à matre quis habuit,l.patrẽ.ff.quæ in fraud. credit.quædam est paterna,quam à patre,l.pupillus.ibid.De hereditate loquitur l.3. supra eo.& l.alienationis.ac l.intestatus.& l.hereditas.1.& 2.l.delata.l.peruenisse. & l. pecuniæ.2. §.1.& l.bonorum appellatio.2.infra eo.sed ad heredem non plus iuris transfertur, quam testator habuerit,l.nemo plus iuris.infra tit.proximo:& cum in heredem datur actio,quatenus ad eum peruenit,sufficit si vel momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti.l.cum prætor.ibidem.

Hereditarius. Res hereditaria. Hereditario nomine. Hereditaria portio. Hereditaria negotia. Hereditaria obligatio. Hereditaria actio. Hereditarius creditor. Hereditarius debitor. Hereditaria insula. Hereditaria causa. Hereditaria pecunia. Hereditaria sepulchra. Primogenitus ex præcipuo nihil soluit. Arestum. Herèditas pa-

¶ Inde hereditarius,ad hereditatem pertinens,vt seruus hereditarius,l.liber homo.1.§.1. ff.ad leg.Aquil. Res hereditaria,de qua dixi in l.rei appellatione.1.supra eod.l. venditor. 2.ff.de hereditate vel actio.vend. Nomine hereditario obstrictus est,id est tanquam heres,l.2.in fine.ff.de pollicitatio. Hereditaria portio,l.is qui plusquam portio hereditaria efficit,&c.ff.de condict.indeb.l.Lucius.fami.ercisc. Hereditaria negotia,l.nam & seruus.§.1.ibi,qui negotia hereditaria gerit.ff.de neg.gestis.& l. siue negotia hereditaria. ibid. Hereditaria obligatio, l.videamus.ff.quod metus causa.ibi, quoniã hereditariam susceperit obligationem. Hereditaria actio,l.2.§.non solum.ibi, non solum autem hereditarias actiones,&c.ff.de heredita.vendita.& in rubr.de heredit.actio.C. Hereditarius creditor, l.de eo.ff.de iudic.in fin.ibi,quod & in hereditariis creditoribus dicendum est. Hereditarius debitor,l.fundus.2.in fi.ff.famil.ercisc.un. ibi, veluti si ego hereditarius debitor sim. Hereditaria insula,l.si pupilli.§.item quæritur.ff.de nego.gest.versi.quid ergo.ibi, insulam fulciero hereditariam. Hereditaria causa,l.filius.ibi,egoque hereditariam causam peregi.ff.de inoffic.testamen. Hereditaria corpora,l. & non tantum hereditaria corpora. ff. de petit.hered. Hereditaria pecunia,l.etiam.§.plane.& l.item veniunt.ff. de petit.hered. declaraui in l.pecuniæ.supra eo.facit l.propemodum.infra eod. Hereditaria sepulchra, quæ quis sibi heredibúsque suis constituit,l.familiaria.ff.de religios.

¶ Et quando primogenitus succedit cum suis fratribus, & habet aliquod præcipuum, *aduantaige* Galli vocant, an pro illo præcipuo soluere teneatur creditoribus hereditariis,decidit D.Ioannes le Cirier in tracta.de iure primogenituræ,lib.2.quæstio,5.quod sic, per l.secundum naturam.ff.de regul.iur. Tamen contrarium fuit iudicatum in hoc senatu me præsente in magna Camera,cum illud præcipuum sit ei tanquam prælegatum, ex quo nihil soluitur.l.1.C.si certum peta.ibi,non pro modo emolumenti. facit l. qui pecuniam.de statuliber.& quia illud habet,non vi successionis.sed consuetudinis.

¶ Item hereditas,vt Iurisperiti aiunt,non potest pacto dari vel adimi, l.hereditas. C.de pact.conuent.quia non potest quis pacisci, vel repudiare,quod non habet:nam hereditas ante

ante mortem non habetur,cum sit successio in vniuersum ius tempore mortis, l. hereditas.infra tit.proxi. Vide quæ dixi artic.3.glo.2.*ou les heritiers*.numero 27.& seq. in tracta.de liter.oblig.in primo tomo commenta.in constitu.Reg.Gallicas.

Eto non datur, nec adimitur.

¶ Quæro an hereditatis appellatione veniat non adita?cõsuluit Bal.consil.314.quçdam sunt.in 3.volum.venire.sed videndum est.nam si constitutio loquatur de hereditate vendenda,disponenda,& in alium transferẽda,tunc hereditas adita significatur:quia ante adi tionem alienari non potest,vel transferri : & ita intelligitur totus titulus de hereditate vel actio.vendita.& l.hereditatem.ff.de donatio.& si petatur à possessore hereditas,vt in titul. ff.de petitio.hered. & C.

Hereditatis nomine an veniat adita.

Declaratio tit. de heredit. vel actio. vend.

¶ Aliquando loquimur de hereditate alio respectu,& tunc intelligitur secundum eum de hereditate nondum adita,vt cum dicimus hominem liberum hereditatẽ nobis acquirere non posse,l.liber homo.ff.de acquir.rerum dominio.Et cum dicimus rei hereditariæ furtum non fieri,l.hereditariæ.ff.de furt.& in l.1.§.veteres.de acq.possessio.l. seruus hereditarius.de stipula.seruor.& rub.de acquir.hered.

¶ Ideo hoc nomen hereditas accipietur pro hereditate adita, si materia illi conueniat: pro non adita,quando ad non aditam pertinet: & de vtraque, si vtrique non refragetur. & sic est communis loquendi vsus,qui attendi debet, per l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de legatis tertio. Vnde dicit Iurisconsultus de hereditate non adita, hereditatem pro domino haberi,in l.liber homo.§.1.ff.ad legem Aquil. & alibi, loco domini habetur hereditas,l.si ante.ff.de interroga.actionib.

Debita pluribus succedentibus quomodo soluti debeant. Arestum.

¶ Item si plures vni succedant,aliqui in mobilibus,& conquæstibus, alij in immobilibus,quomodo debita soluantur?fuit dictum in senatu anno 1502. inter D. de la Porte, & D.de Thumeri consiliarios,quòd dispositiones testamentariæ mobilia concernentes : & debita soluentur per habentes mobilia & conquæstus, quandiu sufficere poterunt: alia verò super bonis paternis & maternis. Ibi alia dicta fuerunt, quæ videri poterunt. Videre quæ scripsi in l.hereditatis.infra eo.vbi alias vtilitates afferam.

Nihil aliud.

¶ *Nihil aliud.* Notanda est phrasis Iurisconsult.dum ait,nihil aliud est hereditas, de qua in l.hereditas.infra titulo proximo.Et nihil aliud est actio,quam ius persequendi in iudicio,quod sibi debetur,l.nihil.ff.de actio.& obliga.Sed actionem simpliciter definiuit Imperator in §.1.de actio.in Institut.facit l.commendare nihil aliud est,quam deponere.infra eodem. Nec verò dum Iurisconsult.hac locutione,nihil aliud,vtitur,significari putetis, aliud olim fuisse,quam nunc sit,vt dicit gloss.in d.l.nihil.ff.de actio. & obliga. sed tantum est dicere simpliciter,quantum nihil aliud : sed ad ornatum sæpius Iurisconsulti vsi sunt hac phrasi.

¶ Interdum ea etiam vtuntur per interrogationẽ,vt l.quid aliud sunt iura prædiorum, nisi prædia qualiter se habentia.infra eo. Aliquando vt totum comprehendant,nequid aliud præstare debeam,l.si cum fundum.infra eo.l.Sabinus.ff.de contrahen.emptio.&,nihil aliud quærendum.l.si ipsa.ff.quod metus causa.

Nihil.

¶ Quandoque dictio nihil sola ponitur,& tunc negat,l.minus solutum intelligitur, etsi nihil esset solutum.& l.verbum amplius.ibi,nihil debetur.l.veniisse ad heredẽ nihil intelligitur.l.inter hæc verba.ibi,nihil interest.& l.cum bissextus.ibi,nihil refert.isto ti.De clausula nihil agit,& nihil facit,scripsi in l.Labeo.2.in fin.princip.supra eo.

¶ De dictione nihilominus,scripsi in l.portus.infra eo.

Successio duplex.

¶ *Successio*,aut ex testamento est,aut ab intestato,§.final.per quas personas nobis acqui. in Institutio.Successio ex testamento est,quæ fit ex dispositione testatoris, in vniuersum ius quod habuit defunctus tempore mortis,vt hic,& de hac loquitur titulus de testam.& de hered.instit.& alij quamplurimi. Successio ab intestato est, quæ obuenit nobis à lege, aut consuetudine, sine hominis prouisione, & loquuntur multi tituli iuris, videlicet vnde liberi,vnde agnati,vnde cognati,& de successorio edicto,& per consuetudinem defertur successio in hac patria in proximos, qui non possunt repelli à successione sine ingratitudinẽ,& aliis causis.§.causas.vt cum de appella.cognosc.colla.8.

Filij ingrati repelluntur etiam à successione cõsuetudinaria.

¶ Et hæc successio filiis velut debita dicitur,l.fina.de bon.damna.ff.& quasi debitam dicit glo.in l.2.C.de iur.& facti ignoran.

Successor. Successor honorarius, & legitimus.

¶ Successor est qui alicui succedit,l.heredis.2.infr.eo.l.si quis.§.1.& l.quædã.ff.de eden. Et successores heredum,in l.annuam.ff.de annuis lega. Et quidam sunt successores honorarij, qui de iure prætorio succedunt, l.hæ actiones.ff.ad Velleia. Alij legitimi, qui à lege ciuili,vt in titu.de suis & legit.hered.

Successor vniuersalis, & singularis.

¶ Item quidã est successor vniuersalis , qui in vniuersum ius succedit, vt hic:alter vero singularis,qui in vnam rem,vel aliquas res, de quo in l.ait prætor.2.cum l.seq.ibi, etiam si in rem successerint.ff.de iureiur.& l.fin.de except.rei vẽd.Et successores sunt, non solum qui in vniuersa bona succedunt,sed & hi,qui in rei dominium successerunt,l. fluminum. §.adiicitur.ff.de damn.infect.De his abunde scripsi in §.declarantes. in verbo successores.

demanda.

de manda.apoſto.in concord.Franciæ.

¶ Succeſſor alieni criminis, quis non conſtituitur, id eſt pro alieno admiſſo quis non punitur.l.crimen.ff.de pœnis.Sed pœna ſuos teneat authores,ſcribit Imperator in l. ſanci mus.ff.de pœnis.

Succedaneus.

¶ Succedaneus,etiam dicitur,qui ſuccedit,vt in l.ſi plures.§. penulti.ff. de adminiſtrat. tuto.ibi,plane ſi non conſentiant tutores prætori,ſed volunt omnes gerere,quia fidē non habent electo,nec volunt ſuccedanei eſſe alieni periculi.

Succeſſum alicui quando dicatur.

¶ Succeſſum dicitur alicui,quando ei abrogatum eſt imperium, l.2.ff. ad legem Iuliam maieſtatis, ſecundum Budæum ibi, quod ſimpliciter non videtur verum. Nam poteſt ex cauſa criminis læſæ maieſtatis,vel alia abrogatum eſſe imperium alicui,vel finito tempore adminiſtrationis,puta anno elapſo,& nondum collatum forſitan erit, & ſic non erit ſucceſſum,& tamen erit abrogatum ei imperium.Ideo dici debet ſucceſſum eſſe alicui de iure,quando finitum,vel remotum eſt ab aliquo imperium,& alter in locum eius ſuffectus eſt:probat l.meminiſſe autem oportebit vſq; in aduentum ſucceſſoris omnia debere proconſulem agere.ff.de offic.proconſul.vbi requiritur ſucceſſoris aduentus.

Succedere multis modis vſurpatur.

¶ Succedere pro ſufficere, venire, ſubire, ſubiici : & interdum dicitur de bonis, vt in l. ſciendum.infra eo.vel de iure,vt hic.Aliquando reſpicit perſonam, vt in l.proponebatur. ff.de iudic.quandoque locum,l.qui in alterius locum ſuccedunt.ff.de regu.iur.l.quędam. §.nihil.de edendo.l.& l.actione.ff.pro ſocio.l.iudicatæ. in fine.de exception.rei iudicatæ.

¶ Succedere pro ſubſtitui,l.Claudius.ff.qui potio.in pign.habe.vbi prius ſcribit ſubſtituitur,poſtea ſuccedit.& in l.cum ſecundus.de diſtractio.pigno. Succedit pro ſubrogatur,l.2.in fin.ff.de pœn.ibi,conſtat poſtquam deportatio in locum aquæ & ignis interdictionis ſucceſsit.& l.ſi prior.in princip.§.ſi tertius.qui potio.in pignor.hab. Succedere, euenire,contingere,in l.3.§.hoc autem.2.ff.de liber.exhib. ibi, & ſuccedere poterit notio prætoris. Heres non ſuccedit ſocietati,id eſt non remanet, non durat ſocietas cum herede,nec poſt mortem ad illum tranſit,l.adeo.ff.pro ſocio. Succedit in æs alienum defuncti,id eſt ad debita defuncti tenetur,l.furti.in fine. ff.de his qui not.infa. Succedit in locum litis conteſtatæ iuſiurandum,l.ſed & ſi reſtituatur.§.ex quibus.ff.de iudic.id eſt cedit,vt exponit l.iuramentum etiam.ff.de iureiuran.Vel habet vim conteſtationis, vt abunde explicat de Petrutia in ſuo tract.de virib.iura.in 68.effectu. Et quot effectus habeat litis conteſtatio,cumulaui in tracta.meo de effect.litis conteſta.dicam in l.vt ſunt.infra eod.

Succedere verbum cōmune.

¶ Succedat eſt verbum commune,allegatur tex.in l.quædam.§.nihil.ff.de edendo, cap. Raynutius.de teſta.Bal.in l.vlt.col.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.& conſil.296.præmittendum.in 4.vol.& Soci.conſil.117.viſo.in 4.vol.Barba.conſi.32.ſapienter.in fin.in 2.volu.Iaſ.conſil. 134.in cauſa.col.1.vol.1.poſt Bart.& alios in l.centurio.ff.de vulg.Et quia hæc materia ſucceſsionū eſt ampla, ſufficiat vos reiicere ad ea,quæ ſcribuntur in locis communibus,& de ſucceſ.ab inteſta.Scripſit Din.in ſuo tract.de ſucceſ.ab inteſt.& Matth.Matheſil.& Nico. de Vbald.& Ang.de Gambellio,& alij plures ſuper hoc ediderunt tracta.ad quos recurritur.Et hanc materiam aliquoties redegi in ſummam & compendium.

¶ Et quo iure ſint introductæ ſucceſsiones,docet Chriſto. de Caſtellio. in ſua diſput.& Philipp.de Caſolis in repetit.rubric.de teſtam.& Alex.conſi.75. in 1.volum.& abunde Benedict.in repetitio.cap.Raynutius.in verbo & vxorem.de teſtam. Et de ſucceſsione Regum tractat Guil.Montferrat.in tracta.de ſucceſs.Regum. De ſucceſſoribus alia dicam in l.heredis.infra eo.

Vniuerſum pro omni.

¶ Vniuerſum,id eſt omne,vel totum,l.ſolent.iuncta l.ſeq.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.vbi quod in vna lege ſcripſerat vniuerſum,in altera omnē ſcribit : idem in l.ei qui. ff.de petit.hered. Vniuerſa cognatio elucidatur in l.pronuntiatio.infra eo. Vniuerſi-

Vniuerſitas bonorum ſeu rerum.

tatem quandam bonorum appellatio ſicut hereditas demonſtrat, l. bonorum . infra eod. Vniuerſitas agrorum,in l.pupillus.§.territorium.infra eo. Vniuerſos ciues, in d.l. pupillus.§.munus.elucidat Iuriſconſult.infra eo. Vniuerſarum facultatum, l.ſi fideicommiſſum.§.1.ff.de iudic.ibi, eum non loci ſit æs alienum, ſed vniuerſarum facultatum. æs enim alienum patrimonium totum imminuere cōſtat,non certi loci facultates. Vniuerſorum bonorum ſocietas contrahi poteſt,id eſt omnium bonorum, l.1. iuncta l. ſocietas. ff.pro ſocio.vbi in vna dicitur omnium, & in altera vniuerſorum. Vniuerſam hereditatem,ſcribit Iuriſconſ.in l.filio.ff.de inoffic.teſtam.& in l.mater. ibidem, dicitur tota hereditas,& vniuerſa ſucceſsio,vt excludat partem,l.1.ff.ſi pars hered.petat.

Emptor vniuerſitatis.

¶ Emptor vniuerſitatis vocatur emptor hereditatis,& qui vniuerſum ius emit,l.etiam. §.ſi quis ſciens.ff.de peti.hered.Et quæ ſint vniuerſitatis,videte in §.vniuerſitatis.de rerum diuiſion.in Inſtitut. Vniuerſas res ſcribit Vlpian.in l. item videndum. in fine. ff.de petitio.heredit.

Triplex vniuerſitas perſonarum.

¶ Interdum dicitur vniuerſitas non bonorum,ſed hominum,vt in rubric.ff. quod cuiuſque vniuerſ.nomi.Quæ eſt triplex ſtudiorum generalium,ciuitatum, & caſtrorum, vt in cap.

in cap.ſtatutum.§.cum vero.de reſcript.in.6.ſcripſi in §.monemus . in verbo vniuerſitates.de collatio.in concorda.

Actio vniuerſalis & particularis.

¶ Vniuerſalis actio dicitur,qua corpus multas continens res perſequimur,vt petitio hereditatis,peculij,l.1.vbi glo.& doct.ff.de eden.l.1.de rei vind. vbi ſingularum rerum actionem dicit eſſe,quæ pro ſingulis datur:rebus:vt pro mutuo.ff.ſi certum peta.&c.

Defunctus. Defungi,inquit Bud.in l.emptorē.ff.de act.empti, eſt explicari negotio aliquo,aut moleſtia,& finē ei imponere,dum ibi elucidat text.quantū minimo defungi potuit. Vnde defunctus,qui mortē obiit,quaſi ærūnis liberatus,& exemptus , de quo ſic loquitur Iuriſcō.in l.mouentiū.infra eo.& l.liberorū.& l.Scæuola.ibidē.Alibi Iuriſcō. Paul. ait,neq; enim ſicut viuentiū,ita defunctorū actus ſuſpēdi receptū eſt,l.ſi.ff.cōm.præd.in fi.

Defunctus.

Defungi.

¶ Item defungi etiam dicimur,non toto conatu, nec magnopere aliquid accurare, ſed tepide,& remiſſe : & eo tantum animo vt officio functi videamur,& quatenus ſatis ſit ad vitandam reprehenſionem,aut emerendam veniam,vulgo vocamus *par acquit*,vt quidam & permulti magiſtratus faciunt.idem Bud.

Defunctoriè.

¶ Inde defunctoriè,negligenter,languidè,remiſsè, l.2.§. non ſolū autem quæ non petit (videlicet tutorē filio)ſed & quæ defunctoriè petiit,coercetur.ff.ad Tertull. Vnde Imperator ait,Si tres tutelas,vel curas eodē tēpore non defunctoriè ſuſceptas,adminiſtras, one re quartæ tutelæ non grauaberis,l.vna.C.qui nu.tutela.ſe excuſ. Et defunctoriè ſuſcepiſſe dicitur,quando eo animo ſuſcepit,vt in numerum trium tutelarum cedant,& vt Græci dicunt, παροφόσεως ἕνεκα, id eſt quæſito prætextu,vt ſub leuium tutelarum obtentu iuſtis ac moleſtis tutelis eximatur.

Perfunctoriè intellectus in l. aut qui. §. 1. quod vi aut clam.

¶ Perfunctoriè in l.aut qui.§.1.ff.quod vi aut clam.ibi,neq; enim perfunctoriè, aut obſcure dicere, aut denuntiare debet:exponit Bud.in d.l.emptorē, id eſt non bona fide, nec ex animo,nec iuſta denūtiatione, Gallicè,*par maniere d'aquit* : vt cū dicimus,rogatus rogo, hoc tantū laborantes vt oraſſe videamur.Sed perfunctoriè(quod ad eius legis interpretationem pertinet)exiſtimauerim ſumi pro ſummatim,quaſi per tranſennā, omiſsis requiſitis & neceſſariis.Nempe clam non facit,qui denuntiat ſe opus facturū, ſi diem & horā in denūtiatione inſerat,& vbi,& quod opus facturus ſit.Si verò denūtiauerit quidē, ſed non quo die, vel illud arctauit, nec vbi,nec quādo facturus ſit,perfunctoriè dicitur denūtiare. atq; ita poſt eam denuntiationē nihilominus opus dicitur fieri clam. Ita intelligendū puto illum tex.in d.l.aut qui.tametſi gl.& alij contra ſentiāt.& Auguſt.in tit.qui petant tuto. legit perfuſoriè,quaſi luſoriè.iudicate an melius conueniat,& videte c.ante omnia.40.diſtinctio.vbi Diuus Auguſt.ſic ait:Ante omnia peto vt cogitet prudentia tua nihil eſſe in hac vita,& maxime hoc tempore,facilius,& leuius, & hominibus acceptabilius, epiſcopi aut presbyteri officio,ſi perfunctoriè,aut adulatoriè res agatur:ſed nihil apud Deum miſerabilius,& triſtius,& damnabilius.& ibi pro remiſsè & defunctoriè.

Præteritū excludit præſens.

¶ Vltimò colligite ex verbo habuit,quod præteritum excludit præſens : habuit bona, ergo non habet : fuimus Troes,fuit Ilium.Scripſi in l.verbum oportebit. ſupra eod.& de verbo habere in l.habere.infra eo.dicam.

PAVLVS LIB. VIGESIMOPRIMO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMAQVINTA.

Rectè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cum vſusfructus alienus eſt, quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitutis ſit, vt via, & iter: nec falſo dici totum meum eſſe , cuius non poteſt vlla pars dici alterius eſſe. hoc & Iulianus ait, & verius eſt.

Tex.elucidatur.

¶ Duas hæc lex continet partes, prout duo proponit.Secūda ibi, Quintus.Et hoc principium vnam deciſionē tradit,cum duabus rationibus,videlicet,quod fundus dicitur noſter totus,etiam ſi vſusfructus alienus ſit,quia vſusfructus non eſt dominij pars, ſed ſeruitutis,ſcilicet eſt pars,id eſt ſpecies:& illud meum dici poteſt,cuius non poteſt dici pars alterius.& ſic legitur communiter,quamuis in Pandect. Florent. ſit, quia vſusfructus non dominij pars eſt,ſed ſeruitutis:& inferius vtrunque explicabo.

Fructus et vſusfructus differunt.

¶ Cum igitur dominū ſit ius, quo res ad nos pertinet, & noſtra eſt, vſusfructus verò eſt ius,quod in re habemus.Et differt à fructu:nā fructus corpus eſt,vſusfructus verò ius, l.vaccæ.de euict.ff.l.dotis fructum.§. ſi vſusfructus. ibi, vſusfructus in dotem ſi datus ſit, putare ſe ius ipſum in dotē eſſe,non etiam fructus qui percipiūtur.de iure dotiū. Licet plerunq; fructus pro vſufructu vſurpetur,l.cū filius.§.dominus.ff.de legat.2. vt alibi dicetur.

¶ Itaq; fundus vel domus tota noſtra dici poteſt,licet alterius ſit vſusfructus,quia vſusfructus non eſt pars dominij.habendo enim vſumfructum,habemus non dominium,ſed aliud quoddam ius in re,puta vtendi fruendi,vt ex definitione vſusfructus conſtat,§.1.de vſufruct.in Inſtitu.& l.1.illo titu.ff.

Causalis & formalis vsusfructus.

¶ Præmittendum est hactenus iuris interpretes duplicem tradidisse vsumfructũ, videlicet formalem & causalem: formalẽ dixerunt, qui formã separatã habet à proprietate. gloss. hic notat, & in §. 1. Instit. de vsufructu. & l. 1. ff. illo tit. & illam gl. sequitur Ias. in §. æque. Institu. de act. nu. 4. Potest enim proprietas apud vnum esse, & penes aliũ vsusfructus, l. permisceri. in principio. ff. de acquirenda possessione. & in rubric. ff. de vsufructu. per totum. Causalis autem est is, qui cum sua causa residet, scilicet cum proprietate: dominus enim ius habet percipiẽdi fructus causa proprietatis: probatur in l. si cum testamento. §. penult. de except. rei iudic. ibi, vsusfructus iure proprietatis quasi ex causa noua rursus meus esse cœperit. Et licet Alcia. hic dicat, se non inueniisse commoditatẽ illam propriè vsusfructus nomine appellari: tamen reperi tex. ibi, & in l. cum in fundo. in princip. ibi, sed suo fundo quasi dominus vtitur, consecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non separatam ab vsufructu. ff. de iure dot. & l. si ita. quam statim adducã: & has voces nobis per manus tradiderũt cõmuniter oẽs iuris interpretes, maxime in l. qui vsumfructũ. ff. de verb. obliga.

Nouavsusfru. diuisio.

¶ Sed vt verum fatear, ista sunt interpretum vocabula, non Iurisconsulti. ob id citari potest tex. in l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. ibi, in eo vsufructu, quẽ per se quis promisit, quam in eo vsufructu, qui proprietatem concomitatur. ff. de verb. obliga. per quem putarẽ vsumfructum sic nouiter esse partiendũ, vt quidam sit vsusfructus per se, quem doct. formalem appellant: alius qui proprietatem concomitatur, quem vocãt causalem. Et hæc diuisio ex visceribus illius legis depromitur, ne à tex. & à veris Iurisconsultorũ locutionibus discedamus. Veteres enim interpretum potius quam Iurisconsulti vocabula secuti sunt, quod alienum à nobis esse debet. Simili modo loquẽdi vtitur Iurisconsultus in l. triplici modo coniunctos intelligimus: aut enim re per se coniunctio contingit, aut re & verbis. infra eod. Et propriè vsusfructus dicitur, qui est per se, l. cum in fundo. §. quod si mulier. de iure dot. ff. ibi, tunc ex mariti persona erit vsusfructus propriè, qui non vtendo ipsi pereat. Alter verò communius cum adiuncto, videlicet concomitãs rem vocatur: quanquã propriè non dicatur vsusfructus, cũ non sit ius vtendi fruendi aliena re, sed sua, vt ex definitione vsusfructus constat, in §. 1. Instit. de vsufruct. & etiam eo quod est seruitus, quæ suæ rei non est. vnde Vlpia. ait: tu enim dum proprietatem acquiris, ius omne legati vsusfructus amisisti. in l. si tibi. in fin. ff. quib. mod. vsusfruct.

Vsusfructus concomitans rem nõ est propriè vsusfructus.

Declaratio gl. & oppositio.

¶ Glo. duas habet partes, secunda ibi, sed alibi contrarium habes. In text. dicitur vsumfructum esse partem seruitutis: contrarium scribitur in l. pro parte. ff. de seruitut. & in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. vbi seruitus non habet partem, nec potest diuidi. glos. exponit, quod est pars, id est species. Nam seruitus est genus: iter, actus, via, vsusfructus & aliæ sunt seruitutis species, vt de portione loquitur tex. in l. 1. ff. de via publica. & l. vnde. in fi. de itinere actúq; priua. & est vera, vt paulo post dicemus, interpretatio huius legis: & aliquando numero fit diuisio. Vel vocatur pars, vt viarum vna pars exitum habet, & altera sine vllo exitu intermoritur, l. fina. ff. de locis & itiner. public.

¶ Item glo. opponit l. 4. ff. de vsufruct. vbi vsusfructus est pars dominij. Respondeo, inquit, vsusfructus causalis non est pars dominij, formalis sic: hæc non est vera solutio: quia illud quod est à proprietate separatũ, non potest dici pars illius, imò potius causalis vsusfructus esset pars alterius: quia fructus pendentes pars rei sunt, l. fructus. ff. de rei vindic. sic vsusfructus adeo distans, & alia res à proprietate & dominio existens, non potest esse pars proprietatis, vel dominij, etiam quia in alio consistit vsusfructus, in alio dominiũ, & proprietas, ob id Iurisconsult. in dicta lege quarta, dicit vsumfructum in multis casibus esse dominij partem.

Vsusfructus quando dominij pars.

Sed vt perfectam huius materiæ notitiam habeatis, primò text. dicit vsumfructum non esse partem dominij: quod potest intelligi multis modis.

¶ Primò non est pars dominij, id est species, & istud est verum, quia de vsufructu dominium non prædicatur, nec vsusfructus de dominio, quia dominij aliud est directũ, aliud vtile. l. 1. ff. si fundus vectig. vel emphyteu. peta.

Verbũ est veritatem & nõ fictionem significat.

¶ Secundò glo. hic exponit, dum respõdet ad l. 4. ff. de vsufruct. vbi vsusfructus in multis casibus dominij pars est. & respondet, quod est pars, id est sicut pars, & sic quo ad similitudinem & ficte. Idem dicit glo. in d. l. 4. quam probat hic Alciat. Sed refragatur d. l. 4. quæ verbo est vtitur, quod veritatem denotat, non vero similitudinem, nec interpretationem, teste Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actione. & Iason in l. serui electione. §. 1. & l. cætera. §. item quæri potest. ff. de lega. 1. & ideo repugnat hæc sententia d. l. 4. Et si intelligeremus per fictionem, esse dominij pars posset, scilicet ficte, sed non vere: & sic verbum est, male ibi conscriptum esset, quia nullum simile est idem. l. quod Nerua. ff. depositi. Nisi diceretur hoc verbum est, pro materia subiecta interdum impropric accipi, vt nota. in l. 1. in fin. supra eo. titu. sed mihi non placet quo ad illam legem. Ias. in l. cætera. §. 1. ff. de legat. 1.

¶ Tertiò dicit glo. vsumfructũ non esse partem dominij formalis, sed partem dominij causalis. Et hanc sententiam cõmunis interpretũ schola approbat, vt inferius dicemus.

Sed

Sed vix defendi potest, vt ita se habeat: quia si vsusfructus causalis intelligatur, pars semper erit, & non in multis casibus. Ergo Iurisconsultus in dicta lege quarta simpliciter scribere debebat, quod vsusfructus est dominij pars, & non in multis casibus, vt postea dicemus.

¶ Quartò gloss. dicit vsumfructum dominij partem non esse, videlicet prædicatiuam, seu subiectiuam, vt posita specie ponatur genus, vt homo, ergo animal. Nam non sequitur, est vsusfructus, ergo dominium, scilicet plenum, sed est pars integralis: Bart. hic, & in l. qui vsumfructum. ff. de verbor. obligat. & Nicola. Euerardus in loco à toto ad partem, & docto. in l. in toto & pars continetur. de regul. iur. ff. hanc, quoque glos. sententiam iurium interpretes probant.

Improbatur intellectus docto. & traditur nouus.

¶ Quæ tamen vera non videtur, vt scilicet vsusfructus sit pars integralis. Nam totũ fundum nostrum dicimus sine vsufructu: ergo vsusfructus non est pars integralis: sicut paries non dicitur tota domus, si non habeat tectum & alias partes: sed qui habet dominium solum, dicitur habere totum fundũ, per hunc text. ergo vsusfructus non est pars integralis. Nec obest quod vsusfructus & proprietas faciant plenum dominium, & plenus fundus dicitur, in l. Sempronius. ff. de vsufructu legat. & plena proprietas cum vsufructu, in l. 2. ff. quibus modis vsusfruct. amittat. Respondeo, hic non agimus de plena proprietate, vel de pleno dominio, sed de dominio simpliciter: ideo vsusfructus nõ est pars dominij simpliciter prolati, sed bene pleni dominij, de quo hic nõ loquimur, nec l. 4. de pleno dominio, sed ait, vsusfructus in multis casibus est dominij pars. Ideo videte si possit dici, vt vsusfructus simpliciter prolatus non sit pars dominij, nisi in multis casibus, videlicet quando concomitatur proprietatem. Et dicitur pars scilicet accidentalis, quæ adesse & abesse potest præter subiecti corruptionem. dominium enim fundi quis habet & dominus est, siue vsumfructum habeat, siue non, vt hic. Quod si obieceritis esse semper partem, dico contrarium, quia dum per se consistit, non est pars, vt hic. Nec etiam est pars substantialis, cum sit accidentalis. Et de multiplici parte loquuntur metaphysici, & dialectici, & Bart. in l. re coniuncti. in 4. q. primæ quæstionis principalis. in princ. de lega. 3. ff. & in l. si quis cum totum. de except. rei iudic. & l. 2. col. penult. de public. iudic.

Plenum dominium & proprietas.

¶ Vel si velimus sustinere vsumfructum esse partem dominij, possumus dicere in casibus adductis per gloss. in d. l. 4. & hoc probat hæc lex dicens, quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis est, hoc est vsusfructus non tantum est dominij pars, sed etiam est seruitutis: & quamuis Iurisconsult. non apposuerit dictionem non tantum, tamen debet intelligi, vt plene dicam in l. hęc verba quanti. infr. eo. propter dictionem aduersatiuam sed, & sic potest intelligi §. sequens, vt alibi dicetur.

In diuisione proprietas vni adiudicari potest, vsusfructus alteri.

¶ Item probari potest per actionem familiæ erciscundæ, quando res diuiduntur inter coheredes, quarum dominium erat apud testatorẽ. nam iudex potest vni adiudicare proprietatem, & alteri vsumfructum, l. & puto. §. 1. ff. fam. ercisc. Ergo vsusfructus est pars dominij, alioqui ille coheres non haberet hereditatis partem, nec dominus esset. Item siue res euincatur tota, siue pars, habet regressum emptor in venditorem, l. 1. ff. de euiction. & si vsusfructus euincatur, etiam agetur, l. sed & si quid. ibidem. quare vsusfructus erit dominij pars in illo etiam casu.

¶ Præterea fructus rei sunt pars rei, l. fructus. ff. de rei vindica. glo. in d. l. 4. alios refert casus: & de retractu infra dicã. & sic in multis casibus vsusfructus etiã formalis est dominij pars, non verò semper. *Elige cui dicas, tu mihi sola places.*

¶ Refragatur l. cum heres. §. Stichus. ff. de statulib. vbi seruitutis appellatione venit dominium: ergo seruitus vsusfructus, vel alia est pars dominij, imò ipsum dominiũ. Respondeo, quando apparet de mente disponentis, vt sub nomine seruitutis velit intelligere dominium, tunc intelligitur, alioqui non: & hoc probat tex. ibi, nisi testator seruitutis appellatione dominium magis, quam operam intellexerit, quod potest fieri: vt in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1.

Vsusfructus pars rei nõ dat. n. inij.

¶ Item oppono l. cum filius. §. dominus. ff. de leg. 2. vbi vsusfructus portionis instar obtinet. Vere igitur non erit portio, nec pars, vt dicitur in d. l. 4. Solui potest. nam d. l. 4. dicit in multis casibus vsumfructum dominij esse partem: ille autem §. dominus. dicit obtinere instar portionis rei. & quodammodo rei portio dicitur, non verò dominij: nisi in multis casibus, vt sæpe dictum est. Item aliud est partẽ dominij esse, aliud rei, vel fundi, sicut aliud est dominium, aliud res, vel fundus.

Vendens fundum sine vsufructu tenetur, si hoc non exprimat.

¶ Nec obstat l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. 2. vbi vsusfructus consistit in iure, non in parte, ergo diuidi non potest. Respondeo, in parte proprietatis non consistit vsusfructus, sed in iure: est enim ius vtẽdi fruẽdi. l. 1. ff. de vsufru. emolumentũ tamẽ rei cõtinet. d. §. fundo.

¶ Item videtur obstare l. qui vsumfructũ. ff. de verb. obligat. vbi, qui stipulatur fundum, non intelligitur illum dare, si vsusfructus detrahatur: ergo non dicitur totus fundus sine vsufructu. Responderi potest totum quidẽ prædium, vel fundũ dici, licet vsusfructus non

sit coniunctus per istum text. Sed ille qui stipulatur fundum, vel illum vendit, si non det vsumfructum, improbato more se habet, quia tacuit abesse vsumfructum. l.1. in fine. ff. de actio. empti: ideo tenetur ad id quod interest, non tamen falsus emptor dici potest, quia totum dominiũ fundi vendidit: nempe sicut anima est tota in toto, & in qualibet eius parte, vt solent doct. nostri vti hac similitudine, ita dominiũ per totum fundũ: & ideo cum sit in toto fundo dominus, recte potest vocare totũ suum, vel nostrum, vt hic: idcirco hic text. ait: Recte dicimus totum fundũ nostrum esse, licet non habeamus vsumfructum, & recte possumus nos dicere dominos sine vsufructu: sed fundũ vendere nõ possumus sine vsufructu, nisi exprimatur detractum esse vsumfructum, quia nihil celandum est in re vendenda per dictam l.1. Quare celando vsumfructum abesse, contra legem venditionis, & bonam fidem facit, & sic tenetur.

Dominus rei quis vocatur sine vsufructu.

¶ Itaq; concludere possumus, quod si quis dicat se dominum alicuius loci, licet alius vsumfructũ habeat, non falsò hoc dicit: nã potest dici dominus is, qui pro parte est dominus, l. serui electione. §.1. ff. de lega.1. Sic qui habet dominium sine vsufructu. Atq; ita intelligi poterit hæc lex, vbi non est alicuius præiudiciũ, sine vsufructu totum fundũ dicere nostrum possumus: per l.2. §. si quis à Principe. ff. ne quid in loco publico fiat. l.in concedendo. de aqua pluuia arcen. l. ex facto. vbi doct. de vulga.

¶ Vnde rusticus colonus dicit fundum suum, vt gl. ait in l.2. de origi. iur. Sed diuersum est, vbi inferretur præiudicium alicui, maxime contra bonam fidem in contractibus, in quibus maxime desideratur, l. contractus. de regu. iur. tunc enim recte non dicet quis suũ, vel nostrum esse totum, licet sit proprietatis dominus: quia dolose agit, subticendo quod deest, puta vsumfructum.

Seruus meus vel res potest sine vsufructu dici.

¶ Nec refragatur l. seruos. ff. de lega.3. vbi sic scribitur, seruos autẽ suos, vel ancillas, eos accipimus, qui sunt pleno iure testãtis: inter quos fructuarij non continẽtur. Non potest igitur dicere quis suum seruum, nisi is qui habet proprietatẽ, & vsumfructũ: tamen hic dicitur nostrum esse sine vsufructu. Id ita dilui potest, suũ quidẽ & nostrũ posse dici seruũ, & fundum, qui est pleno iure noster, non tamen negat ille text. quin nostrũ, vel suum, vel meum prædium dicatur, etiam si non habeam vsumfructum, imo cõtrarium hic dicitur, & in l. si quis seruos suos. ff. de lega.3. vbi dicit suos seruos esse, licet sint communes, etiam in quibus vsusfructus sit alienus, multo magis dicetur suus, l. serui electione. in fine. ff. de lega.1. Sed vsufructuarius seruum suum dicere non potest, per d.l. seruos. dum ait, inter quos fructuarij non continentur. hoc tamen inferius limitatur.

Seruitus an diuidi possit, & quomodo.

¶ Item hic colligitur seruitutem partes habere: ergo diuidi poterit, contra l. seruitutes non diuidũtur. ff. de verb. oblig. Respõdeo, dicuntur partes seruitutis, vt hic, id est species seruitutis sunt, iter, actus, vsusfructus, & aliæ. Quare habet partes, vt dialectici nominant, prædicatiuas, vel subiectiuas, vt species dicuntur partes sui generis, quia de his genus prædicatur, & in illas diuiditur, vt animal in hominẽ & brutum. Species autem seruitutis non potest diuidi, nec habet partes tales, l. vsus pars. ff. de vsu & habita. nisi in individua, & numero diuidatur. nam vt Græci aiunt: *ἀδιαίρετον ὅλος ὢν διαιρεῖται εἰς εἴδη, ἀλλ' εἰς ἄτομα.*

¶ Item quo ad commoditatem diuidi potest, l. cum filius. ff. de legat.2. Bart. plene in d.l. seruitutes non diuiduntur, & Vincentius Hercula. copiose in l. in executione. de verbor. oblig. vbi etiam numero partiri posse concludit, vt paulo ante diximus: & apud eum si velitis verius legere potestis.

¶ Tamen posteaquam hæc dictaueram, incidit in manus meas liber nuperrime excusus, in quo sic scriptum legi: *Rectè dicimus eum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vsusfructus alienus est, quia vsusfructus non dominii pars: sed seruitus est, vt via & iter, &c.* Atque ita legendo fere cessarent omnia contraria supradicta, & haberent locum quæ superius dixi, scilicet vsumfructum non esse partem dominij, sed esse seruitutẽ, vt via & iter: sed in multis casibus est pars dominij: & sic legendum & intelligendum text. quidam censent: ego tamen declaraui, prout in Florent. Pandectis inueni.

Noua lectio tex. qua cessãt omnia contraria.

An retractus in vsufructuq; cum habeat.

¶ Ex quo infertur, quod sicut retractus consanguineo competit in re à proximo vendita, ita & in vsufructu ad vitam vẽdito: tum quod sit dominij pars in multis casibus, tum etiam quia idẽ disponitur in iure rei adhærente, sicut in re; c. quãto. de iudic. Et alienare videtur, qui vsumfructũ cõstituit, l. fi. C. de reb. alien. nõ alie. Et in re alienata competit retractus: & quia retractus est fauorabilis, ob id ampliãdus, l. cum quidã. ff. de libe. & posth. hoc expresse firmat Matthæus de Afflictis in tractat. de iure protomiseos §.1. nota.3. Nisi lex, consuetudo, statutúmve loqueretur in rebus immobilibus, vt retrahi per proximiorem possint, per ea quæ consuluit Alex. consi.52. viso. in primo vol.

Processum inchoatũ contra vsufructuariũ

¶ Item quando venditus esset domino, & sic consolidatus cum proprietate, ob id extinctus. §. finitur. Institu. de vsufructu. Nam quod est extinctum, non potest suscitari, l. qui res. §. ateam. ff. de solutio. Bald. consilio 300. statuto. in fin. volu.1. Nec tenetur tunc dominus resumere processum inchoatum contra vsufructuariũ: vt fuit decisum in hoc senatu pro

pro domino Nicolao Viole, in camera computorum magistro. Debet tamen dominus se defendere, si ille processus sibi noceat, vt fuit iudicatum ibidem, anno millesimo quingentesimo tricesimo primo, die decimatertia, & vicesima Iulij.

dominus resumere non tenetur. Arresta. Dominus etiã sine vsufructu quis dicitur.

¶ Secundò si in lege fiat mẽtio de domino, intelligetur etiã de eo qui non habet vsumfructum, vt hic, & in l.2. de conditio. institutio. ff. vbi Bald. scribit agentem excusati, si dominum se dicat; & proprietatem ad se spectare probet, quia dominus quis etiam sine vsufructu dicitur. facit l.1. §. domini. ff. de senatuscon. Silan. §.1. Institu. de hered. instituend. vbi proprius etiam seruus dicitur, in quo quis nudam habet proprietatem, vt constat in titul. de stipul. seruorum.

Habens vnam domum Parisiis gaudet ciuium priuilegiis, licet non habeat vsumfructum.

¶ Et potest iste tex. ad consuetudinem induci, qua cauetur, quod habens vnã domum Parisiis efficitur burgensis illius ciuitatis, & gaudet priuilegiis ciuium: nam si quis emerit, vel alio iure cõsecutus fuerit proprietatem domus, licet non habeat vsumfructum, tamen burgensis erit, & ciuium gaudebit priuilegiis, per istum tex. quia domum habere videtur, licet vsumfructum non habeat. l. sciendum. §. item qui solum. ff. qui satisda. cogan. ibi, qui solam proprietatem haberet possessor intelligendus est, eum verò qui tantum vsumfructum habet, possessorem non esse, ibi Vlpianus scribit, & sic proprietarius cauere non tenetur de iudicio sisti, vt ibi scribitur, secus in fructuario.

¶ Limitant quidam in extraneo, vtpote Hispano, & alio non nato in Regno, vt per acquisitionem domus in ciuitate non dicatur burgensis, nisi & vxorem ibidem duxerit, vt in l. libertus. §. fola domus. ff. ad municip. Et istud ad multa accommodari potest, propter Parisiorum & aliarum ciuitatum priuilegia, quæ in l. ædificia. infra eo. scribam.

Executio rei iudicatæ in vsufructu fieri potest.

¶ Limitate quando materia loquens de domino, conueniret etiam vsufructuario, & vbi esset eadem ratio in eo: sicut enim res quo ad dominium vendi potest, ita quo ad vsumfructum, & sic eadem erit vtriusque dispositio, per l. in venditione bonorum etiam vsusfructus venit: quia domini appellatione fructuarius continetur, ff. de bon. author. iudic. possiden. etiam proprie per verbum cõtinetur ibi positum: licet Iacobi. contrarium teneat in rub. ff. de rei vindicatio. colum.2. facit l. liber homo. in 2. ff. de verbor. oblig. De proprietate scripsi in l. interdum. infra eo. in verbo proprietatem.

Lex Regia de locatione domus meretricibus facta eliditur.

¶ Item pro hoc facit quod habetur in ordinationib. Regiis, in rubr. *que les ribaudes comunes soyent boutees hors des bonnes villes.* vbi mulieres inhonestè viuentes, extra ciuitatem collocari debent: & si aliquis locet eis domum, vel domos in ciuitate, debet tantum soluere, quantum pro pensione domus habuit: quod intelligitur, siue locauerit domum propriam, siue eam in qua habet vsumfructum tantum: imo etiam si non haberet proprietatem, nec vsumfructum, sed in emphyteusim perpetuam, vel si ad tempus locasset, cum alteri relocare posset, l. nemo. C. de locato.

¶ Idem intelligitur artic.2. rubr. *des eaus & forestz.* ord.5. vbi prohibetur ne quis in nemoribus residens Regiis habeat in domo ballistas, vel alia instrumenta ad capiendũ feras, vt etiam procedat in domo in qua vsumfructũ quis habet. doct. in rub. de no. ope. nũtia. ff.

Vsusfructuarius an dominus dici possit.

¶ Item vsusfructus aliquando non dicitur aliud à proprietate: vnde si fideiussor promisit vsumfructum fundi pro reo, ad fundũ obligato, tenebitur: quia vsusfructus est ius fundi, l. si à reo. §. si reo. ff. de fideiuss. Et legato fundo debetur etiam vsusfructus, l. Meuius. §. penult. ff. de lega.2. quod declarat Iason in l. quod in rerum. §. si vsumfructum. ff. de lega.1. Vnde Bart. in l. in venditione. ff. de bon. author. iudi. possid. dicit, quod vsufructuarius est dominus vsusfructus, vt dicitur in d.l. in venditione. & in l. liber homo. de verb. obliga. & dixi in l. interdum. infra eo. Sed non est dominus rei, vel proprietatis, vt hic, & l. falsus. in fin. ff. de furt. ibi, quia vsufructuarius dominus non est, intelligunt proprietatis, & ideo non tenetur soluere laudimia, vel alia iura à domino solui solita: quia dominus, quo ad hoc, non est, nec mutatur dominium: vt fuit in hoc senatu pro domino Carolo de Roam vsufructuario de Guise contra procuratorẽ Regium decisum, anno millesimo quingentesimo decimooctauo, die prima Februarij, Aufre. in stylo parlamen. aresto 402. scribit. quãuis super hoc dubitet Boer. in §.9. de consuet. feud. & censuali in consuet. Biturigum: vbi concludit vsufructuario laudimia esse soluenda ex rebus quæ detinentur ex feudo, licet ipse non soluat ex suo feudo laudimium: quia non mutatur dominium, cum vsusfructus quo ad hoc non sit dominij pars. ergo non debetur laudimium: quod est notandum.

Arestũ quod vsufructuarius laudimia non soluat.

Vsufructuario alienare prohibito cessante relicta proprietas.

¶ Sed si quis donauerit, vel legauerit vsumfructum, & prohibeat illi, cui donatũ est, vel legatum, alienationem, ea alienatio arguit ei donatã proprietatem, per text. singu. in l. Proculus. ff. de vsufruct. vbi Bal. & doctor. & idem si alterata sit natura vsusfructus, teste Soci. consi.260. in causa. col.3. in 2. volu. & Alex. consi.150. viso themate, & Francisc. Curt. consi. 14. inuocato, &c. vt veritas, &c. Idem dicemus si quis donauerit domũ alicui ad vsum, vel in peculium, vel in habitationem, vt proprietas legata censeatur, si alia verba vsum denotantia non sint expressa, tex. singu. in l. donationes in concubinam. §.1. ff. de dona. secũdum Alex. in l. si donatione. nu.14. C. de collatio. & probat hoc Bar. in l.4. ff. de aliment. & Bald.

consi.59.quædam mulier.vol.5.Corneus consil.19.vol.1.& Soci.consi.102.visis.nu.10.in 3. vol.Hippolyt.singu.414.testator.alibi tamen contrarium in hoc teneo in nouo intellectu ad illam legem, donationes.in meis no.interpretation.

De vsu.

¶ Idem dicimus si quis habeat proprietatem,alter verò vsum,vt is qui habet proprietatem,totam rem habere dicatur, cum vsus minus contineat, quam vsusfructus, vt l.1.ff.de vsu & habita.Et vsus interdum denotat seruitutem,vt in rub.ff.de vsu & habita. Et quandoq; non,sed sonat in factum,vt locus ad vsum hominũ pertinet, vt l.1.ff.de locis & itine. publ.& l.1.§.1.de itinere actúq; priuato . & de his ac etiam de aliis seruitutibus abunde tractauit,ac subtiliter pro more D.Ioan.Corrasius doct.Tholosa.egregius in titu.ff.de seruitu.nunc verò consiliarius in parlamento Tholosano.

Differẽtiæ inter vsumfructũ & vsum.

¶ Notandæ sunt quædam differentiæ inter vsumfructum & vsum, quas aliquando collegi,vt sequitur. Prima differentia inter vsumfructum & vsum est,quia habẽs vsum pro victu quotidiano fructus recipere tantũ potest, §.1.Instit.de vsu & habita.l. plenum.§.potest.ff.illo titu.secus in vsufructuario, qui omnes rei capit fructus, & ideo ad onera tenetur,l.hactenus.ff.de vsufructu.& sic plus facit,qui fruitur,l.item quamuis. ff.cõmu. diuid. Secunda est, quod vsuarius contra domini voluntatem in re vsuaria habitare non potest.d.§.1.& l.si quis habitatio.§.final. ff. de vsu & habitatio. diuersum est in vsufructuario, d.l.hactenus.ff.de vsufruct. Tertia est, quod vsuarius ius vtendi alteri vendere, vel locare non potest, d.§.1. sed vsufructuarius sic, nisi ex æquitate, vt aliquid prosit ipsi vsuario, Quarta,quod vsus est indiuiduus,quia in eo necessitas personæ inspicitur, quæ est indiuidua,l.vsus pars.ff.de vsu & habitatio.secus in vsufructu.l.1.§.si vsusfructus. ff. ad legem Falcidiam. Quinta est, quod vsuarius hospites recipere non potest, l.non aliter. ff. de vsu & habitatio.nisi familiam & notum amicum,l.2.§.1.ff.illo titu.Sed vsufructuarius contra,imo domum alteri locare potest,l.arboribus.§.vsusfructus.ff.de vsufru. Sexta,vsuarius pecorum,vel ouium lac & lanam habere non potest,sed vtetur animalibus ad stercorandum : diuersum erit in vsufructuario,§.item is ad quem.Instit.de vsu & habitat.l.vsufructu legato.ff.de vsufruct. Septima, vsuarius solus agrum reficere non tenetur, quando dominus quicquam emolumenti recipit,l.si domus.ff.de vsu & habitatio. sed in vsufructuario contra,d.l.hactenus.ff.de vsufruct. Octaua, vsuarius colono stare tenetur,l. si habitatio.§.si quid.ff.de vsu & habita.vsufructuarius non,l.arboribus.§. vsufructu.& d. l.hactenus.ff.de vsufructu.

In quibus vsus & vsusfructus æquiparentur.

¶ Aequiparantur tamen vsus & vsusfructus in l.filiofamilias. ff. de vsu & habita.& in l. diuus.ibidem,& in l.1.ff.de vsufru.lega.& in l.3.in fin.de vsufruct.& l.de eadem.de stipulatione seruorum.ac in l.1.& l.quoniam.ff.de vsufruct.earum rerum. Aequiparãtur etiam, quia vsusfructus morte finitur,§.finitur.Instit.de vsufruct. nisi in casu l.cum in fundo.§. quod si vxor.de iure dotium.ff.Sic finitur vsus,§.1.de vsu,in Instit.

Heredes fructuarij an habere fructus debeant.

¶ Sed nuper à me quæsitũ fuit,si vsufructuarius moriatur fructibus pendẽtibus,& non recollectis,an heredes eius quicquam de fructibus habere debeant?& tex.in l. vsufructuarius messem. ff.quib.mod.vsusfruct.amit.decidit vsufructuarij fructus tunc fieri,cum eos perceperit.

¶ Perceptionem fructuum accipere debemus,non si perfectè collecti,sed etiam cœpti, id est ita percepti, vt terra continere se fructus desierint : veluti si vuæ vel oliuæ collectæ sint,nondum autem vinum,aut oleum ab aliquo factum sit:statim enim ipse accepisse fructus existimandus est,l.si eius.ff.de rei vindica.& sic sufficit perceptos fructus esse, sint reconditi,vel nõ,quicquid glos.& doct.in d.l.si vsufructuarius.dicãt.facit l.si fur.ff.de vsufr.

Heredes fructuarij an impensas repetere possint factas in cultura.

¶ Sed difficilior est quæstio,an heredes impensas culturæ repetere possint,& semen satum in agro:& dicerem posse per l.prætor.§.quod ait.ff.de bonis autho.iudic.possid. vbi creditor missus in possessionẽ bonorum debitoris,repetit quod sine dolo malo erogauerit,siue quid in fructibus percipiendis erogauerit,siue in familia alenda, curandáve. §. his verbis.ibidem.facit l.diuortio.§.impendia.ff.soluto matr.ibi,sed hæ impensæ non petentur,cum maritus fructũ totius anni retinet.ergo si non retineat fructus,impensæ debẽtur. Et postea dicit tex.quia ex fructibus prius impensis satisfaciendũ est.& in fine etiam probatur ibidem.Igitur heredibus fructuarij satisfiet de impensis,facit l.quod si heres. ff. de vsufructu. Nam fructus dicũtur deductis impensis,l.fructus.ff.de oper.seruor.l.fructus. soluto matr.& fructus transeunt ad proprietarium, l.si vsufructuarius messem. ff. quibus mod.vsusfruct.amit.Ergo deductis impensis factis in fructibus serendis,& colendis agris.

¶ Ad hæc non debet quis locupletari cum iactura alterius,l.nam hoc natura.ff.de condict.indeb.& l.iure naturæ.de regu.iur.quod fieret si expensæ non repeterentur factæ gratia fructuum.Et bonæfidei possessor eas recuperat,l.adeo.§.ex diuerso.ff.de acquir.rerum dom.& §.ex diuerso.Instit.de rer.diuisio.l.domum.C.de rei vindic.

¶ Item si quis impensas & sumptus vltro fecerit in re aliena,competit ei actio negotiorum gestorum,l.sed vltro.ff.de nego.gestis: multo fortius in vsufructuario,qui ius habebat

bat hoc faciẽdi: hoc etiam in beneficiati herede locum habet,vt repetat, dicit tex. solennis in c.quicunque.12.q.4.Multo fortius vsufructuarius,vt etiam notant docto.in cap.fina.de pecul.clerico.hoc tamen nõ vidi seruari in herede beneficiati, nisi in terris quas coluisset.

Heredes fructuarij an fundũ pro impensa retinere possint.

¶ Vltimò dubitatur, an heredes retinere possint fundum ratione expensarum. respondet tex.non posse,sed agere poterunt,per l.diuortio.§.interdum.& ibi pulchre Ias. ff. soluto matrimo.vbi ait,domino agenti rei vindicatione,non posse opponi exceptionem impensarum,per l.mater.& l. si mancipium. C. de rei vindica. sed de hac retentione plene scripsi in l.non potest videri. infra eodem.

¶ Non refragatur d. l. si vsufructuarius messem. quia illa lex disponit de fructibus, vt sint proprietarij : non tamen negat expensas repetendas, nec aliquid statuit in illis. igitur aliis iuribus standum est. Alioqui vsufructuarius nollet serere,saltem tempore pestis, & infirmitatis,& fundus vacuus maneret,& dominus amitteret omnes fructus:ideo bonum & æquum est, vt semen & expensas restituat proprietarius heredibus fructuarij. quod est notandum.nam dubitare quosdam vidi,ideo hæc nolui prætermittere.

Vsuarius cautionẽ præstat.

¶ Et alias regulariter conueniunt vsus & vsusfructus, nisi in supradictis casibus,& aliis à iure expressis. Etiam pro vsu cauetur, l. huic stipulationi. §.1.ff.vsufructua. quemad. caueat. sicut pro vsufructu,in l.1. C.de vsufruc.

Vsufructuarius qui dicatur.

¶ Inde vsufructuarius dicitur,qui habet vsumfructum, vt in rubr. ff. vsufruct. quemad. caueat.Et vsusfructus pecunię & vsus idem continent,l.hoc senatusconsultum.in fi.& l.tribus.§.fina. ff. de vsufructu ear.rer.quæ vsu consu.& l.quoniam.ibi,quia in hac specie vsus appellatione etiam fructum contineri magis accipiendum est.

Fructuarius.

¶ Aliquando vocatur fructuarius,l.3.§.vnde.ff.de vi & vi arma. l. si de fundo. ibidem. l. fin.vti possidetis.l.quanquam.quod vi aut clam.l.si debitor.de solut.ff.l.si debitor.de pact. scripsi in l.interdum.infra eodem.

Fructuaria stipulatio.

¶ Et stipulatio fructuaria,quando promittitur vsusfructus, l.4.§.fin.ff.de verb.obliga.

Vsufructuarius non soluit debita.

¶ Vltimò notandum est, quod vsufructuarius, etiam omnium bonorum, non tenetur soluere debita hereditaria,sed pro eis soluendis debent bona vendi hereditatis.tex.in l. fi.§.fin autem æs alienum.C. de bonis, quæ liber. & hoc firmat ibi Paul. quem sequuntur Alex.& Ias.in l.1.in prin. ff.ad Trebel. & est communis ista sententia secundum eos ibi, & Soci.consil.131.in præsenti.col. pen. in 1. vol. & sic iudicauit senatus Parisi. pro domina de Roquebron contra Baronem de Montat,anno 1542. die 2.Iunij,quamuis Bar.tenuerit contra.in l.fi.ff.de vsufruc.lega.& Guido Papa in decis.Delphi.q.541.quidam testator.

Arestum.

¶ Etiam eodem die & aresto fuit decisum matrem vsufructuariam non teneri ad præstandum aliam cautionem, nisi cum hypotheca rerum suarum : sicut patet in l. filio. ff. vt legat.l.iubemus.§.in supradictis.C.ad Trebel. Quamuis in Italia æstimetur vsusfructus ad quartam partem plenæ proprietatis : vt si fundus sit duodecim aureorum, vsusfructus æstimabitur tribus aureis : tamen in hoc Regno Franciæ quatuor æstimatur aureis, & sic ad tertiam partem.& ita tenet curia Parisiens.videte l.hereditatum.ff.ad legem Falcid. & in ciuitate Parisiensi, si quis relinquat vsumfructum omnium bonorum, reduci debet ad quintam partem iuxta consuetudinem,vt censuit senatus anno 1537.die 28.Nouembris,in processu moto inter Guilelm. Puyant, & Ioannem Layse.

Mater vsufructuaria nõ præstat cautionẽ nisi obligatoriam.

¶ *Recte.* Huius dictionis expositionem tradam in l.hæc verba in stipulatione. infra eo. quia sua iam satis est onerata materia hæc lex.

Vsusfructus quomodo æstimetur.

¶ *Dicimus*, hoc verbum fusissime elucidaui in l.3.in fine,supra eod.

Arestum.

¶ *Totum*, recurrite ad l. nominis. supra eodem, vbi huius dictionis vis, & significatio tradita est à nobis.

¶ *Alienus vsusfructus* hîc dicitur,qui non est iunctus proprietati, nec est illius, cuius est dominium. Et quot modis quid alienum dicatur,scribam in l.alienatum.infra eo.

Falsum quid.

¶ *Nec falso*, dictum est, sed vere dictum est: nam falsum est veritatis immutatio. tex. in authen.de instru.cautela & fide,in princip.colla. 6. & est contrarium vero. quid enim tam contrarium vero,quam falsum ? sicut de errore loquitur l. si per errorem. ff. de iurisdictio. omnium iudicum.

¶ Colligitur ex isto tex.quod habens proprietatem,& illam vendens, licet dicat totum fundum, vel domum suam, non dicitur falsus venditor,licet vsusfructus pertineat ad alium : alioqui falso diceretur res sua, licet teneatur ad id quod interest, vt superius dictum extitit. Tria enim requiruntur, antequam quis possit condemnari falsi. Primò requiritur immutatam esse veritatem,per d.§.1.& l.quid sit falsum.ff.de falsis,Matthæ. de Afflictis decis. vlt. nu. 8. Secundò in mutatione veritatis dolus interuenisse debet : alioqui non damnabitur tanquam falsarius,§.item lex Cornelia.de falsis.titul.de public.iud.in Institu. Ideo impuberem in falsum incidere dicendum non est, cum dolus malus in eam ætatem non cadat, l. impuberem. ff. de falsi. Tertiò requiritur, quod falsum commissum alicui noceat:si autem nemo læderetur,falsi condemnari quis non posset,per glo. singu.in lege,

Antequã quis damnetur falsi quot requirantur.

damus.in verbo priuatus.C.de falſ. quam notat ad hoc Lanfranc.in repetit. cap.quoniam contra.in verbo teſtium depoſitiones.col.6.de proba.Iaſ.conſi.153.col.3.vol.3.& Hippolyt. in conſil.53.nu.31.& abunde ſcripſi alibi,& eſt tex.in l.1.C.de mutatio. no.

Non falſò & non propriè differunt. Teſtis quando à falſo excuſari poſſit.

¶ Item colligitur ex his verbis nec falſo, aliud eſſe dicere nõ falſo rem meã dici,vel non proprie, vt Soci. & alij ponderando iſtum text.dicunt in l.ſerui. §.1.ff.de lega.1. Nam quod large dicitur,non propterea falſum vocatur,tamen non proprie dicitur.

¶ Ideo infertur,ſi teſtis in depoſitione ſua aliquo termino improprie vtatur, non dicitur ob hoc falſus teſtis, quia verbum improprie ſumitur, l.2.ff.de teſta. vbi Bal.& Imol.& ſic teſtes qui concordari poſſunt per verbi improprietatem, non dicentur depoſuiſſe falſum,vt plenè ſcribit Feli.in c.cum tu.de teſtib.& docto.in l.2.in fine.ff.ſi cert. peta. Dixi in tracta. de reprobatio.& ſaluatio.teſti.in verbo concordia.

§. Quintus Mutius ait partis appellatione rem pro indiuiſo ſignificari. Nam quod pro diuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe: Seruius non ineleganter partis appellatione vtrumque ſignificari.

Pars diuiſa & indiuiſa quomodo vocari poſſit.

¶ Appellatione partis etiam venit res pro diuiſo ſequendo opinionem Seruij, & hoc ratione totius rei habita. Ideo ſi diuiſione inter fratres facta alter vendat partem ſuam, licet ſit diuiſa, valet venditio, quia partem appellat ratione totius hereditatis.& ſic non erit abſurda Mutij ſententia, quamuis doctores hic aliter ſentiant: & vtrumque appellatione partis venit,ſiue pro diuiſo,ſiue pro indiuiſo,vt dicam plenius in lege,nomine filiarum.§. portionis. infra eod. facit l. locus.ff.de acq.poſſeſsio. & l.3. de officio aſſeſſo. & probat iſte text:ſi intelligatur, id non partem eſſe tantum, ſed totum, vt dicam in l.hæc verba quanti. infra eod.

¶ Intelligite partem diuiſam eſſe partem, habita ratione totius, & in fauorabilibus veniret tanquam pars, ſed ſi de ipſius rei incommodo tractaretur, tunc diuiſione facta non dicetur pars: vnde facta diuiſione domus, vel fundi, alteri parti ſeruitus imponi poterit, quod non fieret ante diuiſionem, quia per partes ſeruitus imponi nõ poſſet.l.ſi quis duas. §.ſi quis partem.ff.commu.prædio.l.2.de ſeruitu.Et communia prædia accipere debemus, ſi pro indiuiſo communia ſint, Vlpia.in l.magis puto.in fi.ff.de rebus eor.

¶ Secundò ſi materia vel ratio refragetur, tunc partis appellatione non veniet res diuiſa, alioqui ſecus,l.plane.1.in fin.ff.de lega.1.vt ſi quis ita leget, fundum Titio do, vt eum pro parte habeat, partem tantum habiturum Titium. videtur enim fundi appellatione non totum fundum, ſed partem appellaſſe. Nam & pars fundi fundus recte appellatur.

¶ Tertiò quando mens teſtatoris aliud ſuaderet, l.Caius.in fin.ff.de leg.2.

¶ Quartò res communis pro indiuiſo non poteſt dici Titij eſſe, vel alterius, antequam diuiſa ſit,l.littus.1.§.1.infra eo.vbi dicam. facit l.magis. in fin.ff.de rebus eo.quia genitiuus denotat dominium,vt ſentiunt docto.in proœm.ff. An autem & id quod eſt meum pro parte,poſsit dici meum ſimpliciter, prolixe more ſuo tractat Ioan. Igneus in l.1.§.domini. ff.de ſenatuſcon.Silan.poſt Bar.Iaſ.& alios in l.ſerui electione.§.1.de lega.1.

¶ Quintò lapis exemptus ex re communi pro indiuiſo, eſt communis etiam pro indiuiſo,l.pro regione.ff.de acq.rer.dom. Eorum quoq;,quę ſine interitu diuidi non poſſunt, partem peti poſſe conſtat, Paul.in l.fructus.in fin.ff.de rei vindica.

Pars indiuiſa an capi & ſaiſiri poſſit, & quomodo.

¶ Sextò poſtquam partis appellatione etiam venit res indiuiſa, poterit fieri manus iniectio partis Titij etiam non diuiſæ, & ſicut vulgo dicitur, *ſe faira la ſaiſie de la partie appartenante à N. tel, prenant telle part & portion, qui luy appartiendra.* Cuius pars eſt communis pro indiuiſo. Sed iſta manus iniectio non debet referri, vel deſignari ad certum locum: ſed, vt dixi, intellectu capitur pars Titij, quæ poſtea ex diuiſione apparebit certa. facit l. plures.ff.de damno infecto. quod notandum eſt:multos enim vidi in ea re titubare.

Areſtum. Dominus ceſſus capit & ſaiſit totam rem pro cenſu non ſoluto.

¶ Septimò fuit deciſum in ſenatu anno 1536. die 26. Februarij, dominum pro parte ob cenſum non ſolutum, poſſe ſaiſire totam hereditatem, exprimendo tamen pro dimidia parte cenſus eſſe prehenſam,& captam.Alias non valeret, vt practici dicunt, ſaiſimentum. quod eſt notandum. Et dominus cenſualis tertiæ partis, omnes fructus ex tertia parte prouenientes capere,ſeu ſaiſire poteſt,pro defectu ſolutionis cenſus, dummodo exprimat pro qua parte ſaiſit, & manum iniicit,vt ſæpius in forenſi iudicio vidi iudicari.

Pars pro indiuiſo in caſu nouitatis quomodo tractari debeat. Reditus an conſtitui ſuper re indiuiſa poſſit.

¶ Octauò ſi quis in nouitatis caſu conqueratur de tertia parte bonorum non diuiſa, vel de tertia domus Titij parte, tota domus vel bona omnia ad manũ ponentur Regiam: & partibus auditis iudex pronũtiabit, quod dominus partis non contentioſæ recipiet fructus ſuę partis, quos ſolitus eſt recipere. Nam ſuper parte pro indiuiſo poteſt reditus conſtitui,& vendi,l.1.vbi docto. C.communi diuidundo.l.falſo.de commu.rer.alie.Poteſt etiam pars pro indiuiſo dari in dotem,l.ante.C.de iure dot. & donari, l. portionem. C. de dona.& vſusfructus conſtitui,l.vſusfructus ab initio. ff. de vſufructu.

¶ Nonò

Diſiuncti quando dicantur.

¶ Nonò decidit de Ripa in l.re coniuncti. col. 1. ff. de lega. 3. quod licet vnitas ſermonis faciat coniunctionem verbalem, tamen quando omnimoda diſiunctio fit, tunc dicuntur diſiuncti omni diſiunctione reali: vt ſi Titio & Sempronio legem ſingulas fundi partes,vel ſingulos ſeruos, per l.huiuſmodi.§.quibus.ff.de leg.1.& per hanc legem. Sic conſuluit Iaſ. conſil.214. in cauſa.vol.2. vbi conſuluit ius accreſcendi non habere locum in legato dotis mille librarum facto ſingulis filiabus, ſi vna moriatur ante legatum adeptum. vide quæ ſcripſi in l.triplici. infra eodem.

Pars debita alicui non eſt in meliori loco tribuenda.

¶ Decimò qui debet habere dimidiam partem rei, non poterit petere, vt in meliori ſit illi pars facienda:ſed debet eſſe tam in lucro, quam in damno,l.qui vtilia. C.de omni agro deſerto.lib.11.alias eſſet diuiſio leonina,teſte Bal.conſ. 435. proponitur. in primo volu. per l.ſi non fuerint.§.fi.ff. pro ſocio.

Iuriſdictio inæqualis quomodo dividi debet

¶ Vndecimò quando ſunt duo domini caſtri iuriſdictionem habentes inæqualem, & pro indiuiſo,quomodo exerceri iuriſdictio debeat:Reſpondeo,cõuenire debent,& ſimul creare officiales, qui eiſdem iurent, vt emendas & fructus iuriſdictionis, ſeu emolumenta cuilibet pro illis partibus aſsignent, pro quibus ſunt domini. & pro hoc eſt tex. in l.huiuſmodi.§.fina.ff.de lega. 1. vel ſi non conueniant, diuiditur iuriſdictio per tempora, vt is, qui ſeptem partes iuriſdictionis habet,iuriſdictionem exercere poſsit ſeptem menſibus: is verò qui quinque partes habet, quinque menſibus. ſic fuit deciſum Burdegalæ, vt refert Boerius in deciſio.Burdegalen.q.5.quid, duo ſunt.

Areſtum.

Vnus ex dominis non poteſt alterum condominum punire.

¶ Duodecimò ſi duo ſint domini vnius caſtri,cui in hæreat iuriſdictio,& alter committat delictum,alius non poterit condominum ſocium ſuum punire,ſed ſuperior.Bartolus & alij in l.fi.ff.de rerum diuiſ.Bal.in §.fi.qualiter vaſſal.iura debe. fideli.facit l.damni.3.§.fi. cum parietem. ff. de damno infecto: quia par in parem non habet imperium, l. 4. ff. de arbitr.niſi mora eſſet periculum allatura.Bal.in d.l.fi.hoc pluribus probat,& refert Iaſ.in l. 1.nu. 71.ff.de offici. eius. facit l.1.in fi.& l.diuus.ff.de feriis. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. de no.oper.nuntia.c.licet.de feriis.

An poſſit condominus officiales alterius domini in carcerẽ ponere. Areſtum.

¶ Decimotertiò cum quidam diceret ſe condominum alicuius loci pro indiuiſo, & eius officiales inibi vellent exercere iuriſdictionem,fuerunt per alterum dominum in carcerem detruſi,dicentem ſe poſſe etiam pœnali iudicio ſuam tueri iuriſdictionẽ, per legem vnam. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. Tamen perperam factum curia iudicauit,quia ad ſolum Regem ſpectat, turbantes ſuam iuriſdictionem in carcerem coniicere: alij verò interdicto vti poſſunt.text.ad hoc accommodus in l.1.§.neceſſario.ff.ſi mulier ventris no. Bal.conſil.366.quanquam.in 3. vol. vide Albert. Brunum in conſil. 93.in cauſa. in materia feudo.etiam quia non erat dominus niſi pro parte, qui non poteſt onus alteri domino imponere,l.2.ff.de ſeruitu.l.ſi quis duas.§.ſi quis. communia prædio.

Vendere partẽ quando quis poſſit inconſulto ſocio.

¶ Vltimò ſi ſtatuto vel conſuetudine cautum ſit, vt habens partem domus, eam inconſulto ſocio vendere non poſsit, ſi paries intermedius adiectus ſit & diuiſa domus, poterit vendi inconſulto ſocio, quia iam non eſt pars domus, ſed vna domus ab altera: per iſtum tex.& l.ſi in rem.in fi.ff.de rei vindic.& l.ſiquis duas.§.ſiquis partem.ff.comm.prædiorum. & l.magis.§.fi.de reb.eo'. & l. Caius. in fine.de leg.2. Alia nunc omitto, ad phraſes huius legis venientes: & notate has vtilitates, quas non inuenietis per iuris noſtri interpretes traditas.in ipſo enim Pariſienſ. palatio hæc didici,quæ praxim reſpiciunt.

Pro indiuiſo quid ſignificat.

¶ *Pro indiuiſo*, id eſt indiuiſum. vnde res pro indiuiſo dicitur, non diuiſa, non ſecta, de qua loquitur Iuriſconſult. in l. ſi is cui. ibi, communionem pro indiuiſo. ff. de ſolutio.l. non poſſumus.in fine,ibi,pro indiuiſo mihi reſtitui iubeat.ſi pars heredita.peta.l.placet vel certæ partis,vel pro indiuiſo vſumfructum non vtendo amitti.quibus mod.vſusfruct.amitta.l.4.§.ſi alter.finium regund,l.arbor.commu.diui.l.ſi vt certo. §. fina.commod.

Pro diuiſo quid.

¶ Pro diuiſo dicitur res,id eſt diuiſa,l.ſi in rem.in fi.ff.de rei vindica. ibi, ſi quis fundum regionibus diuiſerit,& partem pro diuiſo,id eſt partem diuiſam tradiderit,poteſt alterutri parti ſeruitutem imponere,quia non eſt pars fundi,ſed fundus,d.l.ſi quis duas.§.ſi quis.ff. commu.prædio.De vtroque ſcribit Iuriſconſultus in l.ſi quis cum totum.in princip.ff. de exceptio.rei iudica.& l.ex mille.de euictio.& l.5.de vſufructu.

Diuiſio. Diuiſio bimembris.

¶ Diuiſio,ſectio,ſeparatio,vt in rubr.de diuiſio.ſtipu.in Inſtit. & de rer.diuiſio. ibidem, & ff. Quæ diuiſio perfecta bimembris eſſe debet. l.1.ff.de rer. diuiſio.l.3. de ſtatu hom. vel ad bimembrem reducibilis, teſte philoſopho.

Diuiduæ ſeruitutes.

¶ Diuiduæ ſeruitutes non ſunt excepto vſufructu, id eſt diuidi non poſſunt, lege 1.§. ſi vſusfruct.ff.ad legem Falcid.l.2.& l.ſeruitutes non diuiduntur. de verb. obliga. Et Bartho. Sanxius, vulgo Baſcoletus edidit tractat. diuidui & indiuidui, vbi plene iſta proſequitur.

¶ *Pro*, de hac dictione ſcribam in l.coniunctionem.infra eod.

Vterque.

¶ *Vtrumque*. Vterque & vnum & alterum ſignificat, quod vulgò dicimus, *& l'vn & l'autre, les deux.* Et hoc tex. probatur id,& in l. ſępe.l.ſpecioſus. & l.ſeq.l.quęſtio.in fi.l.hęc verba ille.l.anniculus.1.§.1.ſecundum communem intellectum.l.pronuntiatio. in princip.

& l.

& l.si qua pœna.infra eod.scripsi in l.vna.in 4.notab. C. de sent. quæ pro eo quod interest. vbi dixi proprie ad duo referri, per l. 2. de eo quod certo loco. ff. & l. ait prætor. §.si quid ibi,vtriusq; fraus reiicietur,id est testatoris & ipsius.quę in fraud.cre.& ibi alia iura adduxi.

Iudex salariũ ab vtraque parte an habeat.

¶ Et ista dictio vterque collectiuè capitur,& vnum & alterum requirit, quod est vtile ad sequentia. Vnde si iudex ab vtraque parte duos habere aureos debeat, tam ab vna, quam altera duos habebit aureos,vt decidit tex.iuncta glo.in §.ne autem sub.vers. si quis autem. in authent.de iudic.coll.6.facit glo.in verbo vtrumque.in l.si duas.ff. de excusa. tuto.

De substitutis & procuratoribus.

¶ Item si fuerint instituti duo, & tertius substitutus, si vterque decedat: nisi vterque mortuus fuerit, non admittetur substitutus, per l.cum quidam.C.de impuber.vbi docto. abunde tradunt: & in l. qui duos. de reb. dub. Et diuisim aliquando accipitur. Vnde qui duos constituit procuratores, vt vterque gerat, tunc vterque insolidum constitutus censetur,nec est necesse eos communicare actum officij inter se,sed quilibet per se constitutus censetur,per l.creditor.§.duobus.ff.manda. notatur in l.si pluribus.de lega.2.& Bal.nominatim in l.si apud.C.de appellatio.

Vter.

¶ Dictio vero vter distributiue capitur, vt in l.vter.ff.de conditio. institu. id est quis ex duobus. Gallice,*l'vn des deux, quel que soit des deux*.Bar.in l.hoc articulo.in fine.ff.de hered. instituen.l.qui venenum.& l.pupillus.infra eo. Interdum vtrum, significat an, interrogatiue, l.Nepos Proculo. & l.in lege censoria. infra eod.

Vtrumne.

Vtrumne, idem.l.verbum erit. infra eod. In his non semper immorandum est, sed alia parere oportet: partum ergo amplectamur.

VLPIAN. LIB. DECIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMASEXTA.

Partum non esse rei furtiuæ partem, Scæuola libro vndecimo quæstionum scribit.

Partus editus à matre furtiua, an vsucapiatur.

¶ Partus non est pars rei furtiuæ: ex quo infertur ad vtilitates sequentes,primò partum vsucapi posse, quamuis mater vsucapi non possit, quia est furtiua, sed non partus: quod est verum, quando mater concepit, & peperit apud bonæ fidei possessorem, l. seruus. ff. pro emptore.l.si mater.& l. qui ob pactionem. cum l.seq. C. illo titu. diuersum est si apud furem partus rei furtiuæ esset editus, vel conceptus,l.ancillæ. C.de furtis.scribam in l.bonæfidei.infra eod.

¶ Etiam sufficit,si conceperit apud heredem furis ignorantem, & natus fuerit apud bonęfidei emptorem,l.si aliena.§.fin.ff.de vsucapion.vbi partum rei furtiuæ partem non esse scribitur, vt hic. Cæterum si esset pars, nec etiam si apud bonæfidei emptorem peperisset, vsucapi posset. Ideo editus partus non est rei furtiuæ pars,secus ante, vt glos.& docto.ibi. Etiam ex qua causa quis ancillam vsucapiet, nisi lex duodecim tabularum, vel Atinia obstaret,ex ea causa necesse est partum vsucapi, l.non solum.ff.de vsucapio.in princi.De hac lege Atinia loquitur Gellius lib.17.ca.7.post Iurisc on.in l. sequitur. §.quod autem. & seq. ff. de vsucap.

¶ Secundò etiam de partu, sicut de matre, & traditio,& cautio de dolo est necessaria,l. præterea.in fine.ff.de rei vindica.& eadem est causa partus,& matris non furtiuæ.

Partus quando ratio habeatur.

¶ Tertiò quando editus erat partus tempore furti, vel prægnans ancilla, tunc partus editus erit pars rei furtiuæ quo ad hoc, vt vsucapi non possit, quiá vitio furti affectus est, l. qui vas. §. si ancilla. ff. de furtis. Si tamen peperit apud bonæfidei possessorem, furti agi non poterit pro partu, quia non est noua contrectatio.Bar. & Bal. in l.ancillæ. C. de furt. Sed in æstimatione ancillæ habetur ratio æstimationis partus, lege, inficiando. §.infans.ff. de furt.

¶ Quartò bonæ fidei possessor habet Publicianam actionem, si partus sit apud eum & conceptus,& editus,l.si ego.§.partus.ff.de Publicia.in rem actio.

Res in fraudẽ alienatæ cum partu reuocãtur, & sua causa.

¶ Quintò reuocantur res alienatæ in fraudem creditorum cum sua causa, vt fructus & partus restituantur,l.ait prætor. §.per hanc.& §. partum.ff.quæ in fraud.credito. Et si quis ancillam precario rogauerit,id actum videtur, vt etiam quod ex ancilla natum esset, in eadem causa haberetur.l.quamuis.ff.de precario.

¶ Sextò idem in partu vaccæ, vel alterius animalis,sicut in partu ancillę: nisi quod partus bestiæ in illo casu efficitur bonæfidei possessoris, in quo vsucapi potest: videlicet quando est conceptus partus vaccæ & editus apud bonæfidei possessorem,statim ipse efficitur dominus: quia partus animalium est in fructu, secus in partu ancillæ,lege,qui vas. §. idem in pecudibus.ff.de furtis, & in l.sequitur.§.lana.de vsucapio.glo. & docto.in d.l.ancillæ.C.de furtis. Et quare partus in fructu non sit, dicit text. in l.in pecudum.ff.de vsuris. Absurdum enim videbatur hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum

minum causa comparauerit. §. in pecudum.de rer.diuisio. in Institu. Videte Alex. lib. genial.dier.1.cap.10.

¶ Septimò si ante vsucapionem completam bonæfidei possessor sciuerit rem alienam esse,vsucapere illam etiam tunc non poterit,per text.in l.sequitur. §.de illo.ff.de vsucapio. iuxta tamen distinctionem l.si ancillam.ff.pro suo.

Donata equa an partus contineatur.

¶ Octauò si quis mihi donet equam, non videtur mihi donare partum eius, cum partus non sit pars rei,scilicet integralis: sicut domus, paries, & tectum,partes domus sunt,l. eum qui ædes.ff.de vsucapio.& supra dictum est in l.proxima.facit l.partum. ff.de vsuris.l. fina.de acq.rer.domi.

Vendita equa quando partus debeatur.

¶ Nonò si vendam equam, non videor vendere partum, per hanc legem, cum non sit pars rei furtiuæ: nisi in partu existente in ventre: quia tunc dicitur portio viscerum matris,l.r.§.ex hoc rescripto.ff.de ventre inspic.licet proprie non dicatur partus,antequam sit editus,cum dicatur à pario,& parere non dicitur antequam edat in lucem: & sicut res diuisa non dicitur pars, sed totum quippiam, vt suprà dictum est in proximo §. in fine, sic partus à matre diuisus non dicitur pars matris. Vnde qui debet habere præmium pro quo. libet lupo capto, si ceperit lupam prægnantem, non habebit duplex salarium, secundum doctores in l.qui in vtero.ff.de stat.hom.& Vincent.Hercul.firmat in l.in lege Falcid.ff.ad legem Falcid. & Benedic.in repet.cap. Raynutius.in verbo soboles quam gestabat.nu.61. parte 2. Secundò derogatur in partu lactente,qui nondum pauit,nec comedit:tunc enim tanquam connexus seu cohærens matri deberetur emptori matris: secus si iam pascere per se,& viuere posset sine matre,vt Bal.notat in c.translato.& ibi Barb.nu.38. de constitu.

Mors differtur mulieri prægnanti.

¶ Decimò si mulier prægnans accusata fuerit homicidij, & ad mortem damnata, debet differri executio, donec pepererit, l. prægnantis. ff.de pœnis. & is partus fisci impensis est alendus,& si nutrix non inueniretur, mulier condemnata esset custodienda ad suum partum alendum,teste Alber.in l.Imperator.ff.de stat.hom. & Matthæ. de Afflictis in constitutio.Neapolita.lib.1.rub. de pœna mulier.

Supponẽs partum quæ pœna puniatur.

¶ Vndecimò qui supponit partum,crimen falsi committit, & huius criminis soli accusant parentes,vel illi quorum interest,l.lege Cornelia testamentaria. ff.de falsis. Nec differtur hæc quæstio in tempus pubertatis, sicut aliæ causæ ciuiles, vt per tot. titu. de Carbo. edicto. Et talis querela suppositi partus nulla temporis præscriptione tollitur,l.qui falsum. §. accusatio.ff.de falsis.glo.in l.r. in princip. in verbo qui falsam. ff. de liber. agnoscend. sic consuluit Decius consil. 342. in causa partus. q.1.licet quæstio falsi viginti annis tollatur, l. querelam. C. de falsis.

Partus & fœtus differẽtia.

¶ Duodecimò Iurisconsulti vt plurimum,quando loquuntur de eo,quod natum est ex muliere, partum dicunt: si autem natum sit ex animalibus, frequentius fœtum.tex.in lege, potest. ff. de vsucapio. d. §. in pecudum. cum §.seq.de rer.diuisio.in Institutio.licet interdum vocetur partus gregis,& pecorum,in l.sed & si lege.§.fina.ff.de petit.hered.& aliquando dicitur magis animalis,quam hominis partus,l.quæreret. infra eod.

Pœna mulieris abigentis partum. l. Cicero. enucleatur, & ei additur.

¶ Decimotertiò diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, eam quæ data opera abegerit partum,à præside in temporale exilium dandam. Indignum enim videri potest,impune eam maritum liberis fraudasse,l.diuus. ff. de extraord. crimi. Tex. tamen valde elegans in l.Cicero.ff.de pœnis,sic ait:Cicero in ora.pro A.Cluentio Auito sic rescripsit,Mulsiam quandam mulierem,cum essem in Asia, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. subiungit inibi Cicero rationem piissimam, ita conceptam:Neq; iniuria,quę spem parentis,memoriam nominis, subsidium generis,heredem familię,designatum reipublicę ciuem sustulisset.Et mirandum est quod conditores Pandectarum hanc rationem omiserint: certe bonum esset eam addi, & conscribi in d.l.Cicero. cum Iurisc on. reliquum ab eo acceperit. Et quamuis hæ leges videantur inter se pugnare: si tamen recte considerentur,sic conciliari poterunt,vt abigens partum non animatum in exilium mitti debeat,l.si mulierem.ff.de sicar.& d.l. diuus. si autem post animam infusam,summo supplicio afficiatur, tanquam homicida: per tex. in l. si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis.& glo.in d.l. diuus.

Conciliantur leges inuicem sibi pugnãtes.

¶ Decimoquartò mulier post partum decumbere poterit, & eo tempore,trium hebdomadarum,vel alio consucto,inspecta mulieris conditione, iuuabitur priuilegio, ne ad iudicem vocata comparere tenetur,l.2.§.si non propter valetudinem.ff.si quis cautio. vt dixi in tracta.de excusatio.& exoniis,in 3.tomo commentar.ad constitut.Regias. Alia priuilegia huius decumbentis mulieris scribam in l.illa verba optimus.infra eod.Omitto quod Chriseg.in histor.Persica scribit.In Euphrate,fluuio Parthię,lapis gignitur dictus Aëtites, quẽ obstetrices mulieribus in difficultate partus ventri imponunt:vnde statim sine dolore pariunt. Quod cum contra Dei opt.max. statutum, in dolore paries, sit, mihi persuadere non possum.id.verum esse.sed de hac re vide Plinium lib. 36. cap. 21.

Puerpera priuilegia habet.

Præmia ad sedandum dolorem mulierũ parturientiũ.

¶ *Furtiuæ.*Furtiuæ res dicitur hic, vt in l.potestatis. infra eo. videlicet res furto subtracta: & in

Res furtiuæ quæ sit.

& in l.mulieris:§.desinere,supra eo.& in titu.ff.de condictio.furt. & in §. furtiuæ.de vsucapio,in Instit.

Res furtiuæ quando possit intra domum alicuius perquiri,& ea non inuenta iniuriarum agi non potest.

¶ De fure in l,aliud est promittere.& in l.fugitiuus.infra eo.& per totum titu. de furt.

¶ Notandum est,quod si suspicio sit rem furtiuam esse apud aliquem,dominus rei non poterit ingredi illam domum & suam rem ibi perquirere,sed authoritate iudicis hoc fieri poterit:quæ cum causa nõ deficiet,l.requirendi.C.de seruis fugit:vbi docto.Iacob.Rebuffus in l.omnes.C.de aquæductu,libr.11.Petr. Iacob.in rubr. de actio. furti nec manifesti. §. modo quæritur.Angel. in tracta. de maleficiis,in verbo vestem.in fi. Et si is suspectus non permitteret ingredi iudicem, centum aureorum mulcta puniri posset,l.1.§.hoc autem.ff.de seruis fugitiuis. Et si perquisitio iudicis authoritate facta fuerit, nec tamen res fuerit inuenta apud illum suspectum,non aget is actione iniuriarum contra partem.Nam qui iussu iudicis aliquid agit, dolo carere videtur, l. non videtur. §.fina.ff.de regu.iur.glos. & Ioan.de Platea in l.quosdam.C.de metalla.lib.11. Et ita fuit conclusum in curia Burdegalensi,vt refert Boer. in decisio. Burdegal.q.174.licitum sit.plene Hippolyt.in practica sua, §.diligenter.in fine.Alia nunc de partu non parturiemus,sed agros colendo,producere faciamus.

IDEM LIB. DECIMOSEPTIMO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMASEPTIMA.

Ager vnde dictus.

Ager est locus, qui sine villa est.

¶ Locus sine villa, & ædificio, ager dicitur: vulgus vocat campum, *vn champ*. Ager quippe ab agendo dictus est,quod in eo aliquid agatur,teste Varrone,& Alcia.hic,& Luca de Penna in l.vsum aquæ.col.3. C. de aquæductu, lib.11. quod reprehendit Quintilianus lib.1. in his tamen non immoror. Sed hæc nomina ager & fundus pro eodem capit Iurisconsultus in l.quædam.ff.de rei vindicatio. & l.adeo.§.insula.cum §.seq.ff.de acquir.rer. domin, Differentiam tamen inter agrum & fundum scribit idem in l.quæstio.infra eod.de agro loquitur l.in lege Censoria.& l.pupillus.§.territorium.infra eod.

Ager etiam cũ ædificio dicitur.

¶ Aliquando ager, si materia hoc exposcat, dicitur etiam vbi est edificium. Nam lege Iulia de vi publica tenetur,qui arma,tela,domi suæ,agróve in villa præter vsum venationis coegerit,l.1.ff.de vi publica. & l. scire oportet. quoniam qui in agro permanet, incola esse non existimatur.ff.ad municipa.& nõ potest quis in agro degere,nisi sit ibi domus:& tunc capitur pro villa,l.ius dandi.ff.de tuto. & curato. dat.ab his.l.pupillus.§.incola.infra eod.l. sacra.de rerum diuisio.

Villa quid sit.

¶ Et villa dicitur domus extra vrbem in agris facta, in l.locus. §. vrbana prædia.l.fundi. infra eod. A vili dicitur,vt quidam dicunt, quod in villa omnia viliora sint, quam in vrbe: vel,teste Varrone de re rustica lib.1.cap.2.& cap.12. eo quod à villico in eam conuehuntur fructus, & euehuntur, cum veneunt. & villicus quis dicatur, scripsi in l.vrbana familia.in verbo à villico. infra eod. & de villa vrbana ac rustica, in l. vrbana prædia. in vers. plane. infra eodem,

¶ Sed regulariter & propriè locus sine ædificio ruri ager appellatur,l.si ager. ff. de rei vindicatio.& l.& si amicis.de adulte.l.milites agrũ.ff.de re milit.l.sciendum.§.1.qui satisda. cogant.cap.nulli.de reb.eccle.non alienan.de quo Euripides,

Ager est pater viuendi. Area quid.

ὁ πάτηρ γε βίῳ ἔστιν ἀνθρώποισι ἀγρός,
πουλὺ γε συγκρύπτειν ἐπίσταται μόνῳ. hoc est,
Sane viuendi pater hominibus ager:
Solus nouit abscondere paupertatem.

Agricultura.

¶ Locus verò sine ædificio in vrbe area dicitur,l.fundi.infra eod.l.si in area.ff. de condictio.indeb. vulgo platea vocatur,locus in vrbe purus.

Agricolæ.

¶ Hinc ab agro agricultura,pro agrorum cultu,vt per text. in l.æquissimum. §.proinde ibi,si nihil agriculturæ nocebit.ff.de vsufructu.glo. & docto. in rub. C. de agrico. & censit. lib.11. & ibi Lucas de Penna.tex.in c.fin.de treuga & pace. Et agricolæ postea sequuntur, siue agricultores,in l.cum de indebito.§.si autem is.ff. de probatio. Qui licet in iure multa habeant priuilegia, vt in l.1.C.de agrico. & censit. lib.11. & ibi docto. authen. agricultores. C. quæ res pignori obliga. poss. d.ca. fina. de treuga : tamen hodie sunt omnium serui, & illos contemptui apud multos esse dicit Cæli.lib.6. cap. 15. & horum quidam sunt plantatores,vinitores,hortulani,olitores,lignatores,oleatores,& alij,vt per Pollucem.

Agri deserti, Ager pro territorio.

¶ Agri deserti dicuntur derelicti,inculti,& neglecti,per totum tit.C. de omni agro deserto.lib.11. Interdum ager pro territorio capitur,si fungatur adiectiuum,vt ager Parisiensis, Tholosanus, Narbonensis, &c. id est territorium : & ager numero plurali caret, authore Valla li.4.sed hoc grammaticis relinquo. de agellis loquitur l.prædia.in fi. ff. de fund. instr.

Agraria lex.

¶ Agraria lex,de agris Hernicis lata,vt dimidia illorum pars Latinis,altera pars plebi daretur,vt Liuius lib.2. ab vrbe condita scribit.ob quam legem postea multa successerunt incommoda,

commoda,vt est videre apud eundem Liuium & alios : de qua habetur mentio in l.fina.de termino moto. ff.& plures agrarias leges congerit Ioan.Zas.in catalog.legum antiq.

Ager dominicus.

¶ Aliquando ager dominicus vocatur monachorum religio : nempe sicut ager terrenus fructus temporales affert, ita religio fructus spirituales afferre debet, cle. ne in agro. de statu monachorum, & ibi Bonifac. Vital.& theologi sic capiunt agrum, vt & pro conscientia, & statu perfectionis, contemplationis,pro mundo,paradiso,& inferno, vt explicat Bercor.in verbo Ager.

Agger quid.

¶ Agger verò cum duplici gg,est terræ congeries siue cumulus,& moles prominens, & sursum eleuata, vt custodia prætendatur, ab aggerendo, lege, prædia. §.penultimo. ff.de fundo instruc. vbi aggeres cedunt fundo legato. & in rubrica C. de Nili agger. non rumpend.Et hos Nili aggeres Iurisconsultus χώματα vocat in lege,sacularij. ff. de extraordina. crimi.§.in Aegypto.χῶμα Græcè,Latinis agger est.Et cuius expensis fieri debeãt hi aggeres, tradit Bartolus & Rebuffus in lege fina.de immunita.nemi.concedenda,lib.10.& an possit cogi vicinus ad muniendum aggerem destructum, quod non docet text. in lege secunda, §. item Varus.& lege,quod Principi.in fi.ff.de aqua plu.arcen. hos aggeres Turonenses & Andegauenses munire sciunt, ne illis aqua fluuialis noceat Ligeris. Inde aggeres consecratos pro sepulchris dicit Imperator in lege,pergit. C.de sepulchr.viola.Reliqua dicentur in lege, fundi. infra eodem.

Agger consecratus.

Sine.

¶ *Sine.* Hæc dictio sine, teste Alber. in suo dictio. tria significat. primo priuat, negat, & excludit, sed ista idem pene significant. priuare enim est excludere, & à me separare, & vulgo dicimus *sans*,vt hic sine villa,*sans ville*.lege,locus.ibi,sine villa.infra eod.& Iurisconsultus in hoc titulo sæpius vtitur, vt in lege,creditores. ibi, sine vlla exceptionis perpetuæ remotione. supra eo. Vnde si quis vendit domum sine viridario, emptor viridarium non habebit,cum sit exclusum.Benedic.in cap.Raynutius. in verb.& hortum.de testamentis.

¶ Sine verbis,lege,Labeo.secunda,in fine supra eo. vide legem, sæpe.legem, hereditatis. primam:legem,aliud.legem,Massurius.legem, nõ est sine.legem,habere.& legem, nullum. §.viduam. infra eodem.

¶ Alias possem hic cumulare phrases quas omitto, quia eius dictionis non variatur significatio:ponitur enim fere priuatiuè, pro absque, præter, citra. Vnde si quis donauerit mihi domum sine supellectili, non habebo eam supellectilem : quia hæc dictio sine, eam excludit, & priuat, ne veniat per prædicta: videte in l. malum.§.viduam.& l.qui fundum. infra eo.vbi aliqua scribam. nunc mihi stipendia quærenda sunt.

§. Stipendium à stipe appellatum est,quod per stipes,id est modicæra colligatur:idem hoc etiam tributum appellari Pomponius ait : & sane appellatur à contributione tributum,vel ex eo quod militibus tribuatur.

Tex.elucidatio, & diuisio.

¶ Tria in hoc §.docentur.Primò de stipendio agitur : secundò de tributo,quod stipendium possit vocari tributum : tertiò vnde dicatur,explicat Iurisconsultus, sic dicens : Stipendium à stipe appellatum est, quia per stipes, id est modica æra colligebatur à populo, & militibus postea erogabatur: quod item tributum vocari potest, vel à contributione, vel quod tribueretur militibus: vel vt quidam dicunt, à stipe & pondere, quasi stipis ponderata sit, sequamur Iurisconsultos.

Stipis quid sit, & quibus liceat cogere. Lex 12. Tab.

¶ Aduertendum est quod stips stipis dicitur pecunia, quam olim veteres ad deorum sacrificia, vel ad porrigendum mendicis colligebant. Verum quia exhauriebant domos antiquorum,qui facile diis,quæ habebant,concedebant, Exod. 32. ob id lata fuit lex duodecim tabularum,id prohibens his verbis, Ne quis stipem cogito, præter Ideæ matris famulos,eosque iustis diebus:teste Cicer. libro secundo de legib.

Declaratio ad titulũ de mendicant. validis. Pecuniã imponere & colligere sine Principis permissu nõ licet.

¶ Demum habita illius antiquæ legis duodecim tabularum ratione, fuit lata lex, quæ prohibet mendicantibus stipem cogere,vt in rubr.C.de mendican.valid.lib.11.verum quia Imperatores vt militibus satisfacerent, stipem à populo collegerunt, & collectam militibus dederunt, eo stipendium vocatum fuit, quasi stipis pendium. Sed postea generaliter hoc nomen acceptum est pro omni salario cuiusque personæ, vt inferius dicetur. hoc tamen iure vtimur adhuc in Francia,ne populus audeat colligere stipem, aut pecuniam, ne primores quidem ciuitatis, etiam pro rebus necessariis, nisi ex Principis concessione & authoritate : quamuis iure digestorum tenuioribus permitteretur stipem menstruam conferre,l.1.de colleg. illicitis. ff. Et stipem deformem & turpe compendium vocat Imperator in l.quisquis.§.pen.C.de postulan. illud quod datur aduocatis protrahentibus iurgium, gratia lucri tantum postulantibus,& quando lucro pecuniaque capiuntur.

Stipendium & salariũ differũt

¶ Differentia tamen est inter stipendiũ & salariũ : vt illud militibus,hoc omnibus hominibus pro labore præbeatur, glo.& docto. in l.si fratres. §. idem Papinia. ff.pro socio.l.qui stipendia.C.de procurator.l.salarium. mandati.sed communi vsu loquendi promiscue in-

terdum vtimur his vocabulis:etiam Iurisconsulti,l.diem functo.& l.fin.ff.de offic. assessor. l.ambitiosa.de decretis ab ord.faciend.l.etiam.qui potio.in pigno. habeant. l.fina.de actio. & obliga.l.1.§.sed & si comites. de variis & extraord.cognitio. & l. diuus Antoninus.ibid. vbi professores iuris salaria petere possunt.Et stipendia sunt merentium,quę durante militia erogantur: in veteranis, & emeritis propriè commoda vocantur illa stipendia, quæ eis tribuuntur finita militia & administratione, in lege,commodis.ff.de re iud.l.pater. de adimend. legatis.

Commodū & stipendium.

Intellectus ad l.1.de variis & extraord. cognitio.

¶ Tamen iuris ciuilis professoribus præsides ius non dicunt,quia est sanctissima scientia: proinde intelligendum arbitror, vt præsides non dicant ius professoribus legum in singulos eorum auditores, vt ipsi professoribus cogantur salaria præstare,nisi eis promissa fuerint,& constituta: tunc enim exigi possunt:& sic conciliabitis prædicta iura. Nec hodie solent scholastici cogi soluere doctoribus pro lectionibus eorum, sed salaria promissa exiguntur,etiam si ab scholasticis promissa essent: secus sine promissione & conuentione: tunc enim ius non dicitur in eos, quia res est sanctissima, quæ æstimari pretio nummario non potest: etiam quia incertum esset, quod & quantum salariū esset exigendum,cum illa sanctissima scientia non recipiat æstimationem: & ciuitates, vbi vniuersitates sunt, debent docto. salaria, non verò scholastici, qui vt plurimum pauperes sunt, vt scripsi in scholasti. priuileg.Patronorum autem salaria sustulit lex Cincia,quæ voluit gratis patrocinia tenuioribus præstari:de qua Cice.lib.de senect.& lib.1.ad Atticum,& Ioan.Zas.in Catal.leg.antiq. quam aduocati oculo suspiciunt toruo,& in stylo parlam. habetur, titul. de aduoca. sed à diuitibus recipere iusta stipendia possunt,cap.non licet.11.q.3.

Salaria docto. non ab scholasticis, sed à ciuitate exigi debent. Aduocatorum salaria.

¶ Capitur etiam salarium pro mercede, licet glo.ibi aliter exponat in l.venditor.§.fin.ff. commu. prædio. ibi, non aliter hoc faciat, nisi solitum salarium pro hoc domino præstet, vide text. in l.Thais.§.Lucius.2.de fideicom.liberta.vbi pro operis accipit glo. Et salarium deductum à sale quidam arbitrantur, vt Plin.lib.31.cap.7.

Salarium pro mercede.

¶ Solarium autem est genus vectigalis, quod pro solo soluitur, à solo dictum, vt Iurisconsulto Vlpian. visum est in l.2.§.si quis nemine.ff. nequid in loco publico fiat,ibi,vectigal enim sic appellatur solarium ex eo,quod pro solo pendatur.

Solarium.

¶ Stipes verò stipitis vocatur fustis terræ defixus, qui eo quod interdum pullulare consueuit, stirpem inde dictam arbitrantur. vnde stipitem hominem fatuum similem trunco, sine sensu,vocant. Sed Iurisperiti stipitem communem parentē,à quo plures originem habuerunt,accipiunt,cap.quod dilectio.& cap,vlt.de consangui.docto.in declaratione arboris consanguinitatis. Et quid stipitis appellatione contineatur, scribit Barba. in repetit. l. cum acutissimi. col. 57. Cod. de fideicom.vbi dicit omnes ex eodem trunco & agnatione descendentes contineri.sic dicitur in stirpe,in l.si quis in suo.Cod.de inoffic.testa.Perus.in cap.si pater.col.pen.de testa.in *6*.

Stipes stipitis quid.

Stipare.

¶ Stipare est stupa rimas, & foramina claudere:quod in nauibus sæpe fit. Vel stipare est aliquem defendendi causa circundare: inde Cepola ait: *Stipati ferro circundant corpora Regum.*

Stipator.

¶ Stipator qui in nauibus maxime stupam componit,& foramina occludit:vel qui Regum vel aliorum procerum corpora custodiūt, stipatores vocantur,quod Regem stipent, id est vndique circundent, quos *archiers de la garde*, vulgo dicimus. hos etiam apparitores vocamus. Inde stipatus, vallatus, septus.

Stipendiarius. Stipendiaria prædia.

¶ Stipendiarius,tributarius,qui tributum seu stipendium soluere tenetur. Et stipendiaria prædia,quę ad stipendium,vel vectigal tenentur,§.per traditionem.Instit.de rer.diuisio.

¶ Ex hoc habetis vtilitates sequentes. Prima est, stipendia doctorum vel militum non posse capi pro executione rei iudicatæ, nec saisiri,nisi in subsidiū,quando nihil aliud haberent,l.stipendia. C. de executio.rei iudica.l.commodis.ff.de re iudica.& de hoc prius constare debet,alioqui executio nulla esset, in tit.de liter. obliga. artic. pen. nec derogatur huic doctorum priuilegio, vt ibi scripsi in const.Reg.in 1.tomo commenta.

An fructus præbendæ pro executione rei iudicatæ capi possint.

¶ An fructus præbendæ pro executione rei iudicatæ capi possint: quod non docet glo. in d.l.stipendia. & Anchara. consil.378. & Benedict.in repeti. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 338. de testa. vbi dicit,quod iudices in hoc Regno in defectum temporalitatis capiunt fructus ecclesiarum clericis commissarum, quod fieri non debet secundum eum. Sed iudicis tunc ecclesiastici officium implorandum est: tamen hoc iure vtuntur iudices seculares, vt fructus beneficij capiant, non præbendarum, vt plene scripsi in dicto tracta. de liter.obliga.art.2.in 1.tomo commenta.in constitu.Reg.Gallicas.

Miles reuersus non recuperat stipendia temporis captiuitatis,nec desertionis.

¶ Secundò miles captus ab hostibus, deinde reuersus non recuperat stipendia eius temporis, quo in captiuitate fuit,lege prima, C. de re milita. libro 12. & qui stipendia merent, suis negotiis superesse inoffensa disciplina possunt, lege, qui stipendia. C. de procurato. Florent.in tertia parte summæ,titulo 4. cap.secundo.Ex benignitate tamen solet Princeps stipendia reuersis ex captiuitate præstare:quod est iustum & æquum.

¶ Tertiò

¶ Tertiò ex causa desertionis miles restitutus in militiam non aliter medij temporis stipendia & donaria accipit,nisi hoc specialiter liberalitas Principis indulserit,lege,qui excubias.& lege penultima. ff.de re militari. videte textum in lege, filio. ff. de legatio. & Iaso. in l. fi. nu. 3. C. de hered. instit. Et ad puniendos desertores stipendiorum ratio haberi debet, lege, non omnes. in princip. ff. de re militari. Et is gradu cæteros antecedat, quem stipendia meliora,vel labor prolixior fecerit anteire,l.2.C. de officio magistri officio.

¶ Quartò compensatio non recipitur in stipendiis,& tributis,lege, aufertur. §. vt debitoribus.ff.de iure fisci,l.3.C.de compensationibus:sic nec in futuris decimis, secus in præteritis. glos. no. in cap. decimæ. 16. quæst.prima. cap.tua.2.& cap.cum sint homines.& ibi doct.de deci. dixi in tractatu de decim.q. vlti.

Cōpensatio in tributis non fit nec decimis.

¶ Quintò stipendium, siue tributum vsufructuarius soluere tenetur, lege, hactenus. §. 1.ff.de vsufructu. Vnde Regina Nauarræ fructuaria solita erat soluere stipendia doctoribus,in ciuitate Biturigum,vt expertus loquor,profitentibus.

¶ Sextò potest stipendium vocari tributum à contributione, quod in eo singuli contribuere tenentur, lege, omnes. C.de anno.& tribut.lib.10.vel à tribubus,nempe pecunia populo imperabatur per tribus, tributumque à singulis pro portione census exigebatur, quasi ex priuato in publicum tribueretur: vel quod postea per modica æra collectum militibus tribuebatur:de quo plene per docto.in rubr.de anno.& tribut.lib.10.

Tributū vnde.

¶ Colligi ex isto tex. potest, quod domini olim cum essent populi patres, modica æra à populo colligere solebant: alij verò magna onera, quæ (vt adagio dicitur) non possent ferre Aegyptij,imponere non erubescebant.& hic colligere stipem vulgò dicimus,*leuer ou amasser argent.*videte Lucam in l.vna. C.de superind.li.10.quæ ibi scripta vtinam Reges, & eorum ministri ob oculos haberent:nam populus benignius tractaretur in multis locis.

¶ Colligere interdum locum respicit, & significat ex diuersis locis in vnum cōgregare: & conuenire dicuntur,qui ita colliguntur,lege 1.§.conuentionis.ff.de pact.ibi, nam sicuti conuenire dicuntur,qui ex diuersis locis in vnum colliguntur,& veniunt:ita, &c.

Colligere variè sumitur.

¶ Interdum respicit res, & tunc significat, quod vulgo *amasser* dicimus, quasi simul legere, coadunare, & recolligere.l.sylua.infra eo.inde colligere fructus,lege,si à domino.in fine.ff.de petit.heredita. ibi, fructus intelliguntur deductis impensis, quæ quærendorum, colligendorum,conseruandorum eorum gratia fiunt.lege,si eius.ibi, collegisti fructus.de rei vindicatio.lege,Titius.de vsufructu.

Colligere ad res respicit.

¶ Colligere quantitatem idem, l. lecta. in fine. ff. si cert. petatur. lege, qui libertatem. §. penult. & vlt. de euictio. lege 4. de pact. dota. Et iudicatum solui stipulatio tres clausulas in vnum collectas id est coniunctas habet, lege, iudicatum. 1.ff.iudicat.solui.lege, senatus. §.senatus.1.de iure fisci. ff.

Quantitatem colligere.

¶ Colligere milites personas respicit,& est in numeros describere,*leuer gens d'armes*,l. qui mittuntur,vt milites ducerent,aut reducerent,aut legendi curam darent, id est colligendi. ff.ex quib.caus.maior.quamuis glo.ibi exponat legi,id est eligi, quia eligendi colliguntur.

Colligere milites.

¶ Colligere sarcinulas est componere, *amasser ses hardes, ses biens*, lege, ab hostibus. in fine.ibi, dum hospitium quis conducit, sarcinulas componit, quærit aduocatum. ff. ex quib. caus. maior. Colligere vestem, vestem erigere ne luto maculetur, *leuer & trousser sa robe*, quod est valde necessarium Lutetię tempore hyemis. Colligere animum, vulgo *reprendre courage*, vt apud rhetores inuenire est. Colligere aggeres est continere, vel retinere,l.sacculatij.§.penult. iuncto §. in Aegypto. ff. de extraord. crimi. ibi, idcirco quod hæ arbores colligant aggeres Niloticos.

Colligere sarcinulas. Colligere vestē. Colligere animum.

¶ Colligere annum, id est complere, complecti, constituere, *de plusieurs temps assembler vn an*, l. necnon. §. si quis. ibi, sed si omnes quidem absentiæ annum colligant, singulæ minus anno.ff.ex quib. caus. maior. quod est proprium nominatis, vt ex pluribus annis studij quinquennium colligant.

¶ Colligere accipere, intelligere, l. 3. ibi, quæ dinumeratio ita demum colligenda erit. supra eo.& in quibusdam libris inueni intelligenda,non colligenda: sed in idem reincidit.

Colligere pro intelligere.

¶ Colligere, pro elicere,excipere, extrahere,excerpere,lege,metum.§.sed ex facto.ibi,ex qua cōstitutione colligitur.ff.quod met. caus.l.sin autem. §. sed & is.de rei vindica.ibi,idq; ex senatusconsulto colligi potest. l. maiorem. in fine. de pact. ibi, hoc enim ex diui Marci rescripto colligi potest.lege,arboribus.§.idem tractat.ff.de vsufructu. ibi, per quod colligi posse didici.lege, nemo.2.in fine,pro socio.ibi, idque ex interdictis colligere possumus. l. si ex duobus.in fi.de in diem addict.& l.ex eo. de testib.

Colligere pro elicere.

¶ Colligere,si ad personam certā referatur,tunc pro hospitari ferè,seu reficere accipitur, quasi dilapsum in vnum redigere. Cicero in lib. Tusculā. quæstio. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in vnum congerere? Si ponamus præpositionem,vt collegit se in arma,tunc pro parare:si autem ad plures personas,vel multitudinem referatur, tunc congregare significat, vt exercitum colligere, *leuer & amasser armee*, vt su-

Colligere pro hospitari.

pra dictum est.

Colligere ratio nem. ¶ Colligere rationem dicimus rectè computare, vt quando ea quæ detrahenda sunt, demuntur, & quæ colligenda sunt, colliguntur. Alias apud oratores habet significationes, sed nos quę legibus tantùm probare possumus prosequimur.

Collegatarius quis. ¶ Collega in lege, collegarum. infra eodem elucidatur. Collegium, in lege, Neratius. infra eodem, vbi scribam. Collegatarius in lege, interdum. ff. de vsufructu accrescen. dicitur quando duobus est legatus vsusfructus eiusdem rei, vel eadem res: tunc enim quilibet collegatarius dicitur.

Collecta. ¶ Collecta id est tributum quod à populo Regi solùitur, vulgo tallias, & impositiones vocamus. authentica, item nulla communitas. C. de episco. & cler. Sed apud Iurisconsultos non memini me legisse in hac significatione.

¶ Collecta id est coacta, congregata, l. 2. §. proinde. & lege, idem Labeo. ff. nequid in loco publico. ibi, aqua collecta in viâ decurrat. Collecta generaliter vocamus ea, quę colligun tur: inde collectam oliuam dicit Iurisconsultus in lege, si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. Collectas vuas, in lege, si eius. ff. de rei vindica. lege, si ex duobus. in fi. de in diem addict. Collectum pro recollecto, in lege. si debitor. ff. de contrahen. emptio. l. iudicatum. prima, iudicatum solui. Collectum frumentum, lege, qui scit. ff. de vsuris. Collectio fructuum, d. lege, si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad legem Aquil. Collectum per satyram, id est non seruato ordine, à satyra lance ex variis ferculis nullo ordine composita. §. & primo quidem. ibi, & quasi per satyram collectum, vt vtile cum inutilibus permixtum. in proœmio Digest.

Collectum per satyram.

Collectarij. ¶ Collectarij dicuntur coactores, qui in auctionibus id est incantibus reliqua publicanorum emere solent, quæ illi ob grauiores curas, vel debitorum procrastinationem nequiuerunt exigere, lege, quisquis. C. si certum. peta. hoc Spiegel. in suo dictio. Aliter tamen communiter intelligitur à doctoribus, & melius conuenit expositio glos. & docto. vt collectarius sumatur pro illo qui mecum eundem desiderat honorem, seu dignitatem, & dat mihi pecuniam, vt desistam, & eum non impediam. Vel glossa dicit collectarios qui emunt officia, vt inde duplum colligant. videre potestis & eligere. dicam in interpre. ad illam l. in meis no. interpreta.

Declaratur l. quisquis.

Colligare. ¶ De verbo colligare videte tex. in lege, si vt certo. §. sed interdum teneri fabrum commodati, qui negligentius machinam colligauit. ff. commoda.

Ideo. ¶ *Ideo*, causam reddit, & idem est quod ob eam causam, ob id, l. mulieri s. supra eodem. facit lex, aliud est capere. & lex, cum bissextus. & lex, in lege censoria. infra eod. Interdum

Ideoque. infert, & sumitur pro itaque, ex hoc, vt hic esse potest. Ideoque, lege, aliud. & l. malum. §. 1. infra eo. & §. apum. Institu. de rerum diuisio.

¶ Vnde incidit aliquando dubitatio inter plures, de quodam legato centum aureorum facto. Titio, ideo quod processus domus prosecutus fuerat, & tamen verum non erat, an legatum ei deberetur: & dixi deberi, cum dictio ideo causam reddat, & falsa causa non vitiet legatum, l. si ita. & l. demonstratio. §. fina. ff. de conditio. & demonstratio.

¶ *Sane*, pro certe hic accipitur, & frequentius in iure, l. si vero. in fine. ff. qui satisda. cogãt. ibi, quia sane non sine qualibet iniuria est, duci in ius eum, qui satis idoneum fideiussorem det. l. 1. in fine. de feriis. lege fina. ad legem Aquil.

Clausula in testamentis conscribenda. ¶ Sanæ mentis, integræ & bonæ mentis, seu compos mentis, quando non est furiosus, lege 2. de inoff. testament. ff. Vnde vtile est in testamentis, quod notarius in instrumento testamenti dicat, talis Titius sanus mente, licet æger corpore, fecit testamentum, &c. lege, in aduersa. ibidem. Bartolus & alij in lege, heredes. in fine, ibidem. Alex. consilio 141. in 1. vol. & consil. 10. in 6. vol. lege, iubemus. C. de testa.

Sanitas. ¶ Sanitas, bona valetudo, incolumitas, lege, si seruus seruum. §. cæterum. ibi, verum sumptus in salutem eius, & sanitatem facti sunt. ff. ad legem Aquil. l. denique. mandati. lege, malum. §. viduam. infra eo. vbi abundantius dicetur.

Tributo variè sumitur. ¶ *Tribuatur.* Aduertendum est verbum tribuo variè sumi: primò tribuo pro tributum præsto. Secundò tribuo generaliter pro præstare, concedere, l. verbis. infra eodem, lege,

Tribuere pro præstare. iustitia est constans, atque perpetua voluntas ius suum vnicuique tribuendi. ff. de iusti. & iure, & in Institu. illo titulo. & lege, refectiones: communia prædio. l. cum filius. §. parer. de leg. 2. lege, capitalium. §. cum enim. de pœnis. lege, si procurator. §. primo, de procurato. & plerunque ita nonnullis cãusis inuerecunda petentium inhiatione constringimur, vt

Tribuere pro indulgere. etiam non concedenda tribuamus, lege prima, C. de petit. bono. subla. libro 10. Tertiò pro indulgere, vt quibusdam ætas tribuit, ne tributo onerentur. lege tertia, ff. de censib. &, satis enim est hoc ei tribui, lege, quoties. §. si creditor. ff. de peculio. lege penult. de iure do-

Tribuere pro contribuere. tium. lege, vix. in fine, de iudic. Quartò pro contribuere, partiri, lege, procuratoris. & l. mercis. & §. sequenti. ff. de tributo. iuncta lege, illud. §. primo, ibidem. vbi in vna dicitur tribuitur, in altera contribuitur.

¶ Quinto

Tribuere actiones. ¶ Quintò tribuere actiones pro cedere. l. 2. §. peruenisse. ff. de herc. vend. ibi, eatenus peruenisse ad eum videri, quatenus mandare potest earum rerum persecutiones, actionesque tribuere. Sextò tribuitur actio, id est datur, l. sed an vltro, vbi prius dicit tribuitur, postea datur. facit lex, successori. & lex, si filius fa. de nego. gest. ff. Septimò tribuit materiam gratiæ, id est, præbet. lege, eum qui. in fine. ff. de iudic. quod incidit in idem cum secunda significatione.

¶ Octauò tribuit ius sepulchri longa possessione non tribui ei, cui iure non competit. l. penult. ff. de mortuo inferendo.

¶ Nonò tribuere beneficium commodati, est commodare, l. in commodato. §. sicut autem voluntatis & officij magis quam necessitatis est commodare: ita modum commodati, finemque præscribere, eius est qui beneficium tribuit. ff. commoda.

Tribuere pro allegare. ¶ Decimò tribuere pro allegare, interpretatur glo. in l. scire. §. 1. ff. de excusatio. tuto. ibi, multa verò obseruari oportet, vt concedantur tutores, vel curatores, causas remissionis tribuere. Vel potest ibi exponi pro præstare, concedere: quia quæ allegantur, præstantur & tribuuntur.

Tribuatur pro tribui petatur. ¶ Vndecimò tribuatur pro tribui petatur exponunt glo. & docto. in l. à procedente iudice. C. de dilatio. ibi, à procedente iudice non conuenit dilationem postulari, etiamsi vtra que parte præsente tribuatur. Sed ego exponerem pro concedatur.

¶ Duodecimò pro fauere, imputare, æstimare, & aliis modis apud rhetores sumi solet, ad quos vos reiicio, vt Iurisconsultorum vocabula, sicut Iurisperitorium est, elucidem.

Tribunal. ¶ Tribunal sedes & cathedra dicebatur, in qua magni magistratus sedere solebant, dum ius reddebant, vt consules, proconsules, prætores & alij, teste Budęo in l. 1. ff. de iudic. lege, vnius. in fin. de quæst. l. moris. de pœnis, l. ex consensu. in fine, de appellatio. l. Sempronia. de furtis. l. iniuriarum actio. §. si quis. de iniuriis. Formam eius conscribit Vitru. in lib. 5.

Pro tribunali cognoscere. ¶ Et pro tribunali dicitur cognoscere iudex, qui in figura iudicij cognoscit, & ordine iudiciario procedit, d. l. 1. Et nos dicimus illum tribunali præesse, qui habet iurisdictionem ordinariam, sicut olim habebant illi, qui tribunal tenebant: quod pertinet ad intellectum l. 1. ff. de iudic. & aliarum legum similium. Et tribunal à tribuendo dictum putarem, quod ius in illo loco vnicuique tribuatur, l. iustitia. ff. de iustit. & iure: vel tribui debeat, vt glos. dicit in §. 1. illo titu. Interdum tribunal pro ipso iudice, siue iudicio accipimus, l. sed hæ. §. non solum. ibi, debebit absentem defendere in competenti tribunali. ff. de procura. l. cum alicui. ibi, irritum probatum est pro tribunali. de nego. gest. l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit mei vexandi causa, potero iniuriarum experiri. ff. de iniuriis.

Tribunal castrorum. ¶ Tribunal castrorum erat tabulatum, vnde imperatores alloquebantur milites, vt meminit Herodia. lib. 1. & Liuius lib. 7.

Tributio quid. ¶ Tributio pro tributo sumitur, l. epistola. §. pactum. ff. de pact. l. filij. in fine, ad municipal. l. rescripto. §. sciendum. & §. sed & eos. de muner. & ho.

¶ Tributio pro collatione, & contributione accipitur in titu. ff. ad legem Rhodiam de iactu. & de tributoria actione, l. procuratores. §. fina.

Tributarius ager. ¶ Inde dicitur ager tributarius, qui obnoxius est persoluendo tributo. §. per traditionem. de rer. diuisio. in Institutio.

Tributoria actio. ¶ Tributoria actio est, quæ datur creditoribus in dominum, vel patrem scientem seruum suum, vel filium in peculiari merce negotiari, vt velut extraneus creditor in tributum veniat, id est in contributionem: & creditoribus singulis det de merce peculiari, quantum ipse pro suo debito retinet, l. 1. & per totum. ff. de tributo. & tributoria ideo vocatur, quod ipsi domino distributionem prætor permittat. §. cæterum. quod cum eo. Institu. Specula. elucidat in titu. de solutio. §. 1. versicu. porro seruo.

Tributum capitis. ¶ Tributum capitis est quod pro quolibet capite præstatur, lege fina. ff. de censib. Olim pro capite masculi indicebatur aureus, pro capite fœminæ dimidius, id est vir soluebat singulis annis pro tributo aureum, fœmina dimidium, vt in rubr. de anno. & tribut. lib. 10. C. In locum cuius tributi successerunt collectæ, quas *tailles* vocamus, quæ interdum in decuplum in populi duram seruitutem excedunt, teste Benedicto in cap. Raynutius. in verbo & vxorem. in tertia decisio. nume. 525. de testament. Capitatio etiam est genus *Capitatio.* tributi, quod pro vnoquoque hominis vel animalis capite soluebatur, de quo in lege vna. C. de capita. ciuium censibus eximend. lib. 11. & l. vna. de colon. Thracens. ibidem. & qui huiusmodi capitationis causam exigebant, peræquatores dicebantur, in titul. de censibus. libr. 11. vt docet Lazarus in libr. secundo de republi. Roma. capite decimotertio, pag. 293.

¶ Attribuo, dixi lege tertia, supra eodem.

Contributio. ¶ Contribuo simul tribuo, quasi aliis partem præsto: vnde lege Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione farciatur, quod

pro omnibus datum est, lege prima, ff. ad legem Rhodi. de iactu. & lege secunda, ibidem, pro collatione. Compensatio est debiti & crediti inter se contributio, lege prima, ff. de compensa.

¶ Pecuniæ contributio pro portione temporis, quo lauationem non præstitisset balneator, conductori fiet, lege, qui insulam. §. ædilis. ff. loca. vbi glossa exponit contributio, pro compensatione: vel forte exponi potest pro remissione, per legem, si vno. ff. illo titulo.

Miles vnde. ¶ *Militibus.* Miles autem appellatur, vel à militia, id est duritia, quam pro nobis sustinet, aut à multitudine, aut à malo, quod arcere milites solent, l. prima, ff. de testamento milita. olim quidem certe arcebant mala, hodie vero possunt multi milites à malo dici, quod omnibus tam hostibus quam patriæ suæ mala adferãt, suis deprædationibus omnia vastantes. ob id aiebat quidã milites dici, quasi malis omnibus imbuti, & deterrimi sint. Et olim dum laridum, carnem veruecinam, & buccellatum panem comederent, atque nõ semper vinum, sed aliquando acetum bibere statutum eis esset, vt in lege prima, C. de erogatio. milita. anno. libro duodecimo, fiebat vt robustiores multo instarque boum quibus vescebantur, pede fixo perstarent impauidi, ad omnes hyemis iniurias assueti: hodie vero delicatioribus cibis enutriti, perdicibus scilicet, & volucribus, & leuiores his multo facti, quouis catapultæ seu bombardæ, ac hostilis vocis sono terrentur, & vt volucres euolant protinus fugientes. Ideo Cyn. in lege prima, C. de iuris & facti ignorantia, vt refert Angel. in §. plane. de testamento milita. in Institutio. dicit hosce non gaudere priuilegiis illis à iure concessis, & doctores in lege, centurio. ff. de vulga. alibi abunde scribam. Igitur hos alienare non prohibet lex alienationis sequens.

Milites cur hodie quidam fugiant in bello.

PAVLVS LIB. VIGESIMOPRIMO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMAOCTAVA.

Alienationis verbum etiam vsucapionem continet. vix est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amisit seruitutem. Qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare: veluti qui hereditatem omittit, aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.

¶ Hic textus. diuiditur in duas partes, prout diuersa dicta continet: secunda ibi, Oratio quæ neque, &c. Principium quatuor particulas habet, in prima dictum generale scribit, vt nomen alienationis omnem dominij translationem contineat, etiam vsucapionem: in secunda rationem assignat, ibi, vix enim est vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. nam si voluisset, vsucapta res non fuisset, quia egisset: ergo patiendo videtur eam rem alienare. Tertia ibi, eum quoque, &c. tradit illum etiam alienare, qui amisit seruitutem non vtendo. nam si vti voluisset, nõ amisisset. In vltima parte ibi, qui occasione. & ait eum non alienare, qui ex occasione aliqua non acquirit. & hoc loco summæ esto.

Alienationis nomẽ generale

¶ Colligite primo alienationis nomen generale esse, per tex. in §. alienationis. in authen. de non alienandis rebus ecclesiast. collatione secunda, in lege, statuliberi cæteris. in verbo emptionis. ff. de statulibet. Et latissima est eius significatio, teste Ancha. consilio 102. contra. columna prima, adeo vt etiam vsucapionem contineat. vix est enim vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi, vt hîc, quod facit ad vtilitates sequentes.

Legis vtilitates.

¶ Prima, quod statutum, vel lex prohibens alienationem, habebit locum in vsucapione: quia alienationis verbum vsucapionem continet, vt hic, & docet Baldus in authentica, hoc ius porrectum. C. de sacrosc. eccles. lege fina. in quibus causis in integrum restitutio non est necess. Chassaneus in consuetud. Burgund. in rubrica *des fiefz*. §. octauo, glossa *en alienation*. & Iacobi. in tractatu de feud. in verbo, cum pacto de non alienando, &c.

Vsucapere.

¶ Vsucapere enim est rem per vsum capere, id est acquirere, lege, iusto. §. & si possessionis. ff. de vsucapio. nempe si librum tuum triennio possideam cum titulo & bona fide, dominium illius acquiro, vt patet per totum titulum ff. de vsucapio. vel rem per vsum legitime capere. & legitime intelligo, cum titulo, & bona fide, ac aliis à iure requisitis. Sed Iurisconsultus optime vsucapionem definit, licet obscure, in lege tertia, ff. de vsucapio. hoc modo: Vsucapio est dominij adiectio, seu addictio, per continuationem possessionis temporis à lege definiti. Cuius vsucapionis nomine continetur præscriptio, tum quod vna definitione notentur, tum quod passim Iurisconsulti præscriptionem vsucapionem vocẽt, & econtrario. Vsus tamen in legibus Imperatorum obtinuit, vt res mobiles vsucapi dicantur, res immobiles præscribi, §. primo, de vsucapio. in Institutionibus, & lege vna, C. de annali exceptione Italici contractus tollenda. abunde scripsi in rubrica de præscriptionibus, in decretalibus.

Vsucapionis definitio.

Vsucapio continet præscriptionem, quamcunque.

¶ Et

Et ideo qui patitur rem immobilẽ præscribi, alienare etiam dicitur, vt docet Bald. in l. fin. 16. oppositio. C. de edicto diui Adria. tollen. quia vsucapio, vt dixi, continet præscriptionem, l. 1. 2. 3. & multis aliis legibus. ff. de vsucapio. Excepta triginta, vel quadraginta annorum præscriptione, quæ iure Digestorum fuit incognita. dicit glo. in l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. quam probat Corneus consilio 38. repetito. columna tertia, in primo volumi. & Ioannes Francisc. Balb. in, tracta. præscript. in 4. parte quartæ partis principalis, quæstio. vlti. Veniet tamen alienationis appellatione, inspecta ratione text. quia vix est vt non videatur alienare, qui patitur præscribi. Et quamuis non fuisset de iure ff. taxatum tempus, tamen quia vsucapio continet omnem præscriptionem, & sic dominij per vsum acquisitionem, continebit etiam præscriptionem triginta, quadraginta & centum annorum, quia taxatio vnius temporis nihil facit, postquam iure ff. omnis acquisitio per vsum erat nota, quicquid docto. dicant: licet de iure ff. non esset tempus taxatũ, materia tamen id temporis erat: etiam de præscriptione cuius non extat memoria scribit Iurisconsul. in l. si arbiter. ff. de arbit. l. 3. §. ductus aquæ. de aqua quotidiana & æstiua. si maior præscriptio nota erat, erat & illa.

Præscriptio triginta annorũ cognita à Iurisconsul. contra doctos.

¶ Nisi in re litigiosa, quæ præscribi potest, licet non possit alienari, per gl. hic. Et in quibus casibus possit alienari, videte l. fina. C. de litigios. viginti casus scribit Matthæ. de Affli ctis in constitutio. Neapolita. rub. de alienatio. rerum in iudicio deductarum, in 4. notab. Dicam in tracta. meo de effectib. litis contestatæ.

Res litigiosa potest præscribi, non alienari.

¶ Item res minoris alienari non potest, sed præscribi potest, quia in hoc facilitate sua non læditur, sed iuris authoritate, l. 1. C. de longi tempo. præscriptio. tamen aduersus illam minor poterit restitui, vt in rubric. C. si aduersus vsucapio. quod tamen intelligendum, vt notatur in l. fina. C. in quibus causis in integrum restitutio non est necess. Et quando res minoris possit vsucapi, seu inchoari vsucapio, & perfici in persona eius, videte per Ioan. Francisc. in tracta. de præscriptio. in prima parte sextæ partis, in 23. casu. Et in quibus casibus prohibitio alienationis non efficit quominus distractus valeat, vsucapio quoq; procedit, teste Alciato per l. ea lege. C. de condictio. ob causam dato.

Res minoris vsucapi potest, licet restituatur.

¶ Secundò prohibitus alienare rem, transigere non poterit super ea, quia transactio alienationis appellatione venit, l. 1. §. & si transigi. ff. si quid in fraud. patro. & ita tenet expresse Bald. in l. 1. C. si aduers. trãsactio. quod est verum, si res tradatur, secus si per transactionem retineatur. Barto. in l. si pro fundo. C. de transactio. ca. nulli. de rebus eccles. non alienand. Sic consuluit Alex. consi. 95. viso. col. 2. in 6. volum.

Trãsactio vim alienationis habet.

¶ Tertiò qui rem alienare prohibetur, eam alteri promittere non potest, l. final. C. de eu nuchis, quia soluere & promittere quo ad hoc æquiparantur, in l. fina. C. ad legem Falcid. Et prohibita alienatione, prohibetur omne illud, per quod peruenitur ad eam, l. oratio. ff. de sponsal. sed per promissionem ad alienationem peruenireturr: ideo prohibita censetur. nam promissa complenda sunt, l. vnic. C. de suffrag. Hodie tamen promittere non est alienare, quia pauci promissa complent.

Promittere prohibetur, qui alienare non potest.

¶ Quartò non potest quis obligare rem alienari prohibitam, l. in quorum. ff. de pigno. & ibi Barto. & in l. qui habebat. in princip. ff. de lega. 3. nec specialiter, ca. nulli. de rebus eccles. non alie. nec generaliter, Barba. consil. 36. col. 10. in 2. vol. quia hoc est prohibitum in d. c. nulli. & l. fina. C. de rebus alie.

Obligare rem an possit prohibitus alienare.

¶ Intelligite quando non erat spes luitionis, quia pro tanto obligata erat, quantum valebat, d. l. qui habebat. Alex. consil. 169. inspecto. vol. 6. Barba. in rub. de reb. eccles. non alie. col. 12. nume. 71. & seq. & hoc in fauorabilibus. & improprie appellatione alienationis venit pignoris obligatio, vel hypotheca: secus vbi debet fieri stricta interpretatio, l. final. vbi Bald. & Salice. C. de rebus alienis non alie. Plene Anto. Negusant. in tracta. de pigno. & hyporh. in 3. membro 2. partis, num. 73. & seq. vbi etiam concludit per simplicẽ hypothecam sine traditione obligatum, non incurrere pœnam: per §. aut si libellario. vbi Bal. quib. modis feud. amitta. in vsib. feud.

¶ Ego autem dicerem per d. cap. nulli. alienationis nomine non venire pignoris vel hypothecæ obligationem: quia ibi prohibet alienare, & obligare rem ecclesiæ. ideo obligatio non venit nomine alienationis: alioqui Papa specialis hypothecæ titulo ibi frustra expressisset: sed quando est eadem ratio in obligatione, quæ in alienatione, tunc censetur prohibita per extensionem, seu interpretationẽ Papæ, ibidẽ, & in l. si. C. de reb. alie. non alienan. vt superius dixi. & Papa declarat in d. cap. nulli. alienationis nomen quid contineat: non addit pignoris vel hypothecæ obligationẽ. Si tamen cui prohibeatur alienatio, & pignoris vel hypothecæ datio: eo quod alienatione prohibita, prohibetur & omne illud, per quod peruenireturr ad illam, d. l. oratio. ff. de sponsal. In rebus tamen ecclesię erit prohibita specialis, non generalis, vt ibi in d. c. nulli. exprimitur in princip. vbi Barba. post alios dicit generalem ex causa non prohiberi in rebus ecclesiæ.

Alienationis nomine nõ venit pignor. vel hypothecæ obligatio.

¶ Quintò verbo alienationis venditio continetur, l. fin. C. de reb. alie. non alie. d. §. alie-

Alienationis

verbo venditio cõtinetur.

nationis.scribit plene Fabianus de Monte in tract.de emptio.& venditio.q.4.vers.22.siue alienatio prohibita fuerit à lege,siue à testatore.d.l.fina.& Socin.consil.75.circa. in primo volumine.

Prohibita alienatione an locatio ad longũ tempus prohibita sit.

¶ Sextò cum prohibetur alienatio,prohibetur & locatio ad longum tempus,seu in perpetuum,d.c.nulli.de reb.eccles.non alie.dum legitur ibi,conductionem. licet quidam legant conditionem,id est conditionalem contractum,& alij seruitutem exponunt, videlicet quod prohibeatur contractus conditionalis rei ecclesiæ,& seruitus etiam in re imponi,glo.in l.codicillis.§.instituto.de lega.2.Innocent.in cap.ad hæc.extra,de decimis.Bald. in rubr.C.de iure emphyteu.Et dicitur ad longum tempus per decem annos, glos.in cle. 1.de rebus eccles.non alie.Iason consi.29.quanquam. in primo vol.post Bald. in cap.vno. col.4.qui feud.dare possunt.& ibi videte Barba.optime distinguentem, in additio.ad Bal. & Lappum allegatio.31.dicite vt supra.vers.quarto.

Datio in emphyteusim an alienationis nomine contineatur.

¶ Septimò etiam datio in emphyteusim sub verbo alienationis comprehenditur,d.l.finali.C.de iure emphyteu.Speculator in titulo de locato.§.nunc aliqua.quæstio.125.& 165. Improprie tamen vt docet Federic.consi.210.casus talis est.quidam episcopus. Iason in l. fina.numero 79.& sequen.C.de iure emphyteu. Sed videntur loqui contra illum textum qui vtitur verbo continet,quod proprietatem significat,vt scripsi in l.1. in vltima glos.supra eo. Sed est notandum duplicem esse alienationem:quædã enim est expressa, altera tacita:venditio,donatio rei & perpetua emphyteusis expressa dicitur:vsucapio verò tacita.

Duplex alienatio.

Cessio an pro alienatione sit & actio.

¶ Octauò cessio est vtilis dominij translatio.Bald.in c.1.per quos fiat inuestit.Bertha.in tract.de gabellis,in tertia parte octauæ partis q.9.Nec agere potest qui prohibetur alienare.Absurdum enim putat Iurisconsultus ei, cui alienatio interdicitur, permitti actiones exercere,in l.ait prætor.§.1.ff.de iure delibe.vbi vide glos.& doct.limitantes:quia agendo posset per sententiam rem amittere,l.Iulianus.ff.de condict.indeb.

Diuisio an pro alienatione habeatur.

¶ Nonò diuisio nomine alienationis venit,l.si pupillorum. ff.de reb.cor. Ludouic.Roma.consil.182.in casu.Barba.in repetitio.rub.de reb.eccles.non alie.colum.48.quia diuisio emptionis vicem obtinet, l.1.C.commun.vtriusque iudic. ex eaque dominium transfertur,Bald.ibi.& an debeatur laudimium ex diuisione, scribit Ioan. Raynauld.in comprehenso feudali,§.præterea.nume.6.de prohibita feudi alienatio.per Feder.& Iason in l.fina. C.de iure emphyteu.

Repudiatio est alienatio, & in fraudẽ fisci delinquẽs officium resignare non potest.

¶ Decimò repudiatio alienatio est,l.pupillorum.& ibi Bald.C.de repud.heredita. ideo non potest resignare officium in fraudem fisci is,qui deliquit, quia alienare videtur. Barba.consi.11.col.15.vers.capio primum.in primo volum.& hoc vidi sæpius vsu venire in Forensi iudicio.

Habens rẽ pro derelicto alienare dicitur.

¶ Vndecimò habere rem pro derelicto dicitur alienator, Bart.in l.1.ff. si ex noxali causa agat.quando cum fraude fit:alioqui contra,Alex.ibidem,& tunc præsumitur fraus ex connexitate & proximitate actus habendi pro derelicto,& occupandi per alium, argu.l.si venti.in fine.ff.de priuileg.credito.c.officij.de electio. Et si coniunctus vel amicus occupat, argu.l.data.C.de donatio.

Permutatio an alienationis nomine veniat.

¶ Duodecimò permutatio potest dici alienatio,d.c.nulli.de reb.eccles.non alie.& Insti tu.quibus alienare licet vel non.in princip.Bald.in authen. res quæ. C. commu. de legat. colum.vlti.Et regulariter sub nomine alienationis venit omnis contractus, per quem dominium transferri potest,l.fin.& ibi Bart.& alij, C.de reb.alie.non alien.nisi cessaret ratio, vel appareret de contraria mente,l.fi.de prædiis curial.lib.10.C.glos.& doct.in §.1. de prohib.feudi alie.per Fed.Bald.consil.176.istud statutum.in 4.vol. Anchar.consil.105. in themate.per l.alienatum.infra eo.Alex.consi.63.in causa.in 7.volu.quod facit ad intellectum rubr.quæ in fraudem credito.facta sunt.

Vltima voluntas nomine alienationis continetur.

¶ Decimotertiò nomine alienationis cõprehenditur vltima voluntas,& omnis actus, per quem dominium transfertur,l.1.C.de fundo dota.l.si quis.§.certum.C.de secun.nup. limitatur in l.ex hoc edicto. §.alienare.& ibi Bartol.ff. de alien.iudic.mutand. causa facta. vbi non comprehenditur quo ad illum titulum,& quando contraria voluntas appareret, de qua per Bald.consi.358.quidam Lucanus.col.1.in volum.1.& latius consil.253.casus talis est:quidam.in tertio volum.docto.in l.codicillis. §. fratre.ff.de legat.2. Bald. consilio 173. viso consilio.columna 2.in tertio volum. videte quæ scripsi in l. verba contraxerunt.supra eodem.

Qui nõ potest alienare,nõ potest alienationi consentire.

¶ Item qui non potest alienare,alienationi non potest consentire,l.final.ff.de iure dot. Bald.in l.2.C.si aduers.donatio. Sic consuluit Barba.consilio 41.Deum inuocent.colum. 7.in tertio vol.quando per illum cõsensum compleretur,& perficeretur alienatio, l. sicut. §.alienationis.ff.quibus mod.pig.Iason in l.si fundum per fideicom.ff.de lega.1.

¶ Vltimò alienatio duobus modis capitur:propriè quando transfertur dominium directum,vel vtile,l.1.C.de fundo dota.non alienando.l.penult.de his qui veniam ætatis impetrauerunt.Impropriè quando dominium non transfertur, sed aliquod ius rei, l.alienationis.

tionis.infra eod.l.sed si maritus.ff.qui & à quib. Quamuis Bald.in authent.hoc ius.col.1. C.de sacrosan.eccles. dicat alienationem quatuor modis accipi, vt scripsi in compendio alienationum rerum eccles.in princip.sed isti duo modi sufficiunt,& alios continent.

Large alienare accipitur, quãdo sola possessio transfertur.

¶ Alienari aliquando large dicitur,quando sola possessio transfertur: sed hoc quo ad titulum de alienatione iudicij mutandi causa facta,l.non solum.vbi Bart.ibidem. & Alex. consi.98.visis.col.1.in 3.volum.Et quando omne genus alienationis prohibetur, tex.iuncta glo.in cap.venerabili.de offic.delega.quia per translationem possessionis posset peruniri ad dominij translationem.

Per alienationem verbalẽ quis in pœnam non incidit. Alienatio quæ propria sit.

¶ Notandum est tamen,quod per alienationem verbalem quis non incidit in pœnam. §.aut si libellario.quib.mod.feud.amitt.vbi Bald.& in l.voluntas. C.de fideic. Plene Barb. in rub.de reb.eccles.non alienan.col.9.& seq.nu.53.cum seq.

¶ Et sic proprie loquendo non dicitur alienatio, nisi illa, per quam transfertur dominium,per d.l.1.C.de fundo dota.non alienan. vbi Bald.inducit ad statuta odiosa pœnalia prohibentia alienationem, vt proprie intelligantur in suo proprio significato, & sic non habebunt locum in pignore,siue hypotheca, secundum Barba. in rubr.de reb.eccles.non alie.col.1. Gloss.& docto.in l.1.C.de iure emphyteu.Nisi lex aliud exprimeret,d.l.final.C. de reb.alienis non alienan.

¶ Secundò non procedit,quando esset eadem ratio in alia alienatione vsusfructus, vel pignoris,sicut in propria,quia tunc idem ius constituetur,l.fina.C.ad legem Falcid.

Alienatio prohibita ecclesiasticis et regibus.

¶ Et hæc vobis cõducere possunt,illustrissimi præsules,quibus rerum ecclesiasticarum alienatio,etiam summo Pontifici est prohibita,cap.non licet Papæ.12.q.2. & omnibus viris ecclesiasticis,cap.sine exceptione. 12.q.2.vbi scripsi in cõpendio alienation. rer. eccles. Etiam Rex est prohibitus alienare in præiudicium Regni,& contra Regis honorem,cap. intellecto.de iureiuran.Et si alienata sunt illa,quæ deputata sunt pro statu publico Regis, poterit successor illa reuocare,teste Alber.& aliis in l.digna vox.C. de legib.cap.suggestũ. de decimis.Patet in ordinatio.Regiis rub.*des occupateurs du domaine du Roy.*& hoc nisi seruaretur,magnum præiudicium fieret Regno:alioqui bene merentibus quædam donare potest.Barto.in l.1.§.plane.ff.quod vi aut clam. Sed quantum dare tunc possit, declarat Lucas de Penna in l.1. C. de capitatio. ciuium censib. eximenda.lib.11.& l. quicunque.C.de omni agro deserto.ibidem,ac Matth.in prælũdiis constitut.Neapo.q.24. De alienatione si hic vellem singula prosequi,iustum complerẽ volumen. Ob id reiicio vos ad ea quæ dixi in compendio alienatio.rer.eccles.& ad ea quæ Bart.& alij scribunt in l.filiusfamil. §. diui.ff.de lega.1.& in l.si ita quis promiserit.§.ea lege.ff.de verborum obliga. & in l.3.C.de condictio.ob caus.dato.ibi videre poteritis de prohibitione alienationis.

An venditionis verbo contineatur omnis alienatio.

¶ Sed an venditionis verbo contineatur omnis alienatio?Et contineri pleriq; adfirmãt, per l.statuliberi à cæteris.ff.de statuliber.ibi, quoniam lex duodecim tabularũ emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur: quod ideo erat, quoniam quælibet alienatio per imaginariam emptionem,sicut heredis institutio & emancipatio,celebrabatur. Obseruabimus itaque an ratio legis generaliter procedat,l.fina.C.de præd.curial.libro 10. vel in ea tantum contractus specie.Iason in l.fina.C.de iure emphyteut.hæc Alciat. Idem firmat Fabianus de Monte in tracta.de emptio.& vendit.q.2. & Anto.de Burgos in rubr. de emptio.in fin.vbi tradit regulam cum tribus limitationibus, videlicet emptionis verbum omnem alienationem complecti.

¶ Verumenimuero hoc pleniorem exigit interpretationem. Nam primum dico emptionis nomine non contineri alium contractum, nec etiam aliam alienationem. probatur ex vi nominis,per l.1.ff.de contrahen.emptio. vbi aliud est emptio, aliud est permutatio,quamuis permutatio sit vicina emptioni,l.1.& fina.ff.de rerum permutatio.Bald.in l.1. colum.2.C.illo titul.Alioqui frustra quæreremus an sit venditio,an permutatio, an alius contractus,si venditionis nomen omnes comprehenderet, vt in l.1.ff. de æstimato. actio. Item diuersa sunt nomina,ergo diuersi cõtractus,l.si idem.C.de cõdici.Et hoc etiam probat totus titul.de contrahen.emptio.& titu.de actio.empti,vbi tantum materia emptionis & venditionis traditur,non alterius alienationis.facit l.fina.C.de iure emphyt. & d.l.fina. C.de præd.curial.sine decreto non alienan.lib.11.& l.insulam.ff.de præscript. verb.vbi si tibi insulam vendiderim, vt aliam reficeres, nullam esse venditionem, sed ciuili agendum respondit Iurisconsultus Neratius.ergo venditio non comprehendit omnem alienationem.pro hoc facit l.fina. C.de pact.inter empto.& vendito.vbi sic dicitur:Si quis ita paciscatur in vẽditionis, vel alienationis contractu.Ergo nomine vẽditionis non venit altera alienatio.Alioqui esset ibi superflua illa dictio,vel alienationis: quamuis communiter iuris interpretes contrarium concludant.facit tex.in cap.1.de his quæ fiunt à præla.sine consensu capituli.

Nomine venditionis nõ venit alienatio.

¶ Itaque regula figenda est,quod nomine emptionis, vel venditionis non continetur alius contractus proprie:& iste est text.ad hoc accõmodus.in l.si pupillorum.§.si prætor. ff.de

ff.de reb.cor.vbi sic dicitur,Si prætor tutoribus permiserit vẽdere,& illi obligauerint, vel contra:an valeat quod actum est:Et mea fert opinio eum,qui aliud fecit,quam quod à prętore decretum est,nihil egisse.Hoc etiam conuenit communi vsui loquendi, qui solet attendi,l.Labeo.ff.de supellectili lega.& saltem communis Franciæ vsus venditionis nomine non intelligit alios contractus.

Legatum vel donatio de rebus emptis nõ cõprehendit donatas, vel alio titulo quæsitas.

¶ Ex quo infertur,quod si testator legauerit res emptas,non debebuntur res alio titulo habitæ,per text.sing.in l.item legato.§.item interest.ff.de leg.3.secundum Lud.Rom.sing. 608.verbum emptionis. Idem in contractibus, si dedero res à me emptas, non videor donare illas,quæ ad me spectant ex successione,vel alio titulo, nisi appareat de contraria mente.Ideo si statutum velit,vel consuetudo, vt si quis vendiderit domum extraneo alicui, quod liceat eam pro eodem vel æquali pretio proximiori recuperare:si data fuerit in solutum,non poterit eam proximus habere,propter vocabulorum diuersitatem,quia prętium debet interuenire ad hoc,vt emptio sit,l.fin.ff.de condict.ob cauf. Et ita fuisse iudicatum refert Specul.in titulo de emptio.§.nunc dicendum.vers.sed pone. Sed quia consuetudo Franciæ generaliter loquitur,vt rem à proximo alienatam, liceat consanguineo retrahere,ob id rem etiam in solutum datam retrahet consanguineus,l.si prædium.de cuict.

Rem eandem duobus in diuersis contractibus vendẽs falsi pœna punitur.

¶ Tertiò siue loquamur in fauorabilibus, siue odiosis, non veniet nomine emptionis alia alienatio,nisi vt infra dicam. Ideo si quis vendiderit rem duobus in diuersis contractibus,falsi punitur:secus in aliis contractibus,quia hoc non est expressum.tex.& ibi Bar. in l.qui duobus.ff.de falsis.licet Perusinus contra sentiat,in cap.vno.de excesib.prelatorum,in sexto:quia pœnæ non sunt extendendæ,sed restringendæ, lege, interpretatione.ff. de pœnis.

Prohibita venditione alius contractus nõ prohibetur.

¶ Quartò prohibita venditione, non censentur prohibiti alij contractus, nisi eadem ratio prohibitionis in illis locum habeat,l.voluntas. C.de fideicom. Perus. in d.cap.vno. col.1.de excesib.prælatorum,in 6.

¶ Quintò si dominus det facultatem emphyteutæ vendendi rem,non poterit eam permutare,vt asserit Paulus Castrensis in l.3.§.non tamen.ff.de institor.actio.Bartol.in l. Aristo.in fine.ff.de donatio.Felin.in cap.vltim.nota.fin.de accusatio. quia aliud est vendere, aliud est permutare,d.l.1.ff.de contrahen.empt.

Statutum loquens in venditione non habet locum in alio cõtractu.

¶ Sextò consuetudo loquens in venditione,non habet locum in alio cõtractu:& idem in statuto.concludit Specula.in titu.de emptio.§.nunc dicendum.versi.sed pone statutũ. Ioan.Andre.& Ancha.in cap.constitutus.col.2.de restitut.in integrum.vbi scripsi,dando nouum intellectum contra quosdam ignaros iuris Pontificij, illud tamen malèdictis rodentes.vide Fel.in d.cap.fin. Et sic etiam intelligi debent leges Regiæ dicentes, impositionem soluendam pro mercibus venditis,*pour marchandises vendues*,vt patet *in rub.de l'imposition foraine.*& idem in rubr.*des eaus & forestz*,vbi loquuntur sæpius de venditione, *de vente ou achapt*:vt non habeant locum regulariter in alio cõtractu, nisi vt inferius dicetur.

Leges Regiæ explicantur.

¶ Generaliter tamen venditionis appellatione Iurisc5sultus Marcel.interpretatur alienationem venire,l.sicut.§.venditionis.ff.quib.mod.pignus vel hypothe.soluit.glos.in l.2. C.de vsucapio.pro empto.Et hoc quando est eadem ratio in aliis contractibus, & alienationibus, sicut in emptione & venditione. tunc enim vi nominis venditionis omnis alienatio non continetur,sed Iurisconsulti interpretati sunt ex mente: vt quod in venditione dicitur,habeat etiam locum in quibuscunque casibus,in quibus eadem erit ratio in alia alienatione. quod suadetur in verbis legis duodecim tabularum, quæ sunt hæc, VENDENDI STATVLIBEROS IVS POTESTASQVE ESTO. Cum itaque postea quæreretur,an statuliberi(id est illi quibus data,vel relicta est libertas sub conditione, vt l.1.ff. de statulib.)vendi interim possint,lex duodecim tabularum permisit, vt paulo ante dixi, & etiam l.statuliberos.ff.de statuliberis.Sed quia lex duodecim tabu.loquitur tantũ quod illi possint vendi,ideo dubitabatur an alio titulo alienari possent: & his verbis respondet Pompo.in dicta lege,statuliberi à cæteris. quoniam lex duodecim tabularum emptionis verbo omnem alienationem complecti videtur.Nec interesse quo genere quisq; eius dominus fieret:ideo nomen venditionis ex lege duodecim tabul.poterat esse generale, vt Bald.dicit in cap.vno.in fin.de alienatio.feudi:quia omnia per æs & libram fere tractabantur,& nulla fiebat alienatio sine specie emptionis, etiam ex interpretatione Iurisconsulti Pomponij. Itaque postquam lex duodecim tabularum permisit dominis vendere statuliberos:idem statuisset si interrogatus fuisset statuẽs de alia alienatione, quando est eadẽ ratio in ea,arg.l.Titius.§.Lucius. ff.de libe.& posth.Idcirco Pompo. interpretatur illam legem duodecim tabul.complecti omnem alienationem ex mente.idem probat l. apud Iulianum.§.authoris.ff.de doli exceptio.ibi,authoris dolus emptori non obiicitur: sed hoc in emptore solo seruabimus:idem in eo qui permutauerit, vel in solutum acceperit, item in similibus qui vicem emptorum continent.Ecce quod in emptore constitutum est, Iurisconsult.interpretatur in his qui vicem emptorum habent. Sic interpretatur Pompon.

Declaratur l. statuliberi à cæteris.

legem

legem duodecim tabul.videri intelligendam etiam in alienatione:& tunc generaliter venditionis appellationem accipere debemus,dicta l.sicut.§.venditionis.ff.quib.modis pign. vel hypo.sol.& hoc quo ad illum titulum:quia si creditor permittat pignus vendi à debitore,vel aliter alienari,ius suum in illa re amittit.

¶ Ideo si quis non valens habere rei commercium, quia res est sacra, emere prohibeatur,& pignori accipere non poterit, quia eadem in vtroque ratio est,l.1.§.cam.ff. quæres pig.obliga.poss.l.sed.& quod.de pigno.ibi,quod emptionẽ venditionémq; recipit, etiam pignorationem potest recipere.ibi,maius cõceditur,& minus permittitur.Et sic patet venditionis appellatione non venire aliam alienationẽ,nisi eadem ratio locum habeat. In alienatione alia,quia tunc ex interpretatione fiet extensio,postquam Iurisconsulti ita interpretati sunt,vt superius dictum est:& ista interpretatio & in statutis,& in aliis etiã odiosis locum habebit,propter rationem eandem,vt scripsi in l.1.supra eod.quod est notandum.& Paul. scribit emptionem voluntariam, adiudicationem verò necessariam, in lege,si pignori.ff. famil.erciscundæ.

Vbi eadem est ratio etiam in odiosis nomine vẽditionis omnis alienatio venit.

¶ Potest etiam ex hoc tex.colligi, quod verbum accipitur pro dictione, prout dixi in rubr.supra eod.De hac dictione etiam scriptum est in l.mulieris.supra eod.

¶ De verbo Continet tractatur in l.1.supra eo.

¶ *Vix.* Colligite phrasim Iurisconsult. in hac dictione vix, quæ exponi pro difficilè potest,l.rescripto.§.1.ibi,cæterum si ita quidam tenues & exhausti sunt, vt nõ modo publicis honoribus pares non sint,sed etiam vix de suo victum sustinere possint.ff.de munerib.& hono. Et quod vix fit,fieri tamen dicitur,d.l.vix certis ex causis.de iudic.ff.ca. per catechismum.de consanguinit.lib.6. Interdum pro non,capitur,l.impuberem.in princip.ff. de fals.ibi,quoniam falsi crimine vix impuberem posse teneri ait,cum dolus malus in eam ætatem non cadat,l.intra.in fin.ibi,vix restituendum.de minor.l.si iure.ibi,sed vix id obtinere potest.de lega.3. Et est phrasis Iurisconsulti,quando cum quadam vrbanitate negare vult:sed dictio prope, cum illa vrbanitate concedit,l.tutor.in princip.§. domus. ibi, prope est,vt sit intercessio.ff.ad Velleia. Scribam alias phrases in lege, propemodum. infra eodem.

Vix.

Prope.

¶ *Non vtendo amisit seruitutem.* Ex hoc tex.colligitur,seruitutes non vtẽdo amitti:& ideo dicitur non vtendo,quia aliis etiam modis seruitutes amittuntur,vt patet per totum titu. ff.quemad.seruit.amittantur. Sed intra quod tempus amittantur,glos.in l. seruitutes.ff. de seruitu.dicit seruitutes cõtinuas,siue habentes causam perpetuã, seu quasi perpetuam, decem vel viginti annorum spatio acquiri,sicut res immobiles: & dicũtur habere causam continuam,seu perpetuam,quando ad earũ vsum non requiritur factum hominis successiuum,& continuum,quamuis à principio requiratur: vt in seruitute aquæductus, quæ postquam est imposita,etiam sine facto hominis aqua per riuum fluere potest: & idem in seruitute habente causam quasi perpetuam,vt in seruitute stillicidij recipiendi,l.foramen. ff.de seruitu.vrbano.præd.

Quo tempore seruitus amittatur, et acquiratur.

Seruitutes quæ habeant causam continuã, & quasi.

¶ Seruitutes autem non habentes causam perpetuam, vel quasi, non præscribũtur, nisi tanto tempore cuius memoria non sit in contrarium, per centum annos, l.1. in fine,& l.2. §.item Labeo.1.ff.de aqua pluuia arcenda,vt sunt seruitutes itineris,actus,& viæ. Sed licet regulariter istud tempus requiratur in acquirendo seruitutes,diuersum est in amittendo:nam vsitatius & communius seruitutes impositæ amittuntur per decem annos inter præsentes,& viginti inter absentes,l.penult.C.de seruit.& aqua.

Seruitutes nõ habentes causam perpetuã vel quasi quæ sint, & quãto tempore præscribantur.

¶ Quod non procedit,quando seruitutes haberent interualla annorum,vt quod alternis annis,vel mensibus,vel hebdomadis vti liceat,tunc duplicato legitimo tempore,id est viginti annorum tam inter præsentes quam inter absentes tolletur:sic intelligitur l. si sic constituta.ff.quemad.seruitu.amittan.& dicta lex penult.& fina.Plene elucidat Cepola in tracta.de seruit.vrba.prædior.cap.24.Et ista est communis opinio,quod semper sufficient viginti anni,vt testatur Ioan.Francisc.Balb.in tracta. de præscriptio.in tertia parte quartæ partis,q.1.vbi plus addit,quod propter interualla dierum, vel horarum fit duplicatio, per d.l.pe.& fi.C.de seruit.& aqua.glo.& doct.in d.l.si sic.Et hæc in seruitute rustica vera sunt. In seruitute verò vrbana requiritur factum contrarium, videlicet vt quis libertatem præscribat,per l.hæc autem iura.& l.qui luminibus.vbi etiam glo.ff.de seruit.vrba.prædio.l.si quis alia.in fin.quemad.seruit.amittantur.& in c.cum ecclesia.de causa possess.& proprietat. in cap.de quarta.de præscriptio.Anto.Butri.in cap.peruenit.de censib.Boer.in §.5.de præscript.in consue.Biturigum.

¶ Amittuntur etiam seruitutes per abusum,vt dicit glo.hic,quę allegat l.si sic.ff.quẽad. seruit.amittan.sed parum probat. Sed facit quod priuilegium amittere meretur, qui permissa sibi abutitur potestate, ca.priuilegium.11.q.3.c.tuarum.& c.vt priuilegia.de priuileg. Item seruitutes confunduntur,si idem vtriusq; prædij dominus esse cœperit,l.1.ff.quemad.seruitut.amit. Etiam amittuntur remissione expressa, si remittam seruitutem,quam

Seruitutes per abusum amittuntur, confusionem, & remissionem.

habe

habebam,l.si domus.& l.si ædes.1.ff.de seruitu.vrba.prædio.Azo in summa C.de seruitut. in fine. Item sufficit tacita remissio,vt si permisero tibi,vt in eo loco ædifices,per quem mihi via debeatur,ius viæ amitto,l.si stillicidij.ff.quemad.seruit.amittan. Idem si venerit dies & conditio,sub quibus erat seruitus imposita, vt si imposuerim donec Rex venerit, quando Rex veniet extinguetur,l.si is cui.§.fina.ff.quemad.seruit.amittan. Si res quæ seruitutem debet perempta sit,extinguitur seruitus,l.si locus.ff.quemad.seruit.amittan.si tamen locus restituatur,seruitus in pristinum statum redit, vt ibi traditur. & alios modos quibus seruitutes amittuntur,videte in titul.quemadmo.seruit.amittan. & per doct.quos supra citauimus.

¶ *Vtendo.* De hoc verbo vtendi dicetur in l.qui vti.infra eod.

¶ *Amisit.* De hoc verbo scripsi in l.Labeo.1.in fin.supra eo.

¶ *Qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti qui hereditatem omittit.* Hac phrasi vtitur tex.in l.nemo.2.in fin.ff.pro socio.ibi, illud quæritur, vtrum is demum facere videatur,quominus facere possit, qui erogat bona sua in fraudem futuræ actionis, an & qui occasione acquirendi non vtitur. Et sic non acquirens,quod acquirere potuit, non dicitur alienare,quia non transfert dominium,vel aliud ius rei, quod non habebat,l. traditio.ff.de acquir.rerum domin.& loquitur hic tex.de hereditate quæ antequam adeatur,non acquiritur.Secus in legato secundum Alciat.cuius dominium ipso iure in legatarium transit,l.à Titio. ff.de furtis. hæc ille. Ego tamen putarem idem in legato, & aliis rebus non acquisitis,vt antequam legatum sit acceptatum, vel aliæ res acquisitæ, non videantur alienatæ,l.qui autem.§.sed illud.ff.quæ in fraud.credit. Alias sequeretur legatum non posse repudiari,contra l.proinde.ff.si certum petat. Et qui agit ne quid acquirat, sibi insidiatus est,l.1.§.confertur.ff.de colla.bon.

Legatum non dicitur alienari quando non acquiritur,contra Alciat.

¶ Nec exemplum tex.de hereditate arctat regulam, l.nam quod liquide.ff.de penu legata. quia dominium rei legatæ vere non transit in legatarium ante aditam hereditatem, & agnitum legatum,l.si tibi homo.§.cum seruus.de leg.1.ff. Et quamuis per fictionem dominium transeat à morte testatoris in legatarium,vt scribunt interpretes, licet aliter dixerim in meis nouis interpreta.tamen ista fictio hic non attenditur. nam iste repudians hereditatem,vel omittens legatum,occasione acquirendi non vtitur,vt hic dicit tex. qui generaliter loquitur,licet exemplum de hereditate tradat,quod non restringit tex.

Legatarij ex ficto dominiõ sunt saisiti in Regno Fráciæ.

¶ Et in hoc Regno ex illo ficto dominio legatarij non sunt saisiti, sed petunt legata ab heredibus,& per prouisionem solent heredes illis condemnari,licet testamentũ fallum allegaretur,vt censuit Senatus Parisiens. anno 1541.die 10.Februarij, per l.si testamentum.ff. de petitio.heredita.& l.si in fraudem.C.de legatis,& plene scripsi in tracta.de senten.prouisional.art.1.in primo tomo comment.ad ordin.Reg.Gallicas. Quamuis heredes ratione consuetudinis saisiti esse dicantur,& ex illa consuetudine Franciæ possessio sit translata in illos,vt in consanguineum defuncti,tamen adhuc non adeundo non videntur alienare:quia illa vere nõ dicitur acquisita,antequam adeatur.& ista acquisitio defertur à consuetudine,si pars vti velit:quia inuito beneficium non cõfertur,per regulam iuris.de hoc plene scripsi in §.præfatique ordinarij.in glo.vacare.de collatio.in concorda. & in 3.tomo constit.Reg.artic.9.tract.de mater.posses.vbi abunde scripsi qui sint saisiti.

Heres etiã in Frãcia nõ acquirens hereditatem, eam non dicitur alienare.

¶ Nec refragatur quod hic dicit Alciat.quod in edicto prætoris, quæ in fraudem creditorum,non est facta mentio alienationis, ergo ibi non comprehenditur legatum.Ego arbitror ibi comprehendi ea ratione,quia fit mentio de fraudatione,quę est magis generalis, quia omnem alienationem continet fraudulosam, l.1.ibidem. Ideo quicunque alienat in fraudem,punitur eo edicto:sed qui nõ acquirit,non incidit in pœnam, per d.l.qui autem. ibidem. Ideo non acceptans legatum alienare non videtur:& sic iste text.vult comprehendere quamlibet acquirendi causam omissam per occasionem, de qua scripsi in dicta lege, rei.2.supra eod.& gloss.hic alia super hoc iura adducit,vos illam videte.

Declaratio ad titulum quæ in fraudem cred.

¶ Item in fisco etiam non procedit:non enim videtur in fraudem fisci factum,quod acquisitum non est,l.cum quidã.ff.de iure fisci. Et ideo si accusatus de crimine capitali, non expectata sententia composuit cum prelato ad certam summam,non poterit dominus secularis conqueri:quamuis si reus fuisset cõdemnatus,dominus temporalis bona habuisset immobilia confiscata,teste Aufreri.in decisio.Tholosa. q.150. Et idem in Rege firmat Benedictus in cap. Raynutius.in verbo & vxorem,numero 246,de testament. vbi limitat quando ex illa dissimulatione iustitiæ scandalisaretur respublica.

Non potest cõqueri dominus secularis ob cõfiscationem,si prælatus composuit cum delinquente.

¶ Et sic non potest conqueri Baro,vel alius dominus expectans confiscationem,si reus obtinuerit à Rege gratiam,quia nulli fit fraus in acquirendis,d.l.qui autem.ff.quæ in fraudem credito.Et in quibus seruus deteriorem domini conditionem facere potest,l.seruus. C.de pactis.vbi docto.abunde tradunt.Sic consuluit Federic.consi.9.casus talis. in prælato,qui ex causa rem ecclesiæ legatam repudiare potest, etiam sine solennitate. cap.sine exceptione.12.q.2.Ista decreui latius alibi pertractare:nunc obiter pertranseo.

Gratiam Rex cõcedit in præiudicium confiscationis.

¶ Intel

¶ Intelligite prędicta,vt qui non acquirit,non videatur alienare:tamen si ratione officij vel contractus,vel ex iuris dispositione teneatur quis acquirere,& non acquirit,de negligentia,vel dolo tenetur,vt in procuratore,in l.dolus.ff.manda.Idem in tutore, in l.2.C.arbitrium tutelæ.Et in venditore hereditatis,l.2.§.sed & si quid dolo.ff.de hered.vendita. & ibi glossa alios adducit casus.Et in possessore hereditatis loquitur pulcher text.in l. sed & si.§.perinde.ff.de petitio.heredita.Et Iurisconsult.ait,non minus delinquere eum qui non incipiat possidere,quam eum qui desinat,l.1.§.penul.ff.si quis omissa causa testa.quod obtinet quantum ad illum titulum,& in habente officium acquirendi.

Qui teneatur acquirere.

¶ Aliquando vidi impetrari literas Regias, in quibus exprimebatur hereditatem esse obuentam Titio debitori,& illum nolle eam acquirere, ne suis soluat creditoribus: vnde Rex concedebat curatorem dari,qui hereditatem adiret, & postea creditoribus solueret: & puto tales literas æquas esse,& comprobandas,ac verificandas.Nam quamuis hic omittens hereditatem non comprehendatur in hoc edicto,quæ in fraud.credit. facta sunt:quia nihil fecit,sed omisit:tamen quia malitiis hominum obuiandũ est, potest Princeps illi malitiæ obuiare,& concedere,vt superius dixi,& probatur in l.1.ff.de curat. bonis dand.iuncta ibi gloss.quod est notandum in practica. Is etiam, qui non vtendo amisit rem, vel vsumfructum,tenetur per tex. in l.cum in fundo.§.quod si vxor.ff. de iure dotium.

Cautela quãdo institutus non vult adire hereditatem, vt fraudet creditores.

¶ *Occasione.* De ea scripsi in l.rei.2.supra eo. Verbum autem acquirendi auaris suaue est, philosophis neglectum:tamen totum ius constitit,aut in acquirendo, aut in conseruãdo, aut in minuendo,l.fin.ff.de legib.Sic prosecutus sum materiam beneficialem in praxi mea beneficia.maxime in acquirendis beneficiis persistens.nam qui cum difficultate acquirere scit,ea retinere facile nouit,& cauet vt non amittat.Et possessio animo & corpore acquiritur,l.quemadmodum.de acquirenda possessione.ff.& in rubric.ff.de acquir.hered.& in rub.de acquir.rerum domi.& de acq.possess.dicam in l.peruenisse.infra eod.

Acquirere quibus sit suaue.

¶ *Non intelligitur alienare,* nec proprie nec improprie,tũ quia à se non facit alienũ,quod suum nunquam fuit,tum quia nihil amplius transferre quis potest,quàm sit apud eum,l. traditio.ff.de acquir.rerum do.sed nihil est ante acquisitionem, ergo nihil dicitur posse alienari.De hoc verbo scripsi in l.1.in fin.supra eod.

¶ *Veluti.* Hæc dictio fuit elucidata in l.Labeo.1.supra eo.& est exemplificatiua,vt dicunt doct.per l.3.& l.succurritur.ex quib.caus.maio.l.veluti.ff.de edendo.& l.veluti. de iustitia & iure.& l.litigatores.& l.idem Pompo.de arbit.videte similes dictiones in l.impensæ. infra eodem.

Veluti.

¶ *Omittit.* Hereditatem omittit is,qui totam reliquit,vel partem eius repudiauit,l.mater. vbi gloss.ff.si quis omissa causa testa.& l.1.§.fina.ibi,si per rusticitatem aliquid fuerit omissum.ff.de ventre inspicien.vbi Bart.tractat,quando omisio solennitatis vitiet,& ibi addidi.facit l.Papinianus.§.quarto.ibi,merito omittit hereditatem.de inoffi.testa.l.quod si minor.§ Scæuola.ff.de minor.

Omittere multa significat,et phrases.

¶ Omittere pro remittere,exponit gloss.in l.si eum.§. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. ibi,nam defunctus si vellet omissa iniuriarum actione agere,ex stipulatu actione non permitteretur.ego exponerẽ pro relicta,quia omittere est rem omnino dimittere,vt sequitur.

Omittere pro remittere.

¶ Minor vigintiquinque annis omissam allegationem per in integrum restitutionis auxilium repetere potest,l.minor vigintiquinque annis.ff.de mino.vbi glo.varie allegationẽ exponit,& pro exceptione dilatoria, vel peremptoria, vel probationibus. Sed verus meo iudicio illius legis sensus est,vt si minor quicquam allegare, & pro se adducere omiserit, si ob hoc læsus fuerit, possit hoc omissum repetere, id est resumere per auxilium in integrum restitutionis,& iterum allegare id quod omisit.& illa lex est in forensi iudicio valde frequens,& eam meliorem iuris Iaf.dicit in l.2.num.9.ff.de iureiurand.quamuis doct.eam perperam intelligant,vt ibi dico in meis no.interpretationibus.

Intellectus ad l.minor vigintiquinque annis.ff.de mino. quæ frequens in iudiciis est.

¶ Item Iulianus ait,si fideiussor ex sua persona omiserit exceptionem,qua reus vti non potuit,si quidem minus honestam,habere eum mandati actionem: quod si eam qua reus vti potuit,si sciens id fecit,non habiturum actionem mandati,si modo habuit facultatem rei conueniendi;&c.l.idémque.§.generaliter.ff.mandati.

¶ Omittere mandatum,finire,soluere.l.inter causas omittẽdi mandati etiam mors mandatoris est:nam mandatum soluitur morte.ff.mãdati.ibi primò dicit omittere, postea soluere. Omittit locator actiones,l.si merces.§.culpæ.ff.locati, ibi,cæteras actiones locator omittat,pro dimittat,remittat. Omisio in magistratu est punienda,in l.diuus.ff.de officio præsid.& ibi omisio accipitur pro negligentia in officio. facit l.ei qui.in fine.ff.de petitione heredit. Omisit vsuras,id est non petiit,l.cum quidam.§.1. ff.de vsur. vbi primo dicit omisisse,& postea non petere. Omissum legibus dicitur, quod à legibus non est tractatum,nec decisum,l.quæsitum.ff.de testib. Omissa,pro non facta, dicit gloss.in l.de pupillo.§.si is cui.ff.de noui operis nuntia.Sed potest dici ibi,perinde est,acsi noui operis nuntiatio omissa esset,id est penitus derelicta,& dimissa. Omissus casus pro omisso ha-

Omittere mandatum.

In magistratu omissio punienda.

betur,l.commodiſsime.ff.de liberis & poſthum. Omiſſo reo,l.qui mutuam. ff. manda. Omiſſa edicti parte exponitur in l.eum qui.ff.de iureiurando. Omittere poſſeſsionem rei non eſt alienare,l.item.§.fin.ff.de aliena.iudic.mutand.cauſa fac.

Submittere quid.

¶ Submittere eſt quod vulgo dicimus *ſoubmettre*,vel *mettre ſous*,ſubiicere,ſupponere,& interdum ad perſonas refertur:vnde dicit Iuriſconſult.eum qui ſubmiſit accuſatorem, in Turpillianum incidere,lege prima,§.incidit.ff.ad Turpill.id eſt qui clanculum accuſatorem dedit.

Delatorẽ ſubmittere.

¶ Submittere delatorem,in l.lege Cornelia.ff.de falſis.ibi,qui delatorem ſubmiſit in cauſa pecuniaria,eadem pœna tenetur,qua tenentur hi,qui ad ſtruendas lites pecuniam acceperunt.Alibi Iuriſconſult.ſcribit,ſi quis delatorem ſubiecerit, in l. ſenatus. §. 1. ff. de iure fiſci.facit l.diuus.de iure patro.

¶ Submittere quandoque ad res refertur,& eſt vnam pro alia ſubiicere,vel ſupponere,l. 1.§.ſi dolium.ibi,magis enim ne ſubmitteretur ſignari ſolere, quam vt traditum videatur. ff.de periculo & commodo rei venditæ.

Submittere faſces.

¶ Submittere faſces alicui,eſt cedere,vt per rhetores,apud quos aliis quoque modis capitur.videte Cæli.lib.antiq.lectio.cap.7.

Submittere ad animalia relatum quid ſit.

¶ Submittere ad animalia reſpiciens eſt,& ſumitur pro procreandæ ſobolis gratia mas tribus ſupponere,atq; alendos præbere fœtus,l.quid ergo.ff. de vſufructu. ſæpius hoc verbo vtitur Vlpi.& Bud.ita exponit in annot. Vel Submittere eſt ſubſtituere,ſufficere in locum demortuorum animalium alia capita,d.l.quid ergo.ibi, habebit alios fœtus ſubmittere.& l.ſi fur.in fin.ibidem de vſufruct.

Pro ſubſtituere.

¶ Submiſſa vox pro demiſſa,in c.alma.§.adiicimus.de ſententia excommunicatio.libro ſexto,quam alibi Papa vocat ſuppreſſam,in cap.cum in partibus . de verborum ſignificat. vbi tempore interdicti miſſæ debent celebrari in eccleſiis , ianuis clauſis, ſubmiſſa tamen voce,non alta.

Tranſmitto.

¶ Tranſmitto pro tranſfero.Inde tranſmittit hereditatem non aditam qui eſt inſtitutus, ſi intra annum decedat,l.cum in antiquioribus.C.de iure deliberan.quæ tamen regulariter non tranſmittitur,l.quoniam,ibid.ſi non fuerit adita.Etiam ſubſtitutiones non tranſmittuntur ad heredes.l.Lucius.in fin.ff.de vulga.l.ſi ex pluribus.de ſuis & legit. Tranſmittere actionem,l.quemadmodum.in fin.ff.de inoffic.teſtamen.l.nam ſi quis.in fin. ff.ad legem Aquil. Vſus aquæ perſonalis eſt,ideo ad heredem vſuarij tranſmitti non poteſt, l. vſus aquæ.ff.de vſu & habita. Tranſmittere idoneum nomen in ſucceſſorem, l. Titio. in fin.ff.ad municipal.ibi, indẽnitati reipubl.ſatisfacere debere, ſi nomen ad ſucceſſorem idoneum tranſmiſiſſe non doceatur. Tranſmiſſa,l.teſtatrix.in fin.ff.ſi ſerui.vindicet.ibi, pars ad aliquem tranſmiſſa ſit. Immunitas perſonis data, cum perſonis extinguitur:ciuitatibus verò,vel rebus,ad poſteros tranſmittitur,l.forma.§.quenquam.iuncta l.3.ff. de cenſib. Mora ad cæteros tranſmittitur,l.cum patrisfam.ff.de vſur.

Tranſmittere actionem.

Tranſmittere idoneũ nomen.

Immunitas tranſmittitur.

Tranſmiſſio.

¶ Tranſmiſsio, tranſlatio, & eſt triplex, vt per Iaſ.in l.ſi infanti. C.de iure deliberandi, & Benedictum in repetit.cap.Raynutius.in verbo ſi abſque.2. de lega.rubric. de teſtamen.

¶ Dimittere,promittere,& alia affinia huic verbo ſcribam in l.dimiſſoriæ.infra eo.

¶ *Aut optionem intra certum tempus datam non amplectitur.* Alienare non videtur, qui electionem ſeruorum,vel aliarum rerum, intra certum tempus ſibi datam, non facit. Et hic ſcribitur,optionem non amplectitur,id eſt non eligit,non optat,gloſ.exponit, per l.mancipiorum.& l.ſi tibi.de optio.lega.ff.Et ſic qui non optat intra certum tempus ſibi datum ad optandum,optionem perdit:quod eſt verum,quando omnia ſunt integra : alias ſecus, vtpote ſi optio ſeruorum data eſt intra certum tempus,& poſt illud tempus manumiſſus eſt ſeruus,illum pars amplius eligere non poterit, vel ſi fuerit venditus , quod probat l. mancipiorum.ff.de optio.lega.& l.ſi optio.in fin.ibidem,& cap.ſi tibi abſenti. de præben. in ſexto. Et hæc optio habet locum in rebus differentibus,& non in conformibus,quia parum in his expedit eligere:text.ſingul.iuncta gloſſ.in verbo optio. in l. cum aurum.§.1. de auro & argen.legat.ff.quem Roma. extollit in ſingul.487. legat teſtator. facit textus in l.ſi pupillus.in fine.ibi,nam ſi vterque idoneus eſt,electio locum non habet. ff. de adminiſtratione tutorum.

Non optãs intra certũ tempus , optionem perdit.

In quibus rebus optio conſiſtat.

¶ Et facta electione,ſi id quod deterius eſt,quis eligat,ſibi imputet,lege tertia, vbi gloſſa.ff.de optione lega.l.cæterorum.infra eodem.Nec poteſt petere poſtea, vt illa electio reſcindatur,nec releuaretur quis,ſeu reſtitueretur ab illa ſua electione, etiam in vim literarum Regiarum,quia ius eſt acquiſitum parti,& ſua electio conſumpta, vt cõſuluit Roma. conſilio 475.quo ad primum.Et ſtultiſsimus dicetur,ſi elegerit id,quod eſt deterius.§.cæterum. Inſtitut. quod cũ eo. Illa tamen ſtultitia non releuaret eum,niſi minor ætas ſuccurreret,l.ſed & ſi ſine.ff.de minorib. vel alia iuſta cauſa, vt ſi quis perſuaſerit mihi, vt optem ſeruum hunc,quaſi melior eo in familia non ſit, tunc ſi callide hoc fecerit, de dolo actio datur, & ex illa cauſa releuaretur optans , lege , ſi quis affirmauerit . ff.de dolo . facit l. his

Electione facta an reſtitui quis poſſit.

his conſequenter.ff.famil.erciſcun. Alias tolleretur ius partis, quod Princeps facere non debet.l.2.vbi doct.C.de precib.Imper.offerend.

¶ Et licet quidam teneant optionem de duobus dici,electionẽ de pluribus, l.3.§.item ſi optare.ff.ad exhibendũ:tamen in pluribus etiam eſt optio,vt mancipiorũ optione legata, vel ſeruorum,etiam ſi vltra centum fuerint:probat l.2.& l.mancipiorũ. ff.de optio.legat.l. his conſequenter.in princip.famil.erciſcun.l.de eo.§.item ſi ei.ad exhibend.Et ſic capitur optiõ ibi pro electione,& per totum titu.ff.de optio.lega.& in l.3.ff. qui & à quib.manu.l. cæterorum.infra eo.l.2.§.proinde.de eo quod cèrto loco.& forte deducitur à verbo Græco,ὄπτω,quod ſignificat video:nempe is qui optat, debet videre, quod eligit, & an expediat illud,vel alterum eligere.

Optio in pluribus.

Optio capitur pro electione.

¶ Et de optione canonica loquitur text.in cap.fina.de conſuet.in 6.Plura de hac ſcripſi in tracta.de pacific.poſſeſsio.num.140.& ſeq.

Optio canonica.

¶ Item optio ſiue optiones ſunt miniſtri prius ad aliquem gradũ optati,ſiue à duce militum,ſiue ab alio primũ optentur,l.fi.C.de locato:ſiue à magiſtratu,& tunc dicitur vicarius, ſiue vicegerens,vt ſubbaiulus in Montepeſſulano.l.penult.vbi Rebuffus, de iure fiſci.lib.10.C.l.penult.de apochis publicis,ibidem.l.diuus.§.pannicularia.ff.de bon.dãnat. l.fina.de iure immunita.vbi Budæ.in annotatio.accipit eo in loco optionem pro adiutore centurionis,vel decurionis.Optionem etiam pro adiutore,& vicario,quaſi collega adiutato. Optiones,vt ait Vegetius,ab optando appellati ſunt,quod antecedentibus ægritudine præpeditis,hi tanquam adoptati eorum atque vicarij ſoleant vniuerſa curare. Et ſic omnes quos vocamus locumtenẽtes,& ſubcapitaneos,ab ipſo duce vel magiſtratu optati,vel optiones rectè dicentur,vt declarat Pyrrhus in d.l.penul.C.de iure fiſci,libro 10.vbi gl.dicit eſſe genus exactorum, intellige electum ab ipſo exactore: & ſic vulgus vocat ſubexactorem,vel ſubſtitutum.

Optio pro miniſtris.

Optio pro adiutore & vicario.

Optio pro ſubcapitaneo vel locumtenente.

¶ Vel optionem pro adiuncto accipit Budæ.in forenſ. quia de ſententia litigantium eo optatur. Adiutor dicebatur officialis,qui à procõſulibus ducebatur in prouinciã illi decretam,l.præſes.C.quomodo & quando iudex.cuius munus erat monitionibus, præceptiſque proconſulis ſubſcribere,ſcrinióq; præerat:ideo ſcriniarius vocabatur,l.nulli.C.de numera.lib.12.Alcia.lib.6.parerg.c.18.

Optio pro adiuncto.

¶ Optare pro deſiderare,cupere accipitur,vt optarem magnopere hunc titulum vobis & reipublicæ vſui fore,quod faxit Deus opt.max. Optatus ſeruus,id eſt electus,l.his conſequenter.ff.famil.erciſc.

Optare pro deſiderare.

¶ *Intra certum tempus.*Pro hac phraſi eſt tex.in l.mancipiorum.ff.de optio. lega.& de dictione intra ſcribam in l.ſi quis ſic dixerit.infra eo. Ideo Iuriſconſult.dicit certum tempus,ad excludendam optionem datam intra tempus incertum, vt quando volet: certum enim indubitatum ſignificat,incertum vero contra,l.ſubſignatum.§.incertus.infra eod.Et de hac certitudine vel incertitudine loquitur l.1.ff.de cond.& demonſt.

Certum & in certum.

¶ Certum eſt pro eo quod palam eſt,manifeſtum eſt,l.ſæpe.& l.familię appellatione. & l.generi.iſto tit. Certiſsimum & ſine dubio,inquit Iuriſconſult.in l.repeti.§.rei. ff.quib. mod.vſusfr.amittat. Inde certæ perſonæ,l.liberorum.infra eo. Certus cõtractus quis ſit,elucidatur in l.certi condictio.ff.ſi cert.peta. Certæ pœnæ,in l.ſi qua pœna. infra eo. l.fina.§.fina.ff.ad legem Rhod.de iactu. Certa quantitas,expreſſa,deſignata,l.cum hi.in fin.de tranſact.ff.& in rub.de ſenten.quæ ſine certa quantit.C.& l.qui autẽ.ff.de cõſtit.pec. Certum diem, ſtatutum,l.arbiter intra certum diem.ff.de arbitr.l.id quod.de conſti.pecu. Certum eſt cuius ſpecies,vel quantitas,quæ in obligatione verſatur,aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione,quæ nominis vice fungitur,qualis,quantáque ſit oſtenditur.l.certum. ff.ſi cert.pet.& certum eſt,quod ex ipſa pronuntiatione apparet quid,quale,quantumque ſit,vt aurei 10.l.ſtipulationum.ff.de verb.oblig. Certa conditio vocatur,vt quandiu volam,in l.4.ff.de ſeruit.vel ſi moriar,tunc eſt certa an futura ſit,ſed quãdo,non,l.1.ff.de conditio.& demonſtrat.l.proprie.in fin.depoſiti. Certa ſumma,certo pretio : de hoc habetur in l.qui negotia.in princip.& §.cum heres.ff.manda.l.ſi neceſſarias.§.1.ff.de pign.actio. & l.Titius.ibid. Certi aliquid exponit Lucas de Penna in l.ſi vacãtia.C.de bonisvacan. lib.10. Certo loco,expreſſo & determinato,in rub.& per tot.tit.ff.de eo quod cert.loco. & l.ſi vt certo.ff.commo. Certo tempore,l.Caius.ff.de pign.acti. ibi, vt creditor pignus ſuum in compenſationem pecuniæ ſuæ certo tempore poſsideret. Certa lege,id eſt conſtituto pacto,& conuentione,l.ſed & ſi.§.conditio.ff.de inſtito.actio.ibi,quid enim ſi certa lege,vel interuentu cuiuſdam perſonæ,vel ſub pignore voluit cum eo contrahi. Certum genus hominum,l.ſed & ſi.§.item ſi plures. ibi, nam & certam perſonam poſſumus prohibere contrahere,vel certum genus hominum. ff.de inſtito. Certa nummorũ æſtimatio,præfinita,l.3.ff.de in litem iurando.ibi,cum certa ſit nummorum æſtimatio. Certa pecunia,pro numerata accipitur,in l.1.ff.de tritica.& l.qui autem.ff.de conſtit.pecu.

Certum quid.

Certa cõditio.

Certa ſumma.

Certo tẽpore.

Certa lege.

Certum genus hominum.

Certa pecunia pro numerata.

¶ Certè affirmat,l.ſi noxale.in fin.ff.de noxal.& l.quod ait.in fi.ibidem.l.iuſiurandum. *Certè.*

vltima,de iureiuran. Vel exponunt quidam pro ſaltem,per l.ſi ſeruus.ff.de aſsigna. libert. ibi,vel certe intellexerit,non quaſi ſeruum eum legaſſe,ſed quaſi libertum aſsignaſſe. vel certè intellexerit, id eſt certò,planè intellexerit,interpretari poſſumus, non pro ſaltem,vt quidam dicunt.

Certi condictio generalis, & ſpecialis definitur.

¶ Certi condictio generalis,eſt actio,quæ datur ad petendum quodcunque certũ,l.certi condictio.ff.ſi cert.peta. Certi condictio verò ſpecialis pro mutuo tantum competit, vt ibi,& l.ſi quis certum.ibidem.dicam fuſius in l.conditionales.infra eo.

Incerti condictio.

¶ Incerti condictio ad omne incertum,id eſt ad facta & alia datur.l.tribus. ff. de vſufructu ear.rer.quæ vſu conſumuntur. Aliis modis dicitur certum, & incertum, vt ſcripſi in interpre.l.vnicæ.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.in glo.quantitatem.

Certare.

¶ Certare pro pugnare,contendere,l.qua actione.§.ſi quis in colluctatione.ff.ad legem Aquil.ibi,quoniam ingenui ſolent certare. Et certare haſta, vel pila, in lege ſecunda,ff.de aleæ luſu.

Certamen.

¶ Certamen,id eſt pugna,colluctatio,d.§.ſi quis in colluctatione.Et vbi certamen pro virtute fit,licet ſponſionem facere.l.quibus.de aleæ luſu.

Certiorare.

¶ Certiorare eſt certiorem facere,*faire à ſauoir*,l.3.& l.ſi heres.ff.de minorib.& l.item veniunt.§.petitam.2.de petitione heredit.l.fideiuſſor.1.§.hoc idem.manda. Certioretur,l. iuſiurandum & ad pecunias.ibi,ſpatium dandum,vt certioretur.ff.de iureiuran.l.1.in fin. ibi, non videtur celatus,qui ſcit,nec certiorari debuit, qui non ignorauit. de actio.empti, & regula iuris,Eum qui certus eſt,vlterius certiorare non oportet. Et plene de hoc ſcripſi in tracta nominatio.q.14.nu.117.& ſeq.

Amplecti.

¶ *Datam*,pro conceſſa expoſui in l.ſæpe.infra eo.vbi pleniſsime tracto.

¶ *Amplectitur*. Hoc verbum dum ad perſonas refertur,ſignificat manibus circumnectere,*embraſſer*,vel *accoler*,vulgò dicimus:& inter viros in Francia eſt conſuetudo, vt ſeipſos amplectantur,cum ſalutantur de nouo venientes:mulieribus verò mos eſt vt inter ſe, & à viris oſculentur,vt ſcribit patruus meus Iacobus Rebuffus,per illum textum in l.1. C. de domeſticis,lib.12. Si verò referatur ad res vt hic,pro recipere accipitur,vel admittere,complecti:vt electionem non amplectitur,id eſt non recipit, non admittit. inde Paul.ait duobus legatis relictis vnum quidem repudiare,alterum verò amplecti poſſe, in l.5.ff.de leg.2. facit l.non dubium.C.de legib.ibi,non dubium eſt in legem committere eum, qui verba legis amplexus,contra legis nititur voluntatem. Alia in hac alienationum materia licet videre in compendio meo alienationum,quem tractatum palam feci,ne plura.

§. Oratio quæ neque coniunctionem, neque diſiunctionem habet, ex mente pronuntiantis vel coniuncta,vel diſiuncta accipitur.

Mens pronuntiantis in ſoluta oratione attenditur.

¶ Vult dicere iſte tex.quod oratio,quæ non habet coniunctionem,nec diſiunctionem, quæ aliàs vocatur ſoluta, in l.ſæpe.infra eo.ex mente pronuntiantis pro coniuncta accipitur,aut pro diſiuncta pariter ex mente eius : vt ſi teſtator dicat,Mæuius, Titius heredes ſunto. hi duo coniunctim heredes erunt,quilibet in dimidia parte : & iſta mens ex verbis elici debet,vel coniecturis,l.non aliter.ff.de legatis 3,l.ſi ſeruus plurium.in fine.de legat.1. ſcripſi in l nominis.in fin.ſupra eodem.

Soluta in dubio pro coniuncta accipitur.

¶ Si tamen de proferentis mente non appareat,tunc in dubio ſoluta accipitur regulariter pro coniuncta.textus iuncta glo.Bartolus & Alber.in dicta lege, ſæpe.vbi dicam, infra eodem.Vnde tantum eſt dicere,procedas ſummarie,de plano, ſine ſtrepitu,figura iudicij,ac ſi copula appoſita fuiſſet. gloſſa ſingularis in verbo figura, in clementina,ſæpe. de verborum ſignificatione:quia punctus eſt loco copulæ, gloſſa in l. triplici. §. videamus. infra eodem.& in lege,pretia rerum.ff.ad legem Falcidiam. & ibi Alexander,columna ſecunda. Baldus in lege, placet.in fine.C.de ſacroſan.eccleſ.Dinus,de regulis iur.in regula, in alternatiuis.quod probatur in dicta lege,ſæpe.in princip.ibi,interdum ſoluta pro ſeparatis,&c.niſi velletis dicere eſſe phraſim in d.l.triplici.infra eo.& l.metum.§.ſed quod prætor,ff.quod metus cauſa.

Intellectus ad §.vbi. nouus.

¶ Tenete tamen primam opinionem, etſi contrarium tenet gloſſa, quam ſequitur ibi Decius,per illum tex.legis,in eo.§.vbi verba coniuncta non ſunt, ſufficit alterutrum eſſe factum.infra de regulis iuris.Quæ reſpondet ad §.videamus,quod ibi conſtabat de mente propter ſubiectam materiam. Sed hoc diuinare eſt, ideo dicite dictum §. vbi.loqui de diſiunctiua, ſiue alternatiua, in qua alterum ſufficit : non autem loquitur ille §. in ſoluta: & ſic poteſt recte intelligi.alioqui iſte §. eſſet ſuperfluus in eo quod dicit:neque coniunctionem,neque diſiunctionem habet.nam,ſi illa verba , neque coniunctionem, intelligerentur de ſoluta,fruſtra eſſent appoſita ſequentia verba,neque diſiunctionem: quod non eſt dicendum,quia in iure nihil debet eſſe ſuperfluum, nec otioſum.l.1.ff.quod met.cauſ. l.Gallus.de libe.& poſthu.

¶ Et

¶ Et ideo verbà neque diſiuncta neque coniuncta,dicuntur ſoluta,vt hic. Verba autem quæ non ſunt coniuncta, ſunt alternatiua,& diſiuncta, vt in dicto §. vbi. Et hæc faciunt ad intellectum multorum iurium:de quibus in lege,ſi is qui ducenta. §.vtrum. ff.de rebus dubiis.& in cap.2.de reſcript.& inferius dicetur in l.ſæpe.Itaque interea hæc notate, quoniam à doctoribus non inuenietis tractata:nempe Alciati intellectus & aliorum hic nil ad rem pertinet.

Verba intelligi ſecundum mentem proferentis debent.

¶ Notanda eſt gloſſa ſingularis huius §.oratio.ad hoc, quod verba debent intelligi ſecundum mentem proferentis,lege,quiſquis. infra eodem. ſiue loquamur in legibus,l. in generali.infra eodem:ſiue in ſtatutis,ſiue in ordinationibus,ſiue in iudiciis,ſiue in ſententia:non autem in contractibus. Hanc gloſſam dicit ad hoc ſingularem Angelus in prælud iis ad titulum de exceptio.columna ſecunda,in Inſtitutio.Nam vna dictio pro altera poteſt poni:& aliquando ponuntur propriè,aliquando impropriè ſecundum ſubiectam materiam.gloſſa ordinaria in l.eas cauſas.ff.de conditioni.& demonſtrationib.facit l.ſed & ſi poſſeſſori.§.primo,de iureiurando.lex , inſulam. de præſcriptis verbis. Dixi in lege, non aliter. (quam in primo meo ingreſſu Tholoſæ in ſtudiis antiquis interpretatus fui) ff. de legatis tertio. Plene Stephan.de Federicis in tractatu de interpretation. legum , tertia parte. Quæ mens quomodo cognoſcatur,ſcripſi in l.nominis.§.1.ſupra eod.

Oratio quid ſignifict.

¶ *Oratio* hic accipitur pro clauſula,ſiue locutione,ſermone,& genere dicẽdi,& in l. hæc verba ille.infra eodem.& omnis locutio oratio eſt, teſte Cicero.de orat.

¶ Dicitur etiam apud Iuriſconſult.oratio,conſtitutio ad conſultationem ſenatus facta. Nam interdum quod Principes ſua poterant ſtatuere authoritate, vltro ad ſenatum referebant,ipſúmque oratione,ſeu literis,vel ſola propoſitione conſulebant:vnde oratio de petitione hereditatis,l.ſi & rem.§.illud.ff.de petitione heredit.vbi ait Iuriſconſultus in oratione diui Adriani ita eſt, Diſpicite patres conſcripti nunquid ſit æquum,&c. Et hæc oratio,cum ſenatus poſtea conſueraſt,dicebatur etiam ſenatuſconſultum, l. item veniunt. §. pridie.& §.aptanda.l.illud.& l.vtrum.ff.de petitione heredita. dilucide probat textus in l. cum hic ſtatus.ff.de donatio.inter virum & vxorem. Interdum verò oratio illa recitabatur tantum in ſenatu,quam pro lege Imperatores eſſe voluiſſent, vt lege,cum hi.de tranſactio.l.diuus.de ſeruis fugitiu.lege prima,de rebus eorum. ac alibi in iure. Et confirmant Imperatores Theodo.& Valent.in lege tertia,C.de legib.dum aiunt,leges ab omnibus æqualiter obſeruentur,quæ vel miſſæ à nobis ad venerabilem cœtum oratione conduntur, & in l.licet.de excuſat.tutor.l.oratio.de ſponſalib.lege penultima, ad Tertullian.lege prima,de rebus eorum.

¶ Oratio apud Oratores quoque latiſsime patet,vt apud eos legere licet. Et pro precatione Theologi vſurpant.Sed ſequar tantum quæ iuris ſunt noſtri.

Oraculum.

¶ Inde oraculum Principis reſcriptum, viua ipſius voce conceſſum, l. & ſi legibus. C. ſi contra ius.l.final.de diuerſis reſcrip.

¶ Oratores,qui,in l.lege Iulia.1.ff.ad legem Iuliam de vi publ. ſcripſi ibi in nouo intellectu contra Budæ.& alios.

¶ *Neque*. Hanc dictionem elucidabo in l.verum.infra eo.

IDEM LIB. SEXAGESIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX VIGESIMANONA.

Coniunctionem enim nonnunquam pro diſiunctione accipi Labeo ait, vt in illa ſtipulatione, MIHI, HEREDIQVE MEO: TE, HEREDEMQVE TVVM.

Tex.declaratur.

Coniunctio interdum accipitur diſiunctiue,vt ſi promiſeris mihi, heredíq; meo centum aureos,ſi mihi dederis,non teneberis dare iterum heredi meo, nec heres habebit dimidiam:ſed debet intelligi ſi mihi non dederis,dabis heredi,& ſic mihi aut heredi dare teneris.Et ſi pollicitus fuero me,heredémque meum daturum centum, ſi ego dedero, ipſe heres amplius non tenetur : & ideo diſiunctiue capitur,que : vel ſi ego non dedero, heres meus dabit,vel faciet.Et adiectio vnius heredis,cum omnes teneantur,ſuperuacua eſt, dicit Iuriſconſultus in l.eum qui ita.§.1.ff.de verb.obliga.

Regule de coniunctione.

¶ Hoc limitat glo.quando factum vtriuſq; intelligerent contrahentes,vt in illa ſtipulatione,habere licere,vbi & promiſſor & heres obligantur ex mente contrahentium,l.ſtipulatio iſta,habere licere.ff.de verbo.obliga. Idem ſi promiſero me & heredem meum non facere vim,l.ſi ſtipulatus fuero per te.de verbo.obliga.Et dicit Alciat.exemplũ verum eſſe cum in ſtipulationem id deductum non eſt, quod tractum non habeat, vt ſi decem mihi heredíque meo promittas.

¶ Et ſic coniunctio regulariter coniunctiue capitur:probatur per verbũ nonnunquam,

quod denotat regulam in contrarium esse, vt scripsi in l. interdum. infra eo. quod vtile ad sequentia erit. Regula ergo est, quod coniunctio regulariter coniungit, l. si heredi plures. ff. de conditio. institutio. vbi sic dicit Paul. si heredi plures conditiones coniunctim datæ sint, omnibus parendum est, quia vnius loco habentur: sed si disiunctim, cuilibet. l. quod vulgo. ff. de manumiss. testam. cap. 2. de rescript. clem. in plerisque. & ibi gloss. in verbo populo. de electio. §. penult. Instit. de hered. instit. & hoc ad multas allegationes trahi potest, quibus nunc supersedeo, breuitatis amans.

Coniunctio & æquè principaliter coniũgit.

¶ Primò intelligite, quod & coniungat æquè principaliter. cap. cum ad sedem. vbi Barba. in additio. ad Panor. de restitu. spoliato. authen. ingressi. de sacros. eccles. C. glos. in cap. querelã. de simo. Ideo si quis legauerit fundũ, & instrumentũ, vel equum, & instrumentũ equi, mortuo equo etiam debetur instrumentũ: secus si accessorie veniant, vt vendo equũ cum instrumento, tunc mortuo equo non debetur accessorium, videlicet instrumentum, l. si cui. & ibi Bar. ff. de fundo instruct. Quia extincto principali, & accessorium, l. cum principalis. de regu. iur. ff. l. 1. de pecul. lega. Ego tamen etiam hoc casu deberi instrumentum arbitrarer. nam si sine mora equus mortuus fuerit apud venditorẽ, is non tenetur ad equũ. l. quod te. ff. si certum peta. tamen tenebitur tradere ea, quæ causa equi parata erant, & quæ ipse venditor habet, vt dixi in l. plus est. supra eo. facit l. si vt certo. §. vsq; ff. commoda. Bal. in l. 1. §. quæ depositis. ff. deposit. alioqui vẽditor locupletaretur cum aliena iactura. & Bart. doctrina non pertinet ad istum venditionis casum, vt inferius dicetur.

¶ Et si quis sic appellat, dico sententiã nullam, & si qua est, appello, videtur deducere appellationem & nullitatem æque principaliter; contra glo. in l. 1. C. quando prouocare non est necesse, quam reprobat Bar. & alij in l. si expresim. ff. de appellatio. Præpos. & Perus. in c. dilecto. illo titu. Alex. consi. 2. consideratis. col. 3. in 3. vol. & consil. 230. in 6. vol. Corneus consi. 11. in 4. vol. Bal. consi. 492. vol. 3. & Lanfranc. in repeti. c. quoniam. in verbo interlocutiones. col. 13. de probatio. & col. 19. Licet in curiis. secularibus Regni quis non audiatur citra appellationem, vt dixi in tracta. de appel. in constit. Reg.

¶ Item si vendatur villa & ius patronatus, licet non valeat venditio quo ad ius patronatus, capitul. de iure. & capitul. ex literis. de iure patrona. cap. primo, illo titu. in sexto. nota. in ca. cum Bertoldus. de re iudica. Tamen venditio valebit quo ad villam, cum vtrunque æque principaliter vendatur, & vno deficiente, alterum non extinguitur. Panorm. in cap. querelam. de simo. Feli. & alij in c. quanto. de iudiciis. Sed erit simonia quo ad ius patronatus, si vendatur villa & ius patronatus, secus si villa cum iure patronatus, vt plene scribit Rochus Curtius, multa adducens in tracta. iuris patro. in verbo ipse vel is. quæstio. 25. facit tex. in l. si ita fuerit. §. fi. ff. de manu. testa. Sed cum in vulgari sermone vix soleat haberi differentia istarum coniunctionum, indistincte putarem simoniam committi, siue diceretur,

Vẽdere ius patronatus est simonia.

ie vends le chasteau auecques le patronaige: vel, *le chasteau & le patronaige*, licet dictio *auecque & ensemble* videatur denotare quandam accessionem: mens enim partium est simoniaca:

Cautela vitandi simoniam.

nam voluerunt vendere ius patronatus: ideo cautti non exprimunt, vel declaratiue tantum, vt, *le chasteau contenant iustice & patronaige*, &c. & tunc non est simonia.

¶ Et sic quando plura venduntur æque principaliter, licet venditio in vno non teneat, valebit tamen in aliis non prohibitis, arg. l. domum. ff. de contrahen. empt. & l. 1. de cuictio. regula, vtile. de regu. iur. in 6. Vnde dicit Angel. in tract. de malefic. in gl. & eius bona publicamus, quod iudex debet esse cautus in sententia, vt dicat, Condemnamus ad mortem

Condemnato mortuo an bona peti possint.

Titium, & eius bona publicamus. Alioqui si proferat, Condemnamus Titiũ ad mortem cum bonorũ publicatione, eo mortuo casu cum extinguatur principale, l. defuncto. ff. de public. iudic. extinguetur etiam bonorũ publicatio accessoria, quæ fit per dictionẽ cum: secus per dictionem &, quæ coniungit æque principaliter. Procurator tamen Regius

Praxis.

huic non acquiescere sententiæ, per tex. in l. 3. C. si pendente appel. mors interue. vbi post confiscationẽ reo mortuo pendẽte appellatione non extinguitur effectus confiscationis, sed causa bonorũ agitur. ibi nõ distinguitur, vel principaliter, vel accessorie: & ita seruatur in forensi iudicio cõtra Angel. & alios hoc tenẽtes, etiã si causa nõ sit finita, sed cõtestata.

Coniunctio fit affirmatiue vel negatiue.

¶ Secundò intelligi debet siue copulet affirmatiue, vt promitto centum & equũ: tunc enim vtrunq; dabo, nempe requiritur quod omnia concurrãt affirmatiue. siue negatiue, vt dare spondes, si nec nauis venerit, nec Titius consul factus fuerit, exigendũ erit vt neutrum factum sit, l. si quis ita stipulatus. ff. de verbor. obliga. Declarat late Corneus consilio 191. dato. col. 1. & seq. in 2. vol. & Soci. in l. si is qui ducenta. §. vtrum. col. 4. ff. de reb. dub. & in §. fi. dicitur, quod si testator sic dicat, si filius & filia mihi heredes non erunt, talis N. sit heres, requiritur vt vterque non sit heres. de Ripa in l. 1. nume. 188. ff. de vulga.

Diuersa coniũgit copula &.

¶ Tertiò coniungit etiam diuersa, vt in rubr. ff. de iur. & facti ignor. ignorantia enim iuris & facti diuersa sunt, vt probatur in l. si duo. C. per quas personas nobis acqui. Si verò non inter diuersa ponatur, tunc frequenter exponitur pro id est, glossa in rubric. C. de seruitutibus & aqua, id est de seruitute aquæ ducendæ, cum in illo titulo maxime de illa seruitute

seruitute scribat Imperator. Potest etiam dici, quod ibi tractetur de seruitutibus vrbanis & rustic. vt de seruitute aquæ ducendæ. Idem probatur in cap. monasteria. ibi, excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni. de vita & honestate cler. Plene scribit Bertrand. consilio 124. recordor. col. secunda, in 2. vol. secundum nouam editionem.

¶ Quartò procedit etiam in odiosis & pœnalibus, ca. primo, in verbo contra iustitiam. de re iud. in 6. glos. in lege, mancipia. C. de seruis fugitiuis. Vnde si statutum puniat turbantem alium in sua possessione pœna centum librarum, & ad restitutionem possessionis, non habebit locum in eo, qui tantum turbauit, & non amouit possessionem: quia ambo copulata non concurrunt, quod singu. dicit Roma. singul. 489. statutum. vbi dicit se lucratum fuisse ex hoc dicto sex florenos, & quædam alia. Et si statutum, vel ordinatio copulatiue imponat plures pœnas, omnes imponi possunt, lege, nemo. 2. C. de episcopa. audien. Bartolus in lege, quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. Et quando plures imponi possint, dixi in glos. suspendemus. in §. monemus. de collation. in concorda. post docto. in l. si familia. ff. de iurisdictio. omn. iudic.

Plures pœnæ imponi possũt.

¶ Quintò copulat æqualiter, lege, quoniam iudices. vbi glo. Bar. & alij, C. de appella. Vnde si iudex condemnauit commune & syndicum in centum, syndicus soluet quinquaginta, & commune totidem. hoc Paul. Castren. asserit, per illum tex. in l. si pater filio. ff. de vulga. lege, si quis Titio. de vsufructu accrescend. l. 3. §. si quis ita. de eo quod cer. loco. lege, reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. Feder. consil. 1. Roma. consil. 99. viso. Socinus consil. 40. ex certis gestis. in 1. vol. & §. 1. vbi Bauer. Institu. de heredibus instituend. Alber. in tracta. statu. in 2. parte, quæst. 188. Paduæ. Restringitur quando copula poneretur inter personas, quarum vna grauari non posset. tunc enim totum onus altera subibit, lege, si duobus. §. 1. & ibi Ias. in 6. nota. & l. ciuitatibus. §. Lucius. ff. de lega. 1. Secundò quando ex coniecturata mente disponentis aliud appareret, l. quidam relegatus. cum lege seq. ff. de reb. dub. d. l. Lucius. §. Lucius. 1. de leg. 2. lege, fundus ille. & ibi glo. ff. de contrah. emptio. Limitate vt per Bar. in l. seruus communis sic. ff. de stipulatio. seruo. & per Soci. consil. 108. vol. 3. Panor. consil. 57. ex infra scriptis. in 1. vol.

Æqualiter cõiuncto copulat.

¶ Sextò coniunctio copulat (vt dicunt docti.) vniformiter, l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instructo. & ibi plene Bar. & sic coniunctio repetit qualitates præcedentes, quando potest vniformiter respicere vtramque rem: vt lego domum, si nauis ex Asia venerit, & fundum: illa copula repetit conditionem ad fundum. Ias. in lege fina. col. penult. C. de successo. edicto. Roma. singu. 284. & consilio 231. præmissorum. Soci. d. consil. 280. considerata. libro 2. & consil. 33. in 3. vol. Corne. consil. 139. placet. lib. 2. vnde dicit Ias. cons. 118. contra donationem. col. 3. in 4. volumine. Quod si emphyteusis data sit Titio & liberis suis heredibus, requiritur vtrumque, & quod sint liberi, & heredes. idem firmat Alex. consil. 9. in secundo vol. col. 2. & Aret. consi. 1. in 2. vol. & 3. dubio.

Coniunctio copulat vniformiter.

Emphyteusis data Titio & filiis heredibus.

¶ Septimò aliquando stat continuatiue, vt lege, senatoris filius. ff. de senato. l. & quia. de iurisd. om. iud. & alibi sæpius.

Copula aliquando stat cõtinuatiue.

¶ Octauò coniunctio ampliat quantum potest, lege, ea tamen adiectio. ff. de lega. 3. Vnde si testator legat alicui equos suos & arma, nõ solum debebuntur arma equorum, sed etiam arma equitantis. de Ripa in cap. secundo, de rescriptis. quod est verum in fauorabilibus, secus in odiosis. Cardina. & Imol. in cle. in plerisque. de electio. Vnde dicunt docto. quod si imponatur pœna nobilibus & bastardis percutientibus aliquem, intelligitur de bastardis ortis ex nobilibus, & non de aliis. Soci. consil. 33. circa. col. 3. in 3. vol. Corne. consil. 70. in hac. col. penult. in 2. vol.

Coniunctio ampliat.

¶ Aliquando tamen copulatiua ponitur disiunctiue, vt hîc, & econtrario, vt in l. sæpe. infra eo. vbi exempla ponuntur. in dubio tamen potius intelligimus coniunctionem copulatiue secundum naturam suam, quam disiunctiue, lege, ciuibus. & in lege, si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Alber. in tracta. statuto. in 2. parte, q. 188. Paduæ. in fi.

Copulatiua disiunctiuè aliquãdo ponitur, & econtra.

¶ Sed dicet quis, quomodo cognoscam coniunctionem non stare copulatiue, sed disiunctiue, alternatiue, vel soluta copulatiue? Respondeo ex sequentibus.

Quomodo coniunctio cognoscitur non stare copulatiue.

¶ Primò ex verisimili intentione disponentis, text. in d. §. oratio. proxime superius elucidato, ibi, ex mente pronũtiantis. & sequitur Alex. consi. 130. in fi. in 2. vol. vbi dicit, quod si testator disposuerit partem hereditatis erogari pauperibus puellis nuptui dandis, si contigerit heredem suum sine liberis decedere, & ex eo superesse fœminas, & sic sub duabus conditionibus: nanque si moriatur absque masculis, esto quod non sint fœminæ, locus erit substitutioni, propter intentionem verisimilem disponentis: nempe si extantibus fœminis voluit pauperes puellas dimidium consequi, ergo & non extantibus: per tex. in d. l. si is qui ducenta. §. item si paterfamilias. ff. de reb. dubiis. Et ista intentio colligitur ex his, quæ scripsi supra in l. nominis. §. 1.

Absurdum mutat naturam copulæ.

¶ Secundò colligitur ex absurditate, quæ sequeretur, si disiunctiua, vel soluta suam ser-

uaret naturam, vel copulatiua. Bartolus in lege, Gallus. §. etiam si à parente. ff. de liber. & posthu. Vnde si emphyteusis concessa sit Titio, & suis heredibus, intelligetur non solum de filiis, sed etiam de heredibus extraneis. Absurdum enim esset, vt emphyteuta, qui non est prohibitus emphyteusim alienare, nisi certis personis, etiam aliis prohiberetur. quod reprobat Alex. consil. 120. super eo.col.1.in 1.vol. & consil.9.visis.col. 2.in 2. vol. & consil.2.col.3.vol.3.Curt.consi.45.col.2.Soci.consil.12.præsens.& seq.in 3.vol.Guido Papa consil.122.in 2.dubio.Decius consil.294.

Ordo charitatis demonstrat copulæ significationem.

¶ Tertiò cognoscitur ex ordine charitatis, si instituat quis filium, & suos liberos, primò veniet eius filius, & post mortem eius liberi, sed omnes non venient simul, per text.in l. Gallus.§.quidam recte.ff.de libe.& posthu. Alex.consil.22.vol.3.& consil.167.in fine vol.5. Soci. consil. 49.in 1.vol.& Dec.consil. 95. Scripsi sex casus satis abunde in intellectu nouo ad d.c.Raynutius.de testa.

¶ Quartò quando esset contra naturam actus: vt si detur tutor super pecunia, tutelâve sua, intelligitur ex natura actus, quod tutor sit datus tam super pecunia & patrimonio pupilli, quam etiam super tutela personæ: alias esset contra tutelæ naturam, l.sæpe.infra eod. §.certæ rei.qui testa.tuto.dari possunt.in Institut.

Copula quando continuet, & non copulet.

¶ Quintò ex diuersitate orationum. Nam copula posita inter diuersas clausulas, & perfectas orationes, stat continuatiue, l. 1.ff. de his qui notant.infa.l.1.de sicar.Barto.in l.1.ff.de iusti.& iur.& in d.§.vtrum. Et sic non repetit qualitates præcedentes, quia non stat copulatiue, l.qui fundum.ff.de contrahen.emptio. Soci.consil.53. col.5.in 1.vol. & consil.22.videbatur.& consil.seq.in 3. vol.Corne.consil. 129.in fin. vol. 2. & consil. 4. in 4. vol. scripsi fusius in repetitio.l.vnicæ, in verbo & non ex quibusdam. Cod. de sententiis quæ pro eo quod interest.

Copula inter duo incompatibilia, resoluitur in disiunctam.

¶ Sextò quando ponitur copula inter incompatibilia, resoluitur in disiunctam, l.si Titio.ff. de vsufruct. lega. & Bar.ibi inducit ad quatuor quæstiones. videte ibi, vt si compromissum fuerit in arbitrum & arbitratorem: procedere enim vt arbiter & arbitrator sunt incompatibilia, quia ille secundum ius, hic non. Ideo copula resoluitur in alternatiuam, & erit in compromissarij electione eligere, qua via procedere velit. Bar. in l.1.ff.de iudic. Alex. in l.si seruus plurium.§.si numerus.de lega.1.Francis. Cremensis singul.147.Alex. consi.13. ex his.col.3.vol.1.& ista est communis opinio. facit cap.nisi.de præbend.l.fin. C.de codicil. Panor. & alij in cap.2.de rescrip.

Copula resoluitur in expositionem.

¶ Septimò colligitur ex superfluitate: nempe si copula ponatur inter plura idem importantia, resoluetur in expositionem, per l.1.ibi, placitum & consensus. vbi glo.& docto.ff.de pact.sed ibi scripsi quomodo accipiatur.glo.in rub. C. de seruit.& aqua.& in rubr.de agricol.& censit.lib.11.cap.in synodo.ibi, confirmamus & approbamus.63.distinc. glo.in l.observare.§.proficiscí.ibi, ratio & vindicta, id est rationabilis vindicta.de offi.præsid.l.2.& ibi glo.C.quando liceat ab emptio. discedere. Et ista seruiunt ad saluandos notarios, & testes à contrahentate, & falsitate, secundum Soci.consil.51.viso testa.vol.3.

Copula inter duo adiectiua quomodo accipiatur.

¶ Octauò quando copulatiua ponitur inter duo adiectiua absque aliquo substantiuo: vt lego empta & parata gratia vxoris: si aliqua sint empta eius causa, licet non sint parata, tamen legatario debebuntur, l.ea tamen adiectio.& l.qui concubinam.ff.de lega.3.Bar.in d. l.sæpe. Et idem quando haberent substantiuum indefinitum: vt lego vestes emptas & paratas gratia vxoris, l. qui concubinam.in princip. ff.de legat. 3. Vnde consuluit Romanus consil. 104. Pater reuerende.super statuto Florentiæ quo cauetur, quod contra debitores cessantes & fugitiuos, ad prehensionem & captionem personæ procedatur, habere locum in debitore, qui soluere cessat, licet non sit fugitiuus: contrarium tamen consuluit Angel. consil.61.visis statutis. in fi.1.col. Idem si factum sit legatum doctoribus & medicis. legatum enim debetur doctori, etiam si non sit medicus, teste Bart.in l.Scia.§.Gaio.ff.de fundo instructo.sequitur Ioan.Crotus in repetitio.l.re coniuncti.col.11.vers.quarta & vlt.conclusio.ff.de legat.tertio. Reliqua tradam in lege, sæpe.infra eo. videte Iaf.in lege prima, ff.de iustit. & iure.

Legatum doctoribus & medicis quomodo intelligatur.

Phrases variæ dictionis pro.

¶ Notandæ sunt multæ phrases, quibus Iurisconsulti vtuntur per hanc dictionem pro, quæ interdum accipitur pro secundum: vt pro dignitate, lege, plenum. §.Iubentius.ff. de vsu & habitatio.ibi, aliquando enim largius cum vsuario agendum est, pro dignitate eius, cui relictus est vsus. iuncta lege, sed & si quid.§.sufficienter.ff.de vsufructu. quæ dicit, secundum ordinem & dignitatem, & vulgo dicimus, *selon la dignité*. Pro magnitudine, idem, l.quos nos.§.1.infra eod. Pro fide rei gestæ, l.tale pactum.§.post diuisionem. ibi, pro fide rei gestæ totum debitum singulis proferant. ff. de pact. Pro quantitate sumptuum, lege, si seruos. ibi, non tamen sic vt cogatur seruis carere pro quantitate sumptuum debitor. ff. de pignor. actio. Pro quantitate debiti pignus habeant obligatum, lege, si fundus. §. si duo. ff. de pignor. Pro rerum pretio, lege 2. §. cum in eadem.versicu. iacturæ summam pro rerum pretio distribui oportet. ff. ad legem Rhod. de iactu. Pro bonitate loci fiet

æstimatio,

æstimatio, l.si seruum.in fine.ff.de actio.empti. Pro numero temporis, l.3.§.si ad diem. ff. de re militari.ibi, si ad diem commeatus quis non veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset, vel deseruisset, pro numero temporis, id est habita ratione & computatione temporis, quo post commeatum remansisset.

¶ Pro numero personarum, secundum numerum, l. maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit. ff. de pact. Pro numero iugerum, idem. l. si seruum.in fi.ff.de actio.empti.ibi, si modus, id est mensura agri minor inuenitur, pro numero iugerum author obligatus est. Pro numero amphorarum, l. vlt. in fi. ff. ad legem Rhod.de iactu.ibi, si pro numero impositarum amphorarum merces constituta est, contra se habet: nam pro tot amphoris pretium debes, quot portasti. Pro numero corporum, l.quod sæpe.§.in his.vers.item frumentum.ff.de contrahen.emptio.ibi, si pro numero corporum pretium fuerit statutum. Pro modo debiti, id est secundum debiti quantitatem, *selon le debte*, l. maiorem esse partem pro modo debiti. ff. de pact. Pro modo possessionum, idem, l.si filia.§.penult.ibi, & onera æris alieni pro modo possessionum distribui. ff. famil.ercisc.l.Imperatores.de seruitut.rust. prædiorum. Pro modo facultatum sumptus funeris fieri debent. l. at si quis. §. æquum. in fi. ff. de religio. & sumpt. fune. Pro modo partis, l.quæ de tota.ibi, officio iudicis continetur pro modo partis ea quoque restitui iubere, quæ simul cum parte ipsa restitui debent. ff. de rei vindica.

Pro significat in, & loco.

¶ Pro sumitur quandoque pro, in, vt in l. ex facto. §. quid ergo. ibi, vt quod ille pro patrimonio habuerit peculium esse intelligatur. ff. de pecul. Vel potest exponi pro, id est loco: & illum tex. notat Iaf.in §.actiones.nu.23.de actio.in Institu. quod si aliquis gerat se pro libero, & monasterium vindicet eum, vt monachum, vel seruum monasterij cum patrimonio, quod acquisierit, tenebitur monasterium de illo patrimonio vtili actione de peculio, ad persoluenda debita illius.

Pro patrimonio monachi tenetur monasterium.

Pro vino, id est loco vini. l. in venditionibus. §. inde quæritur. ff. de contrah. emptio. ibi, si acetum pro vino veneat, vulgo *pour vin*. & pro disiunctione in hoc tex. Pro auro æs, idem, l.in venditionibus. §. inde. ibi, & æs pro auro vel plumbum pro argento. & l. Labeo. 2. ibi, pro auro vas aurichalci. ibidem. Pro puro locum religiosum vendere, l. si ossa. §. si locus. ff. de religios. & purus locus dicitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est, l.2.§.purus. ibidem. Pro nouis, l. Labeo libro posteriorum scribit, si vestimenta interpola quis pro nouis emerit. ff. de contra.emptio. id est vetera & polita pro nouis. Pro meliori conditione haberi debet, quicquid ad vtilitatem venditoris pertinet, l. quicquid. de in diem addictione. Pro vno die duo dies habentur, l. cum bissextus. infra eo. ibi elucidabitur. Pro ligno vtatur, l. arboribus. in princip.ff.de vsufructu.ibi, nec materia eum pro ligno vsurum, si habet vnde ligno vtatur.

Locus purus quis.

Pro tribunali, l.1.§.abolitio.ff.ad Turpillian.l.1.de iudic.ibi, qui pro tribunali præest (id est in tribunali) vel aliam iurisdictionem habet, l. 3. §. si causa. de bono. possessio. Alius de plano cognoscit, alius pro tribunali, vt d. §. abolitio. & in l.qui pro tribunali.ff. de re iud. vnus enim in loco & cathedra iudicum, alter in scamno sedet.

Pro tribunali, & de plano cognoscere.

¶ Pro herede possidet, qui putat se heredem esse, lege, pro herede.ff.de petit.hered.& sic accipitur §.adipiscendæ.de interd. in Insti. Pro possessore possidet prædo, l. pro herede. in fi.ibidem, & d. §. adipiscendæ.sed quo ad vsucapionum materiam aliter accipitur: nam pro herede possidere dicitur is, qui vere est heres, & possidet illo titulo tanquam heres bona quæ ad defunctum non spectabant, sed ipse putabat ad eum pertinere. ita intelligitur rubr.ff.& C.pro herede. Pro donato is vsucapit, cui donationis causa res est tradita: nec sufficit opinari, sed & donatum esse oportet, & ab eo qui donare non poterat, l. 1. & per tot. ff. pro dona. Pro derelicto dicitur possidere is, qui possidet rem vere derelictam ab eo, qui non erat dominus, licet possidens putet eum dominum fuisse, secus si falso existimauerit rem pro derelicto habitam. Benedictus in repetit. ca. Raynutius. in verbo & vxorem.nu.923.cum seq.de testa.& est tex.in l.nemo.& per totum.ff.pro derelicto.

Pro herede possidere quid.

Pro possessore.

Pro donato.

Pro derelicto.

¶ Pro legato is possidere videtur cui res aliena legata est, lege 1. & l. 4. ff. pro legato: & illo titulo rem vsucapere potest: nam si res propria legata, vel donata esset, translatum esset dominium, & non esset opus vsucapione. Sed quia is, qui rem legat alienam, non potest plus iuris in alium transferre, quam habeat, ob id vsucapi potest illa res sic legata, si legatarius putet legantem fuisse dominum.

Pro legato.

¶ Pro dote possidet cui res aliena dotis causa data est, quam putabat accipiens dantis esse, l.1.ff.pro dote.

Pro dote.

¶ Pro suo possessio talis est, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua acquiritur. Est præterea pro suo, vtputa ex causa emptionis, & pro empto re, & pro suo possideo. hoc enim modo possidemus omnia, quæ mari, terra, cœlóque capimus, aut quę alluuione fluminum nostra fiunt, lege prima, 2. & per totum titulum. ff. pro suo. vide Bal. consil.51.in 2. vol. Alex. & Vincen.in l.3.§.ex pluribus.ff.de acqui. posse. de Ferrar.in sua pract.in positio acto.vers. item pro suo.

Pro suo.

¶ Pro

Pro ſoluto. ¶ Pro ſoluto vſucapit, qui rem debiti cauſa recipit, exiſtimans illam rem ſibi debitam, & is qui ſoluebat, idem putabat, l. 1. & 3. ff. pro ſoluto. Item pro ſoluto res dicitur in lege, eleganter. in princip. ff. de pigno. actio. & l. ſi prędium. C. de euictio. Quod alibi vocatur in ſolutum, in l. nec intereſt. ff. ad Velleia. Vel pro ſoluto eſt, id eſt quod habetur, ac ſi ſolutum eſſet, l. qui decem. in princip. ff. de ſolutio.

Pro emptore. ¶ Pro emptore poſsidet, qui re vera emit rem bona fide ab eo, qui non erat dominus: nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, vt putet ſe pro emptore poſsidere, l. 2. ff. pro emptore: ſed requiritur verus emptionis titulus.

Pro tranſacto. ¶ Pro tranſacto poſsideo rem, quam tranſactionis cauſa tradidit mihi is, quem putabam dominum, vt rub. C. de vſucapio. pro empto. Vel pro tranſactione, l. ex cauſa. ibidem. facit l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Hoſtien. in ſua ſumma, in hoc titu. vbi hoſce titulos declarat.

Pro libertate. ¶ Pro libertate is prędcribere dicitur, qui iuſto initio longo tempore geſsit ſe pro libero, lege 1. 2. & per totum. C. de longi tempor. prędcriptio. quę pro libertate, & non aduerſus libertatem opponitur.

Pro prędmio, id eſt cauſa. ¶ Pro prędmio, id eſt cauſa, vel nomine prędmij, in rubr. C. quibus ex cauſ. ſerui pro prędmio liberta. accipiunt. Pro hereditate, idem, l. 2. §. ſicuti. ibi, ſiue ipſe venditor dederit aliquid pro hereditate, ſiue procurator eius, ſiue alius pro eo. ff. de here. vendita. & accipitur pro eo quod Gallice dicimus, *pour*: ita in ſequentibus exemplis, vel ad vtilitatem. Pro mancipio vtraque conditio adiicitur, l. penult. in fi. ff. de ſeruis exportan. Pro ſorore dare doti pecuniam, l. ſi filiuſſa. in id acceperit. ff. ad Macedo. Alia ſunt infinita iura in quibus ſic accipitur, quę de induſtria omitto.

Pro tectorio. Pro ſub denotat. ¶ Pro tectorio, id eſt ſub exponit glo. in l. fundi. §. quæ tabulæ pictæ pro tectorio includuntur. ff. de actio. empti. vel fortè poteſt exponi pro loco tectorij, ſiue ſit ſub, ſiue ſupra, ſiue circa, dummodo ſit pro tectorio ædium, vt l. penult. infra eo. vbi dicetur. Vel poteſt eſſe vna dictio protectorium, & in idem fere reincidit: ſed ſecunda lectio melior videtur.

Pro aliquando improprietatę denotat. *Pro mortuo.* ¶ Aliquando dictio pro improprietatem denotat, vt pro mortuo, vt l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio. ibi, nam cum in eius locum ſuccedit, pro mortuo habetur: id eſt perinde ac ſi mortuus eſſet. Item exheredatus pro mortuo habetur, l. 1. §. ſed & ſi. ff. de coniungendis cum emancip. liber. exponit l. 1. in fi. ibi, deportatos enim mortuorum loco habendos. ff. de bo. poſſe. contra tab.

Pro tutore. ¶ Pro tutore autem negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, ſiue ſe putet tutorem, ſiue ſciat non eſſe, fingit tamen eſſe, l. 1. §. pro tutore. ff. de eo qui pro tutore, vel curato. nego. geſsit. l. ex facto. §. plane. ff. de pecul. l. debitores. ff. de ſolutio. *Pro non dicto.* Pro non dicto eſt, l. ſub hac conditione. ff. de actio. & obligatio. id eſt habetur, ac ſi dictum non eſſet. *Pro tradito.* Pro non ſcripto, in l. vna. C. de caduc. tollend. dicam in l. ſeq. §. glans. Pro tradito habere, l. nõ ſtatim. ff. de pecul. eſt perinde habere, ac ſi res tradita fuiſſet, vt exponit tex. in §. interdũ. de rer. diuiſ. in Inſtitu. *Pro deiecto.* Pro deiecto haberi, l. 1. §. quod cum ſuſpenderetur. ff. de his qui deie. vel effuder. ibi, ſed & quod ſuſpenſum decidit, pro deiecto haberi magis eſt. id eſt perinde habetur, ac ſi deiectum fuiſſet, vt is puniatur, cuius cauſa ſuſpenſum erat, ac ſi ipſe deieciſſet. *Pro iuſta præſtatione.* Pro iuſta præſtatione, id eſt habetur, ac ſi iuſte, quod debetur, præſtitum eſſet, l. quod debetur. in fi. ff. de pecul. *Pro non facto.* Nuda & imaginaria venditio pro non facta eſt, ideo nec alienatio rei intelligitur, l. nuda. ff. de contrahenda empti. id eſt ficta venditio habetur, ac ſi facta non fuiſſet. *Pro ſuperuacuo eſt.* Pro ſuperuacuo eſt, id eſt ſuperfluum eſt, & ſuperuacaneum, l. fundus. ff. de contrahen. emptio. *Pro pleno.* Pro pleno habetur annus cœptus, l. ad rempub. ff. de munerib. id eſt pro completo exponitur in l. qua ætate. ff. de teſta. & l. 3. §. minorem. ff. de minor. *Pro interrogato.* Pro interrogato habetur, qui reſpondet ſe heredem eſſe ſine interrogatione, id eſt habetur, ac ſi interrogatus eſſet, qui reſpondet non interrogatus, l. ſi ſine. ff. de interrogato. actio. *Pro confeſſo.* Pro confeſſo habetur, l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minorib. ibi, ſed ſi cum ex damno dato confiteri poſsit, ne dupli teneatur, maluit negare: in hoc ſolum reſtituendus ſit, vt pro confeſſo habeatur: id eſt ac ſi confeſſus fuiſſet. c. fina. de confeſsis. lib. 6.

Pro momento, pro reditu. ¶ Pro momento, l. cum biſſextus. infr. eo. Pro reditu frugem appellari, l. frugem. inf. cod.

Pro omnibus. Pro ſalute. Pro liberis. ¶ Pro omnibus, id eſt ad omnium vtilitatem, l. 1. ibi, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur die tertio poſt calendas Ianuarias, l. ſi calumnietur. §. 1. infra eo. Pro liberis capitibus, l. 2. §. cum in eadem. ibi, & an etiam pro liberis capitibus dari oporteat. ff. ad leg. Rhod. de iactu. *Pro capite ſerui* Pro capite ſerui, id eſt pro perſona. Et quia caput nobilius eſt membrum, l. eum in diuerſis. ff. de religioſ. ideo caput pro perſona accipitur ſæpius in iure, & pro toto corpore, l. eo tempore. ff. de pecul. in §. fi. ibi, nec in eam cauſam alienata, quæ pro capite ſerui facta proponerentur. vt inferius abundantius dicam. Pro ſocio actio datur alteri ſocio, qui ſub dote aliquid in communione admiſit, vt patet ff. pro ſocio, & C. Pro ſuperſtite eſſe, l. quod diximus. infra eo. eſt quod Iuriſconſult. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu homi. dicit in rerum natura eſſe.

¶ Pro

Pro parte Iuriſc. in l. licet. ibi, intendit hereditatẽ ſuam eſſe totã, vel pro parte. ff. de petit. hered. & in condictione ex cauſa furtiua: non pro parte, quæ peruenit, ſed in ſolidum tenemur: & ſic ibi teneri pro parte, eſt oppoſitum teneri in ſolidum, l. idem erit. ff. de inſtit. act. l. vir. §. fin. ad Velleia. pro parte ſua ibi etiam dicitur, & in l. in naue. ff. loca. Pro tua parte, in l. ita vt omnes. ff. mandati. Pro ea parte, pro qua parte, lege penult. ff. pro ſocio. Pro parte dimidia, in l. ſicut. §. fin. quib. mod. pig. vel hypothe. ſol. Pro partibus, in l. tale. §. poſt diuiſionem. ff. de pact. Pro partibus hereditariis, in l. ſi filia. ff. fa. ercis. quod pro parte alibi Iuriſconſult. ait, pro portione communicetur, id eſt farciatur, l. 1. ibidem. & l. habebat. in fin. ibi, pro portione mercis. de inſtito. & in l. ſed & ſi communis. de contrahen. emptio. vbi quod ſemel dixit portione, poſtea vocat parte. Pro hereditaria portione, in l. quod tumultus. ff. depoſ. Pro portione temporis, in l. quod ſi domus. in fin. ff. loca. ibi, cæterum ſi gratuitam habitationem habuiſſet, pro portione temporis ex locatione domus deducendum eſt. & idem in l. qui inſulam. in princip. inibi. videte quæ ſcribam in l. nomen. §. portionis. infra eod. Pro rata, id eſt pro parte, pro portione, l. ſic pro rata & maritum & heredem conferre in funus oportet. ff. de religioſ. l. ſi pro patre. §. idem quærit. ibi, pro rata detrahamus. de in rem verſo, lege, hinc quæritur. in fin. ff. de peculio. Gallice *à l'equipollence.* Pro rata ponderis, quod in maſſam habemus vindicabimus, l. 3. in fin. ff. de rei vindicatio. l. ſi ſeruus. in fine. ſi quis cautio. l. in his. §. 1. de ſolu. Pro rata debiti, l. procuratoris. §. in tributum. ff. de tributo. Pro rata nouæ regionis. l. ex milite. §. penult. ff. de euictio. Pro rata temporis, quo fruitus eſt, penſionem præſtet, lege, ſi quis domum. §. hic ſubiungi poteſt. ff. locat.

Pro æqualibus ¶ Pro æqualibus, l. habebat. in fin. ibi, vtrum pro dominicis partibus, id eſt pro partibus quibus domini ſunt: ſi vnus in tertia parte, alter in reliquo, an pro æqualibus, id eſt æquàliter, an pro portione mercis, id eſt habita ratione mercis, quam quiſque habebat, an in ſolidum. ff. de inſtito. actio.

Pro inuecto. ¶ Pro inuecto recipere, l. ex conducto. §. item cum quidam. ff. locat. ibi, item cum quidam naue amiſſa vecturam quam pro inuecto nauta acceperat, repeteret, reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto, non immerito procuratorem Cæſaris ab eo vecturam repetere, cum munere vehendi functus non ſit. quod in omnibus perſonis ſimiliter obſeruandum eſt. Pro inuecto ibi accipitur, pro his rebus quæ vehuntur: & quærit Iuriſconſ. ibi, ſi aliquis pro vectura rerum ſoluerit decem aureos magiſtro nauis, vt illæ res Epheſum deferrentur, & in itinere nauis perierit, an ſolutum pro inuecto repeti poſsit: & repetendum eſſe Iuriſconſ. docet, tum quia reſcriptum erat ab Antonino Auguſto in procuratore Cæſaris, tum quia munere vehendi nõ eſt functus magiſter nauis: cũ hæc ratio extra procuratorem Cæſaris locum habeat, idem ſtatuit ibi Iuriſc. vt repetantur ſoluta pro rata itineris, nempe ſi in medio itinere nauis perierit, dimidia pars pretij dati pro vectura repetatur: & ſic debent ibi glo. & docto. intelligi, quamuis hoc obſcure tradant quaſi caligantibus oculis.

Intellectus ad §. item cum quidam. ff. locati.

Pro ſolido. ¶ Pro ſolido, id eſt in ſolidum, integre, l. plane ad officium iudicis nonnunquam pertinet, vt debita & credita ſingulis pro ſolido aliis alia attribuat, quia ſæpe & ſolutio & exactio partium non minima incommoda habet. ff. fa. erciſcun. l. ſi conſenſit, quibus mod. pig. vel hypoth. ſol. probat l. ſi quis etiam rem. ff. de ſolutio. vbi prius dicit pro ſolido, poſtea in ſolidum, & l. creditor. §. duobus. manda.

Pro ſolida. ¶ Pro ſolida, l. cum ab eo. in fin. ff. de contrahend. emptio. ibi, menſam argento cooperta mihi ignoranti pro ſolida vendidiſti imprudens: nulla eſt emptio, pecuniaque eo nomine data condicetur. pro ſolida, id eſt pro tota & integra: vendita enim erat, ac ſi tota argentea eſſet. Vtilitates aliquas huius dictionis pro adieci in interpre. l. vnicæ. gloſ. 2. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Quas nunc vt prolixitatem vitem, & repetitionem, ac alias phraſes omitto. has interea boni æquique conſuletis: alias multas deleui, ne lectorem faſtidiam. Reliqua autem huius legis verba aliis in locis commodioribus explicauimus.

CAIVS LIB. SEPTIMO AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX TRIGESIMA.

Sylua cædua eſt, (vt quidam putant) quæ in hoc habetur, vt cæderetur. Seruius eam eſſe, quæ ſuccisa, rurſus ex ſtirpibus, aut radicibus renaſcitur.

¶ Sex dicta continet hæc lex, ob id tot partes habet. Prima duas citat opiniones dicens, Syluam cæduam ſecundum quoſdam eſſe, quæ ad hoc teneatur, vt cædatur. Seruius eam eſſe putat, quæ poſteaquam ſuccisa fuerit, rurſus ex ſtirpibus & truncis naſcitur, ſiue ex radicibus. Et quidam ſyluæ nomen generale eſſe aſſerunt, non ſolum arborum, verum etiam herbarum, proprie tamen arborum, & à ſileo deductam exiſtimarunt, per antiphraſim, quod minime ſileat, cum arbores agitatę vento ſtrepitum emittere ſoleant: alij à Græco

Syluæ nomen generale eſt.

ὕλη,

ὕλη, aspiratione mutata in ſ, vt in multis aliis fit dictionibus Latinis à Græcis ſumptis. Ab his etiam dicitur *ἀμμὸς*, vel *λάχμη*.

Sylua quid, & multiplex eſt.

¶ Eſt autem ſylua quædam arborum congeries, quam Galli vocant *foreſt*. Et eſt multiplex: quædam ſylua eſt vt cædatur, & vocatur cædua, quia frequenter cæditur, ſiue materiæ cauſa cædatur, ſiue lignorũ, l. item. §. fi. ff. de vſufructu. Galli, *bois taillis* vocant. & iſtius ſyluę cæduæ quædam exciſa ab eodem ſtipite repullulat, vt oliua, quercus, & aliæ arbores frequentius. Altera verò ex ſtirpibus, vt arundo: inde arundines cæduæ vocantur, in l. qui fundum. §. fi. ff. de contrahen. emptio. Et arundinetum locus arundinibus conſitus à Iuriſ conſul. vocatur in d. l. item. §. fi. Et ceraſetum locus ceraſis, id eſt illis arboribus plenus.

Arundines cæduæ, & arundinetum.

Ceraſetum.

¶ Sylua alia eſt glandaria, ſiue glandifera, quæ ad glandes deſtinata eſt, & paſtui porcorum, & de hac inferius dicetur in §. fi. & iſta cædi non ſolet. Caſtanaria, ex caſtaneis compacta, quæ etiam caſtanetum appellatur, quæ perfamiliaris eſt & nota Lemouicenſibus, & Petragorienſibus. Alia eſt olearia ſylua, ex oliuis confecta, quę & oliuetum dicitur, l. 1. C. de mancip. & colo. lib. 11. & alię multę ſunt id genus, quę pleriſque in locis videri poſſunt, maxime in l. ſi quando. §. 1. ff. ſi ſeruitus vindice. Alia eſt paſcua, quę paſtui pecudum eſt deſtinata, vt inferius deſcriptum eſt in §. fi. Nemus autem vocatur Græcè *νέμος*, *ἀπὸ τοῦ νέμω*, quod eſt paſco, quod ibi animalia paſcantur: licet quidam dicant nemus recreationis & amœnitatis gratia factum, quod homines delectationis gratia id excolant. Poteſt tamen dici nemus, quod & paſcuorum & amœnitatis cauſa eſt, & frequentius paſcuorum propter etymologiam. Sylua item alia palaris eſt, ex qua pali fiunt, d. l. item. in fi. ff. de vſufru. vnde dicit tex. in lege, forma. §. item ſyluæ cæduæ. omnia ipſe, qui defert, æſtimet. ff. de cenſibus.

Sylua glandaria, ſiue glandifera.

Sylua caſtanaria, ſiue caſtanetum.

Sylua olearia, ſiue oliuetum.

Sylua paſcua.

Nemus quid.

Sylua palaris.

¶ De ſyluis circunſeptis, id eſt clauſis, videte tex. in l. 3. §. item feras. ff. de acqui. poſſeſsio. ibi, aut feras, quæ in ſyluis circunſeptis euagantur. Sylua etiam dicitur, quod ex tempore ſcribitur, & velociſsime, eſtque velut prima materia, apud Quintilianum: non tamen in iure inueni ſic acceptam ſyluam.

Sylua circũſepta.

Sylua velut primam materiam ſcriptorum ſignificat.

¶ Vltimò etiam notandum eſt, quod in his ſyluis quandoque ſunt viuaria. Sunt enim loca, in quibus vel feræ, vel piſces, ſeu aues continentur, d. l. 3. §. item feras. ff. de acq. poſſe. l. vſufructuarium venari. §. in viuariis. de vſufr. vbi vſufructuarius poteſt ex viuariis, vel ex piſcina piſces capere, dum tamen reſeruet aliquos, qui ſubſtituantur: & hoc notat Cepol. in tracta. de ſeruitu. ruſticorum prædior. rubr. de piſca. Et extat ordinatio Philippi pulchri art. 4. ſic dicens, *Et s'il y auoit aucun eſtang, ou viuier qui fuſt en peſche, que lon reſerue la nouation, & laleuu, qu'il appartiendra, pour peupler apres ladicte peſche.* dico in ru. *des peſcheurs* in ord. Reg.

Viuaria quæ.

Legis Regiæ elucidatio.

¶ Vtilitates huius legis ſunt iſtæ. Prima, ſyluam cæduam poterit vſufructuarius cædere, & vti ſicuti bonus paterfamilias ſolebat, & in triennio, vel quinquennio pro conſuetudine domini, & non ante: ſyluam verò non cęduam cędere non poterit, lege, item ſi fundi. in fi. ff. de vſufruct. niſi in vineę vſum, ne tamen deteriorem fundum faciat, l. ex ſylua. & ſeq. ff. de vſufru. Et habens vſumfructum in nemore, poteſt vti ad depaſcendum, vel ędificandum, ſed non ad comburendum, niſi eſſet ſylua cędua, l. arboribus. ff. de vſufructu. Maſuer. in ſua praxi, eo titu. de vſufructu, in princip. ne inutiles poſtea ſint proprietates, l. omnium. 1. ff. de vſufr. l. veluti. de ſeruit. ruſtico. prędi. intempeſtiuè tamen cęſa in fructu eſt, lege, ſi abſente. in fi. ff. de vſufr. nec poterit vſufructuarius excidere arbores etiam minus frugiferas, ſi tamen deambulationes opacas, & amœnas faciant, l. ęquiſsimum. §. 1. ff. de vſufr. Cepola in tracta. de ſeruit. vrba. prędior. c. 81. in fi. Et cęſa ſylua animalia ingredi prohibentur, antequam virgulta duriora ſint, vt eſt ordinatio Regia rubr. *des eaus & foreſtz.* ordina. 2. art. 72. quia multum nocere poſſent dictę ſyluę, vt ibi dicitur: & de his qui habent vſum in ſylua, ſtatuitur in d. rubr. *des eaus & foreſtz*, quid poſsint habere, vbi multa ſtatuta videbitis in ordi. Regiis.

Vſufructuarius ſyluam cæduam cædere poteſt.

Lex Regia elucidatur.

¶ Secunda, maritus ſyluam cędũ vxoris conſtante matrimonio pro ſyluę cõſuetudine cędere poteſt, arbores verò fructiferas non: tex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu. matr. Idem dicit Bar. in d. §. ſi fundum. in emphyteuta, & vaſſallo. ſic conſuluit Curt. Senior conſi. 71. ſuper controuerſia. col. vl. & Iaſ. conſ. 17. facti cõtingentia. in 1. vol. vbi tria dicit eſſe neceſſaria, antequam emphyteuta propter rei deteriorationem re priuetur emphyteuticaria: primò quod deterioratio ſit notabilis quantitatis, non modica, l. ſcio. ff. de in integ. reſtit. ſecundò quod cedat ad perpetuam fundi deteriorationem, non ad fructuum curam: tertiò quod iſta deterioratio dolo procedat emphyteutę. Bal. in authent. qui rem. C. de ſacroſanct. eccl. Diuerſum eſt tamen in fiſcalis fundi conductore, per l. in fraudẽ. §. conductor. ff. de iure fiſci. l. forma. §. ſi vites. de cenſib. quia forte ex tali fundo cenſus ſolui nõ poſſet, tanquam facto inutili: ideo damnatur ibi conductor in quadruplum ęſtimationis arborum, non ſubſtitutis aliis, vt ibi paret. Sed conductor priuati poteſt ſyluam ęcduam ſuo tempore cędere, quia recolligere poteſt fructus: & hoc eſt *in fructu*, & pulchre conſuluit Alex. conſil. 118. in caſu. in 5. vol. alioqui eſſet conductor ſine fructu, quod eſſe non debet.

Maritus ſyluã vxoris cædit: idem in emphyteuta & vaſſallo.

Nota tria in emphyteuta, antequam iure ſuo priuetur.

¶ Tertia

¶ Tertia, idem putarem in beneficiario, vt etiam inſtar fructuarij grandes arbores cædere non poſsit: ſyluam autem cæduam ſuo tẽpore poſsit, per notata in d. authen. qui rem. C. de ſacro. eccleſ. quia nec vſuarius, nec vſufructuarius eas cædere poteſt, quibus etiam prælatus comparatur, cap. fi. de pecul. clerico. Nam diruere domum, excidere arbores, & vineas extirpare æquiparat Iuriſconſultus in lege, & eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo, Iaſ. in d. l. ſi fundum. col. 1. quia inſtar vaſſalli deteriorem rem facere non poteſt, §. quid ergo. de inueſtitura de re aliena facta. docto. in c. ad apoſtolicæ. de re iudica. in 6. quod malè obſeruant nonnulli prælati Franciæ: & niſi eſſet Regia prohibitio ſuper hoc lata, tam grandem congeriem lignorum quidam ſibi paraſſent præſules, quibus calefieri optime potuiſſent poſt illorum obitum, ne poſtea apud manes frigeſcerent, qui in charitate forte valde frigeſcunt: & hodie luci illorum à lucendo vocari poſſunt, licet olim per antiphraſim, quia nullæ arbores illic propter religionem cædebantur: de quo in lege, id quod. in fi. ff. de peric. & commod. ſed hodie nemora gratia religionum cæduntur ſine miſericordia. ſed ſperent ipſi diuinam vindictam, de qua Valer. de neglec. religio. c. 2. quæ lento quidem gradu procedit, ſed tarditatem ſupplicij grauitate compenſat.

Prælati vel beneficiati nõ poſſunt ſyluam cædere niſi cæduã.

¶ Quarta, cuſtodes Regalium epiſcopatus vacantis, abbatiæ, vel alterius loci, non poſſunt incidere grandes arbores, & frugiferas, nec quidem cæduas ante tempus, neque viuaria piſcari, quia non debent recolligere fructus, niſi ſuo tempore venientes. lege, ſi ſeruus. §. ſi oliuam. ff. ad legem Aquiliam. hoc nominatim ſcribit Ruſeus in tractatu Regalium, in 56. priuileg. vbi plus dicit, quod faciens contrarium punitur in quadruplum, per d. legem, in fraudem. §. conductor. ff. de iure fiſci. & ſuperius dixi. videte Aufre. in ſtylo parlam. areſto 319. cum ex parte.

Cuſtodes Regalium ſyluam non cædunt.

¶ Quinta, idem in patre habente vſumfructum in bonis filij, vt etiam ſyluam cęduam cędere poſsit, alteram verò non, vt tenet Cepol. in tractatu de ſeruitutibus ruſtico. prędio. titulo de montib. & Angelus in lege finali, §. ſin autem legata. Cod. de bonis quæ liber. per legem, æquiſsimum. §. vſufructuarius. ff. de vſufructu. ſed non nimis propere, vt in lege prima, C. de execu. rei iud.

Pater ſyluam filij quando cædit.

¶ Sexta, qui vendidit fundum exceptis huius anni fructibus, venditori debentur fructus ſyluę, ſiue arundinis cędue, ſi illo anno cędenda eſſet: alioqui non, lege, qui fundum. §. fi. ff. de contrah. emptione.

Vẽditor fundi, exceptis anni fructibus, ſyluã cædit.

¶ Septima, idem in eo, qui emit rem cum pacto de retrouendendo ad tempus vel in perpetuum, vt antequam redimatur ſylua, cædi poſsit ſuo tempore, non ante tempus, ſecundum Cepolam vbi ſupra, quæſtio. 6. Diuerſum eſſet ſecundum eum, quando factum eſſet pactum de retrouendendo ad modicum tempus. videte ibi.

Emptor cum pacto de retrouendendo ſyluã cædit.

¶ Octaua, poteſt quis grandes arbores cædere, quando in locum euulſarum alias vellet ſubrogare, d. l. in fraudem. §. conductor. ff. de iure fiſci, Iaſ. in d. l. diuortio. §. ſi fundum. col. 2. ff. ſolu. matr. Et hoc intelligerem, quando arbores illæ ſuffectæ eſſent æquiualentes auulſis: alias poſſet quiſque ſic omnes euellere, & alias plantare, quę in centum annos poſtea paris non eſſent futuræ valoris cum aliis. quod eſſet abſurdum, nempe ſic frugifera ſylua poſſet deſtrui. ſed ſi quis in locum vetuſtiſsimæ iam morientis aliam ſufficere vellet, eidem permitteretur. Secundò poſſunt grandes cędi arbores, quando nullus ex illis fructus percipi poſſet, vel vſus, niſi incidendo: vt ſi eſt fagus, fraxinus, vel alia ſimilis arbor, nullum afferens fructum, quemadmodum docet Baldus in dicta lege, diuortio. §. ſi fundum. ſoluto matrimonio. ff. & refert Curtius in dicto conſilio ſeptuageſimoprimo, in fine: aliæ verò non, niſi vt ſuperius dictum fuit, & aliquę ex iſtis, & non omnes, ſed vt bonus paterfa. vti debet.

Grandes arbores quando cædi poſſint.

¶ Nona, qui prohibitus eſt quicquam facere in aliquo loco, ibi ſyluam ſerere nõ poteſt, l. ſi quando. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindicet.

¶ Decima, non poteſt emphyteuta ſyluam extirpare, & ibi vineam plantare, licet melior fieret, quia inuito domino non licet formam mutare, l. vſufructuarius nouum. ff. de vſufr. Iaſ. plene in l. 1. col. penult. C. de iure emphyteu. De redemptore an ſyluam cędere teneatur, tradit text. in l. in lege. ff. loca. Et pendente proceſſu poſſunt fieri inhibitiones generales poſsidenti ſyluam, ne habeat aliàs vti, quam bonus paterfa. non autem ſpeciales, ne ligna ſcindat: & ita fuit iudicatum, & in mente curię retentum anno 1515. die 11. Iunij. & idem fuit dictum anno 1531.

Syluam extirpare, & vineam ibi plantare nõ licet.

Areſto quãdo inhiberi poſsit lignorũ inciſio.

¶ Vndecima, qui legat ligna, ſylua ad concidendum deſtinata non debebitur, ſed arbores deiectę ſic, tex. notab. in lege, ligni. §. Offilius. ff. de lega. 3. videte quę in lege, carbonum. infra eod. ſcribam. Et qui ampla ędificia in communi ſaltu ędificat, expenſas tanquam voluptarias non repetit, l. ex duobus. ff. de nego. geſt.

¶ Duodecima, obligata ſylua, non cenſetur obligata domus, aut nauis facta ex arbore ſyluę, niſi dictum nominatim fuerit in obligatione, quęque ex ſylua nata, factaue ſint, l. ſi conuenerit. 2. §. penult. ff. de pigno. actio.

Obligata domo nõ obligata eſt ſylua, ex qua domus fact.

Sylua quando cædi possit.

¶ Vltima, hæc sylua cædua cædi non debet, nisi tempore ad hoc conuenienti, & in luna noua, vt facilius arbores crescant, secundum peritos artis germinalis: alias tenetur, qui syluam immaturam cæciderit, l. si immaturam. ff. quod vi aut clam. Et nolui prætermittere superstitiosum & commentitium quiddam, quod ait Petrus Lesuanderie in tracta. de docto. in 4. parte quæstio. 14. si lignum incisum fuerit vltimo die Veneris Septembris, post 15. dies eiusdem lunationis, à vermibus erit securum, & immune: & si vas aliquod ex eo factum fuerit, quicquid in eo reponetur, absque vlla corruptione seruabitur. Et idem ait, tres esse dies anni, quibus nunquam mulier nascitur, & masculorum, qui tunc fuerint nati, non consumentur cadauera ante diem iudicij: hi dies sunt, vltimus Ianuarij, & duo primi Februarij, hocque scriptum asserit in lib. de natu. re. quod ridiculum esse puto.

No. mirabile.

¶ *Quidam putabant*, id est quibusdam videbatur. Ita exponit text. in l. bonæ fidei. & lege, cum quærebatur. infra eod. sic intelligi debet lex, quos nos. in fin. lex, plebs. §. pignus. & l. inter. in fin. ibidem.

Verbum putare elucidatur.

¶ *Putant*, id est arbitrantur, opinantur, existimant: & frequentius capitur ita in tota materia vsucapionum, l. qui fundum. §. seruus. ff. pro emptore. ibi, cum peculium ei concessum esse putaret. & communius in iure, lege, iurisgentium. §. si paciscar. ibi, quidam putant non valere. de pactis. ff. & l. extat. quod met. causa. l. cum putarem. familiæ ercisc. & Iurisconsultus sæpe hoc verbo decisionem tradit, l. sed an vltro. ff. de nego. gest. ibi, & puto com petere mihi actionem. l. eum qui. de vsucapio. l. si dolo. de dolo, l. 3. §. scio. de minorib. l. fin. si seruit. vindice. Et per hoc verbum quando ad Iurisconsultum refertur, fit iuris decisio. in l. & puto. ff. fa. ercisc. un. l. frugem. & lege, pecuniæ. §. persecutionis. & lege, si cum fundum. infra eodem.

Decisio fit etiã per verbum puto.

Putare pro amputare.

¶ Putare pro amputare, succidere, repurgare superflua, l. 1. §. Labeo. ibi, ne quid in illo fundo faciat, fodiat, succidat, putet, ædificet. ff. de aqua quotid. & æstiua. l. 1. §. hoc edictum. ibi, vineam putet. ff. de no. oper. nuntiat. Veteres autem vacantia ex quacunque re non necessaria, aut etiam obstantia, & aliena auferre, & excidere, putare dixerunt, & quod esse vtile, ac sine vitio videretur, relinquere. Verbum autem puto quod declarandæ sententiæ nostræ causa dicimus, non significat profectò aliud, quam id agere nos in re dubia obscuraque, vt decisis amputatisque opinionibus, quod videtur esse verum, & incorruptum retineamus. Budæus in l. in nauc. ff. loca. vbi dicit argentum etiam putum, quasi expuratum, excoctum, omnique aliena carens materia, omnibus ex eo vitiis detractis emaculatum, & candefactum: ideo antiqui purum putum appellarunt. Vnde putatæ vites, quod decisis impedimentis remanerent puræ seu putæ. Et purum aurum, putum dici solet, repurgatum, teste Catellia. Cotta in secunda parte memora. in verbo argentum purum: sed & meretricem sic Occitani vocant per antiphrasim, quasi minus puram.

Argentum putum seu aurum pro repurgato.

Putator.

¶ Inde putator arborum, repurgator, l. si putator. ff. ad legem Aquil. §. item si putator. de lege Aquil. in Institu. & qui arbores puras facit.

Puta.

¶ Puta dictio exempli causa ponitur, in l. iurisgentium. §. vt puta. ff. de pact. l. si plures. ibidem. l. probrum. infra eo. l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui notan. infa. scribam in lege, pronuntiatio. infra eod. de aliis verbis similibus.

Putatur.

¶ Putatur, reputatur, l. rei. 1. vers. computationem. vbi dixi, supra eo. & ibi etiam dictum est de aliis compositis.

Putasne? Succidere.

¶ Putasne? pro arbitraris interrogatiue capitur, in l. Nepos Proculo. infra eod.

¶ *Succisa*, à cædo, de quo dicam in l. cædere. infra eod. & succidere est cædere, incidere, frangere, vt in rubr. ff. arbor. furt. cæsa. iuncta l. 3. & l. cædere, ac l. furtim, ibidem, & in l. 1. de arbo. cædend. l. 1. §. Labeo. de aqua quotidia. & æstiua.

Circuncidere.

¶ Circuncidantur rami arboris, in l. 1. §. penult. ff. de arbo. cædend. in circuitu amputare, Gallice *couper à l'entour*, circuncidere dicitur. Circuncidere etiam Iudæis filios tantum ex rescripto diui Pij permittitur, l. circuncidere. ff. de sicar. vbi capitur aliter, vt notum est.

Incidere.

¶ Incidere syluam, pro cædere, succidere, in l. fin. ff. de iure immunita. ibi, & qui syluam incidunt, & qui arborem cædunt ac torrent. Et sic quidem accipitur, si componatur ex in & cædo: sed si ex in & cado, tunc alia significat, vt abunde scripsi in l. probrum. infra eod.

Occidens dolo punitur.

¶ Occido pro interficio, l. 3. & seq. & in l. item Mela. & per totum. ff. ad legem Aquil. qui occidit dolo lege Cornelia de sicariis tenetur, secus si culpa, l. in lege. ff. de sica. homicida expectet quod fecit, l. 3. C. de episco. audientia, nisi gratia donetur, vt in ordinatio. Regiis dico rubr. *des graces.*

Cædes.

¶ Cædes, mors ferro, aut alia vi illata, l. qui cædem admiserint sponte, dolove malo, in honore aliquo positi, deportari solent: qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. ff. de sica. facit l. ita vulneratus. in prin. ad legem Aquil. Alia dicam in §. glans caduca. infr. eod.

¶ *Rursus*, id est iterum, denuo, in lege, pacta conuenta. in fin. ff. de contrahenda emptio. ibi, rursus conuenit. lege, damni. 3. in fi. ibi, rursus repetere. ff. de damno infecto. lege, in vsu iuris. infra eodem. Et hoc verbum iterum pro sepius accipitur, in lege, veluti. in fi. ff. de

edendo.

edendo. Vult itaque dicere tex. quod rursus nascitur sylua, scilicet quotiens cæditur, non solum semel, sed pluries. Vnde diuinat Bar. in lege, fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. tertio, dicens: Quotiens quis grauatur in præstatione nouę rei, dictio rursus non comprehendit nisi semel, secus si non grauaretur. Illa solutio non valet ad ea iura: ideo dicite quod ibi in d. §. si quis decem. ideo semel tantum debetur legatum perditum, quia testator semel post legatum perditum dari voluit, vt ibi dicit textus, rursus legauit, & sic secundò. Ob istam ergo declarationem, quia primò testator legauerat Titio decem: & si illa legatarius perdidisset, rursus legauit decem eidem Titio, illa dictio rursus ibi accipitur pro secundò, vel iterum, vt ibi dicetur in no. intellectu. Et sic datur limitatio, quod licet dictio rursus ad plura extendi possit, non procedit, quando ex materia aliud appareret, quod intelligeretur de secundo actu, vt ibi. Et sic debet intelligi, quicquid ibi faciunt iuris interpretes, & in l. si continuus. §. item qui insulam. ff. de verbo. obliga. facit lex, Paulus. 1. de legatis primo. lex secunda. §. item Labeo. quod vi aut clam. lex 4. in fine. de precario. l. si mater. in princip. de exceptio. rei iudica. lex, & ideo. de verbor. obligation. lex, legato. de vacatio. muner. l. semper. §. negotiatio. de iure immunita.

Bar. sententia & communis reiicitur, & intellectus ad §. si quis decem. datur.

¶ Interdum ad tria pro materia refertur, lege, egi. ff. de exceptio. rei iudica. vel ad plura, vt dictum extitit. facit lex, quod in littore. in fine. ibi, rursus in pristinam causam recidit. ff. de acquirendo rerum dominio. Et rursus ad quatuor exempla ibi posita referetur, l. in vsu. in fine. infra eodem. & si non appareat de intellectu, arbitrio iudicis declaratur, vt lege prima, ff. de iure deliberandi. Et aliqui in textu habent, rursus nascitur, alij renascitur. Videtur tamen dictio rursus re particulam includere, & nascitur potius legendum: nisi illud fieri dicamus ad maiorem elucidationem, vt in lege, damni infecti, tertia. ibi, rursus repetere. ff. de damno infecto.

¶ Et sic ex isto textu colligi possunt sequentia requisita, antequam sylua cædua dicatur. Primò quod in hoc habeatur, vt cædatur. si ergo gratia amœnitatis, non dicitur cædua, vt probatur hic. Et huius sententiæ est Alciatus, & alij iuris interpretes.

Quot requiruntur, antequam sylua cædua dicatur.

¶ Secundò requiritur vt ex stirpibus & trunco renascatur. si ergo non renasceretur, vt cupressus, non diceretur cædua, nec cædi posset, vt abunde prosequitur Paulus Piccus in repetit. l. Titia. §. Titia. q. 36. ff. de lega. 2.

¶ Tertiò quod suo tempore cædatur in triennium, vel quinquennium, pro consuetudine syluæ, vt dictum extitit.

¶ *Ex stirpibus.* Stirpes teste Alciat. sunt ferulæ seu virgulta, quæ de radicibus nascuntur. Ea & germina dicuntur: hinc & germinalis arbor, lege, diuortio. §. puto. ff. soluto matri. Ego verò differentiam esse inter germina & stirpem arbitror, quia stirps dicitur truncus, siue origo & radix, ex qua proueniunt germina, virgulta & ferulę: sed germina sunt virgulta ex trunco producta. probat lex, si seruus. §. idem & in sylua. ff. ad legem Aquiliam. ibi, quod si salictum maturum, ita ne stirpes lædere, tuleris, cessare Aquiliam. & lex prima, §. primo, ibi, à stirpe excidendam. ff. de arboribus cæden. vnde dicimus ex stirpe & stirpitus cædere, id est radicitus, in lege tertia. §. quod si quis. ff. arborum furtim cæsa. ibi, ex seminario, id est stirpitus arborem transtulerit. & idem dicitur in lege, furtim. ibi, si quis radicitus arborem euulserit, vel extirpauerit. ibidem. vulgo, *à la racine.* & Græce omne germinans βλάστη appellauere, & βλάστω germino, viresco dicitur: vnde Galli, *estallons* seu *hallineaux*, vocant arbores relictas in amputatione syluæ, ad germinandum iterum, & renouandam eam. nam statutum est lege Regia, vt in quolibet iugere, quod arpentum vocant, decem istæ arbores iuuenes, vel saltem octo relinquantur, in rubr. *des eaus & forestz*, ordinatio, secunda, articulo 37.

Stirpes quid dicantur. Reprehenditur Alciat.

Estallons à græco verbo dici.

¶ Stirps si ad homines referatur, dicitur origo, genus seu cognatio, & frequentius generis est fœminini: si verò ad arbores referatur, masculini, vt per grammaticos. licet vtroque genere pro arboribus apud authores reperiatur.

¶ Vnde dicimus successionem per stirpes, vt quando tres filij vnius fratris succedunt cum patruo, & hi tres non habent plus, quam alter solus patruus eorum, l. in successione. C. de suis & legit. heredib. Tunc enim dicuntur in stirpes succedere, quia quælibet stirps seu origo, ex qua descendunt siue plures siue vnus tantum, suam capit portionem. Nam quamuis ex fratre decem sint liberi, nõ plus habebunt quam vnus ex alia stirpe, vel patruus solus habet. §. cum filius. de hered. quæ ab intesta. deferuntur. in Institut. Per capita successio est, quando quodlibet caput succedit, & pro virili datur successio, non per cognationes secundum stirpem ex qua descendunt. authen. post fratres. 2. C. de legit. hered. Et multi per capita stulti sunt, non per stirpes, vt est paroemia. Inde sordidæ stirpes dicuntur viles, & nullius existimationis & famæ splendidæ, claræ, & fulgentis, l. super statu. C. de quæstio. ibi, ne alienæ sordidæ forte stirpes splendidis & ingenuis natalibus audeant subrogari. Et quid appellatione stirpis veniat, est tex. & ibi Bal. & alij in lege, si quis in suo. C. de inoffic. testamento, & Philippus Perus. in cap. primo, col. penultima, de testamentis. in

Successio per stirpes quid sit.

Successio per capita.

Quid appellatione stirpis veniat.

sexto, vbi dicit comprehendi descendentes ex aliquo, sed non consanguineos ex parte matris. ibidem videte reliqua.

Saltus & lucus & sylua quid, & differentia.

¶ Saltus autem dicitur, vbi armenta pascuntur, feræque versantur: vel dicitur nemus raras habens arbores, vbi venatores, feræ, & canes bene saliunt. gloss. in clc. ne in agro. §. porro. de statu monacho. vel sunt vasta & syluestria loca, vbi arbores in altum exiliunt, teste Isido. in libro etymolog. 14. & 17. refert Lucas in rubr. de fundis rei priuatæ ac possessio. & saltibus diuinæ domus libr. 11. C. Et sic differre à sylua ait Valla, lib. 4. cap. 56. quod sylua generalius nomen sit, præterea solet esse cædua, vt supra dictum est. Lucus est locus diis sacer, separatus, & Græce λύκος vocatur, & nequaquam cæduus est, quin potius manu consitus, religiosusque, atque vel alicui deo, vel alicuius hominis cineribus consecratus, Ouid. in fastis: *Iunonis magnæ nomine lucus erat.* & à *luca*, vocabulo Aramæo, quo Hetrusci vtuntur, vt Samuel, & reliqui Talmudistæ referunt, & significat senem, & seniorem: hinc Lucumones nomen senatoriæ dignitatis. Saltus verò est sylua inuia, nec transeuntibus peruia, in qua pasci, ac æstiuare pecudes solent, aut si locus aérque patiatur, hyemare, l. 1. §. quod vulgo. ibi, æstiuorum, hybernorumque saltuum. ff. de vi & vi armata. l. testatrix. §. 1. ibi, saltum communem, vt ius compascendi haberent mercati sunt. ff. si seruit. vindicet. Nemora autem voluptatis causa comparata sunt, & amœnitatis plena. Hæc Valla. His tamen vocabulis passim vno pro alio vtimur. Interdum enim saltus pro sylua capitur, & pro agro quoque: inde fundi saltuenses, id est in quibus sunt pascua, exponit glos. in l. nulli. Cod. de fundis patrimo. lib. 11. Ego puto fundos saltuenses dici, in quibus sunt saltus, & colonos saltuenses, qui istos conducunt, in rubr. de mancip. & colo. libr. 11. C. & titu. seq. de fund. patrim. & salt. rei domi. & sequent. declarat Pyrrhus in consuetu. Aurel. rubr. de feudis cap. 71. Interdum in his saltibus est habitatio, vt probat l. ex duobus. ff. de negot. gest. & l. 1. de seruis fugit. l. creditor. de actio. empti.

Lucumones.

Nemus.

Saltuenses fundi, coloni saltuenses.

Saltus æstiui & hyberni.

¶ Inde saltus æstiui, in quibus animalia æstiuare solent: hyberni, in quibus hyemare, l. 3. §. saltus. & l. peregre. in fin. de acq. possessio. ff. l. qui saltum. de lega. 3. l. 1. §. duo. & §. æstiua. ff. de aqua quotid. & æstiua.

Saltuarius.

¶ Inde saltuarium eum vocamus, qui fructuum conseruandorum gratia paratus sit, & qui finium custodiendorum causa, l. quæsitum. §. saltuarium. & l. instrumenta. in fin. ff. de instr. instrument. lega. ibi, si fundus saltus pastionesque habeat, greges pecorum, pastores saltuarij. l. cum quæreretur. §. fin. ff. de lega. 3. ibi, saltuarium autem tuendi custodiendique fundi magis quam colendi causa paratum esse. l. si ita. §. 1. ibi, per saltuarium, vel insularium custodire potest. ff. de vsufru. & sic saltuarium *bannerium* Gallice vocant. de Ripa in tracta. de peste, in 3. parte. & Gallice istos custodes syluarum vocamus, *gardes de bois, gruyers, verdiers, ou maistres sergens.* Magistri habent sub se custodes, *gruyers* vocatos, vt patet in ordinatio. Regiis, rub. *des eaus & forestz*, & declarat Pyrrhus, vbi supra, cap. 71. de feud. & rubr. de pascuis cap. 10. Quamuis cautum fuerit apud Romanos, vt consules quidem ipsi curam collium, atque syluarum haberent, vt hac ratione materies non deesset, qua nauigia publica possent à præfectis fabrorum confici. Et ideo dicit Virgilius: *Si canimus syluas, syluæ sunt consule dignæ.* Et hoc seruatum esse in Veneta republica asserit Petrus Crinitus de honesta disciplina lib. 3. cap. 5.

Custodes syluarum.

Arbores qui plantare vult iuxta fundum vicini, quid obseruare debeat.

¶ *Radicibus.* Sciendum est, quod multa in hoc verbo iura considerantur. Ideo casus notandos hîc inseram. Primus casus est, si quis plantare arbores iuxta fundum alterius velit, quinque saltem pedes relinquere debet à fine sui fundi, l. fina. ff. finium regundor. ne per radices illius arboris labefactetur fundus, vel paries, domusve alterius. l. decernimus. C. de aquæ ductu, lib. 11.

¶ Secundus casus, si quis arborem alienam in suo fundo plantauerit, antequam radices egerit, vindicari à domino potest, postea autem non. §. si Titius. de rerum diuisio. in Institutio. Si verò prope confinium posita arbor fuerit, etiam in vicinum fundum radices egerit, communis erit, l. adeo. in fine, ff. de acq. rer. do. l. idem Pompo. §. de arbore. de rei vindicatio.

Arbor supra domũ alienam dependens est stirpitus euellenda.

¶ Tertius casus est, quando arbor aliena dependet supra domum meam, stirpitus euellenda est. lege 1. §. primo, de arbo. cæden. ff. quia nociua est domui, tum propter vmbram, & pluuiam, tum propter frondium, ramorum, & florum caducitatem, quæ impedirent stillicidiorum cursum, teste Salice. in lege prima, col. tertia. Cod. de interdictis: nec sufficeret frangere illam partem arboris, quæ supra domum dependet, si alia sit contigua, quia ex illa parte etiam poterit stillicidij cursus impediri, cum per rigorem venti frondes, & rami supra domum cadere possint: quod non est quando arbor dependet supra fundum, tunc sufficit tollere, quod est supra fundum, vt cœlum liberum habeatur, etiam si agatur negatoria, lege fina. ff. de seruitutibus, & lege fina. de arbor. cædend. Vel si interdicto agatur, quindecim pedes altius rami arboris circuncidi debent, ne vmbra arboris vicino prædio noceat. d. lege prima, §. deinde. & seq. de arbo. cædend.

¶ Quartus

¶ Quartus casus est, si arbor tua immittat radices intra domum, vel fundum meum, cuel li debent & frangi. l. 1. C. de interd. ne labefactentur parietes domus meæ. lege, decernimus. §. primo, Cod. de aquæductu. libro vndecimo: & ne fabricam formæ corrumpant, lege prima, ibidem.

Authoritate propria arborẽ alienam non licet excidere.

¶ Quintus casus est, non licet arbores impendentes supra rem meam, vel radices intra meum prædium existentes propria authoritate succidere. lege, si plures. §. 1. ff. arbo. furt. cæsa. sed permitti potest à iudice. l. 1. §. 1. de arbo. cædend. ff. & d. l. 1. de interd. C. ibi, præses ad suam æquitatem rediget: ergo pertinet ad præsidem, & non ad partem. Angel. in §. si Titius. de rer. diuisio. in Institu. Cepol. in tracta. de seruitu. vrba. prædiorum, cap. 81. de arboribus: vbi concludit, immissum naturaliter, vt in radicibus, non esse tollendum propria authoritate, secus si facto hominis: vt in l. quemadmodum. §. si protectum. ff. ad legem Aquil. & Petr. Iacob. in sua practica rubr. de actio. finium regundo.

Denuntiatio parti an sit facienda, quod succidat radices, vel arborum.

¶ Sextus casus, sufficit etiam ante denuntiationem extra iudicium factam porrigere supplicationem iudici contra partem, vt arborem excidat, vel excidere patiatur, & tollere, per d. l. 1. de arbo. cæden. & ita Salice. scribit in d. l. 1. C. de interdictis. Cautius tamen est, vt pars denuntiet parti extra iudicium coram tabellione & testibus, vt succidat, vel permittat: & hoc docet Speculator in titu. de causa proprieta. §. priuata. vers. est insuper. & Rofredus in titu. de arbor. cæden. in 2. parte. & Lucas de Penna in lege 1. col. penult. C. de aquæductu. lib. 11. Etiam post istam denuntiationem sine iudicis authoritate non licebit parti succidere arborem alterius, & tollere: quia non est singulis concedendum, quod per magistratus publice possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi. l. non est singulis. ff. de regu. iur. & per iura allegata in proxima conclusione supra, quamuis contrarium doceat Cepola in d. tracta. in rub. de arbo. Tamen prima opinio seruatur in praxi; vt etiam post denuntiationem parti factam requiratur iudicis authoritas, & permissio, saltem in Francia. & ista permissio non potest fieri inaudita parte, nec per libellum concedi, lege, nec quicquam. §. vbi decretum. vbi scripsi. ff. de offic. proconsu.

Praxis.

Habens arborẽ impendentem in alienum solũ non intiatur præscriptione.

¶ Septimus casus est, quod etiam si arbor steterit per triginta, vel quadraginta annos supra rem meam, adhuc non poterit dominus arboris præscriptionem obiicere, quia non est semper in vno statu, cùm quolibet anno crescat, ergo non currit præscriptio, l. quod autem. ff. de seruitu. vrba. prædio. & argumento legis, proponebatur in fi. ff. de iudiciis. Et ideo illud, quod creuit à triginta annis & quotidie, non est præscriptum: ideo agi potest. ab initio enim cuiusque anni computanda est hęc præscriptio, lege, cum notissimi. §. vlt. C. de præscriptio. 30. anno. Et quod nondum natum est, sed quod quotidie nascitur, præscribi non potest. l. 1. §. nemo. C. de annali exceptio. Et ita concludit Lucas de Penna in l. 1. col. vlt. C. de aquęductu, lib. 11.

¶ Octauus casus est, quod licet domino arboris excidere ramos suę arboris, vel radices etiam in fundo alieno, & lignum ex eis factum tollere. d. l. 1. ff. de arbo. cęden. Alia possunt videri per Rofredum in tracta. libello. in 2. parte rubr. de arbo. cędendis. & per d. Feron. in consuet. Burdegal. rubr. de furib. arbusto. §. 1. & quia vidi ista sępius in forensi iudicio euenire, & parum ab aliis elucidata, ob id prędicta hic congerere vobis volui.

Nasciad multa refertur.

¶ *Nascatur*, id est oriatur. sic patet istud verbum referri non solum ad homines, vt si mihi intra decem menses filius natus, natave erit, heres esto. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. l. octauum. infra eod. sed etiam ad animalia. lege, idem Pompon. §. idem scribit, si equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non esse tuum, sed meum, quod natum est. ff. de rei vindicatio. Et ad arbores, vt hic, & in l. si plures. ff. arborum furtim cęsa. l. arbor in confinio nata est. commu. diuidundo. Et ad syluam, l. si conuenerit. 2. §. si quis. in fi. ibi, quęque ex sylua facta, natave sint. de pignora. actio. & ad alias res, vt in l. item si fundi vsusfructus legatus sit, quicquid in fundo nascitur. de vsufruct. Etiam ad lapides, l. diuortio. §. si vir. ibi, nisi talis sit, vt lapis ibi renascatur. ff. sol. matr. Inde dicitur, omnis res per quascunque causas nascitur, id est contrahitur & concipitur, per easdem & dissoluitur. cap. 1. de regu. iur. Et insula nata dicitur in flumine, vel mari, id est orta, vel facta, in l. item si fundi. §. 2. ff. de vsufructu. l. adeo. §. insula. de acq. rer. dom. Et ad aquam refertur, l. 1. §. caput aquę illud est, vnde aqua nascitur, si ex fonte nascatur, ipse fons. ff. de aqua quotidiana & æstiua. lege, qui duo. de seruitutib. rustico. prędio. Oleum natum & collectum, l. si debitor. in fi. ff. de contrahend. emptio. Respicit etiam obligationes, l. si is qui. in fine, & l. seq. ff. commoda. ibi, plerunque id accidit, vt extra id quod agitur, tacita oligatio nascatur, id est oriatur. l. si mulier. §. si dos. quòd metus causa. l. si tibi. 3. de præscrip. verb.

Nasci refertur ad arbores.

Ad lapides.

Ad aquam.

Nasci obligatio dicitur.

¶ Nascitur actio, d. lege, si mulier. §. si metu. ibidem, & nata actio, in lege, doli verbum. in fin. ff. de seruo corrupto. & lex, cum autem. §. hæc actio. ff. de ędilit. edict. dicit, actiones oriuntur. de hoc abunde scripsi in lege, sępe. infra eodem, de actione natiua & datiua, vbi reprobaui sententiam interpretum & communem.

Natiuitas quid sit, & quotuplex.

¶ Natiuitas dicitur ipsa origo, seu ortus: inde Iurisconsul. ait in l. 1. ff. ad municipalem.

municipem aut natiuitas facit, aut manumiſsio, aut adoptio. Et hæc natiuitas triplex eſt, natura, vt quando quis in mundum naſcitur, de qua ſupra: gratia, quæ fit per baptiſmum, cap. qui in maternis. de conſecra. diſt. 4. & in euangelio, niſi quis renatus fuerit, &c. Et natiuitas gloriæ, quæ eſt poſt mortem, cap. poſt baptiſmum. ibidem. Inde mors ſanctorum natale ipſorum dicitur, vt ſcripſi in l. pronuntiatum. §. primo, infra eodem. glòſ. in §. fin. de ingen. in Inſtit.

Renaſcitur.

¶ Renaſcetur vindicatio in lege, & ſi forte. in princ. ff. ſi ſerui. vindice. vbi gloſ. & docto. exponunt. nam primò quis ædificium extulit, poſtea depoſuit. videte in lege, verbum reddendi. infra eodem. nam ego exponerem proprie pro denuo orietur, ſeu renouabitur. de his hactenus.

§. Stipula illecta, eſt ſpicæ in meſſe deiectæ, nondum lectæ, quas ruſtici, cum vacauerint, colligunt.

Intellectus duo ad tex. per doc.

¶ Duobus modis intelligunt hunc text. iurium interpretes, primò vt ſtipula in neutro genere ſint ſpicæ in meſſe deiectæ, quas ſpicas ruſtici cum vacauerint colligunt: ſed ex mente Alciati melius eſſet legere in meſſe relictæ, quã deiectæ, quod probat ex Deuteron. vbi præceptum eſt ne ſtipulam illectam, oliuas relictas, racemóſque remanentes dominus colligat, ſed aduenæ, pupillo & viduæ permittat, vnde ſpicilegium & racemationem facere poſsint, id eſt ſpicarum & racemorum collectionem. hæc Alciatus.

Intellectus Alciati improbatur.

¶ Iſte intellectus quia per eum verba text. mutantur, non mihi placet: primò dicit verbum ſtipula, neutri eſſe generis: ſed ego non memini me legiſſe in hac ſignificatione, ideo potius dicerem, ſtipulæ illectæ ſunt ſpicæ, &c. quàm ſtipula illecta in neutro. Etiam Alciatus mutat deiectæ, quod verbum eſt valde accommodum textui: & ſi voluiſſet Iuriſconſult. loco illius dicere relictæ, ita ſicut deiectæ ſcripſiſſet. probatur in l. vna. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam. de deci. Ideo iſte prior intellectus parum mihi arridet.

Secundus intellectus.

¶ Secundus eſt intellectus, quod relatiuum quas hic referatur ad ſtipulas, & non ad ſpicas, videlicet vt cum ruſtici vacauerint, colligant ſtipulas, id eſt poſt meſſes factas: verum quia in quibuſdam regionibus eas comburunt, vt in Montepeſſulano, & ibi cas, ſicut Romæ, non colligunt, ideo videndus eſt alius intellectus, cum hæ leges Romæ editæ ſint.

Intellectus authoris.

¶ Ego autem arbitror verba text. non mutanda, & relatiuum quas ad vtrunque verbum referri poſſe, ſcilicet tam ad ſpicas relictas, quàm ad ſtipulas, & antiqui codices habebant ita: Stipula illecta eſt ſpicę in meſſe deiectę, nondum lectę, quas ruſtici cum vacauerint, colligunt. & ita habetur in Pandec. Floren. & ſpicę erit genitiui caſus, & deiectę, & nondum lectę. & iſte erit ſenſus, quid ſit ſtipula illecta: & reſpondet Iuriſconſult. Stipula illecta eſt ſpicę, id eſt ex ſpica in meſſe deiecta, & depoſita, & euulſa, nedum lecta, quas videlicet ſpicas deiectas, & ſtipulam, cum ruſtici vacauerint, id eſt cum feriati à meſsibus fuerint, colligunt.

Dubitatio ad text.

¶ Dubitatio eſſe poterat, an appellatione ſtipulę illectę comprehenderentur ſpicę deiectę: & reſpondet comprehendi, quia ruſtici ſtipulam cum ſpicis deiectis & relictis colligunt.

Vtilitates huius legis.

¶ Vtilitas eſſe poteſt. Nam vidi aliquando locari ſtipulam talis fundi, vbi erant herbæ, & gramina, & dominus volebat ſpicas relictas colligere. Reſpon. non poſſe, quia ſtipula illecta comprehendit ſpicas deiectas, vt conductor hæc omnia colligere habeat.

Dominus non poteſt animalia prohibere, ne fundum ſuum ingrediantur.

¶ Ad hæc ſi conſuetudo exiſtat (vt in reſſortu Tholoſano) quòd frumento de fundo extracto, oues & alia animalia poſsint ingredi fundum, non poterit dominus antequam colligat ſpicas relictas prohibere, & antequam fecerit ſpicilegium, quod vocant, ſed antequam dominus manipulos frumenti colligat, ſeu faciſculos, prohibere poterit, poſtea non.

Spicilegiũ quid, & quando ſit faciendum.

¶ Et ſic hoc ſpicilegium, ſeu ſpicarum collectio non debet fieri, quandiu manipuli frumenti ſunt in agro, quia poſſent ſpicilegę, id eſt collectores ſpicarum deiectarum ex faſciculis accipere, & daretur materia furandi: quod permitti non debet, l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pactis.

¶ Ita patet quod iſte tex. ſtipulam illectam declarat, & dicit, ſtipula eſt ſpicæ deiectæ, id eſt ſpica remota ſit, & diciturſtipula. Illecta autem dicitur nondum lecta, ſicut ſi dicerem pileum intinctum eſſe lanæ tonſæ, nondum tinctæ: & ſic ſtipula & ſpicæ deiectæ, vt intelligatur calamus ſpicæ deiectæ: ſed ſi declares illectam, dices ſtipulã illectam eſſe, calamum ſpicæ deiectæ nondum lectæ, quas cum ruſtici vacauerint, colligũt. Nec placet Cepol. ſententia, dicentis ſtipulam illectam eſſe, donec ſpicæ ſint collectæ, quod dicit conferrę ad ſtatutum, quo quis teneatur decimam frumenti ſoluere, ſimul atque collectum fuerit, vt non teneatur

teneatur ſoluere, donec frumentum recollectũ fuerit, quod probari poteſt in l. interdum. ff. de verborum obligat. & hoc eſt verum, ſed non quod ſtipula illecta non dicatur, ſi ſpicæ deiectæ fuerint, licet non collectæ. nam quandiu ſtipula non eſt lecta, dicitur illecta per iſtum tex. quamuis ſpicæ collectæ ſint, quia hic Iuriſconſult. non tractat de ſpicis colligendis, ſed tantum de ſtipula. Varro de re ruſtica libro primo, cap. 53. ſic ait: Meſſe facta ad ſpicilegium venire oportet, aut domi legere: aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci. ſumma enim ſpectanda, ne in ea ſumptus fructum ſuperet.

Stipula quid, & vnde dicatur.

¶ Conſtat igitur ſtipulam eſſe calamum ſpicæ deiectæ, & ſimul atque ſpica eſt euulſa à calamo dicitur ſtipula, à ſtipa forte, vel ſtupa, quod ſtupæ inſtar vratur, vel (vt alij dicunt) quod ea rimæ tectorum ſtipari conſueuerint: quod Grammaticis relinquo, ſed Gallicè vocatur *chaume*, ſeu *reſtouble*.

Palea nomine fructus continetur.

¶ Vnde facit tex. in l. ſi vſufructuarius. 1. ff. quibus modis vſusfruct. amitta. ibi, ſtipulam, quæ in meſſe iacet, heredis fructuarij eſſe, quem tex. Ludo. Roma. ſingul. dicit, ſinguk. 549. ad hæc, quod fructus nomine venit palea, & ſtipula, ac fœnum. Ideo ſi quis locauerit fructus fundi, non poterit colligere ſtipulam, ſed ad conductorem pertinebit.

Comburens ſtipulam de dam no tenetur.

¶ Ad hæc ſi quis in ſtipulam ſuam, vel ſpinam comburendi eius cauſa ignem immiſerit, & vlterius euagatus & progreſſus ignis alienam ſegetem, vel vineam læſerit, ſi dicen toſo id fecit, culpæ reus eſt, l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil.

Manu ſatũ nõ comprehẽdit in ſtipula natum.

¶ Et quando excipitur in venditione manu ſatum, non comprehenditur id, quod in ſtipula natum eſt, quia non eſt manu ſatum, ſed prouenit ex ſpicis relictis, l. qui fundum. §. 1. ff. de contrahen. emptio.

Ex ſtipula cognoſcere.

¶ Inde ex ſtipula cognoſcere quem dicimur, quando ex aliquibus ſenectæ indiciis indicat cuiuſmodi in adoleſcentia fuerit: vt ſi ſenio confectus mulieres quærat, vel verba fœtida proferat, præſumitur quod in iuuentute non caſte vixerit, cap. penult. de præſumpt. econtrario ex ſtudiis ſuis puer cognoſcitur, c. ex ſtudiis. ibid. vbi ſcripſi.

Meſſis vnde, et palea.

¶ De meſſe Varro lib. 1. de re ruſtica, cap. 50. ſic ait: Tertio modo metimus, vt ſub vrbe Roma, & locis pleriſque: vt ſtramentum medium ſubſecẽt, quod manu ſiniſtra ſummum prehendunt: à quo medio meſſem dictam puto. infra manum ſtramentum, quod terrę hæret, poſtea ſubſecatur. contrà quod cum ſpica ſtramentum hæret, corbibus in aream defertur: vbi diſcedit in aperto loco palam: à quo nominata poteſt eſſe palea. hæc ille.

Spicæ cum maturius ſecãtur, remanet ſtipula.

¶ Spicæ in meſſe, id eſt tempore meſsis ſolent ſubſecari ſpicæ, & remanet ſtipula: ſi tamen alio tempore fieret, forte belli tempore, & maturius colligantur ſpicæ, non minus dicetur ſtipula. nam quod frequentius fit, non excludit aliud non tam frequens, authentic. caſſa. C. de ſacroſanct. eccleſ. glo. in verbo præſidentes. clem. 1. de reſcript. ſcripſi in tractatu nomina. in 5. q.

Duplex tẽpus collectionis ſpicarum.

¶ Sciendum eſt duplex eſſe tempus collectionis ſpicarum: primò ſpicæ inter metẽdum in manipulos & faſciculos rediguntur, & illi ſolent tempore meſsis in aream vel domum deferri, nec expectatur tempus quo ruſtici vacent. Interdum meſſores ſolent relinquere aliquas ſpicas ſecando frumentum, & hæ ſolent miſceri cum ſtipula: poſſunt verò colligi cum ruſtici vacauerint, de quibus hic tex. poteſt intelligi. facit text. in l. ſi vſufructuarius. 1. ff. quibus modis vſusfruct. amitta. ibi, ſpicam autem, quæ terra teneatur, domini fundi eſſe, fructúmque percipi: ſpica autem fœno cæſo, tex. in l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de acquir. rerum domi. & §. cum quis ex aliena. de rerum diuiſio. in Inſtitu.

Spica vnde dicatur.

¶ Fruges autem dum in ſpicam producuntur, ſpem hominibus præbent, & ideo ſpicæ dicuntur. poſtquam ventilatum eſt frumentum, ac cribratum, vnam atque alteram diem, aut omnino vnam noctem, illud in area relinquere oportet, & deportare ante ſolis exortum, vt adhuc perfrigeratus fructus in horreum reponatur. hoc enim multum ad diuturnitatem confert, vt docet Dionyſ. Vticenſ. lib. 2. de agricultur. c. 23. in fin.

Frumentũ quo tempore in horreum deferendum, vt ſeruetur.

¶ Deiectæ ſpicæ dicuntur, quando in terrã è manibus meſſoris eiectæ ſunt, & quodammodo elapſæ è manibus ac fluxæ & demiſſæ, *miſes par terre*. Eſt autem compoſitũ à iacio, de quo in rubr. ff. ad legem Rhod. de iactu, vbi iacio pro emitto, *ietter*, accipitur. facit l. 2. ff. de aleæ luſu & aleator. vbi ſenatuſcon. vetat in pecunia ludere, præterquam ſi quis certet haſta, vel pilam iaciendo. Interdũ pro ponere ſumitur, vt ieci fundamenta. De verbo iactare ſcribam in l. fugitiuus. infra eo. l. refectionis. in fin. commun. præd.

Deiectæ ſpicæ. Deiicere. Iacio pro emitto, & pono.

¶ Deiicere eſt in terram ruere, demittere ſeu deorſum mittere, vt deiicere arbores, vulgò *ietter en bas, abbatre*. l. 2. ff. ſi vſusfruct. peta. l. ſi putator cum ex arbore ramum deiecerit, vel machinarius hominem prætereuntem occiderit, &c. ad legem Aquil. Idem deiicere de equo, l. fina. ff ad legem Aquil. Deiectas arbores vento, l. Proculus. in fin. ff. de vſufructu. l. ſi poſt inſpectum. de periculo & cõmod. rei vend. vel vi ventorum, l. arboribus. de vſufr.

Deiicere pro deorſum mittere.

¶ Siue deiectũ cadat in terrã, ſiue in mare, l. 3. & l. cum depreſſa. ff. ad leg. Rhod. de iactu, vbi depreſſa nauis dicitur rupta, *effondree*, deiecta in littus. Et ſic patet melius eſſe in hoc textu deiectæ, quam relictæ, quia ſimul atque ſpicæ emiſſæ & deiectæ ſunt, ſtatim ſtipula

Deiectæ arbores.

Melius legitur in tex. deiectæ quam relictæ.

illecta dicitur.

Deiicere pro decidere, cadere.

¶ Deiicere est etiam decidere, proiicere, cadere, l.1.& per totum.ff.de his qui deiecer. vel effude.vt is qui ex domo sua aliquid in alium deiecit, id est proiecit, tenetur, l.1.ibid. publice enim vtile est sine metu & periculo per itinera commeari, d.l.1.§.summa.ibidem, nisi clamauerit ter, caue, *garde*.argum.l.si putator.ff.ad legem Aquil.nec sufficit dicere semel, *garde trois fois*, nec dicere ter, caue, nisi sit tanta distantia inter vnum & aliud verbum *garde*, vt sibi potuerit is, in quem deiectum est, præcauere, argu.l.si conuenerit.ff.de pigno.actio.

Deiicere pro expellere.

¶ Deiicere de domo est expellere & eiicere. Inde prætor ait: Vnde tu illum vi deiecisti, aut familia tua deiecit, iudicium dabo l.1.& per totum.ff.de vi & vi arm. Deiecit qui vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit. ibidem, & l. hoc iure. ff. de regu. iur. cap. fin. 28. distin.

¶ De verbis abiicere, & adiicere, scribam in l. hęc adiectio. infra eo. Eiectum colonum, id est deiectum, expulsum, scribit Iurisconsultus in l. penult. ff. loca.

Eiicere etiam ingressum.

¶ Item eiicere pro expellere, & excludere accipitur, seu deturbare. vnde Spiegel. ait, deiicimus ingressum, eiicimus non ingressum, id est turbamus ne ingrediatur. hęc tamen differentia non tam exactè à Iurisconsult. seruatur. saltem ipse non probat, & videtur text. contra eum in l. ossa semel sepulta non licet eiicere, nec extrahere sine decreto Pōtificum, seu iussu Principis. ff. de religios.

Eiicere pro abiicere immaturum partum.

¶ Eiicere est etiam immaturum partum abigere, l. si seruus seruum. §. si mulier pugno, vel equa ictu à te percussa eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri, quasi ruperit. ff. ad leg. Aquil. l. Quintus. ibi, quod prægnans erat eiecit. & l. boues alienos in angustum locum coegisti, eóque effectum est vt eiicerentur. ibidem.

¶ *Nondum lectæ*, id est nondum collectæ, & sic legere pro colligere hic capitur, vt in rub. & l. vnica. ff. de glande legenda. l. qui pendentem. de actio. empti. glo. in §. sed si instrumenta. in authen. de instru. cautela & fide. colla. 6. Et oliuam immaturam lectam in fructu esse, inquit Iurisconsult. in l. si absente. in fine. ff. de vsufruct. in de Hebræi *balés* dicunt, pro legit, collegit: quod nos vulgo accipimus pro scopa, quæ etiam colligit.

Lego multis sumitur modis.

¶ Lego aliquando pro dispono accipitur, in l. verbis legis 12. Tabul. vti quisque legassit. infra eo. Interdum lego significat legatum do, siue relinquo, vt per totum titu. fere ff. de lega. 1. 2. & 3. & de annuis legatis; & in materia vltimarum voluntatum. Et an importet institutionem, tradunt doctor. in cap. Raynutius. & cap. Raynaldus. de testa. Corne. consil.

Quatuor modis legatum fiebat olim.

151. & consi. 185. col. 2. volu. 1. Olim quatuor modis legatum fiebat, per vindicationem sic: do, lego, capito, sumito, siue habeto: per damnationem verò his verbis, damnas esto dare, dato, facito, heredem meum dare iubeo. Item per sinendi modum, vt heres meus damnas esto sinere Lucium illam rem sumere, sibíq; habere. Per præceptionem sic, illam rem præcipito, vt Vlpia. ait in titul. de lega. hodie nil interest.

Legatarius.

¶ Inde legatarius is habetur, cui in testamento, vel codicillis aliquid relictum est, §. legatariis. de testam. in Institu. l. legatarius. ff. de lega. 1. l. in conuentionibus. infra eo. & legatarius quasi heres est in accessione temporis, quo testator possedit rem, l. id tempus. in fin. ff. de vsucapio.

Legatum.

¶ Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda, §. legatum. de lega. in Institu. facit l. in generali. infra eo. & l. legatum. 3. de lega. 1.

Legare, id est in legationem mittere.

¶ Item legare est in legationem mittere: vnde legatus, qui ad illum actum missus est. Et legatio illud munus, vt in rub. ff. de legatio. & in l. legatis. cum aliis multis iuribus, ff. ex quib. caus. maior. & l. 2. §. legatis. ff. de iudiciis.

Legatio.

Legatus provicemgerēte magistratu.

Legatus triplex.

¶ Et legatus dicitur vicemgerens, magistratus proconsulis, vel alterius, l. legatus. cum l. seq. ff. de offic. proconsul. Et de iure canonico triplex est legatus, missus, vt qui à Papa ad Regem forte mittitur: vel ad aliquam prouinciam pro ea reformanda. cap. 2. de offic. lega. in 6. Et si legatus missus sit cardinalis, dicitur legatus à latere Papæ, cap. 1. & ibi doctor. de offic. lega. in 6. Legatus natus, qui eo ipso quod dignitatem adeptus est, legationis officio fungitur, vt archiepiscopus dignissimus Remensis, & Cantuariensis, eo ipso quod archiepiscopi sunt, legati dicuntur, quia legatio inhæret ei dignitati, dicto cap. 1. de offic. legat. in 6. & istam legationis materiam illustrauit Conrad. Brunus in suo tracta. de legatio. & Legatiuum in l. fin. §. legati. ff. de munerib. est viaticum legati.

Legatiuum.

Legare pro decernere.

Delegare.

Delegatū munus.

¶ Legare idem est, quod decernere, mandare: vnde & delegare dicimus, teste Alciato in l. verbis legis. infra eo. qui nudus testibus nullos comites adduxit. dicam in l. verbum exactæ. infra eo. Inde delegatum munus, in l. si quis sepulchrum. §. funus. ff. de religio. Item legare pro allegare, & legata allegata, l. humanum. ibi, tunc legata dictari. C. de legib. licet glo. ibi exponat pro delegata. sed non conuenit tex.

Legere.

¶ Item legere est oculis prospicere, quæ scripta sunt. l. 1. §. legi autem sic accipiēdum est, non intelligi, sed oculis perspici, quæ scripta sunt. ff. de his quæ in testam. delent. Barba. in repetitione l. cum acutissimi. col. 71. C. de fideicom. Item legere pro eligere, exponit gl. in l. qui mittuntur. ff. ex quibus causis maio. ibi, qui mittūtur vt milites ducerent, aut reducerent,

cerent, aut legendi curam darent, reipub. causa absunt: sed ibi pro colligere videtur potius sumendum, vt inferius dicetur. facit l. fin. ibi, sed veterani, qui sunt passi se in ordinem legi. ff. de priuileg. vetera.

Prælegare.

¶ Prælegare est vni præ aliis relinquere, l. filio. ff. ad legem Falcidiam. & pro portionibus hereditariis solui debet æs alienum, non pro prælegatis, & modo emolumenti, l. 1. C. si certum peta. Prælegatum vulgo præcipuum vocamus, præceptionem, l. cum pater. §. fidei tuę. ff. de lega. 2. l. cum virum. vbi docto. de fideicom. C. iuncta l. ex facto. §. vnde scio. de he red. instituen. ff. Prælegatę rationes, l. Pompo. ff. familię erciscund. Prælegata dos, quę legata est, vt prę, id est ante tempus iuris debeatur: olim dos restituebatur annuabima, trima die, si testator legauerat dotem soluendam statim à testatoris morte, prælegata dos dicebatur, vt per totum titu. ff. de dote prælega. quicquid glo. & doct. dicant ibi: saltem vno modo sic accipitur prælegatio, in l. 1. §. adeo. ibidem.

Prælegatum.

Prælegatæ rationes.

¶ *Quas cum rustici vacauerint.* Rustici qui dicantur, scripsi in l. vrbana familia. infra eod. Aliqui in hoc tex. legunt occauerint, vt Alciat. quod rustici primò messes faciant, deinde occent, fodiántque vineas, quo opere tanquam magis necessario perfecto racemationem faciant: solere enim post messes occari vineas. hęc Alciat.

Declaratio ad rubric. de dote prælega.

¶ De verbo Occare sic Varro lib. 1. de re rustica, cap. 31. Tertio interuallo inter Virgiliarū exortum & solstitium, hęc fieri debent: vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, id est comminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dicunt. hęc Varro. & sic glebas confringere occare est, & iterum vineas fodere, & cultum aliquem prębere. vnde Horatius lib. 2. epistol. ait: *Cum segetes occat.* & occator est qui illam facit occationem. Vel quidam dicunt occare, id est operire: sed vtcunque sit, sensus huius §. colligitur, qui primò declarat, quid sit stipula illecta, vt superius dictum est: secundò quando colligi debeat, & dicit, tunc demum cum rustici vacauerint, quod est statim post messes. tunc enim colligi solet. Nam quando nihil negotij est rusticis, solent illam stipulam colligere, saltem iuxta Aurelianos: sed colligi non solet in plerisque aliis locis, vt in Montepessulano, vel raro. Ideo melius conuenit verbum vacauerint. Nam si collectio spicarum differatur, postquam rustici occauerint, iam spicæ nihil grani haberent, sed excussę essent omni frumento. at si intelligamus, quod eas rustici colligunt, dum vacauerint, id est cessauerint à metendo, & secando. nam primo spicæ secandæ sunt, & celeriter, quia in his dispendiosa est cunctatio in regionibus calidis, teste Columella in lib. de re rust. 2. ca. 21. resecatis frugibus colligere spicas; & in manipulos colligare decet: iste tex. recte intelligi poterit de spicis, id est de omni frumento secato, quod colligi potest, cum rustici vacant secando, vt illud colligere debeant, vel de stipula, vt dictum fuit superius, vel de vtroque, scilicet quod spicæ relictæ tempore messis, & stipula colligi poterunt, dum rustici vacauerint.

Occare quid et occator.

¶ *Vacauerint.* Supereſt igitur declarare verbum vacauerint in hoc text. positum, cum in iure diuersimode capiatur. Primò hic sumitur pro eo quod est otium habuerint, & non occupati fuerint, sed cessauerint & intermiserint, vt l. qui tertiana. ff. de ædil. edict. ibi, nec quidem his diebus, quibus morbus vacaret, rectè sani dicentur. Vnde vacationem dare militiæ est cessationem dare militiæ, vel muneris, lege, diuus. ff. de feriis. ibi, ferias à forensibus tantum negotiis dare vacationem: & vacationes studiorum sunt lectionum cessationes, & intermissiones. Secundò dicitur vacare dare operam: vnde dicit Iurisco. in l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbit. sacris sacerdotes vacare oportere. sic clem. dudum. in princip. de sepult. Tertiò pro carere, vt ecclesia vacat pastore, cap. fin. per totum, ne sede vacan. Quartò vacare est vacuum superfluúmque esse, l. si consentiente. ff. de manumiss. ibi, vacat causæ probatio, vbi glo. exponit non esse necesse probare causam. inde superuacuum, superfluum, vt inferius dicemus. Quintò vacare muneribus, est excusari, vel cessare, & immunem esse, in rub. & l. 1. C. qui. mune. excus. libr. 10. iuncta rubri. ff. de vacatio. muner. & rub. C. de his qui à Princip. vaca. acceperunt. & in rub. seq. lib. 10. & regulariter in materia munerum sic accipitur, vt in titul. C. de excusatio. mu. libr. 10. iuncta l. procuratores. ibidem, vbi in rub. dicitur de excusatio. munerum, in d. l. procuratores. vacatio, & in aliis multis locis. Vacatio, excusatio, immunitas, l. cui muneris publici vacatio datur, non remittitur ei, ne magistratus fiat, quia id ad honorem magis quā ad munera pertinet. ff. de muner. l. vacatio. ibidem, & in dicta rubric. ff. de vacatio. & excusatio. mu. & l. munus. supra eod. vacationem id est priuilegium dicit Budæ. in forens. sed hoc non probat. credite (si lubet) illi.

Vacare varie sumitur in iure.

Vacare pro cessare.

Vacatio militiæ.

Vacare pro dare operam.

Vacare pro carere.

Vacare pro excusari.

¶ Vltimò vacare dicitur id, quod ab alio non detinetur. Ideo littora iuregentium omnibus vacant, l. littora. ff. de contrahen. emptio. & quod non tenetur de iure nec de facto, dicimus proprie vacare, vt beneficium, in rub. de concessio. præbendæ & ecclesiæ non vacant. vt cōsuluit Oldrad. consi. 208. quoniam ex tempore. col. 1. & triginta modos, quibus vacare potest, scripsi in glo. vacantibus. in §. monasteriis. de Regia ad præla. nomina. in concordatis: & tunc etiam dicitur ecclesia vacare, vt in rubr. ne sede vacante. & Ioan. Francisc. in tract.

Vacat quod nō detinetur.

in tracta.de officio & poteſtate capituli ſede vacante,in vltimo præludio.

Iure quando dicatur beneficium vacare.

¶ Interdum dicitur vacare de iure,vt quia iure non eſt alicui collatum, ſed de facto aliquis illud detinet,& eſt in poſſeſsione colorata.cap. cum noſtris. de conceſsio. præbend. Hoſtien.ſ.in ſumma,de conceſsione prębendę.facit cap.licet epiſcopus.de præbendis,in 6. Roma.conſilio 350.in caſu.colum.vlti.ſcripſi abunde in praxi benefic.vbi hoc reprobaui.

In bonis vacantibus fiſcus nō domini territoriorum ſuccedunt.

¶ Inde bona vacantia dicuntur,quæ nec de iure nec de facto detinentur ab aliquo, nec occupantur:& tunc ſi ſemel fuerint occupata,in his vacantibus & oberrantibus fiſcus ſuccedit,& non ciuitates,nec domini territoriorum.Idem ſi quis decedat ſine legitimo here de,l.1.& l.vacantia.C.de bon.vacant.libro 10.ſcribit Pyrrhus in rub.de ſucceſsio.cap.14.in conſuetu.Aurelia.plene Benedictus in ca.Raynutius.in verbo & vxorem.num.867. cum ſeq.de teſta. Hodie in Regno confiſcatio data alicui à Rege,ſeu officium, aut beneficiū, aut alia vacantia bona,antequam ſint declarata,& Regi adiudicata,non valet,etiam ſi motu proprio concederentur,licet contrarium de iure eſſet,in l.1.& 2.de peti.bono.ſubla.lib. 10.C.& hoc in ordinat.Regi.rubr.*de ne donner benefice,office,ne confiſcation auant la vacation, & declaration.*Ita ſtatutum eſt,& in ſtylo Parlamenti rubr. de conceſs.beneficio.§.1.& hoc ſeruatur in hoc Regno:niſi illi conſtitutioni fuerit derogatum,vt alibi plenius dicam.

Confiſcatio,officium,aut alia bona vacātia ante adiudicationem darinō poſſunt.

Vacās mulier. Vacans epiſcopus.

¶ Vacantem mulierem dicit Iuriſconſultus illam,quæ virum non habet, quia forte vacat tunc inſtrumentum inferius,l.qui cœtu.§.qui vacantem. ff.de vi public. Et epiſcopum vacantem alibi,qui non habet epiſcopatum in ſua manu,ſed ab alio detinetur. cap.ſi quis epiſcopus vacans.q.2.diſtinct.& vacans dicitur tribus modis,vt ſcribit tex.in §.quod autē. in Inſtit.de vſucap.vbi vacans locus dicitur propter abſentiā domini, ſicut ſunt fere omnes archiepiſcopatus,epiſcopatus,& abbatiæ Regni.

Vacua poſſeſſio.

¶ Item vacua poſſeſsio eſt,quando res à nemine poſsidetur,neque corpore,neque animo.docet gloſſ.in l.cum res.C.de probatio.& l.non idcirco.de fide inſtrumentorum. l.ſi. C.vnde vi. & de vacua poſſeſsione loquitur l.vbi.§.id quod.& l.in conuētionalibus. §.1. ff.de verborum obligationib.cuius legis intellectum dixi in l.rei appellatione.2. ſupra eo: l.ſequitur.§.ſi tu vi.de vſucapio.l.cum fundum. de vi & vi armata. l.3.§. hoc interdictum. de itinere.l.non diſtinguemus.§.penult.de arbit.l.ſed ſi communis.de contrah.empt.

¶ Vnde vacua poſſeſsio emptori tradita non intelligitur,ſi filius in ea legatorum fideicommiſſorúmve ſeruandorum cauſa in poſſeſsione ſit, aut creditores bona poſsideant,l. 2.§.1.& l.ſeq.§.1.ff.de actio.empti.

Vacua traditio.

¶ Vacua traditio non eſt iuris,id eſt ſeruitutis,quia ſeruitus apprehēdi, & ſic tradi non poteſt,l.quoties.2.ibi,quia nulla huiuſmodi iuris vacua traditio eſſet.ff.de ſeruit.

Vacui nūmi.

¶ Vacui nummi dicuntur,qui ſine lucro & vſuris ſunt otioſi,l.Quintus.ff.depoſit.ibi, primum nummi proſpiciam,ne vacui ſint tibi,id eſt vt vſuras eorum accipias,curæ habebo.Et vacuam pecuniam ſic dicit Iuriſconſultus in l.Titius.ff.de præſcript.verb.

Vacua prædia.

¶ Vacua prædia,in quibus nihil eſt ſatum,nihilque habent.& regulariter vacuum dicitur id in quo nihil eſt:vt tabulæ vacuæ,in quibus nihil eſt ſcriptum, l. ſi binæ tabulæ.ff.de iniuſto teſtamento.ibi, poſteriores tabulæ vacuæ inuentæ, id eſt nihil ſcriptum habentes omnino.

Vacuus locus.

¶ Vacuus locus dicitur,in quo nihil eſt ædificij,l.prętor.§.ſiue autem locus vacuus ſit, vbi nuntiatum eſt,ſiue ędificatus.ff.de no.oper.nuntiat. Vel vacuus locus dicitur non plenus,lege ſecunda,§.1.ibi,ſed & ſi locum plenum inuenerit,expectet donec locus vacet.ff. de decurionibus.

Vacuum miniſterium.

¶ Vacuum miniſterium,quaſi nullum & vile,vel modicum exponit glo.in l.ſi pendentes.§.ſi ſerui.ff.de vſufruct.ibi,ſi ſerui vſusfructus legatus eſt,cuius teſtator quaſi miniſterio vacuo vtebatur:ſi eum diſciplinis,vel arte inſtituerit,vſufructuarius arte eius,vel peritia vtetur,dixit quaſi miniſterio vacuo,pro ſeruitio quaſi nullo,vel modico vtebatur teſtator:ſed poſtquam legatarius illum ſeruum inſtruxit, peritia illius vtitur: & tunc non eſt vacuum miniſterium.vel vacuum dicit,qui certam operam indictam non habebat, ſicut vicarij ſerui,vt dixi in l.vrbana.infra eod.

Vacuum tempus.

¶ Vacuum tempus Iuriſconſult.in l.nunquam.§.vacuum tempus.ff.de vſucapio. dicit eſſe,quod anté aditam hereditatem,vel poſt aditam interceſsit,in quo heres poſſeſsionem non accepit. In ſumma verbum vacuum valde generale eſt,congruens rei cui adiungitur,& ſecundum illā declaratur:vnde ſuperuacuū,ſuperfluum dicitur,l.quemadmodum. ff.de inoffi.teſtam.l.ſicut.§.ſuperuacuum.quibus modis pign. vel hypothe.ſol.l. eum qui ita.§.1.de verborum oblig.& in iure nil debet eſſe ſuperuacui,vt in l.vnic.C.de nouo Codic.faciend.& in procem.decreta.

Colligere.

¶ *Colligunt*,id eſt ſimul legunt.vulgo dicitur *amaſſer*:de quo verbo non pauca collegi in l.ager.§.1.ſupra eod.

Alc.proſciſſa.

§. Noualis eſt terra præſciſſa,quæ anno ceſſauit,quam Græci νεαρὰ vocant.

¶ Noualis

Noualis.

¶ Noualis eſt terra præſciſſa,id eſt ante ſciſſa,quę anno poſtea ceſſat,quam Græci νέαρ vocant ἀπὸ τῆς νέας,id eſt à iuuentute.νεάζω, & νεανίζω, eſt iuuenor, aut iuuenesco, iuuenis ſum: νέος & νεάω,innouo terram,vel nouale facio:& νεαλὴς,nouus in omni officio,ac νέος iuuenis: & quia noui & iuuenes vt plurimum ſuperbiunt,ob id Græci dixerunt νεανίεσθαι ſuperbiam, & interdum audacem hominem,vt ſuperbi ſunt,vt eſt in commentariis linguę Græcę Budęi legere:qui tamen hic legit,pro νέαιρ, νέατος:alij etiam νέαρα,alij νεαγὴν,in Pand. Floren. eſt νέαιρ.ſed vtcunque ſit,dum tamen non mutetur ſenſus,mihi perinde eſt: vos qui Græcas calletis literas, diiudicate magis ſenſui accommodum verbum:Græci νέον nouale appellāt: alij νεαλὸν legunt,ſed non videtur conuenire.νεαλὴς enim dicitur nuper acutus:& hic ſenſus non quadrat.

Noualis de iure canonico quid ſit,& iure ciuili.

¶ Noualis terra de iure canonico eſt illa,quę de nouo ad cultū redacta eſt, de qua non extat memoria,quod aliquando culta fuiſſet.tex.in cap.quid per nouale. de verbo.ſignifi. de iure vero ciuili eſt terra pręſciſſa,quę anno ceſſat,vt hic. Et ſic iurium interpretes inter ius pontificium,& ciuile conſtituunt differentiam. ſic Budę.& alij,dicentes duobus modis dici nouale,ſcilicet vt ſit terra quæ de nouo culturæ tradita ſit, & quæ alternis ſeritur annis. Tamen ego intelligo nullam eſſe inter hæc iura quoad huius vocabuli ſignificationē,vel modicam differentiam,ſi rectè intelligatur tex.ſic videlicet:Noualis ſiue nouale dicitur terra de nouo ad cultum redacta, quæ anno ceſſat: nempe ex illo verbo præſciſſa patet Iuriſcon.velle dicere,nouale eſſe terram præſciſſam, id eſt ante ſciſſam, quam in ea mandentur ſemina,ſed anno ceſſat,poſtquam præſciſſa eſt, & antequam primò culta ſit, vt terantur grandiores glebæ.& ita canoniſtę in cap.primo aiunt:nouale eſt ager nunc primum præſciſſus. idem in cap.quid per nouale. illo titul. Budæ.tamen pro præſciſſa legit proſciſſa,& idem Alciat.quod in idem incidit.Nam terra proſciſſa dicitur, quæ primū aratrum experta eſt, grandioribus glebis relictis. Vergil.libro 1.Georgic. *Et qui proſciſſo, quæ ſuſcitat æquore terga.* Varro de re ruſtica libr.1. cap.29. ſic ait : Terram cum primum arant, proſcindere appellant:cum iterum,offringere dicunt:quòd prima aratione glebę grandes ſolent excitari,cum iteratur,offringere vocāt.facit l.vſus fructus legatus. §.deniq;.de vſufructu.ibi,nam qui agrum non proſcindit, qui vites nō ſubſerit,&c. & vtrunque verbum ſiue præſciſſa,ſiue proſciſſa conuenire huic tex.poteſt, quicquid aliqui dicant. Itaque nualis terra dicitur, quæ de nouo redacta eſt ad culturam, proſciſſa verò quaſi primum ſciſſa,vel præſciſſa,quaſi præ,id eſt ante ſciſſa,quam ſeratur : ergo canoniſtæ non differunt à Iuriſconſultis.facit textus in l.finali,ibi,aut ex ſylua cædua nouale faciunt. ff. de termino moto.

Proſcindere et præſcindere.

Offringere.

Quare noualis ceſſat anno.

¶ Nec obſtat verbum,quæ anno ceſſat.nam poſtquam de nouo ſciſſa eſt, ſolet ceſſare anno ad glebas grandiores aptandas,& comminuendas, alioqui nihil fere emolumēti afferret,ſi quis illic ſereret ſtatim atque proſciſſa eſt, propter tot & magnas glebas, quæ mouentur,dum primum ſcinditur.Ideoque Iuriſconſultus ait: Noualis eſt terra præſciſſa, id eſt ante ſciſſa,quæ præſciſſa anno ceſſat,antequam ſeratur:vt vult Varro lib.de re ruſtic.ca. 27.Terram rudem,inquit,proſcindere oportet: quæ ſunt ex ea enata, priuſquam ex his quid ſeminis cadat,vt ſint exradicata.

Neceſſariæ impenſæ in nouali faciendo.

¶ Et ſic terra præſciſſa,quæ anno ceſſat,dicitur noualis,tam de iure ciuili quam iure canonico,etiam inſpecta vocabuli deductione : nam noualis à nouo deducitur. Sic ager, qui alternis annis ſereretur,non poſſet dici à nouo,quia non eſt nouus : nec poteſt dici à nouando,quia nihil innouatur in eo, ſed ſeritur vt erat cōſuetum. Et ita intelligerē hunc tex.quod ſuadet l.vtiles.ff.de petit.hered.vbi vtiles impenſæ ſunt & neceſſariæ, quæ fiunt reficiendorum ædificiorum gratia,aut in nouale.nam ſi intelligeremus de terra,quæ alternis colitur annis, non diceretur neceſſaria impenſa.text.ibi æquiparat refectionem,& nouale facere.Alias non diceretur noualis.nam noualis eſt nouum quoddam,quod non eſſet,imo omnes ſic fere agri eſſent nouales.Et propter iſtam dubitationem apud Iuriſconſultos Papa declarauit,nouale eſſe,quod primum ad culturam redactum eſt,nec eſſet primum proſciſſum vel præſciſſum:quod tamen vult iſte text. Et quando dubium eſt de iure ciuili,& certum eſt de iure canonico,tunc ſtari debet declarationi iuris pontificij,ca. Raynutius.& cap.Raynaldus.vbi docto.de teſta. Reiectis aliorum ſententiis iſta videtur applaudere verbis text.ob id menti affigenda.Etiam deciſiones iuris de nouali loquentes non poſſent conuenire agro alternis annis culto,vt inferius explicabitur plenius.

¶ Et quāuis poſtquā eſt proſciſſa,ceſſare anno agricola non procuret,tamē non minus dicetur noualis,quia primum præſciſſa eſt. Et hæc verba quæ anno ceſſat, remouit Papa: ſed Iuriſcōſultus reſpexit ruſticorum vtilitatē,vt ceſſare anno illam terram proſciſſam faciant.Ita enim erant ſoliti facere boni agricolę veteres Romani,vt ex his quæ ex Varrone diximus ſupra patet.Et licet ruſtici intra annum poſsint ſerere comminutis glebis, tamen non ſine magno negotio,nec ita vtiliter fiet,ſicut poſt annum:non nego tamen quin Plinius lib.18.c.19,& alij quidam rhetores nouale dixerint, quod alternis ſeritur annis, & ſic duobus

duobus modis accipi apud eos poteſt,ſed non hic.

Laicus cui decimæ conceſſæ ſunt,ex noualibus non recipit.

¶ Ex his infertur,quod laicus,cui fuerint conceſſæ decimæ ante concilium Lateranen ſe,de quo per Panor.in cap.cum apoſtolica.de his quæ fiunt à prælat.non poteſt percipere eas ex noualibus,cap.tua.§.fin.de deci.ſecus ſi fuerint conceſſæ viris eccleſiaſticis,quia tunc & nouales recipient.nam vbi maius conceditur, & minus conceſſum videtur,cap. ex parte.3.de decimis.cap.2.illo titul.in 6. quod an ſit verum ſcripſi abũde in tract.de dec. q.14.vbi dedi nouum intellectum ad illa iura hactenus forſitan perperam elucidata, & ſuſtinui contrariam ſententiam.

Requiſita antequam dicatur nouale quo ad ius pontificium.

¶ Secundò notanda ſunt requiſita,antequam dicatur nouale quo ad text.in cap. quid per nouale.eo.tit.ſecundum Panor.ibidem.Primò quod terra de nouo ad culturam redacta ſit,vt ibi,& hic præſciſſa,vel proſciſſa.hoc etiam probatur.

¶ Tertiò quod à memoria hominum culta non fuerit,nempe licet appareant ſulci quidam,& ſic aliquando cultam fuiſſe terram,tamen ſi non fuerint facti memoria hominum, nec homines poſſunt de his ſulcis deponere,quando facti fuerunt, dicetur noualis, cap.1. eo.titu.in 6.vbi Helias Reinier.Etiam quia inter tranſeundum ducendo aratrum potuit agricola illum ſulcum facere,tamen hoc non probat fundum cultum fuiſſe memoria hominum,vt debet eſſe,& hoc addit ius canonicum ius ciuile declarando.

Pars culta an faciat totũ nouale.

¶ Quartò requiritur,quod ille locus fuiſſet antea deſertus,& incultus:& deſertum intelligimus,qui non habitatus penitus,neque cultus fuerit:vel vltra memoriam hominũ ſub poteſtate detentus,c.1.eo.tit.in 6.Iſta tria ſub hoc nomine noualis ſeu nouale continẽtur. Si tamen pars agri fuerit nouiter culta,dicetur totus ager noualis,quia pars culta trahit ad ſe incultam.ſingulæ enim glebæ colendæ non ſunt,l.poſſideri. ff.de acq.poſſeſs. hoc ſcribunt Ancha.& Cardina.in cap.1.eo,titu.in 6,quod non approbo. Nam quod in toto ſtatuitur,idem in parte ſtatui debet,l.quę de tota.ff.de rei vindicatio.Et inculta pars eſt ęque principalis,ſicut culta,ob id non venit cultæ partis appellatione.Et quamuis ſingulæ glebæ non ſint colendæ, ſingulæ tamen fundi partes colendæ ſunt, ſi velimus terram habere cultam,dicto cap.1.eo.titu.in 6.Et iſta pars nunc primum proſciſſa eſt,ergo dicitur noualis,ſi alias non fuerat culta:alioquin ſequeretur, quod ſi quis haberet centum iugera, vel arpenta terræ,& vnum proſcinderet,quod deberet ſoluere decimam omnium centum arpentorum,poſtquam pars eſt proſciſſa, quod nõ videtur verum. Ideo noualis dicitur illa terra & pars,quæ ad culturam de nouo redacta eſt. Videte tamen quæ dico in tracta.de decimis in quæſtio.an ſublatis decimis noualia debeantur.q.14.

Pratũ in culturam redactũ an ſit nouale.

¶ Quintò requiritur,quod eccleſia parochialis nullum,vel modicũ ex tali terra prius fructum perciperet.Panor.in dicto cap.quid per nouale.quod eſt verum quo ad priuilegium datum alicui non ſoluendi decimas de noualibus.tunc enim intelligeretur de eo loco,de quo eccleſia nullum ex decima percipiebat fructum.Ideo ſi pratum in culturam redigatur,nõ dicetur nouale quo ad hoc,vt is, qui non tenetur ſoluere decimas noualium, non teneatur de his ſoluere:imò eccleſia parochialis ex hoc prato habebit decimas, & priuilegium debet intelligi de modico præiudicio,cap.quamuis.de reſcript.in 6.Cardina.in clem.1.q.6.de decimis.Licet verè dicatur nouale quo ad alia.Specu.in titul.de probatio.§. penult.verſ.quid ſi pars agri.

Probari noua le quomodo poſſit, & cui incumbat.

¶ Sextò qui nouale dicit,probare hoc habet:nempe dicenti incumbit onus probandi, l.ei qui.ff.de proba.Niſi fuiſſet in poſſeſsione.Cardi.in dicto ca.quid per nouale.col.2.eo Et in probando nouale teſtes debent dicere, ſe vidiſſe coli à tali tempore anni, vel alio, & quod antea erant loca inculta,lupis & feris tranſeuntibus patentia, & viderunt ibi nemora,aut paludes,& arbitrantur nullum viuentium vidiſſe, aut audiſſe, quod aliquando illa culta fuerint,& nunquam audierunt vel viderunt aliquos,qui dicerent ſe vidiſſe illa loca coli:& iſta eſt communis opinio talium habitantium, quod non fuit culta à memoria hominum,per l.ſi arbiter.ff.de probatio.Specula.hoc firmat in dicto titul.de proba.§.penult. verſic. vltimò quæritur.gloſſ.& doctor.in cap.1.de præſcript.in 6. Teſtes autem nouale eſſe denegantes,debent dicere contrarium,quod ſunt qui viderunt coli,& audierunt patres eorum,qui dixerunt ſe vidiſſe culta eſſe,& tunc eſt in arbitrio iudicis æſtimare quales teſtes præferat,iuxta cap.in noſtra.de teſtib.Hoc firmat Card.in dicto cap. quid per nouale.Videte tamen quæ ſcripſi de teſtibus præferendis in tracta.de reprobatio.teſt.& in tit. de annatis.in glo.poſſeſsionem.in concorda.

Qui præſcripſit decimas, non habebit ex noualibus.

¶ Septimò nouale ſemel dicitur ſemper nouale,quo ad priuilegium percipiendi decimas ex noualibus,quia priuilegia perpetua eſſe debent,cap.fina.de priuileg.Tamen is qui decimas præſcripſit, non cenſetur ex noualibus præſcripſiſſe, quia tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum,l.1.§.Iulianus.de itinere actúque priuato.ff.vbi Bar.& doct. & in cap. 1.de præſcript.in 6.Ideo curatus poteſt decimas noualium vſque ad quadraginta annos petere,poſtea non,ſi clerici illas id temporis poſſederint cum titulo, quia eas etiam nouales per iſtud tempus quadraginta annorum præſcribere potuerunt cum titulo. dicto cap.1.de præſcriptio.

præſcriptio.in ſexto:ſine titulo autem requiritur tempus immemoriale, in cap.primo, de præſcriptio.in ſexto.ſi autem à laicis fuerint poſſeſſæ per iſtud tempus, & aliud maius, etiam per centum annos,non poterit laicus præſcribere,quia poſsidere ſpiritualia non poteſt,capitul.cauſam quæ.de præſcriptionib.Et iſta ſunt notanda,quæ abundantius ſcripſi in tractatu de decimis:vbi alia videre licet,maximè q.14.

Nouum vel antiquum qu ot modis in iu re dicatur.

¶ Animaduertendum eſt quod nouum vel antiquum multis modis in iure dicitur:primò nouum vocatur,quod fieri incepit,& nunquam fuit, capitul.Nouatianus. & capitul. non autem.ſeptima,quæſtione prima,l.opus nouum.ff.de operib.public.& l.fin. ibidem, & lege ſecunda,de variis & extraordina.cognitio.ibi,de vſu aquæ & de riuis nouis.

¶ Nouum quod nuſquam relatum eſt, nec vſquam receptum, l. quæret aliquis. infra eo.l.1.in fin.ff.de ſenato.cap.auaritiæ.de electio. in ſexto.ca.Achatius.24.q.1. vnde verſus,

Res noua,Mæonio nunquam priùs eruta cornu,
Prodiit in noſtras, res inaperta manus.

¶ Nouum de nouo ortum,factum,ſeu promulgatum,l.in rebus nouis conſtituẽdis cui dens vtilitas eſſe debet.ff.de conſtit.Princ. Et ſi obligatio lege noua introducta ſit, l. vna. de condictio.ex lege, l. quotiens duplici.de regulis iuris.ff.l.nam & Seruius. §. ſi viuo. de nego.geſt.l.2.§.ſed quia diuina.de veteri iure enucle.C.ibi, natura nouas deproperat edere formas.Et hæc noua quadam pulchritudine decorata eſſe dicit text.in §.in ſecundo.in proœmio Digeſtor.cap.1.verſ.prouiſo.vbi Archidia.de elect. in 6.ſic accipitur Digeſtum nouum.docto.in præludiis ad illud,& vltimo confectum fuit. Item vitia priorũ cenſuum editis nouis profeſsionibus euaneſcũt,l.2.ff.de cẽſib.id eſt de recenti impoſitis.facit l. proponebatur,ibi,vt nulla tabula eadem permaneret,quæ non noua fuiſſet.ff.de iud.id eſt de recenti appoſita.ſic capitur in cap.2.de decimis,quia in lege veteri Leuitæ à Leuitis decimas non recipiebant.Ergo hoc eſt nouum genus,quamuis Panormitanus dicat nouum pro extraneo:dedi nouum intellectum in tracta.meo de decimis,quæſtione quinta.ibi videre poteſtis.

Digeſtũ nouũ cur ſic dicatur.

Noua conſtitutio, priuilegiũ. Noua eccleſia, prouiſio. Noua villa. Nouus cõtractus. Noua vindemia.

¶ Noua conſtitutio nouiter promulgata,in cap.2.de conſtitut.& in authen.vt facta no. conſtit.collat.5.nouum priuilegium, l.qui autem.ff.ſi quis cautio. Inde noua eccleſia, de recenti conſtructa,cap.ad audientiam.1.de eccleſ.ædific.clem.vlti.de reſcript.noua prouiſio ſic dicitur,vt declaro in praxi benefic. in nouæ prouiſionis bulla. Noua villa ſic dicitur,in l.diuortio.§.impendia.ff.ſolut.matr. Nouus contractus de nouo factus, l.minor annis.ff.de minorib.ibi, quia paratam ex iudicati cauſa perſecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis redegerat. Noua vindemia,l.2.ff.de periculo & commodo rei venditæ,id eſt de recenti acquiſita.ibi,hoc ita verum eſt,ſi is eſt venditor, cui ſine noua vindemia non ſunt iſta vaſa neceſſaria.

Noua cloaca. Noua emptio. Noua cauſa.

¶ Noua cloaca idem,in l.final.ff. de cloac.ibi,nouam verò facere is demum concedere debet,cui publicarum viarum cura ſit. Noua emptio,l.pacta conuenta.in fin.ff.de contrah.emptio. Noua cauſa, l.ſi poſt datum.ff.de procuratorib.ibi, ſi poſt datum procuratorem capitales inimicitiæ interceſſerint,non cogendum accipere iudicium, nec ſtipulationem ob rem defenſam non committi,quoniam noua cauſa ſit.Noua cauſa ibi dicitur, quæ de recenti intenditur,nec tangit primam,l.de eo.§.1.ad exhibend.ibi, nouam cauſam interuenire,ſi is qui vindicandi gratia egiſſet,poſt acceptum iudicium eam ab aliquo accepit:& ideo exceptionem ei non officere. Noua regio,quæ nunc primum eſt acquiſita, alluuione,vel alio modo,l.ex mille.§.penult.ff.de euictio. Noua & inopinata cauſa, l.3. ff.de condictione indebi.vbi declarat nouam cauſam & inopinatam, veluti nato poſthumo,quem heres in vtero fuiſſe ignorabat,vel natum.l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& poſthumis. Nouæ obligationes,l.ab emptore.in fin.ff.de pact.ibi,vt nouæ quædam obligationes conſtituantur:& dicuntur quæ extra contractum principalem fiunt. l. vſura. infra eodem. Nouos fines dicit Iuriſconſultus in l.penult.ff.finium regundo.ibi, ſed demonſtratio confinium nouos fines inter fundos conſtituere debet, id eſt terminare, decernere fundos de recenti diuiſos. Nouum pactum,l.ſi vnus.§.pactus.ibi,non enim ex nouo pacto prior obligatio reſuſcitatur,ſed proficiet pactum ad nouum contractum. ff. de pactis. nunc primum factum vocat nouum, vt ibi doctor.aſſerunt,& vltimò factum. Nouum tectorium,l.vſufructuarius nouum tectorium.ff.de vſufructu.ibi,aliúdque eſt tueri, quod accepiſſet,aliud nouum facere. Nouum iudicium de nouo inchoandum,vel inchoatũ, l.Ateius.in fine.ff.de aqua pluuia.ibi,de eo opere,quod poſt litem conteſtatam factum eſt, nouo iudicio agendum eſt. Nouus conſenſus,de nouo præſtitus, l.item quæritur.ff.loca.§.qui impleto.ibi,huius enim nouus conſenſus erit neceſſarius. Nouum riuum non poteſt vſufructuarius imponere,lege, vſufructuarius nouum.ff.de vſufructu. Et qui immittere vult noua tigna,poſſum eum prohibere,licet antea paſſus ſim: id eſt nondum impoſita,quæ nondum habuerat,lege,ſi cum meus nouum. ff. ſi ſeruitus vindice.ibi,ſi cum meus proprius eſſet paries, paſſus ſim te immittere tigna,quæ antea habueras,ſi noua ve-

Noua cloaca. Noua emptio. Noua cauſa. Noua regio. Nouæ obligationes. Noui fines. Nouum pactũ. Nouum tectorium. Nouum iudicium. Nouus conſenſus. Nouus riuus. Noua tigna.

Noua ratio.

lis immittere,prohiberi à me potes,imo etiam agere tecum potero,vt ea quæ noua immiseris tollas. Noua ratio,nondum assignata,sed nunc primum data, lege quarta. §. sed & quod meretrici.ibi,sed noua ratione.ff.de condictio.ob turpem causam. Quam arrogantes & glorioſi in ore habent,licet noua non ſit aliis,ſed ipſis ſic,qui pauca viderunt. Noua voluntate,l.ſed & cum aliquis.ibi,ſi noua voluntate quoque aggredi cœperit.ff. de negot.geſt. Noua facti capita articuloſe edere,articulare noua facta vocat Budæ.in forenſ.

Noua voluntate.

Noua facti capita articuloſe edere.

¶ Præterea dicitur nouũ,quod fuit,ſed eſſe deſiit, & poſtea renouatur, vt ſacrum chriſma ſingulis annis renouatur:& dicitur nouum chriſma, & vetus crematur, capitulo, literis. de conſecratio. diſtinctio.3.l.1.§.opus.ff.de noui operis nuntiatio.ibi,opus nouum facere videtur,qui aut ædificando,aut detrahendo aliquid, priſtinam faciem operis mutat.

Nouum, quod renouatur quotannis.

¶ Nouum,quando non habet annum.Inde nouæ nuptiæ,intra annum, cap. de gradibus.35.quæſtione octaua.ſic noua mancipia vocantur,& vetera,poſt annum, l.fin.§.quotiens.ff.de publicanis,ibi,Sunt autem veterana,quę anno continuo in vrbe ſeruierunt:noua autem intelliguntur,quæ anno nondum ſeruierint,l.præcipiunt.de ædil.edict.

Nouum opus.

Nouum, quod annum non habet.

Nouitia mancipia.

¶ Noua poſſeſsio,quæ non exceſsit annum, l. 1. & per totum.ff. vti poſsider. ſcripſi in tracta.de materia poſſeſſo.artic.1.in 3.tomo commenta.ad conſtitutio.Reg. Nouitij,intra annum probationis,cap.1.de regula.in ſexto.& clem.eos.illo titu.& paſsim in iure canonico,in religioſorum materia.

Noua poſſeſsio.

Nouitij.

¶ Sic appellatur vinum nouum, poſt annum,vetus, l. cum quid. ff. ſi certum petat.l. vetus. de tritico, vino & oleo legat. Etiam frumentum ſic dicitur in l.1. de conditis in publ.horreis,libro decimo C.quia ſingulis annis renouari frumenta ſolent, vt ibi, maxime in caſtris & aliis locis cuſtodiæ addictis. Et factum nouum,vnius anni,l.ſi arbiter.ff. de probat.vel quod de recenti proponitur, & ſic in praxi facta noua vocant dicanici.

Nouum vinũ.

Nouũ frumentum.

¶ Nouum feudum nominatur,quod primo acquiſitum eſt, & in perſona inueſtiti initium habuit:ſi verò à ſucceſſore progenitorum peruenit, antiquum dicitur, cap.vno. qui teſtes ſint neceſſar.ad no.inueſtit.faciend.plene ſcripſi in arbore feudorum, in 4. diuiſio, vnde ſi prælatus iurauerit non alienare feudum nouũ, tamen de nouo retentum alienare non prohibetur,c.2.de feud.gloſ.in cap.præceptis.13.diſtinctio.Barba.conſi.17. clementiſſimum.col.7.in 4.volum.

Nouum feudũ, antiquum.

¶ Noua inſtrumenta dicuntur,nunc primum reperta,l.admonendi.ibi, ſi quis ſe noua inſtrumenta inueniſſe dicat.ff.de iureiuran.l.Imperatores Verus & Antoninus reſcripſerunt,quanquam ſub obtentu nouorum inſtrumentorum reſtitui negotia minime oporteat,tamen in negotio publico ex cauſa permittere ſe huiuſmodi inſtrumentis vti.ff.de re iudica.Et ſub prætextu nouorum inſtrumentorum lites non debent inſtaurari, cap.inter monaſterium.de re iudic.Etiam poſſumus vocare noua inſtrumenta, quæ nunc facta fuerunt, vt ibi dicitur,licet non quo ad illa iura:ſic nouas defenſiones,nunc allegatas,in l.penule.& ſeq.C.ſi ſæpius in integr.reſtitu.poſtule.

Noua inſtrumenta.

Nouæ defenſiones.

¶ Noua inſolita dicuntur,l.ſi negotia.ibi,veluti ſi nouum negotium,quod non ſit ſolitus.ff. de negotiis geſt.l.fiſtulas.§.final.vbi Bald.ff.de contrahenda emptione.Socin.conſilio 100.ſuper controuerſia.columna penultima,in tertio volumi. Vnde ſi Princeps commiſerit alicui,vt cognoſcat de nouis rebus,intelligetur de inſolitis.Barba.& docto.in cap. 2.de conſtitu.Ego tamen arbitrarer intelligi de rebus nouis,id eſt de nouo ortis : alibi tamen plenius diſcutiam.

Noua pro inſolitis.

¶ Nouum dicitur interdum,cuius extat memoria hominũ, antiquum poſt hominum memoriam,l.1.§.final.& l.in ſumma.§.1.ff.de aqua pluuia arcenda.inde vectigalia noua dicuntur,in rubric.C.vectigal.noua inſtitui non poſſe.capitul.ſuper,in fin.eodem titulo, & cap.generali.de electio.in 6.vbi glo.& ſic conſuluit Franciſqui. conſilio 9. ſacratiſsime. & qui nouum vectigal inſtituerit, pœna legis Iuliæ de ambitu tenetur,l.vnic. §. item is.ff.de ambitu,& eſt excommunicatus,vt patet in bulla cœnæ domini, articul.2. vbi ſcripſi quomodo intelligatur.ego dicerem nouum,nunc primum impoſitũ, verum durare nouum ſic quo ad exactionem,vt eius exactio prohibita ſit,ſi ante hominum memoriam impoſitum fuerit vectigal;d.cap.ſuper.

Nouum, cuius extat memoria.

Nouum vectigal.

¶ Nouum ius dicitur, quod non eſt in iure ſcriptum , nec conſuetudine roboratum, ſed de nouo à iudice factum,gloſſa ſingul.in l.1.in verbo noui iuris. ff. quod quiſque iuris.quam ibi approbant doct.& Barba.in cap.ſecundo,columna ſexta,numero 26. de conſtitut. Vel de nouo conſtitutum,vt ius authenticorum,ius nouum dicitur:quia poſt codicem & digeſtum factum.authentic.nouo iure.de rela.C.& de pœna iudic.qui male iudic. & in aliis multis tit.& in authentico,vt fact.nouę conſtitu. vnde nouellæ,de quibus mox dicemus.

Nouum ius.

¶ Nouus homo dicitur,in l.ſi ſeruus.in fin.ff.de adimen.legat.is qui ex libero factus eſt ſeruus:licet noui homines dicantur,qui perſe clari eſſe incipiunt, nullos maiores præ ſe inſignes habentes,vt eſt apud Ciceronem.

Nouus homo.

¶ Nouum

¶ Nouum non dicitur,quod eſt frequens,vel vſitatum, l. non eſt nouum.cum l.ſeq.ff. de legibus.capitul.nec eſt nouum.8.quæſtione prima.lege, rem non nouam. C. de iudic. Nouum pro inaudito dicitur,in l.1.in princip. ff. de inſpiciendo ventre . ibi, nouam rem deſideras,id eſt inauditam ac inſolitam.lege, in ambiguis. prima. §. non eſt nouum. ff. de regulis iuris.

Non nouũ pro vſitato.

Nouũ pro inaudito.

¶ Nouę vſuræ,poſt contractum acquiſitę,& debitę,l.emptor.in prin.ibi, nam eos vſuris nouis duntaxat compenſari.ff.de rei vindicatio.& nouum ęs alienum poſt ſtipulationem contractum,l.ſi quis quenquam.ff.ſi quis cautio.

Nouæ vſuræ, æs alienum.

¶ Nouus poſſeſſor,l.ſi cui.1.ff.quibus modis pig.ſoluit.§.ſi debitor forte conceſſa venditione rem deſierit poſsidere,& nouus poſſeſſor vendiderit, id eſt de recenti factus, *nouueau* dicimus. Noua poſſeſsio dicitur illa, quę eſt poſt ſententiam acquiſita,in l. ſed etſi poſtea in poteſtate eius habere cœperit ſeruum,tenetur ex noua poſſeſsione. ff. de noxal. actio.& de nouo acquiſita,ante annum,vt dictum fuit ſuperius.

Nouus poſſeſſor.

Noua poſſeſsio.

¶ Nouus dominus eſt is, qui ex doloſa alienatione rei iam obligatæ effectus eſt dominus,vt ſerui noxalis,l.de illo.cum lege ſequen.idem.ff.de noxa.actio. vel nouus dominus de recenti factus,l.penult.in fin.ibid.l.& ancillarum.§. ſi ſeruus.de pecul. Noua charta, in qua nihil vnquam ſcriptum fuit,l.chartę appellatio etiam ad nouam chartam refertur. de bonorum poſſeſsio.ſecundum tabul.ff.

Nouus dominus.

Noua charta.

¶ Vltimò dicitur nouum vel antiquum ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum intentionem proferentis,dicta lege,rem non nouam. C.de iudic. l. apud antiquos. C. de furtis.Sic conſuluit Bald.conſil,370.verba reſcripti.in tertio volumin. Multa in hanc rem ſcribit Ludo.Roma.in repetit.l.ſi vero.§.de viro.in 50.fallent.col.46.ſolut.matr.& doctor. in prælud.ad Digeſt. nouum. Iſta tamen ibi non inuenietis deſcripta. Ipſi enim doctores allegant:nos verò quantum poſſumus iuribus conamur probare ea,quę ſcripſimus, & ſic accipi in illis legibus, quas citauimus , nolentes inficiari in aliis locis forte aliter accipi poſſe.

¶ Nouari pro innouari,in rub.ff.nihil nouari appellatio.interpoſ.

Nouari.

¶ Renouare,rem veterem reparare,ſarcire,*renouuellen.*l.dies cautioni præſtitus ſi finitur, prætoris,vel præſidis officium erit ex cauſa,vel renouare,vel protelare.ff.de damno infecto.Renouatus contractus,in l.1.ff.de reſcind.vend. Interdum tamen Iuriſconſult.dicit iterum renouare,in l.fructuario.ff.ſi vſusfru.peta.

Renouare.

¶ Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem,vel ciuilem vel naturalem tranſfuſio,atque tranſlatio,l.1.ff.de nouat.vnde ſi decem debeam ex vendito,quæ promittam per ſtipulationem Aquilianam,agetur contra me ex ſtipulatu,non ex vẽdito.Aquiliana enim ſtipulatio eſt,quæ ab Aquilio inducta,omnimodo omnes præcedentes obligationes nouat,& perimit.l.Aquiliana.ff.de tranſact.Per nouationem enim à priſtina recedimus obligatione,l.liberto.§.Lucius.ff.de annuis lega.Alia per totum titulum de nouationibus diſcutiuntur.Meum enim non eſt omnem iuris materiam hic pertractare, ſed vocabulorum tantum ſignificationes,vt rub.expoſtulat.Vos boni conſuletis egregij Principes:alioqui in immenſum noſtrum creſceret opus.

Nouatio.

Aquiliana ſtipulatio quæ.

¶ Nouationem penſionis cauere à fundi vectigalis poſſeſſore. Nunc nouum titulum expoſcere docet Budæ. in forenſ. *demander nouueau tiltre.* multa dicit ſine probationibus morte forte præoccupatus,quæ longe videntur petita.

Nouationẽ penſionis cauere.

¶ Item ex nouali venit nouelletum,de quo in l.veluti.ff.de impenſ.in rebus dotal.fact. vbi glo.primò dicit nouelletum eſſe terram nouam facere.Quod non eſt mihi ex ſententia. Ideo dicite nouelletum eſſe vineam ex nouellis vitibus conſitam, & plantatam, vt & adiungit:& ita vtilis impenſa vocatur,quia res vtilior redditur ex plantatione vineæ. Et aliquando dicitur nouellum,in l.vir in fundo.ff.de fundo dota.& hoc nouelletum Galli vocant,*ieune vigne*, Occitani,*plantier*. & vineam nouellam vocauit Cato de re ruſtica, cap.33.

Nouellum, & nouelletum.

¶ Nouellæ.Iuſtinianus poſt ſuam codicis compilationem,ex aliis nouis conſtitutionibus librum,quem nouellarum nominauit,cõſcripſit,qui liber ſæpius à glo.citatur,vt in §. 1.in verbo ſi non ſufficeret.in authen.de reſtitutio.& ea quæ parit in 11.menſe.colla.4. §.in his vero.in authen.de inſtru.cautela & fide.collat.6.in verbo non fiat. cum ſimilibus. Verum quia in illis nouellis conſtitutionibus multa erant, quæ in forenſi iudicio non ſeruabantur,Iuſtinianus alium conſcripſit librum,& ex libro nouellarum elegit conſtitutiones tantum,quas voluit eſſe authenticas:& ob id librum authenticorum nominauit,teſte Cepola in repetitio.authenticæ,ſed nouo iure.col.4.C.de ſeruis fugitiuis. Vel quia eſt magis authenticus, quam liber nouellarum. Alber.in lege vnica, C. de emendatio. Iuſtinia. Codicis. Forte dici poteſt liber authenticorum ,quaſi inter libros iuris ciuilis authenticus,& approbatus, vt alibi dixi de authentico in §.1. in verbo *authentique*. tractat.de literis obliga.in primo tomo commenta.in conſti.Reg. Gallicas. Et multos nouellarum libros

Vnde nouellæ conſtit. dicantur.

Cur vocetur liber authenticorum.

fuisse editos, tradit Harmenopul. Græcus author in epito. iuris ciuilis. in princ. nos vnum tantum habemus librũ, quem alio nomine volumen appellamus. Ex his constat librum nouellarum differre à libro authenticorum, & hunc approbatum, illum verò improbatum à Iustiniano: vnde nec nos tenet, quamuis quidam potius illum allegent, quam librum authenticorum.

¶ *Cessat anno*, id est non colitur vno anno: & cessare dicitur homo, quando ab opere abstinet. quod superius dicit vacauerint rustici, hic dicit cessat.

Cessat querela. ¶ Cessat querela, id ex excluditur, non datur, l. Papin. §. Papinianus iuncto §. quoniam autem. ff. de inofficioso testamento, vbi in vno loco dicitur cessare querelam, in alio excludi. l. 3. §. verum. & l. verum. §. Iulia. ibi, cessare in integrum restitutionem. de minor. l. auxilium. §. 1. ibidem.

Cessat edictũ. ¶ Cessabit edictũ, id est locus non erit edicto, l. 1. in fin. iuncta l. 3. §. si filius meus. ff. quod quisque iuris. quod in vno loco scribitur cessare, in altero exponitur non habet locum. & in l. 1. in fin. iuncta l. 3. & seq. ff. ad Macedo. facit l. ergo. circa finem. §. plane. ff. de fideicomm. liberta. quamuis glo. ibi exponat, non valet, tamen si tex. videatur, expositio superior conuenire illi melius iudicabitur. Cessabit edicti pœna, idem, in l. 3. §. ne quis eum qui in ius vocat. est, vi exi. ff. Cessat obligatio, si adhuc durat & competere potest: extincta dicitur, cum cõpetere non potest, vtpote quia mortua. probat l. qui res. §. aream. ibi, vt videatur magis cessare obligatio quam extincta esse. ff. de solutio. l. inter. §. sacram. de verbo. obliga.

Cessabit edicti pœna.

Cessare obligationem.

Cessat crimen. Cessat crimen, id est non est delictum, l. si quis in pignore. in fin. ff. de pigno. actio. ibi, dicit debebit cessare non solum stellionatus crimen, sed etiam pignoratitiam.

Cessare pro in mora esse. ¶ Cessare, in mora esse, tardari, remorari, l. diuortio. versicul. sed hic quidam modus. ibi, præterire denique aliquid temporis debebit, quo cessasse videatur. ff. de negot. gest. l. Lucius. in fin. ibi, reus cessauerit. mand.

Cessat actio. ¶ Cessare actio etiam dicitur, pro eo quod est non competere, non dari, l. 1. §. penult. iuncta l. hæc actio. & l. seq. & l. si quis. ff. de calumniato. Alibi dicitur denegatur actio, l. 1. §. 1. ad Macedo. l. 1. de in rem verso, l. & ideo. ibidem. l. si procuratorem. ff. mandati.

Cessat repetitio. ¶ Cessat repetitio, idem, in l. 1. ff. de condictio. causa data. l. 4. ibidem. l. 1. cum multis legibus illius tituli. ff. de condictio. indebiti.

Duæ species cessationis. ¶ Vnde dicit Bald. in consilio 172. duplex. in 4. volum. quod duplex est cessationis species: vna cum culpa, vt quando quis cessat vel soluere, vel facere, quod debet, de qua in l. mora. ff. de vsuris. & in l. quod te. si certum petatur. Altera sine culpa, vt quando quis cessat propter iustum impedimentum, vt in l. 2. ff. si quis cautio. de quo iusto impedimento scripsi in §. 1. de collatio. in concord. Alia est propter rerum naturam cessatio, vt quia natura non producit, quod producere solebat, vt si promisero decem modios vini ex tali vinea, quæ nihil produxit, dare nihil teneor, l. interdum. ff. de verbo. oblig.

Regula in materia moræ. ¶ Ex his notanda est regula: in materia pœnali non dicitur cessatum, nisi ob culpam cessatum fuerit ab eo, qui cessare voluit. probat lex, is cui. §. cessatum. ff. vt in possessione legat. vbi sic dicitur, cessatum, non accipimus, si pupillus tutorem non habeat, nec curatorem furiosus, vel adolescens. Nam frustratio non debet huiusmodi personis nocere, quæ sint indefensæ. facit l. 1. §. si cum duobus. ff. de colla. bono.

¶ Et cessationem à diuinis tractat textus in capitul. si canonici. & capit. quamuis. de officio ordin. in sexto. scripsi quomodo intelligatur in titul. de interdictis non leuiter ponendis. in concorda.

¶ Cessante causa cessat effectus, lege, quod dictum. ff. de pact. l. adigere. de iure patronatus. capitulo, cum cessante. de appellation. de quo plene scripsit dominus Andreas Tiraquel. in suo tracta. cessante causa. & hic calamus cessabit quoad §. noualis.

§. Integra autem est, in quam nondum dominus pascendi causa pecus immisit.

¶ Dominus vẽdidit integros prati fructus, vel syluæ, non dicitur integra sylua, vel prati fructus, si venditor animalia immiserit in eam, pascendi gratia, & animalia ibi pauerint: quod feciſſe præsumitur, si immissio probetur. Ergo dicitur sylua integra, si pecus non immisit.

Integrũ apud Iurisconsultos variis modis sumi. ¶ Animaduertendum est quod variis modis Iurisconsulti accipiunt hoc verbum integrum. Primò dicitur, quod sine diminutione ex omnibus suis partibus constat: & ita accipitur in l. locus. infra eod. ibi, integram rem suam habeant. & l. fina. de requirendis reis. & capitulo, non est. cum capitulo sequenti. & capitulo, commissum. de decimis. capitulo, dilecto. de præbendis. capitulo, cum inter. de verborum significatione. & sic in sequent. accipitur.

¶ Integrum

Integrum ius. ¶ Integrum ius, l. hęc autem iura. in fi. ff. de seruit. vrba. prędd. Integra actio, l. cum fundus. §. seruum. ff. si certum pet. l. confessionis. in fi. de interrogator. actio. l. eum qui. in principio. de iureiuran. l. in iudicio. familię erciscundę. Integra sic accipitur defensio, l. sępe. ibi, nam alteri integra defensio est. ff. de re iudica. Integri strobili, ex quibus nuclei non sunt amoti, l. carbonum. in fin. infra eod. Integram dotem, id est non diminutam, l. si filia. §. 1. ff. fam. erciſc. Integrę res, id est non diminutę per iactum, sed saluę, l. 4. §. cum autem. ff. ad legem Rhod. de iactu. Integrum onus, pro toto accipit Iurisconsult. in l. natis. 2. ad legem Rhod. ibi, onus integrum pertulit. Et studentes fructus suorum beneficiorum integre etiam in studio existentes recipiunt, capitul. licet. de prębend. Scripsi abundantius in scholastico. priuilegio 31. Et integros fructus ait Iurisconsult. in l. 2. ff. quibus modis vsusfruct. amitta. Priuilegium integrè exhiberi debet, cap. cum personę. de priui legiis. in sexto. Expensas integraliter satisfieri, cap. fin. de offi. deleg. in 6.

Integrę actio.

Integra defensio.

Integri strobili.

Integrã dotẽ.

Integrũ onus.

Integri fructus.

Integraliter.

¶ Secundò integrum dicitur sine Falcidię detractione, l. 1. §. cum dicitur. ibi, vt si heres offerat id integrum, quod relictum est, audiatur. & §. sequenti. ibi, dummodo legata, quę prędenti die sunt, integra soluantur. ff. si cui plusquam per legem Falcidiam. Vnde qui promittit integra soluere legata, vel si testator hoc disponit, tunc Falcidia non detrahitur, lege final. C. ad legem Falcidiam. lege, decem. in fin. vbi gloss. singula. ff. de fideicommissa. liberta. secundum Corsetum in singula. incipiente. integre. & Romanum consilio trigesimo secũdo, & septuagesimo quinto, & septuagesimo nono: & Alexandrum consilio quinto, numero decimo, in tertio volum. & consilio centesimo trigesimo tertio, in quinto vol. & consilio 201. in sexto volumin. & Barba. in capitul. Raynaldus. colum. 144. de testamen. Iason. in lege, is cui. ff. de conditio. indebi. quia non essent integra legata, si Falcidia detraheretur. Et si maritus Tholosanus promiserit integram dotem soluto matrimonio restituere, excludetur à lucro dotis, quod ei ex consuetudine competit, vt asserit Baldus in dicta lege final. C. ad legem Falcidiam. & Francis. Cremens. singulari 24. statuto. plene Deci. in capitulo final. in quinto nota. de confirmatio. vtili. hoc tamen non firmo simpliciter in illo artic. Et qui duobus legatariis integra legata soluerit, aliis quoq; tenetur, §. non autem. in authen. de hered. & Falcid. colla. 1.

Integram dotẽ soluere promittens, lucrum non consequitur.

¶ Tertiò mandatum re integra, morte domini finitur, id est antequam ad aliquos actus peruenerit, vel aliquid fecerit, l. mandatum. C. manda. vbi plene declarant doctores, & in lege, ita demum. C. de procurato. lege, mancipiorum. ibi, si omnia integra sint. ff. de optio. lega. l. diuus. 2. ibi, quasi re integra. ff. de custod. reo. l. in summa. in fine. ibi, vt in re integra. de re iudica. Et negotium integrum, l. iudicia. C. de rei vindicatio. & l. quoties. §. 1. ff. de pecul. vbi glo. exponit.

Mandatum re integra, morte finitur.

¶ Quartò integrum vas præstare venditor tenetur, id est sanum, & non cassatum, nec ruptum, l. tenetur. §. sed si vas mihi vendideris, ita vt affirmares integrum, si id integrum non sit, etiam id, quod eo nomine perdiderim, præstabis mihi, & l. quicquid venditor accessurum dixerit, id integrum ac sanum tradi oportebit: veluti si fundo dolia accessura dixisset, non cassata, sed integra debet dare. ff. de action. empti. dixi in interpretat. l. vnicæ. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. in glo. dupli.

Integrũ vas.

¶ Quintò integra domus dicitur antequam ruat, demoliatúrve, lege, hoc amplius. ff. de damno infecto. ibi, quod enim re integra custoditur, hoc non iniquè etiã post ruinam ædium præstabitur. l. qui bona. §. si quis quia. ibi, Iulianus scribit, is qui vitiosis ædibus cesserit, si integras retinuerit, &c. ibidem.

Integra domus.

¶ Sextò integrum animal est, habens omnia corporis membra integre formata, l. quod dicitur. ibi, quid tamen si non integrum animal editum sit. ff. de liberis & posthumis. vbi Iason declarat.

Integrum animal.

¶ Septimò integra optio salua manet, quando ex omnibus rebus, quæ optari possunt, facta nõ est: ideo noua fieri potest, ac si prima facta non esset. l. scyphi electione data, si omnibus scyphis non exhibitis legatarius elegisset, integram optionem manere placet. ff. de optione lega.

Integra optio.

¶ Octauò integra dicitur mulier, incorrupta, & inuiolata, cap. final. de frigid. & malefic.

Integra mulier.

¶ Nonò integrum, non solutum, nec diuisum, non implicitum, nec mixtum, sed per se, l. rerum mixtura. §. quid ergo. ibi, vtrunque permaneat integrum. ff. de vsucapio.

Integrum pro nudo & simplici.

¶ Decimò integrum est iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur, id est validum, & firmum. cap. extra. 64. distinct.

¶ Vndecimò in integrum restituere est restituere honoribus, & ordini, & omnibus cæteris, l. 1. & fin. C. de senten. pass. facit ad intellectum rubr. quę in fraud. credito. facta sunt, in integrum restituantur. scripsi in tract. de restit. in ord. Reg. in 2. tomo comment.

Restituere in integrum.

¶ Duodecimò minor in integrum restituitur, quando totũ ius suum recuperat, l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. & quando omnia ad bonum & æquum rediguntur. §. primo, ibidem. lege, cum autem. §. hæ actiones. ff. de ædilitio edicto. ibi, emptorem & ven-

ditorem in integrum reſtituere deberc.& l.facta.ibid.ſic dicitur, facta redhibitione omnia in integrum reſtituuntur,perinde ac ſi nec emptio,nec venditio interceſsiſſet, l.diuus.ibi, in integrum cauſam reſtituendam.ff.de re iudica.& non ſolum per ætatem quis meretur reſtitutionem in integrum,ſed propter aliam iuſtam cauſam,l.ait prætor.§.ſi quid in fraudem.ff.quæ in fraudem credito.& per totum titul. ex quibus cauſis maiores in integrum reſtituantur.ff.& C.& de his reſtitutionibus abunde ſcripſi in dicto tracta. meo de reſtitu. & releuamentis ſuper conſtitu.Regiis in 2.tomo commentar.

Integritas mẽtis et corporis. ¶ Decimotertiò,integritas mẽtis,non corporis ſanitas in teſtante requiritur,id eſt quod ſani ſit iudicij,non alienatæ mentis.l.2.ff.de teſta.l.1.de teſtam.militari,ibi,integritudinem animi.Et proprie integritas eſt incolumitas mentis & corporis:vnde integritas præſidentium dicitur ſalus ſubiectorum,cap.miramur.61.diſtinct.

Integris facultatibus. ¶ Decimoquartò,quis dicitur integris facultatibus, id eſt plenis, & non diſſipatis, nec obligatis,l.2.de debitor.ciuita.lib.11.C.ibi,apud eos,quos ſuperſtites integris facultatibus eſſe prouideris,nec in aliquo mutilatis.l.1.de periculo nomina.lib.11.C.

Integra pecunia. ¶ Decimoquintò,creditor pignus vendere poteſt,quando integra, id eſt omnis pecunia non eſt illi perſoluta,l.quandiu.C.de diſtractio.pignor. iuncta l.ſi rem. §.omnis.ff.de pigno.actio.ibi,omnis pecunia ſoluta eſſe debet,antequam pignoratitia competat.Socin. conſi.224.in 2.vol.l.quandiu.C.de diſtractio.pigno.

Integra profeſſio. ¶ Decimoſextò,integra profeſsio,vera,de omnibus rebus quæ venhuntur facta dicitur, in lege tertia,C.de agricolis & cenſitis,libro vndecimo.expoſui in l.eum qui vectigal. ſupra eodem.

Integra fide. ¶ Decimoſeptimò,integra fide,in l.vnica.C.de ſuffrag.id eſt ſyncera & perfecta. Lucas de Penna in lege,hac lege.columna prima,de prox.ſacro.ſcrini.libro duodecimo C.Hinc dicitur quod integræ perſonæ permittitur actio popularis,hoc eſt cui per edictum poſtulare licet,vtpote qui non eſt infamis,l.popularis.ff.de popul.actio.Et integræ frontis homo,l.quæſitum.in fine.ff.de teſtibus,id eſt ſyncerę vitæ & commendatæ,qui frontem omnibus exhibere poteſt nõ labefactatum,nec maculatum. Et is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit.lege finali,ff.ad legem Iuliam maieſta. Integer enim ſtatus eſſe videtur prouocatione interpoſita,l.vna.nihil nouari appellatione interpoſ. Et integræ opinionis, id eſt famæ,l.ſi à bonæ fidei.ff.de rei vindica.vel integræ opinionis,eo quod nunquam fugerat,& omnium voce iudicabatur non fugitiuus.ibidem.

Integræ opinionis, & ſtatus homo.

Ex integro. ¶ Decimooctauò,ex integro,l.ait prætor.§.exitus.ff.de his quæ in fraudem credito.ibi, ſtipulatio,quæ accepta facta fuit,ex integro interponitur:id eſt denuo,ac inſolidum,in totum,ac ſi acceptilatio facta non eſſet,l.diuus.2.ibi,ex integro audiendi.ff. de cuſtodia reo. Et ex integro fundum petere,l.ſi is qui heres.§.fin.ff.de exceptione rei iudicatæ.lege,eum qui.in fin.de vſufruct.l.admonendi.ibi,ex integro cauſam agere.de iureiuran. & l. qui per ſalutem.ibidem.

Integra cauſa. ¶ Decimononò,integram cauſam non ſublatam pacto,ſed ſaluam, & totam remanentem in ſtatu ſuo, incolumem, dicit Iuriſconſultus in lege,ſi inſtituta.in princip.ff.de inofficioſo teſtamento. ibi, ſi inſtituta de inofficioſo teſtamento accuſatione, de lite pacto tranſactum eſt, nec fides ab herede tranſactioni præſtetur, inofficioſi cauſam integram eſſe placuit.

Integro ſtatu donare. ¶ Viceſimò,integro ſtatu donare,eſt rem cum omnibus adiacentibus concedere & dare,l.ſi quando.C.de bonis vacantib.libro decimo. Et omnibus integris exponitur in l. à diuo Pio.§. ſi ſuper.ff.de re iudica.& in l.actione.§. item ſi alicui. pro ſocio. & l. ſi debitor. de contrahen.emptio.l.pacta.ibidem.

Integrum dominium. ¶ Viceſimoprimò,integrum dominium dicit Iuriſconſultus continuũ, non amiſſum, incorruptum,inuiolatum,in l.Pomponius.in princip.ff.de aequirenda poſſeſsio.ibi,cum lapides in Tiberim demerſi eſſent naufragio, & poſt tempus extracti, an dominium in integro fuit per id tempus,quo erant demerſi.ego me dominium retinere puto, poſſeſsionem non puto.

Integri nũmi. ¶ Viceſimoſecundò,integri nummi,non commixti cum aliis,nec conſumpti, l.ſi is cui nummos debitor ſoluit alienos, nummis integris pergat petere, quod ſibi debeatur, nec offerat, quod accepit, exceptione doli mali ſummouebitur.ff.de ſolut.

Petitio integra. ¶ Viceſimotertiò,integra petitio totius rei, vel debiti, non diminuta,tota,ſolida, l.eum qui.in fin.ff.de inoffi.teſta.ibi,& ideo petitionem integram debiti heredi inſtituto aduerſus eum,qui ſuperauit competere.facit l.Lucio.ff.de actio.& obligatio.

Integra præbenda. ¶ Viceſimoquartò, integra præbenda,non diuiſa,nec diminuta,capitul.cui de non ſacerdotali.de præbend.in ſexto.Inde integrare præbendam eſt integram reddere, cap. cum cauſam.& cap.vacante.de præbendis.vel inſtaurare,l.neminem. C. de ſuſcepto.præpoſ. & Archid.lib.10.l.quamuis.ff.de tutel.& ratio.diſtrahen.

Integer riuus. ¶ Viceſimoquintò,integer riuus dicitur, qui refectione non indiget,l.1.§.purgandi verbum plerique putant ad eum riuum pertinere, qui integer eſt. & palam eſt ad eum riuum pertinere,qui refectione non indiget.ff.de riuis.

Integra fama. ¶ Viceſimoſextò, integra fama & dignitas eſt non corrupta, læſa, aut diminuta aliqua nota vel crimine, l. & tantum. §.1.ff. de ſeruo corrupto. ibi, & pauperiorem ſe eſſe factum dominus probare poteſt, dignitate & fama domus integra ei manente. & l. capitalium. §. fin.ff.de pœnis.& l.hæ enim.de ſuſp.tutoribus.

Integrum pro toto & ſolido. ¶ Viceſimoſeptimò,integrum, id eſt totum, ſolidum,plenum.l.procuratoris. §. 1. ff. de tributo.actio.ibi,cum ſi ſeruus ordinarius ignoraſſet deduceretur integrum,quod vicario deberetur. & §. fin.Integra portio, ibidem.l.venditor.3.de hered. vendita.l. Iulia.§. offerri. de actio. empt.Et integrum diem,in l.3.ſupra eo.Integram ſummã,in lege,qui Romæ.ff.de verbo.obliga.Integram pœnam,l.ſi ſeruus §.1.ff.ſi quis cautio.

Integer pro validus. ¶ Vltimò,integer dicitur validus, firmus, vegetus,liber:& aliis capitur modis,vt eſt videre apud Grammaticos.

Redintegrare. ¶ Redintegranda ſunt omnia iura, id eſt reſtituenda & reddenda ſpoliatis epiſcopis, cap. redintegranda. 3. quæſt. 1. De quo remedio redintegrandæ ſcripſi in tracta. de ſentent. executio.art.4.in 1.tomo commentar.in conſtit. Reg.Gallic.

¶ Item poſtquam captus ab hoſtibus rediit, redintegratur conſenſu matrimonium, id eſt inſtauratur, reconciliatur.l.cum duæ.ff.de capti.l. fin.ff.rerum amotarum. ibi, redintegrato rurſus matrimonio ſoluitur iudicium, & prætcrita die precarij non redintegratur precarium.l.ſed & ſi manente.in fin.cum l.ſeq.ff.de preca.iuncta l. cum maritus. §. 1.de pactis dotal. vbi quod dixerat redintegratum, reconciliatum poſtea vocat. Redintegratur obligatio,l.illud.§.ſi.ibi,vt in tua perſona redintegretur obligatio.ff.quod metus cauſa. Et cum his habetis hunc §.integrum.

Nondum. ¶ *Nondum*, refertur ad tempus contractus, vt ſi vendam nunc vineam, & dico nondum fructus aliquos recollectos, debet intelligi vſq; ad tempus venditionis.ideo ſi aliquis ante venditionem iam collegerat fructus, tenetur venditor ratione illius dictionis nondum,l. Iulia.§.ſi fructibus.ff.de actio.empti.& ſic reſpicit tempus ante contractum,non verò poſt. & ideo de eo,quod fit poſtea, non tenetur,facit cap. quod ait.14.diſt. Nondum quaſi non adhuc, *non encores.*

Dominus quid ſit, & vnde dicatur. ¶ *Dominus*. Domini appellatione continetur, qui habet proprietatem, etſi vſusfructus alienus ſit,l.1.§. dominus.de ſenatuſ. Silaniano. Etiam pro parte dominium contineri dicit Iuriſconſult.ibi in §.domini.2. Et à domo deducitur:nam δεσπότης proprium Græci dicunt,& ἀπὸ τῆς δόμου, id eſt à domo deriuant, teſte egregio viro D. Viglio in tit. de her.qual.& differ. Hoc nomen largiſsimè accipi ſcripſi, pluraq; de hoc in proœ.concordato. in verbo dominus.quæ hic non repetam,& in l.recte dicimus.ſupra eod.& in l.litus.1.infra eod.

Reprehenditur gloſ. ¶ *Paſcendi*. Paſcendi verbum elucidatur in §. fina. infra eod. & gloſ. in verbo paſcendi addit,impinguandi, volens dicere illam terram non dici integram, quando dominus immiſit pecus gratia impinguandi illam: ſed hoc eſt falſum, quando aliquid non eſt in illa terra ad paſcendum. nec enim eo minus dicitur integra. Ideo ſi pecus immiſſum ſit gratia impinguandi, ſeu ſtercorandi, non perdidit illa terra nomen integræ. Nempe quod prohibetur in loco ſacro fieri, intelligitur ad deformitatem rei, vel ad incommodum, l.1.ff.ne quid in loco ſacro: non verò prohibetur cauſa ornamenti, vel commodi, vt ibi. Sic dicemus integrum illum fundum, ſi dominus cauſa ſtercorandi illuc pecus immiſerit. Ideo non ſine cauſa text.adiicit,paſcendi gratia.ergo in prædio vel prato erat res ad paſcendum: & quia herba depaſta non poteſt dici terra integra: ſed ſi in fundo non erat frumentum, vel alia res ad depaſcendum, ſed terra nuda, ſi dominus immiſit pecus gratia ſtercorandi, & pinguefaciendi, tunc terra non minus dicetur integra, imo magis: quod eſt notandum. Licet Alciat. dicat Accurſium exponere paſcendi pro impinguandi. Sed in meo libro non exponit,ſed addit,& impinguandi. Alia in §.fin.dicentur.

Gratia pro occaſione. ¶ *Gratia*, id eſt cauſa, occaſione, ſiue ratione, vt ſcripſi in l. rei appellatione. 2. in verbo cauſam.ſupra eod.& alij in text.habent cauſa,alij gratia, ſed in idem recidit.

Gratiam iuriſiurandi facere. ¶ Gratiam iuriſiurandi facere pupillus non poteſt, id eſt iuramentum remittere.l.iuriſiurandi.ff.de iureiurando.

Gratia pro dono dei. & prouiſione. ¶ Gratia pro dono dei quod gratis datur,cap.gratia. vbi Archi.1.quæſt.1.Item gratia delinquenti datur, id eſt indulgentia, venia, *vne grace*,in rubr.ff.ad ſenat. Turpil.Et ſæpius in iure canonico accipitur pro prouiſione apoſtolica, vt in cap.gratia. de reſcriptis. in 6. vbi etiam exponunt pro fauore,& aliis modis.ibi videre,ſi non grauemini,poteritis. Et de hac gratia ſcribam abunde in ordination.Regiis,in rubr.*des graces & pardons & remiſsions*,ſi per ætatem licebat.

Pecoris nomine quid veniat. ¶ *Pecus*. Quid nomine pecoris,ſeu pecudis veniat,docet Iuriſconſult.in l.2.ff.ad legem Aquil.dicens illas quadrupedes venire, quæ pecudum numero ſunt, & gregatim habentur,veluti oues,capræ,boues,equi, muli,aſini.ſed an & ſues pecudum appellatione conti-

ncantur,quæritur.Et rectè Labeoni placet,contineri. Sed canis inter pecudes non eſt,longe magis beſtiæ in eo numero nõ ſunt, veluti vrſi,leones,pantheræ. Et pecudibus legatis ait Modeſtinus boues & cætera iumenta contineri,in l.ſeruis legatis.ff.de lega.3.Et Marcel. inquit,pecoribus legatis quadrupedes contineri, quæ gregatim paſcuntur: ſues autem pecorum appellatione continentur,quia hi gregatim paſcuntur,l.legatis ſeruis.§.pecoribus. ibidem. Alia dicentur in l.boues. infra eo. Et quamuis d. l.2. çquet quadrupedes ſeruis, tamen vocans hodie hominem pecus,Gallicè *beſte*,illi infert iniuriam, quia quo ad illam legem iſta erãt exçquata, & quo ad ſeruos, ſecus in hominibus liberis. ideo vidi iniuriarum agi, non in hac patria, in qua nil faciunt iniuriam verbalem, vt ſcripſi in interpre. authen. habita.in ſcholaſtico.priuileg.vbi allegaui ſenatuſconſ.ad hoc accommodum.

Vocans homine pecus,beſte, iniuriarum tenetur.

Pecuarium & pecuarius.

¶ Pecuarium adiectiuum, ad pecus pertinens. inde canis pecuarius, cuſtodiens pecus à luporum rabie:vel pecuarius generis maſculini,is qui curam pecoris habet,*le bergier*.

¶ *Immiſit*, de verbo immittere abunde ſcribam in l. malum. §.1.infra eo.

§. Glans caduca eſt, quæ ex arbore cecidit.

Declaratur titulus de glãde legenda.

¶ Caducum Græce dicitur *πτώσιμον*,quod cecidit: vnde Iuriſconſult. inquit, Licet cuilibet intra triduum glandem ſuam caducam legere, id eſt colligere, l. vnica. ff. de glande legenda.ob id glans caduca declaratur hîc,vt ſit illa, quæ ex arbore cecidit, ſiue caſu, ſiue ex hominum facto,& ſic quomodocunque cadat. Vnde ſi glans ex arbore tua in meum fundum cadat,eamque ego immiſſo pecore depaſcam,Ariſto ſcribit non ſibi occurrere legitimam actionem, qua experiri poſsit. Nam neque ex lege duodecim tabularum de paſtu pecoris, quia non in tuo paſcitur, neque de pauperie, neque de damno iniuriæ agi poſſe: in factum igitur erit agendum, l. qui ſeruandarum. §. fi. ff. de præſcrip. verbis. Alciatus iſtam Iuriſconſ.expoſitionem in verbo caduca,id eſt quæ cecidit, ex proprietate ſermonis non eſſe teſtatur: quoniam,inquit, caducus non qui cecidit,ſed qui facile caſurus eſt,ruinamque minatur,ſignificat.vnde paries caducus. hæc Alciatus. Sed quæſo, quid aliud eſt proferre,niſi quod Iuriſconſult. perperam dixit? quod nemini etiam Iuriſperitorum licet. Dicamus itaq; glandem caducam eſſe, quæ cecidit, & hoc proprie dici: alioqui Iuriſconſult. dixiſſet per abuſionem,& tamen dicit,eſt,vt in l.bona ciuitatis.ſupra eo. Nempe caducus verbum non tantum ſignificat eum, qui caſurus eſt, ſed etiam eum ,qui cecidit: vnde mortuum,caducum Virgilius vocat lib.6.Aeneidos: *-Hic multum fleti bellóque caduci.*vbi Seruius exponit nomen caduci, mortui, qui cecidit. Sic & glans caduca proprie dicetur illa, quæ cecidit, vt colligi poſsit. Nempe dum caſura, & in arbore eſt, non dubitatur an dominus eam ſupra ſuam poſsit colligere arborem, ſed poſtquam cecidit in alienum ſolum,dubitabatur: ideo deciditur,vt etiam illam,quæ cecidit,colligere poſsit. Et glandis nomine omnes fructus continentur, l.qui venenum. in fi.infra eod. vbi multæ ſunt arborum ſpecies. Poteſt etiam alia ſignificatione caducum dici,quod caſurum eſt. Et morbum caducum, id eſt comitialem dicimus, quod cadere faciat habentem, lege, qui tertiana.ff.de ædili. edicto.

Caducum duobus finitur modis,& Alciat. reprehenditur.

Caducum legatum.

¶ Inde legata caduca dicuntur, quæ mortuo teſtatore deficiunt: nam quia ſemel ſteterunt, & ceciderunt, ideo caduca vocantur. Lex enim Papia introduxerat, vt legata non deberentur, niſi ab apertura tabularum, & quæ medio tempore à morte teſtatoris vſque ad apertionem teſtamenti deficerent,fiſco deberentur,vtpote ſi legatarius moreretur,legatum fiſco applicabatur, quod hodie correctum eſt, in l.vnica.§.cum igitur. C. de caduc. tollend. Legatum enim à morte teſta.cedit, vt ibi dicitur. verum quia illud legatum à fiſco capiebatur ſine onere,ideo Iuuen.ſaty.9.contra illam legem Papiam, & fiſcum ſcribit ita:

Dulce caducũ quod ſine onere capitur.

Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. Vocat dulce, quia ſine onere (vt dixi) à fiſco capiebatur: etiam ſi teſtator onus legato adieciſſet: quamuis hodie cum onere capiatur non à fiſco, ſed ab illis,de quibus in §.pro ſecundo. C. de caduc.tollend.Sed Vlpia.in Inſtit. titul. de caducis, ſic ſcribit, Quod quis ſibi teſtamento relictum, ita vt iure ciuili capere poſsit,aliqua ex cauſa non ceperit, caducum appellatur, veluti cecidit ab eo, &c.& ſic conuenit cum hoc tex.ſi Vlpia.illud opus dici poſsit.

Legata quaſi caduca.

¶ Alia erant legata, quæ in cauſam caduci fieri contingebat: ea iuris interpretes quaſi caduca vocant: & ſunt illa, quæ viuo deficiunt teſtatore, licet is cui relictum erat viueret: ſed quia moritur, vel deficiebat conditio, ideo legatum non debetur, ſed ſubſtitutis applicatur, vel coniunctis, aut apud heredem manet. §. pro ſecundo. d. l. vnica. Pro non ſcriptis legata ſunt, quæ mortuis relicta ſunt: & iſta apud heredes remanent ſine onere, §.& cum triplici.d.l. vnica. Et hæc tria olim capiebat fiſcus.ideo dicit Iuuenalis:*Legatum omne capis.* non faciens diſtinctionem horum legatorum, ſed omne vocat caducum. Et grammatici illum explicantes locum vix intelligunt authoris mentem,vt ibi patet.

Legata pro nõ ſcriptis quæ.

Caduca bona.

¶ Item Iuriſconſultus caduca bona, vocat bona illius, cuius heredum nomina inducta eſſent & deleta:ob id illius bona capiebat fiſcus,in l.proxime.ff.de his quæ in teſta.delent.

¶ Partes

¶ Partes caducas,in l.item veniunt.§.pridie.& §. ſenatus.ff.de petit.hered.dicit illas, quæ in fiſcum ceciderant, quas ſcilicet fiſcus capiebat. *Partes caducæ.*

¶ Dos caduca, in l. dote propter illicitum matrimonium caduca facta.ff.de ritu nuptiarum, dicitur Regi applicata. idem ſi dicamus,bona caduca,& pecuniam caducam,quæ cecidit,& confiſcata eſt. *Dos caduca.*

¶ Caduci iure ſacerdotium impetrare,vulgo deuoluto iure impetrare.Budæ. in forenſ. vbi etiam caduci iure magiſtratum inire, eſt commiſſum magiſtratum inire, *eſt re pourueu d'office vacant par forfaicture*.Bud.vbi propria ſunt vocabula,quid opus eſt alia emendicare? *Caduci iure ſacerdotium impetrare.*

¶ Et caducaria iura Pontificum, & caducariæ obuentiones archidiaconorum, deportus vocantur,iuxta c.ſi propter.de reſcrip.in 6.& aquas caducas hiſtoriographi vocant, ex caſtellis aut fiſtularum emanationibus effluentes. *Caducaria.*

¶ Librarij caducorum apud Iuriſconſultum in l.fina. ff. de iure immunita.dicuntur illi, qui iſta bona caduca in fiſcum delata ſcribebant. Et munerum vacationem habebant, vt in d.l.fina. ſcribitur. *Librarij caducorum.*

¶ Caduceum virga Mercurij, qua pax ſignificabatur: & Caduceatores, legati pacem petentes, ab illo caduceo: & forte vniuerſitatum miniſtri, quos bidellos vocant, ſic dici poterunt. *Caduceum. Caduceatores, bidelli.*

¶ *Cecidit*, cadere prò decidere,vulgo *tomber, cheoir*.l.1.in princip,ibi, aquam pluuiam dicimus,quæ de cælo cadit.ff.de aqua plu.arcenda. Non licet in veſtro fundo lapides cædere, vt in meum fundum fragmenta cadant,l.ſicuti.§. Ariſto. ff.ſi ſeruit. vindice. Cepola in tracta.de ſeruit. vrba.præd.cap.31.quæſt.3. Inde cadere ſtillicidium in tuum ædificium ſcribit Iuriſconſult.in l.ſi domus.& l.ſeruitutes.& l.fina.ff.de ſeruit. vrban.prædio. Cecideritin mare,l.ſi ſeruus.§. de manu. ad legem Aquil. Cadere in quæſtionem, pro quærere, venire in quæſtionem, incidere.l.3.§.1.ff.de appell.vbi dicit quæſtum eſt, poſtea cecidit in quæſtionem. Cadit in periculum, id eſt incidit, venit, l.2.in fin. ibi, niſi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.ff.de cuſtod.reo. *Cadere.* *Cadere ſtillicidium.* *Cadere in periculum.*

¶ Cadit in ſpeciem donationis,l.ſed ſi mors.in fin.ff.de dona.inter vir.& vxor.& in cauſam donationis,exponit Iuriſcon.in l.de fructibus.ibidem. *Cadit in ſpeciẽ,vel cauſam donationis.*

¶ Cadere in poteſtatem,id eſt redigi,venire.§.1.quib.mod.ius patr.poteſta.ſol.in Inſtitu. l.1.ff.de vulgar. *Cadere in poteſtatem.*

¶ Nulla cadit obligatio in perſonam ſeruilem, id eſt non obligatur ſeruus, l. in perſonam .ff.de regul.iur.Scilicet ciuiliter,lege,quod attinet.ff.de regu.iur.& in eum non incidit obligatio. *Obligationem cadere quomodo dicatur.*

¶ Cadere in ſeruum,conuenire,incidere,pertinere.l.hos accuſare.§.omnibus.ibi,bonorum publicatione punitur, quæ pœna in ſeruum non cadit.ff.de accuſatio.l.illa verba, arbitratu.& l.illa verba, optimus.infra eod.l.nomen filiorum.ac l.inter ſtuprum.§.1.ibidem. *Cadere in ſeruum.*

¶ Inde Iuriſconſult. ait, metum accipiendum, non vani hominis timorem, ſed qui in hominem conſtantiſsimum cadat: Caius in l. metum. 2. ff.quod met. cauſa. Et dolus non cadit in eam ætatem,ſcilicet in impuberem,l.impuberem.ff.de falſ.

¶ Cadere cauſa pro ſuccumbere,amittere cauſam,l.in fraudem.§.idem ait.& l.quotiens. ff.de iure fiſci.ibi, ſi vſus is contra interdictum fuerit, cauſa cadat.authen.habita. C. ne fil. pro patre. cap.ſi diligenti. de foro competenti. Etſi creditor à debitore ſuo petens, culpa ſua cauſa ceciderit.ff.de ſolutio.id eſt ſua negligentia ſuccubuerit.l.ſeruum.de pigno. *Cadere cauſa.*

¶ Cadere pro republica,eſt mori.Hi enim qui pro republica ceciderunt,per gloriam viuere intelliguntur,§.1.de excuſatio.tuto.in Inſti. & cadere in bello,eſt mori in bello,l.fina. ff.de his qui notan.infa. *Cadere pro republica.*

¶ De cadauere quod vermibus cadat, vt quidam dicunt, l.at ſi quis.§.ſed interdum.ibi, quis enim ſine pietatis intentione alienum cadauer funerat?ff.de religioſ.

¶ Cadere in computationem pretium dicitur,id eſt computari, l.liberum. ff.de religioſ. ibi,in quam computationem cadit loci empti pretium. *Cadere in computationem.*

¶ Cadere in cauſam pignoris, eſt pignori obligari,dari pignori,l.Paulus.§.1.ff.de pign.

¶ Cadere commode,id eſt contingere, & aliis modis,vt per rhetores.

¶ Cadat, ſcilicet ipſo iure, dicit gloſ.Bar.Bal.& Iaſ.in l.fin.C.de iure emphyteu.l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.Feli.in cap.ex tenore.& cap. Rodulphus.de reſcriptis.gloſ. & docto. in d. cap. ſi diligenti. de foro competenti. Tamen quod verbum cadat non importet ipſo iure,niſi addatur aliquod aliud verbum, probat l.fina.ibi, ſine aliquo facto, vel aliqua ſententia cadant militia. Cod.locati.gloſ.& docto.in authen.habita.Cod.ne fil.pro patre.& in authen.ad hæc.de vſur. niſi contrarium ſuaderet materia, vt in allegationibus prædictis. *Cadere ipſo iure.*

¶ Inde caſitare, frequenter cadere. l. ſeruitutes. §. ſi ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare, vbi caſitare cœpiſſet ſtillicidium. ff. de ſeruit. vrban. prædior. & in §. ſequenti dicitur, ſi antea ex tabulato, vel ex alia materia caſitare non poteſt. *Caſitare.*

¶ Caſus

Casus. ¶ Casus, actus cadendi, *cheute*, l.si vero. §.prætor.1. ibi, cum casus nocere alicui potest. ff.de his qui deiecerunt vel effuder. Casus pro causa,l.1.§.1.ff.depositi,iuncto §.sequens. de actio.in Institu. Scripsi fusius in l. rei appellatione.2. supra eo.facit l.itaque.de ædilitio edicto,vbi quod in princip. causam, postea casum scribit.

Casus pro causa.

Casus pro fortuna. ¶ Casus pro fortuna,periculo,l.ex conducto. in fi.ibi,propter casum incendij repentini ceciderit. ff. loca. l. si in venditione. §. 1. ibi, chasmate, aliove casu pars fundi interierit. de pericu.& commod. rei vend.

Casus fortuitus. ¶ Inde dicitur casus fortuitus, euentus inopinatus, qui præuideri non potest, l. quæ fortuitis. C. de pigno.actio. l. 1. §. sæpe.ff. depositi. Et Imperator eos numerat in §. item is cui.quib. modis re contrah. obligatio.ibi,si fortuito casu amiserit, quod accepit,veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum, hostiumve incursu.l.si quis fundum. §. 1. ibi, si quidē casus fortuitus incendij causam intulerit.ff.loca. & §.seq.& l.qui insulam.in fi.ibid.

Vis maior. ¶ Aliquando vis maior appellatur ille casus inopinatus, in l. si merces. §. vis maior. ff. loca.& d.§.item is cui.Elucidaui in l.liberationis.infra eo.

Casus pro facti specie. ¶ Casus pro propositione, euentu,seu pro specie facti,*le cas*,l.penult. infra eod. ibi, hoc est,an de eo quoque casu contrahentes sentiant.l.pacta. ibi,quo casu. de contrahend. emptio.l.multum. cum l.seq.ff.de hered. vend.vbi in vna l. dicitur casu, in altera propositione.Et l.si tibi pecuniam.si cer.peta.l. si seruum. in fi. ff. de actio. empti, l. in naue. in 1.loca. facit quod scribit Lucas de Penna in l.vna. C.de thesauris.li.10.& in l.casus. C.qui morbo. ibidem. Vnde quidam interpretes casum proferunt in legibus interpretandis, quod non est contemnendum.

Abcise. ¶ Composita huius verbi cadere sunt sequentia:primo verbum accidit, quod exponitur in l.in vulgari.§.1.infra.eo.De verbo abcise loquitur Iurisconf. in l. semper. §. demonstratur varie, nec abcise numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse. ff. de iure immu. vbi glo. exponit districtè, vel præcise:sed forte melius esset pro eo,quod dicimus truncatè,mutilatè.

Concidere. ¶ Verbum concidit aliquando à con, & cædo componitur, & tunc significat simul, vel minutatim cædere, confringere, *couper en pieces,hacher menu.* Et sic intelligi debet tex. in l. lectos emptos ædilis,cum in via publica positi essent,concidit.ff.de periculo & commod. rei vend.vbi notare debetis,quod magistratus potest frangere ea, quæ in via publica inueniuntur,ne illa occupetur.prohibitum enim est ne quid fiat in via,locove publico,in rub. ne quid in loco publ. ff. quod tamen intelligerem, postquam præceptum esset factum habenti merces in via publica,antea non.

Inuentum in via publica quando cõcidere licerat.

Concisa oratio. Concisa oratio,non continua, sed veluti membratim cæsa apud grammaticos sæpius legitur. Concido à cado compositum, in totum vel simul cadere significat: de quo alibi.

Excidere, decorsum cadere. ¶ Decidit,elucidabitur in l.cedere.infra eod.

¶ Excidere significat cadere deorsum, vel ex loco alto in decliuem, si componatur ab ex & cado:ideo Iurisconf.ait,furem esse eum,qui id quod de vehiculo exciderit, tulit, in l. 3. in princip. ff. de incend. ruina,naufra. l.si verò.§.penult. ibi, nam cum pictor in pergula clypeum, vel tabulam expositam habuisset, eaque excidisset, & transeunti damnum dedisset,Seruius respondit ad exemplum huius actionis dari oportere actionem.ff.de his qui deiecerunt vel effude.

Excidere ab ex & cædo. Sed vbi excidere componitur ab ex & cædo, significat destruere, perimere,seu frangere,l.1. §.1.ibi,arborem impendentem in ædes alienas ex stirpe excidendam.ff.de arbo. cæden.l.si quis cum totum.§.idem si quis cum fundum petierit, mox arbores excisas ex eo fundo petat.ff.de exceptio.rei iudica.l.forma.§.quod si.ibi,exciderit arbores. ff. de censib.l.eleganter.§.non solum.ibi,excidit arbores.ff.de dolo,l.& si non omnes. §.penult. commu. diuidun.

¶ Incidit in hominem idoneum, id est cadit, l. probrum. in fi. infra eo. vbi abunde hoc elucidatur verbum.

Intercido. ¶ Intercido ex inter & cado compositum, pro interim pereo. Intercidit legatum, si ea persona decesserit,cui legatum est sub conditione, l. intercidit. ff.de conditio. & demonst. l.penult. de capit.deminutio.Et maiestatis crimine tenetur is,cuius opera dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu Principis interciderent, l.1.§.1.ff.ad legem Iul. maiesta. vbi glo. exponit, pro fugerent: sed ego sumendum putarem pro perirent & occiderentur, vel de medio tollerentur, quoquo modo id fiat, vel fuga, vel cæde,vel aliter. Inde Impe.dicit in l.1. C.etiam ob chirographa.pecuniam pignus.quod pignus intercidit,si nouatione facta in alium ius obligationis transtulisti.vbi glo. exponit pro extinguitur. idem in l. 3. ibi, rebus concessam immunitatem non debere intercidere, rescripto Imperatoris nostri ad Pellianum recte expressum est: quippe personis quidē data immunitas cum persona extinguitur, rebus nunquam. quod prius dixerat intercidere, postea dicit extinguitur.l.si decipiendi.ff.ad Velleia. & Iurisconsult.ait, audiri bonæfidei possessorem,si periculum erit, ne inter moras actiones intercidant. l. si bonæfidei.ff.de petitio.hered.l.his consequenter.

sequenter.§.idemque. ibi, vt voluntas defuncti non intercidat. famil. erisc. l. si seruus pignori.ibidem.l.1.§.semel autem.de bono.possessio.contra tabu.

¶ Aliquando pro tollere sumitur,vt quando creditor debitori succedit, pro parte obligatio ratione confusionis intercidit,l.si debitori.2.ff.de fideiusso.& l. Stichum.§.vsumfructum.ibi,facultas soluendi Titio nõ intercidit. ff. de solutio.idem ferè est sicut præcedens, & illi conuenit. Lucas de Penna in l.2.in princip. C.de præd.nauicula.lib.11.dicit, intercipitur propriè,quod inter duo de medio tollitur,perit, destruitur, frangitur.

Pro frangere. ¶ Interdum intercidere à cædo deductum pro frangere, & destruere sumitur, l. 4. ibi, cum quidam à patre heres institutus codicillos intercidisset. ff. de falf.l.quemadmodum. §.1.ibi, iure suo posse intercidere: & merito.ff.ad legem Aquil. & l. si quis fumõ.§.fina.ibi, iusto enim metu ductus,ne ad se ignis perueniret,vicinas ædes intercidit.ibidem.

Præcidere. ¶ Præcidere idem quod vulgus, *quotter*, id est designare quotumquenque articulum, quotumquodque caput oppugnare velit litigator, ne in vniuersum admissus licenter tergiuersari,& identidem euariare possit: tracta metaphora ab fabris, qui id quod abscindere volunt, ducta linea præcidunt: vel ab his, qui ex re communi partem sibi eligunt, prius signantes,postea desectam auferentes.hæc Budæ. in annot.in Pandectas, in l.2.de orig.iur. Vnde statutum est in ordina. Reg.tub.de appellatio.art.7.quod appellans à sententia plura continente capita,tenetur præcidere,& declarare capita in quibus malè iudicatum dicit: alioqui in omnibus reiicietur, & pro non appellante habebitur. Vidi super illa ordinatione dubitari, à quo pars cogi possit, & quod à iudice à quo videtur: quia sua interest, vt sententiam in aliis capitulis, in quibus nõ appellauit,exequatur, vt l.etiam.§.1.ff.de minor. docto.in cap. Raynutius. de testament. Panor. in cap. significauerunt.de exceptio. l. scire. ff.de verb. obliga. Ideo practica esse potest, vt instante parte quæ obtinuit, iudex victam partem interroget, super quibus vult appellationem prosequi,& si declaret aliquos casus, in aliis poterit non connexis iudex exequi: si verò pars noluerit declarare,debet iudex ad quem eundem appellantem in omnibus non recipiendum pronuntiare,vt statuit lex Regia. Vel alia est praxis. Nam cum iudex à quo non interrogat partem, tunc in conclusione appellationis fieri debet, quam pars vel procurator eius coram actuario seu grapherio facit: & hoc est concludere in appellatione, quando pars dicit malè iudicatum, & bene appellatum: & quibus casibus non teneatur concludere appellans, scripsi in tracta. de senten.prouisio.art.1.glo.12.in 1. tomo:& ista solent seruari,vt plene dixi in tracta.de appellatio.in 3.tomo commenta.in consti.Reg.

Declaratur lex Regia de appellatio.

Praxis contra nolentem declarare super quo appellauit.

Concludere in appellatione quid.

Præcidere pro amputare. ¶ Præcidere etiam significat amputare,& auferre,& nominatim declarare,vel ambigenti, & ancipitem sententiam ferenti necessitatem exprimere, deligendi vtram sequi malit. Budæ.in forens.

Præcidere respondendi cunctationem. ¶ Præcidere respondendi cunctationem, id est exigere responsum extemporale, *contraindre de respondre promptement*. Idem Budæ. Et alia ibidem licet videre, quæ omnia sine iure scribit.

Præcisè. ¶ Præcisè fieri dicitur sine excusatione aliqua,sine tectorio,& sermonis inuolucro.dicit Alciat. lib. 3. de verb. significatio.Feli.& alij in c.2.de rescrip.dicunt præcisè fieri, absolute, sine defectu, & causæ cognitione, vel omnimodo, & indistincte: & sic debet intelligi tex. in d.c.2.& c.contra Christianos.de hæret.in 6.

¶ Et quando scribitur quod præcisè statutum seruetur, id est ad vnguem. Barba. in consil. 39. clementissimi. col.3.in 2.vol.& absque eo quod violetur.

Præcisè habet vim clausulæ derogatoriæ. ¶ Vnde dicunt docto. in d. c.2.quod illa dictio præcisè habet vim clausulæ derogatoriç, adeo quod non valebit statutum secundum, nisi expressa fiat de primo mentio. quod sequitur Barba.consil.13.illud in medium.col.13.in 4.volu.Etiam non valerent literę concessę contra ordinationem, quę precisè seruari deberet, nec essent verificandæ, arg. authen. sacramenta puberum. C. si aduers. venditio. vbi glo. & docto.& Pontifices summi sępius hoc verbo vtuntur,sed Iurisconf.non,vel raro.

¶ Pręcisi qui sint,elucidat Cælius lib.antiq.lectio.8.cap.32.

Recidere. ¶ Recidere à cado. Hinc reciderit ius omnium in vnum, l. sicut. §. 1. ff. quod cuiusque vniuer.nom.ibi,sed si vniuersitas ad vnum recidit, magis admittitur posse eum conuenire, & conueniri,cum ius omnium in vnum reciderit:id est venerit,contigerit,inciderit,reuersum fuerit.Recidere enim est iterum cadere,ex re & cado,*rechoir*.l.1.§.penult.ff.ad Macedo. ibi, si pendeat an sit in potestate filius, vtputa quoniam patrem apud hostes habet: in pendenti est, an in senatusconsultum sit commissum. nam si reciderit in potestatem, senatusconf.locus est: sin minus, cessat. vnde impuberibus in potestate potest pater pupillariter substituere, si non sint recasuri in patris potestatem, l.2.in princip.ff.de vulg.& §.1.de pupil la.in Institu. Inde reciduum,quod recidit,iterum cadit,seu contingit, vt recidiua febris, de qua per Gale.in lib.de different.febrium. Recidere autem à cędo,pro succidere sumitur,l.quemadmodum. §. si protectum meum, quod supra domum tuam nullo iure habebam,

bam,recidisset.ff. ad legem Aquil.

¶ Succidere superius scripsi in princ. huius legis.ad pascuam syluam veniamus.

§. Pascua sylua est,quæ pascuis pecudum destinata est.

¶ Pascua sylua est, quæ destinata est ad pecudes pascendas, sicut saltus pascuus ,l. testatrix. §. plures. ff. si serui.vindice. & superius dixi in princip. huius legis. Notate quod quidam legunt, pascuis pecudum destinata est: alij verò, pastui pecudum: sed vtcunque sit,in idem recidit.in Pandec. Floren.legitur,pastui pecudum.

Ex syluis pascuis decima solui debet.

¶ Vtilitates huius §.sunt sequentes. Prima quod ex his syluis pascuis debet solui decima,c. commissum. de deci.

¶ Secundò quod si describantur bona deportati, debet scribi, quod in pascuis syluis inuentum fuerit,& alia sua bona,l.si quis intra. C.de bon.proscripto. quæ lex melius docet formam repertorij seu inuentarij,quàm alia,quam viderim.

Animal in meo inuentum quando possim retinere.

¶ Tertiò quod si inueniam animal in hac sylua pascua, dans mihi damnum, vel in alio loco meo,possum illud abigere,nec malum illi inferre debeo , ac si meum deprehẽdissem, quia actiones proprias contra dominum habeo , l. Quintus. & l. quamuis. ff. ad legem Aquil. Speculat. in titulo de actore, §.1. versiculo , sed pone inuenio pecudem. & patruus meus Iacob.Rebuffus in l.seruos. C. de agrico.& censit.lib.11.Bar.in l.1.ff. de incend.

Praxis animalium oberrantium.

¶ Derogatur, quando ignoro cuius sit, d. l. quamuis. ibi, admonere dominum:ergo si nesciam , non potero admonere. Et Deutero. 22.cap.habetur:Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis,sed reduces fratri tuo : etiam si non propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam. Erunt apud te , quandiu quærat ea frater tuus , & recipiat. Ideo debeo facere proclama per ciuitatem , vt quicunque amiserit tale animal, veniat ad Titium, & dando signa illud habebit,teste Boer.in §. 1. de consuet. prædio. in consuet. Biturigum,post Bar. in l.hoc amplius.§.de his.ff.de dam.infecto.& l.ratio. de incendio. Iacob. in l.requirendi.C. de ser. fugit. vel is qui amisit, poterit curare,vt proclama de re amissa fiat.

Inueniens animal aliquod in suo ad iudicem potest illud ducere.

¶ Secundò non procedit de consuetudine,Albert.de Gaud.in tracta.de pœnis reo.vers. pone ego inueni, &c.nempe de consuetudine seruatur , quod si ego inueniam animal in meo fundo, possum illud ducere ad iustitiam causa mulctæ, seu emendæ. his verbis vtitur Benedic.in repetit.c.Raynutius.in verbo & vxorem.nu.328.de testa.& interpres consuet.

An credatur inuentori animalis cum iuramento.

¶ Item creditur iuramento capientis animal , si illud adduxerit ad iudicem , nisi contrarium probetur & in patuis,teste Masue.in rub. de expensis. in princip. nisi is,qui iurat, deberet habere lucrum confiscationis animalium , vel aliquam partem. Masue. ibidem. §. item si quis in fundo. videte Cepol. in tracta. de seruit. rustico. prædio.rub.de seruit.iuris pascendi,fol.74.Et scripsi in arbore seruitutum in fi.Abunde D. Feron. in consuetu.Burdegal.rubr. de animal. inuentis in alienis agris.§.1.

Duplex sylua.

¶ Ex hoc igitur tex.habetis,quod duplex est sylua,quædam cædua, & quædam pascua, de quibus in princip.huius legis dictum extitit.

Publica pascua & priuata.

¶ Item pascuorum quædam dicuntur publica, quædam priuata,vt in rub. C.de pascuis public.lib.11.& l. si quis intra. de bonis proscripto. Publica pascua quædam sunt deputata gratia depascendi animalia Principis,& nullus alius potest in ea absque Principis consensu sua immittere animalia , vt ibidem probatur de pascuis publicis. Alia sunt pascua communia , deputata communitati ciuitatis , vel municipij , vt Burdegalæ & Blaye iuxta Burdegalam:& nulli licet ea priuatim occupare,vt statuitur in l.1. C.de pascuis publicis.li. 11.vbi cauetur quod non potest augeri pensio antiqua pascuorum.

Pascua communia non potest dominus vendere.

¶ Notandum est quod hæc pascua vniuersitatis sunt,l.omnes. 2. C. de oper. publ. ideo non potest dominus loci ea locare , vel vendere, seu alias de his disponere. l. 2. vbi docto. C.de pascuis.lib.11.sic consuluit Bertrand.consil.37.quamuis.in 1.vol. & consil. 1. in 3. vol. secundum primã editionem:& Aymo Cranette consi.154. viso processu.

Clerici & religiosi pascuis communibus vtuntur.

Et ideo clerici vti possunt pascuis cõmunibus loci,in quo degunt:&idem in religiosis,quia ciues & incolæ sunt,vbi habitant,Bar.in l.1.ff.ad municipal. Panor.in c.fi. de parochi. sic consuluit Bertrand.pro Chartusianis Villæ nouæ Auinio.in cons.92.si verum est.in 3.vol.ex 1.editio.

Animalia morbosa separãtur à sanis.

¶ Et quis non debet pascua fisci, vel priuatorum mutilare:alias debet puniri pœna duo decim librarum auri,d. l. 2. ibidem. Hodie noua pœna statuitur in ordina. Regiis in rubr. *des eaus & forestz*. Imo si in his pascuis sunt aliqua animalia morbosa,per quæ alia animalia possunt simili morbo affici , poterunt eo casu quædam pascua limitari , & deputari his morbosis , & præceptum fieri dominis illorum animalium, ne limites transcendant, & ne depascant cum sanis. hoc pulchre docet patruus meus Iacobus Rebuffus in l. si qua.col. vlt. C.de spectacu.lib.11.& in l.penult.de pascuis publ.ibidem.Et an sufficiat pastori deferre pelles mortuorum animalium sibi commissorum,& ouium,scribunt doct.in l.si pascenda. C. de pactis,vbi Iacobi. dicit non sufficere,nisi pastor probet casum fortuitum,argu.l.si

Pelles animalia an sufficiat dominis tradi à pastoribus.

quis

quis fundum. §. Imperator. ff. loca. & ideo pastor debet vti practica,quam Bar.scribit in l. 2.etiam Rebuffus, C.de naufrag.libr.11.vbi si quis patiatur casum fortuitum , debet coram iudice illius territorij producere testes , quos examinare iudex de illo casu debet, & postea illæ probationes facient fidem , secus si coram duobus notariis , vel coram notario & testibus sint factæ,vt scripsi in l.subsignatum.§.attestari.infra eod. quia pastores hodie pessimi sunt,& conantur persuadere dominis mortua esse animalia peste, vel alio morbo, cum ipsi interficiant baculo vocato *peste* , vel *picore* , & postea comedant. & ita inter eos accepi seruari solitum. Sanè his temporibus fronti rara fides, & perquam exigua est inter malos homines,quorum infinitus est numerus.

Praxis probãdi mortua animalia.

¶ Præterea adde ius pascendi esse speciem seruitutis realis, l. pecoris.ff.de seruit.rustico. prædio.Bertrand.consil.75. quis dicitur.in 2.vol.ex prima editio.& l.si in ædibus.vbi Bart. C.de seruit.& aqua.glo.in l.sicuti.§.sed si quæratur.ff.si seruit. vindicet. Dec.consi.483.pro resolutione. col. 2. Etiam si quis esset in quasi possessione seruitutis , adhuc eum probare oportet:& quomodo præscribatur,scribit Carol.Ruinus consil.118.visa.in 4.vol.

¶ Ad hæc quando pascua sunt omnibus communia in eodem loco degentibus, si vnus modica habeat bona , & velit magnum numerum animalium ibi depascere, poterit communitas intentare vtile communi diuidundo iudicium , vt is vtatur pro modo possessionum,& sine aliorum iniuria.quod notandum dicit Alberic.in l.Imperatores.ff.de seruitutibus rust.præd. & abundantius consuluit Bertrand. cons. 240. viso tenore. col.3.nu.10.& seq.in 3.vol.secundum nouam editio.& cons.37.quamuis.in 1.vol.secundum antiq.editio. & consi.75.quis dicitur.in 2.vol.ibidem. Aymo Crauette consi.60.ex omni capite.nu.3.

Volens plura animalia in cõmunibus pascuis habere, prohibetur.

¶ Vltimò notandum est valere consuetudinem , vt vnus vel plures possint incidere ligna, seu animalia pascere intra limites alterius castri, vel in fundis alienis vacuis, dũmodo consuetudo non sit inducta per violentiam, cap. super quibusdam.de verbo.significa.hoc nominatim decidit Panor.in cap.dilecti.in glo.1.de arbit. Tamen vbi ligna vel pascua non possent omnibus sufficere, tunc domini præferendi sunt: nec valeret consuetudo , quod excluderetur dominus ab extraneo , vt pulchre docet Panor.ibidem , quem sequitur Rochus Curtius in cap.fin.de consuet.in glos.vlt.in 4.conclusio.de iure gentium.

Valet consuetudo depascẽdi animalia extra territorii, & in fundis alienis.

¶ *Pascendi.* Pasco seu pascor bestiarum est, comedere & vesci ad homines refertur, teste Valla libr.4.cap.53.inde seruitutes pascendi pecoris, in l.1.3.& 4.ff.de seruit.rustico.prædior. & actio de pastu pecoris, l. qui seruandarum.in fine.ff.de præscript. verbis. datur, quando glandem meo pecore in tuo fundo depasco.

Pasco differt à vescor, & in quo.

¶ Pastus hominibus competit , pabulum est pecudum , secundum eundem Vallam. Iurisconsult.tamen pastum hic ad pecudes refert, dum dicit secundum Floren.lectionem, pastui pecudum : sed eo forte quia pecudes expresit,non verò simpliciter. Ideo non tam pertinaciter seruamus has differentias , sed declarat apud Iurisperitos materia vim vocabuli : vnde pascere seruum, vestire,curare,possessorem oportere ait Vlpia.in l.sed etsi hereditas.§.1.ff.ad exhiben. & frequentius ad animalia refertur, lege, cum duobus. §.damna.ff. pro socio.

Pastus, pabulum.

¶ Inde pascuus adiectiuum , & pascua sylua hic : pascuum saltum scribit Iurisconsultus in l.sed addes.§.1.ff.loca.& ius compascendi,in l. testatrix. si seruitus vindicet. Et hoc pascuum, locus est in quo pascuntur animalia,*pasturaige*,vt in rub.de pascuis publicis & priuatis,lib.11.& in rub. præcedente de fundis limitrophis, & terris, & palud. & pascuis, & limita. & castello.ibidem.

Pascuus. Pascuum.

¶ Pastor is dicitur,qui pecoris pascendi curam habet,& non potest esse pastoris excusatio,si lupus oues comedat,& pastor nescit,c.penult.de regul.iur.

Pastor.

¶ Pastoralis,quod ad pastores pertinet, vt pastoralis habitus,pastoralis cura, de qua frequentius ius canonicum loquitur,c.cura pastoralis.de iure patro.& de hac scripsi in verbo pascere.in titul. de constitu.in concorda.Et quo cibo debeat pascere quilibet prælatus gregem suum, ibidem videri potest. Alia videte per Petrum Iacob. in sua practica rub. de seruitu. pecor. depascend. & per Cepolam in tracta. de seruit. rustico. prædio.rub.de seruitu. iuris pascendi : quæ materia est in iudiciis frequens , & parum tamen ab interpretibus tractata.

Pastoralis.

¶ *Destinata*, id est deputata, & designata : & ita capitur in l. quod in rerum.§.si quis post. ff.de lega. 1. ibi, fundo Titiano destinaret.l.2.§.ad frumenti. ibi,quam quibus destinata est. & l.fin.§.iidem rescripserunt, pecuniam ad annonam destinatam. ff. de administ.rerum ad ciuitatem perti. l. item apud. §. si quis virgines. ibi, vt sequeretur destinatus. ff.de iniur.l.si mihi.2.de seruit.vrba.prædio.

Destinatus, & destinare.

¶ Aliquando destinare est in animo constituere,proponere, & deliberare.l.tres tutores. in fi. ibi, aut cum destinatum haberet mutare testamentum, id non fecisset.ff.de administr. tuto. Et quando destinatio habeatur pro facto , & attendatur , abunde scribit Felinus in cap. cum adeo. col. 2.vers.de destinato. de rescrip.& Ias.in repet.l. admonendi. col.10. nu.

53. cum seq.ff.de iureiurand. D.Tiraquellus in tracta.de leg. connubial.15. lege connubia. vbi concludunt destinatum ad clericatum haberi pro clerico, vt gaudeat priuilegijs clericorum:sed in forensi iudicio non seruatur:nempe vix clerici hodie gaudere possunt. ergo & destinati non gaudebunt.alioqui omnes dicerent se destinatos ad tonsuram,vt pœnam euitarent iudicum secularium, vt alibi plenius scripsi. Et quo destinauerit quis perferre, sic accipiendum est,quò destinauerit eo die manere cum eo furto,l.4.cum l.seq.ff.de furt.l. quæsitum.de adul.l. cum hi.§.vult igitur.de transactio.ff.l.inde Neratius.§.sed & si seruus. ibi,de quo quæstionem habere destinaueram.ff.ad legem Aquil.

Destinatus ad clericatum nõ gaudet priuilegijs clericorũ.

Destinare puellam.

¶ Destinare puellam est promittere se daturum eam,& eam alicui assignare in matrimonium,vulgo,*accorder,luy bailler*.l.qui pupillam.ff.de adulter.vbi sic scribitur:Qui pupillam suam duxit vxorem,contra senatusconsultum nec matrimonium est hoc: & potest accusari adulterij, qui tutor, vel curator fuit, & infra 26. annum duxit vxorem non à patre desponsatam,vel destinatam, vel testamento denominatam.

Destinare pro eligere.

¶ Destinare pro eligere,decernere,l.fi.ibi,non pater dominusve, sed filius seruusve destinare de alterutro debẽt.ff.de verb.oblig.vbi prius destinare, & postea eligere scribit.l.fi.§. pari modo.iuncto §.præcedenti.ff.de minor.quia prius disponere,quam facere quis debet.

Destinare pro mittere.

¶ Destinare, id est mittere: inde iudices destinati in prouinciam,l. 2. §. legatis. ibi,vel in prouinciam destinati.ff.de iudic.l.si longius.in fi.ibi, quod ad sumptus pater ei destinauerit.ibidem.l.minor autem. §. penult. in fi. ibi, nisi à Principe qui iudicem destinauit. ff. de minor. Destinare,addicere,l.inter publica.supra eod.quasi dedicare.ibi dixi.

Destinare pro dedicare.

¶ Destinatus muneribus,cui data sunt munera,id est electus ad munera.ideo in l.incola. dicitur,Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere incolatui renuntiare non potest, ff. ad municipal.

Destinatus muneribus.

¶ Concubinam ex sola animi destinatione æstimari oportet, l. penult. ff. de concubi.

Ex animi destinatione.

¶ Destinata,id est parata & assignata.l.item legato.§.fin.ff.de leg.3.ibi,hoc legatũ filio & filiæ relinqui potest.Quæ eius gratia parata sunt:& continebuntur,quę ipsis sunt attributa vel destinata. Et quia pascua in pratis esse solent, ideo videamus de prato, quid est, & vnde dicatur.

Destinata pro parata.

VLP. LIB. DECIMOOCTAVO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMAPRIMA.

Pratum est, in quo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus est:ex eo dictum, quod paratum sit ad fructum capiendum.

Pratum magnum nõ desiderat laborem.

¶ Duo vno velut cõplexu scribit hic Iurisconsult.primum pratum quid sit, secundum vnde dicatur,elucidat.Et pratum esse dicit,in quo falce duntaxat opus est,ad fructum percipiendum,& dicitur ex eo quod paratum sit ad fructum capiendum, nec magnum laborem desiderat,nec tempestatibus affligitur,vt aliæ ruris partes,minimique sumptus egens, per omnes annos præbet reditum.

Duplex est pratum.

¶ Duo autem sunt genera pratorum,alterum siccaneum, alterum riguum, læto pinguique campo: non desideratur influens riuus, meliúsque habetur fœnum, quod suapte natura succoso gignitur solo,quam quod irrigatũ aquis elicitur, teste Columella de re rustica lib.2.cap.17.& cap.seq.adiiciens quoque, veteres Romanos primas agricolationes prato tribuisse.& hic tex.de vtroque intelligi potest,quia indefinite loquitur.

Locato prato vel vendito,& arbores in eo contentæ videtur locatæ vel venditæ.

¶ Notandum est,si quispiam vendiderit pratum, & arbores in eo contentas vendidisse, vel locasse receptum esse,l. Quintus. ff. de actio. empti. quia arbores non sunt separatum corpus à prato,vt ibidem dicitur,sed vna res,hoc est vnum pratum,l.fina.§.fructus.ff.quæ in fraud. cred. & quia sunt accessoriæ ad pratum,l. quæsitum.§.ea verò.& seq. ff. de fundo instructo:& dicuntur pars rei,l.fructus.ff.de rei vindica. Ita tenuit Alber. hic: quod intelligo verum, si locaret ad annum fructus prati, secus si herbam prati,quia fructus arborum sunt, herbæ prati: ideo non censentur venire in locationem, vt sæpius vidi: ob id exprimi debent,& arborum fructus.

Dans damnum arboribus prati,& ipsi prato dedisse videtur.

¶ Et sic dans damnum arboribus in prato existentibus, ipsi prato dedisse videtur, per l. diuortio. §.si fundũ.ff.soluto matr. Terræ enim & quodammodo solo ipsi corrumpendo manus infert, l. si alius. §. notauimus. ff. quod vi aut clam. Licet Alciat. hîc asserat, ex vi verborum non videri damnum prato dedisse,qui arbores inciderit,sed sufficit,quod ratione accessionis venirent.Et quod sint prati pars,vt supra dictũ est,facit l.si seruus.§.seruum. & §.si oliuam immaturã.ff.ad leg.Aquil. Et ita agi ad id, quod interest,poterit pro damno dato prati arboribus,sicut pro damno dato prato.videte tex.in l.si duorum.ff.de act. empt.

An appellatione fundi veniat pratum.

¶ Et an veniat pratum appellatione fundi,videte tex.in l.Seiæ.§. Tyrannæ. ff. de fundo instruc.quod sic,quando coniunctum est fundo,& vno nomine vocantur:alioqui contra. nec ex consuetudine loquendi in Francia nomine campi,*champ*,veniet pratum.

¶ Ad

Statutum vel ordinatio loquens de prato de quo intelligi debeat.

¶ Ad hæc statutum vel ordinatio loquens de prato, intelligi debet de eo, quod per decem annos proximos sectum fuit,& falce tonsum,per legem,forma.§.pratum.ff.de censib. Tamen ex communi vsu loquendi sufficit, quod semel vel ad summum bis sectum fuerit. Item animalia non debent ingredi pratum à primo die Martij vsque ad festum natiuitatis virginis Mariæ,ex consuetudine Burdegal.vt patet in rubr. de animal. iumentis & alienis agris.§.vlt.vbi ferro. Aliquando longius vel recisius tempus pro locorum consuetudine datur. Et in quibusdam locis nunquam animalia ingrediuntur,nec pascunt in pratis,nisi dominus sua immiserit animalia.

Quando animalia ingredi possint pratũ, & an liceat ibi ue pascere.

¶ Nota ex glos. quod nemo potest in prato meo animalia depascere me inuito, quia quod ex re mea nascitur,meum est, l.solum. ff.de rei vindica.l.qua ratione.& l.adeo.de acquir.rer.domi.sic consuluit Bertran. consil.1.in 3. vol. ex antiqua editio. Nisi consuetudo repugnet: & si quis velit defendere pratum suum, ego meum illi potero defendere. Et sic melius est, quod communiter animalia depascant tempore permisso in singulis pratis & fundis.

Fœnum vnde dicatur, & an nomine fructuum cõprehendatur.

¶ *Ad fructum.* Text. habetis multos de fructibus loquentes in hoc titu. primo in l.plus est in restitutione.supra eod.in l.hæc verba,in stipulatione.& l.impensæ.in fin.& l.vsura.§. pecuniæ.2.§.1.& l.in lege Censoria. infra eod. Et sic fœnum est fructus prati, sic dictum, vel quod eidem perpetuo manentes herbæ quotidie nouę fiant,teste Festo:vel quod multum fœnoris quotannis proueniat: grammaticis relinquo: sed nomine fructuum fœnum venit:vnde si quis vendiderit,vel locauerit fructus hereditatis, & fœnum & alios prati fructus vendidisse, vel locasse videtur, per hunc text.

Percipere.

¶ *Percipiendum.* Percipere ex per & capere, quasi perfectè capere, vt hic: & sæpius pro simplici sumitur, videlicet pro capere, vel recipere, l.vsura pecunię, quam percipimus, in fructu non est.infra eo. Vnde maritus fructus omnes percipere debet,qui onera dotis sustinet.l.dotis fructus.ff.de iure dotium.l.vna. C.de his qui se deferunt.lib.10.l.si vsufructuarius messem.§.1.ibi,fructumque percipi.ff.quib.mod. vsusfr. amitta.& l. bonæfidei emptor non dubiè percipiendo fructus etiam ex aliena re, suos quidem interim facit.ff.de acquir. rer.do.l.qui bonis.ibi, ex quo tantum percipiuntur, quantum nomine alimentorum satis est.de cessio. bono.l.fin.§.item eos.ff.quæ in fraudem creditorum. vbi & verbo recipere & percipere fructus vtitur tex. Et qui conducit à fisco possessionem, cámque paulatim pluribus locauit maiore quantitate, quam ipse perciperet, hoc iniquum & inutile fisco videbatur.l.Moschis.§.fina.de iure fisci. Et percipere, & recipere pro eodem videtur Iurisconsu. accipere in l.fina.de iure fisci: sic & in l. postquam.vtitur verbo,accepit legatum. & in l.sequenti verbo,percepit.ff.de petit.heredit.

Percipere pro intelligere.

¶ Percipere pro intelligere, vt percipere leges, dignoscere,l.2.ibi, eorumque nomina, & notę, & cuius se seruum quis esse dicat, ad magistratus deferantur, vt facilius agnosci & percipi fugitiui possint.ff.de ser.fug.

Percipere debitum.

¶ Percipere debitum dicitur quis,non solum quando pecuniam,vel etiam rem debitam recepit, sed etiam si ius exigendi illud debitum habuerit, & ei cessum fuerit, l. Herennius Modestinus respondit, eius temporis, quod cessit,postquam fiscus debitum percepit,&c. ff.de vsur.

Percipere pretium.

¶ Percipere pretium ex aliena re,pro capere,l.si & rem.ff.de petit.hered.ibi,dispicite patres conscripti, nunquid æquum sit possessorem non facere lucrum, & pretium quod ex aliena re perceperit,reddere.

Percepti fructus.

¶ Percepti fructus,id est recepti & collecti,l.fructus non modo. & l.emptor.ff.de rei vindica.Et perceptionem fructuum accipere debemus, nõ si perfecte collecti, sed etiam cœpti ita percipi,vt terra continere se fructus desierint.l.si eius fundi.ff.de rei vindica. facit l. plenum. ibi,percipiendos fructus. de vsu & hab.l.ait prætor.§.per hanc.ff.quæ in fraud.credito.l.semper.§.itaque.quod vi aut clam.l.sed partus.quod metus causa.Et fructus,non quos perceperunt (inquit) sed quos percipere debuerunt,præstaturos,l.sed & si lege.§.quod autem.ff.de petitio.hered.l.heres.& l.cum hereditas.ibidem.l.fundus.famil.ercis. Perceptas vsuras ex pecunia aliena,l.atqui.§.non tantum. ff. de nego. gest. pensiones perceptas.l.ancillarum.ff.de petit.hered.

Perceptas vsuras.

¶ Percipere verbum directum est, quia dirigitur ad legatarium, nec alterius factum trahit,l.Centurio.vbi docto.de vulga.ff.Et non diceretur perfecte capere, si non caperet propria authoritate. Nempe heres vel alius prębens operam suam vellet aliquid pro ea consequi, si è manibus eius perciperet: & sic perfectè non caperet, contra huius verbi significationem.facit l.Lucius.2.ff.de.legat.2.

Percipere verbum directum est.

¶ Limitatur quando ex aliis verbis appareret,quod ab alio accipere deberet,vt in l. libertis.1.ibi, Libertis meis dari volo prædia quæ in insula Chio habeo, ad hoc vt quæcunque viuente me acceperint, constituantur eis cibarij vel vestiarij nomine, &c. ff. de aliment. & ciba. lega. vbi apparet per verbum constituantur, quod alius debet constituere: & sic ab

illo legatarius accipere debet, alias à ſeipſo reciperet, & ſic directum eſſet. Et ita conciliari opiniones diuerſæ poſſunt, quæ ſuper hoc inueniuntur.

¶ Non refragatur l. Titia cum teſtamento. §. 1. ibi, volo enim à ſeipſo accipere. ff. de lega. 2. quia ibi Iuriſconſ. narrat factum. Et ex verbis narratiuis partis non poteſt argui, c. ſi Papa. de priuileg. in 6. glo. in l. vna. C. quando non petent. part. & ibi ita diſpoſitum & expreſſum fuerat.

¶ Nec mouet me etiam quod Alcia. hîc tradit, vt accipere ſit de manu alterius: quia hoc non videtur verum, niſi exprimatur, vt à Titio accipiat: alioqui ſi dicat, accipiat fundum, poteſt propria authoritate intelligi, vt dictum extitit, nec ad prępoſitio ſumetur pro iuxta, vt Alcia. ſcribit, nec etiam quicquam probat.

Accipere eſt verbum directum contra Alciat.

¶ Et ideo dicemus eſſe directum, quamuis moderni ad vtranque partem plura cumulent, iudicium tamen nullum interponunt, contenti recitatione ſola: lingua tamen Gallica ſolent hæc verba ſimul iungi, ſcilicet capere & accipere, ſic, *prins & perceus, ou prendre & perceuoir*, capere & percipere. dicetur fuſius in l. aliud eſt capere. infra eo.

Percipere pilã

¶ Percipere pilam, l. ſi ex plagis. §. cum pila complures luderẽt, quidam ex his ſeruulum cum pilam percipere conaretur, impulit, ſeruus cecidit, & crus fregit. ff. ad legem Aquiliam. ibi, percipere pro retinere, vel percutere, ſeu accipere: quia ludens ita facit, interdum pilam percutit, aliquando retinet, vt ludentibus eſt ſatis notum, & nonnunquam eam accipit, vt alteri tradat.

Perceptio.

¶ Perceptio pro acceptione, vel captione ſumitur, l. pactum inter. in fi. ibi, cum liceat ſui iuris perſecutionem, aut ſpem futurę perceptionis deteriorem conſtituere. ff. de pactis. Inde ſi plures in eodem cœnaculo habitent, vnde aliquid deiectum eſt, in quemuis actio in factum datur, in l. 1. §. fi. ff. de his qui deiecer. vel effude. ſi cum vno fuerit actum, cæteri liberabuntur, lege tertia, ibidem. intelligite tamen cæteros liberari non litis conteſtatione, id eſt ſi lis fuerit conteſtata contra vnum ex pluribus habitantibus, ſed ſi damnum paſſus perceperit damni æſtimationem, tunc cæteri liberabuntur ab illo, nec poterũt ab illo amplius conueniri, quia non eſt amplius in damno: ſed quilibet ex illis habitantibus tenebitur pro virili ſoluere actione vtili id, quod eum contingit ſoluere, quando ignoraretur à quo deiectum eſſet: ſecus ſi ſciretur à quo: quia tunc is, qui fecit, ſoluet. l. 1. & l. perceptione. cum l. ſequen. ff. de his qui deiecer. vel effuder. quamuis ibi glo. aliter intelligat. De verbo præcipere & aliis dicam in l. aliud eſt capere. infra eod.

Falx generale nomẽ: meſſoria fœnaria, putatoria, &c.

¶ Notandum eſt quod nomen falx eſt generale: & pro inſtrumento capitur, quo fruumenta ſecantur, & dicuntur meſſoriæ falces, vel quibus ſecatur fœnum, & vocantur fœnariæ, & aliæ putatoriæ, ad ſecandas vineas. l. inſtrumento. ff. de fundo inſtructo: aliæ vineaticæ, ſyluaticæ, arborariæ, vt docet Varro de re ruſtic. lib. 1. c. 22. Falx autem à farre deducitur, litera commutata, vt vult Varro.

Falcidia vnde dicta, & à quo inducta.

¶ Vnde quidam Falcidiam à falce dictam putarunt, vt gl. in l. 1. ff. ad l. Falcid. quia reſecat, vt falx. idem ſentit Harmenopulus Græcus in ſua epitomè iuris: ſed à Falcidio tribuno plebis inductam ſcribit tex. in c. quædam. 2. diſtinctio. Qua ſancitum fuit, vt vltra dodrantem legare non liceat. Quod ſi vltra dodrantem legatum fuerit, heres quartam partem ex legatis detrahit per legem Falcidiam. d. l. 1. & per totum, ff. ad legem Falcid. Licet tex. in l. filiuſa. ibidem, dicat legem Falcidiam inductam à diuo Pio: ſed hoc elucidat gl. ibi intelligendum eſſe in Trebellianica, quod probat tex. ibi, propter fideicommiſſa: nempe Trebellianica interdum vocatur Falcidia, etiam legitima, vt authen. vnde ſi parens. C. de inoff. teſta. & gl. in c. reſponſa. 2. diſtinctio. Et ante hanc legem Falcidiam erat lex Furia, à C. Furio tribuno plebis inducta, vt Cicer. pro Cornel. Balb. oſtendit, qua cautum fuit, ne cui plus quam mille nummos legare liceret: alioqui quod amplius legatum eſſet, quadruplum reſtitui deberet, vt Theoph. docet in titul. de lege Falcid. in Inſti. ſed huic eſt derogatum per legem Falcidiam, quæ nouiſsima fuit, per l. pacta nouiſsima. C. de pactis.

Lex Furia quæ.

Falcare.

¶ Falcare eſt falce abſcindere, & lex Falcidia defalcat legata, quia iſta lege coarctantur, vt per totum titul. ff. & C. ad leg. Falcid. & Inſtit. de lege Falcid.

Falcarij.

¶ Falcarij, qui falce metunt: etiam coniurati falcarij apud Cicero. vocantur, quod ciuitatem omnem, adeoque ipſa vrbis ædificia, tanquam metere velint, id eſt ferro igniq; omnia vaſtaturi ſint. Spieg. in eo verbo.

Duntaxat.

¶ *Duntaxat*, dictio taxatiua eſt, ſignificans idem quod tantum, ſolum, l. non eſt ferendus. ff. de tranſactio. l. non ſolum. §. quæritur. de procura. l. 3. §. interdum. de nego. geſt. l. ſi ego, ibid. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. de minorib. l. idem Pomponius. in princ. & l. ſed interpellatur. de arbi. l. impenſæ. §. voluntariæ. infra eo. l. in lege cenſoria. lege, qui fundum. & l. mouentium. & lege, Herennius. & l. hæc adiectio. & lege, cum in teſtamento. & l. ferre. infra eo. facit l. 3. §. miratur. nautæ, caupo. ſtab. l. contractus. ff. de regul. iuris.

¶ Item limitat & reſtringit & excludit. Bar. in l. 1. in princip. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. gloſ. in verbo conſanguineis. §. 1. de Regia no. in concorda. non tamen ita excludit,

dit, quin cuncta ad ſe pertinentia includat. cle. exiui. §. cum autem natura. de verbor. ſigni. Feli. allegatur in cap. contingit. col. 1. de fide inſtru.

Tantum.

¶ Tantum idem, in l. armorum. infra eod. l. appellatione parentis. ibidem. l. propemodum. l. ſi ita à te. & l. vrbana prædia. l. in lege. & l. vinculorum. infra eod. l. contractus. de reg. iuris. l. & non tantum. ff. de petit. hered. Aliquando tantum ſignificat idem quod intantum, couſque, l. ſi ædes. 2. ibi, ſi meæ ædes à tuis tantum diſtent, vt proſpici non poſsint, ſeruitus imponi non poteſt. ff. de ſeruit. vrba. præd.

Tantummodo.

¶ Tantummodo limitat, in l. Iulianus. ff. de petitio. hered. ibi, hoc tantummodo eum præſtare debere. vide in l. inter illam. infra eo.

Solum, ſolummodo.

¶ Solum, in l. 1. §. ait prætor. ff. de poſtu. l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. de minor. l. idem Pomponius. de arbit. l. bonorum. 1. infra eod.

¶ Solummodo, in l. 3. §. interdum. ff. de nego. geſt. l. inde Neratius. §. 1. ad legem Aquil. l. 1. §. 1. commoda.

Dictiones taxatiuæ excludunt.

¶ Regula eſt, quod dictiones excluſionis ſeu taxatiuæ excludunt omnes caſus præter expreſſos, per ſupradicta iura: & plene doc. in l. vnic. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera.

¶ Amplia ſiue ſit vna dictio ſola, ſiue geminata, vt ſolum, & duntaxat, vt conſuluit Alex. conſil. 130. in cauſa. num. 8. in 4. vol. & Deci. conſil. 281. in fin. quia poſtquam per vnam omnes caſus ſunt excluſi, ergo multo fortius per duas.

Ius accreſcendi impeditur per taxatiuas dictiones.

¶ Ius etiã accreſcendi impeditur per taxatiuas, vt ſi teſtator inſtituat duos heredes in dua bus vnciis tantùm, alterum in decem, vno repudiante pars alteri nõ accreſcet. tex. fing. in l. Lucius. §. quæ habebat. in fi. ff. ad Treb. Iaſ. in l. vna. col. 2. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtempera.

De taxatiua tacita.

¶ Extende etiam in taxatiua tacita: vnde ſi duobus ſint fructus relicti ad alimenta, vno repudiante vel mortuo non accreſcit alteri. l. dominus. §. per fideicommiſſum. ff. de vſufruct. quia legatum alimentorum tacitam habet taxatiuam, ſecundum Bal. ibi, ideo impeditur ius accreſcendi, & quando fit mentio de ſumma diſpoſitiue, intelligitur dictio taxatiua, ſecus ſi enuntiatiue. doc. in lege, rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum peta. Carol. Ruynus in conſil. 50. caſus. nu. 4. vol. 3.

Ratione contrarietatis vel abſurditatis taxatiua non excludit.

¶ Limitatur ratione contrarietatis, vel abſurditatis vitandę, vel quando ſequeretur nullitas actus, vt plene docet Iaſ. in lege, vna. col. tertia, & ſeq. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. nec approbo quod per ſtatutum vltimum, in quo eſt dictio taxatiua, non inducatur legum correctio, quia vltima derogant prioribus, lege, pacta nouiſsima. de pact. Cod. lege, ſi mihi. prima, § . in legatis. ff. de lega. primo. quicquid dicat Bar. in lege 3. §. cum Titio. ff. de adimend. legat. idem cenſet Iaſ. in l. 1. col. 5. de offic. eius. & Catellia. Cotta in 2. parte memora. in verb. ſolus. & in verb. tantum.

Heredes non excludantur per taxatiuã.

¶ Secundò limitatur in heredibus, quos non repellit taxatiua, lege, ſtipulatio iſta. verſ. ſed ſi ſe obligat. ff. de verbor. obligat. lege, ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pigno. actio. ibi, ſed & ſi creditoris duntaxat perſona fuerit comprehenſa, etiam heres eius iure venderet, ſi nihil contrarium eſſet actum: quia heres & defunctus vna perſona cenſentur. text. in authen. de iureiurand. à morien. præſti. colla. 5. §. 1.

Promittens de ſuo facto an de facto heredis teneatur.

¶ Vnde ſi quis permiſerit velle teneri de ſuo facto tantum, tamen tenebitur ſi ex facto authoris, vel heredis res euincatur, vt docet Bar. in lege, ſi ſeruus. in ſecunda. ff. de condict. furtiua. Franciſ. Cremen. ſingul. 31. ſæpe. Carol. Ruynus conſil. 41. proponitur. nume. 112. vol. 1. Bal. in l. fina. Cod. de actio. empt. Alexand. conſil. 18. attentis. col. tertia, nume. duodecimo, in quinto vol. Deci. conſil. 281. viſo puncto. col. tertia, nume. quarto & quinto. quia factum heredis reputatur factum defuncti, cum ad eum omnes & actiuæ & paſsiuæ obligationes tranſierint. lege prima, ff. ad Trebel. Hippol. ſingul. 475. non eſt tibi. & quia daretur materia heredi petendi poſtea rem venditam. vnde cum prædeceſſor obligatur ex venditione ad euictionem, & non vult teneri niſi de ſuo facto, non excludetur heres.

Pactũ prædeceſſoris quãdo heredi proſit.

¶ Quod non procedit, quando quis prohiberet petere à ſolo Lucio Titio, quia illa prohibitio non extendetur ad heredem, cum prædictæ rationes ceſſent: & ita intelligatur text. in lege, non ſolum. ſecunda. §. tale. ff. de libera. legat. quia negatiua ſolum aufert illi poteſtatem, quem repellit. Nam qui vnum repellit ex duobus, vel multis, alterum permittit, lege, cum prætor. ff. de iudic. facit lex, iuriſgentium. §. pactum. & lex, ſi tibi. §. ſi quis. & ſequen. & lex, & heredi. de pact. quia perſonale pactum eſt, vt ibi: & licet in dubio quis ſibi prouidere cenſeatur, & heredi, lege, ſi pactum. ff. de proba. tamen nocere non cenſetur velle heredi: vnde cum promittit à tali non petere, petet à ſuo herede, lege, Aurelio. in principio. ff. de liberatio. legata. ibi, Modeſtinus reſpondit, ipſum debitorem, ſi conueniatur, exceptione tutum eſſe: diuerſum in perſona heredis eius eſſe.

¶ Iſtud non procedit, quando iſta dictio taxatiua eſſet appoſita inter perſonas obligatas & ad hoc adſtrictas: vnde ſi Rex ſtatuat, quod ſoli conſiliarij ingrediantur quotidie ad palatium, gratia adminiſtrandæ iuſtitiæ, non comprehendentur ipſorum heredes, per tex. & ibi Lucam de Penna in l. 2. C. de curioſ. & ſtatio. lib. 12. cum ſolum loquatur & intelligatur

de officialibus, & heres non eſt talis: ſed iſta limitatio fere extra oleas eſt, licet eam interpretes adducant. Ad hęc non habet locum in authore particulari, pro quo non tenebor, ſi promiſero pro meo facto tantum. glo. in l. ſi cum fundum. infra eo. Franciſ. Cremen. ſingu. 137. vnus ex. Etiam quando in lege hoc exprimeretur, quod non tranſiret ad heredem, vt in ingratitudine reuocanda, quam ſolus ille, cui fuit facta, reuocat. l. his ſolis. C. de reuocand. dona. & non reuocando videtur nolle reuocare, ſed remittere. in l. fi. C. de reuocand. dona. doc. in c. fi. de dona.

Author particularis an teneatur pro ſucceſſore.

Per ingratitudinem prædeceſſoris heres non reuocat.

Extenſio per alia iura fit.

Similes caſus non excludūtur per taxatiuam.

¶ Tertiò taxatiua non excludit extenſionem, quæ fit per alia iura. lege prima, §. per ſeruum. ſecundo. ff. de acquirenda poſſeſsione. & ibi Iaſon in ſecundo notabili. facit lex, qui pignoris. §. primo, ibidem: quam ipſe allegat poſt Areti.

¶ Quartò limita, vt dictiones excluſiuæ ſeu taxatiuæ nō excludant caſus ſimiles, lege, ſi tamen. §. ſi emptor. ff. de ædilitio edicto. ibi, aut cæteris rebus ſimilibus. gloſſa in lege, contractus. ff. de regul. iur. & in l. ob æs minorum. C. de prædiis minorum. Nec etiam excludit ſimiles exceptiones. nam ſi vna tantum ſit apponenda, ſimiles non reiicientur, l. ita nobis pudor. vbi gloſſa, C. de adult. capit. cum dilecta. de confirm. vtili. gloſ. in lege prima, C. de condictio. indebiti. Angelus in d. lege, ſi tamen. de ædilitio edicto. Minus etiam excludit perſonas ſimiles, teſte Aretino in lege, ſtipulatio iſta. columna tertia. ff. de verbor. obligationib. Barbatias ſic conſuluit conſilio ſecundo. à Loue. col. 10. num. 9. in 4. volumine, & Decius conſilio 218. in fine. Intellige quando ſimilitudo induceretur per aliam legem, vt docet Paulus Caſtren. in lege, ſi mora. columna prima. ff. ſolu. matr. facit lex prima, §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti. & lex, Publia. ibidem. ſecus de conſuetudine: quia hæ dictiones non excludunt ea, quæ de conſuetudine nobis competunt, vt docet textus in lege, viros. C. de diuerſis officiis. vbi Bartolus, & Rebuffus libro 12. & ſequitur Deci. conſil. 2. & Catellia. in verbo tantum.

Excluſiuæ dictiones non excludūt ea, quæ de cōſuetudine competunt.

¶ Vltimò dictio taxatiua non excludit ea, quæ veniunt de natura verborum, quibus adhæret. textus in clementina, eximi. §. cum autem natura termini reſtrictiui hoc habeat, quod ſic excludit ab ipſo extranea, quod cuncta ad ipſum pertinentia concludit. de verb. ſignif. Iaſ. conſil. 84. verba. col. 2. in 3. vol.

Taxatiua non excludit naturam verborū.

¶ Vnde ſi quis tantum de dolo teneatur, lata culpa non excludetur, lege prima, §. hæc actio. ff. ſi menſor falſ. modum dixerit. Alex. conſil. 130. in cauſa. num. 78. in 4. vol. allegat tex. in lege, ſi mora. iuncta glo. ff. ſolu. matrimonio. ibi tex. dicit maritum teneri duntaxat de dolo, tamen etiam de lata culpa tenebitur, quæ comprehenditur ſub dolo. l. quod Nerua. ff. depoſ. l. in actionibus. vbi Iaſ. de in litem iurand. Vnde ſi dicatur, quod ſolus epiſcopus poſsit hoc facere, non excludetur capitulum ſede vacante. glo. in c. nullus ordinetur. 24. diſtin. Alia de his dictionibus taxatiuis licet videre per Iaſ. & alios in d. l. vna. ſi quis ius dicenti non obtempe. multa tamen dico quæ ipſi non docent.

¶ *Paratum*, id eſt præparatum, apparatum, vulgo *appreſté*. Idem in l. carbonum. & l. pronuntiatio. circa fi. l. in lege Cenſoria. l. malum. in fin. & l. penult. inf. eo. facit l. 3. §. & ſi heres. ibi, parato patre. ff. de minor. lex, intra. in fin. ibi, paratum promptum auxilium. ibidem. Paratur nauis ad hoc, vt nauigetur. lege, arboribus. §. 1. ff. de vſufructu. Paratus emere, l. eum qui. in fi. ff. de in diem addict. paratus plus adiicere. l. licet. ibidem, id eſt expeditus, præſto, promptus. Paratus omni tempore tradere, l. ratio. in fi. ff. de actio. empti. Paratus eſt dominus aliam habitationem, non minus commodam præſtare, l. ſi quis domum. ff. loca. Paratus ſoluere, l. ſi debitori. vbi ſcripſi. ff. de iudic. l. fideiuſſor. 2. de pigno. l. potior. in fi. qui potio. in pigno. habeant. Paratus ſatiſfacere, l. item liberatur. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſoluit. doc. in l. 4. §. ait prætor. de re iud. paratus ſatiſdare, in lege, prætor. §. ſi quis paratus fuerit ſatiſdare. de noui oper. nuntiat. Paratus offerre. l. quærebatur. qui potior. in pignore habe. Paratus debitor reddere pecuniam, l. ſi creditor. ff. de diſtractio. pignor. Paratus dare, l. ſicut. §. ſi debitor. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypo. ſol. Parata cauſa vxoris, in lege, ſi quid. §. inter. ff. de legatis tertiò. & lege, hoc legatum. ibidem. Parari pecunia, id eſt comparari, lege, propemodum. ibi, quamuis is fundus hereditaria pecunia parari poteſt. infra eod. Parari pro acquiri, l. filius. ff. de inoffic. teſtam. ibi, quoniam alij commodum victori parat. Parare ſocietatem pro coire, cōtrahere, l. nemo poteſt ſocietatem heredi ſuo ſic parare, vt ipſe heres ſocius ſit. ff. pro ſocio. Alia liberum eſſet iura ſuper hoc parare, ſed detinere vos longa verborum ſerie nolo.

Paratum, & eius phraſes.

PAVLVS LIB. VIGESIMOQVARTO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMASECVNDA.

Minus ſolutum intelligitur, etiam ſi nihil eſt ſolutum.

¶ Minus ſoluere dicitur, qui nihil ſoluit, vel qui totum non ſoluit: & hoc probat dictio etiam: vnde ſicut non liberatur pignus, niſi toto ſoluto debito, etiam ſi pars pretij ſoluta

ſoluta fuerit, l. ſi rem. §. o mnis. ff. de pignorat. actio. & C. de diſtractio. pigno. l. quandiu. ſic quando nihil ſolutum eſt, vt hic. facit l. verbum amplius. infra eod. Item minus apparens, (vt Gallice loquar) dicitur titulus, ſi etiam nullus ſit, vt ſcripſi in artic. 3. titul. de cauſis benefic. in 3. tomo conſtit. Reg.

Titulus minus apparens.

¶ Gloſſ. tradit exempla, ſed non conueniunt huic tex. quia l. amiſsi. ff. de fideiuſſorib. loquitur de dictione quantominus. & tex. in l. ſi ita à tē ſtipulatus. infra eod. loquitur de dictione ſimplici minus, ideo dicite vt ſupra. Paulus Caſtrenſ. in l. illud. §. ſi cuius. ff. de tribu. inducit iſtum text. ad quæſtionem, de eo qui ſponſionis cauſa aurum depoſuerat, quem amittere volebat ſi minus curreret, quam alter ſocius: ſi nolit alter currere, dicitur perdidiſſe, quia minus dicitur currere, qui nihil currit.

Vtilitates l. et exempla.

¶ Secundò, ſi ſtatuto caueatur, vt habentes centum in bonis, ſoluant decem, ſi minus habeant, quinque, etiam illi qui nihil habent, intelliguntur comprehēſi: teſte Bald. in l. fin. in fine princip. ff. ſi certum peta. quem ſequitur Iaſon in l. vbi autem. in primo nota. quam legit cum §. final. legis præcedentis. de verborum obliga. & in authent. præterea. columna vltim. C. vnde vir & vxor. Catellia. Cotta in ſecunda parte memora. in verbo minus. quibus facile in hoc non aſſentirem, tum quia repugnat menti ſtatuentium, qui veriſimiliter voluerunt taxare bona, & non perſonam illius, qui nihil habet, cum manis ſit actio, quam inopia debitoris excludit, l. nam & his. ff. de dolo. l. quoties. §. 1. ff. de pecul. & l. 1. §. ſi apud. 2. depoſiti. Et ſic ſtatuentes voluerunt intelligere comparatiue, vel ſaltem vt tantū habeat bonorum, ex quibus ſolui poſsit talis ſumma impoſita. probatur etiam ex ſequentibus: alioqui bonorum mentio non eſſet habita, & iniquum eſſet, quod nihil habens adſtringeretur, ac ſi bona haberet. Et vulgus dicere ſolet, *la ou n'y a rien, le Roy perd ſon droict*. Nec refragatur iſte textus, quia limitatur quādo ex hoc ſequeretur abſurdum. nam abſurdum eſſet, quod nihil habens ſolueret collectas ex bonis, quæ non habet. & Iuriſconſult. ſæpe ab abſurdo interpretatur, vt in l. nam abſurdum. ff. de bon. liber.

Non habēs bona an collectas ſoluat.

¶ Tertiò ſi promiſerim domū tibi vendere centū minus quam aliis, ſi domus depretietur, vt nunc non valeat niſi centū, non teneor illā dare, ſed debeo remittere pro rata parte pretij. Nam ſi tunc valebat mille, decima pars remittebatur: ſic & nunc ex centum decem remittenda ſunt, argum. l. ſi heres. & l. apud Iulianum. de lega. 1. ff. & l. pœnales. in fin. ad legem Falcid. & l. ſi ita ſcriptum. de liberis & poſthumis.

Promittēs vēdere centū minus quā alius.

¶ Quartò refragatur l. fina. §. penult. in gloſſ. minorem. C. de donatio. ante nuptias. vbi non ponitur pro nihilo, nec in l. maiorem. ff. de pact. Reſponde quando dictio minus ponitur ad poſitionem maioris, tunc ſtat comparatiue, vt ibidem. Et in Euangelio Lucæ 7. Cui minus dimittitur, minus diligit. & in l. cum hi. §. ſi quis de alimentis. ff. de tranſactio. Et minus audiens immunitatem ciuilium munerum non habet: id eſt parum audiens. textus iuncta glo. in l. 2. §. minus audiens. de excuſatio. munerum. facit l. iuriſgentium, §. fina. ff. de pact. ibi, vt minus ſoluatur. l. item apud. §. ſi quis virgines. ff. de iniur. l. & poſt. de iudic. l. ſi non mortis. de inofficioſo teſtam. & in l. ſi cui. §. fina. ſupra eo. vbi dicitur, minus ſoluit, qui tardius ſoluit. l. non poteſt. infra eo. l. cum auus. ff. de conditio. & demonſtratio. §. 1. Inſtitu. de vſu & habita. l. errore. C. de teſtam. ca. penult. de reſcript. ſecus quando nihil reperitur, ad quod fiat comparatio. Bar. in l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ita ſcriptum. ff. de legat. 1. in fin. Decius conſilio 184. & pro tenui. numero 4. & ſic loquitur l. 3. & l. ſi cui. ſupra eo. & l. non poteſt videri minus ſoluiſſe. & l. cum in teſtamento. infra eo.

Minus quando comparatiue ponitur.

¶ Aliquando comparatiuum ponitur pro abnegatione, & tunc accipitur pro nihilo, vt hic, & l. ſi quis ab alio. in fine. ff. de re iudica. ibi, ſi minus, quia non facit. & ita tenet Alber. in dicta lege, illud. §. ſi cuius. Et quādo comparatiuum exponatur pro poſitiuo, dixi in interpre. l. vnicæ. in glo. 4. in verbo melius. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. gloſ. & doctores in c. conſilium. de celebratio. miſſar.

¶ Quintò ſi quis egit quanto minoris pro equo, qui nullius eſt pretij, eo quod non poterat agere redhibitoria, quia lapſum erat tempus ſex menſium, intra quod talis actio moueri debet, l. 2. C. de ædil. act. an debeat ei totum pretium reſtitui: & eſſe reſtituendū probat l. bouem. §. aliquando. ff. de ædil. edicto. Rofred. in tractatu libello. rubr. de actio. quanto minoris ciuili. poſt princip. & Ioan. Mona. in cap. ab eod. de electio. in 6. quia minoris etiam intelligitur, quando nullius eſt momenti & pretij, vt hic.

De actio. quanto minoris.

¶ Sextò argumentum de minori ad maius quod procedat affirmatiue, tradit gloſ. in cacum in cunctis. de electio. authen. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſ. regu. cui licet. de reg. iuris. lib. 6. De maiori autem ad minus arguitur negatiue, Si doctor non poſsit ſoluere fortiſsimam iuris antinomiam, ergo nec diſcipulus eius, cap. ſi ergo. 8. q. 1. & cap. ſi Paulus. 32. quæſtione 5. Et plene Nicol. Euerardus in locis legal. folio 82. & in dialectica legali.

Argumētum de minori ad maius.

¶ Septimò minus conceſſum dicitur, quando non eſt conceſſum ab illo, qui concedere poterat, l. 1. in prin. ibi, hoc interdicto proſpexit prætor, ne deriuationibus minus cōceſſis flumina exareſcant. ff. ne quid in flumine public. vbi poteſt intelligi minus quam de-

Minus conceſſum.

ceat,vel posit,concesis.hoc elucidatur in §. sequen.ibidem, & sic quando iure non est concessum.

Minus idoneus. ¶ Minus idoneus,qui nullo modo est idoneus,l.qui ædes. ff. de incend.ibi, si verò casum,aut noxam sarcire iubetur:aut si minus idoneus sit,leuius castigatur. Item si hereditatem minus lucrosam adierit minor,succurritur ei,vt se possit abstinere, l. ait prætor. §.1. ff.de minorib. Minus dubitatur,l.peculium autem.§. sed & creditor. ff. de pecul. Alias huius dictionis phrases nunc omitto.

¶ Minuscula,in l.hæc adiectio plurisve.in fin.infra eod.elucidatur.

¶ Multominus,de hac dictione videte text.in l. item apud.§.si quis virgines. ff.de iniur. Alia dixi vobis in §.minus.l.si cui.in fin.supra eod.

Intelligitur. ¶ Intelligitur, hoc verbum proprietatem denotat, nempe quod intelligimus, id proprie fit per aures,vel per intellectum,& mentem, dum percipimus aliquid.Legi autem,inquit Iurisconsultus,sic accipiendum est,non intelligi,sed oculis perspici,quæ scripta sunt, l.1.de his quæ in testamento delentur.ff. l. restituere.1.infra eod. & tunc potest exponi prodici, interpretari, vel accipi,lege,si debitori. ibi, intelligendum est.ff.de iudic.nam non ita arcte apud Iurisconsultos accipitur,vt apud Philosophos,qui principium scientię esse volunt, vt apud Aristot. in posterio.legi potest, & in ethicis : & videte quæ scribam in l.dedisse.infra eod.

¶ Derogatur quando ex ipsa materia, vel ex verbis iunctis huic verbo aliud demonstraretur,vt in §.1.de excusation. tutor. in Institu. vt filij mortui in bello intelliguntur viuere, non dicit simpliciter, sed per gloriam viuere intelliguntur, id est finguntur. videte quæ plene scripsi in l.dedisse.infra eod.& in l.1.supra eod.

¶ *Etiam,* de hoc verbo scriptum est in l.mulieris.supra eo.

¶ *Solutum,* de dictione solutionis dicam in lege, quicunque.in fine. & l. solutionis. infra eodem.

VLPIANVS LIB. VIGESIMOPRIMO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMATERTIA.

Palam est coram pluribus.

Palam multis modis accipi. ¶ Hæc dictio multis modis accipitur : nempe qui vult reuocare institorem, debet eum palam proscribere,palam sic accipimus,claris literis,vt de plano recte legi possint,ante tabernam,vel ante eum locum,in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed cuidenti,l.sed & si pupillus.§.proscribere.ff. de instito.actio. Et habetur in Euangel.Ioan.18. Ego palam locutus sum mundo.Et palam dicitur coram pluribus : dictio vero coram in vno etiam consistit,l.coram.infra eo.Et palam verbis exprimi est manifestis verbis, & planis exprimi,l.quicquid.de verborum obligatio.ff.vbi glosf.l.ædiles.2.de ædil.edicto.

Coram & palam differunt.

¶ Palam etiam dicitur fieri,quando fit, vt possit peruenire ad notitiam eius, cuius interest,gl.& Bar. C.de his qui ex publ.rat.mut.pec.accep.lib.10.Barb.cõsi.46.præclarè. col. 4.in 1.vol. vbi etiam dicit clam factũ,si præsentia iudicis requiratur, & non interuenit,licet testes sint præsentes:sicut in alienatione rerum minorum,& in matrimoniis,in l.fina.in fi. ff.de ritu nupt. ca.cum inhibitio.de clandest.despon.Et idem tradit Ias.in l.clam.in princ. 2.not.ff.de acquir.possess.cum concord.l.heredes palam nuncupandi sunt, ita vt exaudiri possint.ff.de testamen. vbi palam dicitur fieri, quando exaudiri potest is, qui testamentum facit.

Palam fieri dicitur, quando exaudiri potest.

¶ Item palam quæstum facere dicemus,non solum eam, quæ in lupanari se prostituit, verum etiam si qua,vt solet,in taberna,caupona,vel quo alio loco pudori suo non parcit. palam autem sic accipimus,passim,hoc est sine delectu,l,palam.ff.de ritu nuptia. vbi probatur in tabernis solere esse meretrices.

Palã pro passim.

Palam est pro certum est.

¶ Palam est etiam dicitur pro certum,& manifestum est:vt palam est,planum est, l.familiæ appellatione.infra eo.l.naturalem.§.gallinarum.ff.de acquirendo rerum domi.l. adeo, §.1.& §.aliud.& l.1.§.purgandi.de riuis.l. 3. §. si tamen.de libero homine exhib.ibi, palam erit.& l.2.de doli exceptio.l.1.§.si id quod.de actio.& obligatio.l.stipulatio ista.§.1. de verborum obligatio.l.iam tamen.§.nunc videamus.ff.iudica.solui.l.2.de crimi.expil.hered.l. qui domum.in fine.& l.miles.§.socer.de adulter. lege prima, §. propriam. quando appellandum sit.

Plures dictio quot requirat.

¶ *Pluribus.*Hæc dictio duos ad minus requirit,cap.is cui.de præben.in 6.& cap. non potest.ibidem.cap.final.de testament.cap.1.& ibi Bald.de notis feudorum. regula,pluralis.de reg.iur.in 6.quamuis tres ad minimum requiri dicat Panormit.in cap.ad nostram.de reb. eccles.non alienan. & Alexander in l.& si post tres.ff.si quis cautio.& Barba. in proœmio cle.§.sane.Quod intelligatis verũ, vt ad minus dictio plures duos significet : potest enim multo

multo plures continere,etiam mille:nempe coram pluribus factum censetur, etiam si sex milia adessent. Et ista dictio pluribus refertur ad personas hoc in loco, vt in l.in vsu.ibi, plures heredes.infra eo.interdum ad res seu materiam,vt in l.plus est.supra eo.

Plurimus dictio.

¶ Dictio verò plurimus ad minimum tria requirit,cap.Christiano.34.distinct. ca. quomodo.31.quæst.1.Imol.in clem.sæpe.in princip.de verborum significatio.glosf.in authen. de triente & semisse.§.& quod sæpe.in verbo & quod filiorum.colla.3.facit l.continuus.§. item qui insulam fieri spoponderit,non vtique conquisitis vndique fabris,& plurimis operariis adhibitis debet festinare.ff.de verb.oblig. Idem in dictione compluribus,vt in l. eum qui vectigal.supra eo.

¶ Primò derogatur prædictis,quando materia subiecta requirit numerum maiorem,l. veluti.§.1.ff.de edendo.tunc enim in his dictionibus,& aliis,legis declaratio sequenda est, l.prospexit.ff.qui & à quib.Feli.in cap.exceptionem.colum.penult.de except.

¶ Secundò non procedit,quando constaret de mente proferentis. Illam enim nos sequi oportet,l.non aliter.ff.de lega.3.Domi.in cap. cum plures.de officio delegat.in 6.l.in conditionibus.ff.de conditio.& demonstrat.

¶ Tertiò limitatur,quãdo ista verba essent geminata,vel vnũ poneretur cum altero, vt pluribus & pluribus.Nam tunc quatuor ad minus requiruntur, vt si dicat, semel & plures, saltem tria requirit.Bar.in l.si gemina.ff.arbo.furtim cæsarum. Roma.consilio 490.in proposita.Georg.Natã.in repetit.d.cle.sæpe.col.2.de verborum signi. Ex re ergo cognosci poterit,quomodo istæ dictiones intelligantur,vt scribam in l.sæpe.infra eo.

¶ Declarat hic Alcia.quando dicatur notorium, vel manifestum, seu liquidum. Alibi quando commodum erit,vobis elucidabo. Interim videre poteritis Io.Fab.in proœ.Instit.glo.& docto.in cap.vestra.de cohabita.clerico.

PAVLVS LIB. VIGESIMOQVARTO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMAQVARTA.

Actionis verbo etiam persecutio continetur.

¶ Actionis nomine venit persecutio:nam actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur,l.nihil.ff.de actio.& §.1.illo titu.in Instit. Et generale verbum actionis esse dicunt iuris interpretes,per l.pecuniæ.§.actionis.infra eo.l.quo enim.§.1. rem ratam haberi. ff.Ideo actio persecutionem continet,vt hic.actio enim in personam confertur,petitio in rem,persecutio tam in rem quam in personam rei persequendæ gratia.l.actio.ff.de actio.& obliga.Igitur persecutione rem,& personam persequimur.& sic mediante actione, vel in personam vel in rem(vt inferius plenius explicabitur) agimus. Limitatur iste text.quando actio & persecutio exprimerentur:tunc enim expressum facit cessare tacitum, vt nomine actionis persecutio non contineatur,l.cum filio.§.filio.ff.de vulgar.l.cum quid.si cert. peta.& ita exprimitur in l.creditores.supra eo.& in l.2.§. peruenisse. ff. de hered. vel actio. vend.l.bonorum.1.infra eo.l.miles.1.de castrens.pecul. & hoc ad vberiorẽ elucidationem quandoq; fit:nisi dicatis quod omnis actio habet persecutionẽ, id est ius persequendi in iudicio,vt d.§.1.& sic persecutio actionis nomine venit. Ideo actionem persequẽdæ rei vocat Iurisconsultus in l.Labeo.1.§.rem amisisse.supra eo.& pœnæ persecutionem,in l.illud.ad legem Aquiliam.ff.& bonorum possessio est ius persequendi, retinendíq; patrimonij.l.3.§.bonorum.ff. de bonorum possessio.etiam proprie,quicquid dicat glosf.hic, quia Iurisconsult.proprie locutus est,non per abusionem,nisi hoc dicat,vel vtatur verbo denotante fictionem,vt alibi dixi.

Differentia inter actionem, petitionem, & persecutionẽ.

¶ Sciendum est,quod hactenus iurium interpretes multa miscuerunt, & confuderunt vocabula,quibus separatis plura iura renascentur,& facile intelligentur : imprimis officiũ iudicis & persecutionem confundunt,dicentes persecutionẽ officium iudicis esse:quod maxime à iure alienum est.Nam persecutio duplex est, quædam extra iudiciũ fit, vt cum quis persequitur seruum fugientem,vel aliud animal,& illa nihil commune habet cum officio iudicis.probatur in l.qui cum vno.in fine. ff. de re militari. Ista factum magis quam ius respicit,quando coram iudice non fit. & de ista persecutione loquuntur iura in titul. ff.& C.de seruis fugit.& in l.omnes.vtraque.C.de agricol.& censit.lib.11.

Persecutio duplex, & nõ est officiũ iudicis.

¶ Altera est persecutio quæ à parte fit coram iudice, vel mediante aliquo iure, actione, vel debito,seu æquitate, quæ parti competit,ad persequendum illud ius : & illa persecutio partem respicit.lege, sed & si alienare.§.1.ibi,nam & tunc domino erit fideicommissi persecutio.& §.seq.ff.de fideicommiss.libert.& dolus est,si quis noluit persequi, quod persequi potest.l.dolus.ff.manda.l.si quis quenquam.si quis cautioni.& l.3.C.de pręd.minor. Et vbi genus actionis id desideratur,ibi (ad quemuis persecutio eius deuenerit) non deficiat ratio auxilij.l.in omnibus causis id.ff.de regul.iur.Persecutio itaque est imploratio officij iudicis,

Persecutio ad partem refertur, officiũ iudicis ad iudicẽ.

iudicis,vt docet Alcia.& parti datur aduersus partem.l.& vno.§.1.ff.de acceptil.& l.minor annis 25.cui fideicommissum:ff.de minorib. & hæc persecutio aliquando fit mediante actione,vt in sententia,ex qua oritur actio,l.Iulia.ff.de condic.indebit.& tamen persecutio etiam competit, per quam iudicis officium imploramus. Bar.in l.intra.ff.de re iudic. Aliquando sine actione,& tunc persecutio est extraordinaria petitio,non habens iuris ordinarij executionem,l.pecuniç.§.persecutionis.infra eo.Vnde dominus proprietatis potest persequi sibi cautionem ab vsufructuario dari,& iudicis officio præstabitur, l. si cuius.de vsufruct.l.harum.& l.egi.si serui.vindicet.Et persecutio altera perpetua,altera temporalis. §.1.de perpetuis & temporal.action. vt plene explicat D. Berenga. Fernand.doct.Tholos. excellens in repeti.l.naturaliter.§.nihil commune.in 1.præfatio.ff.de acquir.possesio. vbi egregie tradit.

Officium iudicis generalissimum.

¶ Officium autem iudicis generalissimum dicunt docto.omnia continens,quæ per iudicem expediri possunt,in l.1.ff.de iurisdictio.omnium iudic.& ideo persecutionem officium iudicis esse docent,quod tamen vt dixi alienum est,quia persecutio respicit partem, sicut actio,officium autem iudicis ipsum iudicẽ, & respicit exercitiũ iurisdictionis, quod iudex habere potest ratione sui magistratus:ergo persecutio non est officiũ iudicis. quod probatur in l.in fraudẽ.§.qui pro alio à fisco conuentus debitũ exoluit,non iniquè postulat persecutionem bonorum eius,pro quo soluit,in quo etiam persecutio adiuuari per officium iudicis solet.ff.de iure fisci.Postquã persecutio adiuuatur officio iudicis,ergo persecutio & iudicis officium sunt diuersa,quia officium iudicis ad iudicem,& non ad partem pertinet.l.Męuia.ibi,officio tamen iudicis compellendos testatricis iussionibus parere.de manu.testa.l.4.in princ.ibi,prætoris,vel præsidis erit.de damno infect.l.si reus. de procur. vnde sic Vlpia.ait:Iudici enim, statim atque iudex factus est,omnium rerum officium incumbit,quæcunque in iudicio versantur.ea autem quæ ante iudicium contingunt, non valde ad eum pertinent,nisi fuerint ei nominatim iniuncta,in l.ædiles.1.§.item sciendũ. ff. de ædil.edict.& quod in priuatis iudiciis est de dolo actio,hoc in criminibus stellionatus est persecutio.l.3.ff.de crimine stellio.facit l.si quis putans. commun.diuid.Et officio iudicis iubet iudex,persecutione rem pars persequitur,l.si priusquam. ff. de no.oper. nuntiat. facit l.si cuius.ibi,dominus potest in ea re satisdationem desiderare, vt officio iudicis hoc fiat.de vsufruct.l.seruo.in fin.de lega.1.l.harum.si serui.vindi.facit l.penulti.ff.si vsusfruct. peta.ibi, quid ergo officium iudicis erit, quam hoc, vt securus consequatur fructuarius fruendi licentiam,& proprietatis dominus non inquietetur?

¶ Itaque omnia ista sunt diuersa & varia,& ea quæ varia sunt origine,varia sunt & effectu,l.obligationum.ff.de actio.& obliga.sed actiones sunt de iure ciuili.l.in commodato, §.sicut.ff.commoda.docto.in §.1.Instit.de actio.& officium iudicis de iuregentium est,vt in lib.Iudic.in Bibl.constat,& Gomes.in d.§.1.facit l.2.ff.de origin.iuris.Ergo actio & officium iudicis sunt diuersa etiam origine.

Officium iudicis actio esse non potest.

¶ Ex his infertur,quod officium iudicis non potest esse actio, nec econtrario.probat l. 3.§.ex quibus.ibi,vt hac actione officio tantum iudicis consequatur actor.ff.de alien.iudi. alioqui si actio esset officium iudicis,pars agere & condemnare posset, quia haberet & actionem & officium,quod est absurdum:nam vna iudicem, altera partem respicit.& Bald. in cap.querelam.colum.2.de elect.ait officium iudicis esse potius actum,quam actionem, quia maxime in facto consistit,& in exercitio iurisdictionis iudicis, qui iudicando interponit suum officium.

Officium nobile,vel mercenarium nõ potest dici.

¶ Secundò patet ex iure non esse,distinguere officium in nobile & mercenarium, cum nullibi hoc legatur in tex.& erubescimus(vt dici solet)cum sine.lege loquimur, l.dissentiẽtis. C.de repud.l.illam.de colla.Etiam quia quodlibet fere officium iudicis deseruit actioni,vel persecutioni,d.l.actio.& l.in omnibus causis id. de reg.iur.ff.ibi,vbi genus actionis id desiderat,ibi(ad quemuis persecutio eius deuenerit)non deficiat ratio auxilij. Alioqui sequeretur,quod in nobili officio,vt dicunt doct.quis sine aliquo iure ageret:quod est iniquum,quia nemo sine actione experitur,vel persecutione.l.si pupilli.in fin. ff. de negotiis gestis.& quod iudex & officio partis,& iudicis fungeretur,quod est difficile:vix enim est vt vnus homo vicem duorum sustinere possit,l.si plures.ff.de pact.Et sic vnum iudicis officium est,quod tunc demum datur,quando iusta est partis petitio, vel alias ex bono & æquo persecutio.Ideo in d.l.1.dixi quoddam officium iudicis esse merum,alterum mixtũ, reprobans nobile & mercenarium.

¶ Tertiò in irritum cedit differentia,seu differentiæ inter actionem & officium iudicis, cum non sint sub eodem genere : quamuis Bar.& alij contrariũ teneant in d.l.1.ff.de iurisdictione omnium iudicum:sicut si quis vellet facere differentiam inter partem & iudicem,& officium iudicis & partis.partis autem est persequi, iudicis verò officiũ est cognoscere,& iudicare,l.de qua re.ff.de iudic.

Differẽtiæ in-

¶ Primam differentiam,quod obligationẽ officium iudicis non præsupponat,reprobo in l.

in l.pecuniæ.§.verbum debuit.infra eodem.Quia debitum est, quod persequimur, vt ibi, & in l.creditores.supra eo.& l.vel obligatus.de liberali causa.

ter officiũ iudicis & actionẽ irritæ sunt.

¶ Secunda non valet,quia etiam in his quæ debentur via actionis per interpellationem extraiudicialem,non semper constituitur quis in mora,in l.cum fundus.ff. si certum peta. Bart.in l.denuntiasse.§.1.de ædilitio edicto.Alexand.in l.vinum.col.1.ff.si certum peta.Iaſ. in l.nec quicquam.§.vbi decretum.col.12.nu.75.de officio proconsul.& in d.l.1. vbi Purpura.colum.10.nu.105.& seq. vbi plenius videte, quia vt ipsi dicunt, nihil debetur parti.l. cum postulassem.ff.de dam.infecto.Sed hoc est falsum:nam illud quod persequi possum, est debitum,l.creditores.supra eod.alias non daretur iudicis officium, vt dictum fuit superius.sed in l.cum postulassem.quis non tenetur damni infecti nomine, si rudera relinquere velit,antequam caueat,vel illi iudex præceperit,l.euenit.& d.l.cum postulassem.Sed ibi hoc non est,quod officio iudicis fiat,sed quia ita à lege statutum fuit,in d.l. euenit. vt fusius dicam in intellectu ad illam legem,cum postulassem.in meis no.interpreta.

Officium iudicis an sit remedium extraordinarium.

¶ Illa etiam differẽtia,quod officium iudicis dicitur remedium extraordinarium, non probatur:nam quando accommodatur actioni,est ordinarium:si accommodatur tantum persecutioni,erit forte extraordinarium,d.l.pecuniæ.§.persecutionis.infra eod. Nam quæ religiosis adhærent,religiosa sunt,l.quæ religiosis.de rei vindicat.ff. Sed & Iurisconsultus vocat restitutionem extraordinarium auxilium,in l.in causç.2.ff de minor.quia si actio daretur,quæ est auxilium ordinarium,non daretur restitutio:ideo persecutio, quæ datur ad restitutionem petendam,dici forte potest extraordinarium auxilium,quia extra ordinem actionum iudex succurrit,& restituit:vt scripsi in tracta.de restitu.in 2. tomo comment.ad constit.Reg.Gallicas,& in l.pupillus.§.munus.infra eo.& in d.l.in causæ.

Officium iudicis extraordinarium quid.

¶ Alia differentia inferius reprobatur,quia si non datur actio,vel persecutio, officiũ iudicis non implorabitur:alias esset iniquum,si daretur(vt dictum extitit)sine iure, & æquitate. Alias differentias non persequor à doctoribus etiam reprobatas in d.l.1.de iurisdict. om.iud.ff.vbi etiam scripsi fusius.

Differẽtiæ inter persecutionem & officiũ iudicis reprobantur.

¶ Quartò differentiæ etiam inter persecutionem & officium iudicis cessant, super his scriptæ in §.1.de actio.in Institu.& quicquid ibi docto.scribunt.

Vbi tollitur actio, & persecutio etiam extraordinaria.

¶ Quintò si lex vel statutum tollat,vel deneget actionem,& persecutionem actioni inhærentem denegare,vel tollere videtur:& idem econtrario,si concedat actionem, in l.omnes.C.de præscriptio.triginta anno.vbi post præscriptionem sublatæ sunt actiones,ergo & persecutiones,quia rem præscriptam persequi non potero . hoc exprimitur in l.sicut. ibidem.quia sublato genere, omnes eius species sublatæ sunt, vt dialecticis notum est,& doct.scribunt in l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de rebus dub.& si persequerer, frustra facerem,quia iudex non impartiretur suum officiũ,nisi ex bono & æquo, vt dicetur, quod nõ est in hoc casu,l.fin.C.de his quæ vi metúsve causa fiunt. Siue actio sit ordinaria, siue extraordinaria,quia negatio totum negat,l.si quis ita stipulatus fuerit, decem.vbi Iaſ.notat.ff.de verborum obligat.& plus tollit negatiua,quam ponat affirmatiua.glossa in l.hoc genus.ff.de condi.& demonstrat.& in cap.cum dilectus.in verbo à suspensis. de consuet. probatur in l.quemadmodum.in fi.ibi,nulla datur actio. ff.ad legem Aquil.l.non omnis. si certum peta.l.si remunerandi.§.Maurus.& l.si procuratorem.§. si liber.manda.quamuis Alcia.contra in lib.2.paradoxor.cap.10.

Actio extraordinaria quãdo sublata censeatur, contra Alciatum.

¶ Nec refragatur l.2.C.de dolo,vbi dicit nullam dari actionem, & tamen de dolo extraordinaria datur,l.naturalis.§.quod si faciam.de præscrip.verb.ff.respondeo, quia ibi de dolo actio excipitur à lege,ideo illa extraordinaria datur:secus si lex vel consuetudo diceret simpliciter nullam actionem dari,tunc nec quidem actio alia extraordinaria dabitur, nisi de dolo,quia illa semper excepta est à lege,si dolus interuenerit.in l.& elegãter.§.non solum.& §.seruus.ff.de dolo.ne detur occasio committendi dolum, & alium dolo decipiendi.l.iurisgentium.§.si paciscar.& l.si vnus.§.illud.ff.de pact.

Quando persecutio est prohibita, agere quis nõ potest.

¶ Sextò prohibita persecutione non poterit quis agere, nec recipietur agere volens: quod pulchre probat l.3.ff.si ex noxal.causa agat.& lex Regia in rub. de restitutio.& relea.artic.2. vbi post trigintaquinque annos prohibetur minor persequi, *poursuyure*, cassationem & annullationem contractus,ratione ætatis.ergo nec poterit postea agere, cũ persecutio sit sublata:quia persecutio est actionis exercitium,d.§.1. de act. in Instit. An possit postea agere beneficio l.2.C.de rescindenda vendit. & quando decem anni ordinationis computentur,dixi ibi,& in tracta.de rescision.contractuum,in ordina.Reg.artic.1.tomo 2.commenta.in constit.Reg.nam persecutio quatenus exercitium & factum respicit,comprehendit actionem,quæ est ius persequendi,quia actione persequi rem oportet:sed quatenus persecutio est ius, id est ordinaria petitio, continetur in actione,vt hic : & actio & persecutio in bonis nostris sunt,l.bonorum.infra eod.

Declaratio legis legiæ.

¶ Septimò si lex indulget actionem,& persecutionem.glos.hic,quia actio est ius persequendi,& actio vocatur interdum persecutio,in §.1.de excepti.in Instit. & quia sine per

Vbi datur actio, & persecutio.

secutione

secutione non posset quis agere,& cui vnum est concessum,omnia censentur esse concessa,sine quibus iurisdictio explicari non potest.l.2.ff.de iurisdict.omnium iudicum.Alioqui inutilis esset actio apud partem, si iudex non posset suum impartiri officium, quicquid Cepol.& alij iactent.Imo vbi lex dicit dari officiũ iudicis,tunc etiam persecutio parti dabitur,per l.plane.ff.de petit.hered.Quia officium non datur regulariter, nisi petitum fuerit, l.4. §.hoc autem iudicium. ff. de damno infecto. Et hoc in praxi certissimum est. Et quamuis in d.l.plane.denegetur exceptio doli, quia dominus rei nihil doli commisit, ideo non erat necessaria,glo.ibi:tamen persecutio non denegatur:quia necessaria, alioqui iudex non petitus elinguis esset cum suo officio. Nam sicut axis rotam mouere facit currum trahendo,sic & partes iudicis officium,si persequantur.

Praxis.

Sublata actione officium iudicis sublatum videtur.

¶ Octauò vbi tollitur actio,denegatur etiam officium iudicis, actionem & persecutionem respiciens,& sic partem.probat l.si pupilli.in fin.ff.de negot.gest. quia non potest iudex impartiri officium suum,vbi nulla est actio,vel persecutio,vt dixi supra, licet apud iudicem semper resideat suum officium. Et ideo reprobatur gloss.in l.1. C.qui admitti.dicens,quod etiamsi filiusfamilias non potest sine patris consensu agere, l.final.§. necessitate. C.de bon.quæ liber.tamen potest implorare officium iudicis: quod non est verum, si non habeat persecutionem:sed si habeat persecutionem,iudex non potest ei denegare officium suum,l.filiofam.ff.de vsu & habit.ibi,filiofamil.vel seruo ædium vsu legato, & vtile legatum esse existimo,& eodem modo persecutionem eius competituram,quo competeret,si fructus quoque legatus esset,&c.l.plane.de petit.hered.ff.Bar.in l.non solum.in fi. de iureiuran.alioqui iudex iniustè ageret interponendo officium in eo casu,in quo interponere non debet,forte si nihil filio debeatur,etiã suppleret de facto ,cõtra rub.vt quæ desunt aduo.part.iudex suppleat. Imò poterit pars implorare agendo,seu persequẽdo officium iudicis:quãuis doct.esse dicant extraordinariũ, & vbi ordinariũ remedium cõpetit, cessare extraordinariũ.l.in causæ.ff.de min.Sed hoc non videtur verũ in hoc casu , quia actio cõpetit parti,& imploratur officiũ iudicis, vt condẽnatio eius, quod deducitur in iudiciũ,fiat.Ideo periclitatur illa doctrina Bar.in l.de vsu.ff.de var.& extraor.cogni.quã probat Guid.Papa in decis.Delphi.q.362.vtrũ.vbi vult quod si imploretur officiũ iudicis, nõ est necesse probare rem pertinere ad me iure dominij,vel quasi, sed sufficit probare se possedisse illam rem,ante occupationem de illa factam. Sed ibi hoc non est, quia petitur officium iudicis,sed quia apparet rem meam esse occupatam, saltem summarie, & ob id loquitur illa decisio. Et in possessione regulariter recuperanda non est opus probare dominium,vt in cap.cum ecclesia,de causa possessio.& proprieta.& cap.sæpe.de restitut.spolia.& cap.redintegrandæ.3.quæstio.1. nec etiam in retinenda possessione, si neuter probet:sed sufficit probare possessionem,l.si duo.vti possidetis.ff.Tamen si milies officium iudicis implorem, & alius probet se cum possessione verum dominum, manutenebitur ipse in possessione dominus,& iudex in occupata possessione proferet, vt docet cap.cum ecclesia.de causa possessio.

In imploratione officij iudicis nõ est opus probare dominium.

Declaratur l. Quintus . de annuis lega.

¶ Ad hæc probatur in l.Quintus.ff.de annuis lega.vbi si testator filiis in annos singulos,& in singulos pueros,puellásq; aureos decem cibarij nomine dari voluerit, atq; illos ibi esse,vbi mater volet,si mater eos esse apud Titium velit,is non habet actionem,nec persecutionem legati,vt illos decem aureos pro singulis consequi possit,quia prouidentia filiorum,non Titij gratia hoc factum fuit.Et sic officium iudicis ei etiam denegabitur,quia non habet persecutionem.

¶ Idem dicit ibi lex,si testator grauet heredem,vt sibi testanti certa pecunia monumentum faciat.nullam enim obligationem ea scriptura recipit,sed ad authoritatem testatoris confirmandam fieri monumentum poterit.Igitur videte,quod vbi non est actio,nec persecutio : cessat regulariter etiam iudicis officium,alioqui iniustum esset dari.

¶ Item hoc declarat illa lex in versiculo, ad authoritatem scribentis hæc quoque pertinent,cum quis iussit in municipio imagines poni. Nam si non honoris municipij gratia id fecisset,sed suaactio eo nomine nulli competit,nec persecutio.Itaque si testator legauerit hoc gratia honoris municipij, tunc persecutio municipio competit. Et sic multum interesse arbitror,cui voluerit testator esse prospectum, cuiusque contemplatione & gratia fecerit,l.fideicommissa.§.interdum.ff.de lega.3. Et sic intelligi doctrina Bar. debet in d. l.Quintus. quod quamuis fratres minores non possint iure actionis petere id, quod est eis relictum,per cle.exiui.de verborum significatio.tamen possunt secundum eum implorare officium iudicis,hoc est dicere eos posse persequi sua legata coram suo iudice, qui si viderit mendicitatem ipsorum ob hoc non tolli,compellet heredem ad præstandum legatum,alioqui non.

Mendicantes quod legata habere possint.

Iudex non potest suum denegare officium, quãdo persecutio competit.

¶ Præterea vbicunque à iure datur actio, vel persecutio, iudex non potest mihi denegare suum officium,alioqui me grauat,& ab illo appellare possum. per glossam & docto. in cap.bonæ.1.de postula.prælato.Bar.& alij in l.1.colum.3.ff.de iurisdictio.omnium iudic.

Et in

& in l.1.§.permittitur.de aqua quotid.& æstiua.Felin.in cap.at si clerici.§.de adulteriis.col.7.de iudic.quia habet munus publicum,l.pupillus.§.munus. infra eod. quod non potest denegare iure persequenti.nam iudicis officium pro actione proponitur.c.fi.de offi.iudi.

Potestati iudicis quando aliquid relinquitur, potestatẽ denegare potest.

¶ Non refragatur l.non quicquid potestati iudicis permittitur,subiicitur iuris necessitati.ff.de iudi.l.1.C.quo.& quando iudex.Respondeo ibi loqui Iurisc.quando aliquid relinquitur potestati iudicis.tunc enim nisi magna ratio subsit,iudex non tenetur suã impartiri potestatem.tex.in l.sæpe.ff.de offi.præsid.& seq.& ibi doct. Sed si pars persecutionẽ habeat à iure,alimentorum forte, vel aliam,tunc non est in facultate iudicis suum denegare officium:imò tenetur petenti illud impartiri:alioqui puniri poterit à superiore, ex negligentia,& ipsi iudici intimari,vt scripsi in §.1.in rub.de friuol.appel.in concor.facit l.diuus. in fin.ff.de offic.præsid.Et superior supplebit,cap.nullus.vbi Panor. de iure patro.ea quæ incumbunt officio iudicis,ipsíque sunt necessaria.

¶ Itaque sciendum est,quod interdum ius relinquit simpliciter facultati iudicis,& tunc non tenetur iudex necessario officium suum impartiri, vt d.l.non quicquid.nisi denegando rationem excedat,l.hodie.ff.de pœn. Interdum lex relinquit arbitrio iudicis,vel officio,tunc iudex non potest illud denegare persequenti parti. Nec rationem excedere debet,quia intelligitur de arbitrio boni viri.tex.in l.hæc venditio.ff.de contrahend.emptio. docto.in l.societatem.§.arbitrorum.pro socio.Bart.in verbo videbitur. in extrauag. ad reprimendum.quo.in læsæ maiesta.cri.proceda.l.si quis putans.§.idem Iulia.ff.cõmu.diuid. Etiam si liberum habeat arbitrium,l.1.ff.de effracto.quia habet facere ea, quæ suo incumbunt officio:alioqui est in culpa,l.si filiusfam.ff.de iudic.l.diuus.de offi.præsid.

Praxis.

Cognitionipræ toris quãdo relinquitur ,iudex debet cognoscere.

¶ Aliquando ius cognitioni prætoris,siue iudicis relinquit,videlicet an restituere minorem debeat:& tunc si minor restitutionem iuste petat,vtpote quia est læsus, & sua facilitate,vt l.nam postea.§.si minor.ff.de iureiurand.tunc iudex non poterit ei restitutionem denegare,l.quod si minor.§.fina.ff.de minor.Ideo ius simpliciter non concessit iudici, vt restitueret minorem,sed ita demum,si iuste petatur restitutio.officium ergo iudicis est ad videndum,an iuste restitutio petatur necne:ergo restitutio non conceditur sine probatione iustæ restitutionis,non ex officio nobili sine petitione,vt doct.dicunt in l.causæ cognitione.vtraque.ibidem,quia vbi relinquitur cognitioni prætoris, vel arbitrio iudicis, videtur dari persecutio parti:alioqui non relinqueretur arbitrio iudicis, vel cognitioni:nec est ibi maius officium,quã communiter in aliis iudex impartitur,sed ius cognitionem huius restitutionis iudici tribuit:si tamen minor dormiret, iudex eum restituere non tenetur: igitur oportet vt persequatur.Et sic mediante persecutione,iudex officium suum impartitur:ideo nobile non potest dici potius,quam alio nomine.

Iudex quando suum impartitur officiũ non petitus.

¶ Nec obest l.nec quicquam.§.aduocatos.de offi.proconsul.ibi,vel si nemo sit, qui petat, vltro eis dare debebit.Et sic dicunt docto.ex officio nobili, nemine etiam petente, iudex impartitur officium suum. Respon.iudex regulariter non impartitur officium suum , si non petatur,nec nisi is qui petit persecutionem habeat,l.4.§.hoc autem iudiciũ.ff.de dam. infe.hoc non procedit,quando is non potest petere,vt furiosus,vel pupillus. tũc enim iudex poterit ex bono & æquo supplere per suũ officiũ.Ideo poterit dare tutorem pupillo etiã inuito.l.illud.cũ l.seq.ff.de tut.& cura.datis ab his:quia ipsi pupilli laborãt frequẽter contra propria commoda,sicut mulieres,l.fi. C.de sponsal.& arris.Et in casibus à iure expressis iudex vltro procedit:sed in praxi communiter est aliquis vel consanguineus, vel procurator fisci,aut alius,qui petit & persequitur.Alioqui iudex iuxta vxorem cum tranquillitate quiescit,nec in syndicatu postea punietur, si nulla facta petitione nõ impartitus fuerit officium.in pluribus casibus tamen suum non denegat officium, sed vltro concedit,quando ex debito officij tenetur,vtpote in causa coram ipso liquidanda, quæ non potest iudicari,nisi reaudiantur testes.tunc enim ex suo procedet officio,vt iterũ examinentur,cap.per tuas.vbi doct.de testib.& alias cum videt ex sua discretione hoc esse necessariũ, & iuri conforme,tunc etiam vltro iure eum cogente procedit:& sic iudex non prosequente parte ex iusta causa suum præstat officium, lege super hoc disponente , vt hoc faciat ex bono & æquo.Bald.in addi.ad Specul.in titu.de offic.iud.

Praxis.

Vbi verba ad iudicem diriguntur.

¶ Item quandoq; ius verba dirigit ad iudicem,vt curet,vt in l.1.ff.de offi.præfect.vrbis, vbi præfectus vrbis curare debet, vt nũmularij probe se agant circa suum negotiũ, & temperent ab his quæ sunt prohibita.Et tunc iudex debet facere omnia,quæ ad bonũ spectant magistratũ,vt nil desit, etiam condere statuta, & regulas illis tradere nummulariis, & aliis artificibus, vt talia faciant:& alia inhibere iudex,imò ipse ad persecutionem aliquorũ maxime fisci procuratoris procedere debet.& hoc probat ibi lex,dum ait,Mittat stationarios, qui ei referant,&c.

In criminalibus & ciuilibus iudex non petitus non im

¶ Et sic tam in ciuilibus,quam in criminalibus iudex nõ petitus regulariter non impartitur suum officiũ.Nam Deus opt.max.dixit:Descendã,& videbo an clamorẽ, qui ad me peruenit,opere cõpleuerint, Genes.18.& c.Deus omnipotens.2.q.2.c.qualiter.2.de accusa.

partitur suum officium.

l.1.§.cum patronus.ff.de offi.præfecti vrbis:ergo ante clamorem non dicit descendã.Et in criminalibus aut proceditur per denuntiationem,accusationẽ,aut inquisitionẽ, d.c.qualiter.Et non inquiretur,nisi ad denuntiationẽ alicuius,vt instigante parte, aut procuratore Regio,qui omnia crimina persequitur quo ad pœnam in hoc Regno,teste Benedict.in ca. Raynutius.in verbo mortuo.1.nume.200.de testa.Et sic intelligi debet l.congruit.de offi. præsid.alioqui in vanum esset creatus procurator fisci,si iudex habeat facere ea,quæ illius incumbunt officio vltro.

Persecutio in criminalibus dicitur, vbi quis rem persequitur, quæ cõmuniter à partibus in Francia fit. Misericorditer impartiri officiũ iudex quomodo intelligatur.

¶ Persecutio etiam in criminalibus dicitur,quando quis rem persequitur,non pœnam, l.2.ff.de re milita.Et Iurisc.ait,hæc actio non est pœnalis,sed rei persecutionem arbitrio iudicis continet,l.non solum.in fi.ff.de aliena.iud.mut.causa facta. Et in hoc Regno Franciæ omnes actiones pœnales sunt rei persecutoriæ quo ad partem : nã ipsa rem & interesse persequitur,procurator autem Regius pœnã,vt dixi.facit §.sequens.de actio.in Institut.

¶ Aliquãdo parti aliquid debetur,quod ipsa persequi vellet,sed forte tunc deficit actio, & bonum & æquum est parti succurri:tunc iudex persequente parte ex officio succurrere ipsi potest,quod misericorditer est implorandũ,ait glos.in rub.ff.de interroga.actio. & Ias. in l.arbitro.col.2.qui satisdare cogan.Quod non sic misericorditer, vt dicunt iuris interpretes,implorandũ est, vt lacrymis & vlulatibus moueat iudicem, sed ex bono & æquo eius postulet operam,& ministeriũ.Et si ratio & æquitas dictauerit, iudex suum officium impartietur:& sic debet intelligi gloss.scilicet ad partis persecutionem.

Sublata exceptione an officiũ iudicis sublatũ cẽseatur.

¶ Ad hæc si per statutum sublata sit omnis exceptio,& omne partis remediũ, tunc non censetur sublatũ officium iudicis,ipsum respiciens iudicẽ,quod præstare iudex poterit, si æquitatẽ viderit:tum quia remedia partis sublata sunt,non iudicis:ideo illo casu conuentus poterit implorare officium iudicis,vt præceptũ actori fiat, quod à persecutione iniusta cesset,& à petitione.Ita scribit Angel.per illum tex.in l.vlt.in fine.ff.de petit.here.Et sic contra instrumentũ Regio sigillo sigillatum nihil potest opponi:implorabitur tamen officium iudicis,si iniusta sit executio,vt dixi in tracta.de literis obligatoriis, art.1.in fin.in 1. tomo comment.in constitu.Reg.Gallicas.facit l.plane.vbi Bar. & d.l.fina.ff.de petit.here. Iason in l.1.nu.9.col.6.ff.de iurisdict.omnium iudic.

An officiũ iudicis præscriptione tollatur.

¶ Et ideo periclitatur illa glossa,quam doct.singularem clamant,in l.sicut.in verbo persecutio.C.de præscript.triginta vel quadraginta ann.dicens præscribi officium iudicis triginta annis:quod non est verũ,quia vbicunq; est iudex,& æquitas in parte, & sic persecutio,nunquam eius officium tollitur,quia non potest esse iudex,quin habeat officium, ratione magistratus:quod si iuste petatur,non potest denegari,vt superius dictum extitit:sicut de Papa dicitur in cap.dudum.de præben.in 6.& licet partis tollatur actio, & persecutio,tamen iudicis officium supereſt ad alia.

Cessante actione, persecutio datur ex bono & æquo.

¶ Et dum dicunt doct.quod tunc demũ potest implorari officiũ iudicis, vbicũq; actio deficit,& ab eo,qui nõ potest agere,in l.Quintus.ff.de ann.leg. Bar.in l.si deposita. C. depos. Ancha.in c.ad apostolicã.de simo.per l.hereditas.ff.de petit.hered.dicite quod officiũ iudicis concurrere potest cum actione, vt superius dixi:alioqui si non daretur, fieret iniuria parti agenti.sed vbi ista deficiunt,ex bono & æquo persecutio dabitur parti, & cessat actio,tunc iudex interponit auxilium suum persequente parte.d.l.hereditas. & l.4.§. hæc autem.ff.de damno infecto.Alia videre poteritis per doct.in l.1.ff.de iurisdictio.om.iudic. vbi forte tractabo,quæ nunc omitto.Ista sunt subtilia & vtilia,per quæ multa intelliguntur iura,hactenus perperam ab aliis elucidata. Laus Deo.

¶ *Actionis.*De actione loquitur tex.in l.verbũ oportebit.in fi.& l.creditores. supra eod: & l.litis nomen.l.bonorum appellatio.in fin.& l.conditionales. ac l.meorum.& l.non potest videri.& l.pecuniæ.2.§.actionis.infra eod.

IDEM LIB. DECIMOSEPTIMO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMAQVINTA.

Restituere autem is intelligitur,qui simul & rem, & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicij accepti tempore res ei reddita fuisset, id est & vsucapionis causam,& fructuum.

Declaratio tex.in qua reprehẽditur Alciatus.

¶ Restituere is censetur,qui rem & causam restituit.Rem autẽ principalẽ accipimus,causam verò pro accessione,& omni eo quod habiturus esset actor,si res fuisset eidem reddita tempore iudicij accepti.vnde causã vsucapionis attenditur, si forte eo quod res non fuit restituta,est vsucapta, quanti ea res fuerit agã,vel quod non vsucepi,vt dicit Alcia.per l.Iulianus.§.fin.ff.ad exhiben.sed si eo quod non vsucepi,non sum eam lucratus, hoc nõ considerandũ placet Iurisc.in l.si is cui.in fi.ff.de furt. Quia est lucrũ cũ iniuria alterius, vt ait gl.in l.si quis vxori.§.pe.ff.de furt.& dicite vt plane scripsi in interpre.l.vnicæ.in gl.vlt.C. de sent.quæ pro eo quod interest. Causa etiã fructuũ attenditur,l.præterea.ff.de rei vindi.l. cum fundus.ff.si cert.petat.Abundantius de causa tractaui in l.rei.2.supra eo.& de restitutione

tione in l.plus est.supra eo.& l.cum prætor.§.fina.infra eod.vbi reliqua inseram.

Restituere natalibus quid sit,nec capitur pro nobilitare, contra Budæ.

¶ Restituere natalibus est libertum pristinæ libertati & ingenuitati,in qua omnes homines de iure naturali fuerũt,non in qua nascitur,remittere.Et tunc quantũ ad ius pertinet, perinde habetur,ac si ingenuus natus esset:nec patronus ad successionẽ venire potest sui liberti natalibus restituti,l.2.de natal.resti.ff.Nec assentior Bud.in annota. in Pandectas in l.fi.ff.de senato.dicenti,natalibus restituere hodie nobilitare vocamus. Nã cum plebeius ad nobilitatem ascisitur,nõ restituitur ad nobilitatẽ,quam nunquã habuit, & sic non potest dici restitui eo modo,quo libertus restituitur natalibus,quia quod attinet ad ius naturale omnes homines liberi nascebantur,l.quod attinet.ff.de reg.iur.sed de iure gentiũ seruitus est introducta,§.primo, Instit.de iure perso.Igitur conuenienti vocabulo restitui natalibus libertus dicitur:sed in aliquo,qui nunquã fuit nobilis, non potest proprie dici restitutio.fateor tamen quod si quis natus ex nobilibus,viles artes exercuerit,& ob id nobilitatem amiserit,vt Bar.& alij scribunt in l.1.C.de dignita.lib.12.si postea Princeps velit illũ gaudere sua nobilitate, restituere eum natalibus recte dicetur:quod perbelle declarat Imperator in l.Imperialis.C.de nupt.Nisi quispiã velit dicere,quod ab Adã omnes homines nobiles nascuntur.Sed vide responsum per Bonum de Curtili in tract.nobilitatis.3.parte, & differentiam inter restitutum natalibus, & eum qui ius aureorũ anulorũ accepit,in l.sed si hac.§.sed si ius.ff.de in ius vocand.

Spoliatis non sufficit sola restitutionis sententia.

¶ Item dicit tex.in c.episcopi.§.1.in 3.q.1.quod spoliatis nõ sufficit sola restitutionis sententia, nisi præsentialiter omnia iudicis officio restituantur,vt eiectus vel spoliatus etiam naturalem possessionem recipiat,cap.fin.de iudic.vbi Panor.& alij.

¶ Ad hæc restitui per actionem ædilium debet etiam id, quod ei seruo in venditione accesit.l.quod si nolit.§.restitui.de ædilit.edicto.ff.

¶ Præterea in publicanum datur iudicium.de eo,quod ipse,vel eius familia publicani nomine vi ademit,si id restitutum non erit in duplum, aut si post annum agatur in simplum.l.1.ff. de publica. Restitutum non diceretur, nisi omnis causa restituta esset, vt hic. Quæ nunc omitto,vobis restituam in l.cum prætor.infra eo.

Simul dictio congregat rem & causam.

¶ *Simul.*Hæc dictio congregat,videlicet & rem & causam, vt quis vtrunq; restituere debeat.Et interdum respicit plures res vt hic,& tunc congregat eas:si verò vnam,tunc totam coniungere vult,vel aliud illi parti.l.quæ de tota.ibi,quæ simul cum parte restitui debent. ff.de rei vindi.& l.vt sit.in fi.ff.pro soc.& tunc simul potest ibi dici de tota re,& non denotat ibi tẽpus.l.si vẽditor.ff.de seruis export.l.si debitor.de pigno.& l.si fundus.§.pen.ibid.

Simul aliquando ad tempus refertur, & datur intellectus ad l.in operis.

¶ Aliquando refertur ad tempus,& significat eodem tempore,l.hæc verba ille.infra eo. l.in operis duobus simul locatis conuenit priori conductori ante satisfieri. ff. locati. vbi glossa intelligit in eisdem operis:tamen rectius intelligetis, si dicatis Titium locasse operas suas Caio,& simul,& sic eodem tempore Sempronio,vt qui prius conuenit, præferri debeat.Et simul dicitur factũ,licet vnus post alium cõduxerit,quicquid dicat glo.& doct. Nam simul non significat ibi idem momentũ,sed idem tempus,licet vnus post alium,eodem tẽpore tamen,l.si qua mulcta.infr. eo.l.qui duos.ff.de vulg.& l.qui duos.de reb.dub.

Simul refertur ad locum. Ad personas.

¶ Quandoque respicit locum,& tunc accipitur pro in eodem loco, vt in templo simul congregati sunt sacerdotes, id est in eodem tẽplo, vulgo dicimus *ensemble*. Nõ unquã respicit personas,& tunc significat,quod omnes personæ nulla omissa hoc fecerũt,l. si plures serui aliquem simul ceciderint,aut cõsilium alicui fecerint, singulorum est proprium maleficium.ff.de iniur.Et ista dictio dum refertur ad personas,sufficit, si personæ singulæ ad actum interuenerint,licet non eodem tempore, sed vnus post alium.Bar.in d.l. si plures.vbi dicit esse notandum ad saluandos testes,dum dicunt simul factum, vt intelligatur de actu successiuo continuato.l.sed & si.§.item si plures.ff.de instito.l. quoties.§. si creditor.ff.de pecul.

Pro concordia testium.

Ad actum.

¶ Interdum refertur ad actum,& tunc dicitur simul factum,licet vnus post alium fecerit.nam si in eodem actu concurrant, & plures occiderunt Titiũ,dicuntur simul occidisse:licet non eodem momẽto,nec eodem tempore.Bar.in l.in operis.ff.loc.Et simul actum est possessorio & petitorio,id est in eodem iudicio & libello,licet prius facta mentio possessionis,quam proprietatis fuerit,cap.cum dilectus.vbi Bald.de causa possessio.& propr. Doct.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acq.possess.& in l.hac consultissima.C.de testa.

Ad res et tempus.

¶ Aliquando respicit & res & tempus,vt debitor simul debitum soluit cum vsuris, id est sortem & vsuras,& eodem tempore.l.si non sortem.in princip.ibi, quod si simul soluerit,poterit dici,& tunc repetitionem locum habere.ff.de condictio.indebi.cap.1.de cõsue. in 6.vbi canonistæ solent iungere insimul,licet opus non sit, cum idem significet simul, sicut insimul:nec præpositio facile iungi debet aduerbio. Interdum & tempus & locum. l.qui duos.ff.de reb.dub.Nam simul pro eodem tempore, & in eodem loco, vt in eadem naui,potest accipi.

Ad tempus et locum.

Simul pro vno

¶ Simul vtrisq; dandus est seruus pro noxa,id est tam vni,quam alteri,l. in re cõmuni.

atque altero. *Simul pro eodem actu.*

ibi,aut officio iudicis simul vtriſq; noxæ dandus.ff.de noxal. id est non vni, sed duobus totus seruus noxæ dandus. Simul pro eadem venditione & pretio, & in eodem actu, l. cum eiusdem.& l.ædiles.de ædil.edicto.ff. Cum iudicatur rem meam esse, simul iudicatur illius non esse.l.Pomponius.§.1.in fin.ff.de procurat.vbi simul,id est in eadem sententia, in eodem actu. Simul,id est eadem accusatione,& eodem tempore,l.2.in fin.ff.de adult. iuncta l.si maritus.1.ibidem. Simul etiam,pro atq; etiam.l.qui mittuntur.§.fin.ibi, simul etiam qui agere rempublicam cœpit ad similitudinem absentis.ff.ex quib.caus.maior.

Simul pro eadē accusatione. *Simul pro atque etiam.* *Simul libertatē vsucapias.* *Simul admittuntur depositarij.*

¶ Simul libertatem vsucapias,elucidat Iurisc.in l.hæc autē iura.ff.de seruit.vrban.præd.

¶ Simul admittuntur omnes depositarij,id est non habita ratione ordinis, videlicet, vt vnus post alium recipiatur,l.si hominem.in fin.ff.depos.

Simul & quātitatis & æstimationis significatiua est.

¶ Simul & quantitatis & æstimationis significatiua est,l. hæc enuntiatio.infra eo.

¶ Simul atq;,id est statim atq;,l.si is qui negotia.ibi,simul atq; ratū haberet. ff.manda.l. quod sæpe.§.in his.de contrahen.emptio.l.1.de regu.iur.l.hæc stipulatio.iudica.sol.

Simul, id est vno ictu. *Simul fecit.*

¶ Patri datur ius occidendi adulterū simul cum filia,quam in potestate habet,id est vno ictu & vno impetu ambos necare debet.l.quod ait.in fin.ff.de adult.sicut Phinees numer. 25.& cap.occidit,23.q.8.

Insimul in l. quod sæpe. in fine.

¶ Simul fecit, id est cum aliis,exponit glo.in l.3.ff.si famil.furt.fecisse dica.

Simul pro vno impetu.

¶ Insimul,id est coniunctim,l.quod sæpe.in fin.ff.de contrah.emptio. licet in nouis libris scribatur,semel.Ego tamen in antiquis insimul,& simul legi,quod tex.magis conuenit.videte & iudicate.

Simul, id est eodem momento.

¶ Simul pro vno impetu exponit tex.in l.Arescusa.ff.de stat.homi.ibi,nec enim natura permisit simul vno impetu duos infantes de vtero matris procedere.

¶ Simul,id est eodem momento,eodem actu,eadem obligatione,l.si debitor res suas simul pignori obligauerit.ff.de pigno.vbi vult ostēdere, quod coniunctim obligauit duobus,non vni post aliū:pariter pro simul dicit Iurisc.in l.si fundus.§.penult.ibidē. Aliæ super hoc phrases nunc omittentur,quia puto istas ad intellectum iuris sufficere.

De dictione Vna.

¶ Item dictio Vna,connexitatem & congregationem significat,& æquipollet huic dictioni simul,l.fin.vbi doct.C.de impub.ibi, Titiusvna cum filiis heres esto,vel simul cum filiis. Tunc filij coniunctim admittentur cum Titio.Sic consuluit Petr.Paris.consil.79.vidi præsentem.col.penult.in 3.vol.Sunt & alij modi eius dictionis simul, vt apud Aristot. in prædicā.videri potest.

Statim.

¶ *Statim*,id est mox,confestim,sine mora,l.si cum exceptione.§.in hac.ibi,quia non statim quadrupli est actio,sed si res non restituatur.ff.quod metus causa.l.si dolo. ff.de dolo. l.redemptores.ff.de rei vindicat. De hac dictione & aliis,quæ tempus significant, scribam in l.anniculus.infra eod.

Iudiciū acceptū vel cœptū quādo dicatur.

¶ *Iudicij accepti tempore.* Acceptum iudicium,vel cœptum dicitur per litis contestationem,l.qui se obtulit.ff.de rei vindic.l.1.& 2.C.de iudic.tamen illis casibus, in quibus quis tenetur à tempore moræ ad restituendum fructus: vt si rem meam mihi restituere quis teneatur,non attenditur litis contestatæ tempus,sed moræ,l.cum fundus.vbi doct.ff.si cert. peta.l.videamus.de vsur.& æstimatur,quod restitui oportet,id est quod abest, l. si mulier. §.1.ff.quod met.causa.Alia scripsi supra in l.plus est.

Mota lis.

¶ Aliquando etiam cœptum iudicium dicitur per citationem,pro subiecta materia,in l. vbi cœptū est iudicium.ff.de iudic.Iacob.in d.l.cum fundus.Dicā fusius in l.aliud est capere.& quicquid igitur illic dicemus,huc erit transferendum,vt verbis vtar Iurisconsulti.in l.edi les.§.causa autem.ff.de ædil.edicto. Mota lis dicitur contestata,c.ex parte.2.de verborum significa.cap.penult.de except.

Actori.

¶ *Actori.* Actor dicitur is,qui agit,de quo abūde scripsi in l.Labeo.2. supra eo.de actore etiā loquitur.l.restituere.infra eo.& l.cū prætor.& l.prœuaricatores.ac l.quos nos.§.1.ibid.

VLPIANVS LIB. VIGESIMOTERTIO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMA SEXTA.

Litis nomen omnem actionem significat,siue in rem, siue in personam sit.

Lis quid sit.

¶ Lis dicitur siue agatur actione in rem(quam realem vocant iurium interpretes)siue in personam (quam personalem etiam dicunt).& sic lis omnem significat actionem, etiam mixtam,& officium iudicis,vt firmat glo.vltima,id est controuersiam.

Actio in rem & actio in personam definitur.

¶ Actio in rem est,per quam rem nostram,quæ ab alio possidetur,petimus:in personam verò est,qua cum eo agimus,qui obligatus est nobis ad faciendū, vel dandū aliquid. Vlpi. in l.actionū genera.ff.de actionib.& obliga.& §. omniū.de actio.in Instit.facit l. si calūnietur.infra eo.vbi lis dicitur,siue in causis criminalibus,siue in pecuniariis. Et vexari litibus dicitur etiam in criminalibus causis,quamuis quidam contra teneatur, nisi Iurisc.ad maiorem expressionem vtrunque exprimat,in l.3.ff.de testib.& alibi sæpius.

¶ Secundò Iurisconsult. Caius his verbis ait,Lis nulla nobis esse potest cum eo, quem

in potestate habemus,l.lis nulla.ff.de iudic.Et postquam liti quis cesserit, eam reassumere non potest,l.postquam.C.de pactis.quæ iura intelligi debent,vt hic,siue in ciuilibus, siue in criminalibus,siue in rem,siue in personam.nam lis proprie est forensis contentio. & sic filius non poterit officium iudicis contra patrem implorare,nisi persecutionem habuerit, vt in l.actionis.supra scripsi.

Lis dicitur tā super possessorio quam petitorio. *De procuratoris cōstitutione.*

¶ Tertiò dicitur lis siue super possessorio,siue super petitorio,cum hic non distinguatur:imo litis nomine continetur controuersia,tam super petitorio, quam super possessorio,vt not.in rub.de pacifi.possesso.& ego scripsi in eodem tracta.meo in 3.limitat.nu.164. & seq.cōtra Gomes.Et solet Gallicis verbis vocari *plaiderie*. & sic poni in cōstitutione pro curatoris post specialia enumerata vidi:*Et generalement de faire, ou dire ce,qu'en faict de plaiderie peut & doit appartenir,appeller des griefz, l'appel releuer,poursuir,& renoncer si mestier est, substituer audict faict de plaiderie, &c.* Et lis à cōtentione limitis prius nomen sumpsit.quia forte de limitibus prima fuit forensis no.contentio inter veteres. Vergil. *Limes erat positus, litem vt discerneret agris.* tex.in c.forus.de verb.sig.Lis aliquando est ipsa iudiciaria cōcertatio:causa verò dicitur illud,cuius gratia lis mouetur, vt scripsi in l.rei appellatiōe.2.sup.co.

Incentiua quæ Christi discipulis fuerunt prohibita.

¶ Quartò proprie lis dicitur per istum text.quando actio competit,nempe aliquis sine actione in iure non experitur,l.si pupilli.in fin.ff.de nego.gest.nisi speretur actionem oriri in contestatione.l.si Titius.ff.de verb.oblig. Si tamen prohibeatur lis, etiam illa quæ de facto moueri potest,cōtinebitur,& multo magis,vt doct.scribūt in l.causas.C.de transact. scripsi in tracta.nomi.q.vlt.quia negatiua totum negat,l.hoc genus.ff.de condi.& demon.

Litem ante litis contestationem vtile dici.

¶ Quintò incentiua litis sunt aurum,argentum, & pecunia. Ideo dominus noster Iesus suos discipulos ad euangelisandū sine his misit,vt incentiua litis, & instrumenta eriperet vltionis,vt ait tex.in cap.ira.11.q.3.Et inter superbos maxime versantur lites & iurgia, Prouerb.13.c. Vnde ecclesiastici 28.ca.scribitur,Abstine te à lite,& minues peccata.Videre quæ tradit Lucas de Pēna in l.in litibus.C.de agri.& cēsi.li.11.& quæ scripsi in verbo sumptibus,cum gl.seq.in prœm.concord.& in prœm.legum Reg. in 1. tomo commenta.

¶ Sextò quamuis communiter doctores in l.causas.C.de transact.dicant litem dici post contestationem,causam ante,tamen hoc improbat Alcia.lib.disputatio.2.cap.14.& hic,dicens etiam ante iudicium acceptum litem esse,quod verius videtur.facit l.2.§.sed si iudex. ff.de iudic.vbi iudex datus,vt litem dirimat intra certa tempora, poterit post tempora ex consensu partium cognoscere : & sic lis dicitur etiam ante contestationem. & l.destitisse. ibidē.Nec diceretur quis contestari litem,sed superflue diceretur, si lis diceretur post contestationem tantum.Et tamen dicitur litem contestatus,in l.si à me.de iudic. cum aliis : & lis inchoata & cœpta,in l.is autem.ff.ex quib.caus.maior.cui dedi nouum intellectum in l.aliud est capere.infra eo.facit l.post rem iudicatam.ff.de transact.vbi post rem iudicatam transigi potest,si negetur iudicatum esse,quia adhuc lis subesse potest.

Iurgium à lite non differre apud Iurisperitos.

¶ Quid sit litem suam facere,declarat text.in l.si filiusfami.cum l.seq.ff.de iudic.dico in l.verbum faciendi.infra eo. Et quamuis quidam dicant differentiam esse inter iurgiū & litem,vt lites inter inimicos dicantur,iurgium verò inter beneuolos & propinquos : allegant Cicer.de republ.lib.4.Admiror(inquit)nec rerum solum, sed verborū etiam elegantiam.si iurgant,inquit, beneuolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur. & paulò post:Iurgare igitur lex putat inter se vicinos , non litigare.Tamen Imperator iurgium litem appellat,in l.quisquis.§.præterea.ibi, iurgium aduocati non protelent. C.de postulan.l.nulla.de procura.l.penult.ibidem.l.cum antiquitas.de vsufr.C.Et sic apud Iurisperitos illa non seruatur differētia.Et dicitur iurgium quasi iuris garrium , eo quod hi, qui causam dicunt,de iure disceptent,vt vult tex.in cap.forus.§.iurgium.de verbo.signifi. & sic aduocati iura in postulatione allegare debent,nisi ea in confessione habeāt, quæ reuelare non audent.

Res litigiosa quid.

¶ Septimò litigiosa res est,de cuius dominio causa mouetur inter petitorem & possessorem iudiciaria conuētione,vel precibus Principi oblatis,& iudici insinuatis,ac per eum futuro reo cognitis,in authen.litigiosa.C.de litigios.l.1.de iure fisci.Et res litigiosa alienari non potest,nisi in casibus descriptis per Angel.in authen.de litigios.in fin.prin. & Soci. in tracta.fallentia.regul.341.& 23.casus descriptos reperies in cōstit.Neapol.fol.248. scripsi abunde in tract.de effectib.litis contesta.

Litigiosū prædium. *Litigiosi serui.*

¶ Litigiosum prædium,l.bona fide.ff.ad Velleia. est, de quo est contentio inter partes.

¶ Litigiosos seruos, in l.ob quæ vitia.§.1.ff.de ædilit.edict.dicit Iurisconsultus eos, qui faciles sunt ad lites,& in ipsis versantur,frequentésq; in ipsis sunt,ac controuersiis & rixis.

Pro re dubia, & nondū decisa, dicitur , lis est sub iudice.

¶ Vltimò quando rem dubiam nondum decisam ostendere volumus, dicimus litē esse sub iudice,vt dicit glo.in l.ex consensu.§.final.ff.de appellatio. Et sunt verba Horatij, quia dum res coram iudice petitur,& pars negat,res per negationem efficitur dubia.l.3.C.quibus ad libertatem proclamare non licet.l.post rem.vbi glossa. ff.de transactio. Igitur antequam iudex illud dubium diluat per sententiam,res dubia est, quandiu res est sub iudice.

Dici etiam ſolet in rixoſos,& litium cupidos, *ἀλκὴν ἔτικτε ἀλκὴ δὲ βλάβῃν βλάβη* : id eſt litem lis parit,& noxam noxa. *σμικρὰς ἀπ' ἀρχῆς νεῖκος ἀνθρώπου μέγα γλῶσσα ἐκπορίζει* : id eſt à paruo initio lites magnas hominis lingua producit.

Iurare in litẽ. ¶ Iurare in litem quid ſit,videte in rubr.& per totum,ff.de in litem iurando: elucidaui in interpre.l.vnicæ,in glo.1.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profe.

Litẽ excipere. ¶ Litem excipere,l.1.ff.de diſtractio.pigno.vbi glo.pro ſuſcipere exponit.

Litem amittere. ¶ Litem amittere eſt perdere,ſuccumbere in lite,l.qui occidit. §. 1.ad legem Aquil. ibi, ſoluendo non ſit,aut quod litem tempore amiſit.Dicitur tempore litem amittere, qui per triennium eam non perſequitur,l.properandum.C.de iudi.Vel in curiis Franciæ per annum,interrumpitur proceſſus,& ſine literis Regiis non poteſt quis poſtea perſequi, nec in poſſeſſorio poſtea etiam cum literis admittitur,vt dixi in præfat.ad leges Regias in primo tomo commenta.

Litis euentus dubius. ¶ Litis euentus dubius eſt,l.quod debetur.ff.de pecul.facit l.ſi remunerandi. §.penult. manda.ſicut belli euentus varius.2.Regum cap.11.

Liti renũtiare expreſsè & tacitè quid. ¶ Liti renuntiat expreſſe,qui illam ſe non amplius perſecuturum pollicetur, & nulla ratio permittit poſtea litem inſtaurari,l.poſtquam.C.de pact.Tacitè verò, ſi quis accepit legatum teſtamento relictum,contra tabulas bonorum poſſeſsioni motæ renuntiare videtur.l.ſi filius.ff.de minor.& aliis modis,vt in d.l.poſtquam habetur.

Litẽ inchoare. ¶ Inchoare litem,& lis inchoata,l.ſi fundus.§.in venditione.ff.de pigno. & l.euictis. de vſur.Alibi dicitur iudicium accipere,l.vbi acceptum. ff.de euictio. vt declarauimus ſupra. Et lis cœpta & inchoata,l.is autem qui de ſtatu.ff.ex quibus cauſ.maior. Litem inſtituere,& lis inſtituta,l.3.ff.de pignor.dicitur pro inchoata,ordinata.

Litem inſtituere. *Litem ordinatã relinquere.* ¶ Litem ordinatam relinquere,id eſt inſtructam,l.Papinianus.ff.de inofficio.teſta.§.ſi quis poſt rem inofficioſi ordinatam litem reliquerit,poſtea non audietur.

Litem præparaſſe. ¶ Litem præparaſſe dicitur,qui accuſationem comminatus,vſque ad denuntiationem, vel libelli dationem proceſsit,l.quemadmodum.ff.de inoffi.teſtam.

Litis dominus quis dicatur. ¶ Litis dominus,l.final.an per alium cauſę appella.dicitur is,cuius res eſt,ſeu cuius nomine lis inſtituta eſt:non verò procurator,ſed is qui procuratorem conſtituit,l.vulgo. de in litem iurando.ff.,niſi ipſe procurator litem conteſtatus fuerit,l.procuratoribus.& l.nulla.C.de procuratorib.Et vbi iura reſpiciunt rem in iudiciũ deductam,vt in duabus prioribus legibus nunc citatis, tunc dominus rei vocatur litis dominus: quantum verò attinet ad perſecutionem litis,ipſe procurator litem conteſtatus dicitur litis dominus,dicta lege, procuratoribus.ibi,non habeant facultatem negotia perſequendi.& l.1.C. de ſent.& interlocut.

De lite pactus & de quota litis. ¶ De lite pactus,l.1.§.ſi cui.ff.de variis & extraordin.cognitio.dicitur, quando litigator paciſcitur de dimidia, vel alia parte litis procuratori, vel aduocato danda, & hoc non valet. lege, ſumptus. ff. de pactis : & vocatur pactum de quota litis in lege,litem.C. de procuratoribus.

Litẽ redimere. ¶ Litem redimere dicuntur, qui pecunia lites mercantur,vt abundantius ſcribam in lege,ſæpe.in verbo redimeret.infra eodem.vbi declaratur quis ſit litis redemptor.

¶ Lis conteſtata,l.ſi poſt.de exceptionibus,declaro in l.deteſtatio.infra eodem. omitto etiam hic conteſtationis effectus,quos docco,& alia multa de lite,in tract.meo de effectib. litis conteſta.

¶ Litis æſtimatio quid ſit,in l.hæc enuntiatio.infra eo.ſcribam.

¶ Lis æſtimata,ibidem,& in l.ſed & ſi.de Publ.in rem actio.ff.

Lis pendere quãdo dicatur. ¶ Lis pendere quando dicatur,in clem.vlti.ve lite pendente. plene elucidatur, & abunde tractaui in tract.de exceptio.in exceptione litis pendentis.

Litis præſcriptio. ¶ Litis præſcriptio eſt,qua excipit reus actori iudicium vel actionem dandam non eſſe, id eſt non eſſe admittendum,Gallicè *fin de non receuoir*.Budæ.in forenſ.

Litium hereditatem cernere adiréque. ¶ Litium hereditatem cernere adiréqi, vel eam aperte repudiare dicitur vulgo,*reprendre ou delaiſſer le proces par le defunct commencé*.Idem Bud.alibi dixi eſſe vocabula longe petita.

Lis incerta. ¶ Lis incerta vel dubia,l.1.ff.de tranſactio.

¶ Lis improba,in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inof.teſta.dicitur,quæ contra ius mota eſt ab improbo litigatore.

Litigium. Litigare. ¶ Litigium pro lite capitur,l.ſi interpellatur.de arbitr.ff.ibi,adhuc litigio pendente.Iacob.Curt.refert lib.coniectura.2.c.17. Et ſic litigare eſt litem exercere,contẽdere,l.ſi idẽ. in fin.ibi, de parte ſua litigat.ff.de iuriſd.om.iudic.& l.non ſolum.§. cæterum interdictum erit per procuratorem litigare.& l.item.ff.de alie.iud. mutandi cauſa facta. l. iuſtiſsime. de ædil.edicto,ibi,ne cogeretur emptor cum multis litigare. Inde litigans,eſt qui litem exercet,agit,l.non diſtinguemus.§.item non eſt cogendus. ibi,niſi poſteriori caſu aliquid litigantium interſit.ff.de arbit.Et hoſce Martia.dementes & miſeros vocat,his verſibus:

Litigans.

Ah miſer & demens viginti litigat annos,

Quiſquam

Quiſquam cui vinci Gargaliane libet.

Scripſi in ſi.procem.ad ordi.Reg. in commenta.in 1.tomo nocumenta litis,quæ multa ſunt.

De his qui lites fingunt, ne promoueantur ad ſacros ordines. ¶ Et de his qui fingunt lites, vt non promoueantur ad ſacros ordines , vel alias, eſt tex. in l.cum hi.§.cum lis.ff.de tranſactio. Nec tales ſunt excuſati,imo vacat beneficium, vt notant docto. in ca. commiſſa. de electio. in 6.& ipſi ſunt fures & latrones,vt ibi dicitur,quia beneficij ad eos non ſpectantis fructus capiunt, vt plene ſcripſi in praxi benefic. in diſpenſa. de non promouend.

Litigator. ¶ Item litigans frequenter vocatur litigator,l. ſi cũm dies compromiſsi finiretur,prolato die litigatores denuo in eum compromiſerunt. & l. dicere. & l.diem proferre. §. ſi quis litigator.cum aliis multis legibus illius tituli.ff.de arbi.l.1.§.inter litigatores.vti poſsidetis. l.fina. quod quiſque iur.

Siue quomodo accipiatur. ¶ *Siue.* Hæc dictio diſiungit verba, & ſenſum coniungit , & ſolet duplicari , vt hic, & in l.creditores.& l.Labeo.2.ſupra eo.& l.cognoſcere.in fi.l.alienatum. in fi.& l.quantum. & l. habere.& l.in lege Cenſoria.& l.Paulus. infra eod.

¶ Aliquando accipitur pro &,per tex.in l.cum quis decedens.in fi. ff. de lega. 3. vbi Bar. & Franciſc. Cremenſ. ſingul. 56.lego digeſtum.Poteſt tamen ibi dici capi pro vel:ſed vbicunque de mente diſponentis apparet,ſic capi poteſt.Bar.in l.ſi quis ita.ff.de auro & argen. lega. Quandoque ordinem ſignificat,tex.in l.cum pater. §. penult. ff. de lega. 2. facit lex, heres.in fi.ff.ad Trebellia.Lucas de Penna in l.3.C.de execut.& exact. lib. 12. Vide de dictione ſeu in l.inter publica.ſupra eo.Ad alia pertranſeo lites relinquens.

PAVLVS LIB. VIGESIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMASEPTIMA.

Verbum oportere non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris condemnare : ſed ad veritatem refertur.

¶ Si intellige re velitis iſtum tex. verbum oportere non ad facultatem iudicis pertinere tantum, qui ex facultate ſibi data poteſt pluris , vel minoris condemnare, vt in arbitrariis, ſed ad veritatem refertur : & ſic quod in tex.ſuppleatur dictio tantum, nihil intererit, ſicut plene probaui in l. hæc verba quanti. infra eodem.

¶ Nec me mouet, ſi dicatur verbum oportere non poſſe pertinere ad facultatem , cum neceſsitatem denotet , vt ſtatim dicetur.nam reſpondeo , oportere iudicem iudicare , non ſolum in arbitrariis,ſed etiam in non arbitrariis.Ergo ex ſuo officio iudex ad hoc tenetur, cum iudicandi munus ſit neceſſarium, l. fi. §. iudicandi neceſsitas. ff. de muner. ob id verbum oportet non tantum pertinet ad iudicis facultatem, vt ipſe debeat tantum in arbitrariis iudicare, ſed ad veritatem, vbi non eſt arbitrium, & vbi vere debetur. Et ſic iudex & in arbitrariis , & in non arbitrariis iudicare tenetur. Et ſic intelligi ſecundum quoſdam poteſt hæc lex.

¶ Poteſt etiam intelligi ſine ſuppletione , ſic, Verbum oportere veritatem notat , non iudicis facultatem,& arbitrium:quod ſi iudex habeat,poterit pluris, vel minoris condemnare : ſed ſi oporteat Titium dare decem,iudex non poteſt pluris,nec minoris condemnare, quam ad decem , quia verbũ oportere refertur ad veritatem, non ad iudicis facultatem.

Alcia. ſententia reiicitur. ¶ Alciat.hic intelligit iſtum tex.pone quod in libello dixerim,te mihi decem dare oportere, tametſi ea mihi vere debentur, licere tamen iudici vel pluris, vel minoris condemnare.Hincque apparet arbitrium iudicis couſque protendi,vt ab eo,quod vere debetur,poſſit recedere, & ex cauſa condemnationem augere, vel minuere : auget in arbitrariis , l. 1. & l. in actionibus. ff. de in litem iurand. & in multis aliis caſibus hic per Alciat. traditis. Sed hic intellectus mihi quidem non placet. Primum quia loquitur contra hunc tex. dicentem verbum oportere non referri ad facultatem iudicis,ſed ad veritatem,quæ non adeſſet, ſi iudex non condemnaret partem ad id, quod vere deberetur. Etiam ſequeretur, quod in omnibus caſibus vbi pars vere debet, iudex habeat facultatem: quod non eſt verum , niſi in arbitrariis : illud quoq; abſurdum eueniret,vt iudex illa, quę eum facere oportet, omittere poſſet.Ideo hic tex.tollit iſtud dubium,an iudex teneatur condemnare ad id,quod vere debetur, & ſic ad id quod dare , facereve oportet. Mouet dubium , quod in arbitrariis poteſt iudex pluris , minorisve condemnare. Tamen hic ſtatuitur, verbum oportere non referri ad iudicis facultatem , ſicut actiones arbitrariæ , ſed ad veritatem. Alioqui iudex leges veritatem ſequentes tranſgredi poſſet , & leges ſuperioris infringere, & partis ius auferre : quod iuri contrarium eſt. Vnde ſiue verbum oportere referatur ad iudicem , ſiue non pertinet ad eius facultatem , ſed vt hoc neceſſe habeat facere, lege, Fulcinius.§.ſed & ſi curator datus eum non defendat , tunc remouendum eum eſſe , & oportere prætorem dare curatorem aliquem ex creditoribus , vt non amplius quam neceſſe eſt ex bonis fu-

Oportet refertur & ad iudicem & ad partem.

rioſi veneat.ff.quibus ex cauſis in poſſe. eat. & l. nec quicquam. §.aduocatos. ibi, ſed & ſi quis per potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat, æquè oportebit eum aduocatum dare.ff.de offic.proconſ.

¶ Et ſic patet, verbum oportere interdum referri ad iudicem, vt ſi lex dicat iudicem oportere facere, vel condemnare, vel dare aduocatum: tunc enim iudex ad id tenetur, & eius ſucceſſor, & non pertinet ad eius facultatem, l. mortuo iudice, quod eum iudicare oportuerat,idem eum qui ſubditus eſt,ſequi oportet.ff.de iudic.l.ſi tamen. ibi, poterit dici prætorem eiſuccurrere oportere.ff.de minor.& l.at ſi quis.§.ſed interdum. ff. de religioſ. & ſumpt.funer.& iuribus proxime deductis.

¶ Siue referatur ad partem, vt Titium dare oportet decem Sempronio, & tunc neceſſe habet Titius hoc præſtare. Nec iudex poteſt pluris vel minoris condemnare, l. qui ſic ſtipulatur,quod te mihi illis calendis dare oportet,id dare ſpondes?videtur non hodie ſtipulari,ſed ſuo die,hoc eſt calendis.ff.de verbo.obliga.l.ſi à colono.& l.ſi ſtipulatus.§. cum ſtipulamur.ibidem.l.1.ſi manumiſero.ff.quarum rerum actio non detur. l. penul. de condic. cauſa data.c. ſi pro clericis.de præb. in 6.

Verus huius legis intellectus.

¶ Verus ergo legis intellectus eſt, quod verbum oportet veritatem ſignificat, vt verè fieri, vel dari debeat id, quod dari, vel fieri oportet: adeo quod facultas iudicis, vel arbitrium ceſſat, quando oportet facere vel dare.

¶ Secundus caſus eſt,quando facultas conceditur à lege iudici, vt in arbitrariis, per totum,ff. de eo quod certo loco.in §.præterea.de actio.in Inſtitutio. Tunc poteſt iudex pluris vel minoris condemnare ex arbitrio ſuo.

Vbi lex cõcedit facultatem iudici,quid ægere debeat.

¶ Item ſi lex diceret iudicem æſtimare oportere, vt in l. nonnunquam. ff. de iudic. & vbicunque datur facultas iudici,l.proponebatur.in fi.ibidem. & generaliter quoties princeps ad præſides prouinciarum remittit negotia per reſcriptiones,veluti,Eum qui prouinciæ præeſt adire poteris, vel cum hac adiectione, æſtimabit quid ſit partium ſuarum, non imponitur neceſsitas iudici ſuſcipiendæ cognitionis, l. generaliter. ff. de off.præſ.ſed ſi ſemel ſuſceperit,tenetur facere neceſſaria, & in illis quæ facere eum oportet, facultatem non habet, vt dictum extitit: imò arbitrium iudicis regi debet ſecundum regulas iuris & conſtitutionum,non ex proprio cerebro ſine iuris fundamento.doct. in c.ne innitaris.de conſtit.per illum text. Hippol.conſil. 42. in cauſa. col. 2.

¶ Item quando parti daretur facultas,vt in edicto quod metus cauſa, l. ſi cum exceptione.§.1.ibi,ſatis clementer cum reo prætor egit,vt daret ei reſtituendi facultatem, ſi vult pœnam euitare.ff.quod met.cauſa, tunc iudex illam partis facultatem ſequatur.

Verbum oportet neceſſitatẽ ſignificat.

¶ Et ſic ex iſto tex.notabiles caſus ſeparandi ſunt & diſtinguendi. Quia verbum oportet neceſsitatem notat, & id quod verum eſt, vt hic: vt ſi dicatur, procedere ſine temporali damno oportet,l.2.in fi.ff.de iudic.& non ſimul atque in carcerem ductus quis eſt,ſpoliari eum oportet,ſed poſt condemnationem,l.2.de bo.damnato. ff. & l.diuus. verſ. nec Iulianus.ibi,ſuccurri oportet.de in integrum reſtitutio.l.2.de priuileg.vetera.ff.ibi,onera ſolennia omnes ſuſtinere oportet.& in l.notionem.§.1. infra eo. primò dicitur debemus,& poſtea oportet, ad denotandum quod idem ſignificant: probat l. triplici. §. 1. & l. inter illam conditionem.l.fugitiuus.& l.ex illa parte.infra eo.Ex his patet verbum oportere neceſsitatem denotare:vnde eſt parœ.apud Gallos,*Quand oportet vient en place,il cõuient que on le face.*

Debet neceſſitatem denotat.

¶ Idem dicerem in verbo debet,l.ſi prætor.§.Marcellus.ibi, debere querelam rei admittere.& in §. fi. ff.de iudic.imo cogendus erit iudex hoc facere, quod oportet, l. de qua re cognouerit iudex,de ea quoque pronuntiare cogendus erit. ff.de iudic.l.prætor. de edendo.ff.gl.in cle.attendentes.de ſtatu monacho.Panor.in c.ſuper.de præben. Idem in verbo tenetur, cle. exiui,in §.item ordo. de verb.ſignifica. Scripſi etiam de aliis verbis in gloſ. teneantur,& in verbo debeat.§.1.de coll.in concorda.Et ſic iſta verba ad veritatẽ referuntur, non ad facultatem iudicis: qui dum iſtam facultatem habet, poteſt pluris minorisve condemnare,ſed eam non habet,quando adeſt verbum oportet: tunc enim debet,vel tenetur, vt prædixi: & aliquando ponitur pro conſentaneum eſt, vel opportunum, vt in l. 1. ff. de iuſtit.& iure, vbi ſcripſi.

De verbo tenetur.

Verbum oportet,debet & tenetur honeſtatem & decentiam aliquãdo important.

¶ Aliquando iſta verba decentiam,& honeſtatem, large tamen important, & hoc ratione ſubiectæ materiæ, gloſ.in cap.fina.de litis conteſtatione.in 6.cap.1.de reſcriptis.ibidem, & cap.penult.de re iudica.ibidem. glo.in kvna,de rapto.virgi. Soci. pulchre in cap.1.col.2. de libelli oblatio. Bar. & alij in l.1.ff.de iuſt. & iure,glo.in cap.1.de deſponſa.impuber.Feli. in cap.ſi qui teſtium. de teſtib. alibi dixi.

Facultas quid dicatur.

¶ *Facultatem.* Facultas dicitur, quaſi facilitas, & poteſtas ſeu commoditas, lege, poteſtatis verbum. infra eodem, quod facile ſit habenti bona, facere quodlibet, vt ſcribam in lege, bonorum.prima,infra eod. Et quæ iure facultatis alicui competunt, non præſcribuntur: ideo viam publicam populus non vtendo amittere non poteſt, l. viam. ff. de via publica. Et ſi iure amicitiæ vel facultatis recepero quenquam domi, etiam centies, ex hoc cogi

cogi non potero,etiam ſuper poſſeſsione,l.qui iure.ff.de acqui.poſſe. & in l.Iulianus.ff.de reſtitutio.in integr.de Ripa in cap.cum eccleſia. de cauſa poſſeſsio.

Facultatem repetendi habere & alia phraſes.

¶ Facultatem repetendi habere eſt,ſi dominus habeat pecuniam, ex qua liberari poſsit, l.ſi ſeruus depoſitus.ff.de noxal.actio. & hoc quo ad illam materiam noxalem. Qui exhibendi facultatem habet, id eſt poteſtatem ad exhibendum,tenetur.lege, Celſus.§.1.ff.ad exhibend. Item ſi quis facultatem reſtituendi non habeat, licet poſsideat, ad exhibendum tamen non tenebitur, vtputa ſi in fuga ſeruus ſit, ad hoc plane ſolum tenebitur, vt caueat ſe exhibiturum,ſi in poteſtatem eius peruenerit,d.l. Celſus.§.item ſi quis.ff.ad exhibendum.l.3.§.heres.commoda.l.in bonæfidæi.in fin.de peculio.

¶ Datur & alia facultas reo, vt ſi malit referat iuſiurandum, l. iuſiurandum & ad pecunias. §. datur. ff. de iureiurando. Alio loco, quam in quem ſibi dari quis ſtipulatus eſt, non videbatur agendi facultas competere, l. 1. ff. de eo quod certo loco. Facultas habendi ſpectanda,l.1.in fin.ff.de pecul.ibi,nec magis dominium ſeruorum eſſe ſpectandum, quam facultatem habendi eos. Facultas percipiendi fructus, l.Iulianus.§.poſſeſsionem. ff.de actio.empti. Facultas erit,id eſt poteſtas,l.2.ff.de diſtractio.pigno.ibi,offerendæ pecuniæ, quam fideiuſſor dependit cum vſuris medij temporis facultas erit. Facultatem petendi habere dicitur, cui opponi non poteſt exceptio, l.ob res.in fin. ff. de pact.dotalib. Facultatem pecuniæ non habere,in l.ſi reus paratus.ff.de procura.

¶ Aliquando facultas capitur pro licentia, vt plene ſcripſi in l.poteſtatis. infra eod. per l.ſed addes. §. ſi inquilinus.ff.loca. Quandoque Iuriſconſultus dicit liberam facultatem, non impeditam,l. item ſi vnus.§.item Pomponius.ibi, libera facultas ſententiæ non eſt futura.ff.de arbit. l. fina. ibi, cum liberam facultatem adeundi, vel remanendi haberet. ff. de liber. exhib.

Facultates pro diuitiis.

¶ Facultates in plurali pro diuitiis, bonis,opibus,fortunis alicuius dicimus.l.cum hi.§. in perſona.ibi,quibus ſit facultatibus.ff.de tranſactio.lege,ſi quis crediderit.de pact.ibi,nec enim improbandum eſt, ſi quis hactenus deſiderat conueniri, quatenus facultates eius patiuntur.l.ſi debitoris.ibi,ſi tales tamen facultates acquiſitæ ſunt debitori.de ceſsio.bono. l.eos.de decurio.l.honor. §.de honoribus.de mun.& hon.l.1.ff.de cuſtod.reo. l.vlt.in fine, ibid.l.quæro. & l. ſeq.de iure dot. l.ſi quis locuples.de manu. teſtam. Inde labi facultatibus, id eſt venire ad inopiam, & bonis diminui.lege 1.§.ſi magiſtratus.ff.de magiſtra.conueniendis.ibi,quamuis facultatibus lapſi ſint tutores,vel fideiuſſores.

Labi facultatibus.

Excutere facultates.

¶ Excutere facultates, eſt diſcutere, diſquirere, an quis ſoluendo ſit,l.1.§.ſi inter magiſtratus.ff.de magiſt.conue.ibi,prius tamen arbitror.conueniendum eum,qui hoc ſuſcepit, deinde excuſsis facultatibus veniendum ad collegium.

Facultates ſuſpectæ. Aequas facultates.

¶ Facultates ſuſpectas dicit Iuriſconſultus, quando dubitatur an ſufficiant ad ſolidum debitum ſoluendum. lege,quidam.ibi, quoniam facultates eorum ſuſpectas habebat. ff. ad Velleia. Aequas facultates, id eſt eiuſdem æſtimationis, pares. probat l.ſocietas.§.ſocietas autem coiri poteſt,& valet etiam inter eos,qui non ſunt æquis facultatibus, cum plerunq; pauperior opera ſuppleat, quantum per comparationem patrimonij ei deeſt. ff. pro ſocio.

Homo mediocrium facultatium.

¶ Homo mediocrium facultatum, qui patrimonium nec pingue, nec tenue habeat, l. cum & forte mediocrium facultatum.ff.de actio.empti.

Pro modo facultatum.

¶ Pro modo facultatum, id eſt ſecundum quantitatem bonorum, vulgo *ſelon les biens*, dos conſtitui debet, & pro dignitate natalium viri.l.quæro.& ſeq. & l. cum poſt. §.gener. & ſeq.ff.de iure dotium.

Facultas in ſingulari pro bonis aliquando.

¶ Aliquando etiam in ſingulari facultate pro bonis vſus eſt Nera. rarò tamen, in l. cum vir.ff.de iure dotium,ibi, ſi quid debitori ad ſoluendum facultatis acceſſerit,periculum ad eam ſummam,quæ acceſſerit, creſcit.

Condemnare.

¶ *Condemnare* eſt oppoſitum verbo abſoluere: ſed qui condemnare poteſt, is & abſoluendi quoque poteſtatem habet,l.3.ff.de re iudica.vbi ſcripſi.

Condemnatio.

¶ Condemnatio perſonarum, quæ fit in id quod facere poſſunt, non ſignificat totum, quod habent,extorquendum eſſe,ſed vt ipſarum ratio habeatur,ne egeant,l.in condemnatione.ff.de regu.iur. & alibi dicit text.in l. ſi ſeruus depoſitus. ff. de noxal. actio. non enim debet quis cogi vendere res ſuas,vt ſoluat pecuniam.vide in l.nepos.infra eod.

Condemnatus.

¶ Condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus ſit, vt ſententia valeat: cæterum ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt condemnationis verbum non tenere, lege 4.§.condemnatum.ff.de re iudica. Et quamuis Accurſius, vt ait Alcia. in huius l.interpretatione, neque cælum neque terram tetigerit,de Alcia. tamen dici poteſt etiam, hoc loco multa eum ſcripſiſſe, ſed *οὐδὲν πρὸς ἐπ@*, vt ait Iuriſconſ.in l.de ætate. §.quod autem. ff. de interrogator. actio. Condemnare pro facere condemnari. l. furti.§. mandat.ff.de his qui no.infa.ibi,ſi te condemnauero,famoſum facio.

Vel diſiungit & pro &, interdũ ſumitur.

¶ *Vel.* Hæc dictio proprie diſiungit, & pro aut ſumitur, vt in l.triplici. infra eod. Interdum capitur pro &,vt hic,& in l.vinculorum appellatione vel priuata,vel publica vincula

significantur.infra eod.& tunc regulariter quando vtrunque eſt neceſſarium.gl.in cap.2.de confeſsis,in 6.vbi docto.

Vel quando alternatiue capiatur.

¶ Notate quod quando vel ponitur inter plura, regulariter alternatiue capitur, & alterum ſufficit, lege, ſi heredi plures. ff. de condtionibus inſtitutionum. Niſi illa duo diuerſa nomina eſſent eadem quo ad effectum, vt in rubrica Cod. vbi cauſæ fiſcales, lege, cum aliquid.nam tunc exponitur pro id eſt, vt decidit Romanus in lege ſupra iter. §. officium.ff.de aqua pluuia ar. & niſi eſſet eadem ratio,glo.in cle. ſæpe.in verbo & figura.in fin. eod.titu.quam ibi docto.probant. Vel inter perſonas,l.penult.C.eod. Si autem vni tantum iungatur, pro etiam accipitur.glo.in l.proinde.§.penult.ff.de ſtipu.ſeruor.quam probat Bar.in d.l.ſupra iter.§.officium.in fin.de aqua plu. arcenda, Carolus Ruinus conſil.99. viſo themate.nu.11.vol.2. Vel accipitur pro ſaltem, quando vnum tantum reſpicit, vt in l.ſtipulatus ſum.1.§.adhiberi.ff.de fideiuſſor.vbi glo.& in l.& ſeruorum.in fin.de ſta.homi. §.1.de ingenuis.& ibi Angel.& in §.1.quib.ex cauſ.manu.non licet.in Inſtit.l.ſed etſi lege.§. ſi quis re ſua.ff.de petit. hered. videte alia in clement. in pleriſque.de elect.& quæ dicam in l.ſæpe.infra eo. Aliquando pro veluti ſumitur,vt in l.Vranius.§.plane.ff.de fideiuſſo.facit l.illicitas.de offic.præſid.l.non omnia.de minor.

Vel pro etiam.

Vel pro ſaltē.

VLP. LIB. VIGESIMOQVINTO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMAOCTAVA.

Oſtentum Labeo definit, omne contra naturam cuiuſque rei genitum, factumque. Duo autem ſunt genera oſtentorum: vnum,quotiens quid contra naturam naſcitur, tribus manibus forte, aut pedibus, aut qua alia parte corporis, quæ naturæ contraria eſt: alterum, cum quid prodigioſum videtur, quod Græci φάσμα vocant.

¶ Iuriſconſultus hic definit oſtentum eſſe genitum,& factum contra naturam:& vnum quidem quando contra naturam quis naſcitur, tribus forte pedibus, aut manibus: alterum quando in eo eſt quid prodigioſum, vt inferius explicabitur. Et dicitur oſtentum ab oſtendendo, quod ſtatim futurum aliquid oſtendat. Quidam aſsignant differentiam inter oſtenta, portenta, prodigia, & monſtra: nempe vt portentum ſit, quod licet naturale ſit,raro tamen ſe oſtendit,& futurum aliquid cum temporis interuallo denuntiat, cuiuſmodi ſunt cometæ. Prodigium,quod etſi naturaliter fit, & ſæpe euenit, aliquid mali tamen ſemper præſagit: ita dictum quaſi porro agendum. Monſtrum eſt,quod contra naturam fit, vt cum quid naſcitur membris alterius generis. Iuriſconſult. tamen omnia vocat oſtenta, quod futurum aliquid oſtendant: Græci φάσμα ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι, quod prodigij cauſa oſtendatur, vel τέρας vocant ſiue τέρατιον: inde τέρατεύω, pro mentiri, Græci frequenter accipiunt, quod qui portenta narrant, mentiri hominibus videantur. Plura exempla deſcribit Frideric.Nauſea in ſuo mirabilium lib. 2. ca. 5. & per totum, vbi pulchre hæc elucidat: & Blond. lib.1.

Oſtenta, prodigia, portenta, monſtra differunt.

Legis vtilitates.

¶ Ex hoc vtilitates aſſumi poſſunt ſequentes.Prima eſt,quod mater ſuccedit monſtroſo puero,ſicut alij integro,quando hoc non euenit culpa matris:vt probat l. quæret. infra eo.

Mater mōſtro ſ ſuccedit.

¶ Secunda, nō ſunt liberi, qui contra formam humani generis diuerſo more procreantur,veluti ſi mulier mōſtroſum aliquid, aut prodigioſum enixa ſit,l.nō ſunt.ff.de ſta.hom.

Occidens monſtrum an puniatur.

¶ Tertia ſequitur vtilitas,quod occidens monſtrum, formam hominis non habens, ſed potius formam animalis,eo quod non præſumitur habere animam,non punitur lege Cornelia de ſicariis: diuerſum eſt, ſi faciem hominis haberet, tunc perinde eſt, ac ſi formoſum quis occidiſſet, licet claudus eſſet, vel vno pede careret, & eadem pœna punietur, vt Bal. Areti.& Imol.docent in l.quod dicitur.ff.de libe.& poſth.& Angel.in tracta.de malefi.glo. & ex interuallo. verſicu. quid autem ſi hominem. Et iſte occidens indiget gratia, ſicut ſi alium hominem integrum occidiſſet:quia homo erat,& hominem occidit.

An homo ſyluęſtris occidi poſſit.

¶ Derogatur huic ſententiæ in homine ſyluęſtri, qui inter animalia computatur, licet hominis formam habeat.glo.& docto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Ego tamen nollem illum occidere, ſi non me aggrederetur, quia animam habet ſicut & nos, occidens tamen quo ad forum ſeculare non puniretur. Et alios multos caſus, in quibus occiſor non punitur pœna legis Corneliæ de ſicariis,ſcribit Iacob.Boleue.olim huius ſenatus conſiliarius in repeti. l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœnis:quos tranſcripſit Chaſſa.in conſue. Burgund.in rub.*des iuſtic.*§.quinto. glo. *s'il n'a grace.*

Prodigioſi an teſtamentum rumpant.

¶ Quarta,prodigioſi formā hominis non habentes,teſtamentum non rumpunt,ſi prætereantur à patre.l.quod certatum. C.de poſthu. here. inſtitu.ſecus ſi formam hominis habeant,licet nati ſint gibboſi, vel debiles.l.inter cætera.ff.de libe.& poſthu. Et dicitur formam hominis non habere,quando plus ſapit brutum,quam hominem, & magis opera animalis

malis facit,quam hominis,vtpote mugit, vt bos, vt dicit gloſ. in d. l. quæreret. infra eo. vel comedit herbas paſcendo, vt animalia, nec faciem hominis, ſed potius animalis habet.

Hermaphroditus an inſtitui debeat, promoueri & beneficia habere.

¶ Quinta,hermaphroditi licet inter oſtenta reputentur,tamen inſtitui debēt,& iudicantur ſecundum ſexum, in quo plus incaleſcunt, l.quæritur.ff. de ſtatu homi. & confiteri vt alij debent,c.omnis vtriuſque ſexus.vbi ſcripſi,de pœnitent. & remiſsio.Et beneficia habere etiam abſquam diſpenſatione poſſunt,atque promoueri,ſi virum incaleſcant,& cœlibes ſint in fœmineo ſexu. Hoſtienſ.in ſumma de corpore vitiatis. §. fina. Superflua enim non vitiant,l.teſtamenta. C. de teſta.

Monſtrum an baptiſari poſſit.

¶ Sexta,monſtrum figuram hominis habens baptiſari poteſt,Card.in cle. vna,§.ad hoc. de ſumma trinita.& ſi habeat duo capita & colla,ac pectora,& videatur duas animas habere,bis debet baptiſari,teſte Archi.in c.proprie.circa fi.de conſecra.diſt. 4.vt de puellis Tholoſanis hiſtoriographi ſcribunt.Si verò duo corpora,& vnum caput habeat,ſemel tantum debet baptiſari,quia vna eſt anima,arg.l.ſi gemina.ff.arbo.fur. cæſa. ſi tamen dubitetur, ſemel baptiſari debet, & poſtea dici, Si non es baptiſatus, ego te baptiſo: vel baptiſando, Si duæ ſint animæ,vtranque baptiſo. Et nos vidimus hominem, qui ex pectore ſuo habebat alterum totum excepto capite: hæc tamen corpora vnam tantum habebant animam. Et ſicut monſtrum eſt habere duo capita,ita habere duos epiſcopatus, vel epiſcopatum duos epiſcopos,vt ait c. quoniam in pleriſque. de off. ordina. Et hodie plura ſunt monſtra talia in Francia, vt ſcripſi in praxi benefic.

Monſtroſi an alendi ſint.

¶ Septima vtilitas eſt,monſtroſi alendi ſunt à parentibus,vt alij liberi,arg.l. ſi quis à liberis. ff. de liberis agnoſc. quia non eſt imputandum eis, quod monſtroſi ſint. l. maximum vitium. C. de liber. præter. Nec eſt culpa eius,qui naſcitur:vt in ſimili de naturalibus ſcribit tex. in c. naſci. 56. diſtinctio. Et eſt in Euangelio de cæco nato,quod non peccauit, neque parentes eius, vt ſic naſceretur, ſed Deus opt. max. interdum eos ſolet ſignare, vt manifeſtentur eius opera in illis:& quandoque aliquos notat,vt ab eis caueamus.nam frequenter peſsimi ſunt homines natura ſignati,vt vulgus putat:& ſolet dicere, ab homine ſignato libera nos domine:& ſi ſapis,ſemper caueto,ait Albert. Bru.in tracta. de forma & ſolennitate actus.rub. de general.cognitio.formæ.§.rerum.verſicu.& hic etiam.tamen Chriſtianum non eſt τοῦ τὸν θεὸν ψεύδεσθαι iudicare.

Cauendum ab homine ſignato.

Prodigioſi an promoueri poſſint.

¶ Octaua,prodigioſi promoueri non poſſunt, c. qui in aliquo. 51. diſtinctio. Idem ſi ſit deformis, vtpote gibboſus,vel vno oculo carens,c.1.diſtinctio.9.Claudus tamen,ſi ſuſtinere ſe valet,& duos pedes habet,ex conſuetudine ſine diſpenſatione promouetur,teſte Hoſtienſi in ſumma de corpore vitia.§.fi.Is ergo qui habet deformitatem in magnis membris, vt manum aridam,vel membra decoris non habet, vtpote naſum, qui eſt ſcandalo, tunc prohibetur promoueri,cap. 2.de cleri. ægrotante. Et in ſumma tenendum eſt, quod parua deformitas, quæ non tendit ad ſcandalum,non prohibet aliquem ab ordinibus, vtpote ſi habeat oculum altero maiorem, vel ſtrabo ſit, vel maculam in oculo habeat, quia tunc non eſt in redhibitione,l.qui clauum.ff.de ædilitio edicto. Et idem ſi ſex habeat digitos, l. idem Offilius. §.1. ibid. Secus ſi illa magna deformitas ſit apparens, & adferat ſcandalum: quod arbitrio epiſcopi promouentis relinquitur.Anto.Butri.in d.c.2.de corpo.vitiat. vnde ſi non ſit defectus apparens, promoueri poteſt: vtpote quia eſt caſtratus, nec tenetur carnem illam vel puluerem ſeruare, vt vulgares dicunt. glo. in c.eunuchus. 55. diſtinctio. quod eſt verū,ſi alius caſtrauerit illum,ſecus ſi ipſemet ſe caſtrauerit, quod rarum eſt, tunc non debet promoueri,quia eſt ſui homicida, c.ſi quis abſciderit.55.diſtinctio. dixi in l. ſpadonum.infr.eo.& abunde in praxi benefic.in 3. parte,titul. de diſpenſa. cum corpore vitia.

Quæ deformitas prohibet ab ordinibus.

Caſtratus an poſſit promoueri.

¶ Nona, monſtroſus, qui domino ſeruire non valet, feudum habere non poteſt, nec in illo ſuccedere,c.vnico.& ibi nota.an mutus vel alias imperf.feud. ret. in Francia tamen ſeruiendo per ſubſtitutum non auferretur feudum ipſi prodigioſo.

Monſtroſus an in feudo ſuccedat.

¶ Decima, monſtroſo non poteſt imponi nomen, ſi figuram hominis non habeat, & ſi non baptiſetur:ſi verò baptiſetur,& forte hermaphroditus fuerit,debet imponi nomen ſecundum ſexum dominantem & incaleſcentem, ac maiorem,l.quæritur.ff.de ſta.ho.Bal.in l.vlt.in fi.C.de ſuis & legit. hered. Si vterque æqualis fuerit, nomen viri imponetur, quia veriſimile eſt,quod in illo erit potentior,& fortior, ac nobilitate ſexus inſpecta melior.

An monſtroſo poſſit nomen imponi.

¶ Vndecima,Deus opt.max.portentis & prodigiis ſolet, cum aliquid diri imminet, vel aduerſi, oſtendere,& ſignis præmonſtrare cœleſtibus.Nam apud Romanos canem loquutum fuiſſe,ſerpentem latraſſe,ante Tarquinium expulſum authores referunt, Gallis etiam Senonenſibus ad vrbē aduentantibus in noua via auditam fuiſſe vocem,quæ Gallos properare diceret: ſic & Magalonæ, dum Turcæ templum illud inuadere vellent, tempore miſſæ iuuenis cum epiſtolam inciperet, ter dixiſſe fertur, hoſtes illic eſſe, & licet ſemel & iterum grauiter obiurgaretur, non deſtitit tamen,quin tertiò diuino afflatu impulſus, eadem verba protulerit, vulgari patriæ ſermone, *les ennemis ſont aquy*: atque ita illos,ad quos Deus,vt Turcis reſiſterent,per os pueri loquebatur, commonuit. Et de his monſtris Alexan.

Deus dira mōſtris oſtendit.

xan.ab Alex.libro genial.3.c.15.& c.31. ſcribit abunde, & Euſeb. in hiſtor. eccleſ. lib. 2. c. 8. quæ habuit à Ioſepho lib.7.c.12.de bello Iudaico : ac Bened. in repe.c.Raynutius.in verb. quæ filium.de teſta.Et quæ præſagiant cometæ,his verſibus inuenies:

Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna cometæ,
Illi etiam belli motus, feraque arma minantur,
Magnorum & clades populorum, & funera Regum,
Vt cum ſeu cœli occaſum, ſeu ſolis ad ortum
Extulerint caput infelix, & crine minaci
Horrendum late implerint terroribus vrbes:
Si ſteterint, certóque loco veſtigia figent,
Finitimi bello inuadent, ciuiliaque arma
Fœdabunt ſæuas cognato ſanguine dextras:
Sin ortum tendant verſus, peregrina moueri
Bella ſuis, hoſtemque externis adfore ab oris.

¶ Duodecima,vt ex gl.patet,ſi mulier tempore conceptionis cogitauerit ad aliquã rem, an partus fiat ei rei ſimilis,dicetur in l.quæreret.infr.eo. ex qua quod hic deeſt ſupplebitis.

Oſtendere pro demonſtrare.

¶ Oſtentum ab oſtendendo dicitur,vt ſupra dictum eſt. Et oſtendere pro demonſtrare, l.Titius.2.ff.de actio.empt.vbi in principio dicit demonſtrauit,poſtea oſtendit.l.inde Neratius.in fi.ad legem Aquil. Et qualitas incaleſcentis ſexus oſtendit. l. repetundarum.in fi. ff. de teſtib. Vtilitas huius tituli non eget commendatione : ipſa enim ſe oſtendit, l. 1. ff. de in integrum reſtitutione.

Oſtendere pro probare.

¶ Oſtendere, probare, l. qui ſe liti.ff.de probatio. qui ſe liti obtulit,cum rem non poſſideret,condemnabitur,niſi euidentiſsimis probationibus poſsit oſtendere actorem,ab initio litis ſcire eum non poſsidere.l.Imperatores.de ſeruit.ruſtico. præd.ſed ibi pro demonſtrare capi poteſt.l.fi.de accuſa.l.3.§.1.ad exhibendum.ibi,qui ad exhibendũ agit, non vtiq; dominum ſe dicit,nec debet oſtendere , cum multæ ſint cauſæ ad exhibendum agendi.

Res oſtenſæ.

¶ Si res oſtenſæ ſint hoſpiti,quæ erant in ciſta,ad ſingulas res agendum erit,l.1. §. ſi ciſta. ff.depoſiti.l.2.de fide inſtru. Oſtenditur voluntas,l.cum empto.2.ff.de reſcind. vendit.

Oſtentator. Oſtentatio.

¶ Inde Oſtentator,pro eo qui effuſiſsime ſe oſtendit,& iactator. Oſtentatio,iactantia, ipſa effuſa demonſtratio,l.3.in fi.ibi,non poteſt commodari id, quod vſu conſumitur, niſi forte ad pompam & oſtentationem quis accipiat. ff. commoda. & l. ſeq. cui dedi nouum intellectum , vt in interpretationibus meis eſt videre.

Oſtenſiones militum faciendæ.

¶ Oſtenſiones etiam vulgo dicuntur *monſtres*,quas milites faciunt, & tunc debent ſolutiones recipere:& ſi tunc recipere nolint,quod recuſare non ſolent, poſtea petere non poterunt,l.fortiſsimi.vbi Barba.& Rebuffus,C.de eroga.milita.anno.lib.10.& l.nulli.ibidem. Et has oſtenſiones libenter faciunt:poſſunt etiam compelli,vt teſtatur Lucas in l. fi. C. de re militia.lib.12.ſcripſi in arbore feud. & in ordin. Reg.

¶ *Definit*, de hoc verbo ſcripſi in l. 1. ſupra eod.

¶ *Contra naturam.* Quod hic dicit contra naturam,in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. dicit contra formam humani generis cõuerſo more oſtenta ſeu monſtra procreari. Alibi tamen eſt in rub.vt non luxurientur homines contra naturã.in authen.colla.6. De hac dictione contra dicetur in l. cũ in teſtamento.infr.eo. De natura ſcripſi in l.creditores.ſupr.eo.

¶ *Genitum factumque.*& ſic antequam ſit oſtentum,requiritur quod ſit genitum,ſecundò quod ſit factum , & in rerum natura productum , per iſtum text. aliàs non eſſet oſtentum, quia non ſe oſtenderet.

Genera pro ſpeciebus.

¶ *Genera*,duo genera, id eſt ſpecies,de quo plura ſcribam in l.tigni. infra eod.

Quoties, numeralis dictio.

¶ *Quoties*,numeralis dictio eſt,& ſignificat (vt vulgus dicit) quot vicibus, & Gallice dicimus *combien de foys*:& hoc quando ſola eſt,l.3.ibi,quoties quis cap. minutus erit, do, lego. ff.quib.mod.vſusfr.amitta. Quandoq; coniuncta eſt cum dictione toties tacite,licet non ſit expreſſe,& regulariter,vt hic, & l.quoties vitioſe cautum eſt, pro non cauto habendum eſt.ff.qui ſatiſd.cogan.l.ſed & ſi.§.quoties.ex quib.cauſ.maior.l.quoties.de ſeruit.in vtraq;.

Toties quoties.

¶ Quandoque & frequentius eſt religioſa dictio , id eſt comitata inſtar religioſorum ſuo comite toties,& tunc iunctæ ſignificant vulgo,*toutes quantes foys*,l.liberorum. infra eo. l.2.§.ignominioſa autem miſsio toties eſt, quoties is, qui mittit, addidit nominatim ignominiæ cauſa ſe mittere. de his qui notan. infa. l. qui de inofficioſo teſtamento. ff. de inoff. teſta. l. ſi filiusfa. ſi cert. peta. vnde ſi quis promiſerit ſiſtere reum toties quoties requiſitus fuerit,vltra bis tenetur,etiam poſt ſententiam,per tex.in l. quod ſi nolit.§.ſi quid ita,verſ. ſi verò conuenerit.ff.de ædil.edic.

Quotieſcunq;.

¶ Idem ſignificat quotieſcunque,quod toties quoties,l.ſi tibi decem.§. de pignore iure honorario naſcitur ex pacto actio, tollitur autem per exceptionem , quotieſcunque paciſcor ne petam.ff.de pact. l. ſed & ſi.in fi. ibi,& generaliter quotieſcunque quis ex neceſsitate non ex voluntate abfuit, dici oportet ei ſubueniendum,ex quib.cauſ.maior.

¶ Et

Si quis promiſerit reuendere toties quoties an teneatur poſt triginta annos.

¶ Et effectus iſtarum dictionum eſt,quod ſi quis promiſerit reuendere toties quoties,vt in l.2.C. de pact. inter empt. & vendito.non tenetur tamen reuendere poſt triginta annos. Iaſ.in l.petens.C.de pact.& plene dixi in d.l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt. Si quis tamen promiſerit vendere quoties præſcriptio impleta fuerit, tunc poſt triginta annos venire poterit:per tex.ſingu.in l.3.ff.quib.mod. vſusfru. amitta. Cepola hanc tradit cautelam numero 65.in multis caſibus, quam non vidi ſeruari in forenſi iudicio.nam præſcriptioni,quæ currit contra negligentes , non poſſunt partes renuntiare , quod videretur hic fieri.Bar.&docto.in l.nemo.de leg.1.Cepola caute. 75.cautela eſt. Ideo difficile eſt poſt triginta annos ſuccurri , cum iſta clam etiam cenſeatur eſſe præſcripta , & illi renuntiatum,ſi intra triginta annos pars non petierit,l.omnes.& l.ſicut. C. de præſcriptio. trig. vel quadra.anno. Alibi forte examinabitur abundantius,& ſcripſi in interpre. l. vnic. in 1. no. C.de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.

¶ *Naſcitur*,elucidatum fuit hoc verbum in l.ſylua.ſupra eod.

Forte,fortaſſis & forſitan dubitationis notæ aliquando aſſertionis.

¶ *Forte* , dubitationis nota eſt hic,& in l. vrbana prædia.& l. abſentem. infra eod. Et per verbum forte reſpondent ſæpe periti.glo.in l.ſi duo.ff.de arbitr. Idem in verbo fortaſsis, l.carbonum.infra eod.l.1.§.ſi quis neſciat. ff. de iur. & facti ignor. & l. lege Iulia.2.ff.de ritu nuptia. Idem in verbo forſitan, l. Gallus.§.forſitan.ff.de liber.& poſthu. Interdum iſtæ dictiones aſſertionem ſignificant: vt ſi dicatur, Conferimus tibi talem eccleſiam,quæ forte vel fortaſsis eccleſia parochialis exiſtit : mens Papæ eſt, vt illam velit conferre , ſiue ſit eccleſia parochialis,ſiue non,vt ſcripſi in gloſ.concord. in forma manda.in verbo diſpenſationum.in fin.& in praxi benefic.in bulla diſpenſa.in 2.parte.

Pes pro membro.

¶ *Pedibus.* Hic accipitur pes pro membro hominis, & eſt inferior pars illius,glo.in rub. C.de peda. iudicib.l.ſi fugitiui. ibi , aut pede amputato debilitentur. de ſeruis fugit. Vnde ſi quis malitioſe clericum pede percuſſerit, eſt excommunicatus,ſicut ſi manibus, per tex. in cap.ſi quis ſuadente.vbi poſt gloſ.ſcripſi,17.quæſt.4. De his qui pedibus ſcripſerunt, & ligna conſciderunt,ac fila neuere,ſcribit Cælius lib.3.cap.44.

Pes pro ſpatio 15. digitorum.

¶ Pes eſt etiam ſpatium quindecim digitorum,vt ſcripſi in l.3.ſupra eod.Et via conſtitui vel latior octo pedibus , vel anguſtior poteſt, l. viæ.ff.de ſeruit. ruſtico. prædio. l.quinque pedum.C.finium regundor.l.fina.ff.illo titu.

¶ Pes etiam,vt notum eſt grammaticis,eſt in carminibus,vt dactylus, & ſpondæus : docet Lucas de Penna in l.podagræ. C. qui morbo ſe excuſ.lib.10.poſt grammaticos.

Pedes ire.

¶ Pedes ire,eſt iter ſuis pedibus facere, non equo,vel curru, vel vehiculo : vnde dicit gl. in l.idemque.§.idem Labeo.ff.manda.quod ſi ruſticus velit,vt ſibi taxentur expenſæ, quia eques iuit ad iudicem , non eidem taxari debebunt pro equo , quia pedes incedere debet, niſi fuerit ſenex,vel valetudine detentus.iter enim eſt , quo quis vel pedes vel eques commeare poteſt,l.inter actum.ff.de ſeruituti. ruſt.prædio. Inde pedeſtre iter, quo quis poteſt ſic commeare,ad differentiam itineris nauigij.vel dicitur pedeſtre,per quod pedites ire ſolent,l.1.§.ſi pedeſtre iter impediatur, nõ ideo minus iter nauigij deterius fit.ff.de fluminib.

Expenſæ pro equo non taxãdæ ruſtico.

Pedeſtre iter.

Pedaneus iudex quis dicatur, & vnde.

¶ Pedaneus iudex,qui prætori in conſilio erat,& ad pedes tribunalis aſsidebat, ſicut cancellarius ad Regis Franciæ pedes, ſi ex eius delegatione cauſas cognoſcebat leuiores, teſte Alciato in l. penult.C.de pact. Etiam pedaneus dicitur minor iudex , qui minores cauſas iudicabat,eo fortè dictus, quod pedibus, non curru , vel equo ad forum proficiſcebatur, vt doct.in rub. C. de ped.iud.interpretantur.facit tex.l.1.§.item ſenatuſcõſulto etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur calumniæ publici iudicij damnatus. ff.de poſtul.

Pedamentum.

¶ Pedamentum eſt vitis ſuſtentaculum,& fulcimentũ: Galli *eſchalas* vocant. Inde pedatas vites vocat Cato de re ruſtic. vide in l.pali.infra eo.facit l.1. de tigno iuncto.eſt in ord. Reg.rub.*que les eſchalas ne ſe feront de quartier de cheſne.* Latini vocant ridicas, in l.is qui.§.ſi quis.ff.quod vi aut clam.

Pedules faſciæ.

¶ Pedules faſciæ ſunt tegumenta,ſiue calciamenta,quibus crura cum calceis cooperiuntur,& Galli vocãt *tricouſes* ſeu *gueſtres*,& ruſtici vtuntur in patria Occitana,maxime quando fodiunt vineas,ne terra ingrediatur intra calceos:de quibus loquitur Iuriſconſultus in l.argumento.§.1.ff.de auro & argen.lega.ibi, faſciæ crurules pedulesque, & pilei veſtis loco ſunt: quia corporis partem veſtiunt. crurules à cruribus , pedules à pedibus dicuntur, quod crura & pedes veſtiant. Alij crinales, quod crines veſtiant,vt Catell.Cotta in 2.parte memora.in verbo faſciæ ; ſed primæ ſententiæ hærerem.

Crurules faſciæ.

Pediculi.

¶ Pediculi dicuntur ſuſtentacula quædam,tribus forte pedibus,vel quatuor facta,ſupra quæ veteres lances apponere ſolebant in menſa,ne lances mappam fœdarent,l.pediculis argenteis.ff.de auro & argento leg.loco quorũ hodie Pariſienſes vti orbibus vimineis ſolent, quos *chapelets* vocant.Ea etiã,quibus pira,poma,& huiuſmodi fructus ſuſtinentur,pediculos vocamus:atq; vermes capitis.quod legere eſt maxime apud Plin.natur.hiſto.lib.22.c.23.

Aut, diſiunctiua.

¶ *Aut*, diſiunctiua eſt dictio,ad veritatem cuius ſufficit alteram partem eſſe veram.l. ſi heredi plures.ff.de conditio.inſtitu.& quæ dixi de dictione vel in lege proxima ſupra,& de alternatiua in l.ſæpe.infra eo. habent etiam locum in hac dictione.

¶ *Alia parte corporis*, puta cũ ſex digitis, vt ſcribitur 2.Reg.21.de homine qui fuit vir excelſus, ſenos in manibus pedibúſq; digitos habẽs, id eſt 24. & erat de origine Arapha in Gets.

Corporum tria genera. *ἀνωμαλον.*

¶ *Corporis.* Corporum tria ſunt genera, vnum quod vno continetur ſpiritu, & Græce ἀνωμαλον vocatur, καὶ συμφυὲς, vt homo, lignum, lapis & ſimilia, l.rerum mixtura. ff. de vſucapio. & de ſtatua dicit Iuriſc. quod tota ſtatua vno ſpiritu continetur, l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei vindica. glo. exponit in d.l.rerum. vno ſpiritu, pro vna elementatione, ſeu compagine, id eſt vna ſtructura. & Catellia. Cotta in 2. parte memora. dicit vocari φυσικὸν, de quo loquitur Iuriſconſultus in l.2. in fi. ibi, in corpus aliqua coercitio pœna eſt. ff. de publ. iudic. l. ſi quis. de iuriſ. omn. iud. l.1. §. illud. de muner. Et cõpora mortuorum dici poſſunt, licet cadauera propriè vocentur. l.1. & per totum. ff. de cadauer. punito. & l.2. §. ſepulchrum. de religioſ. & l.1. §. illud. ibi, cum corporibus. de munerib. & quidam dicunt corpora eorum, qui aliquid ſtrenuè egerunt, cadauera eorum, qui nihil.

σωμμένον.

¶ Alterum, quod ex contingentibus ſe, hoc eſt ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod σωμμένον Græci vocant: ſed ibi Cælius legit σύναπτόμενον, à συνάπτω, quod coniungo ſignificat, & cohæreo, quia iſta ſimul cohærent, vt ædificium, nauis, armarium.

Ex διεζώγων.

¶ Tertium, quod ex diſtantibus cõſtat, vt corpora plura non ſoluta, ſed vni nomini ſubiecta, veluti populus, legio, grex, familia, d.l.rerum. Et quamuis illic Iuriſconſult. omittat quomodo Græcè vocetur, poteris dicere vocari ἐκ διεζώγων, ex diſcretis, vt claſsis, exercitus, & alia ſuperiùs expreſſa, de quibus idem Cælius lib. antiqua. lectio. 15. cap. 23. licet lib. 1. c. 26. quinque genera corporum ſcribat. De hoc loquitur Iuriſconſ. in rub. de colleg. illicit. & in l.1. & per totum, quod cuiuſq; vniuerſita. no. & l. ſed etſi hac. §. qui manumittitur. in fi. cum l. ſeq. de fideicommiſſa. liberta. l. metum. §. animaduertendũ. quod metus cauſa. & in l. tigni. §. item municipes. ad exhibend. l. iuſiurandum & ad. §. 1. de iureiurand. & aliis in centum locis, quos, ne ſtomachum vobis moueam, prætermitto.

Corpus pro ſubſtantia. *Pro corporali re.*

¶ Et ſic corpus interdum accipitur pro ſubſtantia, vt in l. mulieris. ſupra eo. ibi, quarum corpus manet. & ibi dixi. Interdum pro re corporali, ad differentiam iurium, vt in l. plus eſt in reſtitutione. l. vſura. l. pecuniæ. & l. vlt. infi. eo. l. qui heredis. de condictio. indeb. l. quaratione. §. 1. de acqui. rer. domi. l. nuper. de lega. 3. l. ſi ipſa. quod metus cauſa. l. nam & ſi parentibus. de inoff. teſta. l. hereditas. de petition. hereditatis. ibi, ſine vllo corpore, id eſt ſine vlla re corporali. l. fundus. in fin. famil. erciſ. & ſic ſæpiſsime in iure accipitur.

Pro humano corpore.

¶ Aliquando pro humano corpore, quod phyſicum dialectici vocant, de quo hic text. loquitur, & in l. ſi. de his qui notant. infa. l.1. §. remouet. de poſtulando, l. victus. cum l. ſeq. & l. inter. §. verum. & l. Maſſurius. & l. in lege Cenſoria. & l. poteſtatis. cum l. ſeq. iſto titu. Et huic corpori conducit bona habitudo, & formæ dignitas, aut vires, & bona valetudo: animo verò ſapientia, prudentia, temperantia, iuſtitia: his autem vtriſque pecuniæ, & amici, vt docet Ariſto. in fi. rheto. Scripſi de corpore myſtico in rubr. de concluſio. Lateranenſis concilij in concorda. Franciæ. Inde dicimus corpus liberum non recipere æſtimationem, l.3. ff. ſi quadrup. paup. feciſſe dica. Quandoque corpus dicitur pro opere aliquo, vt corpus iuris, corpus Homeri, l. librorum. §. ſicui. & §. ſeq. ff. de lega. 3.

Animæ & corpori quid conducat.

Corpus liberũ.

Corporalia.

¶ Corporalia dicuntur, quæ corpus habent: ob id tangi, videri, & palpari poſſunt: & ſic intelligitur rubr. de reb. corpora. in Inſt. & per iudicium cõmuni diuidũdo corporalium rerum fit diuiſio, l.4. ff. commu. diuid. Incorporalia, quæ ſine corpore ſunt: ideo nec tangi, palpari, videríque poſſunt, vt ſeruitutes, actiones, & ſimilia: ob id traditionem, & vſucapionem non recipiunt, l. ſeruus. §. incorporales. ff. de acq. rerum do. quia nec poſsideri poſſunt. l.3. ff. de acqui. poſſeſsio.

Incorporalia.

Corporaliter dare. *Corporalis poſſeſſio.*

¶ Corporaliter dare, eſt ipſam rem præſtare, ac tradere, l.1. §. per ſeruum corporaliter pignori datum. ff. de acq. poſſe. & tenere corporaliter, l.1. C. commu. de vſucap. Corporalis poſſeſsio, eſt rei corporalis detentio, & ad differentiam incorporalis, & eius, quæ animo acquiritur, de qua in l.3. & l. quemadmodum. ff. de acqui. poſſe. & in l. debitor. §. ſoluta pecunia creditor poſſeſsionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, reſtituere debet. ff. de pigno. actio. quæ etiam naturalis vocatur in l.1. per docto. ff. de acq. poſſeſſ. licet Bar. alio modo corporalem ibi intelligat: ſcripſi in 3. tomo commenta. ad conſti. Reg. Gallicas titul. de mater. poſſe. in præfa.

Corporatus.

¶ Corporatus dicitur, qui in corpore aliquo ſcriptus eſt, glo. in l. vna. C. de priuileg. corpora. lib. 11. vel corporati, id eſt decuriones illius terræ, gloſ. in l. vna. C. de Alexan. primat. lib. 11. Ego verò dicerem corporatos dici, qui eiuſdem ſunt corporis, ſeu collegij. hoc probat etiam rubr. de ſuar. & ſuſceptoribus vini, & cæteris corporatis. ibidem, lib. 11. vnde qui eſt de corpore lanionum vel ſuariorum, dicitur corporatus.

Corpore vitiati.

¶ Corpore vitiati dicuntur, qui mẽbris mutilati, vel capti ſunt, vt claudus, cæcus, ſurdus, & cæteri id genus, & de his habetur in rubr. de corpo. vitia. & an poſsint promoueri, dixi ſuperius in vtilitatibus huius legis, & in praxi benefic. in diſpenſat. cum corpore vitiatis.

Alterum de duobus, aliud de pluribus.

¶ *Alterum.* Ex hoc tex. colligite, quod Alterum de duobus dicitur, Aliud verò de tribus, aut pluribus. Ideo hic vſus eſt voce alia, quando locutus eſt de parte corporis, cum plures ſint

ſint corporis partes, & membra, vt apud medicos & Galenum de vſu partium conſtat. imitatur Iuriſconſ. in l. etiam. 1. infra eod.

Alterum pro ſecundo.

¶ Alterum interdum ſignificat ſecundo, vt in l. munus. 1. ſupra eod. & l. habere. infra eo. & in l. in lege Cenſoria. ac l. ſeq. infra eodem. Aliquando ſeruat ſignificationem pro eo, quod Gallice dicimus, *l'autre*, & ſæpius vnum ex duobus ſignificat. quod demonſtrat l. hęc verba ille aut ille. ibi, quorum poſito altero neceſſe eſt tolli alterum. Aliquando ponitur pro dictione alius, vt in l. qui venenum. ibi, vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit. infra eo. videte quæ ſcripſi in §. ſi quis verò. in glo. ad alium. de colla. in concorda. & in l. etiam mulier. infra eod.

Videri, quid denotet.

¶ *Videtur.* Notanda eſt Iuriſconſul. phraſis in hoc verbo, vt ſæpius in affirmatione dicat, videndum eſt, & an integram actionem ex empto dominus habeat, licet alio modo non reſpõdeat: ſed tunc videtur ſententiã ſuam affirmatiue exprimere, ſi affirmatiue loquatur: ſi negatiue, negare videtur: quod probatur in l. cum fundus. §. 1. ff. ſi cert. peta. & in l. videamus. de ædilitio edicto. ac in l. triplici. ibi, videamus autem. infra eo. ac l. habere licere. de euict. l. nos videamus. loca. & rhetores hanc figurã apoſiopeſim, id eſt reticentiam vocant.

Quando Iuriſconſ. videatur decidere per hoc verbum videamus.

¶ Aliquando etiam prolato hoc verbo ſententiam ſuam exprimit, & tunc maxime, ſi dictio quemadmodum, vel quomodo, vel vtrum, vel alia interrogatio ſit, l.1. §. ſi pecuniæ. 2. ff. depoſiti. l.1. §. 1. pro dote.

¶ Idem ſi interrogatio ſit duplex, vel multiplex: videndum eſt an caueri debeat, an verò non, l. 4. §. illud videamus. & §. illud videndum. ff. de fideicom. liberta. l. videamus. quod met. cauſa. l. videamus. loca. Vel quando referuntur duæ opiniones, l. ſi quis locuples. ff. de ma. teſta. Et alias quando Iuriſconſulto viſum eſt, per l. decem. ff. de fideicom. liberta. & in l. ſi hereditas. in fi. de ſtatuliber. l. in perſonam. de pactis, l. poſtquam. de petit. hered. l. Iulianus. de rei vindica. Aliquando Iuriſconſultus decidit his verbis, viſum eſt agere poſſe, l. Quintus. in fi. ff. ad legem Aquil. Viſus teneri, in l. ita vulneratus. in principio. ff. ad legem Aquil. l. ſi quis ingenuam. de captiuis. Aequum prætori viſum eſt, l.1. ff. de inſtito. actio. l.1. quorum leg. Videamus, id eſt perſpiciamus, diſquiramus, tractemus, l. pronuntiatio. §. 1. infra eo. l.1. ff. de interdictis, ibi, videamus de quibus rebus interdicta competant, l. videamus. de in litem iurand. l. videamus. de vſur. l. Gallus. §. nunc de lege Velleia videamus. de liber. & poſth. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commoda. & hoc facit Iuriſcon. interdum, vt reddat lectorem beneuolum & attentum, ſicut facit orator auditorem.

¶ Videtur, pro conſpicitur, vt hic, & l. ſi quis in ſeruitute. ff. de furtis. ibi, etiam ſi vidiſti. & ibi, ſi cum vidiſſes: & hic viſus pro omni interdum certitudine accipitur, l. teſtium. C. de teſtib. abunde ſcripſi in tracta. de reproba. & excuſa. teſtium. in verbo ſenſus corporis.

¶ Videtur etiam capitur pro eo, quod Gallice dicimus *ſemble*. ſic ſcribunt conſilia Pariſienſ. ex tempore facta: quæ ſi matura deliberatione fierent, dicerent ſic, de iure eſt dicendum. & verbum videtur *vale poco*, ſed dubito *niente*, vt Itali dicunt.

Videtur interdum fictionem denotat, & notat arbitrium boni viri.

¶ Interdum notat fictionem, l.1. de eo quod certo loco. l. ſi. ibidem. l. ſcriptus. §. 1. de religio. l. ſi remunerandi. §. penult. manda. dixi in tracta. meo de fictio. poſt docto. in l. ſi is qui. ff. de vſucapio. Et notat arbitrium boni viri. Bar. in extrauagant. ad reprimendũ. in verbo videbitur. & Iaſ. in §. in bonæfidei. nu. 16. de actio. in Inſtitut. l. ſi ſic. de lega. 1. Tamen interdum ad vberiorem elucidationem dicitur, quodammodo videor experiri, & cauſa dubitationis tollendæ, l. ſeruus. circa fi. ff. de in rem verſo.

¶ Videtur, id eſt videri poterit, exponit Iuriſconſultus in l. Labeo. ff. de ſtatulib.

Videtur interdum veritatẽ ſingificat, & deciſionem.

¶ Videtur veritatem interdum ſignificat, quandoque & deciſionem, vt in §. rem amiſiſſe videtur. l. Labeo. 1. ſupr. eo. & l. 5. ibi, magis eſt vt iniuria feciſſe videatur. ad legem Aquiliam. & naturaliter poſsidere videtur is, qui vſumfructum habet. de acquir. poſſ. & l. fi. de eo quod certo loco. in fi. l. ſi pro patre. §. in rem. de in rem verſo. Alia nunc addere de hoc verbo nobis ſcriptu digna minime viſa ſunt: ob id nec latius extendere libuit.

PAVL. LIB. QVINQVAGESIMOTERTIO AD EDICTVM.

LEX TRIGESIMANONA.

Subſignatum dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. nam veteres ſubſignationis verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant.

¶ Hæc lex quatuor partes habet, prout quatuor dicta continet. Secunda ibi, bona. Tertia ibi, atteſtari. Quarta ibi, incertus. Prima pars dictum ponit cum ratione.

Subſignare tribus modis capitur. *Pro ſubſcribere.* *Pro ſigillare.*

¶ Præſuppoſito intellectu glo. quod ſubſignare tribus modis accipiatur, primò pro ſubſcriptione, vt hic: gl. allegat l. ſi non ſubſcripſiſti, id eſt ſignaſti, exponit. C. de admi. tuto. & ibi ſubſcribere & ſignare pro vno accipiuntur: ſed hic eſt ſubſignare, & ſubſcribere. Secundò pro ſigillare, l. ad teſtium. §. ſi quis. ff. de teſta. ſed ibi loquitur de verbo ſignauerit, non de verbo ſubſignauerit: ſed de compoſito idem forte poteſt dici, quod de ſimplici,

Pro obligari. per d.l.si non subscripsisti. Tertiò pro obligari, l.semper.§.conductores.ff.de iure immunita.l.fi.§.defensionem.C.de administra.tuto.glo.hic, quam docto.sequuntur.

¶ Itaque ex tex.iuncta glos.colligitur, quod subsignare & subscribere idem significant. Ex quo infertur, quod tantum operatur subscriptio, quantũ scriptura, & tantum est subscribere chirographo, siue subsignare, quantũ scribere totum chirographũ sine subscriptione. Et sicut obligatur quis scribendo, vt rub.de litera.oblig.in Institu.& in l.fideiussor.2.§.pater.ff.de pigno.ibi, cum neq; consensum suum accõmodauerit patri, aut signo suo, aut alia scriptura, &c. ita & subscribendo, l.sicut.§.nõ videtur.ibi, sed si subscripserit forte in tabulis emptionis, consensisse videtur. ff. quib.mod.pignus vel hypoth.soluit.l.si ego.§.dotis.ibi, vt is subscribat, quasi res acceperit.ff.de iure dotium.ca.si quis presbyterum.cum gl.de reb. eccl.non alie. Ideo si ex statuto, vel consuetudine scriptura priuata manu alicuius habeat executionem paratam, habebit etiam locum in scriptura à tertio facta, dummodo fuerit à parte subscripta. Alex.& alij in l. si ita stipulatus.§. Chrysogonus.ff.de verbo.obliga.facit l. diuus.1.§.subscribere. & §.plane.ff.de fals.Alex.consil.147.ponderatis. col. 2. in 2.vol.& sic habet locum etiam in subscribente.authent. contra qui propriã. C. de non numerata pecu. quæ loquitur in negante scripturam à se subscriptam, secundum Bal. in d.auth. licet Salic. teneat ibi contra.Sed Bal.opinionem veriorem dicit Angel. in §. idem iuris.col.17.Institu. de exceptio. Cui subscribo, quia tantum operatur subscriptio, quantum scriptura, vt dictum superius & probatum fuit.

Subscriptio an obliget, sicut scriptura.

Tenetur quis recognoscere subscriptionem sicut chirographum.

¶ Itẽ sicut ex ordinatione Regia art.92.de publica. anno 1539. quæ est in rub.de chirogr. recognitio.art.1.tenetur quis recognoscere scripturam à se scriptam coram illo iudice, coram quo inuentus fuit: ita tenetur subscriptionem suam, qua recognita idem est, ac si totum recognouisset, vt scripsi in tracta.de chirographo. recognitio.art.1.in 1.tom.comment. ad constit.Reg.Gallic.

Subscribens se vt testis, vel notarius an teneatur.

¶ Limitatur quando subscriberet se vt testis, vel vt notarius, quia tunc vt robur instrumento detur fit subscriptio, & non vt executionem habeat cõtra subscribentem.l.Caius.ff. de pigno.actio.l.Titia.§.Lucia.ff.de leg.2.Bar. in l.sicut.§.non videtur.ff.quib.mod.pig.vel hypoth.sol.& in l.quæ dotis.solu.matr.tex.in c.ex literis.de transac. faceret tamen fidẽ scriptura contra notarium, vel testem, si aliquid esset contra eos, quod ipsi approbassent.

Subscribens an tequam legat, an approbare videatur.

¶ Secundò quando subscribit se scripturæ, antequam eam vidisset, vel legisset, tunc eam approbare non videtur.tex.& ibi Bal.in l.fin.C.plus valere quod agit.Nam actus agentium non operantur vltra eorum intentionẽ, l.non omnis.ff.si.cer.peta. Vnde si in cõsilio, quod antequam legatur, solet subscribi, quidam apposuerit clausulam obligatoriam, non adstringentur subscribentes, vt Soci. scribit in tracta. fallentia. in regula 385.subscribens. Sit tamen quis cautus, vt nunquam subscribat, nisi prius legerit, ne incidat in processus, quia oportet probare, quod non legerit. esset tamen præsumptio pro eo, qui subscripsit, si illa clausula obligatoria esset in medio, & principio, & in fine erat materia consilij.

¶ Tertiò derogatur, quãdo scriptura requireretur pro forma.Aret.in d.§.Chrysogonus. per illum tex.Ias.in l.emptor.§.Lucius.ff.de pact. Albert.Brun. in tracta. de forma & solen. actus, rub.ex quibus consistit forma & solen. vers. item quæro an subscribens. Sed cum est subscriptio, non potest negari, quin sit scriptura debitoris. Alias limitationes tradit Soci. in tracta.fallentia.regu.385.subscribens. & Feli.in c.quoniam.col.19.de probatio. & ego ipse in d.tracta.de chirogra. recognitio.in consti.Reg.in 1.tom.abunde tractaui.

Propter quas causas subscriptio fiat.

¶ Ex quibus causis apponatur suscriptio? respondeo, interdum apponitur ratione obligationis, vt quãdo subscribitur literis obligatoriis, vel chirographo, vt hic, vt dixi in tracta. meo de chirograph.recognitio.in præfatio.in 1.tomo commenta.

¶ Secundò subscribitur aliquando ratione testimonij, vt l.Caius.ff.de pigno.actio.& superius dictum extitit.probat l.scripturas.C.qui potio.in pigno. habeant.

¶ Tertiò in signum authoritatis, c.cum redemptor. in fin. 12.q.2.Nempe notarius subsignat instrumento, vt robur instrumento & authoritatem illi det.l.hac consultissima.C.de testa.ibi, finem autem testamenti subscriptiones, & signacula testium esse decernimus. Et tutor vel curator instrumento facto per minorem.l.si subscripsisti.C.de admi.tuto.

¶ Quartò in signum consensus, vt in alienatione rei ecclesiasticæ, c.non liceat Papæ.& c. cum redemptor.& ca.fine exceptione.12.q.2.vbi dixi in compendio alienatio.rerum ecclesiæ hanc hodie non requiri subscriptionem.

¶ Quintò concessionis ratione, vel confirmationis, vt in iudice, vel Papa subscribente se supplicationibus sibi factis, videlicet, Cõcessum vt petitur, vel fiat vt petitur, vt in praxi benefic. plene scripsi in forma signaturæ.facit l. diuus. circa fin. ibi, vt puta chartiaticum quibusdam officialibus inde subscribere.ff.de bo.damnato.

¶ Sextò ratione consilij: vt si doctor, vel aduocatus subscribat se consilio à se edito: & ideo debet exprimi ad quid apponatur, teste Specul.in titu.de proba.in 2.parte.§.nunc dicendum.vers.apponitur.in verbo subscriptione. glos. in rub. de authorita.generalis concilij, in

lij, in pragma.sufficit quod ex contentis appareat, cur se subscripserit.

In crimínibus an subscriptio fiat. Praxis.

¶ Septimò apponitur subscriptio in criminibus, ne facile quis profiliat ad accusationẽ, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram, l. si cui. in princip. ff. de accusa. hodie subscribitur in accusatione falsi, & parum in aliis, nisi iudex hoc præcipiat ex causa: & ita seruat forensis vsus.

Aduocatorum subscriptio cur fiat.

¶ Vltimò subscribitur etiam, vt sciatur cuius sit illa scriptura, & hoc solet fieri in epistolis.l.Nesennius.de nego.gest.ff.& l.Publia. depos.& solẽt aduocati curiarum supremarum articulis, & aliis scriptis subscribere, vt si qua ab eis perperam scripta sint, puniri possint, & vt scripta recipiantur.scribam fusius in titul.de aduoca.in consti.Reg.

Subscriptio quid.

¶ Subscriptio etiam actus dicitur subscribendi, in l.si cui.in princip. ff. de accusa. Et aliquando pro ipsa scriptura, l.fina.ibi, procurator Seij misit subscriptionem ad argentarium. iuncto vers.ibi, non propterea quod ea scriptura.ff. de actio. & obliga. vbi subscriptionem postea vocat scripturam. Sic scribere aliquando pro rescribere, in l.1.in prin. ff. quando appel.sit. Et quia solebant Principes his, quæ concedebãt, subscribere, ob id iura interdum vocant subscriptionẽ illam concessionem, & scripturã, qua aliquid concessum est, l.si quis obrepserit.in fi.ibi, subscriptione vti nõ potest.ff.de fals.quãuis gl.ibi exponat pro sentẽtia.

Scribere pro re scribere. Subscriptio pro cõcessionis scriptura.

¶ *Subsignationis.* Notate quod veteres subsignare pro scribere accipiebant: licet hodie rarò vtamur, sed pro subscribere, vel pro eius simplici signare. Nam signare testamentum est vel subscribendo notare, vel aliud signum imprimere, l. 1. ibi, qui testamentum amouerit, signauerit, recitauerit.ff.de fals. l.lege.1. ibi, sciens dolo malo falsum signauerit, signarive curauerit.ibidem: & signatum testamentum, in l.Lucius. ff.de petit.here.

Subsignatio.

¶ Signassent pro sigillassent, exponit glo.in l.Paulus.ibi, cætera falsa signassent.ff.de fals. sed potest etiam ibi accipi pro subscribere.

Signare pro sigillare.

¶ Signare pecuniam forma publica, est pecuniæ signum imprimere, *marquer*, l.sacrilegij. 1.§.qui cum in moneta operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, vel signatam furantur.ff.ad legem Iuliam pecula. Et is qui suo signo, vel nomine signat pecuniam sine Principis authoritate, dicitur falsam fabricare monetã, in extrauag. prodiens. de crimi. falsi, in extra. Ioan.22. & nota.in c. quãto. de iureiur. Alibi de his scripsi abundantius.

Signare pecuniam forma publica.

¶ Signare est signum rei imprimere, l.si iniuriæ faciendæ gratia, Seia domum absentis debitoris signasset sine authoritate eius, qui concedendi ius, potestatemve habuit, iniuriarum actionem intendi posse responsum est. ff. de iniuriis. Inde prohibitum est in rubr. vt nemi. liceat sine iud.authori. signa rebus imponere alienis. Et si fuerint appositæ, licite detrahantur, vt l.1. ibidem. In forensi tamen iudicio seruatur, vt si quis Regia stemmata, florem forte lilij, in re sua imposita inueniat, non liceat ei detrahere sine iudicis authoritate, propter honorem, & authoritatem Regis: alioqui graui afficeretur pœna. facit l.2. C. de nauib. non excusand. lib.11.

Signare, signũ rei imprimere. Praxis, vt signũ Regis demere nõ liceat.

¶ Signatum dolium, indicio vel signo notatum, *signé & marqué* vulgo, l.1.§.si dolium signatum sit ab emptore, Trebatius ait traditum id videri: Labeo contra, quod & verum est. Magis enim, ne summutetur, signari solere, quam vt traditum videatur.ff. de pericu. & commodo rei venditæ. Secus in aliis rebus, vt traditæ videantur, si emptor eas signasset, l. quod si neque. ibidem. quam notat Roma. singul. 281. tu scis. & Ias. in l. traditionibus. col. 2. de pactis, C. De sacculo signato, in l.1.§.si pecuniam. ff. depositi, & l. si sacculum. ibidem.

Signatũ doliũ. Res signata ab emptore an vi deatur tradita.

¶ Signum pro imagine capitur in rubr. nemi. licere signum saluato. nostri Iesu Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut insculpere, aut pingere.

Signum pro imagine.

¶ Item signum, quoddam indicium vel ostensio, l. sacrilegij. 1. ibi, is autem qui signum furanti præbuerit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset. ff. ad legem Iul. pecula. & de signis Regum loquitur Lucas in l. vna. col. 2. C. de reis post. li. 10. Inde Gale. in libro prædictio. de signis, quæ in vultu existunt, sic ait: considerari conuenit in hunc modum, per morbos acutos principio vultũ ægroti, sitne similis bene valentibus, potissimum sui: ita enim optimus erit: si vero quam maxime contrarius simili sit, exitiosissimus est.

Signum pro indicio.

¶ Signum dare, est signis ostendere, l. 1. circa fi. ibi, quive hostibus populi Roma. nuntium, literasve, signumve dederit. ff. ad legem Iuliam maiesta. Per signum cognoscitur signatum, l. stemmata. C. de fabricens. lib. 11.

Signum dare.

¶ Signatam pecuniam pro consignata, in l. si soluturus pecuniam tibi iussu tuo signatam, eam apud nummularium, quoad probaretur, deposuerim. ff. de solutio.

Signatæ pecuniæ.

¶ Signaculum pro signo capitur, in l.1.§.si pecunia.2. depositi. ff. ibi, coram quibus signacula remota sunt: & aliquando diminutiuum est.

Signaculum.

¶ Signare differentiam, id est assignare. Signator qui signat aliquid, l. mulier. ibi, signis signatorum. ff. de lege commisso. Signator qui signum testamento imponit, l. si quis ex signatoribus. & l. si quis ab initio. ff. quemad. testa. aperiant. l. 3. §. exhibere. ff. de tabu. exhibend. Vel, vt author est Pedianus, Signator dicitur qui testamento, aut aliis in strumentis & contractibus nomen suum subscribebat, vt hodie notarius.

Signator.

Signatorius. Signatura.

¶ Signatorius quod signat, vel quo ad signandum vtimur, l. signatorius anulus. infra eo.

¶ Signatura est scriptura à Papa, vel ab eo cui hoc datum est negotium, signata, in papyro scripta. Et an probet, plene scripsi in praxi benefic. in forma signa. in fine.

Sigillum.

¶ Sigillum pro deorum atque hominum simulachris capitur, & pro paruis statuis, in l. cætera. §. penul. in fin. ibi, vel singula sigilla adæquata legari posse. ff. de lega. 1. l. quæsitum. §. Papinianus. de fundo instru. l. pediculis aureis adiuncta sigilla ænea, cæteraque omnia quæ ad eandem similitudinem redigi possunt. ff. de auro & argento legato. l. æquissimum. §. sed si ædium. ibi, & sigilla immittere poterit. ff. de vsufr. l. in rem. §. 1. & l. quis. de rei vindica. Nebris. in dictio. ad leges, in verbo sigillum. Sigillum etiam dicitur cera insculpta in instrumentis, text. in l. 1. §. si pecunia. in 2. ibi, sigillis videlicet prius suppresis. ff. depositi, & cap. tertio loco. de probatio. vulgo *seel*, de quo dixi in tract. de literis obligator. in gl. *seel*. artic. 1. tom. 1. in commenta. ad consti. Regias. Sigillum est, quo signum imprimimus characteris alicui rei, l. videamus. §. qui vinum. ibi, signatum suo & alterius sigillo. ff. loca. lege, si quis. quemadmod. testa. aper.

Quando sigillū amissū est quid agendum, cautela.

¶ Et quando amittitur sigillum, cautela est, vt supplicatio iudici detur, vt deinceps non valeant actus illo sigillo signati, vel contractus. Et hoc solet magistratus concedere. sic concessit Senatus, quando sigilla ciuitatis Parisiensis fuere deperdita tempore belli ducis Burgundiæ, anno 1417. die decima Decembris.

Sigillaria.

¶ Sigillaria, vicus Romæ celebris erat, vbi res venales venum exponebantur, ibique vasa præcipua, signáque exquisitæ artis ex ære, argentóque fabrefieri solebant, vnde nomen factum loco, vt notum fere & promulgatum est, & refert Alex. ab Alex. lib. genia. 3. cap. 4. vt Saturnalia sunt dies festi Saturnalibus addicti, vt per Macrob. libro Saturna. & in illis festis solebant amici sigilla & parua signa festum denotantia mittere, vt hodie solent in pagis signum sancti in die festo amicis dare, & apud Parisienses.

Signinus.

¶ Signinus adiectiuū à Signia vrbe Campaniæ: vnde pira Signina dicit Plin. li. 15. c. 15. & vina Signina Martial. & opus Signinū idem Plin. li. 35. c. 12. quod cōficitur fractis testis contusis, calce addita: de quo loquitur Iurisc. in l. 1. §. si quis terrenum riuum Signinum facere velit, videri eum non recte hoc interdicto vti. non enim reficit, qui hæc facit. ff. de riuis. hoc docet Nebrissensis in lexico ad leges: sed tota errat via, non respiciens sensum, sed sola verba, vt quidam grammaticuli hodie faciunt: nempe si in illo text. legamus Signinum riuum, l. 3. §. 1. ibidem, erit ex diametro pugnans: vbi sic dicitur, Seruius & Labeo scribunt, si riuum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cementitium velit facere, audiendum esse. Videte quod opus cementitium in vno prohibetur, in alio nō. dicat rationem is qui putat legendum, Signinum, & vix inueniet. nam Signinum opus est maxime cementitium, teste Vitruuio lib. 8. in fin. Ideo ego putarem ibi legendum siliceum, à lapide videlicet silicis, & ita habent vetera exemplaria: & tunc sensus talis erit, quod habens riuum terrenum non potest facere ex silicibus & lapidibus non sectis, vulgo *des cailloux*, riuum. ratio est, quia non reficit: nam lapides illi incompti & sine ordine positi maiorem occupant terram, quam si ordine essent, etiam quia per lapides sic stratos non continetur aqua: ob id non reficit, qui illū riuum sic facit. Sed qui riuum terrenū non continentem aquam cementitium facit, reficere dicitur, quia alias aqua effluit, & amittitur per terram ob siccitatem terræ, nec potest aliter aqua haberi, nec duci: ideo audiendus est, qui hoc velit facere, vt dicitur in d. §. 1. l. 3. ibid. Et iste est intellectus glo. & communis, quem etiam probat Barb. consil. 28. omnipotentem. col. 7. in 4. vol. nu. 11. & communiter doct. in d. l. 1. quicquid noua exemplaria habeant. Vel forte potest ibi legi, terrenum riuum silicatū facere velit, & exponetur silicatum, id est lapidibus illis stratū, vulgo *pauē*: & quia non contineri aqua potest tam bene per riuum silicatum, id est ex silicibus factū, quam per cementitium, ob id cementitium permittit facere Iurisc. silicatum nō, & in idem recidit cum communi.

Intellectus ad l. 1. §. si quis terrenum. ff. de riuis.

Riuum habens an possit salices circū plantare.

Vel nō videtur absurdum legere ibi saliceum, & sensus erit, quod habens riuum in fundo meo non poterit eum munire salicibus circum. Videmus enim cōmunius ripas salicibus firmari, ideo videbatur hoc fieri posse, quod tamen ibi prohibet, quia is qui salices iuxta riuum plantat, non reficit riuū, & per interdictum de riuis licet riuū reficere, vt vsum aquæ habens eam ducere possit, sed per salices non ducet aquam plenius: ergo non licet salices ibi plantare, & quia maiorem occuparet terram. Et credo hunc Iurisc. fuisse sensum. Istum igitur vel communem tenere poteritis, & vterque potest in forensi iudicio esse quotidianus, & vtilis, vt ibi scripsi.

Cōsignare legē.

¶ Consignare legem, pro assignare, seu constituere, pactum apponere. l. Iulianus. §. idem Iulianus dolum solere à venditore præstari etiam in huiusmodi specie ostendit, si cum venditor sciret fundum pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem conscripserit vni municipio legata deberi: verum postea legem consignauerit, &c. ff. de actio. empti. quod

Cōsignare pro signare.

elucidatur in l. 1. in fin. & l. emptorem. in fin. ibidem.

¶ Consignare pro signare, sigillare: inde consignata pecunia, obsignata, l. acceptam. C. de

vsuris, vbi sic dicitur, Acceptam mutuo fortem cum vsuris licitis creditoribus post contestationem offeras: at si non suscipiant, consignatam in publico depone. Ergo prius offerre debitor debet creditori: quod si creditor accipere nolit, debet eam debitor in publico numerare, & intra cumenam consignare, & ligare, & postea apud iudicem deponere, vel apud quos iudex decreuerit. & nos solemus apud scribam seu grapherium consignare in hoc Regno, maxime in curiis supremis.

Designare pro ostendere.

¶ Designare pro ostendere, quasi signis, l. si in rem quis agat, debet designare rem, & vtrum totam, an partem, & quotam petat. ff. de rei vindic. l. si cum exceptione. §. in hac. ibi, merito quis nō astringitur, vt designet, quis ei metum, vel vim adhibuerit. quod met. caus. Et in actione de dolo designari oportet cuius dolo factum sit, l. sed si ex dolo. in fine. ff. de dolo. l. tutelas. de capitis deminu. l. 3. §. si quis noxali. ff. ad exhibendum. Designatus prætor, l. Barbarius. ff. de offic. prætor. deputatus & electus, creatus, destinatus. Designatus executor, constitutus, deputatus, Bud. in forens.

Designare pro rem nouam in vtranque partem facere.

¶ Designare est rem nouam facere in vtranque partem, id est bonam vel malam. Budæ. in annotatio. in Pandect. in l. athletas. ff. de his qui not. infa.

Designare tempus.

¶ Designare tempus, præstituere, assignare, l. 1. §. 1. ff. de pericul. & commodo rei vendi. ibi, quod si non designauit tempus, &c.

Designatores.

¶ Designatores, qui ludis funebribus præsunt, ob eam causam, quod in ipsis ludis multa fiebant noua, & spectanda, vt turba retineretur, vt loquitur d. l. athletas. §. 1. vel eos dicit Budæ. qui constituendæ funebri pompæ, aut etiam cuicunque præsunt, vnicuique incedendi locum ordinémque præscribentes: simili fere munere eorum qui Romæ vocantur magistri ceremoniarum.

Obsignare.

¶ Obsignare pro signare, sigillare, in l. fin. ff. de lege comisso. ibi, emptor contestatus est, se pecuniam omnem reliquam paratum fuisse exoluere, & sacculum cum pecuniis signatorum signis obsignauit. Interdum idem significat quod consignare, in l. obsignatione. ff. de solutio. d. l. acceptam.

Resignare.

¶ Resignare quod signatum erat aperire, reserare, patefacere, & est contrarium suo simplici signare, l. si testamento. ff. de testam. Et is qui testamentum resignauit, falsi pœna punitur, l. 2. ff. de falsi. ibi, subiecerit, resignauerit, l. Paulus. in fin. ibidem. §. sed & si quis. Instit. de testam. milit. l. 1. §. si pecunia. 2. ff. depositi.

¶ Resignare, renuntiare apud canonistas, vt per totum titulum de renuntiatio. ca. susceptum. de rescriptis, in 6. Et pauci beneficiarij possunt intelligere resignationum materiam. est enim eis valde difficilis & dura. sed melius est non resignare, quam in fauorem consanguineorum vel aliorum, si inhabiles fuerint, quia tales resignantes in foro conscientiæ tenentur, vt in praxi benefic. scripsi in 3. parte, in tit. de resigna.

Bonum arg. à solitis.

¶ *Solebant.* Colligite bonum esse argumentum à solitis, ibi, veteres vti solebant. facit l. sepe. vbi dixi, & l. censere. l. aliud est fraus. §. 1. & l. pronuntiatio. versic. seruientium quoque. l. pupillus. §. 1. & l. penult. infra eod. l. admonendi. ff. de iureiuran. vbi docto. l. si quis donatarius. de vsufruct. Iason in l. certi condictio. §. si nummos. si certum peta. Et clausulæ insolitæ arguunt actum esse suspectum, & factum in fraudem, per glo. singu. in l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institutio. vbi addidi: & multa adducit Petrus Gerard. sing. 77. clausulæ insolitæ. & Iaf. in l. testamentum. C. de testamen. docto. in l. semper in stipulationibus. infra de regu. iur. facit pulcher tex. in l. fina. C. de cano. largitiona. titulo. lib. 10 docto. in cacum M. Ferrar. de consti. & Euerard. in locis legal. in loco ab vsitato, seu à solitis. Et de hoc verbo plura in rub. de consuetud. in ordinatio. Regiis scripsi, ideo hic calamum contineo.

§. Bona intelliguntur cuiusque, quæ deducto ære alieno supersunt.

¶ Bona alicuius dicuntur, deducto eo quod debet: & quod supereſt, dicitur in bonis illius esse. Vnde si quis mihi dederit dimidiā partem bonorū suorum, primo deducētur debita, & de eo quod supererit, dimidia pars tradetur mihi donatario. Et si mulier donauerit bona sua in dotē, intelligitur deducto ære alieno, l. mulier bona. ff. de iur. dot. Alias vtilitates scribam in l. bonorum. 1. infra eo. Nempe bona proprie dici non possunt, quæ plus incommodi quam commodi habent, l. proprie bona. infra eod. concordat tex. in l. fina. ff. de vsufruct. lega. Id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quod ære alieno deducto supereſt. l. non possunt. ff. de iure fisci. Et ideo quando bona Regi confiscantur, intelligitur deductis expensis processus, & ære alieno, l. 1. §. an bona. & l. non possunt. de iure fisci. ff. Et dicitur æs alienum, id est debitum, quod nos aliis debemus: æs suum, quod nobis alij debent, l. cedere diem. §. æs alienum. infra eo. vbi abunde scripsi. Sed quæso interim aduertite ad celebrem Græcorum sententiam, εὐδαίμων μισθὴν ὀφῖλων, felix, qui nihil debet. & hæc audacius confirmabit, qui legerit pulchros versus Græcos ab hac materia non alienos, quos hic addendos curaui.

Felices qui & fortunati.

Εὐδαίμων πρῶτος μὲν ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων,
Εἶτα δ' ὁ μὴ γήμας, τὸ τρίτον ὀρφὸς ἄπαις.
Ἡμῖν δὲ μανεὶς γήμας τις, ἔχει χάριν, ὧν κατορύξῃ
Εὐθὺς τὸν γαμετὸν, πρόσπεσε λαβὼν μεγάλως.
Ταῦτ' ἀδὸς σοφὸς ἰοδὶ μάτην δ' ἐπίκουρον ἔασον
Ποῦ τὸ κενὸν ζητᾷς, ἢ τίνες ἀι μονάδες.

Id est, vt Erasmus vertit:

Qui nulli debet, fortunatissimus ille est,
Proximus huic cœlebs, tertius orbus erit.
Quod si quis demens vxorem duxerit, illi
Hæc ita tum demum commoda grata feret:
Eueniat si fors, vt grandi sorte recepta,
Protinus vxorem deferat in tumulum.
Hæc doctus sapias, Epicurum quærere frustra
Qua sit inane sinas, quæque sient monades.

Peccata duo Persis. Et vt Plutarchus refert, duo fuere Persis peccata, primum debere, proximum mentiri: & superioribus consona est Græcorum sententia, γυμνὰ δάπτειν κρέας ἢ ἐγγυᾶν γαμεῖν, id est, vxorem funerari melius est, quam ducere: quod adagium Tholosatibus dulce admodũ propter lucrum dotis defuncta vxore, quamuis & aliis quamplurimis non molestum, si duram habuerint vxorem, sub cuius viuendũ erat nutu. Et bona hominũ tria dicit esse Plato in Gorgia: primum, prosperam valetudinem: secundum, egregiam formam habere: tertium, diuitias nulla fraude quæsitas.

Bona hominũ tria.

Bonum multis accipitur modis. ¶ Notandum est quod bona hic accipiuntur pro substantia, & facultatibus. vulgo, *les biens*. idem in l.2.§.in hac actione. ibi, sed illud solum, quod ex bonis meis, hoc est ex substantia. ff. vi bonorum raptorum. Et sic pro substantia, facultatibus, & pro patrimonio, l. bonorum. infra eo. l. Lucius. 2. §. quæ marito. ff. de lega. 2. & in infinitis aliis locis iuris. Vnde cum sit generale nomen, debet declarari, & aliquid adiici, vt bona ciuitatis, l. bona ciuitatis. & l. inter publica. supra eo. vbi bona publica & priuata dicuntur.

Bonum malo contrarium. ¶ Secundò bonum sumitur pro eo, quod est contrarium malo: vnde dicitur bona fides, l. bonæ fidei. infra eo. Et bono vino melius inuenitur, l. vbi autem. in princi. ff. de verborum obliga. Et bonus miles argumentis cognoscitur, l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. Bonæfidei contractus. §. actionum. Institu. de actio. Bonæfidei iudicium, l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurand. & alia sunt quamplurima quæ nunc omitto.

Bonum pro beneficio. ¶ Tertiò bonum, id est beneficium, donum, commodum. §. qui autem. ibi, si quidẽ indotata sit, nostræ constitutionis vti bonis poterit, id est beneficiis, exponit glo. in authen. quibus modis naturales efficiant. legit. colla. 6. & vulgo solent dicere coniugati, quando ostendunt liberos, & alias res suas, *voyla le bien de Dieu*. bona Dei sunt, & forte hominum.

Bonus pro idoneo. ¶ Quartò bonus, id est idoneus, vt bonus ad medicinam, & physicam, *Et bonus ad eliicem vigilanti stertere naso*, dicit Iuuenal.

Bona pro vtilitate. ¶ Quintò pro vtilitate, l.1.§.hæc actio. & §. plenius. ff. si quis testa. liber esse iuss. fuer. ibi, plenius enim causam bonorum hic accipimus, pro *vtilitate*, id est bona, dicit ibi glos. melius facit l.3.§.si quis ex liberis. & l. si post mortem. §. liberi. de bonorum possess. contra tab.

Bonum nomẽ, vtile. Vnde bonum nomen, vtile debitum dicimus. l.1. in principio. ff. ad Macedon. ibi, vt scirent qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filiifamilias bonum nomen expectata patris morte fieri. l. inter. §. abesse. manda.

Vir bonæ frugi. ¶ Sextò bonæ frugi vir dicitur probus, officiosus, ac vtilis, l.1. §. sed vtrum. ff. de seruo corrupto. ibi, si bonæ frugi seruum pepulit ad delinquendum. l. inde Neratius. §. idem Iulianus. versi. sed & si bonæ frugi. ad legem Aquil.

In bonis esse. ¶ Septimò id in bonis dicitur esse, id est in patrimonio, in mea substantia, quando actionem & exceptionem habeo. l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum dominio. & in l. bonorum. infra eo. scripsi in l. rei. 1. supra eo.

¶ Octauò bona pro nummis exponit glossa in l. si patruus. ibi, communibus bonis res comparauit. C. communia vtriusque iudic. quia sine pretio venditio nulla est, l.2. de contrahenda emptio. ff.

Boni cõsulere. ¶ Nonò boni consulere, id est in bonum accipere. l.3. ibi, ob hoc quod ad tempus relegatur, boni consulere debeat. ff. de decurionibus. Et Adrianus de serm. Latino hoc fusius explicat.

Ex æquo & bono. ¶ Decimò ius relinquit iudici arbitrium ex bono & æquo, l.2.§. penult. ff. si quis cautio. l. eas. de capit. deminutio. l. si verò non remunerandi. §. si mihi. in fine. ff. mandat. & tunc ex bono & æquo iudex procedit, quando ex prudentia sua se rationi causæ accommodat, flectendo legem ad causam, non causam ad legẽ, teste Spiegel. in suo Dictio. vbi Ludouicum Viuem in additionibus ad August. de ciuitate Dei citat. & facit l. eorum. ff. de dam. infect. & l. at si quis. §. hæc actio. ff. de religios. & sumpt. funer. Budæ. in annotatio. priorib. in Pandectas

dectas in principio aliter declarat, vbi bonum & æquum coniungit: & Zasius in l.1. ff. de iustit. & iure. facit l. in noxalibus. de noxal. actio.

Bonum pro expedit. ¶ Vndecimò bonum est, id est expedit, vtile est, congruit, l. hac lege. C. de pact. conuent. ibi, quamuis enim bonum erat, &c.

Bonus vir pro iudice. ¶ Duodecimò bonus vir frequentius pro iudice in iure sumitur, in l. continuus. §. cum ita. ibi, & magis est, vt totam rem ad iudicem, id est virum bonum remittamus. ff. de verbo. obliga. l. seruum. §. ait prætor. ibi, viri boni arbitratu. & l. non cogendum. & l. penulti. & l. fina. ff. de procurat. & in l. sed si vnius. §. prætor ait arbitratu iudicis vtique quasi viri boni. ff. de iniur.

Bonus iudex & stultus. ¶ Interdum tamen vocatur bonus iudex, l. in fundo. ibi, bonus iudex varie ex personis, causisque constituet. ff. de rei vindicat. Et bonus prætor, in l. diuus. in fin. ff. de in integrum restitu. l.3.§. heres. ff. commoda. quod omnis iudex bonus & vtilis esse omnibus & singulis debeat, l. pupillus. §. munus publicum. infra eo. quamuis multi suos subditos expilent, & contra iura iudicent, quos stultos & iniquos vocat Vlpi. in l.3.§. duæ. ff. de Carb. edict. ibi, aut stulti, aut iniqui prætoris erit, rem in tempus pubertatis differre.

Arbitratu boni viri. ¶ Interdum bonus vir, id est bonus paterfamilias exponitur, in l. item si fundi. in princ. ff. de vsufru. ibi, vsufructuarius debet suo vsufructu vti arbitratu boni viri, id est quasi bonus paterfamil. l. fundi. in fin. ff. de vsu & habitatio. Et satisdare debet se vsurum arbitratu boni viri, id est quasi bonus paterfa. l. in vsufructu legato. ff. de vsufruct. elucidatur in l.1. & fina. ff. vsufructua. quemad. caueat. iuncta l. quod sæpe. §. si res. ff. de contrahen. emptio. Et quandoque bonus vir pro honesto, bonæq; conscientiæ accipitur, in l. si venditor. in fine. ff. de ser. exportan. l. si pater. §. quæ Iam. de fideicommiss. libertat. l. semper in contractibus. ff. de regu. iur. vbi gloss. dicit non licere bono viro aliquem decipere. Et quandoq; ex consuetudine loci bonus vir vocatur cornutus, & ibi vocãs tenetur actione iniuriarum, dicit Cardina. in cap. ex literis. 3. nota. de consuetu. quod sit bonus fatuus, tacens & dissimulans vxoris suæ peccatũ, & omnia quæ videt ab ea facta boni consulit. Neuisa. in sylua nuptial. per glossam in capit. absit. 11. quæstione tertia: *Doctus & ad caliceм est vigilanti stertere naso*, vt Iuuenal. ait.

Boni mores. ¶ Boni mores, in l.3. ff. quod metus causa. declarat Bald. in l. pactum quod dotali. C. de pact. & alij docto. posteum, & in cap. quamuis. illo titu. in 6. & in regula, non est obligatorium. de regul. iur. ibidem. hoc plene docui in interpretatio. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. dicam in l. pronuntiatum. §. fina. infra eo.

Bonis cedere. ¶ Bonis cedere, est bona sua ob æs alienum creditoribus dimittere, vt per totum titu. ff. de cessio. bono.

¶ Bonis conditionibus, l. actioni. ff. de ædilitio edicto. §. fin. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Alia hic non addam: ista si lubet boni consuletis, cum reliquis, quæ scribam in l. bonorum. infra eo.

Deducere pro ducere de loco ad locum. Vn publicã deducti. ¶ *Deducto.* Deducere interdum dicitur, de loco ad locum ducere, vt qui furem deducit ad præfectum vigilum, l. interdum. 2. §. qui furem. ff. de furtis. l. fin. si quadrup. paupe. feciss. dica. ibi, agaso cum in tabernam equũ deduceret. Et in publicum deducti intelliguntur, qui magistratibus municipalibus traditi sunt, vel publicis ministeriis, l.2. de ser. fugiti. Et interdum est vi, vel per fraudem ducere, seu labi, vt in l. Cæsar. ff. de publica. ibi, relatus tempestate in insulam deductus esset. l. ne piscatores nocte lumine ostenso fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eóque modo naues in periculũ, & quæ in eis sunt deducant. ff. de incendio. Interdum deducere in colonias, in l.1.§. est & Palmyrena. ff. de censib. elucidatur in l. pupillus. §. decuriones. infra eo. Et de materia in materiã ducere, quasi nouandi animo, vt perit priuilegium dotis, & tutelæ, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, id est si dos per stipulationem promittatur animo nouãdi. l. aliam. & l. à te. ibi, in posteriorem deducitur stipulationem. ff. de nouatio. lege, sin autem. §. sed & si is. de rei vindicatio.

Deducere pro de materia in materiam ducere.

Deducere pro traducere. ¶ Interdum pro traducere, l.2. in fin. ibi, idem puto dicendum, si minor 12. annis in domum, quasi vxor deducta sit, licet nondum vxor sit. ff. de priuil. creditor.

Deducere ad exitum. ¶ Deducere ad exitum, ad finem vsque perducere, & ideo non potest boni viri arbitratu defendere litem is, qui actorem frustrando efficiat, ne ad exitum controuersia deducatur. l. fina. ff. de procurato. Deducere in iudicium, l. in causæ. 1. §. 1. ff. de procura. ibi, cæterum si mandatum non est, cum neque in iudicium quicquam deduxerit, id est adduxerit, egerit, proposuerit, *aura mis en proces*, vt inferius dicetur. & facit l. fina. in princi. ff. de eo per quem factum erit. l.1. ibi, rem in iudicium deductam controuersam. de in litem iurando. & in stipulationibus aliàs species, aliàs genera deducuntur, l. in stipulationibus. ff. de verbor. obligatio. id est in stipulationibus aliquando genera interueniunt, id est promittitur genus, interdum species.

Deducere in iudicium.

Ad exiguam summam deducere. ¶ Ad exiguam summam deducitur, l. final. de prætor. stipul. ff. pro adducitur, reducitur.

In

In periculum deduci,idem.l.milites ſi amiſerint cuſtodias, ipſi in periculum deducũtur. ff.de cuſto.reor.id eſt adducuntur,quod vulgo dicimus, *ſont mis en danger & peril*. Deducere vitium mentis,adducere,adiungere,l.fugitiuus.infra eo. Inſidiis deductus,l cuiuſque.ff.ad legem Iuliam maieſta.ibi,cuiuſve dolo malo exercitus populi Roma. inſidiis deductus, hoſtibúſve proditus erit. Ad præſidia hoſtium deduci, l.poſtliminij ius. §.1. ibi,antequam ad præſidia deducatur hoſtium,manet ciuis.ff.de capti.

Deducere in obligationem, & aliæ phraſes.

¶ Deducere rem in obligationem,l.1.§.ſed aut proprio.ff.de actio.& obliga.ibi,dum curamus,vt quod in obligationem deduxerimus,id eſt obligauerimus, tutius nobis debeatur.l.viæ,itineris, actus,aquæductus pars in obligationem deduci nõ poteſt.ff.de ſeruit.id eſt pars ſeruitutis non poteſt obligari. In obligationẽ deducit, l.eum qui ita.§. qui proprietatem ſine vſufructu habet,recte vſumfructum dari ſtipulatur. id autem in obligationem deducit,quod non habet,ſed habere poteſt.ff.de verborum obligat.l. ſi ita ſtipulatus fuero decem.ibidem. In ſtipulatum deductæ,id eſt promiſſæ per ſtipulationem,l.ait prætor.§.præterea.ibi,dum vſuræ non præſtãtur,ſi in ſtipulatum deductæ non fuerint.ff. quæ in fraudem cred.l.ſi à colono.& l.quotiens.3.in fin.ff.de verbor.obligatio.l.4. de tranſact. In petitionem deductæ non ſunt,l.de rebus.ff.de arbit.id eſt non ſunt petitæ: vel deducere in petitionem,id eſt petere. In poſteriorem deducat,pro adducat,quod ex prima conſecutus ſit,l.1.arbo.furt.cæſ.ff.l.facienda.ibidem. In condemnationem deductæ,l.fin.ff. de re iudica.ibi, vſuræ pecuniæ in condemnationem deductæ, id eſt condemnatus fuit in vſuris pecuniæ. In intentionem condemnationémve deductum eſt,l.2. de exceptio. ff. abunde elucidaui in tracta.de excep.in 2.quæſtio.

Deducere riuos.

¶ Riuos deducere, pro diuertere , lege, de interdicto. ibi, placebat igitur aquam ob has duas res,id eſt ob naturam ſuam, vtilitatémque locorum, in quæ deducitur, appellari.ff. de aqua quotidiana & ęſtiua. Riuos deducere diebus feſtis nulla religio vetuit. Virgilius in Georgicis.

Deducere, pro trahere.

¶ Deducere,pro trahere,l.diuus.§.pãnicularia.ibi,quibus indutus eſt quis,cum ad ſupplicium deducitur.ff.de bon.damnato.l.ſi non defendantur ſerui à dominis, nõ ſtatim ad ſupplicium deducuntur.de pœn.quia ad ſupplicium raro ſolent volentes duci,nec ad vincula,& carceres,l.2.§.diuus.ff.de iure fiſci,ideo neceſſe eſt,vt trahantur.

Deducitur, id eſt incidit.

¶ Deducitur,pro incidit.l.3.ibi,porro qui in eum ſtatum deducitur, ſicut omnia priſtina iura,ita & bona amittit.ff.ad legem Iuliam pecula.

Deducere rem in litem, ſeu in iudicium.

¶ Deducere rem in litem,ſeu in iudicium, pro agere, & mouere cõtrouerſiam ſuper re, l.ſi quis rem,de qua compromiſſum ſit,in iudicium deducat.ff.de arbitr.& l.ſi rem.§.1.ibi, & vnum in iudicio petentem totam rem in litem deducere.ff. de nouatio.l.rei iudicatæ exceptio tacite continere videtur omnes perſonas, quæ rem in iudicio deducere ſolent. de exceptio.rei iudica.ff.l.ſi mater.§. hoc iure.& l.ſi cum teſtamento. ibidem. Inde deductam litem in iudicium,pro conteſtata exponit glo.in l.liberto.§.litem in iudicium deductam.ff.de negot.geſt.tamen poteſt lis eſſe deducta in iudicium,& non erit conteſtata, l. ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.quamuis res in iudicium deducta non videatur, ſi tantum poſtulatio ſimplex celebrata ſit,vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognita.l.1. C.de litis conteſtatio. Deducta cauſa & finita dicitur inchoata & perfecta,in l.in delictis. §.ſi detracta.ff.de noxal.actio.

Deducta lis in iudicium.

Deducere, detrahere, ſeparare.

¶ Deducere, detrahere,diminuere,ſeparare, vt hic, & in l. inter eos. ibi, nec deducitur, quod eiuſdem conditionis hominibus debetur.ff.de re iudica.l.ait prætor.§. per hanc.ibi, vt ſumptus facti deducantur.quæ in fraudem creditorum.l.ſi mihi.ibi, pars aliena deducitur.de verborum obligatio.Et ita accipitur in l.ſi quid poſſeſſorem.§.1.ff.de petit.hered. & l.plane.ibidem.& l.Nepos Proculo. & l.veniſſe.1. infra eo.l.idem Pomponius. §. ſed ſi plumbum cum argento mixtum ſit,& deduci poſsit, id eſt ſeparari.ff.de rei vindicat.l.pater cum filiæ.de pactis dotalib.licet gloſ.exponat pro retinere, tamen ibi melius congruet exponere parte deducta, id eſt detracta, l.1.arborum furtim cæſarum. Aliquando tamen Iuriſconſult.coniungit vtrunque,deduci & ſeparari,vt in l.3.in fin.ff.de rei vindicatio.ibi, Pomponius ſcribit,ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum atq; commixtum eſt, vt deduci & ſeparari non poſsit.

Deductio.

¶ Deductio,in l.amplius.ibi,nam ſi quis aduerſus petentem,compẽſatione, deductionéve vſus ſit,id eſt detractione & diminutione.ff.rem ratam habe.

¶ De verbo diducere ſcribam in l.pronuntiatio.§.1.infra eo.& de verbo ducere, & aliis in l.qui neque.infra eo.

Supereſt multis modis exponitur.

¶ *Superſunt*,remanent,reſtant,reliqua ſunt.l.3.ſupra eo.l.ſi pupilli.§.1. ibi, poteſt dici ſupereſſe mihi aduerſus te negotiorum geſtorum actionem. ff.de negot.geſt.l.ſi ex duobus. §.qui aliena.in princip.ibidem.l.2.§.ſi tamen.ibi,pars duntaxat cæterorum obligationi ſupererit.ff.de verborum obliga.

Supereſt diminutionẽ ſignificat.

¶ Et hoc verbum diminutionem ſignificat,l.deducta.§.vlti.ff.ad Trebellia.ibi,quod ex hereditate

hereditate ſuperfuiſſet,cum moreretur reſtituere rogatus, fructus ſuperfluos reſtituere nõ videtur rogatus,cum ea verba diminutionem quidem hereditatis admittant,fructuum autem additamentum non percipiant: & hodie eſt declaratum in rubrica de reſtitutio.in authen.collat.8.& in authen.contra. C.ad Trebellia. Vt rogatus reſtituere,quod ſuperfuerit, vel reliquum erit,vel inuenietur tempore mortis,quartam tenetur tantũ reſtituere, & tres partes apud heredem remanere debẽt. Adeo quod ſi tempore mortis nihil fuerit diminutum de hereditate,non reſtituetur niſi quarta pars, & heredes onerati tres habebunt partes,ſicut ipſe poterat:tex.ita loquitur.in dicto titul.de reſtitutio.fideicom. & gloſſ.in dicta authentica, contra.argu.l.quanquam. C.ad legem Falcid,licet quidam intelligant totum quod ſupereſt tempore mortis reſtituendum:quod non eſt verum, nempe daretur occaſio delinquendi illi,qui deberet reſtituere,quod ſupereſt: quia conſumere vellet vſque ad quartam partem:ob id Imperator ſtatuit ibi,vt tres vnciæ apud heredem remaneant, non remanerent ſi poſtea ad fideicommiſſarium peruenirent, quarta autem fideicommiſſario non minuatur.ſubinde ait tex.in dicta authent.de reſtitut.ſed hoc omnino relinquere fideicommiſſum:aliis omnibus in eius poſitis poteſtate, & licentiam habere eum his, ſicut voluerit,vti,quemadmodum perfectis dominis competit. Ecce verba text.quæ volunt vt heres qui tenetur reſtituere, quod ſuperfuerit, poſsit de tribus partibus diſponere, ſicut perfectus dominus.ergo non tenetur totum dimittere fideicommiſſum, ſed ſicut voluerit relinquere poterit. Imo dicerem quod ſi moreretur heres inteſtatus, conſanguinei & proximiores illi ſuccedere poſſunt, in eo quod eſt vltra quartam, quia poſtquam quarta pars fideicommiſſarij eſt taxata,& limitata,nihil ei accedere poteſt,per l.in agris.ff.de acq. rerum domin.ne præbeatur delinquendi occaſio , & poſtquam eſt perfectus dominus, vt dicit ibi tex.in titu.de reſtitut.plus addens ſufficientẽ exiſtere quartam fideicommiſſi, his verbis,oneratus fideicõmiſſi reſtitutione non poteſt aliquid penitus ex illa minuere ſufficiens exiſtens:ſed heredi quidẽ ſuperſunt tres partes, illi autẽ quartæ ſolius relinquatur ratio.Igitur ſi tres debent ſupereſſe partes heredi,etiam ſi non fuerint diminutæ tẽpore mortis,heres iſtius grauati quartam reſtituet, & tres partes retinebit, quod probat ille text.ibi, quartæ ſolius relinquatur ratio:ergo nõ poteſt niſi quartã habere fideicõmiſſi hodie. Nec obeſt quod verba referantur ad tempus mortis,quod illo tempore ſuperfuerit. Reſpõdeo propter hoc legem eſſe factam,quæ taxauit,quod ſuperfuerit ad quartam:nec eſt diuerſa ratio in alio herede, qui tenetur reſtituere, vt dodrantem reſtituere debeat, & quartam retinere:& iſtam quartam tranſmittit heres inteſtatus moriens,ſic iſtas tres partes hic heres.

Reſtituere rogatus id quod ſuperfuerit, quid reſtituere debeat.

Ab inteſtato ſucceditur ei qui rogatus eſt reſtituere quod ſupererit.

¶ Nec refragatur tex.ibi,prohibens donationibus vti. Reſpondeo cauſa interuertendi fideicommiſſi,vt quarta minuatur,& ita loquitur ibidem tex.in d.§.1.in authent. de reſtit. ſed de tribus partibus hereditatis poterit & in vita, & in morte heres diſponere, & ſi non diſpoſuerit tres illæ partes ad proximiores veniẽt,quia alienatio facta per legem cenſetur: & ita teneo cum gloſſ.in dicta authen.contra.quamuis Bal. & Salice.& alij in dicta authentica contra.aliter ſentiant,dicentes tex.in l.Titius. ad Trebellia.ff.dicere totum reſtituendum:Sed quamuis illa lex diceret,tamen per ius nouiſsimum hoc eſt elucidatum, & deciſum,cui iuri ſtari debet,non antiquo.& iſta taxatio Imperatoris facta cenſetur tam fauore heredis,quàm fideicommiſſarij,vt patet.

Concluſiones pulchræ et ſubtiles.

¶ Ex iſtis ſubtilis ſcholaſticus ſuſtinere ſequentes concluſiones poterit. Rogatus reſtituere,dodrantem retinere poteſt:& iſta concluſio probatur in authen.de reſtitutio. colla. 8.& in dicta authen.contra.vt ſupra dixi.Nec obeſt l.1.& totus titulus, ff. ad Trebellia.vbi quartam tantum tenetur reſtituere. Reſpondeo verum quando ſimpliciter rogatus eſſet reſtituere, vt ſi moriatur ſine liberis reſtituat bona Titio : diuerſum eſt ſi grauatus fuerit reſtituere,quod tempore mortis reliquum fuerit, vel quod ſuperfuerit tempore mortis, tunc dodrantem retinebit,& quartam reſtituet. Ideo altera poteſt ſuſtineri cõcluſio, Imo quartam tantum,& hoc regulariter,ſed interdum nihil retinet,vtpote quando totum reſtituere rogatus eſt abſque detractione, l.decem.iuncta gloſſ.ff.de fideicom.libertat. Et tunc poterit etiam alia ſuſtineri concluſio,Sed & totum reſtituendum eſſe defendemus,quando hoc teſtator dixit. Videte tamen docto.in l.nemo.ff.de lega.1.

¶ Imo dimidiam hereditatis partem retinere rogatus poteſt.Hæc concluſio procedit in filio, qui rogatus ſub conditione, ſi ſine liberis decedat, poterit detrahere duas quartas, primo legitimam,& poſtea Trebellianicam,cap.Raynutius,&c.de teſtam,& c.ſi pater.illo tit.in 6. Hæc breuiter ad acuenda ingenia ſcripſiſſe ſufficiat, fuſius pertractaremus, ſi materia propria & commoda eſſet.

Supereſſe pro ſuperfluũ eſſe. Supereſſe rebus ſuis.

¶ Supereſſe,ſuperfluum eſſe, & interdum totum ſignificat, vt in l.poteſt reliquorum. infra eo.vbi ſcripſi,& Iaſon conſi.129.conſului.in 4.vol.

¶ Supereſſe rebus ſuis non poſſunt,id eſt præſentes eſſe, quaſi ſuper ſuis rebus eſſe, & tractare res ſuas poſſe,l.1.in fine.ibi, vſus autem procuratoris perquam neceſſarius eſt, vt qui rebus ſuis ipſi ſupereſſe, vel nolunt, vel non poſſunt, ſaltem per alios poſsint.ff.de procurat.

procurat.l.in eadem causa.ex quibus causis maio.

Supereſt, id eſt ſuperſtes eſt.

¶ Supereſt accipitur pro eo quod eſt ſuperſtes eſt,viuens,incolumis,vt adhuc supereſt amicus noſter,id eſt viuit,& ſuperſtes eſt,quaſi ſaluus,qui non obiit, l.qui ſuperſtitis bona repudiat,nihil agit.ff.de acquir.here.l,quod dicimus.infra eo.

§.Atteſtari eſt abſenti denuntiare.

Atteſtari. Atteſtatio.

¶ Atteſtari dicitur is,qui abſenti aliquid denuntiat, ſiue hoc fiat per nuntium, ſiue per procuratorem,vel per epiſtolam.Et aliquando vocatur atteſtatio:vnde ſi filiusfa.quaſi patris mandato recepta mutua pecunia patri ſcribat,vt eam ſoluat, atteſtari dicitur:& ideo ſi pater hoc non approbet,ſtatim proteſtari debet, alioquin pater tenebitur ſoluere filij debitum,ſi literas recipiat,& nihil dicat,l.ſi filiusfamil.patre abſente.ff.ad Senatuſconſult.Macedo.vbi addidi illum text.ad hoc notaſſe Matthæum ſingula.22.& Corſet. in verbo taciturnitas.& de denuntiatione dicam in l.ſeq.Deteſtatio.

¶ Item denuntiantes litem præſentes quoſdam habebant anteſtatos, coram quibus iudicij denuntiatio fiebat l.duodecim tabularum : ei autem coram quo conteſtabantur aurem vellebant, vt memor eſſet:inde Plautus in Gurgulio ait, *Ite in ius,ne moramini anteſtare me,atque duce.* de quo meminit Budæ.in commẽta.linguæ Græcæ. Et forte hodie teſtes ad citationes,vel alia acta ſic vocari poſſunt.quos *recors* Gallicè vocamus,de quibus in tract. de cita.diximus in tertio tomo commenta.in conſtit.Reg.Gallicas.

Atteſtationes quæ dicantur, & quãdo probent.

¶ Notandum eſt,quod atteſtationes dicuntur quædam probationes factæ in abſentia partis,vt ſi equus mihi commodatus,vel locatus,fato quodam in itinere moriatur,faciam atteſtationem, quod culpa mea non ſit mortuus. Et regulariter atteſtationes iſtæ, cum in partis abſentia factæ ſint,& ea non citata,non probant,l.Lucius.ibi,præfectus fide non habita teſtationi.ff.de his qui notan.infa.c.2.vbi nota.de teſtibus.Quod verum eſt plene:ſed cum aliis adminiculis ſic:argum.l.inſtrumenta.C.de probatio.l. ſin autem.de rei vindica. ibi,atteſtatione probauero. Vnde Notarij in his atteſtationibus dicere ſolẽt, *Ledict tel à requis aux Notaires ſoubſcritz auoir lettres, leſquelz luy ont octroyé ces preſentes, pour luy ſeruir & valoir,ce que de raiſon.* Quæ verba vltima in aliis inſtrumentis ſcribi non ſolent:tamen falſi tenentur facientes falſas atteſtationes,l.lege.1.ff.de falſ.ibi, item qui falſas atteſtationes faciendas falſáve teſtimonia dolo malo coierint:& aliquãdo vocãtur teſtationes, interdum atteſtationes,& per has denuntiatur abſenti,quod eo abſente factum fuit.

Falſas atteſtationes facientes falſi tenentur.

Praxis.

¶ Limitatur,quando aliquis patitur naufragium, vel alium caſum in aliquo loco, tunc practica eſt,quod is faciat examinare à iudice teſtes de illo caſu, & illæ atteſtationes poſtea facient plenam fidẽ coram iudice competente:per tex.& ibi Bar.in l.2.C.de naufra.li.11.Et in illo caſu non erit neceſſe partem abſentẽ citare, ſed ſufficit ex naturali iuſtitia probare, l.ſcire.§.ſufficit.ff.de excuſatio.tuto.Corſet. in ſingul.incipiente, teſtis in loco.Et atteſtationes etiam vocant Pontifices depoſitiones teſtium,& dicta,quæ parte præſente, vel vocata factæ probant,cap.conſtitutus.& cap.ex tenore.& cap.veniens.2.de teſtibus. cap.atteſtationes.de deſponſa.impub.quas teſtimonia vocat Iuriſcon.in l.3. §.idem diuus Adria. ff.de teſtib.& alibi ſæpius.

Atteſtationes id eſt,depoſitiones,teſtimonia

Quomodo debeat fieri atteſtatio abſenti.

¶ Quæro quomodo debeat fieri iſta atteſtatio abſenti : reſpondeo regulariter quando abſenti denuntiandum eſt,tunc illa nũtiatio debet fieri vel per procuratorem, vel per nuntium,vel per epiſtolam:per procuratorem,probatur in l.1.§.nuntiatio.verſic.item nuntiationem & noſtro & alieno nomine facere poſſumus.ff.de noui ope.nuntiatio. Vnde cum nominationes debeant nuntiari collatoribus,debent inſinuari per nominatum, aut eius procuratorem.§.teneantur.vbi ſcripſi,de collatio.in concorda.& idem in mandato ſcripſi in forma mandati,in verbo præſentatæ.Nec ſufficeret denũtiare,vel præſentare per alium, vt plene ſcripſi in tracta.nominatio.q.14.c.ſi capitulo.de conceſsio.præben.in 6.

Donatio an abſenti fieri poſſit.

¶ Item per nuntium poteſt fieri nuntiatio, vel per epiſtolam, l.1.ff.de contrahen.empt. Ex quo infertur quod donatio facta abſenti valet, l.abſenti.ff.de donation.dummodo illa donatio fuerit notificata per nuntium donantis.gloſſ:approbata in l.nec ambigi.C.de donatio.vel per literas.& iſta eſt communis opinio, teſte Guido.Papa in deciſio. Delphi. q. 222. in donatione.Barto.& docto.in d.l.abſenti.hoc etiam approbant. vel per procuratorem,vt ſupra dictum fuit.

Donatarius debet probarenũtiationem.

¶ Et ſic oportet donatarium probare nuntiationem per nuntium, vel epiſtolã factam. aliàs quamuis acceperit poſſeſsionem & ſaiſinam à domino,non ſufficit, d.l.nec ambigi. ibi, maxime ſi ex donantium voluntate poſſeſsionem nanciſcatur:& vult dicere text.donationem factam abſenti valere,maxime ſi adipiſcatur poſſeſsionem de voluntate donantis:quia ſi per nuntium donantis donatio ſit eidem notificata, videtur poſtea adipiſci poſſeſsionem de donantis voluntate, ſecus ſi non fuerit eidem donatario ſic nuntiata. Etiam intereſt donantis,vt ipſe nũtiet per literas,vel per nuntium,tum vt ſciat an donatarius acceptauerit donationem, & illius onus, vt poſtea donator prouideat, tum etiam ne in ſuſpenſo

ſuſpenſo ſit donatio ob defectum non acceptantis. nam forte ſi per extraneum nuntiaretur,poſſet donatarius poſtea dicere ſe nunquam onus acceptaſſe:ob id iſta de iure ſunt introducta,vt procurator eius,nuntius,vel epiſtola donatario denuntiare debeat:& non eſt perfecta donatio,antequam iſta denuntiatio,& vtriuſq; conſenſus interuenerit,ſicut conſuluit Bar.conſil.72. quæritur vtrum procurator.

Mandatũ antequam notificatum ſibi fuerit,procurator exercere non poteſt.

¶ De conſtituto procuratore,vt non poſsit exercere mandatũ,antequã ei ſit notificatũ per nuntiũ domini, vel epiſtolam,concludit Hippolyt.in l.ſi qui ne.nu.64.cum ſeq.ff.de quæſt.plus inquiens:quod ſi quis conſtituat procuratorẽ ad capiendũ præceptũ iudiciale de pecunia mutuo recepta,is procurator non poterit præceptum capere, antequam à ſuo conſtituente eidem mandatum fuerit,quia interim ſoluiſſe potuit,& tunc non ſufficit denuntiationem à quolibet fieri, teſte Bal.in cap.1.col.4. de milite vaſſallo dixi in præfatio. ad tracta.de liter.obligat.in princip.in conſtitu.Reg.in primo tomo.Et regulariter vbicunque iura volunt actum aliquibus abſentibus fieri poſſe,intelligunt ita demum, ſi denuntiatio illis fiat per nuntium,vel epiſtolam.l.1.ff.de procurat.d.l.1.de contrahen.empt.l. qui autem.§.fin.ff.de conſtitu.pecunia.l.precario.de precar.l.2.de actio.& obligat.l.fin.de ceſſio.bono.& ſic debet vtraque opinio conciliari.Videte Alex.conſi.138.viſo.in 7.volum.& Ludouic.Roma.conſilio 295.donatio.Corne.conſi.254.in tertio volumi.Barbat.conſilio 80.in tertio libro,& Iaſon.conſilio 13.in fin.volumi.1.Bertran.conſi.156.nume.7. & conſi. 296.vol.3.ſecundum nouam impreſsio.

Elucidatio ordi. Reg. de inſinuandis donationibus.

¶ Hodie autem extat lex Regia in rubri. *que toutes donations ſeront inſinuees.*artic.2. vbi in præſentia etiam donantis & Notariorũ acceptationem fieri debere cenſet.Putarem tamen ſufficere,ſi donatarius per procuratorẽ acceptauerit,dũmodo hoc fiat in præſentia Notariorum.nam perinde eſt facere per alium, ac ſi ipſe faceret:per regulam iuris, & l. certe.§.1. ff.de precar.Et dicta ordinatio requirit, quod acceptetur à donatario : ſed acceptatur ſatis ab eis,ſi per procuratorem ad hoc ſpecialiter conſtitutum acceptetur,vt etiam extat declaratio in dicta rubr.*que les donations pourront eſtre acceptees par les donataires, ou procureur par eux.*in eiſdem ord.Reg.

Acceptari beneficium per procuratorẽ, literas, & nũtium poteſt.

¶ Et hic non eſt caſus ſpecialis requirens acceptationem per ſe : imo etiam beneficium ſic poſſe acceptari firmarem,quamuis in beneficij acceptatione requiratur mandatum ſpeciale:gloſſa & docto.in clemen.vna.in verbo præſenti.de conceſsio.præben. docui in verbo ſpeciale.in tub.de elect.deroga.in concorda.vbi 45.caſus ſcripſi, in quibus mandatum requiritur ſpeciale. Item hæc acceptatio in præſentia donantium fieri debet, non dicit in præſentia donantium vel donatariorum, ſed donantium tantum præſentiam requirit: & ſic non valebit acceptatio facta extra præſentiam donantis, quia præſentia requirit ſenſus corporis : etiam coram dormiente fieri non poſſet, argum.l.1.§.1.ff. de verborum obligatio.clement. dudum. in verbo huiuſmodi.de ſepultu.nec acceptatio præſente eius cadauere fiet,per ea quæ dicam in l.coram.infra eo.Poteſt tamen fieri acceptatio donationis coram procuratore donantis ad id ſpecialiter conſtituto,vt patet in d.declaratio.

Duo Notarij an requirãtur in acceptatione.

¶ Præterea lex Regia requirit præſentiam Notariorum, & ſic duorum. regula, pluralis. de regulis iuris,in ſexto.& l.vbi.ff.de teſtibus. Quod verum intelligerem in his locis, vbi eſt conſuetudo,quod actus fiant à duobus Notariis : vbi non eſt illa conſuetudo,arbitrarer vnum Notarium ſufficere cum duobus teſtibus præſentibus, quia duo teſtes æquipolent Notario,capitul.quoniam.de probationib.Et quia iſtæ ordinationes fuerunt editę in loco,vbi erat conſuetudo, quod duo Notarij in actibus reciperentur,ſi fuiſſet Rex interrogatus de loco, vbi conſueuit vnus Notarius recipere actus & inſtrumenta, an vnus ſufficeret, vtique reſpondiſſet quod ſic, vt eſt veriſimile. ſic nos debemus reſpondere, lege, Titius.§. Lucius.ff.de liberis & poſthumis.Nec videtur voluiſſe inducere duo ſpecialia, & quod acceptetur donatio, & quod duo Notarij,vbi non debent intereſſe, conuocẽtur. l.1.C.de dot.promiſsio.l.ſingularia. ff.ſi certum petatur.etiam inſpecta ratione : nempe lex Regia acceptationem vult interuenire, vt donans ſciat volũtatem donatarij,vt ſi ſit in donatione onus,an acceptauerit : & quod hoc poſsit probari, vt ſupra dictũ extitit : ſed hoc poteſt ſcire ex procuratore. Ergo ſic fieri poteſt, & probari ex inſtrumento coram vno Notario cum duobus teſtibus conſcripto, inſpecta ſolennitate. gloſſa in l.generali. C. de tabulariis.libro decimo. Igitur acceptatio facta in præſentia donantis coram Notario & teſtibus valet. Item ſi in patria iuris ſcripti donatio fiat, valebit coram Notario & teſtibus.cap.primo,de fide inſtrumentorum.quod eſt maius : ergo & eius acceptatio, quæ eſt minor, valebit coram Notario & teſtibus : nec maiorem ſolennitatem voluit conditor ordinationis requiri in acceptatione,quam in donatio nis confectione.

¶ Ad hæc in hac acceptatione etiam alius Notarius, vel Notarij ſufficiunt, extra illos qui interfuerunt donationi, vt patet in dicta declaratione, eadem rubric. *que toutes donations ſeront inſinuees,* in ordina.Regiis.vbi abunde ſcripſi in ſecundo tomo conſtitut. Regia.in commenta.meis.

Donatio facta posthumo, vel furioso an acceptari debeat, & quomodo.

¶ Vltimò si fiat donatio posthumo, cum de commodo eius tractetur, habetur pro iam nato, l. qui in vtero. ff. de statu homi. & valebit donatio, teste Guido. Papa in quæstione. 267. pactum. & ius quæritur sine alia acceptatione, vt consuluit Decius consilio 245. in causa. columna secunda. Nam silentium his personis imputari non potest, l. si heres. in fine. ff. famil. erciscun. Sic consuluit Bertrand. consilio 240. ex themate. columna tertia, numero septimo, in tertio volumine, secundū nouam editionem. Ego verò putarem dandum curatorem ventri, qui acceptabit nomine ventris, vel infantis, vel mater etiam nomine infantis acceptare poterit. Item tutor seu curator furiosi acceptare tenetur, vt ordinationi satisfaciat. Patet in rubric. de curato. bonis dando: quod si factum non esset, possent ipsi literis Regiis releuari, seu restitui ex bono & æquo. Videte Boer. quæstione centesima septuagesimasecunda, dominus. in decisione Burdegalens. Alia in tractatu de donatio. insinuand. scripsi in secundo tomo commenta. in constitut. Reg. Gallicas, quæ ibi videri poterunt: ne plura. In Pandect. Florent. legitur: De testari est absenti denuntiare, vt dicam in l. detestatio. infra eo.

§. Incertus possessor est, quem ignoramus.

Certus & incertus possessor quis dicatur, & vilitates.

¶ Incertus possessor hic dicitur, quem ignoramus: certus est, quem scimus. quod est vtile, nempe si citari debeat certus possessor, nominatim citari debet: si verò fuerit incertus, tunc poterit generalis fieri citatio, vt compareant, qui sua interesse putant, cap. fina. de electio. in sexto, authen. si omnes. C. si minor ab hered. se abstineat. facit l. hæc autem, §. 1. ff. quibus ex caus. in possess. eat. Scripsi plene in titulo de constitut. in verbo Gallicos prælatos. in concorda. Francię.

Pater incertus.

¶ Secundò ille dicitur patrem incertum habere, quando ignoratur à quo genitus fuerit, vtpote vulgo conceptus, l. quia. iuncta gloss. ff. de in ius vocan. Barto. & docto. in l. filium. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. ob id cognomen patris deferre non potest.

Incertæ personæ non potest legari.

¶ Tertiò incerta persona potest dici, & incertus homo, quem ignoramus, l. qua ratione. §. item si quis merces. de acquirendo rerum dominio. ff. cui legari non potest, nisi fauore pauperum, lege, id quod pauperibus. de episcopis & clericis. Et quando legaretur vni de certis, & in aliis casibus traditis in lege, cum incertus. ff. de legatis primo, & lege, Paulus. 2. & lege, quidam. vbi Bar. & Socinus, ff. de rebus dubiis. Vel incerta persona dicitur, quam incerta opinione testator animo suo subiiciebat: veluti si quis ita dicat, quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, heres meus illum fundum dato. §. incertis. de legat. in Instit. Alber. in l. fin. col. 1. C. de episcop. & cler.

Incertus tutor non datur.

¶ Quartò tutor incertus testamento dari non potest, l. tutor. ff. de testamentar. tutel. vt sit tutor, qui prius palatium ingredietur, quia certo iudicio debet pro tutela quis suæ posteritati cauere, §. tutor. de lega. in Instit. & quia inhabilis & pupillo inimicus sic posset tutor esse. Et incertæ personæ etiam tutor dari non potest, vt illi aut illi filiis meis vtricorum volet Titius, tutor esto. l. tutor ita. ff. de testam. tute.

Incerta res quæ dicatur.

¶ Quintò incerta res, & pars dicitur ratione loci, vel quotæ: vt trado tibi quicquid iuris in eo fundo habeo. lege tertia, §. incertum. & l. locus. ff. de acq. possess. Bar. in lege secunda, C. quando & quibus quarta pars debetur. libro decimo. vnde assignationem factam filiæ incertam non transferre possessionem, consuluit Iason consilio centesimo quadragesimoseptimo, circa. secunda quæstione, in secundo volum. per l. si fur. in fin. ff. de vsuca. l. quæ de tota. §. 1. de rei vindica.

Incerta confirmatio, vel incerti iuris an valeat.

¶ Sextò confirmatio incerta, vel incerti iuris non valet, vt consuluit Oldradus consilio centesimo sexagesimoquarto, viso priuilegio. vbi confirmationem non valere decidit, si sic fiat, Quicquid iuris habet, confirmamus: doctores in lege, & quia. ff. de iurisdictione omnium iudic. Felin. & alij in cap. dilecta. de rescript. capitu. porrecta. de confirmatio. vtil. & inutil.

Venditio vel donatio iuris quod quis habet in re, an valeat.

¶ Idem si quis donauerit, vel vendiderit quicquid iuris in illa re habet, inutilis est dispositio, nisi de iure concedentis appareat, teste Iason. in dicta lege tertia. §. incertam. columna penultima: & nisi nominauerit locum, vt ibi, & l. qui tabernas. ff. de contrahenda emptione.

Incertum pro dubio.

¶ Septimò incertum dici potest dubium, obscurum, non manifestum, vel non apparens, lege prima, §. quod autem. ff. quorum legato. vt si dicimus incertum est, lege, incerti iuris. C. de interdict. lege prima, de bonorum possessione secundum tabulas. Vel in incerto est, id est dubium est. lege, vbi. §. qui illud. ff. de verbo. obliga. l. filius famil. in fin. ff. de castren. pecul.

Incerta stipulatio quid sit.

¶ Octauò stipulatio incerta dici potest, quando non apparet quid, quale, quantúmve sit in stipulationē deductū, l. stipulationū. cum l. seq. ff. de verb. obliga. Certa autē est, cuius species, aut quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ea demōstratione,

Certū quid sit.

quæ

prohibitionem, ne emas. licet sint quædam nuntiationes, quæ non continent prohibitionem: vt si denuntiem, vt me defendas, & in iudicio assistas, tanquam author rei mihi venditæ, in l. authore. & per totum. C. de euict. hoc etiam probat l. 1. in princip. ibi, per nuntiationem inhiberetur. & §. nunc videamus, quibus ex causis fiat hæc nuntiatio, & quæ personę nuntient, quibusque nuntietur, & quis effectus sit nuntiationis. ff. de noui ope. nuntiatio. l. de pupillo. §. meminisse autem oportebit, quotiens quis in nostro ædificare, vel in nostrum immittere, vel proiicere vult, melius esse eum per prætorem, vel per manum, id est per lapilli iactū prohibere, quam per operis noui nuntiationem. facit l. si opus nouum. & l. prætor. cum omnibus ferme legibus illius tituli. ff. de no. oper. nuntia.

Difficultates Cumani & Iaſo. ſublatæ.

¶ Et per hoc tolluntur difficultates Cumani, & Iaso. in dicto §. meminisse. videlicet, quod nuntiatio est ea, quæ fit simplici verbo: prohibitio verò, quæ fit per prætorem, vel iactum lapilli, cum illa opinio non sit vera. nā nuntiationis effectus est prohibitio, ibi, quomodocunque fiat nuntiatio: nec Iurisconsult. distinguit in l. 1. sic dicens, hoc edicto permittitur, vt siue iure, siue iniuria opus fiat, per nuntiationem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio eatenus, quatenus prohibendi ius is, qui nuntiasset, non haberet: & §. 1. ibi, ne fiant. & in toto titul. dicitur de noui operis nuntiatione, non de prohibitione: præsertim in d. l. 1. §. nuntiatio fit aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. ibidem.

Praxis Regni quoad noui operis nuntiationem.

¶ Aliquando tamen non possum nūtiare ædificanti opus nouum, forte socio, qui rem communem mecum habet, ob id potero ei prohibere per prætorem, non per noui operis nuntiationem, quæ ad istum casum non se extēdit. hoc pulchre decidit tex. in l. in prouinciali. §. 1. ibidem: declarat Zasius in intel! ectu ad illam legem. Et hodie exercetur nuntiatio, quæ fit per prætorem, quia impetrantur literæ à Seneschallo, vel alio magistratu ordinario, per quas fit prohibitio ædificāti, & in casu oppositionis assignatur dies. Hæc est Regni practica. Potest etiam quis ædificanti nuntiare, sed tutior est praxis prædicta: vel potest supplicatio dari iudici, per quam pars petat inhiberi facienti nouum opus, & conceditur.

Nuntiatio pro accuſatione.

¶ Secundò in l. Iulia. de annona, nuntiatio accusationem denotat, per glossam in l. fina. ff. ad legem Iuliam de anno. ibi, etsi non solent hoc genus nuntiationis mulieres exercere, &c. sed forte accipi potest pro denuntiando deferre, vt mulier hoc crimen denuntiare, seu deferre possit, cum regulariter prohibeatur. l. mulierem. ff. de accusatio. Et crimina in iure tripliciter promouentur, per inquisitionem, denuntiationem & accusationem. cap. qualiter. de accusatio. & Bar. in extra. ad reprimendum.

Nuntiationes Irenarchæ faciebāt, quæ notoria dicebantur.

¶ Tertiò erant & nuntiationes, quas publicè constituti Irenarchæ præsidibus faciebant de delictis, quæ vbique fiebant. hæ & notoria Latine dicuntur, l. ab accusatione. ff. ad Turpillia. iubétque lex vt hi notoriis suis assistant, & quæ detulerunt, ita esse probent, l. ea quidem. C. de accusatio. Budæ. in annota. in d. l. ab accusatione. dicit nuntiatores eos esse, qui reos deferunt per notoria (notoria autem testificati genus esse intelligit) & si crimina tantum notoria deferebāt. Est & denuntiatio quæ ad alium mittitur: & maximè incitatoriam continet, vt cum aliquem moneo, vt ab emptione desistat, & vt defendendæ causæ adsit, vt à matrimonio legis causæ exercendæ abstineat, l. si controuersia. l. emptor. de euictio. C. Fit & testibus, vt in iudicium perhibendi testimonij causa veniāt, l. lege Iulia. ff. de testibus. cum alioqui sponte venientes suspicione non careant. Alciatus hic: facit l. plebs. §. primo, infra eod. & l. quæ omnia. §. primo. ff. de procurat. ideo solent hodie testes citari.

Nuntiatio pro admonitione.

Denūtiare teſtimonium.

¶ Denuntiare testimonium, est diem dicere testimonio ferendo, & ad iudicium testimonij ferendi causa euocare, vel testificari, seu ante prædicere. Budæ. in Forens. plus dicens, Denuntiare mulctam curiæ verbis, nisi decreto eius pareatur, & denuntiationi mulctæ cedere, esse, respondere denuntianti in officio se futurum, non se commissurum, vt iure corripi possit, dicto curiæ audientem futurum. quod vulgo respondere solemus, *ie me garderay de mesprendre.*

Denūtiationes pro præſidio.

¶ Denuntiationes sunt non præconia, vt exponit glo. in l. absentē. ff. de pœnis: sed præsidium, & vadimonia, teste Budæo in secundis annotationibus ad Pandectas, rubric. de concussionibus, per legem, eadem lege. ff. ad legem Iuliam repetundarum. Denuntiationibus & edictis, id est edictis denuntiatis, quia ante nuntiationem edicta non ligant: ob id dicit denuntiationibus & edictis, in lege, cum vero. §. perinde. ff. de fideicommissar. libertatibus. l. Aemilius. ff. de minoribus. vel quod vulgo dicimus, *à son de trompe, & cry public.* Alia de nuntiatione non persequor, sed licebit videre in rubri. de noui operis nuntiatione.

§. Serui appellatio etiam ad ancillam refertur.

Declaratur ordin. Regia de ſalariis ſeruorū.

¶ Nomen serui continet ancillam, quia commune nomen est, l. inter stuprum. §. fin. infra eodem. quod facit ad Regiæ constitutionis intellectum, in rubrica *des loyers & gaiges*

des ſeruiteurs,vbi plene ſcripſi, in 2.tomo conſtitut.Regia. articulo vnico, vbi loquitur de ſeruis, *Que les ſeruiteurs demanderont leur loyers & ſalaires dedans vn an,à compter du iour qu'ilz ſeront ſortis hors du ſeruice*, vt etiam ancillæ eadem ratione ſalarium poſt annum petere non poſsint: tum quod eodem nomine ſerui complectitur ancilla, tum quia commune nomen eſt ſerui,vt *ſeruiteur* Gallicè,cum ancilla ſeruire dicatur,ſicut ſeruus:& quia eadem eſt ratio in vno,quæ in altero,& ſic eadem iuris deciſio,l.illud.ff.ad legem Aqui. Item ſi quis corruperit ſeruum tenetur,idem ſi ancillam, l.1.& per totum.ff.de ſeruo corrupto. Derogatur huic text.quando in lege vtrunque exprimitur,l.1.ibi,alieno ſeruo ſeruáve.ff.de plagia.l.cum quęreretur.§.1.ff.de legatis tertio. l. ſi ſeruus ſeruáve.ad legem Aquiliam.l. 1. de ſeruo corrupto. Alias limitationes elicite ex l.1.ſupra eo.vbi plene ſcripſi.

Ad dominum pertinet corrigere ſeruos,ad dominã ancillas.

¶ Notate etiam quod ad dominum pertinet corrigere ſeruos, ad dominam autem ancillas,l.2.in fin.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur. quas iſtę iuuenes dominę, ſi ipſę ſeruire ſolitę fuerint,ex leuiſsimis cauſis atrociter tractant,vt dicit tex.ibi,in fin. de Vmbricia matrona Romana.Probatur etiam Geneſ.16.cap.ibi, Ecce ancilla tua in manu tua eſt, inquit Abraham, vtere ea,vt libet: vel vt habet Hebraica lectio, Fac ei quod bonum eſt in oculis tuis.pro verbo placet vtũtur Hebræi bonum eſt in oculis meis, id eſt mihi placet:bonum eſt in oculis tuis,id eſt tibi placet.

Phraſis Hebraica.

Serui vnde dicti.

¶ *Serui*, à ſeruando dicuntur, quia olim Imperatores in bello eos captiuos ſeruare, & non occidere ſolebant,& ſic mitius inter Gentiles agebatur, quam hodie inter Chriſtianos.lege,pupillus.§.primo,infra eodem.l.libertas. de ſtatu homi.& in §.ſerui.de iure perſo.in Inſtitutio.& de his ſeruis fit mentio in l.inter publica.ſupra eodem.& in lege,illa verba,arbitratu.& lege,vrbana familia.& lege, paterfam.& l.in lege Cenſoria. cum l. ſequen.

Seruulus.

& in lege,poteſtatis.ac in l.pronuntiatio.infra eodem. Seruulus nomen diminutiuum,

Seruile caput.

l.ſi ex plagis.ff.ad legem Aquiliam,in lege, ſeruus.de condictione indebiti. Seruile caput,lege tertia,ff.de capitis deminutio.pro ipſo ſeruo accipitur, vt ibi probatur: quia primo dicit ſeruum,poſtea ſeruile caput: pars pro toto propter nobilitatem, l cum in diuerſis.de religio.Vel dicebant quidam ſeruile caput,quia ſerui plures ſolent habere caput ſto lidum & durum inſtar mulierum.Ideo dicitur caput ſeruile,quo nil fortius, dempto mulieris(vt dicunt coniugati)capite:ſed primæ ſententiæ inhærerem.

Referre variis modis ſumitur.

¶ *Refertur.* Variis ſumitur modis hæc dictio.Refertur,id eſt protẽditur,l.mariti.§.quod ait.ff.de adulter.l.3.ibi, ad vtrunque ſexum refertur.ff.de negotiis geſtis. dixi in l.1. in verbo complectitur.ſupra eo.& in l.pronuntiatio.infra eo.dicit porrigitur.

Referre in cenſum.

¶ Referre in cenſum, pro deſcribere,l.forma cenſuali cauetur, vt agri ſic in cenſum referantur.ff.de cenſibus. Referre in nomina,idem pro adſcribere,l.fiſcus.1.ff.de iure fiſci.

Referre in nomina.

ibi, an poſtea cum relatum eſt inter nomina debitorum.& ibi,puto tamen exinde priuilegio eſſe locum,ex quo inter nomina debitorum relatum nomen eſt.Adria.de ſermone Latino hoc declarat. Referre in rationem impenſarum,idem,l.Neſennius.in fine. ff.de negotiis geſtis.ibi, maxime ſi etiam in rationem impenſarum retuliſſe omnia apparebit, id eſt adſcripſiſſe. l.non ſolum.in fin.ff.de peculio.ibi, ſi dominus in rationes ſuas ſe debere referat ſeruo ſuo,id eſt in libro rationum ſcribat ſe debere, illa nuda ratio, id eſt ſcriptura

Referre in rationem.

Referre pro tradere.

rationis non facit eum debitorem. Referre pro tradere, ſoluere, l. ſi vrbana .ibi, nam ſi ſeruus non locatus mercedem vt domino prædoni retulit,non fiet accipientis pecunia.ff. de condictio.indebiti.

Referre iuſiurandum.

¶ Referre iuſiurandum,eſt conditionem iuriſiurandi delatam ei,qui detulit,deferre, vt ipſe ſubeat iuſiurandum,quod alius detulit, l.iuſiurandum quod ex conuentione.& lege, iuſiurandum & ad pecunias.in princip.& §.ait prætor,qui text.ita videtur exponere. & l. manifeſtæ turpitudinis & confeſsionis eſt nolle iurare, nec iuſiurandum referre. ff. de iureiuran. l. illud.in fin.de conſtituta pecu. Remittere verò iuſiurandum, eſt gratiam facere parato iurare,l.remittit.ff.de iureiuran.

Relatio criminis reum non purgat.

¶ Non relatione criminum,ſed innocentia reus purgatur, l.is qui reus. ff. de publicis iudic.vt ſi ego accuſo te homicidij, & tu referas in me,id eſt accuſes me proditionis, non propterea purgatus eris referens crimen, & me accuſans:ſed innocẽtia purgaberis, ſi probes te innocentem.nam reus purgatur innocentia,non relatione criminum, vt ibidem:& Quintilia.explicat, cum de ſtatu cauſar.agit.

Referre in tempus.

¶ Referre in illud tempus,id eſt reiicere in illud tempus,l.qui autem.in fi. ff.ſi quis cautio.ibi,ad illud tempus referenda eſt, quo ſiſti debuit.l. item illa. ibi, & puto hæc ad diem conſtituti referenda eſſe.de conſtit.pecu.

Referre in alienam iniuriam.

¶ Referre in alienam iniuriam,retundere,reflectere,l.3.ff.de tranſa.ibi,non debet negligentiam ſuam ad alienam iniuriam referre,id eſt negligentia eius non debet alicui nocumento eſſe & iniuriæ.

Referre ſe ad initium.

¶ Referre ſe ad initium,eſt vulgo *ſe rapporter*.l.quid ergo.in principio.ff. de his qui notan.infa.ibi,prętor enim ad initium nuptiarum ſe retulit.l.liberorum.§.1.ibidem.& l.quia.

& l.ſed

& l.ſed Iulianus.§.mutui.ad ſenatuſcon.Macedo.l.in depoſiti.ff.depoſiti.

Referre in vtilitatem.

¶ Referre in vtilitatem domini, reponere, l. penult. in fine. ff.ſi quis cautio.ibi, non ad ipſius,ſed ad domini vtilitatem relatam interpretemur.

Referre proprietatis quæſtionem.

¶ Referre proprietatis quæſtionẽ,pro obiicere,opponere,excipere,l.eum qui fugitiuum alienum ſuſcepiſſe, & celaſſe doceatur,ex eo quod proprietatis quæſtionẽ referret, crimen ſi probetur,euitare minimè poſſe.ff.de plag.l.ſi conductionis. C.locati, vbi conductor, vel alius, qui rem alieno nomine poſsidet, non poteſt illi, qui locauit, vel à quo habuit,quæſtionem dominij referre.videte ibi plenius.facit l. Lucius.ibi,cum in reſiduam quãtitatem heres emptoris conuenitur,quæſtionem retulit,dicens,&c.de euictio.

Referre quæſtum.

¶ Refert quæſtum patri, id eſt adfert, l. prætor. §. ſed & filiusfamilias. ff.de edendo.ibi, cum patri quæſtum refert. Referre in medium eſt communicare,in communionem ferre, l.actione. §.penul.ff.pro ſocio.& l.ſi ſocius.§.filia.in fine.ibi,non eſſe referendam pecuniam ſocietati.ibidem.

Referre in medium.

Referre pro reponere.

¶ Referre, reponere, recludere, l.hac lege.ibi, ſi in arculam iterum referret.ff.ad legẽ Iuliam pecula. Referre pro narrare,recitare,l.ſi quis obrepſerit.ibi,ſufficit vnum argumenti cauſa referre.ff.de falſ.l.1.§.caſum. ff.de poſtulan.l.1.ad legem Aquil.ibi,quas leges nunc referre non eſt neceſſe.l.item veniunt. §. prætor.ff.de petitio.hered.l.certi condictio. §. quotiens.ſi cert.peta.l.1.de contrahen.empti. Relata ruina, lege, emptorem.§.fundi.ff.de actio. empti. Refert opinionem, l. fundi.§.ſi rata.ff. de actio. empti.& lege,ſi ſeruus.§.1.ibidem.

Referre pro narrare.

Referre pro dicere.

Referre, dicere, renuntiare,lege 1.ibi, ex his quę retulimus.ff.de muner.& honoribus.& ſi quis, ne ſupplicio afficiatur, dicat ſe habere, quod Principi referat, ſalutis ipſius cauſa, ad Principem remittendus non eſt. l.ſi quis forte. ff. de pœnis. & iſta duo præmiſſa coniuncta & cohęrentia ſunt.

Relatum apud Labeonem.

¶ Relatum apud Labeonem,id eſt ſcriptum in libris Labeonis,l.in cauſę.§.item relatum eſt apud Labeonem.ff.de minor.

Declaratur l. itẽ ſi fundi. ff. de vſufru.

¶ Ad modum enim referendum eſt,non ad qualitatem vtendi, l. item ſi fundi.in fi.ff. de vſufru. id eſt ad moderationem, vt cum moderatione, & ſicut bonus paterfamil.fructuarius vtatur vſufructu ſibi legato: non verò inſpicienda eſt qualitas vtendi patriſa. id eſt qualiter ipſe paterfamilias vteretur,an vendere ſolebat,necne. ſic debet intelligi ille text. licet ſit in verbis difficilis.

Referre pro exigere.

¶ Referre pro exigere,repetere,l.ſi vnus.§.1.ff.pro ſocio.ibi,ſed ſi pretium communicatum ſit ſine cautione, & aliquid pręſtiterit is,qui vendidit,an ſi non omnes ſocij ſoluendo ſint,quod à quibuſdam ſeruari non poteſt,à cęteris debeat referri.& in quibuſdam cod.ſic ſcribitur: licet in libris nouis ſcriptum ſit ferre.

Referre ad Principem.

¶ Ad Principem referre, in conſultationem Principis ferre,& ipſum conſulere, vt iudicet,vel conſtituat,quid iudicandum ſit,l.moris.§.ſed enim.ibi, ad Principem referre debet. ff.de pœnis.l.verum.§.ex facto.ff.de minorib.ibi,Decius Seuerus quia dubitabat,ad Imperatorem Seuerum retulit. & Deuteron. cap.1. ſic ſcribitur: Si vobis difficile viſum aliquid fuerit, referte ad me,& ego audiam, ait Moyſes. Et referre ad ſenatum, cap. denique.ſexta, quęſtio. tertia.

Relatio quid ſit.

¶ Inde relatio in rubr. de relationib. Cod.& eſt iudicis de iure dubitantis ad Principem miſſa conſultatio, vt ſcribit Speculator in titu.de relatio.§.1. vbi iſtam materiam plenè tractat:& Vitalis de Camba.in tracta.clauſula.in clauſula,nihil noui relatione pendente. Prępoſitus & alij in rubr.de appellatio.in decretal.

Referre in conſilium.

¶ Præſes ad conſilium retulit,id eſt petiit opinionem curiæ.Budæ.in forenſ. vel ego dicerem ad conſilium remiſit,*Il a mis au conſeil.*

Referre in literas publicas.

¶ Referre in literas publicas,in actis publicis præſcribere,*enregiſtrer au greffe*, & ferre in codicem,vel in commentarium,vt ibidem Budæ.ſcribit.

Referre pro intereſſe.

¶ Referre pro intereſſe, differre,l.1.§.parui referre. ff. nautæ, caupo. ſtabu.l.2.§.parui.de priuileg.creditor.l.Pædius.ff.de arbit.l.1.§.accuſatio. ff.ad Turpil.l.1.in fin.de pœnis.l.item eorum. §.1.ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomi.& l.ſicut.§.1.ibidem,& l. nam & Seruius.§.1.ibi, ideoque nihil refert.ff.de nego.geſt.l.mandaſti.& l.actio.ibidem.

Referre pro conſtituere.

¶ Referre, conſtituere, vel ſoluere, l.Paulus.2.iuncta l.1.ff.de ſolutio.vbi in vna lege vtitur Iuriſconſ. verbo referre, in altera conſtituere:ibi, cum autem creditor pignus diſtraheret,licere ei pretium inde acceptum referre, etiam in eam quantitatem, quæ natura tantum debebatur. lege,ſeruus qui teſtamento. ibi,mercedem referre pro operis ſuis ſolebat. ff. de ſtatuliber.

Referre, retro ferre.

¶ Referre,retro ferre,reportare,vulgo *rapporter*, *rendre*,l.vnica,C.ne fiſcus rem,quam vendiderit,euincat,libro 10. vbi Lucas ſic ait, Proprie autẽ refert,qui replet,conſtipat,inſpirat, narrat,repræſentat,reportat,dicit,prædicat,& teſtatur,videte ibi per eum:ego tamen allego tex.in l.ſi vt certo.§.ſi de me petiiſſes;vt triclinium tibi ſternerem, & argentum ad miniſterium præberem,& fecero:deinde petiiſſes,vt idem ſequenti die facerem, & cum commode

argentum domi referre non possem,&c.ff.commoda.& l.eum qui.§. sed & si dum referretur periit.ibidem.l.apud.in fi.ff.de præscrip. verb.

Referre in æstimationem.

¶ Refertur in æstimationem, id est confertur, l. 3. §. in hoc interdicto condemnationis summa refertur ad æstimationem rei ipsius,ff, vti posidet. l. 1.§.alienatio. quando actio de pecul,est annal, vulgo dicimus se referre.l.sciendum.§.1.ff.de ædil.edicto.

Referre pecuniam acceptã.

¶ Referre pecuniam acceptam,id est habere pro accepta,l.fi.§.item si mulier creditori viri fundum vendiderit, & tradiderit ea conditione, vt emptor acceptam pecuniam viro referret.ff. ad Velleia.l.tali.§.socer.ff.de iure dot.ibi,exactam,acceptam legatis referri. quamuis glo. ibi pro assimilari exponat.

Referre pro deferre, Referre rationem suam ad ærarium.

¶ Referre pro deferre,delabi,l. Cæsar.ibi, tamen eum qui ante idus Martias profectus ex portu esset,& relatus tempestate in insulam.ff.de publica.& vectigal.

¶ Rationem suam ad ærarium referre, id est computum reddere, vt nunc loquimur, teste Budæ.in l. 1. ff.de offic. quæsto.& in l.si prior.ff.qui potio.in pigno. habean. vbi dicitur referre esse rationibus adscribere, hoc est impensam vel receptam facere, vt vulgus loquitur. Aliis etiam modis apud rhetores accipitur,quos describit Adria. Cardi. in libro de sermo.Latino, & in plerisq; authoribus legi potest:sed legibus nemo probat,vt ego probaui: & hoc ex re discerni potest,id est pro subiecta materia.

Referendarij.

¶ Referendarij sunt aduocati in curia Principis, ex eo dicti,quod hominum vices referant,glo.in authen.de referendariis,colla.2.Ego arbitror referendarios illos fuisse,qui libellos partium & supplicationes Principi referebant, quos magistros libellorum, & vulgus requestarum appellat.Patruus meus Rebuffus ita sentit in l.eos. C.de excusatio.muner.lib. 10. Licet quidam dicant eos secretarios. Sed cum secretarij non sint ad referendum positi, illos pro referendariis vix haberem. Vel referendarij sunt qui iussiones Principum iudicibus referebant, vt scribitur in §. quia vero. in authen. vt litigantes iurent.col.9.vide alia in authent.de referenda.col. 2.& per Gomes.in compendio signaturarũ, in regu.cancellariæ. Vel referendarios dicimus vulgo *rapporteurs à la chancellerie*, secundum quosdam.eligite.

§. Familiæ appellatione liberi quoque continentur.

Familiæ appellatione quid cõtineatur.

¶ Familiæ appellatione quid contineatur,dicetur auspicante Deo in l.pronuntiatio.§.1. infra eo.fusius.Sed ex isto tex.colligitur quod familiæ appellatione omnes, qui in seruitio nostro sunt,continentur, etiam liberi homines, qui bona fide seruiunt, vel alieni: accipe eos quoque,qui in potestate nostra sunt. tex.optimus in l.ædiles. 1. §. familiæ.ff.de ædilitio edicto,& l.1.§.familię.de publica.quã non corrumpi est honor.l.1.§.quamuis.vers.sed & si. de ventre inspic.ff.Bal.in marga.in verbo familia.quæst.7. Vtilitates huius legis hę sunt.

Miles an possit ducere familiã suam ad bellã.

¶ Miles enim ad bellum non potest ducere familiã suam,alioqui hoc frustra impetraret, si de iure ducere posset,l.vna,C.de thesau.lib.10.& mulieres in castris interesse,aut cum militibus turpi consuetudine versari non decebat, & mulieres castra sequi apud maiores magnę erat turpitudinis,& seueritsimę animaduersionis,teste Alex.libr.genial.1. cap. 12. Si tamen quis à Principe impetrauerit, vt familiam secum ducat, non poterit incontinentes mulieres ducere, sed coniugem, liberos, & seruos & ancillas habere poterit. l. quicunque. de re militari,lib.12. C. Germani tamen solent plures,videlicet vxorem & familiam ad exercitum ducere: Heluetij etiam. sed quia inter belli impedimenta nuncupantur,ideo ducentes eas deserunt, vt scribam in ord. Reg.

Dominus familiam corrigere potest.

¶ Familiam suã quis corrigere potest,l.vnica,C.de emenda.propinq. & in rub.de emendatio.seruor.C.imo etiam ad bonum adhortari & incitare eam debet:alioqui punitur pœna tam corporali, quam diuino supplicio, maxime episcopus. c. sicut hi. in §. necesse.47. distinctio.

Priuilegium concessum alicui an ad familiã extẽdatur.

¶ Notandum est, quod priuilegium concessum alicui, extenditur ad familiam, l. 1. & 2. C.de episco. & cler. l.2.§.fi.cum seq.& l.imo.& l.non solum. ff. de vsu & habita.l. vxorem. §.1.de auro & argen.lega.facit c.ad liberandum.de Iudæis,& c.ecclesiarum seruos.12.q.2.& c.indicatum. 89.distinctio.Not. in authen. habita. per illum tex.ne filius pro patre. Et dixi in scholasticorum priuileg. 166.vbi concluси priuilegia scholasticis data competere eorum famulis: sed quomodo,ibi licet videre.

¶ Item quando quis prohibetur aliquid facere, & eius familia censetur prohibita: alioqui prohibitio nil,aut parum prodesset,l.si habitatio.§.fi.ff. de vsu & habita.

¶ De multiplici familia,religiosa,mercenaria,perpetua,& profana,tradit Lucas de Penna in l.quicunque. col.2.de re milita. lib.12.C.

An quis de delicto familiæ teneatur.

¶ Regula est,quod quis de delicto familiæ nõ tenetur, l.1.C.de ser.fugi.c.cum ad sedem. de restitu.spoliat.Bal.in l.ad inuidiam.C.quod met.causa,l.apud.in fi.de furtis. l. 1. si rector prouinciæ. quia peccata suos authores tenere debent, nec vlterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum,l.sancimus.C.de pœnis.

Dominus pro improbis familis tenetur.

¶ Limitatur quando familiares erant improbi, & vilis conditionis & famæ, quia tunc imputatur

liam,domum autem Parisiis, qui cum fuisset Parisiis illius equum creditor arrestare fecit, & ex eo debitor appellauit.Appellationem illam annullauit senatus,ipsum ad solutionem condemnans, & ad expensas: quia non gaudet omnibus priuilegiis ciuium, qui domum tantum habet in ciuitate, si ibi cum familia non habitet.

Familia quot contineat.

¶ Et sic non est verum, quod dicunt doctores, quod familia continet tres, sicut collegium. Nam de collegio hoc est expressum in l.Neratius.infra eod.de familia non sic:quot ergo continet? respondet text. in d. §. familiæ. infra eod.tot contineri, quot sunt in familia: si centum sint, illos continet, si tres æquè, si duos, & illos tantum. Alias sequeretur, quòd posset esse melioris conditionis,vel deterioris,non habens nisi vnum in sua familia. Nam si diceretur, quòd occidens cum familia aliquem, expellatur à ciuitate, & puniatur, si quis occiderit cum vno famulo, non expelleretur, vel non puniretur. quod quàm ridiculum sit,nemo est,qui non videat. Quinetiam si relinqueretur legatum Titio & familiæ: si non haberet nisi vnum, hoc legatum non consequeretur, quod est contra text.& no.in l.fin.C.de verbo.signifi.

Prohibitio alienationis familiæ non extenditur vltra quartum gradum.

¶ Et quando familia est prohibita alienare, non extenditur vltra quartum gradum. §. nos igitur. in authen. de restit. fideicom. colla.9.Videte super hoc Iaſ.in l.fi.nu.5. C.de hered. institu.& in consil.4.col.3.vol.1.& Deci.consil.321.& 48.& 624.& per doct.in l.filiusfa. §.diui.ff.de lega.1. Alia hanc materiam concernentia dicentur deo auspicante in d.l.pro nuntiatio.§.familiæ.infra eod. his nunc contentus.

De dictione quidem.

¶ *Quidem* hic affirmatiue pro certe.idem in l.Labeo.supra eodem,& in l.qui neque. in fi. infra eod.& l.locus.& l.si calumnietur.in fin.infra eo.hîc non multa notabo de hoc verbo, quia Grammaticos vidistis,& paru n ad Iurisperitum respicit.Sed ad arma veniamus,quia bellum instat.

GAIVS LIB. XXI. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX QVADRAGESIMAPRIMA.

Armorum appellatio non vtique tantum scuta, & gladios, & galeas significat,sed & fustes,& lapides.

Arma quæ,& vnde dicãtur.

¶ Armorum appellatio adeo generalis est, vt contineat fustes, & lapides, vt hic, & in §. recuperandæ.Insti.de interdict.Arma enim ab arcendo secundum quosdam,quòd his hostes arceamus, nomen acceperunt, vel ab harmis, id est humeris, quod ab his pendeant: vel à verbo Græco ἁρμόζειν,quod est conuenire, quod maxime corpori conuenire debeant: de quo verbo Græco Budæ. in commentariis linguæ Græcæ. & Iurisconſ. ait,Arma sunt omnia tela,hoc est & fustes,& lapides,nõ solum gladij,hastæ,& framæ, id est rhomphæ, in l.3.§.armis.ff.de vi & vi arma.Et armatos non vtique tantum eos accipere debemus, qui tela habuerint,sed etiam eos,qui habent aliud,quod nocere potest,l.armatos.ff.de vi publi. & armatos eos vocat Cicero in oratione pro Aulo Cæcina, qui scutis, telisque parati, ornatique sunt. Quod si glebis,saxis,aut fustibus quis deiectus est,perinde valet,quasi armatissimi fuissent, si reperirentur ita parati fuisse, vt vim vitæ, aut corpori potuerint afferre. Aliquando tamen rhetores vtrunq; exprimũt ad vberiorem, & certiorem elucidationem, vt arma tela,&c. non tamen volunt ex hoc inferre,quin armorũ appellatio sola non significet etiam tela, vt sæpius dictum extitit, sicut masculinum continet fœmininum,l.1.supra eo.aliquando tamen vtrunque exprimitur,in l.penul. ff. de sicar. Et arma quædam ad nocendum, quædam ad tegendum, vel ad vtrunque parata tradit Cicero pro Cæcina. Cum ergo arma quædam sint ad defensionem parata,vt scutum,clypeus,parma, vmbo, thorax, cilicium,lorica,subarmale,casis,galea, & similia, de quibus Laz. de repub.Roma.lib.8.ca. 16.quædam verò ad nocendum,vt baliſtæ,colubrinæ, & aliæ machinæ: alia verò ad vtrunque,vt ensis,gladius,spatha,hasta,pugio,dolones,parasonium,aclides,plumbata,sica,& alia similia: nunquid hæc omnia comprehenduntur in hoc tex. respondeo contineri. Nam cum iste tex. dicat armorum nomine contineri non solum arma, videlicet ad protegendum parata,vt scuta,& galeæ, & sic ad defensionem, sed etiam alia ad nocendum, vt gladij, fustes,& lapides:sic voluit hic cõtineri omnia armorum genera. Vnde armamentarium ab armis nomen accepit,& est omnis generis armorum,tormentorũ & machinarum repositorium:de quibus apud Titum Liuium & Corneliũ Tacitum.De armamentis scripsit Iurisc. in l.Marcellus.in §.1.ff.de rei vind.& ego in proœm. const.Reg.gl.5.nu.97.in 1.tom.comm.

Arma quædã ad defensionẽ, & alia ad nocendum inducta.

Armamentarium.

Scuta vnde & quæsint.

¶ *Scuta*,id est clypei,vulgo *boucliers* dicuntur,ἀπὸ τῆς σκέπης,id est à pelle,quod nõ sine pellibus fiant:vel à sectura,quod minurè consecta tabellis sint,vt Varro ait. & puto hic contineri scuta,siue patua,siue magna, & rotunda, quæ vulgus *rondeles* appellat, siue longa ad tegendum totum hominis corpus,Gallice *pauois*, *& targes*, & parmas,quæ quadrangulares erant, ac alia huiusmodi.Indefinita quippe vniuersali æquipollet,l.si pluribus.ff.de lega.2.

c.genera

Graue crimen clypeũ vel scutum amittere.

c.generali.de elect.in 6.& de his scutis loquitur Iurisconsultus in l.qui commeatus.in fi.ff. de re milita.ibi,loricam,scutum,& galeam, &c. Et Græcorum legibus mulcta damnabatur miles,non qui ensem,aut lanceam,sed qui clypeum amittebat: quòd oporteat magis militem curare, vt non accipiat, quam vt det incommodum, vt Plutarchus in vita Pelopidæ ait:& apud Germanos inualuit, vt in militia scutum reliquisse, præcipuum esset flagitium: author est Cornelius Tacitus in libro de moribus Germanorum. Inde scutarij fabri, qui hęc scuta fabricabant:vel qui in postrema acie scuta ferebãt:de quibus Sueto.in August. & Laz. in lib. 4. & 8. de repub.Roma. vel scutati dicebantur,qui plumbatis,vel gladiis,& missilibus accincti erant,teste Vegetio de re milita.lib.2. Schola scutariorum erat societas militaris,ad exercendos illos,qui scuta in bello portabant: de qua Marcelli.lib.26.

Scutarij, scutati.

Schola scutariorum.

Gladij nomine non continetur cultellus.

¶ *Gladios* accipite hic generaliter pro ensibus,& pugionibus,& spathis, non pro gladiis, quibus in mensis vti solemus, vel pro gladiolis illis, quibus pennæ parantur ad scribendum. Vnde prohibitus portare arma non prohibetur hos cultellos deferre,per glo.singu. in authen. de armis. in verbo minores. colla. 5. quam singularem notat Aeneas de Fala.in additionibus ad Panor.in c.2.de vita & honest.cleri.& alij quos scripsi in d.glo.sed de illis gladiis loquitur l.cum vir nubit in fœminã.ibi,gladio vltore. C. de adult. Et dicitur à quibusdam gladius à clade, c, litera in g, mutata: quod hi ad hostium cladem fiant:& de hoc gladio loquitur Iurisconsultus etiam in l.aut damnum.in prin.ibi,si damnatur aliquis,vt gladio in eum animaduertatur.ff.de pœnis. Audite quid Tibullus Poeta lib.1.elegiar.10.eleg.scribat contra inuentorem ensis:

Contra inuentorem ensis.

Quis fuit horrendos primum qui protulit enses?
Quam ferus & vere ferreus ille fuit:
Tunc cædes hominum generi, tunc prælia nata,
Tum breuior diræ mortis aperta via est.
Aut nihil ille miser meruit,nos ad mala nostra
Vertimus,in sœuas quod dedit ille feras.
Quis furor est aliam bellis accersere mortem?
Imminet,& tacito clam venit illa pede.

¶ Notandum est ius gladij apud Romanos fuisse ornamentum Romani prætorij:dabatur enim gladius pro insigni,sicut hodie Regi Frãcię in coronatione:etiam ducibus pro insigni gladius tradi ab Imperatore solet,vt docet Laz.in libro de repub.Rom.2.c.3. Ideo ius gladij habere,est merum imperium habere.nam cui dabatur gladius, is merum imperium, id est gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines consequebatur, l. imperiũ.ff.de iurisdictio.om.iudi.Et hoc ius gladij tria continebat,videlicet gladij gestationem,cognitionem criminum,& executionem. ideo nemo poterat hanc gladij potestatem in aliũ transferre,l.nemo.ff.de regul.iur.vt abunde probaui in meis no.interpret.ad l.imperium.ff.de iurisd.omn.iudi. per quæ multa iura declarantur, quæ adhuc fuere valde interpretibus obscura,& de quibus variæ sententiæ ortæ sunt,quas omnes ibi concilio.

Ius gladij quid sit, & potestas.

Ius gladij tria continet.

Gladius pro iurisdictione.

¶ Item gladius etiam pro iurisdictione capitur,qui duplex est, spiritualis & temporalis, seu spiritualis & materialis,c.authoritatem.15.q.6.& in c.nouit ille.de iudic.& c.dilecto. de sententia excommunica.in 6.§.1.23.q.8.& in euangelio dicitur:ecce duo gladij.satis est. vbi theologi pro potestate & iurisdictione interpretantur.

Gladiatores qui.

¶ Inde gladiatores dicuntur,qui gladiis dimicant,& qui cum bestiis pugnant,& plerunque laniati luctum miserabilem mouebant spectantibus: quod prohibet Imperator in l. vnica.C.de gladiato.lib.11. vbi Pyrrhus declarat,& Cælius lib.lecti. antiq. c.32.& sequen. & Alci.lib.2. parergon c. 45. & Cicero ait gladiatorum esse stomachari contra eos, qui leui ex causa ad bilem vertuntur.

Galea,galearij galeati.

¶ *Galeas.* Galea est tegumentum capitis ferreum, ad similitudinem pilei factum, caput à vulneribus & ictibus defendens. Et dicit Plin. lib.7.ca.56.galeam,gladium, & hastam Lacedæmonios inuenisse: Gallice dicimus,*armet*,*baßinet*, siue *beaume*. Inde galeatos milites, galea inductos, vel galearios genus calonum, id est ministrorum militum dicit Veget. lib.3. c.6.& sub hoc verbo galea generali comprehendentur quælibet capitis munimenta,prout loquitur Iurisc.in l.qui commeatus.§.fi.de re milit.vbi miles qui alienauit scutum,galeam, gladium,vel alia arma,desertori similis est, & graue crimen committit:de hac loquitur Polybius in lib.de castramet.Roma.& Veget. lib.1.

Fustium nomine quid cõtineatur.

¶ *Fustes.* Fustis dicitur lignum,seu baculus,quo solebant olim fontes mulctari, maxime milites, qui excubias non recte obiissent, vt est apud Polybium. Et fustis nomine venit omne lignum,etiam si illi adiunctum ferrum sit,vt sunt sagittę,dardi,lanceæ,*pertuisane*,*iaueline*,spicula,& similia:vtor verbis Berberij in viator.iur.de homicid.

¶ Notandum est veteres olim vel fustibus, aut virgis, seu flagellis cædere nocentes solitos,lege,veluti.ff.de pœnis,vt est apud Lamprid.in Alexandro, ibi,si quis de via in alicuius possessionem deflexisset,pro qualitate loci aut fustibus subiiciebatur,aut virgis,& solebant

bant delinquẽtes interdum ad decem,vel viginti, vel quinquaginta fustium percussiones condẽnari,aut ad alia arbitrio iudicis,vt est in leg.saliqua,quinquaginta percussiones accipiat, &c. Et has percussiones fustuarium, seu fustiuarium Cicero appellat, quasi fustigationem,in 3.Philip.Fustiuarium, inquit, meruerunt legiones,quæ consulem reliquerunt. Idem docet Liuius lib.5.ab vrbe condita, & Polybius.

Fustuarij, seu fustiuarij,aut fustigatio.

Qui fustibus aut flagellis cædantur.

¶ Inde ait Marcellus in l.in seruorum.ff.de pœnis, in seruorum, inquit, persona ita obseruatur, vt exemplo humiliorum puniantur: sed ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, & domino reddi iubetur: & ex quibus liber fustibus cæsus in opus publicum damnatur, ex his seruus sub pœna vinculorum ad eius temporis spatium flagellis cæsus domino reddi iubetur.Et non omnes fustibus cædi solent, sed hi duntaxat qui liberi sunt, & quidem tenuiores homines: honestiores verò fustibus non subiiciuntur,l.capitalium.5.non omnes.ibidem:nec veterani milites,l.1.& 3.ff.de priuile.vetera. Maiores enim nostri in omni supplicio seuerius seruos,quàm liberos,famosos, quàm inter græ famæ homines punierunt,d.l.capitalium.in fin.ff.de pœn. Vnde Vlpia. distinguit pœnas,in l.si quis forte.in fin.cum l.sequen.ff.de pœn.dicit enim aliquas adimere vitam, alias seruitutem adiungere,alias ciuitatem auferre, vt exilium,alias coercitionem corporis continere,veluti fustium admonitio,flagellorum castigatio,vinculorum verberatio:& sic non vult, vt vita fustibus adimatur: tamen olim fustibus cæsus sæpius moriebatur: ideo aboletus est hodie per desuetudinem vsus fustium, id est baculorum percussio: sed flagellorum,vel virgarum percussio adhuc remanet, quam antiqui scopationem vocabant, quando milites,vel alij scoparum fasciculo manuali tergora nudati cædebantur,vt est apud Suetonium in Nerone,& Liuium lib.7.decadis primæ,& libr. 8. deca. 3. de pœna in seditiosos milites à Scipione Africa. in castris Hispaniæ irrogata.

Vsus fustium aboletus.

Scopatio pro fustigatione.

¶ Et quamuis sola fustium admonitio non contineat corporis pœnam,sed ita demum, quando admonitus non paret: tamen si sub pœna fustigationis præcipiatur alicui,vt non faciat quicquam,vel faciat: si hoc contemnat,iudex hanc pœnam declarabit,& tunc coercitionem corporis continebit: & sic intelligetur ille text.

Admonitio fustium an contineat pœnam.

¶ Hodie fustigatio fit secundũ morem patriæ:Parisienses virgis vti solent, Tholosani & nostri flagellis de funiculis,vt in c.ex multis.1.q.3.ne ita correcti statim moriantur, sed resipiscant.imò Imperator Constantinus prohibet equos publico cursui deputatos lignis,vel fustibus agitari, sed flagellis tantummodo,in l.1.C.de cursu publi.lib.12.

Fustigatio pro more patriæ fieri debet.

¶ Itaque fustibus cædere,est hodie virgis vel flagellis castigare,& verberare,l.3.ff.de offic. præfecti vigilum,l.1. §. cum patronus. ff. de officio præfect. vrb. l.leuia. ff. de accusa. d. l. in seruorum.de pœnis.l.fin.de effracto.l.penult.de variis cognitio.l.Prædius. de incendio,rui. & naufrag.Inde fustigationis pœna,l.veluti.ff.de pœnis,l.fustibus.ex quib.caus.infa.irrog. docto.in l.imperium.ff.de iurisd.omnium iudic.l. qui cum vno. §. si in pace fustibus cædi iubetur.de re milita. Interdum etiam Iurisconsultus dicit, fustibus castigatur:vt in l.faccularij.§.1.ff.de extraordi.crimi.l.leuia.de accusatio.l.2.§.in filiis.ff.de decurio.l.fi duo.in fi. ibi,fustibus eum castigatum dimittere.de iureiurand.

Fustibus cædere & castigare.

Fustigationis pœna.

¶ *Lapides*, siue sint plumbei, ferrei, siue lapidei, quia de communi vsu loquendi lapides etiam vocantur. Vnde prohibitus portare lapides ad inimicos, incidit in pœnam, si hosce deferret causa proiiciendi,siue à colubrinis siue à bombardis. essent enim hæ sine illis lapidibus fere inutiles: & sic omnia ista armorum appellatione comprehenduntur, c.ita quorundam.de Iudæis. scripsi in bulla cœnæ domini, art.5.

Lapidum nomine quid veniat.

¶ Interdum tamen Iurisconsultus telum & lapides separatim exprimit, & tunc teli nomine lapides non continentur, l. 1. ibi, quo armati homines cum telis, lapidibusve in vrbe sint. ff. ad legem Iul. maiesta. Et siquis commilitonem lapide vulnerauerit, militia reiicietur: si gladio,caput amittit,l.omne delictum.§. si quis commilitonem. ff.de re militari. Ista sunt vtilia ad sequentia.

¶ Primò armorum vsus inscio Principe est interdictus, rubr.vt armorum vsus.lib.11.C. & solus Rex, & eius officiales in hoc Regno armorũ vsum concedũt, pro quo facit tex.in authen.de armis.in princ.colla.6.ideo cum ipse solus prohibeat armorum delationem, in ea solus offenditur,& solus de his cognitionem habet,vt scribitur in stylo parlamenti, in 1. parte, rubr. quorum cognitio spectet ad Regẽ,& ad eius officiales.teste Petro Iacob.in sua practica, rub.de succesio.Regni.& Boer.in tract.suo de seditiosis in 6.præsuppositio. Ideo iudices baronum, aut aliorum dominorũ de his non cognoscunt. Quamobrem an. 1530. die 1.Decemb.fuit remissus quidam delinquens ad officiales do.matris Francisci Regis:tamen fuit illis prohibitum, ne de portu armorum cognoscerent. Etiam ex consuetudine iudices tantum Regij cognoscunt super portu armorũ contra clericos,quia in his quæ publicam cõcernunt vtilitatem cõprehenduntur in statutis laicorum.l.addictos. C.de episco. audient. & ibi Ioan. Fab.& in l.ex ea.ff.de postul,sed portare arma publicam vtilitatem respicit,tex.in d.authen.de armis,in princip.& §.si rusticus.de pace tenen.& eius viola. Itaq;

De armis quis cognoscat, & qui portare ea possint.

Iudices Regij contra clericos de armis cognoscunt,& quando. Arejlum.

ex delatione armorum posset turbari status publicus: igitur iudices in hoc Regno vsurparunt, vt cognoscant etiam contra clericos de armorũ portu, & gestatione, licet de iure contra: quamuis praxis hoc habeat, donec concilium generale hoc reuocauerit, vt asserit Bened. in repetit. ca. Raynutius. in verbo & vxorem. de testa. ait enim clericis maxime arma portare prohibitum esse, & portantes excommunicandi sunt, c. clerici arma. de vita & honestate clerico. & fere 23. q. 8. per totum, & si ter moniti in armis prehensi fuerint, non erunt postea ab ecclesia defendendi. c. in audientia. & c. contigit. 2. de sentent. excommunicatio. nempe clericorum arma sunt orationes, & lacrymæ, c. non pila. & c. conuenior. 23. q. 8. & c. fi. 36. distinctio.

Praxis.

¶ Secundò intelligite quod iudices seculares, qui sic in hoc Regno cognoscũt de portu armorum contra clericos, poterunt tunc demum cognoscere, quando illi clerici ferrent arma offendibilia, & vltra enses & gladios & scuta & lapides: nempe in odiosis armorum appellatione offendibilia tantum comprehenduntur, cle. ne in agro. §. quia. de statu monacho. & quando statutum, vel ordinatio punit arma portantes, comprehendentur tantum illi, qui offendibilia portãt. Bar. in l. 1. ff. de vi publica. Angel. in tractatu de malefic. in glo. & ad hoc colloquium. versiculo, quæro statutum. post Alber. in tracta. statuto. in 2. part. q. 15. item quærit.

Armorum nomine in odiosis quid veniat.

¶ Ergo non poterunt iudices de omni armorum portu cognoscere contra clericos, sed quando in forma belli arma deferuntur: vt si ciuitas contra ciuitatem, natio contra nationem insiliat, & si deferant arma, vel trahant longa: secus si enses tantum, vt testatur Ioan. Ferrald. in 19. Regis priuileg. tract. de iuribus Regni Francorum, & Masuer. in rub. de remissio. vers. item si aliquis. & si vnus verberaret alium ense, vel pugione, nõ diceretur quod ob hoc portus armorum crimen incurreret: vel si clericus domi se defenderet etiam bombardis, non debet puniri à iudicibus secularibus de hoc vsu armorum, seu portu: secus si publice portaret, teste Aufre. in tracta. de potesta. secula. super ecclesiast. reg. 2. fallent. 13.

¶ Item si aliquis momorderit alium, non debet puniri, ac si armis eum offenderit, vt expresse decidit Matthæ. de Afflict. in constit. Neapo. libro 1. rubr. de percussio. illicita. col. 2. sed id incumbit officio iudicis pro vulneris qualitate.

Mordendo aliũ lædens an dicatur armis illũ offendere.

¶ Tertiò intelligite, quod clerici non solent corporali pœna puniri à iudicibus laicis pro hoc crimine, sed ciuiliter tantum, & postea remittuntur ad iudicem ecclesiasticum pro delicto communi puniendo. ita vidi seruari, quamuis sit contra tex. in c. vnico. de cler. coniuga. in 6. vbi nec ciuiliter, nec criminaliter clerici à laicis puniri debent: sed protegunt se Regij officiales, dicentes clericum, qui arma contra prohibitionem Regis detulit, commisisse crimen contra eum, quod vocant priuilegiatum, ob id pro illo condemnãt clericum: & quia adhuc non est punitus pro crimine communi, si forte illis armis aliquem vulnerauit, vel occidit, ideo pro illo remittunt ad officialem. Quomodo autem quis debeat puniri pro portu armorum: respondeo, arma sunt Regi confiscata, vt Bal. notat in §. si quis rusticus. de pace tenenda, & eius viola. & ita fuit decisum aresto huius senatus, vt scribit Aufre. in stylo parlament. aresto 233. videte Bartolum in lege prima, ff. de vi publica: & alias arbitrio iudicis puniuntur.

Praxis de puniendis clericis propter arma in crimine priuilegiato.

Aresti, quomodo pro portu armorum quis puniatur

¶ Quartò ex communi vsu loquendi armorum appellatione non veniunt lapides: & ideo hodie in ordinationibus Regiis vix comprehenderentur, nisi arma offendibilia, & pro subiecta materia, teste Pyrrho in rubr. vt armor. vsus. lib. 11. C. vbi dicit lapides ita demum contineri, si consuetum fuerit vt lapidibus pro armis vteremur: alioqui secus, quia communis vsus loquendi insequẽdus est, & secundum eum actus intelligendus, l. Labeo. ff. de suppellecti. legata. & vbi communis vsus loquendi vocaret lapides arma, non esset tunc dubium contineri, vt in lapidibus machinarum, alioqui non, teste Felino in proœmio Decretalium, numero sexto: allegat Cardinal. in clementina, ne in agro. §. quia vere. de statu monacho. & per hoc intelligitur lex, qui commeatus. §. arma. ff. de re militari. vbi miles arma alienans, grauiter delinquit, non intelligitur de lapidibus, sed de cæteris hic expressis: & sic pro subiecta materia, armorum nomine continebuntur prædicta: vt in rubrica de fabricen. lib. 11. C. & post factum dicit glo. in d. cle. ne in agro.

Ex communi vsu loquendi lapides non dicuntur arma.

¶ Quintò excommunicatus est, qui arma ad infideles defert, c. ita quorundam. & c. ad liberandum. de Iudæis. & armorum appellationem intelligo, vt hic glo. in extrauagan. quorundam. de Iudæis, in extrauagan. Ioan. 22. scripsi in bulla cœnæ domini, articu. 5. vbi amplior fit prohibitio. & sic qui deferret lapides bombardarum, esset excommunicatus: si vero alios lapides, cotem forte, non nisi illis vteretur ad fundendum contra Christianos: nam tunc etiam armorum appellatione comprehenderentur, vt ibi dixi.

Excommunicatus est, qui arma ad infideles defert.

¶ Sextò arma pro instrumentis quarumcunque artium capiuntur: vnde studiosorum arma sunt libri, graphium, penna, pugillares, vulgo *tabletes*, atramentarium, cultellus, & forciculæ, teste Crapal. libr. de partib. ædium 2. facit glo. in lege, Nepos Proculo. infra eo.

Arma pro instrumentis artium.

vbi

vbi hæc arma scholasticis sunt relinquenda. Inde dicimus arma rusticorum, arma pastorum, arma cocorum. De primo vsu armorum, & qui prius arma inuenerint, tradit Polydor. Virgil. libr. de inuento. rerum 2. cap. 1. & seq.

¶ Inde Armarium dicitur locus, in quo libri, cæteraque cibaria, pecuniæque reponuntur: & qui possidet armarium, non possidet singulas res in armario existentes, l. qui vniuersas. in principio. ff. de acq. possessio. l. 3. de offic. præfec. vigil. vbi scripsi.

Armarium quid.

¶ Septimò prohibitio generalis est, vt non liceat arma alicui deferre, per rub. C. vt armo. vsus. quæ non procedit in Regiis officialibus, & magistratibus, seu in eius familia. l. 3. §. fi. de offic. præfect. vigil. ff. glo. in c. statutum. in verbo directe. de hæreticis, in 6. idem in nobilibus, vt enses ex consuetudine ferre possint: ballistas verò, *pistolets*, vel alia arma offendibilia, non: quia in alterius læsionem hoc redundare posset, & bello potius hæc arma conueniunt, quã vt passim vti quis possit, nisi in itineribus, tex. in l. fi. C. de præpos. sacri cubiculi, libro 12. Lucas de Penna in d. l. vna, col. penult. Nec possunt nobiles in aliorum læsionem arma ferre, vt sentit Bonus de Curtili in tracta. de nobilitate, in 5. parte, priuilegio 19. Item nobiles effecti monachi vel sacerdotes suis armis, id est orationibus intẽdere debent, non ensibus, vel aliis armis, vt est in d. cle. ne in agro. §. quia vero. imò si in cubiculo tenerent etiam enses, esset excommunicati, vt ibi dicitur: & quis possit illos tunc absoluere, an abbas? quod non, tradit Federic. in consil. 14. monachus.

De prohibitione armorum, qui possint gestare arma, & quæ.

¶ Item licet doctoribus arma portare, glo. & Bart. in l. medicos. C. de professo. & medic. lib. xi. Bonus, vbi supr. priuilegio 39. Sed an scholastici arma deferre possint, scripsi in scholastico. priuilegio 129.

Doctoribus licet arma portare.

¶ Hodie verò edicto Regio omnibus prohibitum est etiam in itineribus portare colubrinas, *pistolets*, & alia arma ibi expressa, etiam nobilibus, vt patet in ordin. Reg. rub. *de n'aller armez, masquez, ne deguisez, & ne porter hacquebutes, pistolets & autres armes.* & hi quibus permittitur deferre enses, illos portare non possunt in palatio, §. ad palatium. de pace tenend. quod hodie seruatur in magno auditorio, vbi causæ publicæ deciduntur.

¶ Idem in viatoribus, per tex. in §. si quis rusticus. de pace tenend. & eius violato. quem tex. dicit singu. Roma. sing. 263. prohibitum. vbi viatoribus arma portare non est prohibitum, nisi in armis in edicto Regio expressis.

¶ Octauò arma pro insignibus sæpe dicimus, quorum materiam si plene & ad amussim videre cupitis, præsules dignissimi, legere decebit libros insigniũ D. Ioan. Ferronei, qui in istis est singularis. Nempe sicut Phoroneus Rex Græcis primus leges, iudicia q; constituit, c. Moyses. 7. distin. ita & hic insignis Ferroneus insignium omnem materiam in artem fere redegit, & velut in aceruum congessit, post Bar. in suo trac. de insig. & armis, & Alcia. in li. 5. parerg. c. 13.

Arma pro insignibus.

¶ Nonò portantes arma præsumuntur habere animum maleuolum. §. si autem. vers. hoc enim facto. in authent. de armis, colla. 6. glo. in l. licet. C. de pact. & qui se armis munit, præsumitur cogitare de crimine, vel de bello, vel de vi. Bal. in margar. in verbo auxilium. q. penult. ideo non audietur, si postea dicat, quod fortuito hoc perpetrauit crimen, & si illud dicat in gratia, allegabitur subreptitia: nempe de crimine iam committendo cogitauerat, qui arma assumpserat. quod non procederet, si iustam portandi causam haberet, forte quod aliquò esset profecturus, vel in his, qui arma portare soliti sunt. tunc enim si ius deferendi habebat, non præsumitur animum maleuolum ex hoc habere, quia non præsumitur malitia, vbi est ius, l. 1. ff. iniuriis: quod est notandum. Etenim aliquando defendi quendam ex his & aliis.

Arma deferens animum præsumitur habere maleuoli. Gratia homici dari quomodo impugnetur.

¶ Idem putarem, si iudex ex causa, vel magistratus arma deferre alicui permitteret, quod potest, vtpote pro defensione personæ, & quando non potest prouidere per securitatem, & (vt dicunt) saluagardiam, inspecta qualitate personarum, & exacto iureiurando ab eo, cui permittit, & cum adiectione pœnæ, quod aduersarium non inuadet: alias nõ concederet: & rutius est iudici sub dissimulatione transire, quam permittere. & hoc seruant iudices Franciæ, vt ait patruus meus Iacob. Rebuffus in d. l. vna, vt armo. vsus. vel nisi propter bellum permitteret, aliamve iustam causam, teste Baldo in rubr. C. qui accusa. non possunt. & in lege, obseruare. §. proficisci. vers. primo quæro. ff. de off. proconsul. & quando permittit vni, & aduersario ac consorti videtur permissum, vt possit se tueri, vt docet Cepol. hic. alias limitationes tradit Socinus in tractatu fallent. reg. 30. arma. facit glo. singul. in authen. de armis. in fi. colla. 6. secundum Ioan. de Platea in rubr. C. de fabricensib. libro 11. Barba. in tracta. de præstant. cardina. 5. q. 2. part. Iaf. in §. ex maleficiis. nu. 85. Instit. de actio. & Cottam in 2. parte memorab. in verbo armorum. scripsi in scholastico. priuileg. 100. Et tenete quod si portantes arma abutantur ipsis, poterit eis interdici delatio: vt si iuuenis nobilis multos passim lædat suo ense, arg. l. 2. in fi. de priuileg. scholast. lib. 12. C. Hippolytus in practica in §. pro complemento. col. 2. nu. 8. & seq. & hoc postea à principe impetrare poterunt, non obstante prohibitione, vt alias vidi seruari in practica. Priuilegium enim me-

Quãdo deferri arma iudex permittere possit. Praxis.

Delatio armorũ nobilibus interdici potest.

retur amittere,qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate,c.vt priuilegia.de priuilegiis.& quia his arma probro ſunt,ideo ſequitur l.probrum.

VLP. LIB. QVINQVAGESIMOSEPTIMO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMASECVNDA.

Probrum & opprobrium idem eſt.Probra quædam natura turpia ſunt,quædam ciuiliter, & quaſi more ciuitatis: vtputa furtum, adulterium natura turpe eſt. Enimuero tutelæ damnari, hoc non natura turpe eſt, ſed more ciuitatis. nec enim natura probrum eſt, quod poteſt etiam in hominem idoneum incidere.

Declaratio text. & diuiſio.

¶ Tres habet partes hęc lex.in prima dicit probrum & opprobriũ non differre,ſed idem eſſe,quatenus probrum ignominiã ſignificat.ſecunda ibi, probra, diuidit,dicens quædam eſſe natura turpia,quædã more ciuitatis,ſeu iure ciuili. Natura turpia ſunt furtum & adulterium: more ciuitatis probrũ eſt, quem tutelæ damnari. & in hac ſecunda parte probrum pro furto & adulterio ſumitur,& ſic pro crimine: licet pro ignominia accipiatur quandoque: & tunc idem erit probrum & opprobrium. Et in hoc text.dicitur, quædam probra, non dicit omne probrum. nam probrum dum ſignificat ignominiam, tunc accipitur pro opprobrio,& idem eſt:quando verò pro crimine,differt,& ideo dicit quædam.In Pandec. Florent. legitur probrum & opprobrium, id eſt, probra quędam natura turpia, &c. & ſic ceſſant contraria.

Non probatur ſententia Alcia.

¶ Quod autem Alciat.ait furtum non eſſe natura probrum,quia impune Aegyptiis furari licebat, & Lacedęmonij laudi ſibi adſcribebant fures eſſe, nec deprehendi, quia cautiores diligentioreſq; ad hoc fiunt iuuenes: non ob id ſequitur:nam datur inſtantia,quam Iuriſperito dare ſatis eſt,c.ſicut vrgeri.1.q.1. Valdenſes non reputant,dum bacchanalia celebrant,turpe, adulterium committere: ergo non erit natura turpe. ſed adulterium eſt natura, id eſt ratione naturali improbatum, & lege euangelica, ſicut furtum, licet ab adulteris turpe non putetur,nec probrum.

¶ Item Fulgoſ.de factis memorabilibus libro 2.de Inſtitu.antiquis,narrat aliquos nihili facere filias venales exponere.ergo non erit turpe,ſi illis adhæreatis.quod hic improbatur, dico in l. Maſurius.infra eo. Sed vos intelligitis furtum naturali quadam ratione reprobatum eſſe,l.1.in fi.ibi,lege naturali prohibitum.ff.de furt. Exod.20.non furtum facies, eo ne videlicet rem alienam habeas,& ne facias aliis, quod tibi fieri non vis:vt in princip.Decreti ſcriptum eſt. & ſic per hoc patet, tam furtum, quam adulterium natura probrum eſſe: & quamuis aliqui,vt graſſatores itinerum,& alij id genus fures,non putent turpe eſſe,tamen ſufficit rationem naturalem id turpe putare.Et furtum ignominia afficit,ſicut adulterium. Hinc ab ipſis Ethnicis dicitur,Ne alienum inuadas,poſtquam meum & tuũ fuere inuenta, c.quo iure.8.diſtinct. Et quamuis moribus prohibitum ſit,ne maritus vxori donet,l.1.ff.de dona. inter virum & vxorem, tamen hoc non eſt prohibitum ratione naturali. ideo non dicitur natura probrum: ſed in furto diuerſum eſt, quia ratione naturali prohibitum eſt, vt prædixi. De natura ſcripſi in l.creditores.ſupra eod.

Soluuntur rationes Vallæ contra text.

¶ Item Laurentius Valla libro 6. cap. 44. dicit probrum & opprobrium differre. Dico Iuriſc.nullam ferè aut paruam conſtituiſſe differentiam,dum probrum infamiam & ignominiam ſignificare dicit: quia probrum licet pro crimine accipi ſoleat, vt per eum,tamen accipitur etiã pro ignominia, quæ prouenit ex illo probro. & ſic idem erit tunc probrum & opprobrium. Verum quædam probra, id eſt crimina ſunt natura turpia, quædam more ciuitatis:& ſicut dixi de munere ſupr.in l.munus.vt quodcũq; ſit donũ, ſit munus,cum ſignificat largitionem:ſic probrũ eſt opprobrium,quando ſignificat idẽ quod opprobrium, id eſt infamiam:ſed quando probrũ capitur pro flagitio & crimine,tunc probrũ non idem eſt quod opprobrium, quia ex probro, id eſt flagitio venit opprobrium, id eſt infamia & & ignominia,quaſi ob probrum.& ita intelligendus Iuriſconſult. hic: & ſic non erit contrarius his, quæ addncuntur per Laurentium Vallam, quem multis argumentis tuetur Franciſ. Florid. libro de interpretibus iuris, quibus per prædicta reſponſum arbitror. Vel reſponderi poteſt in Pandec.Floren.legi id eſt,& non idem eſt.

Aduocatus certare probris nõ debet, ſed legibus.

¶ Ad hæc prohibetur aduocato certare probris,ſed rationibus, & iuribus poteſt,l.quiſquis.C.de poſtuland.& inter leges duodecim tabularum vna erat,qua ſic cautum erat,Probrum in ſenatu ne relinquunto: admonens cenſores, ne quis in ſenatu ſit, qui probro & infamia notandus videatur,oportet enim eos eſſe omni exceptione maiores,& ſtellas per lucidas, vt ſcripſi in proœmio concordatorum,in verbo ſummas: alioqui recipi non debent, etiam ſi donatum eis fuerit à Rege munus.

¶ Hinc

Exprobrare.

¶ Hinc exprobrare ſignificat culpam improperare, ſiue immemorem beneficij accepti culpare,imputare verò frequenter,citra reprehenſionem, teſte Laurent.vbi ſupra c.44.li.6.

Vtilitates legis.

¶ Vtilitas huius legis eſt,vt ſciamus ob quam cauſam ſit differentia,an probrum ſit natura improbatum, an ciuiliter, & notare ſequentia.

¶ Primò quod ſi natura actus fuerit improbatus,non poteſt mutari, quia naturalia ſunt immutabilia,in §.ſed naturalia.Inſt.de iure natur.

Partes nõ poſſunt paciſci, vt natura probrũ fiat.

¶ Secundò non poſſunt partes paciſci, vt id, quod natura probrum eſt, fiat, vel licitum ſit inter ipſas conuenire, l.pacta quæ contra. Cod.de pact. vnde Iuriſconſult.ait,pacta quæ turpem cauſam continent, non eſſe obſeruanda, veluti ſi paciſcar, ne furti agam, lege, ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. Et generaliter nouimus turpes ſtipulationes nullius eſſe momenti:veluti ſi quis homicidium, vel ſacrilegium promittat ſe facturum,l. generaliter.cum lege ſeq.ff.de verb. obliga. etiam non poteſt permitti adulterium natura probrum prætextu etiam neceſsitatis,c.ſi quis propter. de furt. licet quædam ſecta hoc ex charitate cõcedat.

¶ Tertiò legatum,ſi natura turpe ſit, & probrum, non valet, l. ſi quis inquilinos.§. fina. ff.de lega.1.l.vnica,ibi,probroſum.C.de his quæ pœnæ nomi.

Iuramentum ſuper natura probro non valet.

¶ Quartò non valet iuramentum ſuper eo, quod natura probrum eſt, præſtitum, nec obligat, ſi probrum permittatur: ſecus ſi probrum fuerit ſecundum bonos mores ciuiles. regu.non eſt obligatorium.de regul.iur.in 6.docto.in c.cum contingat.de iureiur.ſcripſi in interpret.l.ſi quis pro eo.de fideiuſſo.ff.

Heres non implens naturam probra à teſtatore præcepta, non priuatur hereditate.

¶ Quintò non priuatur heres hereditate, ſi teſtator præcepit ei, vt aliquid natura probrum,vel illicitum faciat,ſi non fecerit,l.1.de his quæ pœnæ nomi.ff.& C.illo titu.

Natura probrũ Papa, princeps & conſuetudo nõ poſſunt permittere.

¶ Sextò ipſe etiam Papa vel princeps non poteſt, nec conſuetudo facere, vt quod eſt natura probrum,non ſit,nec permittere:quia naturalia (vt dixi) ſunt immutabilia,d. §.ſed naturalia. de iure naturali. in Inſtitutio. c. fina.de conſuet. Et ciuilis ratio naturalia iura corrumpere non poteſt,l.eas.ff.de capit.deminutio.§.minus. Inſtit.de hered.quę ab inteſtato deferunt. Vnde dominium, quod eſt tantum de iure gentium, princeps auferre iure non poteſt,glo.ſingu.in l.2.C.de precib.Impera.offerend.Bal.in l.1.ff.de conſtit.princip.Scripſi in tractatu de literis dilat.annalib. vel quinquennalibus, in ſecundo tomo commentariorum in conſtit.Reg.Gallicas.

Probra moribus ciuitatis tantum contraria tolluntur.

¶ Sed probra quæ ſunt more ciuitatis inducta,contrariis moribus tolli poſſunt, l. 2. vbi docto. de vulga. ff. & ſic princeps & conſuetudo poſſunt facere, quod tutelæ damnatus non ſit infamis, nec ſit illi opprobrio, cum hoc iuris ciuilis ſit, cui princeps derogare poteſt,l.eas. ff.de capitis deminutio.& l.princeps.de legib.cum etiam infamia ſit ex iuris ciuilis inuentione,l.1.ff.de his qui notan. infa. per quam dicit Alcia. hanc diſtinctionem Iuriſconſulti non eſſe magni effectus, quia parum ſecundum eum refert,vtrum quis iure ciuili, an iure naturali probroſus ſit:parem enim notã infamię ſuſtinet:tamen per ſupradicta videtis multos effectus.vnde ſolet procurator Reg. in Frãcia appellare ab his cõſuetudinibus, vel ſtatutis abuſiuis:& demum per ſenatum reformantur,quãdo probra natura continent.

Infamiã princeps remittit.

¶ Nec obeſt quod princeps infamiam remittere poſsit, etiam prouenientem ex natura probro, vtpote à furto,& adulterio.Reſpondo,principem remittere illam poſſe, quam induxit infamiam,ſed non poteſt facere, quin ſit probrum,quia naturam immutare non poteſt,nec infamiam facti ex maleficio ortam tollere, l. 2. ff.de obſeq.par.& pat.nam factæ res pro infectis haberi non poſſunt,l.in bello.§.factæ. ff.de captiuis.

¶ Nec refragatur quod etiam princeps permittat ea, quæ natura probra ſunt, ex cauſa, vtpote homicidium,l.3.C.de epiſco.audient.l.1.quando liceat vnicuiq.ſine iud.ſe vindica. Reſpondeo,illud homicidium iuris authoritate factum nõ eſt natura probrum,cum princeps hoc ex maxima cauſa faciat, vt ſcilicet delicta puniantur. quia reipublicæ intereſt, ne maleficia remaneant impunita,l.ſi longius.§.fin.ff.de iudic. idem ob tutelam corporis ſui, l.vt vim.de iuſt.& iure.ff.& d.l.1.

Furtum quãdo non puniatur.

¶ Septimo furti punitur quis, etiam ſi bonum ex furto ſequatur, quia furandi animum habuit:vnde ſi quis ſubtraxerit ſaccum pecuniarum, in quo erant literæ proditoriæ principis,ille fur adhuc puniri debet, quia illa fortuna felix principi non debet attendi, ſed ſolus furis animus,l.diuus.de ſicar.ff.Petrus Ancha.ita tenet in repetitio.c.1.de conſuetud,quem refert & ſequitur Bened. in repetitio. c. Raynutius. in verbo mortuo. 1. nu. 120. de teſta. Gneus tamen Flauius ſcriba Appij Claudij, quod ſubreptum librum populo tradidiſſet, munus certe gratum, tribunus plebis factus fuit, l. 2.§.poſtea.ff.de orig.iur. iſtius enim affectio erat,vt furtum reipubl. prodeſſet, teſte Felino in c. 1. col. vlt. de præſumptio. quod non eſt in alio fure,non ea cauſa furante,vt principi vel reipublicæ proſit, ſed ſibi tantum: ob id enim puniendus fur erit.

Probus.

¶ *Probrum*, cum r litera poſt b differt à probo,ſine r:quia illud ignominiam & crimen, vt dictum eſt,denotat: hoc vero bonum, vt probat l.ſciendum.ff.de ædil.edicto, ibi,veluti ſi dixerit frugi,probum,& dicto audientem, & Ariſtippus interrogatus, quid eſſet admiran-

dum in vita, vir probus, inquit, & moderatus: quoniam etiamsi inter multos improbos agat, non tamen peruertitur, vt patet de Loth Genes. 19. vide Lucam in l. vna, col. 2. C. de professor. qui in vrbe Constan. lib. 12.

Mutuũ probũ. ¶ Inde qui recepit mutuum, tenetur illud probum reddere, id est eiusdem bonitatis, & æstimationis. l. cum quid. & l. lecta. iuncta glo. proba. ff. si certum peta. & l. Titius. de constit. pecu. ibi, quos tibi reddere Idibus Maij probos, &c. l. Paulus. vbi Bar. ff. de solution.

Probè. ¶ Probè dicitur prædoni non debuisse in alienam rem superuacuas impensas facere, l. vtiles. in fi. ff. de petit. hered. Nec probè dici potest, l. 1. qui potiores in pignore habeant. ff. l. quod ad heredem. in fin. de magistra. conue. ibi, probe recusaret.

Probus, nomẽ viri. ¶ Interdum Probus est nomen viri, vt in l. relegatorum. §. Mætio enim Probo præsidi Hispaniæ rescripserunt. ff. de interdictis & relegatis. & Valerius Probus. Sic dicimus in domino Philippo Probo, qui additiones ad Ioannem monachum in sexto, & alia multa egregia opera edidit. is enim adeo consonans nomen moribus habet, vt mirum probitatis exemplum omnibus videatur. Eius & iucunda consuetudine & familiaritate fum viginti prope annis vsus: quo tempore solitus sum admirari eius vitæ sanctimoniam, eiusque integritatem. Is enim, vt verum fatear, sua prudentia & vitæ puritate me reddidit meliorem, vt verbis vtar Iurisconsul. in l. à quibus. ff. de donatio. & à me doctoratus gradu insignitus fuit. deus eum incolumem seruet.

De Philippo Probo Ambianens. Officiali.

Probitas. ¶ A probo, probitas morum, l. 1. ff. de decret. ab ord. facien. vt certi de probitate morum & peritia eligant.

Improba ciuiliter. ¶ Improba ciuiliter, id est crimina lege ciuili damnata, vt tutelæ damnari non est crimen à natura improbatũ, sed est crimẽ ciuile, & quasi more ciuitatis, vt in l. 1. ff. de tute. facit l. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxo. & in tex. quidam legũt, ciuiliter improba, & in idem reincidit.

Improbus. ¶ Improbus, l. nõ potest videri improbus, qui ignorat quantum soluere debeat. de regu. iur. ff. Improba accusatio, l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpillia. quæ calumniæ causa est instituta mala. Improba causa, in l. solent. ff. de præscript. verb. Improba lis, mala, quæ non iure mota est, in l. destitisse. ff. de iud. scripsi in l. litis nomen. supra eo. Qui vi rapit, fur improbior vocatur, in l. si cum exceptione. §. qui vim intulit. ff. quod met. caus.

Improbe. ¶ Improbe ad negotia mea tractanda accedere videtur is, qui lucri gratia ea administrat. Iulia. in l. si pupilli. §. sed & si quis. ff. de neg. gest. l. Papinianus. §. meminisse. ibi, improbe nõ respondit, si quis heredẽ se responderit, mox falsum, vel inofficiosum, vel irritum testamentum fuerit pronuntiatum. de inoffic. testa. l. de ætate. §. ex causa. de interroga. actio. Non improbe, non inique, non male, sed bene, l. non est ferendus. ff. de transactio. scribo in l. duobus, infra eo. Improbe desiderat petitor fructus impuberis æstimari, qui ex artificio eius percipi potuerint, quod artificium sumptibus possessoris didicit. lege, cæterum. ff. de rei vindicatione.

Cõtra mouentes litem improbam, vt aliquid extorqueant. ¶ Improbe resistit quominus vtilis actio moueatur, l. rem alienã. in fi. ff. de pigno. actio. l. ex senatusconsulto, ad legem Iuliam de vi priuata. vbi ex senatusconsul. Volusiano tenentur, qui improbe coeunt in alienam litem, vt quicquid ex condemnatione in rem ipsius redactum fuerit, inter eos communicaretur: vt sunt tres in hac ciuitate, qui omnia (vt audiui) beneficia litigiosa faciunt, vt saltem pensionem obtineant, qui pro pensione capite plectendi essent.

Improbabili more. ¶ Improbabili more, l. fina. ff. de proxenet. quod Iurisconsul. in l. 1. in fi. de actio. empti, dicit improbato more.

Improbitas. ¶ Improbitas pro malitia, l. 3. §. sed si tota. ff. nautæ, caupo. ibi, nisi forte (inquit) ideo vt innotesceret prętorẽ curam agere reprimendæ improbitatis hoc genus hominum. vbi hospites, nautas, caupones, & stabularios, improbos vocat, quia solent excedere metas rationis in exigendo: vt in notariis dicit text. in c. statutum. §. notarium. de rescript. in 6. De verbo improbare & improbato, dixi in l. mulieris. §. 1. supra eod.

Reprobi nummi soluti non liberant. ¶ Reprobos nummos dicit Iurisconsult. in l. & eleganter. §. qui reprobos nummos soluit, non liberatur. ff. de pignorat. actio. quia reproba pecunia non liberat soluentem, vt ibi dicitur. De hac reproba pecunia loquitur c. quanto. de iureiurand. & l. Paulus. de solutio. vbi per Bar. & alios, & in l. 1. & per totum. C. de ponderato. & auri illatio. lib. 10. Alex. consi. 104. in 1. vol. Attigi etiam de reprobis nummis in l. mulieris. §. 1. supra eod.

Adulterij quid sit. ¶ *Adulterium* est alterius thori violatio, vt plene scripsi in l. inter stuprum, infra eod. & quomodo puniantur adulteri, & à quibus iudicibus, ibidem.

Adulterare. ¶ Inde adulterare est adulterium committere, vel est aliquid pro vero effingere, atque rem veram corrumpere, sicut adulter suum semen fingit mariti esse, vt per totum titu. ff. de adulte. l. 1. in fi. ff. de seruo corrupto. ibi, fuasit, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret: & hoc per translationem.

Adulteratores monetæ, & ¶ Adulteratores monetæ dicuntur, qui eam fingũt, vel alias poliunt, argentũ viuum addendo, vel quid aliud, de quib. loquitur l. aut facta. §. euenit. ff. de pœn. vbi sic dicitur, euenit vt eadem

adulterina moneta. vt eadem scelera in quibusdam prouinciis grauius plectantur: vt in Africa, mesium incensores, in Mysia vitium: vbi metalla sunt, adulteratores monetæ. Et adulterinam monetam declarat Iurisconsul. in l. sacrilegij. 1. §. qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus sibi signant pecuniam forma publica, aut signatam furantur: hi non videtur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit. ff. ad legem Iuliam pecula. & adulter solidorum dicitur in l. 2. C. de falsa moneta.

Adulterinus, & adulterini nummi. ¶ Adulterinos nummos dicit Iurisconsultus in l. lege Cornelia. 1. ff. de falsi. vbi conflans adulterinos nummos falsi tenetur. Vnde adulterinum pro falso accipit Iurisconsul. in l. si quis legatum. §. 1. ff. de falsi. & in l. lege Cornelia. ibidem. Tamen adulterinum propriè dicitur fictum, & ad similitudinem alterius factum, vt adulterinum vniuersitatis signum, id est sigillum factum ad similitudinem signi vniuersitatis, cap. tertio loco. de probatio. vulgo *contrefaict* vocamus.

Adulterinæ stateræ. ¶ Adulterinæ stateræ, non iustæ dicuntur, in l. annonam. ff. de extraord. crimi. vbi à falsis separat, sic dicens, onerant annonam etiam stateræ adulterinæ: de quibus diuus Adrianus edictum proposuit: quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos statuit.

Adulterinus. ¶ Adulterinus ex adulterio progenitus, & vt ait c. dominus. 56. distin. Christus ex adulterinis non erubuit nasci commixtionibus. Alia dicam in d. l. inter.

Turpe quid. Turpis causa. ¶ *Turpe* dicitur deforme, inhonestum, fœdum, iniquum: ideo crimen cùm honestis & bonis non probetur, dicitur turpe: vt causa turpis dicitur, quæ nõ est honesta, l. 1. ff. de condictio. ob turpem causam: vbi sic dicitur: Omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob causam: & si ob rem, aut ob turpem, aut ob honestam: ob turpem, aut vt dantis sit turpitudo, non accipientis, aut vt accipientis duntaxat, non etiam dantis, aut vtriusque. & ibi explicatur per totum titulum. Inde turpia legata, quæ notandi magis legatarij gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur, l. turpia. ff. de lega. 1.

Turpia legata.

Res turpis. Turpis cõmunio. ¶ Rei turpis nullum mandatum est, & ideo mandati non agetur, l. si remunerandi. §. rei turpis. & l. si mandauero. §. qui ædem. ff. mandat. §. illud. co. titu. in Institut. Delictorum turpis atque fœda est communio. l. quod autem. ff. pro socio.

Turpis actio quid. ¶ Turpis est actio, videlicet iniuriarum, vi bonorum raptorum, serui corrupti, & similes actiones turpes dicuntur, quæ infamant, l. nec quicquam. ff. pro socio, eo quod turpem reddunt illum, id est infamem, qui aliqua istarum actionum condemnatus fuit. l. 1. ff. de his qui not. infa. non quod ipsæ actiones turpes sint, sed ab effectu nominantur turpes.

Turpitudo. ¶ Hoc intelligimur posse, quod sine turpitudine & infamia fieri potest, l. auus. in fin. ff. de iure dot. scripsi in l. Nepos Proculo. infra eo.

Turpia verba. Turpissimum exemplum. ¶ Qui turpibus verbis vtitur, non tentat pudicitiam, sed iniuriarũ tenetur, l. item apud. §. qui turpibus. ff. de iniur. Turpissimo exemplo, dicit Iurisconsul. si socer cum nurũ adulterij accusaturum testatus præsidi fuisset, maluit postea ab accusatione desistere, & lucrum ex dote magis petere, Papinia. in l. miles. §. socer. ff. de adulter. alibi dixit, mali exempli res est, in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. & exemplo turpissimum est fœminino vocabulo etiam masculos contineri. l. si ita scriptum. ff. de lega. 2.

Turpis persona quæ dicatur. ¶ Turpis persona dicitur meretrix, l. Pantonius. ff. si quis à parente manumiss. fuer. vnde Ouidius ait: *Turpe thori reditu census augere paternos, Et faciem lucro prostituisse suam.* Sic & leno, & is qui meretrices sectatur, & alios actus turpes exercet, vt abunde scribit Petrus Iacob. in sua practica, rub. de authent. ex causa præteritio. in fin. quod prodest, vt apud illam filius non debeat ali pendente processu super filiatione, l. 3. §. item si is qui. ff. de liber. exhibend. & propter status turpitudinem ad accusandum non admittuntur, l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpill. Pater turpis & vilis non potest remittere iniuriam sui filij honesti, quia facile remitteret, & paruo dato. l. sed & si. §. filio famil. ff. de iniur. doctor. in l. in personam. ff. de pact. Et frater germanus querela inofficiosi iuuari potest, si frater instituerit turpem personam, eo neglecto, l. fratres. C. de inoffici. testament. ideo si instituat meretricem, rumpetur fratris testamentum: si vero instituat filium ex illa, non tamẽ ex se natum, puto institutionem valere, quia filius meretricis non dicitur turpis persona, nec dicitur fieri in fraudem, sed potius compensandæ iniuriæ gratia, quam is faciebat, qui cum matre agebat: quod non est prohibitum, quamuis filius nihil sciret. Alioqui sequeretur magnum absurdum, quod si mater Baronis, aut illustris coeat, quod faciat filium suum inhabilem ad sic accipiendum bona, & institutionem ab illo, quem nescit sibi esse dedecori: quod quam sit ridiculum, nemo est, qui non videat. Filius enim non portabit iniquitatem patris aut matris. rubr. C. ne fil. pro patre. & in Theodosia. Codice in d. l. fratres. erant ista verba, Institutos heredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis. facit l. fin. C. de natura. liber. vbi licet non possit spurio relinqui, tamen filio suo sic. facit l. si is qui. ff. de vulga. & non prohibetur quis relinquere capaci, si non grauetur restituere incapaci, l. non intelligitur. ff. de iure fisci. Et quamuis is qui prohibeat testantem instituere, & testari sit inhabilis, non tamen is, qui ad suasionem illius erit institutus, quia hoc permittitur in l. 1.

Instituta turpi persona quãdo querela agi possit, & quid in filio meretricis.

& fina.C.ſi quis aliquem teſta.prohib.& qui non eſt turpis,ibi non eſt incapax: ergo illa diſpoſitio odioſa non eſt extendenda ad perſonas non turpes: ita conſultus reſpondi:niſi is eſſet adulterij,vel mali particeps,vt alibi dicam.

Turpe lucrum quid dicatur.

¶ Turpe lucrum vocat datum ob falſum teſtimonium, vel ob gratioſam ſententiam, vel alias male acquiſitum,in l.in heredem.ff.de calumnia.ibi,conſtitutum eſt turpia lucra ab heredibus quoque extorqueri.vnde Ouidius, *Non bene conducti vendunt periuria teſtes, Non bene ſelecti iudicis archa patet.* Et mercalem vxorem habere vtriuſq; turpitudo eſt,l.mercalem.C.de condictio.ob turpem cauſam.id eſt vendibilem, quæ pecunia data coit. Si quis in pignore dato auro æs ſubieciſſet, furti teneri:quod ſi in dando æs ſubieciſſet, turpiter feciſſe,non furem eſſe.l.ſi quis in pignore.ff.de pigno.actio.l.cum æs.de furt.quæ leges fuerunt adductæ ad excuſationem quorundam Aegyptiorum, ſeu Boemorum, qui tamen à furto non fuerunt excuſati.

Mercalis vxor

Turpiter.

¶ Turpiter pactus,l.3.§.1.ibi,depactus autem dicitur turpiter pactus.ff.de calumniator. Turpiter accepta pecunia,in l.ſi tutor.1.ff.de tutel.& ratio.diſtrah.in fin. Turpiter arma amittuntur,& ideo poſtliminio reuerti negantur,l.2.in fin.ff.de captiuis.

Turpitudo.

¶ Turpitudo in l.in heredem.§.1.ff. de calumnia.& in l.1.ff.de condict. ob turpem cauſam.vbi in aliis multis legibus inuenitur.l.ſed & ſi. in fi.ff.de arbitris. Turpitudinis manifeſtæ eſt nolle iurare,nec referre,l.manifeſtæ.ff.de iureiuran. Turpitudinem ſuam allegans non eſt audiendus,l.tranſactione.C.de tranſactio.l.iuſiurandum quod ex cõuentione.in fin.ff.de iureiuran.vbi plene Bar.& Iaſ.cap.cum ſuper quæſt.de conceſsio.præbend. Stuprum etiam intelligitur in his mulieribus quæ turpiter viuerent,& quæſtum facerent, etiam ſi non palam,l.ſtuprum.ff.de ritu nuptia. Non eſt ignoſcendum ei, qui obtentu paupertatis turpiſsimam vitam elegit,l.palam.§.non eſt ignoſcendum.ff.de ritu nupt.Iſta turpia omittamus,ad ciuilia accedentes.

¶ *Ciuiliter* declaraui in tract.de liter.ciuilib.in ord.Reg.in 1.tomo commenta. phraſes dicam in l.anniculus.2.infra cod.

¶ *More ciuitatis*,elucidabitur in l.pronuntiatio.§.1.infra eo.

Dãnare quid ſignificet, quãdo cum geniti uo vel ablatiuo iungitur.

¶ *Damnari*,pro condemnari,& ſæpius ſimplex pro compoſito apud Iuriſcõſultum ponitur,vt probat l.fin.ibi,accuſator damnatur.ff.de calumniato.& neque quenquam inaudita cauſa damnari æquitatis ratio patitur.Marc.in l.1.in princip.ff. de requirendis reis. & alibi dicitur,abſentem in criminibus damnari non debere,in l. abſentem. ff. de pœnis. Et quando iungitur genitiuo,ſignificat rem propter quam quis damnatur:vt damnatus furti,iniuriarũ,l.1.§.1.ff.de his qui not.infa.& l.liberorũ.§. Neratius.ibi,perduellionis dãnati. ibid.Si verò ablatiuo addatur,pœnam ſignificat, ſecundũ Grammaticos: vt capitali damnatus crimine,l.1.§.remouet.ff.de poſtul.Tamen id non perpetuo obſeruant Iuriſconſulti,ſed interdum vtroque indifferenter vtuntur, vt probat l. 2. §. ſi publico.ibi, nam Claudius Gorgus vir clariſsimus vxorem accuſans,cum detectus eſſet vxorem in adulterio deprehenſam detinuiſſe,ſine accuſatore lenocinio damnatus eſt.ff.de adulter.l.marito.§.qui leno.ibi,iudicióve publico damnatus.ibidem.l.1.§.præterea. de ſica.l.rei capitalis damnatum.ff.de pœnis.Et interdum dicunt in ablatiuo ſuo nomine,vel alieno damnatũ. l.athletas.in fin.de furt.l.furti.§.ſi quis alieno nomine.& §.illud.ff.de his qui notan. infam. & in fin.ibi,contrario iudicio damnatus.

Ad beſtias dãnati.

¶ Aliquando tamen in accuſatiuo ponitur cum præpoſitione in, vel ad, vt ad beſtias dãnati,l.ad beſtias.ff.de pœnis.& hi dicebãtur, qui inuiti ſic in venatione inſtituebantur. Bud.in l.aut damnum.ibidem,& alibi dicemus. In metallum damnati, l.aut damnum.§. eſt pœna, quæ adimat libertatem,huiuſmodi vtpote,ſi quis in metallum,vel opus metalli damnetur.l. moris eſt.& l.in metallum.ff.de pœnis,& paſsim in illo titulo.

In metallum damnati.

Damnas eſto dare.

¶ Damnas pro damnato,ſeu grauato veteres vtebantur frequenter per ſyncopen,vt ſcribit Alcia.lib.4.de verborum ſignific.& maxime Iuriſconſulti,vt damnas eſto dare, l.2.ibi, tantum æs dare domino damnas eſto.ff.ad legem Aquil.& l.ſi ſeruus ſeruum. §. alteri.ibi, tantum æs domino dare damnas eſto.ibidem, l.damnas.de vſufruct.leg.l.Quintus.de annuis leg. Quamuis Nebricenſ.dicat in ſuo Lexico Iuris mendum eſſe,vbicunque legitur damnas,nihili verbum,cum legi debeat damnatus:quod non eſt verum, vt etiam probat tex.in l.in repetendis.ff.de leg.3.& Iametius doct.Aurelian.in addi. ad Nebricenſem:cum eo in hoc non conuenit.

Damnatus:

¶ Damnatus pro condemnato,l.1.§.qui in iudicio.ibi,de dolo malo & fraude ſuo nomine damnatus erit.ff.de his qui notan.infam.l.2.in fin.de præto.ſtipulationi.l. ſi is qui ſe obtulit fundi vindicationi damnatus eſt.l.fin autem.§.penulti. ff.de rei vindicatio. Sic intelligitur rubr.de bonis damnato. ff.& titulus de bon.proſcripto.& damna. C. licet gloſſa in l.diuus.2.de cuſto.reo.exponat pro confeſſo.

Damnari de ſuſpicionibus.

¶ Damnari de ſuſpicionibus quis non debet, id eſt per ſuſpiciones, vel ex ſuſpicionibus,& præſumptionibus in criminibus, Vlpia.in l.abſentem. §.1. ff. de pœnis, quia probationes

tiones in criminibus debent eſſe luce meridiana clariores,l.fin.C.de probatio.

Damnare pro grauare.

¶ Damnare heredem,pro grauare,quod grauando ad hoc damnetur,& dãno afficiatur. Vnde Caius Iuriſconſ.ait,l.poteſt quis in teſtamento etiam heredem ſuum damnare, ne altius ædes ſuas tollat.ff.commu.prædio.l.ſi heres teſtamento quid vendere damnatus ſit. de actio.empti.l.ſi in lege.in fine,locat.Quamuis Nebricenſ.dicat accipi pro obligare,ſi dicam,heredem mihi dare damnauerit:quod non eſt verum,ſed pro grauare,& ibi corrupte duas allegat leges, quæ ſecum non faciunt,etiam ſi verè eas citaſſet. Nam damnandum eum quanti mulier in litem iurauerit,pro condemnandum ſumi videtur: & in l.ſi filiofa. §.1.ff.ſolu.matr.& in l.ſi mihi.§.1.de lega.1.ibi pro grauare.

Damnum.

¶ Damnum pro detrimento,iactura accipit Iuriſconſul.Paul.in l.2.§.1.ff.ad leg. Rhod. de iactu,vbi primo vocat detrimentum,poſtea damnum,in l.4.in fin.& l.nauis.ibid.

Damnum infectum.

¶ Damnum infectum,eſt damnum nondum factum,ſed quod futurum veremur,l.2.ff. de damno infecto.

Damnum & damnatio vnde dicta.

¶ Damnum & damnatio ab ademptione,& quaſi diminutione patrimonij dicta ſunt, l.3.ff.de dam.infecto.Et pro qua parte dominus eſt,damnationem fieri Prædius ait, in l.ſed non eſſe.ff.de iniur.vbi pro condemnatione,& in l.2.in fin.de pœn.l.qui vltimo.ibidem.

Damnũ pati.

¶ Damnum pati,eſt damno affici,*ſouffrir dommage*.l.is qui.ff.ex quibus cauſis maio.l.ex mandato.mandati.iuncta l.mandatum.vlt.ibid.l.cum in plures.§.ſeruum.locati. Damnum autem pati videtur,qui commodum amittit.ff.ne quid in loco publ.l.2. & alibi Iuriſconſultus pro eodem ait ſentire damnum,in l.de illo.in fin.ff. pro ſocio.Et eſſe damno, in l.ſi hereditatem.mandati,l.1.de periculo & cõmodo rei venditę.l.ex conducto.§.1.loca.

Dare damnũ.

¶ Dare damnum eſt inferre, l.& eleganter.§.ſi quadrupes tua dolo alterius mihi damnum dederit.ff.de dolo.l.ſed ſi damnum ſeruo dominus dederit. ff. de pecul. & l.qui domum.in fin.ff.locati.Et facere damnum pro eodem,in l.ſi quis fundum.§.1.& l.ſi tibi.ibid.

¶ Dãna eſſe ſalua domino lex ſtatuit, in l.liber homo.1.§.1.ff.ad leg.Aquil.id eſt damna ſarciri domino,vt ſaluus à damnis ſit.

¶ Maius damnum,l.vir vxori.in fin.ibi,ſi creditor pecuniam non dediſſet,maius damnum mulier paſſura fuerit.ff.ad Velleia.

Damnum præſtare.

¶ Damnum præſtare, id eſt ſarcire detrimentum, l. ſi hereditatem aliter aditurus non eſſem, quam cautum mihi fuiſſet damnum præſtari.ff.mandati.lege, cum in plures.§. ſeruum.loca.

Petere damnum.

¶ Damnum petere intelligitur,id eſt petere ſarciri ſibi damnum.l.de illo.in fi.ff.pro ſocio.ibi,ſi damnum petit.Nec enim quis petit, vt ſibi damnum inferatur, ſed vt datum, & illatum ſarciatur,reſtituatur,quod ademptum mihi,diminutúmve eſt.

Damnoſus, a, um.

¶ Damnoſum,quod damnum infert,l.Imperatores.ibi,quod ſi damnoſæ ſint conditiones reipublicæ,obſeruari non debere Papinianus ait.ff.de pollicitat. Damnoſus ſocius, l.ſi conuenerit.in fi.ff.pro ſocio.ibi,quid ſi tam iniurioſus, & damnoſus ſocius ſit, vt non expediat eum pati? Damnoſa hereditas,l.ſi hereditatem.ff.manda.ibi, interdum damnoſa,&c: Damnoſa nouatio,l.patri.§.ſi minor.ff. de minorib.ibi, ſi damnoſam ſibi nouationem fecerit. Damnoſa res,l.& ancillarum. §. ſi quis cum ſeruo.ff.de pecul. Damnoſa mora poſterior,l.illud.ff.de pericu.& commodo rei vendi. Damnoſa negligentia, l.rem hereditariam.in fin.ff.de curãtio.

Indẽnis, & fideiuſſor indemnitatis.

¶ Indemnis,id eſt ſine damno,l.de illo.ibi,an vero indemnes eos præſtare debeat.ff.pro ſocio.Inde fideiuſſor indemnitatis, qui aliquem indemnem reddere promiſit: & is non conuenitur niſi principali excuſſo,l.1.C.de conuenien.fiſci debito.lib.10.plene Hippolytus in rub.de fideiuſſo.q.44.

¶ Commodum cum damno compenſari, in l.de illo.§.1.ff.pro ſocio: & ſicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis reſpicit,ita damnum quoque debet ad eundem reſpicere, l.2.§.ſicuti.ff.de heredit.vendita.

¶ Iniquiſsimum eſt genus ſocietatis, ex qua quis damnum, non etiam lucrum expectet.l.ſi non fuerint.in fin.ff.pro ſocio.l.ſecundum naturam.de regu.iur.

¶ Lucrum non intelligitur,niſi omni damno deducto,l.Mutius.ff.pro ſocio:& de damno loquitur l.aliud eſt capere.& l.cum prætor.& l.quæreret.in fin. infra eo.ne plura.

Idoneus quot modis dicatur, & phraſes.

¶ *Idoneus.* Idoneus homo dicitur duobus modis,ſicut probroſus.Primò natura,quando eſt bonis moribus præditus:vnde magiſtratum oportet creandorum mores tutorum inueſtigare.neque enim facultates, neque dignitas eſt ita ſufficiens ad fidem, vt bona electio,& benigni mores.Modeſtin in l.ſcire.§.penult.ff.de tuto.& curat.dat.ab his. Et ſuſpectum eum putamus, qui moribus talis eſt, vt ſuſpectus ſit: enimuero tutor vel curator quamuis pauper ſit,fidelis tamen,& diligens,remouendus non eſt,quaſi ſuſpectus.§.fina. Inſtit.de ſuſpect.tuto.& Imper.Conſtant.ait in l.1.C.de offic.mag.offic.ſic:Idoneus, probitate morum,ac bonis artibus præditus.

¶ Secundò idoneus dicitur more ciuitatis,& de iure ciuili,& hoc multis modis.Primo

tutor

tutor dicitur idoneus facultatibus,quando eſt locuples, & ſoluendo, l. cum ex pluribus tutoribus vnus,quod cæteri non ſunt idonei,conuenitur.ff. de quibus rebus ad eundem iudic.eatur,Interdum quis dicitur vtroque modo idoneus,ſi materia hoc expoſcat,videlicet & moribus & facultatibus,vt in §.interdũ autẽ & pupilli curatores accipiunt, vtputa ſi legitimus tutor non ſit idoneus.Inſtit.de curat.& in l.1.§.item ſolet non idoneus tutor. ff.de offi.præſe.vrbi.l.quoties.§.quod ſi dies.ibi, ſi idoneus tutor fuerit.ff.de admi.tut.l.2. §.ſed & ſi filius.ad munici.ibi,ſed & ſi filius tutores dare nõ curauerit, vel minus idoneos elegerit,nec ſatis exegerit,vel non idoneum acceperit,ipſe quidem quin ſit obſtrictus,nul la dubitatio eſt.l.diuus.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.

Idoneus pro locuplete.

¶ Idonei homines,id eſt locupletes,qui ſoluẽdo ſunt;l.diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt,pecuniam relictam ad alimenta puerorum, legi Falcidiæ ſubiectam eſſe, & vt idoneis hominibus collocetur pecunia.ff.ad legem Falcid.l.fina.ibi, itaq; in æde ſacra interim deponendæ ſunt,aut apud virum idoneum.ff.de tabul.exhibend.

¶ Ideo ſi à iure ciuili dicatur idoneus,debet intelligi pro materia,ſed regulariter de idoneo facultatibus,quia de moribus vltima fit quæſtio,vt dicit Iuuenal. & ſic intelligit Iuriſconſult.in l.2.§.idoneus.ff.ad ſenatuſconſult.Tertullia. vbi ſic ſcribitur:idoneos autem vtrum facultatibus,an moribus eos petere debeat,dubitationis eſſe poteſt. Puto autem facile ei ignoſci,ſi locupletes ſunt hi,quos petiit,l.aufertur.ibi,ſane pro nõ idoneis,qui ſunt idonei,conueniantur.ff.de iure fiſci.l.ſi pupilli.ibi,nam ſi vterque idoneus eſt, electio locum non habet.ff.de adminiſtratione tutor.Et quamuis Bar.in dicto §.idoneos.& gloſ.in l.paupertas.ff.de excuſat.tuto.intelligant illum tex.dicentes,imparem oneri adiuncto ratione paupertatis excuſandum,ſi non habeat tantum in bonis,quantum pupillus,quia eſt impar ſecundũ eos:non tamen id probo,quia dicitur impar oneri adiuncto, quãdo onus adiunctum ex aliqua cauſa complere non poteſt,vtpote quia eſt pauper, & vitam ſibi pro priis manibus quærere habet,& in diem viuere,ob id non poteſt ſufficere ſibi & pupillo, & ſic dicitur impar oneri adiuncto. Nec requiritur,quod tutor tantum habeat in ſuo patrimonio,quantum pupillus,vt vidi in forenſi iudicio ſeruari:nempe non eſt veriſimile, quod tutor omnia pupilli bona deglutiat:ſed ſi aliqua, bona ſua reſpondere pro conſumptis poterunt.

Tutor an tam locuples quam pupillus eſſe debeat.

Impar oneri quãdo tutor dicatur.

Praxis.

¶ Dicet quis,quo ad iſtum text.quomodo eſt idoneus damnatus tutelæ, cum ſit infamis?lege prima,ff.de his qui notantur infamia. & ſi ſit idoneus, quomodo damnari poteſt? vt in ſimili arguit textus in capitul.ſepties.de pœnitentia,diſtinctione prima.Reſpondeo, idoneus natura eſſe dicitur tutelæ damnatus ,quia natura probrum non commiſit, vtpote adulterium,vel furtum,ſed non eſt idoneus ciuiliter.Idoneus enim natura eſt,qui probrum natura turpe non admiſit: ergo hic dicitur idoneus natura,quamuis iure ciuili non ſit idoneus.

Damnatus tutelæ quomodo ſit idoneus.

¶ Adnotandum eſt,quod idoneus multis ſumitur modis, vt multæ ſunt eius phraſes: Debitor enim idoneus eſt,qui ſolidum ſoluere poteſt,l.patri.§.ſi minor.ibi, & hoc intelligimus,ſi damnoſam ſibi nouationem fecerit,forte ſi ab idoneo debitore ad inopem nouandi cauſa tranſtulerit obligationem.ff.de minor.l.ſi quis vxori.§.idem eſt.in verſ.nanq; hic nihil amplius quam idoneũ debitorẽ ſe affirmat.de furt.& inops per contrariũ dicitur.

Idoneus debitor, & promiſſor, & phraſes.

¶ Idoneus promiſſor videtur cum ſatiſdatione, alias non.l.in eo quod plus. §.1.ff.de regu.iur.§.1.Inſtit.de ſatiſdat.

Paries idoneus.

¶ Paries idoneus dicitur, quando ſatis aptus eſt oneribus ferendis, & ſi vtrarunq; ædiũ onera,quæ modo iure imponantur,ſuſtinere poſsit,l.in parietis.cum l.ſeq.ff.de dam.infecto,vbi hoc expreſsius ſcribitur.facit l.harum.ſi ſeruitus vindice. & qui idoneũ parietem ſuſtulit,damni iniuria domino eius tenetur, l.ſcientiam.in fine.ff.ad legem Aquiliam.

Hereditas idonea.

¶ Hereditas idonea vocatur,quæ debita ſoluere,& creditoribus ſatisfacere poteſt,l.fin. ff.de dolo.ibi,is qui decipit aliquem,vt hereditatem non idoneam adiret, de dolo tenebitur. Et ſi creditores hereditarij ſeparationem bonorum impetrauerint, & inueniatur non idonea hereditas,heres autem idoneus,non poterunt reuerti ad heredem.l. ſi creditores. ff.de ſepar.bon.

Heres idoneus.

¶ Heres idoneus, locuples, in l.ſi creditores. ibi, heres autem idoneus. ff. de ſeparatio. bonor.lege, plane.§.quandiu is qui à minore rem accepit, aut heres eius idoneus ſit. de minoribus.ff.

Bona idonea.

¶ Bona idonea dicuntur,quæ ſunt ad ſoluendum creditoribus ſufficientia, l. 1. §. item ſciendum.1.ff.de ſeparationibus.ibi,ſi cum eſſent bona idonea heredis.

Nomina idonea.

¶ Nomina idonea dicuntur,à quibus id quod debetur exigi poteſt, l. Caius.ibi, etiam ſi nomina idonea ſint.ff.de vſuris,l.tutor ſiue curator nomina, quæ iuſte putat non eſſe idonea.& l.tutores.in princi.ff.de admini.tut.l.tutor.§.denique. ibi, quod parum idonea nomina deberentur.ff.ad Velleia.l.creditor.in princip.ff.de ſolutio.ibi, item pupillaris pecunia,vt poſsit idoneis creditoribus credi,ſeruata eſt,&c.lege, liberto.§. Lucius,ibi, elegit idonea

idonea nomina.ff.de annuis legat.ſcripſi in l.nominis.ſupra eo. Et bonum nomen vtilis debitor dicitur,in l.1.in fin.princip.ff.ad Macedo.ibi, vt ſcirent, qui peſsimo exemplo fœnerarent,nullius poſſe filiifamil.bonum nomen expectata patris ſui morte fieri. ſcripſi in l.ſubſignatum.§.bona.ſupra eodem:& in illius legis interpreta.dixi aliter etiam accipi.

Bonum nomẽ.

¶ Idoneum pignus, quod ſaltem rei debitæ æquipollet, l. creditor, qui non idoneum pignus accepit.ff.ſi certum petat.l.ſi pro mutua.C.eod.

Idoneũ pignus.

¶ Satiſdatio idonea dicitur cum fideiuſſoribus,vel pignoribus,l.1.§.ſi pecuniam. 2. ibi, ſed & ſi res ſint, quæ diuidi non poſsint, omnes debebit tradere ſatiſdatione idonea à petitore ei præſtanda.ff.depoſi.l.1.qui ſatiſdare cogant.ſcripſi in lege,ſatiſdationis.infra eo.

Satiſdatio idonea.

¶ Idonea cautio vel fideiuſsio,idem.l.4.§.adiici.ff.de fideicommiſſ.liberta. ibi, ergo cauendum eſt idonee.Quid eſt idonee?ſatiſdatione vti,aut pignoribus datis.facit l.prior.§. 1.ibi,idonea cautione.de adminiſtratio.rerum,ad ciuita.pertinent.l.Imperator.ff.de pact.l. quicunque.1.vbi Rebuffus,C.de omni agro deſerto.lib.11.l.vniuerſa.C. de precib.Imper. offeren.idem ſi dicatur bona,aut ſufficiẽs cautio , vt abunde ſcripſi in tractatu de ſentent. executor.articul.1.in gloſſ.16. *bonne & ſuffiſante caution.*in primo tomo commentarior. ad conſtit.Reg.Idonea etiam cautio dicitur,quãdo debitum ab ea exigi poteſt, l.Imperator. ibi,alioqui ſi perſona aut cautio ſit idonea,vel ſoluendo fuerit.ff.ad municipa.

Idonea cautio.

¶ Procurator idoneus cenſetur ad matrimonium,quando habet ſpeciale mandatum illud contrahendi,cap.procurator.de procurato.in 6.& alias non dicitur idoneus,etiam in illis caſibus in quibus requiritur ſpeciale mandatum,quos ſcripſi in titu.de elect.derogat. in fin.in concord.Et ſic dicitur idoneus reſpectu conſtituentis, quando ab illo data eſt ei poteſtas ſufficiens,qui dare potuit.

Procurator idoneus.

¶ Secundò dicitur idoneus reſpectu conſtituti, vt ſit is, qui velit & poſsit negotium, cui præpoſitus eſt,exercere,vt loquitur Papa in cap.fina.ibi,dimiſsis procuratoribus idoneis eccleſ.veſtris.de voto.

¶ Tertiò ex facilitate conueniendi,l.2.vbi Bar.& alij,qui ſatiſda.cog.ff.

¶ Quartò ex legalitate & fide dicitur quis idoneus:tex.not.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in fin.ff.de verbo.oblig.ibi,niſi quod plerunq; idonei non tam patrimonio, quam fide quoque æſtimarentur.l.qui non tam idoneum.ff.commoda.iuncta gloſſ.ibi,& gloſſa penult.in c.1.de iudic.in 6.

¶ Idoneus fideiuſſor dicitur locuples,& qui ſufficiens eſt ad ſoluendum totum debitum,l.reſcripto.§.plane.ibi,fideiuſſoribus idoneis caueat.ff.de munerib.l.3.§.plane.ſi non idoneum fideiuſſorem dederit, magis eſt vt ſatisfactum ſit, quia qui admiſit eum fideiubentem,idoneum eſſe comprobauit.ff.de fideiuſſor. nam ſibi imputent, cur fideiuſſores minus idoneos acceperint,l.1.§.item quæritur.de ſeparatio.& l.penul.ff.de pericu. & commodo rei venditæ.ibi,niſi fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis nomine offerantur.Poſſem allegare l.generaliter.1.C.de epiſco.& cleric.ſed quia magis iura Digeſt. interpretamur,iuribus fulciemus Digeſtorum hoc noſtrum opus.in titulo Cod.iura Codicis interpretabimur,ſi per ætatem nobis liceat.

Idoneus fideiuſſor.

¶ Actor idoneus dicitur,vt de procuratore idoneo ſtatim diximus, l. cum alicui. ff. de nego.geſt.vbi plene probatur,nec refero verba:& debet eſſe idoneus pro rei qualitate, l. ſi verò.§.final.& lege,ſi fideiuſſor.ff.qui ſatiſdare cogan.l.licitatio.in princip.& §. debitores. de publica.

Actor idoneus.

¶ Teſtis idoneus dicitur,cui exceptio opponi non poteſt,nec à teſtimonio ferendo repelli,l.idonei.l.teſtis.cum l.ſeq.ff.de teſtib.cap.1.illo titu. Dicitur etiam teſtis omni exceptione maior, cui nihil opponi poteſt, nec vlla obiici exceptio , & ſic ſuperat omnes exceptiones,ideo illis dicitur maior.glo.ſing.in cap.1.de conſang.& affinit.& in §.item verborum.de inutil.ſtipula.in Inſtitu. Idoneus etiam dicitur,qui eſt ſufficiens officio, cui præficitur.l.Imperator.de iuramento calum.C.

Teſtis idoneus quis dicatur.

¶ Idonea cauſa pro legitima,in l.4.§.fina.ibi, ſi idoneas cauſas allegare poſsit.ff.de adultẽriis.& in l.ſi cum exceptione.§.poſt annum.ibi, idonea cauſa eſſe debet. ff. quod metus cauſa.& dicitur à Iuriſconſulto iuſta,in l.ſi plures.ff.de accuſatio.& de hoc ſcripſi in l. iuſta.infra eo.& in l.1.in fin.ſi pars hered.peta.

Idonea cauſa.

¶ Idoneus accuſator,cui non obſtat ætas,vel alia iuſta exceptio,l.ſi maritus. 2.§.lex Iulia. ff.de adulter.ibi,nec enim viſus eſt idoneus accuſator,qui nondum robuſtæ ætatis eſt.

Idoneus accuſator.

¶ Idoneus defenſor non eſt,cui & fideiuſſori eius per in integrum reſtitutionem ſuccurritur,l.minor.ff.de procura. Neque fœmina,neque miles,neque qui reipub.cauſa abfuturus eſt,aut morbo perpetuo tenetur,aut magiſtratũ initurus eſt,aut inuitus iudicium pati non poteſt,idoneus defenſor intelligitur.l. neq; fœmina. ibid .& nemo alienæ rei ex promiſſor idoneus videtur,niſi cum ſatiſdatione,l.in eo.§.nemo.infra titulo proximo.

Idoneus defenſor.

¶ Iuriſconſultus etiam aliquando ſimul vocat idoneos,& ſufficientes, in l. reſcripto.§. 1.ff.de muner.& honor.

¶ Idoneus

Fundus idoneus. Venditor idoneus.

¶ Idoneus fundus,quo ali quis posit,l.mutus.ff.de iure dot.ibi,manente matrimonio non perdituræ vxori ob has causas dos reddi potest, vt se suósq; alat, vt fundũ idoneum emat:videlicet ad prædicta fundus idoneus esse debet. Idoneus venditor, qui soluendo est,l.ab executore.§.quid enim si venditor, qui appellare noluit,idoneus non est.ff.de appel. Vnde si lege municipali caueatur,vt præferãtur in honoribus certæ cõditionis homines,sciendum est hoc esse obseruandum,si idonei sint.l.vt gradatim.ff.de mune. & hono. & si eo tempore quo quis nominatus est,idoneus fuerit,postea lapsus facultatibus, procurator nihil præstare debet,l.2.§.si eo tempore.ff.de administra.rer. ad ciuitat.pert.l. final.§. penult.illo titu.

Ad beneficia idonei.

¶ De iure canonico beneficia sunt idoneis personis conferenda, cap.graue.de præben. Idoneus dicitur quo ad beneficia,moribus,ætate,& scientia præditus,ca.cum in cunctis. de electio.scripsi in præfatio.ad rubr.de collatio.in concorda. & in §.præfatíque ordinarij. in verbo idoneis,de collatio.ibid.& in praxi mea benefic.in 1.acquirendi beneficia parte.

Idoneum iusiurandum.

¶ Idoneum iusiurandum dicitur omne licitum,per quod voluit quis sibi iurari, l. non erit.§.1.ff.de iureiur.& hæc idoneè tractasse nunc sufficiat. Videte in l.2.ff.de popula. actio. verbum idoneior,& quibus præsumitur idoneus quo ad mores,l.cum quidã.2.ff.de lega. 2.glo.in c.si forte.de elect.in 6.doct.in l.sciendum.ff.de verbo.obliga.

Incidere quid significet, & phrases eius.

¶ *Incidere.* Incidere ex in & cadere fit,& fato quodam & casu cadere significat,& fortuito,& quasi ex improuiso,vt Grammatici dicunt:alij in text.legunt incurrere, & idem est sensus,sed communis lectio habet incidere,& incurrere significat.

¶ Incidit in valetudinem eam,vt ciuilia officia subire non possit,planum est, l.penulti. ff.de vacatio.mune.& l.penult.de rei vindic.ibi,si non prius is homo in eam valetudinem inciderit:pro incurrerit,id est ægrotus factus fuerit.facit l.& si qua.ff.de arbit.

¶ Incidit in laqueos,l.quemadmodum.ff.ad legem Aquil.ibi,& pecus vicini in eos laqueos incidisset.& ibid.idémque Labeo & Proculus circa piscatorum retia,in quæ nauis piscatorum inciderit,æstimarunt,&c.

Incidere in captionem.

¶ Incidere in captionem, l.1.ibi, prætor hominibus circunscriptis subuenit, siue metu, siue calliditate,siue ætate, siue absentia inciderint in captionem,id est decepti sint. ff. de in integrũ restitut. Incidit in eam causam,quæ ex edicto perpetuo infamiæ causa numeratur,l.penult.§.minuitur.ff.de variis cognitionib. & pro cecidit,seu casu venit,capitur ibi.

¶ Non quidem prouires incidit,id est non de re temporali,quę casu contigit,& transit, sed de rebus perpetuis,l.si quis id quod iurisdictionis perpetuæ causa, non quidem prouires incidit.ff.de iurisdict.omnium iud.l.verum.ibi, ita etiam ex facto cum incidisset dixi. ff.de furt.id est cum contigisset,cum casus(vt dicunt)occurrisset,l.2.de reb.eor.

Incidit in pœnam.

¶ Illi debet permitti pœnam petere,qui in ipsam non incidit, id est qui ad pœnam non tenetur,& non est in pœnam lapsus,is eam petere potest.l.cum per delictum.§.fin.ff.de regulis iur.l.communis libertus.de in ius voc.l.impuberem. §.adimendæ.de fals. facit l.cum pater.§.cum libertis.vbi Bar.de lega.2.

Incidere in legem, edictum, senatusconsult.

¶ Incidit in legem,qui contra legem,vel in ea dispositia facit, l.isti quidem in legem Iuliam incidunt,quicquid pro comperto stupro acceperunt.& lege, sed & partus.in fin.ibi, quamuis negari non possit eum in legem Iuliam videri incidisse, & ius crediti amisisse.ff. quod metus causa. Incidit in edictum,idem,l.3.§. hæc pœna aduersus omnem statuitur, qui in edictum incidit.ff.quod quisque iuris.l.vbi.de edendo.ibi,is autem, qui in hoc edictum inciderit,hoc præstat,quod interfuerit mea.l.3.de incend.ruina,& naufra. In senatusconsultum incidit, idem, l.impuberem. §. qui codicillos ante testamentum factos, in quibus legatum adscriptum erat,confirmat,in senatusconf.incidit.

Incidere in tẽpestatem, in latrones.

¶ Incidit in tempestatem,vel in vim fluminis, id est orta est, & superuenit ei tempestas, contigit ex improuiso,l.2.§.si quis tamen. ff.si quis cautionib. ibi, si quis tamen cum posset non incidere in tempestatem,id est tempestatem fugere & euitare.Incidit in latrones.l. cum duobus.§.quidam.pro socio. Cum coherede non contraho,sed incido in eum,id est quodam casu improuiso accidit,vt ego cum ipso sim heres institutus,& in eum incidi potius quam contraxi,quia facto testatoris euenit,vt cum eo sim heres, l. heredes. §. non tantum.ff.famil.erciscun.

Incidere in cõmunionem.

Incidimus in communionem in re duobus legata;l.vt sit.pro socio.ff.quia nos ipsi non cõtraximus,sed ob rem legatam communio facta est inter nos.

Incidere pro interuenire.

Contractus minoris quando incidit in tempus,quo maior effectus est,l.3.§.1.ff.de minor. & l.Acmilius.ibidem,vbi exposui. Incidere,pro interuenire,lege,cum hi. §.causa. ff. de transactio.ibi,aut si qua alia causa fuit, vt plures solent incidere.l.penult.in fin.ibi,quod si postea iusta causa incidat.ff.de vaca.muner.id est interim veniat, incurrat. Incidit controuersia,l.item eorum.§.sed si ita.ff.quod cuiusque vniuersit.no.ibi,sed si ita decreuerint, vt quæcunque incidisset controuersia,eius petendæ negotium Titius haberet.

Incidit in commissum.

Incidit in commissum,id est cadit,vel res confiscata est, l.si ex causa. ff.de minor. §. si in commissum incidisse vectigalis dicantur,erit in integrũ restitutio.

Si quid aduersariũ inciderit.

Si quid aduersariũ inciderit, pro accid

pro acciderit,l.habitatores.in princip.ff.loca.ibi,ea enim conditione habitatorem esse, vt si quid aduersarium incidisset.vbi glossa exponit pro casu fortuito, vel alio casu emergenti.Ego verò dicerem,si quid aduersus locationem contigisset, ob hoc non aget conductor,si modicum fuerit id,quod accidit.

Incidens.

¶ Incidens,id quod contingit,& venit,& durante processu maxime.de quo & de emergenti scripsi in interpreta.l.quod iussit.in gloss.mag.ff.de re iudica. post glo.& docto.in c. tuam.de ordine cognitio.& in l.1.C.de ordi.iudicio.

Incidere ex in & cædo compositum.

¶ Incidere interdum componitur ex in & cædere,& significat frangere,secare,cædere.l. fina.ibi,& qui syluam incidunt,& qui arbores cędunt,ac torrent.1.ff.de iure immu.Scripsi in l.sylua.supra eod.Ista sunt,quæ victum hominibus præbent:videamus quid victus nomine contineatur.

IDEM LIB. QVINQVAGESIMOOCTAVO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMATERTIA.

Verbo victus continentur, quæ esui, potui, cultuíque corporis,quæque ad viuendum homini necessaria sunt, &c. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.

Summarium, & text.declaratio.

¶ Quinque docet hæc lex venire victus nomine:primò illa quæ eduntur, vt panis, caro,& alia,ibi, esui:secundò necessaria ad potum,vt vinum, ceruisia, & alia potionis genera, ibi, potuíque:tertiò necessaria ad cultum & ornatum corporis, vt pileus, indusia,& alia ad id pertinentia,ibi,cultuíque : quartò omnia alia ad viuendum homini necessaria victus nomine continentur : quintò vestem vice victus fungi, & loco victus haberi Labeo ait.Et hoc sit summarij loco.

Victus.

¶ Inde dicimus, quod si debeatur victus alicui, tunc debentur ei ad edendum, & bibendum necessaria, & ad corporis cultum, & curam, vtpote ignis, candelæ, & quicquid adhiberi potest ad corporis curam præter cibum potest cultus vocari, & alia necessaria ad viuendum venient, vt vestimenta:& licet victus adiectiuum dicatur superatus, à verbo vinco,vt in l.ab executore.§.1.ff.de appella.& l.si qua pœna.vbi scribam, infra eod.tamen hic dicitur victus à viuo.facit l.in lege Censoria.infra eo.

Esus prius quàm potus dari solet.

¶ *Esui,* id est ad edendum, & sic ponit prius necessaria ad edendum, quam ad bibendum : & prius messes sunt, quam vindemiæ : qui ordo cum sit naturæ, argumento est, vt prius paranda sit seruis esca,quam potus.aqua enim commune poculum vix deest, sed esca plerunque.Licet Galli in diuersoriis & hospitiis magis bonum vinum, quam panem quærant: panis enim ibi vix deficere eis solet.prius tamen est curandum de esca, quam de potu,& prius edendum,quam bibendum.

Esculentum.

¶ Inde esculentum,quod edi solet,l.plebiscito continetur, ne quis præsidum munus, domúmve caperet, nisi esculentum, poculentúmve, quod intra dies proximos prodigatur.ff.de officio proconsulis, id est consumatur, siue consumi possit: vt dicit Papa in cap. statutum.§.insuper.de reseriptis.in sexto.scripsi in tract.de salar. taxatis pro visita. processus.in tertio tomo commenta.in constit.Reg. Gallicas.

Edilis, & edulis.

¶ Edilis,pertinens ad esum:& edulis,quicquid edimus,vel ad prandium,vel ad cœnam nobis comparatur.Valla in Raudens.& diuersum est id ab ædili, qui magistratus est,& dicitur ab ædibus,vt declarauí in l.boues.§.inter. infra eo.

Edacitas.

¶ Edacitas,ingluuies,consumptio,& voracitas.l.excepta edaci locustarum pernicie.C. loca.& edax vorator dicitur,& qui se ingurgitat. Inde penus esculenta, id est ad edendum parata,l.3.§.plane.ff.de penu legata.ea autem quæ vini loco paterfa. habuit,poculenta vocantur.ibidem.§.poculenta.

Potus. Poculentum.

¶ *Potui,* id est potioni,vel ad potandum, & his verbis vtitur l.3.ff.de penu lega.ibi,penu legata contineri,quæ esui, potuíque sunt. Inde poculentum,quod solet potari:& iudex à partibus non debet recipere nisi esculenta & poculenta,dicta lege,plebiscito. ff. de offic. proconsul.& lega.

Potoria vasa, & argentum potorium.

¶ Potoria vasa,quibus potamus:& potorium argentum,in quo bibi potest, vel est præparatum ad bibendum.l.in argento.ff.de auro & argen.legato.

Ad potus æquales bibere.

¶ Ad potus æquales bibere est,quod Gallice dicimus,*boire d'autant.* vnde prohibet Papa ne ad bibendum quispiam incitetur,& illum abusum damnat,quo ad potus æquales suo modo se obligant potatores:& illo iudicio talis plus laudatur,qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit,cap.à crapula.de vita & honesta.clerico. quod est valde pernicioſum,& damnandũ:& tales sunt deteriores,& magis animales,quam pecora, quæ non cogunt alia ad bibendum,nec vltra quam deceat assumunt.

Cultus nomine quid significetur.

¶ *Cultuique corporis,* id est,ornatui,seu ornamento corporis, & sic omnia quæ ad orna-

mentum corporis accedunt,hoc verbo continentur:& à colere verbo cultus ducitur.

Colere varie accipitur.

¶ Colere autem multis modis accipitur, vt colere Deum pro venerari, adorare. inde cultus Dei non debet diminui, cap.ex parte.de constitutio. & super his solet prouideri, vt dixi in tracta.de senten.præiudicial.seu prouisionalib. in præfatio. in primo tomo commenta.in constit.Reg.

¶ Colere agrum, est laborare arando, vel fodiendo,vel alio modo, l. 1. §.de eo.vers.sed & si quis arare.ibi,licet colendi agri causa videatur feciſſe. ff. de aqua pluuia. lege, hactenus.in fi.ff.de vsufructu.l.in lege censoria.infra eo. Et quid debeatur, si colere quis agrum promiserit,declarat Iurisconſ.in l.cum quæreretur.§.fina.ff.de lega.3.& Decius consi.420. quæritur.colum.2.

Colere iustitiã.

¶ Colere iustitiam,est æquum & bonum profiteri, l.1.ff. de iustitia & iure.ibi, iustitiam nanque colimus,boni & æqui notitiam profitemur.

Cultura.

¶ Cultura,ipse cultus,l.quotiens.§.si colono.ibi,quas in culturam fecerat.ff.de vsufru. §.si quis à non domino.de rerum diuisio.in Institut.ibi,naturali ratione placuit fructus, quos percepit, eius esse,pro cultura & cura.& sicut diligenti cultura pretia prædiorũ ampliantur,ita si negligentius habita sint,minui ea necesse est.l.3.§.diui.ff.de iure fisci.

¶ De colonia & colonis dicam infra in l.pupillus.§.decuriones.

Vtilitates tex.

¶ Colligite ex hoc text.ibi,necessaria,quod is qui tenetur ad victum,tenetur ad necessaria esui:ergo ad scriblitas, & farcimina, & ad voluptaria nõ est adstrictus, quia nõ sunt necessaria nisi in festis doctoratus,& aliis festis. Itẽ ad necessaria ad potũ tenetur:igitur ad nectar dandũ non adstringitur,nisi in festis,vt dixi:quia nõ est necessariũ, postquã habemus vinum. idem in aliis necessariis ad cultum:sed quæ sunt illa necessaria? Respondeo, pileus est necessarius,tam nocturnus,quam diurnus,thorax, indusium, tunica, & alia vestis statui personæ necessaria,tibialia,& calcei,chirothecæ quibusdam sunt necessariæ,crepidę autem sic in regione frigida:tamen pro qualitate personæ etiam chirothecæ debentur, vt inferius dicetur,& secundum consuetudinem regionis.Ideo ista duo inspici debent,& personæ qualitas,& regionis consuetudo.

Quæ sunt necessaria ad cultum.

¶ Ex his sumite vtilitates sequentes.Prima est quod regulariter appellatione victus,*de la vie*,seu *du viure*,venit & vestitus,& alia ad viuendum necessaria:vnde qui est obligatus ad victum, *à donner la vie*, vestitum etiam dabit,per istum text.& gloss.in l.fina.ff. de aliment. & ciba.lega.Sic consuluit Romanus consilio 146.ista.columna prima,& Bertrand.consil. 159.viso publico,in fin.volum.1.secundum nouam editionem. Item continetur habitatio,l.legatis alimentis vestitus, & habitatio debebitur:quia sine his ali corpus non potest. ff.de alimen.& ciba lega.& sic ab ecclesia patrono ad inopiam redacto ista debentur, cap. nobis.de iure patrona.gloss.in cap.quicunque.2.in 16.q.7.plene Paulus de Citad. in tract. iuris patro.in sexta parte,artic.4. Idem venit sub verbo viuere, *ie donneray à viure*, l.quos nos.§.fina.infra eodem,vnde tex.cibum,potum,vestitum & lectum in victu connumerat, in l.1.§.mulier.ff.de vent.in possessio.mitten. Victualium tamen nomine non venit vestis, l.præsenti.in fin.princip.C.de his qui ad eccles.confug.De vita vide in cap. conquerente. de cleric.non resid.& per Bal.in rub.de vita & honesta.clerit.

Habitatio victus nomine continetur.

Victualiũ nomine quid contineatur.

Promittẽs dare impendia famulo, ad quid teneatur.

¶ Secundò si quis promitteret alicui famulo, vel alteri impensas dare, vel impendia, vt vulgo dicimus,*les despens*,tunc promittens omnia impendere tenetur,quæ illi sunt necessaria ad victum,ca.statutum,§.insuper.de rescript.in 6.l.de bonis.§.non solum.ff.de Carbo. edicto.l.diuortio.§.impendia.ff.solut.matrimo. Nam vulgus Franciæ *les despens* pro victu habet,quando ad operarium se refert:sed de iure veniunt ea,quæ cibum & potum respiciunt.doct.in cap.si episcopus.de officio ordina.in sexto,& Cepol.hic, col.1.secus quando respiciunt id,quod est iam impensum.

Appellatione sustentationis quid veniat.

¶ Tertiò appellatione sustentationis venit victus & vestitus,vt si quis dicat,*ie le promets entretenir en la maison*,cap.omnino.& ibi Cardi.& Alex.31.distin.l.si cum dotẽ. §. finautem in sæuissimo.ff.solu.matr.ibi,necessitas marito imponatur omnẽ talem mulieris sustentationem sufferre,& alimenta præstare,& medicinæ eius succurrere, & nihil prætermittere, quod maritũ vxori adferre decet secundũ dotis quantitatem.l.heres.ibi,nisi alia esset suffi ciens substãtia furioso,ex qua sustentari potest.ff.de pet.here.l.mutus.in fi.ibi, sororémve sustineat,id est alat.de iur.dot. nisi sustentationis qualitas exprimatur, vt cũ pane doloris & aqua angustiæ sustẽtetur,in c.nouimus.in fi.co.tit.de cõdẽnato ad perpetuos carceres.

Sustinere victum.

¶ Sustinere victum dicit Iurisconsult.pro viuere, victitare,l.rescripto.§.r.ff.de munerib. & honorib.ibi,sed & vix de suo victum sustinere possint.

Alimentorum nomine quid veniat.

¶ Quartò idem venit appellatione alimentorũ,quod victus.l.legatis.& l.fin.& per totũ. ff.de alim.& cib.leg.l.fi.§.camelesia.ibi, nam ratione habita & alimentorũ & camelorũ. de mun.& ho.Et Galli vocant,*les alimens & nourriture*,*& aliments*,*& nourrir*:inde si quis receperit ex alimẽtaria causa pecuniã,id est ex pecunia publica pertinẽte ad alimẽta,vel destinata ad alimẽta,& in vsum suũ cõuerterit, lege de residuis tenetur.l.4.§.lege Iul.ff. de resi.

¶ Quintò

Alimoniæ appellatione quid veniat.

¶ Quintò alimoniæ appellatione,vulgo *nourriture*,ad victum omnia necessaria denotantur,ca.2.vbi Dec.in 2.notab. de præbend.c.hæc huius.c.ecclesiarum seruos.& cap.aurum. 12.q.2.& Iurisconsult.ait,Nutrices ob alimoniam infantium apud præsides,quod debetur,petunt.l.1.§.ad nutricia.de var.cognit.ff.l.mutus.ibi,in insulam relegato parenti præstet alimoniam.de iure dotium.

Nutriendi verbo quid comprehendatur.

¶ Sextò idem putarem in verbo nutrire, siue nutrimentum. vtriusque enim nomine, *nourrir*,*ou nourriture* continetur,lege penultima,ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris. licet glossa tradat ibi differentiam inter ali & nutriri: nam ali est maiorum, nutriri est paruulorum.facit textus in capitulo,ad hæc.de Iudæ.lex,is qui natus est.infra eodem. Inde nutrix,quæ infantes alit,l.alumnos.ff.de manumiſ.vindicta.tamen ista differentia tollitur per rubricam ff.de liberis agnoscend.& alend.vbi tam maiores quam minores alendi sunt, & nutriendi.Etiam partus dicitur ali,lege prima,& secunda.C.de infant.expositis.& lege prima,§.primo.ibi,alatur & educetur.ff.vbi pupill.educar.debeat. Et sic passim iura his vtuntur duobus vocabulis,siue in maioribus siue in minoribus: & in dicta lege secunda,C.de infant. exposit. sic dicitur: vnusquisque sobolem suam nutriat, siue sit parua, siue sit magna, eam nutrire debet. Ideo nutrire & ali æquiparantur in lege, Fulcinius. in principio. ff. quibus ex causis in possessionem eatur: vbi Fulcinius existimat creditores rei seruandæ causa in possessionem missos, ex his rebus ali non debere. Quæro quando ignoratur pater, quis expositos alere teneatur? videte Iacobi. in lege, heres. §. primo, in fine.ff.de iudic.vbi dicit pertinere ad episcopum, seu ad rectorem, vel curatum parœciæ, vel ad abbatem, quando in abbatia inuenit expositos, & aliàs nutriuntur secundum consuetudinem regionum, in quibus exponuntur. doctores in lege prima,& per totum. C.de infanti.expositis,& in decretalib.in capitul.vno de infantibus languid. & expositis: sed quibusdam episcopis vix sufficiunt bona ad alendum familiam suam, & suos canes,& aues,licet episcopatus præbeat eis plures mille libras:quæ malum tanta voracitas?

Improbatur differẽtia gloss. inter nutrire & alere.

Exposiri à quibus alendi.

¶ Septimò idem si quis teneatur educare,vt in dicta lege penultima,& in rubric.ff.& C. vbi pupill.educari debeat. In qua rubrica dicitur educari, in legibus vero ali.ideo victus, alimenta, & educatio exæquanda sunt, & parum admodum inter se differunt, vt constat in l.fina.de alimentis & ciba.lega.ff.l.3.§.item si quis.de libe.exhiben.l.semper.§. & si non. de iure immunitatis.

De verbo educare.

¶ Et sic vtuntur Notarij Galliæ, *tel N. à promis donner la vie*, id est victum, siue, *luy a promis donner à viure*,*ou promis nourrir*, id est nutrire,*ou la nourriture*,nutrimentum,seu educationem.& ista videtis hic elucidata.Et is qui mihi tenebatur dare alimenta,si dederit aliquam habitationem,poterit variare,& dare aliam domum commodam, l. si sterilis. §. final.ff.de actio.empti.hoc probat Matthæ.de Afflictis in constitutio.Neapolit.rubri.de adiuto.pro milit.frat.in fin.& decisio.146.dominus.

Praxis.

Habitationem debens an vna data aliam dare possit.

¶ Primò perdit officium suum regula huius text.quando quis renuntiaret alimentis, tunc non videtur renuntiare habitationi:& sic victus vel alimentorum appellatione in odiosis habitatio non continetur: vnde si quis transigat de alimentis, non videtur de vestiario, neque de habitatione transigere,lege, cum hi. §. qui transigit. ff. de transactionibus. capitulo,si episcopus.de officio ordinarij,in sexto.cap.primo.§. procurationes. de censib.ibidem.

Limitationes ad tex.

¶ Secundò non procedit,quando legatur alicui cibus. Nam cibi appellatione venit id, quod edi solet,l.quos nos.§.final. infra eodem. Idem in cibariorum nomine, Gallice, *de la viande*, non venit vinum, vel alia potio: probatur in rubrica de alimentis & cibariis legatis.ff.quod verum existimarem, si Gallice *la viande* diceretur, propter loquendi communem vsum: sed si Latine cibaria,tunc etiam pro ratione materiæ venit potus. textus in capitulo,in quibus.de consecratio. distinctione secunda, vbi Archidiaconus notat, & in capitul.omnino.trigesimaprima distinctio.facit l.diuus.versiculo, sed & propter familiæ cibaria necessaria erit diminutio.ff.de petitione hereditа.& facit l.& si.§.si cui.ff. de auro & argento legat.lex,libertis.2.§.primo,de fundo instructo. lex, mortuo. de statuliber. Et pro hoc videre textum in lege secunda,§.cum in eadem.& lege,quemadmodum.§. magistratus municipales.ibi,dum non petitur te eis cibaria adferre. ff. ad legem Rhod. de iactu,& l.item si serui.§.finali,de ædilitio edicto. & lege,sed si vir.in fine,de donation. inter virum & vxorem.

Cibi & cibariorum nomine quid veniat.

¶ Tertiò flectitur regula, quando vterque exprimitur,vt caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus,dicto capitul.in quibus.de consecratio. distinctio.2. lege tertia,§. quamuis.ibi,alimentorum & vestiarij.ff.si cui plus quam per legem Falcid.& dicta lege,libertis.§.final.& lege,suo victu & vestitu. de operis libertorum,lege prima,C.de fideicom. capitu.vbi.§.in conclaui.& §.si vero.de electio.in sexto.lege prima,§.æque.ibi,ad exhibendum cibum,potum, tectum,& similia.ff.de muneribus & honorib.l. cum antiquitas. C. de testamentis.

De vſu cõmuni loquẽdi Frãciæ.

¶ Quartò derogatur quando communis vſus loquendi aliter ſe haberet: vnde ex Franciæ communi appellatione loquendi *de boire*, venit etiam cibus, quia ne vinum noceat ſto macho cibus dari ſolet: vt quando inuitamur ad bibendum, fieri conſuetum eſt. Idem ſi quis inuitet aliquem ad comedendũ caponem, *à manger vn chappon, & iambon*, vel aliam rem, etiam venit potus, per dictam l. legatis. & l. ſeruo. §. 1. ff. de lega. 1. vbi nomine cibariorum veniunt illa, quæ nomine alimentorum, l. actione. ff. depoſiti. & ita reſpondi contra primarium, qui promiſerat pueris *donner à boire le matin*, vt teneatur dare panem illis pro conſuetudine præſcriptum, & vinum dilutum, vt moris eſt in collegiis præſtari.

Ciborum nomine non veniũt veſtimenta.

¶ Tamen appellatione ciborum non veniunt veſtimenta, niſi conſanguineo, vel ſeruo deberentur, dicta lege, libertis. ſecunda. §. primo, & ſequen. ff. de alimentis & cibariis legatis. & dicta lege, ſeruo. §. primo. gloſſa in capitul. epiſcopus. decima, quæſtione ſecunda. & videte textum in capitul. licet. de pœnis. & cap. tertio, de ſtatu monachorum. Ideo vidi ad tollendum dubium exprimi à notariis in inſtrumento locationis famuli ſic: *tel a promis liurer & donner ledict an de louage à tel ſes neceſsités de boire & manger, de feu, lict, hoſtel, luminaire, veſture, chauſſure, & toutes autres neceſsités quelconques, honeſtement, & ſuffiſamment ſelon ſon eſtat*: videte quomodo hæc intelligere debeatis per prædicta, quamuis permulti notarij non intelligant, quæ ſcribunt: vt pica, & pſittacus, qui loquuntur: teſte Ludouico Romano ſingula. 51. quid operatur.

Inſtrumentum locationis famuli.

¶ Quintò reſtringitur, quando de contraria voluntate diſponentium appareret. etenim voluntati agentium, ſi iuſta ſit, per omnia obediendũ eſt, l. cum antiquitas. C. de vſufruct. l. non omnis. ff. ſi certum petat. & non aliter recedendum eſt à verbis, niſi de cõtraria mente conſtet, l. non aliter. de lega. 3. ff.

Victus quotidiani nomine quid veniat.

¶ Sextò vitiatur, ſi in lege exprimeretur victus quotidianus, tunc pro materiæ qualitate intelligetur de cibis tantum & potu, & non de veſtitu, vt in iudicibus, qui nullum munus recipere poſſunt, niſi victus quotidiani cauſa, l. ſolent. in fine. ff. de officio proconſulis. Nempe ipſi veſtes, vel pannum, ſeu ſericum à litigantibus recipere non poſſunt. Idem ſi quis diarium conſequi debeat, l. diariis. ff. de alimentis & cibariis legatis. Et de quotidiano victu loquitur Iuriſconſultus in lege finali, §. item epiſcopi qui præſunt pani & ceteris venalibus rebus, quæ ciuitatum populis quotidianum victum vſui ſuggerunt. ff. de muneribus & honorib. lege, ſed & ſi lege. §. quod autem. 2. ibi, aliquid tamen ad victum quotidianum erogaſſet. de petitione heredita. & victus quotidiani nomine vocamus ordinarium, *l'ordinaire*: in quo non eſt tantus ciborum apparatus, ſicut in conuiuiis, niſi in quibuſdam voracibus prælatis.

Victus hominum eſt proprie, & non equorum.

¶ Notandum eſt, quod victus per excellentiam dicitur hominum, & non equorum. Ideo is qui habet victum, non habebit victum ſuorum equorum. Bal. conſilio centeſimo nonageſimoſecundo, quidam nomine. in quinto volumine. Quod facit pro curialibus, qui alunt homines, non tamen equos. Et idem ſi quis inuitet conſanguineum equitem, non videtur inuitare conſanguinei equos, quia equus non eſt conſanguineus inuitantis. Et hoc bene ſeruatur in hac patria conſuetudinaria, vbi qui inuitat dominum, vix alit famulum, neque equum, niſi quando inuitaret in loco, vbi eſſet taberna ad alendum equum: tunc enim is qui vult perſonam, & equum velle debet. quod facit pro inuitatis ad nuptias: vt ſi nuptiæ fiant in loco, vbi ſunt hoſpites, quod inuitati debeant relinquere equos in hoſpitiis: diuerſum eſt, vbi nulla ſunt hoſpitia, tunc inuitans debet de hoſpitiis

Cõſuetudo Pariſienſium in nuptiis.

prouidere tam hominibus, quam equis, & iumentis. De conſuetudine Pariſienſium eſt, vt inuitati ad nuptias ſoluant pro prandio ſeptem ſolidos cum dimidio, niſi fuerint literatorum, nobilium, & aliorum diuitum nuptiæ, quas vulgus francas appellat, in quibus ſolis xeniis ſeu ſtrenis quis oneratur: in aliis verò nuptiis & ſtrenis & prandio inuitatus grauatur.

¶ Limitarem niſi ex qualitate perſonæ, vel ex coniecturis aliud appareret, capitulo, cum apoſtolus. de cenſibus. Vnde ſi quis teneatur alere doctorem, tenebitur & eius equos alere, niſi conſuetudo contraria ſit: & poſtquam hic dicit omnia neceſſaria venire, & equi etiam venient, ſi ſibi ſint neceſſarij, capitulo, & ſi quæſtiones. de ſimon. ſecus in ruſticis, qui pedites ire poſſunt. gloſſa in lege, idémque. §. idem Labeo. ff. mandati. Vnde ſi quis locat famulum, vt ei ſeruiat in curia Regis, quæ frequenter ſicut rota mouetur, debet dare equum famulo, vt dominum ſequi poſsit, qualitate tamen famuli inſpecta, & in obligatione neceſſaria, ſecus in voluntaria, argumento legis primæ, ff. de fundo dotali. Ideo licet inuitans dominum in ciuitate non teneatur ad alendos equos, tamen ſi iudex vel alius cauſa audiendi teſtes foras proficiſcatur, qui alit iudicem, & equos, & omnia neceſſaria miniſtrabit. capitulo, ſtatutum. §. pro ferendo. de reſcriptis, in ſexto. in Francia ſalarium eorum eſt taxatum etiam pro victu, licet non ſeruetur, vt ſcripſi in ordina. Regiis in tertio tomo commentariorum, tracta. de inquiſito.

Conſuetudo in alimentis inſpicienda.

Iudex in commiſſionibus alendus, & eius equi.

ſeu

ſeu commiſſa.

¶ Septimò, quando materia tantum conueniret victui, vt ſi dicatur, quod vſuarius, quę ad victum pertinent, ex fundo capiat: non accipiet ea, quæ ad veſtitum conducunt, l. plenum. §. idem Nerua. ff. de vſu & habita. & ſi quis de voluptate, quæ gula concipitur, loqueretur, tunc in victum negat venire veſtem Stephani Forcat. in ſuo libro penus iuris, capite tertio.

Veſtimẽta quãdo famulis debeantur.

¶ Octauò moderatur, niſi conſuetudo ſit in contrarium, vbi qui promiſit victum, *la vie*, non dabit indumenta famulo, ſi aliunde habere poſsit, vtpote à patre. minime enim mutanda ſunt, quæ certam ſemper interpretationem habuerunt, l. minime. ff. de legib.

Victus & veſtes pro qualitate perſonarũ dari debent.

¶ Intelligite victum præſtandum pro qualitate perſonarum: videlicet quis ruſtico caſeum, rapas, & fabas dabit, l. ſeruis vrbanis. ff. de legat. 3. vbi glo. quam intellige, ſi conſuetudo regionis hoc habeat: alioqui debetur ruſticis victus, ſecundum conſuetudinem patriæ. nam in quibuſdam locis non ſolent vti frequenter his cibis delicatioribus, ſed lardo, carne bubula, ſuilla, veruecina, & gallinis. Debet etiam quis ali pro facultate bonorum, l. penultima, ff. de alimentis & cibariis legat. & pro dignitate eius, qui præſtat ea, & illius cui dantur, lege prima, §. mulier. ff. de ventre in poſſeſsio. mitten. Igitur Rex, vel Baro melius debet ſuum commiſſarium tractare, quam ruſticus. Et nobili, & doctori debentur, aut diuiti magis delicata cibaria, quam vili apparitori. capitulo, non cogantur. quadrageſimaprima diſtinct. Cardina. & alij in capitu. nobis. de iure patronatus. etiam pro ætate debentur alimenta, & ſpecies. l. cum vnus. §. final. & ibi Bartol. ff. de alimen. & cibar. lega. Idem dicendum in veſtibus. nam meliores veſtes debet habere ſcholaſticus in decretis, quam in Grammatica, & Baccalaureus, quam ſcholaſticus, & doctor quam prædicti. lege, ſed & ſi quid. §. ſufficienter. ff. de vſufructu. Et contra ſcholares deferentes veſtes congruentes doctoribus loquitur gloſſa in capitulo, vt apoſtolicæ. de priuilegiis. in ſexto. Et quibus veſtibus, & quo colore debeant eſſe induti ſcholaſtici, attigi in ſcholaſtic. priuileg. 94. ibi videte.

Lauren. Vallæ reiicitur ſententia.

¶ Nec refragatur ſententia Laurentij Vallæ libri ſexti capite 56. vbi dicit victus appellatione veſtes non venire, quia dicimus victum & veſtitum. & pro eo facit d. §. ſufficienter. ibi, alere & veſtire. nam & inter diuerſa ponitur, gloſſ. in rubri. ff. de iur. & facti ignoran. & in capitulo, epiſcopus. 10. quæſtione ſecunda, dicitur victum & veſtitum. Reſpondeo enim vtrunque aliquando exprimi maioris elucidationis, & dubitationis tollẽdæ gratia: & quæ dubitationis tollendæ cauſa apponuntur, ius non lædunt. l. qui mutuam. ff. mandati. & regul. quæ dubitationis, &c. de regulis iuris. ff. Et quæ ſuperabundant, non ſolent vitiare ſcripturas. l. teſtamenta. C. de teſtament. l. non ſolent. de regulis iur. ff. Et puto ædiles (vt ait Iuriſconſultus) tollendæ dubitationis gratia bis idem dixiſſe, ne qua dubitatio ſupereſſet, in lege prima, §. ſciendum. ff. de ædil. edicto. Quia non omnes ſciũt (vt Laurẽ. Valla) veſtes venire victus nomine: ideo aliquando vtrunque exprimitur, victus ſcilicet & veſtitus, nec ob hoc dicitur ſuperfluum. Nam quamuis pupillaris expreſſa comprehẽdat vulgarem tacitam, tamen aliquando exprimitur vtraque, & tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. Item hic textus dicit, veſtem victus habere vicem, id eſt loco victus eſt: non ergo victus eſt, ſed loco victus ſuccedit, vt inferius dicetur: & propter ſimplices, & nominis ſignificationis ignaros, ad illius verbi interpretationem hoc adiici ſolet. text. valde accommodus in cap. vno, de noua forma fidelita.

Sine veſtibus an quis viuere poſsit.

¶ Nec obeſt, quod victus venit à viuendo, ſed viuere poſſumus ſine veſtibus, vt in Aethiopia, & plaga æquinoctiali ſoli proxima: ſed ſine eſu non, niſi odore viuant, vt Scythę ait Plinius libro ſeptimo, capite ſecundo. Reſponde, licet aliqui poſsint ſine veſtibus viuere, non tamen Laurentius Valla ſine eis vixiſſet: & eſto ſane potuerit, tamen non ſequitur ob hoc alios poſſe: & illud ſingulare eſt in illis regionibus propter nimium æſtum, & ſeruorem ſolis: vnde non eſt trahendum in conſequens, l. ius ſingulare. cum duabus legibus præcedentibus. ff. de legibus. Et illud caſuale nobis non eſt conſiderandum, l. quæſitum. §. final. ff. de legatis tertio. Baldus in lege, oleo. per illum textum, C. de vſuris. Nam ſine vino quidam, vt abſtemij, viuere poſſunt: ergo vinum appellatione victus non venit: certe hic dicitur contrarium. Reſpondet hic Alciatus Vallæ, vt poteſtis videre, quod Aethiopum leges hic nos non interpretamur: ſed hoc non diluit contrarium. Ideo dicite, viuere ſine veſtibus communiter non poſſumus. textus in l. legatis. ff. de aliment. & cibar. lega. l. quos nos. §. finali, infra eodem: & licet quidam viuant, tamen hoc non tollit regulam, & legiſlator perſpicit ea, quæ frequenter & facile fiunt, l. nam ad ea. ff. de legib. & ſaltem aliquo operimento indigemus, ne belluas imitari velimus.

Pœnæ perpetui carceris nõ imponitur à iure ciuili.

¶ Ex his infertur, quod priuatus prohibens victum inferri in carcerem iudicato, tenetur actione iniuriarum, lege, ſi victum. ff. de re iudica. quia carcer de iure ciuili non datur ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, l. aut damnum. §. ſolent. ff. de pœnis: ſecus de iure canonico,

quod non vult mortem imponere, ſed illius loco pœnam perpetui carceris imponit, capitulo, quamuis. de pœnis. in ſexto. Et vtrunque ius in ſuo ſeruatur foro reſpectiue: licet de iure ciuili non poſsit pœna perpetui carceris imponi, l. incredibile. C. de pœnis. & ibi Bal. Et in criminalibus debent in carcere detenti habere victum de ſuo, ſi habeant: alias de publico eiſdem prouideri debet, l. iudices. C. de epiſcopali audientia. Alber. & alij in dicta lege, ſi victum. facit textus in l. lege Cornelia. ff. de ſenatuſconſult. Silan. hodie Rex in hoc Regno alit hos pauperes in carceribus incluſos, vel alij domini terrarum, qui percipiunt emolumenta iuriſdictionum, & territorij. Et cauere debent commentarienſes, ne pro his alimenta percipiant ab eorum conſanguineis ſine iudicis decreto, ne ipſi veneno eos interficiant. In ciuilibus verò expenſis creditoris alitur debitor carceri mancipatus, ſi nihil habeat. gloſſa ſingularis in lege finali, in verbo agnoſcere. C. de erogat. milita. anno. libro duodecimo. Iaſon in §. item ſi quis in fraudem. numero nonageſimotertio, de actio. in Inſtitutio. imò ſi creditor eum alere nolit, tũc iudex poſtquam parti præceperit, vt eum alat, poteſt eum à carceribus relaxare. Fab. in dicta lege, iudices. Iaſon in dicta lege, ſi victum. dixi in interpreta. legis, diuus. ff. de ſenatuſconſulto Silania. Et nolo omittere quod aliquando apud Hebræos obſeruaui, vt meritò hay, pro viuere dicant: quaſi oporteat illũ qui velit bene viuere vt habeat, *qu'il aye*. & illud Hebraicũ alludit ad Gallicũ ſermonẽ. idiomate enim patrio dicimus *hay*, habeo. quod ſi aliquod commerciũ Gallis cum Hebræis fuiſſet, dicerem ab eis id natum eſſe. Item illud *hay* quo vtimur clamantes, dum lædimur, pungimur, vel vapulamus, ab Hebræis videtur deſumptum. etenim Hebræi *hay* vi uentem, & ſentientem appellant: & nos viuere & ſentire ſignificamus, eo verbo Hebraico dicentes *hay*.

Habeo ab Hebræis deſcẽdat necne.

¶ Inſuper notandum eſt, quod ſi debeantur alimenta, vel victus ex diſpoſitione hominis, non debentur expenſæ ſtudij, l. legatis. & ibi Bar. ff. de alimentis & cibariis legat. Panormitanus conſilio ſexageſimotertio, quædam domina. columna ſecunda, volumine ſecundo. ſecus ſi ex diſpoſitione iuris, & ex iure naturæ, l. qui filium. ff. vbi pupill. educa. debeat. lege, de bonis. §. non ſolum. & ibi Bar. de Carbo. edicto. Socinus conſilio centeſimo ſexageſimoprimo, in fine, volumine ſecundo. & tunc debet adhibere pater impenſam neceſſariam, videlicet, vt diſcat filius legere, & ſcribere, & Grammaticam, ſed ad ſcientiam legalem non tenetur. Bar. in dicto §. non ſolum. & lege prima. §. nec caſtrenſe. ff. de collatione bono. quia hæc magnam requirit impenſam & memoriam.

Si debeantur alimenta, an expenſæ ſtudij, & an ad eas pater teneatur.

¶ Dicerem hoc verum ſi pater eſſet pauper, ſecus ſi diues, quia ita debet filios inſtruere, vt inopem poſsint defendere vitam: & ſic contribuere etiam ad ſcientiam legalem, vt dicit Cato, & Iacobi. in lege, cum hi. §. qui tranſigit. ff. de tranſactio. In qua ſcientia debeat filius ſtudere, eſt textus in lege, Stichus. ff. de lega. 3. videlicet ſecundum qualitatem ingenij, vt plene ſcripſi in ſcholaſtico. priuileg. 53.

Praxis quo ad tutores & pupillos.

¶ Item vidi aliquando ſic fieri inſtrumenta, *le tuteur, &c. à promis & promet nourrir, & entretenir, & gouuerner leſdictz mineurs ſes enfans, bien & deuëment, comme appartient, c'eſt aſcauoir ledict tel iuſques à l'eage de vintcinq ans, & ladicte telle, iuſques qu'elle ait trouué ſon bien, en eſtat de mariage, ou autrement les enuoyer à l'eſchole, leur faire apprendre le ſeruice, mettre ledict tel à meſtier, payer ſon apprentiſſage, & durant iceluy l'entretenir, & payer durant iceluy temps les arrerages, &c.* per prædicta iſta intelligentur.

¶ *Veſtem quoque victus habere vicem Labeo ait.* Colligite quod veſtis vice victus eſt, id eſt loco victus: ideo qui debet victum, veſtes præſtare tenetur, quia veſtes loco victus ſunt, vt hic.

Phraſis dictionis vice. Vice alicuius fungi.

¶ *Vicem.* Subiiciam multas phraſes huius dictionis, quibus vtuntur Iuriſconſulti: vt vice eius, qui iuriſdictionem mandauit, fungitur delegatus, l. ſolet. ff. de iuriſdict. omnium iudic. id eſt loco & iuriſdictione illius, qui delegauit, l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. & vicem gerere in rubric. C. de officio eius qui vicem alterius gerit. ſcripſi in rub. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict.

¶ Vice pœnæ quidam vſuris vtũtur, id eſt loco pœnæ, l. qui ſine. circa fi. ff. de nego. geſt. Vice pignoris, idem, l. his conſequenter. in fi. ff. fami. erciſ. Vice diuiſionis, l. quæ pater. ff. famil. erciſ. ibi, poſt datas actiones vice diuiſionis ad ſingulos pro hereditaria portione pertinent.

¶ Vice mutua declaratur in l. ſi paterfa. ibi, non aliter partem ſuam coheres præſtare cogetur, quam ſi vice mutua partem nexu pignoris liberam conſequatur. id eſt vltro citró que. ff. famil. erciſcun. & l. communi diuidundo. §. cum de vſufructu. commu. diuidundo. l. in rem. de compenſatio. l. pen. de præſcrip. verb. l. cum filius. §. 1. de lega. 2. Vice nominis fungitur, l. certum eſt cuius ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demõſtratione, quæ vice nominis fungitur, qualis, quantaque ſit, oſtenditur. ff. ſi certum peta. Vicem mutui habet, id eſt loco mutui eſt, lege 3. §. penulti. ibi, quod ita demum

demum erit dicendum, ſi non fraus ſenatuſconſ. ſit cogitata, vt qui credere non potuit, magis ei vtenderet, vt ille rei pretium haberet in mutui vicem. ff. ad ſenatuſconſultũ Macedo. Vice tutoris vtitur, qui munere eius fungitur. l. 1. ff. de eo qui pro tutor. Vicẽ heredis obtinet emptor hereditatis, l. 2. §. cum quis. ff. de heredita. vend. Imputare ſibi debet creditor, qui ſatisfactionem admiſit vice ſolutionis, id eſt pro ſolutione, loco ſolutionis. lege, item liberatur. in fi. ff. quib. mod. pign. ſoluit. & alibi Iuriſconſultus ait in l. iuſiurandum. ff. de iureiuran. loco ſolutionis cedit. & datio in ſolutũ vicem venditionis obtinet, l. ſi præ dium. C. de euictio. Vicem perſonæ defuncti ſuſtinet hereditas iacens, l. hereditas. ff. de acq. re. domi. §. 1. de ſtipulat. ſeruor. exponit Iuriſconſ. in l. mortuo. ff. de fideiuſſo. id eſt perſonæ defuncti vice fungitur. Vicem exhibent teſtamenti codicilli, l. ab inteſtato. ff. de iure codicillo. Vicem proſtitutæ ſuſtinet, quæ paſsim & ſine delectu ſe cõmittit quibuſque, l. palam. §. 1. ff. de ritu nuptia. Vicem duorum difficile eſt, vt vnus ſuſtineat, l. ſi plures. ff. de pactis. id eſt, vix poteſt quis duobus ſufficere, & duorum officio fungi, l. fina. C. de aſſeſſo. Vicem inſtrumentorum obtinet epiſtola, l. fi. ff. de proba. ibi, epiſtolas vicem inſtrumentorum obtinere decretum eſt. Vicem, id eſt ordinem, l. pronuntiatio. §. 1. verſ. iure enim proprio. ibi, quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vtputa nepotes & neptes. infra eo. Et reddam tibi vicem, *ie te rendray la pareille.*

Vice heredis.

Vicẽ duorum ſuſtinere.

¶ Vice verſa, id eſt econtrario, l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ibi, & verſa vice ſi interrogatus ſub conditione reſponderit purè, & c. ff. de verbo. obliga. §. vice verſa. de inutil. ſtipulatio. in Inſtit. l. 1. ff. de liber. cauſ. Per vices temporum, id eſt alternis annis, in l. 2. ff. quibus mod. vſusfruct. amitta. de his hactenus.

Vice verſa.

Per vices.

GAIVS LIB. XXII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX QVADRAGESIMAQVARTA.

Cetera quoque, quibus tuendi, curandive corporis noſtri gratia vtimur, ea appellatione ſignificantur.

¶ Senſus huius legis eſt, quod victus appellatione veniunt non ſolum eſus, potus, & alia neceſſaria, vt in proxima lege dictum eſt, verum etiam cetera quibus vtimur ad viuendum, & ad corporis curam. hęc dictio cetera abundantius elucidabitur in l. ceterorum. infra eodem.

Intellectus ad hanc legem.

¶ Nec refragatur tex. in l. non omne. ff. de penu lega. quia ibi penoris appellatione hęc non veniunt, ſed victus ſic. Alij legunt in hoc tex. Cetera, quibus viuendi. pro quo tuendi inueni in quodam exemplari antiquo collegij Aeduenſ. Pariſiis, & forte magis conueniens eſt, quam verbum viuendi, quod erat ſupra ſatis à Iuriſconſ. elucidatum: nec voluiſſe Iuriſconſult. hìc repetere veriſimile eſt: vnde ſenſus erit, quod victus appellatione non ſolum veniunt ea, quæ eſui, & potui ſunt neceſſaria, vt ſupra in proxima lege, ſed etiam cetera, quibus tuendi corporis noſtri gratia vtimur, vt l. 4. in fi. ff. de pactis dotal. & ita habetur in Pandectis Florentinis. facit l. in lege Cenſoria. infra eodem, & §. ſi ruſticus. de pace tenenda, & eius violat. in vſibus feudorum. ideo qui debet victum, baculum, enſem & pallium dabit, item ocreas & alia in itinere neceſſaria ad tuendum corpus, pro qualitate tamen & conditione perſonæ: & ideo dicit vtimur, ſiue vtamur in itinere, ſiue domi, ſiue alio iuſto modo.

An victus nomine tuitio cõtineatur.

¶ Secundò infertur, quod is, qui debet victum, ſi dederit habitationem periculoſam, debet dare baliſtas, colubrinas & alia id genus inſtrumenta, quibus tueri incola corpus poſsit: quia non minor eſt virtus quærere, quam parta tueri: & quod tuitio appellatione victus contineatur, probat tex. in l. penult. & vlt. ff. de in rem verſo. ibi, ſine quibus aut ſe tueri, aut paternos ſeruos exhibere non poſſent. & Cicero primo Officio. ait: Principio generi animantium omni à natura eſt tributum, vt ſe, vitam, corpuſque tueatur, &c. ſed is qui victum debet, non tenetur tueri illum, cui victum debet: verum ad tuendũ neceſſaria miniſtrare oporret, arg. l. fi. C. de actio. empti. & l. 2. vbi in rem actio exerceri debeat. Et vterq; intellectus ſuſtineri poteſt, ſiue in tex. ſit, cetera quibus viuendi, ſiue tuendi: ſed vltimus magis conuenit. nam etiam tueri ſignificat alere, tolerare, l. pen. & vl. ff. de in rem verſo. l. inter. §. conuenit. de pactis dotal.

¶ *Curandive corporis noſtri gratia vtimur. &c.* Ex hac parte tex. colligite, quod victus nomine veniunt ea, quibus vtimur ad curandum corpus, vt medicinæ, & ita accipitur curare.

Curare corpus quomodo capiatur.

¶ Curare corpus dicimur, id eſt mederi corpori, l. medicus cui curandos oculos, qui eis laborabat, commiſerat. ff. de variis cognit. l. ſed an vltro. §. 1. ibi, vel ſeruum ægrum curauit. de negot. geſt. l. diuortio. §. impendia. ſoluto matr. ibi, ægrum ſeruum curandum. l. ſed & ſi hereditas. §. plane. ad exhibendum. l. prætor. §. his verbis. ibi, ſiue in alenda, curandave. ff. de bo. author. iud. poſsid. l. qui iniuriæ. in fi. de furt. De hoc verbo curare, cura, curator &

aliis scribam in l.quibus. infra eod.

An victus nomine medicina contineatur.

¶ Annotate præterea ex hoc textu victus nomine medicinam contineri, si ea vtamur, cum omnia, quibus vtimur corporis curandi gratia, veniant, per hanc legem: etiam quia magna pars hominum sine medicinis viuere non potest, vt videmus per experientiam: licet aliqui, de quibus inferius dicam, sine medicinis viuant in eorum patria. ideo ego dicerem, quod si medicinis vtamur, tunc appellatione victus illæ veniunt: si verò ex consuetudine regionis homines eis non vtantur, tunc non debebuntur. & ita debet intelligi iste tex. & l. si cum dotem. §. fin autem in fæuissimo. ff. solut. matri. nam impensæ, quæ in valetudinem serui fiũt, inter impensas necessarias numerantur in l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de impens. in res dota. fact. & l. sicut impendia. ff. de vsufruc. possunt etiam maiores impensæ repeti à commodante per commodatarium, qui eas exposuit. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. Et quę sunt impensę ratione valetudinis magis necessarię, quam medicinę? ergo & illę venient: & huius sententię est Bart. per hunc tex. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. lega. Et ista faciunt ad intellectum eorum, quę dixi in tracta. de sentent. prę iudicia. seu prouisional. in consti. Reg. 1. commenta. tom 1. art. 1. Vel potest intelligi curandi corporis, quod omnia, quibus ad corporis refectionem vtimur, appellatione victus contineantur: quæ quidem superius in proxima lege expessa fusius sunt. ideo prior intellectus magis conuenit.

Vtilitates huius legis.

¶ Vtilitates igitur harum duarum legum sunt, primò faciendo regulam, quod victus appellatione, nutrimentorum, sustentationis, alimentorum, educationis, & expensarum, vestimenta, & medicamenta, & alia necessaria continentur: quæ adduxi in proxima lege supra: hoc etiam docet Bar. in d. l. legatis. Alex. per illum text. in l. si cum dotem. §. fin autem in sæuissimo. ff. solu. matr. Scripsi in tracta. de sentent. præiud. art. 1. gl. *n. medicamens.* in 1. com. commenta. ad consti. Reg. Gallic.

Mens quando elici possit, & ex quibus.

¶ Primò derogatur huic legi, si de contraria mente constet: arg. l. nisi. ff. de aliment. & ciba. lega. quæ semper attendi debet, ca. intelligentia. extra. cod. l. cum antiquitas. C. de vsufru. l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. Sed quæro quomodo hæc mens elici possit? respondeo ex verbis: nunquam enim à verbis discedi debet, nisi de mente constet, l. non aliter. ff. de lega. 3. vel aliis ex coniecturis, quas scripsi in l. nominis. §. 1. supra eod. forte si alimenta & medicamenta expressa sunt, vt in l. cum antiquitas. C. de testam.

¶ Secundò ex consuetudine regionis, vtpote montani rustici in pagis degentes non solent vti medicamentis, & sic in illis locis victus nomine non debentur, cum eis non vtantur, per istum tex. ibi, vtimur. facit l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. ibi, consuetudo regionis. & supra dixi in verbo curandi: maxime verò serui & plebs non solent medicinis vti, licet nobiles & ciues ditiores sic; & qui deberet cibum ciuibus medicinis vtentibus, illis deberentur medicinæ, non vtentibus, minime: & sic rusticis non deberentur.

¶ Tertiò elicitur mens ex consuetudine personarum, tam debentium victum, quam eorum, quibus debetur, per hunc text. ibi, quibus vtimur. nam si inueniatur rusticus seu armiger indurat us, qui mallet mori, quam medicinas accipere, cum nunquam assumpserit, imò beatum ventrem existimat, qui non nouit medicinam, tunc putarem illius consuetudinem inspiciendam, d. §. fi. nam Romani circiter sexcentos annos sine medicinis sola brassica vixerunt feliciter, vt narrant historiographi.

¶ Quartò ex quantitate pecuniæ siue mercedis cognoscitur, quis contractus sit factus, per glo. singu. in l. 1. §. 1. in verbo agendo. ff de superficieb. quam notat Corset. in singul. incipiente, contractus. in 1. & Iason in l. 1. colum. 5. nume. 23. C. de iure emphyteu. & in lege,

Victus quando à primario collegij debetur, an de medicinis intelligi debeat.

seruum. §. qui chirographum. ff. de lega. 1. & consil. 45. in 2. volu. Vnde si primarius collegij promittat, vel alius alere pueros per annum, vel biennium, non debet ex quantitate pecuniæ istis pueris dare vestimenta, nec medicinas, sed portionem suam iuxta consuetudinem aliorum tradere debet, & valetudinario ex melioribus cibis. nam si vellet tradere vestimenta, forte in vno vestimento, vel duobus requireretur tota summa. quamobrem in hoc casu deberur esus & potus, cubile, & tectum, secundum consuetudinem collegiorum, l. 1. §. mulier. ff. de ventre in posses. mitten.

Famulis an medicinæ debeantur.

¶ Quintò ex ratione contractus. nam si debeantur alimenta famulo, non debentur medicinæ, si is habeat salarium: si verò non habeat, tunc debentur, qualitate famuli inspecta: & vbi famuli soliti sunt recipere, Bar. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. lega. per l. omnino. ff. de impens. in res dota. fac. l. sicut. de vsufru. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmoda. nempe si veniat ex illis montanis partibus, potius lacte & speciebus, aut vino forti nutrietur, etiam in infirmitate, quam medicinis, vt Germani aliqui solent, & Flandri.

An commissario medicina debeatur.

¶ Sextò quando ad modicum tempus deberentur alimenta, vtpote ad vnam hebdomadam, vel mensem, tunc non deberentur vestes, nec quidem medicinæ, per d. l. in rebus. §. possunt. ff. commodati. Vnde iudici vel cõmissario nõ debentur vestes, nec medicinæ, sed solum cibaria. Alex. in d. §. fin autẽ in sæuissimo. col. 1. nec aliquæ medicinę his dari solent, nec commissariis, sed ex honestate offerri possunt. Si tamen aliquis medicamina præstiterit commissa

commissario, siue iudici, potest computare eidem in salarium, quando est taxatum, vt in Francia: sed melius est non præstare, quam postea repetere.

An qui debet alere, in hospitali possit collocare alendum.

¶ Vltimò notandum est, quod si quis teneatur alere aliquem, non potest ponere eum in hospitali, vt ibi alatur, sed potest procurare, vt habeat præbendam, vel officium, alias ipsum necare videtur, l. necare. & ibi glo. ff. de liber. agnos. Nisi is, qui debebat victum, non habeat ad alendũ eum, & is alendus erat persona vilissima, l. 1. §. sed scimus. C. de Lati. liberta. tollend. & ibi Bal. Præpos. in c. cum haberet. col. 2. in fi. de eo qui duxit in matrimo. Boer. in additio. ad Plumbi. in l. Gaij. Cod. de fideicommis. libert. Sequitur Ioan. Lupus in repeti. ca. per vestras. fol. 97. col. 2. §. 23. de donatio. inter virum & vxor. Quæ vestes veniant in victu, vide quod sequitur.

VLP. LIB. QVINQVAGESIMOOCTAVO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMAQVINTA.

In stratum omne vestimentum contineri, quod iniiciatur, Labeo ait. neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, πόρίγραμμα. in victu ergo vestem accipiemus, non stragula: in strato omnem stragulam vestem.

¶ Quatuor hic dicuntur: primò quod strati nomine omne vestimentum continetur, quod sternitur, siue iniicitur: secundò appellatione stragulæ vestis venit omne pallium, ad sternendum paratum, quod probat textus ibi, omne pallium quod Græci πόρίγραμμα vocant: ergo non omne, sed illud tantum pallium, quod Græci πεζίγραμμα vocant. Tertiò lex tradit inter victum & stratum discrimen hoc, videlicet vt victus appellatione non veniat stragula, id est omne quod sternitur, sed strati nomine omnis stragula vestis continetur. Et hoc sit loco summę. Videtur autem repetere quod initio dixerat, quia primò elucidat quid strati nomine veniat: secundò differentiam inter victum & stratum repetit, &c. nec hoc est superfluum, vt Iurisconsait in l. 1. ff. de ędil. edicto.

Sententia legis, & intellectus quorundam improbatur.

¶ Sensus huius legis est, vt appellatione strati contineatur omne vestimentum, quod sterni solet: vnde Varro de lingua Latina ait, in stragulo quicquid sternebant contineri, & stragulam à sternendo veteres appellabant. Martia. epigramm. vlt. *Stragula pumpeis lucent villosa tapetis.* de qua Liuius lib. 9. decad. quartæ, & Cicero in Tusculan. Alex. libro genial. 3. c. 19. Vnde qui legat stragulam, vel stratum, non dubium, quin leget omne quod sternitur: & sic videtur legare stragulam vestem, quia dicit tex. non dubium est, quin stragula vestis sit, ad sternendũ videlicet parata: omnéq; pallium paratum ad sternendũ stragulæ nomine venit. Et sic quidã legunt istum tex. alij verò alio modo legunt, & intelligũt quidam, quod strati appellatione, vel stragulí cõtineatur omne, quod sternitur, siue sit vestis stragula, siue alia res. Si verò dicatur coniunctim, quod vestis stragula sit omne pallũ, id est omne vestimentum: propter illam coniunctionẽ vestis, non videtur verũ, quia vestis, quæ non sternitur, non potest dici stragula vestis. Ergo hic intellectus non videtur verus: sed potest dici, quod si vestis stragula nominetur, illius nomine venit omne pallium, quod sternitur, siue sit solitum sterni, vt stragula vestis, siue non, dum tamen quandoq; sternatur: nempe apud Græcos pallium sternebatur, & antiqui vestes habere solebant, quibus lectos sternebant: quas nos Gallice *robes de lict* vocamus, vel *robes de chambre*, quibus etiam hodie vtimur. vel quia pallia supra lectos sternere interdum solemus, ne plumis maculentur bonæ vestes, quas gerimus, ideo tex. dicit omne pallium strati nomine contineri, quia omne pallium quandoque tempore hyemis sternitur. Alciatus autem legit: neque enim dubium est, quin stragula vestis sit omne πόρίγραμμα, id est omne quod insternitur. Sed hoc in loco Alciatum Lesbia regula vsum ait Florid. in libr. de interpretib. iuris, vt pro suo arbitrio restituerit. Ideo legi arbitror, Non dubium est, quin stragula vestis sit omne pallium, quod Græci πεζίγραμμα vocant. Et sic vult dicere tex. quod vestis appellatione venit omne vestimentum, quod sternitur: neque dubium est, quod stragula vestis sit omne pallium, quia omne pallium secundum Budæ. hîc dicitur habens intexta animalia, vulgo *fourré de peaux*, vt hodie sunt vestes nostræ, quæ pallia dici possunt. Itaque non est dubium, quin nomine stragulæ vestis, veniat omne pallium, quod sic conduplicatum sterni supra lectum solitum est, quia appellatione strati etiam continetur omne, quod sternitur.

Sternere quid.

Sternere enim pro extendere accipiunt, quod qui sternat, extendat. Ideo illi cui datum est stratum, debentur tapeta, lodices, lecti, coopertoria, & alia, quæ solent sterni, siue in terra, siue iuxta parietes, vel supra mensam, vel scamna, seu alio modo, inspecta tamen personarum qualitate. Et ideo dixit vestimentum, quia in l. victus. dictum fuit vestem victus habere vicem: vnde hic docet differentiam inter stratum & victum. nam in victu non venit vestis stragula, in strato omnis continetur vestis stragula: ideo forte legi posset in tex. quod Græci στρῶμα vocant, nempe quod nos stratum dicimus, Græci στρῶμα dicunt. vel tex. potest legi, Omne pallium, quod

Diuersa lectio.

Græci

μανδύη, vnde apud Vascones mandil.

Græci *μανδύιον* vocant: est enim *μανδύη* genus penulæ. ob id Iurisc. dicit, quod pallium Græci vocant *μανδύιον*: & adhuc Vascones illo nomine vtuntur, *mandil*, pro illo vestimento, quod supra thoracem deferunt. Si verò referas, quod stratum vocatur *στρῶμα*, tunc bene erit: tamen vtcunque sit, nil vtilitatis fere adest. ideo legite quod lubet.

Legato victu an vestis stragula debeatur.

¶ Ex hoc elucidatur, quod qui legat victum, non censetur legare vestem stragulam. In victu ergo vestem accipiemus, non stragulam, quia sine illa quis viuere potest. Nec obest sine stramentis viuere quem non posse, vt ait Iurisconsl. quos nos. §. viuere. infr. eo. respondeo, quod stramenta, & lectus, & ipsius operimenta sunt necessaria ad vitam, & sine illis non potest homo viuere, vt ibi: sed sine veste stragula potest, nempe maior pars hominum vestem non habet stragulam, & tamen viuit. Nam potest quisq; cooperire lectum sua veste causa induendi facta, vel alio coopertorio: sed nudus belluarum more incedere non potest. Alioqui si sine stragula veste quis viuere non posset, victus appellatione contineretur, & etiam si ea vteretur, l. cetera. supra eod. Sed nos videmus diuites non semper deferentes, nec indutos veste stragula, maxime in longo itinere, & viuere sic posse: & pauperes viuunt sine veste stragula, non tamen sine lecto, vel strato, vel veste induendi causa facta: imo etiam carcerati habent stramen, paleas & cetera id genus: & qui prohibet hæc ad eos deferri, iniuriarum tenetur, l. si victum. ff. de re iudica. & de stramentis est tex. in lege, fundi. ff. de actionib. empti: nisi consuetudo patriæ & qualitas personæ aliud suaderent.

Stramentum quid, & vnde dicatur.

¶ Et stramentum est stipula, palea, seu aliud, quod subter sternitur. vnde cum stramenta ardentia transilirent (vt in vigilia S. Ioannis fieri solet) duo concurrerunt, amboque ceci derunt, & alter flamma consumptus est: nihil eo nomine agi potest, si non intelligitur vter ab vtro euersus sit, l. scientiam. §. 1. ff. ad legem Aquil. Item vsuarius stramentis vti potest, l. plenum. §. idem Nerua. ff. de vsufr. Stramentum à sternendo, vt stramen, quidam dictum putant: alij à stratu, quod id substernatur pecori, teste Varrone libr. de re rustica 1. c. 50. in fi.

Legato vestimenta quid cõprehendatur.

¶ Præterea qui legat vestimentum, vel vestes, videtur legare tam vestes induendi, cingendi, amiciendi, quam insternendi causa paratas, l. vestis. ff. de auro & argen. lega. & sic veniet vestis etiam stragula, quia quælibet vestis etiam veniet, l. quæsitum. §. sed etsi fructus. ibi, vestis non solum stragula, sed & qua vti solebat. ff. de fundo instructo. Postquam vestis est generale nomen, ob id comprehendit omne vestimentum, vt dico in l. vestis. infra eod. probatur in l. de tapetis. ff. de supell. lega. & non solum vestes, sed etiam quæ superadduntur ex regionis consuetudine. Bar. in l. vnic. C. nulli licere in frænis. lib. 11. & pro qualitate personæ, si vti consueuerit. Si vero quis leget vestes stragulas, non videtur legare eas, quæ non sternuntur, quia stragulæ non sunt: & cui non conueniunt verba, nec conuenit eius dispositio, cap. indemnitatibus. §. supradicta. de electio. in 6.

¶ Aliquando tamen stragula vestis, seu stragulata dicitur omnis vestis, etiam si non sternatur, Prouerb. vlt. ca. Stragulatam vestem fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius. quod interpretantur mysticè theologi, vt per eos videre potestis.

¶ Et sic ex prædictis concludendi sunt tres casus. Primus est, si promiserit quis, vel donauerit victum, non tenetur dare vestem stragulam; nisi pro qualitate personæ aliter iudicetur: quia ea vtebatur, vt dixi in lege præcedente.

¶ Secundus, si quis promiserit dare vestimenta, tenetur dare etiam vestes stragulas, si is cui promissio facta est, illis vtebatur, d. l. cetera. supr. proxi.

¶ Tertius, si quis promiserit dare vestes stragulas, non tenetur ad alias vestes non stragulas, forte factas causa induendi, vt superius dictum fuit: quia stragulæ non sunt, cum non sternantur.

Lecto legato quid debeatur.

¶ Si verò quis donet, vel leget lectum, debentur culcitæ & alia lecti ornamenta, l. librorum. §. fi. ff. de leg. 3. & ibi docto. & hoc facit pro consuetudinibus locorum, vt sponsæ dari solitus sit lectus, vt in Aruernia: nẽpe dabitur (vt hic dixi) si vtantur culcitis. Si tamen quis legaret domum instructam, veniret grabatus auro & argento textus pro qualitate personarum. l. Seiæ. §. fina. ff. de fundo instructo. videte tamen ibidem. Item in victu venit lectus, vt firmat Bar. in l. legatis. ff. de aliment. & ciba. lega. Bolog. consi. 48. confortus. col. vlt.

Sternere triclinium.

¶ Sternere triclinium dicit Iurisconsult. in l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. vbi glos. exponit pro parare: & potest dici sternere, instruere, adornare. & quid sit triclinium, scripsi in l. vrbana familia. infra eod.

λιθόστρωτος quid dicatur.

¶ Et stratum lapidem, in l. si prius. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda, id est adornatum, & instructum. Vnde in passione sic legitur: Pilatus autem sedit pro tribunali in loco, qui dicitur λιθόστρωτος: λίθος enim Græce lapidem significat, στρωτὸς verò stratum, quasi locus esset stratus lapide. inde στρωννύω, sterno dicitur, στρῶμα, quod sternitur. De machina stramentaria videte in l. quæsitum. §. item ostiarium. ff. de fundo instructo. Inde stratores, in rubr. de stratoribus, lib. 12. C. plenius elucidantur, variè tamen. facit l. fi. ff. de iure immunitat.

Viæ sternendæ immunitas, & viam sternere

¶ Viæ sternendæ immunitatem veteranos non habere scriptum est à Iurisconsl. in l. viæ. ff. de priuileg. vetera. Sternere viam lapidibus, est, quod Gallicè dicimus *pauer*, quod tenentur

tenentur etiam milites facere pro magnitudine domus, & ante eam, in l. ædiles. ff. de via publica, & l. fi. §. fi autem. de muner. & honor. l. sunt munera. de excusa. munerum.

Iniicere.

¶ *Iniiciatur*, hic pro simplici ponitur, videlicet iaciatur, seu mittatur, quia non potest facilè res sterni, nisi iaciatur super lectum, vel solum, ob id dicit iste tex. quod iniiciatur, quasi in locum, in quem sterni debet, iaciatur.

Iniicere manus.

¶ Iniicere manus est propria authoritate rem apprehendere, l. Titius seruum ea lege vendidit, vt si Romæ moratus esset, liceret manus iniicere. ff. de seruis exportan. l. sed si hac. §. 1. de in ius vocan. Et manus iniectio plerunque auxilij ferendi causa interuenit, l. causam. §. 1. ff. de manumissio. Iniicere manus pro saisire Galli accipiunt, Budæ. in adnotatio. in pandectas in l. fi. ff. de senator. dixi in l. Labeo. 1. supra eod. §. 1. Iniicere manus in aliquem, vel in eius bona, vel merces aliquas est, quando inde ille abire, vel res inde moueri aliqua authoritate vetantur: quod nos arrestare dicimus. Budæ. ibidem. Historici vallum iniicere castris pro eo dicunt, quod est vallo circundare, vt est apud Liuium lib. 5. deca. 3.

¶ *Neque dubium est.* Ex hac lege colligitur legem fieri de dubio: sed an semper, scripsi in l. inter publica. in verbo proculdubio, supra eodem. inde Iurisconsulti solent sæpe dicere, nemo dubitat, vt ibi scripsi.

Quin.

¶ *Quin*, pro quod non, cur non accipi potest hic, & in l. si ita à te stipulatus. infra eod. & l. certi condictio. §. si nummos. ibi, nec dubitari, quin si meam pecuniam tuo nomine voluntate tua dedero, tibi acquiratur obligatio. si certum peta. ff. l. vidcamus. §. 1. de in litem iurando. ibi, authoritas iuris non refragabitur, quin iudicio, quod inter ipsos acceptum est, eiusmodi possit adhiberi.

Quinimo.

¶ Quinimo pro quinetiam, l. iuri gentium. §. quinimo. de pactis. ff. l. athletas. in fi. ff. de his qui notant. infam. l. 1. §. 1. si pars heredita. perat. l. & si. de noxalibus. Cod. l. communi. in fi. commu. diuid. videte Archidiaco. & Alex. de Autilla in c. tibi qui. de reseriptis, in 6. vbi aliis modis capi scribunt, & alij iuris interpretes in d. §. quinimo. vbi etiam scripsi. Quin etiam pro vlterius, insuper, l. quinetiam. de arbit. & l. nihil. de inoff. testa.

πεδίστρωμα quid sit.

¶ πεδίστρωμα significat omne, quod insternitur, teste Alciato, quasi circum stratum. Sunt enim περιστρώματα genus cortinæ, quibus parietes, & aulæ teguntur, etiam circunuallationes, sunt etiam peristromata picta & versicoloria. Vnde apud Plutarchum legitur Regi Persarum Themistoclem respondisse, sermones hominum peristromatis versicoloribus persimiles esse. etenim in illis cum extenduntur, ita in his formas figurasque apparere: cum verò contrahuntur, abscondi easdem, atque corrumpi. quare sibi tempore opus esse, vt de rebus Græciæ diceret. quod refert Crapaldus in lib. 2. de part. ædium. De varietate stragulorum scribit Volatera. lib. 27. c. vlt. & Eras. in chiliad.

IDEM LIB. QVINQVAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMASEXTA.

Pronuntiatum & statutum dici idem potest. promiscue enim & pronuntiasse, & statuisse solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi.

Pronuntiare & statuere idem esse.

¶ Hæc lex duas partes habet, prout duo dicta docet. secunda est ibi, matremsa. &c. Et hoc in summa vult hoc principium, Pronuntiare & statuere potest passim dici in his, qui cognoscendi ius habent. nam quod ad eos attinet, pronuntiatum & statutum idem significant. vnde solemus dicere iudicem pronuntiasse libertatem deberi, l. diui. ff. de pœnis. & in l. absentem. ibidem dicitur, aduersus absentes contumaces pronuntiari oportet. & non solent præsides ea, quę pronuntiarint, retractare, l. diui. l. iudicatum. 2. ibi, iudex pronuntiauerit. iudicatum solui. & probat l. penult. §. Labeo. de exceptio. rei iudicatæ, vbi primò dicit secundum actorem pronuntiatum, & demum nihil in suo iudicio de iure eius statutum: & sic idem est pronuntiare cum verbo statuere, l. 1. §. ideirco. ibi, liberum erit arbitrium statuendi ei, qui cognoscit. ff. de effracto. l. 2. §. lenocinium. ibi, an is, qui de adulterio cognoscit, statuere in maritum ob lenocinium possit. & puto posse. ff. de adulter. l. 1. ibi, cui de ea re statuendi potestas fuerit. de his qui notan. infa. l. 2. ibi, appellari à legatis procõsulis, & si mulctam dixerit, potest de iniquitate eius proconsul cognoscere, & quod optimum putauerit, statuere. quis & à quo appelle. & in rubr. C. quom. & quand. iudex. iuncta l. 1. vbi iudex non semper cogitur aduersus absentem pronuntiare. & l. fi. ibidem, & in l. 2. in fi. de senten. ex libello recitand. & aliis multis legibus illius titu. & in l. ex stipulatione. & l. seq. ac l. cum Papinianus. C. de senten. & interlocut. omnium iudic. l. 1, & 3. si à non competenti iudice pronuntiat. fuer. l. herede. & l. seq. ff. de fideicom. liberta. l. in summa. & l. seq. de re iudic. Et de qua re cognouerit iudex, de ea pronuntiare & statuere tenetur, lege, de qua re. ff. de iudiciis.

¶ Sed dicet quis, quomodo iudex cogi possit pronuntiare. Respondeo per superiorem.

text.

tex.in authen.vt differentes iudic.in princ.& in §.1.colla.9.facit c.nullus. vbi Panor. extra. de iure patro.Poterit enim is,qui ter requisiuit iudicem, vel appellare ad immediatum superiorem,& iudici intimare,& non parti,quia per eam non stat,tex.in §.1.de friuol.appellatio. in concord. vbi scripsi: vel requisitionibus ostensis impetrare poterit literas Regias à cancellaria, quibus præcipietur iudici sub magnis pœnis, vt intra certum tempus causam iudicare habeat.& ita vtimur in hoc Regno Francię quo ad iudices seculares. Et sic quo ad iudices idē est pronuntiare,& statuere,quia statuēdo pronuntiāt,& pronuntiando statuūt.

Praxis vt cogatur iudex iudicare.

¶ Item pronuntiare dicimur,quod viua voce proferimus,l. 1. §. 1. ibi, nam si quidem ita pronuntiauerit,non probasti,pepercit ei:sin autem pronuntiauerit, calumniatus es, condemnauit eum.ff.ad Turpillia.l.1.§.cum quidam.de quæstio.l.1.de re iud.l.1.§. 1. de his qui notant.infa. l.2.in fine. ff.de bon. corum. ibi, neque cuiusque mortui bona, antequam de eo Romæ pronuntiatum sit,publicata sunt. vnde solent iudices dicere, in his scriptis pronuntiamus. glo. hic. & prius pronuntiare iudex debet, vter possideat, vt is qui victus est, peritoris partibus fungatur.l.exitus.ff.de acq.possessio.l.is qui.de rei vindica. Et interdum hoc verbum pronuntiare ad arbitros refertur,c.1.de arbi.in 6.ibi, pronuntiat. & ideo Iurisconsult.aliquando ad vberiorem elucidationem addit, pronuntiatione iudicis. Et eo ipso quod pronuntiatur, rem meam esse,ex diuerso pronuntiatum videtur, tuam non esse, l. si inter.ff.de exceptione rei iudicatæ.

Viua voce pronuntiare dicūtur etiam arbitri.

Pronuntiatū pro sententia.

¶ Hinc Pronuntiatum,quod aliquando tamen pro sententia capitur,in l.1.in fi.ibi, quia prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatum.ad Turpil.ff. Interdum generaliter pro omni eo,quod probatum extitit,vel statutum,vt in l.eos, qui inter se diuersa testimonia præbuerint,quasi falsum fecerint,præscripto legis teneri pronuntiatum est:id est statutum est ex forma legis scriptæ.ff.de falsi.l.qui Romæ.§.penult.& vlt.de verbo. obligatio.l.1.ff.si libert.inge.esse dicat.l.2.§.si seruus.in fi.ff.de acquiren.posse. & pronuntiauit Imperator,in l.cum quærebatur.infra eod. Aliter interdum accipitur pronuntiatum apud dialecticos,& rhetores,vt vobis notum est.

Pronuntians.

¶ Inde pronuntians is,qui profert,l.oratio.supra eod.ibi, ex mente pronuntiantis.

Pronuntiatio.

¶ Pronuntiatio pro pronuntiato,l.pronuntiatio.infra eo. vbi elucidatur.

Recitari dicuntur sententiæ ex libello.

¶ Recitare verò est ex scripto, vel ex libello proferre,l.2. & seq. C. de sentent.ex libello recitandis,& ibi legi debet ex libello,propter d.l.2.quæ optime hoc probat ibi,iudices sententias formet, & emendatas statim in libellum secuta fidelitate conferant, scriptasque ex libello partibus legant. probat etiam l. Sempronia.ff.de furt. ibi, Lucius Titius pro tribunali eos libellos recitauit. & plura de hoc verbo scripsi in interpre. l. vnicæ,notab.vlt.C.de sentent.quæ pro eo quod interest proferunt.

Verbum pronūtiare ad partes refert.

¶ Refertur aliquando verbum pronuntiare ad partes, & tunc pronuntiare est prædicere nominatim,ac præfari, præmonere: vt is, qui mancipia,vel animalia vendit, pronuntiare debeat,quis fugitiuus, erróve sit.l.1.& l.sciendū.§.dictum.ff.de ædil.edict. Et qui vendunt mancipia, nationem cuiusq; pronuntiare debent. l.quod si nolit.§.qui mancipia. ibidem. & qui non pronuntiauit rei qualitatem, quam emptor desiderasset sciri,de euictione tenetur,l.qui libertatis. ff. de euictio.& in fin.dicitur modus pronuntiatus. Item pronuntiare est nuntiare, & dicere, l.1.§.dolum. ibi, aliquid pronuntiauerit triste. ff. de eo per quem factum erit. Item iudex pronuntiando contra absentem,vel præsentem, dicitur statuere,l. si præses. & seq.C.quo.& quando iudex.l.nulli.de sententiis & interlocutionibus om.iud. Et quod per verbum statuo possit diffinitiua proferri sententia,probat vltra supradicta iura cap.in his.cod.tit.

Sententia quæ cōtinere debet absolutionem vel condemnationem, quo modo intelligatur.

¶ Nec obest l.præses.C.de sentent. & interlo.om.iud.vbi sententia debet condemnationem, vel absolutionem continere: respondeo, sufficit condemnationem fieri per æquipollens, vt statuo quod des, vel aliis verbis, l. in summa.ff.de re iud.cum certa verba non sint de substantia sententię, vt scripsi in interpre.l.quod iussit.in prefatio.ibidem.& iudex dicitur statuere, non solum quando profert sententiam, verum etiam quando aliquid aliud constituit. Et inde dicuntur statuta leges municipales: quem sensum non habet verbum pronuntiare secundum gl.hic, vt in rub.de statu.& consuetu.contra liberta.eccles.colla.10.

Statuta, leges municipales.

Intellectus Alcia. ad l. nulli. C. de sent. & interlo. improbatur, & nouus datur.

¶ Vnde Alciat.infert ad intellectum l.nulli. C.de sentent.& interlocu.om.iud.vbi sic dicitur, Nulli qui statuendi non habet facultatem, interdicere patria cuiquam permittitur: vt sic intelligatur: Qui in vniuersum pro certo delicto constituere interdictionis pœnam non potest, is nec priuatim ea pœna mulctare aliquem potest: quia à quo remouetur totum,& pars,l.si quis cum totum.ff.de exceptio.rei iud.l.appellatione partis.infra eo. Quæ sententia parum mihi placet, & quia de indubitabili esset ille intellectus, nec ibi loquitur de parte, vel de toto: ideo poterit forte nouiter sic intelligi, quod is, qui potestatem non habet statuendi,id est pronuntiandi sententiam,sed tantum cognoscendi, & referendi postea ad superiorem, vel ad eum, qui illum delegauit, iuxta l.solent. & l. si quid.ff.de officio proconsl.l.iudices.Cod.de iud.non potest alicui interdicere patria, quia hæc interdictio fit

proconsl.

per sententiam, vt in rubr.de interd. & relega.ff.& is non habet facultatem statuendi, & sic pronuntiandi sententiam: ergo nec interdicere patria potest. Dubium erat ibi, quia postquam ius cognoscendi habet, videbatur quod patria interdicere poterat, postquam de illa cognouit,iuxta l.de qua re.ff.de iudic. Sed contrariū ibi statuitur:ratio est, quia postquam statuere & pronuntiare nō potest,ergo nec patria interdicere:quod fit per sententiā & pronuntiationem. Vel nulli permittitur interdicere patria,qui non habet potestatē statuendi, scilicet in illo loco: quasi velit dicere,nemo potest relegare vltra prouinciam, in qua non habet iurisdictionem:vel bannire aliquem de patria non debet, in qua iurisdictionem non habet:intellige, vt docet Iurisconsl. in d. l. relegatorum.§.sicut. ff. de interdict. & relega. & §.seq.& hic intellectus potest esse verus:tamen eligite: & secundum primum, is qui potest cognoscere, sed non statuere, non potest interdicere alicui patria: vel nemo potest defendere patriam, in qua non habet iurisdictionem.

Statuta pœna.

¶ Et statuta dicitur pœna legibus,id est assignata,descripta,l.in seruorum.in fi.ff.de pœnis.ibi,qui maiore pœna afficitur,quam legibus statuta est,infamis non fiat.

Statuere interdum ad priuatos refertur.

¶ Item statuere interdum ad priuatos refertur,& tunc capitur pro constituere,animaduertere, disponere,vel vendendo, castigando,seu legem imponendo:vt pater,& dominus habent potestatem statuendi in filios,& seruos,l.serui.ibi, neque enim qui potest in furem statuere, necesse habet aduersus furem litigare. ff. de furtis. hoc exponitur in §. hi qui.de obligatio.quæ ex delicto nascuntur,in Institutio.Paul. in l. ne cum filiofamil. ff. de furtis, vbi sic habetur: Ne cum filiosa. pater furti agere possit, non iuris constitutio, sed natura rei impedimento est, quod non magis cum his,quos in potestate habemus, quam nobiscum ipsi agere possumus.

Statutum tempus.

Statuti termini.

¶ Statutum tempus,præstitutum,constitutum,præfixum,l.2.ibi,sed perraro intra statutum tempus sententiæ exequentur.ff.de re iudica.Et Iurisc.Papin.pro eo dicit,determinatum,in l.Imperator.in fi.ff.de postulando,l.2.quemad.seruit.amittant. Et statuti termini idem,l.fi.ff.de termi:moto,vbi sic scribitur:Agraria lege, quam Caius Cæsar tulit aduersus eos,qui terminos statutos extra suum agrum, finesve mouerint dolo malo,pecuniaria pœna constituta est. Statutis sumptibus,in l.sed & si lege.§.quod autem.2.de petitio. hered. ff.ibi,in statutis verò suis sumptibus videatur factus locupletior.

¶ Constituere, in l.locus.infra eod.exponetur.

Destituere.

¶ Destituere pro repellere,l.1.§.casum.ibi, refert etiam Labeo Publium cæcum Asprenatis Nouij patrem auersa sella à Bruto destitutum,cum vellet postulare.ff.de postul. Destituere,priuare,c.1.versicu.illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cum criminaliter accusatur, qui tota sua substantia vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat.de restitutio.spolia.in 6.c.vlt.in fi.ibi,cum non constitutio,sed destitutio, vel destructio dici possit.de reb.eccles.non alie. Hinc ecclesia dicitur destituta pastore,quādo prælatum non habet,c.ecclesia.1.& c.Cumana ecclesia pastoris solatio destituta. de electio. Destituere,derelinquere,seu deserere:vt destituere studium.§.his ita.de iustit.& iure,in Institu.

Ecclesia destituta.

Præstituere.

¶ Instituere verbū abunde enucleabitur in l.verbis legis.in verbo instituendi,infra eod.

¶ Præstituere,id est prius statuere,& pro simplici frequenter ponitur,vt præstituere tempus,l.vnus ex creditoribus.ibi,si alter ex heredibus intra tempora præstituta deberet adire hereditatem. ff. quibus ex caus. in possessio. eat. l. 1. §. si quis tutor. ibi, sed intra tempora præstituta excusationem allegandam habet.ff.quando appellan. sit.l.si iudex cui certa tempora præstituta erant.de iudic.

Præstitutus dies.

¶ Præstitutum diem,l.ex consensu.in fi.ibi,ante diem præstitutum.ff.de appellatio.Alibi Iurisconsultus vocat præfinitum,in l.ab accusatione.§.destitisse videtur,qui intra præfinitum accusationis à præside tempus reum suum non peregit.ff.ad Turpil. & l. emptor. ibi, præfinita tempora.de pact.l.2.de collusio.detegenda. Vel præscriptum tempus,l.intra.§.1.ibi, quadriennij tempus, quod bonis vacantibus nuntiandis præscriptum est. ff. de diuers. & tempora.præscriptio.scripsi in titu.de præscrip.& in l.pupillus.§.decuriones.infra eod.

Prostituere.

¶ Prostituere,meretricari,luxuriari,se dedere scortationi, & exponere ad meretricandū. Inde ancilla prostituta,quę arti meretriciæ se dedidit,vel à domino tradita quæstui meretricio fuit.l.Imperator.ff.qui sine manu.ad liberta.peruc.sic dicens,Imperator noster cum patre suo constituit in eo, qui cum posset abducere prostitutam ancillam, pecunia accepta manus iniectionem vendidit,vt libera esset,nihil enim interesse,ipse abducas,& prostituas, an patiaris prostitutam esse pretio accepto, cum possis eximere. & sic intelligitur rubr. C. si mancipium ita veneat, ne prostituatur.l.athletas. §.ait prætor.ibi, prostituta mancipia. ff. de his qui notant.infa.Et palam quęstum facere dicimus non tantum eam,quæ in lupanari se prostituit,verum etiam si qua (vt solet)in caupona,vel qua alia taberna pudori suo non pareit.l.palam.ff.de ritu nuptia.

¶ De verbo restituo scripsi in l.restituere.supr.eo.& de substituere in l.in vulgari.infr.eo.

¶ Ferre ſententiam, dico in l. ferri. infra cod.

Promere ſententiam. ¶ Promere ſententiam eſt pronuntiare, proferre, l. diem proferre. §. ſi quis. ff. de arbit. ibi, vel vtroque abſente ſententia promatur. Magna quippe eſt iudicati authoritas & pronuntiati. habetur enim pro veritate, l. ingenuum. ff. de ſtatu hominum, & l. res iudicata. ff. de regu. iuris, l. ſi non ſortem. §. heredi. de condictio. indebiti. Inde ſufficit dicere ita iudicatum fuiſſe, inſtar Iuriſconſ. in l. §. eodem. ff. de ſenatuſcon. Silan. ibi, & ait Sextus ſic eſſe ſæpius iudicatum: quod eſt verum, ſi à Principe, vel à ſenatu, quia Princeps non aliter eſſet

Authoritas ſenatus quanta ſit. iudicaturus, l. vna. ff. de off. præfecti præto. Quamobrem ſæpius allego iudicium ſenatus, maxime in conſtitu. Reg. nulla alia adducens iura, ratus authoritatem eius ſufficere: quia antequã ſenatus ſic iudicauerit, veriſimile eſt, quod multæ leges, & iura tanquam in aceruum fuerunt adductæ ad hoc: licet videatur contra tex. in l. nemo iudex. C. de ſentent. & interlocu. quia non procedit in iudicatis à Principe, vel ſenatu, l. milites agrum. in fine. ff. de re milita. dixi in proœm. concordat. iudicati effectus triginta: ſcribam in l. vt ſunt iudicio. infra eod.

Iudices quatuor præſe ferre debent. ¶ In ſumma notandum eſt pro iudicibus, vt quatuor potiſsimum habeant. Primum quod facile non credant, nec leuiter, l. tribuni. C. de re milita. lib. 12. nempe vitio adſcribitur nimia credulitas, l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factum erit: & hoc vitio magni viri, & Principes maxime laborant.

¶ Secundò, quod exquiſite diſcutiant, l. quoties. C. de naufrag. lib. 12. l. iudices. C. de iudic. c. iudicantẽ oportet cuncta rimari. 30. q. 5. inde extat pulchra Menandri Græci ſententia: Ὁ προκαταγνώσιν δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς, Αὐτὸς πονηρὸς ὕστερ πιστεύσας κακῶς. id eſt, Qui prius condemnat quam cauſam luculenter audiuerit, is eſt malus, qui malè crediderit.

¶ Tertiò, vt neq; gratia, aut pretio corrupti, neq; odio, inimicitiiſve iudicent: vt in auth. vt iud. ſine quo. ſuffrag. & in l. 1. & auth. ibi poſita, C. de pœna iud. qui malè iudica. & iudex ſine affectione partium eſſe debet, conſiderato tantum iure. nam ſicut iudicat, ita iudicabitur, cap. 1. de re iud. lib. ſexto.

¶ Quartò, vt cum deliberatione pronuntient, l. 2. C. de ſentent. ex libello recitan. Lucas de Penna in l. 3. col. fi. C. de curſu publico, lib. 12. Inde præſides curiæ ſupremæ dicere in areſti pronuntiatione ſolent, à curia ſuprema viſum proceſſum cum grandi & matura deliberatione, ita: *Lequel proces a eſté veu auec grande & meure deliberation*, &c.

Areſti pronũtiati verba.

Iuridicus. ¶ Aliquando iudex vocatur iuridicus, quaſi iura dicens, vel iure ſententiam dicens, lege, Thais. §. Lucia. ff. de fideicommiſſariis libertatibus, & in rubr. ff. de officio iuridici Alexand. ſcripſi. inde Gallico idiomate dicimus, *choſe iuridicque*, id eſt, *ſelon le droit faicte, & lettres iuridicques, ciuiles.*

Promiſcue. ¶ *Promiſcue* idem eſt quod indifferenter, communiter, vt probatur in duabus legibus, vbi in vna dicitur promiſcue, in altera indifferenter, in l. inter. §. 1. ibi, lex Iulia ſtuprum & adulterium promiſcue appellat. de adulte. ff. & in l. inter. ibi, ſed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur. infra eo. inde veteres emptionum venditionumq; appellationibus promiſcue vtebantur, l. veteres. ff. de actio. empti.

** Alc. in domo ſua vixit.* §. Matremfamilias accipere debemus eam, quæ non inhoneſtè * domi vixit. Matrem enim familias à ceteris fœminis mores diſcernunt, atque ſeparant. Proinde nihil intererit, nupta ſit, an vidua, ingenua ſit, an libertina. Nam neque nuptiæ, neque natales faciunt matremfamilias, ſed boni mores.

Text. elucidatio breuis. ¶ Quatuor continet hic §. primò quod materfa. eſt, quæ vixit Honeſte. honeſtas enim tam in verbis, quam in factis conſiſtit. vnde diuus Paulus 1. ad Corinth. 14. cap. in fi. ait, omnia honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis. Et hæ duæ negationes, videlicet non inhoneſte, æquipollent affirmationi, in l. duobus. infra eodem. Secundò, mores ſeparant matremfamilias à ceteris fœminis, quoniam materfamilias dicitur bonis prædita moribus. Tertiò non refert, an ea quæ moribus eſt honeſtata bonis, ſit ingenua, vel libertina, an ſit nupta, vel vidua. Omnis enim fœmina bonis decorata moribus quo ad hoc materfa. dicitur: quia nuptiæ non faciunt matremfa. nec natales etiam genoroſi. nam mulier ex nobilibus orta parentibus peruerſe viuens, non dicitur materfa. quia boni mores tantum eam matremfa. faciunt. Et hoc pro ſumma ſit.

Honeſtas in quibus conſiſtat.

¶ Et vacat hic argumentum à contrario. nam ſi domi mulier bene vixerit, & extra domum κακῶς, peruerſe, luxurioſe, & turpiter, non dicetur materfamilias: ſed ideo tex. ſecundum aliquos dicit, in domo ſua vixit, quia extra domum ſuam mulier non debet vagari: & ſicut piſcis ſine aqua, ita mulier ſine domo ſua eſſe non debet, vt monachus in clauſtro, in c. placuit. 16. q. 1. inde ait Dauid, vxor tua ſicut vitis abundãs in lateribus domus tuę. adeo quod ſub lateribus domus ſuæ debet ſe continere, l. conſenſu. §. vir. C. de repud. quamuis mala

pars mulierum, nõ dico bonam partem, ſed plurimæ, quia bonas nõ audeo appellare vagas, hoc non ſeruat. Vnde aliqui tex. non habent in domo ſua, ſed ſimpliciter, quæ non in honeſte vixit: ſcilicet vbicunque, etſi habeatis domum.

Domus quot modis accipiatur. ¶ Hic tex. domum pro habitatione accipit, vt in l. qui domum. ff. de adulte. & intelligite tam de domo propria, quam conducta, etiam ſi mulier gratis eam habitauerit, l. lex Cornelia. §. domum. de iniur. nec obeſt verbum ſua, quia hic poteſt accipi, prout in l. 2. in princip. ff. de orig. iur. in glo. non quia Papirius. dicam de hoc verbo ſuum, in l. pupillus. §. fi. infr. eo. Interdum domus ponitur pro patrimonio, ſeu ſubſtantia, vt in l. lecta. in princip. ibi, de domo. ff. ſi cert. peta. ideo qui conſtituit vxorẽ totius domus vſufructuariam, ſic intelligetur, ſecundum Purpura. ibi, qui allegat Barb. in repetitio. l. cum acutiſsimi. col. 6. de fideicom. C. facit tex. in l. 1. C. de ingen. manum. Iacobi. in l. 1. num. 8. C. ne liceat potentio. Interdum domus accipitur pro domino domus, d. l. 1. in verbo opibus. Cod. ne liceat potentior. & continet eos, qui ſunt de familia domini, lege prima, vbi interpretes. ff. de ſenatuſconſulto Silan.

Materfamilias tribus modis dicitur. ¶ *Materfamilias.* Materfamilias ſignificat nõ tantum nuptam, ſed etiam viduam, l. mater. ff. de adult. itidem capitur in l. Maſſurius. & in lege, pronuntiatio. §. primo, ac in l. in lege Cenſoria. & l. malum. vbi plene dicam, infra eo. Et ſic materfamilias capitur pro fœmina honeſte viuente, & bonis moribus inſignita, vt hic.

Sententia Alciati improbatur. ¶ Secundò materfamilias dicitur, quæ ſuæ eſt poteſtatis, ſiue pubes, ſiue impubes ſit, l. nam ciuium. ibi, patresfa. ſunt, qui ſuæ ſunt poteſtatis, ſiue puberes, ſiue impuberes, ſimili modo matresfamil. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. vbi licet hoc expreſsim dicatur, tamen non eſſe verum arbitratur Alciat. niſi adſint boni mores: ſed contra eum loquitur d. l. nam ciuium. & l. qui domũ. iuncta l. materfa. ff. de adulter. vbi ſic dicitur, Materfa. vocatur, quæ præbuit domum, vt ſtuprum committeretur, & etiam illa, quæ committit: & ibi adultera vocatur materfa. vel læna, & tamen eſt malis moribus prædita: ob id neceſſe eſt ſtare huic ſententię. Nec refragatur, quod dicat exemplum viduæ, quia exempla non arctant regulam: nempe vult tex. dicere, quod ſiue ſit vidua, ſiue nupta, ſiue ingenua, ſiue libertina, materfa. dicitur vno modo, ſi bonis moribus ſit prædita: ſed non negat, quin ſecundo modo, id eſt ſuæ poteſtatis dicatur illa, quæ eſt ſui iuris, licet bonis moribus ornata non ſit, vtpote quia eſt adultera, vel læna, vt d. l. mater. & in iuribus adductis ſuperius.

Legis vtilitates. ¶ Tertiò pro fœmina notæ authoritatis dicit Iuriſconſ. in l. 3. in fi. ff. de lib. exhi. ibi, cum audis matremfamilias, accipe notæ authoritatis fœminam. Sequitur Lucas de Penna in l. tertia, in fine, de fide inſtrumen. & iure haſtæ fiſcalis, libro 10. C. & de iure fœminarum videte textus, & doctores in capitulo, mulieres. de iudiciis, in ſexto. & quibus caſibus deterioris ſint conditionis, quam viri, gloſſa ſcribit, & doctores in lege, in multis. ff. de ſtatu hominum, & abunde vltra alios Dec. in l. 2. de reg. iur. ff. ſcripſi in l. mulieris. ſupra eodem.

Boni mores nobilitati præferuntur. ¶ Vtilitates huius legis ſunt, quod mulieres etiam nobiles inhoneſtæ non admittuntur ad multos actus, de quibus inferius, ad quos matresfa. id eſt honeſte viuentes admittuntur. Nam boni mores nobilitati præferuntur, per iſtum text. qui parum hoc probat, licet eum ad hoc ſingularem dicat Bald. in c. penultimo, in fi. de probatio. & Barba. conſil. 54. illud. col. 11. in 1. vol. & conſil. 46. ſcripſit. in princip. in ſecundo volum. & conſ. vlt. col. 5. eo. vol. melius tamen probat tex. in l. ſcire. §. penultimo. ff. de tutor. & curato. datis ab his. ibi, neque enim facultates, neque dignitas eſt ita ſufficiens, vt bona electio, & benigni mores. Et multa ſuper hoc ſcribit Bonus de Curtil. in tracta. de nobilitate per totum.

Si mulier dicat ſe prægnantẽ, an credatur. ¶ Secundò quando mulier dicit ſe prægnantem, non credetur ei, ſed debent adhiberi matresfa. id eſt honeſtæ fœminæ, quæ hoc videant, & diſcernant, l. 1. ff. de ventre inſpiciendo. docet Speculator in titu. qui filij ſint legitimi. in verſ. cum vir.

Cuſtodiri puella apud matrẽfa. debet. ¶ Tertiò quando puella traditur cuſtodienda pendente matrimonij diſceptatione, debet dari matrifa. id eſt honeſtæ mulieri, cap. cum locum. vbi docto. de ſponſa. & interim doceat eam nuptialia munera exercere.

¶ Quartò virginitas alicuius mulieris probatur per matresfa. prouidas & honeſtas, ac prudentes fœminas, c. cauſam matrimonij. & c. propoſuiſti. de probatio.

Materfa. non debet incarcerari pro debitis fiſcalibus, vel priuatis. ¶ Quintò nemo iudex aliquem officialem ad eam domum, in qua materfa. degit, cum aliquo præcepto exiſtimet eſſe mittendum, vt eandem in publicum protrahat, l. nemo. C. de officio diuerſo. iudicum. & ſic materfa. non debet pro debitis fiſcalibus, vel priuatis includi, & in carcerem detrudi, ſi honeſtè viuat: ſed meretrix non coniugata ſic, quia non dicitur quo ad hoc materfa. & ita conſuluit Barba. conſ. 27. col. 2. in 1. volum. & Hippolyt. in lege vna, numero 30. C. de rapto. & in practica, in §. attamen. nu. 66. licet hodie parum hoc ſeruetur, vt ſcripſi in proœm. ordi. Reg. in meis commentar. in primo tomo.

Adulterium vel ſtuprum cum ancilla cõmiſſum an puniendum. ¶ Sextò adulterium vel ſtuprum cõmiſſum cum ancilla meretrice non eſt puniendum, quo ad ciuile forum, l. ſi ea. Cod. de adulte. ſecus ſi cum matrefamilias, cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur, quæ iuris nexibus detinentur, & matrisfa. nomen obtinent. hæ

autem immunes à iudiciaria ſcueritate, & ſtupri & adulterij præſtentur, quas vilitas vitæ dignas legum obſeruatione non credit, l.quæ adulterium. C.eod.

¶ Vltimò ferè in caſibus vbi mulieribus fauetur, quos ſcribit glo.in l.fi.C.de iur. & facti ignorant.intelligitur de honeſtè viuentibus, niſi eis indulgeatur propter ſexus fragilitatem tantum, vt in Velleia. vt in l.1.& per totum.ff.ad Velleia. gloſ.& docto.in l.in multis. ff. de ſtatu homi. docto. in l.2.de regu. iur. quod eſt notandum.

Diſcernere. ¶ *Diſcernunt*, id eſt diſtinguunt, diiudicant, atq; diiudunt à cæteris fœminis. Diſcernere eſt diuidere, diſtinctè cognoſcere, vel diſtinguere, diiudicare, l. 1. in fi. ibi, ſic aliud eſt pretium, aliud merx, quod in permutatione diſcerni non poteſt, vter emptor & venditor ſit.ff. de contrahen.emptio.& in l.1.de rerum permuta.facit l.alioqui.de contrahenda emptio.

Diſcretio. ¶ Inde diſcretio, illa diſtinctio & diuiſio, l. vſufructuarium venari. in fi. ff. de vſufructu. ibi, commodiſsime tamen, ne per ſingula animalia facultatis fructuarij propter diſcretionem difficilem ius incertum ſit.

Diſcretus. ¶ Inde diſcretus dicitur, qui qualitates, ac rerum momenta diſcernit, atque diiudicat: & hic confiteri tenetur ſemel in anno, vt ait tex. in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnitent.&

Indiſcretæ perſonæ. remiſsio. vbi ſcripſi. & diſcretos iudices dicit tex. in c.1.de conſangui. & affi. Et indiſcretæ perſonæ contra, quarum defectus per alios ſuppletur, c.paſtoralis.de iudic.

Atque dictio. ¶ *Atque*. Hæc dictio coniungit, vt in l.in lege Cenſoria.in fi.infra eo. l. idemq;.§.1.ff. de actio.empti.l.fundum.§.penult.de euictio.l.videamus.2. §. item.de vſuris.vnde ſi quis donauerit domum, atque fundum contiguum, vtrunque debebitur, per prædicta.

Aliter atque. ¶ Aliter atque, id eſt aliter quam, l. qui re ſibi commodata, vel apud ſe depoſita vſus eſt aliter atque accepit. ff. de furt. Et iuris & facti diuerſitatem notat à præcedenti caſu, l.1.§.ſi reus.ibi, aliter atque ſi ab alio ſit impeditus.ff.de eo per quem factum erit. l. qui ſeruum.de interroga.actio.l.Pompo.de rei vindica.l.quoties.1.de ſeruitu.

Atqui. ¶ Atqui, pro ſed, in l.arbitrio.§.de eo.ff.de dolo. ibi, atqui ſi maiora pondera commodauit. licet gloſ.pro certe exponat ibi, ſed non conuenit illi tex facit l.Iulia.ff. de petit. hereditа. & in l. 1. ſi ſeruit.vindice. vbi glo.exponit pro ſed: tamen in l.filiuſſa.de in rem verſo, pro certe.in l.atqui.vbi glo.ff.de nego.geſt.l.Barbarius.de off.prætoris.

Perinde atq;. ¶ Perinde atque, pro eo atque, ſeu ac ſi, id eſt ita, l. ſi ab emptore vſusfructus petatur, perinde is venditori denuntiare debet, atque is à quo pars petitur. ff. de euictio. id eſt ita, vel ſicut.l.ſi pater.2.de iure dotium, vbi gl.ſcribam & de verbo proinde in l.portus.infr.eo.

Separare. ¶ *Separant*, id eſt ſegregant.hoc in l.locus. infra eo.diſcutietur.

Intereſſe quot modis ſumitur. ¶ *Intererit*, id eſt referet, l. non intereſt. ff.de fideicom. heredita. petit. l. adhuc intereſſe vnde ſit pretium numeratum. de vſufructu.ſic capitur hic.

¶ Intereſt, in re mea eſt. Inde intereſſe, quod in damno & lucro ceſſante conſiſtit: de quo abunde ſcripſi in interpreta. l. vnicæ de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. C. Intereſſe, pro adeſſe, l.1.§.caſum.ibi, Appius denique Claudius cæcus conſiliis publicis intererat.ff. de poſtulando.

¶ Intereſſe pro differre, l.ſed & ſi quis.§.fi.& ibi glo.puto intereſſe. ff. ſi quis cautio. l.iſti quidem.in fi.ff. quod met. cauſ. l. inter hæc verba quanti. & l.licet. 1. l. inter ſtuprum. & l. aliud eſt fraus.§.1.& l.inter diuortium.infra eod.

¶ Intereſt, vtile eſt, ad rem eſt. inde actio negotiorum geſtorũ datur illi, cuius intereſt, l. actio.ff.de nego.geſtis. Alia dixi in præfatio.ad d.l.vnicam, quæſtio.3. Et nuperrime adieci quædam, quibus reſponderem quibuſdam calumniantibus ſcripta noſtra, forte parum ea intelligentibus, vt moris eſt.

Nupta quæ dicatur & an ſpõſa nuptæ nomine cõtineatur. ¶ *Nupta* hic accipitur pro coniuncta matrimonio, idem in l. inter ſtuprum.& l. malum. §.viduam.infra eod. Et ideo nuptæ nomine non venit ſponſa, neque ex iure, nec ex communi vſu, niſi eadem ratio in eadem conſiſteret, vt probatur in l.non ſine. C. de bonis quæ liber. plenè doctor.in authen.præterea. C.vnde vir & vxor. & ad id centum ſi vellem addu cerem authoritates: etiam communis Francię vſus loquendi facit differentiam inter *fiancee & mariee*. quod prodeſt ſcire Tholoſanis, qui lucrantur dotem nuptæ præmorientis, vt eſt in eorum conſuetud. ſed non ſponſæ.

Libertinus quis, & reprehenditur Valla. ¶ Libertina eſt quæ ex iuſta ſeruitute manumiſſa eſt, §. 1. de libertinis, in Inſtitutio. Et inter libertinum & libertum differentia eſt: quia per libertinum ſignificamus conditionem hominis, ſicut per ingenuum: per libertum autem ſignificamus priuatum quendam reſpectum, ſicut per patronum: ideoque libertinus adiectiuum eſt, ſicut ingenuus, libertus ſubſtantiuum, ſicut patronus: etiam ſunt diſtincti titu. de libertis & libertinis: quam differentiam qui ignorant (cõmunes autem Leguleij ignorant) plurima & capitalia in ipſo iure ciuili committunt. Hæc Valla libr.quarto, cap.primo: qui plane decipitur, quia libertus in iure accipitur pro libertino, & contra: probat l.3.§.liberti.ff.de muner. & honor. & l. circa. de probatio. vbi quem libertum, ſtatim libertinum & econtra appellat: & l. libertinus. de ritu nuptiarum. idem in rubr. ff. de operis liberto. vbi poſtea in l.qui libertinus. ibidem, in ſubſtan-

ſubſtantiuo vtitur pro liberto. idem habetur in rubr. de bo. liberto. iuncta l. libertinus. vbi vocatur libertus, & idem libertinus. facit l. ſi in libertinum animaduerſum erit. ibidem, de bo. liberto. l. fi. de iure aureo. anulor. vbi ſic ſcribitur: Libertinus, ſi ius aureorum anulorum impetrauerit, quamuis, &c. Caius in l. libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt. ff. de ſtatu hom. Nec ſunt diſtincti tituli, vt ipſe falſò aſſerit: ideo capitalia crimina non committunt Leguleij, qui differentiam Vallę ignorant, tanquam inutilem, & nullius momenti apud Iuriſperitos, ſed ipſe potius, qui falſum dicit.

¶ Tamen interdum apud Iuriſconſultos inuenitur libertinus adiectiuum, vt libertina perſona, in l. 2.ff.de oper. liberto. ibi, vt premeret libertinas perſonas. & non negamus eo caſu hominis conditionem ſignificari: ſed frequentius ius ciuile libertum pro libertino & econtra accipit. ideo videtis periculoſum eſſe prefari de iure, ignoranti ius: & culpa rei ſe immiſcere, &c. regula, culpa. de regul. iur. ff. ſicut ſunt hodie, qui quędam vocabula in iure declarant, ſed vtilitatem, quam ignorant, dimittunt.

¶ Libertinitatis cauſa impoſita, in l. ſi patronus non aluerit libertum, lex Aelia Sentia adimit ei ius libertinitatis cauſa impoſitum. ff. de bo.liber.in l.ſæpe. infra eo. in verbo, impoſita dicemus, l.circa eum, qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat. ff. de probat.

Nuptiæ multis modis accipiũtur. ¶ *Nuptiæ* hic accipiuntur pro coniugio, & matrimonio. idem in l. boues. §. hoc ſermone, dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur, l. nepos. & l. Maſſurius. in fi. infra eod. Secundò accipitur pro feſto ſeu apparatu nuptiarum, vt in l. inter donum. in fi. infra eo. Et in euangelio nuptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ. c. fœminæ. & c. noſtrates. 30. q. 5. Tertiò pro commixtione, & coitu, c. quod autem. & c. genuit. 30. q. 5. vbi glo. & Archi. & Panor. in c. tertio loco. col. vlt. de præſumpt. Et in nuptiis, funere, & cum naſcuntur, ter duntaxat Daruani in vita lauant, vt aiunt, contra Iudæorum morem.

Natales ſubſtan. iuuen. ¶ *Natales*. Natales in plurali tantum conditionẽ ſanguinis & familiæ denotant: vt generoſi natales, *de noble lignee*, obſcuri natales, *de pauure lignee*, teſte Valla lib. 4. cap. 10. inde natalibus reſtituere, de quo dixi in l. reſtituere. 1. ſupra eo. ſeu ingenuitatem, vt non officere natalibus. §. fi. de ingenuis, in Inſtitutio.

Natalis & natale. ¶ Natalis maſculini, vel natale neutri ſumitur pro die, quo quis natus eſt, ab adiectiuo natalis, vt ibi Valla ſcribit. Vnde quia ſancti ad gloriam naſcuntur per mortem, ideo mors illorum vocatur natale ſanctorum, & illo die eorum celebratur feſtum. glo. in d. c. fi. & in d.c.non licet natales martyrum in quadrageſima celebrare. 33. q. 4. glo. in l. cum quidam. de annuis lega. ff. & in d. §. fi. de ingenuis.

Natalis vel natalitius dies. ¶ Natalis dies, vel natalitius, idem. l. 3. §. minorem. ff. de minorib. ibi, minorẽ autem 25. annis natu videndum, an etiam diem natalis ſui adhuc dicimus ante horam qua natus eſt. & l. cum quidam decurionibus diuiſiones dari voluiſſet die natalis ſui. ff. de annuis lega. l. cum biſſextus. infra eod.

Boni mores de iure ciuili, & canonico qui dicantur. ¶ Natalitium verò neutri gen. donum quod die natiuitatis fit, l. inter donum. infra eod.

Contra bonos mores quid dicatur. ¶ *Boni mores*. Boni mores vocantur benigni à Iuriſconſulto, in l. is qui. in fi. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Et virtutem bonos dicit mores, malos vero mores vitia Lucas de Penna in l. magiſtros. col. 1. C. de profeſſo. & medic. lib. 10. & deteriores ſunt, qui doctorum vitam moreſque corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum, prædiaque diripiunt, c. deteriores. 6. q. 1. Boni mores etiam de iure canonico dicuntur, quando vitatur peccatum: contra bonos mores eſt, quando inducitur peccatum, vel ad peccandum. Bal. & alij in l. pacta quæ contra. & in l. pactũ quod dotali. q. 19. C. de pact. ſic intelligũt regulam, nõ eſt oblig. de reg. iur. in 6.

Irenarchæ. ¶ Boni mores de iure ciuili vocantur, qui inducti propter honeſtatem, & publicam vtilitatem fuerunt. Iaſ. & alij in d.l. pacta. ſcripſi fuſius in interpret. l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. Itaque mores in duplici traduntur differentia. quidam ſunt boni mores, & vſus à gentibus ſecundùm honeſtatem inducti, mali contra: vt plene docto. in c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. Alij verò à iure ciuili inducti ſunt: vnde Irenarchæ ſunt, qui diſciplinæ publicę & moribus corrigendis præficiuntur. l. fi. §. Irenarchas. ff. de mun. & hon. Debet intelligi de malis moribus, quia boni corrigi non debent. Et Iuriſcon. alibi declarat, dicens: fit iniuria contra bonos mores, veluti ſi quis ſimo corrupto aliquem corruperit, cœno, luto oblinierit, aqua ſpurcauerit, fiſtulas lacus, quidve aliud ad iniuriam publicã contaminauerit, l.1.§.1. de extraor. crimi. ff. Declaratur etiam in l. item apud. §. ſed ladicitur. ff. de iniur. fuſius dixi in d.l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & Antipha. ſolitus erat dicere, *πρὸ τῶν δίκαια καὶ νόμιμα τιμιώτατον*, mores peculium ſunt pretioſiſsimum.

Mos quid dicatur. ¶ Item religioſum à ceteris hominibus mores diſcernunt ac ſeparant, & ſingularis deuotio, vt per totum titu. de regula. & tranſeunt. ad religio. extra. Præterea ſcholaſticum boni mores, & doctrina, & ſtudium faciunt, vt ſcribo in ſcholaſtico. priuileg. lib. 2. in 11. neceſſario. vnde dicit tex. in c. forus. in fi. eo. titu. ſi bona vita non fuerit, fide carebit. non enim poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere commercium.

¶ Morem dicit Macrob. libr. Satur. 3. cap. 8. poſt Varro. eſſe in iudicio animi, quem ſequi

debeat consuetudo. Festus de verbor. significatio. Mos est, inquit, institutum patrium pertinens ad religiones, ceremoniasque maiorum: quod probat ex vers. Virgil. lib. 7. Aen. vt apud eum legi potest. Iurisconsulti autem pro consuetudine vel vsu capiunt, vt in l. moris est. ff. de pœn. l. relegatorum. §. his qui. ibi, etenim moris est ita pronuntiari. ff. de interd. & relega. facit l. munus proprie est, quod necessario subimus lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet potestatem. infra eod. Aristot. tamen in lib. magno. moral. 1. cap. 6. ait morem à mora habuisse cognomen, breuis in longam literæ facta mutatione. moralis siquidem appellatur, quod ex mora assuescat, idque certum, quod virtus nulla, quæ ex parte oriatur irrationali, ex natura nascatur, &c.

Mores vnde.

More ciuitatis.

¶ Inde dicimus more ciuitatis, l. probrũ. sup. eo. l. more nostræ ciitatis. ff. de qe. au. possess.

Morem gerere.

¶ Morem gerere est parere, obedire, l. quod si. in fi. ibi, si aduersarium condemnari malit, mos ei gerendus est. ff. de rei vindica. l. circa. in fine. de probatio. l. & puto. famil. ercisc. ibi, morem eis gerat cautionibus interpositis.

More maiorũ.

¶ More maiorum, quod inepte dicunt modo, vel in modum, *à la maniere, & façon*, teste Adria. Card. de sermo. Latino. Ego pro obseruatione exponerem, & instituto. l. more maiorum ita comparatum est. ff. de iurisd. om. iud. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui notant. infa. ibi, & si talis maritus sit, quem more maiorum, id est ex obseruatione & instituto maiorum lugeri non oportet. l. penult. de parricid. l. sed & si. §. hæc clausula. ff. ex quib. caus. maior. ibi, ergo pro obseruatione ponitur, quodam hominum grauiorum placito, non lege, non necessitate confirmato. Budæ. in l. ius ciuile. ff. de iust. & iure. facit l. penult. ibid. ibi, saluo more maiorum, id est sicut solebat fieri tempore maiorũ: exponit Alcia. in lib. 4. parerg. c. 21.

More latronũ.

¶ More latronum, pro modo, *à la maniere*, in l. 3. §. aduersus. de sepulchro violato. ibi, vt si armati more latronum id egerint. Et moribus receptum est, id est quadam obseruatione introductũ, l. 1. de donatio. inter virum & vxo. ff. ibi, moribus apud nos receptum est. l. patre furioso. ibi, nam cum ius potestatis moribus sit receptum. de his qui sunt sui, vel alie. iur. scripsi in l. qui fundum. infra eod.

Moribus introductum quando dicatur, & intellectus ad l. 2. de vulga.

¶ Moribus introductum est, vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit, l. 2. ff. de vulga. vbi gl. exponit, id est iure Lacedæmoniorum, per §. & non ineleganter. Instit. de iure natura. quod non est mihi ex sententia, nempe licet Lacedæmonij iure non scripto regerentur, nõ sequiturtamen quod induxerint illam substitutionem: sed mos, id est vsus & obseruatio atque consuetudo forte aliorum hoc introduxit, & postea ius ciuile illum morem comprobauit, vt plenius in meis no. interpreta. dicam.

¶ Et sic cessant illæ difficultates doctorum iactatæ, maximè per Lancelo. Politum in tracta. substit. in quæst. 3. de pupilla. vbi dicit, quod si simpliciter lex de moribus loquatur, debet intelligi de iure ciuili scripto: si autem de moribus talis loci, de consuetudine intelligetur. & hoc sequitur Curt. in cons. 67. sapienter. col. 2. quod videtis non esse verum, quia vtrobique intelligetur de moribus, id est de vsu hominum instituto, & à iure ciuili recepto. Cessat etiam difficultas, an substitutio pupillaris sit iuris ciuilis, quia si inductionem respiciamus, moribus inductam esse dicemus, sed iuris ciuilis approbatione confirmatam. quod probat l. postliminium. ibi, moribus & legibus constitutum. in principio, ff. de capti. vbi postliminium & moribus & legibus constitutum esse dicit: quia quod mores induxerant, leges constituerunt, id est approbauerunt, & in corpus iuris scripti digesserunt. Et sic fieri non debet differentia, siue dicatur moribus, siue more ciuitatis, nisi quod vnum est generalius altero. probat l. si in emptione. §. omnium. ibi, mores ciuitatis. ff. de contrahen. emptio. & l. præuaricationis iudicium aliud publicum, aliud priuatum moribus inductum est. ff. de præuar. l. libertinus. de ritu nuptia. ibi, hoc ius moribus, non legibus introductum est. l. si tibi. in fi. ibi, nec enim moribus nostris conuenit filium temporalem habere. ff. de adoptio. & quamuis leges statuerint id quod moribus inductum erat, adhuc tamen moribus dicitur fieri, & lege, quando lex originem dedit. sic debet intelligi l. cum prætor. ff. de iud. vers. non autem. ibi, quidam enim lege impediuntur, ne iudices sint, quidam moribus, quidam natura, &c. facit l. 1. ibi, quod moribus quidem ab initio introductum est. ff. de curato. furio.

Substitutio pupillaris an iuris ciuilis sit.

Inquisitio de moribus cum quibus fieri debeat.

¶ Notandum est, quod quando inquiritur super bonis moribus alicuius, inquiri debet cum illius amicis, cuius interest: arg. l. hoc autem. §. 1. quibus ex caus. in possessio. catur. Bart. in l. scire oportet. §. 1. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. vbi dicit hoc esse verum, quando fit inquisitio tutoris: tunc enim debent requiri coniuncti, & amici pupilli. sed quando inquiritur de moribus alicuius, forte propter munus regentiæ, vbi ex aresto prius debet fieri inquisitio hic Parisiis, certe inquiretur ab omnibus, qui notitiam illius de quo inquiritur, habent, & quibuscum versatus est, & vixit. Et idem si fiat inquisitio propter gradum licentiæ, vt in Montepessulo, vbi antequam recipiatur quis in numerum prolytarum, quos licentiatos vocamus, solent doctores inquirere de moribus & natiuitate illius. Idem fieri debet hodie, quando aliquis vult recipi ad officium Regium, vt hæretici repellantur.

Inquisitio facienda de moribus cupientis officium habere Regium.

¶ Et

¶ Et idem quando fit inquisitio electi, de quo in cap. cupientes. de elect. in sexto, & cap. fina. ibidem. Et mirum est cur olim non fieret inquisitio, quando aliquis volebat recipi in consiliarium, vel præsidem, seu locumtenentem prouinciæ. Sed satius esset nullum cuiquam conferri beneficium, nisi prius esset facta illius inquisitio, quando ignotus est: & idem in officio: nam melius se haberet respublica: sed hodie de moribus vltima fit quæstio, ob id malum regimen in quolibet statu fere progreditur vsque ad quartum gradum, vt verbis vtar medicorum. Et de his vere scribit Euripides his verbis:

Ἤδη νοσῶδες τοῦτο τοῖς ἀμένοσιν,
ὅταν τις ὀρθῶς ἀξίωμ' ἀνὴρ ἔχῃ,
γλώσσῃ κατάρχων ὀλόμενον, ὃ δ' ἦν τὸ πρίν.
φεῦ φεῦ. κακοῦσιν ὡς ὅταν δόμων ὀδμὴ
καλῶς, ὑβρίζουσ' ὡς δεῖ πράξοντες εὖ.

Id est,

Iam verò istud graue præstantibus viris est,
Cum homo nequam dignitate præditus est:
Qui nullius ante erat pretij, magno cum fastu ceterorum dominatur.
Proh dolor, postquam improbis res feliciter succedit,
Quam petulantes sunt quasi fortuna secunda semper vsuri.

Et Menander:

Ἀνθρώπος ἐὰν ᾖ χρηστὸς, εὐγενὴς, σφόδρα
γοργὸς, δ' ἄλλως ὄφελος οὐ τῷ νῦν γένει.
πράττει δ' ὁ κόλαξ ἅπερ ἅπαντες, ἐλεύθερα
ὁ συκοφάντης, ὁ κακοήθης τἀληθῆ λέγει.

Id est,

Homini si bonus sit, nobilis, valdéque generosus,
Hoc tempore ei profuerit nihil.
Valet nunc omnium optime assentator, deinde
Calumniator, postremò nequissimus.

Demosthenes ex Aristonis scriptis:

Ὅσπερ ὁ βίος θεάτρῳ· διὸ πολλάκις χάριεσσι τὸν κάλλιστον ὑπ' αὐτοῖς κατέχουσι τόπον. Id est, Hæc vita theatro simillima est: idcirco deterrimi sæpe lectissimum inter eos locum habent.

Herodotus:

Ἐλπὶς δὲ δόλιον ἐστὶ ὀνθρώποισι ἄυτη, πολλὰ φρονέοντα μεταλλεῦσι κἀπέειν. Id est, Apud mortales hic grauissimus est dolor, vt multa rerum cognitione præditi, nihil prorsus habeant. Videte præsules, & istis totis neruis obuiam ite. Vnde ista fugienda esse dum prætereunt, scribit sic Mantuanus:

Ite procul mites animæ, quæ dulcia pacis
Otia, quæ superos, quæ cœli quæritis arcem:
Ne funestus odor, ne vos contagia lædant
Vipereæ prolis: clausis abscondite valuis
Atria, progenies nigri dum præterit orci. &c.

¶ Aliquando tamen hæc dictio moribus refertur ad rationem naturalem, iúsq; gentium, vt in l. libertinus. ff. de ritu nuptia. sed plerunq; ad ius ciuile, quod post legem duodecim tabul. prudentum consuetudine introductum est. Alcia. lib. 4. parerg. cap. 21. videte & iudicate per supra dicta.

PAVL. LIB. QVINQVAGESIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMASEPTIMA.

Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis.

¶ Liberatio solutionis vim, & effectum habet. Ideo liberatus à creditore suo habetur ac si soluisset: nempe qui soluit liberatur ab obligatione, qua tenebatur, sicut a creditore suo liberatus. Ipstitut. quibus modis tollit. oblig. in principio. & non solum liberatur soluens, sed etiam eius fideiussor. l. si fideiussor. ff. de dolo. l. emptio. de rescind. venditio. imò liberatio obligat naturaliter ad non petendum. Et sic mulier, quę non potest obligari viro suo, non potest illum debito liberare. Bar. in l. si vnus. §. pactus. colum. 5. nume. 14. ff. de pactis. & minor, qui non potest obligari tutori, non potest illum liberare, quia obligatur illa liberatione ad non petendum ea, quæ remisit. Hodie extat lex Regia in rubric. *des donations & autres dispositions faictes aux tuteurs & administrateurs reprouuees.* ibi scripti in 2. tomo constitu. Reg. in commentar.

Qui possint liberare.

¶ Nec refragatur, quod vna res non potest parere effectus contrarios, videlicet obligationem, & liberationem. Ideo liberatio non potest tollere obligationem, & inducere, quæ videntur contraria, l. tribus. §. finali. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur.

Respondeo,verum est respectu vnius & eiusdem:secus est respectu diuersorum, & quando illa diuersa ad vnum, & idem tendunt,ob id possunt esse simul.pro hoc est text. in l.in numerationibus.in fin.ff.de solutio.vbi est text.solennis, dicens : euenit, vt vna numeratione liberetur heres ex testamento, & vt obliget sibi legatarium. sequitur Bal. in l. pacta. C. de pactis.

Qui soluere dicatur.

¶ Etiam soluere dicitur,qui quoquomodo satisfacit,l.solutionis.infra eodem,si proferatur simpliciter,secus si cum adiuncto,vt soluat pecuniam,vel frumentũ,tunc non procedet in alia satisfactione,l.solutam.ff.de solutio.l.4.§.ait prætor.de re iudic. Barto.in l.solutionis verbum.de solutio.Sequitur Barba.consi.35.omnipotentem. colum.5. volumi.4.

Vtilitates legis.

Huius legis sequens erit emolumentum.

¶ Videlicet quod is dicitur implere cõditionẽ,qui liberauit debitorẽ,decem debentem, vt cõsequeretur fundũ,qui ei legatus fuerat,si daret illi decem.tex.in l.si fundũ sub conditione.§.Titio.ff.de lega.1.quia fictione iuris videtur dare,qui remittit.l.si mulier.ff de condict.causa data.Et breui quadam manu videntur illa decem tradita creditori.l. 3.§. final.ff. de donatio.inter virum & vxor.l.singularia.si certum petat.quia conditio non est impleta,quando stat per heredem.l.Iulianus.ff.de conditio.& demonstrat.sed videtur stare per legatarium,quominus legatarius paruerit conditioni, vt ibidẽ dicitur. Idem facit quod si contra instrumentum non possit opponi,nisi exceptio solutionis,si remissum fuerit debitum,poterit opponi,quia liberatio solutionis vim habet,per istum text. & ita docet Alber.in l.solutionis.infra eo. & illum refert de Ripa in l.4.§. soluisse. columna secunda,ff. de re iudica.

Soluere qui tenetur, sufficit si liberetur.

¶ Ad hæc si quis tenebatur soluere debitum intra mensem,alias certa pœna puniri poterat, vel excommunicatus erat, si liberatus erit,censetur soluisse,vt in dicta lege, solutionis.& de Ripa vbi supra,& per istum tex.in quo liberatio vim solutionis habet:non tamen est solutio,quia diuersitas nominum inducit quandam rerum diuersitatem. l. si codicilli. C.de codicill.

¶ Insuper liberatio quædam donatio censetur.l.contra iuris. §.fina.ff.de pact. Bar.in l.si de certa.columna secunda,C.de transactio.& species acquirendi est liberatio.l. species. ff. de acceptila.

Creditor liberationem generalẽ facere nõ tenetur soluenti debitori.

¶ Singulariter notandum est,quod inuitus creditor non tenetur liberationem generalem facere debitori soluenti, per text.singula. in l.3.§.1.ff.de contra.tut.& vtil.actio. quem ponderat Bald.in margarita,in verbo debitor.q.12.& Roma.consi.155. præmissum.colum. 2.quia per eam posset facile quis capi & decipi.l.cum Aquiliana.& ibi Bar.ff.de transactio. sed tenetur creditor liberationem dare,& confessionem de pecunia soluta tantum,dicens, confiteor me à tali recepisse decem tali ex causa,quæ accepta habeo, & de quibus cum (vt vulgo dicitur)quieto,l.plures. C.de fide instrum.& l.sicut.3.de libera.causa,nisi vellet reddere instrumentum obligationis,tunc nullam liberationem seu quietantiam tenetur præstare.l.fallo.& l.qui tabulas.& ibi Barto.ff.de furt.Aufrer.quæstio.307.in decis. Tholosa.

Creditor an instrumentũ obligationis reddere teneatur.

¶ Quæro an creditor teneatur reddere instrumentum obligationis facta solutione?tex. in l.dissolutæ.C.de condictio.ex lege,probat teneri,nisi post moram debitoris cõfectum, & grossatum(vt dicunt)fuerit:quia tunc debitor etiam instrumenti expensas præstare tenetur,cap.peruenit.de fideiussorib.argum.l.quidam Iberus.ff.de seruitu.vrba.prædio.Bal. in l.eos.§.insuper.C.de vsuris.& l.non ignorat.C.de fruct.& litium expen.Aufreri. decis. Tholosa.q.47.Et si reperiatur instrumentum debiti cancellatum apud debitorem,præsumitur liberatus.l.Labeo.& l.postquam.ff.de pact.vbi Iason scribit limitationes. ibi videre liberum est.

Acceptilatio fieri potest saluo residuo.

¶ Imò potest creditor facere acceptilationem cum expressa reseruatione iurium suorum,vt saluo residuo,vel expensis,vel alio,quod est solenne verbum,teste Bal.& Iaso.in l. cum Aquiliana.colum.2.ff. de transact. facit l.4.§.si debitor. ibi, nisi salua causa pignoris. quibus modis pign.vel hypoth.soluit.plus dicentibus,quod etiã arbiter,in quem est compromissum,non potest cogere partem,vt generalem liberationẽ faciat:nisi super hoc esset specialiter compromissum,& eidem data potestas,secundum Iacobi. ibi addentem, quod finita tutela adultus etiam non cogitur suo tutori liberationem generalem præstare,per supradicta.

Adultus generaliter acceptilationem præstare tutori non cogitur.

¶ Nec omittendum est,quod liberatio absenti facta valet,tanquam quid fauorabile.glo. in l.1.C.de pact.& l.non solum.§.si liberationis.ff.de liberatione legata. Innocentius in capitulo, veniens.de renuntiation.Bal.in marga.in verbo liberatio.q.8.

Quãdo quis liberatur soluẽs creditori creditoris.

¶ An debitor soluens creditori creditoris liberetur:quod non,tradit textus in l.inuito. C.de solutio.nisi creditor mandauerit,vel ratum habuerit,vt ibidem dicitur.& Iurisconsait,nam quod quis suo nomine soluit,non debitoris,debitorem non liberat,l.si quid possessor.ff.de petitio.heredit.facit l.sed & si lege.§.si minori.ibidem.

¶ Limitatur ope exceptionis,quando ignorante creditore,secus si inuito,l. si opera. ff. de doli

de doli exceptio.docto.in l.si à furioso.si certum peta.

Creditori creditoris solutionem fieri cogit iudex.

¶ Secundò non procedit,quando creditor habet me,vel bona mea obligata:tunc enim illi soluendo liberor, etiam inuito meo secundo creditore,l.solutum.§.solutã.ff. de pign. actio.l.vtrum.de constitu.pecu.quia etiam tunc posset cogi soluere.l. nomen.C. quæ res pignori obligari possunt.videte Bar.latè in d.§.solutam. vel nisi debitoris debitor coge retur à iudice soluere,vt plene scripsi in tracta.de liter.obligato.artic.6.glos.3.nu.63.& seq. in ordinat.Reg.in primo tomo commentar.

¶ Item lex,vel statutum,seu ordinatio loquens in actu liberatorio,non habet locum in actu obligatorio,l.eius.§.quas verò.vbi Iason in 2.nota.ff.si certum peta.quia faciliores sumus ad liberandum,quam ad obligandum.l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.l. fauorabiliores.de regu.iuris.

¶ Ceterum legata liberatione quid contineatur,videte per totum titu.ff.de liberatio.legata,& per Bertach.in tract.de gabellis,in quinta parte 8.partis.q.3.& liberationis verbum generale est,vt liberatio dici possit,sicut solutio,l.si quid ex.ff.de solutio.in fi.ibi,solutum videri,quod pœnæ habet liberationem.

Liberare reũ.

¶ Liberare reum in criminalibus est ipsum absoluere,& iudicio dimittere, vel à vinculis,l.leuia.ff.de accusat.vbi sic ait,leuia crimina audire,& discutere de plano proconsulem oportet,vel liberare eos,quibus obiiciuntur.

Liberare pœna,actione,patria potestate, vi hostium.

¶ Liberare aliquem pœna,beneficio Principis,id est per gratiam,vulgo dicimus *par grace*,l.aut damnum.in fin.ff.de pœnis.ibi, beneficio Principis iam pœna esset liberatus, *luy donner sa grace par le Prince*.

¶ Liberatus actione notum est,l.fina.ff.de eo per quem factum erit.ibi,aut actione liberatus fuerit. Liberatus patria potestate,id est emancipatus,aut alio modo solutus patris vinculis,l.qui iussu.ff.de his qui notan.infa. ibi, qui iussu, inquit, patris duxit:quamuis liberatus potestate patria eam retinuerit,non notatur.

¶ Liberare de vi hostium,id est de violentia eripere,l.metum.9.§.sed licet. ff. quod metus causa.ibi,si quo magis te de vi hostium,vel latronũ, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid à te accepero,non debere me hoc edicto teneri.

¶ Liberatus à calamitate belli,quę magna est,in l.cum loca.ibi,quod si ab hac calamitate fuerint liberata.ff.de religios.& sumpt.funer.

Liberare fidẽ.

¶ Liberare fidem,est promissum adimplere,per quod liberatur fides, l. mandasti. in fin. ibi,liberandæ fidei eius.ff.de nego.gest.

Quando liberatur pignus.

¶ Item liberatur pignus,siue solutũ est debitum,siue eo nomine satisfactũ : sed & si tempore finitum pignus est,idem dicere debemus,vel si qua alia ratione obligatio eius finita est.l.item.ff.quib.mod.pig.soluit.l.si fundus.§.si pluris.& l.qui pignori.de pigno. & exponi potest pro soluitur,dissoluitur.l.soluitur hypotheca.ff.quibus modis pignus sol. & l.si cum venditor.de euictio.ibi,dissoluitur pignus.

¶ Liberare virum,in l.penult.ff.de nego.gest.ibi, vt virum liberet, iure conuenietur. & creditor alias non est liberaturus reum,nisi insolidum ei satisfiat,l.his consequẽter.§. Celsus.ff.famil.erciscund.

Liberatus tempore.

¶ Liberatus tempore dicitur , qui præscripsit id, quod ab eo peti poterat, l. si autem. ibi,& ideo si ex causa fuit obligatus, quæ certo tempore finiebatur, eo tempore liberatus est.ff.de nego.gestis.l.nam postea.§. si is qui.de iureiurã. ibi, tempore non liberabitur, id est non præscribet,nec eueniente tempore soluitur à debito. Liberatus obligatione,l.2. ff.de calumnia.ibi,quinetiam si quis ab obligatione liberatus sit,potest videri accepisse.

¶ Liberatur debitor solutione,l.si quis alicui scripserit,vt debitorem suum liberet, seq; eam pecuniam,quam is debuerit,soluturum,mandati actione tenetur.ff. mandat.& l. si fideiussor.1.in fin.manda.l.si quis putans.§.idem Iulianus.commu.diuid.

Creditor liberari quando dicatur,ex Bud.

¶ Liberare pro dimittere exponit Budæ.in annotatio.in Pandect.in l.& in contraria. ff. de vsur.quia hi,quibus aliquid debetur,ligati sunt.adducit dictum Vlpiani in l. sed Iulianus.§.si filiusfam.ff.ad Macedo.qui sic habet,Si filiusfamil.acceperit mutuam pecuniam, vt eum liberaret,qui si peteret,exceptione non summoueretur,senatusconsultabit exceptio.dicit à Græcis sumptum,in Aristot.8.Ethic. οὐκ ὁμοίως δὲ καὶ συναλλάξαι, καὶ ἀπολυθέντος ἐγκαλέσαι.id est,nisi autem vt contraxerit,ita dissoluatur vel dimittatur,expostulabit:de credito re loquens,qui in diem debitorem sibi obligauit. Allegat etiam dictum Pauli sic dicentis: Si mulier pacta sit,vt ex fructibus fundi,quem dedit in dotem, creditor mulieris dimittatur,an valeat pactum:& ideo etiam absolui dicitur creditor,in d.l.& in contraria.ibi,si mutuatus sum pecuniam,vt creditorem tuum absoluam.hæc Budæus.

Noua declaratio,quando creditor liberari dicatur.

¶ Forte posset dici verbum liberare esse generale,vt dicamus debitorem liberare creditorem,id est debitorem liberari à creditore:vel creditorem liberamus, quando eximimus eum à cura & solicitudine,labore & expensis, atque tædio & incommodo,soluendo illi, d.l.& in contraria.ibi,liberaui te magno incõmodo.Cicero de finib.bono.ait,lucro omni liberatos,

liberatos, nempe quando creditor debitorem habet pauperem, vel rixosum, est oneratus magna cura, solicitudine, & anxietate, quomodo poterit ab eo exigere, & cõsequi debitũ. Ideo si debitor illi soluat, liberat eum omni cura, molestia, & anxietate atq; expensis, quas oporteret ministrare in conueniendo suum debitorem: ob id iura dixerunt debitorem liberare creditorem, id est eximere & exonerare à prædictis. & sic loquitur l. si fundus. §. si pluris. ff. de pignor. vbi prius dicit exonerare, postea liberare. facit l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. ibi, item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione, vt creditorem tuum, vel pignus liberet. & idem in l. cum vero. §. cum quidam Cæcilius. ibi, dimisso creditore. & ibi, heredibus creditorum non liberantibus. de fideicom. libert. Et quomodo dicatur dimittere creditorem, declaro in l. dimissoriæ. infra eo.

Liberari quando possit non obligatus.

¶ Nec refragatur quod non potest liberari, qui alias non tenetur, l. decem. ff. de verbor. obliga. Respondeo, verum est, obligatione: quia non est obligatus creditor debitori, sed econtrario sic, d. l. decem. sed tenetur aliquo modo, & cura scilicet & solicitudine, vt dixi: ideo liberari illis poterit. Et ideo gloss. in l. quod si sit hereditas. ff. de hered. vend. exponit liberatur, id est non tenetur, & sic impropriè secundum eum, sed per prædicta patet proprie esse cum debitor liberat creditorem: alioqui Iurisconsulti non fuissent impropriè, & per abusionem loquuti, vel dixissent per abusionẽ, vel alio improprio verbo vsi fuissent. hactenus de his.

Vis multis modis dicitur.

¶ *Vim.* Vim hic pro effectu & robore & efficacia intelligite, & in l. vna. ibi, sed obtinuit vim eius exequatam fuisse. ff. vtrubi. Hæc actio ad exhibendum perquam necessaria est, & vis eius in vsu quotidiano est, Iurisconsult. ait in l. 1. ad exhib. vbi glo. exponit pro effectu, & in l. nepos. infra eo. l. legitimam. de petitio. hered. l. pater. de pact. dotal.

Nullas vires habere.

¶ Inde dicunt Iurisconsulti, actum nullas vires habere, id est nullius esse momenti, non valere, l. 2. ff. quæ senten. sine appellatio. rescind. l. pacta. de contrahen. emptio. vbi prius dicit non valet, & postea, vires non habebit. nam quæ vires habent, subsistunt & valent.

Vis, id est, potestas, virtus.

¶ Vis, potestas, virtus, l. nam & his. §. final. ibi, huius autem verbi de inofficioso vis illa est, vt dixi, docere immerentem se esse præteritum indigne. ff. de inoffi. test. l. si vnus. §. illud. ibi, vi ipsa, alias, re ipsa. de pact.

Vis pro sensu.

¶ Vis pro sensu, vt scire leges, non est verba earum tenere, sed vim atque potestatem habere, l. scire leges. ff. de legib. vbi glo. exponit & docto.

Vis pro authoritate.

¶ Vis, authoritas, l. cum prætor. ibi, item hi quibus id more concessum est propter vim imperij. ff. de iudic. & sic potest capi in l. 1. ff. de tute. ibi, tutela est vis, atque potestas. & in §. 1. ibidem, in Institutio. probatur in rubr. ff. de author. tutor. Theophilus in Institutio. de tute. legit, Δίκαιόν τι καὶ ἐξουσία, &c. id est, tutela est ius aliquod, & potestas in capite libero, &c. & forte potest dici tex. esse corruptum, & loco vis fuisse ius, & facile fuit corrumpere: sed prima lectio potest sustineri, vis & potestas, vt scribitur in l. 1. ff. de noxa. actio.

Vis pro violentia.

¶ Vis pro violentia, vt in rubr. ff. de vi & vi armata, & rubri. quod vi aut clam, & C. vnde vi. quę vis à maleficio non abest. l. seruus. ff. de actio. Et quid sit vis, declarat l. extat. ff. quod metus causa. & l. penult. de vi priuata: & vis est maioris rei impetus. l. 2. ff. quod metus caus. de violentia loquitur Iurisconsul. in l. illicitas. ff. de offic. præsid.

Vim passus. Vis atrox.

¶ Vim passus est filius fam. vtputa si iniuriam passus sit, l. filius familias. §. 1. ff. de procur.

¶ Vis atrox dicitur, quæ fit contra bonos mores, l. 1. & 3. ff. quod metus causa, licet gloss. aliter exponat: & est maioris rei impetus, non quilibet timor, sed maior, dicta lege 2. & sequenti, ibidem.

Vis maior quæ sit, & quotuplex.

¶ Vis maior, cælestis iniuria, quam tempestatem calamitosam vocat Vlpia. Iurisc. in l. ex conducto. §. 1. ff. loca. Græci θεοῦ βίαν appellant. l. si merces. §. vis maior. ibidem, vbi Budæus explanat per verba Plinij, lib. 18. cap. 28. facit tex. in l. 3. §. at hoc edicto. ibi, idem erit dicendum, & si in stabulo, aut in caupona vis maior contigerit. ff. nautę, caupones, & stabula. Et hæc vis maior vim habet diuinam. l. fluminum. §. Seruius. ff. de damno infecto.

Aperitur titulus, quod metus causa, &c.

¶ Et hæc vis multas habet species, seu qualitates, quia interdum quis vi compellitur ad dandum, vel faciendum, & tunc si dederit, actio quod metus causa competit ad recuperandum, quod dedit, & exceptio metus, si non dederit. l. 1. & l. si cum exceptione. l. metum. §. sed ex facto. & §. ex hoc edicto. & per totum. ff. de eo quod metus causa. Et quamuis de iure, si quis non restituat, in eum sit in quadruplum iudicium, d. l. si cum exceptione. §. 1. & 2. ibidem: tamen in hoc Regno pars simplo erit contenta, & procurator Regius mulctam ratione vis illatæ petit. Hæc est praxis nostra, per quam non petuntur hodie pœnæ dupli, vel quadrupli, vel aliæ multiplicantes rem debitam, sed proteruus ad mulctã damnatur, per cap. fraternitas. 12. q. 2. scripsi in proœm. ordina. Reg. primo tomo commentar. meorum in constit. Reg.

Praxis.

Declarantur plures tit.

¶ Interdum vis infertur ei, qui immissus est in possessionem ex sententia iudicis, vtpote ei qui super possessione sententiam habuerit, quam recredẽtiam vocamus, & tunc vim inferens condemnatur ad id quod interest, l. 1. & per totum. ff. ne vis fiat ei. & ad mulctam instig

instigante Regio procuratore, vt dictum extitit. Si verò alio modo sit quis in possessione, dummodo non sit vi, aut clam, aut precario, & vis inferatur ei, potest vti possidetis interdicto vti, & petere se manuteneri in possessione, in qua est: & turbans condẽnatur ad id quod interest, & prohibetur possidenti facere vim, l. 1. & l. si duo. & per totum. ff. vti possidetis. & quod factum est vi, aut clam, restituitur, & loquitur rubr. ff. quod vi aut clam. dixi in 3. tomo commentar. ad constit. Reg. tract. de materiis possesso.

Vti possidetis.

Titulus de vi, & vi armata explicatur.

¶ Aliquando vi quis deiicitur de possessione domus, fundi, vel alterius rei immobilis, & tunc restituitur spoliatus ad locum, vnde vi deiectus fuit, & ad expensas & ad interesse, & damna condemnatur deiiciens. & si hæc vis armis inferatur, dicitur vis armata: si verò sine armis, dicitur simpliciter vis, in rub. ff. de vi, & vi armata. Et quando fit sine armis, dicitur regulariter vis priuata, l. si quis aliquem deiecerit de agro suo hominibus congregatis sine armis, vis priuatæ postulari potest. ff. de vi priuata: si verò vis cum armis inferatur, lege Iulia de vi publica tenetur. l. 1. & per totum. de vi publ. ff. & C. quia publicè interest, vt vsus armorum interdicatur, vt C. vt vsus armo. lib. 11. dixi in l. armorum. supra.

Tit. vi bonorũ raptorum explanatio.

¶ Quandoque vi auferuntur bona mobilia, & loquitur rubr. de vi bonorum rapt. non dico vim compulsiuã, vel expulsiuam, vel ablatiuam, quia Iurisconsul. his verbis non vtuntur, sed sunt termini docto. Et hic Iurisconsul. interpretor iura, & verba. & per ista intelligetis quæ etiam doct. scribunt de violentia in l. si quando. C. vnde vi. & alibi.

Interpretatio l. si de vi. de iudic. ff.

¶ Ex hoc infertur elucidatio ad l. si de vi. ff. de iudic. quod cum vis pariat interdictum possessorium retinendæ, vel restituendæ, §. sequens. & §. seq. de interdict. in Institu. si quæratur de vi, & possessione, ratione illius vis, prius est cognoscendum de vi, occasione possessionis illata, quam de proprietate rei. & sic videtur intelligenda illa lex, quicquid ibi dicant docto. intelligentes de violenta possessione. nam hoc est nimis restringere illum tex. ob id quod idem est in alia vi, quam violenta. Quare sic intelligendum videtur, quia potest agi & quæri de vi sola, vt si quis per vim me verberauit, tamen nõ agetur de possessione. ideo Iurisconsul. volunt, quod si quæratur de vi, & de possessione simul. Alium intellectum tradam in interpreta. ad illam legem.

Phrases verbi habere.

¶ Et sic patet phrasim Iurisconsul. esse, dum ait, Habet vim, & idem in l. nepos. infra eod. Notate phrases huius verbi habere in hoc tit. positas: quingentas alias ponerem, quæ passim in iure occurrunt, nisi putarem lectorem offendere. Habere ius dicendi vel cognoscendi, id est posse cognoscere, l. pronuntiatum. & l. nihil aliud. supra eo. l. pupillus. §. territorium. infra eodem. Agrum habere, in l. pupillus. §. incola. infra eo. Actionem habere, l. Labeo. 1. in fin. supra eo. l. id apud. ibidem. Satis idonee habere, l. quos nos. §. 1. infra eodem. Conductum habere vectigal. l. eum qui. supra eodem. Consilium habere malignum. l. sæpe. in fin. infra eod. Pro coniunctis habentur, l. sæpe. in princip. infra eodem. Spem habere traditur, in l. conditionales. infra eod. Sedes & tabulas habere, exponitur in l. in lege Censoria. infra eod. Habentur causa colendorum agrorum, d. l. in lege Censoria. infra eo. Habere animo fundi, l. locum. infra eod. vbi explicabitur. Accipere vt habeat, l. aliud est capere. infra eo. Qualiter se habere, l. quid aliud. infra eo. exponetur. Supremæ tabulæ habentur etiam solæ, l. illa verba optimus. infra eo. Centum aureos habere dicitur, qui tantum in prædiis cæteriſque similibus rebus habet. l. propemodum. infra eodem. Habet significatum, vel significationem, id est significat, l. verbum reddendi. infra eodem. l. facere. ibidem. Habere filium, l. etiam. 1. infra eod. Habet liberos, qui vnum habet, l. non est sine. cum seq. infra eo. Proprium genus habere, in l. Carbonum. infra eo. Definitionem eandem habere non potest, declaratur in l. paterfam. infra eod. Domicilium habere in prouincia, id est habitationem, l. prouinciales. infra eod. Pars naues habetur malus, l. malum. infra eod. Habens communiter, in l. littus. 1. infra eo. facit l. Paulus. ibidem. Habere pellicem, in l. Massurius. infra eo. Quandiu vinum haberent, vinaria vasa dicuntur, l. vinaria. infra eod. Publica habemus, vel inter publica habemus, in l. inter publica. supra eo. Ad hoc habetur, l. sylua. supra eo. Alia de hoc verbo dicentur in l. habere. infra eo. vbi vtilitates tradam.

GAIVS LIBRO AD EDICTVM PRAETORIS VRBANI, TITVLO, QVI NEQVE SEQVANTVR, NEQVE DVCANTVR.

Varij intellectus legis.

¶ Glossa scribit tres intellectus. Quidam arbitrantur primò ista verba vsque ad §. solutum, fuisse rub. in libro Gaij, vt inferius dicam, & hoc verum puto.

¶ Secundò, qui neque sequantur, videlicet iurisdictionem iudicis, neque ducantur, id est, qui non sunt de iurisdictione alicuius iudicis, non debent ad illũ duci per citationem, vel alias, nisi sequantur per prorogationem, l. in criminali. C. de iurisdict. om. iudic. & hoc est verum, sed non probatur hic.

¶ Tertiò, qui est in domo, cum citatur, nõ debet inuitus duci, si nõ sequatur vocantem, cum

cum nemo de domo inuitus extrahi debeat.reg.iuris.ff.l.nemo.& l.plerique.de in ius vocan.Auguſt.poſt Accurſ.in lib.1.de emenda.iuris,cap. 4. dicit in libris Florent.inſcriptionem ſic eſſe:Gaius libro ad edictum prætoris vrbani, tit.qui neque ſequantur, neque ducantur:& ſic non eſt opus hic legem deſcribere,nec ſignificationem quærere:licet quidam ſic intelligant,qui neque ſequantur videlicet virtutes,neque ducantur,id eſt alliciantur & delectentur in eis.Cicero in Verrem actio.2.Si quis honore aut gloria ducitur. ſed hoc nihil ad rubr.iſtam ſeu legem.

¶ Alij verò interpretantur,qui neque ſequantur crimina,neque ducantur ad ſuppliciũ, id eſt nõ patiantur pœnam, quia pœna ſuos authores tenere debet,l.ſancimus. C.de pœnis.cap.cognoſcentes.de conſtitu.Nam ducere ad ſupplicium dicitur proprie, l.non tantum.ff.de appella.Et ſic ex delicto alterius non punietur quis, vt hic patet ſecundũ iſtum intellectum.Iſta tamen parum conueniunt.Alij etiam dicunt,vt Seneca,fata volentem ducunt,nolentem trahunt:ob id Iuriſconſultus ait,qui neque ſequantur ſponte, neque ducantur,id eſt inuiti trahantur.nempe dicimus eum ſequi,qui ſponte ſequitur:ſi igitur non ſponte ſequitur,non ducitur,ſed trahitur:& pro hoc facit tex.in l.2.ff.de in ius vocan.vbi non licet vocare in ius ducentem funus familiare,neq; eum qui cadauer ſequitur. In contrarium tamen eſt tex.in lege vnica.§.1.ibi vindicari à ſe non eſt paſſus,ſed duci vel auferri. ff.ſi quis ius dicenti non obtempera.l.is qui.ff.de noxal.Extra oleas iſta videntur.

¶ Alciatus dicit tutius eſſe intelligere,quod ducere & ſequi eiuſdem correlationis ſunt: quia ſi alium ſequar,ipſe me ducere dicitur, l.ſi is cui. in fine. ibi,ſequantur legatarium.ff. quemadmod.ſeruitu.amittan.& qui non ſequitur,non ducitur.Ducere enim & ſequi correlatiue ſe habent,vt belliſsime probat tex.nondum à docto.ad hoc expenſus', in l. ſi partem fundi.& l.cum fundo.ff.de ſeruit.ruſtic.prædio.ibi, aquæductus eius,etiam ſi alterius partis cauſa plerunque ducatur,te quoque ſequatur:ſicut non poteſt duci quis, niſi ſequatur:& non poteſt ſequi,niſi aliquid præcedat.vnde ait Iuriſconſ. ſi iumenta tibi commodauero,quorum ſequela erat equulus & pullus,in l.eum qui.§.item ſi iumenta. ff.de furt. & l.non poteſt præſes prouinciæ efficere,vt furti damnatum non ſequatur infamia:ſententia furti ducit infamiam,ergo infamia ſequitur ſententiam. Ex quo apparet, quod ſi quis ducatur,eſt quod ſequatur,& ſi ſit,qui ſequitur,eſt qui ducit:& econtrario, ſi non eſt, qui ducit,nec ergo qui ſequatur,ſi ducere pro præcedere intelligamus, non ſolum pro ducatum præſtare,& præbere ſe ducem.facit l.item apud.§.comitem.de iniur.ff. comitem accipere debemus eum,qui comitetur eam,& ſequatur,l.vna.§.1.ſi quis ius dicent.non obtempera.l.ſequeſter.infra eo.l.cum legitime.de ſtat.homi.l.ſi extraneus.ibi, in caſibus, qui matrimonium ſequuntur.de condict.cauſ.dat.facit l.damus.de condict.indebiti, & l.id veſtimentum. de peculio, l.Mutius.ff.de rei vind.l.in cauſæ.1.in fin.de minor.

Declaratio tit. de liber.exhib.

¶ Item per hoc elucidatur tit.de liber.exhiben.vel deducẽdis, vt ſi quis detineat filium meum,vel filiam in poteſtate exiſtentem,agam contra eum, vt illũ mihi exhibeat, & eum exhibitum ducere liceat,l.1.& l.deinde.§.1.& ſeq.ff.de liber.exhib. l.Pomponius . in principio.de procuratorib.Pulchre docet illius practicam titu.Speculator in tit. de conuerſio. infidel.verſ.1.& verſ.exhibitio,& rub.de aqua quotid.& æſtiua, vbi interdictum illius tit. datur ei,qui aquam ducit per annum,& ducere illam demum impeditur,l.1.& per totum, ibidem,& l.1.de fluminib.

¶ Ad hæc ſi aliquis agebat contra apparitorem,eo quod eum duxit ad carceres, & dum apparitor illum ducebat,euaſerit,non dicitur eum duxiſſe, eo quod nõ eſt ſequutus eum. Et ſi is qui ducit homines armatos,& vim facit,tenetur lege Iulia de vi publica, l.1. & per totum. ff.de vi public. ſi tamen ipſe nõ duxerit, ſed caſu armati adfuerint, non dicetur vis armata.l.3.ff.de vi & vi arma: Quod facit ad intellectũ vocabuli Gallici, *il a amené des gens d'armes*,vt requiratur,quod duxerit,& ſequuti eum fuerint proxime,ſiue longe, vt Petrus Chriſtum:de quo in Euãgel.nam etiam ſequi dicentur, & duci:& ideo ſi ſemel fuerit conuentum,vt aliqui venirent mecum ad verberandũ aliquem, tamen ego præceſſi,ſi poſtea veniant,ego dicor eos duxiſſe, poſtquam conuentio ita facta eſt: nam ipſi ſequuntur me iuxta conuentionem,& ſic puniri debent:vt vidi in facto de quodam, qui impetrauerat gratiam,& non dicebat ſe duxiſſe aliquos,quia poſtea venerunt.nam ob hoc procurator Regius illam gratiam ſubrepritiam eſſe proponebat,ratione conuentionis, vt illi homicidio intereſſent,& interfuerunt:quamuis ſimul non veniſſent cum iſto homicida.nam oportebat exprimere,quod ita conuentũ inter illos fuerat: & ille dicitur eos duxiſſe, & iſti eum ſequi. & iſte intellectus hoc modo erit vtilis,quamuis alter verior,quem glo.& Augu. tradunt, vt ſit rub.Gai.Legi in quibuſdam collegij Aeduenſ.exemplaribus ita:Vaccæ prætoris vrbani titulo ſeruantur,vt neque ſequantur,neque ducantur. ſed quorſum tendant hæc verba,ipſi videre.

De gratia delinquẽti data.

Phraſes verbi ſequi.

¶ Notandæ ſunt phraſes huius verbi ſequitur,quæ maxime in hoc deſcribuntur titulo: vt ſupremus eſt,quem nemo ſequitur,l.proximus. infra eodem. Sequi aliquos, eſt illis obtempe

obtemperare,voluntati eorum annuere,l.ſequeſter.ibi,aut quaſi ſequenti eos.infra eod.& interdum comitari,vt infra. Sequi figuram verborum, expoſui in l.quiſquis. infra eod.

¶ Vicem filiorum ſequuntur nepotes,id eſt ordinem.l.pronuntiatio.§.1.infr. eod.

¶ Filij patris non matris familiã ſequuntur,in l.familiæ.infra eo.elucidatur. Sequitur, id eſt infertur,l.ſi calumnietur.infra eo.ibi,itaque ſequitur,&c.

¶ Recte Neratius ſcribit, ſi medij loci vſusfructus legetur,iter quoque ſequi,l.2.§.recte. ff.ſi ſeruit.vindice.id eſt legato vſufructu loci medij,iter ad illum debetur locum:& illi vſu fructui iter accedit, ſeruitus ſequitur prædium,cui impoſita fuit,l.cum fundo. ff. de ſeruit. ruſtico.prædio.id eſt inſequitur.

¶ Illud ius ſequitur rem,id eſt cum re venit,accedit rei,l. teſtatrix.in fin. ff.ſi ſeruit.vindicetur,ibi,quæro an in venditione etiam ius illud ſequutum ſit prædia. Seruitutes ab here de impoſitæ legatarium ſequuntur,l.ſi is cui.ff.quemadmo.ſeruit.amittan.

¶ Sequi domicilium debitoris oportet,id eſt in loco domicilij debitorem cõuenire,l.he res abſens.§.proinde.ibi,bona poſſideri, ſed domiciliũ ſequatur eius, &c. Sequitur cõ demnatio,niſi reſtitutio fiat,id eſt condemnatio fit,ſi res non reſtituatur, l. arbitrio. ff. de dolo. Damnum te ſequetur,id eſt pertinebit ad te damnum, teneberis ad damnum ſarciendum,patieris damnum,l.ſi negotia.ff.de negot.geſt.ibi, nam ſi quod damnum ex re ſequutum fuerit,te ſequetur,lucrum verò abſentem,id eſt pertinebit ad abſentem lucrum, cuius negotia geſta ſunt.

Sequi domicilium.

¶ Sequi nomen,l.ſi mandato.1.§.ſi fideiuſſor.ibi,tunc enim liberatur is, qui debitorem delegat,ſi nomen eius creditor ſequutus eſt,non cum periculo debitoris ab eo ſtipulatur. ff.manda.Sequi nomen debitoris ibi dicitur, quando creditor illud recipit, & delegando illud acceptat,ſine periculo debitoris.l.tutor.§.cum haberes.ad Velleia.

Sequi nomen.

¶ Delicta & noxæ caput ſequuntur, in l.1.§.ſi apud.ff. depoſiti, exponitur in l. plebs.in fin.infra eo.

¶ Mortuo patre quædam filios ſequuntur,etiam antequam fiant heredes, vt matrimonium,vt liberi,vt tutelæ,l.ſi maritus.ff.famil.erciſcund.id eſt quædam comitantur filium, & tranſeunt mortuo patre ad eum,licet non ſit patris heres, vt matrimonium quod contraxit filius,non diſſoluetur per patris mortem,ſed illum ſequitur,& tutelæ legitimæ,& liberi eius qui filij eius ſunt,etiam illum ſequentur.

Mortuo patre matrimonium & filij ipſum ſequuntur filium.

¶ Is ſequi integram actionem dicitur,cui totus fundus adiudicatus fuerit. Iuriſcon.ait in l.in iudicio familiæ erciſcundæ.ff.fami.erciſc.ibi elucidatur. Iuſtus iudex æquitatẽ ſequi debet,l.at ſi quis.§.& generaliter.ff. de religi.& in lege,quod ſi Epheſi.in fi.de eo quod certo loco.dicit æquitatem ante oculos habere eum oportere.

¶ Alienam fidem ſequi,exponitur pro credere,in l.1.ff.ſi certum peta. Sequi pretium illius loci, id eſt æſtimationem amplecti illius loci. l.vinum. ff.ſi certum peta. Sequi debet abſolutio,id eſt abſolui debet,l.ſi ſeruus.ff.de condict.furt. Dolum ſequi,id eſt proſequi,l.1.§.ſi quis ſeruum. ff. depoſiti.ibi, at ſi cibaria tantum dabat,dolum duntaxat ſequemur,id eſt de dolo tantum tenebitur,& de dolo agemus.

Sequi alienam fidem.

¶ Sequens,in l.ſi is qui.ff. de inoffic.teſta.l.ſequens gradus. de ſenatuſc.Silaniano. Sequentem prætorem dicit Iuriſcon.in l.ſed & ſi.§.actio.ibi, apud ſequentem prætorem:pro quo Imperator dicit,à procedente prætore,in l.à procedente. C. de dilatio. & in tranſitu, in §.ſerui.de libert.in Inſtitu.non pro tribunali.

Sequens. *Sequens prætor.procedens.*

¶ Sequela, in l. eum qui.§.item ſi iumenta. ff.de furt.Pars & ſequela paterni teſtamenti pupillare teſtamentum.§.liberis. Inſtit.de pupill. De verbo Perſequi, dicam in l.quibus. infra eo.in fi.& de verbo Exequi,in l.hæc ſtipulatio.eod. Sequitur nunc videre verbum ducatur,vt Iuriſconſ.verbo vtar in l.ſeruum.§.ſequitur.ff.de verbor.obligat.

Sequela.

¶ Animaduertendum eſt verbum duco variis in iure ſumi modis. Primò ducere vxorem,eſt matrimonium contrahere,& vxorem accipere,l. liberorum. infra eod l. in bello. §.medio tempore.ibi,vxorem ducere.ff.de captiuis.l.2.de in ius vocan.ibi, præterea in ius vocari non debet,qui vxorem ducit.& l.adoptiuum.§.fin.ibidem.ca.de illis.de ſponſalib. quam indotatam quis,ſi ſpecie dementiæ captus non ſit,non ducet.l.fina.§. ſi vero.ff. quæ in fraudem creditorum.lege prima,in fin.ff.de his qui notantur infamia . & proprie vxor ducitur in domum viri.l.mulierem.ff de ritu nuptiarum.l.1.C.de præd.tamiacis.lib.11. vbi Lucas.facit l.ſed eſt quæſitum.ff.de liber.& poſthu.l.liberorum.in fin.& l.quid ergo. ff. de his qui notan.infam.

De verbo duco quod multis modis capitur, & phraſes.

¶ Secundò ducere domum, vel vſu ſuo ducere declaratur per l.in lege Cenſoria . infra eod. vbi abunde.

¶ Tertiò ducere funus,eſt exequias mortuorum agere,lege ſecunda,ff.de in ius vocandi.ibi, neque funus ducentem familiare, iuſtáve mortuo facientem obſequia in ius vocare oportet.

Ducere funus.

Ducere in ius. ¶ Quartò, ducere in ius, est aliquem in ius trahere, lege, si verò. in fin. ibi, quia sane non sine qualibet iniuria est duci in ius eum, qui satis idoneum fideiussorem dat. ff. qui satisda re cogan. facit lex, iniuriarum actio. §. si quis quod decreto prætoris non obtemperauerit, ductus sit, id est in carcerem detrusus, non est in ea causa, vt agat iniuriarum, propter præ toris præceptum. ff. de iniuriis. Et dum absolute dicitur, quod aliquis ducatur, intelligitur vel ad carcerem, vel vt sub fida custodia contineatur, vt ibi, & in lege secunda, in fine, si ex noxal. causa agatur. & vocabulo Gallico dicimus, *que l'on l'ameine.*

Ducerepugnũ. ¶ Quintò, ducere pugnum, est erigere, porrigere, percutere, vel extendere pugnum, l. si cum seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo te stantem percusserim, iniuriarum non teneor. ff. de iniuriis.

In carcerem. ¶ Sextò, ducere in carcerem, adducere & trahere, quia volentes, si sapiunt, ire voluntarie non solent, lege secunda, ff. de bonis damnatorum. sic dicens, non vt quis in carcerem ductus est, spoliari eum oportet, sed post condemnationem: id est non statim atque in carceres quis est missus, spoliandus suis bonis est, sed post condemnationem, & in executione. quod facit contra spoliantes captos detrudendo eos in carcerem, vt soliti sunt facere apparitores, & grauibus pœnis essent puniendi.

Duci errore. ¶ Septimò, duci errore, pro labi, & errare, l. iusto errore ductus. ff. de vsucapio. l. de ætate. de interrog. actio. §. qui iusto errore ductus negauerit se heredem, venia dignus est.

Iustis rationibus duci. ¶ Octauò, duci iustis rationibus, pro moueri, lege prima, in fin. ibi, vere putauit sua iustis rationibus ductus. ff. de abigeis: & qua mente ductus ad accusationem processit, l. 1. §. 1. ff. ad Turpil.

Duci misericordia, & aliæ phrases. ¶ Nonò, duci misericordia, pro moueri, flecti, l. & eleganter. §. item Labeo. ff. de dolo. ibi, si non misericordia ductus fecisti.

¶ Decimò, duci amicitia, prouocari, excitari, & moueri, l. is qui amicitia ductus. ff. de negot. gest. & ista fere in idem reincidunt.

¶ Vndecimò, pietate ductus, idem, in l. quæ pater. ibi, pietate debita ductus. ff. fam. ercisc.

¶ Duodecimò, ducere necessarium. l. liberorum. ibi, toties enim leges necessarium ducunt: id est necessarium arbitrantur. infra eo.

¶ Decimotertiò, duxi originem ex hac ciuitate, id est natus sum in hac ciuitate, traxi originem. l. assumptio. §. filius ciuitatem, ex qua pater originem naturalem duxit, non domicilium sequitur. ff. ad municipales.

¶ Decimoquartò, ductus aquæ dicitur seruitus, qua permittitur mihi ducere aquam. l. 1. de seruitutibus rusticorum prædiorum. ff. & in rubr. de aqua quotidia. lege prima & secunda, & per totum, ac Cepola in tracta. de seruitutib. rusticorum prædiorum. rubric. de seruit. aquæ duct. Idem est dicere aquę ductum, vel ductum aquæ. l. 1. & 2. ff. de aqua quotidiana & æstiua.

Ductio. ¶ Decimoquintò, ductio est ducendi actus, vulgo *conduicte*, l. 3. §. si aquam. ibi, qui locus totus fluminis seruiat ductioni. ff. de aqua quotidiana & æstiua. Et aliquando vocatur ductus, in l. 3. §. si aqua. de riuis. & ius habere ductionis dicit Vlpia. in l. deinde. §. hæc autem. ff. de liber. exhib.

¶ Decimosextò aduertendum est, quòd Imperator sæpius hoc verbo ducere vtitur, & tunc accipitur pro iudicare, existimare, statuere, & reputare: vt necessarium esse duximus, id est existimauimus necessum esse, l. eos. §. 1. C. de vsur. l. illam. de collatio. l. vna, C. de caducis tollend. & grauissimum verecundia mea duxit, l. 1. C. ne fiscus rem quam vend. euincat. Et tollendum censuimus, id est tollimus, Institu. de lege Fusia Can. tollend. & iustissimum, & pusillimum duxi, in lege, alumnæ. §. final. ff. de adimen. lega.

Duximus amouendum. ¶ Item Papa sæpius hoc verbo vtitur, duximus perpetuo amouendum, id est amouemus, seu decernimus amouendum, cap. final. de ætate & qualita. & duximus condemnandum, id est condemnamus, cap. veritatis. in fi. de dolo. Non duximus admittendum, id est non admittimus, cap. post cessionem. de probationib. Duximus absoluendum, id est absoluimus, cap. inter. de fide instrumen. in fin. Duximus ab omni beneficio & officio eccle siastico deponendum, id est decernimus deponendum, deponimus. ca. cum super. de confessis, & aliis pluribus in locis.

Ducere causam. ¶ Decimoseptimò, ducere causam, est protelandæ litis occasiones alias, atque alias nectere, nec tam litigare, quam litem extrahere, *prolonger vn proces par suites & delais*, siue iure & ratione. Budæ. in Forens.

Ductrices naues. ¶ Ductrices naues, in l. ligni. §. lignorum. ff. de leg. 3. ibi, Græci lignum: id est naues lignorũ ductrices appellant, quæ hæc de paludibus deducunt. in libris nouis ista non habẽtur.

Ducenarij, & centenarij. ¶ Decimooctauò, ducenarij dicuntur, quibus erat exigendi potestas super ducentis data, lege prima, C. de exacto. tributo. libro decimo, vbi Lucas de Penna: sicut centenarij, qui à centum exigere possunt, vt ibi. Vel ducenarij dicuntur, qui ducentis præsunt militibus, l. matric

l. matriculam. C. de agent. in reb. libro duodecimo: & centenarij qui centum, vt ibi. Vel dicunt quidam, vt Pyrrhus de magistratibus Romanis libro primo, quod ducenarij sunt equites legitimi, id est iuridici, quorum ordo ius dicebat, & in censu habebant quadragintа sestertia, ab Augusto creati, vt apud Suetonium legitur, qui de leuioribus causis cognoscebant: inde dicti quod ducenti essent, vt centenarij à centum. Vel ducenarij dicuntur à ducentorum solidorum quantitate, de qua cognoscebant, & non vltra. hæc Pyrrhus, vbi supra. Declarat fusius Alciat. in l. matriculam. vbi dicit fuisse dictos à censu ducentorum sestertiorum, vel quia dimidium census equestris possidebãt, teste Budæ. in adnota. ad legem fina. ff. de muneribus. vel capiuntur pro exactoribus publicanisve, vt supra dixi. Elegite: quia vulgo centenarios illos vocamus, qui centum præfecti sunt: & equites ducenarios vocat Plinius eos, qui ducenta habebant: & procuratores ducenarij erant, qui ducentesimam partem de rebus venditis fisco procurabant, vt est apud Tranquil. in Claudio.

Dux, ductus. ¶ Decimononò, Dux vocatur à ducendo, siue ducat milites, siue dux belli fuerit, lege, conuentionum. in fine. ff. de pactis. lege fina. C. de officio milita. iud. Et dux etiam dicitur à ducatu: est enim ducatus dignitas, vt declaratur in rubri. quis dicatur dux vel marchio, vbi ille qui est inuestitus ducatu, dicitur dux, & ducatus est ipsa dignitas, capitulo, vno. de feudo marchiæ. Et de multiplici duce loquitur lex secunda, C. de officio præfect. prætorio Africæ. & Iacobi. in suo feudo. tracta. in principio, in verbo dux. Et appellare ducem est, quod dicimus in ducatum erigere alicuius potentatum, *eriger en duché*. Budæ. in Forens. longe tamen est petitum, vt alibi dicam.

Appellare ducem.

Abducere. ¶ Abducere est à persona, seu loco abstrahere, remouere, auertere, traducere, *destourner, ou retirer*. Vnde Iurisconsultus ait, Si quis filiam suam, quæ mihi nupta sit, velit abducere, exceptio danda erit, lege prima, §. final. ff. de liberis exhibend. lege prima, in principio, ibi, quominus ei, qui pignoris nomine eum induxit, inde abducere liceat, vim fieri vero. de migrando. Et fusius declarat Vlpianus Iurisconsultus in lege, item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. ibi, abduxisse is videtur, non tantum qui per vim abstulit, verum is quoque, qui persuasit comiti, vt eam desereret. facit lex quarta, ibi, sed & si eo loco detinuerit, & non abduxerit, his verbis tenetur. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat: vbi eximere dicitur, qui detinuit, licet non abduxerit: id est, à loco non amouerit, seu corpus non exemerit. lege, Imperator. qui sine manu. ad liberta. perue. ff. & si publicanus pecus meum abduxerit, lege secunda, §. si publicanus. vi bonorum raptor. Et qui puero stuprũ, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserint, capite puniuntur: Paulus in lege prima, §. qui puero. ff. de extraord. crimin. facit l. si quis sub hoc pacto. de contrahen. emptio. l. ædium. de pecul. l. emptor. & l. habere. de euictio. l. emptori. ibidem. facit l. etiam. & l. si abducta. C. de furt. l. 1. de abigeis. ff.

Adducere. ¶ Adducere, id est adiicere, l. qui venenum dicit, adducere debet, vtrum bonum esset. infra eo. d. alij in tex. habent, adiicere. ibidem.

¶ Adducere, mouere, allicere, l. quidam. §. final. ibi, ego quoque adducor, vt putem. ff. de de fideicom. liberta. vbi glossa.

¶ Adducere, est trahere, quasi inuitum: vt, adducere te in meam sententiam. l. si in tres. ff. de recept. arbit.

¶ Adducere, cogere: vt, nullo vitæ exemplo adduci potest ad recte viuendum: & aliis multis modis apud rhetores capitur, ad quos vos reicio, cum mea tantum prosequi curem.

¶ Conducere elucidaui in l. rei appellatio. 1. in fin. supra eo.

Circunducere. ¶ Circunducere, est circa ducere, inducere: inde accipimus pro delere & abolere, quod is qui delet, hinc inde pennam ducere solet. l. si quis libertatem. ff. de petitio. here. vbi glos. & dixi in prœmio concorda. in verbo induceretur. l. vna. §. supradictis. C. de emendatio. Iustinia. Cod.

Circunducere edictum. ¶ Circunducere edictum dici debet, quod nunc lingua vernacula rebatuere defectum appellat, lege, & post edictum. §. primo, de iudiciis. Budæus hoc asserit in adnotationibus ad legem secundam, ff. de origine iuris, quod non approbo. nam vt mihi videtur, circũducere edictum est, inducere, abrogare, & edictum pro non facto habere, nempe quando actor impetrat citationem quam Iurisconsulti vocant edictum, & non comparet in die dicta & assignata, comparente reo circunducitur edictum, & pro non facto habendum est, quia facultas remigrandi reo conceditur, & discedẽdi cum expensis, quod nos dicimus, *le defendeur a congé auec despens*: & hoc probat d. l. & post edictum. ibi, quod si is qui edictum peremptorium impetrauit, abfit die cognitionis, is verò aduersus quem impetratum est, adsit, tunc circunducendum est edictum peremptorium, neque de causa cognoscetur, neque secundum præsentem pronuntiabitur.

¶ Circunducto edicto, an amplius reus conueniri possit, an verò salua quidem lis est,

verum instantia tantum edicti perierit:& magis est, vt instantia tantum pericrit edicti, ex integro autem litigari possit.ibidem.

¶ Et circũducere edictum est perimere,vt ibi,quia perit illud edictũ, & instantia cœpta per edictum circunductum. quod si actor postea conueniat reum, *à veoir rebattre le defaut*,tunc statuit iudex vt non obstante edicto circunducto, quod deinceps reus se defendat,& actor soluit expensas illius circũductionis,& absentiæ.& sic aliud est rebatuere defectum,& aliud circunducere,vt satis est notum dicanicis:ob id amplius non insistam,quic quid scribat Budæ.

Acta circunduci quomodo dicantur.

¶ Et acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere ea die circunduci,l.acta.ff.de re iudica.vbi gl.dicit,id est destrui,aboleri,ac si facta non essent. probat etiam l.diui.§. si ea persona.ff.de lib.causa,vbi sic scribitur:Si ea persona desit cognitioni,quæ alicui status controuersiam faciebat, in eadem causa est,qui de sua libertate litigat, qua fuit priusquam de libertate controuersiam pateretur.Sanè hoc lucratur, quod is, qui eam status controuersiam faciebat,amittit suam causam : nec ea res ingenuum facit eum,qui non fuit.nec enim penuria aduersarij ingenuitatem solet tribuere:sed recte atque ordine iudices puto facturos,si hanc formam fuerint sequuti,vt vbi deest is, qui in seruitutem petit,electionem aduersario deferant,vtrum malit cogitionem circunduci, an audita causa sententiam proferri,&c. Et paulo post: Quod si ex seruitute in ingenuitatem quis se allegat,melius fecerint si cognitionem circunduxerint,ne sine aduersario pronuntient,aduersarium ingenuum videri.Per prædicta arbitror exponendum pro obliterare, abrogare,& ad nihilum ponere :& in commentariis linguæ Græcæ exponit Budæus pro inducere.facit etiam l. ad Principem remissa cognitio ab eo circũduci potest, qui remisit. ff.de appellatio.

Circunducere pro decipere.

¶ Circunducere interdum pro decipere:quòd is,qui decipit,multa ducit circum illum, quem decipere vult:& aliis etiam modis accipitur, quos Grammatici scribunt.

¶ De verbo deducere scripsi in l.subsignatum.§.bona.supra cod.

Inducere, & eius phrases.

¶ Inducere,introducere,quasi intra domum, vel locum aliquem ducere, adducere,l. quod ait.§.quare.ibi,illa ratio tantum redditur,quod maiorem iniuriã putauit legislator, quod in domo patris aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. ff.de adulte.l.verum. vers.& ideo etiam eum qui fores meretricis effregerit libidinis causa,& fures non ab eo inducti,sed alias ingressi meretricis res eiecerunt,furti non teneri. ff.de furtis, l. tria prædia. ibi,in quem aquam induxerat.de seruit.rustico. prædio. & in fine vtitur verbo duxerat in suam maceriam.

¶ Inducunt iusiurandum,l.sed & si lege.§.perinde.vers.vtrum.ibi,hæc verba senatusconsulti etiam aduersus eum,qui non possidet, iusiurandum inducunt.ff.de petit.hered.id est illa verba senatusconsulti introducunt iuramentum in litem contra eum, qui dolo desiit possidere,& contra possidentem.

¶ Inducere,de nouo statuere,l.Gallus Aquilius sic posse institui posthumos nepotes induxit.ff.de liber.& posthum.vbi glo.& doct.

¶ Inducere nouam sententiam pro inuenire.l.fin.§.sed cum vtraque.ff.de iure fisci. ibi, Papinia.& Mesius nouam sententiam induxerunt.

¶ Inducere legem,est adaptare ad aliquod propositum,l.non solum.§.qui primipilum. ff.de excusatio.tuto.ibi,quam adaptans recte omnium similibus capitulis,&c. quem text. allegat Ludouicus Roma.singul.637.nunquid.in fin.& 651. tu scis bene.quod vis legum stat in inductione.

Vis legum consistit in inductione.

Inducere querelam, actionem, & exceptionem.

¶ Inducere querelam,pro adducere,mouere,instituere,l.Papinianus. §. si filius. ibi, filius verò in modum contradictionis querelam inducat.ff.de inoffic.testa.

¶ Inducere actionem,& exceptionem,l.duobus.in fin.ff.de iureiurando. ibi, item cum ex hac parte iusiurandum & actionem & exceptionem inducat,id est producat,statuat.

Inducere pueros primis literis.

¶ Inducere pueros primis literis,est docere,instruere,l.vt gradatim.in fi.ff.de muner.& hono.ibi,eos qui primis literis pueros inducũt,non habere vacationẽ diuus Antoninus rescripsit.iuncta l.2.§.qui pueros primas literas docent, immunitatem à ciuilibus muneribus non habent.de vaca.muner.Scripsi in scholastico. priuileg.vltimo.

Inducere pro annullare.

¶ Inducere decretum, aut sententiam, annullare, vulgo ad nihilum ponere, *mettre au neant*: quomodo & circunducere edictum, vt superius dixi.Est enim inducere proprieducto per ceras stylo tegere,aut interlinire,& memoriam scriptorum obliterare. Budæ.in annota.Ad l.fina.ff.de senatō.facit text.in l.si quis libertatem.ibi,sed & diuus Traianus scripsit differendum de libertate iudicium, donec de inofficioso iudicio aut inducatur, aut finem accipiat.ff.de petitio.hered.vbi gloss. dicit inducere esse per medias literas calamũ trahere. Et cancellauerat,vel induxerat scribit Iurisconsultus pro eodem in l.2.ff.de his quæ in testamento delentur.facit l.Euenus.ibi,Quæro an pœnes extincta rea cognitionem appellationis in

ducendam.

ducendam.ff.de iure fisci,l.inductum.C.de solutio. Et superinductiones has cancellationes vocat Iurisconsul.in l.1.§.& ideo.ff.de his quæ in testam.delentur.& lege peculatus tenetur,qui quid in publicis tabulis deleuerit,vel induxerit,l.qui tabulam.in fi. ff. ad legem Iuliam pecu.Et pro non facto habere,quod annullare dicimus,*mettre au neant*, spectat tantum ad supremas curias,vt scripsi in proœmio concord.in verbo summas.

¶ Inducere pro adducere,afferre,adiicere,l.eum qui Calendis.ff.de verb.obligatio. ibi, si autem non addat quibus Calendis Ianuarij,facti quæstionem inducere.& ibi in fi. quotiens in obligationibus dies non apponitur,præsenti die debetur, nisi locus adiectus spatium temporis inducat.

Inducere in bonorum possessionem.

¶ Inducere in bonorum possessionem filios emancipatos, est eos admittere ad bona, & ius eis petendi bona concedere,lege prima,§.si ex tribus.ibi, & sui iuris factos liberos in possessionem inducit prætor.ff.de bonorum possessio.contra tabul.

¶ In possessionem bonorum inducere,est simpliciter in vsum rei & possessionem mittere,*mettre en possession*,l.fin.ff.de appellatio.recipien.ibi,non permittitur appellare, ne scriptus heres in possessionem inducatur.l.fundi venditor etiam si mandauerit alicui, vt emptorem in vacuam possessionem induceret.ff.de acqui.possessio.iuncta l.seq.quæ dicit : si me in vacuam possessionem fundi Corneliani miseris.& in rub.ne vis fiat ei qui in possess. missus est.facit l.fin.ibi,species inducendi in possessionem alicuius rei est,prohibere ingredienti vim fieri.de acquiren.possessio.& l.si rerum.ibi,in possessionem induceret.de vi,& vi armata.& sic est differentia inter verba transposita,in bonorum possessionem, quod est iuris,vel in possessionem bonorum,quod facti est,vt dictum fuit superius.

¶ Inducere rem nomine pignoris,est rem intra domum ferre,& introducere, vt obligata pignori sit,l.1.ibi,quominus ei,qui pignoris nomine eam induxit,inde abducere liceat. ff.de migran.& l.1.de Saluia.interdicto.ibi,si colonus ancillam in fundum pignoris nomine induxerit.

Inducta & illata.

¶ Inde inducta & illata Iurisconsultus vocat omnia,quæ conductores intra domum attulerunt,l.eo iure.& l.in prædiis. ff.in quibus causis pignus vel hypoth. tacitè cõtrahitur. Et aliquando dicunt inuecta & illata pro pẽsione domus locatę obligata esse,l.item quia. ff.de pactis.§.item Seruiana.Instit.de actio.l.potior.§.si colonus.ff.qui potiores in pignore habeantur. Istam materiam docui in tractatu deliteris obliga.articul.4.in primo tomo commentar.in constit.Reg.Gallic.

Inducię.

¶ Inde inducię dicuntur,quas ius Pontificium treugas vocat, in rubr.de treuga & pace,Gallice *treues*:& sunt inducię, cum in breui & in præsenti tempore conuenit, ne inuicem hostes se lacesserent,& quasi pax temporaria, vt est l. postliminium. §. inducię. ff. de capti.quod in diem ducantur,id est differantur. Hodie euenit vt inducias vocemus etiam dilationes,l.vnica.C.de plus petitio.& auth.offeratur.de litis contestat. & quinque inducciarum genera ponit glo.in summa 3.q.2.

Inducię annales, moratoria præscriptio.

¶ Et inducias annales vel quinquẽnales, quas vulgus *respit* vocat, Imperator moratoriam dilationem nuncupat in l.quoties.C.de precib.Imperatori offeren. l.fina. qui bonis cedere possint.Et istam materiam scripsi in tracta.de literis dilator.annal. & quinquennal. in 2.tomo ordinat.Reg.in commentar.

Introducere.

¶ Introducere,inuenire,inducere,constituere,instituere.l.ex hoc iure.ibi,exceptis quibusdam,quæ à iure ciuili introductæ sunt.ff.de iustitia & iure. Et nulla iuris ratio patitur, quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur.l.nulla.ff.de legibus.& l.quod non ratione introductum est.ibidem,& l.1.§.origo verò introducta est.ff. de postulan.l. si quis stipulatus.ibi,officium prætoris est introducere vtilem actionem. ff.ex quibus caus.maio. Introducere actionem,idem,in lege, si quis stipulatus.ff.ex quibus causis maiores.

Obducere.

¶ Introducere,intra locum aliquem ducere,& immittere,vt in Euangel.est : introduxit & Petrum.

¶ Obduco,ob eam causam duco,vel subduco,vel induco:pro auferre exponit gloss.in l.vna.in verbo obductas.§.supradictis. C. de emendatio. Codic. Iusti. sed ego exponerem ibi,obductas,velatas,coopertas.

¶ Perducere,de hoc verbo,& de verbo producere,scribam in l.natura cauillationis.infra eodem.

Reducere.

¶ Reducere est iterum vel retrorsum ducere:quod interdum formam,seu materiam respicit,l.lacus.in fin.ibi,quia cum diuersa materia æs atque argentum sit,ab artificibus separari,& in pristinam materiam reduci solet.ff.de acquiren.rerum domi.pro reuerti exponit Iurisconsultus in l.adeo.§.cum quis.ff.de acquirendo rerum domi.pro deduci & separari,in l.idem Pomponius scribit,si frumentum.§. si plumbum. de rei vindicatio. Et reficere est in pristinam formam reducere,lege prima,§.reficere.ff.de itinere actúque priua.

De loco ad locum.

¶ Interdum respicit locum, & significat de loco ad locum iterum ducere, vulgo, *ra-*

mener. Item possunt iustæ causæ interuenire, ex quibus cum eo qui commodasset agi deberet, veluti de impensis in valetudine serui factis, quæve post fugam requirendi, reducendique eius causa factæ essent. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. l. si apud. de præscript. verbis. ibi, si fugitiuum meum reduxisset.

¶ Reducere milites idem, l. qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curam agerent, reipub. causa absunt. ff. ex quib. causis maior. Et desertor est, qui per prolixum tempus euagatus reducitur, l. 3. §. desertor. de re militari. ff.

Iterum ducere, vel reassumere.

¶ Interdum respicit actum, & significat iterum ducere, reassumere: vt reducere ad administrationem, qui perperam erat à prætore excusatus, iubet Iurisconsultus in l. verum. §. ex facto. in fin. ff. de minorib. & si qua mulier repudiata mox reducta sit, accusari non potest ex priore adulterio. aboleuit enim prioris matrimonij delicta reducēdo eam, l. si vxor. in fin. ff. de adulte. & l. quæsitum. in fin. ibi, eandem reduxit vxorem, & semel remissus adulter, reduci non potest, ibidem.

Reducere ad arbitrium boni viri.

¶ Reducere ad arbitrium boni viri, est ad iudicem referre, vt corrigat grauamen, vel arbitrorum, vel proborum virorum: de qua reductione abunde traditur in l. societatem. §. arbitrorum. per Bar. & alios. ff. pro socio, & in cap. Quintauallis. de iureiur. & ego praxim conscripsi in tracta. de arbit. in constit. Reg. in tomo 3. commenta.

Retroducere.

¶ Retroducere, id est retrotrahere, exponit glossa in lege, seruitutes. §. stillicidium. ibi, eadem causa retroduci potest stillicidium. ff. de seruitu. vrban. prædio. id est retrahi, *retirer, le tirer en arriere.*

Seducere.

¶ Seducere, decipere, quod is qui decipit, seorsum à veritate & recta via ducat: quo verbo sæpius vtuntur Romani Pōtifices, capitul. ad nostram. de regula. ibi, eremitæ de monte Follio quosdam pueros seduxerunt. Et aliquando separatim ab aliis ducere, vt cum volumus de secretis colloqui cum aliquo, eum seducimus & separamus. Aliis etiã modis apud oratores accipitur, sed legales tantum & frequentes significationes prosequor.

Subducere.

¶ Subduco, remouco, subtraho, l. 2. §. diuus. 2. ff. de iure fisci, ibi, non vt delatori pœna subduceretur, si mandatorem haberet, sed vt mandator quòque perinde atque si ipse detulisset, puniretur. l. prospexit legislator, ne mãcipia per manumissionẽ quęstioni subducantur. ff. qui & à quibus. l. fina. de pign. actio. ibi, responsum si operam non dedisset, vt instrumenti facultate subducta, debitor caperetur. l. sed & si vsucapio. ff. famil. erciscund. ibi, rem de iudicio subducit. l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil.

¶ Subduco, furtim, vel clam subtraho, l. pupillus. §. 1. ibi, & interea res deterior facta sit, vel mortalitate, vel subductis rebus mobilibus. ff. quæ in fraudem creditor. l. filius. §. 1. ibi, si quasi falsum nomen serui subducitur. de falſ. Sacculatij qui vetitas in sacculos artes exercentes partem subducunt, id est clam ducunt, partem subtrahunt. l. sacculatij. ff. de extraordi cognit. quasi sub aliis mercibus ducunt, & ponunt.

¶ Subducta *muliere*, idem, in l. quidam. in fi. ff. ad Velleia. ibi, si non tãtum in personam subducta muliere in principales debitores dederit actionem, id est remota muliere, quæ non erat obligata, quia intercedere videbatur.

Traducere.

¶ Traducere, de loco in alium locũ ducere, l. si ego. §. 1. ff. de Publicia. ibi, vel per patientiam forte, si per domũ quis suam passus est aquæductã traduci. l. 4. §. 1. ibi, veluti vt equo duntaxat, vel certum pondus vehatur, vel vt grex ille traducatur. ff. de seruit. l. 3. §. item videamus. vti posid. Inde extat consuetudo in ciuitate Tholosa. in rubr. de dotibus, quod maritus vxore sua prę mortua cognita per eum carnaliter, vel traducta, lucretur dotem, & econtrario vxor donationem propter nuptias: de his alibi. De hoc verbo traducere scribunt Theologi in cap. 1. Matth. vbi aliter accipiunt, ad quos nunc reiicio his contentus.

Cōsuetudo Tholosana, vt maritus vxore præmortua dotem lucretur.

¶ Traducere est transferre, l. textoribus. ibi, sed ad alium vsum traductus esset. ff. de lega. 3. Traduci damnatos sine permissu Principis ex prouincia in prouinciã non licere diuus Seuerus & Anto. rescripserunt, l. ad bestias. ff. de pœnis. id est de loco in alium duci non permittitur condemnatos, vt ibi noui libri habent legem, antiqui verò, paragraphum: sed vtcunque sit, idem est, dummodo intelligatur materia.

Solutum non intelligimus eum, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur: ac ne eum quidem intelligimus solutum, qui in publico sine vinculis seruatur.

¶ Duo expressim negatiue iste tex. docet, & vnum tacite affirmat: primum, quòd ille qui vinculis liberatus est, & manibus tenetur, non dicitur solutus. Secundò, nec quidem solutum dicet quis eum, qui in publico custoditur, & seruatur sine vinculis, id est in publica custodia, l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. Tertium text. tacite hic vult affirmare, quòd qui neque vinculis, neque manibus tenetur, nec quidem in publico custoditur, solutus dicitur, & qui libere discedere potest. Hoc autem ad quid prosit, audite.

¶ Vtilitas

¶ Vtilitas huius tex. est, quia succurritur ei, qui in vinculis est, vel fuit tempore actus gesti, l. succurritur. & seq. ff. ex quib. caus. maior. Et in quibus, declaratur in l. 1. ibidem: vbi dicit in integrum esse illum restituendum, si quid amisit, dum vinculis tenebatur: ideo à Principe iste literas impetrabit, vt rem suam petere possit, non obstante venditione, vel donatione, quam in carceribus, vel vinculis fecit: vel quod possit petere rem, non obstante sententia, in qua succubuit id temporis, quo in vinculis apud hostes erat, vt abunde scripsi in trac. de resti. in 2. tomo constitu. Regia. in commentar.

Vtilitas tex.

¶ Item qui in vinculis tenentur, repelluntur à testimonio, l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib. quod est verum, quando sunt malæ vitæ, secus si pro leuioribus criminibus detinerentur, vel pro debito, teste Iacobi. ibid. scripsi tamẽ in tract. de reprobat. & saluat. testi. abũdantius.

Testes an esse possint in carceribus detenti.

¶ Ad hæc is non potest liberari vinculis, qui in eis detinetur, nisi iudicis authoritate, l. custodias. ff. de public. iud. Requiritur etiam consensus procuratoris Regij ac partis in criminalibus, & in ciuilibus partis, vt plene dico in repetit. l. diuus. ff. de senatusc on. Silan.

Carceribus nō potest sine iudice liberari detentus in carceribus.

¶ Præterea qui in vinculis detinuit aliquem per triennium, vt nō inquietaret eum super beneficio, non gaudebit decreto de pacificis possessoribus, vt scripsi in eodem tractatu, in 19. limitatio. etiam si non fuerit protestatus, si protestari non poterat: literas tamen Regias hoc narrantes in hoc Regno impetrabit, vt ibi plenius docui. nam quod per me non stat, mihi non est imputandum, l. in iure. ff. de reg. iur.

¶ Item infertur, quod contractus factus ab eo, qui est in carcere, non valet, l. qui in carcerem. ff. de eo quod met. causa. Hippolyt. cons. 125. intelligite, vt inferius dicetur. Idem si haberet ciuitatem pro carcere, vt firmat Angel. in lege, si à bonæfidei. ff. de rei vindica. l. nec non. in princip. ex quib. caus. maior. vel si esset apud apparitorem, vel ostiarium (quem nos vocamus *huyßier*) custodiæ causa, vt quandoque fieri solet, etiam si extra carcerem ratificaret, lege, in eadem. & lege, nec non. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. Guido Papa singu. 840. vbi concludit illum restituendum, etiam si iurauerit, habita tamen iuramenti dispensatione: nec tenentur pro isto fideiussores, vt concludit Matthæ. in decisio. 149. in causa. vide Capyt. q. 154. in decis. Neapol.

An cōtractus factus à carcerato valeat.

Ciuitas pro carcere constituti potest.

¶ Idem dicam in eo, qui domi seruientes habet ad custodiam, vt solutus non dicatur: sed hi apparitores non debent apponi in vna domo pro debito priuato, sed pro crimine & calumnia, ac vt dicunt, subterfugiis: vt est statutum in lib. consil. curię supremę, fol. 70. quia salubrius esset aliquando habere domi immundos spiritus, qui in nomine Iesu, & per aspersionẽ aquę benedictę fugiunt, nec hominibus, nisi dei voluntate & permissu nocent, quàm hos, qui aliquando illis deteriores existunt: & vocantur comestores, quia breui comedere possunt, quę intra domum inueniunt, vt scripsi in trac. de liter. oblig. in fi. in primo tomo consti. Reg.

Apparitores nō possunt pro debitis in domibus poni.

¶ Intelligite instrumentum aut contractum factum à carcerato non valere, quando esset iniuste detentus: secus si debite. Bar. hic: & probat d. l. qui in carcerem. sic dicens, Qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est. Intellige igitur istam l. siue fuerit contractus factus pro parte, siue pro alio, vt inferius tamen dicetur. Ideo si tyrannus aliquem carentem pecunia in carceribus detinere fecit, vt daret ei pecuniam, qui detentus cogitur vendere domum, vel aliam rem, vt liberaretur, poterit ab illo emptore recuperare possessionem vel domum sic venditam, etiam non restituto pretio, si emptor fuerit fraudis conscius, vt docet Paul. in l. non est verisimile. col. 1. per illum tex. ff. de eo quod metus causa. Nam custodia præsumitur hoc facere metu. Cynus in l. 2. C. quod metus causa. Bald. in l. falsus. col. penult. de furt. sequitur Hippolyt. singul. 306. materia carcerati, dicens millies euenisse in Italia.

Lex, qui in carcerem. declaratur.

¶ Quod restringitur, quando in vtilitatem capti fieret contractus, vt pro eo liberando à carcere. Bal. in rubr. de rescindenda venditio. circa fi. per tex. in l. metum. in magna. §. sed licet. ff. quod metus causa. Decius consil. 691. in facto.

¶ Item non procedit, quando contractus esset iustus, quia tunc valeret. Bal. in tracta. schismatis, posito in rubr. C. si quis alter. vel sibi. nu. 17. & seq. & in l. 1. col. 1. ibidem. sequitur Hippolyt. in practica sua, §. attingam. nu. 23. de procuratione ad resignandũ metu facta, quod non valeat, vel dolo extorta. dixi in tracta. de pacif. possesso. in 22. ampliatio. & fusius in praxi benefic. in 3. parte, titul. de resignatio. metu extorta.

¶ Intelligite, quod si creditor detineret suum debitorem in carcere priuato, suum perderet debitum, & puniretur adhuc instante procuratore Regio ad multã, per l. extat. ff. quod metus causa. sic consuluit Bal. consil. 247. proponitur. in 2. volu. vbi etiam dicit sufficere probare, quod ante contractum, & post fuit in carcere, licet non probauerit tempore contractus fuisse: quia ex duobus extremis medium præsumitur, per c. accedens. de conuers. coniugator. secus ergo si contractus esset factus in carcere publico, in quo detentus omnes contractus facere potest: inde in carcere potest procuratores constituere ad eum defendendum, & ad vendendũ bona, vt docet Bal. in l. nam & Seruius. in princip. ff. de nego.

Pœna detinentis debitorem suum in carcere priuato.

gestis, dummodo non fiat contractus ad vtilitatem detinentis, vel consanguineorum, teste Bal. in l. qui à latronibus. in principio, ff. de testam. Etiam testamentum facere ibi non prohibetur. glo. in d. l. qui in carcerem. & Bal. consil. 36. in fi. vol. 3. Alioqui per carcerem tolleretur capto suorum bonorum administratio, quod nulla lege cauetur: imo contrarium est decisum in l. reo. ff. de solutionib. quia carcer non est modus priuandi quem administratione bonorum: alias remaneret captus quasi peremptus in carcere, & nunquam egredetur, quod non est dicendum. ideo d. l. qui in carcerem. dicit, quicquid ob eam causam, secus ob aliam. videte plene per Vital. de Camba in tracta. clausul. in rubr. de metu carceris. fol. 165. in paruo volu. & quæ scripsi in d. l. qui in carcerem. Hodie si fiat contractus in fauorem & vtilitatem illius, vel consanguinei, cuius causa detinetur, vel in vtilitatem commentariensis, *du geolier*, aut iudicis, aduocati, vel procuratoris etiã Regij, per literas Regias, quæ facile cõceduntur, in hoc Regno solet rescindi: vt scripsi in tract. de rescissio. contract. & intra quod tẽpus peti debeat, in cõmentar. ad consti. Reg. in 2. tom. per tex. in l. medicus. ff. de var. & extraord. cognit. Et hoc obseruari scio, vt in simili Iurisconsult. ait in l. 3. ff. de pœnis. Vnde an. 1537. die 7. Decembris fuit annullata promissio & rescissa schedula cuiusdam abbatis, qui se obligauerat commentariensi, dum erat in carcere, ad dandum illi centum & decem libras pro alimentis in carcere factis, & pro custodia: sed fuit reseruata actio commentariensi contra dictum abbatem. Nam hoc est mali exempli, vt captus sic obligetur pro eo, qui illum detinet, & qui vitæ necisque iniustæ potestatem habet: potest tamen carceratus de consuetudine in hoc Regno seruata pro expensis & custodia retineri, teste Guido. Papa quæst. 446. si incarceratus. Ideo custos carceris expensas factas procurare debet taxari à iudice, & illas reus recuperare poterit, si iniuste custoditus & detentus fuerit à parte instigante: nec possunt alia apparitores capere ab his, quos detinent, nec obligationes, sed solum ea, quæ à curia taxata erunt. anno 1538. die 11. Februa. contra apparitorem Bachelier fuit pronuntiatum arestum.

Arestum.

Carceratus pro expensis retineri potest.

Arestum.

¶ *Solutum*, quot modis capiatur, scribam in l. solutionis. infra eod.

¶ *Licet*, capitur pro quamuis, vt plene docebo in l. licet. 1. infra eod. vbi deo auspicante dicetur.

Leuare.

¶ *Leuatus*, id est solutus, & exoneratus: nam cui remota sunt vincula, is dicitur vinculis leuatus, hîc.

Leuans manũ, aniniuriam faciat, si nõ percutiat.

¶ Leuare tamen manum, est alleuare, erigere, & in altum tollere, Vlpia. in l. item apud. §. 1. ibi, si quis pulsatus quidem non est, verum manus aduersus eum leuatæ, iniuriarum tenetur vtili actione, qui eum terruit. ff. de iniur.

Leuare, exigere.

¶ Leuare, colligere, exigere, l. forma. §. si verò quis agrum. ibi, agri enim tributum in ea ciuitate debet leuari, in cuius territorio possidetur. ff. de censib. quamuis glo. exponat pro alleuiari.

¶ Leuare, subleuare, exonerare, alleuiare, vulgò *alleger*, l. diuus. §. cum autem. ibi, & in vnumquemque eorum, prout tibi leuari, vel onerari culpa eius videbitur, constitueris. ff. de officio præsidis. inde lege Rhodia de iactu cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est. l. 1. ff. ad leg. Rhod. de iactu. facit l. si vni. §. penult. ibi, qui debito leuatur. ff. famil. erciscundæ.

Leuamentum.

¶ Leuamentum, l. 3. in fi. ff. si famil. furtum fecisse dica. ibi, huius edicti leuamentum non tantum datur, &c. Leuamen ergo vel leuamentum dicitur id, quod releuat, & minuit molestiam, Gallice *allegement, soulagement.*

Leuato velo.

Inde leuato velo cognoscere prouerbiali figura dicitur, in l. de submersis nauibus leuato velo cognoscatur, id est summarie, & de plano. C. de naufrag. libro 11. tractum à nautis, qui post leuatum velum cito discedunt, si ventus arrideat.

Releuari.

¶ Releuari, l. forma. §. illam. ff. de censib. ibi, illam enim æquitatem debet admittere censitor, vt officio eius congruat releuari eum, qui in publicas tabulas delato modo frui certis ex causis non possit. quare & si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari, id est alleuiari, subleuari: & l. procurator, qui pro euictione prædiorum, quæ vendidit, fidem suam adstrinxit, etsi negotia gerere desierit, obligationis tamen onere, prætoris auxilio non releuabitur. ff. de procura. id est non subleuabitur, non succurretur, quominus teneatur de euictione. de hoc in rubrica C. de collatio. donatorum & releuatorum, & c. h. 10. & c. Agatho. 63. distinct. inde in hoc Regno Franciæ quoties volumus in aliquo actu subleuari, literas releuamenti impetramus, *pour demander estre releués*, vt plene scripsi in tracta. de restitutio. & releua. in ordinatio. Regiis, in 2. tomo commenta. facit l. etiam §. 1. ff. de minor.

¶ *Manibus.* de manibus posui phrases in l. Labeo, 1. supra eod.

Tenere verbũ multis modis dicitur.

¶ *Tenetur.* Notandum est, quod tenetur accipitur hic pro seruatur, detinetur, retinetur, vulgo *tenir.* & Iurisconsul. in l. Imperatores. de manu. testamento, ait, iuro seruitutis teneatur, & Imperat. carcer nullum die Paschatis teneat inclusum, in l. 3. C. de episco. audient. & l. penes. infra eod. l. si is qui in aliena. §. fin. ibi, ante solutam pecuniam totum tenebit. ff. de æquir.

quir. rer. dom. Inde potentior est, qui tenet, quam qui persequitur, l. sequitur. de verb. obligatio. & glo. dicit beatum, qui tenet, in §. si tres. de pace tenend. & eius violato. & qui morbo perpetuo tenetur, idoneus defensor non est, l. neque fœmina. ff. de procurato. Et obligatur, qui canem tenet, si alicui damnum dederit, l. 1. §. sed & si canis. si quadru. pauper. fec. dica. Et si alius tenuit, alius interemit, is qui tenuit, mortis causam præbuit, in factum actio ne tenebitur, l. item Mela. in §. 1. ff. ad legem Aquil. & §. item & cum eo. ibidem.

Beatus qui tenet.

¶ Secundò, verbum tenetur importat necessitatem, & sumitur pro adstringitur, ac necesse est: vt conferre mandatarii & nominatis collatores teneantur, c. duobus. de rescrip. in 6. scripsi in §. 1. & 2. de collatio. in concordatis: & Gallice dicimus teneri cum adiectione, videlicet, *est tenu donner ou payer*, dare vel soluere.

Necessitatem signat tenetur.

¶ Tertiò, tenetur pro continetur, l. quæstio. ibi, fundus est, quicquid solo tenetur. infra eodem: licet quidam libri habeant continetur, correcti tamen tenetur. l. diuus. ibi, vel si quod chirographum magnæ pecuniæ in sinu habuerit, nullo iure illud in pannicularia ratione tenetur. ff. de bon. damnato. & lege, frugem. infr. eo. l. si vsufructuarius messem. §. spicam autem, quæ terra teneatur. quib. mod. vsusfru. amitta.

Tenere pro cõtinere.

¶ Quartò, pœna dicitur tenere, id est comitari & sequi etiã eos, qui per suppositam per sonam delatori causam dederint, l. seruus. in fi. ff. de pœn. l. 3. C. de vectigal. & l. vitia. C. de acqui. possessio. Et pœnæ suos authores teneant, l. sancimus. Cod. de pœnis, c. 2. de his quæ fiunt à maio. parte capitu.

Pœna authorẽs suos teneat.

¶ Quintò, tenere pro cohærere, l. in rutis cæsis ea sunt, quæ terra non tenentur, id est, non cohærent, non sunt affixa. infra eod. *ce que ne tient point à la terre*: & potest conuenire præcedenti significationi.

Pro cohærere.

¶ Sextò, lege Iulia tenetur, id est obligatur, adstringitur, l. 1. ff. de actio. & obligatio. vbi prius dixit obligatur, & postea tenetur. idem in lege, qui foueas. ad legem Aquil. l. 1. de nouatio. ibi, tenetur ciuiliter. & l. non quasi. §. 1. ibi, qui non gessit omnino non tenebitur: nam nec actio tutelæ eum, qui non gessit, tenet. ff. rem ratam haberi. l. Paulus. ibi, legis Corneliæ pœna omnes teneri. de falsi. l. fi. ibi, perinde bona teneri, quasi fideiussores pro ea extitissent. ad municipal. l. spurij. §. pater. ibi, ciuilibus muneribus pro filio non tenebitur. de decurio. l. si eum. si quis cautio. l. naturalem. in fi. ff. de acquiren. rer. domi. l. 1. & 3. de vi publica. l. miles. in fi. de re iudica. l. si is cum quo. de confess. l. nemo. in fi. soluto matri. Et mandati tenetur, l. si remunerandi. §. apud. in fi. manda. l. penult. §. fi. de exceptio. rei iudica. l. gregem. de pigno. l. creditoris. in fi. de furtis. l. eius. si cert. peta. l. 1. §. quia. quor. legato. l. 1. §. 1. ibi, hæc actio non tantum eum tenet. ff. ne vis fiat ei. Et nominati successoris periculum non tenet fideiussores nominantis, id est non obligat. l. libertus. §. nominati. ff. ad municipalem, cum aliis infinitis, quę liberum esset scribere si hęc non sufficerent.

Obligari.

¶ Septimò, constitutiones, & generales leges omnes tenent, id est ligant constringunt. §. sed quod Principi. in fi. de iure natura. in Institutio. l. de quibus. ff. de legib. ibi, nam cum ipsę leges nulla alia causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptę sunt. facit l. leges sacratissimæ. C. de legib. l. cum heres. ibi, quamuis precarium heredẽ ignorantem non teneat. de diuers. & temporal. præscriptio. l. item apud. §. si quis astrologus. ibi, sed constitutiones eos tenent. de iniuriis.

Leges omnes tenent.

¶ Octauò, tenere pro obtinere, & victoriam reportare, per l. cum ex falsis. ff. de inoffic. testa. ibi, de inofficioso agendo tenuerit. lege fina. de exceptio. rei iudica. ibi, egisset, nec tenuisset postea.

Tenere pro obtinere.

¶ Nonò, tenere pro habere, capere: vt rene certum, dimitte incertum, cap. si quis. §. fi. de pœnit. dist. 7. vnde Papinia. ait: nam cum alterum ex coheredibus inofficiosi quæstio tenuit, l. iudicatæ. ff. de exceptio. rei iudica. id est incepta fuit contra alterum, & restitutus in ordinem, vtrum eum ordinem teneat, habeat, quem primum habuit? l. 2. §. restitutus. ff. de decurio. l. frugem. versic. frumentum. infra eod. vel vt superius scripsi, potest exponi.

Tenere pro habere.

¶ Decimò, tenet, id est durat, extenditur, procedit, lege, si debitor. ibi, quippe id actum est, vt eo vsque precarium teneret. ff. de precario.

Tenere pro durare.

¶ Vndecimò, tenendum est, seruandum est, & custodiendum: Gallice, *faut tenir*. lege 1. §. illud tenendum. ff. quor. legator. lege secunda, §. illud tenendum. de exceptio. l. 1. §. illud tenendum. de mun. & honor.

Tenere pro tenendum est.

¶ Duodecimò, tenere pro firmare, asserere, custodire: vsque ad hęc tempora hęc tenetis, c. si diligenti. de præscriptio. inde dicimus, hoc tenet Bar. id est huius sententiæ & opinionis est Bar. teste Panor. ibidem, in 1. notabili.

¶ Decimotertiò, tenere, id est retinere, l. 1. in fi. ff. de migrand. ibi, sunt alia quæ pignori teneri nõ possunt. & ibi, nec retineri: & sic semel dixit, teneri, postea retineri. itidem accipitur in rubrica C. etiam ob chirograph. pecu. pignus teneri posse, & in l. vnica, ibidem. l. naturalem. §. gallinarum. ibi, in nostro dominio tenentur. ff. de acq. rer. domi. l. si is qui. §. fi. ibi, totum thesaurum tenebit. ibid. l. 1. §. ripa. ibi, naturalem rigorem cursus sui tenens. de flum.

Tenere pro retinere.

¶ Decimo

Scire leges quid sit.

¶ Decimoquartò, scire leges non est verba earum tenere, sed vim & potestatem habere, l. scire. ff. de leg. id est qui tenet memoria verba legis, & recordatur, non dicitur scire leges, sed oportet habere sensum earum, atque effectum. alioqui puer octo annorum, qui memoriæ commendasset leges, vel psittacus, vel stultus diceretur scire leges: sed quia sensum legum non habet, ideo scire leges non dicitur, licet verba legis mente teneat, & recordetur: sicut quidam grammatici verba legum quarundam tenent, sed tamen scire leges non dicuntur, quia earum sensum, & intellectum non habent. Ob id volui in titulo hoc maxime effectum legum vobis ob oculos ponere, non negligens etiam phrases, & verborum pondera, vt omnibus pro virili satisfacerem, & his qui legum vim desiderant, & his qui loquendi rationem more Iurisconsultorum veterum sectantur. Videbam enim hactenus hoc prętermissum, nec esse, qui vtrunq; coniunxerit, scilicet phrases, & vtilitates, seu effectus, quę à iuris studiosis desiderari solent, non solum vt intelligant, sed vt loqui possint. Ad l. scire. facit l. 3. §. si quis noxali. ibi, quia aut seruum non recognoscit, aut nomen non tenet. ff. ad exhib. id est non recordatur, non reminiscitur: ac Virg. *numeros memini, si verba tenerem.*

Tenet pro valet.

¶ Decimoquintò, cessio facta per procuratorem reuocatum, antequam ad ipsius notitiam, vel collatoris pertenerit reuocatio, tenet, id est valet, cle. vnica, de renuntiat. & quoties incertum est, quę potius actio teneat, duas actiones dictamus, l. 1. §. quia autem. ff. quor. legato. l. quæsitum est an teneat actio. ff. de pecul. Et non tenet sententia, quæ rite lata non est, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. & in l. 1. §. 1. de remissio. vbi prius vtitur verbo valet, & postea verbo tenet, l. non solum. §. proinde. de iniuriis. ibi, actio iniuriarum non tenebit, id est intentari non poterit, quia sublata est per pactum. & frustra prouocatum est ab ea sententia, quæ non tenet, id est non valet, l. ex consensu. §. 1. de appellatio. ff. Et remissionem ita demum factam vbi nuntiatio non tenet, & nuntiationem ibi demum voluisse prætorem tenere, &c. ff. de remissionibus. l. & si condemnatus. ibi, tenet enim condemnatio. de noxalib.

Tenetur pro fingitur.

¶ Decimosextò, tenetur pro priuato, id est reputatur, fingitur, & denotat fictionem, l. qui vniuersas. §. 1. ff. de acquir. possessio. ibi, & pro priuato eum teneamus. id est tanquam priuatum eum habeamus, reputemus eum priuatum hominem, l. sed & si lege. §. si autem litem. ibi, & quasi prædones teneantur. ff. de petitio. heredita.

Tenere pro occupare.

¶ Decimoseptimò, tenere pro occupare, l. adeo. §. insula. ff. de acqui. re. domi. ibi, mediam partem fluminis tenet. & §. insula. de rerum diuisio. in Institutio.

Tenere pro detinere.

¶ Decimooctauò, tenere pro habere, seu possidere capitur, vel detinere, l. pater. 1. ibi, quod semel iure militiæ filius tenuit. ff. de castren. pecu. l. Celsus. ibi, an quia pignori tenet, ad exhibendum. l. penes. infra eod. l. filiusfa. in fi. ibi, si seruus vel filiusfa. res hereditarias teneat. de petit. hered. l. iusto. §. si cum apud. de vsufructu. l. si ancilla. §. si pater. pro suo. l. 1. ibi, quia naturaliter tenetur ab eo, qui instistit. & l. possessio. ff. de acquir. posse. l. officium. in fi. ibi, quia hi omnes non possident, vindicari nō posse: puto autem ab omnibus qui tenent, & habent, restituendi facultatem peti posse. ff. de rei vindica. l. 2. ibi, possessores non conuenit appellari, qui ita tenent. & l. pen. C. de præscriptio. triginta vel quad. anno. l. nunquā. §. si seruus. ff. de vsucapio. authen. minoris debitor. qui dare tuto. possint. §. item per acceptilationem. Institut. quibus mod. tollit. obliga. l. 2. §. quod ait prætor. ff. quorum lega. l. illud. quæ in fraud. creditorum. inde Iurisconsult. ait, quod res peculiaris tenetur à seruo, l. 1. §. item acquirimus. ff. de acq. possessio. l. 1. §. quod ait. ibi, neque vsusfructus neque vsus possidetur, sed magis tenetur. ff. quor. legato. Et alibi ait Iurisconsult. quod seruus ciuiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, id est detinet, l. quod seruus. de acquirend. possessio. l. 1. §. quod seruus tenet, dominus videtur possidere. ff. de vi & vi armata. l. & vno. ibi, & habes, tenes, & possides. de acceptilationibus, quem tex. vide pro notariis, qui ista verba solent apponere in instrumentis, vt excusentur à superfluitate, ibidem.

No. pro excusatione notariorum.

Differentia inter possidere, & tenere.

¶ Differentiam inter tenere, & possidere tradit tex. in l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbo. obliga. Nam possidere ad ius refertur, tenere verò ad nudum factum, vt ibi, & in l. possessio. ff. de acq. possessio, ideo dicimus, tenet seruus, possidet dominus, l. cum seruus tenet aliquid. ff. ad exhib. & in d. §. quod seruus tenet. & d. l. & vno. superius alleg. etiam. abunde scripsi in tracta. nominatio. quæst. 9. vers. 6. quæro. nu. 11. Et quamuis differant tenere & possidere, tamen potest dici talem precario possidere, l. qui à seruo. ff. de actio. & obliga. Et vi possidet, l. 1. de vi & vi arma. licet simpliciter non diceretur possidere, sed tenere. Et ideo hāc differentiam docet tex. in l. in actione. in fi. ibi, possidenti siue tenenti creditori pignus aufert. ff. de furtis.

¶ Vltimò, teneri manifesto dicimus illum qui conuictus est, qui iam inficiari non potest, *attaint & conuaincu.* Budæ. in forens. quæ non probat.

¶ Continere, scripsi in l. notionem. §. continentes. infra eod.

¶ Pertinere quid sit, & quot modis accipiatur, scripsi in l. verbū illud pertinere. infr. eod.

Retinere quid, & eius phrases.

¶ Retinere est detinere, l. 1. §. 1. ff. de eo per quem factum erit. vbi sic habetur: fecisse autem dolo

dolo malo non tantum is putatur, qui suis manibus vel per suos retinuerit, verum qui alios quoque rogauerit, vt eum detinerent, l. 2. in fi. ibi, ceterorum verò non oberit, qui dolo fecerint, vt retineretur, sed si priuatus eum detinuerit: si quis cautio. vbi in vno loco dicitur retinuerit, in altero detinuerit. Et retinere animo possessionem possumus, adipisci non possumus, l. qui vniuersas. §. penul. ff. de acqui. posse.

Retinere pro remanere.

¶ Retinere pro remanere, permanere, l. cū Aquiliana. ff. de transactio. ibi, lites, de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur: quia ad illas non extenditur transactio. Retinere nepotem, & filium emancipare, est sub ditione & potestate sua seruare nepotem, & filium extra potestatem ponere, l. pater filium suum emancipauit, & nepotem retinuit. ff. de inofficio. testa. & relegati in insulam liberos suos in potestate retinent. de inter. & relegat. vulgo dicimus *retenir.*

Retinere pro conseruare.

¶ Retinere idem pro conseruare, *retenir*, l. postquam. ff. de petitio. hered. ibi, cum sit iniquum eo casu possessorem hereditatis legatum, quod soluerit, retinere. l. hereditas. ibidem. ibi, aut retenturum, aut actione negotiorum gestorum reperturum. l. ait prætor, quem liberum dolo malo retines, exhibeas. & l. 3. ff. de liber. homi. exhiben. & l. 1. de liberis exhiben. l. 2. de publicis iudic. ibi, ciuitas retinetur.

Retinere possessionem.

¶ Retinere possessionem idem, l. filius fa. ff. de regul. iur. l. clam possidere. in fi. cum multis aliis legib. illius tit. ff. de acq. posse. & in titū. vti possidet. ac l. 1. §. idcirco. de vi & vi armata.

¶ Retenta certa quantitate, l. etiam. 1. §. idem erit. ff. de petit. hered. ibi, sed & si retenta certa quantitate restituere rogatus sit.

Retinendum est.

¶ Retinendum est, tenendum est, seruandum est, l. si duo. ff. de solutio. ibi, & quasi generale quid retinendum est.

Retentio.

¶ Retentio, retinendi actus, *retention* Gallice: quæ an & quando sit permissa, abunde tradam in l. non potest videri. infra eod.

¶ Retentus à magistratu, qui ad iudicium sine dolo malo venire non potuit, exceptionem habet. l. 2. §. fi. ff. si quis cautio. Ista retinere poteritis.

Sustinere quot modis in iure capiatur, & phrases.

¶ Sustinere pro differre exponit glo. in l. interdum ex iustis causis, & certis personis sustinendæ sunt cognitiones. ff. de iudiciis. id est differendæ: vulgò dicimus *tenir en suspeance*, vt in literis status mandatur, de quibus abunde scripsi in trac. de literis status in ordi. Reg. in 2. tomo commentariorum. facit l. diuus. in fi. & l. si quis libertatem. in princip. ff. de petit. hered. Inde sustinenda, id est differenda præstatio, l. fi. ff. de actio. empti. ibi, etiam si officio iudicis sustinenda esset præstatio, donec præstari possit.

Sustinere pœnam.

¶ Sustinere pœnam idem, in l. si quis forte. in princip. ff. de pœnis, ibi, sunt plerique præsides tam timidi, vt etiam post sententiam de reo dictam, pœnam sustineant, id est differant imponere: & postea in text. dicitur, quique pro salute ipsius habeant dicere, propter quæ aut sustineant pœnam, aut non sustineant. Vel interdum sustinere pœnam est pati, vt inferius dicetur.

¶ Inde sustinere rem iam in calculos euntem, id est cum iam rogandæ essent sententiæ libellum supplicem diplomati adnexum porrigere: Budæ. in forens. nihil adducit, ob id eum sic relinquo.

Sustinere vicē duorum.

¶ Sustinere vicem duorum, pro subire, fungi, l. si plures. de pact. ff. ibi, nam difficile est vt vnus homo duorum vicem sustineat, l. si consul. de adop.

¶ Sustinere vicem vnius, idem, l. magistratus municipales cum vnum magistratum administrent, etiam vnius hominis vicem sustinent. ff. ad municipalem.

Sustinere honores, & munera.

¶ Sustinere honorem, l. 3. ff. quod metus causa. pro gerere, & subire honorē exponit Iurisconsul. in l. honor. & l. honorem. ff. de muner. & hono. vbi in vna lege scribitur sustinere, in aliis gerere, subire, vel obire. Vectigalia & patrimoniorum solennia onera omnes sustinere oportet, pro subire, l. 2. ff. de priuileg. vetera. Sustinere munera, idem, l. 3. ff. de muner. ibi, & qui originem ab vrbe Roma habent, si in alio loco domicilium constituerint, munera eius sustinere debent, l. semper. §. penult. de vacatio. muner. ff. & in l. 1. dicitur munera obeant.

¶ Sustinere solicitudinem, l. fina. §. qui annonam. ff. de mu. & hono. ibi, exactores pecuniæ pro capitibus, personalis muneris solicitudinem sustinent, id est ferunt, vel subeunt.

Sustinere pro pati.

¶ Sustinere, pati & obseruare, l. si pendentes. §. fi. ibi, si qua seruitus est fundo, necesse habebit vsufructuarius sustinere, & postea dicit obseruare, ff. de vsufru. l. æquissimum. §. & si forte. ibi, quæ non potest sustinere proprietarius. ibidem.

¶ Sustinere dolorem corporis, pro pati. l. bouem. §. si seruus. ff. de ędilitio edicto. ibi, ne si dolorem corporis sustinendo id fecerit.

Sustinere onera petitoris, vel rei, seu vicini.

¶ Sustinere onera petitoris, l. inter litigantes. ibi, esse enim debet, qui onera petitoris sustineat. ff. de iudic. pro eo quod sustinere partes petitoris, in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruit. vindic. pro eo quod nos dicimus, agit, vel petit, & facit ea quæ ad petitorem pertinent, ac fungitur vice actoris. Sustinere onera vicini, est pati seruitutem oneris ferendi.

l.fi.ff.de ſeruit.ibi,ſi vſusfructus tuus ſit ædium,proprietas mea,quæ onera vicini ſuſtinere debeant,mecum inſolidum agi poteſt,tecum nullo modo.l.ſi fratres.§. item Mela. pro ſocio,quando onus reſpicit ædes vel parietem,accipitur pro illa ſeruitute:ſi verò ſimpliciter, tunc non agitur de ſeruitute,vt ſequitur.

¶ Suſtinere onera,l.Lucius.in fi.ff.ad municipal.ibi, tamen interim onera ſuſtinere non cogeris:id eſt non teneberis ad aliqua onera,*ne ſeras tenu à aucune charge.*

Suſtinere vitiũ. ¶ Suſtinere vitium,l.i.ff.de periculo & commodo rei vendit.ibi,emptor periculum, vel vitium rei venditæ ſuſtinere debet, id eſt ad emptorem pertinet vitium rei, ſeu periculum, vel reſpicit,exponit l.ſi quis vina.& l.neceſſario.ibidem,quia emptor pati debet periculum emptione perfecta, ſicut commodum ad eum pertinet, §. cum autem. de emptione & vend. in Inſti.

Suſtinere onera matrimonij. ¶ Suſtinere onera matrimonij maritus debet,in l.Iulianus.ff.manda.exponit Vlpia.in l. dotis fructus.ff.de iure dotium.l.vbi.& l.in rebus.C.illo titul.

Plauſtrum ſuſtinere. ¶ Suſtinere plauſtrũ,l.ſi ex plagis.§.ſi in cliuo.ff.ad l.Aqui.pro ſubleuare,vulgo *ſouſtenir.*

Suſtinere æs alienum, ¶ Suſtinere æs alienum, l.ex parte.in fin.ff.famil. erciſcund. pro ſoluere, ibi, & cauit, vt æs alienum,quod vnuſquiſque habet,ſiue habebit, ſolus ſuſtineret.id quod nos vulgo dicimus, *il ſera tenu des debtes ſeul.*

Suſtinere adminiſtrationẽ. ¶ Suſtinere adminiſtrationem,l.iuſiurandum quod.ff.de iureiuran.ibi, procurator quoque, quod detulit, ratum habendum eſt,ſcilicet ſi aut vniuerſorum bonorum adminiſtrationem ſuſtineat,id eſt habeat.

Suſtinere laborem. ¶ Suſtinere laborem,lege fina.ff.commoda.pro pati, durare, *endurer & ſouffrir.* ibi, nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter equum commodaui,qui eum laborem ſuſtinere non potuit.

Suſtinere iudicia. ¶ Suſtinet iudicia, id eſt tuetur, perficit.l.nihil conſenſui tam contrariũ eſt, qui & bonæ fidei iudicia ſuſtinet, quam vis atque metus, quem comprobare, contra bonos mores eſt. ff. de regulis iuris.

Suſtentare. ¶ Suſtinere ſeu ſuſtentare eſt alere:vnde Papa dicit,quod nulla ratio hoc veriſimile reddit,vt quiſquam beneficium,quod multis forte expenſis, & laboribus acquiſitum, quo ſuſtentari debet,facile ſine magna cauſa,ſua ſponte reſignet.c.ſuper hoc. de renuntiatio. ſcripſi in praxi benefic. in 3. parte de renuntiat.

Suſtentatio. ¶ Inde ſuſtentatio alimentorum, educatio, in l.victus. dixi ſupra eod. facit l. ſi cum dotem.§.ſi autem in ſæuiſsimo.ff.ſolu.matr.

Suſtinere cauſſã quid,cõtra Budæum. ¶ Cauſam ſuſtinere dicitur is,teſte Bud.in commen.linguæ Græcæ,ὁ ὑπολαμβάνων, hoc eſt, qui ſuſpectus eſt,& crimine premitur:quod probat per verba l.i.ff.de pœn.quæ hic ſubiecit: Quoties de delicto quæritur,placuit nõ eam pœnam ſubire quem debere, quam conditio eius admittit eo tempore,quo de eo ſententia fertur,ſed cauſam ſuſtinere,quam ſuſtineret, ſi eo tempore eſſet ſententiam paſſus, cum deliquiſſet. vbi vix poteſt exponi, vt Budæ. ait pro crimine premi,ſed pro ſubire,vel in ea cauſa eſſe,in qua eſſet tempore,&c.quod probatur ibidem in verſiculo,contrarium. vbi dicit ſubire, & in principio. ideo intelligite tex. cauſam ſuſtinere, id eſt pœnam criminis ſubire, quia non premuntur crimine rei, ſed pœna debita crimini: nec ibi conuenit dicere eſſe ſuſpectum, vt Budæ. ait. in his autem quæ pro authoritate adducit, an ſic accipiantur, videant illi qui in eis verſantur. Alia tradunt grammatici & oratores,quæ quoniam nota vobis eſſe ſcio,miſſa facio.

Seruare multis modis,& phraſes. ¶ *Seruatur,* id eſt cuſtoditur.idem in l.ſi oleum.ff.de dolo.ibi, & tu hoc oleum depoſueras apud Seium,vt is venderet,& pretium ſeruaret.l.actione,§.Labeo.pro ſocio,ibi, ſemper enim non id quod priuatim intereſt vnius ex ſociis ſeruari ſolet. l. ſi in venditione. ff. de pericu. & cõmodo rei venditæ, l.bona fides.in fi.depoſiti.Inde ſerui à ſeruando,§.ſerui.de iure perſonarum,in Inſtitutio.quia Imperatores in bello captiuos non occidere, ſed ſeruare ſolebant,l.libertas.de ſtat.ho.§.ſerui.de iure perſo.in Inſti.

Seruare pro re cuperare. ¶ Seruare pro exigere, repetere, recuperare, l. diuortio. vbi vtrunque exprimitur, ff. de nego.geſtis.l.ſi quis putans. in fi.ff. commu. diuidundo. ibi, ſi vnus ex ſociis ex hac cauſa damnatus fuiſſet,poſſem eam pœnam à ſocio pro parte ſeruare.& l.ſed poſtquã.ibi,nam & eum qui mandato domini defenſionem ſerui ſuſcepit, omne quod bona fide præſtiterit, ſeruaturum.ibidem:iuncto principio,ibi,vtile erit iudicium communi diuidundo ad recuperandam partem pecuniæ. nam mihi ſeruo, quod ab alio exigo. Diuerſum ſeruatur,id eſt ſtatuitur,diſponitur,cuſtoditur,l.diem functo.ff.de offic.aſſeſſo.ibidem ſcripſi.

Seruare pro ſtatuere.

Seruari pro ſalua eſſe,cõſequi. ¶ Seruari res ab eo poterit,id eſt ſalua eſſe,vel eam conſequi poterit,l.2.& l.4.ff.de dolo. l.ſi quis alicui.in fi.manda.ibi,ſed ſi cum Titio egeris,ego quidem non liberabor,ſed in id duntaxat tibi obligatus ero,quod à Titio ſeruare non poteris.& l.ſi mandato.§.fideiuſſor. ibi,poſſe me agere tecum mandati in id,quod minus ab illo ſeruare potero.ibidem:probatur etiam in l.ſi mandato.& l.ſi fideiuſſores. de fideiuſſorib. iuncta l. fina.ſi certum peta. l. ſi decem.de ſolutionibus.ac lege,ſi ita à te.infra: vbi in his tribus legibus eſt conſequi,& in l. at ſi

at ſi quis. §. pleraque. de religioſis. ibi, vt ſumptum conſequantur. & ibi, vt ſumptus poſsint ſeruari. l. ſi vnus.in fi. pro ſocio. Partes familiæ erciſcundæ iudicio ſeruabit, ſi vnus ex heredibus omnem pecuniam ſoluerit.l.fiſtulas.§.fina.ff.de contrahen.emptio.pro conſequi exponit l.ſi ex pluribus.de heredita. vel actio. vend.l.ſed ſi res.commu.diuidun.

Seruare pro reſeruare. ¶ Seruare pro reſeruare,*garder*,l.ſi quis forte.§.ſi quos comitũ,vel legati ſui reos proconſul inuenerit, vtrũ punire eos debeat, an ſucceſſori ſeruare, quæri poteſt.& l.qui vltimo.ff. de pœn.ibi,ſæpe etiã ideo ſeruari ſolent poſt dãnationẽ,vt ex his in alios quæſtio habeatur.

Seruare indẽnitatem. ¶ Seruare indemnitatem, eſt indemnem facere, reddere damnum, l. ſi venditor. §.1. ff. de actio.empti.ibi,ſi per emptorem ſteterit,quominus ſeruis traderetur pro cibariis,per arbitrum indemnitatem poſſe ſeruari. id eſt iudex poterit emptorem, qui noluit hominem emptũ recipere,condemnare ad eſtimationẽ cibariorum,&reddere venditorẽ indemnem.

Seruare rem ſuam pro tueri. ¶ Seruare pro tueri,vel conſequi,conſeruare,l.2.ibi,ſi modo aliter rem ſuam ſeruare poteſt,id eſt aliter rei ſuæ prouidere poteſt.ff. de inſtitor.actio. Et ſeruare merces, id eſt ſaluas habere,vel facere,l.4.iuncto §.ſed ſi nauis.ff.ad legẽ Rhodiam de iactu,vbi primò dicit,ſaluas merces habere, poſtea ſeruare.& in l.nauis.ibidem.

Seruare pro conſeruare. ¶ Seruare pro conſeruare,ſeu conſequi,l.ſi in area.in fi.ff.de condictio.indebiti,l.ſi quis cum exiſtimaret ſe heredem eſſe, inſulam hereditariam fulſiſſet, nullo alio modo quam per retentionem impenſas ſeruare poſſet.

Seruare pacta. ¶ Pacta ſeruabo,id eſt curabo,& faciam vt ſeruentur,& vim ſuam obtinent. l. iuriſgentium.§.prætor ait.ff.de pactis.alibi tamen iſta fuſius tractabo,maxime in d.§.prætor.

Seruare merces. ¶ Seruandæ merces,id eſt conſeruandæ,cuſtodiendæ,l.nauis aduerſa.ff.ad leg.Rhod.de iactu.ibi, ſic enim ſumptus inſtruendæ magis, quam conſeruandarum mercium gratia factus eſt.& l.qui ſeruandarũ.de præſcrip.verb. Seruanda veſtimenta,idem.l.1.§.ſi veſtimenta ſeruãda.ff.depoſ. Seruàta lege,l.ſeruus.ff.de ſeruis exportã.id eſt cuſtodita conuẽtione.

Conſeruare ius. ¶ Conſeruare ius,id eſt retinere,l.per procuratorem.ff.de procura.ibi,& hic procurator priſtinum ius nobis conſeruet, iuncto principio ibi, vbi dicit retinemus. Conſeruare pro ſimplici,vel pro obſeruare,in l.reſcriptum.ff.de pact.ibi, hæc enim omnia in his creditoribus,qui hypothecas non habent,conſeruanda ſunt,l.filium. §. is autem. & l. virilis.ff. de lega. præſtan. Conſeruare exiſtimationem, in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notant. infa. ibi, pœna grauior vltra legem impoſita exiſtimationem conſeruat.& ibi, exiſtimationem eius non conſeruaſſe.

Conſeruator quam iuriſdictionẽ habeat. ¶ Fructus intelliguntur deductis impenſis,quæ quærendorum,colligendorum,conſeruandorumq; eorũ gratia fiunt.l.ſi à domino.in fi.ff. de petit.hereditat.l. Titius.de vſufruct. ¶ Conſeruator eſt,qui datur vniuerſitatibus, vel collegiis, ad tuendũ à manifeſtis iniuriis,& violentiis:nec poſſunt iudicialem indaginẽ exercere,c.1.& vlt. de offi.iud.delega.in 6. hodie tamen conſeruatores iuriſdictionem exercent, ſicut alij iudices delegati, non ſolum in manifeſtis iniuriis, ſed etiam in aliis quibuſcunq; quia in literis hoc concedi ſolet. De verbo obſeruare vide in l.obſeruandum.ff.de offi.præſid.ſed quia bona nobis quærenda ſunt, ob id l. bonorum.apprehendamus.

VLP. LIB. QVINQVAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX QVADRAGESIMANONA.

Bonorum appellatio aut naturalis, aut ciuilis eſt.Naturaliter bona ex eo dicuntur,quod beãt,hoc eſt beatos faciunt.beare enim eſt prodeſſe. In bonis autẽ noſtris computari ſciendum eſt, non ſolum quæ dominij noſtri ſunt: ſed & ſi bona fide à nobis poſsideantur,vel ſuperficiaria ſint. Æquè bonis adnumerabitur,etiam ſi quid eſt in actionibus,petitionibus,perſecutionibus.nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.

¶ Hæc lex quatuor habet partes. in prima Iuriſconſ. bonorum appellationem ciuilem aut naturalem ait: in ſecunda,bona dici, quod beant, & beare eſt prodeſſe, quia bona proſunt habentibus:tertia declarat,quæ in bonis noſtris cõputentur, & ſcribit ea in bonis noſtris cõputari,quę ſunt in dominio noſtro,& quę à nobis bona fide poſsidentur,vel ſuperficiaria ſunt: quarta docet ea,quorum actionem habemus,vel perſecutionem,adnumerari etiam bonis noſtris.ſecunda ibi,naturaliter:tertia ibi,in bonis:quarta ibi,æquè.Et hoc loco ſummarij eſto.Bonorũ ergo appellatio aut naturalis aut ciuilis eſt.Naturaliter bona dicuntur,quod beãt,hoc eſt beatos faciũt habentes ea.beare enim prodeſſe eſt.vnde dicit Horat.

O Ciues ciues quærenda pecunia primum eſt, Virtus poſt nummos. Item in ſermonibus:

-Omnis enim res, Virtus,fama,decus,diuina humanáque pulchris
Diuitiis paret:quas qui conſtruxerit,ille Clarus erit,fortis, iuſtus, ſapiens,etiam Rex,
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratũ. & alibi: *Scilicet vxorẽ cum dote,fidẽq; & amicos,*
Et genus & formam Regina pecunia donat: Ac bene nummatum decorat Suadela Venuſque.

Quando diuitiæ proſint.

Et Menander Græcus inquit, ἐὰν δ' ἐχωμεν χρήματ', ἐξομεν φίλους. hoc est, si habuerimus nummos, habebimus amicos: quia solet dici,

Horrea formicæ venient ad inania nunquam, Ibit ad amissas nullus amicus opes.

Inde dicere solebat Philippus Macedonum Rex omnia castella expugnari posse, in quæ asellus auro onustus ascendere possit. idem Menander Græcus alludit: χρυσὸς δ' ἀνοιγει πάντα, κ' ἀίδου πύλας. hoc est, aurum aperit omnia, & inferni portas. vnde bona seu diuitiæ licet non faciant quem nobilẽ, tamen causa remota nobilitatis conseruandę, & acquirendę esse possunt. Bar. in l.1. quæstio.3. C. de dignitatib. lib. 12. per l. nobiliores. C. de commercijs & mercato. Multa dixi in proœmio concordato. in verbo res nummaria. & glo. seq. Ex quo pulchre Aristotel. ait: οὐ τὸ πλουτεῖν καλὸν, ἀλλ' ἐν καλῷ πλουτεῖν. diuitem esse honestum non est, sed ex honestis diuitem esse. Itaque si diuitiæ affluant nolite cor apponere, sed habentes diuitias sint tanquã non habentes: quę sursum sunt quærite, non quę supra terrã. nolite conjungere agrum agro, & tot cumulare sacerdotia, quę multos ad pessimum finem trahunt. Precor ista boni cõsulite. Prius enim anima instruenda est, quã corpus, vt est in proœ. Dig.

Diuitẽ esse an sit honestum.

Deducto ære alieno bona dicuntur naturali appellatione.

¶ Et sic infertur, quod deducto ære alieno bona dicuntur in appellatione naturali: alioqui si multis essent implicita debitis, non bearent, vt in l. subsignatum. §.1. supra eo. sic consuluit Dec. consil. 237. in casu. ideo si aliquis relinquat vsumfructum omnium bonorum Titio, imprimis deducitur æs alienum, & omnia quæ testator debet; & de residuo vsusfructus debebitur, l. vsufructu bonorum. ff. ad legem Falcidiam. & in l. fi. de vsufructu lega. sic consuluit Barba. consil. 63. præclare. in 3. quæstio. vol. 2. nempe bonorum appellatio, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, non singulas res demonstrat, l. bonorum. infr. eo. & Iurisc. hereditatẽ bona vocat, in l. 2. ff. de officio procurato. Cęsar. Item vbi bona rectoris ecclesię debent reseruari futuro successori, intelligitur de bonis deducto ære alieno, & illud quod supererit solutis debitis. c. præsenti. §. porro. de officio ordina. in 6. clement. penult. de electio. Ciuilis verò appellatio est, quæ etiam admixta habet onera, vt hereditas, bonorum possessio, & id quod bona fide possidetur, secundum glo. hic, & Alciat. Et in naturali significatione venire bona, quæ prosunt: nam proprie bona dici non possunt, quę plus incommodi quam commodi habent, l. proprie. infr. eo. & seruus bona habere non potest, l. paterfa. infra eod. Ciuilis autem ad facultates tantum refertur, quod in idem fere recidit cum supradicta elucidatione.

Ciuilis bonorũ appellatio.

Quando bona accipi debeãt ciuiliter, & quando naturaliter.

¶ Quero quomodo debeat bonorum appellatio accipi, an naturaliter an ciuiliter? Respondeo in contractibus, vt si mulier dederit bona sua in dotem, tunc dicuntur bona ære alieno deducto, l. mulier bona. ff. de iure dotium. in beneficiis autem Principum, non deducto ære alieno. l. Princeps bona. sup. eo. Et in dispositionibus fauorabilibus bona capiũtur vt plurimũ non deducto ære alieno, sed in dispositionib. quæ stricte concipiuntur, de ducto ære alieno. sic scribit Corneus consil. 260. ad euidentiam. col. 2. vol. 1. vbi in vltimis voluntatibus mediam viam dicit adhibendam: quia si bona relinquantur, tunc bona dicentur non deducto ære alieno, per l. nam quod. §. fi. cum l. seq. ff. ad Trebel. si verò pars bonorum, tunc deducto ære alieno, l. non amplius. §. fi. ff. de leg. 1. l. si quis seruum. §. fi. cum l. seq. de lega. 2. Dec. consil. 232. in casu. & consil. 387. Iaf. cons. 64. vol. 1. Si tranferantur bona per legem, tunc cum suis oneribus, l. tutoris. ad legem Iuliam de vi publica. & in l. 2. ff. de bono. possessio. Iacob. in d. l. mulier bona. de iure dotium. Anchara. in c. relatum. 2. colum. 1. de testa. & quando est appellatio naturalis, tunc antequam tradantur bona, deducitur æs alienum: si verò appellatio sit ciuilis, omnia dabuntur, & is qui bona habebit, debita soluet: quod fit regulariter in hoc Regno Franciæ, & seruatur, vt is ad quem bona venire debeãt, ea recipiat, & postea debita persoluat.

Quid seruetur in Francia.

Bonorum nomine & mobilia & immobilia & actiones continentur.

¶ Notandum est, quod appellatione bonorum sine adiuncto mobilia & immobilia, iura & actiones, ac nomina debitorum veniunt, vt hic in fi. & l. mouentium. infr. eo. l. 1. §. item solent. de officio præfecti vrb. l. 1. de vi priuat. l. nomen. C. quæ res pignori obliga. pos. Bal. cons. 23. Andreas in 3. vol. Ancha. cons. 101. ex prædictis. col. 2. Iason cons. 79. vol. 3. Corneus cons. 260. col. 2. vol. 1. ideo publicatis bonis, publicantur & nomina. l. si ademptis. C. de sent. passis. Guido Papa quæstio. 341. super quæstione. & quæstio. 499. testator.

¶ Primò derogatur, quando repugnaret intentioni, vt l. fina. ff. quo. bonorum. vbi interdictum quorum bonorũ non datur contra debitorem, quia in iuribus non datur possessio: & sic ratione contrarietatis non veniet, vt quando subiecta materia repugnaret.

¶ Secundò diuersum erit in odiosis, vbi stricta ratio procedit, & in statutis: nempe si ex statuto bona debent publicari, vel dimidia pars bonorũ, non confiscabuntur iura & actiones, tum quod odiosa sint restringenda, l. cum quidam. ff. de liber. & posthu. & statuta stricte intelligi debent, prout abunde consuluit Dec. cons. 442. in causa. quod est vltimum 3. vol. Sed contrarium crederem verum, per l. si ademptis. C. de sentent. passis. & per ea quæ scripsi supra in l. 1. quia verbum bona non mutat suam significationem in statutis, quæ secundum ius intelligi debent, vt Bar. plene elucidat in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. ergo etiam in statutis propria verborum significatio accipietur, nisi diuersa appareat in illis

in illis ratio. sed de his dicam fusius in l. mouentium. infra eod.

¶ Tertiò, quoad titu. vi bonorum raptorum, bona accipiemus, etiam si vna res ex bonis rapta sit, l. 2. §. quod ait prętor. ff. de vi bono. rapto. quia in bonis computatur etiam vna res.

¶ Quartò, si aliquis legauerit vxori vsumfructum bonorum suorum, tunc vxor habebit vsum etiam pecunię redactæ ex scheda & protocollis, per l. vsufructu. ff. de vsufr. & in l. vxori meę. ff. de vsufru. lega. vbi quicunque fructus veniunt, necnon obuentiones, l. vsuras. ff. de vsur. ista fuit opinio Bal. in l. 1. & 3. vers. quæro an vxor. C. de fructib. & litium expens. & in l. diuortio. §. fundum. ff. solu. mat. & in l. quædam. §. nihil. ff. de edendo. Guido Papa in quæstio. 541. quidam. sic concludit Benedictus in repetitio. c. Raynutius. in verbo cetera bona. nu. 27. de testa. quod vxor non debet habere pecuniam instrumentorum, & protocollorum in proprietatem, sed in vsumfructum: & ita seruatur in forensi iudicio. quod facit pro vxoribus, quę solent relinqui vsufructuarię in ressortu Tholosano.

Legato vxori vsusfructu an protocolla veniant, & pecunia ex eis redacta.

Praxis.

¶ Quintò, de thesauro idem puto, vt vsufructuarius illum domino reddere debeat, quia semel tantum recipitur, & non renascitur. idem in viro inueniente thesaurum in fundo rei dotalis, vt ipsum reddere debeat vxori vel eius heredibus, soluto matrimonio. Benedict. vbi supra, nu. 3. & sequen. idem dicens in creditore, vt lucrentur prędicti statim dimidiam partem, sicut si inuenissent in alieno, per l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matr. & in. §. thesauros. de rer. diuisio. in Inst. & alteram dimidiam restituere tenentur.

Thesauros an vsusfructuarius habere debeat, & quid in viro.

¶ Sextò, laudimia vsufructuario debentur, quę postea restituere non tenetur, quia in fructu bonorũ sunt, teste Oldra. consi. 24. idem dicũt doct. in mulcta siue emenda. Bar. & alij in l. fi. ff. sol. matri. Creationes tamen officialium vtrinque fient, restante Benedicto vbi supra, dicens sic fuisse Tholosę prolatum arestum, quod est notandum.

Laudimia debentur vsusfructuario & mulcta.

¶ Septimò, si vendantur bona hic Parisiis sita, vel quę habeo in Montepessulano, non comprehendentur iura & actiones, quę non sunt in loco, cum sint incorporalia, l. cuius. ff. de leg. 2. Bart. in l. potest. de autho. tuto. & Aret. consi. 54. per l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic. Corneus consil. 49. in prędicti. in 3. vol. Iaf. consil. 5. strenuum. vol. 3. & cum bona mobilia & immobilia exprimantur, non comprehenduntur iura, nec actiones, quæ tertiam constituunt speciem. l. à diuo Pio. §. in venditione. & §. seq. de re iudica. scribam in l. mouentium. infra eo.

Venditis bonis sitis in certo loco, an actiones & iura illius loci veniant.

¶ Octauò, si quis remiserit bona sua, nõ veniunt emphyteuticaria, nec feudalia, quia nõ sunt propria illius. Bar. in l. vt iurisiurãdi. §. si liber. ff. de oper. liberto. & ibi plene addidi ad Bar. & sic poterunt postea venientes ab intestato petere feudalia, & emphyteuticaria. Bart. in l. item videndum. §. fi. ff. de petit. hered. Sic consuluit Barba. consil. 63. prędare. q. 4. vol. 2. contrarium tenuit D. Tiraquel. in repetit. l. si vnquam. in verbo bona. nu. 10. C. de reuocãd. donatio. Quę opinio seruatur in forẽsi iudicio in hoc Regno, quia feudalia in hoc Regno pro patrimonialibus habentur: ergo remittentes vel alienantes bona, remittere videntur etiam feudalia, & emphyteuticaria: quod est magni momenti pro renuntiationibus, quas faciunt quotidie puellę suis fratribus.

In remissione bonorum quæ veniãt, & quid seruetur.

¶ Nonò, si quis obligauerit bona sua, intelligitur etiam nomina debitorũ obligare, per l. nomen. C. quę res pigno. obligari poss. Dominicus per illum tex. in c. 1. versic. contra natos. de scismaticis. in 6. & c. fi. §. si laici. de reb. eccles. non alienan. cod. libr. Decius in l. qui actionem. ff. de regu. iuris, & cons. 381. visis his. col. vlt. & consi. 441. in causa. col. 1. Anchara. d. cons. 101. ex prædicto. col. 2.

Bonis obligatis an nomina debitorum cõprehendãtur.

¶ Nec obstat quod in d. c. 1. de scismatic. in 6. dicatur bonis & iuribus. & in cle. vna, in fi. de iureiuran. ac in cle. pastoralis. vers. prædictis. de re iudica. & in aliis multis iuribus, quia illud fit causa maioris declarationis, & quæ dubitationis tollendæ causa exprimuntur, ius commune non lædunt, l. qui mutuam. ff. manda. & de regu. iuris: nec superfluum dicitur, si clarius exprimatur, l. fi. C. de pact. glo. in c. licet canon. de electio. in 6. in princip. si tamen quis donauerit omnia bona, actiones personales non sequuntur donatarium omnium bonorum, cum non sit heres, nec repræsentet personam defuncti, & quia non habet ea bona per modum tituli vniuersalis, vt fuit decisum in senatu pro domino Iacob. Chenu contra Andream Gilberti an. 1385. vt refert Aufre. in aresto 12. in stylo parla. scripsi in l. pecunię, & l. nominis. supra eod.

Arestum quod donatarius omnium bonorum actiones nõ habet.

¶ Vltimò, bona sunt in multiplici differentia: quędam sunt fiscalia, quę fisci sunt, vt portus, aurifodinæ, & alia scripta in titulo, quæ sint Regalia, in libro feudo. Alia sunt patrimonialia Principis, quæ Galli *le domaine* vocant, l. omnes. & l. nulli. C. de fund. patrimo. lib. 11. Alia sunt patrimonialia priuatorum: & quædam ex his sunt censualia, ex quibus priuati pendunt censum, de quibus patet ff. de censib. Alia allaudia seu allodialia vocantur, id est libera & franca ab omnis census solutione, de quib. in rub. de allaud. seu allodiis, in feud. scilicet omnia quæ non sunt censu affecta, vt abunde scripsi in tracta. de congrua portio. vlt. q. Alia feudalia, de quibus in trac. de feudis, & ea elucidaui in arbore feudo. & de his videto Lucam de Penna in l. quicunque. 2. col. 2. & seq. C. de omni agro deserto, libro 11.

Bona in multiplici differentia.

Mea bona an comprehendãt actiones.

¶ Quidam obligauit bona ſua, vel ego mea, vel tu tua, an actiones comprehendantur: quod ſic, videtur decidere l. meorum. infra eo. ſic dicens, meorum & tuorum appellatione actiones contineri dicendum eſt. l. ſi legatus. §. ſi quis. ff. ad Trebellia. Nam verbum meorum ſeparatim comprehendit actiones, & verbum bonorum etiam ſeparatim. ergo multo magis quando vtrunque coniungetur, ſicut dicimus de verbis denotantibus ipſo iure, ſi duo verba cumulentur, vt tradit plene Felin. in. c. Rodulphus. de reſcrip. & ſuperius ſcripſi de Pariſ. ciuitate, vel alia, in l. 2. in glo. Quod intelligerem in appellatione bonorum ciuili, vt probat d. §. ſi quis omnia bona ſua, vel omnia ſua rogauerit reſtituere, fideicõmiſſariam reſtitutionem eſſe intelligendum eſt: & ſic de iure ciuili, cum fideicommiſſa ſint à iure ciuili inuenta, l. 1. ff. ad Trebellia. & ſic intelligitur opinio Cini & Angel. in lege prima, ff. de ſtatu hominum, & Baldi in lege prima, Cod. de vſufructu. Bar. in lege, Quintus. §. argento. ff. de auro & arg. lega. ſcripſi in l. rei. 1. ſupra eod.

¶ Secus eſt in appellatione bonorum naturali, quia antequam habeam bona nõ beant, dicit textus in lege, hereditatum. ff. ad legem Falc. ibi, abſurdum eſt locupletes nos dici, antequam acquiſierimus. & ita intelligitur Bartolus in d. l. 1. ff. de ſta. ho. & conſil. 50. Gillius. & Iaſ. in l. Gallus. §. videndum. in fi. ff. de liber. & poſthu. Barba. in c. relatum. ſecundo, nota. 1. de teſta.

Beatus quis.

¶ *Beatos faciunt.* Et ſic bona faciunt quem beatum quo ad homines. ſed Phauor. ſcribit, qui ſponte à voluptate recedit, ſapiens eſt: qui verò ipſam prorſus non deſiderat, beatus. inde Menander Græcus: Μακάριός, ὅτις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει. id eſt, Beatus eſt, qui ſimul opes & mentem poſsidet. hic enim omnibus rectè vtitur, vbi opus: ſed nullus mortalium vbique beatus eſt. dicebat Theognides, in Iouis tantummodo hortis beata felicitas colitur: & alibi Carcinus, exercenda virtus eſt, & bona fortuna diuinitus petenda eſt. Beatitudinem à domino noſtro Ieſu petamus, qui eam petentibus cum humilitate concedit. hactenus de beatitudine.

Procuratorij bonũ quid ſit.

¶ Item colligi ex hoc verbo prodeſſe poteſt, quod is qui procuratorium bonum præſtare debet ad reſignandum beneficium, ſi illud iam reſignauerit, vel in eo nullum ius habuerit, licet procuratorium ad reſignandum dederit id, quod non habet, non valet, quia non eſt bonum, nec beat, nec prodeſt: & ipſe eſt obligatus ad dandum procuratorium bonum, & validum: & ita alias conſului. nam non eſt validum, quod nullum eſt, nec ſufficiens, cap. ad diſſoluendum. de deſponſa. impuber. & quotidie iſta procuratoria ſic ſolent permitti, & à malis præſtari in permutationibus beneficiorum, contra quos deberent animaduertere iudices. Et ſic bona non beant auarum, cum illi non proſint, & eis vti non audeat: ſed non minus bona dicentur.

¶ *In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt, non ſolum quæ dominij noſtri ſunt, ſed etiam ſi bona fide à nobis poſſideantur.*

In bonis noſtris quæ computentur.

¶ Primò ergo computantur ea in bonis noſtris, in quibus dominium habemus, ſiue directum ſit, ſiue vtile. de quibus ſcripſi in l. rei. 1. ſupra eo. facit l. ait prætor. in principio, & §. ſi fraudator. ff. quæ in fraud. credito.

¶ Secundò illa, quæ à nobis bona fide poſſidentur, quia pro eis actionem & exceptionem habemus, l. 1. ff. de Publicia. in rem actio. & præſcribere ea poſſumus, vt in l. bonæ fidei. inferius dicetur. Et pro quibus actio & exceptio cõpetit, ea in bonis noſtris intelliguntur, l. rem in bonis. ff. de acq. rer. dom. Et bona fide rem poſsideo, quando ignoro alienam eſſe, exiſtimans meam, d. l. bonæfidei. vbi ſcripſi. & de his quæ in bonis noſtris ſunt, diſponere poſſumus, l. in re mandata. C. manda. videte quæ dixi in l. rei. 1. ſupra eod. Pignus tamen non dicitur in bonis creditoris, l. itaque. §. ſed & ſi res. ff. de furt. Alber. in tracta. ſtatuto. in 3. parte, q. 14. & ſeq. ſed dicunt quidam pecuniam debitam, cuius occaſione datum eſt pignus, in bonis computari noſtris.

Superficiaria.

¶ *Vel ſuperficiaria ſunt.* Tertiò illa quæ ſuperficiaria ſunt, in bonis noſtris computantur: & alij legunt ſuperficialia, ſed verius eſt ſuperficiaria dici: & dic, quod quamuis dialectici domum ex tribus conſtare dicant, ex ſolo, parietibus & tecto, tamen Iuriſconſ. ex duobus tantum, videlicet ex ſolo & ſuperficie, l. eum qui ædes. in princip. ff. de vſucapio. glo. in l. ſolum. de rei vindica.

Superficies.

¶ Superficies dicitur illud, quod eſt ſuper faciem terræ, & ſic quod eſt ſupra ſolum, lege, ſuperficiario, id eſt qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, vt certam penſionem præſtet. ff. de rei vindicatio. lege, qui bona. §. & ſuperficiarium. de damno infect, l. 1. §. generaliter. de vi & vi arm. forte Iuriſc. ſecuti ſunt Hebræos, qui his præpoſitionibus ſuper, & cõtra ſolent adiungere faciem, vt Geneſ. 1. ſuper faciem abyſsi, & ſuper faciem terræ, in c. 2. ibidem: & Leuitic. 19. c. non tondebis vſque ad ſolum ſuperficiem terræ.

Superficiariæ ædes.

¶ Et ſuperficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum. l. fina. ff. de ſuperficieb. Et illa bona ſuperficiaria vocantur, text. in l. item prædia. ff. familiæ erciſcun. Et hæc computantur in bonis

bonis noſtris, id eſt ſuperficiarij, vt hic: de quibus tractat Rofredus in tracta. libello. in 2. parte in hoc tit.

Emphyteuſis an de iure Digeſt. inuecta ſit.

¶ Et idem poſſumus dicere in bonis feudalibus, & emphyteuticis, cum de conſuetudine Regni inſtar patrimoniorũ ſint, vt plene ſcripſi in arbo. feudorum. Et licet quidam dicant emphyteuſim non eſſe de iure Digeſtorum inuentam, tamen multa iura ſunt in Digeſtis, quæ de emphyteuſi loquuntur: tex. in l. ſciendum. §. 1. ff. qui ſatisda. cogant. & in rubr. ſi ager vectiga. vel emphyteu. petatur. & in pluribus aliis locis: ſed poſſumus cõciliare, quod de iure Digeſtorum erat notus iſte contractus emphyteuticus, ſed non habebat propriam naturam, nec formam. ideo Zeno hanc ſtatuit in §. adeo. Inſtit. de loca. Et an vſusfructus bonorum appellatione contineatur, ſcribitur in l. in venditione. ff. de bon. autho. iud. poſſ. quod non regulariter. Alia ibi videte.

¶ *Aeque bonis adnumerabitur, & ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus. nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.* Quartò bonis etiam adnumerabitur, id eſt computabitur, ſi quid eſt in actionibus: nempe quod ſuperius dixerat computabitur, hic dicit adnumerabitur, volens demonſtrare vtrunque idem ſignificare, & facit tex. in l. 1. § 1. ff. de lega. præſtand. ibi, generaliter autem parentes & liberos prætor excepit, nec gradus liberorum parentumve enumerauit. Superius ſcripſi in l. rei. 1. in verbo computationem. In tex. pro Aeque bonis, alij legunt, Aeque nobis, & idem fere eſt ſenſus. Et ſi quid eſt in actionibus videlicet perſonalibus, petitionibus in rem. l. actio. ff. de actio. & obligatio. l. pecuniæ. infra eo. Ideo ſi quis debeat mihi centum cauſa mutui, contra eum actionem perſonalem habeo, & id computatur in bonis meis. idem ſi quis detineat rem meam, petitionem illius rei habeo, quæ dicitur etiam in bonis noſtris. De verbis petere, petitio, & aliis dicam in l. in generali. infra eod.

Quando res in bonis noſtris dicantur habere.

¶ Rem enim in bonis noſtris habere cenſemur, quãdo pro ea habemus vel actionem, ſi eam petamus, vel exceptionem, ſi à nobis petatur. Modeſti. in l. rem in bonis. ff. de acq. rerum do. vt ſuperius dixi. vnde dotem in bonis mariti conſtante matrimonio computari tradit Iuriſconſ. Paul. in l. Lucius. §. idem reſpondit conſtante. ff. ad municipa. licet naturaliter dos remaneat in vxoris dominio. l. in rebus. C. de iure dotium. Itaque ius adeundi hereditatem dixi contra Alciatum non eſſe de iure in bonis noſtris, in interpreta. l. vnicæ. in glo. dupli. nu. 23. cum ſeq. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt. facit l. ſi. §. non ſolum. & ſequent. ff. quæ in fraudem creditorum. Idem dico ſi perſecutionem rei habeam, vt hic tex. dicit: elucidaui in l. creditores. in verbo perſecutione. & in l. actionis verbo. ſupra eod. Alia nunc vobis egregij Principes miſſa facio, ne vos prolixitas materiæ faſtidiat: ſed poteritis ſupplere reliqua ex his, quæ pulchre congerit Benedictus in d. verbo cetera bona. c. Raynutius. & per D. Tiraquel. in dicto verbo bona. in interpretatione d. l. ſi vnquam.

Ius adeundi hered. an ſit in bonis noſtris.

Aeque expoſitio, & eius phraſes.

¶ *Aeque*, ſimiliter, pariter, vt hic, & in l. in vſu iuris. & in l. carbonum. infra eod. & l. ſi in venditione. § penult. ff. commu. prædior. l. ſi ego. in fi. ff. de Publicia. l. ſi duo. in fi. ſi quis cautio. Et cum Iuriſconſ. nominat duos vel tres, poſtea dicit, æque tenebuntur, vel ſuccedent, tunc quilibet pro virili tenebitur, & tantum vnus ſicut alius, in l. ſi verò. §. idem erit. ff. de his qui deiecerunt vel effude. l. quoties. ad Trebellia.

Peræquè.

¶ Peræquè, pro æquè, in l. omnes. ff. de iuſtit. & iure. l. 2. §. ſub conditione. de bonor. poſſeſſio. ſecundum tabulas.

¶ Aequè commode, id eſt tam commode, l. ſi cui. ff. de ſeruit. ibi, non enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt, cum id æque commode per alteram partem facere poſsit. Aeque bonum nobis reddatur, idem, l. 3. ff. ſi cert. peta.

Æquum multis modis, & phraſes.

¶ Aequum pro plano, ab aqua deductum quidam putant, cum ſumma ſit, dum quieſcit, aquæ æqualitas.

¶ Aequum pro iuſto, qui in neutram partem pendeat, ſed æqualiter vni ac alteri faueat, cui opponitur iniquum, l. diem proferre. §. ſtari autem debet ſententiæ arbitri, quam de re dixerit, ſiue æqua, ſiue iniqua ſit. ff. de arbitris. Inde æquæ menſuræ, non iniquæ, iuſtæ. l. item quæritur. §. ſi quis menſuras. ff. loca.

¶ Inde æquum non eſt, in l. ſi de communi. ff. ſi ſeruit. vindicet. Ariſt. in li. 5. Ethico. c. 3. de hoc plene tractat.

Ex æquo & bono.

¶ Ex æquo & bono ſtatuere, eſt bona fide cenſere, arbitrari, conſtituere: quod Græci ἐπανορθοῦν dicunt, & quidã epicaizare. Bud. in d. l. 1. de iuſt. & iur. ff. allego tex. in l. in noxalibus. ff. de noxalib. ibi, in noxalibus actionibus eorum, qui bona fide abſunt, ius non corrumpitur: ſed reuerſis defendendi ex bono & æquo poteſtas datur. facit l. 2. §. quid enim. ſi quis cautio. Alcia. lib. 2. parerg. 1. c. 11. l. quæſitum. de ſepul. viola. l. eum qui. de iniur.

¶ Ex bono & æquo oritur, in l. ſi verò. §. hæc autem. in fi. ff. de his qui deiece. vel effuderunt. l. eas. de capit. demin. l. in ſumma. §. quod ob rem. de condict. indebi. l. eorum. de damno infect. l. ex conſenſu. de act. & oblig. l. iure. in fin. de iure dot. ibi, quia bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnum ſentire pro alterius lucro.

¶ Aequum autem accipitur ex dignitate eius, qui funeratus est, ex tempore, & bona fide, lege, ait si quis. §. æquum. ff. de religiosis & sumptib. funer. lege, in summa. §. quod ob rem. de condictio. indebiti. & lege sequenti, ibidem. lege, si verò. §. sed & si rem. ff. manda. Et quandoque iurisconsultus dicit æqua lance, in lege, non tantum. ff. de re iud. Interdum separatur, & dicitur iudicem debere constituere, vt æquum est. lege, si irruptione. in fine. ff. finium regundo.

Ex æquo. ¶ Ex æquo in pluribus locis negotiari, l. Labeo. ff. ad municipalem. id est tam in vno quam in alio, pariter. Aequo animo ferre, pro patienter, benigne, modeste, lege, diem proferre. §. stari. ibi, minus probabilem sententiam æquo animo ferre debet. ff. de arbit. l. si merces. §. vis maior. locati.

Quanti æquũ. ¶ Quanti æquum videbitur iudici, tanti condemnet, denotat arbitrium boni viri, l. 1. in principio. ff. de his qui deiecerunt, vel effuderunt. lege fi. de var. & extra. cog. Bonum virum iudicem dicimus, l. continuus. ff. de verbo. oblig.

Aequius, æquissimum. ¶ Aequius dici, in l. heredes. §. si filius. ff. fam. ercisc und.

¶ Aequissimum, l. æquissimum. ff. de vsufruct. l. cum hi. §. si quis de alimentis. ff. de transactio. l. communi diuidundo. §. si duo. commu. diuidun.

¶ Aequissima huius edicti ratio est, l. prætor. in princip. ff. de edendo.

Aequalis. ¶ Aequalis, similis, vel quo ad dignitatem, ætatem, vel staturam, seu alias. l. est receptum. ff. de iurisd. om. iudic. ibi, maior vel æqualis. l. non enim. de tributoria. Quo ad naturam omnes homines sunt æquales, lege, quod attinet. ff. de regulis iuris. Interdum respicit quantitatem, & quandoque qualitatem, vt in l. maiorem. ff. de pactis, l. 1. de contrah. emptio.

Aequalis ira. Aequaliter. ¶ Aequalis ira est, incontinenti, vno impetu, vno ictu, l. quod ait lex. in fi. ff. de adulte.

¶ Aequaliter pertinebit, & tunc æqua fit distributio. l. fundus. 2. ibi, æqualiter ad omnes heredes pertinebunt. ff. fami. ercisc. Aequaliter, l. non satis. §. si verò. ff. quemad. seruit. amittan. ibi, neq; multum differt, an æqualiter id factum est, an inæqualiter. Præses prouinciæ prouideat munera & honores æqualiter, per vices secundum ætates, & dignitates, aut gradus munerum, honorumque, qui antiquitus statuti sunt iniungi, l. 3. §. præses. ff. de muner. & hono. Aequaliter, pro æquis partibus. l. fi. ff. de vsufruct. ibi, & ideo dubium non est, quin æqualiter ad nos pertineat. iuncta l. 1. §. 1. de vsufru. accrescend. vbi dicit, æquis partibus, & l. Pomponius. in principio, de rei vindica.

Aequis facultatibus. ¶ Aequis facultatibus, in l. 5. §. 1. ff. pro socio. l. si societatem. 1. & l. si non fuerint. & l. societatem. & l. quid enim. ibidem.

Aequitas. ¶ Aequitas, cui opponitur rigor, l. fi. de Publicia. lege, placuit. de iudic. lege, in omnibus est æquitas spectanda. ff. de regulis iuris. alias centum phrases adducerem, nisi timerem vos fastidire.

¶ Aequitas naturalis elucidatur in l. 1. vers. huius edicti æquitas naturalis est. ff. de pact. & l. 1. si quis testa. liber esse iuss. fuerit. l. Marcellus. de regu. iuris.

¶ Aequitate prætor motus, in l. si verò. §. sed & si quis. ff. de his qui deiecer. vel effud. l. vbicunque iudicem æquitas mouerit. de interrogato. actio. æque oportere fieri interrogationem dubium non est. Aequitate compensationis, l. in rem. ff. de compensat.

¶ Aequum & bonum. Non semper autem ea, quæ à minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum & æquum redigenda sunt, l. quod si minor. §. non semper. ff. de minor.

Equus pro animali. ¶ Equus pro animali satis cognito, l. idem Pomponius. §. idem scribit, si equam meam equus tuus prægnantem fecerit, non esse tuum, sed meum quod natum est. ff. de rei vindicatio. l. secunda, ibi, equo publico in causa publica transuehatur. de in ius vocando. l. fina. ad legem Aquil. l. 1. §. quæ depositis. ibi, equus cum capistro. depositi. ff.

Equitare. ¶ Equitare est equo vehi, l. fina. ff. ad legem Aquil. ibi, equum tibi commodaui: in eo cum tu equitares, & vna complures equitarent, vnus ex his irruit in equum, teque deiecit, & hoc casu crura equi fracta sunt, &c.

Equul. ¶ Equulus diminutiuum, l. eum qui. §. item si iumenta. ibi, quorum sequela erat equulus. ff. de furt.

Eques. ¶ Eques, qui equo insidet, lege, inter actum. ff. de seruituitibus rusticorum prædiorum. ibi, iter est, quo quis pedes, vel eques commeare potest. l. fina. ad leg. Aquil.

Equi agminales. ¶ Equi agminales, qui agmen exercitus sequuntur, ad conuehenda impedimenta, vulgo *les bagages*, l. fina. §. patrimoniorum. 2. ff. de muner. & honor.

Equitium. ¶ Equitium, equorum numerus, & armentum, *vn troupeau de cheuaux.* lege, quid ergo. §. 1. ibi, gregis vel armenti. vel equitij. ff. de vsufructu, & l. plenum. §. equitij quoque legato vsufructu. de vsu & habitatio. lege prima, in fi. de rei vindicatio. His peractis bonis, ad bonas nurus transeamus, quæ forte tarę sunt.

Idem

IDEM LIB. SEXAGESIMO PRIMO AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMA.

Nurus appellatio etiam ad pronurum, & vltra porrigenda est.

Nurus & pronurus. ¶ Nurus est vxor filij, pronurus vxor nepotis, vel pronepotis, vt declarat Iurisconsultus in l. adoptiuus. in fin. de ritu nuptia. ff. & l. non facile. §. affines. de gradib. affin. ff. Nurus tamen appellatione & pronurus comprehenditur, vt hic, & non aliter deputanda est nurus, quam filia, cap. si vir. 35. q. 3. tamen non dicitur in potestate soceri, sed sui patris quo ad reuerentiam tantum. Sed quo ad operas & debitum carnis, in potestate viri, gloss. in l. si vxorem. de conditio. insert. §. 1. de senatusc. Tertul. in Instit. Bar. in l. rei. §. final. ff. solut. matrimo. l. filiæ licet. C. de collat. vbi etiam glo.

Socrus & soceri appellatione quæ personæ veniant. ¶ Et sicut socrus appellatione venit vxoris meæ mater, & soceri appellatione venit vxoris meæ pater, & ego sum illius gener, d. l. non facile. §. affines. ff. de gradib. ita soceri appellatio ad prosocerum, pronepotem, proauum & proauiam extenditur, l. soceri. infra eo. & tex. in dicta l. adoptiuis. circa finem. docto. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liber. & posthu. c. infames. §. affinitates. 3. q. 7.

Contra Cornelium, vt nurus appellatione comprehendatur pronurus. ¶ Sed an proprie pronurus contineatur, an improprie: quod improprie, per verbũ hoc porrigenda, quasi hoc fiat ex extensione, firmat Corne. in l. 1. C. de successorio edicto, & in consi. 194. licet videatur. in fin. volum. 4. & quia verba per prius intelligenda sunt, & non per posterius, l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de liber. & posthu. Alcia. & alij multi hanc Cornei sequuntur sententiam. Contrarium tamen tenet Bar. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postulan. d. per illum textum dicentem, pronurum contineri nurus appellatione: sed respondet Corneus verbum contineri accipi ex lata significatione pro porrigi, quod nihil est dicere. Ideo ego sententiam Barto. tueor, dicentis nurus appellatione propriè venire pronurum: quia Iurisconsultus hoc ita hic declarat, quæ declaratio propriè facta censetur, nec obest verbum porrigenda hic positum, quia nurus appellatio extẽsa est ad pronurum à Iurisc. Ideo dicit porrigẽda est, sed ista extẽsio à lege facta propriè dici potest à tẽpore huius declarationis: & quãuis nõ propriè diceretur, tamẽ ratione huius declarationis Iurisc. vbi erit mentio habita de nuru, pronurus continebitur. quod probat verbũ continebitur in d. §. affinitatis. positum: de quo scripsi in l. 1. supra eod. & in l. virilis. §. si quid vxori. ff. de legatis præstandis. & de verbo Porrigenda in l. pronuntiatio. in principio, infra eod.

Vtilitates tex. ¶ Vtilitas legis est, quod si quis vocauerit in iudicium nurum, qualiscunque fideiussor sistẽdi causa datus fuerit, pro rei qualitate recipi debet. Calistra. in l. 2. in ius vocati vt eant. & l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisda. cogan. ibi, nurum & pronurum & deinceps accipere debemus, vt in pronuru etiam locum habeat.

¶ Secundò, familiæ appellatione continetur nurus, ac pronurus. l. fin. C. de verbo. significatio. vnde socer potest nurum adulterij accusare. l. miles. §. socer. ff. de adulter. & licet ille tex. tantum loquatur de nuru, tamen ad pronurum porrigi debet, per istum tex. quamuis hoc odiosum sit, cum declaratio Iurisconsulti etiam ad odia protendatur, vt plene docui in d. l. 1. supra eo.

Nurus contra soceri testimonium nõ dicit. Postulare pro nuru etiã prohibitus potest. ¶ Tertiò, testimonium contra socerum ferre non cogitur nurus, nec pronurus, l. lege Iulia. ff. de testib. quia loco filiæ est. §. affinitatis. Instit. de nupt.

¶ Quartò, prohibitus postulare, non prohibetur pro nuru & aliis affinibus præsentibus, l. cui. §. affinitatis. & seq. ff. de postulando. ibi, item Pompo. nurus & generi appellatione & soceri & socrus vlteriores etiam, quibus pro præpositio solet accedere, contineri ait, cap. infames. §. permittitur. 3. q. 7.

¶ Quintò, non potest quis ius dicere filiæ, nec nurui, pronurui, vel aliis cognatis. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. omnium iud. l. lex Cornelia. §. 1. ff. de iniur. sed tunc potest reiici & recusari.

¶ Sextò, si adulterium cum incestu committatur, vtputa cum priuigna, nuru, nouerca, mulier similiter quoque punietur. id enim remoto etiam adulterio eueniret. l. si adulterium. ff. de adulter.

¶ Septimò, legatum nurui præter dotem rupto testamento non debetur, l. virilis. §. si quid vxori. ff. de legat. præstand. Etiam donatio non valet, l. 3. §. videamus. ff. de donatio. inter virum & vxor. quod recte ad pronurum producemus.

Socer quando pro nuru iniuriarum agere possit. ¶ Octauò, potest quis iniuriarum agere pro iniuria nurui facta, si filius erat in patris potestate. §. patitur. de iniur. in Instit. Idem in pronuru dicemus: & sicut nõ potest pater filio in potestate donare nurui, sic nec pronurui, l. 3. §. prohibetur. ff. de dona. inter vir. & vxo.

¶ Nonò, socer cum nuru habitabit, quæ vsum domus habebat, quod vtique verum est, si cum viro iuncta sit: secus ergo si vidua. l. ceterum. in fine, cum lege sequenti, ff. de vsu & habitatione.

¶ Decimò, ſocer cum nuru inceſtum committit, l. final. ff. de condictio. ſine cauſa: & ſic nurus appellatione continetur pronurus.

Socer nurũ alere tenetur, vt filiũ et filiam, etiam ſi dote careat.

¶ Vndecimò, tenetur ſocer alere nurum, ſicut ſuum filium, l. ſi filia. §. 1. ff. fami. erciſcun. gloſſ. in l. quia. ſoluto matrimo. l. ſi quis à liberis, & l. non tantum. de liberis agnoſcend. & ibi Bar. etiam ſi dotem nullam habuerit, vt conſuluit Carol. Ruinus conſi. 144. videtur. in quinto volum.

¶ Limitatur nón procedere, quando eſſet diuerſa ratio in pronuru, & materia eſſet penitus odioſa, vel forte illi non conueniret: tunc enim nurus appellatio non comprehendit pronurum. Alias contra, etiam in ſtatutis & ordinationibus per ſupradicta, & quæ ſcripſi in l. rei. 1. ſupra eo. & docto. in d. l. 1. C. de ſucceſſo. edicto. d. l. adoptiuus. §. penulti. ff. de ritu nuptia.

Sponſa filij nõ eſt nurus.

¶ Secundò, ſponſa filij non eſt nurus. §. ſi vxor. de nuptiis, in Inſtitu. continetur tamen ſi materia illi conueniat, l. Labeo. ff. de gradibus affinita. & l. Seruius. ibidem. vnde ſi in conuiuiis nuptiarum debeat ſocrus ducere nurum, poterit & ſponſam filij ducere. l. non ſine. C. de bonis quæ liber.

¶ Tertiò derogatur quando nurus perſonam reſpicimus, vel eam nomine proprio nominamus, argu. l. ſi quis ita. ff. de teſtamen. tute. cap. ſi pater. ibi, præfatæ filiæ moreretur. de teſtamen. in 6. Alexan. conſi. 2. volum. 2. & conſil. 37. viſo. in 6. volu. ſcripſi in l. liberorum. infra eodem: etiam limitatur vt in l. ſeq. dicetur. Et Hebræi nurum *cala* vocant, quod vulgari idiomate noſtro materno ſignificat, tace: forte quod obtumeſcere debeat, quandiu ſocer & ſocrus loquentur, & illis honorem præſtare. ſolent enim eſſe garrulæ iſtæ iuuenes nuptæ, & in ſuperbiam eriguntur, ac male ancillas tractant, l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. nam laqueus contritus eſt, & ipſæ liberatæ fuerunt.

Vltra incluſiue accipitur, et excluſiue.

¶ *Vltra*, præter, ſupra, *en outre, d'auantaige*, facit l. impenſæ. ibi, vltra quam neceſſe fuerit. infra eo. l. ſeruitutes. §. 1. de ſeruit. vrba. prædio. l. & tertium. de iudic. l. 1. de edendo, l. ſi fratres. §. idem reſpondit. pro ſocio. ibi, vltra mortem, pro poſt: quod interdum refertur ad perſonas, vt hic, & in l. 1. ibi, cognati enim proprij, qui ſunt vltra fratrem, &c. ff. de inoffi. teſtam. Aliquando reſpicit tempus, vt in l. ſi vnus. §. 1. ff. de pact. ibi, ſi cum reo ad certum tempus pactio facta ſit, vltra neque reo, neque fideiuſſori eius prodeſt, l. non ſolum. in fin. ibi, non vltra tempus ſtatutum. de in integrum reſtitutio. l. fina. de pœnis. Et interdum excludit, in l. fina. C. de modo mulcta. & l. eos. de vſur. licet regulariter contra, vt ſtatim dicam.

Inſtitutio quã do per legatũ facta videatur.

¶ Vltra diem, l. ſi quis vina. in fin. princip. ff. de pericu. & commod. rei vendi. & ſic iſta dictio vltra includit: vnde ſi teſtator filio debitoris ſui decem legauerit, dicens, ſi pater tuus centum, quę debebat, exoluiſſet, vltra vel plus reliquiſſem tibi: videtur iſti filio liberatio legata, ſi heres ſit patri filius: per tex. in l. fina. §. 1. qui loquitur de verbo amplius. ff. de doli exceptio. l. ſi ſic. & l. ſi tibi pure. vbi Bar. & alij. ff. de lega. 3. Benedictus in cap. Raynutius. in verbo Alterochæ. de teſtam. vbi plene limitatur, quando abſonus redderetur intellectus: per tex. & ibi glo. in clem. 1. de vſur. Ideo incluſiue regulariter accipitur, niſi repugnet materia. Alia videri poſſunt: nam ſi vellem hic centum adducerem doctores: ſed text. venari cupio.

¶ Vltra dolum malum. l. qui furtum. ff. de condict. furti. Vltra culpam. ibid. Vltra duplum. l. cum forte. ff. de actio. empti.

Vltro.

¶ *Vltro*, id eſt ſine requiſitione, vel ſine mandato, l. liberto. §. penulti. ibi, vltro egit. ff. de negot. geſtis: vel ſponte, vt exponit glo. in l. vxori. ff. de falſ. & l. illud. §. fina. de conſti. pecu. & l. circa. de proba. l. qui hominem. §. ſi nullo. de ſolutio.

¶ Vltro iurando, id eſt ſine delatione & neceſsitate, l. ſi legatarius. ff. de dolo. iuncta l. 3. de iureiuran. l. ſi pignori, in fin. famiſerciſcun. ibi, vel vltro eſt etiam actio creditori, qui ſine neceſsitate impendit.

¶ Vltro, ſponte & ſine neceſsitudine, exponit tex. in l. non omnes. §. item temporis. ff. de re milita. ibi, ſed ſi fuerit vltro reuerſus non cum neceſsitudine. ff. de re milit. Vltro, ſine quæſtione, l. 1. §. diuus Antoninus. & §. ſi quis vltro, & l. vnius. §. iudex. ff. de quæſtionib. Vltro interpellat, id eſt ſine amicorum interrogatione, l. ergo. §. 1. ibi, ita enim abſens defendi non videtur, ſi actor vltro interpellat. ff. ex quib. cauſ. maio. iunctis verbis præcedentib.

Vltro competit actio quid dicatur.

Vltro competit actio, id eſt ſine pœnitentia, ſine exceptione, l. 3. §. 1. ibi, quinimo etſi nihil tibi dedi, vt manumitteres, placuerat tamen vt darem, vltro tibi competere actionem. ff. de condictione cauſa data. & lege, ſed an vltro mihi tribuitur actio ſumptuum, quos feci. de negotiis geſtis. ſi referatur dictio ad verbum tribuitur, ſic videlicet tribuitur actio vltro: ſi verò referamus ad ſumptus, quos vltro feci, tunc pro voluntarie, & ſine mandato accipitur: vel poteſt accipi, vt Gallicè dicimus, *de ſon coſté, de ſa part*: & ſic intelligi poteſt ibi l. 2. §. 1. ff. ad legem Rhod. de iactu, & l. ſi in emptione. §. item. de contrahen. emptio. iuncta l. Iulianus. §. offerri. de actio. empti, l. ſeruus. manda. ibi, vltro conuenire, l. 1. in fin. ff. de vſur. & l. 1, §. inde actio vltro poſſeſſori datur, vti poſsidet.

¶ Vltro

¶ Vltro citróque, hinc inde, *deca & dela, d'vne partie & d'autre*, vt abunde in l. Labeo. 2. §. 1. ſupra eo. dixi.

¶ Vlterior, in l. heredis. 1. infra eod. l. 1. §. quod ait. de cloac. vbi tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quam aduerſus vlteriores, l. Iuriſconſultus. §. parentes. de gradib. l. 2. §. interdum. ff. de ſuis & legit. hered. *Vlterior.*

¶ Vlterius, in l. Imperator. in fin. ff. de poſtuland. ibi, ne cui ſcilicet pœna tempore determinata contra ſententiæ fidem vlterius porrigatur. l. fina. ff. de pactis. l. patri. §. ſi pecuniam. de mino. l. qui occidit. §. in hac. ad legem Aqui. l. ſi verò non remunerandi. §. ſi adoleſcens. manda. *Vlterius.*

¶ *Porrigenda*, id eſt extendenda: ſed cum hæc extenſio fiat hic per Iuriſcon. in omnibus habebit locum, ſicut lex, quia lex eſt: vt ſcripſi in l. 1. ſupra, & facit l. Imperator. in fine. ff. de poſtulando, vbi Iuriſcon. vult vt ſententia extendatur vltra tempus determinatum, & ſic non porrigitur hoc à docto. reliqua dicentur in l. pronuntiatio. infra eo.

¶ Hic elucidarem quot modis capitur hoc verbum appellatio: verum quia iam ſcripſi in l. liberti. infra eod. ideo non repetam.

GAIVS LIB. XXIII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX QVINQVAGESIMAPRIMA.

Appellatione parentis non tantum pater, ſed etiam auus, & proauus, & deinceps omnes ſuperiores continentur: ſed & mater, & auia, & proauia.

Declaratio legis.

¶ Huius legis ſenſus eſt, parentis nomine auum, proauũ, & deinceps omnes ſuperiores comprehendi, etiam matrem, auiam, & proauiam: & quamuis Iuriſcon. in fin. non addat, vltra proauiam, nec repetat deinceps, tamen etiam in infinitum veniunt ex vtroque ſexu aſcendentes per iſtam dictionem, quæ coniungit omnia, vt ſupra dixi in l. alienationis. §. fin. cum l. ſeq. & hoc decidit text. expreſſus in l. 4. §. 1. ff. de in ius vocand. vbi ſic habetur: Parentes hic vtriuſque ſexus accipe: ſed an in infinitum, quæritur. quidam parentes vſque ad tritauum appellari, ſuperiores autem maiores dici. Hoc veteres exiſtimaſſe Pomponius refert: ſed & Caius Caſsius omnes in infinitum parentes dicit. quod & honeſtius eſt, & merito obtinuit. & quia honeſtum eſt quod veniant ex vtroque ſexu, ideo ibi dicit honeſtius, quod etiam vtile eſt, vt in d. l. 4. quia parentes in ius vocari non poſſunt ſine permiſſu prætoris, vt intelligatur in infinitum, & ex vtroque ſexu, l. non ſolum. ff. de vſu & habitatione. *Legis effectus.*

¶ Secundò prodeſt, quia legata rupto teſtamento per contra tabulas debentur parentibus de iure Digeſtorum, vt in toto titu. ff. de legat. præſtand. maxime in l. 1. §. generaliter. ſic dicente, Generaliter autem parentes & liberos prætor excipit, nec gradus liberorum parentúmve enumerauit. in infinitum igitur eis præſtabitur: ſed nec perſonas proſecutus eſt, vtrum ex virili ſexu an ex fœmineo deſcenderẽt. Hodie legata etiam aliis debentur, in authen. ex cauſa. C. de liber. præter.

¶ Tertiò, parentes & liberi inuicem aduerſus ſe, nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt, l. parentes. C. de teſtib. Scripſi abunde in tracta. meo de reprobat. teſtium & ſaluatio. in verbo parentes.

Perſonaliter cessatus per obitum patris excuſatur.

¶ Quartò, dandæ ſunt dilationes, & ſuſtinendæ, ſi filij parentes amiſerint, l. interdum. §. 1. ff. de iudic. & ideo excuſatur filius, qui non comparet propter parentis obitum, etiam ſi perſonaliter comparere tenebatur, vt ſcripſi in tract. de excuſat. & exon. in ord. Reg. in 2. tomo commentar.

¶ Quintò, etſi parentibus non debeatur filiorum hereditas propter votum parentum, & naturalem erga filios caritatem: turbato tamen ordine mortalitatis, non minus parenti bus, quam liberis pie relinqui debet, l. nam & ſi. ff. de inoffic. teſtam.

¶ Sextò, vna eſt omnibus parentibus ſeruanda reuerentia, l. parentes. ff. de in ius vocan. ideo propter reuerentiam non ſeruatam fuit maledictus Cham filius Noe, vt habetur Geneſ. cap. 9.

¶ Septimò, parentes ſunt alendi à liberis, & econtrario, vt in rubri. ff. de liber. agnoſcen. vel alend. à parent. liber. & C. de alend. libe. à parentib.

¶ Octauò, ratio naturalis quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem adiicit, l. fina. ff. de bon. damnato.

¶ Nonò, decuriones in metallum damnari non poſſunt, nec in opus metalli, nec furcæ ſubiici, vel viui exuri: parentes quoque & liberi in eadem cauſa ſunt, l. moris. §. ſed enim. cum §. parentes. ff. de pœnis. quod in hoc non ſeruaremus Regno in delictis grauiſsimis, vt ſcripſi in proœm. ordi. Reg. in 1. tomo.

¶ Decimò, examinantur militum cauſæ emanſionis, id eſt vagationis, & vbi fuerint, & quid

quid egerint,& datur venia valetudini,affectioni parentum,& affinium,l.qui cum vno.§. fina.ff.de re milita,

¶ Vndecimò,non datur actio iniuriarũ liberis contra parentes,nisi facti atrocitas suaserit,nec tum quidem, si sint in potestate.l.prætor edixit.§.sed & si quis.ff.de iniur.

Parentis nomine an naturalis veniat.

¶ Duodecimò,si immunitas data fuerit alicui & parentibus, non extenditur ad patrem naturalem:quia dum loquimur de parente,in his quæ ad iuris ciuilis spectant prouisionẽ, & dispositionem,intelligitur fere de iustis parentibus,& legitimis,l.libera. C. de suis & legit.Alexan.in l.ex facto.vbi plene docet,& Vincent.Hercula.in §.1.ff.ad Trebell. Si verò loquamur de parente,vel de parentela,quo ad ea, quæ iuris sunt naturalis tantũ, tunc protenditur ad naturales,l.4.vbi Iacob.& alij.ff.de in ius vocando.l.3.de libera.causa. Alber.in tracta.statuto.in secunda parte quæstio.142.quæritur.scripsi in scholastico.priuileg. 177.in secunda ampliatione:quia vbi parentis seu parentelæ appellatio est naturæ,non iuris,vt docet Barto.in l.pronuntiatio.§.1.infra eod.tunc appellatione parentis veniunt etiã naturales & bastardi,vt concludit Areti.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquirend. hered.imò etiam in fauorabilibus,vbi materia conuenit etiam adoptiuis,parentum appellatione comprehendentur,in l.sed si hac.§.liberos.& §.parentes.ff.de in ius vocan.

Parẽtes etiam maiores dicuntur.

Florid.Iurisc̃o. reprehendit.

¶ Item Paulus in l.Iurisconf.§.parentes.ff.de grad.sic scribit: Parentes verò vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur:vlteriores,qui non habent speciale nomen,maiores appellantur:item liberi vsque ad trinepotem:vltra hos, posteriores vocant. Hoc dictum Iurisconsult.reprehendit Florid.in lib.de interpretib. iuris dicens,cũ venia Pauli neque vsus hoc,neque ratio consentit:omnes enim qui ante nos fuerunt,vtique qui liberos reliquerunt,atque id in nostra ciuitate,maiores dicũtur,qui verò post nos posteriores.Ideo legit,patres,non parentes in illa lege,Iurisconsultus. Alciatum denique reprehendit,dicentem,improprie maiores dici, qui infra tritauum sunt: cum quo est communis conclusio. Ego verò Floridi sententiam in hoc probo,quod maiorum nomine etiam proprie veniant pater,auus,& alij deinceps antecessores, non solum motus rhetorum scriptis,quæ plura adducit ad hoc,sed iuribus,quæ nullã citat:ego autem allego text. in l.si in emptione.ibi,veluti quod maiorum eius fuisset.ff.de minor. vbi pater & omnes superiores hoc vocabulo continentur,& maiores vocantur,l.capitalium. §.fin.ff.de pœn. ibi,maiores nostri in omni supplicio seuerius seruos,quam liberos, famosos, quam integræ famæ homines punierunt. & in l. semper in ciuitate nostra senectus venerabilis fuit. nanque maiores nostri pene eundem honorem senibus ,quem magistratibus tribuebant. de iure immunitat.& maiores nostri donationes inter virum & vxorem prohibuerunt,in l.3.ff.de donatio.inter virum & vxorem.facit l.lex quæ tutores.§.nec vero domum. C. de administra.tuto.& l.vna.de imponenda lucratiua descriptio.lib.10.& l.si cohortalis.de cohorta.lib.12.doct.in cap.1.& 2.eodem titu.de sepultu.in 6.& diuus Augustin. ait, Maiores nostri ideo copiis omnibus abundabant,quia decimas Deo dabant,& Cęsari censum reddebant:modo autem quia discessit deuotio, accessit indictio fisci,in ca.maiores.16.quæst. 7.plene scripsi in tracta.meo de decimis.Et per ista patet maiores dici proprie etiã patrem, auum,& alios qui proprio nomine vocantur. Sed in eo in quo Floridus reprehendit Iurisconf.longe ab eius sentẽtia absum,quia nec meretur in hoc redargui,cum optime dixerit:nempe vult ibi Iurisconf.parentes vocari propriis nominibus vsque ad tritauum, videlicet patrem,auum,proauum,abauum,&c.Ista sunt propria nomina,& specialia vsq; ad tritauum:sed personæ superiores non habent proprium, & speciale nomen, quia non vocantur quartauus , vel quinquauus , vel alio speciali nomine, sed dicuntur maiores. Nec inficiatur ibi Iurisconsultus, quin & isti,qui nomine proprio nominantur,non possint vocari maiores,sed tantum hos docet vocari vocabulo proprio, & speciali vsque ad tritauum,postea maiores:& sic maiores per supradicta dicuntur,non solum illi, qui nomine proprio vocantur,sed etiam hi,qui non habent proprium nomen,videlicet hi, qui vltra tritauum sunt. Idem in liberis censet, vt liberi propriis vocabulis nominentur vsq; ad trinepotẽ,postea dicũtur inferiores, seu posteriores:nec minus dici possunt illi, qui nomine speciali vocantur etiam,inferiores:& sicut tã pater, auus,quã alij nõ habentes speciale nomẽ, maiores dici possunt proprie:ita filij & alij descendẽtes, qui speciali nõ decorantur nomine, inferiores vocari possunt:& parentes proprie tam vsque ad tritauum, quam deinceps,licet vsq; ad tritauũ speciali notentur nomine:& sic conciliantur istæ sententiæ.

Defensio Iurisc̃os.cõtra Flor. Alci. et alios.

Nouus intellectus ad l. Iurisconf.

Iaf. reprehẽsio & aliorum.

¶ Quamuis Iason post alios in §.pœnales.numer.57.de actio.in Institut.& in d. l. 4. §. prætor ait.ff.de in ius voc.& communiter omnes docto.contrarium teneant. Sed videtis quam longissime à veritate abfuerint tam Valla,quam alij etiam contrarium sentientes,& iuris nostri interpretes contrarium firmantes,qui si oculis lynceis illum §.parentes. respexissent,non tam leuiter à Iurisconsulti verbis discessissent, nec tam friuole contra Iurisc. verba deprompsissent. Et sic maiorum nomine venit etiam pater,auus & superiores, licet regulariter à tritauo etiam parentis nomine veniant proprie hi, qui nec proprium nomen

nomen habent,vt à tritauo superiores.

Parentis nomine etiam in singulari ex vtroque sexu veniunt.

¶ Amplia parentis nomine venire superiores vtriusque sexus in infinitum, siue proferatur in numero singulari parens,siue in plurali:quod probat iste tex.ibi,parentis.& d.l.4. vbi primò dicit parentem,& postea parentes,ad denotandum comprehendi tam sub vno, quam sub altero nomine.Idem in l.2.qui satisda.cogan.facit l.1.ibi, pro parente & patrono.in ius voca.vt eant.l.1.ibi,veluti parens,& patronus. ne quis eum, qui in ius vocatus est,vi eximat.l.sunt qui.de re iudica.l.si non.de bonis authori.iudicum possid.l.1.§. idem videamus.de separatio.l.3.§.sed si mulier.de libe.ho.exhiben.l.exceptiones quæ personæ. de exceptio.d.l.1.in fin.& l.3. de postulan. vbi dispositio loquens in singulari de parente comprehendit vtrunque sexum.authen.vnde si parens.& l.in arenam. C.de inoffic.testa. capitul.vnico.in fin.de desponsatio.impuber.in 6.l.1.§.1.de assigna.liber.

Partis appellatio quãdoque matrem non comprehendat.

¶ Primò perdit officium,quando verbum parens profertur in materia non congruente mulieribus : vnde parẽs substituere potest pupillariter impuberi.l.coheredi.§.cum filię. ff.de vulgar.& illa substitutio valet.l.quamuis. C.de impuberum.§ 1.de pupill.in Institut. vbi sic dicit:nam moribus institutum est,vt cum eius ætatis filij sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt,parentes eis faciant : & tamen mater non potest substituere filio pupillariter,l.2.ff.de vulgari.quia non habet filios in potestate.§.fœminæ.de adoptio. in Institutio.Et ideo parentis nomine,vel parentum non veniet tunc mater,nec alij ex fœmineo sexu,vt in rub.si quis à parent.manu.sit. Idem si lex dicat filium in potestate parentis,debet de solis virilis sexus ascendentibus intelligi,l.1.ibi,placere ne cui, qui filiofa. pecuniam dedisset mutuam,etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio,petitióque daretur.ff. ad Macedo. vbi postea exprimit nomen parentis. facit l.1.ibi, vtputa parenti,qui dicat filium suum in potestate esse.ff.de libera.causa.l. apud.in fin. ibi, non à parente passus est,in cuius potestate fuerit . de doli excep.l.liberos,qui arrogatum parentem sequuntur.de cap.deminutio.l.errat. C.de castrensi militum pecul.lib.12.vbi milites in potestate parentum esse dicit:sed intelligite vt dixi,ideo iura dicunt liberos in potestate parentis vel parentum,non patris,vel aui,seu alterius inferioris potestate, vt comprehendant auum & superiores.d.l.2.ff.de vulga.l.nepotes.de his qui sunt sui vel alieni iuris.facit l.moris.§.plane si parens decurio esse desierit.ff.de pœnis, vbi de solo intelligitur patre,non matre,quæ decurio esse prohibetur,l.1.de coniungend.cum emancipa.liber.

¶ Secundò flectitur iste tex.quando prius facta esset mentio de matre, vel patre separatim,& postea diceret parens,tunc de sola matre,vel patre intelligeretur,quando illi rãtum cõueniret,l.1.§.quod natum erit.ibi,apud eum educatur,apud quem parens iusserit, id est pater,vel auus.ff.de ventre inspicien.

¶ Item parenti datur facultas litigandi pro filio,id est patri,l.1.& 3.ff.de libera.causa,l.patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt:idem in omnibus parẽtibus,qui habent liberos suos in potestate.de his qui sunt sui vel alieni iuris.ff.

¶ Tertiò non procedit,quando in text.diceretur ambo,vel duo parentes, vel vterque parens:tunc enim solum intelligetur de patre & matre:vt si dicatur, quod natus ab vtroq; parente nobili intra tres annos gradũ baccalaureatus sumere possit, & nominationes impetrare.§.cum vero.de collatio.in concord.vbi scripsi.probat tex.in l.1.§. ad quæstionem. ibi,nec facile credendum subiectam eam esse,quam ambo parentes dicunt charam filiam habuisse.ff.de quæstio.l.1.§.qui ex duobus igitur Campanis parentibus natus est,Campanus est.ad municipal.Aret.in l.cum quidam.§.quod dicitur.ff.de acquir.hered.

¶ Quartò restringitur,quando lex loqueretur de parentibus post mortem patris : tunc enim intelligitur pro materia de superstitibus superioribus ex vtroq; sexu, l.cũ plures. §. fina.ibi,solennia munera tutor parentibus,cognatísque pupilli mittet.ff.de administratio. tutor.l.magis puto.§.in primis.verf.requirat ergo necessarios pupilli, vel parentes, vel libertos aliquos fideles,vel quem alium, qui rerum pupillarium notitiam habeat. ff. de rebus eorum.l.nepotes.ibi,vel in eius parentis qui ante eos in potestate est . de his qui sui vel alie.iur.

¶ Quintò,si lex vel dispositio exprimeret personas,tunc de illis tantum intelligetur:vt si quis occiderit parentem,l.1.& l.vtrum.ff.de parricid. parentis appellatione tunc veniet pater,& mater,auus,& auia,non alię personæ,vt is qui has interfecerit personas puniatur pœna propria parricidæ,& vltimo supplicio mactabitur,l.penult. ibidem.l. prima,§. enumerantur.ff.si quis à paren.fuer.manumiss.vbi inquit,edicto personæ manumissorum,sic: in eo qui à patre,auóve paterno proauóve paterni aui patre,&c.

¶ Sextò,vitiatur ex communi vsu loquendi,qui attendi debet, l.Labeo.ff. de supellect. legat.itaque appellatione parentis,vel parentum,vulgò *des parens*, continentur omnes superiores ascendentes,etiam supra tritauum,licet proprio nomine non appellentur.l.Iurisconsultus.§.parentes.ff.de gradib.Et vsus obtinuit sic vocari,dicit tex.in §.œconomus. in authen.de alie.& emphyteus.colla.9.Barba.in repetitio.l.cum acutissimi. col. 50. & seq.C.

de fidei

de fideicom.& in clemen,cauſam.col.59.de electio, facit text.in cap.vno.quemad.feud. ad filiam pertineat,vbi Bal.& Barba.in cap.2.colum.vlti.de ſucceſsio.ab inteſta.vbi dicit collaterales etiam ex communi vſu loquendi venire.cap.fraternitatem, vbi Panor.in ſecundo notab.de ſepultur.vbi dicit intelligi de collateralibus ſuperioribus, & non de deſcendentibus.

De cõmuni vſu loquendi parentes vocamus cõſanguineos.

¶ Hodie etiam de communi vſu loquendi Franciæ, Gallice *des parens*, veniunt non ſolum ſuperiores, ſed etiam collaterales, & cognati, conſanguinei affinéſque, tam aſcendentes, quam deſcendentes: quod Lampridius teſtatur relatus ab Alex.lib. Genial.1.c.15. Ideo ſi debeant dari tutores vocatis parentibus ex vtraque parte, primò debent vocari ſuperiores & maiores potius quam deſcendentes. Iaſon in dicta lege quarta, §. prætor.in ſecundo notab. Aym. Cranette conſi.80.nobilis.nume.2.& pro hoc facit tex.in l.quæreret.infra eo. ibi, & magis eſt vt hoc parentibus quoque proſint.vbi poteſt intelligi de conſanguineis, & d.l.magis.§.in primis.de rebus eorum.

¶ Ex prædictis iudicari poteſt, quid nomine parentis veniat, vt videlicet tam agnati, quam cognati, ex parte patris, & matris comprehendantur, vt etiam firmat glo.in clemen. vna.in verbo parentela.de iureiuran.cap.cum in tua.de teſtib.vbi Aretin.in 2. notabili dicit hoc conſuetudine introductũ: & eſt tantum dicere parentelam, ſicut propinquos, per illum tex.& cap.parentelæ.35.q.5.& ca.vltimo, qui cleric.vel vouent.& parentela non eſt verbum Iuriſcon.ſed interpretum & vulgarium Italiæ.

¶ De parente animæ loquitur tex.in c.eſto ſubiectus, 95.diſtinct.

¶ Parens etiam à pareo pro obediente accipitur, in l.3.ibi, ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit in tectũ aſcendere, vel in puteũ deſcendere, & ille parens aſcenderit, &c.ff.de ſeruo corrupto.

¶ De auo loquitur l.ſoceri.infra eod.& l.iuſta interpretatione.ibidem.

Deinceps varie ſumitur.

¶ *Deinceps*, id eſt deinde ſiue poſtea omnes ſuperiores veniunt ſub parentis nomine, & vulgo dicimus *l'vn apres les autres*. Inde heredis appellatio non ſolum ad proximum heredem, ſed etiam ad vlteriores refertur: nam heredis heres, & deinceps heredis appellatione continentur & vlteriores.l.heredis.infr.eo.facit l.adoptiones.ibi, perinde quaſi ex vero filio, & deinceps natus ſit.ff.de adoptio.l.Seia.de vſur.l.3.in fin.ff.de legit.tutor.

¶ Deinceps, id eſt de cetero, *d'oreſnauant*.l.cum biſſextus.ibi, & ſic deinceps ſexto Calendas eius natalis dies eſt.infra eod.l.nemo deinceps. C.de epiſcopal.audientia. cle.vnica. §. porro.de ſumma trinitate.& tunc reſpicit ad tempus in d.l.cum biſſextus.

¶ Deinceps pro gradatim, per ordinem, quaſi vnus poſt alium, l.pronuntiatio.§.1. verſ. iure enim proprio familiam dicimus, plures perſonas, quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura aut iure ſubiectæ, vt puta patremfamilias, matremfa.filiumfam. quique deinceps vicem eorum ſequuntur, vt puta nepotes, & neptes, & deinceps. facit quod ſcribit Lucas de Penna in l.3.col.2.C.de bon.vacant.lib.10.

Superiores.

¶ *Superiores*, qui ſupra nos ſunt, & ante nos fuerunt: poſteriores contra, vt elucidatur in l.Iuriſconſultus.ff.de gradib.

Super, eius natura, ſignificationes, et phraſes.

Super tali re denotat obligationẽ illius rei. Areſtum.

¶ Super.Hæc dictio ab homine prolata ſignificat ius in re, cui adiicitur, vt vẽdo decem ſextaria ſuper tali fundo, aut dono: ſignificat autem obligo illum fundum pro decem ſextariis, per tex.in l.codicillis.§. inſtituto.ibi, neque fenerari ſuper eas.ff.de lega.2. quem tex. ad hoc ſingularem notat Ludoui.Roma.ſingu.625.compreſta mihi.& Franciſc. Cremenſ. ſingu.45.mutuaui.& hoc expreſſe docet Bar.in l.fundus.ff.de annuis legat. & Ioan.Faber in §.item Seruiana.in fin.de actio.in Inſtitutio.ac Lucas de Penna in l.fina. C.de agrico.& mancip.lib.11.& ſic cenſuit Senatus hoc anno 1551.die 9. Iunij, pro pauperibus contra dominum de Nantolleto, qui emerat à do.de Borbonio terram, ſuper qua percipi debebant quinquaginta, quæ relicta erant pauperibus.

Elucidatur authent.ſacramẽta puberum.

¶ Nec contiguum ſemper ſignificat: vnde inquit textus in authentica, ſacramenta puberum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiantur. C.ſi aduerſus venditionem.ſuper contractibus dicitur ibi, ſiue in ipſo contractu ſacramenta interueniant, ſiue poſtea quandocunque, vt ibi gloſ.aſſerit, quam doctores probant, dicentes, ſi lex, vel ſtatutum dicat ſuper contractu iuramentum præſtandum, vel aliud faciendum, ſufficere quandocunque iuramentum exactum fuerit, vel aliud factum, licet non interueniat tẽpore actus, & quia ſuper actu dicitur fieri, cũ non fiat extra actum, poſtquam interuenerit: de quo dubitauit Iaſon in dicta authent.ſacramenta.allegans Vallam lib.2.cap.54.ſed ibi Valla dicit, ſuper plerunque contiguum ſignificat, non ſemper: & paſſim Iuriſconſultus vno & altero vtitur, in l.ſicuti.§.1.ff.ſi ſeruit.vindicet.

Super pro præter, vltra, de, in.

¶ Item hæc dictio ſuper opponitur dictioni ſubter, & vulgo dicimus ſuper hereditate, *ſur l'heritaige*, vt declarat Chaſſa.in conſuetud.Burgund.in rubr.*des cenſes*.§.4.gloſ.*ſur l'heritaige*.facit l.quidam Iberus.ibi, ſicuti nec quidem parietem ſuum ſuper parietem communem.ff.de ſeruit.vrba.præd. Inde ſuperficies dicitur id, quod eſt ſupra faciem terræ, l. r.ff.de ſuperficieb.vt in ædibus parietes & tecta, vt dixi in l. bonorum, ſupra eod. Super, id eſt

id eſt pro: vnde tutor datur ſuper pecunia pupilli, tutelaue ſua, id eſt pro vtilitate perſonæ pupilli, & bonorum eius.§.tutores.de tutel.in Inſtit.iuncto §.certe.qui teſta: tut.dari poſſ. l.1.ff.de tute.l.ſæpe.infra eo.& tam pro tuitione perſonæ pupilli, quam bonorum. Super pro præter, l.penult.ff.de pericu.& commo.rei venditæ.ibi, ſi nihil aliud conuenit, quam vt habitationes ſecundum defuncti voluntatem ſuper pretium libertis præſtarentur. Super pro vltra, amplius, l.diuortio.§.quod in anno.ibi, ſuper annuam mercedem.ff. ſoluto matr.quod idem eſt cum proxima ſignificatione. Inde ſuperexactores, qui vltra debitum, & amplius quam debeatur, exigunt.in rubric.C.de ſuperexacto.iuncta l.1.lib.10.& hi pœna capitali puniendi ſunt, ſi in crimine perſeuerent, & ad duplum, vt ibi, & in conſtitu. Reg.traditur.

Superexactores qui dicantur.

¶ Super rebus, id eſt de rebus, l.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.iuncto verſi. ſed & illud debet dici, vbi controuerſia eſt de pignore.ff.de re iudi.vbi quod prius dixerat ſuper, poſtea dicit de.l.3.in fin.de teſtib.facit l.quod autem.§.ſi maritus.2.ibi, ſuper ea re cogniturus erit. ff.de donatio.inter virum & vxor.id eſt de ea re, l.ſi patrona.de ritu nuptia.ff.

Superueniens.

¶ Superueniens hereditas, inopinate veniens, poſtea veniens, l. vel hereditas ſuperueniens.ff.de procura. De his rebus & controuerſiis & rationibus iudicare arbiter poteſt, quæ ab initio fuiſſent inter eos, qui compromiſerunt, non quæ poſtea ſuperuenerunt.l.de his rebus.ff.de recept.arbit.

¶ Veritati locum ſuperfore, l.fina.ff.de probatio.id eſt ſupereſſe.

Superſcribere. Stemmata non licet publico operi imponere.

¶ Nec præſidis quidem nomen operi publico ſuperſcribere licet, l. nec præſidis.ff.de operib.publicis: vnde non licet ſcabinis vel conſulibus ſeu aliis ſtemmata ſua in ædificio publico & inſignia imponere, nec adſcribere, alioqui puniuntur ibi.

Superponere. Superſedere.

¶ Muros autem municipales nec reficere licet ſine principis vel præſidis authoritate, nec aliquid eis coniungere, vel ſuperponere, l.ſacra.in fin.ff.de rerum diuiſio.

¶ Superſedit agere, id eſt ceſſauit, abſtinuit, l.1.§.idem Pompo.refert.ff.de dolo.l.ſi cum venditor. in prin.de euict. Superſedit facere ſuſpectũ, l.fi.ff.rem pupilli ſal.fore. Superſedit exigere cautionẽ, l.Iulia.§.ſi quis.ff.ad exhiben. Superius plauſtrum exponitur, in l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad legem Aquil. Superiores caſus, l.naturalis.§.pen. de præſcript. verb.ff. Superius iubetur, in l.itaque.ff.de ædilitio edicto.

Superindictũ.

¶ Superindictum, quod ad indictionem adiicitur, in l.vnic.C.de ſuperindic.lib.10.

¶ Super hæc addere nunc, ne vos hic plus iuſto remorer, mihi viſum non eſt, alia miſſa faciam.

¶ De dictione ſupra ſcribam in l.quæſtio.infra eod.

VLPIANVS LIBRO SEXAGESIMOPRIMO.

LEX QVINQVAGESIMASECVNDA.

Patroni appellatione & patrona continetur.

Patronus variis modis ſumitur.

¶ Huius legis intellectus facilis eſt, vt patroni nomine etiam patrona comprehendatur, quia maſculinum concipit fœmininum: de quo abunde ſcripſi in l.1.ſupra eo.

¶ Notandum eſt quod patronus variis ſumitur modis: primò pro aduocato, l.1.§.ait prętor.1.ibi, etiam ſi quis alius ſit, qui certis ex cauſis, vel ambitione aduerſarij, vel metu patronum non inuenerit.ff.de poſtulan.vbi quod in princip.§.dicit aduocatum, in fine vocat patronum ſine adiuncto. Et aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui cauſis agendis quoquo ſtudio operantur, l.1.§.aduocatos.ff.de variis & extraord.cognit.

¶ Interdum tamen frequentius cum adiuncto dicitur, vt patronus cauſæ, l.1.§.in honorariis.ibi, patroni cauſæ.ff.de var.& extraord.cognit. l.rem non nouam. §. patroni cauſarum.C.de iudic.ad differentiam aliorum datur adiunctum. Et licet Valla lib.4.cap.12.differentiam inter iſtos aſſignet, in iure tamen paſſim vtimur, vt dixi.

Patronus cauſæ ſeruit ei qui prius eum requiſiuit. Areſtum.

¶ Non eſt omittendum, quod ſi vnus aduocatus plures à diuerſis obtineat penſiones, tenebitur tamen ſeruire illi, qui prius illum ſuper hac cauſa requiſiuit, etiam ſi is nouiſſime ei dederit penſionem, & ſeruiet ei etiam contra eum, qui primo dederat ei aduocato penſionem, vt fuit pronuntiatum in hoc ſenatu anno 1384.in menſe Martio. ſecus eſt in aduocatis Regiis, qui ſemper Regi adſtricti ſunt. ideo aliis contra Regem non ſeruiunt, nec penſionem ab aliis obtinere poſſunt, vt in ordin.Reg.patet, quia Rex eſt ſufficiens ad præſtandum ſalarium opimum illis.

Patronus liberti.

¶ Secundò patronus dicitur, qui ſeruum manumiſit, lege, & eleganter. §. ſeruus pactionis.ff.de dolo.ibi, ſed ſi per patronum ſtabit: ob quam manumiſsionẽ libertus eidem ſubiicitur, l.adoptiuum.§.patronum.de in ius vocand.& ob id iura multa habet, quæ vocantur ius patronatus, vt in rubr.ff.de iure patr.& C.de bonis libert.ac de ſucceſsio.libert. in Inſtit. Et in hoc iure ciuili frequentius vtimur, & intelligimus de iſto.l.1.in fin. de poſtulan.ff.l.ſed & hæ.§.1.de procurato.l.in eo iure.de ritu nupt.& in l.peruenisſe.ac l.pronun-

tiatio.§.1.infra eo.& ita accipitur hic.

Patronus ecclesiæ quis, & quotuplex laicus & ecclesiasticus.

¶ Tertiò patronus ecclesiæ dicitur is,qui eam fundauit,construxit,vel dotauit,cap.nobis.& per totum.de iure patrona.cap.piæ mentis.16.q.7.& propterea acquirit ius patronatus,de quo ius pontificium loquitur in rub.de iure patro.& alibi frequentius.Et laicus patronus est,qui ratione patrimonij illud ius habet:patronus verò ecclesiasticus est,qui hoc nomine ecclesiæ posidet.clemen.vlt.de iure patro.scripsi in §.præfatique ordinarij. in verbo patroni.de collatio.in concorda.& in praxi benefici.in forma signa.in 3.parte.

Patronus templi.

¶ Quartò etiam sanctus dicitur patronus,in cuius honorem est fundatum templum:vt diuus Andreas in ecclesia sancti Andreæ Parisiis, aut Burdegalæ in æde diui Seuerini beatus Seuerinus,eo quod tutelares nostri sunt,teste Paulo de Citadi.in tracta.de iure patronatus,in secunda parte.

Patronus cliëtis.

¶ Quintò patronus dicitur defensor eorum,quos in sua habet clientela,& primum locum in officio apud clientem obtinere patronus debet:vnde liberto sancta persona patroni videri debet,l.liberto.ff.de obseq.

Patronus nauis.

¶ Vltimò patronus nauis dicitur gubernator nauis,l.1.vbi docto.C.de nauicula.libr.11. Vnde debet inspici materia,si velimus distinguere,de quo patrono intelligatur dispositio: nempe si de patrono liberti loquamur,debet de eo intelligi,qui libertatem dedit,& communius in iure Cæsareo:si verò in iure Pontificio de patrono loquamur, communius de eo,qui ecclesiam construxit,intelligimus:& ideo bonum est aliquid adiungere, vt patronus causæ,patronus ecclesiæ,vt melius dignoscatur.

Patrocinium.

¶ Patrocinium,defensio,seu protectio,vt in rubric.C.ne liceat potentior. patrocinium in lite præstare,vel actio. Vnde si litigantes accersant patrocinium potentiorum ad terrorem aduersariis incutiendum,causæ iacturam faciunt,vt ibidem statuitur . vide Lucam de Penna in l.ad splendidos.C.de diuers.offic.lib.12.& Matthæ.de Afflictis in tractatu de iure protomis.§.prohibemus.tractaui in tract.de cessio.actio.arti.1. in secundo tomo commentar.ad constit.Reg.

Patrocinari.

¶ Patrocinari est patrocinium præbere,prodesse,tueri,l.2.§.penult.ibi,nonne indignus est,vt ei exceptio patrocinetur?ff.si quis cautio.

Vtilitates legis, & effectus.

¶ Vtilitates huius legis sunt hæ,quod si patronus liberti donauerit omnia bona sua,vel maiorem partem,si postea susceperit liberos,reuocatur donatio:idem in patrona donante,& idem seruamus in alio quocunque,l.si vnquam.C.de reuocan.dona.& ibi doct. maxime do.And.Tiraq.post Francisc.de Ripa.

¶ Secundò,si patronus ecclesiæ peruenerit ad paupertatem,ali ex bonis ecclesiæ debet, idem in patrona,c.nobis.de iure patro.c.quicunq;.2.in 16. q. 7. & habere alia iura debet, quæ à Rocho Curtio cumulantur in tracta.de iure patro.in verbo honorificum.

¶ Tertiò,non potest patronus in ius vocati sine venia,nec quidem patrona,per tex. in l.4.§.1.ff.de in ius vocan.l.1.C.illo titu.aliàs punitur libertus vocans,in l.penult.& fina.ff. eo.nisi patronus adegerit libertum ad iusiurandum,ne vxorem ducat, & ne nubat : tunc enim impunè in ius vocabitur,sed non filius patroni, quia innocens est, l.adoptiuum.in fin.ff.de in ius vocand.

¶ Quartò,sicut patronus de dolo non accusatur à liberto,ita nec patrona,l.nõ debet.ff. de dolo.mo liberto sancta debet videri persona patroni, & patronæ,l.liberto,ff.de obseq.

¶ Quintò,non condemnatur patronus conuentus à liberto nisi in id,quod facere potest,l.patronus.ff.de re iudic.sic nec patrona,per istum tex.

¶ Sextò,honor patrono debitus,& patronæ debetur,d.c.nobis.de iure patron.l.1.C. de in ius vocan.Rochus in d.tracta.in verbo honorificum.

¶ Septimò,patronus debet,si laicus fuerit,præsentare intra quatuor menses, ca.vno. de iure patro.in 6.idem in patrona,cum diuersum in ea non inueniam statutum, imò patroni appellatio conuenit patronæ,vt hic scribitur.

¶ Octauò,omnia admissa in patronum,patronive filium, patrem, propinquum, maritum,vxorem,ceteràsque necessitudines grauius vindicanda sunt,quam in extraneos,l.capitalium.§.omnia. ff.de pœnis . sed vxor patroni patrona non dicitur, licet honorari debeat,sicut patronus,per l.1.C. de in ius vocan. Itaque intelligimus istum text. in vera patrona,quæ manumisit,vel fundauit ecclesiam,vt in illis casibus, vbi vocatur patronus, & patrona intelligatur, & iura loquentia in patrono,& in hac patrona locum habebunt.

Vxor patroni non est patrona.

¶ Limita prædicta,quando qualitas, quæ inesse debet patrono, conuenire non posset patronæ:tunc enim patroni appellatione non continetur patrona . quas qualitates scribit Decius in l.fœminæ.ff.de regul.iur.dixi in l.1.limitatione 1.supra eod.facit text.in l. si verò. ff.solu.matrimo. vel si diuersa ratio esset in patrono,quæ in patrona,vel si lex separatim de vno,& de altero loqueretur.l.sicut.ff.de oper. libertor.l.1. de parricid. lege quarta,de in ius vocand. lege , adoptiuum. §. primo, ibidem. Alias limitationes poteritis elicere ex lege præcedenti.

Paul.

PAVL. LIB. QVINQVAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMATERTIA.

Sæpe ita compertum est,vt coniuncta pro disiunctis,& disiuncta pro coniunctis accipiantur: interdum soluta pro separatis. Nam cùm dicitur apud veteres, AGNATORVM GENTILIVMQVE, pro separatione accipitur. At cũ dicitur, SVPER PECVNIAE, TVTELAEVE SVAE, tutor separatim sine pecunia dari non potest. Et cũ dicimus, QVOD DEDI, AVT DONAVI, vtraque continemus. Cum verò dicimus, QVOD EVM DARE, FACERE OPORTET, quoduis eorum sufficit probare. Cum verò dicit prætor, SI DONVM, MVNVS, OPERAS REDEMERIT: si omnia imposita sunt,certum est omnia redimenda esse. Ex re ergo pro coniunctis habentur, & si quædam imposita sunt,cetera non desiderabuntur.

Diuisio legis, & summaria declaratio.

¶ Hoc principium duas habet partes. In prima generale dictum ponit, in secũda exempla.Secunda ibi,nam cum dicitur. Iurisconsultus superius orationis coniunctæ proprietatem explicuit,in l.coniunctionem.cum l.præcedente : verum quia sæpius coniuncta capiuntur pro disiunctis,& disiuncta pro coniunctis,& soluta pro separatis, hæc docet noster text. dicens,coniuncta sæpe pro disiunctis accipi,vt cũ dicitur apud veteres, agnatorũ gentiliúmq;.Illa enim dictio,que,coniunct. pro disiuncta accipitur, scilicet pro vel. Item disiuncta pro coniunctis,cuius duo traduntur exempla:vt si detur tutor pupillo super pecunia,tutelâve sua,coniunctim accipitur,quia tutor dari non potest separatim super bonis sine defensione personæ.Et cum dicimus,quod dedi,aut donaui,aut quoque pro coniuncta accipietur.Soluta interdum pro separatis, vt si dicatur:quod eum dare, facere oportet, promitto:sufficit probare,quod ille dare,vel facere tenebatur.& sic separatim ponitur. Et ista erit huius tex.summaria elucidatio.

Sæpe,sæpius, sæpissime, & iterum, quot actus requirant,& an cõstituant regulam.

¶ Colligite ex hac dictione Sæpe,quod duo ad minimum hoc verbum requirit, lege, iusta.& lege,liberorum.versiculo, filij enim appellatione sæpe & nepotes accipi multifariam placere.infra eod.cap.consideres.ibi,semel,vel sæpe.de pœniten.distinct.5.§. quia verò.in authen.de testib.colla.7.Dictio sæpius tres,l.seruos.C.de vi publ.l.veluti.§.fin.ff. de edendo.Sæpissime,vt aliquid ad comparatiuum addat, quatuor requirit actus ad minimum,l.vbi autem.in princip.ff.de verbor.obliga.glo.in cap.si quis erga.2.q.7.Relinquitur tamen arbitrio iudicis,quot actus istæ dictiones denotent,inspecta materia, de qua agitur, l.continuus.§.cum ita.ff.de verbor.obliga.Innocen.& alij in cap.cum oporteat.de accusa. Card.& Georg.Nathan in clem.sæpe.de verbor.significat.Cepol.in l. aliud est fraus. infra eod.idem dicens in dictione frequenter.

¶ Etiam dictio iterum duos significat actus,per tex. vbi doct.ponderant,in procem.Instit.§.quorum.Et istæ dictiones proprie non constituunt regulam, sed denotant regulam esse in contrarium,vt dico in l.interdum. infra eodem : & ratione subiectæ materiæ propriè vel impropriè accipientur.Ex re igitur hoc cognoscetur,teste Panor.per illum tex.in cap.sua nobis.col.2.de appellat. Quidam verò in hoc tex.legunt, Sæpe comparatum est. de quo verbo scribam in l.quæstio.infra eod.Alij & melius legunt,Compertum est,id est exploratum,& ex inuestigatione & opinione collectum. Valla lib.5.ca.24. & idem est sensus.nam sæpe comparatum est,id est,constitutum,&c.& hoc vltimo modo legitur in Pandectis Florent.

¶ *Vt coniuncta pro disiunctis.* Ex hoc inferri potest, quòd sæpe, id est in pluribus casibus coniuncta oratio capitur pro disiuncta. Et sic in aliquibus casibus regula est in contrarium,quam tractaui in l.coniunctionem.supra eod. Ea hic contentus, alia prosequor.

¶ *Et disiuncta pro coniunctis accipiantur.* Colligi etiam potest, quod alternatiua, quæ hic disiuncta vocatur,sæpe accipitur pro coniuncta:sed regulariter pro disiuncta. Et sic regula est,quod vbi verba coniuncta non sunt,sufficit alterutrum esse factum.

Regula, ad veritatem alternatiuæ,& c. ea limitat.

¶ Et ad veritatem alternatiuę sufficit alteram partem esse veram, l. in eo quod plus, §. vbi.ff.de regul.iur.cap.in alternatiuis.illo eodem titul.in 6.cap.2.& cap.inter. de rescript.§. si plures.2.Instit.de hered.instituen.

¶ Quod intelligit ibi Marc.Bauer.quando caderet in conditiones,vel res : secus quãdo ponitur inter genus & speciem,vt hic.tunc enim pro coniuncta debet exponi,vt dedi,aut donaui,id est dedi & donaui.Bar.in l.Quintus.ff.de auro & arg.lega.per istum tex.glos.in rubric.C.de seruitut.& aqua. Socinus in l.1.in fine.ff.de reb.dub.post Bar.in l.1.ff. de iustitia & iure.

Disiũcta inter

¶ Secundò non procedit,quando disiuncta ponitur inter personas,quibus aliquid da-

Personas posita ideo coniuncta accipitur.

tur, aut relinquitur: vt ille aut ille heres esto, vterq; heres erit, l. cum quidam. C. de verbor. significa. Quod tamen perdit officium in octo casibus ibidem traditis per Iaſ. Vnde ſi Papa conferat beneficium illi aut illi, vterque beneficium habebit, teſte Feli. in cap. inter cetera s. in fin. de reſcript. Sed ego dicerem neutrius collationem valere, tum propter incertitudinem, l. duo ſunt. ff. de teſtam. tutel. l. cum ex pluribus. de manumiſſ. teſtam. tum propter dubiam Papæ intentionem, per no. in cap. paſtoralis. & ca. Rodulphus. de reſcrip. Vincen. Hercula. in l. r. §. per procuratorem. nume. 19. ff. de acquir. poſſeſſ. niſi appareret, quod velit illud dare primo nominato, & ſi illud nollet, ſecundo; per cap. mandato. de præbend. in 6. aut diuidere alioqui eccleſia, ſicut vxor, non poteſt eſſe plurium. cap. cum non ignores. de præb. Et quamuis doct. dicant hanc diſiunctam inter perſonas honoratas poni, videmus hoc non eſſe perpetuum, nempe quando teſtator dicit, ille, aut ille tutor eſto, gerere tutelam eſt onus, & non honor, l. 3. & l. tria onera. ff. de excuſat. tutor. Et ſic nulla perſona hoc caſu eſt honorata, & tamen vterque tutor erit. Sed hoc fit fauore pupillorum, d. l. cum quidam. ibi, vt maior prouidentia pupillis inferatur.

Collatio facta Titio, aut Gaio an valeat.

Alternatiua negatiua vtrũque requirit.

¶ Tertiò, vitiatur in alternatiua negatiua, vt ſi non feceris illud, aut illud, promitto centum. nam vtrunque debet eſſe non factum, & ſi alterum feceris, contra diſpoſitionem veniſſe cenſeris. Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrũ. ff. de reb. dub. Bauer. in d. §. ſi plures. per tex. licet non allegent, in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verbor. obliga. vbi pulchre Iaſon & doctores explicant.

¶ Quartò limitatur, quando reſultaret iniquitas, ſi non intelligeretur copulatiue etiam, in diſiuncta affirmatiua, l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſtit. Bal. in cap. inter. col. 1. de reſcrip. vbi idem dicit quando ſequeretur iniuſtitia, vt in interdicto quod vi aut clam.

¶ Quintò, non procedit, quando materia ſubiecta non pateretur, vtpote quando ſeparari non poſſet, vt in hoc text. ibi, ſuper pecuniæ tutelæve ſuæ, quia tutor ſeparatim dari non poteſt bonis, omiſſa perſona.

¶ Vltimò, flectitur regula, ſi de contraria diſponentis mente appareat, per text. in l. non aliter. ff. de lega. 3. l. in conditionibus. de conditio. & demonſtratio. Alia neceſſaria ad huius regulæ intellectum hic non video: ſed ad eius ornatum multa iactãt doctores in dicto cap. inter. de reſcript. & in dicta l. cum quidam. C. eod. quæ videri poterunt: ſed per prædicta comprehenduntur.

Soluta oratio quomodo accipiatur.

¶ *Interdum ſoluta pro ſeparatis.* Oratio igitur ſoluta copulatiue ſumitur communius, ſed interdum pro ſeparata, quod ex mente pronuntiantis cognoſcitur, per text. vbi ſcripſi ſuperius, in d. l. alienationis. in fin. Et Iuriſconſultus interſerit exempla ſequentia de hac ſoluta ibi, cùm verò dicimus, &c.

¶ *Nam cum dicitur apud veteres, agnatorum, gentiliúmque, pro ſeparatione accipitur.* Sicut Iuriſconſultus ſuperius propoſuerat, coniuncta pro diſiunctis poni, ita ſequutus ordinem text. prius inſerit hic exemplum coniunctæ orationis, vt dictio, que, coniuncta ponatur pro diſiuncta, nempe veteres ad ſucceſsiones & tutelas agnatos vocabant, & eis deficientibus cognatos: vnde tex. iſtum declarat Alciat. ex loco Ciceronis libro primo ad Herennium: ſi paterfamil. moritur inteſtatus, familia pecuniáque agnatorum, gentiliúmque eſto. Ego verò puto hic Iuriſconſul. voluiſſe legem duodecim tabularum elucidare, eius exempla adducentem, quæ ſic erant: SI FVRIOSVS EXISTIT, AGNATORVM, GENTILIVMQVE IN EO, PECVNIAQVE EIVS POTESTAS ESTO. Vult enim dicere illa lex, quod ſi aliquis ſit furioſus, poteſtas illius & tutela ſit agnatorum, & gentilium: id eſt prius furioſus ſit in tutela agnatorum, & illis agnatis deficiẽtibus, vel inhabilibus exiſtentibus, tutela ſit gentilium, id eſt cognatorum, & ad cognatos tutela & ſubſtantia furioſi ſpectet. Probatur in l. ſæpe. ff. de curato. furio. §. furioſi. de curator. in Inſtit. & de legitim. agnat. tutel. ibidem, ac C. illo titul. Sic igitur hereditas ad agnatos pertinebat, §. 1. Inſtitut. de legitim. agnator. ſucceſsio. quibus deficientibus ad gentiles & cognatos deuoluebatur. Inſtit. de ſucceſſ. agnator. Et ſic coniuncta pro diſiunctis accipiuntur, cum cognati ſimul non admittantur cum agnatis.

Lex duoderim tabu. declaratur.

Gentiles qui.

¶ Nec ergo accipiemus hic gentiles pro idolorum cultoribus, vt in capit. ſecundo, de conceſsio. præbend. ſed gentiles intelliguntur, qui ex eadem gente, vel eiuſdem cognominis ſunt. vnde inoleuit prouerbium, cum furere aliquem veteres, aut mente captum eſſe ſignificare volebant, ad agnatos & gentiles illum ducendum eſſe dicebant, teſte Varrone de re ruſtica libro primo, cap. ſecundo. facit de officio præſid. l. congruit. & lex ſequens. Et gentiles vulgò dicuntur eiuſdem gentis, vel eiuſdem parentelæ. Alciatus hic; & clariores familiæ agnati: nam gentem in patritiis eſſe, in plebeiis ſtirpem & gentiles proprie dicti ſunt inter ſe patritij, vt aſſerit Alciatus libro primo paterg. cap. 12. Cuiuſmodi etiam gentiles Cicero definit libro Topic. tertio, his verbis: Gentiles ſunt, qui eodem nomine inter ſe ſunt, qui ab ingenuis oriundi ſunt, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiuit, qui capite non ſunt deminuti. Hæc ille. Qui ſint agnati, videte in l. in vulgari. inſt. eo. vbi dicam.

Ad agnatos & gentiles pertinet.

Gẽs & ſtirps quomodo differant.

¶ *At*

¶ *At cum dicitur, Super pecuniæ tutelæve ſuæ: tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt.* Vnũ tantum exemplum poſuit ſuperius de coniuncta oratione, quando pro ſeparata ponatur: hic duo ſcribit de diſiunctis, quando pro coniunctis accipiantur.

¶ Primum eſt, quando alterum ab altero non poteſt ſeparari, vt hic, cum dicitur, Datus pupillo tutor eſt ſuper pecunia, id eſt ſuper rebus pupilli, & tutela ſua, id eſt pro perſona pupilli tuenda, §. certe. Inſtit. qui teſtamen. tutor. dari poſſunt. iuncta l. 1. ff. de tutel. Et exponitur pecunia pro patrimonio & rebus, vt hic dicit gloſſ. & idem in l. penult. C. de conſtitu. pecun. vt ſcripſi in lege, pecuniæ. ſupra eodem. Et intelligite iſtum textum, tutorem non poſſe ſeparatim ſine pecunia dari, videlicet vt vnus tutor detur perſonæ, & alter rebus, quia hoc fieri non poteſt ſeparatim: ſed vterque erit tutor ſuper pecunia, id eſt ſuper patrimonio pupilli, & ſuper tutela perſonæ, id eſt tuitione, l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure. nec debet intelligi iſte tex. vt quidam intelligebant, quod non detur tutor, niſi pupillus habeat pecuniã, cum perſonæ detur, vt dictũ fuit. de hac tutela ſcripſi in l. Paulus. infra eo.

Tutor perſonæ & rebus datur.

¶ *Cum verò dicimus, quod dedi, aut donaui, vtraque continemus.* Eſt aliud exemplum, quando diſiuncta pro coniuncta capitur, ſcilicet quando ponitur inter genus & ſpeciem, vt hic: nempe, quod dedi, aut donaui ſic exponitur, quod dedi, & donaui confirmo: vel aliud verbum addatur. vtrunque enim continetur. & ſic dare accipitur pro donare, vt fortuna aliud dedit, in l. ſi is qui in aliena. §. quod ſi ſeruus. ff. de acqui. rer. domi. & l. 1. de precar. ibi, qui donat, ſic dat, ne recipiat.

Donare quid.

¶ Donare tamen proprie quis dicitur, quando ex mera liberalitate dat, & nullo cogente imperio, l. donari. infra tit. prox. & l. donari. ff. de dona. quãuis gl. aliter exponat in l. Neteníus. ff. de re iudic. Et lites donatas, id eſt ceſſas (quia cedendo donãtur) non debet fiſcus ſuſcipere, l. res quæ. §. lites. ff. de iure fiſci. Inde prævaricatores eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, l. prævaricatores. infra eo. & Iuriſc. interdum concedere & donare adiungunt, in l. 3. ff. ſi libert. ingen. eſſe dicatur. Et hoc recepit phraſis Gallica, ſic dicens, *donner & ottroyer*, quaſi *donner* ſit petenti: *ottroyer*, non petenti, ſed vltro concedenti.

Lis donata pro ceſſa.

¶ Dari verò dicitur ex quocunque alio contractu, l. ſi debitor. §. 1. ibi, vel donet, vel in dotem det. ff. quib. mod. pignus ſoluitur. l. iubemus. ibi, cuiuſpiam liberalitate donati, alióve titulo dati. C. de præpoſ. ſacri cubicul. libro 12. vbi etiam Lucas. & in l. fina. poſt gloſ. de cenſib. libro 11. l. intantum. in fin. cum l. ſeq. ibi, & putem omne omnino, quod propter emptionem vel dedit, vel permutauit, vel compenſauit eo nomine: nam & is dediſſe intelligendus eſt. & l. vtique. ff. de liberal. cauſ. facit l. ſi ego. 1. ff. ſi certum peta. ibi, quaſi donaturus dedero. & l. ſi tibi. ibid. paſſim tamen ſæpius vnum pro alio ponitur. l. cum in corpus. in fin. ff. de acquir. rerum domi. vbi quod dixerat donandi, poſtea dixit dandi. Et hoc probat l. 1. de donatio. & l. inter donum. infra eo. vbi donum à dando, vel à donando dicitur: & ſic non ſit differentia. Imò verbum dare generale eſt ad omnes contractus, & cauſas pertinens, l. 1. in princip. ff. depoſ. vt inferius apparebit. hoc probat Alex. conſi. 7. attentis. col. 4. nu. 14. in 7. vol. poſt Bal. in l. non ambigitur. ff. de legib.

Dare quid ſignificet.

¶ Ideo dicimus, dare eſt dominium transferre: nempe qui promittit dare Codicem, tenetur dominium illius transferre, §. ſic itaque. Inſtitut. de actionibus. & l. quę de legato. ff. de legatis primo. l. in fiſci. de iure fiſci, ibi, ſi modo pretium vel modicum dederint. intelligite autem quãdo verbum dare ſolum eſt: nam ex adiuncto eius declaratur intellectus, vt ex ſequentibus verbis apparebit, vt dare cõmodati nomine, &c. Veluti datur interdum aliquid ob cauſam, puta quod filius emancipetur, qua cauſa ceſſante repetitio competit, l. 1. 2. & per totũ. ff. de cõdi. cauſ. data. & C. de condict. ob cauſ. dato. qui tituli ad idẽ tendũt. Donatur ſine cauſa, & liberaliter, Alexand. in l. ſi pecuniam. col. 6. ibidem: & vocatur donatio ſimplex, in authen. ex teſtamento. C. de collatio. Inde Epiſcopus dare præbendas dicitur, non donare, quia ſine cauſa beneficia non debet conferre, id eſt niſi idoneis, c. graue. de præb. elucidaui in præfa. ad rub. de collationib. in concorda. poſt gloſſ. notab. in cap. fin. 23. q. 6. quam ſingul. no. Barba. in ca. cum acceſſiſſent. col. 4. de conſtit. quia non ex mera liberalitate dat, licet liberalitas ſit reſpectu illorum, quibus beneficia conferuntur, vt ſcribit glo. in cap. relatum. de præb. & in cap. quamuis. 1. illo titul. in 6. putarem tamen nullam vel admodum paruam liberalitatem eſſe in menſibus nominatorum, cum teneatur conferre nominatis antiquioribus. §. ſtatuimus. 1. vbi ſcripſi, de colla. in concord. Franciæ. Collatio verò facta non reuocatur prætextu ingratitudinis, doctores in cap. fin. de dona. Dec. in d. c. relatum. nu. 4. quia collatio non eſt mera donatio, licet interdum vocetur donatio, c. propoſuit. & cap. quia. de conceſsio. præb. vide in praxi benefic.

Dare eſt dominiũ trãsferre.

Cum cauſa dãtur, & ſine.

Donatio ſimplex, quæ non habet cauſam, dicitur.

Cõferri beneficia ſine cauſa non debent.

Collatio prætextu ingratitudinis non reuocatur.

¶ Item dare, ius directum ſignificat, per textum in §. ſic itaque. Bar. in l. ſi ita legatum. ff. de lega. 1. Bal. nominatim in l. fina. columna vltim. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſiue in prima perſona, ſiue in tertia fuerit expreſſum, teſte Gomeſ. in d. §. ſic itaq. vnde qui eſt obligatus ad dandum, ipſe dare debet, & non alius, qui non poteſt transferre dominium: nam tradere diceretur, & non dare. doctor. in l. vbi autem. §. finali. ff. de verborum obligatio. non enim

Dare, ius directum notat.

videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt, l. non videntur. ff. de regulis iuris.

Solues pro alio illum à pœna liberat.

¶ Quod non procedit in pœnis, nempe in eis vnus pro alio soluens eum liberat à pœna. Bar. & alij in l. 4. §. Cato. ff. de verborum obligat. & fauore libertatis, per text. in l. si statulibera pœnæ. §. si quis non dare. ff. de statuliber. Si tamen ego traderem rem meam Titio, vt daret Sempronio, tunc etiam dare videor, & proprie, vt tradit Bal. in l. 1. colum. 2. vers. in mandante. C. de seruis fugitiuis. nam quando meo nomine & voluntate alius dat, ego breui manu dare videor, arg. l. singularia. ff. si cer. pet. l. 2. §. pen. ff. de dona. sumẽdo argumentũ à contrario. & ideo Iurisc̃ōsultus promiscue his verbis vtitur in l. 1. & per totũ. ff. de dona.

Dare pro concedere.

¶ Præterea dare concedere est, l. si pater filio fami. liberam peculij administrationem dederit, non videtur hoc ei concessisse, vt in fraudẽ creditorum alienaret. ff. quæ in fraudem creditor. l. 3. de censib. vbi primò concessam dicit immunitatem, & postea datam, l. alienationis. ibi, optionem intra certum tempus datam non amplectitur. supra eod. l. diuus. ibi, nec morbo eius danda venia. de offic. præsid. l. penult. de officio eius. l. tempus. de re iudic. l. debitoribus. ibidem. l. 1. de cessio. bonorum. l. 1. in fin. ibi, signúmve dederit. ad leg. Iuliam maiesta. l. inter. de interdict. & relega. parcissime dare commeatum is, qui præest armato, debet, l. officium. §. 1. ff. de re militar. & alibi sæpius.

Dare bonorũ possessionem.

¶ Dare bonorum possessionem, idem, l. 1. ff. de iurisdi. omnium iudic. & bonorum possessio data est, in l. 1. ff. quorum bonorum. ibi, ex edicto meo illi possessio data est.

Dare pro indulgere.

¶ Dare, indulgere, quod fere in idem reincidit. Inde tutoris datio ei soli competit, cui nominatim vel lex, vel Senatusconsultum, vel Princeps dedit, l. muto. §. datio. ff. de tutel. iuncta l. 1. ibi, ob meritum indulserit. ff. de consti. Princip. §. sed quod Principi. Insti. de iur. nat. l. si procurator. ibi, si ab eo, cui ius distrahẽdi res fisci datum est. ff. de iure fisci. hinc datum à Principe beneficium, l. simile. & l. magistratus. ff. ad municipal. iuncta regul. in dultum. de regul. iur. in sexto.

Dare pro tradere.

¶ Item pro tradere, l. Sempronia libellos composuit, quasi datura centurioni. ff. de furt. vbi primò dicit dare, & postea tradere. facit §. nunc admonendi. quibus alienar. licet. in Institut. l. si tibi rem vendendam certo pretio dedissem. de præscript. verb. l. Cassius. de solutio. l. prætor edixit. §. 1. de iniur. l. si ego. de negot. gest. versicul. ego hac mente pecuniam procuratori dem.

Dare pro reddere.

¶ Det, id est reddat, exponit glo. in l. 1. ff. si cui plus quam per legem Falcid. quod probat §. Iulia. & §. seq. ac §. hæc verba. ibidem, & l. si mulier. C. de iure dotium. vbi quod in principio dixerat det, in aliis locis reddat.

Dare pro commodare.

¶ Dare, commodare est, l. si vt certo. §. nunc videndum. 1. ff. commod. ibi, & forte res æstimata data sit. & hoc quando profertur in illa materia: quamuis soleat exprimi dare commodato, vt ibidem est videre. Et dare depositi nomine, deponere, tradere causa depositi, l. 1. & per totum. ff. depos. & tunc cum adiuncto profertur.

Dare pro permittere.

¶ Dare, permittere, vel concedere, l. 3. quod cuiusque vniuersita. no. ibi, nulli permittetur nomine ciuitatis, vel curiæ experiri, nisi ei cui lex permittit, aut lege cessante ordo dedit.

Dare honori.

¶ Datur honori, id est ad honorem tribuitur, l. semper. §. conductores. ibi, non honori conductorum datum, &c. ff. de iure immunitat.

Dare negotiũ.

¶ Dare negotium vni, id est committere, l. in venditione. in fin. ibi, nam & omnes possunt locare, & vni hoc negotium dare. ff. de bonis authorit. iudic. possid. l. cum plures. ibi, ne corrumpantur rationes, vni hoc negotium à creditoribus esse dandum. l. item. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersita. no. Et cui iurisdictio data est, omnia concessa censentur, sine quibus iurisdictio explicari non potest, l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi exposui.

Data iurisdictio.

Dare aditum.

¶ Dare aditum, id est præbere ingressum, *donner entrée*, l. 1. §. hoc autem senatusconsultũ aditum etiam dedit militi, vel pagano, ad inuestigandum fugitiuum. ff. de seruis fugit. Et an quis teneatur aditum præbere quærenti rem furtiuam, videte l. requirẽdi. & ibi doct. C. de seruis fugit. Dare libellum, pro offerre, l. libertus. 2. ff. de in ius vocan. iuncta authen. offeratur. C. de litis contesta. vbi in vno dicitur dare, in alio tex. offerre.

Dare libellum.

Dare iudiciũ.

¶ Dare iudicium pro transferre interdum. l. si in rem. 3. ff. de rei vindicat. ibi, si in rem actum sit, & in heredem possessoris iudicium datum sit. iuncta l. si eum hominem. de fideiussorib. Vel dare iudicium siue actionem, est concedere, vt iudiciũ moueatur contra aliquem: veluti cum prætor actori potestatem agendi faciebat, eum ad intendendũ actionem admittẽs, l. sed & si restituatur. §. sed & si dies actionis exitura erit, causa cognita aduersus eum iudicium dare prætor debet. ff. de iudic. l. 1. de iurisdict. omnium iudic. non enim dicebat, actionem dabo, quæ est iuris ciuilis, sed iudicium: sicut bonorum possessorem facit, §. quos. de bonorum posses. in Instit.

Dare iudicem.

¶ Dare iudicem est delegare, & iudicem facere, vulgo dicimus, *donner iuge.* lege, sæpe. & lege sequenti. ff. de officio præsidis. ibi, sed eum æstimare debere, an ipse cognoscere, an iudicem

iudicem dare debeat. facit l. legatus. de offic. proconsul. l. cum prætor. de iudic. ibi, iudices autem dare possunt. l. à diuo Pio. in princip. de re iudica. l. ex consensu. de appella. & l. 1. à quib. appellar. non licet. l. 1. quis & à quo appelletur. l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. Inde datus iudex, id est delegatus, l. 2. ff. quæ sentent. l. 2. §. sed si iudex ad tempus datus. & l. vendito 1. ff. de iudic. dicam in rub. ff. de offic. eius. & in l. 1. ibid.

Dare fideiussorem.

¶ Dare fideiussorem, præstare, l. 1. & l. si decesserit. qui satisdar. cogant. l. 1. si quis in ius voca. nõ erit. ibi, si quis in ius vocatus fideiussorem dederit. l. si cum exceptione. §. Labeo. 1. quod metus caus. & l. 2. de donationib.

Dare libertatem.

¶ Dare libertatem, pro detegere. exponit glo. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iure, & in §. 1. de liberti. in Insti. sed ego exponerem pro manumittere, id est extra manum & potestatem ponere. l. verbis legis. infra eodem. Dare libertatem testamento, pro relinquere, vel præstare. l. fi. de castrensi pecul. ff. iuncto versic. à patre relictam. & l. si quis cum. quæ in fraud creditor. & l. si quis ita scripserit, de manumiss. testam.

Dare legatum.

¶ Dare legatum, id est relinquere, legare, in l. cum tacitum fideicommissum is cui datum erat, se capere nil posse detulisset. ff. de iure fisci. l. cum filius. §. variis. de lega. 2. l. cum ij. §. si eidem. de transactio. l. filius. de inofficios. testamento.

Datur procurator.

¶ Datur procurator, id est constituitur, creatur, l. 1. ff. de procurator. vbi in principio dicit constituitur, in fi. datur. l. filius famil. in princip. & l. licet. §. ea. & §. seq. ibidem. l. penul. ne quid in loco publico. l. quod si nolit. §. si plures. ibi, dare vnum procuratorem. ff. de ædilit. edicto. l. qui populari. de popularib. actio.

Dare vsũfructum. Dare dotem. Suffragium dare. Dare consiliũ.

¶ Dare vsumfructum idem, in l. 3. ff. de vsufr. vbi Iurisconsultus vtroque verbo vtitur. Dare dotem, in l. dedit. ff. de colla. bon 1. & l. pater. 2. de colla. dotis. Soci. consil. 57. casus legis. col. 2. in 1. vol. Dandum tempus, l. sin autem. §. si per filium. ff. de rei vindica. Dare suffragium, eligere, l. item eorum. ff. quod cuiusque vniuersita. no. iuncta l. præceden. quæ hoc exponit. Dare consilium pro consulere: vnde Annio consilium omnes periti iuris dederunt, l. si quando. §. 1. ff. si seruit. vindicet. item Iurisconsul. ait in l. in furti. §. consilium autem dare videtur, qui persuadet, & impellit, atque instruit consilio ad furtum faciendum. ff. de furtis.

Dare vicarios, o Dctor legens an possit filium substituere.

¶ Dare vicarios, id est substituere & creare, l. sciendum. §. legati vicarios dare non alios possunt, nisi filios suos. ff. de legationib. ex quo probatur Doctorem legentem posse substituere filium suum, licet doctrinę sit minoris. quem tex. ad hoc singularem scribit Ludouic. Roma. singular. 663. ille cuius. Ex causa tamen, & ad modicum tempus, aliàs non, sine consensu eorum, quorum interest, vt scripsi in scholastico. priuileg.

Dare dilationem.

¶ Dare dilationem, tribuere, l. argentarium. ff. de iudic. ibi, nec in hoc dilationem, nisi ex iusta causa dari. & l. notionem. §. instrumentorum. ibi, propter quæ dilatio danda sit. infra eod. l. fi. ff. de feriis. vbi quod in principio dixerat tribui, in fine dicit dari.

Dare veniam.

¶ Det imprudentię veniam, id est parcat ignorantiæ, l. senatus. ff. de iure fisci, ibi, & si errasse videbitur det imprudentiæ veniam: vel det veniam, id est indulgeat. l. cum quidam. ff. de appella. & Iuuenal. *Dat veniam coruis, vexat censura columbas.* Dare veniam in anteactum, id est pro factis & delictis antea perpetratis indulgere. l. 1. §. 1. ff. de seruis fugitiuis, ibi, his autem, qui intra 20. dies fugitiuos vel dominis reddidissent, vel apud magistratus exhibuissent, veniam in ante actum dedit. vulgo, *pardonner de ce qu'est faict par auant.*

Dare nomen. Dare diem.

¶ Dare nomen in aliam militiam, id est inscribi in alia militia, *se faire enroler en vne autre bande*, l. qui cum vno. §. qui post desertionem. ff. de re militar. vel dare se militiæ, est inscribi in militia. §. ad tempus. ibidem. vbi vide Budæ. & in titul. de offic. consul. & qui controuersiam status patiuntur, licet re vera liberi sint, non debent per id tempus nomen militiæ dare, l. qui status. & l. fi. ff. de re militar.

¶ Dare diem, id est assignare, præstituere, l. si debitori. ibi, dandumque diem. ff. de iudic. vbi scripsi, dando nouum intellectum Tholosæ, quando in transitu ibi illam legem declaraui, publicè interpretando: & in l. si legatum. de oper. public. vbi dicitur præfinire, & dare diem. l. certum. §. dabitur. de confess. Inde datas actiones, id est assignatas exponit glo. in l. quæ pater. 1. ff. famil. ercisc. l. si vnus. §. pactus. ibi, tempore legibus dato dos reddatur. de pact.

Dare in sortẽ.

¶ Dare in sortem, & pro vsuris, est soluere tam pro principali debito, quàm pro vsuris, l. creditor. §. cum de sorte data. ff. de solutio. ibi, respondi, si is qui dabat in sortem se dare dixisset, vsuris non debere proficere.

Dare actorem.

¶ Dare actorem, est syndicum creare, & constituere, l. 2. ff. quod cuiusque vniuersita. no. ibi, si municeps ad agendum det actorem. Datur actor, qui nostro nomine agat, scripsi in l. Labeo. 2. supra eod. Dare tutores idem, l. tutelas. ff. de capit. deminutio. l. 1. de testamen. tutel. sic intelligitur in rub. Insti. qui testam. tutor. dari possunt, & C. illo titul. Ita quoque dicimus dare curatorem, vt in rub. ff. de curator. bonis dando, id est de creando curatore bonis videlicet vacantibus, seu quando non est, qui ea administret, l. 2. ibi, & vt curator detur. ff. de feriis.

Dare tutores, vel curatores.

Dare gratiæ. ¶ Dare gratiæ, est in gratiam alicuius quicquam facere, l.3.§.1.ff.de arbitris.ibi, vel gratiæ dantem, vel sordibus corruptum.

Pietati operã dare, reipubl. castris, &c. ¶ Dare operam pietati, id est pietatem exercere, l.1.ff. de appella. recipiend. ibi, sed cum mater filij rem per sententiam versam animaduertere prouocauerit, pietati operam dando. Dare operam reipubl. id est deseruire vtilitati publicæ, laborare pro republ. in l.1.§.læsum. & l.si qua.ff.ex quib.caus.maior. Dare operam castris, id est militare, l.3. ff. de munerib. ibi, his, qui castris operam per militiam dant, nullum municipale munus iniungi potest.

Dare operam ad iudicãdum, vel iudicio. ¶ Dare operam ad iudicandum, id est iudicare, causam forensem tractare, l. penul. ff. de vacatio. & excusa. muner. ibi, prætor eos, quoscunque intelligit operam dare non posse ad iudicandum, pollicetur se excusaturum. Iudicio operam dare, idem, l. si longius. ff. de iudic. ibi, si forte occupatio aliqua iudicem non patiatur iudicio operam dare, &c.

Data opera. ¶ Data opera, id est ex industria, & proposito, non fortuito casu. l.& qui data opera. ff. ex quib.caus.maior. facit l. item si obstetrix. in fi.ibi, qui tamen data opera iaculatus est in eum. & l.si ex plagis.§.1.ff.ad legem Aquil.

Dare operam. ¶ Dare operam pro niti, procurare vt quid fiat, l.1.in princip. ibi, quive cum magistratus esset, publicove iudicio præesset, operã dedisset, quo quis falsum iudicium profiteretur, vt quis innocens condemnaretur. ff. de sicariis. Dare filiam nuptui, vel in matrimonium, est eam collocare matrimonio. §. incertis. de lega. in Insti.

Dare filiam nuptui.

Commeatum dare. ¶ Dare commeatum, est concedere facultatem ad tempus à militia, exilio, aliove ministerio recedendi, quam præbet Imperator, vel præpositus inferiori eundi, quo velit, ad præscriptum diem reuersuro: vulgo, *licence & congé d'aller & venir*. Et cõmeatus dari dicitur, quãdo conceditur tempus, quo ire quis & redire possit. Vnde nemo potest commeatum, remeatúmve dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa, l.relegati.in fine.ff.de pœnis, id est nemo potest relegato facultatem eundi & redeundi concedere, nisi Imperator, vel Rex Franciæ, seu alius Princeps ius habens imperij supremum in suo Regno.

Dare pignori. ¶ Dare pignori, est rem causa pignoris obligare, l.plebs.§.1.infr.eo, l.seruum filij.§.si idem. ff.de lega.1.l,si.mater.§.fin.ff.de excep.rei iudica.l.duobus. ibidem, l.an vitium. de diuers.& tempor.præscrip.l.apud.§.item quæritur. 2. de dol.excep.l.rem.& l.seq.famil.ercisc und.l.si ex duobus.in fi.de in diem adictio.

Dare hypothecæ. ¶ Dare hypothecæ, pro obligare, hypothecare. l.grege.ff.de pignor.l.2.de pignorat.act. l.per seruum. de acquir.rerum domi. & interdum res pignorata, id est pignori obligata ex conuentione partium dicitur. Capitur res pignori, id est pro executione rei iudicatæ, l.à diuo Pio.§.quod si res.ff.de re iudica. nempe pignus dicitur vna significatione res, quæ capitur pro executione sententiæ definitiuæ, d.l.à diuo Pio.& iuris interpretes in §.item Seruiana. de actionib. in Insti. abunde scripsi in tract. de senten. executo. artic.11.& seq. in 1.tom. commen. in consti. Reg. Vel pignori capi res quoq; dicitur, quando mihi datur in pignus, & ego ea causa capio. dicam in l.plebs.§.pignus. infra eodem.

Capere pignori.

Dare mutuo. ¶ Dare mutuo, vel mutuam pecuniam dare, est mutuare, l.1.& 3.ac per totum. ff. ad senatusconsul. Maced. l.vlt. in fin. de donatio. inde mutui datio, in l.2.§.mutui datio. ff. si certum peta. l.sed Iulia. §. mutui datio. ad Macedon.

Dare ad opus publicum. ¶ Dare ad opus publicum, id est deputare, & operi publico destinare, ac condemnare ad illud. l.annonam. ff. de extraord. criminib. §. pœna. ibi, interdum & relegari solent, & ad opus publicum dari. l.penul. de variis & extraor. cognitionib.

Dare in metallũ, vel in opus metalli. ¶ Dare in metallum, id est damnare ad fodiendum terram ex qua metallum eruatur, l. 3.§.si in metallum datus in integrum restitutus sit, perinde est ac si nec damnatus fuisset. ff. de munerib. & honor. l.in seruorum. ibi, in metallum dati sint. l.aut damnum. §. est pœna. cum §.sequen. ibidem. vbi in vno loco dicit dare, & in alio damnare. l.quidam. & l.in metallum. ac l.capitalium. ff. de pœnis. l. deferre. §. item damnati. de iure fisci. l.mulier in opus salinarum ob maleficium data. ff. de captiuis. Et inter eos qui in metallum, & eos qui in opus metalli damnantur, differentia est in vinculis tantum. Nam qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis puniuntur: qui in opus metalli, leuioribus. d.l.aut damnum. §. inter eos.

Metallarij qui. ¶ Inde metallarij, seu metallici dicuntur, qui sic damnati sunt: vel pro metallorum effossoribus, seu his qui in metallis operantur, vt in toto titul. de metallar. lib.11. C.& in d. l. aut damnum. Etiam metallicus adiectiue dicitur, ad metallum pertinens, vt natura metallica.

Dare ad bestias. ¶ Ad bestias dare, pro damnare, in l.quod ad statutum. iuncta l.ad bestias. ff. de pœnis. l. Lucius. de appella. l.1. de priuileg. veteranor. & l.3. vbi in vna dicitur dare, in altera damnare, ibidem. l.qui cum vno. §. ad bestias. ff. de re militari. In ludum enim venatorium damnare reos veteres solebant: id est in exercitationem feras in theatro conficiendi damnatos addicere: & qui in uiti sic instituebantur in venatione, ad bestias damnati dicebantur, teste Budæo in secund. annotatio. ad Pandectas. Vnde prohibitum erat dominis, ne seruos suos ad pugnandũ cum bestiis traderent suo arbitrio, & sine iudice: imo etiam erat eis prohibitum,

tum, ne suos venderent seruos, vt cum bestiis pugnarent. Alioqui non solum qui vendebat, verum & qui comparabat, mulctabatur, l.circuncidere. §.1.& seq.ff. de sicar. l. quicunque. de fals. l.domini. de contrahend. emptio.

Dare causam edicto. ¶ Dare causam edicto, est causam præbere constitutioni faciendæ. l.1.§. origo verò introducta est à Calphurnia improbissima fœmina, quæ inuerecundè postulans, & magistratum inquietans, causam dedit edicto. ff. de postuland. c.cum infirmitas. de pœnit. & remissio. Alcia. tamen li.2. parerg. c.37. ait illam mulierem dictam fuisse Afraniam, non Calphurniam. sed vtcunque sit, vt ibi forte dicetur, ob hoc iuris non mutatur decisio.

Dare edictum, electionem. ¶ Dare edictum, facere, cõstituere, l.edictum, quod à successore datum est. & l. nonnunquam. ff. de iudic. dare electionem, in l.heres. ff. famil. ercisc. hoc notum est. exemplum dare, l.ceteræ. ibidem.

Dare causam delatori. ¶ Dare causam delatori, est accusandi occasionem præstare, l.seruus. in fi. ff. de pœnis. ibi, eos quoque delatoris pœna ex sententia Senatusconsulti teneri respondi, qui per suppositam personam delatori causam dederunt.

Dare debitũ. ¶ Dare debitum, pro soluere, in l. si pœnæ causa. §. 1. ff. de condict. indeb. vbi quod prius dicit dare, postea dicit soluere. Et dare portorium, vide in lege, in lege Censoria. infra eod. vbi exponetur.

Dare in solutum. ¶ Dare in solutum, l.cum hi. §. si quis de alimentis. de transactio. ff. id est soluere, vel rem solutionis gratia præstare: vulgo dicimus *donner en payement*: pro soluto dicit Imperator in l.si prædium. C. de euictio.

Dare probationes. ¶ Dare probationes, pro subministrare, l.1.§. penul. ibi, dando probationes. ff. ad Turpil.

Datur sententia, dicitur, profertur. ¶ Datur sententia, id est profertur. l.si perlusorio. §.1. ibi, secundum aduersarium sententia datur. ff. de appella. Et data sententia, id est prolata, in l.si expressim. ididem. Alibi dicere sententiam ait Iurisconsul. in l.dicere sententiam. ff. de arbitr. l.si pars. de in officios. testam. l. duo iudices. de re iudica. l. sæpe. vbi primo dicitur sententia dicta, postea data. Et Galli dicunt *donner la sentence*, vt scripsi in artic.1. tract. de senten. prouisio. & artic.2. de senten. exe cutor. in 1. tomo comment. in consti. Regias Galliæ.

Dare sententiã executioni. ¶ Dare sententiam executioni, id est mittere executioni, l.non distinguemus. §. Iulia. ff. de arbitr. ibi, vetare debet prætor sententiam dicere, nec dare dictæ sententiæ executionem.

Rem vtendam dare. ¶ Dare rem vtendam, est concedere, vt quis re vtatur, l.si quis rem, quam vtendam dederit, vendiderit. ff. de acquir. possessio.

Dare medicamentum. ¶ Dare medicamentum, est præbere, l. item si obstetrix. medicamentum dederit, vnde mulier perierit. ff. ad legem Aquil.

Damnũ dare. ¶ Dare damnum est inferre damnum, l.si familia. ff. de iurisd. omnium iudic. ibi, quem admodum cum plures serui iniuriam fecerunt, vel damnum dederunt. l. furiosus. ff. de actionib. & obligationib. l.1.§. proinde. si is qui testam. liber esse iussus fuer. iuncto §. sed & in omnibus. ibi, probare damnum datum dicit non solum, quod facto fit, sed negligentia, vel alias quomodocunque damnum immineat.

Dare venenũ. ¶ Venenum dare est porrigere, l.eleganter. §. non solum. de dolo. ibi, venenum ei dedit. l.1.in fi. ibi, qui emit venenum, vt patri daret, quamuis nõ potuerit dare, punitur. de sicar. Et dare venenum pro medicamento, in l.qua actione. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. & in l. Titio. ff. ad municipal. primò dicitur dare, postea porrigere.

Dare pro capite serui. ¶ Dare pro capite suo dicitur seruus, quando pro se alium tribuit, qui in eius locum seruiat domino volenti, l. seruus domino suo ancillam, quam furripuerat, pro capite suo dedit. ff. pro emptore. & sæpius hac phrasi Iurisconsul. vtitur, exprimendo caput pro corpore, vt scribam in l.pronuntiatio. in fi. infra eodem.

Dare operas in publico. ¶ Dare operas in publico est præstare operas in actu, vel in opere publico, l. miles. ff. ex quib. caus. maior. ibi, qui operas in publico, quod vectigalium causa locatum est, dat, reipublicæ causa non abest.

Curam dare. ¶ Curam dare, id est committere, l.qui mittuntur. ff. ex quib. caus. maior. ibi, qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent, aut legendi curam darent, reipub. causa absunt.

Dare se hostibus. ¶ Dare se hostibus, est dedere, quod vulgo dicimus, *se rendre aux ennemis*. l. postliminio. ff. de captiuis, vbi postliminio carent, qui armis victi hostibus se dederunt. Quæ lex hodie non haberet locum. neque enim, si parta victoria & rebus omnibus desperatis, quidam se dedant hostibus, arbitrarer eos soluto redemptionis pretio redeuntes priuari iure postliminij: diuersum est si sine causa se hostibus dedissent, & absque necessitate.

Dare seruum noxæ, dedere noxæ. ¶ Dare seruum noxæ, est tradere seruum pro delicto commisso à seruo: nã dominus tenetur, vel damni soluere æstimationem, aut dare seruum, vel animal pro noxa, l.1.§.& cum. versic. plane. ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. l.si hominem. de solutio. & per totum titul. ff. de noxal. dicam inferius in l.plebs.§. fi.

¶ Et idem est dedere noxæ, l.2. ff. de priuat. delictis, l.si seruus nauem. ff. de furt. l.vna. furti aduers. nautas. & l.1.si famil. furtum fecisse dica. l.1.in fi. si ex nox. causa agatur. Vel dedere in

re in noxam.l.1.§.cum arietes.ff.si quadrupes pauper.feciſſe dicatur. Inde noxæ deditio, actus dandi,l.2.§.ex hac actione noxæ deditio,&c.ff.vi bonor.raptor.l.1. ne quis eum. ibi; ſine noxæ deditione.l.poteſtatis.infra eod.

Dare magiſtratum.

¶ Dare magiſtratum Princeps debet,id eſt gratis deſignare, & tribuere, l. quidam. in fi. ff.de re iudica.ibi, Princeps enim qui ei magiſtratum dedit, omnia agere decreuit. Sed hodie mundum tanta inualit ambitio, vt paſſim emantur omnia fere officia:quod eſt dolendum,& ambitioſis valde pernicioſum:& ſi non eſſent emptores, venditores nulli adeſſent.

Iudicium dabo, vel actionem.

¶ Iudicium dabo,vel actionem decernam, concedam. Et dare actione cenſetur prætor, quando actorem ad agendum admittit,l.1.in princip.ibi, iudicium dabo.iuncto §. ait prætor. ibi, quoniam famoſa actio non temere debuit a prætore decerni.ff. de dolo.l. 2. ff. de orig.iuris,vbi Budæ.facit l.2.ibi,decernendam actionem.iuncta l.id quod. vbi in vna l. penitur dari,in alia decerni:de conſti.pecunia.ſic intelligitur l.1. cum l. ſeq. ff. commoda. l. 2. dum ait,iudicium dabo.& l.4.vi bonor.raptor.l.3. de legationib. l. in furti. in fi.cum l. ſeq. ff.de furtis.l.ſi ita ſtipulatio.de operis libertor. l.fi.quod falſo tutore authore geſtum erit.l. fi.quæ in fraud.creditor. l.1.de aleæ luſu. l.qua ratione. §.1.ibi, vtilem actionem dari. de acquir. rerum domi.l.in laqueum.in fi.ibid.l.1.in fin.de contrar.actio.tutel.l.fi.de re iudica. l. paterfamil. de priuileg.creditor.ibi,actionem non daret.Et danda ſit actio, l. 2. in fi. de curator.bonis dand.l.1.ff.quę in fraud.creditor.l.qui autem.§.in hoc.ibi,actio erit danda. ibidem.l.fi.§.ſi vero.& §.penul.& ſeq.ibidem,l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.ibi,domino actionem dandam.ff.de furtis. l.1.ibi , in duplum dat actionem. de tigno iniuncto. & ibi danda eſt ei actio.l.1.arbor.furtim cęſarum.ibi,dandam actionem.l.3.ibi,centum aureorum actionem dabo.de ſepulchro viola.l.ſi apud.ff. de minor. &aliis infinitis in locis.Interdum pro eodem Iuriſconſultus indulgendam actionem dicit,in l.1.§.& generaliter.ibi,eo caſu actionem indulgendam.ff.ſi is qui teſtamen. liber eſſe iuſſus fuerit. Dandam actionem, l. iuriſgentium.ff.de pactis.in princip. vbi tunc dicitur actio datiua per doct. quando non habet præexiſtentem materiam,ſed lex eam dat. Natiua eſt, quando ex obligatione naturali & ciuili naſcitur:& pro hoc facit l.1.in fi.ff.quod iuſſu.l.2.& l.grege. §.creditori. de pignorib.l.fi.de liberal.cauſ.l.cum mota. C.de tranſact.vbi Decius pulchre loquitur. Ego tamen dicerem parum verbis Iuriſconſultorum congruere , vel potius ſuperfluam eſſe præfatam actionum diuiſionem. Quippe datur omnis actio, aut à lege ciuili,aut prætoria.§.1.& §.ſed iſte.Inſti.de actio. ideo Iuriſconſulti dicunt actionem dari : verum quia hæc actio non datur à lege,niſi præexiſtente contractu,vel quaſi,maleficio,vel quaſi, hæc ſunt quæ vice materiæ funguntur,& quæ pariunt obligationem,& eam actionẽ,l.licet.§.ea obligatio.de procur. ſiquidem omnes actiones & obligationes naſci decet ex aliqua cauſa, vt l.1. de action. & obliga.nam cum nulla ſubeſt cauſa, nulla datur actio.d.l.iuriſgentium.§. ſed cum nulla. Item omnes actiones à iure ſunt datæ & introductæ,l.2. de orig.iuris. ff. Vnde non minus vna natiua vel datiua quàm altera dicetur,& promiſcuus eſt horum verborum vſus, vt ex ſeq.conſtat,l.ſi eo loco.§.fructuarius.ibi,& ideo de dolo actionem dandam.ff.ſi ſeruit.vindicetur.l.2.ff.ad legem Iul.repetund.ſic dicit:Datur ex hac lege actio.& in l.2.§.fi.qui ſatisd. cõgant.Actionem dat prætor.l.ſicut.quod cuiuſque vniuerſita.no. l. in heredem.in fi.& l. ſi quis. de calumnia. l. quod autem. ibi, ad perpetuo dandum actionem pertinet. ff. quod metus cauſ.l.& eleganter. l.heredibus.& per totũ , de dolo .l.1.§.non autem ex omni cauſa prætor dat in exercitorem actionem. de exercitor. action. Inde dicitur , actionem dabo, in l.ſi quis id quod.ff. de iuriſdictio. omnium iudic. & ſuperius iura multa conformia adduxi,quæ ſi non ſufficiant,habes l.ſi quis.§.ſi impubes.ff.de inſtitor.actio. l. liber homo.§. an ſi iuſſu.ff.de acquir.rerum domi.l.cum ex cauſa.de re iudica.l.ſi victum.& l.ex contractu. ibidem. Ideo arbitror omnes actiones habere præexiſtentem materiam : nam ſine cauſa,vt dixi,non datur actio,nec obligatio.d.l.iuriſgentium. in princip. & §. ſed cum nulla. l. 2. §. circa. de doli excep.& in rub. quarum rerum actio nõ detur.ideo legos dicentes actionem dandam,vel non dandã,debent intelligi concedendam, decernendam,vt ſuperius dixi,ſeu tribuendam, vel nõ concedendam, vt declarat l.pactum.in fi.ibi,dicendũ erit actionem eis concedendam. ff. de pollicita. l.vt fideiuſſor.ff.de fideiuſſor.non vt doct.intelligunt,quod propter hoc ſit datiua,eo quod lex eam dat, vt probat l.negotiorũ. ibi, dandam eſſe vtilem actionem.ff. de appella. l. fin. ſi quis cautionib. l. ſi cum emptore. ibi, actiones dandas. de pactis.facit l.ſi quis vxori.§.ſed ſi ſeruo.ff.de furtis.vbi eſt caſus notandus,quem in forenſi iudicio vſu venire vidi,hoc quo ſequitur modo: Cum doctor haberet quendam tractatum ſeu librum, quem compoſuerat, famulo perſuaſum eſt à quodam , vt illum tractatum deſcriberet,& illi tranſcriptum daret, cui famulus annuit pecunia data. Quæritur quomodo & famulus & perſuadens puniri debeant. tex. dicit,actionem ſerui corrupti in perſuadentem dariſſ verò famulus deſcripſiſſet abſque vlla perſuaſione , de dolo actionem dandam. Et iſte eſt verus, vt reor, intellectus: licet gl. aliter ibi intelligat. facit l. ſed etſi vnius. §. quod deinde.ibi,dandam actionem.de iniur.l.ſi poſtulauerit.§.ſi liber actionem vtilem ipſi dandam.

Natiuæ actiones & datiuæ idem ſignificant.

Famul⁹ deſcribens libri ſui dom.& tranſcriptum alteri cõcedẽs, quomodo puniatur.

dam. de adulter.

l.cum mota.datur intellectus.

¶ Nec re fragatur l. cum mota. C. de tranſaction.quia ibi erat materia, nempe tranſactio, quippe renuntiauerat querelæ mater, vt aduerſarius aliquid daret, quod poſt factam aduerſarius renuntiationem dare noluit.ideo tex.ibi dicit,ſi promiſſum fuerit per ſtipulationem actio ex ſtipulatu naſcitur: ſi verò non interuenit ſtipulatio , tunc actio præſcriptis verbis datur à lege, mediante ſcilicet negotio geſto : nam ſine negotio, id eſt abſque illa conuentione,lex non daret actionem, alias eſſet iniqua. Sicut enim deus dat incrementum & fructum ſubſiſtente materia,vel fœmine, ex quibus naſcitur fetus, & partus, & fructus: ita lex dat actionem mediante negotio geſto, contractu, vel maleficio , vel quaſi, ex quibus actio naſcitur : vel ſubſiſtente cauſa,vt in l.1.ff.finium reg.vbi datur illa actio, vt alieno quis abſtineat, & ſuo contentus ſit.l. ſi irruptione. ibidem : & pro vindicatione rei eſt illa actio, d.l.1. Et naſci actio dicitur,licet materia extincta eſſet,l.ſi cum quis.in fi.ff.de furtis,vbi naſci per metaphoram à rebus naturalibus , quæ propriè naſci dicuntur , transferimus ad actiones. Vnde l. iuriſgentium. in princip. dicit naſci actionem, id eſt proficiſci,emanare ex contractu, id eſt ex ipſo negotio geſto.& §. quinimo. ibi,ne ex pacto actio naſcatur.& §.ſeq.& §. quod fere.& l.legitima.ibidem.& l.ſi vendidero.in fi.ibi,actio, quæ ſtatim cum pecunia ſoluta eſt ei, qui dedit, nata eſt. ff. de furtis, l. 5. in fi.de bonis damna.ibi,humanitatis intuitu hodie nata actione.& l.ſi tibi.ibi,non naſcitur mihi obligatio.de pactis.& §.de pignore.ibi, naſcitur ex pacto actio.ibidem.l.2.ibi,itaque eo caſu vltro citroque naſcitur actio, quæ negotiorum geſtorum appellatur. ff. de negot. geſtis,& in l. 3.§.curatori dicit dandam actionem.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.& l.ſucceſſori.ibi,hæc actio danda eſt.& l.Neſennius.ibidem.l. item quamuis.ibi,quo nomine legis Aquiliæ actio naſcitur.comm. diuidund.& l.3.§. 1. ibi, competere actionem, quæ ex hoc contractu naſcitur.de condict.ob cauſ.l.ſi longius. in fi. ibi,nam ſi ei non dederimus actionem , &c.ff. de iudic. Et natam actionem dicit Iuriſconſ. in l.doli verbum. in fi. ff. de ſeruo corrupto.& l.habere licere.de cuictio.& l.ſi is qui.commod.& natam actionem,in l.ſi nõ ſortem.§.ſi decem.in fi.ff.de condict. indeb. Extingui actionem quoque dicit Iuriſconſul. ſicut naſci, in l.electio. in fin.ff. de noxal. Tolluntur actiones,in l.ſi tibi.§.1. ff.de pactis.

Naſci actio quando dicatur.

Extinguitur actio, & tollitur.

¶ Et ita ceſſabunt difficultates iamdudũ à doct. motę, an actio ſit natiua,vel datiua,cum omnis actio dici poſsit datiua, id eſt à lege , vel ciuili , vel prætoria data, præexiſtente contractu vel quaſi: maleficio vel quaſi : aut promiſcue dicetur etiam omnis actio natiua, quia ex illis lex voluit actionem naſci,ſcilicet mediante obligatione, l. licet.§.ea obligatio.ff. de procurator. Et iſti ſunt termini iurium interpretum,nõ Iuriſconſultorum, in quibus non diutius inſiſtam,quia rectius vocari poſſent actiones datæ,vel natæ,inſequendo Iuriſconſult. verba. Vnde conciliari poteſt illa antinomia deſcripta in l.iuriſgentium.in princip. ff.de pact.vbi ſi dederim tibi Stichum,vt Pamphilum manumittas,& tu manumiſeris,poſtea Stichus euictus eſt,de dolo datur actio,ſi ſciens alienũ Stichum dedi.ſi verò ignorans, datur actio in factum ciuilis, quæ vocatur præſcriptis verbis. Et in hoc fuit Iulianus reprehenſus, quia volebat actionem à prætore eſſe dandam,quod non concedit lex, poſtquam eſt actio ciuilis præſcriptis verbis. ideoque dicit d. l. iuriſgentium. ſufficere ciuilem , nec aliam eſſe à prætore dandam, nempe fruſtra daretur prætoria ciuili exiſtente. Nam ius prætorium introductum eſt,adiuuandi, ſupplendi , vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, l. ius autem ciuile.ff. de iuſtit.& iure.Sed in iſto caſu non requiritur, vt prætor adiuuet, vel ſuppleat,cum lex ciuilis in hoc plene prouiderit. ergo non dabitur actio à prætore , ſed ſufficiet illa ciuilis præſcriptis verbis. Nec variauit Iulianus in l. naturalis. §. ſed ſi dedi. de præſcrip.verb.quia non ſunt verba Iuliani, ſed Iuriſconſulti Pauli conditoris illius legis , qui refert Iulia. dixiſſe, actionem de dolo dari, quando ſciens quis dedit:& in hoc conueniunt omnes.ſed ſi ignoranter datus eſt ſeruus,tunc Paul.ait ciuilem competere.idem dicit Vlpia.in l.iuriſgentium.in qua reprehenditur Iulianus,qui dandam hoc caſu à prętore actionem affirmabat. & ſic in hoc doct. hallucinantur, arbitrantes Iulianum voluiſſe competere ciuilem: quod non eſt verum, ſed Paul.hoc dicit in d. l.naturalis. nec reprehenſionem Iulia. refert, ſicut Vlpia. in d.l.iuriſgentium.& ſic conueniunt l.iuriſgentium.& l.naturalis.quia in l. naturalis.dicit Paul.ſi ſciens quis dederit ſeruum,de dolo actionem dandam Iulia. ait , & recte:ſi verò ignorans , ciuilem in factum competere ait ibi Paul. non verò Iulia. & ſic Iulia. tantum actionem de dolo competere ait in caſu ſcientię, Paul.verò poſtea dicit in d.l.naturalis. in factum ciuilem. idem Iuriſconſul. Vlpia. dicit in d. l.iuriſgentium.referens Iulianum,in hoc reprehenſum,quod diceret actionem dandam à prętore.

Conciliatur l. iuriſgentium. cum l. naturalis.

Duo caſus ad intellectum l. iuriſgentium. & l.naturalis. diſtinguendi.

¶ Et ita notandi ſunt duo caſus : primus , quando ſcienter datus eſt alienus ſeruus , qui poſtea ſit euictus : nam tunc de dolo dabitur actio , quia dolo facit, qui alienam rem, vel pignoratam ſcienter dat. l. ſi oleum. §.1.ff.de dolo.l.1.de pignoratit.actio.Secundus caſus, ſi ignorans eum ſeruum eſſe alienum dedi , & is poſtea euictus eſt : tunc enim actio ciuilis

prçſcriptis

præscriptis verbis datur. Et hoc Iurisconsultorum communi sententia fuit comprobatum, d.l. iurisgentium. præter Iulia. qui fuit in hoc reprehensus, quod isto casu vellet dari actionem in factum à prætore. Atque hunc verum istorum iurium intellectum esse putarem: quem si paulo prolixius repetierimus, facilioris scilicet doctrinæ causa, dabitis veniam. videte quæ scripsi in d.l. iurisgentium.

¶ *Cum verò dicimus, Quod eum dare, facere oportet: quoduis eorum sufficit probare.* Describuntur exempla de soluta oratione vsque ad finem huius principij, quæ interdum pro disiuncta accipitur: vt si quis promittat, quod Titium dare, facere oportet, sufficit probare, quod Titius tenebatur dare, aut facere, ad hoc vt promittens teneatur. dicit tex. quoduis eorum sufficit probare. Et sic colligitur ex hoc tex. quod non sufficit dicere, nisi probetur. tex. in l. quæ omnia. in fi. ff. de procurator. vbi sic scribitur: Planè si dicat in rem suam se procuratorem datum, & hoc probauerit, non debet carere propria lite. l. 1. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. vide regulam, quam scripsi cum limitationibus in interpreta. l. diuus. ff. de senatusconsul. Silan. & in vniuersitate Pictauien. publicè sum professus.

Non sufficit dicere, nisi probetur.

¶ Secundò colligere possumus, quod si plura fuerint proposita, satis est vnum probare, si ad victoriam causæ illud sufficiat: alias secus, vt no. doct. in c. in præsentia. & c. licet. de probatio. c. inter. de rescrip. tex. in §. qui autem. de excusat. tutor. in Instit.

Vnum ex multis quando sufficiat probari.

¶ *Sufficit.* Quid hoc verbum significet, videamus: primò hic denotat idem, quod satis est, & in l. hæc actio heredi quidem non competit, quia sufficere ei debet, quod eam pecuniam, quam defunctus dedit, repetere potest. ff. de calumniator. l. si verò. §. si id quod. de his qui deiecer. l. 2. §. 1. de noxal. l. iurisgentium. in fi. princip. de pact. l. Papinianus. §. quoniam autem. de inofficios. testam. sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere, qualem suis rebus adhibere solet, l. socius socio. ff. pro socio.

De verbo sufficit.

Sufficere pro substituere.

¶ Sufficere pro substituere, l. proponebatur. ibi, quorum in locum alij suffecti essent. ff. de iudic. l. inficiando. §. 1. vbi glo. de furt. l. 2. §. & cum placuisset. de orig. iuris.

Sufficienter alere.

¶ Sufficienter alere est commodè, l. sed & si quid. ibi, sufficienter autem alere, & vestire debet secundum ordinem, & dignitatem mancipiorum. ff. de vsufructu: & ita sumitur Sufficere, ibi. Nam personarum cõtemplatio habenda est, hoc est cuius vitæ sunt ij, quibus alimenta relicta sunt, vtrum frugi vitæ sint hi, qui alias sibi sufficere possint, id est se commodè alere, l. cum ij. §. sed & personarum. ff. de transactio. prout etiam declaraui in tract. meo de congrua portio. q. 1.

Sufficiens substantia, & facultates.

¶ Sufficiẽs substantia est competens, ex qua sustentari quis potest, l. heres. §. 1. ff. de petit. hereditа. ibi, nisi alia est sufficiens substantia furioso, ex qua sustentari potest.

Sufficientes viri.

Sufficientes facultates, idem, in l. & si filium. ff. de muner. & honor. Sufficientes viri, pro idoneis, in l. semper in ciuitate. §. 1. ff. de iure immunita. ibi, ex ea sit ciuitate, in qua non facile sufficientes viri publicis muneribus inueniantur.

Sufficientia bona.

Sufficientia bona, quæ pro soluendis debitis idonea sunt, l. tutores. ff. de condict. indeb. ibi, nam sufficientibus bonis pupillum abstinuerunt.

Sufficiant tibi vineæ, fideicõmissum inducunt.

¶ Sufficiant tibi vineæ vel fundus, fideicommissum inducunt: sicut si testator dicat, contentus esto illa re. tex. in l. fideicommissum. ff. si quis ita. ff. de lega. 3. Suffecturus non est duabus coloniis, id est, non esset par, nõ satisfaceret, l. si in lege. §. pen. ff. locati. In summa notandum est, quod vbi in aliqua dispositione apponitur verbum sufficit, tunc nil aliud requiritur, nec aliæ personæ, vel qualitates, aut solennitates, aut actiones, quam expressæ: vnde si dicatur, sufficere aliquem esse in tali ętate, non requiretur alia, per glo. singul. in c. statutum. in princip. versic. canonicis. de rescrip. in 6. Barba. in c. quoniam. col. 8. de proba. & in clem. 1. col. 7. de electio. & consi. 6. col. 12. in 1. vol. Dec. in c. 1. no. 13. de postula. præla. sed est tex. in l. si in tres. ff. de arbitr. & l. sufficit. de condict. indeb. Corset. in singul. incipient. sufficit. l. si is qui binas. de vsufruct. l. 3. ad legem Aquil. iuncta l. quemadmodum. §. si nauis. secundo, ibidem.

Sufficit, in aliqua dispositione positum, nõ requirit aliud.

¶ *Cum vero dicit prætor, si donum, munus, operas redemerit: si omnia imposita sunt, certum est omnia redimenda esse.* Alterũ exemplũ, quando soluta pro separatis poni possunt, vel pro coniunctis: vt si patronus libertatis causa imposuerit liberto donũ, munus, operas: & is patronus postea reuendiderit ista liberto, filius patroni non habebit bonorum possessionem contra tabulas, id est contra testamentũ liberti, si nil ei relictum fuerit à liberto. l. Iulia. 1. ff. de bonis libertor. Certum est enim quod patronus in libertatis compensationem liberto operas, ac munus, id est onus, ac donum imponere poterat: iurare autem libertus statim facta manumissione debebat, vt obligaretur de soluendo imposita, l. vt iurisiurandi. ff. de oper. libertor. Si postea libertus redimebat ista imposita, demum patronus non perebat bonorum possessionem contra testamentum liberti, sed libertus habebat liberam testamenti factionem. Alioqui vel tertiam bonorum partem vel imposita eligere poterat, ad instar vxoris in hac patria, mortuo marito, l. sicut. ff. de iure patrona. si alterum redimebat, scilicet operas, certè poterat adhuc patronus bonorum possessionem petere. ideo dicit tex. quod si patronus

Patronus liberto operas, & alia imponere potest.

ista

ista tria imposuerit, tria hæc redimenda sunt: alias si vnum fuerit impositum, illud sufficit redimere, vt libertus liberam testamenti factionem consequatur, & patronus nil habeat contra testamentum illius, l. libertus qui. in 2. ff. de oper. libertor. facit l. fi. ff. de liberal. causa: & soluto matrimonio imposita libertus præstare debet, l. si verò. ff. soluto matrimo. facit rub. de succeſſ. libert. in Insti. Et quomodo cognoscitur quod omnia sunt redimenda, & quod soluta oratio pro disiuncta accipiatur? Respon. tex. ex re ergo pro coniunctis, &c. vt statim dicetur.

¶ *Operas*, de operis dicam in l. in lege censoria. infra eodem.

¶ *Redemerit*: id est recuperauerit seu retraxerit, vulgo *aura racheté*, illas operas impositas emendo, vel alias: & ita intelligitur redimere in hac materia. sic etiã dicimus redimere fundũ vel hereditatem, id est retrahere, *retirer, racheter*. l. sequitur. §. item Labeo. ibi, ex pœnitentia redemeris. ff. de vsucapio. l. an vitium. §. 1. ibi, eandem distraxisse, heredémq; eius redemisse. ff. de diuers. & temporal. præscrip. l. planè. depos. l. si rem & pretium. de petitio. hereditа. l. non satis. §. si verò. quemadmod. seruitu. amittant.

Redimere quid.

¶ Item ab hostibus occupatum redimere dicor, id est liberare, l. 3. §. si quis eum, quem ab hostibus redemit, retineat. ff. de liber. homi. exhib. l. conditiones. de condit. institu.

Redimere ab hostibus.

¶ Redimere seruum, idem, l. si pecuniam. §. item si quis. ibi, si verò iam sit emptus, pœnitẽtia non facit iniuriam ei, qui redemit. ff. de condict. cauſ. data. Captum ab hostibus si quis redemerit, protinus est redimentis, l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiuis. Hodie quid teneatur, alibi dixi, & vide l. 2. C. de postliminio reuerſ.

¶ Redemptus, liberatus, l. qui se dicit suis nummis redemptum. ff. de iudic. l. 2. C. de postlimi. reuerſ. Redempta mulier, idem, l. mulier. ff. de captiuis.

Redemptus, liberatus.

¶ Redimere delatorem, est pecunia, vel alias accusatorem corrumpere, & quasi eum, ne amplius accuſet, emere: & is pro victo habetur, l. eius qui. ff. de iure fisci, vbi primò dicit corrumpere, postea redimere delatorem. Redimere pecunia ne accuſetur, l. is cuius ope. & l. nihil. in fi. ff. de adulter. l. impuberem. §. penul. de falsis.

Redimere delatorem.

¶ Redimere sententiam, est omissa defensione dare quicquam, ne sententia feratur, l. Imperatores Seuerus & Antoninus rescripserunt: Tu qui defensione omissa redimere sententiam maluisti, cum tibi crimen obiceretur, nõ immeritò quingentos solidos inferre fisco iussus es. omissa enim ipsius causæ inquisitione, ipse te pœnæ subdidisti. ff. de iure fisci.

Redimere sententiam.

¶ Redimere iudices, est aliquid dare iudicibus, ne contra eum iudicent, & corrumpere eos, d. l. Imperatores. ibidem.

Redimere iudices.

¶ Redimere vexationem dicitur, qui iniustè vexanti aliquid dat, vt ab illa vexatione desistat: quod licet vexato, etiam in beneficialibus dare. sed peccatum est vexanti recipere, c. dilectus. 1. de simon. vbi glo. & doct. scripsi abunde in 3. parte praxis benefic. titul. de simon. in resignat. quando hoc fieri iure possit.

Redimere vexationem quã do licet.

¶ Redimere votum dicitur is, qui de superioris authoritate votum emissum aliquo modo compensat, vel implet, & sic liberat. ita intelligitur titul. de voto & voti redemp. hoc declarat Iurisconsul. in l. 2. ff. de pollicita. ibi, res enim, quæ vouetur, soluta quidem liberat vota: vt si vouerit quis semper ieiunare die Veneris, vel docere, & nunc ingreditur religionem, certe illud votum sic redimi potest, c. scripturæ. & seq. ibidem.

Redimere votum.

¶ Redimere opus etiam dicitur, qui pretio accepto opus aliquod faciendum suscepit, l. plenum. §. fi. ff. de vsu & habita. ibi, idemque si vestimenta texenda redemerit. Et veteres redimere pro conducere vsurpabant. Et redemptores in quadruplici Iurisc. sunt differentia. Quidam redemptores sunt vectigalium, qui dicuntur emptores, siue conductores, seu publicani. de quibus in l. cum qui. supra eod. l. in honoribus. ibi, non alios fisci vectigalium redemptores à muneribus ciuilibus excusari placuit. ff. de excusa. muner. l. cum in plures. §. vehiculum. loca. ibi, vehiculum conduxisti, vt onus tuum portaret, & secum iter faceres: & cum pontem transiret, redemptor eius pontis portorium ab eo exigebat, & c. l. Cæsar. de public. & vect. Item conductor ad opus vniuersum faciendum, redemptor operum vocatur, vt si ædes construendas certo pretio conduxerit, l. redemptores. ff. de rei vin dic. l. fi. si mensor falsi. mod. dixerit, l. in lege. & l. seq. §. qui ædem. loca. l. 1. vbi glo. in quib. cauſ. pig. vel hypoth. tacite contrahit. l. si ventri. §. 1. de priuileg. creditor. l. existimo. in fi. de verbor. obligat. l. 2. §. conductores. de administra. rer. ad ciuit. pertin. & in l. fi. ibidem vocatur redemptor operum. Et curatores operum, cum redemptorum negotium habent. l. 2. §. 1. de oper. public. Et redemptura, actus redimendi. l. cuicunque. §. 1. ff. de institor. action. Redemptor etiam, qui aliquem ab hostibus redimit, seu redimens dicitur, l. in bello. §. si pignori. & seq. & §. fi. ff. de capt. l. si patre. ibidem. Redemptores litium alij dicuntur, qui alienas actiones pecuniis præstitis subeunt, & suo periculo lites alienas certa pecunia mercantur, illasque pactionibus muneribúsque pellicere conantur: haud secus quam qui domos, ædificiumque faciendum, vtendumve pretio conducunt: qui etiam quadruplatores & alienæ litis interceptores vocantur, in l. litem. C. de procurat. & l. si remunerandi. §. penul. ff. imãda.

Redimere opus

Redemptores vectigalium, & operum.

Redemptores litium.

Aduocati concinnatores, qui. & l. nec quicquam. §. circa aduocatos. ff. de offic. proconsulis, vbi concinnatores eos aduocatos appellat, qui nouas lites simulatis pactionibus & caullis improbis in longum ducere moliuntur, cum sibi iure agere non liceret. Concinnare enim rem est effictis mendaciis, omnibusq; lenociniis perpolire & fucare, vt elucidat Alexand. lib. genial. 4. c. 15. Vel concinnare est apte cõficere, & quasi in arctum breueque cõlligere, quasi conuenire facere: Gallice, *accouſtrer, reparer*. Cato de re rustica c. 22. Domi melius concinnantur & accommodantur. Inde Concinnatoria vasa sunt, quibus commistiones, & compositiones penoris fiunt, l. instrumentum pistrini. item vniuersa vasa concinnatoria in penu non continentur. ff. de penu lega.

Concinnus. Concinnus, compositus & ornatus, politus, à con, & cinnus. Cinnus autem genus potionis est ex variis liquoribus confectum. vnde vina cõcinnari iubet Plinius lib. 14. c. 20. & vinum concinnum, vinum commixtum dicitur: quod maximè exercẽt caupones Parisienses. Et quia in his vasis cõcinnatoriis esculenta quædam parantur, ob id glo. in d. l. instrumentum. dicit esse vasa deputata ad coquendum.

Redemptio. ¶ Redemptio est actus redimendi, l. si patre. ibi, post mortem eius redemptionis. ff. de captiuis. Redemptio facultatem redeundi præbet. l. si captiuus. in fi. ibidem. Redemptio etiam dicitur conductio, maximè vectigalium. l. cotem. §. fi. ff. de publica. l. Cæsar. ibidem, l. in lege. infra eodem.

¶ Ignoscendum Principes censuerunt ei, qui sanguinem suum qualitercunque redemptum voluerit, l. 1. in fi. ff. de bonis eorum, qui sibi mortem conscíuerunt.

Impositæ merces. ¶ *Imposita*, quasi intra dationem seruitutis posita: nempe in manumissione hæ operæ imponi solebant, vt dictum fuit superius. itaque imponere est intus ponere. l. 4. §. fi. ff. nautæ, caupo. ibi, impositas merces in naui. l. 1. quod metus caus. l. funeris. 2. §. monumentũ. de religios. l. cotem ferro. §. dominus. de publica. inde merces imponere, l. 2. §. cum in eadem. ad

Impositi serui. leg. Rho. de iact. Impositi serui, in l. fin. in prin. ibid. & onus impositum, in l. pen. §. fi. ff. loca.

Imponere colũnas. ¶ Interdum imponere est supra ponere, l. vsufructuarius nouum tectorium parietibus, qui fuissent, imponere non potest. de vsufruct. l. si vt certo. §. plane. commoda. Imponere columnas, l. sicuti. §. 1. ff. si seruit. vindicet. pro collocare, apponere, ibi, superque eum parietem columnas structiles imponere.

Imponere pecuniam populo. ¶ Imponere pecuniam populo est indicere, imperare pecuniam, *imposer sur le peuple*. rub. de indictio. li. 10. C. Inde collectas impositiones vocamus, Gallice *impositions*: quæ nũc sunt frequentissimę per Principũ gratiã. Et imponere est sigillatim distribuere, *imposer sur chacun*.

Imponere magistrum naui. ¶ Imponere magistrum naui, id est præponere, l. 1. §. magistrum. versic. si quidem. & vers. magistrum. de exerc. actio. vbi prius dicit præponere magistrum, postea imponere.

Imponere pro decipere. Impostura. ¶ Imponere alicui est decipere: inde impostores vocamus deceptores. l. ob quæ vitia. §. 1. ff. de ædil. edic. ibi, item aleatores, vel vinarios non contineri edicto, quosdam respondisse Pompo. ait: quemadmodum nec gulosos nec impostores, aut mendaces. Et impostura, id est deceptio, l. 3. §. item si quis impostura fecerit. ff. de crim. stel. & impostura facere declaraui in l. verbum facere. infra eod.

¶ Imponere, facere immittere. l. habitator in aliena ædificia fenestras, & ostia imposuit. ff. de rei vindica.

Imponere seruitutem. ¶ Imponere seruitutem, est seruitutem rei adiicere siue cõstituere, l. ex castrensi. §. seruos. ff. de castr. pecul. l. si quis ædes. ibi, nominatim imponenda seruitus est. & l. si binarum. de seruit. vrb. præd. l. 3. & l. via. §. 1. de seruit. rustic. præd. l. 2. commun. præd. & l. si in venditione. ibidem. l. & eleganter. §. non solum. de dol. Imposita seruitus, id est constituta, l. apparet. ff. de itin. & l. 1. §. quæ onerandæ. quar. rer. act. nõ dat. l. si arborem. & l. seruitutes. §. seruitus. de seruit. vrb. prædior.

Imponere vindictam seruo. ¶ Imponere vindictam seruo, l. pen. §. pater. ff. de castr. pecul. ibi, non tamen si vt heres viuo filio vindictam seruo imposuit. id est seruo libertatem vindicta dedit, vt in rub. ff. de manum. vindic. Declarat Liu. lib. 2. ab vrbe condita, & doct. in l. 2. de orig. iur. Imponere li

Imponere libertatem. bertatem, præstare, concedere, l. verum. §. item quæro. ff. de minor. ibi, sin verò postquam dies venit, voluntas maioris venditoris libertatem imponit, ex potestate constitutionis. l. si mater. de fideicom. liberta.

Imponere decretum. ¶ Imponere decretum, decernere, statuere, l. 1. §. solent. ff. quand. appelland. sit, ibi, cum ordo tunc decretum imposuerit: vbi primò vtitur verbo imponere decretum, postea decernere, & constituere. Vel imponere decretum alienationi rerum minoris, est authoritatem interponere, vt in l. magis puto. & per tot. ff. de reb. eor. & in tit. de pręd. & aliis reb. mino. C.

¶ Imponere, applicare, l. penul. ibi, quadrans autem, qui heredi imponitur, ipsi eripiatur. ff. de iure fisci.

Imponere pro applicare. Necessitatem imponere. ¶ Imponere necessitatem, l. 2. §. legatis. de iudic. ibi, ei quoq;, qui postea prouocauit, non imponitur necessitas respondendi Romę, id est non cogitur Romæ agenti respondere. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisd. cogant. ibi, quia ipse sibi necessitatem satisdationis imposuit, id est intulit, susceptit, l. & generaliter. de noxal.

Imponere

Imponere pœnam. ¶ Imponere pœnam, l. quid ergo. §. pœna grauior vltra legem imposita existimationem conseruat. ff. de his qui no. infam. id est pœna adiudicata adiecta vltra quam in lege fuisset expressum, non inducit infamiam. facit l. aliud est fraus. §. 1. infr. eodem, vbi elucidabitur.

Imponere finẽ. ¶ Imponere finem controuersiis, finire. l. idem Pompo. §. recepisse. ff. de arbitr. Imponitur finis negotio, id est perficitur, finitur negotium. l. actione. §. item si alicuius. ff. pro socio.

Imponere mercedem. ¶ Imponi merces dicitur, l. sed ipsi. ff. de vsu & habita. id est assignari, & constitui, vel dari. Alias huius verbi phrases infinitas afferre possem, quas breuitati studens cõsulto prætereo.

Verba quomodo intelligenda sunt. ¶ *Ex re ergo pro coniunctis habentur. si quædam imposita sunt, cetera non desiderabuntur*. Colligite ergo quod ex re, de qua agitur, cognoscitur, quomodo oratio sumatur, coniunctim vel separatim. quod facit pro consulentibus, & iudicibus, vt rem ipsam de qua agitur, & verba inspicere debeant. Et iste tex. ad hoc adduci potest, quod secundum subiectam materiam vnaquæque dictio plura habens significata debet intelligi: quod docet etiam tex. in l. 1. §. diuus. ibi, ex re constituendum est. ff. de ficar. l. interdum. de verbor. oblig. vbi dicit stipulationem ex re ipsa dilationem capere. Aliquando tamen Iurisconsul. ait, ex persona colligi poterit, l. filius famil. §. nonnunquã. ff. de dona. vide in l. 2. ff. de re iudica. aliquando ex mente pronuntiantis, vt in l. alienationis. in fi. supra eod.

Geminatio quid operatur. ¶ Notandum est, quod verborum quidem interdum fit geminatio, cum res eadem pluribus verbis vno tenore ac cõtextu oratione non interpolata dicitur: vt do, dono, largior, volo, iubeo, mando: & tunc dicendum est, si id, quod agitur, ex loquentis liberalitate, vel animo pendet, & ea res geritur, cui nullum personæ, aut iuris vitiũ obstet, quominus aperte, & palam teneri possit, rem gestam ad omnem speciem, qua valere potest, porrectam esse videri, & intelligendam, vt effectum suum habeat, ne frustra sit, l. 1. ff. quod metus caus. alia vide per Iacob. Curtium in li. coniectural. 2. c. 18. & abunde Corset. in suo tract. de gemina. & per doct. in l. balliſta. ff. ad Trebel.

¶ *Desiderabuntur*: id est ea redimere non erit necesse, quia imposita tantum redimenda sunt, vt superius dictum extitit.

Desiderare pro deficere, malè exponitur in l. fi. ff. si libert. ing. esse. ¶ Desiderare interdum pro deficere sumitur, vt in l. fi. ff. si libert. ingenu. esse dicat. ibi, siue obsequiũ desideretur. & hoc no. Nebricens. in suo lexico ad leges: quem sequitur Spiegel. sed conuenientius (vt puto) ibi exponetur pro requirere, petere, prout indicant verba petantur, & intentatur, inter quæ verbum desideretur est appositum. probat etiam tex. dum dicit, Redditur autem præiudicium alterutro desiderante, & quia præiudicium & sententia non solet ferri parte non requirente, l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect. ob id præiudicium & sententia non fuisset lata non requirente patrono. ideo ibi desiderabatur, & requirebatur. verum ibi Iurisconsul. ne repeteret verbum petatur iam emissum, apposuit, obsequium desideretur. Item quia ea quæ in iudicio petimus, maxime desideramus, alias litem non subiremus, ideo desideratur res, id est quasi cum desiderio petitur, & requiritur. quod probat l. absentem. infr. eodem, & l. qui absentem. ibi, emptor desiderabat caueri sibi. ff. de procurator. non inficior tamen alibi & recte pro deficere accipi posse.

Desidero pro cupio & personas & res respicit. ¶ Ceterum desidero pro opto, cupio, & à sideribus deduci Festus arbitratur: eo quod ea quæ desideramus, optamus velut lucẽ sideris, l. fi. §. penul. ibi, si eo tempore, quo in possessionem mitti desiderabat, prætoris adeundi potestas non fuit. ff. ne vis fiat ei. l. 3. §. solent. ibi, desiderare exhiberi. de tabu. exhibend. Et quãuis regulariter ad personas respiciat, tamẽ interdũ & ad res, vt tam villæ quã agri desiderant custodiã, l. si ita. in fi. ff. de fund. instruct.

Desiderare, petere. ¶ Desidero, pro peto, requiro, postulo, l. 3. §. 1. ibi, in integrum restitutio desideretur. ff. de minor. nam solum desideriũ, nisi deduceretur in petitionem, de iure nil produceret, l. actoris procurator nõ in rem suam datus, propter impensas, quas in litem fecit, potest desiderare, vt sibi ex iudiciali actione satisfiat, si dominus litis soluendo nõ sit. & l. sed & hę. in fi. ff. de procurator. vbi desiderium nil prodesset absque petitione. l. si culpa. ff. de rei vindica. l. si verò. §. hæc autẽ. ibi, pluribus desiderantibus. ff. de his qui deiecerunt, vel effuder. l. si quid venditor. §. 1. de ædili. edict. ibi, vt si forte constantem esse affirmauerit, nõ exacta grauitas, & constantia quasi à philosopho desideretur, l. epistola. in fi. ibi, postulabatur. iuncto verbo desiderium. ff. de pact. l. nec quicquam. §. vbi. de offic. proconsul. vbi scripsi in meis nouis interpret.

Desiderium. ¶ Inde optatus ille vocatur desiderium, prout Iurisconsul. ait, Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, l. 1. §. postulare. ff. de postuland. l. professio. C. de munerib. patrimonia. lib. 10. vbi sic dicitur, Professio & desiderium inter se discrepant. nam cum philosophum te esse proponas, vinceris auaritia, & rapacitate. & l. desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. C. depos. vnde in l. omnia. de offic. præsid. glo. exponit desideria, id est negotia, quibus ipsi prouinciales desiderant iustitiam fieri. Ego exponerẽ desideria, id est petitiones & actiones, seu exceptiones, & iudicia les actus, vt videtur declarare verba tex. quæ subiicio, Omnia enim prouincialia desideria, quæ Romæ varios iudices habent, ad officium præsidum pertinent. ecce tex. si igitur expo-

neremus deſideria generaliter pro negotiis,non conueniret tex.quia multa ſunt negotia, quæ non habent iudices Romæ, nec in prouincia, & ſic non ſpectant ad iudices, ſed ad partes, veluti curare negotia domeſtica, ſeu rem familiarem. Itaque tex. vult illas actiones & petitiones, ac cauſas quæ Romæ habent plures iudices, ſpectare ad officium præſidum. Romę autem agens contra exterum actionem dirigebat prętori,qui peregrinus dicebatur: ſi verò contra ciuem, prætori vrbano. Sed in prouincia iſtæ actiones coram præſide prouinciæ tractabantur. Et iſte videtur intellectus ad illam legem. ibi abundantius tradam in meis nouis interpretationibus.

¶ Interdum pro attendere,conſiderare,vt in lege,fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili non ex euentu duntaxat,ſed ex conſilio quoque deſideratur.ff.de regulis iuris.

Deſideratus teſtis ad teſtimonium.

¶ Deſideratus teſtis ad teſtimonium, lege ſecunda, §. primo, ff. ſi quis cautionibus. ibi, ſimili modo & ſi ad teſtimoniũ deſideratus, ad iudicium occurrere nõ potuerit, ei ſubueniendum eſt. id eſt euocatus & citatus: quia teſti non citato fides non adhibetur, cap. ſecundo,de teſtibus:nec ſi ſponte ſe ingerat,ei credetur, imò tanquam inimicus recuſabitur. lege,quæ omnia.§.primo,ff.de procurator.nec diceret textus in d. §. primo, eſſe ei ſubueniendum,ſi non poſſet ad iudicium ire,niſi euocatus. Hactenus de his.

** Alias, vtrũ ex ſententia.*

§. Item dubitatum eſt,illa verba, OPE,CONSILIO, quemadmodum accipienda ſunt,ſententiæ * coniungentium,aut ſeparantium.ſed verius eſt (quod & Labeo ait) ſeparatim accipienda:quia aliud factum eſt eius, qui ope: aliud eius,qui conſilio furtum facit:ſic enim alij condici poteſt,alij non poteſt.Et ſanè poſt veterum authoritatem eò peruentum eſt,vt nemo ope videatur feciſſe,

** Alij habent, nocendi.*

niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, * niſi & factum ſequutum fuerit.

Senſus ad tex.

¶ Aduertendum eſt, quod hic §. obſcurè declarat hæc verba ſoluta, Ope conſilio, an coniunctim accipiantur,an ſeparatim.Et Labeonis ſententia erat,vt diſiunctim acciperentur:nempe aliud eſt facere furtum ope,aliud conſilio.itaq; ab illo,qui ope furtum facit,res condici poteſt:ab illo autem,cuius conſilio furtũ factũ eſt,condici res non poteſt.Sed tex. ait veteres ad id peruenifſe,vt nemo ope furtum videatur facere, niſi habeat conſilium malignum, id eſt niſi malè ſibi conſultus fuerit, à ſe videlicet,non ab alio, quia nullus ſuaſit, nullum quoque habuiſſe conſilium nocendi, vel vt noceat, niſi factum ſequutum fuerit, quia nemo plectitur ex ſolo conſilio,niſi conſultum illud executioni demandatum fuerit, Sicque poteſt fieri furtum ope, ſi quis alium iuuet ad furandum: conſilio verò, cum quis conſulit,vt furtum fiat:& ſi factum furtum fuerit,conſulens tenebitur,vt ſequitur.

¶ Ad cuius tex.& materiæ pleniorem intellectum colligite caſus ſequentes. Primus eſt, quod præſtando conſilium ſine ope non tenetur quis de illo conſilio, niſi factum conſultum ſequutum fuerit vt hic.& communiter fertur,Conſilij non fraudulenti nulla eſt obligatio, l. conſilij. infra titul. prox. vbi non habetur mentio de ope,ergo conſilium ſine ope eſſe poteſt.& qui ea mente alienum quid contrectauit,vt lucrifaceret:tamen ſi mutato conſilio id domino poſtea reddit,fur eſt,l.qui ea mente.ff.de furtis. quia nemo tali peccato pœnitentia ſua nocens eſſe deſiit,vt ibi.

Opem præſtat quis ſine conſilio.

¶ Secundus caſus eſt,quod opem quis præſtare poteſt ſine conſilio:vt ſi caſu quis aggrediatur fratrem meum, illi opem præſtare potero, licet conſilium nullum præceſſerit. probat l.ſi pignore.in fi.ibi,qui ferramenta ſciens commodauerit,ad effringendum oſtium vel armarium,licet nullum cõſilium eius principaliter ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur.ff.de furtis,& l.ſi quis vxori.§.ſi Titius.ibi,quare & opem ferre, vel conſilium dare tunc nocet,cum ſequuta contrectatio fuerit. ibidem:vbi eſt diſiunctiva vel. ergo opem ferre quis poteſt ſine conſilio, & conſilium ſine ope. facit d.l.ſi quis vxori, in princip.ibi,opem conſilium ve accommodauerit. Et ſic Labeonis ſententia vera eſſe poteſt.nam qui filio,vel ſeruo,vel vxori opem fert furtum facientibus,furti teneri ait Iuriſconſul, in l. ſi ſeruo. §. item placuit.ff.de furtis.quamuis ipſi furti actione non teneantur.Et ſic poteſt quis furti teneri ex opę præſtita, licet is, cui opem præſtitit, non teneatur. facit l. ſi quis opem furtum facienti fert,nunquam manifeſtus eſt.ff.de furtis.l.impuberem. ibidem, in fi. ibi, nec opę impuberis furto facto teneri eum. Et ita quis opem ſine conſilio præſtare poteſt. facit l. in furti. §. recte. ff.de furt.vbi ſicut nemo furtum facit abſque dolo malo,ita nec conſilium,aut opem ferre ſine dolo malo poteſt.l.3.ibi, quive opem hoſti tradiderit capite puniri.ff.ad leg. Iul.maieſta. vbi non exprimitur conſilium.

Intellectus ad iſtum text.

¶ Non refragatur iſte tex.quia intelligendus eſt,quod nemo videtur ope furtum feciſſe, niſi malignum habuerit conſilium,malignum à ſeipſo,quia malè ſibi fuit conſultus, cum opem maleficio præſtitit. Et hoc malignum conſilium nunquam deeſt in ope maleficio præſtanda:

Conſilium vel opem quando quis dare cenſeatur.

præſtanda:ſed conſilium,id eſt ſuaſionem ab alio non habuit:nempe conſilium dare videtur,qui ſuadet, & impellit,atque inſtruit ad furtum faciendũ,vel ad aliud malum.l.bonem. §.1.ff.de ædil.edic.l.merito.pro ſocio.Opem autem fert,qui miniſterium atque adiutorium ad furripiendas res præbet.Iuriſconſul.Vlp.in l.in furti.§. ope.ff. de furtis. Et ſic noſter tex. hic non dicit ſimpliciter conſilium,ſed dicit neminem furtum ope videri feciſſe,niſi & conſilium malignum habuerit,id eſt ſibi ipſi malè conſulucrit,& dolo fecerit, opem adhibendo, quam tamen opem præſtitiſſe potuit ſine conſilio alterius, id eſt ſine impulſu & ſuaſione.& ſic arbitror intelligendum iſtum tex.quicquid glo.& doct.hic iactent, quia in hoc hallucinantur. Loquitur etiam iſte tex. quando iſta verba,ope conſilio,iuncta ſunt, quod non prohibet,quin ſeparari poſsint,& tunc ſeparatim intelligentur.

Ope & conſilio,an coniunctim vel ſeparatim accipiãtur.

¶ Tertius caſus eſt,quando hæc verba,ope conſilio,in lege, vel alia diſpoſitione adſcripta fuerint,ſiue cum copula,ope & conſilio:ſiue abſque copula,tunc coniunctim accipiuntur: & vtrunque requiri probat d.l.ſi ſeruo.ff.de furt.vbi ſi ſeruo perſuaſit quis, vt fugeret, non eſt fur.ſi tamen illi fugam perſuaſerit,vt ab alio furripiatur, furti tenebitur, quaſi ope & conſilio eius furtum factum ſit.plus Pompo.ſcripſit,cum qui perſuaſerit,quamuis interim furti non teneretur,tunc tamen incipere teneri,cum quis fugitiuus eſſe cœperit, quaſi videatur ope conſilio eius furtum factum. Ecce primum cum copula ope & conſilio, poſtea ſine copula, ad denotandum vtrunque idem eſſe, niſi mens legis repugnaret, vel eſſet diuerſa ratio, vt inferius declarabitur.facit l.Neratius.§.quamuis.de ſeruo corrupto.

¶ Quartus caſus eſt,quod quædam ſunt facta, quæ includunt vtrunque,videlicet opem & conſilium: vt ſi cùm Titio honeſto & idoneo viro pecuniam credere vellem, ſubiecciſti mihi alium Titium egenum, quaſi ille eſſet locuples, & nummos acceptos cum eo diuiſiſti, furti teneris,quaſi ope tua, conſilioque furtum factum ſit. lege,ſi quis vxori. §. cum Titio. ff. de furtis. primo ibi conſuluiſti, & impuliſti vt pecuniam reciperet, item opem præſtitiſti,illum pro alio ſubiiciendo. Et ſic pro qualitate negotij poteſt vtraque ſententia ſuſtineri.Ad hæc Pompo.ait: ſi cum rebus aufugerit fugitiuus, poſſe furti actione ſollicitatorem conueniri rerum nomine,quia opem & conſilium contrectatori tulit.l.ſi ſeruo. §. idem Pompo. ff. de furt. Alibi tamen ait Iuriſconſul.in l.3. ff. de his qui no. infam.qui operas ſuas locauit, vt prodiret artis ludicrę cauſa, neque prodiit,non notatur: quia non eſt ea res adeo turpis,vt etiam conſilium puniri debeat.

Conciliatio ad text.facila.

¶ Et ſic conciliatur vtraque ſententia, prima Labeonis, quod ſeparatim accipienda ſint hæc verba,ope conſilio,ſi conſilium accipiatur pro ſuaſione alteri facta: ſi autem capiatur pro ſua mala voluntate & impulſu, tunc coniunctim accipienda ſunt. quia nemo opem ad malum præſtare videtur, niſi malum conſilium & voluntatem habuerit, & ſibi malè conſultus fuerit:& ſic intelligendo vitantur contraria:& quando hæc verba in lege vel ſtatuto ſunt poſita,fere coniunctim accipiuntur. Colligi poſſunt ex hoc tex.ſequentes vtilitates. Primo ex tex. ibi,dubitatum. quod lex debet ferri de dubio. ſimilis tex. in l.quod Labeo.ff.de Carbo.edicto.& niſi de dubio eſſet, quorſum noſtrum tam diuturnum & aſsiduum legum ſtudium?videte quæ ſcripſi in l.inter publica.ſupra eodem.

Leges de dubio ferendæ.

¶ Secundò irregularis eſt is,cuius ope,vel conſilio homicidium factum extitit, capitulo, ſi quis viduam. capitulo, ſicut. & capitulo, ad audientiam. vbi Soci. quæſtione 78. de homicid. per multas quæſtiones proſequitur hanc materiam, quæ ſufficere poterunt vobis.

Irregularis eſt, cuius ope vel conſilio factũ eſt homicidiũ.

¶ Tertiò præſtans opem & conſilium punitur, ſicut maleficium committens. §. interdum.de obligatio.quæ ex delicto naſcunt.lege, ſi quenquam. C. de epiſcop. & cleric. Bar. in l.is qui opem.ff.de furt.Angel.in tract.malefic.in glo.dicto maleficio.verſic. quæro qua pœna. quod in ſeptem caſibus deſcriptis per Felinum in capitulo, ſicut dignum. columna ſecunda & ſequenti, de homicid. non procedit. Mitius tamen puniri debet opem præſtans,quam faciens, inſpecta qualitate perſonæ, & facti, teſte Salic. in lege prima, C.de raptor. virg. quem refert & ſequitur Hippolyt. de Marſil.ſing.15.ſtatuta.& in lege fin. numero 52.cum ſequenti. ff. de ſicar. vbi concludit pro textu ſtatuti dicentis puniendum opem ferentem eadem pœna,qua facientem,quod nihilominus mitius punietur,& ſtatutum ſecundum ius intelligetur. idem conſuluit Hippolyt. conſil. 81. ſalus. numero 23. & ſingulari quadringenteſimo,ſæpius.& in §.conſtante.numero quadrageſimo & ſequenti.ex quibus intelligetis,quando dicatur quis opem ferre:& Boer. ſcribit in quæſtione 167,ſed quid homicidium.in deciſ.Burdegal.

Opem dans quo modo puniatur.

¶ Imò non poteſt puniri,qui præſtitit opem & auxilium, niſi conſtet de delicto principalis delinquentis, vt concludit Bartolus per iſtum text. in l.ſi is qui.§.ſi Titius.ff.de furt. Hippolyt.conſilio 50.gratia domini.in fin.facit lex prima. §. illud. ff.de ſenatuſconſul. Silan.ſcripſi plenè in interpreta.l.diuus.ibidem.

Is qui præſtitit opem,quando teneatur.

¶ Item quando quis teneatur de conſilio per iſtum tex. videte ind. conſilij. ff. de regul.

Conſilium &

publicum & priuatum.

iuris,& in regul.nullus ex consilio.in 6.de hoc consilio priuato loquitur iste tex. & l. fugitiuus.infr.eod.de consilio publico tex.in l.pupillus.§.decuriones.infra eodem.De triplici consilio Franciæ priuo,tacito,& magno alibi dicam.nam Capitol.in Gordia.sic nominat, quod arcanum dicimus. Adde consilium debere præcedere actum,quia suasio non dicitur post actum,l.quidam decedens.& l. Titium. ff. de administra.tutor.glo.hic in verb. sequutum.Bal.in §. si quis miles. de feud.non amittend.in feud.

Consilium præcedit actum.

Iussus & mandatum actum præcedere debent.

¶ Iussus etiam præcedere debet, l. si quis mihi bona. §.iussum. ff. de acquir. hereditа.l.i. quod iussu.alioqui esset ratificatio. c. ratihabitionem.de regul. iur.in 6. Idem in mandato dicimus, l. si vero non remunerandi. §. si post creditum.ff.manda.l.fi.C.ad Macedo.Alex. consil.146.in causa.col.5.nu.14.in 5.vol.Soci.in repet.c.ad audientiã. versic.supereſt igitur. & seq.de homicid.Ias.in l.quominus.q.21.de fluminib.

Licentia ante actũ præstatur.

¶ Item in licentia,vt si religiosus sine facultate & licentia superioris non possit actus facere, vt licentia prius impertienda sit ante actum. cap. licet. de regularib. authent. licentiam.C.de episcop.& cleric.l.vna.non licere habita.metro.lib.11.Corset.in singul.incipien. licentiam.Ias.in d.l.quominus.q.21.ff.de fluminib. Et licentia expresse concedi debet, non tacitè,voluntas expresse & tacitè.Barba.in additionib.ad Panor.in c.significasti.in princip. de foro competen.per l.2.§.voluntatem.ff.soluto matrimo.l.1.§.inuitus.de tutel. Quæ voluntas etiam ex actu potest elici,l.2.C.de pact.

Voluntas & licentia differũt.

Decretũ post actũ interponitur.

¶ Decretum verò omnibus peractis,& sic in fine actus interponendum est, & in principio interpositum non valeret,quia sine causæ cognitione:& quod non est, approbari non potest,l.decem.ff.de verbor.obligationib.glo.in l.vna.C.de tutor.& curator.illustr.Bar. in l.legitimos.ff.de legitim.tutor.Bal.in l.nec ei.§.fi.col.1.de adoptionib. per l. magis puto. §. non passim. & §.si æs alienũ. ff.de reb.eor.Imol.in c.cum nos.col.4.de his quæ fiunt à prela.Domi.consil.48.presbyter.Soci.consil.15.visis.col.3.in 1.vol.Ias.& alij in l.2.§.prius.ff.de vulgar.& l.2.C.de edend.Feli.in c.cum dilectus.col.2. de fide instrument.

Authoritas quando interponenda sit.

¶ Authoritas debet adhiberi in ipso actu, vel incontinenti ante, vel post. §.tutor. iuncta glo. Inst. de authorita. tutor. l. obligari. §.tutor.ff.eodem.glo.in c.edoceri.de rescrip. tum quia est fundamentum actus,sine quo corruit ædificium,l.legi. ff. de exceptio. rei iudica. c. cum Paulus.1. q. 1. Tum solennitas. Bal. in c. cum consuetudinis, de consuetud. col.1.& quia est actus legitimus, qui non potest pendere. l. actus.de regul.iuris.ff.ideóque pure debet præstari,etiam in actu conditionali,l.& si conditionalis.ff.de authorita. tutor.

Authoritas & decretũ superiorem respiciũt, consensus etiam inferiores.

¶ Authoritas & decretum ad superiorem proprie spectant, consensus verò tam superiorum quam inferiorum est, teste Bal. in l.cum ipse.col. 2. de contrah.emp.Et authoritatem præstare nil aliud est quàm approbare id, quod agitur. l. etiam.1.ff.de authorita. tutor. nec omnino requiruntur ista verba,authoritatem presto,sed æquipollentia.l.præses.vbi glo.C. de sentent.& interlocu.omnium iudic.c.2.de pact.vbi Panor.& c.cum dilecti.de arbitr.Corset. in singul. incipien. minor. in 2. Et ista sententia in forensi iudicio seruatur, quamuis multi contrarium teneant,quos referunt doct. in l.si quis mihi.§.iussum.ff.de acquir. hereditа.dixi in compendio alienatio. rerum ecclesiæ.

Authoritas quibus verbis præstetur.

Cõsensus quãdo sit adhibendus.

¶ Consensus etiam & voluntas ante actum, in ipso actu, & post actum incontinenti possunt adhiberi, l. vlt. C.ad Macedo.c.auditis.de elect.c.cura.vbi Panor. de iure patronа. Bar.in l.tam is.§. 1. in fi. ff. de donationib.cauf.mortis,Bal.in l.fi.§.finautem es.C.de bonis quæ liber.& ista est communis sententia teste Albert.Bruno in tract.de forma & solennitа. actus,rub. de implemento ac obseruantia formæ.versic.& circa consensum.

Consensus triplex.

¶ Consensus autem est triplex,quidam antecedens,siue præcedens:vt cum quis constituit procuratorem absentem.tunc enim constituentis consensus præcedit. clem. 1. de procurator.Consensus inhærens,vt in stipulatione,l.1.ff.de verbor.obligationib.& consensus accedens,qui etiam ex interuallo esse potest.Bal.in d.c.cum consuetudinis. col. 2. de consuetud.Roch.Curtius in tract.iurispatro.in verb.pro eo.q.4.Et casus excludentes consensum congerit Petr.Iacob.in prac.sua,in titul.de actio.ex empto.

Ratihabitio sequitur actum.

¶ Ratihabitio semper sequitur,& comparatur mandato,regul. ratihabitionem.de regul. iuris in 6.quia ratum haberi non potest,quod nondum est gestum. c. cum quis. de sentен. excommunica.lib.6.l.1.& per totum.ff.rem ratam habe.

Dictio quẽadmodũ quomodo accipiatur.

¶ *Quemadmodũm,*hic interrogatiuè capitur,pro quomodo, vel ad quem modũ:sic etiam in tit.quemadmod.seruit.amit.& in rub.quẽadmod.testam.aper. & ff.sol.matrim.quemadmodos pet.vbi Bar.&alij.Alias sine interrogatione capitur pro sicut,similitudinem notans,vt in l.verbum erit.ibi,quemadmodũ autem hoc verbum est,non solum præsens,sed & præteritum tempus significat,ita & hoc verbum,&c.infra eodem.& l.paterfamil. peculium habere non potest,quemadmodum nec seruus bona.l.quemadmodum.ff.de acquir.possess.l. quemadmodum. C. de agricol.& cens. lib.11. Et an significet omnimodam similitudinem, videte in l.3.§.si duobus.ff.de adimend.lega.quod vtile esse potest:vt si pater sciens obligetur pro filio exercente mercaturam, vel officium, quemadmodum si esset à patre præpositus,

Vtilitas dictionis quẽadmodum.

situs,eo casu tenebitur pater tanquam principalis,& cum qualitate cum qua obligatus esset,si pater iussisset,propter similitudinem huic dictioni inclusam. sic consuluit Carol. Ruyn.consil.123.super eo.col.1.in 5.volum.Pro exempli gratia etiam sumi potest, vt in l.2. §.separata.ff.pro emptor.vt docet ibi glo.quam sequitur Iacob.in rubric.C.quemadmod. testamenta aperiant.Aliis modis exponunt doctores in rubric.ff.soluto matrimo.ibi,quilibet videre poterit.

¶ *Ex sententia,* id est ex opinione.vide quæ scripsi in l.aliud est capere.§.fin.infra eo. licet in Pandect.Florent.legatur sententiæ.

¶ De dictione *Quomodo* scribam in l.triplici.infra eod.

¶ Dictionem *Separatim* pro diuisim exponam in l.locus.infra eod. vbi alia scribam.

¶ *Aliud est,* diuersum est,l.aliud.in vtraq; lege.infra eo.alibi de hoc scribam. videte quæ dixi in l.nil aliud.supra eod.

¶ *Condicere,*in l.seq.elucidabitur.

¶ *Sane,*pro certe affirmat,vt in l.ager.supra eod.

Authoritas veterum allegatur.

¶ *Veterum authoritatem.*Ex hoc tex.colligi potest, quod authoritas veterum allegari potest.facit l.veteres.ff.de actionib.empt.l.subsignatum.supra eod.& alibi passim.videte quæ scripsi in glo.concorda.in verb.iura citare.in proœm.Sequentia verba nostri text.elucidabuntur inferius,prout locus se offeret.

VLPIANVS LIBRO LXII. AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMAQVARTA.

Conditionales creditores dicuntur & hi, quibus nondum competit actio, est autem competitura:vel qui spem habent,vt competat.

Conditionalis actus non dicitur simpliciter.

¶ Intelligenda est hæc lex,vt ille dicatur esse conditionalis creditor,cui debetur aliquid sub conditione,& cui nondum competit actio:quia si competeret, non diceretur conditionalis,sed creditor simpliciter.Et ita creditor conditionalis potius dicetur secundum quid.Quod prodesse poterit:nam dispositio cõditionalis non est simpliciter talis, l. 1. §. si quis simpliciter.ff.de verbo.oblig. Et donatio conditionalis non est proprie donatio, l.1. ff.de donationib.ibi,dat aliquis,vt tunc demum accipientis fiat,cum aliquid sequutũ fuerit:hoc non proprie donatio appellatur.sed totum hoc donatio sub conditione est.Hinc etiam dixi arbitri sententiam simpliciter sententiam dici non posse,in præfa.ad l.quod iussit.num.65.ff.de re iudica.Et sic vbi fit mentio de creditore, non habebit locum in conditionali,vt scripsi in l.creditores.supra eo.& idem in alio actu.

Actio nõ datur ante conditionis euentũ.

¶ Item quamuis pater instituere teneatur,vel exheredare filium,l. inter cetera.ff.de libe. & posthum.tamen non sufficeret instituere sub conditione,quæ non esset in filij potestate.l.si pater.C.de instit.l.2. ff.de heredib.instit.

¶ Et ita patet ex hoc tex.quod ante conditionis euentum non competit actio, nec est orta,l.cedere.infra eod.siue fuerit conditio expressa,seu tacita.gl.in l.item quia. ff. de pact. & ibi addidi,vnde dicit iste tex.quibus nondum competit actio.

Alcia. intellectus reiicitur.

¶ *Est autem competitura.* Intelligit hunc tex.Alciat.quando quis mihi promisit centum cum morietur:certum est enim tunc venturam conditionem.Sic etiam debere intelligi docet Alber.alioqui text.esset superfluus secundum eum. Verum mea sententia hic text. non potest intelligi de conditione omnino extitura: nempe qui sub conditione stipulatur,quæ omnimodo extitura est,pure videtur stipulari.l.si pupillus.§. 1. ff. de donationib. & sic non diceretur conditionalis creditor. Ad hæc illa verba, Cum moriar, non faciunt conditionem,sed diem incertum,l.sub conditione.& l.seq.ff.de condict.indeb.& l.1. ff.de conditio.& demonstra.ideo exemplum Alcia.non conuenit conditioni, neq; est iste text. superfluus :quippe ista verba,*Est autem competitura,*debent intelligi,quod actio est competitura,si veniat conditio:aut saltem creditor habet spem,vt competat. Et hoc ponit, vt excludat conditionem impossibilem,quia non dicitur tunc conditionalis creditor in ea : vt si quis decem mihi promittat,si cœlum digito tetigero,non valebit stipulatio, nec ille dicetur conditionalis creditor,cum non sit actio competitura,neque habeo spem, vt competat.§.si impossibili.Instit.de inutil.stipula.& hoc etiam declarat postea iste tex.vt sequitur.

Sub conditione impossibili non dicitur creditor.

¶ *Vel qui spem habent,vt cõpetat.*Et sic actio est cõpetitura, vel ego habeo spem, vt cõpetat: quod non esset in cõditione impossibili,in qua nõ habeo spẽ, vt cõpetat. ergo sub ea non dicor creditor,l.impossibilis.ff.de verb.oblig.§.si impossibilis.de inut.stip.in Insti. Et si dicatur conditionẽ euenire posse,vel non posse,l.cum ad præsens.ff.si cert.pet.ergo omnino non est competitura.Respondeo,in hoc tex.non dicitur omnino extiturã,vel competituram, sed esse competiturã actionẽ, si eueniat cõditio:aut saltem creditor habet spẽ,vt competat,quam spem non haberet,si conditio impossibilis esset,vt prædixi. Et illa spes in con

tractibus transit ad heredes,§.ex conditionali.de verborum obligat.in Instit.secus in legatis,lege,quæ legata.ff.de regul.iuris, vbi pulchre Decius: & sic ex ista spe non dicetur creditor etiam in contractibus ante conditionis euentum. Vtilitates alias ad hanc legem dixi in l.creditores.in verb.vel sub conditione.supra eod.non repetam hic.

Conditio multis sumitur modis.

¶ Adnotandum est,quod conditio variis modis sumitur. Primò pro actu suspensiuo, vt promitto decem,si Rex veniat:illa conditio suspendit,& protrahit actum, donec impleta sit.ita capitur in l.1.& per totum.ff.de conditio.& demonstrat.& in titu.de condit.instit. & in l.creditores.supra eodem,& l.cedere.ac l.inter illam. infra eodem,& in iure frequentissime.

Implere conditionem.

¶ Conditionem implere,est seruare & facere quod dictum est in conditione: pro quo alibi parere dicit Iurisconsult.in l.item.de legat.præstand. l. quæ sub conditione.§.si quis. & seq.de conditio.instit.& impleta conditio pro completa,in l.qui libertatis.ff.de euictio. vbi vtroque verbo vtitur.& in titu.de fideicommissar.liberta.& de statulibe.d.l.item.& data conditio sic dicitur,in l.Scia.ff.de vsur.

¶ Inde Conditionalis creditor dicitur,cui sub conditione debetur,vt hic,& legatũ conditionale,quod non est purum.l.necessario.§.1.versic.sane.ff. de periculo & commod.rei vend.sic vocatur. Conditionalis venditio,l.si fundus,§.fin.ff. de pignor. & Conditionalis obligatio,l.licet.§.si verò.ff.de iure dotium.

Deficit conditio.

¶ Conditio deficit,quando impleri non potest,l.fenerator.ff.de nautic.fenore,vt si promittam decem,si Titius doctor effectus fuerit,& is mortuus sit,defecit conditio per eius mortem,& amplius impleri non potest.

Duplex conditio, in potestate & extra.

¶ Conditionum aliæ dicuntur esse in potestate nostra,aliæ non, l. item à substituto. ff. de lega.præstand.declaratur in l.suus quoq;.ff.de heredib.instit.docto.in l.si pater. C.de instit.& substitut.

Conditiones cõtra bonos mores remittuntur.

¶ Conditiones quæ contra bonos mores inseruntur,remittendæ sunt:velut si ab hostibus filius patrem suum non redemerit,& si parentibus suis,vel patrono alimenta non præstiterit,l.conditiones.ff.de conditionib.instit.

Cõditio pro negotio.

¶ Secundò accipitur conditio pro re,vel negotio,vt vigilaui,ob id meam conditionem meliorem feci.l.pupillus.in fin.ff.quæ in fraudem credit.l.semper. §. in hoc interdicto.ibi, deteriorem conditionem fecisse.quod vi aut clam.

Conditio pro causa.

¶ Tertiò,pro causa,l.si quis cum totum.§.si ancillam.ibi,in eadem conditione est. de re iudica.& quisque fundus cum sua conditione publicatur,l. via constitui,§.si fundus.ff.de seruitu.rusticor.prædio.iuncta l.alienatio.de contrahen.emptio.vbi dicit,cum sua causa.l. non debet alteri.ff.de regul.iur.

Pro statu & qualitate.

¶ Quartò,conditio accipitur pro statu,qualitate,vel natura:hoc probat rubr.ff.de statu homin.iuncta l.& seruorum quidem vna est conditio. & l.in multis est deterior conditio mulierum,quàm virorum.ff.de statu homi.l.si mihi.in princip.de seruit.rusticor. prædio. Est autem status quædam personæ qualitas, quæ in libertate, ciuitate, & familia consistit. glo.1.in §.1.de cap.deminutio.in Instit.l.final.ff.de locis & itinerib.public.

¶ Eodem modo censeo capi in l.interdictum.de precar.& in l.1.de Saluia.interd. l.cum exhibuissent.ff.de publica.l.2.§. ex his.de verborum obliga.l.sepulcri violati.cum l.seq.de sepulcro violato.l.1.de termi.mot.l.1.§.præterea.ibi, non habita differentia cuius conditionis hominem interemerit.de ficariis, l.in bello.§.medio. de capt.l.rescripto. §. sed & si expollicitatione.de munerib.& l.vt gradatim.ibidem.l.fina.de iure immunita.l.final.de proxenet.Et qui cum alio contrahit,non debet esse ignarus conditionis eius, cum quo contrahit,l.qui cum alio.ff.de regul.iuris.& l.in omnibus causis id obseruatur, vt ibi personę conditio locum faciat beneficio.ibidem.& melior fieri potest per seruos conditio nostra, non deterior.l.melior.ibidem,& l.seq.in fin.& l.sed & si hac.§.patronum. ibi, celat conditionem suam.de in ius vocan.& alibi,si mulier in conditione mariti errauerit,putauerítq; esse liberum,qui seruus esset,l.si cum dotem.in fi.soluto matrimonio.

Conditio pro qualitate.

¶ Pro qualitate autem seu iure, veluti cũ dicimus,stultos non debere melioris esse conditionis,quàm sint prudentes,& periti,l.Seruius.ff. quod vi aut clam. Et melior est conditio in familia relicti,l.filium.in fin.ff.de bonor.possess.contra tab.l.3. in fi.de coniung.cum emancip.liber.Eiusdem conditionis homines,inquit Iurisconsul.in l.continuus,§.cum ita. de verbor.obligat.l.sed & si vnius.§.si seruus.ff.de iniur.

Pro naturacõditio sumitur.

¶ Item dicunt iura,pro sua conditione punietur,id est pro suo statu & qualitate,l.saccularij.in fin.ff.de extraord.criminib.& l.1.ibi,pro conditione admittentium.de termino moto,l.si quis aliquid.§.instrumenta.ibi,prout personæ conditio.de pœnis.l. nonnunquam. de iudic.& fere causa,status,& qualitas ad idem tendunt.nihilominus cum elegantius facturum arbitror,qui hæc adinuicẽ pro materia subiecta separabit, prout vni melius quam alteri conueniet,l.vltim.in fin.infra eodem. Veluti etiam dicitur conditio humana, pro ipsa natura,vel ipsius generis humani fragilitate,l.quidam in memoriam humanæ conditionis

ditionis.ff.de conditionib.instit.l.Titia.§.fina.ibi,si mihi per conditionem humanam contigerit.de auro,& argento legato.

Cõditio pro pactione, conuentione & optione.

¶ Quintò,conditio pro pactione, promissione, vel conuentione capitur, vt accipere conditionem,*le parti,l'offre*.de quo Budæ.in Forens.

¶ Sextò,conditio pro optione,l.1.§.si quis in fraudem.ibi,in re quidem distracta deferri debet cõditio emptori,vtrum malit habere rem emptam iusto pretio,an verò à re discedere.ff.si quid in fraudem patroni.Quæ omnia nude admodum refert Spiegel. his verbis: Conditio est modus,ratio,lex,pactio,pactum,fortuna,status,locus,ius,causa.

Conditio est personalis actio.

¶ Conditio cum c,est personalis actio,per quam cum illis agimus, qui nobis aliquid dare,vel facere promiserunt.§.sic itaque.de actionib.in Instit.& idem est dicere, conditionem indebiti, vel actionem pro indebito,sicq; in aliis.per tex.in l. certi condictio.ff si certum peta.vbi prius dicit,certi condictio,& postea hæc actio,& in l.3.§.1.ibi,cõpetere actionem,quæ ex hoc cõtractu nascitur,id est condictionẽ.ff.de condict.caus.data. Et condictia actio,id est personalis actio,l.qui se debere.§.1.ibid. Cõdictio autẽ à verb.cõdicere deducitur,quod significat denũtiare:quod prius creditores debitoribus denuntiare debeãt, antequã agant,alioqui nõ consequẽtur expensas,si in primo termino reus cõficetur,per l.quidam Iberus.vbi scripsi.ff.de seruit.vrba.prædio. Iason & alij in l.vinum.ff.si cert.pet.

Creditor denũtiare debitori, vt soluat, debet.

¶ Item si fuerit obligatio noua lege introducta,nec cautum sit,quo genere actionis experiamur,ex lege agendum est.l.vna.ff.de condict.ex lege. Idem si ordinatio vel consuetudo inducat obligationem,agendum erit actione ex illa ordinatione,vel cõsuetudine, quæ vocatur condictio ex lege.l.1.C.de condict.ex lege.l.omnimodo.de inofficios.testam.

Cõdictio ex lege quando detur.

¶ Condicere interdum pro repetere, vt condicere fructus,l.fundi.ff.de exception.l.sæpe.in fin.supra eod.Condicere indebitum.l.si indebitum.ff.rem ratam haber.& in titul.de condict.indeb.vt si dederim decem ob causam, videlicet vt manumittas seruũ:si non manumittis,condicere possum,quia ob causam dedi,quæ non est sequuta,prout habetur toto titul.ff.& C.de condict.ob causam dator.Idem si ob inhonestam turpémve causam dedi,datum condicam.in titul.de condict.ob turpem causam.Item si quis absque causa promiserit,obligationem condicere potest,l.1.ff.de condict.sine caus. ex quo titulo eliciuntur cancellationes instrumentorum,quę frequentes sunt in patria Occitana.Nec non rem furatam condicere licet condictione furtiua,vt in tit.ff.de condict.furt.

Condicere pro repetere.

¶ Ad hæc condictio triticariadatur pro omnibus rebus, exceptа pecunia numerata, l.1. ff.de condict.triticar.Excipitur autem ea de causa pecunia numerata,quia pro ea iam prouisum est per certi condictionem.ideo noluit Iurisconsult.aliud superfluum adhibere remedium,quicquid dicant docto.in rub.& in l.1.de tritica.ff.

Intellectus facilis ad multos titulos. Cancellationes instrumentorũ. vnde profectæ sint.

Nona ratio cur triticaria non detur pro pecunia numerata.

¶ *Spem habere*, id est sperare,vt dicitur in l.quod dicimus . infra eod. & donari spes potest.l.spem.C. de donationib.ac remitti.l.1.C.de pact.Bar.& alij in l.fina.ibidem. nec vendi quoque prohibetur.l.nec emptio.ff.de contrahen.emptio.l.si iactum retis. de actio. empt. Diogenes interrogatus quidnam in vita extremum esset, spes dixit. & Theocrit. Ἐλπὶς δὲ χωρὶς πάντας ἀνέλκτους ἄγει, ἀνόντες. id est,spes est inter viuos, extra spem verò sunt defuncti. Tamen Socrates ait, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γενναῖόν τι ἀφίησιν. hoc est, neque mulier sine viro,neque bona spes absque labore, vtile quicquam parit. Erasm. in Chiliad. de spe,quam fingit deam ,& egregia de illa scripsit carmina. ibidem videre est liberum cuiqs.

Spes an donari & remitti possit.

¶ *Competat.* Competere pro pertinere,spectare,l.aliud est fraus.in fin. ibi, pœnam autem vnusquisque irrogare potest,cui huius criminis,siue delicti executio competit. infra eod. l.1.ibi,non videbatur agendi facultas competere.de eo quod certo loco.l.penult.de seruis exportand. Inde dicanici in libellis scribere solent,*tel demande telle maison, qui luy compete & appartient*.& intelligitur ex quocunque titulo,& quomodocunque competat,siue iure dominij,vel alterius iuris, per prædicta.l.quod in stipulatione.ff.de vsuris. Ideo si quis donet illa omnia,quæ sibi in tali loco competunt,videtur etiam res suas donare.quamuis Felinus in cap.inter dilectos.col.1.de fide instrum.contrarium dicat,videlicet intelligi de his ad quæ actionem tantum habemus.Sed cum late pateat hoc verbum, sicut verbum pertinere,refertur & ad dominium,& ad ius,per ea quę scribam in l.verbum illud pertinere.infra eod.maxime secundum vsum vulgarem loquendi Franciæ.

Competere pertinere.

Donãs ea quæ sibi competãt, & res suas donasse videtur.

¶ Competere libertates,pro deberi exponit Iurisconsul. in l.4.§.1.& seq. iuncto §. si non heres.& l.5.ac l.herede.& l.si legatario.ff.de fideicommissar.liberta. vbi promiscuè dicitur libertates competere,& in aliis deberi.

Competere libertates.

¶ Competit actio,id est datur,conceditur,l.non potest videri.infra eod.l.1.§. idem Papinianus.3.ibi,non debere ei hanc actionem competere.ff.de dolo.l.in causę.2.in princip.de minor.l.si longius.§.fina.iuncta l.non alias.in fin.& l.de eo.ff.de iudic. vbi primò dicitur competere,postea dari actionem,vel concedi.l.diuus.de in integr.restitut.vel habet actionem,dicit tex.in l.si is cuius.ff.ex quib.caus.maior. Competit actio in patrem, id est datur. l.1.§.si filius famil.ff.de his qui deiecer.vel effuder. vbi prius dicit datur, postea competit.l.

Cõpetit actio.

communi

communi diuidundo.§.Iulia.commun.diuid.l.certi condictio.si certum petat.l.quotiens. §.si creditor,de pecul.Competit aduersus possessorem actio,idem,l.1.in fin.ff.si ager vectigal.vel emphyteu.peta.

¶ Actio ei creditur competere,cuius pecunialiter interest,l.si liber homo.ff.ad exhiben.

Competit exceptio. Competit exceptio,idem,in l.nec non.§.penul.ff.ex quib.caus.maior.iuncta l.quamuis.§. planè,ad Velleian.vbi dicitur dari exceptionem.l.exceptiones quæ personæ.de except.

Cõpetitor quis dicatur. ¶ Competere,pro simul petere.Inde competitor, qui concurrit cum alio in beneficiis, magistratibus,seu honoribus petendis,qui apud Roman.candidatus vocabatur,l. generaliter.§.spurios posse in ordines allegi,nulla dubitatio est: sed si habeant competitorem legitime quæsitum,præferri eum oportere.ff.de decur.& fil.eor. Et ius pontificium sæpius hoc verbo vtitur,maxime in cap.fin.cum aliis multis iuribus.de elect.in 6.

Competens iudex quis. ¶ Inde iudex competens,quòd ab actore & reo peti possit,iustus iudex, & legitimus illorum,l.cum quædam.ff.de iurisdict.omnium iudic.l.final.§.si fenerator.quod met. caus. l.competens iudex.C.de alend.liber.

Forũ cõpetens. ¶ Forum competens dicitur pertinens,conueniens,& forum legitimum partium adinuicem contendentium,vt in rub.de foro competen.in decretal.& in 6.ac clem. & in rubri. C.de iurisdict.omnium iudic.& de foro competent.quod Iurisconsvocat tribunal competens,in l.sed & hæ.§.non solum.ff.de procurat.

Quinque requisita in iudiciis competentia. ¶ Quinque verò in hac competentia(vt ita dicam)considerandasunt, videlicet persona,res,causa,tempus,& locus:vt docet Bal.in l.1. col.penult.C. si à non competen.iudice iudicat.fuerit.

Competẽs portio. ¶ Competens portio,id est congrua,cap.2.§. vbi autem.de decim. in 6. & de hac congrua portione scripsi in tract.meo de congrua portione, q.1.quem adiunxi tractatui de decimis. Competens remedium, conueniens & congruum,lege, præses prouinciæ. ibi, competenti remedio deformitati auxilium ferat.ff.de officio præsid. Competens tempus exponit Imperator in l.fortissimi.C.de eroga.milita.anno.lib.12.

¶ Competenter puniantur,aptè,appositè,l.qui falso.ff.de testib.

PAVL. LIBRO DECIMOSEXTO BREVIS EDICTI.

LEX QVINQVAGESIMAQVINTA.

Creditor autem is est, qui exceptione perpetua submoueri potest. qui autem temporalem exceptionem timet,similis est conditionali creditori.

¶ Duo tradit iste tex.primum est, quod creditor is dicitur, qui non potest exceptione perpetua repelli.Secundum,qui autem repelli potest exceptione temporali,similis est conditionali creditori.

Creditor nõ est qui repelli potest. ¶ Ex primo dicto à contrario sensu apparet, quod dum quis excludi potest, & repelli, creditor non est.Alcia.hic dicit,quod antequam per exceptionem submoueatur, creditor ipso iure sit oportet:& tamen quia lex considerat effectum,non dicitur creditor.Lex enim arbitratur debitorem exceptionem oppositurũ. hæc ille. Sed mihi videtur, quod etiam ipso iure creditor dici non possit,qui perpetua exceptione remoueri possit,tum quod ista lex solum considerat,quod possit remoueri,velut probatur in his verbis, Qui exceptionem temporalem timet, &c. & text.in l.1.is cui.§.creditores.ff.de actionib. vbi sic dicitur: Creditores eos accipere debemus,qui aliquam actionem,&c.vel ciuilem habẽt, sic tamen ne exceptione submoueantur.ff.de actionib.& obligat.Si ergo repellantur, non dicuntur creditores,vel repelli possunt,vt dicit iste tex.& Paul.ait nihil interesse,ipso iure quis actionem non habeat,an per exceptionem infirmetur,l.nihil interest.de regul.iur.

Solutum repetit tutus exceptione perpetua. ¶ Et qui perpetua exceptione se tueri potest,solutum repetit,l.qui hominem. in fi.ff.de solutio.& ideo non dicitur debitor,nec ille cui debetur,dicitur creditor.

¶ Item debitor non dicitur,qui exceptione perpetua repellere potest actorem,l.debitor. infra eo. Sic nec creditor,cum debitor & creditor sint correlatiua,& statutum in vno,censetur in altero statutum, l.1. & seq.C.de cupresis.lib.11.Sic & obligatũ accipere debemus, qui exceptione tueri se non potest:ceterum si potest,dicendum est non esse obligatum,l. vel obligatus.ff.de liberal.caus.Idem est nõ esse debitorem, vel posse repellere creditorem exceptione perpetua,l.Fulcinius.§.si in diem.cum §.seq.ff.quibus ex caus.in possessionem.Proinde si ob falsum creditum,vel ob falsam petitionem missus est quis in possessionem, vel si exceptione submoueri potuit,nihil ei prodest hoc edictũ, quia propter nullam causam in possessionem missus est,l.1.§.proinde.ff. ne vis fiat ei.ibi, patificat falsum creditum & exceptione submoueri:& dicit nullam esse causam in vtroque,ergo nec obligationem, l.iurisgentium.§.sed cum nulla.ff.de pact.sic non potest dici creditũ, nec debitum,nec creditor,

ditor,nec debitor,l.si dari.ibi,quasi nulla sit,exceptione obstante. ff. de verbor. obligatio. l.& eleganter.§.seruus.de dolo.Et indebitum dicitur, cum per aliquam exceptionem peti non potest,l.si non sortem.§.indebitum.ff.de condict.indeb.

¶ Creditor etiam dici non potest,qui dubia exceptione repelli potest:vt promitto si Titius consul factus fuerit,quia dubium pro perpetuo sumetur,l.sufficit.ff. de cõdict.indeb. facit l.& eleganter.§.non solum.de dolo.glo.in cap.si gratiose.de rescript.in 6. Et sic conditionalis creditor dici poterit,de quo in præcedenti l.conditionales.dictum extitit.Si tamen debitor,cum exigeretur debitum,non opponeret exceptionem,creditor esset,& debitor quoad effectum.& sic intelligi posset Alciati sententia,licet vix ex eius verbis id colligi possit.

Creditorũ nomine non conuenĩtur qui repelli possunt. ¶ Ex quibus constat,constitutiones loquentes de creditoribus, vel debitoribus, nõ habere locum in his, qui exceptione perpetua excludi possunt: aliásque vtilitates colligite ex l.creditores. cum seq.supra eod. & si bona istius essent alicui acquisita, non posset exceptionem perpetuam omittere in fraudem eius,cui acquisita sunt bona,vt alibi dicetur.

Submouere pro repellere. ¶ *Submouere*, hic capitur pro repellere:vt creditor nulla exceptione submouetur, l. 2. §. pen.& fi.ff.de dol.except.vbi prius dicit, doli exceptione repellatur,& demũ submoueatur.& l.apud.ibidem,iuncta l.2.vbi dicitur,exclusio.ff.de exceptio.facit l.1.de exceptio. rei vend.& l.Nesennius.de re iudic.ibi,nulla creditor exceptione submouetur.l.1.§. proinde. ne vis fiat ei.& dictus §.creditores.l.in pupillo.& l.si rem.de except.rei iudica.l. obligationum fere.§.plane.de actionib.& obligationib. & multa deprehenduntur, quibus submouetur petitor.l.qui foueas.in fin.ff.ad legem Aquil. Interdum Iurisconsult.ait,exceptione doli remouebitur,l.si opera.ff.de doli exceptione. Item tuebitur exceptione,l.si procurator.1.ff.de doli except.l.si is qui.de condict.indeb.

¶ Per contrarium ait Iuriscons.locum habet exceptio,l.eleganter.§. si quis post.eodem. Opponetur exceptio,l.nam postea.§.præterea.ff.de iureiuran. l.qui agnitis.de exceptio.l. cum mancipium.de ædili.edicto. Defendetur per exceptionem,l. duobus.§.colonus.& §.seq.ff.de iureiu. Obstabit exceptio,l.egi.ff.de except.rei iudica.l.duobus.§.igitur.& l. iusiurandum quod.§.1.de iureturan. Obiicitur exceptio,l.filiusfamil.ff.de exceptionib. Vtitur exceptione,l.dolo facit.ff.de doli except.l.sed & si possessori. in fine, de exception. Nocebit exceptio,l.sed si ante.ff.de exceptio.l.1.de exceptio.rei vend.l.cum in ea.de ædilit. edict. Obest exceptio,l.si mater.ff.de except.rei iudica. Prodest exceptio, l. Iulianus. 2.ff.de rei vindica. Datur exceptio,l.exceptiones opponuntur.ff.de except.l.cum spon sus.de Publicia. Nec est differentia,siue scribatur per b,vt submouere,vel per m,vt summouere:siquidem his promiscue vtuntur Iurisconsulti,& frequens est vsus istorum verborum apud eos.

Extinctus an dicatur debitũ eius qui supplicio vitam finiuit. ¶ Addunt alij exemplum exceptionis perpetuæ sumptum ex quadã Regni nostri consuetudine,vt illius debitum,qui capite truncatus est,vel alio modo per condemnationem extremum passus fuerit supplicium, extinctum dicatur, nisi sit debitum priuilegiatũ.nam tunc possessor horum bonorum debitum persoluet.videte tex.in l.si pupilli debitor.ff.de solutionib.in quo perpetua tuuatur quis exceptione, licet remanserit obligatus, vt quia mãdato pupilli soluerat eius creditori absq; tutoris authoritate. Tamen de iure fiscus succedens condẽnato ad mortem,debet soluere debita,l.si debitor.C.de sent.passis.& ista est etiam cõsuetudo Regni,vt docet Bened.in c.Raynutius.in verb.& vxorẽ.nu.850.de testa.

Sũmouere,arcere,tollere,repellere, remouere. ¶ Submouere,arcere,terrere,l.pupillus.§.territorium.infra eod. Submouere, tollere, dissoluere,l.si vnus.§.si stipulatus.ff.de pactis.ibi,totam obligationem submoueri. Submouere pro remouere:vnde iudices pedanei, si corrupti esse dicantur, submouentur, aut in exilium mittuntur,aut ad tempus relegantur,l.si quis.2.§.iudices. de pœn.ff. Submouere à præmio, id est repellere, l.edicto. §.penulti. ibi, submouendos esse ab huiusmodi præmio.ff.de iure fisci. Submoueri à successione patris filij non debent, idem,l.fina.in princip.ff.de bonis damnat.alias phrases nunc omittam.

Exceptiones tẽporales quæ,et perpetuæ. ¶ *Qui autem exceptionem temporalem timet.* Exceptiones temporales sunt, quæ non semper locum habent, sed euitari possunt. Gaius in lege tertia, ff.de exceptionib. vt pactum de non petendo ad tempus,§.appellantur.Institut.de exceptionib. Sicut dicitur de actionibus in titul.de perpet.& temporal.actionib.& l.atqui.de negot.gestis.& temporalis præscriptio,in rub.de diuers.& temporal.præscrip.Dico differentiam inter præscriptionem & exceptionem in meo tract.exceptio.in quarta quæstio. Perpetuæ sunt, quæ semper locum habent,nec euitari possunt,qualis est doli mali,rei iudicatæ, &c. Vlpian.in d.l.3.nam si perpetuo agatur,perpetuo excipietur,l.purè.§.fina.ff.de except.rei iudic.abunde scripsi in d.tract.except.& in l.creditores.supra eodem.

¶ Perpetuum impedimentum,quod perpetuo obest,l.inter stuprum.§.penult.infra eo. vbi dicetur,& aliæ phrases adducentur.

Timere quis dicatur exceptionem. ¶ *Timet.* Is dicitur timere exceptionem,dum competit aduersario,quia timet,ne si petat debitum

debitum,exceptio temporalis obiiciatur aduersus illam petitionem.

Timor, metus & trepidatio idem.

¶ Timor,metus,& trepidatio sunt fere synonyma,vt probatur in l.1.iuncta l.metum.1. & l.nec timorem.cum aliis legibus illius tit.ff.quod metus caus. vbi timor mortis vel cruciatus corporis annullat actum,non ipso iure, sed per restitutionẽ, l.metũ. in magna. §.ex hoc edicto.ff.quod metus caus.Et solent in hoc Regno impetrari literæ Regiæ ad annullandum illum contractum metu factum,vt scripsi in tracta.de rescis.contract.in præfa.2.to mi commentar.in constit.Regias Galli.& in meis interpret. ad illum titulum quod metus causa.ff. Timor seruitutis,l.ego.ff.quod metus caus. Timor infamiæ. l. nec timorem infamiæ.ibidem.

Timidus quis.

¶ *Timidus.*in l.quæ sub conditione.ibi, alij perquam timidi metu diuini numinis.ff.de conditio.instit.& ij qui præter modum timent redhiberi possunt,l.1.in fin.ff. de ædili.edicto. Mediocriter verò timere satius esse iudicarem,quam suam nimia audacia petulantiam ostendere:cuiusmodi videmus passim ignaros,& stolidos audaces, efferentes illud Iuuenalis Satyr.1.

Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse aliquid.

Et quando timendum sit vel non,docet Aristo.cap.5.lib.2.rhetor.

Tutus exceptione tẽporali quomodo sit creditori conditionali similis.

¶ *Similis est conditionali creditori.* Is ergo,cui debetur in festo Paschatis, vel ad aliud tempus,est similis conditionali creditori:nempe sicut prohibetur agere conditionalis creditor ante conditionis euentum,l.cedere diem.infra eod. plene Bar.in l.ita stipulatus.in prima quæst.ff. de verborum obligationib.ita is,qui est debitor in diem,l.in diem.ff.de condi. indeb.siue dies certus sit,siue incertus,l.1.ff.de conditio.& demonstratio.& sicut conditionalis debitor ex iusta causa cauere compellitur,ita & debitor in diem, l.in omnibus bonæ fidei.ff.de iudic. Tamen hi differunt,quia debitũ sub conditione solutum per errorem ante conditionem repetitur,l.sub conditione.ff.de condict. indeb. sed ante diem solutum non:quia debitor in diem est adeo debitor, vt ante diem solutum repeti non possit,l.in diem.ff.de condict.indeb.& in aliis multis,quæ nunc missa facio.At sufficit quod sit in aliquibus similis,licet non in omnibus, c.tibi qui. de rescript.in 6. Quemadmodum etiam sufficit in aliquibus dissimilitudo.l.si qua pœna.infra eod. Interdum verò ad personam dirigitur similitudo, vt hic:quandoque ad res,& Iurisconsultus dicit similibus rebus,in l. propemodum. infra eod. Aliquando respicit materiam, vt in l. hæc verba, ille aut ille.ibi, simili figuratione.infra eod.Similiter in l.malum.§.viduam.& l.penult.infra eo.alia scripsi in concord.in versic.similis forma,post formam liter.executor.

Differentia inter conditionalẽ, & ad diem debitorem.

Similitudo personæ,res ac materiã respicit.

VLPIANVS LIBRO LXII. AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMASEXTA.

Cognoscere instrumenta est relegere, & recognoscere.

¶ Hæc lex tres habet partes,prout continet tria dicta.2.ibi,Dispungere.3.liberorum. primò dicit quid sit instrumenta cognoscere:& est ea relegere,& recognoscere, nempe cum alicui offeruntur chirographa,ipse relegit illa,& recognoscit an ea scripserit,necne.

Cognoscere varie capitur.

¶ Annotandum est,quod variis modis sumitur cognoscere. Primò cum ad scripturam refertur,significat relegere,& recognoscere.vulgo,*recognoistre*,vt hic:quod facit ad intellectum ordinationis Regiæ,titul.*des recognoissances des cedules.* vbi recognoscere instrumenta,vel chirographum,seu schedulam dicitur,qui cõfitetur eam à se scriptam, licet neget in ea contenta.doct.in cap.Odoardus.de solutio.glo.& doct.in authent.contra qui propriã. C.de non numerata pecun.Cognoscere igitur vulgo noscere,quod Iuriscons.dicit approbare literas,l.si procuratorem.ibi,literis eius approbatis.ff.de procuratorib. Proprie etiam

Recognoscere quid.

recognoscere est iterum cognoscere,l.peregre.ff.de acquiren.possessio.ibi,vel si postea recognouisset locum.& l.fina.ff.de bonis authorit.iudic.possidend. & l.3. §. exhibere.de tabul.exhib.l.diuus.1.§.item Senatus.de falsis. Proprius & vsitatius est recognoscere,quàm cognoscere,quod pars facit,quando sua scriptura ei exhibetur.Verum quia hæc recognitionis chirographorum materia est in iudiciis frequentissima, & plane sciri nõ potest, nisi cum diutina praxi,& rerum experientia,ob id artem ipsam cum practica coniunxi,ac iura Regni super hoc edita elucidaui in primo tomo commentar.in ordin.Reg.Gallic.in tract. de chirographor.& schedu.recognitio.ibid. cuilibet liberum est videre, quod hic deficit, ne repetitione arguar.

Chirographũ & acceptilatio quid.

¶ Quod verò Iurisc.vocant chirographũ, pragmatici schedulã. Dicitur autem chirographum ἀπὸ τῆς χειρὸς,id est manu, & γράφω,scribo, quod sit manus scriptura. Et quod hi vocant acceptilationem,nostri Dicanici vulgo appellant *quittance:*de quibus abunde tractaui in dicto meo tractatu de chirographorum & schedularum recognitione,quamobrem his

his nunc contentus ero.

Iudex de causa cognoscere dicitur.

¶ Secundò verbum cognoscere quandoque respicit iudicem, & tunc capitur pro examinare,inquirere.l.2.ibi,cognoscere de querelis eorum.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris,iuncto ca.examinata.de iudic.seu pro discutere,l.iudices.& l.properandũ. §.fin autem. in medio.C.de iudic.l.defuncto. de public.iudic.ibi, debet is cognoscere.l.à diuo Pio.§.fi super.de re iudic.ibi,cognoscere debere de proprietate. Vnde si statuto caueatur, quod iudex post mensem non possit de causa cognoscere,intelligetur tam ciuiliter, quàm criminaliter,l.si ambo.§.quotiens.ff.de compensa.l.1.§.quod autem.ff.de aleator.l. si pro fure.§. condictio.& ibi doct.de condict.furt.Et prohibita cognitione alicui, prohibita censetur tam cognitio criminalis,quam ciuilis.Bald.& alij in l.si duo.§.item Iulia. ff. de iureiur.refert Dec.consi.520.in causa.col.2.facit l.2.ff.de re iud.

Cognitio tam ciuilis, quã criminalis intelligitur.

Commissa causæ cognitio, & definitionẽ includit.

¶ Cui verò committitur causæ cognitio, an videatur commissa causæ definitio, videte in l.qui procuratorem.ff.de procurat.l.solent.de offic.proconsul.& l.1. C. si contra ius. & in l.3.§.cognoscit.ff.de offic.præfect.vigil. Bonifac.in clem.auditor.in fine, de rescript. vbi concludit quod sic,quando est commissa causæ cognitio à lege, vel ab homine, & totius causæ:secus si à consuetudine,& si vnus tantum articulus sit demandatus. l. iudices. cum auth.seq.C.de iudic. Itaq; quãdo causæ cognitio cõmittitur, & ipsius decisio commissa censetur:qui enim vult consequens,censetur velle & antecedens,per quod ad illud peruenitur.c.præterea.de offic.delega.l.ad rem mobilem.& l.ad legatum.ff.de procurator.tex. & ibi no.Panor.& Barba.in cap.venerabilis.de iudic. Ideo fuit iudicatum in hoc Senatu anno 1520.die 7.Martij pro Anna de Gamey vidua quondam Gentiani Deluines, quod si causa fuerit semel commissa decidenda in hac ciuitate, si appelletur ab interlocutoria, debent interim deputari iudices hic,donec causa fuerit decisa ratione prædicta. scripsi in titul.de causis,in concorda.Franc.

Arestũ, vt ibi decidatur causa,vbi est commissa.

Cognoscens iudex.

¶ Cognoscens dicitur iudex,qui de causa cognoscit,in l.1.ff.ad senatusconsult.Turpill. l.1.§.diuus Seuerus.de quæstio.

Cognitio, & cognitores.

¶ Cognitio,actus cognoscendi,l.cognitio.ff.de offic.eius.l.1.§.diuus Pius.eod.Budæ. tamen in Foren.dicit cognitores causarum vocari procuratores:& si addas cognitorem publicum,vel Regium,procuratorem Regium intellige.sequitur Alcia.lib.6.parerg.c. 5.Etiã potest pro iudice,qui de causa cognoscit,accipi, vt alibi scripsi.

Cognoscere mulierem quando quis dicatur.

¶ Tertiò verbum cognoscere interdum refertur ad mulierẽ:vt vir cognouit talem mulierem.Et duobus modis cognoscitur mulier, scilicet spiritualiter,& carnaliter. spiritualiter sic,videlicet mente diligendo,visendo,& eam docendo,non tamen multum visendo, vt in c.monasteria.de vita & honesta.cleric.c.hospitiolum.vers.fœminam.32. distinctio.ibi, mente dilige.Igitur licet mulier bona,siue consanguinea,siue affinis, sit diligenda: tamen eius nimia familiaritas est præcauenda,c.pernicioſum.18. q. 2. vnde dicit Hieronymus : Si cum viris habitent fœminæ,non deerit viscarium diaboli, ca.veniens.de eo qui cognouit consangui.vxoris suæ.Inde dicit Hostien.in rub.de eo qui cognouit consanguineã vxoris, *Ni fugias tactus, vix euitabitur actus. Hos ergo vita,ne moriaris ita.* Videte d.capitul.hospitiolum.& c.presbyter.32.distinct. Carnaliter verò cognoscitur mulier,cum quis rem habet cum illa:& hoc duobus modis, licitè & illicitè : licitè per matrimonium rite contractum,per totum titul.de sponsal. & matrimo. Hinc testes ad vitandum sinistram opinionem,cum deponunt se cognouisse mulierẽ, dicunt se honestè cognouisse, scilicet per visum,vt excludant carnis cognitionem:& ita solent iudices attestationes dictare. Illicitè verò,scilicet cum peccato,cap.transmissa.de eo qui cognouit consangui.vxor. quod multis modis contingit,videlicet per adulterium,vt per totum titu.de adulter.Per incestum,nempe cum consanguinea,vt in rubr.de incest.nupt. C.cap.significasti.de diuort. Item per sacrilegium,vt si deo dicatas,videlicet moniales quis cognoscat.cap.virginibus.& ibi gloss. 27.q.1.Aliquando per fornicationem,quãdo solutus coit cum soluta, c.2.de filiis presby. Interdum contubernioſe,scilicet quando mulier presbyterum admittit, cum quo matrimonium de facto contraxit:sic vocat ius canonicum illud matrimonium damnans, in ca. sane.2.de cleric.coniuga.Etiam inter seruos contubernium dicitur, quod inter liberos matrimonium,l.cum ancillis.C.de incestis nuptiis. Quandoq; monstruoſe,scilicet contra naturam:de quibus est periculum maius exprimere,quàm tacere.Hostien.in rubric. de eo qui cognouit consangui.vxor.suæ.

Praxis testiũ deponentiũ de cognitione mulieris.

Cõtubernium quid.

Cognoscere, pro agnoscere, & notitiã habere.

¶ Quartò,cognoscere sumptus litis,id est agnoscere,& demum præstare. l.si vt certo.§. idem Labeo.ff.commod.ibi, sumptus plane litis, ceteráque æquum est eum cognoscere, qui commodatum accepit.iuncta l.sed si.§.1.& §.plane.ad exhibend.

¶ Postremò cognoscere est noscere,scire,ac notitiam habere,vt in proœm.ff.in princip. ibi,quis amplius quam vos cognoscit?& in l.frater autem eius qui cognouerat tantum venenum emptum esse à fratre,vt patri daretur, nec patri indicauerat, relegatus est, & medicus supplicio affectus.de parricid. vbi cognouerat exponitur pro scierat. l. notionem.

§.primo,infra eodem.

Cognitio. ¶ Inde cognitio eſt completa rei notio,& apud Theologos eſt virtus naturalis,& moralis:& ſpiritualiter idem eſt quod diſcretio,ſcientia,fides,ſeu conſideratio,vt pulchre ſcribit Bercho.in verb.cognitio.in ſuo moral.Dictio.

Ex literis cognoſcere. ¶ Cognoſcere ex literis,eſt intelligere,& literis ipſis certiorem fieri,l.diuus.ibi,cum autem ex literis tuis cognouerimus. ff.de offi.præſid. Inde pulchrũ extat adagiũ, γνῶθι σεαυτὸν, id eſt noſce teipſum:in quo temperantiæ, modeſtiæ mediocritatiſq; commendatio eſt, ne nobis vel maiora,vel etiam indigna ſequamur. hæc Eraſm.in adag. In idem fere Platonis memorata eſt ſententia,noſce teipſum, triplicem facit ignorationem. Eſt autem omni ex parte ignoratio ſui mala,ſiue quis tutus,ſiue dignitatis amplitudinem ignorans, diuinam in ſe partem neglectam humiliet,ſiue extra humilitatem natura ſibi appoſitam ignorans, ob extrinſeca extollatur,neſciens omnem naturam mortalem ita ſe habere prorſus. Vnde Euripides:

Ὡς ὅτε τις ἄμαθον σωρὸν πᾶς ἄγχι θαλάσσης,
Ος ἐπεὶ ἂν ποιήσῃ ἀθύρματα νήπιε τοῖσιν
Αφ ἅνδις σωρὸν χεῦε ποσὶ καὶ χερσὶν ἀθύρων.

Id eſt,

Vt puer accumulans multum per littus arenæ,
Vnde ſibi fingit permulta: ſed omnia ſtatim
Confundit manibus ludens,pedibúſque repulſat.

Speculari igitur & cognoſcere iubet Apollo vnumquemque ſuam vere eſſentiam, non vt philoſophemur,ſed vt ſapientes effecti beatitudine perfruamur.

Agnoſcere filium. ¶ Agnoſcere filium quis dicitur, quando eum tanquam ad ſe pertinentem, & ex ſe natum recipit:non agnoſcit,quando non admittit vt ſuum,l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iuris,& l.1.§.igitur.de ventre inſpiciend.

Reges Franciæ non ſolent baſtardos agnoſcere. ¶ In Francia non ſolet Princeps agnoſcere baſtardos, id eſt *ne les aduoue poinct eſtre ſes filz*.facit rub.ff.de liber.agnoſcend.ne aliqua bona Regni habeant.

¶ Et agnoſcere nomina quid ſit,elucidaui in l.nominis.ſupra eodem. Comprobare & agnoſcere dicit tex.in l.quo enim.in princip.ff.rem ratam haberi.

Agnoſcere munus,onera. ¶ Agnoſcere munus eſt ſubire,ſuſcipere, l.ſi quis. ibi, per præſulem munus agnoſcere cogendus eſt.iuncta l.3.ff.de munerib.vbi in vna dicitur agnoſcere, in alia ſuſcipere. Et agnoſcere ſponte officiũ dicit tex.in l.vlt.in fi.ff.ad munic. Agnoſcere onera,idem, l.hactenus.§.modica igitur refectio ad eum vſufructuarium pertinet, quoniam & alia onera agnoſcit.ff.de vſufructu.

Agnoſcere tributorum præſtationem. ¶ Agnoſcere tributorum præſtationem, eſt ſoluere tributa.l.inter debitorẽ.ibi, vt creditor onus tributi prædij pignorati non agnoſceret,ſed eius ſoluendi neceſsitas ad debitorem ſpectaret.ff.de pact.l.2.C.de alluuionib.l.fin.§.patrimoniorum.ibi,tributiones huiuſmodi agnoſcere debere.ff.de muner.& honorib. Et agnoſcere vſuras idem eſt, ſeu approbare,l.quotiens.§.ſed & ſi ſub vſuris.ff.de adminiſtra.tutor.ibi,ſi verò non ſoluerit vſuras, cogendus eſt agnoſcere,quas à ſe exigere debuit.l.Iulianus.de petit.heredit. Agnoſcere pœnam,idem,vel pati,l.ſi igitur.ff.pro ſocio,ibi,etiam pœnam ſocium agnoſcere oportet: dignum eſt enim,vt cum is participauit lucrum,participet & damnum.

¶ Agnoſcere exponit glo.pro reddere,in l.2.§.ſi quid publici.ff.de hered.vel actio.vend, ibi,conſequens erit dicere,agnoſcere emptorem eius hoc debere. nanq; hereditaria onera hæc ſunt.l.venditores.ibi,ſe agnituros ſi in lite mota ſumptus feciſſet. de verbor.obligat.l. Titius.ibi,quæſitum eſt, an ſumptus partem pro portione vſusfructus Titia agnoſcere debeat.ff.de vſufructu.nam agnoſcendo,id eſt approbando,obligatur quis.ob id agnoſcere pro reddere,præſtare,vel ſoluere quandoque accipitur.

Agnoſcere ſententiam, pro acquieſcere. ¶ Agnoſcere ſententiã,eſt acquieſcere ſententiæ,approbare ſententiã,l.cũ in vna.ff.de appel. ibi,duplex appellatio neceſſaria eſt,ne alterã agnouiſſe,de altera prouocaſſe intelligatur.

Intellectus ad l.2. C. de furtis. ¶ Agnoſcere pro cognoſcere,ſcire:vnde res agnitas,id eſt cognitas,quamuis aliter exponat glo.in l.2.C.de furtis.Et vult dicere text.inciuile eſſe & abſurdum, ſi agnitas res furtiuas,id eſt poſtquam cognoueris eas eſſe furtiuas,non reddas eas,etiam non reſtituto pretio,per l.qui agnitis.ff.de exceptionib.

Agnoſcere debitum. ¶ Agnoſcere debitum eſt illud approbare,confiteri,licet ſoluere non poſsit. l.penult.ff. de ceſsio.bon.quæ ſic habet,Qui cedit bonis,antequam debitũ agnoſcat,vel condẽnetur, vel in iure confiteatur,audiri non debet:& ibi gloſ. Itáq; accipitur agnoſcere in l.ſed & ſi hereditas. §.plane.ff.ad exhib.ibi,ego autem arbitror interdum etiã hoc actorem agnoſcere oportere,id eſt approbare:& ſic præſtare victum,& veſtitum ſeruo : vt declaratur in d.§.plane.iuncto verb.hoc,quod præcedentia ibi demonſtrat:vt ſuperius in l.1.ſcripſi.

Agnoſcere ius alluuionis, ac damnũ, & periculum. ¶ Agnoſcere ius alluuionis,id eſt locum habere,l.lacus.ff.de acq.rer.domi.ibi, ideóq; in his ſtagnis,& lacubus,alluuionis ius nõ agnoſcitur. Agnoſcere damnũ,id eſt pati,& ſubire damnũ, l.Imperatores. ibi, qui non iuſte appellauerit,damnum agnituru.ff.de appella.

iuncta

iuncta l.is qui reipub.ff. ex quibus cauſis maior. vbi dicitur damnum pati. Agnoſcere periculum,idem, in l.quid ergo.ibi, mox peractis omnibus periculum agnoſcat,qui non idoneum nominauerit.ff.ad municipal.l.2.§.conductores.ff.de adminiſtra.rerum.ibi,quia ſuum periculum agnouerit,id eſt ſuo periculo approbauerit. & l.ſi quis tutor.§. quid ergo.1.ibi,tutorem ſolere periculum pati.ff.de ritu nuptia.vbi in vna lege dicitur periculum agnoſcere,in alia pati.

Iudiciũ agnoſcere, hereditatem, bonorum poſſeſſionem,legatum. ¶ Agnoſcere iudicium eſt ſuſcipere,l.penult.§.ſi poſt cauſam actam.ff. de vacat.& excuſa.muner.vbi primò dicit ſuſcipere, poſtea agnoſcere. Agnoſcere hereditatem, eſt eam non repudiare,ſed velle acquirere,l.Iulianus.ff.ex quib.cauſ.maior.ibi, ſi miles hereditatem agnouerit,quod ſi non agnouerit,&c. Agnoſcere bonorum poſſeſsionem, eſt approbare,petere,l.1.§.ſufficit.vſque ad fin.legis.ff.de bonor.poſſeſs ſecund.tabul.vbi quod in principio dicit agnoſcere,poſtea dicit petere.l.fi.vbi iuris interpretes abunde elucidant. C.qui admitti.poteſt tamen quis agnoſcere & approbare, licet non petat. Agnoſcere iudicium defuncti,eſt illud cõprobare,l.ſi proponas.§.1.ibi,iudicium defuncti agnoſcere videantur.ff.de inofficioſ.teſtam.& l.fina.ibidem,cum dicit,agnouiſſe enim videtur,qui tale iudicium defuncti comprobauit,l.nihil. ibidem. Agnoſcere legatum, vel rem legatam, pro acceptare,l.ſi is qui.in fin.ff.de inoffic.teſta.ibi,nam ſi eam agnoſcam, repellar ab accuſatione. Contrarium eſt repudiare,l.liber homo.1.in fin.ibi, ſi poſt mortem ſerui agnouit legatum:quod ſi repudiauit,&c.ff.ad legem Aquil.

Seruum agnoſcere. ¶ Agnoſcere ſeruum noxium pro cognoſcere,in l.3.§.ſi quis noxali.ff.ad exhibend.vbi primò dicit recognoſcit,poſtea agnoſcit.facit l.2.de ſeruis fugitiuis.ibi,vt facilius agnoſci, & percipi fugitiui poſsint.

Dignoſcere. ¶ Dignoſcere eſt cognoſcere,l.3.§.1.ibi,ſed & ſi dicatur exhibere omnes,vt poſsim dignoſcere quis ſit, puto audiendum. ff.de publican.& vectiga.l.notionem.§.inſtrumentorum. infra eodem.

Recognoſcere. ¶ Recognoſcere iterum cognoſcere,relegere,vt hic, & l. 3. §. ſi quis noxali.ff.ad exhib. ſcripſi in tract.de chirographo.& ſchedular.recognitio.cum aliis quæ materiam forenſem tangunt, vbi videre licebit, in primo tomo cõmen.in conſti.Reg.Gallic.Hactenus de his.

§.Diſpungere eſt conferre accepta & data.

Diſpũctioquid. ¶ *Data & accepta conferre,eſt diſpungere.* Quaſi dicas,diuerſa rationum capita pungere, & computum,vt dicunt,examinare.vel diſpungere eſt tranſuerſo calamo rationes cancellare,quod bene norunt Theſaurarij.Vnde diſpunctio eſt exacta & diligens examinatio,l. ſi ſtatulibera ſerua pœnæ.in fin.ibi,quo autem ad ipſa volumina rationum tradenda, percontandáſque atque examinandas rationes & diſpungendas, atque excutiendas factum habet.ff.de ſtatuliber.l.cum plures.de bon.author.iud.poſsidend.

Expungere. ¶ Item expungere & diſpungere pro eodem capiunt ſæpius Iuriſconſulti:vnde reipub. rationes ſubſcriptæ & expunctæ aduerſus eum quidem, qui adminiſtrauerit vltra viginti, aduerſus verò heredem vltra decem annos retractari non poſſunt.l.in omnibus. §.fina. ff. de diuerſ.& temporal.præſcript.& vide inferius.

Huius §.utilitates. Intellectus ad l. calcularij. ¶ Ex hoc §.quamuis prima facie videatur ſterilis, inſurgunt vtilitates ſequẽtes. Primò, quod calcularij erroris retractatio etiam poſt decennij & vicennij tempora admittetur:ſed ſi gratioſe expunctæ rationes dicerentur,non retractabuntur,l.calcularij.ff.de adminiſtra. terum ad ciuita.pertinen.

Calculum pro computatione. Calculatores. ¶ Et error calculi,id eſt computationis exponitur à Iuriſconſ.in l.1.§.1.ff.quæ ſententiæ ſine appella.reſcindan.nempe quod in princip.dicit calculi errorem, poſtea computationis errorem vocat.Et calculatores hos computatores dicit Iuriſconſul.in l.1.§.ludi quoq;. ff.de var.& extraordinar.cognitio.Et licet glo.intelligat illum tex. l. calcularij. in curatore reipub.qui per gratiam calculum fecit,tamen illa computatio gratioſa intra decem aut viginti annos retractari debet:ſecus per errorem,quia tunc vſque ad triginta annos.

Cõputatio quãdo retractari poſſit. ¶ Ego vero putarem tres eſſe caſus conſiderandos ad verum huius materiæ intellectũ. Primus,quod per errorem computatio facta vſq; ad annos triginta retractari poterit. glo. ibi,& quia errans non conſentit,l.ſi per errorem.ff.de iuriſdict.omnium iudic.l.2.de iudi. l.libertus.§.error.ad municipal.Et ſic pro non facta habetur quoad effectum, ſi retractari petatur intra id temporis:alióqui approbari cenſetur,& tollitur actio,ſicut in aliis præſcriptionibus. l.omnes.C.de præſcript.triginta annor.

Gratioſa computatio quãdo retractari poſſit. ¶ Secundus caſus eſt,quando calculatio & computatio fit per gratiam à parte : vtpote tutor meus remanſerat mihi verè obligatus ex adminiſtratione tutelæ,vel curæ:ego maiorfactus computando cum eo, gratiam facio illi multorum capitum, quæ cancellare poteram:tamen computatio concluditur.poſtea me pœnitet,& volo illam calculationem gratioſam retractare,prætextu gratiæ illi factæ, quia forte remiſeram ei multa : an poſsim? Et

tex.ibi respondet non posse,in d.l.calculatij.ibi,sed & si gratiosæ expunctæ dicantur, non retractabuntur.quæ lex sic est intelligẽda,quicquid ibi scribant glo.& doct.& in l.2. C. de iure fisci.libro 10. quia ius non prohibet gratiam facere, vel donare, imò permittit bonis suis vti & abuti,l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de petit.hered.Et res iudicatæ,si sub prætextu forsan minus iustæ computationis infringantur, nullus erit litium finis,l.res iudicatæ. C. de re iudica.

Cõputatio gratiosi tutoris, vel procuratoris non nocet.

¶ Tertius casus est,quando curator reipub. procurator, tutor, vel alius administrator gratiosas computationes fecerit,in quibus multa fuerint remissa. Illa enim gratiosa computatio non nocet ciuitati,minori,vel domino,qui huius rei potestatem non fecit, l. pactum curatoris.C.de pactis.l.præses.de transactio . quia ista remissio foret donatio, quæ non potest fieri per habentem etiam generalem administrationem,l.contra.§.fi.ff. de pact. Iason & alij in.d.l.præses.facit l.2.§.si plures.ff.de vsucap.pro emptor. nec donatio alieni fieri potest,quin sit species furti.l.si pignore.§.1.ff.de furtis.

Regula, vt calculatio per errorem concluſa vſque ad 30. annos retractari poſſit.

¶ Et sic stat regula,quod calculatio facta per errorem retractari potest vsque ad triginta annos,ne error veritati noceat.Et hoc impetrando literas Regias, in quibus factum & error narratur,alioqui in huius Regni patria consuetudinaria non retractaretur ab inferioribus:vt scripsi in tract.de rescis.contract.in 2.tomo commentar.in constit.Reg.Gallic.

Caſus in quibus nõ retractatur calculatio.

¶ Primò restringitur,quando per gratiam partis, quia tunc non retractatur:si autem per gratiam procuratoris,vel administratoris,non valet,vt prædixi, quia non habet administrator ad hoc potestatem,videlicet remittendi.

¶ Secundò potero sine literis semper excipere de errore,etiam vltra triginta annos,quia temporalia ad agendum perpetua sunt ad excipiendum,l.purè.in fin.de exceptio.rei iudicatæ,cap.si autem.vbi Felin.& alij, & cap.plerunq;. de rescript.& Sabinus putat, calculi ratione potius quam maleficij heredem conueniri,l.Sabinus.ff.de dolo.

¶ Tertiò non procedit,si iudicatum fuerit,l.vna.C.de errore calcul. nisi sententia quoque interuenerit per errorem,quia adhuc retractatur, etiam si error non esset expressus in sententia,dum quoquo modo appareat ex actis,etiam si non referatur ad acta.Et solent in Francia concedi literæ retractationis, quicquid dicant Bar.& alij in d. l. vna. & facit quod no.Barba.consi.38.præclarè.col.1.in 2.volum.

Tranſactio impedit retractationem calculi.

¶ Quartò,si transactum fuerit super calculo, postea computatio non retractabitur, ibidem,in dicta lege vna.vbi pulchre Dec.quatuor casus describit, nisi fuerit in transactione erratum,quia consensus tunc impeditur.Intellige si probetur ille error, vt quia forte prætendebam te debere centum ex vna causa,tamen ducenta debebas,transegi:illa erroris calculatio retractabitur,impetrando literas,vt dixi.

Error partis an vitiet totã ſententiam.

¶ Quintò flectitur,si fuerit erratum in parte, & in alia non, tunc non retractabitur pars dimidia, respectu erroris in alia parte dimidia.lege,etiam.§.primo, ff. de minorib. glossf. in lege secunda,C.de re iudica. quippe non vitiatur vtile per inutile. Contrarium tamen tenent doctores,scilicet non valere in aliquo, per legem primam, §.primo, ff.quæ sententiæ sine appellatione. & Vital. in tractatu clausul.clauſ.erroris. verficul. expleto errore, vbi conciliat.

Declaratio ad l.aduerſus.

¶ Sextò non procedit, quando administrator ciuitatis cauisset,& stipulatus fuisset maiores vsuras: & tamen minores postea percepisset per longum tempus, tunc obstat exceptio pacti taciti.l.aduersus.C.de vsuris . vbi duo casus scribuntur. Primus in creditore, cui promissa fuerat vsura,puta decem aureorum,non tamen accepit præter sex:tunc enim exceptio taciti pacti nocet illi, lege secunda, C.de pactis. nam donare videtur reliquum. Secundus casus est, quando defensores ciuitatis cauerunt, & stipulati sunt vsuras solito forte maiores,& tamen non acceperunt nisi solitas, tunc etiam exceptio taciti pacti nocet, ne amplius petatur in odium vsurarum, & quia erant quincunces, quæ iustæ sunt, lege, cum quidam.ff.de vsuris. & semper solutæ ita.in dicta lege, aduersus. ibi, semper & debitum vsurarum tollitur per decem annos,lege, cum quidam.§.diuus.ff.de vsuris.Fortius modificatur,vt tanta vsura non exigatur, & quia vsura & pœna æquiparantur, l. qui sine.vbi Bartolus,ff.de negotiis gestis.Et administratores possunt totam pœnam remittere,lege final.§.si quis professus. ff. de publicanis & vectigalibus, Baldus in §.firmiter.de prohibita feudi alienatione per Federicum.refert Curtius in dicta lege, præses. etiam fauore pupillorum, vt in dicta lege, aduersus . dicitur amitam pupillorum nomine voluisse, &c.

Error in calculo temporis nõ vitiat computationem.

¶ Septimò non retractatur etiam ratione erroris calculi dierum & temporis computatio,lege finali,§.& cum antea.C.de temporib.appella.nam cum fieret computatio calendis Aprilis,si scribam factam esse idibus, non ob hoc retractabitur. Et ita differunt error computationis rerum ipsarum,& temporis:quia quo tempore facta sit non interest, dum tamen sit concluſa.

Computatio à

¶ Octauò,si iudex hanc calculationem & computationẽ approbauerit,non etiam retractabitur.

iudice probata non retractatur.

ctabitur.Bar.in l.2.C.de iure fisci.lib.10.ita nominatim Ioan.Maria.in d.l.vna.col.2.qui allegat Innoc.in c.1.de confirma.vtili.vbi dicit quod postquam iudex approbauerit aliquid tanquam rite factum,illud non posse postea retractari. Ideoq; solent cauti post computationem factam curare,vt iudicis authoritas interueniat ad approbandum eam & confirmandum:& est vtile.

Cõfirmata calculatio nõ retractatur.

¶ Nonò vitiatur,cum allegatus fuisset error,& iterum fuerit calculatũ,& confirmatum: tunc non potest iterum retractari:nã semel cognitio & disputatio concedẽda est,l.fin.ff.de bon.author.iud.possid.Alioqui in infinitũ procederetur,contra c.2.de rescrip.in 6.& quę scripsi in repe.l.vnic.no.1.C.de sent.quę pro eo quod interest proferũt.arg.no.in l.si ex falsis.C.de transact.& l.boues.§.hoc sermone.infr.eo.facit l.vna. ibi, transactionibus scilicet & secundis confessionibus.C.de plus petitio.Nisi esset appellatũ ab illa sententia confirmationis.nam tunc iudex appellationis poterit primam confirmationem iniustã pronuntiare, l.eos.C.de appellat.Et imputetur ei, qui appellationis remedium ordinariũ non est prosecutus:ideoq; ab hoc extraordinario repelletur,l.in causæ.ff.de minorib.sicut dixi de restitutione in integrum postulata, in artic.2.de restitut. in secundo tomo commentar.ad constit.Reg.

Calculator à iudice datus impedit retractationem.

¶ Decimò,quando præstitutus fuerit calculator à iudice de consensu partium, stabitur illius calculo,donec probetur error,l.2.C.de vsuris & fructib. rei lega.l.pen. ff.de confess. Bar.& Iacob.Rebuff.in d.l.2.C.de iure fisci,lib.10.Debebit tamen hic calculator electus iurare,officium suum legitimè & fideliter se exequuturũ.l.hac edictali.§.is illud.C.de secun. nupt.vbi Bal.& Iacob.in d.l.vna.in princ.Plus dicit,quod si inter partes fuerit dictũ, centum tantum esse debita pro residuo,vel pro omni causa,tunc error allegãdus est,nec alias retractabitur hæc computatio:si verò simpliciter fuerit dictum, centum remanere debita, tunc absq; erroris allegatione licebit probare plus esse debitũ ex re computata . nam pars dicendo centum debita,noluit excludere quid amplius esse.l.si quidem. C. de transactio.

Liberans debitorem quando poſſit retractare computationem.

¶ Vndecimò,si post calculum factum ex interuallo pars remiserit,aut liberauerit debitorem,non potest ex postfacto computatio retractari,quia censetur deliberate processum & non erronee.l si mulier.ff.ad Velleia.Bar.in d.l.2.secus si incontinenti. quia tunc eodem errore censetur actus secundus factus,sicut primus.arg.l.doli.§.diuersum. ff. de nouatio.l. 3.vbi doct.C.de non nume.pecu.Ego in forensi iudicio vidi obseruari,quod siue ex continenti fiat remissio,siue ex interuallo absque nouo computo, sed ex primo , quod petiposit retractatio:quia eo errore quo fuit in primo deceptus, & in secundo : quemadmodum etiam videtur inclinare Dec.in d.l.vna.& vidi impetrari literas à cancellaria,quando error probari potest liquidó.

Promiſſũ quo modo retractari poſſit.

¶ Duodecimò,promissum potest etiam retractari ratione erroris calculi,& potest condici liberatio,petendo instrumentum cancellari, & irritari, d. l. vna.de qua cancellatione scripsi in tract.de liter.obligator.sigillo Regio vel alio authentico signatis.articu.1.tomo 1. commentar.in constit.Regias Gallicas.Alia de Thesaurariis huc pertinẽtia dixi in eisdem ordinatio.Reg.tit.*des Treſauriers, Receueurs*,& c.

Expungere quod ad l.17.ff. de re milit.

¶ Sed aduertendum,quod in l.17.ff. de re militar.sic dicitur:ex causa desertionis notatus,ac restitutus,temporis,quo in desertione fuerit, stipendiis expungitur. vbi glos.exponit expungere pro extra pungere, amouere, quasi non habita ratione illius articuli procedere, & illum cancellare. ideo vult text.dicere, quod stipendia temporis desertionis non habebit notatus. Dicit Budæ.in primis annotationib. ad Pandectas, expungere esse punctis circunducere, & tollere, & quasi rem iam confectam eximere è codice : vt expunctus miles dicatur,qui è numeris exemptus est,& ære dirutus.

¶ Aliquando Iurisconsult.dicit excutiendas rationes,id est expungendas, l.si quis dicat.in fin.ff.de manumiss.& l.vix certis ex causis.de iudic,

¶ *Accepta.* Hoc verbum plene explicatur in l.aliud est capere.infra eod.

Conferre quot modis capiatur.

¶ *Conferre*, id est communicare accepta & data, comparare, coniungere. l. item apud.§. conuitium.ff.de iniuriis. vbi sic scribitur : Conuitium autem dicitur, vel à concitatione, vel à conuentu, hoc est à collatione vocum , cum videlicet in vnum plures voces conferuntur.

Conferre munus.

¶ Conferre,dare,tribuere,præstare,l.fin.§.Irenarchæ.ibi,cum nihil de proprio patrimonio in hoc munus conferant.ff.de munerib.& honorib.l.1.§.solent.quando appellandsit, ibi,vel alius quis honor,vel munus in eo conferatur.l.sorori.si pars heredita,peta.

Pecuniam tributi.

¶ Conferant pecuniam tributi pro modo prædiorũ, id est præstent.l.cum possessor.ff. de censib.

In arbitrium conferre.

Conferre in arbitrium domini,est remittere siue cõmittere sententiæ & voluntati domini,& in arbitrium eius, l.in personam.ff.de regul.iuris. generaliter probandũ est vbicunq; in bonæ fidei iudiciis confertur in arbitrium domini, vel procuratoris eius conditio,pro boni viri arbitrio hoc habendum est.

Cõferre beneficium.

¶ Conferre beneficium est prouidere,vt dixi in rubr.de collat.in concord.& in rubr.vt

ecclesiast.benefic.fine diminutio.conferant.

Declaratur titul. decollat. ¶ Conferre est simul ferre,quasi in vnum ponere,vulgo *rapporter*.& ita sumitur in rubr. de collationib.C.& de collatio.bonor.ff.& de collatione dotis.

Cõferre de aliquare. ¶ Conferre est colloqui,l.Aquilius.ibi,& cum de ea re mecum contulisset Nicostratus. ff.de donationib.

Conferre in diem. ¶ Conferre,differre,referre,l.huiusmodi.ibi,sed præstatio in id tempus collata intelligatur.ff.de verborum obligation.l.si eum.§.1.ibi,tota enim stipulatio in diem collata esse videtur.si quis cautionib.l.obligationum fere.§.1.ff.de actionibus & obligationib.ibi,circa diem duplex est inspectio:nam vel ex die incipit obligatio,aut confertur in diem. l. quæsitum.ff.de sponsal.

Conferre adhostes. ¶ Conferre se,proficisci,ire,l.eius.§.fin.ibi,quæres quo se conferat.ff. ad municipales.l. amissione.§.1.ibi,& in hostium numerum se conferunt. de capitis deminutio. vulgo dicimus,*se rendre aux ennemis*.

Conferre pecuniam. ¶ Conferre,coniungere,congregare,l.continuus.§.illud inspiciendũ est,an qui certum dare promiserit,confestim teneatur: an verò cesset obligatio, donec conferre pecuniam possit.ff.de verbor.obligat.vel ibi potest accipi pro præstare.

Iactus merciũ ab omnibus cõferri debet. ¶ Conferre,contribuere,l.2.iũcta l.1.ff.ad legem Rhodiam de iactu. vbi iactus mercium debet conferri ab omnibus,id est omnium contributione sarciri, vt ibi: facit l.si ex duobus.in fin.ibi,sed per prætorem id consequar ego dominus proprietatis, vt aut cogat prætor te pro æstimatione vsusfructus conferre ad litis æstimationem, aut vsumfructum cedere,si hoc expediat.ff.de noxalibus.

In vnam personam conferre. ¶ Conferre,id est impendere,l.si vir.ff.ad legem Falcid.vbi glos.sic exponit.facit l.antepenult.ibi,potest iudex in vnam personam totam condemnationem conferre.fami.ercisc. ego exponerem ibi pro referre.facit §.pen.de offic.iudic.in Instit.

Conferre domicilium. ¶ Contulit domicilium in aliam regionem, id est transtulit. in l. pupillus.§. incola. infra eodem.

¶ Collata ædificia exponit glos.id est coniuncta in l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure, ibi scripsi.

Collatio. ¶ Collatio,indictio,& collecta vocatur,l.fin.§.si autem.ibi,collationis genus honor. ff. de munerib.& honorib.l.sunt munera. de vacatio.muner. dicitur etiam publici muneris impositio,in l.1.C.de episc.& cleric. & in authen.de collator.colla. 9. Sic & sumitur pro libro,vt collatione prima & secunda, vt in libro quod volumen appellamus, & docto. tradunt in rub.C.de collatio.Aliis quoque modis accipi scripsi in rub.de collat.in concord. non repetam hic.

§.Liberorum appellatione continentur non tantum, qui sunt in potestate, sed omnes,qui sui iuris sunt:siue virilis,siue fœminini sexus sunt,éxve fœmino sexu descendentes.

Liberorum nomine fœminæ, & naturales an contineantur. ¶ Si testator disposuerit bona post mortem venire ad suos liberos,& illis deficientibus ad ecclesiam,liberorum appellatio comprehendit tam filios in potestate, quàm emancipatos, & sui iuris existẽtes,& tam masculos quã fœminas,ac ex ipsis descendẽtes: imo etiam liberorum nomen tam legitimos,quàm naturales continet.l.liberos.ff.de senator. l. ex facto.§.si quis.ad Trebel.vbi limitatur,& in c.in præsentia.de proba.facit tex.in l.1.ff.de bon. possess. contra tab.ideoq; liberos accipere debemus quoad hoc siue naturales,siue adoptiuos.Et dicit Vlp.Iurisc.in l.1.& 3.§.1.ff.de liber.hom.exhib. Hæc verba:Quem liberum,ad omnem liberũ hominẽ pertinent,siue pubes sit,siue impubes:siue masculus,siue fœmina: siue vnus,siue plures:siue sui iuris,siue alieni.Nisi staret cõsuetudo, vel statutũ,quod stantibus liberis fœminæ non admittãtur.tunc enim proculdubio fœminæ non venient, quia dispositio intelligitur secundũ patriæ consuetudinem.Doct.in l.Gallus.§.1.ff.de liberis & posthu.Ias.in l.si quis id quod.de iurisd.omn.iudic.Albert.Brunus in tract.de statutis excluden.fœminas.q.12.artic.5.alia dicentur in l.liberorũ.infra eod. Carol.Ruinus consil.18. primo,& principaliter.in 1.vol. Et sic in infinitum descendentes vocantur liberi,d.l.liberorum.Et filiorum appellatione omnes liberos intelligimus,l.filij.l.Herennius.infra eod. & l.qui mortui.& l.non est sine liberis.l.potestatis.& d.l.liberorum.isto tit. Interdum liberi accipiuntur pro ingenuis hominibus,& in libertate constitutis,vt in l.1.§.in quo.& §. seq.ff.de ventre inspicien.& liber,a,um,multa significat,vt scripsi in l.non tantũ. infra eo.

Virilis sexus. ¶ *Virilis sexus*,in hoc text. dicitur,ad virum pertinens,l.virilis.infra eo.qui alibi masculinus vocatur sexus,in l.pronuntiatio.infra eod.

Virilis portio. ¶ Virilis portio elucidatur in l.virilis.ff.de lega.præstan.de virili alia dicentur in l. virilis.infra eod.

¶ Sexus facit mentionem tex.in l.speciosas.& l.inter stuprum.§.fina. & l.Herennius.infra eodem.

¶ *Non*

Non tantum. ¶ *Non tantum*,ampliat dispositionem,vt in l.creditorum.& l.appellatione parentis.supra eod.& in l.intestatus.l.aliud est fraus.§.1.l.non tantum.l.ex illa parte.& l.cum quærebatur. ac l.vlt.infr. eod. Vnde si dicam,Dono non tantum domum,sed equum, vtrunque veniet, & debebitur. Idem si dicatur,nec tantum, in l.pupillus.§.incola.infra eod.idem in dictione non solum, l. pecuniæ nomine. infra eod. & l. transacta.cum aliis hoc titulo,licet Laurent. Valla in his tradat aliquam differentiam.

Dictio Ex varie sumitur. ¶ *Ex fœminino sexu*. Notandum est, quod hæc particula Ex, vt plurimũ denotat causam proximam,& immediatam:allegatur l.eo tempore.§.fi.ff.de pecul.vbi Bar. & plene Barba. consil.74.omnia.col.4.in 3.volu. Vnde si dicatur, vt natus ex filio succedat, non comprehendetur progenitus ex nepote, quia non nascitur ex filio. per l. Lucius. 2. ff. de heredib. instituend. ibi, ex se natum, natamve. & sic de filio immediato intelligetur. Quod non procedit quando hæc dictio descendentes esset apposita, vel aliud verbum varias denotans personas:tunc enim omnes etiam comprehendentur,vt inferius dicetur.

Dẽ statuto Tholosano,vt maritus dotem lucretur. ¶ Item si vir lucretur dotem,vt Tholosæ ex consuetudine prædecedente vxore,non extantibus ex ea filiis,si neptis superfit ex filia, non excluditur vir à lucro dotis, ob naturam huius particulæ ex,quæ dictio causam denotat immediatam,vt consuluit Bar.in consil.132. in Dei nomine, &c. licet in quæstione. quem sequitur Soci. consil. 51. visa facti.col.1.in 4. vol. alia scripsi in quodam consilio meo in illa materia.

De quid significet. ¶ Idem in particula, De, per tex. in l.non distinguemus.§.de officio.ff.de arbitr.Bal.in l. ex arrali pacto. C. de actio. empti. Vnde si pacisci non liceat de percussionibus sanguinolentis absque procuratore Regio, tamen valebit pactum, si cum pugno tantum quendam percussissem,qui lapsus offendit lapidem,quo fuit eius caput comminutum,effractum,aut alias cruentatũ: quia non dicitur percussio sanguinolenta proxima, & immediata:vt concludit Ias. in l. non dubium.col.5.nu.24.C.de legib. sed alibi dicam quid de hoc sentiam.

Propter & ob causam remotam significat. ¶ Dictiones verò propter & ob,causam remotam & mediatam significant,per l.1.§. nunc videamus.ibi,hoc enim non de bonis aui, sed propter bona postea eis accrescit. ff. de coniungend.cum emancipa.liber.l.1.C.si seruus extero.Bar.in d. l. eo tempore.de pecul.

¶ Limitatur nõnunquam ratione materiæ,& ad vitandum contrarietatem,vel absonum intellectum. nam tunc istæ particulæ de & ex denotabunt etiam causam remotam, & mediatam,vt in l.1.§.ex incendio..ff.de incend. & in l.finita.§.deinde. vbi Bar.ff.de damno infect.vt,Legati ex delictis in legatione commissis coguntur Romæ iudicium pati.l.nõ alias. §.1.ff.de iudic.Bar.in l.cum filius.§.heres meus.de lega. 2.

Phrases dictionis ex,si personam respiciat. ¶ Vbi non sunt prætermittendæ multę phrases à Iurisconsultis obseruari solitę, quas ego sic distinguerem: Quod interdum Ex respicit personam, & tunc sumitur pro De immediate,veluti cum dicimus,ex persona defuncti, l.interdum.ibi, hoc enim ipso deceptus videtur, quod cum posset restitui intra tempus statutum ex persona defuncti, hoc non fecit,l.verum.§.societas soluitur ex personis. ff. pro socio.

Ex animo, ex voluntate. ¶ Ex animo facere,est ex voluntate,non fictè,nec coactè,sed vltro & spontaneè,l.3.ff. de adulter.ibi, nisi igitur pater maritum infamem aut arguat,aut doceat colludere magis cum vxore,quàm ex animo accusare,postponetur marito. facit l.si extraneus.ibi,ex necessitate, non ex voluntate. de iure dotium.

¶ Ex sua voluntate, id est sponte, & sine mandato.l.cum qui ex sua voluntate minorem annis in iudicio defendit, & condemnatus est, ex causa iudicati posse conueniri. ff.de minor. Ex ore cecidisset,l.qui fundum.§.fundi.ff.de contrah. emptio. Ex corporis vitio acciderit,id est propter corporis vitium,in l.ob quę vitia.in princip.ff.de ędili. edict.

Ex, à & ab interdũ tempus respiciunt. ¶ Interdum istę dictiones Ex,A, Ab, respiciunt tempus, & tunc excludunt: vt si ex die Paschatis dem vobis vsumfructum talis horti, post diem Paschatis habebitis, & non ipso die,quippe istę dictiones sumuntur pro post,l.vna.§.item si ex die.& seq.ff.quand.dies leg. cedit.& l.1.§.si tibi.in rub.seq.Aliquãdo tamen currit illud tempus à momento in momentum.Bar.in l.pater.§.sexaginta.ff.de adulter. l.3.de minor.

Ex tempore. ¶ Ex eo tempore quo lis inchoata est, l. si fundus. §.in vindicatione.in fi.ff.de pignor. l. qui balneum ex calendis proximis conduxerat.qui potior.in pignor. habeant. Ex tempore societas coiri potest,vt à die Paschatis in antea,l. 1. ff. pro socio:sed non seruitus, l. 4. ff. de seruitu.

Ex die. ¶ Ex die diuortij,id est post diem,non computato illo die,l.licet.in fi.ff.de iure dotium. l.1.§.1.iuncto §.si mulier.ff.de liber.agnoscend.l.hereditas ex die.ff.de hered.instit.l.obligationum fere.§.1.de action.

Ex hoc iure. ¶ Quandoque etiam pro materia significant initium temporis, vt l.ex hoc iure.vbi Bar. ff.de iustit.& iure. & l.tali.de iure dotium.ibi,ex eo die,quo dos esse potuisset. Interdum verò cum respiciunt ipsum tempus,sumuntur pro de,vt in l.interdum.§.planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno vtili habuerit.ff.de minor. l. cum in plures.ff.locat.ibi,ex calendis Ianuariis fracta,&c. Si autem referantur ad locum,exclu-

Ex, à, & ab ad locum referuntur.

dunt:vt cum dico, A tali domo vendo fundum,domus excluditur. tex.& ibi gl.in l.datio. in fi.in verb.à Brundusio.ff.de actionib. emp.gl.in c.ſtatutum.de præbend.in 6.& ibi addidi.Alex.conſil.42.in cauſa.col.2. nu. 5. in 3. vol. niſi conſtet in contrarium de mente legis, ſeu contrahentium, vt conſuluit Bal.conſil.412.f.locauit.in 5.vol.

Ex diuerſo, econtrario.

¶ Nonnunquam iſta dictio ex reſpicit rem ſeu materiam, & tunc varie ſumitur ſecundum diuerſitatem rerum,vt ex diuerſo,pro ex cõtrario,vel econtrario.l.patri.§.item ex diuerſo.ff.de minor.iuncta l.Neſennius.& l.fi.de negot. geſt. l. ſeruum. §. 1. & l. ſed & hæ. §. non ſolum.ff.de procurator.ac l.in emptionibus.de pact.l.& ex diuerſo.de rei vindica.

Ex eo.

¶ Ex eo, pro eapropter, ea cauſa, propter hoc,l.1.in princ.ff. de poſtuland. l. qui teſtamentum,in fi.de proba.l.ſi ſponſus. §.conceſſa.de donationib.inter vir.& vxor.& an modum inducat,an cauſam,docet Gaius in l.demonſtratio. §. fi. ff. de cond. & demonſtra.

Ex fruendo.

¶ Ex fruendo vſusfructus conſiſtit,id eſt facto aliquo eius, qui fruitur, & vtitur, l. 1. ff. quando dies lega.ced.& ex eo quod fruitur,vſusfructus conſiſtit.

Ex continenti. Ex integro.

¶ Ex cõtinenti,pro incontinenti,mox,l.ſed ſi ex parte. §.pen.ff.quod cũ eo. Ex integro, pro de integro,integre,l.ſi iudex.& l.& poſt. §.circũducto.ff.de iudi.l.admonẽdi.de iureiu.

Ex lege.

¶ Ex lege capere, id eſt ſecundum legem,iure & legitime.l.quemadmodum. §.magiſtratus.ibi,idem ſi dum putat ſe ex lege capere pignus,non ex lege ceperit. ff.ad legem Aquil. Ex lege duodecim tabularum, l. de eo. de donatio. inter vir.& vxor. Ex lege condictio, id eſt actio detur, quoties lege noua obligatio introducta eſt, nec cautum eſt, quo genere actionis experiamur,l.vna. ff. de condict. ex lege. Idem ſi conſuetudo vel ſtatutum introducat nouum remedium, tunc etiam actione ex illa lege vel ſtatuto, ſeu conſuetudine,vel ordinatione agetur.l.omnimodo.C.de inofficioſ.teſtam.

Ex more.

¶ Ex more,& ex conſuetudine,idem,in l.qui ſemiſſes.ff.de vſuris,vbi quod ex more dixerat,poſtea dicit ex conſuetudine.

Ex contractu.

¶ Ex contractu quis obligatur,l.creditor.ff.de pignor.l.1. de actionib. & obligationib.l. tam ex contractibus.de iudic. Contractus ex conuentione legem accipiunt,l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſ.l.contractus.de regul.iuris.

Ex latere.

¶ Ex latere,id eſt ex tranſuerſo,vt fratres,l.fi.ff.de ritu nuptiar.iuncta l.1.& l.Iuriſconſul. de gradib.elucidant doct.in declara.arbor.conſanguinita.nam quædam perſonę ſunt aſcendentes,vt pater,auus,& ſuperiores:quædam ſunt deſcendentes,& inferiores, vt filius:quædam ex latere,vt fratres,&c.

Ex poſtfacto.

¶ Ex poſtfacto,pro poſtea,poſt factum,l.ſi Titio,qui rem meam ignorante me creditori ſuo pignori obligauerit,heres extitero,ex poſtfacto pignus directo quidem non conualeſcit.ff.de pignor.l.erit.de fundo dotal.probat l.omnis hereditas.de regul.iuris,quę vtroque vtitur verbo.

Ex cauſa.

¶ Ex cauſa ſubuenit prætor,id eſt pro cauſa,quando abeſt cauſa pro re nata.l.1.& per totum.ff.ex quib.cauſ.maio. Ex cauſa fideiuſsionis ſoluere,l.ſi fideiuſſor.1.ff.manda. Ex cauſa pignoris,l. creditor. ff. de pignorib. Ex occaſione, lege, reſcriptum. §.1.de diſtractio.pignor.

Ex conſilio.

¶ Nemo ex conſilio obligatur,l.2.in fi.ff.manda.& c.nullus ex conſilio,dummodo fraudulentum non fuerit,obligatur.de reg.iur.in 6.

Ex æquitate, ex ſubſtantia, ex re.

¶ Ex æquitate iudicis,l.ſi procuratorem. §.ſi ignorantes.eodem. Ex ſubſtantia debitoris,eodem:quod alibi dicitur ex corpore patrimonij,l.penul.§.ſi quis ius.ff.de iuris & fact. ignor.vel ex re debitoris,ſeu heredis,l.niſi.de petitio.hereditа.vel ex re emptoris, l.quod ſi nolit.§.ſi peculium.ff.de ædili.edict.Innumeras alias & ſimiles phraſes liberum eſſet adducere:ſed ex iſtis ceteras facillime colligere licebit,& intelligere.

Deſcendentiũ nomine qui cõtineantur.

¶ *Deſcendentes.* Qui appellatione deſcendentium contineantur, videamus. Et magis eſt vt in deſcendentium appellatione veniant omnes,qui ex eadem ſtirpe, & ſtipite oriuntur,etiam in infinitum,cuiuſcunque gradus ac ſexus ſint.l.fi.ff.de ritu nuptiar.& in l. fi.C. de ſuis & legitim. hered. & in l.1.de conditionib. inſer. ſic conſuluit Alex. conſil. 60. viſo themate.col.1.in 2.vol.Dec.conſi.223.in caſu.col.2.Paul.Pariſ.conſi.51.in huiuſcemodi.col. vlt.nu.30.in 2.vol.

Prohibitio alienationis,vtres ad deſcendentes veniat, eſt perpetua.

¶ Vnde ſi teſtator prohibuerit alienationem ſuorum bonorum, volens ea venire ad deſcendentes,tunc prohibitio illa extendetur in infinitum, vt ſcripſit Iacob. de bello viſu in §.fi.in authen de reſtitutio.fideicom.colla.9.& Bal.in l.voluntas.C.de fideicommiſſ. refert Soci.conſi.51.viſa facti.col.1.in 4.vol.

Aſcendentes qui dicantur.

¶ Aſcendentes autem dicuntur pater, mater,auus, & aliæ ſuperiores perſonæ in infinitum.l.appellatione parentis.ſupra eodem,l.Iuriſconſul.ff.de gradib.

Fœminæ quando ſub aſcendentibus vel deſcẽdentibus cõprehendantur.

¶ Quæ non procederent, ſi conſuetudo vel ſtatutum diſponeret, vt extantibus aſcendentibus fœminæ non ſuccedant.tunc enim ſub aſcendentibus vel deſcendentibus non comprehenderentur fœminæ,vt no.Bal.in l.tres fratres.ff.de pactis,& Alexand.in l.Gallus. §.1.ff.de lib.& poſth.refert & ſequitur Iaſ.in l.qui filiabus,col.2,nu.15.& ſeq.ff.de lega.1.

¶ Secundò

¶ Secundò non habet locum, vbi diceretur quod deſcendentes ex virili ſexu ſuccederent:tunc enim veniret quidem fœmina nata ex maſculo, ſed non maſculus ex fœmina, quia nõ deſcendit ex virili ſexu.§.nos verò.de legitim. agnator.ſucceſſ. in Inſti.facit l.2.§. 1. ff.de ſuis & legitim.hered.gloſ.& doct.in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de liber.& poſth.

¶ Tertiò limitatur in pœnalibus, vbi tantum intelliguntur maſculi. glo. & doct.in c.ſtatutum.2.de hæretic.in 6.Peruſ.in c.ſi pater.col.penul.numero 114.in 26.q.de teſtam.in 6.

¶ Idem in feudis, vt ſi ad deſcendentes ſolum ea venire cautum ſit, ad maſculos & non fœminas id ſpectet. §. hoc autem. qui feudum dare poſſunt.doct.in l. Gallus.§.etiam.ff. de liber.& poſth.ſic conſuluit Paul.Pariſ.conſil.72.ad veram.col.2.vol.4.Secus in Francia,vt ſcripſi in arbo.feudor.

VLPIA. LIB. QVINQVAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMASEPTIMA.

Quibus præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm ceteri diligentiam,& ſolicitudinem rebus, quibus præſunt,debent, hi magiſtri appellantur: quinetiam & ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur. vnde etiam cuiuslibet diſciplinę præceptores magiſtros appellari,à monendo, vel monſtrando.

¶ Magiſter appellatur is, qui maiorem diligentiam, & curam ſolicitudinemve debet adhibere rebus,quibus præpoſitus eſt, quam alij:ergo miniſter,qui minus.& interdum in tex.eſt quibus,& frequentius:& in Pand.Florent. legitur cui, & idem eſt ſenſus.

Præcipua cura.

¶ Præcipua cura dicitur ſingularis,potiſsima inter alias:inde dicit tex.in l.ſcire.ff.ad municipal. Qui enim illius ciuitatis præcipuis non vtitur, non exiſtimatur eſſe incola: id eſt qui non vtitur ſingulari iure & priuilegiis ciuitatis, non exiſtimatur incola. Et dotis cauſa ſemper vbique eſt præcipua, id eſt ſingularis & priuilegiata, exponunt doct. in lege 1. ff. ſoluto matrimo.

Præcipuum quid.

¶ Præcipuum quoque dicitur id, quod ante alios quis habet proprium, peculiare, l. Pompo.Philadelphus.ff.famil. ercis. ibi, an ea præcipua filia retinere poſsit.l.communis.1. comm.diuid.ibi,quia bonæfidei conuenit,vt vnuſquiſque præcipuum habeat, quod ex re eius ſeruus acquiſierit.l.ſi fratres. §. idem Papinia. in fi. ibi, quia & ſi in poteſtate maneret, præcipua ea haberet. pro ſocio.

Præcipuum legatum.

¶ Præcipuum legatum,prælegatum,quod vnus ante alios heredes capit,vulgò *preciput, aduantaige*,l.fi. in princip.ff.de lega.2.& l.1.C.ſi certum peta. veluti ex conſuetudine in pleriſque locis huius Regni primogeniti ſolent vltra alios quid præcipuum habere, nempe caſtrum, aut principalem habitationem cum volatu caponis, vel aliud. De quibus videte per conſuetudines Franciæ.

¶ Præcipuè, id eſt maxime, l. 1. ff. de teſtib.ibi,teſtimoniorum vſus frequens,ac neceſſarius eſt:& ab his præcipuè exigendus, quorum fides non vacillat.

Præceptio.

¶ Præceptio,in l.item Labeo.§.1.ff.famil.erciſc.& in l.miles.in fi.de lega.2.ac in l.nomen. §.1.de lega. 3.

Maiori curæ debet eſſe præditus rector, quam is qui regitur.

¶ *Cura.* Ex iſto tex.colligitur,quod maiori cura & ſolicitudine & diligentia præditus eſſe debet magiſter,quam diſcipulus:quia ſeipſum regere,& alios debet. & qui regit,præcellere debet ingenio eum, qui regitur. viliſsimus enim computandus eſt, qui alios honore præcedit, niſi præcellat moribus & ſanctitate,c.viliſsimus.1.q.1.vnde tutorum quoque & curatorum maior ſolicitudo requiritur,quam pupillorum,vt qui magiſtri pupillorum dici poſſunt,l.1.ff.de tutel.

Præceptoris cura qualis eſſe debeat.

¶ Præceptoris verò cura qualis erga diſcipulos eſſe debeat, videamus.Et quidem prima ria de deo eſſe debet, videlicet vt præceptor ſuum inſtruat puerum in dei præceptis, & ad dei, & ſanctorum venerationem,& dilectionem.Nam prius animas, poſtea linguas fieri decet eruditas.§.illud verò.in proœm.ff.

¶ Secundò, circa mores, vt diſcipulus bonis imbuatur moribus,quia boni mores pluſquam diuitiæ operantur,l.ſcire oportet.in fi.ff.de tut.& curat.dat.ab his:& plus eſt morum nobilitas, quàm generis,c.nos qui. 40.diſtinct.& grauiora ſunt damna morũ,quàm rerum temporalium,c.ſunt plurimi.in fi.& c.deteriores.6.q.1.

¶ Tertiò,cura non minima debet eſſe circa perſonam diſcipuli quo ad victum,& corporis cultum, vt mediocri necnon ſalubri vtatur cibo: quemadmodum dixi in ſcholaſticor. priuileg.lib.2.ad hæc vt mundus incedat, & veſtibus, & aliis ſibi neceſſariis, vt ſcripſi in l. verbo victus. ſupra eodem.

¶ Quartò, curam adhibeat præceptor ad facile perdocendum & inſtituendum puerum in bonis diſciplinis,vt diſcat,& didicita recte proferat: quam prolationem tanti fecit Cicero,vt

ro,vt iterum atque iterum rogatus quid potiſsimum eſſet in arte oratoria, bis reſponderit pronuntiatio,pronuntiatio.Et Dauid inquit, Bonitatem , diſciplinam , & ſcientiam doce me:prius bonitatem,diſciplinam , & poſtea ſcientiam expetit. Alia ſcripſi lib. 2. de ſcholaſticor.priuileg.

Cura & ſolicitudo.

¶ At generaliter cura dicitur vehemens & anxia animi ſolicitudo,vt inquit Feſtus,quaſi cor vrat.glo.in princip.de heredib.& Falcid.colla. 1. Et ſecundum Lucam de Penna in l. 2. C.de fund.rei priuat.lib.11. Cura eſt ſine moderamine,ſolicitudo moderata. Quod non puto verum: quinimo tex.iſtum intelligerem de moderata cura, ad quam tenetur præceptor, vel magiſter: alioqui ſuum officium maxime foret damnoſum. E contrario qui ſine cura eſt,dicitur negligens,l.2.C.de conditis in public.horreis,lib.10.C. velut hi,quos *enfans ſans ſouci* vocamus.Inde dicitur: Cura carnis omnis,vt iuſto pretio præbeatur,ad curam præfecturæ pertinet,& ideo forum ſuarium ſub ipſius cura eſt,l.1.§. cura carnis. ff. de offic. præfect.vrb.vbi ſcripſi,& firmaui in ſcholaſtic.priuileg.lib.2.requiſito. 9. ſcholaſticos ſine cura rei familiaris eſſe debere , vt diſcant facilius: quia impliciti negotiis familiaribus vix animum literis applicare valent.

Cura Principis quo tendere debeat.

¶ Item ad curam Principis (vt ait Iuriſconſul.) magiſtratuũ creatio pertinet,non ad populi fauorem,l.vna.ff.ad legem Iul.de ambi.Cura tamen ciuitatis apud præſidem prouincię,cui prę fectus eſt, dicitur in l.penul.ff.ad municipal.

Cura animarum non negligenda.

¶ Ita quoque dicimus curam animarum eſſe artem artium, c. cum ſit ars artium.de ętate & qualita.quę tamen prope negligitur.Archid.in c.cognouimus.18.q. 2. & Innocent. in c. cum ſatis,de offic. archid. imo verius contemnitur impudentia quorundam prelatorum, qui non erubeſcunt negotium tam arduum pueris quibuſdam, vel ipſis ſtabularijs committere,quibus nec quidem pira duo vellent committere,vt ait Henric.Boic.in c.de multa. de pręb. quod procul abeſſe velim à veſtra reuerentia,illuſtriſſ.preſules.

Cura ſtudiorum.

¶ Item curam ſtudiorum,in l.1.§.1.ff.de var, & extraord. cognitionib. vocat Iuriſconſul. qui enim adit ſcientiã,adit & laborem.Eccleſiaſtes 1.in fin.Ob id curare debet ſcholaſticus, vt ſumma ope, alacrique ſtudio incumbat. §. fi. in proœm. Inſtit. Primam verò curam teneant profeſſores,vt clarè & rectè doceant ea quę ſunt vtilia,non nugas,aut fucum verborum inſectando,ſed mentem & ſenſum legum: nempe ſcire leges non eſt verba earum tenere,ſed ſenſum & mentem habere,l.ſcire.ff.de legib.

Cura negotiorum.

¶ Et curam negotiorum dicit tex.in l.ex maleficiis.§.longe.verſic.ideo.ff.de actionib.& obliga.ibi,ideo autem ita receptum eſt, quia plerunq; homines eo animo peregre proficiſcuntur , quaſi ſtatim redituri , nec ob id vlli curam negotiorum ſuorum mandant. nam cura in negotiis exercendis eſſe debet.

Curare negotium.

¶ Curare negotium eſt interponere ſe negotio,tractare illud,adminiſtrare.l. ſi abſenti. §. 1.iuncta l.Paulus.in fi.ff.de legationib.l.curent.ff.de teſtib.l.1.§.ſed aut proprio.de actionib. l.vlt. ſi pars heredita. petat,

Curare corpus , ædes ſacras.

¶ Curare corpus pro mederi eſt,vt ſcripſi in l.cetera.ſupra eod. quia diligens cura in infirmo ſanando requiritur. Et curare ædes ſacras , eſt dare operam , vt diligenter adminiſtrentur ſacræ ædes.l.1.in fi. ff. ne quid in loco ſacro fiat. ibi , ſed cura ædium locorumque ſacrorum mandata eſt his,qui ædes ſacras curant.

Curant præſides , ædiles & magiſtratus, vt recte gerãt.

¶ Curare congruit bono viro,& graui præſidi,vt pacata atque quieta ſit eius prouincia, id eſt eniti ac procurare debet,l.congruit.ff.de offic.præſid.l.curent magiſtratus.ff. de proba.Et curant ædiles vbique, ne emptores à venditoribus circumueniantur , l. præcipiunt. ff.de ædili.edicto.

Curare litem.

¶ Curare litem præparandam , id eſt procurare vt lis præparetur. l. 1. ff. de appellat. recipiend.l.ſi familia. in fi.ff.de iuriſd.omnium iud.

Curare debet iudex, vt certam proferat ſententiam.

¶ Iudex non curauit probantem,l.argentarius.§.fi.ff.de edend.id eſt reiecit vel neglexit. Et curare debet iudex , id eſt procurare , vt certam proferat ſententiam. §. curare. Inſti. de actionib.& in titul.de ſentent.quæ ſine certa quantita.prolata eſt,in Cod.

Curare ne fiat.

¶ Curare ne fiat,l.facere non oportere.infra eod.Simili modo tenetur & qui curauit,ne ſibi denuntiari poſsit,l.ſi dictum.§.ſimili modo.ff.de euictionib.

Curam adminiſtrare.

¶ Curam adminiſtrare , pro curæ officium exercere,gerere. l. tutor. in fi. ff. de minorib. ibi , curator adoleſcentium prædia communia ſibi & his , quorum curam adminiſtrabat, vendidit. Et vſufructuarius omnem rei curam ſuſcepit.lege prima,in fi.ff.vſufruct. quemadmod.caueat.

Curioſi qui & curaces.

¶ Et Curioſi dicuntur cura pleni,ſoliciti,ſtudioſi, diligentes & anxij : alias Iuriſconſul. Caius vocat curioſum curacem,in l.ſi quid venditor.in princip.ff.de ædili. edicto. Vel Curioſi erant,qui paſsim delicta in re militari commiſſa denuntiabant. glo. in rub. C. de curioſ.lib.12.per l.fi.ibi,& Pyrrhus lib.3.de magiſtratib.Roma.dicit in officio magiſtri officiorum eſſe curioſum vnum curſus publici , quales apud nos ſunt magiſtri curſorum, quos *poſtes*,ſeu *maiſtres des poſtes* Galli vocant. Aut erant forſan ij,quos præpoſitos mareſchallorum,

rum, alio nomine latrunculatores vocamus. Declarat Iaco.Rebuff.& alij in rub. de curioſis.Communis eſt media ſententia.ibi forte fuſius dicetur , ſi per ætatem licuerit.

Curator multiplex.

¶ Præterea curator vocatur præpoſitus alicui officio,vel negotio, & qui rebus gerendis ac curandis præficitur: vt curator , qui Regibus vel Principibus datur , quatenus idonei ſint ad regendum.c.grandi.de ſupplend.negligen.prælator.in 6. Et ſolet dari per Regni patritios , quos pares Franciæ vocamus , & conſanguineos, conuocato Regis conſilio. Bal. in l.vlt.in fi. C.de teſtam.militar. Corſet.in tract.de poteſta.Regia,q.17.licet contrarium teneat Ioan.de terra Rubea in tract.contra rebelles Regum,artic.vlt.primi trac.in fi. Olim tamen erant curatores regionum vrbis ſub præfecto vrbis conſtituti : in quorum locum ſuccedunt nunc cardinales, epiſcopi, & præſides,vt docet Lazius in lib.2.de republ.c. 2.

Curator Regi minori per patrutios datur.

Curator furioſi.

¶ Item curator furioſi dicitur,qui conſtituitur furioſo,vel furioſæ, & rebus eorum, per totum titul.ff.de curator.furioſ.etiam poſt 25.annos. Sed ante prouidetur eis iure communi de tutore,vel curatore habita ratione ætatis.l.de creationibus.C.de epiſcop. audien. l. 1. de curator. furioſi : ſiue ſint perpetuò furioſi,ſiue ad tempus,l.penul.C.de curator.furioſ. eiſque non petentibus datur curator. ſecus in adoleſcentibus,l.qui habebat.ff.de tutel. plene Purpura. in l.1.col.1.ff.de iuriſd.omnium iudic. Fatuis quoque,mente captis,ſurdis, & mutis datur curator.l.3.§.ęque.ff.de munerib.& l.3.in fi.ff.de poſtulan.ac in l.3.§.curator. ff.de negot. geſt. ac perpetuo morbo laborantibus.l.fatuo.ff.de poſtuland.l.tam dementis. C. de epiſcop.audien.l.ſi furioſi.de nupt.l.muto.ff.de tutel.§.furioſi.Inſti.de curator.Speculator in titul. de curator. §.dantur. Et omnibus aliis,qui ſibi non ſufficiunt,curator datur.l. quod ſi forte.§. item curatori.ff.de ſolutio.

Mulieri luxurioſæ curator datur,ſed non viro.

¶ Ad hæc mulieri luxurioſę viuenti poteſt dari curator, quia & morum & ſuæ perſonæ prodiga eſt,l.& mulieri.ff.de curat.furioſ.vnde ſi cõtingat habere conſanguineã meretricẽ, cures ei bonis interdici , ne poſtea liceat ei de bonis ſuis diſponere : vt ſcribit Ferra. cautel. 6. quod fieri poteſt, etiam ſi fuerit coniugata,teſte Ioan.Lupo in repet.c.per veſtras.de donatio.inter vir.& vxor.§.21.hoc tamen nunquam vidi ſeruari in praxi. Et in talibus propria quidem bona,quæ à parentibus ei obuenerunt , non prohibetur aſsignare , niſi conſuetudo prohibeat. At viro luxurioſę viuenti non cenſerem inuito dandum eſſe curatorem, vt firmat Panor. & alij in c. paſtoralis.de iudic. Iaſ.in l.4.§.ſed & quod meretrici. ff. de condict.ob turpem cauſ.vbi plus de muliere dicit,quod fiſcus poteſt auferre datum mulieri luxurioſæ ab amaſio , etſi non ſit meretrix,per l.Lucius.ff.de iure fiſci.& l.in heredem. de calumnia.Quod vtinam ſeruaremus, ad fugandas tot meretrices. Prodigis autem omnibus dubium non eſt curatores dare oportere, per tex. in l.Sabinus.in fi. cum l. ſeq. ff. de priuileg.creditor.l.contra.§.1.de pact.

Apud Rom.curatores quat.

¶ Notandum apud Romanos curatores maxime fuiſſe in triplici differentia. Quidam enim erant ciuitatum curatores , qui laudabiles curiæ ordines ſapienter gubernabant : de quibus Caſsiod.lib.7.Alij erãt,qui ciues Ro.in aliqua ciuitate conſtitutos, & qui ius ciuitatis Rom. habebant, moderabantur. Alij denique, qui vicos ciuitatis, & extra ciuitatem vias publicas curabant : de quibus Laz. in tract. de republ. Rom.lib.3.c.16. Alij etiam erant operum curatores, de quibus in l. ſi in aliquam. ff. de offic. proconſul. & inferius dicetur etiam de pluribus aliis.

De curatore dato bonis vacantibus, vel abſentis.

¶ Item bonis vacantibus interdum curator datur,ſi non ſit,qui ea defendat, de quo loquitur titul.ff.de curator.bon. dan.l.actor.rem ratam haber.l.ab hoſtibus.ex quib.cauſ. maior. Vel etiam abſentis bonis datur curator,vel bonis ab hoſtibus captis,l.idem.ff.de priuileg.creditor. l. 1. in fi.de munerib.& honor.Specula.in titul.de curato.§.fi.Rofred.in tract. libellor.in 5.parte,rub.de offic.iudic.quo curator datur bonis.Angel.conſil.103.præmitto. & conſil.192.quęritur.Et nõ debet dari,niſi iudici conſtet de contumacia : alias annullaretur proceſſus,teſte Bal.in rub.C.de ſucceſſor.edicto,verſic.& notat.Bal. conſil.172. Dinus in 2. vol. Soci. conſil. 31. proſequendo. 2.q.in fi.col.3.vol.1.& Alex.conſil.4.videtur.col. 3. cum ſeq.vol. 2.

Curator bonis quando ſit dandus.

¶ Interdum hic datur adoleſcenti ad gubernandum res ipſius, prout loquitur l.3. §. ſed ſi permiſerit.ff.quod vi aut clam.dicens,curatorem pupilli ſiue adoleſcentis.& in l.3. §. ſed & ſi quidem.iudica.ſolui.l.3.§. ſi tamen tutor. quod quiſq; iuris.Petr.de Ferrar.in ſua practic.in for.libelli ad reddi.ratio.tutel.glo.& curatores.verſic.& nota quod curatores.& per totum titul.de curator. in Inſti.

Curator adoleſcenti datur.

¶ Curator pupillo habenti tutorem non idoneum, abſentem forte, vel ægrum, aut alio impedimento conſtrictum,dabitur,vt in rub.C. in quib.caſib. habenti tutor. §. interdum. & §.ſeq.in Inſti.de curator.Roma.conſil. 454. in re præſenti.col.3.& tex. ſingularis in l. fi. vbi Bar.C.de ſenten.paſsis.vbi filiusfamil. in ſacris patris exiſtens tutorem habet.

Curator pupillo interdum datur.

¶ Curator puellę,l.libertum curatoris puellę prohiberi oportet vxorem eandem ducere.ff.de ritu nuptiar. & curator adultę mulieris,in l.quęro. de iure dotium. vnde Hermogen. ſcribit ff.de admi.tuto.inter bonorum,ventriſque curatorem, & inter curatorem furioſi

Curator puellæ.

rioſ, itémque prodigi, pupilli pupillæve magna eſt differentia: quippe cum illis quidem plenaria rerum adminiſtratio, duobus autem ſuperioribus ſola cuſtodia, & rerum, quę deteriores futurę ſunt, venditio committatur.

Ventri curator datur.

¶ Ventri quoque curator datur, l. ſi ventri. ff. de priuileg. creditor. Et tunc dari ſolet, ſi mortuo marito vxor dicat ſe prægnantem, non calumnię cauſa, ſed quia ita præſumitur. tunc enim in dubio venter mitti ſolet in poſſeſsionem, id eſt, mulier ventris nomine, & curator ventri dabitur, l. i. §. quotiens. ff. de ventre in poſſeſſ. mittend. qui curator ſuggeret cibum, potum, veſtitum, & lectum mulieri, l. i. §. mulier. & l. curator. illo titul. Bal. conſil. 126. quidam. in 1. vol. vbi dicit aliquando ventri dari & bonis, quandoque ventri tantùm, ne mulier ſubiiciat alium, ſed vt venter cuſtodiatur. videte rubr. de ventre inſpiciend. cum duob. titul. ſequen. quando mulier calumniæ cauſa fuit in poſſeſsionem miſſa, quomodo puniatur.

Curator portionis.

¶ Curator portionis deſcribitur in l. i. §. ſi frater. ff. de colla. bonor. ibi, ſi frater cauere non poſsit, curator portionis eius conſtituitur, apud quem refecta pecunia collocetur, vt tunc demum recipiat quod redactum eſt, cum bona propria contulerit.

Cæſaris curator.

¶ Curator Cęſaris, qui negotia Cæſaris curat & adminiſtrat. lege fi. ff. de offic. procurator. Cæſar. & is in curatione dicitur eſſe, id eſt, in illo officio, lege prima, ff. ad legem Iul. repetund.

Curator in litem.

¶ Curator in litem is eſt, qui præponitur ad inchoandum & proſequendum litem minoris, vel alterius, vt in rub. C. de in litem dand. tutor. & in l. 1. qui petant tutor. vt ſi tutor velit agere contra pupillum, dabitur huic curator in litem, ſeu actor. §. fi. de authorita. tutor. in Inſtit.

Curator reipubl.

¶ Curator reipub. dicitur, cui reipub. negotia commiſſa ſunt. l. fi. ff. de aſſeſſor. licet ibi glo. exponat pro procuratore. facit l. Imperatores. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen. Inde curator vocatur annonę adminiſtrandæ, l. Imperatores. circa fi. ff. de appella. l. Imperatores. de pact. ibi, à curatore reipub. remitti pecunias debitori non poſſe. Et interdum dicitur curator municipum, l. aut qui. §. hæc verba. quod vi aut clam. qui alias vocatur actor, ſeu ſyndicus. l. i. §. quibus. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nom. notatur in l. 3. & l. item eorum. in fi. ibidem.

Curator ad colligendas angarias.

¶ Curator ad colligendas angarias, id eſt ad colligendas collectas Regis & impoſitiones, l. i. C. quemadmod. ciuilia munera indic. li. 10. & ad colligendos ciuitatum publicos reditus. l. fi. §. qui annonam. ff. de munerib. Alibi hoc fuſius declaraui.

Curator hereditatis iacentis.

¶ Curator hereditati iacenti datur, explorato prius an ſit, qui velit hereditatem adire, vel bona defuncti defendere, aſsignato ad hoc termino competente, qui poſtea creditoribus ſatisfaciet. l. ſi diu. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. catur, l. 2. de feriis. Bar. in l. ſi bona. C. de bonis authorita. iudic. poſsid. Bal. in l. cum debitoris. C. de iudic. & in rub. de ſucceſſor. edict. & conſil. 308. vtrum poſsit. in 1. vol. Alex. in l. ſi conſtante. §. ſi exheredato. ff. ſoluto matrimo. & conſil. 4. videtur. col. 4. in 2. vol. Angel. conſil. 77. plures. & conſil. 192. quæritur. & ſeq. & conſil. 276. nulla dubitatio. ac Areti. conſi. 111. clariſsime. col. 1. Dec. conſil. 401. licet in cauſa. in 2. vol. Curator hic interdum perſonę datur principaliter, & ſecundario rebus, vt quando furioſis datur: & ita intelligitur titulus de curator. furioſ. Aliquãdo rebus principaliter datur, & conſequenter perſonę, vt quando adoleſcenti datur. ſic quoque intelligitur titulus de curator. in Inſt. in princip. & l. in copulandis. C. de nupt. Alias datur rebus, & nullo modo perſonę: vt is qui bonis datur, de quo ſupra dictum extitit. Et iſta firmat Salic. in d. l. in copulandis. & l. ſciendum. ff. de ritu nuptiar.

Curator quando bonis detur vel perſonæ.

Curator operũ.

¶ Curator operum, in l. 2. §. ſed & ſi curatores operum. ff. ad municipal. qui opera reipub. curat & tractat, ad extruenda forte, vel reficienda ędificia publica, ſiue palatia, ſiue naualia, vel manſiones. l. fi. §. ij quoque. ff. de munerib. & honorib. & eodem tempore idem duas operis curas non adminiſtrabit, l. fi. ff. de vaca. muner. & de curatore operum loquitur lex prima, ff. de oper. public. & l. ſecunda, ibidem. vide in lege, ſi in aliquam. de offic. proconſul.

Frumenti curator.

¶ Curator frumenti, & olei, in l. fi. §. perſonale munus eſt. cura quoque emendi frumenti, & olei. nam harum ſpecierum curatores creari moris eſt. ff. de muner. & honorib. Et curator ad emendam ſiliginem, & ſubcurator, in l. ex facto. ff. de negot. geſtis. Curatores piſtrinorum, l. fi. §. legati. ff. eodem. declaraui in l. impenſę. infra eodem.

Curator calendarij.

¶ Curator calendarij, l. fi. §. item reſcripſerunt, à curatore calendarij. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen. dicitur is, qui eſt prępoſitus ad exigendũ pecunias ob fenus debitas in calendis. Eſt enim calendarium liber rationum ad fenus pertinens, dictum calendarium, quia in ſingulas calẽdas hoc fenus exigeretur: de quo loquitur l. eius. ff. ſi certũ pet. & l. qui filium. & l. nomẽ. ff. de leg. 3. & l. vxorẽ. §. legauerat. ibid. l. dominus. & l. vxori. de pecul. leg. & l. fi. de pecul. l. Sticho. de ſtatulib. l. pater. §. pen. de doli excep. Et debitores aliquando vocant celeres calendas, quia prępropere veniunt; aut triſtes, quod eos afficiant triſtitia.

Curatio

Curatio varie accipitur.

¶ Curatio eſt ipſa cura & onus, l. etiam. §. 1. ff. de minorib. & l. minor. ſtatim ſeq. ibidem, vbi pro cura minoris accipitur. & in authent. minoris. C. qui dare tutor. poſſunt. & l. iuriſperitos. §. 1. ff. de excuſa. tuto. l. fi. de tutel. & ratio. diſtra. Interdum pro cura hereditatis, vel alterius rei adminiſtrandę. l. cui. de poſtulan. l. debitor. ff. de negot. geſt. ſeu pro iniunctione muneris, l. 1. de munerib. & hono. ff. & l. fi. de admi. rerum ad ciuitat. pertin.

¶ Curatio etiam eam curam ſignificat, quæ pro ægris impenditur, l. 3. ibi, ſed impẽſarum in curatione factarum, & operarum amiſſarum. ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicat. l. qua actione. in princ. ad legem Aquil. l. idem iuris. ibi, dereliquerit curationem. ibidem, l. fi. de his qui deiecer. vel effuder.

Curatrices non debent creari.

¶ Curatrices mulieres minoribus creari non debent, l. ſcire. ff. de tutorib. & curator. datis ab his. Et ex his quæ retulimus, cetera poterunt intelligi, l. 1. ff. de munerib.

Solicitudo.

¶ *Solicitudo*, inquietudo, vel cura rei, ſeu perſonę, quòd omnibus ſit anxia. inde perſonale munus eſſe dicit Iuriſconſul. illud, quod cum corporibus, cum labore, & ſolicitudine animi, ac vigilantia principaliter extitit, l. 1. §. illud. ff. de munerib. & honorib. l. fi. §. qui annonam. ibi, muneris ſolicitudinem ſuſtinent. ibidem. Et ſi quis receperit arbitrium, ad curam & ſolicitudinem ſuam hanc rem prætor pertinere putat, l. 1. §. 1. ff. de arbitr.

¶ Solicitudo tutelæ non excuſat à muneribus publicis, l. tutelæ. C. de excuſa. muner. lib. 10. vbi Lucas ait, ſolicitudinem ſingularem adſcribi tutoribus. ſed & in omni officio diligentia neceſſaria eſt, alias negligens quaſi in mala fide cenſetur, l. Labeo. ff. de ſtatuliber.

Solicitus debet eſſe epiſcopus.

¶ Ad hæc maximè ſolicitum & vigilantem oportet eſſe epiſcopum circa defenſionem pauperum, releuationem oppreſſorum, tuitionem monaſteriorum: quod ſi facere neglexerit, aſpere eſt corrigendus. 84. diſtinct. in princip. Quod in noſtris epiſcopis maximè deſiderarem, quibus potius ineſſe videtur temporalium ſolicitudo, quæ ſpiritualia ſuffocat, c. hinc etenim. §. ſemen. 49. diſtinct. c. oportet. 81. diſtinct. quam ſpiritualium: quamuis de animabus ſibi commiſsis reddituri exactam ſint rationem. proh dolor.

Solicitare.

¶ Solicitare eſt inſtare, & velut allicere, vel ſpem oſtendendo vel metum. Valla li. 5. Ego dicerẽ quod ſolicitare eſt pro ſe, vel alio negotium curare, inſtigare, velut ſatis declarat verbum Gallicum *ſoliciter*. Inde ſi quis ſolicitaueric milites aduerſus rempub. vel Principem, lęſæ maieſtatis tenetur, l. 1. in fi. ff. ad legem Iuliã maieſta. qui enim ſe ſolicitari ab alio paſſus eſt, vt ſe à militia ſubtraheret, veniam nõ meretur. l. qui cum vno. §. qui filiũ. ff. de re militar.

¶ Hinc ſolicitator, qui pro alio inſtat, & negotium eius curat, l. ſi ſeruo. §. idem Pompo, ait. ibi, furti actione ſolicitatorem conueniri rerum nomine. ff. de fur. & ſolicitator cauſæ repellitur à teſtimonio, c. cum à nobis. de teſtib.

¶ Solicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſsint, propter voluntatem pernicioſę libidinis extra ordinem puniuntur, l. 1. ff. de extraordin. criminib. l. Neratius. §. penul. & l. & tantum. in fi. de ſeruo corrupto. c. ſolicitatores. de pœnit. diſtinct. 1. & in §. qui puero. capite punitur, qui interpellauerit mulierem, vel qui domum prębuerit perfecto flagitio. ſed in hoc valde ſunt negligentes iudices Francię, qui non puniunt iſtos lenones, & nuptiarum ſolicitatores, forte quia illis conducunt. Solicitatus, circunuentus, & ſeductus ęquiparantur in l. 3. §. ſi quis volentem. ff. de liber. homi. exhib. ibi, ſed ſi quid volentem quidem retinet, non tamen ſine calliditate circunuentum, vel ſeductum, vel ſolicitatum, &c. licet alias differant.

¶ Solicitus, pro anxio, moleſto, l. Iulianus. 2. ibi, de damno ſolicito. ff. de rei vindica. & ſolicitum de viui hereditate dicit Vlpian. in l. 2. §. 1. ff. de vulgar.

Perſonæ præpoſitus magis ſolicitus eſſe debet quam rei.

¶ *Rerum.* Hęc dictio generaliter ſumitur etiam pro hominibus, vt dixi in l. rei appellatio. 1. ſupra eod. Et ſicut is, qui eſt præpoſitus rei cuſtodiendę, maiorem debet adhibere diligentiam, & ſolicitudinem, quam alius rei non præpoſitus, alias mandati ſeu alia actione tenetur: ita & multo fortius qui curam perſonæ diſcipuli gerit, nempe quanto ſunt nobiliores perſonæ rebus, tanto pretioſior earum inſtitutio & cuſtodia eſſe debet. §. fi. in titul. de iure natur. gentium & ciuili, in Inſti.

Præceptoris ſeuitia dãnatur.

¶ Vnde infertur, præceptorem pueri teneri, ſi plus ęquo ſęuiat in puerum: vt ſi notabile damnum inferat puero, velut oculum effodiendo, vel aures euellendo, ſurdumve puerum reddendo, l. 5. §. fi. cũ l. ſeq. ff. ad legem Aquil. vbi præceptoris nimia ſęuitia culpæ adſcribitur. l. item quæritur. §. item Iulianus. loca. Et leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti. Aſperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec ſalutem, c. cum beatus. 45. diſtinct. vt inferius dicetur.

Indulgentia præceptoris reprobatur.

¶ Indulgentia quoque nimia grauiter animaduertenda eſt in præceptore, vt ſi puer ex nimia præceptoris lenitate tempus conterat inane, vel ludere ſeu inebriari diſcat: nempe cum ex officio teneatur curã in illo adhibere, cum negligit, eſt in culpa, & peccat, puerique delicto videtur conſentire: vt pulchre ſcribit Soci. in repet. c. ad audientiam. in glo. 1. de homicid. ibi videte plene. Et quibus concedatur correctio, ſcribit Bonifac. Vital. in tract. de malefic. in rub. quibus eſt conceſſa correctio.

Præceptor qualis esse debeat.

¶ Item magistrum oportet esse talem, vt pro discentium capacitate semetipsum accommodet,& disciplinæ suæ ordinẽ dirigat. Apprime ergo doctus, eruditus, irreprehensibilis, maturus,& prouidus esse debet,c.oportet.8.q.1.alia dixi in scholastic.priuileg.lib.2.

Incũbere quid significet.

¶ *Incumbit*,id est imminet,pertinet,vt hic,& in l.non solum.§.quæritur. ibi,nam nec ipsi domino incumbebat hæc cautio.ff.de procurator.& ei incumbit probatio,qui dicit.l.2.ff. de proba.Et officio tutoris incumbit rationes actus sui confiteere, & pupillo reddere. l.1.§. officia.de tutel.& rationib.distrah.

¶ Incumbere,inhærere:vt melius est pignori incumbere,quam in personam agere. §.furti.de obliga. quæ ex delict.nascunt.in Insti.alibi dicitur, plus cautionis est in rem, quam in personam,in l.plus cautionis.ff.de regul.iuris.

¶ Incumbere literis, vel ad literas, est studere, dare operam literis, toto conatu insistere & tota diligentia.

¶ Incumbere,inclinare,*s'appuyer,pancher*,vt patet apud rhetores,quibus horum probationem relinquo.

Magis dupliciter capitur.

¶ *Et qui magis.* Dupliciter præcipuè capitur hæc dictio magis. Primò comparatiue pro plus,vt hic,& l.iubere.vbi glo.ff.de iurisd.omni.iudic.l.Stichum.de leg.1.l.si seruo. quibus mod.vsusfru.amitta.l.statuæ.de vsufruc.l.quæreret.& l.tugurij.ac l.duobus.infra eod.Interdum electiue,vt in l.1.ff.communi diuid.l.arboribus.§.de illo.ibi,magisque admittit.de vsu fructu.& l.si fur.ibidem.l.5.§.illud.ad legem Aquil.l.quia. finium reg. l. in lege Censoria. l. nepos.l.carbonum. & l.vrbana prædia. infra eod. Magis magidis est genus lancis rotundæ,nostri patellam vocant, *vn plat de patißier*. Plini. lib. 33. ca.11. ibi,& lances quas antiqui magidas appellauerunt.glo.tamen in l.seruus.ff.de condict.indeb.vocat scacherium,seu tabularium: tamen Budę. illic capit pro instrumento, quo farinę subiguntur, mactręsimili. Et Varro magidas vocans, à magnitudine dictas testatur,dicens: Magidam autem aut langulam,alterum à magnitudine,alterum à latitudine finxerunt.quę & patina,quod patebat, poterit appellari, vt refert Catel. Cotta in 2. parte memora.in verb.magide. hodie teste Budęo vocari potest orbiculatum instrumentum, quo panifices & dulciarij pistores subigendis farinis opificij sui gratia vtuntur, rondelam vulgo vocant, *vn rondeau de patißier, ou vne may à pestrir pain.*

¶ *Diligentiam.* Diligentia hic pro studio & cura accipitur: de qua plenè scripsi in interpret.authen.habita.C.ne filius pro patre.in scholastic.priuileg.

Præsse.

¶ *Præsunt*,id est præfecti sunt,& præpositi, l.qui iurisdictioni præest.ff.de iurisd. omnium iudic. l.2.si quis in ius voca.non ierit. & in l. annuam pecuniam. ff. de annuis lega. vide de hoc verb.præsidere in l.1.ff.de offic.præsid.vbi scripsi.

Præses.

¶ Inde præses,nomen generale pro eo,qui præsidet,vel est alicui præfectus officio,distinguiturque ex adiuncto,vt præses prouincię. d. l.1.vbi dixi,ff.de offic.præsid.vel præses curię supremę.de quibus dicam in consti. Regiis rub.*des presidens.*

Magister pluri faria sumitur.

¶ *Magistri.* Notandum est,quod magister multis modis sumitur:primò magister populi olim dictator vocabatur, quia populi curam præ aliis habebat.ita Cicero lib.3.de finib.bonorum & malor.& in l.2.de orig. iur.

Magister militum.

¶ Secundò magister militum seu equitum , qui curam super equitibus & militibus præcipuam habebat:& nomen militis intelligite tam de peditibus quam equitibus. l.2. §.quantos. C.de offic.præfecti prætor. Afric. idemque est magister equitum vel militũ,apud quem summa potestas est militũ & ducum , seu vulgo capitaneorũ : & dictatoribus iungebatur,l. 2.§.post deinde.ff.de orig.iuris.& in l.1.ff.de offi.præfecti prætor. Et qui orientalibus bellis præficiebatur,magister orientis dicebatur,§.interdicimus.vt iudic.sine quoquo suffrag.colla.2.l.fi.in princip.C.de re militar.lib.12. Alius erat magister militum in Armenia & Ponto, de quo in l.fi.C.de offic.magistr.milit.& alius magister vtriusque militię,vt apud historiographos est legere.Erat & alius magister militum per Aphricam,l.fi.in fi. C. de offi.præfect. prætor.Afric. Et prout diuidebantur eis singulæ prouinciæ vel regiones ab illis quoqs nuncupabãtur.Et in locũ magistri militũ,Budæ. in annota.in Pandectas,dicit hodie apud nos esse Conestabilem. Petrus verò Cotereau in suo schedulari magistratum Galliæ dicit esse Frãcię Mareschallos,à Marte seu marchia dictos.Et ij magistri militũ apparitores habebãt, de quibus scribit Imperator:& de priuilegiis eorũ est rub. C.de apparitorib.magistri milit. li.12. Magis tamen cõuenit Budęi æquiparatio, cum Conestabilis curam militũ gerat præcipuam.Et hic primis tẽporibus,quia tunc vices dictatoris gerebat,& vna cum eo creabatur, maioris erat authoritatis officijque,quã constituto Imperio,vt est apud Liuium & alios.

Magister officiorum.

¶ Item magister officiorũ,vt in rub.C.de offi.magist.offi.est, qui præcipuã habet curam officiorũ,& omnes cõstituti in officio & dignitate ad eius pertinẽt iurisdictionẽ,teste Luca de Pẽna in l.3.in fi.de curs.publ.lib.12.C.& l.3.de castr.ibid.in cuius locũ apud nos esse dicũt magnũ magistrũ in Francia, secũdũ Chassa.in Catalog. gloriæ mũdi,in 6.parte, cõsidera.7.

Magister vniuersitatis rector dicitur.

¶ Magister vniuersitatis potest dici rector , vel ciuitatis maior, vulgo, *le maire*. l. actor. ff. rem

rem ratam haber.Et magistri societatum,qui societatibus præsunt.l.item magistri.ff.de pact.

Legum magistri,professores.

¶ Item legum magistri dicuntur doctores , professores , quia præcipuam curam & diligentiam habent in legibus explicandis.§.his igitur.in proœm.ff.Et ij simpliciter interdum magistri vocantur,l.dicere.ff. de arbitr. Et alibi magistri studiorum , quia nullus in scholis seu studiis publicè debet interpretari , nisi cum eorum expresso permissu, l. magistros studiorum.C.de professorib.& medic.lib. 10. ne disciplinam discipulis adulterinam quis tradat. §. hæc autem tria.in proœm. ff. & hoc est multis confirmatum curiæ decretis.

Interpretari in studio quis non debet sine consensu professorum.

Magister nauis.

¶ Magister nauis est,cui totius nauis anchora mandata est,l.1.§.1.ff.de exercitor.actio.vbi anchora licet tantum sit pars nauis , tamen accipitur ibi pro totius nauis administratione, regimine,& potestate , vt glo.etiam ibi videtur intellexisse.

Artium magistri.

¶ Magistri artium,magistri societatum, magistri collegiorum , primarij & alij dicuntur, vt in glo. huius legis declaratur.& de illis plene scripsi in §. 1. in verb. magistro. de colla. in concorda. vbi dixi differre. Et quamuis artium magistri , & in iure baccalaurei , seu licentiati, vel in medicina secundum vulgarem loquendi modum in Francia magistri vocentur , honoris videlicet gratia, prout dixi in §. præterea. de colla. in concorda. tamen proprie sub nomine magistrorum,vel doctorum, non continentur præfati , sed doctores tantum,vt in l.magistros.Cod.de profess.& medic.lib.10.& in proœm.decretal.ibi,doctores, neque magistri artium. vbi non simpliciter , sed cum adiuncto dicuntur magistri artium. quod maxime facit contra eos,qui sibi ipsis solis nomen magistri vindicant.

Ceremoniarum magister,seu solenniorum.

¶ Magistri ceremoniarum,qui vnicuique locum,& ordinem incedendi,ac sedendi præscribunt , dum pompa Regalis , vel alius actus publicus & solennis celebratur:quos aliter designatores vocat Bud.in l.athletas.ff.de his qui notantur infamia, & ibi dicit textus,sane locus iste à Principe hodie non pro modico beneficio datur.ego eum vocarem comitem seu magistrum solenniorum , post Marcelli.lib.15.

Magistri libellorum.

¶ Magistri libellorum,qui libellis & supplicationibus Regiis porrigendis præsunt,quos Gallico sermone vocamus *maistres des requestes*, quia ad eos spectat Regi porrigere partiũ supplicationes:vt in l.eos.C.de excusat.muner.lib.10.de his in constitution. Reg.scribam.

Computorum magistri.

¶ Magistri computorum,qui faciendis computis præficiuntur. hos Gallicè *maistres des comptes* vocamus : sed forte in iure vocandos esse putarem magistros scriniorum , de quibus in rub.de magistris scriniorum lib.12.vbi Iacob.Rebuff.ita interpretatur:licet Budæ.& Pyrrhus dicant potius comparari magistris libellorum:& Lucas in eadem rub.dicit eos similes protonotariis. Alij eos secretarios vocant : sed mihi semper probabilior visa fuit sententia patrui mei: siquidem scriniorũ magistri illi dicebantur,qui libellos Principis asseruabant,vt nunc faciunt Paris. magistri computorum : sic dicti à scrinio, quod erat locus , in quo pretiosa asseruabantur , ac secreta : quemadmodum in præfata camera computorum Paris. In his tamen æquiparationibus non iurarem in verba magistri , nec negarem quin multæ & longę differentiæ consistant inter hęc officia.de quibus & eorum potestate scripsi in tract. de mercator.artic.1.gl.6.in 2.tomo commenta.in const.Regias Gallic.

Magistri census.

¶ Magistri census,qui cẽsibus exigẽdis præfecti erãt,l.fi.C.de iur.emph.l.cõsulta.de testa.

Consiliarij magistri.

¶ Consiliarij quoque supremarum curiarum ad hęc vsque tempora non verentur hoc pristinum magistri nomẽ retinere,quandiu sunt in curia:& sic à Rege nominantur in constitut.suis,licet alias longe lateque dominentur,sicut dixi de magistris nostris in §.1.glo.magistro. de collat. in concorda.facit l.Aquilius. ff. de donatio. Vnde non immeritò rex. iste cuiuslibet disciplinę præceptores vocat magistros.

¶ De magistro memorię loquitur Imperator in l.eos qui.C.de excusa.muner.li.10.Eius officium esse dicebant,vt adnotationes dictaret, & emitteret, precibusque singulorum responderet: Principíq;, aut præfecto prætorio suggerebat res obeundas , & quę erant gerenda,subinde in memoriam,reuocabat:de quo rhetores frequenter loquuntur,& Lazi.in lib. de republ.Rom.2.c.4. De magistro largitionum seu comite scribit Liuius lib.5. dec. 3. & Cassiod.lib.2.in epistola Theodo.Regis ad Dromonarios , ac idem Lazi.lib.2.c.9.

¶ Magistriani generale nomẽ erat pro præfectis,vt in §.fi. in authen. vt differentes iudic. in fin.colla.9.& §.deinde.1.in authen.de manda. Princ.colla.3.erant etiam , qui & magistrales vocabantur,inter fabros præcipui,& honorationis loci, quique ceteris præesse solebant: erantq; in singulis legionibus aliquot magistrales,qui ceteros regebant,& vnus patronus, quem ceteri respiciebãt,qui & præfectus fabrum nuncupabatur. de quo Suidas li.1.& idem Lazi.li.4.c.6.erant & alij magistri,sed de his quorum in iure frequentior mentio est,scripsi, aliis alia relinquens.

¶ Etiam scribit Cassiodo.lib.6.varia.rerũ.in formula magisterię dignitatis his verbis:Reuerendum honorem sumit,quisquis magistri nomẽ acceperit, quia hoc vocabulũ semper de peritia venit,& in nomine cognoscitur quid sit de moribus æstimandum , &c. Lucas de Penna in l.3.C.de castren.& ministeria.lib.12.

Quinetiam pro præterea.

¶ *Quinetiam ipsi magistratus per derivationem à magistris nominantur.* Hęc dictio Quinetiam, accipitur pro præterea,insuper, vlterius.l.quinetiam.ff.de arbitr.& ampliat,vt in l.nihil in-

tereſt.in princip.ff.de inofficioſ.teſtam.vnde ſi donem digeſtum nouum,quinetiam vetus, vtrunque debebitur ex vi huius verbi Quinetiam.

Ipſe emphaſim habet, & demonſtrat.

¶ *Ipſi magiſtratus.* Et ſic dictio ipſe, demonſtrat, ſiue indicat, relationemque facit, exprimendo rem latentem cum emphaſi. in l. vrbana familia. ibi, videndum tamen eſt ipſe dominus,&c.l.familiæ appellatione & ipſe princeps familiæ continetur. & l.in lege Cenſoria. infr.eod.& l.interdum.ff.de verbor.obligatio. cum aliis infinitis iuribus.

Mandare quis iuriſdictionē nō poteſt, ſi ipſe cognoſcere teneatur.

¶ Vnde ſi cui fuerit commiſſa cauſa, vt ipſe cognoſcat,eius induſtria electa fuiſſe cenſetur: quamobrem is alteri mandare non poterit, l.ſæpe.in fi. ibi,an ipſe cognoſcere an iudicem dare debeat.cum l.ſeq.ff.de offic.præſid.c.coram.de offic.delega.ita Corſet.in tract. de gemina.verſic. Octauo dictio tu, &c.Et hoc maxime procedit, quando eſt dictio geminata, vt tu ipſe,vel alia, vt ibi.

Magiſtratus quis.

¶ *Magiſtratus*,dicitur ille qui in poteſtate aliqua, ſeu officio conſtitutus eſt: vtputa proconſul,vel prætor,aut alij,qui prouincias regunt,l.eum qui.ff.de iuriſd.omnium iudic.vn de magiſtratus à magiſtris dicti ſunt,eo quod maior eis cura incumbat, quam ceteris priuatis, quibus nullum demandatum eſt officium. vnde dicitur, Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui cuſtodit Iſrael.& Cicero de legib. ait: Magiſtratus hæc eſt vis, vt præſit, præſcribatq; recta, & vtilia, & coniuncta cum legibus.vt enim magiſtratibus leges,ita populo præſunt magiſtratus:veréque dici poteſt,magiſtratum eſſe legem loquentem, legem autem eſſe mutum magiſtratum: vt idem Cicero dicit lib. officior. Eſt igitur munus proprium magiſtratus intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis. hodie verò noſtri quidam magiſtratus non lupis depellendis vacant,ſed ouibus dilaniandis:quinimo vellendis cuellendis, vt in quit Lucas de Penna in l.per Illyricum.in fi.de cohortal.li.12.C.ideoque non verentur officia emere.Et vtinam tam inſtanter iuſtitię adminiſtrandę incumberent,quam huiuſmodi officiis acquirendis.

Quale munus magiſtratus.

Offendens Regium magiſtratum quomodo puniatur.

¶ Quicunque offendit Regium officialem, dicitur ſecuritatem (quam dicunt ſaluagardiam) infringere, cum videlicet ōmnes officiales Regij ſint ſub ſaluagardia Regis, ſecundum quod pluries in forenſi iudicio vidi procuratorem Regis concludere pro eis: vt no.Iacob.Reb. in l. ab his. C. de nauicula. lib.11.vbi dixi. Vlterius de magiſtratu tex. habemus in l.aliud eſt fraus.§.1.infra eod.& l.poteſtatis.ac l.pupillus.§.munus.hoc titul.Et rogatus Euripides qualis magiſtratus eſſe deberet:τοῖς μὲν δικαίοις δίκαιος,τοῖς δ' οὖ κακοῖς πάσαν μήχιστ πολέμιος ἴσθ' χθονα. hoc eſt iuſtis quidem æquus, & iuſtus: malis verò omnium maximus hoſtis in terra.Et bonum dixit Principem & magiſtratum oportere trium meminiſſe,primum quod imperet hominibus, deinde quod ſecundum leges, tertiò quod non ſemper. Et non ſolum prudentes magiſtratus eſſe oportet, verum etiam benignos: ſubditos verò non morigeros tantum, ſed amantes quoque magiſtratuum. Et breuiter Plato in libro 2. de legib. ait, Gubernatores etiam atque iudices munus ſuum ſubituros, à vino penitus prohiberem.Quod vtinam obſeruaremus,ne tanta proreperet officiis emendis petulantia. nam plures officium potius quam temetum relinquerent, quo ſæpius tenentur.

Quālis magiſtratus eſſe debeat.

Vino abſtinere debēt magiſtratus.

Deriuare,deriuatio.

¶ *Per deriuationem*,id eſt per deductionem,vt ait l.pronuntiatio.§.1.infra eod.Metaphora ſumpta à riuis, & aquis deriuandis.Deriuare ſiquidem aquam eſt in aliquem auertere, ſeu deflectere locum, l. 1. §. de eo opere. verſic. Mucius. ibi, non tamen deriuandæ aquę cauſa fieri.ff.de aqua pluuia arcend.& §.idem ait.ibi,aut in inferiorem deriuatur.& in.§. ſeq.ibid. dicitur,in ſuum fundum deriuare.vnde & à ſimili dicunt,deriuare crimen in alium.

¶ *Nominatur.* Hīc non tractabo de nominatione,quia fuiſſime de hac ſcripſi in tract.nominatio.q.1. poſt concordata Franciæ.

¶ *Vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellamus.* Præceptores cuiuſlibet diſciplinæ non immerito per excellentiam magiſtros vocabimus (ſepoſitis videlicet mechanicis artibus)à monendo,vel monſtrando:nempe quod ab his tanquam ſupremis omnia probè regantur,præcipuamque & primam teneant curam. Vnde quia totum hęc requirunt hominem, proinde ſtatuit Senatus, Doctores regentes nulla alia officia gerere poſſe. de quibus in l.lecta.vbi doct.multa iactant.ff.ſi certum peta. Verum aſperius forſan videbitur arreſtum Senatus Tholoſani,quo prohibitum fuit Doctoribus regentibus, ne etiam in Senatu poſtulent:his præcipue duriſsimum,quibus nulla ſunt ſtipendia,vel admodum exigua. De me ipſo teſtari poſſum, iamdudum oneri ſuccubuiſſe, niſi 37.annis, quibus totius Galliæ florentiſsimis vniuerſitatibus præfui, patroni quoq; & conſulentis officio functus eſſem.Ex quo Regē noſtrum Chriſtianiſsimum admonitū per vos velim,actū prope videri de ſuis vniuerſitatibus,ni earū paupertati conſulat,& ſuę liberalitatis auxilio bonos,graues & doctos viros eiſdem præficiat, qui ſtipendiis condignis ſe totos huic oneri dedant.

Profeſſores aut alia munera ſubire poſſint.

Declaratio text.

¶ Verum vt redeamus ad text. dicit Alciat. quod in huius principio l. Iuriſconſultus etymologiam reſpicit,in fine alluſionem:quod nō omnino improbarem, ſed ita cenſerem intelligendum, nempe in ipſo legis initio Iuriſconſultum docere, quis magiſter appellari poſsit, ille ſcilicet, cui præcipua rerum cura incumbit. Et inde magiſtratus per deriuationem cognominantur, & cuiuſlibet diſciplinę præceptores magiſtri vocari poſſunt.

Sicque

Sicq; vult in principio tex.declarare quis dicatur magiſter,in fine verò vnde dicatur,nempe à monendo,ſeu monſtrando. Quam curam licet quidam magiſtri non præſtent, veruntamen non perdunt authoritatem magiſtri. nam cum dicit tex.quod ij debent præcipuam curam & ſolicitudinem habere,non vult eos prorſus ad id aſtringi,ſed honeſtius ſe habere,ſi id agant,réque potius doctores ſe eſſe glorientur,quam ſolo nomine.

Dictio vnde quid deneret, ſi rem,locum, vel perſonas reſpiciat.

¶ *Vnde.* Hæc dictio capitur pro ex quo hic,& in l.cenſere.infra eo. Et interdum reſpicit rem,& tunc ſignificat ex qua re,ex qua materia,l.qui venenum.& l.ſeq.§.pignus. infra eod. & l.at ſi quis.§.1.ibi, nec ſit vnde funeretur.de religioſ. ff. l. creditor. §. penul.qui potior.in pignor.habeāt.l.quintus.de dona.inter vir.& vxor.l.vnde quæritur.ff.commoda. Nonnunquam interrogatiuè capitur,in l.notionem.§.1.infra eo.quamuis Iaſ.cauſam ibi ſignificare, cui aſſentior,interdum dicat,in l.ſi conſtante.col.3.nu.11.ff.ſolu.mat. Aliquando hæc dictio reſpicit locum,& tunc ſignificat ex quo loco, vt in l.1.§.prætor ait,vnde tu illum vi deieciſti,iudicium dabo.iuncto §.1.ff.de vi & vi arma.& ſic intelligitur rub.C.vnde vi.& l.1.& l.ſi vero.ff.de his qui deiecer.Bar.in d.l.1. vnde vi.facit l.non dubium.de cuſtod. reor.in fi. Vel ſi referatur ad perſonam,vnde exponitur,ex qua perſona: vt dixi de dictione inde in l. munus.1.ſupra eod. Vnde fit,in l.ſi cum venditor. in fi.princip.ff.de euictio.ideoq; ſi teſtator legauerit talem vineam,vnde velit,quod illo anno dentur decem vini ſextaria Titio, ſi non fuerint niſi octo,non tenebitur heres ad alia,per l.interdum.ff.de verbor.oblig.cum enim ex illo loco, & illa vinea dicta ſextaria voluerit dari, non vltra reditum huius vineæ dediſſe videtur. Archidiac. in capitulo primo, col.vlt.1.diſtinct. Interdum vnde reſpicit tempus,& tunc exponitur ex quo tempore, vt in lege,ſi conſtante.vbi glo.& doct.ff.ſoluto matrimon.

Vnde liberi, vnde agnati, vnde vir & vxor declarantur.

¶ Vnde liberi,id eſt ex qua parte edicti liberi vocantur ad ſucceſsionem,l.1.ff.vnde liber. & eodem modo capitur in aliis rub.vnde agnati,vnde cognati,vnde vir & vxor: licet quidā velint exponere vnde, id eſt ex quo capite, videlicet edicti: quod etſi in idem reincidere videatur, malo tamen inhærere verbis interpretationis ipſiuſmet Iuriſconſul.in d.l.1.

Diſciplina quid.

¶ *Diſciplinæ*,id eſt artis & ſcientiæ,quæ reſpicit diſcipulum:& dicitur diſciplina, ſcientia, & morum eruditio, quam diſcipulus à ſuo præceptore habet: vt ſcripſi in prœmio concorda.in verb.diſciplinis.& Ariſtotel.lib. 1. rhetor. c. 8. ſic ait: Appello autem diſciplinam, quæ legibus poſita eſt.nam qui legibus ſemper obtemperarunt,ij optimates videntur,ac in huiuſmodi ciuitate gerendarum rerum principatu potiuntur.

Præceptores qui.

¶ *Præceptores*, ij dicuntur magiſtri, qui præceptis & inſtitutis ſuos diſcipulos inſtruere debent:& præſes prouinciæ de mercedibus ius dicere ſolet, ſed præceptoribus tantum ſtudiorum liberalium.Liberalia autē ſtudia accipimus,quæ Greci ἐλευθέρια μαθήματα appellant. Vlpia.in l.1.ff de var.& extraord. cognitio.quibus etſi mediocris permittatur in diſcipulos caſtigatio, nimia tamen illorum ſæuitia culpæ aſsignatur, l.ſed etſi.in fi.cum l.ſeq.ff. ad legem Aquil. Vnde ſi magiſter artium, aut etiam alius artifex effodiat oculum puero minus benefacienti,puniri debet,l.item quęritur.§.item Iulia.ff.loca.vbi Salice. ait magiſtrū grammatices nomine Fautinum Paduæ fuiſſe capite truncatum, quod puerum ei commiſſum occidiſſet:& idem in dominis qui ſæuiunt in ſeruos, vel ancillas. vnde Vmbriciam quandam matronam relegatam aſſerit Iuriſconſul.l.2.in fi. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, quod ex leuiſsimis cauſis ancillas atrociſsime tractaſſet:& Impera. in §.fi.illo titul.in Inſti.

Sæuitia præceptoris caſtigāda.

¶ Veruntamen præceptor excedens pauliſper modum in caſtigando,de ſolo exceſſu puniri debet,l.ſi adulterium.§.Imperatores.ff.de adulter.& d. l. ſed & ſi.niſi ex genere inſtrumenti,quo puerum percuſsit,dolus præſumatur: vt ſi pugione, aut enſe percuſſerit.tex. in l.1.§.ſed & ſi claui.ff.de ſicar.docet Alexand.conſi.75.viſo themate.nu.4.in 3.vol.& Soci.in repet.c.ad audientiam.de homicid.ſcripſi in ſcholaſticor.priuileg.71.

Diſcipuli erga præceptorem officium.

¶ Hoc verò primum in diſcipulo deſiderarem, vt multum authoritatis det præceptoris ſui dictis,vt cum illa reuerentia tenacius & fidelius obſeruet illius diſciplinam, quæ aſpernanti quantumuis ſana parum,aut nihil prodeſſe poteſt, l.ſi ædibus. ff. de damno infecto. Quod ſi fuerit eo prouectus,vt præceptoris ſententiam arguere,vel impugnare poſsit,offi cij eius potius eſſe putatem eam pro viribus ingenij excuſare:quemadmodum Caſsius fecit in l.dicere ſententiam.in fi.de arbitr. ff. Et iudex qui ſecundum ſui præceptoris ſententiam iudicauerit, excuſatur à dolo, nec facit litem ſuam, vt docet Panor.& alij in in c.1. de poſtula.prælator.quod limitaui & declaraui in ſcholaſticor. priuileg. 72. Legimus Alexand.magnum Ariſtoteli,vt hiſtoriam animalium conſcriberet, octoginta talenta dediſſe, aliósque Principes ſuos præceptores pauperes extuliſſe,ac multis donis eos ditaſſe: quemadmodum hodie quoque nobiliſsimi Principes facere ſolent,& ſperandum eſt à vobis.

Index ſecundū ſui præceptoris ſententiam iudicans excuſatur, ſi perperam iudicauerit.

Alexandri magni erga ſuos præceptores liberalitas

Imperādi qui ius habeant.

¶ Tenendum eſt, præceptorem ius imperandi diſcipulis ſuis habere, ſicut pater & mater filiis. Sunt & aliæ quædam perſonæ,quæ imperandi dignitate prędite ſunt: vt ſunt generoſi ignobilibus, iunioribus ſeniores, domini ſeruis, potentiores imbecillibus. Ignorātes quidem ſequi iubētur prudentes,hos autē dominari docet Plato in lib.de legib.34.dialog.3.

Præceptoris officium.

¶ *Amonendo.* Et sic colligitur, esse præceptoris officium, monere suum discipulum, nec non, quicunque fuerit ille, si recusset, acriter instigare ad bonum, etiam si esset filius Imperatoris, vt scribitur Tobiæ 1. de Tobia, qui monita salutis dabat. Et non possum tacere quorundam præceptorum in corrigendo verecundiam, vel nimiam indulgentiam, aut citius pusillanimitatem, quibus sufficit in omnibus suis complacere discipulis. horum merces est magna in hoc mundo, verum sepultura manet in inferno, nisi resipiscant. nam cum præceptor est negligens in monendo, & castigando suos discipulos, peccat mortaliter, vt docent iuris interpretes in c. cum ex iniuncto. de hæretic. per tex. in c. Ephesiis. 43. distinct. & sequitur Alexand. consi. 75. viso. col. 1. in 3. vol. Alia scripsi in scholastic. priuileg. lib. 2. requisi. 7. Silanionem commendat Plinius, quod nullo doctore nobilis fuerit statuarius, lib. 34. c. 8. licet regulariter ars absque magistro non discatur, vt in procem. Digest.

Qui sine præceptore didicit.

Mõstrare quid præceptor discipulis debeat.

¶ *Vel monstrando.* Primò debet monstrare præceptor suis discipulis viam sapientiæ & veritatis, maximè dilectionis Dei, & timoris eius. Dauid, Initium sapientiæ timor domini. Prouer. 4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis. Item bona exempla debet ostendere. Exod. 25. in fi. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. & Sapient. 12. Docuisti populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse, & humanum, & bonę spei fecisti filios tuos. acto. 1. c. Pleraque alia videre licebit in scholast. priuileg. quę hic non repeto. Ad hęc scientiam veram, & non adulterinam, vt patet in procem. ff. §. hęc autem. Vnde Dauid bonitatem, disciplinam & scientiam experebat. Alia ex scholastico. priuileg. habenda sunt.

§. Persequi videtur, & qui satis accepit.

Persequi rem quando quis dicatur.

¶ Persequitur is rem, qui pro ea satis accepit, id est pignora, vel fideiussores cepit, vt declaratur in l. satisdationis. infra eod. non tamen eam dicitur consequi: quia satisdatio solutio non est. l. 4. §. ait prętor. ff. de re iudica. Ideóque primus intellectus glo. reiiciendus est, cum inter hęc magna sit differentia. Nam persequi dicimur, cum adhuc sumus in via quicquam obtinendi: consequi verò est, cum iam ad id peruenimus, quod pro meta nobis proposueramus. Et multa persequimur, quę non consequimur: velut infiniti ambientes quaque via persequi videntur officia, quę non consequuntur.

Consequi.

¶ Consequi igitur pro adipisci, & assequi accipitur, l. si pecuniam. §. plane. ff. de condict. causa dat. & inferius dicetur in l. delata. Et vanum putarem id persequi, quod iam sumus assequuti, quemadmodum velle videtur d. glo. tex. intelligendum, per l. si rem. §. omnis. ff. de pignoratit. actio. & l. item. §. 1. quib. mod. pignus vel hypothe. soluit. vnde glos. aliter intelligit, videlicet vt quis aliquem dicatur persequi, dum petit ab eo satisdationem, vt conuentũ constituat in mora. Sed iste tex. dicit, Accepit satisdationem: ideo non petebat. Vnde putarẽ hunc tex. intelligendũ, Anis qui fideiussores accepit ab aduersario, vel pignora, dicatur debitum, vel rem persequi: vt respondeat tex. persequi videtur, & qui satis accepit.

Dubiũ ad istũ tex.

¶ Dubitatio ad hunc tex. est, quia satisacceptio solutionis instar est, l. 4. §. ait prętor. ff. de re iudica. ergo satis accipiendo videtur renuntiare liti, adeo quod amplius eam prosequi non possit. Sed hic tex. contrarium vult, & ratio decisionis est, quia accipiendo pignora, vel fideiussores, adhuc non planè satisfactum est illi creditori, quia non est consecutus debitum, ob id adhuc persequi videtur. Quod vtile esse potest: vt si diceretur non persequentem intra annum amittere debitum, non tamen amittet, si acceperit fideiussores: siquidem persequi videtur, fideiussoribus & pignoribus captis, vt plus sit ei cautum, l. plus cautionis. infra eod. & vt facilius debitum consequatur.

Persequi beneficium satis accipiendo quis dicatur.

¶ Veluti etiam beneficium persequi videtur, qui post primum decretum seu recredentiam aduersario adiudicatam cautionem & fideiussores recipit de restituendo fructus, quos aduersarius recipiet, si postea hoc in pleno possessorio fuerit pronuntiatum: nec beneficio renuntiare videtur, aut liti, satis accipiendo: vt hic, & plene scripsi in tract. de senten. executor. artic. 1. in tomo primo commentar. ad constit. Reg. Gallic.

Illustres actionem per procuratorem persequuntur.

¶ Ad hæc illustres actionem iniuriarum per procuratorem persequi possunt. §. in summa. de iniur. in Insti. quamuis ergo fideiussores acceperint, vel pignora, nihilominus persequi videntur, & sic illa actio non videtur destituta, iuxta l. consentaneum. & authen. qui semel. C. quomod. & quando iudex. Et actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. §. 1. de actionib. in Insti. Sunt tamen quædam rei persequendæ gratia comparatæ. l. 3. §. hæc actio rei persecutionem continet. ff. nautæ, caupo. stabul. vt sunt omnes in rem actiones. Aliæ sunt pœnæ persequendæ, & quædam mixtæ. §. sequens. & seq. ibidem. Et sic persequi denotat insectari, prosequi, vt hic, & l. ei qui. ibi, vniuersa bona persequatur. ff. de petit. hereditа. l. sciendum. ex quib. caus. maior. l. 4. §. illud. de acquir. rerum domi. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod met. caus.

Persequi pro exequi.

¶ Persequi, exequi est, l. à diuo Pio. §. 1. ff. de re iudica. ibi, Sententiam verò Romæ dictam etiam in prouinciis posse præsides, si hoc iussi fuerint, ad finem persequi. Et quia paratam

ratam ex iudicati causa persecutionem nouo contractu ad initium alterius petitionis rede gerat, l. minor. 5. ff. de minor.

Pœnæ persecutio.

¶ Hinc persecutio pœnæ, l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. ibi, nam vt Papin. respon. facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. vult dicere tex. quod iudex iudicat de facti quæstione, quæ coram eo ventilatur: & ad hoc datur ei potestas, vt ex bono & æquo iudicet, & arbitrio boni viri: sed pœnæ persecutio, id est impositio non ei mandatur: id est non cõmittitur voluntati iudicis, vt pro libito pœnam imponat, sed pœnæ impositio legis authoritati reseruatur. vnde ad legem spectat præfigere, & statuere pœnam: ad iudicem verò de quæstione facti iudicare, an in illam pœnam pars inciderit. & ita debet intelligi text. quicquid ibi gloss. dicat, & doctores. nam quod in legum positum est potestate, non egebit aliqua extrinsecus dispositione. tex. in authen. in medio litis. §. 1. collat. 8.

Intellectus ad l. 1. ff. ad Turpillia.

Persequi, pro prosequi.

¶ Persequi etiam crimen est illud prosequi, l. 1. ff. de public. iudic. Prosequi enim fere idem quod persequi, saltem proximè accedunt. l. tutor. ibi, causam appellationis prosequi. ff. de appellat.

Actor persequi, reus defendere dicitur.

¶ Actor proprie persequi, reus verò defendere dicitur. l. pars literarum. ff. de iudic. §. 1. Institu. de except. De persecutione dixi in l. actionis verbo. supra eod. an differat ab officio iudicis. Ad hæc feræ bestiæ, volucres & pisces capti mei sunt, quandiu mea custodia coercentur: si verò naturalem receperint libertatem, aut difficilis sit persecutio, vel ego non persequar, occupantis fiunt. §. feræ. cum seq. de rerum diuisio. in Instit. l. 3. cum seq. ff. de acquiren. rerum domi.

Persecutio etiam extra iudicium fit.

¶ Item persecutio dicitur tam in iudicio, quam extra iudicium, nisi in lege, vel in dispositione diceretur, Non fiat persecutio coram iudice, vel alia verba iudicium importantia. Tunc enim intelligitur tantum de persecutione iudiciali: vt in ordinatio. Regiis nouissimis, titul. *des causes possessoires beneficiales.* artic. 12. vbi Rex prohibet persecutionem petitorij super beneficio fieri coram iudice ecclesiastico, donec plena & integra executio possessorij facta fuerit, tam super principali, quam super expensis. Quemadmodum etiam nõ potest quis persequi plenum possessorium, donec recredentia executioni demandata fuerit, vt cautum est arresto Senatus anno 1512. die 2. Augusti, vt scripsi in ordinatio. Reg. præfato artic. 12. Item in eisdem constit. Reg. titul. de restitut. dico minorem non posse persequi, vt contractus irritetur prætextu minoris ætatis, post 35. annos. quod ample tracto in titul. de restit. artic. 2. in 2. tomo commentar. ad constit. Regias. Vide l. creditores. in verb. persecutione, & l. actionis verbo. & in l. Labeo. 1. in fin. & l. bonorum. 1. in fin. supra eod. & l. pecuniæ. 2. §. persecutionis. infra eod.

Nõ potest quis plenum prosequi possessorium, donec prima sententia fuerit executioni mandata.

¶ Alias etiam dicimus, quod mali persequuntur bonos. ad Galatas c. 4. qui secundum carnem natus erat, persequebatur spiritualem, c. qui secũdum carnem natus erat. 23. q. 4. Et boni etiam persequuntur malos: sed mali nocendo per iniustitiam, iusti verò & boni consulendo per disciplinam: illi immaniter, isti temperanter: illi sæuientes cupiditate, isti caritate. cap. si ecclesia. cap. nimium. 23. q. 4. Communiter verò persequi non dicitur, nisi qui ad malum cogit: qui autem vel factum iam punit, vel prohibet, ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. cap. non vos. 23. quæstio. 5. quæ latius discutienda relinquo theologis, tanquam eis propria.

Mali bonos persequuntur.

¶ Assectatur autẽ, qui tacitus frequenter insequitur, l. item apud. §. assectatur. ff. de iniur. & §. seq. ac §. si quis libello dato vel Principi, vel alicui, famam alienam insectatus fuerit, iniuriarum erit agendum. ibid. Alia fuerunt dicta in d. l. actionis verbo. quantum attinet ad hanc materiam, supra.

Assectatur.

GAIVS LIB. XXIIII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX QVINQVAGESIMAOCTAVA.

Licet inter gesta & facta videatur quædam esse subtilis differentia: attamen κατάχρησιν inter gestum & factum nihil interest.

Subtilitas sine vtilitate reiicitur.

¶ Huius legis principium fuit declaratum in l. Labeo. 2. supra eod. & per Alcia. lib. 1. disputatio. cap. 4. Colligi tamen ex isto tex. potest, quod subtilitas sine vtilitate non est recipienda, vt quæ plerunq; pernicioſè errare faciat. l. si seruum. §. sequitur. vbi Iaſ. ff. de verbo. obliga. Et nimia subtilitas improbatur in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dotium. & in l. lege. C. de legit. hered. quia iudicia testantium plerunq; ob nimiam defraudantur subtilitatem. l. si quis heredem. in fin. C. de instit. substit. & restit. & in perniciem reuertitur, l. sancimus. C. ad Trebel. Et vanam subtilitatem ridet Imperator in l. fin. de legib. Et benignius attenditur, licet subtili ratione in contrarium videatur, in l. per fundum. ff. de seruitut. rustic. prædior. Subtilitas verò iurium interpretationem respiciens, dum alias nimium curiosa

non sit,aut vana,approbatur in iurium interprete.l.vna.C.de professor. qui in vrbe Constantinopol.lib.12.abunde ista scripsi in interpretat.l.vnic. no.8. C. de sentent.quæ pro eo quod interest.

¶ Secundò colligere possumus ex hoc tex.multa videri, quæ non sunt, vt hic videtur subtilis differentia, attamen κατα χρησικῶς nil interest:& æquitas suggerit,licet iure stricto deficiamus,l.2.§.item Varus.ff.de aqua pluuia arcen.

Acta & gesta an differant.

¶ Aliter legi in quibusdam exemplaribus antiquis,nempe sic:Licet inter gesta & acta videatur,&c.Et tunc vult dicere,quod licet gesta proprie dicantur esse, quæ sunt in administratione magistratus,& in rebus maioribus,& ad rempubl.spectantibus, vt gesta Alexan. gesta Cæsaris : acta verò rerum priuatarum & minorum ac familiarium,vt dicit Valla libr. 4.cap.9.& hæc subtiliter intuenti, veruntamen κατα χρησικῶς pro eodem sæpe capiuntur : & ita promiscuum horum vsum videmus apud Iurisconsult.vt probaui in l. Labeo.2. supra eod.in Pandect.tamen Florent.est inter gesta & facta.

Licet quomodo accipiatur.

¶ *Licet*, hic pro quamuis accipitur,& tunc semper ferè sequitur dictio aduersatiua, tamen,vel attamen,vt hic,& in l.licet in popularibus actionibus procurator dari non possit,tamen,&c.ff.de procurato.l.licet.de iudic.l.statuæ.in fi.de vsufruct.l.licet.1.& 2.& l. qui neque.supra eod.& l.in vulgari.in fin.l.notionem.in fin.& l.fugitiuus.infra eod.l.1.finium regund.ff.ibi,actio in personam est, licet pro vindicatione rei est, id est quamuis actio finium regundorum sit in personam,tamen datur ad vindicandum,quia per eam quodammodo vindico partem meam,& tu vindicas tuam.

¶ Interdum est aduerbium concedentis, licet, pro esto, vulgo dicimus faciamus, vel demus sic esse:& apud orato.hoc est frequens,pro fac esse.

Licet, id est liberum est,fas est.

¶ Licet verbum sumitur pro liberum est,fas est.l. cum in testamento. infra eod. l. diem proferre.§.si plures arbitri fuerint,& diuersas sententias dixerint, licebit sententiæ eorum non stari.ff.de arbitr.l.non distinguemus.§.de officio.ibi,nec enim aliud illi licebit, quam quod ibi,vt efficere possit cautũ est,ibid.l.refectionis.§.penult.ibid.l.si cui.ibi, per quamlibet eius partem ire agere licebit.de seruitutib.l.sed & si. de seruitu.vrba.prædior.l.sicuti.in fin.si seruit.vindice.l.1.de noxal.l.de ætate.in fin.de interrogat.actionib.l.in actionibus.de in litem iurand.l.si quis officium.de ritu nuptiar.

Licet contrahẽtibus sẽ circunuenire.

¶ Licet naturaliter contrahentibus se circunuenire,l.in causæ.§.penulti. ff.de minor. id est possunt contrahentes se decipere,concessum illis est.l.item si pretio.ff.loca.l.cõmunis. ibi,vt & liceat.de in ius vocand.alibi de hoc scripsi.

Licet pro expedit, permittitur.

¶ Licet pro expedit,l.Iulianus.§.1.ff.de action.empt. ibi,differentiæ ratio est, quia fugitiuum quidem habere non licet. Nulli licet de domo sua aliquem in ius vocare, quia domus tutissimum est refugium:pro nulli permittitur,liberum est,in l. pleriq;. de in ius vocand.l.nemo de domo sua inuitus extrahi debet.ff.de regul.iur.Idem in l.si is qui.ibi,quæ amplius oneris quã licuit vexerit.ff.si seruitus vindicetur,l.certi condictio.si certum peta. ibi, licet enim nobis ex omni contractu certum condicere,dummodo præsens sit obligatio.l.coiri societatem,& simpliciter licet.l.ex conducto.in princip.loca.De stipulatione habere licere loquitur l.stipulatio ista.ff.de verbor.obligat.& l.venditor.& l.non tamen,& l. si rem.de euictio.

Licet per leges.

¶ Licet per leges,id est leges permittunt,l.1.in fin.ibi,item si qua alia iusta mihi causa esse videbitur,in integrum restituam, quod eis per leges, plebiscita,senatusconsulta, edicta, decreta Principum licebit.ff.ex quibus causis maior.iuncta l.necnon.§.quod eis. ibi, quæ clausula non illud pollicetur restituturum,si leges permittant,sed si leges non prohibeãt. ibid.l.si ædes.1.in princip.ibi,nec altius mihi ædificare liceat. de seruit.vrban.prædio.& sic intelligetur titul.ff.si cui plus quam per legẽ Falcid.licuerit, legatũ esse dicatur. Item regulariter licet accipitur pro fas est,ius est,licentiam habeo. Vt quib.ad libert.proclam.non licet.A quib.appellar.non licet.& rub.vt in flumi.publ.nauigar.liceat.rub.C. ne liceat potentior.& rub.ne liceat in vna eadémq;.& rub.nemini licere signum saluatoris Christi,humi vel in marmore aut insculpere aut pingere,& titul.quando liceat ab empt.discedere, & quand.liceat sine iudice se vindicar.Et vt nem.liceat sine iudicis authoritat.signa rebus imponere alienis.& rub.nulli licere in frenis & sellis.lib.11.& in rub.non licere habitator.metroco.ibid.& in rub.vt nemini liceat in compara.specie.cum aliis multis. Hinc licita res, id est à iure permissa,non prohibita,l.nec prætermittendum esse,quod Pompo.ait, ita demum hoc verum esse,si honestè & licitè rei societas coita sit.ff.pro socio.

Intellectus ad multos iuris titulos.

Licita res.

Licito iure.

¶ Licito iure,in l.si eum seruum.§.1.ff.de donatio.inter virum & vxo. licitam donationem scribit Iurisconsult.in l.de fructibus.ff.de donatio.inter vir.& vxor.

Licentia.

¶ Licentiam quamuis plerunq; rhetores & grammatici accipiant pro libera & temeraria facultate faciendi quodlibet,& loquendi:tamen Iurisconsul.quandoq; pro permissione libera non temeraria vtuntur:& sic in bonam partem,quemadmodum verbum licere,l. Imperatores.ibi,licentiam habere prius eum tutore agere. ff. de minorib.& iurisdictio est iudicis

iudicis dandi licentia. l.imperium. vbi docui.ff.de iurisdi.& omnium iudic.l.fructuarij.ibi, vt securus consequatur fructuarius fruendi licentiam.si vsusfruct.peta.l.4.in fin. ibi, licentia agenti est.de noxal.l.communi diuidundo.§.inter eos.comm.diuid.l.sed ea. de sponsa. Et Cicero lib.officior.1. vt enim pueris non omnem ludendi licentiam damus,sed eam quæ ab honestis actionibus non sit aliena.

Liceo vel liceor.

¶ Liceo vel liceor,id est rei in publicis venditionibus expositæ pretium adaugeo:quod Gallicè dicimus,*mettre à l'enchere*,quando bona subhastantur.l.arbor.§.1.ibi, qui de vestibulo liceri cogitur.ff.communi diuid. Vnde licitari est tale pretium augere,cum videlicet altercantur inuicem emere volentes.l.item quod dictum.in fine. ff. de in diem adiect. ibi,deinde prior emptor aduersus eum licitatus sit, & animosè licitatus. in l.si pignori. ff. famil.erciscund.

Licitari.

Licitator.

¶ Licitator *is* est, qui auget pretium,l.licitatio.§. licitatores vectigalium ad iterandum conductionem,antequam superiori conductioni satisfaciant admittendi non sunt.ff.de publica.

Licitans.

¶ Licitans pro eodem,d.l.licitatio vectigalium,quæ calor licitantis vltra modum solitę conductionis inflauit,&c.ibidem.

Licitatio quid.

¶ Licitatio actus ipse licitandi,id est ipsa auctio.d.l.licitatio.l.fin.ibi, per licitationem vilius eam accipiat.ff.de alienatio.iudic.l.& si fine.de minor.l.nam ad licitationem. fami.erciscund.l.item Labeo.§.1.ibidem.l.commun.diuidundo.in fin. commun.diuid. multa de his scripsi in tractatu meo,de præcon.& licita.in 2.tomo comment. in constit. Reg.Gallic. ibi videri potest materia in forensi iudicio valde frequens.

§.Paternos libertos rectè videmur dicere nostros libertos:liberorum nostrorum non rectè nostros libertos dicimus.

Bona patris sua bona filius vocare potest.

¶ Iste tex.in persona filiorum & patrum loquitur,sic dicens,Quod nos filij recte dicere possumus libertos patris nostros.nam quodammodo sumus domini bonorum paternorum,etiam in vita patris,& continuatur dominium in nos,l.in suis.ff.de liber.& posth. Et libertos accipere debemus eos, quos quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam, & libertatem perduxit.l.3.§.1.ff.de suis & legit.hered.quod est vtile ad sequentia.

¶ Primò docet Petr.in l.sciendum.in princip.ff.qui satisd.cogant. bona patris immobilia filio prodesse quoad satisdationem sistendi in iudicio,tum quod loco domini habeatur,tum quod bona patris filius possit dicere nostra,vt hic.multa tamen accidere possunt, quæ prohibebunt bona ad filium venire : vt si pater vendat,vel delinquat, ob quod fisco bona applicentur,vel alias.Et est commune prouerbium, multa accidere posse inter calicem supremáq; labra,l.naturalem.§.1. ff.de acquir.rerum domi.§.illud.de rerum diuisio.in Iustit.ideo ista successionis spes non debet attendi.l.post emancipationem.§.fin.de libera. lega.licet Parisiis contra.nec locupletior dicitur filius antequam adeat.l.pretia rerum.ff.ad legem Falc. vnde Bar.& alij istam Petri sententiam improbant in d.l.sciendum. quia filius vere viuo patre nil habet ex bonis paternis,sed potest ea dicere nostra quoad spem succedendi.ibi scripsi.

Filius munera nõ tenetur subire, si pater ea gerat.

¶ Item si pater subeat munera,non tenetur filius ea subire.glos.singular. in l.2. C. quando & quib.lib.10.& ibi plene addidi.facit tex.in l.diximus.§.si pater.ff.de excusa.tuto.quia pater & filius sunt vna identitas.his verbis vtitur Bal. consil.234. decretum.col.1.in primo volum.& vna & eadem persona censentur.l.fin.de impub.C. & Bal.consil.289. consuetudo.col.2.vol.2.ait quod pater & filius in muneribus & honoribus ad intellectũ vnius personæ referuntur.Ideo filius,licet nihil habeat,poterit eligi ad ciuitatis officium,si pater habeat trecenta,& statuto caueatur neminem nisi trecenta habentem ad officia admittendũ, teste Alber.in d.l.in suis.Cuma.consil.132.duo fratres. idem si eligendus in consulem debeat habere domum,vt Cathurci.nam si pater habeat, sufficiet filio, vt in d.l.sciendũ.Bal. in l.1.§.illud.C.commun.de manumissio.vbi domus patris censetur domus habitationis filij.Et si offendi possit non soluens collectam,si pater soluat,non licebit filium offendere,per glo.in d.l.2.qui æta.vel profess.lib.10.Et patris & filij vnum est testamentũ.l. patris. ff.de vulgar.vbi Areti.dicit patris & filij vnas esse nuptias,si simul fiant patris & filij festa.

Domus patris vel bona sufficiũt filio in muneribus.

¶ Item si debeat amputari manus condemnato ad certam pecuniam pro delicto, nisi sit idoneus solutioni illius pecuniæ,ille cẽsebitur idoneus,cuius pater est soluendo,vt docet Cepol.consi.21.in fin.& Alex.in authen.præterea. C.vnde vir & vxor, dicit illum non esse pauperem,qui patrem habet diuitem:ideoq; non debet ei remitti pecunia tanquã pauperi,sicut solet quandoq; remitti detentis in carceribus:nec pro gradu adipiscẽdo in schola debet quicquam remitti filio patris diuitis, nec loca debent his dari, si pauperibus addicta sint collegiatis.

Idoneus est filius, cuius pater est soluendo.

¶ Præterea domini appellatione etiam filius fam.cõtinetur, l.1.§.domini.3.ff.de senatusc. Silan.vnde inferunt doct.quod pœna imposita offendenti dominum, habebit locum in offendente

Domini appellatione an filius cõtineatur.

offendente filium eius.quod mihi non placet. Siquidem pœnæ ampliandæ non sunt.l. cum quidam.ff.de liber.& posthu.l.interpretatione.de pœnis.Et quamuis filius veniat appellatione domini in illo titul.de senatusc.on.Silan.quia scilicet ibi interest reipub. extendi:non id tamen obseruari debet in odiosis,nisi expresse extensionem factam esse inuenia mus.fateor tamen vassallum offendentem filium puniendum esse, non tamen feudo priuandum, nisi illum occideret,vt in §.similiter.titu. quibus modis feudum amitta.quia ita cautum est.

Feudo an priuetur offendēs filium domini.

¶ Ad hæc nullum diuortiū ratum erat,nisi septem ciuibus Romanis puberibus testibus adhibitis, præter libertum eius, qui diuortium faciebat. Libertū ibi accipiemus etiā eum, qui à patre,auo, proauo, & ceteris sursum versum manumissus fuerit.l.nullum.ff.de repud.& ibi glo.citat istam legem. Alia multa huc pertinentia congerit Ias.in d.l.sciendum. & D.Tiraquel.in l.si vnquam.in princip,nu.20.& seq.C.de reuocand.donatio.

Diuortiū quot adhibitis testibus fiebat.

¶ Limitetis non procedere quoad administrationem, veluti filius non potest recipere solutionem à debitoribus paternis,nec eos liberare viuente patre:quod si fecerit, non nocebit liberatio patri,nec quidem filio,etiam si postea patri heres exiterit.l.filius.vbi gloss. & docto.C.de pact.Bald.consi.14.& seq.in primo vol.& Iason consi.7.in 3,vol. Georg.Nathan in repet.c.quamuis pactum.col.18.de pact.in 6.Et sic nomine tenus vocat filius bona patris,& quoad spem ea consequendi post obitum patris , sed non quoad vsum & administrationem.Petr.de Vbald.in tracta.de duob.fratrib.in 8.parte.q.21.

Solutionē à debitoribus paternis filius nō recipit.

¶ Sed econtra libertos liberorum pater vel mater non recte dicit suos,vel nostros:quia parentibus non debetur filiorum hereditas,propter votum parentum, & naturalem erga filios caritatem.Turbato tamen ordine mortalitatis non minus parentibus quam liberis pie relinqui debet,l.nam & si parentibus.ff.de inoffic.testam.Alibi Pompo.sic ait:Non sic parentibus,vt liberis,parentum debetur hereditas,cum parentes ad bona liberorum ratione miserationis admittit,liberos naturæ simul & parentum commune votum.l.scripto.ff.vnde liber.& miraculum quodammodo videtur filium acquirere patri.Et hic filius fortunæ recte vocari potest,maximè si triduo ad dignitates immeritus ascenderit, & postea descenderit.Atq; ob oculos multa patent exempla,quæ in nostris non merentur scriptis locari. facit l.3.§.habetur autem.ff.de asignan.libert.l.si quis hac lege.§. sed si castrensem . qui & à quib.manumiss.liber.non fiant.l.seruum à filio.de iure patron.quod intelligendum putat glo.cum filius ex peculio castrensi seruum acquisierit,illúmq; manumiserit, vt pater non possit talem libertum,nostrum appellare : alias dicit posse . quam distinctionem ego non approbarem.nam hodie siue filius manumiserit seruum castrensem,seu aduentitium, pater non videtur eum nostrum posse appellare,quamuis habeat vsumfructum in bonis aduentitiis.l.cum oportet.C.de bonis quæ liber.per istum tex.generaliter loquētem,& quia non habet dominium,vt diximus in l.recte.supra eod, nisi verbotenus, & quia non diffidit ex causa necessitatis filium non recusaturum,& quoad vsumfructum.

Filiorum hereditas an debeatur parētibus.

Intellectus ad l.si quis hac lege.

¶ Nec refragatur l.si quis hac lege.§.1.ff.qui & à quib.quam glo.hic allegat : nam ego in eam retorqueo,quod pater non potest castrensem seruum filij,vt ingratum accusare, quia non est illius patronus,nec ipse manumisit illum seruū, licet filius illum manumiserit. Et sic non potest illum nostrum vocare pater, cum sit filij. Sed si filius de voluntate patris manumiserit seruum,pater eum poterit vt ingratū accusare ratione iuris, quod in illo seruo habebat.nam de iure Digestorum etiam aduentitia acquirebantur patribus, l.placet.ff. de acquir.hereditа.& d.l.cum oportet.nimirum si ibi accusatio permittebatur tanquā contra suum libertum.Sed cum de iure Cod.non acquirātur aduentitia patribus quoad proprietatem,non eo quoque iure liceret patri libertos filij, vel bona aduentitia, nostra dicere,nisi quoad administrationem,vt dicam inferius in l.cum stipulamur.

Materna bona filius an nostra dicere possit.

¶ Item glo.ampliat idem esse in maternis libertis,vt in l.libertum.ff.de excusa.tutor.videlicet vt filius maternos quidem libertos nostros vocare possit,sed non mater libertos filij.idémque puto in aliis bonis,per ea quæ dicam in d.l.cum stipulamur.infra eod.

Iura quæ consanguinitatis ratione obtinentur.

¶ Vnde notare possumus hic iura,quæ quis ratione consanguinitatis obtinere potest, primò in satisdatione de sistendo in iudicio,vt supra dictum fuit per d.l.sciendum. qui satisdar.cogan.ff.

¶ Secundò etiam in munere,de quo superius:vnde dicit Iurisconsultum rationem cognationis habendam,in l.vel si sanguine.ff.de manumiss.vindict.

Retractus ius ratione consanguinitatis competit.

¶ Tertiò proximioribus consanguineis competit ius retrahendi,& rehabendi rem venditam extraneis,tam de iure diuino.Leuitic.25.cap.quam de iure canonico,c.constituтus. de in integr.restit.declarant doctores in l.dudum.C.de contrahen.empt.& nouissime do. Tiraquel.in tract.de vtroque retractu fusissime scripsit.& miror iudices in patria Occitana dubitare super hoc iure retractus iudicare:vnde tres status patriæ deberent à Rege petere declarationem, liceret petere.

¶ Quartò,consanguinei tutelam & curam gerunt consanguineorū,vt in toto titul.ff.de legitim

legitim. tutor.& Instit.de legit.agnat.tutel.

¶ Quintò,ad successionem admittuntur,de legit.agnator.succes.in Instit.& de heredib. ab intesta. venien.colla.9.cum aliis similibus.

¶ Sextò,quia consanguineis senibus datur modica coercitio in iuuenes cōsanguineos, l.vna.C.de emend.propinquor.& Bonifa.de Vital. in tract.de malefic.rub.quibus est cessa correctio.

¶ Septimò,creditor cognatus in licitatione prædij debitoris consanguinei data paritate præfertur,l.1.ff.de priuileg.creditor.l.Imperator.de pact.Boer.in decisio.Burdegal.q.76. proximiori.

In licitatione quando consanguineus præferatur.

¶ Octauò,si finita emphyteusi veniant extranei,& cognati, præferuntur cognati.Bar.in d.l.1.vbi dicit,posse appellari,si hoc non fiat,& iusta erit appellatio.

Cognati in emphyteusi præferuntur extraneis.

¶ Nonò,episcopus debet fauere potius executoribus coniunctis testatori, quàm extraneis,cum discordant in executione testamenti.d.l.Imperator.vbi Bal.& alij.ff.de pact.

¶ Decimò,executores qui volunt erogare bona in pauperes;consanguineos pauperes testatoris præferre debent aliis,qui sunt extranei,in quibus non concurrit duplex pietas: prima carnis,l.alumnæ.§.fina.ff.de adimen.lega.altera specialis, quia pauperes sicut extranei.Angel.& Imol.in l. illa institutio.ff.de hered.instit. etiam si vellent distribuere spurio testatoris.Imol.ibi col.7.& in l.captatorias.col.4.ibid.Alexā.in l.diuus. ad legem Falcid. vnde ait diuus Ambrosius:est probanda alia liberalitas,vt proximos seminis tui ne despicias,si egere cognoscas . melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere,aut alicui postulare subsidium necessitatis:non tamen vt eos diuites facias,cap.est probanda.86.distinct.Sunt qui ex bonis pauperum ditant consanguineos, qui recte fures vocari possunt,& sacrilegi,si ex bonis ecclesiæ.

Pauperes consanguinei extraneis præferuntur.

¶ Vndecimò,sine mandato agit cognatus pro cognato,l.exigendi. C. de procurator. l. sed & hæ.illo titul.ff.

¶ Duodecimò,valet legatum de re aliena coniuncto factum,l.cum alienam.C.de legat. & c.filius.de testam.vbi doct.abunde tractant.

Legatum coniuncto factum quādo valeat. Stipulatio quā do valeat facta consanguineo.

¶ Decimotertiò,stipulari potest coniunctus coniuncto,Iason in l.1.ff.de in litem iuran. col.2.per l.3.§.1.versic.sed & si forte.ff.iudica.solui.vide tamen gloss.& docto.in l.fideiussoris.ff.de pactis.

¶ Decimoquartò,potest episcopus testari de donatis per cognatum.Barba.in tracta. de præstan.cardinal.in 3.q.1.partis,per c.requisisti.& c.quia nos.de testam.

¶ Decimoquintò,potest cognatus impetrare literas iustitiæ & ad beneficia sine mandato,glo.in cap.ad aures.& cap.nonnulli.§.fin.de rescript.

Cōsanguineus impetrat beneficiū sine mandato.

¶ Decimosextò,in ca.sciant.de elect.in 6.excommunicatus est is, qui iniuste prosequitur consanguineos clericorum,vt ibi addidi.

Excommunicatus est qui consanguineos prosequitur clericorum.

¶ Decimoseptimò,in l.in testamento.iuncta gloss.ff. de fideicommissar.libertat.vbi relictum in vltima voluntate etiam minus solemni valet,quando est factum coniuncto directo:vt ibi addidi.facit l.1.C.de fideicommiss.

Præsentia consanguineorum fraudis præsumptionē cessare facit.

¶ Decimooctauò,coniunctorum præsentia facit cessare præsumptionem fraudis,& metus,l.transactionem.C.de transactio.glo.in c.literas.in verb.præsertim.de præsumptionib.

¶ Decimononò,inducit præsumptionem donationis.l.Procula.ff.de probatio.doct.in in l.cum quid.de rebus cred.

¶ Vigesimò, aliud pro alio inuito creditore solui potest ratione consanguinitatis, l. si domus.§.qui confitetur.ff.de lega.1.glo.& doct.in l.2.ff.si certum peta.

¶ Vigesimoprimò,in l.tutor petitus.§.1.ff.de excusa.tutor. donatio potius facta censetur ratione consanguinitatis,quàm remunerationis : quia est efficacior quàm remuneratio.Roma.singul.646.donatum.doct.in l.si donatione.C.de colla.

Pater offerēs post delictū filium,cum liberare quādo videatur.

¶ Vigesimosecundò,in l.milites.§.desertorem.ff.de re milita.vbi sic dicitur,desertorem, qui à patre suo fuerit oblatus,in deteriorē militiam diuus Pius dare iussit, ne videatur, inquit,pater ad supplicium filium obtulisse . vnde dicit Cepol. cautel. 1. & sequenti, per illum tex.quod si pater filium post delictum commissum iudici exhibeat, & offerat, quod debet venia donari filius.& Iason in l.1.col.2.C.de his quib. vt indi. Tamen vix hoc eum seruaret,nisi Principi quoq; offerretur : quinetiam adhuc immineret periculū.De quibus alibi dixi.Et ego si pater essem,vellem filium offerre,si euadere aliter non posset.

Fideiussor consanguinei recusari nō potest.

¶ Vigesimotertiò,fideiussor iudicio sisti qualiscunque fuerit pro pareute & necessariis personis recusari non potest,l.1.in ius vocati vt eant, quoniam pro locuplete accipitur,l. quoniam.ibid.& l.2.qui satisdar.cogant.

¶ Vigesimoquartò,consanguinei degere possunt,& communicare cum consanguineo excommunicato citra excommunicationem, cap.inter alia. de sentent.excommunicatio. doct.in cap.2.de exceptio.

¶ Vigesimoquintò,Bar.in l.1.§.non autem.ff.de bonor.possessio.secund.tab.& Curt.in l.2.§.

Inter duo testa

menta vtrum prius cẽſeatur.

l.2.§.1.colum.penult.ff.ſi certum peta.dicunt quod ſi duo reperiantur teſtamenta, & neſcitur vtrũ fuerit prius, vel poſterius, illud præualebit, in quo fuerint inſtituti conſanguinei.

¶ Vigeſimoſextò, vocandi ſunt cognati & affines, an velint pupillum defendere, antequam creditores in poſſeſsionem bonorum pupilli mittantur, l.hæc autem.§.1.ff. quibus ex cauſis in poſſeſſ.catur.

¶ Vigeſimoſeptimò, non poteſt in ius vocari, qui funus familiare ducit, l.2.ff. de in ius vocando.

Valetudo etiã conſanguineorum excuſat.

¶ Vigeſimooctauò, valetudo non ſolum ſua, ſed & conſanguineorum excuſat à contumacia.glo.in cap.communis.23.diſtinct.Iaſon & alij per illum text.in l.2.§. ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio.ſcripſi in tract.de excuſa.ſeu exoniis, in tertio tomo comment.in conſtitut.Reg.Gallic.

¶ Vigeſimononò, prodeſt hæc conſanguinitas ad illa, quæ ſcripſi cõmoda notitiæ ſcholaſticæ in tract.de ſcholaſtic.priuileg.104.vbi multa ſingularia ſcholaſticæ notitiæ cõgeſsi.

¶ Vltimò, videte alia cognatorum iura per l.1.ff.de his qui mortem ſibi conſciuer. l.Iuriſconſult. vbi etiam gloſſ.de gradib.conſanguinita.l.vt vim.de iuſtitia & iur.l.ex facto.ad Trebellia.l.ſciant.C.de legitim.heredib.& l.1.quand.mulier tutel.offic.fungat.cum auth. ibi poſita.l.neganda.qui accuſ.non poſſunt.l.vna.ad legem Cornel.de ſicar.in l.vna.C. de ſalgamo.lib.12.Bar.in l.presbyteri.C.de ſacroſan.eccleſ.§.eadem. quib.ex cauſ.manu.licet. in Inſtit.§.ſi quis alij.de inutil.ſtipula.ibidem.& Iacob de bello viſu in practic.rub.de quæſtio.nu.138.fol.86.& præ cunctis legite Matth.de Afflict. in tracta.de iure protomiſeos.§.1.

Liberti & libertini idem ſignificant.

¶ Liberti autem ſiue libertini ſunt, qui ex iuſta ſeruitute manumiſsi ſunt, l.libertini.ff.de ſtatu homi.§.1.de liberti.in Inſtit.& quamuis Valla non nullas inter hæc verba aſsignet differentias, tamen promiſcue his vtimur in iure, vt ſcripſi in l.pronuntiatum. §.fin.ſupra eo. vbi loquitur de libertina.de liberto loquitur l.ſciendum.l.Modeſtinus.& l. aſsignare libertum.l.peruenisſe.& l.ſeq.& l.pronuntiatio.§.1.ac l.Scæuola.infra eod.

Paterni libertiprædia, hereditas, & alia.

¶ Paterni itaque liberti ſunt patris liberti, quemadmodum ſic paterna prædia dicimus, l.milites prohibentur comparare prædia in his prouinciis, in quibus militant, præterquam ſi paterna eorum fiſcus diſtrahat.ff.de re militari. Paterna hereditas, l.tutor.§.1.ff.ad Velleia.ibi, & cum paterna hereditate ſe abſtinere vellet.

¶ Paternum crimen, quod pater admiſit, l.crimen paternum, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt.nam vnuſquiſque ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur.ff.de pœnis. nec filius ſpurius afficitur crimine paterno, id eſt illo coitu illicito patris, cap. nunquam.56.diſtinctione.

¶ Paterna habitatio eſt, in qua pater olim inhabitabat, vel nunc, l.ex duobus. ff. de neg. geſt.quamuis glo.exponat ibi paternas, id eſt factas à patre. Hinc quoque vulgariter dicimus in ſucceſsionibus, paterna paternis, & materna maternis deferuntur, l.quicquid.C. de bonis maternis.

¶ Alias Paternus eſt nomen proprium viri, l.officium.§.Paternus quoq;.ff.de re milita.

VLPIAN. LIB. SEXAGESIMOOCTAVO AD EDICTVM.

LEX QVINQVAGESIMANONA.

Portus appellatus eſt concluſus locus, quo importantur merces, & inde exportantur: eáque nihilominus ſtatio eſt concluſa, atque munita. Inde angi portum dictum eſt.

¶ Portus vocatur locus clauſus, ſiue concluſus, intra quem portantur merces, & ex eo in alium deferuntur locum.inde quidam dictum portum exiſtimant à portãdo, quod eo merces portentur, & ex illo exportentur. Et concluſus dicitur, quaſi ſimul clauſus. Cicer. 7.in Verrem: Cingitur atque concluditur ipſe portus vrbe.vnde Gallice dicimus *enfermé*. Sunt tamen quidam portus, vt aquarum mortuarum, non omnino concluſi.

Impingere in portu.

¶ Vnde in portu impingere, ſeu vt Græci dicunt, οἱ λιμένι προσκρούσαντες, à nautis ſumptum adagium, qui priuſquam portũ exierint, nauim illidũt. Dicitur etiam contra illos, qui negotio propemodum iam confecto, in extremo degenerant: vt de ſene, qui in aliena ætate luxuriatur.

Portus pro loco tuto.

¶ Metaphoricè quoque portum accipimus pro quolibet loco tuto. inde ſæpius parœmia hac vtimur: Ego in portu nauigo, id eſt in loco tuto ſum, & longè à periculo. Et res in portu eſt, id eſt in tuto. Et qui ſeſe ad tranquillam tutámque aliquam vitæ rationem tradũcunt, in portum ſe recipere dicuntur. Virgil.lib.7.Aeneid.

Nunc mihi parta quies, omniſque in limine portus.

Facite egregij Principes, vt per vos id mihi dicere liceat.

Porticus quid

¶ Porticus autem vocatur à noſtris Gallice *porche*, ſpatium ſub dio intra domus ambitum.

bitum. Sed magis eſt receptaculũ ad imbres ſubterfugiendos, & vmbrarum, ac deambulationis gratia factũ. & appellatione domus porticus etiam venit. vnde legata domo vel vendita, & porticus domui adhærens legata aut vendita cenſetur.l.cetera.§.hoc ſenatuſcõſulto.2.ff.de lega.1.l.pen.de damno infect. Et has porticus dicit Crapald.in tractat.de partib. ædium Tyrrhenos primos domibus addidiſſe, quos deinde Romani ſunt imitati, & celeberrimas Romæ porticus conſtruxerunt.vnde Martial.

ſignificet, & quis inuenerit.

Claudia diffuſas vbi porticus explicat vmbras.

Vnde non immerito, vendita domo, cenſetur (vt dixi) vendita porticus. Bar.in l.meminiſſe.de offic.proconſul. Cepol.in tract.de ſeruitu.vrbano.prædio.c.44.vbi docet porticum domi affixam venire domus appellatione.l.ſi quando.2.de oper.public.ibi vide alia. Et de porticatione tex.in l.funeris.2.ff.de religioſ.& ſumptib.funer. vbi porticationes puto dici quædam ſepta, quæ circa ſepulcrum fiebant. Et porticum ambulatoriam ſcribit Iuriſconſ. in l. ſicuti.§.1.ff.ſi ſeruit. vindicet.l.ſi vt certo.in fin.commoda.

Porticatio. Porticus ambulatoria.

¶ Et iſta ſunt vtilia ad ſequentia. Primò an appellatione ciuitatis veniat portus: quod ſic, probatur in cap.vbi.§.porro.de electio.in 6.vbi ſi Papa moriatur in mari, vel in portu, debet fieri electio in illa ciuitate, cuius eſt portus. Et ita tenet Felin.in cap. Rodulphus. col umna 4.verſic.ſecunda concluſio. de reſcript.

Ciuitatis nomine an portus contineatur.

¶ Secundò delictum commiſſum in portu, debet puniri per eum, qui habet iuriſdictionem in illa ciuitate, cui adhæret portus, vel eſt proximus.no.Bar.& alij in l.inſulæ. ff.de iudic. & l.vna. C. de claſsi.lib. 11. vbi Angel. dicit quendam piratam in portu Piſano fuiſſe captum, & capite truncatum. Et ſicut congruit bono præſidi purgare prouinciam malis hominibus ſuper terra.l.congruit.ff.de officio præſid.ita ſuper portu & mari. Rebuf. in d.l. vna. per illum tex.ſi tamen ſit aliquis præfectus portubus, is iuriſdictionem in portu habebit, ſi non adhæreat ciuitati, vt dixi in l.vinculorum.infra eod.

Delicta in portu commiſſa, à iudice ciuitatis ſunt puniẽda.

¶ Tertiò contractus factus in portu, cenſetur factus in ciuitate, & debet fieri ſecundum conſuetudinem illius ciuitatis, cui adhęret portus: vt ſi debeat fieri in ciuitate per duos notarios, quemadmodum hic Pariſiis, idem quoq; obſeruari debet in contractu facto in portu: & idem in teſtamento, quando portus erat proximior ciuitati: ſecus ſi rure, quia tunc cenſebitur factum rure. Bal.in l.fin.C.de teſtam.

Contractus in portu fieri debet pro more ciuitatis.

¶ Quartò, portus ſunt publici, l.3.ff.de rerum diuiſ. ideo gabella, quæ ſoluitur in portu, eſt Regis, & de Regalibus, c.vno. quę ſint Regalia. niſi ciuitas ſibi pręſcripſerit. dicto c.vno. Cepol.in tract.de ſeruitu.ruſtic.prædior.c.de portu.fol.82. Tamen ſi vi tempeſtatis nauis acceſſerit ad portum, non debet aliquam penſionem, nec onus. teſte Iacob. in d.l. inſulæ. per l. Cæſar. ff. de publica. & vectigal.

Portus ſunt publici, & ſolutum in eis Rex capit.

¶ Quintò, teſtamentum factum in portu Sarracenorum valet, nec dicitur factum in terris Sarracenorum: ſed in loco publico tam Sarracenorum, quàm Chriſtianorum, quia portus ſunt publici. per §. flumina. Inſtit. de rerum diuiſ. Et ſi coram duobus teſtibus factũ ſit, valebit, quia non apparet, quæ forma teſtamenti ibi ſeruetur, ideoque ius gentium ſeruari præſumitur. Bar.in l.2. C. quemadmod. teſtam. aperiant. Bal. in rub. de rerum diuiſ. ff. col. 6. Barba. in clem. ne Romani. col. 93. de electio.

Teſtamentum factum in portu Sarracenorum valet.

¶ Sextò, vectigal ſeu redditus portus Regi debetur, vt ſuperius dictum extitit, & ſcripſi in l. inter publica. ſupra eod. Si tamen alicuius priuati ſit, tunc dominus in cenſum deferre debet. l. forma. §. lacus. ff. de cenſib. & illud vectigal, quod pro portu penditur de rebus mueſtis, portorium vocatur, in l.3. C. de vectigal. c. ſuper quibuſdam. de verbor. ſignific. Exigens autem illud vectigal, portitor vocatur, vel qui homines nauigio tranſuehit, vt dicam in l. in lege cenſoria. infra eod. Naulum verò eſt pretium, quod pro vectura ſoluitur. l. huius enim. ff. qui potior. in pigno. habeãt. Et pro infante in naui nato nihil debetur, quia vectura eius non eſt ponderoſa, licet tædioſa ſit, ob frequentem clamorem, neq; his omnibus vtitur, quæ ad nauigantium vſum parantur. l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ff. locati.

Vectigal portus Rex accipit.

Naulum quid.

¶ Septimò, quilibet etiam priuilegiatus tenetur conferre ad conſeruationem, ſeu reparationem portus. l. ad portus. C. de operib. public. etiam ſi non haberet in ciuitate habitationem, dum tamen habeat in illa iuriſdictione poſſeſsiones. l. fin. C. de munerib. patrimo. lib. 10. Oldrad. conſi. 104 circa. & Luc. de Penna in l. fin. de quibus muneribus. ibid. & Guido Papa q. 372. de vintento. in deciſ. Delphi. Intellige has expenſas eſſe contribuendas non pro capite, ſed pro modo poſſeſsionũ, non ſolum in his, ſed etiam in munitionibus viarum publicarum, aggerum, & aliorum munerũ. per tex. in l. 2. C. de immuni. nem. conced. lib. 10. vbi Bar. & Rebuff. quod ſeruire poteſt Turonenſ. & Andegauenſibus. Idem cum ciuitas reſarcire damnum ex ſtatuto debet, vt concludit Alber. in 2. parte ſtatutor. q. 66. & ſeq.

Quilibet ad portus conſeruationem tenetur, & quo modo.

¶ Idem in procurationibus Legatorum, vel Epiſcoporum, quæ à viris eccleſiaſticis fieri debent. conſuluit Anchar. conſi. 248. ad prædicta. in 2. q. per ca. ſopite. cap. cum inſtantia. & cap. procurationes. de cenſib.

Procurationes pro modo poſſeſſionũ ſuſtendæ, & viarum reparatio.

¶ Ita quoq; via reficienda eſt iuxta domuum vicinitatem per quemlibet dominum do

mus,l.ædiles.ff.de via public.Cepol.in tract.de seruitu.rustico.prædio.c.de seruitute viæ. q.25.Et ad hoc etiam clerici cogi possunt,vt docet Bened.in repet.cap.Raynutius.in verb. domum.nume.17.de testam.

¶ Vitiatur quod diximus de procurationibus, quãdo impẽsa foret modica, quia tunc solum vicini impendent.Rebuff.& Platea in l.fin.C.de immunita.nemi.conced.lib.10.de magistris portuum & limitum ac viarum dicam in l.vinculorũ.infra eo .aut nisi esset pauper, vt docet Bal.in tract.statut.in verb.munus.

¶ De multiplici portu quoad Theologos reiicio vos ad Bercorium in reductorio morali in verb.portus.

Conclusus locus. ¶ *Conclusus locus quo importantur merces*,&c.Conclusus portus dicitur simul cum ciuitate clausus,vt portus Massiliæ,composito verbo à claudo: vnde clausam pecuniam & triticum dicit Iurisconsult.in l.in naue.ff.loca.

Claudere varie capitur. ¶ Alias claudere est cingere seu circuire:vt ciuitas aquarum mortuarũ est aquis clausa.

¶ Claudere delinquentem,est includere,vincire.inde Iurisconsult.ait, clausos accipere debemus,& si sint vincti:si tamen ita vincti sint,vt omnino erumpere vincula non possint.l. si quis in graui.§.clausos.ff.de senatusconsul.Silan.l.vinaria vasa.in fin.ibi, quia aliud in his claudi possit.infra eod.& clausus in carcere.in l.verum.infra eod.

Claudus, morbosus est. ¶ Claudus,qui pedibus clausus est,adeo vt recta incedere non possit, qui morbosus dicitur,in l.item claudus.ff.de ædil.edict.ideo equus claudus venditus redhiberi potest,vt ibi.Et an claudus ordines sumere possit,decidit tex.in c.1.& vlt.49.distin.& c.si quis in infirmitate.55.distinct.scripsi in praxi beneficial.in dispensa.cum corpore vitiatis.

Claudicare in dicium. ¶ Inde claudicare est claude incedere:sic per translationem dicimus iudicium non debere claudicare,sed rectè debere reddi,æqualitatem inter actorem & reum seruando, vt est tex.in cap.cum inter.vbi Dec.6.no.de exceptio.Contractus etiam claudicare dicitur,quando tantum alter contrahentium obligatur:vt si quis cum pupillo contrahat, maior obligatur,& non pupillus.l.Iulianus.§.si quis à pupillo.ff.de actio.empti. Sic quoque matrimoniũ non debet claudicare,videlicet vt vnus sine altero obligetur,scilicet maior & non minor,túncq; non recte incedit,nec vtroq; tramite.c.de illis.1. vbi glos.de desponsa.impu.

Cõcludere varie accipitur. ¶ Cõcludere igitur,vt prædiximus,est simul claudere.ita capitur hic. Interdũ concludere pro competere,dare.l.vna.§.hoc iudicium non ad id quod interest,sed quanti ea res est,concluditur.ff.si quis ius dicen.non obtempera. Concludere pro comprehendere, Cic.pro Cæcinna,ea tametsi verbis interdicti non concluditur,tamen sententia iuris atq; authoritate retinetur. Concludere,finire,vt paucis concludam. sic in l.2.ibi, redhibitoriam actionem sex mensium temporibus,vel quanti minoris anno concludi.C.de redhibitor.action.

Conclusiones. ¶ Inde conclusiones,sunt breues sententiæ paucis claudentes orationem, quas quandoque rhetores perorationem vocant, quod in cõclusione omnia veluti in vnũ aceruum breui colligantur.

Cõcludere pro includere. ¶ Concludere est includere:vt apum fera natura est. itaque quæ in arbore nostra conse derint,antequam in alueo concludantur,non intelliguntur esse nostræ.& ibi, si alius eas incluserit,l.naturalem.§.apud.ff.de acquir.rer.dom.& §.apum.de rerum diuis.in Instit.facit l.& eum.ibi,ingenuum iuuenem admodum raptum,atq; concluso.ff.de vi public.

Conclusum in causa quando dicatur. ¶ Conclusio est finis & perfectio actus:vnde in fine iudicij dicimus cõclusum in causa, dum allegationibus & probationibus renuntiatum est,cap.pastoralis.de caus.posses.cap. cum dilectus.vbi glo.de fide instrum.

Conclusio contractus attendi debet,ac libelli. ¶ Conclusio cõtractus attendi debet,tex.no.in l.si volũtate.C.de rescin.vend.quia multa dicũtur,quæ non fiũt,nec concludũtur:inde cõclusio,id est actus perfectio,debet attẽdi. l.sciendũ.1.§.dictũ.ff.de ædil.edicto.alios tex.allegat Bal.in l.multũ.C.si quis alteri vel sibi, & Dec.cõsil.11.in prin.& Iaf.consi.22.in fi.vol.3.& consi.24.col.7.ibid. Idẽ in conclusione libelli,& aliis actibus, vt semper spectanda sit conclusio.probatur in l.edita. C.de eden do,& l.1.ff.eod.Barba.tradit.in consi.1.colum.6.in 2.volum.& consil.8.ibidem, & consi.38. colum.12.ibid. ac 34.colum.2.in tertio volum.Dec.consi.62.alia addidi ad d.l.si voluntate.

Excludere. ¶ Contrarium verbo includere,quod est intra claudere, habemus excludere, quasi extra claudere,id est repellere,eiicere.l. Gemma inclusa auro alieno,vel sigillũ cãdelabro vindicari non potest:sed vt excludatur,ad exhibendũ agi potest.ff.ad exhiben. Et excludatur gemma,id est extra anulum ponatur,quæ iam erat inclusa. Inde Iurisconsul.ait,excludi eum oportere præscriptione in factum data,id est repelli,reiici,l.penult.vbi hæc verba habentur.ff.de excep.& l.2.§.1.ibi,semetipsum excludit. quando appellan d.sit.

Excludi exceptione, re & præscriptione. ¶ Excludi procuratoriis exceptionibus,est repelli ob exceptiones,quæ contra procuratores opponuntur,vt quando non est procurator,aut non legitime constitutus, de quibus scripsi in tract.exceptio.in verb.procuratoriæ.facit l.procurator.3.ibi, & propter hoc exceptionibus procuratoriis excludi possit.ff.rem ratam haberi.

¶ Exclusus re videtur,qui eam amisit,l.nemo videtur re exclusus,quem prætor in integrum

grum se restituturum pollicetur.ff.de in integrum restit.

¶ Exclusus exceptione,reiectus per exceptionem,id est ope exceptionis, & oppositionis,l.fi.ibi,ad duas res petẽdas procurator datus,si vnam rem petat, exceptione non excluditur.ff.de procurat.l.si cum fundum.ibi,non aliter me conuentionis exceptione debere excludi.ff.de pact.l.1.famil.erciscu.ibi,potest eum excludere per hanc exceptionem. Exclusus præscriptione,pro eodem.l.vim.§.præscriptione quinq; annorum crimen incestus coniunctum adulterio,non excluditur.ff.de adulter.

Excludere querelam,actionẽ. ¶ Excludere querelam,l.Papinianus.§.quoniam autem quarta debitæ portionis ad excludendum querelam sufficit.& §.quarta.ibi,inofficiosi querelam excludit, id est repellit. ff.de inoffic.testam.Excluditur actio,idem,l.si seruus.ff.vi bon.rapt. Inde exceptio dicta est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusq; rei solet, ad excludendum id, quod in intentionem,condemnationémq; deductum est,l.2.in princip.ff.de exceptio.eluidaui in tract.de except.q.2.

Excludi tempore quid sit. ¶ Excludi tempore,aut temporis spatiis, pro impediri exponit Adria.Cardinal.in suo lib.de sermo.Lat.quod probat,tum per rhetores,tum per Iurisc.& primo per l.si tamen.ff. de ædil.edict.Sed vt paucis agam,in omnibus fere legibus adductis per eum excludere accipitur pro expellere,repellere,& reiicere:aliquando tamen pro impedire, ne post tempus agere liceat,vt in d.l.si tamen.ibi,non nocebit emptori,si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus,velit intra annum æstimatoria agere.ibi verò non loquitur tex.de exclusione temporis.Sed si consideretur, quod actio redhibitoria durat sex mensibus : quanto minoris emissem,quæ æstimatoria dicitur,durat anno.l.2.C.de ædil.actio. Is ergo,qui fuerit exclusus exceptione redhibitoria,id est repulsus,quia non venit infra sex menses, non prohiberur intra annum æstimatoria agere.sic intelligendus est ille text. allegat etiã l.quærebatur.ff.ad Turpillia.vbi sic dicitur:Quęrebatur an ij,qui ab accusatione tempore exclusi essent,in senatusconsultum Turpillianũ inciderent.Respondi,non oportere dubitari,calumnia non puniri eos,qui præscriptione temporis exclusi,causam adulterij perferre non potuerunt.Et sic impeditus ibi erat tempore,ne posset agere. Nempe qui falsa crimina intendit,incidit in Turpilliani pœnã,& tanquã calumniator punitur. l.1.ff.ad Turpill. vnde cum tempus ad accusandum adulterium esset elapsum,intra quod quis debebat accusare, qui esset præscriptione temporis impeditus ad agendum,& tamen egisset,dubitabatur ibi, an incideret in Turpillianũ,& tanquam calumniator puniri deberet. Respondi,calumnia non puniri eos,qui præscriptione temporis exclusi sunt,præscripto scilicet iam tempore ad agendum,& finito,quod causam adulterij perferre,& perficere, & ad finem vsque ferre non potuerunt.isque est sensus germanus illius legis.

Intellectus ad l.si tamen. & l. quærebatur.

Declaratio ad l.spurij. ¶ Etiam nil facit tex.allegatus per eundem Cardi.in l.spurij.§.pater. ff. de decur. vbi sic scribitur:Pater qui filio decurione creato prouocauit,& si præscriptione temporis exclusus fuerit,id est & si non prosecutus fuerit causam appellationis intra tempus iuris , & sic repulsus tempore,eo quod intra tempus præstitutũ non petiit, nec sibi prouidit, est reiectus à petitione & appellatione.l.per hanc.C.de tempo.appel.& non intelligitur de biduo & triduo dato ad appellandum,quia iam pater prouocauerat:licet glo.ibi contra.

l.si proponas. declaratio. ¶ Minus secum facit l.si proponas.in fi.ff.de inof.testa. vbi sic scribitur:Si duo sunt filij exheredati,& ambo de inofficioso testamẽto egerint,& vnus postea constituit non agere, pars eius accrescit alteri:idémq; erit & si tẽpore exclusus sit,id est repulsus, quia nõ mouit querelam intra quinquenniũ:ob id enim erat exclusus tẽpore,id est præscriptione temporis.nempe si ibi acciperetur pro impedito,pars illius impediti non accresceret alteri prosequenti,quandoquidẽ ipse releuari posset propter impedimentũ,& demũ agere. tex.tamen ibi dicit contrariũ.Verum quicunq; est tempore exclusus,impeditur agere,quia exclusus. Facit tex.in l.sed & si.§.quotiens per absentiã quis aliquem non toto tempore excluserit:vt puta rem tuam possedi vno minus die statuto in vsucapionis tempore,deinde reipub.causa abesse cœpi:restitutio vnius diei aduersus me facienda erit.ff.ex quib.caus.maior.vbi patet quomodo excludere tempore est per temporis præscriptionẽ aliquem repellere,& temporis adminiculo expellere, vt amplius agere non possit.vnde si cui data sit dilatio ad probandum, vel producendũ, vel ad aliud,si nihil fecerit intra dilationem, ea elapsa excluditur tempore,quod nos dicimus *forclos de produire,ou de prouuer par laps de temps*,& iudicatam causam exclusione,*iugé par forcluſion*,ex instrumento tantum præsentis,& copiis ab eo probatis iudicata,vt inquit Bud.in Foren. vbi alia scribit. Interdum quoq; secundum materiam apud oratores pro impedire accipitur.

Includere. ¶ Includere est intus claudere,d.l.gemma.ff.ad exhibend.vnde includere apes, in l. naturalem.§.apum.ff.de acquir.rer.domi.ibi,idémq; si alius eas incluserit, dominus earũ erit. l.ditus.2.ibi,interrogationes literis inclusas,atq; obsignatas,ad.cognitionem magistratus mittant.ff.de custo.reor.l.2.§.si publicanus.ibi,sane si dolo caret,si tamen ideo incluſit, ne pascatur,& vt fame periret,etiam vtili lege Aquilia tenetur.ff.vi bonor.raptor.& ibi, si per

Incluſa fera. vim pecus abductum incluſerit, vtique vi bonorum raptorum tenetur. Incluſas feras dicit Iuriſconſul. in l. vſufructuarium. ff. de vſufructu. incluſas res. l. procurator. manda.

¶ Includere hominem, idem: vt ſi quis incluſerit hominẽ, lege Iulia de vi publica tenetur. l. qui cœtu. §. 1. ff. de vi public. l. hac lege. §. 1. ad legem Iuliam pecul. his verbis: Diuus Seuerus & Anton. quendam clariſsimum virum iuuenem, cum inuentus eſſet arculã in templum deponere, ibiq; hominem includere, qui poſt clauſum templum de arca exiret, & de templo multa ſubtraheret, & ſe in arculam iterum referret, conuictum in inſulã deportauerunt. qui text. monere debet eos, qui arcam ſuſcipiunt cuſtodiendam, vt primum videant, ne quid in ea mali lateat, ſicut in equo Troiano.

Mirandũ de hominis incluſione.

¶ Incluſos latumiis dicit Iuriſcon. in l. ſuccurritur. §. vinculorum. ff. ex quib. cauſ. maior. vbi ſic ſcribitur: Vinculorum autem appellatio latius accipitur. Nam etiam incluſos veluti latumiis vinctorum numero haberi placet. vbi vocat Bud. latumias, loca lapidibus exacta: & carcerem Syracuſis, & Romæ. Latumiæ quoq; ſeu latomiæ vocantur lapidicinę, Gallicè *des carrieres*, & latomi ipſi artifices, id eſt lapicidæ, *maſſons*. Cattelia. tamen Cotta. in 2. parte memorab. dicit legendum eſſe latomiam, quæ eſt locus in quo lapides cæduntur, ad quas latomias ſolebãt condemnari hi, qui ad opus metalli condemnabantur, & de his intellexit Iuriſconſul. in d. l. ſuccurritur. & l. 1. in fi. ibi, aut mulcta mulctetur, aut in latumias, vel latomias, vel vincula publica ducatur. ff. de religioſ. & ſumptib. fune. Omnes actiones quæ morte, aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio, ſaluæ permanent. l. omnes actiones. ff. de reg. iuris. id eſt ſemel inchoatæ. nam poſtquam liſ fuerit cõteſtata, actio incluſa iudicio dicitur. l. edita. C. de edendo. l. amplius. ff. rem ratam haberi. ſcripſi in tract. de effectib. litiſconteſta.

Latumiæ, & latomi, qui.

Recludere. ¶ Recludere eſt iterum claudere, ſiue aperire: cuius tamen ſignificationis rara admodum inuenias exempla penes Iuriſconſ. quamobrem ad alia pertranſeo.

Importare. ¶ *Importantur.* in eſt inferuntur, quaſi intrà portum feruntur, & inde exportantur, id eſt extra portantur, l. veluti. ff. de ſeruitutib. ruſtico. prædior. velut in ſimili inuehere & euehere dicit Iuriſconſul. in l. 2. in fi. ff. de nundin. in antiq. editio.

¶ Importat ignominiam, id eſt irrogat, infamat, l. ad tempus. ff. de decur. ibi, ordine motos ex crimine, quod ignominiam importat. iuncta l. ictus fuſtium infamiam non importat. iuncto verſic. ibi, infamiam damnato irrogat. de his qui not. infam.

¶ Importata, illata, l. 1. ff. de migrando. & l. 1. & fin. de Saluia. interd. l. ſi quis. §. vbi. ſi certum peta. ibi, ea quæ vi fluminum importata ſunt condici poſſunt.

Reportare. ¶ Reportare, pro referre, l. alumnæ. §. Seia. ibi, vt is corpus eius curaret, & in patriam reportaret. ff. de adimen. lega.

Tranſportare. ¶ Trãſportare, l. videamus. §. qui vinum de Campania tranſportandum conduxiſſet. ff. loca. pro transferre, vt in l. vinaria. infra eod. ſcripſi.

¶ *Merces.* Declaro in l. mercis. infra eod.

Inde locũ, rẽ, perſonam, & materiã reſpicit. ¶ *Inde*, eſt aduerbium, quod interdũ reſpicit locũ, vt hic, & in l. 3. in fin. prin. ff. de ſeruitu. ruſtic. præd. ibi, indeque exportentur. inde, id eſt ex quo portu, ex quo loco. facit l. pleriq;. ibi, cúmq;, qui inde, id eſt ex domo, in ius vocaret, vim inferre videri. ff. de in ius voc. l. heres. §. proinde. ibi, quẽ ſcit inde cõfeſtim profecturũ. de iud. Interdũ refertur ad rem. l. cum ij. §. ſed & ſi certa. ibi, ita vt inde Seio alimenta præſtentur. ff. de tranſact. id eſt ex tali re. l. arbores. §. 1. ibi, quicquid in fundo naſcitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. de vſufructu. & l. 1. ibi, reſtituturum, quod inde extabit. ff. vſufructuar. quemadmod. caueat. & §. recte. ibid. l. diuortio. §. ſi fundum. ſoluto matrimon. l. ſi quis officium in aliqua prouincia adminiſtrat, inde oriundam, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere non poteſt. ff. de ritu nuptiar. & fere in idem reincidit cum prima ſignificatione.

¶ Aliquando refertur ad perſonã, vt ſi legauero domũ Titio, & inde poſt ſuã mortẽ volo ad eccleſiã redire, tũc ex illa perſona trãsfertur ad eccleſiã: vt patet in tit. ff. de adim. legat.

¶ Interdum ad materiã. l. 1. §. pactum autem à pactione dicitur, inde etiam pacis nomen appellatum eſt. ff. de pact. inde, id eſt, ex qua materia, vel dictione. l. item ſi obſtetrix. in prin cip. ad legem Aquil. & l. ſcribit Quintus. §. 1. de auro & argen. lega. Vnde ſi teſtator legauerit decem modios vini talis vineæ, inde hoc anno ſoluẽdos: ſi non ſint ex tali vinea niſi quinq; modij, non tenebitur heres vltra ſoluere, quia præciſe voluit teſtator ex illa vinea ſolui, vt probatur in l. interdum. & ibi doct. ff. de verbor. obliga.

Legatum decem modiorũ vini an debeatur.

Deinde. ¶ Deinde, poſtea, demum. l. potior. in prin. qui pot. in pigno. habeant, ibi, deinde prioris ſtipulationis exiſtat conditio. & §. 1. ibid. & l. ſi ſeruo. de adim. lega. & l. ſi tibi. ibid.

Exinde. ¶ Exinde, propter hoc, quapropter, l. qui ſe dicit ſuis nũmis redemptũ, ſi hoc probauerit, exinde liber erit, id eſt hoc facto. Exinde, ex eo, ex illa lege. l. tutelas. ff. de capitis diminutio. ibi, eadem ratione qua & hereditates exinde legitimæ, quæ agnatis deferuntur.

Perinde fictio nẽ ſignificat. ¶ Perinde ſignificat ita æque. l. ſi quis ita legauerit. ff. de vſufruct. l. 3. §. 1. ibi, perinde ac ſi alius. ff. quibus modis vſusfruct. amitta. denotatq; improprietatem & fictionem: gloſ. in l. 1. ff. de recepta. vt ſi dicatur, perinde puniatur receptator, atq; fur, tamen non eadẽ pœna puniatur.

nietur. glo. in l. ſacrilegij. in 1. ff. ad legem Iul. pecula. Feli. in rub. de proba. inde Roma. Pontifex aliquando vult, vt gratia valeat perinde atq; ſi omnia expreſſa fuiſſent: vt in cõcorda. in forma manda. in verb. gratiam. vide in §. literæ. & §. interdum. de rerum diuiſio. in Inſtit. §. item vobis. per quas perſo. nobis acquirit. ibid.

Perinde tempus, perſonam, modũ & actũ reſpicit. ¶ Interdum reſpicit tempus, id eſt perinde ſi eo tempore facta prouiſio fuiſſet. Rota deciſio. 383. ſi Papa. in nouis. Aliquando perſonam, vt prouidemus perinde ac ſi nunquam fuiſſet condemnatus, vel perinde ac ſi nobilis eſſet.

¶ Quandoque reſpicit modum, vt perinde valeat actus, ac ſi factus fuiſſet modo, quo debebat, videlicet per patroni præſentationem, aut alias.

¶ Nonnunquam reſpicit actum. l. qui à patre. ff. de confirmand. tutore. vide quę abunde ſcripſi in praxi beneficia. in reſcripto perinde valere, in 2. parte.

Proinde. ¶ Proinde pro ceterum, propterea, itaq;, l. heres abſens. §. proinde. ff. de iudic. l. proinde. 1. & 2. ff. ad legem Aquil. Interdum proinde ſignificat quaſi, perinde, ſimiliter, & ſimilitudinis eſt. Proinde ſignificat inde. glo. in l. 1. in prin. ff. de edend. ibi, nam æquiſsimum videtur eum, qui acturus eſt, edere actionem, vt proinde ſciat reus, vtrum cedere, an contendere velit. vbi gl. exponit ex hoc, id eſt ex illa actione edita actor ſciat an reus velit cedere, vel cõtendere. l. 1. in prin. ibi, proinde traditus. quib. mod. vſusf. amit. Proinde, id eſt ergo, igitur exponit gl. in l. proinde. ff. ſi certum peta. l. pronuntiatum. & l. vrbana prędia. inf. eo.

Subinde. ¶ Subinde pro deinde, poſtea, demum, l. ſi procurator. ff. rem ratam haber. ibi, accidere poteſt, vt is qui ſtipulatus ſit, ſubinde agat, & ibi paulo poſt. finge enim eo ſubinde damnum dari, &c. l. nam ſatis. §. ceterum. ff. quemad. ſeruitu. amittant.

Nihilominus, nihilomagis. ¶ *Eaque nihilominus*, id eſt non minus, prout paſsim in iure inuenimus, vt l. fin. ff. de in integrum reſtit. l. ſi cum exceptione. §. quatenus. quod metus cauſ. l. quod dicimus. §. ſi verò. ibid. & l. ſi conuenerit. de pact. l. eas. de capitis diminutio. l. cum multi. ſi pars heredita. peta. l. Mutius. & l. à tutore. de rei vindica. Et æquiparatur particulę nihilomagis, quaſi non eo magis: niſi quod hæc infert negatiuam, nihilominus affirmatiuam. gloſ. in §. 1. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam. probat tex. in l. ſi pupilli. §. ſed & ſi quis. ibi, ſed nihilominus, imo magis tenebitur negotiorum geſtorum actione. de negot. geſt.

Requiſita ad portum. ¶ *Statio concluſa.* Et ſic ad portum requirit hic tex. primò, quod ſit locus cõcluſus. ibi, cõcluſus. Secũdò, quod ad eum merces importẽtur, id eſt intra portẽtur. Tertiò, quod ex illo portu ad alia loca. ibi, & inde exportentur. Quartò, quod ibi ſtatio ſit. ibi, ſtatio eſt. *Statio quid.* Statio nẽ enim dicimus à ſtando. Is igitur locus demõſtratur, vbicunq; naues tuto ſtare poſſunt. Vlpia. in l. 1. §. ſtationem. ff. de fluminib. Dicitur etiam locus, in quo conſiſtunt tam homines, quam iumenta. facit l. æquiſsimum. §. fi. ibi, ad ſtationem iumentorum. ff. de vſufruct. l. Fulcinius. §. denique. ibi, circa columnas aut ſtationes ſe occultet. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſsio. eatur. Vocatur etiam officina, in quam multi conueniunt, vt de re aliqua decernatur, & vbi frequenter ſtatur. l. item apud. §. proinde. ff. de iniur. ibi, idem ſi ad ſtationem, vel tabernam ventum ſit. Etiam ſtatio dicitur locus ad cuſtodiam deſtinatus, in quo milites conſiſtunt, & eſt multiplex, vt plane explicat Laz. in lib. de republ. 4. c. 3. pag. 465. & ſeq. vbi in fi. differentiam tradit inter manſionem, & ſtationem. vnde Iuriſconſ. ait: Qui ſtationis munus relinquit, emanſor eſt. Itaque pro modo delicti aut caſtigatur, aut gradu militiæ deiicitur, l. 3. §. qui ſtationis. ff. de re milit. Inde ſtationarij milites ſunt præſidiani, quos ordinarios appellamus, qui in locis hoſtium finitimis ſtationes agitare ſolent, ad repẽtinos hoſtium incurſus intenti. Bud. in l. liminarchæ. de ſeruis fugit. inſtar quorum præficiũtur milites in vrbibus aut prouinciis ad populorum quietem tuendam à præfecto vrbis vel ab alio legato & magiſtratu. l. 1. §. fina. ff. de offic. præfect. vrb. præfectus vrbis debet habere diſpoſitos milites ſtationarios, ad tuendam populorum quietem, & ad referendum ſibi quid vbique agatur. ibi ſcripſi. facit l. 1. §. pen. ff. de ſeruis fugit. videte Alcia. lib. 6. parerg. cap. 19.

Stationarij milites.

Statores qui. ¶ Inde ſtatores ſunt nuntij, vel apparitores magiſtratuum, qui reos in ius, vel in carcerem ducunt. l. obſeruare. ff. de offic. proconſul. l. in eadem. ex quib. cauſ. maior. quamuis ibi glo. dicat ſtratores, quod acta male ſternant, ſed legendũ eſt ſtatores teſte Catellia. Cotta in 2. parte memorab. in verb. ſtatores, eo quod addicti magiſtratibus ſunt, & continua ſtatione addicti, ad omnia eorũ præcepta exequenda parati ſunt. Quales etiam Baiulus Montiſpeſſulani ſolet habere. Et omnes apparitores ſtatores vocari poſſunt. facit l. 3. C. de diuerſ. offic. lib. 12. l. fin. de iure immunita. Et an ſit legendum de ſtratoribus vel ſtatoribus C. lib. 12. in rub. ibidem elucidant Alciat. & Pyrrhus.

¶ Quintò requiritur ad portũ quod illa ſtatio munita ſit anulis ferreis, catenis, & aliis retinaculis nauibus retinẽdis neceſſariis. ibi, munita. quę omnia videre licet in portu Maſſiliç.

Munire, munitio, & munimentum. ¶ *Atque munita.* Munire pro reficere, reparare, & fulcire capitur hic, & in l. vnic. ff. de ripa munienda. ibi, ripas fluminum publicorũ reficere, & munire vtiliſsimũ eſt. l. 1. §. ſunt autẽ. ne quid in flumi. publ. per tranſlationem ponitur in l. 1. C. de commun. rerum aliena.

¶ Inde munitio, l. fina. ff. de via public. ibi, qui viam publicã exarauerit, ad munitionem

eius solus compellitur. Munitio refectionis pars est, l.3. in fin. ff. de itinere actúque priuat. l. 1. §.1. de munerib. & honorib. ibi, viæ publicæ munitiones. & qui teneantur ad eas superius in hac lege dixi. Et de refectione murorum plene scribit Lucas in l. fi. C. de quib. munerib. lib.10. Munimentum, in l. notionem. §. instrumentorum. infra eod.

Angiportus.

¶ Vnde angiportum dictum est. angiportum seu angiportus dicitur strictus portus, teste Accurs. hic. vel dicitur stricta via siue platea iuxta portum, quam qui occupat sine Principis authoritate quinquaginta librarum mulcta plectitur. per text. in l. qui sine. C. de operibus public.

¶ Item domus, quæ est in angiportis, ab hospitibus recipiendis est exempta. l. pen. C. de meta. lib.12. Et sic locus angustus iuxta portum angiportus dicetur.

IDEM LIB. SEXAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMA.

Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi: fundus autem integrum aliquid est. & plerumque sine villa locum accipimus. Ceterum adeo opinio nostra & constitutio locum à fundo separat, vt & modicus locus possit fundus dici, si fundi animo eum habuerimus. non etiam magnitudo locũ à fundo separat, sed nostra affectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, si iam hoc constituerimus. necnon & fundus locus cõstitui potest. nam si eum alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationẽ non solũ ad rustica, verũ ad vrbana quoq; prædia pertinere Labeo scribit: sed fundus quidẽ suos habet fines, locus verò latere potest, quatenus determinetur & definiatur.

Declaratio text.

¶ Cum Iurisconsul. in l. proxima dixisset portum esse locum conclusum, nunc affert differentiam inter locum & fundum, dicens locum non tantum esse fundum, sed fundi partem, & portionem, quia fundus est quid integrum, & plerumq; locum sine villa, & ædificio esse. Itaq; fundus tunc dicitur, siue sit modicus locus, siue magnus, si eum pro fundo habuerimus, & nomine fundi, sicq; affectio patrisfamil. volentis fundum constituere, eum fundum efficit. imò si vnum fundum alij fundo adiunxerit, locum fundi facit: & sic locus est pars fundi, fundus autem est totus ager, qui comprehendit non solum prædia rustica, verum etiam vrbana. Fundus igitur suos habet fines destinatione patrisfamil. constitutos, locus verò latere potest quantum protendatur, donec determinetur, & definiatur. hæc est summaria huius legis elucidatio.

Fundi nomine totus fundus continetur.

¶ Ex qua licebit colligere sequentes vtilitates. Prima, quod fundi appellatione venit totus fundus: quod vsu venire potest in vltimis voluntatibus, vt si testator legauerit fundũ Cornelianum, totum fundum legasse videatur. l. Titia cum testamento. §. Lucius. ff. de leg. 2. etiam si illum fundum, quo facilius conductorem inueniret, separatim per duas partes locabat. l. Gaius. §. vlt. ibid. Et tam proprietatem quam vsumfructum quis donare videtur nomine fundi. l. qui vsumfructum. ff. de verb. oblig. scripsi in l. rectè dicimus. supra eo. siue dixerit totum fundum, aut fundum simpliciter, quia pars in toto est. l. si quis cum totũ. ff. de excep. rei iud. etiam propric, quia ille tex. vtitur verb. est, quod proprietatem denotat, vt alibi scripsi.

Petens fundũ totum videtur petere, & iudex totum adiudicare.

¶ Item in iudiciis qui petit fundum, totum fundum videtur petere. l. si in rem. 1. ff. de rei vindic. nam nomen eius, & quo loco sit dicere sufficit, licet in aliis totum vel pars designari debeant, vt in principio illius legis dicitur, & l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nuntia. Ad hæc iudex per sententiam adiudicans fundum alicui, totum videtur adiudicare. vnde si post absolutionem à fundo, contendat victus partem petere, non poterit. d. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iudica.

Hereditatem qui petierit, nõ potest postea res singulas petere.

¶ Idem si cum peterem hereditatem, succubuerim, non amodo licebit petere singulas res hereditarias, d. l. si quis. §. & generaliter. vbi idem dicitur si petitis singulis rebus hereditariis hereditatem totam petam. Obstabit enim exceptio rei iudicatæ.

Intellectus ad l. si quis cum totum.

¶ Ad cuius tex. intellectum, etsi docto. multum hæsitare videantur, hunc tamen sic interpretandum esse censerem, vt si cum hereditas tota solum tribus constaret partibus, ego has tres singulas petens succubuero, fueritq; reus absolutus, non potero deinceps in vniuersum hereditatem petere. postquã enim res hereditatis singulas petij, nullæq; aliæ sunt, perinde est ac si à principio totam ipsam hereditatem petiissem, vt probatur in l. si vnus. §. item si pactus. ff. de pact.

Testes de toto fundo deponere videntur.

¶ Idem erit dicendum in testibus deponentibus de fundo, vt videantur de toto fundo deponere, quãdo in petitione & articulis dictum erat de toto fundo, vt ipsi nec non iudex se referant

se referant ad articulos. quod est notandum. Sic consuluit Areti. consil. 103. in causa. col. 3. in 2. quęstio. videte quę dico in l. pupillus. in fi. infra eodem.

¶ Præterea qui nouum opus nuntiat, demonstrare in quo loco nuntiet, debet. Alioqui super toto nuntiatio facta videtur, l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui oper. nuntia.

Domus tota intelligitur sub eius nomine. Vsusfructus nomine totus continetur. Iurisdictio in territorio toto præscripta cõtinetur.

¶ Idem dicemus in domo, vt petens domum, totam petere videatur. ideo postea eius partem petere prohibetur. Et ita in aliis rebus scribit Zasius in d. l. si quis cum totum. dicens idem esse in incorporalibus, vt in vsufructu, & aliis seruitutibus, vt victus super seruitute domus, non postea valeat pro parte seruitutem illam petere.

¶ Idem in præscriptionibus, vt qui præscripsit iurisdictionem talis territorij, videatur in omnibus locis ab eo dependentibus præscripsisse. quare poterit deinceps in singulis eius territorij locis iurisdictione potiri, vt Innocent. & interpretes docent in c. auditis. de præscrip. & doct. in l. 1. & l. imperium. ff. de iurisdictio omnium iudic.

¶ Fundus igitur est quicquid solo tenetur. l. quæstio. infra eod. vbi abũde explicabitur.

Locus interdũ pro fundo capitur.

¶ Loci verò appellatione venit pars siue agri siue ædificij. l. 2. ff. de religios. & sumptib. funer. §. sepulchrum. ibi, Celsus autem ait, non totus qui sepulturæ destinatus est locus religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est, maxime si dicatur, fundus & locus. §. quod autem. de vsucapio. in Insti. & vbi à iure exprimitur: alias locus generaliter sumitur, & pro fundo accipitur, si subiecta materia hoc expostulet. l. 1. in fi. C. de præd. curial. lib.10. vbi Lucas de Penna. hoc etiam probat ista l. propter aduersatiuam sed, licet dictio tantum non exprimatur in hoc tex. vt dicam in l. hęc verba. infra.

Locus pro prouincia sumitur & pro tẽpore.

¶ Locus pro prouincia exponitur ab Imperatore, in l. fi. C. de præscriptio. longi tempor. §. 1. ibi, domicilium habeat in vno loco, id est in vna prouincia. hinc dicitur, Legem cuiuslibet loci inspici oportet, id est territorij & prouinciæ. l. semper. ff. de iure immunita. Locus interdum pro tempore, seu opportunitate ponitur, vt nullus iudicetur, nisi locum defendendi prius habuerit. c. non oportet. & seq. 3. q. 9.

Locus pro electione, & pro sepulchro.

¶ Locum pro electione loci exponit glo. in l. 3. §. 1. in versic. proinde. ff. de eo quod certo loc. sed ego non discederẽ ibi à propria loci significatione. nam quis habet vtilitatem propter locum, id est loci adiectionem, vt patet ibi, quicquid gl. dicat & doct. Locus item accipitur pro sepulchro secundum materiam subiectam. l. caueri. ibi, vt certus numerus hominum in loco vno humetur. ff. communia prędior. lege secunda, & l. seq. de religios. & sumptibus funer.

Crimen maiestatis commititur, si loca fortia ciuitatis occupẽtur. Locum habet interdictum, quid. Locum esse priuilegio.

¶ Interdum pro castris, Gallicè *chasteaux*, vt in l. 1. ibi, loca occupentur. ff. ad legem Iul. maiesta. vt si initum sit consilium, vt loca ciuitatis fortia, & munita occupentur, crimen committitur maiestatis: fortius si occupata fuerint.

¶ Locum habet interdictum, l. 3. in princ. ff. ne vis fiat ei. id est hoc casu procedit, & seruatur. l. 3. de exceptio. l. 1. §. si seruus. si quis testam. liber esse iussus fuerit. l. item apud. in princip. de iniur.

¶ Locum esse priuilegio, id est priuilegium datur, seu competit, l. fiscus. 1. ff. de iure fisci. l. diuus. in fi. de in integrum restit. l. Sabinus. §. 1. de priuileg. creditor. Et falsi criminis locus est, l. si à debitore. de falsi. Nec omittendum est, quod dum negatiua oratio præcedit, si dictio locus sequatur, concedendi vim obtinet: veluti, Cessat actio iniuriarum post annum, sed in hoc casu locum habet, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem creditor. idem quoque videmus in dictione nisi, vt in l. actione. C. de transactio.

Locus generaliter accipitur.

¶ Et generaliter quodcunq; continens, siue vbi quicquam consistit, id locus vocari potest secundum Varronem, & antiquos. facit l. vrbana prędia. infra eod. & l. malum. §. immissum. ibidem, & rub. ff. de eo quod certo loco. & rub. vbi conueniantur qui certo loco dare promisit. C. & in rubrica, de mulierib. & in quo loco munera. libro 10. Cod. & aliis in plerisque locis.

Locus pro ordine.

¶ Locus etiam pro ordine, vel officio, vt in l. 2. ff. de decurio. ibi, relegatus reuersus non obtinebit locum suum, nec ad suum locum restituetur: sed expectare eum oportet, donec alius locus vacet.

Locus pro capite.

¶ Locus etiam pro capite, vt secundo loco, l. 1. §. secundo loco. ff. de postulan. iuncta l. 2. ff. ad legem Aquil.

Religiosus locus.

¶ Locus religiosus dicitur, in quo sepultus est aliquis, §. religiosum. de rerum diuis. in Insti. l. intantum. §. religiosum. ff. illo titul. Sicque pro voluntate sepelientium olim apud Ethnicos inferendo corpus efficiebatur locus religiosus: hodie tantum in ecclesiis, vel cimeteriis, & aliis locis benedictis sepeliri solent.

Purus locus quis.

¶ Locus purus, qui non est sacer, neque sanctus, neque religiosus. l. 2. §. purus autem. ff. de religios. & sumptib. funer. glo. in d. §. religiosum.

Publicus locus.

¶ Publicus locus, qui ad vtilitatem spectat publicam. §. flumina. de rerum diuis. in Insti. & in rub. de locis & itinerib. public. ff. & in l. 2. §. publica. iuncta rub. ne quid in loco publ. fiat. & in rub. de loco public. fruend. quemadmodum dicitur publica quæstio in l. fi. ff. de

tabul.exhib.& ſupra in l.eum qui vectigal. ſcripſi alios modos quibus res dicatur publica.

Inſignis locus. ¶ Locus inſignis,in quo iudices delegati Papę committi,& cognoſcere debent,c.ſtatutum.de reſcrip. in 6. Dicitur locus nobilis, clarus, & præcipuus, ac præſtans tum numero liberatorum,tum aliarum rerum.Archid.in d.c.ſtatutum.dixi artic.6.rub. de cauſ. poſſeſſ. benefic.in 3.tom. cõment.in cõſtit. Reg.Galli.& ſic declaratur illud c.ſtatutũ.& ordi.Reg.

Furioſus loco abſentis eſt. ¶ Furioſus loco abſentis eſt, l. vbi non voce. ff. de regul. iuris. vbi accipitur pro tanquam,& fictionem denotat.l.mercis.2.infra eod.vbi quoque ſcripſi, & l.2.§. furioſus.ff.de iure codicillor.vbi loco abſentis eſſe,eſt haberi pro abſente.

Humilioris loci quis dicatur. ¶ Liberi humilioris loci fuſtibus ſubiiciuntur, l fi.ff. de iniur. id eſt infimæ conditionis & ſtatus.humilis enim dicitur paruus,abiectus,& ſubmiſſus, quaſi humi decliuis,l.humilem, C.de inceſt.nupt.l.annonam.circa fi.de extraord.criminib.ff.l.fi.de ſepulcro viola.ibi, humiliores fortunæ.l,ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores.ibi, ſufficit igitur ſi humilis loci ſit,ad opus perpetuũ tradi.ff.de adulter. Contra honeſtioris loci,l.3.circa fi.ibi,niſi honeſtiore loco poſiti fuerint.de ſicar. & l. ſacrilegij.1. ad legem Iul. pecula.l.cum ij.§.ſi in annos,de tranſact.

Honeſtioris loci.

Locus vicinus. ¶ Locus vicinus,id eſt proximus,pro qualitate materiæ intelligendus eſt quantum proximus ſit:vt in Senatuſconſulto Silaniano locus vicinus dicitur,in quo exaudiri poteſt, l. 1,§.potuiſſe.ff.de ſenatuſconſ. Silania. Alibi per centum miliaria,l. 1.§. in initio. ff. de offic. præfect.vrb.l.4.§.penul.de damno infecto. Alibi per duas dietas,in c.præſenti.de præb.in 6. Et quando à iure vel diſpoſitione non eſt facta declaratio, relinquitur arbitrio iudicis, inſpecta perſonarum,factique materia,teſte Alexand.conſi. 57. ponderatis.col. vlt. in 3. vol. poſt gloſ. in ç, felicis. in verb. vicinarum.de pœnis,in 6. facit c. vbi periculum.§. porro,de elect,in 6,

Peſtilens locus. ¶ Locus peſtilentioſus ex odore ſoli interdum fit,l.2.§.idem ait ſi odore.ff.ne quid in loco public.fiat.alibi dicitur peſtilens,in l.penult.ff.de rebus eo.vbi peſtilens fundus dicitur, non ſalubris.

¶ Aliquando dicimus ſubrogari in locum alterius, id eſt in gradum vel ſtatum ſeu officium.exponit Lucas de Penna in l.fi.C.de proxim.ſacror. ſcrinior. lib.12.& in l.1.de agentib.in reb.illo lib.facit l.penul.de aquæductu,lib.11.glo.in l.ſi quis presbyter.de epiſcop.& cleric.& l.ſi pater.de actio.emp. Et is qui eſt in loco alterius,debet gaudere priuilegiis & prærogatiuis eius,in cuius locum ſubrogatur. l. vnicuique.& l.in ſacris. 3. C. de proximis ſacror.ſcrinior.li.12.l.1.de caſtren.ibidem:quia ſubrogatus dicitur in corpus eius,cuius locum tenet.c.ſignificaſti.de elect.Et eſt honorandus,ſicut is,quem repræſentat,c.vlt. 93. diſtinct.quod limitat Iaſ.in l.ſed ſi hac. §. prætor. ff.de in ius vocand.& æquiparantur dominus,& is,qui loco domini eſt.l.protinus.ff.de his quib.vt indig.

Subrogatus in locum alterius priuilegiis eius gaudere debet.

Aliud eſt dominum eſſe,& pro domino haberi. ¶ Aliud tamen eſt eſſe dominum,aliud haberi loco domini, vt tutor qui in re pupilli loco domini habetur,cum tutelam adminiſtrat,l.qui fundum.§.ſi tutor. ff.pro empto.l.interdum.2.§.qui tutelam.de furt.verum id fictè,non verè intelligendum eſt:velut patrimus ſeu ſuſceptor eſt loco patris,non tamen eſt pater naturalis.l.fi.de conſul.lib.12.C.Et qui eſt loco poſthumi,non eſt verè poſthumus.§.poſthumorum.Inſti.de exhereda. liber. Et qui eſt loco & vice heredis,non eſt vere heres.l.2.ff.de bono.poſſeſ. Et qui eſt loco emptoris,non eſt emptor.l.emptor.§.penul.de ædili. edict. Et qui conſtituit aliquem ſuo loco, vel in locum ſuum, videtur ei cedere iura, & eum procuratorẽ in rem ſuam facere.tex.ſingul.in l.Marcellus.in princip.ff.ad Trebel.ſecundum doct.ibi,& Angel.in l.1.C.de actio.& oblig. & conſil.259.col.2.& in §.præterea.2.col.24.Inſti.de excep.Alexand.in l.in prouinciali.§.ſi ego.nu.7.ff de noui oper.nuntiat.

Conſtituere in locum ſuũ quid proſit.

Excommunicati & deportati loco mortuorum habentur. ¶ Loco mortuorum habentur deportati,& excommunicati,l. 1. in fi. ff. de bonor. poſſeſſ.contra tabul.videte reliqua in l,mercis.infra eod.

¶ Et alios modos quibus capiatur locus, ſcribit glo.in clem.cauſam.in verb. verum.de elect. & in clem.vna,verſic. fi. de conceſſ. præb. & in extrauag.proinde.de ſenten. excommun.in communibus,& Alber.in dictio. in verb. locus, & per Lucam in l. vna, C. de theſaur.lib.10.

Areſtum. Reditus qui in vno loco conſtituere promiſit non tenetur ſuper vna re. Aliqua a dicto intelligitur in minimo. ¶ Et per prædicta deciſum fuit in ſenatu Burdegal. quod ſi quiſpiam promiſerit conſtituere reditum in vno loco, *en tellieu*, non tenebitur ſuper vna re aſsignare:verum ſufficiet in illo loco,id eſt in illo diſtrictu & iuriſdictione aſsignare, vt refert Boer.in q. 99. promittens.per tex.in l.ſi fideiuſſor.5.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſdar.cogant.& per alia iura quæ videri poſſunt ibidem.

¶ *Aliqua.* Colligi ex hoc tex.poteſt iuncto verb.*modicus locus*, quod dictio aliqua intelligitur etiam in minimo, & modico.Et hic eſt tex.pro illa glo.ſingulari in clem.vna,in verb. aut earum aliqua.de foro competen.quam ibi nota,& abunde ſcripſi de ea in interpreta. authent.habita.in verb.aliquam.C.ne filius pro patre.iſta ſuffeciant nunc.

Adeo qui.l. ¶ *Adeo*,eo vſque,in tantum,ita hic capimus, & in l.3.ibi, non eſt ea res adeo turpis.ff. de his qui

his qui no.infam. l.fi.de eo quod certo loco.vel pro vſque adeo.l. qui proprio. §. procurator.ff. de procurator.ibi, vſque adeo, vt ſi per errorem aut iniuriam iudicis non debitum conſecutus fuerit, id quoque reddere debeat. Et quia pauca per hoc iuris decidũtur dubia,ob id alia omitto.

Opinio quot modis accipiatur. ¶ Sequitur in textu, *opinio*, id eſt affectio, animus, voluntas & conſtitutio ſeparat locum à fundo, vt is fundus dicatur, quem fundi nomine deſtinamus, & quem pro fundo conſtituimus, ſic vt non ſola requiratur voluntas, ſed etiam constitutio, id eſt quod conſtituatur fundus.Et ita exponit Iuriſconſul.inferius,vbi affectionem vocat,quod hic opinionem.& idem in l.ſi ſeruus depoſitus.§.1.ff.de noxal. actionib.

Opinio proper ſuaſione, & fama. ¶ Interdum opinio eſt perſuaſio, ſiue iudicium, quod de aliqua re habemus vel ſentimus. l. Seruius.ibi,quia non opinionem eius, & reſupinam æſtimationem ſequi oporteat. ff. quod vi aut clam. Et opinione falſa deceptum dicit Iuriſconſul. Vlpia. in l. 3. §. ſi quis quaſi.de condict.cauſ.data.

Sugillare opinionem. ¶ Opinio pro fama, & æſtimatione. inde ſugillare opinionem, eſt notare aliquem ſeu denigrare eius famam.l.apud. §.aduerſus.ff. de doli exceptio.& l.cum ij.§.in perſona eius,à quo alimenta relicta ſunt,hæc erunt ſpectanda,quibus facultatibus ſit,cuius propoſiti,cuius opinionis.de tranſactio.

¶ Interdum pro ſpe & opinatione, vt cum dicimus præter opinionem. Et differentiam inter opinionem & imaginationem aſsignat Ariſtotel.in lib.3.de anima.c.3.

Opinari. ¶ Inde opinari, putare, credere, ſuſpicari, iudicare.l.ſi mater. §.eandem.in fi.ibi, vtputa opinabatur ex cauſa hereditaria ſe dominium habere, mutauit opinionem, & cœpit præſtare ex cauſa donationis. ff. de exceptio.rei iudica. l.apud. §. ſi quis non tutor. ibi, magis opinor. de doli exceptio. l. Pedius. de incend. l.3.§.ſi quis nouum.de riuis.l.athletas.ibi,& generaliter ita opinantur omnes.de his qui no.infam.De communi opinione probat l.vna, ff.de offic.quæſtor.& abunde ſcripſit Ioan.Neuiſ.in Sylua nuptial.ibi licebit videre. Inde opinatores, id eſt militaris annonæ exactores,exponit tex.in l.niſi opinatores.C.de exact. tributo.lib.10.eo forte quod opinarentur quanti ſpecies æſtimandæ eſſent. l.opinatoribus. & l.excellentia.de erogat.mili.anno.lib.12. Poſtremo notari poteſt ex his verbis Opinio noſtra, & conſtitutio, quod opinio noſtra debet eſſe legi & conſtitutioni conformis:alias non eſt tenenda. Confirmanda igitur ſententia noſtra lege, vel conſtitutione, ſeu ratione eſt:alias erubeſcendum eſt ſine lege loqui. l. illam. C. de collat. l. diſſentientis. de repud. Quod facit contra nonnullos conſultores ignaros, qui ſine vllis allegationibus non verentur ſuam proferre opinionem, dicentes, hæc eſt mea opinio: ſed non eſt conſtitutio,ſi nullo iure fulcitur. Sic igitur oportet vtrumque inſerere, & dicere, iſta eſt mea opinio, & conſtitutio,vt hic:niſi in claris.nam in illis quærere rationem vbi viget ſenſus, eſt debilitas intellectus, vt teſtatur Iaſ. in §. fi. in fi.de actio. in Inſti. verum parum probat iſte tex. nam cum dicit opinio noſtra, & conſtitutio locum à fundo ſeparat, non loquitur hic text. de conſtitutione, id eſt lege: ſed de conſtitutione,id eſt æſtimatione, ſeu intentione,qua ego volo vt locus ſit fundus.

Loquendũ nõ eſſe ſine lege, vel ratione.

Cõſtituere varie accipitur. ¶ *Et conſtitutio.* Conſtituere interdum pro ſtatuere capitur, vt in l.in tempore conſtituto iudicatis. ff. de diuerſ. & temporal. præſcrip. Et ſolet prætor frequentiſsime adiri, vt conſtituat vbi filij alantur.vbi poſtea dicit,ſtatuat.facit l.1.vbi pupil.educar.debeat. & idem in l. 1. §. 1. nautæ,caupo.ſtabular. l.interdum. 2.§.qui furem. de furt.& l.non dubium. ibi, cum cognouerit & conſtituerit. de cuſtod. reor. l. in ſeruorum. §.qui ex cauſa in eos tanquam metallicos conſtitui debet. de pœnis.l.reſpiciendum.ibidem, l. 1. §. ſolent. quando appelland.ſit.ibi, ipſe conſtituiſſet.

¶ Inde iudex dicitur conſtituere, id eſt ſtatuere, cenſere.l.cenſere.infra eod.& arbiter,vt l. litus.1.dum dicit: idque Marcum Tullium aiunt,cum arbiter eſſet,primum conſtituiſſe. infra eodem.

¶ Item conſtituere, eſt per legem ſtatuere: vt in iure ciuili conſtitutum eſt. l. ſępe. de re iudica.& l.prætor.in fi.de edendo.& l.in lege Cenſoria.ibi,recte conſtitutum eſt.infra eod. l.ſoluere.de ſolutio.Et facile conſtitui poteſt.l.Pedius.§.1.ff.de incend. Et diuus Adrianus conſtituit:l. qui duobus. ff.de falſ.l.1.in princip.de quęſtio.l.vlt.in fi.de bonis damnator.l. ſemper.§.hęc idcirco conſtituta ſunt.de iure immunita.l.ita.§.penul.ad legem Aquil.& ſe in idem reincidit. Interdum Iuriſconſul. ait, lege conſtituendum eſt, in l. ſi qua pœna.in fi.infra eodem.

Sponſalia conſtituere. ¶ Conſtituere bina ſponſalia pro facere,& contrahere,l.1.in fi.& l.quid ergo.§.1.ff. de his qui not.infam.

Conſtitutum ius. ¶ Conſtitutum ius dicitur apud Alciat. quod non ſecundum regulas communes iuris inductum eſt, ſed ſingulari aliqua ratione, quam vſus prudentum approbauit, & ſimul ſtatuit.per l.1.ff.rerum amota.ibi, Rerum amotarum iudicium ſingulare introductum aduerſus eam,quæ vxor fuit,quia placuit eam furtum facere,ſed furti non eſſe actionem conſtituto

ſtituto iure.vbi glo.exponit aperto iure.& per l.ſi peculium.§.is cui.de ſtatuliber.ibi,Iulia. autem ait fauore libertatis conſtituto iure hunc ad libertatem peruenturum. Adeo autem ex conſtituto potius iure, quam ex teſtamento ad libertatem peruenit. vbi Benedictus Plumb.intelligit iure ſingulari,vt Alciat.& quod non indigeat extraordinario auxilio, per l.2. C. de inſti.& ſubſti. quamuis idem Alciat.lib.7.parerg. c.26. dicat hanc ſignificationem à ſe tantum animaduerſam, neq; prius doctor.cognitam. Videte ſi dici poſsit ius conſtitutum,quaſi ius decretum & ordinatum, & communes Iuriſconſultorum, ratæque ſententiæ, quas Græci νομίμας δόξας vocant, teſte Franciſco Connano in lib.1.c.15.

Domicilium conſtituere. ¶ Conſtituere domicilium,id eſt facere,diſponere.l.2.ff.de munerib.iuncta l. libertus. 1. §.ſola domus poſſeſsio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. vbi in vna lege dicitur conſtituerint domicilium,in alia fecerint.

Curatorem cõſtituere. ¶ Curatorem conſtituere,creare,dare:& conſtitutus, creatus.l.Lucius. ibi, inuito patre curator conſtitutus.ff.ad municipal.l.2.iuncta l. fi. ff. quod cuiuſque vniuerſita. no. vbi in vna lege dicitur conſtitui,in alia dari.l.ſi.vbi pupill.educari debeat.l.verbis legis.infra eod. l.2.de curator.bonis dand.

Procuratorem conſtituere,alimenta,debitorẽ,iura, ortos, deteriorem perſecutionem. ¶ Procuratorem conſtituere, idem,in l.ſi procuratorem. ibi, procuratorem rerum ſuarum conſtituit.ff.de condict.indeb. Conſtituere alimenta, l. 2. ff. de feriis, ibi, alimenta conſtituantur,id eſt deſignentur, ſtatuantur, decernantur. Conſtituere ſibi debitorem, id eſt contrahere,acquirere,l.emptor.§.fi.ff. de pact.ibi, propter accepta & data debitorem ſibi conſtituit.& l.ſi cum te.ibi,debitore conſtituto,ibidem. & conſtituitur pignus rei mobilis.l. plebs. §. pignus. infra eod. l. non eſt mirum. de pignora. actio. Conſtituere iura, condere,l.verbis legis.ibi, iura conſtituentium.infr.eo. Conſtituere ortos in ciuitate, id eſt conſtruere,inſtruere, l.vrbana ædificia. infra eod. Conſtituere licet ſui iuris deteriorem perſecutionem,id eſt facere.l.pactum inter.ff.de pact.

Conſtituere iudicium. ¶ Conſtituere iudicium, quod ſecundum hodiernum vſum recipere in proceſſum ordinarium vocat Budæ.in d.l.2.de orig.iuris. Inde conſtituta iudicia ordinaria.

Conſtituere pecuniam. ¶ Pecuniam conſtituere,eſt cum parte ipſa ſtatuere,id eſt deliberate promittere.Alcia.in l.in bonæfidei.in fi.C.de pact.vel eſt debitum ſoluendum in ſe recipere. & ſic intelligitur l. 1.& totus titul.ff.& C.de conſti.pecunia, & l.item. in fi.quod cuiuſque vniuerſita.no.§.de conſtituta.de actio. in Inſti. & ibi pecuniæ nomine omnis res continetur.l.pen.Cod. eod.

Conſtituere diſceptationem. ¶ Conſtituere diſceptationem,eſt quod practici dicunt accordare ſcripturas,teſte Budę. in d.l.2.quod etiam in aliis intelligi poſſet,vt alibi dicam.

Conſtituere actionem famoſam. ¶ Conſtituere actionem famoſam, eſt decernere agendum actione famoſa, ſtatuere, l. diuus. in fi. ibi, boni prætoris eſt potius reſtituere litem, vt & ratio & æquitas poſtulabit, quam actionem famoſam conſtituere.ff.de integr.reſti.interdum lex dicit ſtatuit actionem, l.eleganter.in fi.ff.de condict.indeb.

¶ Conſtituere pro diſponere.l.ſi quis ex argentariis.§.rationem.in fi.ibi,ſed & quod ſolui conſtituit argentarius,edere debet.ff.de edendo. nempe ſi ſcripſerit argentarius ſoluendum aliquid Titio,in ſuo libro rationum hoc edendum eſt.

Conſtituere vſuras. ¶ Vſuras conſtituere,præſtituere,aſsignare,l.iuriſgentium.§.vtputa.ibi, ſi in tutelæ actione conuenit,vt maiores quam conſtitutæ ſunt vſuræ,præſtentur. ff. de pact. l. is qui natus. infra eod, Inde

Ad conſtitutum venire. ad conſtitutum venire, eſt ad diem & horam præſtitutam à iudice venire. Budæ.in foren.

Conſtituere vſumfructum, ſeruitutem. ¶ Conſtituere vſumfructum eſt creare,dare,l.3.cum l.ſeq. & aliis multis ſeq. ff. de vſufr. vbi paſsim Iuriſconſul.vtitur verbo conſtituitur, & verb. datur. idem conſtituere ſeruitutem.l.nam ſatis.§.ſed ſi is.ff.quemad.ſeruitu.amittant.

In rem conſtituere pactum. ¶ In rem conſtituere pactum,l.ſi tibi.§. pactum. ff. de pact.vbi pactum conuentum cum venditore,ſi in rem conſtituatur,id eſt concipiatur,formetur.

¶ Nouæ obligationes conſtituantur,id eſt oriantur,vel cõcipiantur, creentur,dentur, l. ab emptione.in fin.ff.de pact. ibi,vt nouæ quædam obligationes inter nos conſtituantur.l. iuriſgentium.§.ſed cum nulla.ibi,non poſſe conſtitui obligationem.ff.de pact.

Conſtitutum procuratori. ¶ Conſtitutum eſt procuratori,id eſt pronuntiatum,interlocutum,vt procurator agat. l.non ſolum.§ ſed interdum.verſic.neque.ibi,ſed & ſi procuratori conſtitutum eſt,vt ex ea cauſa agat.ff.de procurator.

Conſtitutum tempus. ¶ Conſtitutum & ſtatutum tempus pro eodem ſcribit Iuriſconſul. in l. ſi ancillam. ff. pro ſuo.& in l.penul.ibi,intra conſtituta appellationis tempora. ff. de appella. recipiend. l. pen. de nautic.feno.& in l.ſi communem. in fi.quemad. ſeruitu. amittant.

Conſtituit non agere. ¶ Conſtituit non agere, diſpoſuit, l. ſi proponas.in fi.ibi, & vnus poſtea conſtituit non agere. ff. de inofficioſ.teſtam. Et ita accipitur hic conſtitutio,pro diſpoſitione.

Conſtitutus apud hoſtes,in pœna. ¶ Conſtitutus apud hoſtes, id eſt exiſtens, degens. l. ſin autem apud hoſtes conſtitutus deceſſerit.ff.de negot.geſtis.& conſtitutus in pœna.l.ſed ſi mors.circa finem. de donat. inter vir.& vxor.

¶ Con

Conſtitutio. ¶ Conſtitutio dicitur lex,& id quod eſt ſtatutum,vt in rub.ff.de conſti. Princip.dixi in rub.de conſti.in concorda.Siue id quod ſtatuimus,& deliberauimus,vt hic.

¶ Conſtitutus actor,in l.notionem.in fi.infra eod.& conſtitutus maritus in captiuitate, l.vxores.de diuort.

¶ Conſtituta mœnia,l.pupillus.§.oppidum.infra eod.Conſtituta merces,l.ea lege. in fi. loca.& l.2.ibidem,l.ſi tibi.3.de præſcrip.verb.

Conſtitutio iudicij, quid contra Budæ. ¶ Conſtitutio iudicij eſt controuerſia quędam iudicium prędcedens, vulgo finem non procedendi vocamus.Budę.in l.quamuis.1.ff.de furtis. Conſtituendum igitur ab initio, id eſt iudicis interlocutione pronuntiandum, aut definiendum vtra actione agere debeat, qui furti acturus eſt.hęc ille.Tamen aduertendum eſt,quod conſtitutio non eſt controuerſia,ſed eſt finis controuerſię prędcedentis iudicium: vt cũ opponit pars ſe non teneri coram illo iudice procedere,conſtituit iudex an hoc fieri debeat.per l. ſiquis ex aliena.ff.de iudic. Quod fit,quando reiectis exceptionibus dilatoriis,iudex in cauſa procedendum decernit. Ideo conſtitutio iudicij dicitur interlocutoria iudicis ſuper exceptionibus declinatoriis reiiciendis, dicendo: Pronuntiamus nos iudices competentes. c. ſignificantibus. de offic. delega.glo.in authen.habita.C.ne filius pro patre.& conſtitutus reus dicitur poſt illam interlocutoriam. l. ſi cum exceptione. §. Labeo. 1. ff.quod metus cauſ.nec eſt verum, quod illa l. quamuis. 1. de furt.intelligatur de illo iudicio conſtituendo, id eſt de interlocutoria iudicis proferenda,vtra ſcilicet actione debeat agere, qui furti acturus eſt, vt vult Budę. Et ad hoc probandum verba ipſius l. quamuis. adducó. *Quamuis enim ſæpe contrectando furtum fiat, tamen in initio, id eſt faciendi furti tempore, conſtituere viſum eſt, manifeſtus, necne fur eſſet.* Itaque quamuis furtum fiat contrectando, tamen in initio, id eſt tempore furti faciendi, non tempore iudicij,conſtituendum eſt, ſcilicet per legem,id eſt decernendum eſt, & ſanciendum quis ſit manifeſtus fur, necne. nempe l. 3. & ſeq. ibidem, conſtituerunt & ſtatuerunt eum,qui in furto deprehenditur,eſſe furem manifeſtum:eum verò qui non eſt deprehenſus, eſſe non manifeſtum. ideo viſum eſt Iuriſconſul. conſtituere, id eſt per legem ſancire,quis ſit manifeſtus fur.Et hæc eſt huius legis ſententia, quicquid Budæ.in contrarium dixerit.quod liquido patet ex verbis dictæ legis dicentis,faciendi furti tempore.Ergo non agitur de furto commiſſo,ſed de furto faciendo:de quo non iudicat iudex.l. non quemadmodum.ff.de iudic.l.1.de vſuris.

Intellectus ad l.quamuis.de furt.

Separare quid, & eius phraſes. ¶ *Separat*,id eſt ſegregat,diuidit.ſic in l.pronuntiatum. §. 1. ſupra eod. & l.notionem.§.1. infra eod. & l. eum actum. ff. de negot. geſt. & l. ſi fur. ff. de vſufruct. & l.æquiſsimum.§.ſi neque.ibidem. Separatur peculium.l.3.§.ſed vtrum.verſic.proinde.ff. de minor.

Separatio. ¶ Separatio,diſtinctio,diuiſio.l.ſæpe.ſupra eod.& in titul.de ſepara. ff.

¶ Separatim, diuiſim. d. l.ſępe.in fi.& l.non diſtinguemus.§.cum in plures.& l.quid tamen.in princ.ff.de arbitr.l.arbor.comm.diuid.

¶ Separatorum ſeparata eſt ratio, l. fi. ff. de calumnia. l.naturaliter.§.nihil commune.de acquir. poſſeſſ.

¶ Quoties vſusfructus duobus ſeparatim legatus eſt, non eſt locus iuri accreſcendi: diuerſum eſt ſi coniunctim.l.1.ff.de vſufruct.accreſ.dicam in l.triplici.infra eod.

Modicum quomodo ſit accipiendum. ¶ *Vt & modicus locus*,&c.Modicus locus hìc intelligitur arbitrio conſtituentis. Sicut modicum tempus arbitrio iudicis, l. ſi debitori. ff. de iudic. vbi ſcripſi,dando nouum intellectum illi legi. Modicum terrę pro arbitrio,& qualitate perſonę.l.ſed & ſi.ff.de iudic.plene proſequitur Corſet. in ſuo tract. de minimis, vbi in vtramque partem adducit, quando de modicis curandum ſit. Modico freto.l.notionem.§.1.infra eod.& l.hęc adiectio.ibidem. Ego alia reiicio ad Corſet.

Areſtum. ¶ Nec tamen prętereundum cenſeo in hac materia modicitatis prolatum fuiſſe areſtum in magna decuria anno 1544. die 27. Maij contra iudicem Niorti, qui pro quinque ſolidis proceſſum ordinarium fecerat, & receperat partium ſcripta, quibus ſcriptis & proceſſu annullatis, inhibitum fuit illi ac omnibus iudicibus, ne decetero pro rebus modicis proceſſum ordinarium conficiant, iuſſusque fuit ipſe iudex perſonaliter comparere, & venire ad curiam, reſponſurus concluſionibus procuratoris Regij. Reſeruata fuit demum partibus actio contra aduocatos & procuratores, qui hęc omnia inſtruxerant, & ſcripſerant, parteſque iuſſæ à lite diſcedere ſine mulcta & expenſis. Siquidem non curat prætor de minimis. l. ſcio. ff. de in integrum reſti. vbi ſcripſi,& authen. niſi. C. de ſentent.ex libell. recitand. Quod notent iudices, vt ſtatim vel ſaltem in 2. termino cauſam decidant modicam, alioqui ad reſtitutionem tenentur in conſcientia.

Iudices in modicis proceſſum facere prohibentur.

Animus an ſit inſpiciendus. ¶ Notate etiam ex tex. ibi, ſi fundi animo eum habuerimus, quod animus alicuius, & affectio inſpicitur. Sed quonam modo? cum ſolus deus ſit affectionis & animi ſcrutator. cap.erubeſcant.32.diſtinct.gloſſa in l.ſecunda,ff.de interrogator.actionibus.Reſpon.ſolam affectionem vel animum non inſpici,nec conſiderari apud homines,niſi per extrinſecum aliquem actũ nobis innoteſcat.Ideoque tex. hic addit,& conſtituitio.nempe ſi animo ſolo

non

non declarato paterfamil. habeat aliquem locum pro fundo, non tamen erit fundus, nisi constitutio interuenerit: veluti ponendo terminos, plantando nemus, vineam, vel alio modo separãdo ab alio. Et ita debet intelligi. Nam de his quæ non sunt, & non apparent, idem est iudicium. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. l. fugitiuus. infra eod. Ideoque dicitur, Cogitationis pœnam nemo meretur. l. cogitationis. ff. de pœnis.

¶ Animus etiam pro intentione capitur, l. liberorum. ibi, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo, & voto, vxores ducunt. infra eod.

¶ Sequitur in tex. *non enim magnitudo locum à fundo separat, sed nostra affectio.* Affectio hic pro voluntate, id est affectu aut opinione accipitur: de quo affectu scripsi in l. aliud est capere. infra eod.

¶ Alias affectio & affectus fere idem, Græce dicitur πάθος. quam Cicero sic diffiniuit: Affectio est animi & corporis ex tempore aliqua de causa mutatio, vt lętitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, teste Valer. lib. 4. c. 78.

Affectio duplex.

¶ Iurisperiti duplicem affectionem dicunt: quandam iunctam vtilitati, vt quam naturaliter habemus in nostris operibus, & rebus, de qua in l. videamus. §. 1. ff. de in litem iurand. ff. Altera est affectio sine vtilitate, vt quam maxime præ se ferunt amasij nonnulli in donis ab amasia receptis, cuius ratio non habetur, vt abunde scripsi in interpre. l. vnic. in glo. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Adiungere, ad iunctus, quid.

¶ *Nam si eum alij adiunxerimus fundo*, &c. Adiungere est annectere, ad aliquid iungere. inde adiunctus, in l. nec vllam. §. 1. ff. de petit. hered. latius scripsi in tract. de adiunctio. in 3. lib. commentar. in consti. Reg. Gallic.

Declaratio text.

¶ Sequitur circa fi. tex. *Locus verò latere potest*, quorum verborum intellectus esse potest, quod locus dum portionem fundi significat, latere potest, cum videlicet ignoretur, quam portionem velit illi loco constituere dominus: sed quando significat fundum, vel territorium, seu prouinciam, vt si dicatur in loco Montis pessulani, latere non potest.

Latere quid significet.

¶ Latere significat in occulto esse, contrarium verb. apparere. l. item si fundi. §. sed si insula. ff. de vsufruct. ibi, nam vbi latet incrementum, & vsusfructus augetur: vbi autem separatum apparet, fructuario nõ accedit. vult dicere tex. quod vbi accedit quicquam per alluuionem fundo, in quo aliquis habet vsumfructum, vsufructuarius huius incrementi latentis vsumfructum consequetur: si verò appareat insula separata à fundo vsufructuarij, tunc vsufructuarius non habebit vsumfructum in ea. Et alluuio est incrementum latens, §. præterea. de rerum diuis. in Instit.

¶ Pessimum est genus receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest, & præcipitur, vt perinde puniantur atque latrones. l. 1. ff. de recepta. abunde scripsi in lege, congruit. ff. de offic. præsid.

Latebra.

¶ Hinc latebra, locus est occultus, in quo latere quis potest. l. quidam. C. de decurio. lib. 10. & l. omnes. 2. de agricol. & censit. lib. 11. & in c. metuentes. 17. q. 4.

¶ Longè latéque, & de lata fuga exposui in l. 2. supra eod. De verb. latitare scribam in l. absentem. infra eod.

Quatenus dictionis phrases.

¶ Quatenus, id est quousque, donec: ita accipitur hic, & in l. rogatus. ff. manda. ibi, hactenus actionem mandati habere, quatenus rogatus esset, quia id fecisset, quod ei mandatum esset. nam vsque ad eam summam in qua rogatus erat fidem eius spectasse videtur, qui rogauit. l. Rutilia. de contrah. emptio.

¶ Quatenus facere potest, id est in quantum bona patiuntur, deducto ne egeat. l. miles, qui sub armata militia stipendia meruerit, condemnatus, eatenus quatenus facere potest, cogitur soluere. ff. de re iudica. l. sunt qui. cum seq. ibidem.

¶ Et quatenus, id est quantum, vt re non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum sit. l. si tibi. §. 1. ff. de pact. facit l. & heredi, in fi. & l. si vnus. §, item si experiar. & l. si quis credidit. ibidem, l. si cum exceptione. §. quatenus. quod met. caus.

¶ Quatenus, pro quia, Accurs. in l. certum. ff. si certum peta. ibi, nam & Pedius nil referre ait, proprio nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua vice res fungantur, quæ tantundem præstent. forte ibi aptius esset exponere quatenus pro, vt, vel quibus.

¶ Quatenus pro quamdiu nonnulli dicunt exponendum in l. sed & si possessori. §. item si iurauero vsumfructum alicuius, vel meum esse, vel mihi dari oportere, eatenus mihi competit actio, quatenus si vere vsumfructum haberem, duraret: quibus verò casibus amitteretur, non competit mihi actio. ff. de iureiur. sed ego exponerem ibi eatenus pro in illis casibus, quatenus, id est in quibus casibus. Et ita videtur exponere tex. ibi. facit l 3. §. in rem autem. ff. de in rem verso. Quatenus pro qualiter, quomodo, l. metum. §, sed quod prætor ait, se ratum non habiturum, quatenus accipiendum est, videamus. ff. quod metus caus.

Determinare.

¶ In fine tex. est *determinetur*, id est terminis limitetur, & designetur. l. certo. §. 1. ibi, modus determinabitur. ff. de seruitu. rusticorum prædior. Hinc determinata pœna, id est statuta,

tuta, definita; l. Imperator. ff. de postul. ibi, ne cui scilicet pœna tempore determinata contra sententiæ fidem vlterius porrigatur. l. penul. ibi, quem locum determinare hoc modo possumus. ff. de iustit. & iure.

¶ *Et definiatur*, de hoc habes in l. carbonum. infra eod.

PAVLVS LIB. SEXAGESIMO QVINTO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMA PRIMA.

Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio continebitur, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur.

¶ Nomine satisdationis non solùm veniunt pignora, & fideiussores, sed interdum repromissio: vnde si quis promiserit satisdare, tenetur dare vel pignora, vel fideiussores. Sitamen creditor velit alterius partis obligationem & repromissionem, ac ea sit contentus, sufficiet reo repromittere, & se obligare, vt hic.

ἱκανοδοσία & ἱκανός.

¶ Satisdationem Græci ἱκανοδοσίαν vocant, ab ἱκανὸν, quod idoneum facio & satisdo significat. ἱκανὸς enim sufficiens & idoneus dicitur: & sic ἱκανοδοσία dicitur, quasi sufficiens datio, ἀπὸ τοῦ ἱκανοῦ, καὶ δόσις, datio. satis enim dat & sufficiẽter, qui fideiussores præstat, vel pignora. vnde Vlpia. sic ait: Satisdatio eodem modo appellata est, quo satisfactio. nam vt satisfacere dicimur ei, cuius desiderium adimplemus: ita satisdare dicimur aduersario nostro, cui pro eo, quod à nobis petit, ita cauimus, vt eum hoc nomine iecurum faciamus datis fideiussoribus. in l. 1. ff. qui satisd. cogant.

Fideiussores præstat, qui debet satisdare. Tutor qui non satisdat.

¶ Regula ergo erit, quod is fideiussores dare debet, qui satisdare tenetur: vnde cum tutor teneatur satisdare, ista præstare tenetur, nisi in testamento datus fuerit. §. primo. Insti. de satisda. tutor. Et si nolit satisdare, repellitur ab administratione, lege prima, & seq. C. de tutor. vel curator. qui non satisde. Hodie de cõsuetudine seruatur, vt etiam tutor testamentarius satisdet, teste Masuer. in rub. de tutor. in princip. Et hæc est consuetudo nõ contemnenda, cum tendat ad tuitionem rerum pupillarium. nam ἐπὶ τὸ πλεῖστον, vt plurimum, tutores bona pupillorum diripiunt, furantur, & consumunt. sed ego vidi contrariam seruari hic Parisiis consuetudinem, vt nullus satisdet, sed se tantum obliget.

Dilationem annalẽ impetrãs satisdat.

¶ Item impetrans dilationem annalem, vel quinquennalem, fideiussores, qui dilatione lapsa debitum soluere promittant, præstare tenetur. l. vniuersa. C. de precib. Imperator. offerend. sed de consuetudine Regni nõ solet hodie dare, quia forte non inueniret, sicq; literæ forent ei inutiles, vt plene scripsi in tract. de liter. dilator. annal. vel quinquennal. in. 2. tomo commentar. in consti. Regias Gallicas, & in proœmio ordina. Reg.

Procurator satisdat.

¶ Etiam à procuratore satisdatio præstatur, quando dubitatur de eius mandato, lege prima. C. de procurator. quod non vidi: sed tantum promissionem cum bonorum obligatione præstare solet. & sic intelligi potest titulus C. de satisdand. & alia iura de satisdatione loquentia, vt scilicet intelligantur datis fideiussoribus, vel pignoribus, & interdum de repromissione, si pars ea contenta sit, l. si creditores. ff. de priuilegiis creditorum. Et Iurisconsul. sic ait: Satisdatum sic arbitror, si sic satisdatum sit, vt legatario, vel ipso iure acquisita sit idonea cautio, vel per mandati actionem acquiri possit. l. 1. §. satisdatum. ff. quorum legator. Et sic idonea cautio ibi accipitur pro satisdatione, de qua plura scripsi in tract. de senten. executor. artic. 1. Et ita satisdationis nomine veniunt pignora & fideiussores. hæc regula elicitur ex l. 1. ff. qui satisdar. cogant.

Limitationes ad legem istam.

¶ Primò vitiatur quando creditor contentus est repromissione, quia satisfactum, & satisdatum accipimus, quemadmodum voluit creditor. l. si rem. §. omnis. ff. de pignora. actio. ita dicit iste tex. ibi, interdum. & ibi, qua contentus fuit is, cui satisdatio debebatur. nam postquam partes sunt concordes, quid ad iudicem? lege prima. §. in de. ff. de noui oper. nuntia. Ergo à contrario si creditor recuset obligationem rei pro satisdatione, non cogitur eam accipere. per hunc tex. ibi, contentus. Et dicitur repromissio, quia primo reus promiserat, alioqui reus non esset, nec debitor. Sed quia forte de illa promissione non constabat per scripturam, aut alias, ideo nunc repromittendo se obligat instrumento Regio sigillo munito: de quo tractaui in primo tomo commentariorum in consti. Reg. in tract. de liter. obligator.

Fideiussores nõ inueniẽs an ẽi iuramento recipiatur.

¶ Secundò quando non posset quis inuenire fideiussores, nec pignora, tunc crederem sufficere iuratoriam cautionem cum obligatione, vt no. in lege prima. qui satisdar. cogant. & Ludouic. Roma. consi. 439. in fin. scripsi plene in verb. *bonne & souffisante caution*, artic. 1. tract. de senten. executor. in dictis consti. Reg. in 1. tomo. quid in recredentia & aliis, quæ iuratoria cautio vocatur, Græcè dicitur à Theophilo, ὀμοσία, in §. sed hodie. Inst. de satisda. sic λέγεται, iuratoria cautio, τοῦτ' ἔστι ὀμοσία. quæ etiam abiuratio, & excusatio cum iureiuran-

do dicitur à Budæo, in ſuis commentariis Græcæ linguæ: ſed non ſcribit hanc verbi legalis ſignificationem.

Pignus dare poteſt, qui ſatisdare debet.

¶ Tertiò quando vellet dare pignora, poteſt. per tex. in lege prima. §. iubet. ff. de colla. bonor. glo. & doct. in dicta lege prima, quia melius eſt pignori incumbere, quam in perſonam agere. §. furti. de obliga. quæ ex delicto naſcunt. in Inſti. not. in l. plus cautionis. ff. de regul. iuris. glo. & doct. in d. lege prima, & §. ſuſcepto. in authen. de exhibend. reis. colla. 5. vbi glo. magna dicit, quod ſi ſemel dedit pignora, & velit ea repetere, & dare fideiuſſores, non poterit, nec quidem obligando proprium corpus poterit inuito creditore pignora liberare.

Fideiuſſores obligatus dare, non poteſt pignora præſtare.

¶ Limitatur quando lex præciperet, aut ordinatio, vel pars promiſſiſſet dare fideiuſſores, tunc deciſio legis, & partis promiſsio debet ſeruari, nec tunc reciperetur iuratoria cautio, vel pignus. authen. offeratur. C. de litiſconteſta. glo. & doct. in l. in eo. §. nemo. ff. de regul. iuris. lege, prætoriæ. 3. de prætor. ſtipulatio. Tum quod aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. lege ſecunda, §. primo. ff. ſi certum peta. tum quia periculum imminet in cuſtodiendis pignoribus, quorum deteriorationem creditor culpa ſua prouenientem ſarcire tenetur. l. quemadmodum. §. penul. ff. ad legem Aquil. tum quia diſpoſitio legis non ſeruaretur, nec partis promiſsio, quæ fuit, vt daret fideiuſſores. nec forma, quæ non poteſt impleri per æquipollens, teſte Feli. in c. cum dilecta. de reſcrip. Soci. in dicta lege prima. col. ſecunda: quamuis contrarium firmet Dec. in d. l. plus cautionis, quia pro vno fideiuſſore alius dari poteſt æque idoneus. l. Labeo ait. §. fin. ff. de arbitr. & pignus aliud æquè bonum. glo. ſingul. in l. ſi Titio. ff. de pignor. ſecund. Franc. Cremen. ſing. 54. quæritur, quod eſt verum volente parte, vel quando non poſſet dare illum fideiuſſorem: alias inuita parte & ſine cauſa non poſſet. l. qui autem. §. 1. ff. de conſti. pecun. Et diuerſum eſt pignus à fideiuſſore, nec eſt tanta inter varia pignora, aut diuerſos fideiuſſores differentia, quanta inter pignus & fideiuſſores. ideo qui fideiuſſores promiſit, pignora dare non poteſt inuitâ parte, ſed ea volente ſic. l. 2. §. ſi legatarius. ff. quor. legator. ibi, idem dicendum eſt ſi legatarius pignoribus voluit ſibi caueri, & dixi in dicto artic. primo, in recredentia beneficij, tract. de ſenten. executor. primo tomo commentar. in conſtitu. Reg. Gallic. vbi plenius dixi quid verb. cautionis, Gallicè *caution* contineatur.

Loco vnius fideiuſſoris alius dari poteſt.

Satisdatio & cautio quando exprimitur.

¶ Quartò non procedit cum in lege exprimeretur ſatisdatio, & cautio, l. vnic. ff. de ripa muniend. ibi, boni viri arbitratu vel cautum, vel ſatisdatum eſt, aut per illum non ſtat, quo minus boni viri arbitratu vel caueatur, vel ſatisfetur, vim fieri veto. vbi ſufficit vel cauere, vel ſatisdare, quia in lege eſt expreſſum: quod etiam in aliis caſibus locum habet, quos glo. Bar. & Iaſ. congerunt in d. l. 1. qui ſatisdar. cogant. ibi videte: ne plura. & tunc eſt in electione debitoris alterum præſtare. l. 3. ff. de eo quod certo loco.

Satisdato debeo.

¶ Satisdato debeo id, pro quo fideiuſſores dedi. lege, & magis. ff. de ſolutio. Satisdato, id eſt per ſatisdationem, dando fideiuſſores. lege, ex caſtrenſi, in fine. ff. de caſtren. pecul. ibi, & ſi ſponte patiatur, vt quilibet defenſor ſatisdato filium inſolidum non peculio tenus defendat.

Satisdato promittitur.

¶ Satisdatò promittitur, id eſt fideiuſſoribus, probat l. ſed & ſi quis. §. fi. ff. ſi quis cautio. & ſi ſeruum dominus in crimine capitali defendat, ſiſtendum ſatisdato promittere iubetur, l. ſi ſeruum. ff. de accuſa. ſcripſi in meis interpreta. intellectum ad illum tex.

Satisdare diuiditur.

¶ Interdum Iuriſc. diuiſim ita proferunt, dabitur autem ſatis vicinis, id eſt ſatisdabitur vicinis. l. vna. §. pen. ff. de ripa mun. & l. quod ſi de ſpeciali. ibi, ſatis iudicatum ſolui dare debebit. id eſt ſatisdare iudicatum ſolui. de minor. & in lege, ſed & ſi ſuſceperit. in fin. de iudic. lege, cuiuſcunque. in fine. ibi, vel ſi ſatis non detur, ipſi frui permittitur. de vſufructu. vel ſatis creditoribus facere, lege fina. §. Titius. ff. de condictione indebiti, pro ſatisfacere creditoribus.

Satisdatio neceſſaria quæ, & voluntaria.

¶ Satisdatio neceſſaria dicitur, quæ de neceſsitate legis, ordinationis, vel hominis præſtanda eſt: voluntaria, quæ ex voluntate. l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatisdar. cogant.

Iudicatum ſolui ſatisdare.

¶ Satisdare iudicatum ſolui, eſt fideiuſſoribus promittere de iudicato ſoluendo, lege, ſi procurator. §. penul. ff. de procurator. & ita intelligitur totus titulus ff. iudicatum ſolui: quæ ſtipulatio tria complectitur, de re iudicata, de re defendenda, & de dolo malo. lege, iudicatum. 1. ibidem.

¶ Satisdatione quomodo debeat dominus procuratorem releuare, ſcribit egregius tex. in l. ſi procuratorem. ff. de procurator.

Iudex an poſſit cogere ad ſatisdandum.

¶ Satisdare eſt onus: ideo iudex non debet onerare partem ad ſatisdandum, niſi vbi in lege vel ordinatione exprimeretur. lege, qui ex parte. ibi, ſatisdationis onus euitare poſsit. ff. de interrogat. actionib. alioqui pars appellare poterit, quia grauatur. l. ſi plurium. ſecunda, §. 1. ff. de noxal.

Satisprætare.

¶ Satisprætare idem eſt quod ſatisdare, lege, tribus, ibi, enimuerò quæ ſatisprætiterit. ff. de

ff. de vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur. iuncto verſiculo, ibi, quia heredi ſatisfecit.

Satisfacere.

¶ Satisfacere, κυρίαν ἐχειν ἀναῦσιν ποιεῖν, dicitur debitor, quando creditoris deſiderium implet, d. l. 1. ff. qui ſatisd. cogant. ſine tamen numeratione pecuniæ. l. ſed & ſi quis ſtipuletur. §. 1. ibi, necdum pretium numerauit, ſed tantummodo pro eo ſatisfecit. ff. de vſufruc. Et ſatisfactum accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum, ſiue pignoribus ſibi caueri voluit, ſiue fideiuſſoribus, ſiue reo dato, ſiue pretio: & generaliter dicendum erit, quoties recedere voluerit creditor à ſolutione, vel obligatione, videri ei ſatisfactum, ſi vt ipſe voluit ſibi cauit, licet in hoc deceptus ſit. l. ſi rem. 1. §. omnis. ff. de pignoratit. actio. & ſi quis conſtituat ſe ſatisfacturum, & fideiuſſorem vel pignora det, liberatur ab illa obligatione non primæua, quia nihil interſit, quemadmodum ſatisfaciat. l. promiſſor. 1. §. fi. ff. de conſti. pecun. authent. ſi quando. C. de conſti. pecun. Et Iuriſconſul. ſic ait: ſatisfactio pro ſolutione eſt, id eſt loco ſolutionis habetur. Etiam ſatisfactũ creditori intelligitur, etſi iuſiurandum delatum eſt, hypothecæ non eſſe rem obligatam, & debitor iurauerit. l. ſoluitur. in fi. & l. ſi deferente. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. ſolui. Ex quibus declarantur verba inſeri ſolita in literis gratiæ homicidæ conceſſæ: ibi, *ſatisfaction faicte à partie ciuilement tant ſeulement, ſi faicte n'eſt*, &c. vbi ſufficit delinquentem ſatisfacere parti aduerſæ. facit §. venditæ. de rer. diuiſ. in Inſtit. ibi, pretium ſoluerit, vel alio modo ſatisfecerit, veluti expromiſſore, aut pignore dato. l. quod vendidi. ff. de contrah. emptio. Et debitores rerum publicarum ad honores inuitari non poſſe certũ eſt, niſi prius in id quod debetur reipub. ſatisfecerint. Planè vice ſolutionis ſufficit, vt quis aut pignoribus, aut fideiuſſoribus idoneis cauerit. l. reſcripto. §. debitores. & ſeq. ff. de munerib. & cauendo quis interdum ſatisfacere dicitur, vt in c. fin. §. in aliis. vbi Panor. in 2. no. vt lite non conteſta. Et ſic cum ſatisfacere generale ſit, comprehendens ſolutionem, ſatisdationem, & aliam cautionem qua deſiderium implemus creditoris, ideo non valet expoſitio glo. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudica. dicens ſatisfacere, id eſt ſatisdare, quia genus ad vnam ſpeciem reſtringi non debet, nec generale verbum ad vnam expoſitionem. Et ſatisfacere per prædicta eſt generale: ideo non debet ad ſolam ſatisdationem reſtringi. lege, cum hic ſtatus. §. ſi maritus. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Satisfactio pro ſolutione habetur.

Gratia delinquenti conceſſa quomodo intelligatur.

Debitores rei publ. non debẽt ad munera recipi ante ſatisfactionem.

Satisfacere generale eſt.

¶ Primò limitatur, quando in lege vel conſtitutione poneretur ſatisfactio, & satisfactionis nomine ſolutio exprimeretur, vt in l. is qui. §. satisfactionis. iuncto §. præceden. ff. vt in poſſeſſ. lega. ſic dicente: satisfactionis verbum licet latius pateat, tamen ad exoluendum legatum refertur.

Limitationes quando ſatisfacere non eſt generale.

¶ Secundò flectitur, quando materia ſolutionem tantum reſpiceret, vt doct. tradunt in re iudicata, ne obligationes ex obligationibus oriantur. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudica. l. licitatio. §. debitores. de publican. & vectigal.

¶ Tertiò fallit regula, cum quis promiſit ſatisfacere. in contractibus enim verbum satisfacere, ab homine prolatum ſolutionem denotat. Bar. & alij in d. l. 1. per tex. in authen. ſi quando. C. de conſti. pecun. Quod eſt verum, quando in pecunia ſatisfacere ſe conſtituerit: tunc enim ſoluere tenebitur. tex. in §. ad hæc aliud. in authen. vt cum de appella. cogno. colla. 9. ſecus ſi ſimpliciter ſatisfacere promiſerit, vt ſupra dictum extitit, etiam in contractibus: vt dicta lege, promiſſor. §. finali, ff. de conſtitu. pecunia, quæ noſtram iuuat opinionem.

Satisfacere in contractibus quomodo acciptur.

¶ Nec obeſt l. quod ſi non ſoluere. ff. de pignoratit. actio. vbi ſatisfactio inuita parte poſt petitionem non admittitur, ſed ſolutio requiritur. Et per hoc patet, quod tam in contractibus, quàm in aliis, verbum ſatisfacere intelligitur, quemadmodum voluit creditor: vnde ſi quis promiſerit ſoluere, aut ſatisfacere, non auditur inuita parte volendo fideiuſſores dare, ſed requiritur quod ad voluntatem creditoris iure ſatisfaciat, ſoluendo, vel fideiubendo, vel præceptum capiendo de ſoluendo. ſic docet Bar. in l. quamuis. ff. de pignora. actio. quia debet implere voluntatem ſuam, in qua promiſit: vel ſi forte totum ſoluere non promiſerit, ſatisfacere poterit dando pignora, quæ vendi poterunt, vel fideiuſſorem præſtando, qui ſe obligabit ad decem dies, vel aliud tempus conuentum ſoluere. ſic conciliari poterunt opiniones ſcriptæ in d. l. 1. Interdum lex dicit ſatisfacere iudicatis. l. tale pactum. §. penul. ff. de pact. & ſic intelligetur vt ſupra ſcripſi.

Conciliatio opinionum.

¶ Quartò niſi in lege vel diſpoſitione dicatur, integre ſatisfecerit. tex. iuncta glo. in l. penul. de immunita. eccleſ. in 6. de Ripa in §. 1. glo. donec. de iudic. ſed illa glo. non dicit ſoluere teneri, ſed ſatisfacere. Et per hæc intelligitur conſtitutio Regia ex nouis, artic. 49. & in rub. *des cauſes poſſeſſoires*, artic. 12. ibi, *apres le poſſeſſoire intenté en matiere beneficiale, ne ſe pourra faire pourſuite par deuant le Iuge d'egliſe ſur le petitoire, iuſques à ce que le poſſeſſoire ait eſté entierement vuidé par iugement de pleine maintenue, & que les parties y ayent ſatisfaict*: ſcilicet integre. Et ſic ambæ partes (facit c. fi. de ordi. cognitio.) ſatisfeciſſe dicuntur, quando iudicatũ

Declaratio ad conſtitutionẽ Regiam.

fecerunt, id est id quod iudicatum erat impleuerunt. Et tunc non reciperetur pars, si portionem debitam præstaret, nisi insolidum satisfaciat. tamen sufficiet satisfactio, de consensu partium facta, licet in pecunia non consistat.

Vsus cõmunis declarat satisfactionem.

¶ Vltimò regula perdit officium, si vsus loquendi communis satisfactionem pro solutione tantum reciperet. tunc enim illum insequemur vsum. per l. Labeo. ff. de supellecti. lega. legem, librorum. §. quod tamen. de lega. tertio, legem, heredes palam. §. sed si notam. de testamentis. vide quæ scripsi in §. primo, de sententiis executor. in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Phrases verbi satisfacere. Satisfacere pacto, pœnæ, debitis, constituto, & aliis.

¶ Satisfacere pacto, est adimplere id, quod in pactione conuentum est, l. emptor. ff. de pact. ibi, quæsitum esset, cum posteriori pacto satisfactum non sit, &c. Satisfacere pœnæ, est pœnam soluere. lege, si cum exceptione. §. quatenus, ff. quod metus caus. ibi, quia tripli pœnæ propter facinus satisfacere cogitur. Satisfacere debitis, id est soluere debita. l. fi. in fi. ibi, quod si debitis satisfecerit. ff. quod metus caus. Satisfacere constituto. l. promissor. §. fi. ff. de consti. pecu. ibi, Constituto satis non facit, qui soluturum se constituit, si offerat satisdationem, quia soluere debet id quod est in constituto, vel voluntatem creditoris implere. Satisfieri supplicio, & verberibus, de seruo dicitur, quando is punitur pro qualitate delicti, l. si seruum. ff. si ex noxal. caus. agatur.

¶ Alias creditor non est liberaturus rem, nisi insolidum ei satisfiat. l. his consequenter. §. Celsus. ff. famil. erciſc. Et integre satisfieri superius dictum fuit.

¶ Satisfactum non videtur creditori, qui habet iudicati actionem. l. grege. §. si cum defensore. ff. de pignor.

Promittens satisfieri à se, quo modo teneatur. Satisfacipere.

¶ Si quis promiserit satisfieri à se & Titio, si Titius non satisfaciat, ipse promissor insolidum obligatur: secus si imperſonaliter non nominata aliqua persona, vt docet Imperator in §. fi. in authen. vt cum de appella. cognosc. colla. 8.

¶ Satisfacipere verò dicitur creditor, cum fideiussores recipit. nam sicut satisdatio refertur ad debitores, ita satisacceptio ad creditores. Et satisacceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt ex promissores quoque ab eo accipiantur, id est qui idem promittant. Satis autem accipere dictum est eodem modo, quo satisfacere. Nam quia id, quo quis contentus erat, ei præstabatur, satisfieri dictum est. l. stipulationum, ff. de verbo. obliga. Et similiter quia tales, quibus contentus quis futurus esset, ita dabantur, vt verbis obligarentur, satisaccipi dictum est, l. tribus. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumunt. facit lex, de pupillo. §. fina. ff. de noui operis nuntiatione, lex, cui vsusfructus. de vsufructu lega. lex, si seruus. de diuersis & temporalibus præscriptionib. lex, cum quis. de actionibus, & obligatio.

Tutor contuto ri vel satisdat, vel satisfacipit.

¶ Datiuus vel testamentarius tutor, siue curator, non petit satis à collega suo, sed offerre ei poterit, vtrum satisaccipere velit, an satisdare. ff. rem pupill. saluam fore. lege, datiuus. facit lex, procurator. §. fin. rem ratam haberi. lex, pactum inter heredem. de pactis. lex, in causæ. §. si ex parte. & lex seq. ff. de procurat. l. mutus. §. fin. ibidem. l. lecta. si certum peta. l. frater. de condict. indebi. Et ita satisaccipere dicitur creditor, non solum qui fideiussores accepit, vel pignora à debitore, verum etiam si alio modo contentus fuit. Et creditores qui satisacceperunt, separationem bonorum testatoris & heredis impetrare non possunt, lege prima. §. item quæritur. ff. de separatio. l. 2. in fi. quorum legator.

Satisexigere.

¶ Satisexigere, *ἐπαιτεῖν ἀπάγειν*, est satisdationem exigere, l. liberto. §. largius, ibi, & ideo nec Titius alúnus, vel heredes eius audiri debent aduersus heredes patroni agentes, quod satis non exegerunt. ff. de annuis leg. l. quotiens. §. sed & si filius. ad municipalem. ibi, sed si filius tutores dare non curauerit, vel minus idoneos exegerit, nec satis. exegerit, vel non idoneum acceperit. lege, Iulianus. §. si quis rem. ff. ad exhibendum. vnde à procuratore, de cuius mandato dubitatur, satisexigere possumus, lege 1. C. de procurat.

Satisofferre.

¶ Satisofferre est satisdationem offerre, *bailler pleige & caution*. lege tertia. §. si quis paratus. ff. quod vi aut clam. ibi, magis est vt definiat, si modo satisofferat. lege prima, in fin. requirendum annotatum si prouinciæ præsidem intra annum adierit, & satis obtulerit. ff. de requir. reis.

Contẽtus quid.

¶ *Contentus fuit* hîc potest accipi pro acceptauit & probauit. nam qui aliquid probat, illi satisfit, & eius animo est satisfactum. l. 1. §. non fuit contentus prætor. ff. de dolo. l. 3. in fi. nauτς, caupo. stabular. l. si quis à me. de actio. emp. l. si colonus. arbor. furtim cęsar. ibi, vna actione contentus actor esse debet. Vnde filia quę dote fuit contenta, nullum ad bona paterna regressum habere potest. c. quamuis pactum. de pact. in 6. l. pactum quod dotali. C. de colla. Quibus contenti alia prosequamur.

Securũ facere promittens, ad quid teneatur.

¶ Securum facere aliquem, vel reddere, est vel pignoribus, vel fideiussoribus, d. l. 1. ff. qui satisd. cogant. vel stipulatione & instrumento. l. 1. §. communes. ff. de prætor. stipula. Vnde si quis promiserit me reddere securum, vel securitatem præstare de debito, sufficiet vnum ex

supradictis

supradictis præstare, quia securior erit creditor habens debitorem obligatum, vel suas res. d. §. communes. Et sic patet, quod is qui promisit facere securum, nõ recipitur, si velit dare chirographum propria manu scriptum, nisi trino teste subscriptum fuerit. nec enim cautum esset creditori, cui negari potest debitorem scripsisse, & postea effectus scripturæ in examinatione pendebit. textus in §. si quis igitur. in authentic. de instrumentor. cautel. & fide. colla. 6.

Securus quis.

¶ Securus est, qui nihil timet, l. 1. in fi. ff. de actio. empti. glo. in l. si mandato. 2. §. fi. ff. manda. Sed hic habens solum chirographum, timet adhuc controuersiam in approbando, seu recognoscendo illo. Debet igitur obligare se debitor sub instrumento sigillo Regio sigillato, vel ad rigores parui sigilli, aut cõuentionum Nemausi, si in patria consuetudo illa sit, vbi ad illos rigores solitũ sit obligari, vt creditor sit securus, quasi seorsum à cura: & dando fideiussores, idoneos eos prestare debet pro quantitate debiti, l. 2. ff. qui satisd. cogant. Alioqui non redderet securum creditorem. Item si iste debitor opulentus multa possideret bona, personam suam obligare non tenetur & ad carcerem: verum sufficit, quod omnia bona sua isti obliget creditori, quia satis ei consultum esse videtur ex hac bonorum obligatione. nec quæritur in quo magis possit esse securus, sed sufficit eum securum esse iuxta promissionẽ: secus si nulla aut pauca possideat bona. & hoc etiã ex consuetudine seruatur.

Secure testari.

¶ Securè testatur is, cuius testamentum infirmari iure nequit. l. Papinia. §. si quis mortis causa filio donauerit quartam partem eius, quod ad eum esset peruenturum, si paterfamil. decessisset, puto secure eum testari. ff. de inofficios. testam.

Securũ facere debitum.

¶ Limitatur cum quis primò se obligasset, & denuo promisisset facere securum, *asseurer le deu*, tunc vt ista promissio aliquid operetur, intelligetur cum pignoribus, vel fideiussoribus: teste Roma. in l. prætor. §. deinde. ff. de noui oper. nuntia. quem ibi sequuntur Paul. & Alexand. Idem cum quis promisisset plene securum facere, vel idoneè. glo. in d. l. si mandato. ff. manda.

Exterus quam securitatẽ præstare debeat.

¶ Idem si promittens esset exterus, seu forensis, de cuius fuga dubitari posset, eo casu pignora, vel fideiussores præstare debet. gl. in d. §. suscepto. de exhibend. reis. colla. 5. Hippol. in rubrica, de fideiussor. q. 40. ideóque in his debemus considerare verba secundum naturam actus, super quo interponuntur, tam in iudicialibus, quàm in extraiudicialibus, cum non inueniatur differentia expressa, quicquid dicat Ias. & alij in d. lege prima. Vnde si post rem iudicatam, vel sententiam quis promiserit securum facere, tenetur vel soluere, vel dare pignora, quæ vendere possim: vel fideiussorem, qui breui soluat, vt supra dixi in eo qui promisit satisfacere.

Securitas à solo Rege datur.

¶ Notandum est quod alio significatu securitas à solo Rege datur in hoc Regno, quam vocant Saluagardiam. Sed baillitus, vel iudex Regius potest defensionem parti facere, & præcipere illi, ne supplicantem offendat: quemadmodum fuit dictum in Senatu anno 1371. die 13. Maij. Hodie quoq; quilibet requisitus ad dandum securitatem, Gallice, *paix & asseurance*, tenetur eam dare, etiam si mulier requireretur, vel exterus alterius iurisdictionis, vel forte Regni. sic decidit Senatus pro Ioanne Archart habitante in ciuitate *de Valentiennes*, contra D. Euguerrandum *de Hesdin*, vt videre licet in summa rural. rub. *de mettre treues ou asseurances entre parties, qui sont en court*. De securitate sunt tractatus, in quibus ista scribitur materia, quos videre poteritis, & rub. de affecuramentis, in stylo curiæ Parlamẽti: ne plura.

Arestum.

Cauere.

¶ Cauere qui tenetur in lege ciuili, promissione nuda liberatur, secus in dispositione prætoria. l. sancimus. C. eod. & ibi doctor. & ego quoque scripsi in l. habere. §. cautum. infra eo. quomodo intelligatur. & hãc cautionem *ἀσφάλειαν* Græci vocant, vt est tex. in d. l. sancimus. Reliqua reiciam nunc ad d. §. cautum. De cautione est l. si adulterium cum incestu. §. vlt. ibi, si quis in honore, ministeriove publico sit, reus quidem postulatur, sed differtur eius accusatio: & cautione in iudicio sistendi causa promittitur in finem honoris. ff. de adulter. Sed in hoc Regno non differtur accusatio alicuius etiam cancellarij, cum videlicet apud nos hæc officia sint perpetua, sicque forent impunita: verum in temporariis hæc forte iuris dispositio obseruaretur, nisi fauores adessent.

Accusatio non debet differri.

¶ Item inuitus filius pro patre rempub. saluam fore cauere non cogitur. l. æstimationem. ff. de munerib. Et an pater pro filio, vide in l. quoties. ff. ad municipal.

Filius pro patre an rempub. saluam promittere cogatur.

¶ Promittere est siue se obligando, seu simplici verbo polliceri. l. fi. ne vis fiat ei, vbi etiam glo. nisi in scripturam quoque publicam redigatur, quia tunc intelligitur per stipulationem. l. lecta. & ibi Ias. ff. si certum peta. l. sciendum. §. dictum. de ædilit. edict. Bar. in l. sciendum. de verbor. obliga. vbi plenè doct. limitant. illos poteritis videre, & quæ scripsi in l. sponsionis. supra eodem.

Promittere quid significet, & an contineat stipulationem.

¶ Repromissio est firma promissio sine fideiussoribus, & proprie per stipulationem. l. 1. §. stipulationum. ff. de prætor. stipula. ibi, stipulatio duplę repromissio est. & l. si quando. ibi, vel ipsis patronis iuretur, vel repromittatur. ff. de oper. libertor. l. de pupillo. §. si is cui. ibi,

Repromissio quid sit.

satisfdederit repromiseritve. de noui oper.nuntia.& l.prætor.§.hoc interdictũ.2.ibi,perinde si satisfdatum non est,sed repromissum,huic locus non erit.ibidem. l. hoc amplius. §. 1. & per totum,cum duab.legib.seq.ff.de damno infect.l.creditor.1. de pignora. actio. l. qui seruum.in fi.de interrogator.actio.probat §.loca.in fi.de verbor.obligatio.in Insti. qui tex. in princ.loquitur de stipulatione,postea dicẽs inutilem esse repromissionem.Sic debet intelligi de stipulatione, quamuis quidam dicant ibi repromissionem capi pro iterata promissione, sicut rescriptum iterum scriptum. doct. in rub. de rescrip. sed prædicta veriora esse probat l.3.§.sed & si quis. ff. quod vi aut clam. non tamen inficiabor aliquando repromittere capi,pro iterum promittere,vt in l.si quis delegauerit.ff. de noua. vbi debitor qui iam promiserat,repromittit,id est iterum promittit, & secundo illi cui delegatus est. Itaque repromissio est firma promissio per stipulationem,sine fideiussoribus tamen & pignoribus. l.non cogendum.in princip. ibi, sed & si satis non dederit, sed repromittenti ei creditum est.& §.1.ff.de procurator.l.quamuis.§.1.ad Velleia.l.Titio.§.Titius.ff.ad municipal. l. creditor.1.de pignora. actio.& 40. distinct. in princip. vel dicitur promissio cum obligatione bonorum.l.filio.in fi.ff.vt legat.vel fideicom.

¶ Limitatur quando materia conueniret etiam nudæ promissioni.l. 2. §. si legatarius repromissione contentus fuit,dandum est interdictum.ff.quor.lega.videte tex. in l. si quando.§.fin.& ibi glos.ff.vt legat. vel fideicommiss. nomi.cauea. & quæ scripsi in l.sponsionis. supra eod.

Cauere quis debeat cũ obligatione bonorum, quando satisdatio remittitur.

¶ Et sic patet per iura superius adducta, quod satisdationis appellatione non venit repromissio, nisi creditor ea fuerit contentus,per istum tex. & quando satisdatio cuidam remittitur, is tenetur cauere sub obligatione & hypotheca bonorum suorum,l.filio.in fi. ff. vt lega.no.cauea.l.omnes,ante medium,& ibi Bar. C. de episcop.& cleric.

¶ Tertiò quando lex repromissionem loco satisdationis vult præstari, vt in eo qui in loco publico ædificat,nempe tantum debet repromittere, licet alius suo nomine nuntians debeat satisdare.l.non solum.§.si cum possem.ff.de oper.no.nuntia. & l.1.§.stipulationum. de prætor.stipula.Et ideo putarem ibi sub verbo repromissionis etiam promissionem cum iuramento venire,quod sit firma.l.si quis pro eo.vbi scripsi,ff.de fideiussor.l. si quis maior. C.de transactio.vel cum hypotheca bonorum, vt dictum fuit: vel etiam ibi potest intelligi repromittere per stipulationem.

Nuda repromissio.

¶ Quartò quando Iurisconsul. vtitur verb. nuda repromissio detur, tunc intelligetur nuda promissio à fideiussoribus & pignoribus.tunc igitur si nil aliud obstet, sola promissio sufficiet: regulariter tamen repromissio dicitur cum stipulatione.l. 1. §. stipulationum. ff.de prætor.stipula.vt superius dictum extitit.

CAIVS LIB. XXVII. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX SEXAGESIMASECVNDA.

Tigni appellatione in lege 12.tabularum omne genus materiæ, ex qua ædificia constant,significatur.

Lex 12. tabul. de tignis.

¶ In lege duodecim tabularum sic scriptum reperiebatur: Tignum alienum furtiuum ædibus,vel vineis suis iniunctum,ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de tigno præstare compellitor.Et quid tigni nomine significetur in ea lege,Iurisconsul.hic declarat,dicens,omnem materiam,ex qua ædificia constant, tigni appellatione contineri.nam cum Iurisconsulti leges 12.tabu.interpretentur, quarum demum nonnullę fuerunt in corpus iuris ciuilis cum interpretationibus Iurisconsultorum necessariis redactæ, non mirum si multas huiusmodi interpretationes in iure passim inueniamus. Et ista lex ad sequentiã utilis erit.

Legis utilitates.

¶ Primò quoad decisionem Iurisconsul. in l.1.ff.de tigno iuncto, cum dicit, tignum alienum ædibus meis iunctum sine domini voluntate, neque soluere, neque vindicare permittit lex 12.tabul. ne ædificia diruantur,aut vinearum culturæ turbentur:vt secundum nostrum text.de omni materiæ genere intelligatur,ex qua ædificia constant. vnde tegulam, lapides,lateres,cæmenta,calcem,& arenam,gypsum, cęteraque, si qua sunt ædificiis utilia, appellatione tigni comprehendemus. Et ad exhibendum agi ad tignum prohibet l. gemma.& l.tigni.ff.ad exhibend. Tigna verò à tegendo dicta sunt,quod tecto tegi soleant.sed & in vineis etiam tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, vtpote,pali,pertice, pedamenta, & alia necessaria, d. l. 1. Et actio de tigno iuncto ad duplum datur in eum, qui tignum alienum sic coniecit,d.l.1. & hoc ex lege 12. tabul. Aequitatis enim ratio suadet,vt postquam dominus materiæ in hoc grauatur, quod sine facto suo propria re priuatur,in hoc quoque releuetur, vt duplum consequi possit,l.eum qui.ff.de iureiur.l.quid ergo.§.pœna grauior. de his qui not. infam. Christoph. Porc.in d.§.cum in suo. de rerum diuis.

Tignum vnde, & quid eius nomine contineatur.

diuis. Insti.l.adeo.§.cum in suo.ff.de acquir.rerum domi. nec grauatur is qui materiam iunxit dando duplum. nam si oporteret illam à domo auferre, forte tota domus corrueret. quamobrem vtilius ei consultum, vt tradendo duplum liberetur. Sed in hoc Regno nec quidem hoc duplum solet dari: verum sufficit materiæ æstimationem quanti plurimi fuit præstare,vt similis emi illa pecunia possit.

Diruta domo tigna restituũtur.

¶ Si tamen dominus ædium posset absque deformatione ædium restituere tignum, admittetur si non esset deterioratum: alias contra, cum sit in vtilitatem publicam introductum, & ne vrbs ruinis deformetur: quæ ratio cessat domo diruta.l.cetera.§.1.ff.de legat.1. vt tenet Ioan.Andr.in additio.ad Specula.in titul.de eccle.ædificand.§.1.& Rofred.in tract. libellor.rub.de actio.tigni iuncti. in 4.parte,versic.sed nunquid.vbi idẽ scribit in ędificiis rusticis sicut in vrbanis,propter verba generalia, *ædibus*. Tum quia si iniunctum vineis vindicari non posset, multo minus si ædificio rusticano iniunctum sit. Tamen aduertendum est hac actione non teneri, qui ex voluntate domini tignum iniunxit, l.de eo. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Sed re destructa tignum vindicabitur. d. l. adeo. §.cum in suo. ff. de acquir.rerum dominio.& agetur ad pecuniam promissam pro tigno.

¶ Interdum etiam pro materia subiecta tignum accipitur pro ligno, vt in l.ferri.ibi, qui tigna dolarent.infra eodem.

Tignarij fabri qui.

¶ Item vocamus fabros tignarios omnes,qui hac tigni materia vtuntur,vt sunt murarij, albarij, lapidarij, alijque id genus. d.l.ferri. infra eod. vel tignarius non solum qui dolabra ligna complanat,sed & qui solaria lignea, hoc est qui trabes, ceteráque ad tabulata domus utilia, & omnis qui ædificat,dicitur:teste Crapaldo in lib.2. de partib.ædium.c.1.Inde contignationes vulgo *estagia,estages,& plancheiers* dicuntur: quarum supremæ aut etiam superiores, cœnacula dicuntur, γεῶα, Græce teste Budæ. in annota.in Pandect. in l.si fratres. ff.pro socio. Alij dicunt contignationes esse trabium coassationem, & texturam ad tabulata cœnaculaque construenda, & ita intelligendam l.binas.ff.de seruitu.vrbanor.prædior. Ego vero intelligerem in illa l.contignationem, tignorum coniunctionem ad binas ædes, & quasi continuationem tignorum de vna domo ad alteram,& quod sit simultanea tignatio. Et sensus est, quod si quis ex tignis longis & trabibus duas domos cooperuerit, ita vt trabes ædibus seruire vtrisque possint,& postea diuersis hominibus illas leget,an tigna sint communia, vel propria? & Iurisconsul. respondet propria esse ex regione, & pro ea parte, qua domus protenditur cuiusque. Demum remouet dubitationem, si vnus vellet agere contra alterum, non esse ei ius habere immissum, eo quod tignum meum immittitur in tuam domum. Itaque agi non posse, cum quilibet sit dominus tigni pro longitudine suæ domus. vnde vicinus non dicitur immittere tignum suum in rem alienam, cum videlicet quilibet sit dominus sui tigni in sua domo, & quod exit ex sua domo in aliam non est suum: ergo contra eum non agitur.facit l.penul.ff.de damno infect.Laurent.tamen Valla in Rauden.firmat contignationem dici domus solarium, siue stratum sit cæmento, lateribúsve, siue non stratum, qualia ferè sunt solaria domorum Apuliæ, eóque apud Liuium pro miraculo fertur bouem in tertiam contignationem conscendisse, id est in tertium solariu m. Gallicè, *estage*.

Intellectus ad l. binas. de seruit. vrba. prad.

Contignatio-nes.

¶ Inde contignare est tignis tectum iungere, quasi simul tignare, & eisdem tignis duas domos construere,vel vnam.

Contignare.

¶ Et conclaue, de quo in d.l.penul. ff.de damna infect.& l.1.de ventre inspiciend.l. vulgaris. §. qui furti.ff.de fur.dicitur locus secretior domus, qui clauditur vna claue.l.1.§.potuisse.ff.de senatusco. Silaniano, quemadmodum in quo fieri debet electio Roma. Pontific.cap.vbi periculum.de elect. lib. 6. vel superior locus in interioribus tectis, vel quod intra id conclaue multa loca & cubicula clausa sint, triclinio adhærentia. & Gall. vocari posse dicunt *vn cabinet*. facit l. si cui ædes. ff. de legat. 3. sed longe videtur abesse ab alia significatione.

Conclaue.

¶ Concameratio in l. si cui ædes. ff. de legat. 3. dicitur opus ad similitudinem pergularum hortensium factum,quæ iunipero conflectuntur ad ambulationes opacandas: Gallicè *Berseau*, nomen sumens à cunabulis infantium, teste Budæo in annota.alias *vne tonne* seu *voulte*.Et concamerare ad arcus formam ædificare, *voulter*.inde concamerationes, quæ arcuato opere constant.Bud.in annota.

Concameratio.

¶ Sequitur in text. *Omne genus materiæ*. Genus apud Aristotel. est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie,in eo quod quid est: & ita solent dialectici accipere,& Imperator in §.plebiscitum.de iure natur. in Insti.& Iurisconsul. in l. si in rem.ibi,appellatio enim rei non genus,sed speciem significat.ff.de rei vindica. & l. seruus. pro empto. quicquid ibi glos.& doct.dicant.& in l.1.§.1.commoda.& in l.inter donum & munus hoc interest,quod inter genus & speciem.infra eod.

Genus quid, & phrases.

¶ Interdum & sæpius Iurisconsul. genus pro specie accipiunt,vt hic, & in l. ostentum.ibi, ostentorum duo sunt genera. & l.hæc verba, ille. ibi,subdisiunctiuorum duo sunt genera.

infra eod. & in l.legato generaliter. ff. de lega.1.vnde dicit Cicero: genus est notio ad plures differentias pertinens. vel est id, quo alicuius rei qualitas indicatur: vt genus societatis appellamus,in l.si non fuerint,in fin. ff.pro socio, ibi, iniquissimum enim genus societatis est, ex qua quis damnum, non etiam lucrum expectet, prout etiam Gallice dicimus *espece de societé*.

¶ Genus locati & conducti.l.1.§. si quis seruum. ff. depositi. Genus liberalitatis, l.1.ff. de precar. Genus actionis,l.non videtur in iudicem consensisse, qui edi sibi genus apud eundem iudicem desiderat actionis. ff. de iud. Genere vehiculi,l.fi is cui.ff.quemadmod. seruitu. amittant. Genera seruitutum.l.sicuti.§.1.ff.si seruit.vindicet. Genus alienationis,l.statuliber à ceteris.§.Labeo.ff.de statuliber. Genus maleficij.l.1.ff.de abigeis. Genus criminis.l,quod ad statutum.ff.de pœnis. Genus iudicij,in l.si quis cum totum.§.penul. ff. de excep. rei iudica. Genus contractus,in l.fin.ff.de condict.caus data.Dedi tibi pecuniam, vt mihi Stichum dares, vtrum id contractus genus pro portione emptionis & venditionis est? §. 1. de obligat.quæ ex quas. contractu nascunt. Genere fit abolitio,id est in genere,seu generaliter,l, aut priuatim.ff.ad senatusconsul. Turpil. Eodem genere dissoluere,quo ligatum est,l.nihil tam naturale.ff.de regul.iur.id est causa,vel modo.c.1.de regu. iur. Genus pro conditione, modo, & qualitate, veluti cum dicimus hoc genus hominum,*ceste maniere de gens*.vt apud Iurisconsul. reprimendæ improbitatis hoc genus hominum.in l.3.§.sed & si tota.ff.nautæ, caupo.l.fin.infra eod.Eiusdem generis reddatur res,l.in naue Saupheij.ff.loca.& genera possidendi tot sunt, quot & causæ acquirendi,id est qualitates,vel tituli,l.3.§.genera.ff.de acquir.possess.

Genus pro modo,causa & cõditione.

¶ Ex genere causæ,in l.3.§.Iulianus.ff.de liber.exhibend.

¶ Genus etiam pro agnatione sumitur, l.1.ff.de proba. ibi, quoties quæritur genus, vel gentem quis haberet,l.1.de iure immunita, Philipp. Perus.in cap.si pater.circa fi.de testam. in 6. Interdum pro cognatione vniuersaliter sumpta,l.3.ff.de interdict.& relega.ibi, quæ vero non à patre, sed à genere, à ciuitate & à rerum natura tribuerentur, ea manere eis incolumia. Et regulariter pro vtraque. glo. in §. 1. in authen. de incest.nup.colla.2. Itaque si quis disponat, vt post mortem bona veniant ad illos,qui erunt de suo genere, tunc generis appellatione comprehendentur omnes vtriusque sexus consanguinei, quasi ex eodem sanguine geniti,l.1.ff.de liberal.caus.cum l.seq. Bal.& Iacob.in d.l.1.ff.de proba. & Dec.in l. 2.nu.72.de regul.iuris, Ioan.de Platea in l.vacantia.C.de bonis vacan.lib.10.Barba.consil. 57.in 2.vol.

Genus pro agnatione vel cognatione.

Bona si venire ad illos de genere debeant, cõsanguinei cõprehenduntur.

¶ Proinde si Papa dispenset cum Titio, qui est de Comitum, vel Regũ genere,sufficiet, quod sit consanguineus ex altera linea siue paterna,siue materna,cap.nouit.de iudic.quicquid dicant ibi nonnulli doct.& Iacob.in d.l.1.dicens,dispensationem esse restringendam: quod verum fatemur: sed non extenditur, quando respicit consanguineos ex vtroque latere,cum genuina eius significatio hoc habeat. Ideoque bastardi etiam comprehendentur,vt concludit Barba.in repet.l.cum acutissimi.col.50.C.de fideicommiss.

Dispensatio Papæ cum illo qui est de genere Regum.

¶ Quod non procedit,si materia aliter suaderet,vt si diceretur,generis nobilitas, vt cap. penul.de præb. quia non fit quis nobilis ex consanguineis matris, nec ex matre, l. nullus. C.de decurio.lib.10.Ideo tunc comprehendentur tantum consanguinei ex parte patris:& idem in aliis casibus congruentibus: vel nisi exprimatur genus maternum, vt in l. cos. C. de decurio,lib.10. vbi Lucas de Penna.scripsi in praxi beneficial.in forma dispensat.

¶ Item generationis nomine tam ascendentes quam descendentes veniunt, & tam masculi,quàm fœminæ.c.statutum.in 2.de hæretic.in 6.ita consuluit Alex. consil. 125.attentis. in 5.vol.plene Albert. Brunus in tract.de statutis excluden.fœmi.artic.1 2. q. 19. nisi diceretur generatio masculina, vel aliter secundum materiam dicendum foret, teste Ancha. in consil.359.nos Petrus.& Perusin c.si pater.circa fi.de testam.in 6.

Generationis nomine quid veniat.

¶ Generale est pertinens ad vniuersos,l.1.in.fi.ibi, rei verbum tanquam generale prætor elegit.ff.si certum peta.Et conuentionis verbum generale est, l.1.de pact. Et actum verbum generale esse ait Iurisconsul.in l.Labeo.2.supra eod.& l.quæstio.in fi.infr.eod. & l. aliud est fraus.& l.pecuniæ.2.§.actionis.infra eod. Generalis subscriptio,in l. 1. §. inter. ff. de falsi. ibi, generalis ponitur ad differentiam specialis. Generalis exceptio, l. quæro. de actio. emp.ff.de qua scripsi in tract.excep.in diuisio. Generalis petitio, l. in generali. infra eod. Generalis appellatio,in l.spadonum. infra eod. Generaliter, l. si quis cum totum. §. penul.ff.do excep.rei iudica.l.1.& l.item apud.§.generaliter.de iniur.l.4. de iure immunita. l.3. de calumnia.l,hæc verba cui.infra eod.

Generalis, & generale.

Generaliter.

¶ Et vbicunque est dictum,quod aliquid potest sumi in genere & in specie, debet accipi in genere: quia posito genere ponitur quælibet eius species, l. si quid earum. §. interemptum.ff.de lega.3.& quælibet eius species etiam propriè venit.l.semper in generalibus.ff.de regul.iur.Bal.asserit in l.2.C.de iure aureor.anulor.Bar.& alij in rub.ff. soluto matrimo.& doct.in rub.de consti.in antiq.maximè de Ripa nu.11.Et quinquaginta casus in quibus attendatur

Accipi in dubio in genere actus debet.

ctatur generalitas,scribit Ioan.Andr.in regul.in generali.de regul.iur.in 6.in mercur.

¶ Limitatur tamen in materia odiosa.tunc enim verbum accipietur in specie,l. hoc legatum.ff.de lega.3.Panor.in c. Rodulphus. col. 1. de rescrip. etiam pro materia, vt in statutis concludit Alexand.in rub.ff.solut.matrimo.quod est verum in odiosis, secus si essent fauorabilia,& materiæ conueniret,vt ibi asserunt recentiores iurium interpretes.

¶ Zasius in lib.1.responsor.c.1.vult genus dici,quod non habet certum nomen, vt vltima voluntas in genere,quæ est innominata.glo.in l.licet.C. de pact. Quæ generis appellatio non ideo genus dicitur,quod ad species respiciat, sed eapropter sic nominatur, quod solum sit,& anonymum, ad nullam certam speciem accedens, nullasque sub se species habens.

Vltima voluntas in genere.

¶ Ego verò putarem vltimam voluntatem dici in genere,id est indeterminatè sistere sub suo genere.nam vltima voluntas in genere, quædam transit in nomen,vt in testamentum, & alias species,&c.alia non transit, sed manet sub generico nomine: sicut dicitur de pactis in l.1.& seq.ff.de pact.quę vltima voluntas sub genere consistens, est species vltimę voluntatis indeterminata,& non genus.

¶ Et varias generis acceptiones vberrimè videre potes apud Aristotel. in suis prędicamentis, velut eam quam Porphyrius quoque refert, genus videlicet interdum significare collectionem aliquorum quodammodo ad vnum se habentium, vt genus humanum vel Romanorum,quod à Romulo sumpsit initium.§.sed ius quidem ciuile.de iure natural.in Insti.vel dicitur genus,vniuscuiusque generationis principium, vt familia Iulia.de qua in l.pronuntiatio.in fi.infra eod.Apud quos etiam diuiditur genus, vt sit duplex: generalissimum,quod cum sit genus, species esse non potest, vt substantia: subalternum, quod secundum subiectam materiam modò genus,modò species esse potest,vt ius,virtus iurisdictio.l.imperiũ.ff.de iurisd.om.iud.adoptio,§.adoptio.de adopt.Et alia huiusmodi quę sunt infinita à genere generalissimo seu supremo vsque ad speciem infimam, quę scilicet cum sit species,genus esse non potest. quamuis aliter doceat Hegendorph.in sua dialect. legali, & doct.in l.legato generaliter.ff.de leg.1. vbi alia videri poterunt. Cuiusmodi etiam apud nos generalia verba dicuntur,quę prędicantur de pluribus differentibus gradu, vel specie, vt nomen liberorum,l.Titius.vbi glo. ff. de liber. & posth. specialia ea quę certum significant,licet multa contineant.Bal.in c.cum dilecta.in fin.de liber.& posth.Hęc de genere.

Duplex genus.

Verba generalia.

¶ Sequitur in tex.*Constant edificia*.id est composita sunt,facta,& simul stant,scilicet cum materia,atque consistunt,l.1 ff.eo.& mutui datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant,l.1.§.mutui.ff.de actio.& obliga.iuncta l.2.§.mutui datio. si certum peta.vbi vtitur verb.consistunt, loco illius verbi constant. facit l. cum bissextus. in fi. ibi, mensis intercalaris constat ex diebus viginti nouem. l. item Labeo. in fin. ff. familiæ ercisund.

Constare quot modis accipiatur.

¶ Constat,apparet,certum & manifestum est, constat inter omnes. l. inter omnes. ff. de furt.constat alimenta cum vita finiri.l. cum q.§.modus.ff. de transactio.l.qui Romę. §. Augerius.ibi,quicquid patrem suum Publ.Męuio.debere constitisset.de verbor.obliga.l.1.§.si stipulanti.ibid.l.cum actum.de negot.gest. ibi, constat venire in iudicium.& posse vsumfr. ex die legari,& in diem constat,l.vna.in fi.ff. quand. dies vsusfruct. lega. cedit,& l. 1. quib. mod.vsusfruct.amitta.l.creditores.supra eo.l.instructam.iuncta l.pronuntiatio. §.1.& l. inter illam.& l.fugitiuus.in fi.ibidem.& sępissime ad hunc effectum vtuntur Iurisconsul.

¶ Interdum accipitur constat decem aureis, id est tanti fuit vendita. sed hęc significatio non tam est frequens apud Iurisconsul.quàm passim dicitur.

¶ Cõstat,perseuerat,durat,permanet,inde cõstantia,illa animi firmitas & perseuerantia, l.de minore.in fi.ff.de quæst.ibi,qua quis cõstantia,qua trepidatione quid diceret. Et constantiam religiosam dicit tex.in l.ne piscatores,ff.de incend. quia maxime decet viros religiosos cõstantia in oratione & religione.& si quis constantem hominem esse affirmauerit, non exacta grauitas, & constantia quam à philosopho desideretur.l.si quid.ff.de ædil.edic.

Religiosa constantia.

¶ Et constante matrimonio si maritus peruenerit ad egestatem, exactio dotis competit mulieri,l.si constante. ff. solut. matrimo. Et constante matrimonio datur vxori actio serui corrupti contra maritum,qui ancillam vxoris suæ prostituit.l.fi.ff.de seruo corrup.

Constante matrimonio.

¶ Inde constantissimum hominem dicit Iurisconsul.in l.metum. 2.ff. quod met. caus. vbi metum dicit accipiendum non vani timoris,sed qui in constantissimum cadat hominem. vbi superlatiuo vtitur ad denotandum constantissimum esse debere respectu hominis vani, cuius ibidem habuerat mentionem. tamen metus, qui potest in constantem virum cadere,consideratur.per c. cum dilectus.de his quę vi metusve caus. fiunt,vbi Panor. & Dec.in regul.in omnibus causis pro facto.ff.de regul.iur.ac Hippolyt. singul. 407. non communis metus.

Constantissimus homo.

¶ Constantis non est iudicis nec recti illacrymari calamitosorum precibus,& cuius animi motum vultus detegit.l.obseruandum.ff.de offic.præsid.

¶ Con

¶ Constanter, dicemus l.1.§.1.ff. de lega.3.

Constans voluntas.

¶ Constans voluntas, est iustitia, l.iustitia, ff. de iustit. & iure, & in §.1. illo titul. in Insti.
¶ Modo constat, modo agatur, de quo alibi dicã. facit l.si is à quo. ff. vt in possessio. lega.
¶ De materia quid sit, dicetur in l. carbonum. infra eodem.

VLPIANVS LIB. SEPTVAGESIMOPRIMO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMATERTIA.

Penes te, amplius est, quàm apud te. nam apud te est, quod qualitercunque à te tenetur: penes te est, quod quodammodo à te possidetur.

Penes & apud differunt.

¶ Plus continet dictio penes, quàm apud: quia penes se rem is habere videtur, qui dominium vel ius in re habet, l. alio. ff. de alimen. & cibar. lega. l. si sub conditione. quib. mod. vsusfruct. amitta. l. inter stipulantem. §. si rem. in fi. ff. de verbor. oblig. Ideo dicit iste tex. penes te habes, quod quodammodo à te possidetur, vt in creditore, qui pignus penes se habere dicitur. l. per seruum. ff. de acquir. rerum domi. qui tamen non possidet quoad vsucapionem, sed dominus. l. qui pignoris. ff. de acquir. possess. l. sciendum. §. creditor. qui satisdar. cogant. hoc declaratur in l. 1. §. per seruum. 2. de acquir. possess. & l. si seruus. ibidem. Et sic siue vere possideatur, siue quodammodo, aliquo iure dicitur esse penes te creditorem. Apud vero aliquem res esse dicitur, quando ab eo tenetur, id est detinetur. l. 1. ff. de castren. pecul. l. si oleum. de dolo. Et sic fit differentia inter possidetur, & tenetur. de qua plene scripsi in l. qui neq;. §. 1. supr. eo. Vnde is apud se habere creditur, qui detentionem habet, vt colonus, depositarius, cõmodatarius, & id genus possidentes, seu detinentes. De depositario probat l. 1. §. si pecunia. ff. depo. & l. si in Asia, ibid. l. qua ratione. §. interdũ. de acq. rer. dom.

Penes se habere pecuniam confitens, exceptionem nõ numeratæ pecuniæ nõ opponit.

¶ Vnde si quis in chirographo confiteatur pecuniam penes se habere, exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere non poterit, vt per hunc tex. decidit Roma. sing. 636. Scis quod, &c. quia dictio penes declarat, quod iam recepit, & quod penitus eam habeat: & sic non poterit postea negare se recepisse: alioqui esset sibi contrarius. Secus si dicam apud me habere, quia id apud me habere dicere possum, ad quod consequendum habeo actionem. l. id apud. infra eod. facit glo. vlt. in l. 1. C. de fals. causf. adiect. leg. vnde versum scribit Calder. sequentem: *Me penes est proprium, sed apud te dic alienum.* in c. postulastis. col. 2. de concess. præb. Videndum est tamen an prædicta differentia Roma. sit admittenda: quia si dicerem recepisse me pecuniam, eamq; apud me habere, Gallicè, *ches moy, ou pardeuers moy*, saltem onus probandi in me transferretur, quod nõ habuerim, licet re vera spe tantum futurę numerationis id dixissem. per no. in rubr. de liter. obliga. in Insti. & l. fina. ff. de instito. actio. De qua exceptione non numeratæ pecuniæ glo. & doct. in l. si ex cautione. C. de non numer. pecu. Nec debet plus operari tacita renũtiatio facta per hęc verba, apud, vel penes, quam expressa. no. in l. cum quid. ff. si certum peta. Sed hodie fere in hac patria, is qui opponit exceptionem non numeratæ pecuniæ, probare debet eam non fuisse numeratam. Alias enim creditor habens chirographum, habet semiplenam probationem, aut saltem præsumptionem, quæ transfert onus probandi in dicentem non numeratam: vt scripsi in tract. de chirographor. & schedul. recognitio. in 1. tomo commentar. in ordina. Reg. idque siue apud, siue penes se habere dicatur.

Apud & penes promiscuè accipiuntur.

¶ Notandum etiam quandoque hæc promiscuè accipi, si materia subiecta hoc expostulet. De apud probat lex, traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. lex prima, §. eleganter. ff. depositi. l. si quis. C. vnde vi. Sic econtrario dictio penes pro apud sæpe ponitur, vt instrumenta penes se deposita, quicunque alteri reddiderit, vel aduersario prodiderit, prout personæ conditio, aut in metallum damnatur, aut in insulam deportatur. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pœnis, l. 1. §. eleganter. depositi. & in l. 1. ff. de fideiuss. tut. l. Titia. 1. §. Caius. de lega. 2. l. eadem. §. 1. de duob. reis. l. vna. C. de concub. l. cum verò. §. si proscripto. de fideicom. liberta. l. si vt certo. §. nunc videndum. 1. ibi, & periculum præster is, penes quẽ deponitur. ff. commoda. & §. si de me. ibidem. & l. quia hoc casu etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est. de pecul. l. penulti. si pars heredita. peta. Ecclesiast. 7. cap. noli à Rege cathedram honoris quærere, & penes Regem noli videri sapiens. facit l. 1. in princip. & l. 3. §. si quis dolo. ff. de tabul. exhibend. Vnde si statuto vel consuetudine cautum sit, vt is apud quem, vel penes quem res fuerit reperta, puniatur tanquam fur, intelligitur penes pro apud. Et l. ciuile. C. de furt. dicit illum emptorem, apud quem res furtiua reperitur, non euitare criminis suspicionem. l. alio. de aliment. & cibar. lega. l. à diuo Pio. §. sed & si pecunia penes argentarios sit, æquè capi solet. ff. de re iudica. l. & habet. §. penul. de precar. & culpam penes eum, qui prior flagello percussit, residere inquit Iurisconsult. in l. si ex plagis. §. 1. ff. ad legem Aquil. l. 1. §. hæc in factum. de his qui deiecer. vel effuder.

Suspicionem furti nõ fugit, apud quem res furtiua reperitur.

Acceptio per-

¶ Apud deum non est acceptio personarum, id est in deo, c. venerabilis. de præb. nec apud

apud papam esse debet, c. nouit. circa fi. de iudic.

sonarum apud deũ & papam non est.

¶ Quæstionem apud fiscum, si non sit alia propria præscriptio xx. annorum, silentio præscribi diui principes voluerunt. l. 3. ff. de requir. reis. Et exprimitur apud pro aduersus, & econtra. glo. ibi, & in l. etiam. §. non solum. ff. de petitio. hereditа. ibi, quam sententiam Marcellus apud Iulianum generaliter probat, id est aduersus. & l. supra. §. apud Ferocem Proculus ait. ff. de aqua pluuia arcend. l. Marcellus. supra eod. vbi aliter exponi etiam potest, vt sequitur.

Apud pro aduersus.

¶ Apud Iulianum quæritur, id est in libris Iuliani, l. apud Iulianum. ff. ex quib. caus. in possess. cat. l. apud. de aqua pluuia arcend. l. apud. de doli mal. except. l. apud. de iure fisci. l. fi. infra eod. l. filius famil. §. apud. de lega. 1. l. apud Iulianum. ff. de fideicom. liberta. l. apud Au fidium. de optio. lega. l. apud. de auro & argen. lega. l. frugem. infra eod. l. qui autem. §. apud. quæ in fraud. creditor. l. fi. infra eod. l. Marcellus. supra eod. l. 3. §. fi. apud Marcellum. de negot. gest.

Apud Iulianum.

¶ Apud vetustiores, seu antiquos, vel maiores, l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. l. apud antiquos. C. de furt. l. Massurius. infra eod.

Apud maiores.

¶ Item beneficia apud sedem vacantia nullus conferre potest extra papam intra mensem, postea sic, c. 2. & seq. de præb. lib. 6. quod exponitur in c. præsenti. ibidem. scribit dominus Gomes q. 31. super regul. cancella. de triennal. possessor.

Apud sedem apostolicam beneficia quando vacare dicãtur.

¶ Interdum apud denotat locum, vt iguem habere apud se, id est domi, l. fi. ff. de offic. præfecti vigil. nam fortuita incendia, si cum euitari possent, per negligentiam eorum, apud quos orta sunt, damno vicinis fuerint, ciuiliter exercentur, l. capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. l. si rogatus. §. fi. de manumiss. vindict. l. 1. de aleæ lusu, l. 1. circa fi. de seruis fugit. ibi, apud quos delitescant, & apud hostes esse. l. 3. supra eod. l. at qui natura. §. fi. cum l. seq. ff. de negot. gest. l. species. in fi. ff. de acceptila. & l. 2. ibi, apud nos. de acquir. rerum domi. l. 3. §. is qui. de liber. homi. exhib. l. 3. §. Iulia. ibi, apud se habebit. de libe. exhib. l. stipulatio ista. §. habere. ibi, si apud nos depositam. de verbor. oblig. Inde apud hostes susceptus filius iura filij habet, l. apud. ff. de captiu. & l. quod filius. cum seq. & multis aliis legibus, quas missas facio. Idem in dictione penes se dedit, domi existens, l. cum in te. C. de dona. ante nup. & superius probatum fuit.

Apud locum denotat.

¶ Interdum refertur ad personam, vt in rub. ff. apud eum, à quo appellatur, etiam causam agere compellendum. & l. fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ff. de fideiussor. & l. 2. de sicar. inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud præfectum, præsidemve prouinciæ potest. & ibi inauditum exponerem, id est non auditum coram iudice. licet glo. multas alias expositiones assignet, l. 1. §. is qui deposita. de falsis, l. libertus. §. præscriptio, ad municipal. l. si idem. in princip. & §. 1. de iurisd. omnium iudic. l. cum pro quo quis apud officium cauit, de in ius vocand. Et capi sæpe potest pro coram, vt elucidatur in d. l. vna, apud eum à quo. & l. 1. §. postulare. & l. puto. ac l. seq. de postul. l. Aemilius. cum l. seq. de minor. scripsi in §. 1. in verb. apud sedem, de Regia nominat. in concord. Et apud veteres, in l. sæpe. supra eo. exposui. vide alia iura seq. in quibus per prædicta ea exponere poteritis. Apud eum, l. boues. in fi. l. sequester. & l. cum quærebatur. & l. si. infra eod. Et apud officium, id est officiales, exponit gl. in l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisdar. cogant. l. eum pro quo. de in ius vocand. l. 2. rem pupill. saluam fore. l. apud. de manumiss. & l. apud. de manu. vindict. & in rub. C. vbi & apud quem cognitio in integrum. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. 1. de manumiss. vindict. Et apud testatorem, in l. Pomponius. §. sed & legatario. ff. de acquir. possess. Et apud iudicem, id est coram iudice. l. 3. §. hoc autem. 2. ff. de liber. exhibend. l. diuus. de crimi. expila. heredita. l. Athaletus. ad legem Cornel. de falsis.

Apud, personam & locum respicit.

¶ Aliquando respicit personam & locum, vt cum pater apud substitutum filium educari voluit, l. 1. ff. vbi pupill. educ. deb. id est cum substituto, & in domo habitationis illius. Et quando instrumenta apud aliquẽ remanere debeãt, scribitur in l. ceteræ. §. fi. cum l. seq. ff. famil. erciscund. Et apud acta dicitur factum coram iudice, & in loco iudicij, vel coram grapherio in casibus ad eum pertinentibus. l. eum pro quo. ff. de in ius vocand. l. 1. & 2. de offic. prætor. & l. 2. de offic. proconsul. l. de iure. ad municipal. l. neque seruus. de vsucapio. Et si videritis in quibusdam legibus supra allegatis significare vtrumque, hic addite, quia difficile est hæc separare. arg. l. notionem. §. instrumentorum. infra eod. Multa iura cumulat Lucas de Penna in l. 1. C. de cohorta. lib. 12. sed non ista. Ego iura ff. maxime amplector in hoc titulo: meam haud denegaturus opem ad explicationem eiusdem tituli in Codice, & in Decretalibus, si quando per ætatem licuerit, & otium.

Apud acta.

Apud ad personam refertur, & pro coram accipitur.

¶ Differentiam inter in & apud tradit idẽ Lucas de Penna in l. litibus. col. 5. & seq. C. de agricol. & censit. lib. 11. Quod dictio in proprie sumpta loco, Apud autem personæ præponitur, l. 1. §. domos. C. de falsi. moneta, & l. 1. de desertor. li. 12. ibi, prædij in quo latitant. & ibi,

Differentia inter in & apud.

apud

apud ſe diu,&c.l.fi.§.ſane.de his qui ad eccleſ.confug.Sed hæc non exacte ſeruari videmus, ſicut nec differentiam Laurentij Vallæ, quam tradit lib.6.c.54.verum vobis ſufficiant, quæ ſuperius docuimus.

Quodãmodo. ¶ *Quodammodo*, denotat improprietatem & fictionẽ,l.ſi vt certo.§.fi.ff.commoda. ſcripſi in tract.fictio. alia vocabula.

PAVLVS LIB. SEXAGESIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMAQVARTA.

Inteſtatus eſt non tantum,qui teſtamentum non fecit:ſed etiam is,cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt.

Inteſtatus multis quis dicitur modis. ¶ Hic tex.duos tradit caſus, quibus vocatur quis inteſtatus. primus eſt, cum quis non fecit teſtamentum,& tunc dicitur inteſtatus,quaſi non teſtatus,l.parricidij.ibi,ſi modo teſtamentum fecerit,ſi verò inteſtatus deceſſerit.ff.de parricid.

¶ Secundus, quando fecit teſtamentum, ſed ex eo non eſt adita hereditas : vtpote quia heres inſtitutus noluit eam ſibi acquirere,vel non potuit.viuo enim teſtatore deceſsit, vel defecit conditio,ſub qua fuerat inſtitutus.quib.mod. teſtamen. infirmen.§.poſteriore.& §. quod autem. de legit. agnat.tutel. in Inſti, nempe Iuriſconſul. ait quod licet filiusfamil. de caſtrenſi poſsit teſtari peculio, tamen priuilegium illud ceſſat, priuſquam teſtamentum fuerit aditione confirmatum, l. ſi ſeruus communis.2.ff.de ſtipula.ſeruor.

Idem eſt facere teſtamentum non iure & nõ facere. ¶ Tertius vltra text. iſtum eſt, cum quis fecit teſtamentum, ſed non iure, vtpote non adhibuit legitimum teſtium numerum,vel alia iuris ſolemnia defecerunt, quæ ſcribuntur in l.hac conſultiſsima.C.de teſtam. & in l. 1. ff. de iniuſto rup. & irrit. fact. teſtam. Et non iure factum teſtamentum id appellatur, in quo ſi omnia rite facta fuiſſent, iure factum id diceretur,l.ſi quis legatum.§.ſimiliter.1. ff. de falſ.

Agnatione poſthumi rũpitur teſtamentum. ¶ Quartus,quando teſtamentum rite quidem factum eſt,ſed poſtea ruptum extitit,agnatione forte poſthumi,l.poſthumo. C. de bonorum poſſeſſ. contra tab. §. 1. quib. mod. teſtam.infirmen.in Insti.vel inſtitutus capite minutus ſit. §. alio. & ſeq.ibidem.& l.ſi quis. §. irritum.ff.de iniuſto rup. Et ij quatuor modi probantur in §.1.de hereditа.quæ ab inteſta. deferunt.in Inſti.l.1.§.hoc interdictum. ff.de tabul.exhibend.

¶ Quintus caſus eſt, in quo quis inteſtatus dicitur, quando fecit teſtamentum, in quo exheredauit filium inſerta ingratitudinis cauſa, quæ vt decet, per heredem non fuit probata, §. cauſas, in authen. vt cum de appella. cognoſ. colla. 8. Et ſic teſtamentum illud per ſententiam reſciſſum fuit.doct.in d.§.1.

¶ Sextus, quando teſtator fecit teſtamentum, ſed poſtea eſt per contra tabulas, vel per querelam annullatum,l.vt liberis.C.de colla.vel etiam cum teſtator fecit quidem teſtamentum, poſtea verò declarauit ſe velle mori ab inteſtato. Ioan. Fab.& Pla.in princip.§.1.Inſti. de hereditа. quæ ab inteſta. defer. Et ij proprie inteſtati dicuntur,vt hic,& in l.1.ff.de ſuis & legit.hered.licet Bar.ibi cõtrarium teneat directe contra tex.vt inferius dicetur.Nec requiritur quod decedat ſine teſtamento,vt loquitur Bar.in d.l.1. ſed ſufficit nullum ex eo teſtamento heredem apparere, poſtquam proclamatum fuerat: vel forte nullus volebat heres eſſe,vt dicit glo.2.in l.pen. §.1.C.ad Trebel.l.habere.ff. de cuictio.

Inteſtatus & inteſtabilis differunt. ¶ Differentia tamen eſt inter inteſtatum, & inteſtabilem, nempe hic dicitur, qui teſtari nõ poteſt, eo quia fuit à lege, vel ab homine priuatus ea poteſtate,forte propter delictum: inteſtatus verò ſignificat priuationem actus,quod non fecit teſtamentum,licet potentia licuiſſet ei facere,ſi voluiſſet. Bar.in d.l.1.ff.de ſuis & legitim.heredib.vnde ſi quis ob carmen famoſum damnetur,inteſtabilis fit,l. ob carmen.ff.de teſtib. l.lex Cornel.§.ſi quis librum. de iniur.Et ſic nec teſtamentum facere poterit,nec ad teſtamentum teſtis adhiberi, l. is cui. §.fi.ff.de teſtam.facit c.felicis. de pœnis, in 6.Inteſtabilis ergo tria continet,primò ne teſtamentum faciat: ſecundò, ne eius teſtimonium recipiatur: tertiò,ne ipſi teſtimonium dicatur,l.cum lege.ff.de teſtam. At inteſtati propriè vocantur, qui cum poſſent condere teſtamentum,teſtati non ſunt:ſed & is qui teſtamentum fecit, ſi eius hereditas non eſt adita,vel ruptum,vel irritum eſt teſtamentum, inteſtatus nõ impropriè dicetur deceſsiſſe.planè qui teſtari non potuit, propriè non eſt inteſtatus, puta impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt. ſed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus,Iuriſconſul.in l.1.ff.de ſuis & legit. heredib. Et quamuis talis, qui teſtari non potuit, propriè non ſit inteſtatus, vt impubes, furioſus, vel cui bonis interdictum eſt: tamen hos pro inteſtatis accipit lex. Et ſic ceſſabit controuerſia doctorum, an impubes dicatur inteſtatus : & dicendum quod non ſed pro inteſtato habetur. Ideo ſi mater excludi debet extantibus agnatis maſculis à ſucceſsione filij inteſtati,intelligetur etiam in eo,qui pro inteſtato accipitur,& qui teſtari non poteſt, cum etiam ex communi vſu comprehendatur, quem vſum communem lex recipit

Inteſtatus impubes non dicitur, ſed pro inteſtato habetur.

pit: vnde non eſt opus vſum illum probare, cum à lege declaretur, vt docet Bartolus in d.l.1.ff. de ſuis & legit. & abunde Dec. conſil. 466. ſtante ſtatuto. Et hæc eſt doct. communis ſententia.

Sententia communis reiicitur. ¶ Aduertendum eſt tamen, quod dicere hoc ex communi vſu venire, quem lex approbat, eſt præſagire : quandoquidem in dicta lege nulla fit mentio de communi vſu, ſed tantum lex illa ſtatuit pro inteſtatis habendos pupillos, furioſos, & hos, quibus bonis interdictum eſt. Ob id cum lex ſtatuat iſtos pro inteſtatis haberi, certe comprehenduntur in diſpoſitionibus loquentibus de inteſtatis, ex legis videlicet declaratione : & hoc voluit intelligere Bart. de vſu. Lex enim hoc ſtatuendo vult, vt pro inteſtatis habeantur. ergo iſta legis extenſio vere lex eſt, ideóque amplectenda tam in ſtatutis, quàm in aliis diſpoſitionibus, vt ſcripſi in l. 1. ſupra eod. quicquid dixerit & cumulauerit hic Cepol. & Albert. Brunus in tract.de ſtatu.exclud.fœmi.artic.8. q. 10. & ſeq. ac do. Tiraquel. in tract. *le mort ſaiſit le vif.* in 3. parte.7. declara. quæ per prædicta tolluntur. Imo Iuriſconſul.Papinia. puerum inteſtatum vocat, cui non erat facta ſubſtitutio. in lege, pater. 1.§. ſi. ff. ad legem Falcid.

Puer quando inteſtatus dicatur.

¶ Et licet Vincen. Herculanus impropriè dicat ibi vocari, nihilominus exiſtimarem etiam propriè inteſtatum dici, cui pater non eſt teſtatus cum poſſet, per l. 2. §. mater. ibi, inteſtatorum filiorum.ff.ad Tertullia. vbi loquitur de matre, quæ non petierat tutorem filiis,eo non habet ius vindicandorum bonorum filiorum inteſtatorum, & ſic pupillorum.idem dicitur in l.3.& vlt.in princip.ff.qui petant tutor.nempe ſi ſubſtitutio facta eſſet, mater excluderetur per pupillarem expreſſam, c. ſi pater.de teſtam.in 6.niſi eſſent duo tres ſubſtituti, vnus maior & alter minor, vt in l. 2. C. de impuber. ideoque ab inteſtato ſine ſubſtitutione quis dicitur ſuccedere pupillo,in l.qui duos.ff.de reb.dub.vbi Soci. Vnde reſultat concluſio,pupillum,furioſum,& prodigum inteſtatos interdum vocari: quod per iura prælegata liquido conſtat. Et quoad l. 1. ff. de ſuis. reſponderi poteſt, eam legem non negare, quin proprie ſic vocentur. Vel melius,inteſtatus etiam proprie pupillus dicitur, cui pater non eſt teſtatus.tex.in §.ſingulis.de pupilla. ibi,ſingulis quidem,ſi neminem eorum inteſtatum decedere voluerit. Sed forte ipſe pupillus pro inteſtato habetur, adeo vt ipſe teſtari non poſsit:ſed inteſtatus dicitur,quoad ſubſtitutionem illi non factam à patre,qui eidem teſtari poteſt.l.patris.ff.de vulga.Et ſic cum ex legis extenſione ij habeantur ſaltem pro inteſtatis quoad ſe, ſemper in materia loquente de inteſtatis, etiam hi pro inteſtatis comprehendentur,vt ſuperius dictum extitit,Idem ſi conſideremus teſtandi potentiam:ſi verò diſpoſitionem,id eſt quia non eſt teſtatus, tunc etiam proprie dicetur puer inteſtatus,cui pater non fecit teſtamentum.nam inteſtatus eſt, id eſt ſine teſtamento, poſtquam pater ei non eſt teſtatus : ſi pater eidem ſubſtituat, dicetur teſtatus, per ſupradicta iura : ergo inteſtatus, ſi ſine ſubſtitutione. dicto §. ſingulis. Quæ vobis ſufficiant ad conciliationem horum iurium.

Intellectus ad multa iura, & conciliatio.

¶ Limitatur quando materia non conueniret his pueris, nec aliis, vel quando eſſet in eis diuerſa ratio, vt docui in l.1.ſupra eod.

Effectus legis. ¶ Ex quo ſequentia colligemus, primò quod hereditates inteſtatorum primò ad ſuos pertinent, deinde ad agnatos, & poſtea ad cognatos. §. inteſtatorum.de hereditа. quæ ab inteſta.deferunt. iuncto titul. de legit. agnator. ſucceſſ. text. huic materiæ percommodus in l.1.ff.quis ordo in bonor.poſſeſſ.ſeruet. Sic quoq; furioſorum hereditates,& pupillorum deuoluuntur, excepto eo quod pupilli hereditas ad ſuos venire non dicitur, cum ipſi ſuos habere nequeant, cap. 1. de delict. pueror. Sui autem dicuntur, qui in poteſtate morientis fuerunt,§.ſui.de hered.quali. §.ſui.de hered.quæ ab inteſta.defer.

Suos furioſi nõ habent.

Sui hereditatẽ inteſtatorũ habent. ¶ Secundò lex duodecim tabularum decedente patre ab inteſtato ad tutelam filiorum ſuorum vocat agnatos, & demum cognatos, §. primo, & §. quod autem, de legit. agnator.tutel.in Inſti.& l.inteſtato.ff.de legitim.tutor.vbi etiã ſi quis fecerit teſtamentum, & in eo tutores non dederit,quoad tutelam inteſtatus decedit, vt ibi. Hodie iure nouiſſimo non fit regulariter differentia inter agnatos & cognatos. §. nullam. in authent. de hered.ab inteſta.venien.colla.9.

¶ Tertiò non poteſt quis ab initio pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus, l.ius noſtrum.ff.de regul.iuris: poſtea ſic,l.circa.ff.de inofficioſ. teſtam. vbi intelligas inteſtatum,prout ſuperius dictum fuit.

Bona clerici ab inteſtato decedentis quando eccleſiæ applicari debeant. ¶ Quartò conſuetudo vel ſtatutum volens bona clerici decedentis ab inteſtato eccleſiæ applicari, habebit locum in pupillis, furioſis, & prodigis, per ſupradicta: & idem in aliis ſtatutis,niſi eſſent omnino odioſa,teſte Bal.in rub.de ſucceſſ.feud.col.3.verſic.quæro tria. quamuis contrarium teneant doct.in l.generaliter. C. de inſti. & ſubſti. ſub conditio. facti,ſed pro prima ſententia text. eſt in l. qui duos. in fi. ff. de vulgar. vbi puerum ab inteſtato mori dixit Iuriſconſul. quamuis teſtamentum facere non potuiſſet. conſuluit Dec.

consil.617.adeo plene.quia lex eos pro inteſtatis habet. igitur legis extenſio quoad omnes caſus procedet: alias lex generalis non eſſet, vt ſuperius ſcripſi.

¶ Vltimò an is, qui non poteſt facere teſtamentum, dicatur inteſtatus, tenete ſupradicta, quicquid dicat Bar.conſil.138.& conſil.141.& Bal.conſil.108.in 2. vol. & conſil. 12. in 3. vol. & conſil.475.ibidem.& conſil.34.in 4.vol.& conſil.45. ibidem. & conſil. 54. & 59. & 336. & 339.ibidē.Anto.de Butr.conſ.25.Anchar.conſ.177.Calder.conſil.6.rubr.de conſti. Corne. conſi.75.& 336.col.3.vol.1.Alex.conſi.115.in 2.vol.& cōſil.79.in 6.vol.ac conſi.153.nu.4.in 7. vol.Barba.cōſil.67.in.3.vol.Roma.cōſil.4.& conſ.199.Soci.cōſil.35.vol.5.& cōſil.92.quæſt.3. ibidē,& cōſil.81.lib.4.Dec.cōſi.466.& conſil.563.ac conſi.617. Alber.in tract.ſtatuto.in 1. parte.q.44.Alexand.in l.generaliter.in princ.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi. fact. Ioan.Maria.in l.1.nu.11.C.qui admit.Philip.de Caſolis in repeti.rub. de teſtam. col. 2. Lancelo. Politus in tract.de ſubſti.q. 4. de pupil. Dec. in l. in teſtamento. in 5. no.C. de teſtam.militar. Bened.in repet.c.Raynutius.in verb. & vxorem. in 1. præludio. nu. 7. cum ſeq. de teſtam. Lancelo.Gallia.in repet.l.centurio. col. 57. ff. de vulgar. Boer.in §. 3. de teſtam.in conſuetud.Bitur.Chaſſa.in §. 11. rub. *des mains mortes.* Albert. Brunus in tract. de ſtatut. excluden. fœmi.q.10.artic.8.& q.ſeq.& 12.Ioan.Crotus in repet.l.omnes populi.col. 54.cum ſeq.ff. de iuſtit.& iure. Hos citaui, vt videatis tantos patres hactenus materiam non plene attigiſſe, nec ſcopum.

Adire quid ſit.

¶ Adita, id eſt acquiſita. Adiri enim hereditas dicitur, cum ſuſcipitur, acquiritur, ac agnoſcitur, quaſi ad eam eatur & accedatur. §. in heredibus.cum ſeq. de hered. qualita. & differen.in Inſti.l.2.l.ei qui.& l.nec is.de acquir. hered.& alibi pro eodem Iuriſconſ.ait, attingere bona,l.1.in fi.ff.de ſepara.inde hereditas delata intelligitur,quam quis poteſt adeundo conſequi.l.delata. infra cod.

Immiſcere, & adire quid differant.

¶ Regulariter adire eſt extraneorum: vt extraneus hereditatem extranei acquirendo adire dicatur,& illam hereditatem non acquirendo,ſed omittendo repudiare, vt in rub.ff. de acquir. & repud. hered. l. delata. infra cod. Sui vero dicuntur ſe immiſcere, amplectendo hereditatem, & eam recuſando abſtinere,§. in extraneis.Inſti. de hered. qualita.& differē.l.cum in eo.ff.de pact.glo.in rub.de acquir.heredita.l.3.§.ſcio.de minorib. l.ſi filius. 1.de interrogator.actio. Interdum tamen hæc confunduntur,veluti quandoq; ſui bonorum poſſeſsionem repudiare dicuntur, vt in l. ſi repudiauerint ſui ab inteſtato bonorum poſſeſsionem. ff. vnde liberi. Item emancipatus filius tanquam extraneus dicitur adire, ſuus verò ſe immiſcere, l. ſi ex duobus. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. ſic dicente: ſi ex duobus filiis emancipatis alter heres inſtitutus ſit, alter verò præteritus: ſi inſtitutus adierit,&c.Et paulo poſt dicit,ſi modo hereditati ſe non immiſcuerit, loquens de ſuo herede.

¶ Neceſſarij heredes ſe immiſcere dicūtur,l.quæſitum.ff.de ſepulchro violato. ibi,quæſitum eſt,an ad heredem neceſſarium,cum ſe bonis non immiſcuiſſet,actio ſepulchri violati pertineret.Neceſſarij heredes ſunt ſui,veluti filij, vel nepotes, qui in poteſtate parentis fuerint.§.1.& §.ſui.de heredum qualitate, & differentia, in Inſtitutionibus.l. ait prætor. §. penult.de minoribus vigintiquinque annis. l.neceſſariis.de acquirenda hereditate. Immiſcere quoque ſe hereditati dicitur procurator Cæſaris,lege prima, in fine. ff. de officio procuratoris Cæſaris.

Abſtinere etiam extraneos reſpicit.

¶ Abſtinere etiam dicitur vxor ab hereditate mariti,l.Lucius.1. ff. de fideicommiſſar. liberta.ibi,cum itaque Seia vxor Lucij Titij abſtinuit ab eadem hereditate.Et extraneus,l.ſi mulier.§.penul.ff.quod metus cauſ.

¶ Abſtinere itaque generaliter accipitur, quando aliquis ſe ab aliqua re cohibet, quaſi ſe tenens ab illa re, l. de pupillo.§. qui nuntiat. ibi, interim abſtinendum eſt. ff. de noui oper. nuntia.Inde ſi patronus in teſtamento liberti legatum ſibi adſcripſerit, & venia impetrata abſtinere à legato iuſſus eſt. l. ſi quis legatum. §. ſi patronus.ff.de falſ. Et hoſpites ne nunc quidem abſtinent ab huiuſmodi fraudibus, l.1.§.1.ff.nautæ,caupo. ſtabular. l. Iulianus. de in integrū reſti. Et, facere non oportere & hanc ſignificationem habet,vt abſtineat quis ab eo facto,quod contra conuentionem fieret.l.facere.infra eod.

¶ Item relegati, ſiue in inſulam deportati,locis interdictis abſtinere debent, l. relegati. ff.de pœnis.

Abſtinere negotiatione iuſſus.

¶ Aliis quoque perſonis adaptari poteſt, vt ſi negotiatione quis abſtinere iubeatur,l. moris.§. ſunt autem.ibidem. Et conſtitutum eſt eum, cui patria interdictum eſt, etiam ab vrbe abſtinere debere.l.relegatorum.§. conſtitutum.de interdict. & relega. Et ſi is, qui honoribus ſecundum ſententiam vti prohibitus eſt,appellauerit,abſtinere interim à petitione debet.l.reus.in fi.ff.de muner.l.2.in fi.de regul. iuris.

Adire, aditus.

¶ Adire etiam pro ire capitur,& accedere,l.qui cum vno. §. edictum. ibi, ſed ſiue adeat quis.ff.de re militar.& l.ſi.ibi,cum potuerit ius publicum inuocare,& adire aliquem poteſtate

ſtate præditum,qui vtique eam vim pati prohibuiſſet.ff.quod met.cauſ.

¶ Inde aditus prætor.l. ſi per errorem alius pro alio prætor fuit aditus. ff. de iuriſd. omnium iudic.l.cum hi.§.ſi prætor aditus.de tranſact.l.ſi cum dies.§. compromiſſo. ibi, arbiter aditus.ff.de arbitr.

¶ Inde aditus, id eſt ingreſſus,l.2.damnum.ibi,aditus anguſtior. ff. ne quid in loco public.l.3.§.plane.vti poſsidetis.

¶ Aditio hereditatis non recipit diem nec conditionem, nec alij quidem actus legitimi numerati in l.actus legitimi.ff.de regul.iuris.

VLPIA. LIB. SEPTVAGESIMOSECVNDO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMAQVINTA.

Heredis appellatio non ſolum ad proximum heredem, ſed ad vlteriores refertur. nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

Heredis appellatio latè patet.

¶ Heredis appellatione, τοῦτ' ἐστι τῦ κληρονόμου, non ſolùm proximus heres continetur, ſed & vlteriores, etiam heredis heres,& alij. nempe in omni ſucceſsione, qui ei heres extitit, qui Titio heres fuit, Titio quoque heres videtur eſſe.l.ſi quis filiumfamil.§.fi.ff.de acquir. hered.Tum quia heres dicitur dominus ab hero, l.item Mela. §. legis. ff. ad legem Aquil. Et non magis primus, quàm vlterior: ergo omnes etiam vlteriores continebuntur. Et quia heres nomen generale eſt, vt ait Theophil.in princip.Inſti.de hered.qualita.& differen. ſic dicens, ὁ κληρονόμος ὄνομα ἐστὶ γενικόν. ergo tanquam ſub genere multæ heredum ſpecies continentur. Ad hæc qui per ſucceſsionem quamuis longiſsimam defuncto heredes extiterint, non minus heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes extiterint,l.qui per ſucceſsionem.ff.de regul.iuris.

Intellectus ad l.amitæ.

¶ Non refragatur l. amitæ. C. communia de ſucceſsion. quia ibi nepos amitæ petebat hereditatem illius amitæ,cui ſucceſſerant filij, qui mortui erant inteſtati, fratréſque volebant illis ſuccedere, tanquam proximiores: nepos vero dicebat ſe proximiorem amitæ. vnde tex.reſpondet: Cum agitur de ſucceſsione filiorum, & non amitæ, meritò non recipitur nepos amitæ petens hereditatem, quia agitur de patrimonio filiorum, non de hereditate amitæ: quicquid dicat Iaſ.in d.l.ſi quis filiumfamil. §. fi. ff. de acquir.heredita.& hic verus videtur intellectus,vt ibi plenius explicabo.

Legis vtilitates.

¶ Et hoc eſt vtile,vt ſi dicam me heredem Titij, cum ſuccederem Gaio, qui ſucceſſerat Titio,valebit libellus. tex. in l. 3. & ſeq. ff. de petitio.heredita.& ibi Bar.ſi cum primò ſucceſsiſſem matri tantùm pro parte, & frater pro altera, ſi poſtea fratri in ſua parte ſucceſsi, & dicam me heredem matris inſolidum, valebit talis libellus, per hunc text. vt Alber. & Iacob.firmant in l.fi.C.de heredib. inſtit.

Prohibitio alienationis facta heredi omnes comprehendit.

¶ Item ſi teſtator prohibuerit heredibus, ne alienent, porrigetur ad heredis heredes, niſi perſonalis vel nominata fuerit prohibitio, vt heredi meo Titio, &c. Bar. in l. Lucius. §.Semproniæ.ff.de lega.3.& doct.in d.l.filiusfamil.§.diui.de lega.1.Dec. in d. l. qui per ſucceſsionem.in fi.de regul. iuris.

Declarare quis debet, heres, an donatarius ſit. Arreſtum.

¶ Cogetur tamen heres ad inſtantiam aduerſarij declarare an ſit heres mediatus, vel immediatus, l. ſi defenſor. §. illud.ff.de interrogator. actio. Et ſi donatarius ſit, poteſt dicere ſe donatarium: in caſu tamen cuictionis rei donatæ vult heres eſſe, quemadmodum cenſuit Senatus anno 1515.die vlt. Ianuarij pro Ioanne Galope aduocato.

Emphyteuſis conceſſa heredibus, ad omnes extenditur. Arreſtum.

¶ Item ſi locatio perpetua facta ſit, vel emphyteuſis Titio & heredibus ſuis conceſſa, extenditur non ſolum ad primum, ſed etiam ad omnes alios heredes: vt etiam iudicauit Senatus anno 1536.die 12. Decembris, *d'vn bail faict à Ieau & à ſes heritiers.* doc.in l.Gallus. §.etiam.ff.de liber.& poſthu.

Succeſſor latè patet.

¶ Amplia idem eſſe in ſucceſſore, quem Διάδοχον Græci vocant. vnde Papa poteſt ſe dicere ſucceſſorem Petri, licet multi intermedij fuerint. c. 1. in princip. de homicid. & ibi Domi.& alij,& in prooem. ſexti,& in c.licet canon. de elect.ibidem. & Ioan. de Plat.in l.fi. per illum text.C.de peric.nomina.lib.10.l.quædam.§.is autem. ff. de edendo.nam id quod venit appellatione heredis, venit appellatione ſucceſſoris. per tex. in l. ſi defenſor. §. non ſolum de heredibus, ſed etiam in honorariis ſucceſſoribus.ff.de interrogator.actio.ſic conſuluit Dec.conſil.250.in cauſa.col.1.vol.2.Chaſſa.§.2.rub.*des ſucceßions*,in conſuetud. Burgund.facit tex.in l.non tantum.ff. de fideicommiſſar. liberta. ibi, ſucceſſores eius ſiue emptione,ſiue aliquo modo ſucceſſerint.

¶ Secundò extende etiam in vniuerſali ſucceſſore heredis mortui alio titulo quam hereditario, vtpote, ſi pater occupauerit iure caſtrenſi peculij bona filij, ipſi filio heres non fit: ſed tamen heres his fiet, quibus & filius fuit.text.ſingul. in lege prima.ff.de caſtren. pe-

cul.ſecundum Roma. ſingul. 683. heres heredis. vbi colligit ex hoc mirabiles effectus. Sequitur Iaſ.in d.l.fi.C.de heredib.inſti. & in l.paterfa.ff.de vulga.

Scriptus heres an appellatione heredis veniat.

¶ Tertiò etiam procedit, ſi dicatur ſcriptis heredibus, tunc etiam heredis appellatione continebitur heres heredis, teſte Bal.in l.vna. per illum text. C. quor. legator. Iaſ. in d. l. ſi quis filiumfamil.§.fin.ff. de acquir. heredi. quod mihi parum placet, quinimo ille text. in d.l.vna.probat contrarium, quia non agitur de Falcidia, niſi heredis ſcripti:vt in l.1. ff. ad legem Falcid.ergo tantum heres ſcriptus intelligitur,& ſic de primo,& non de herede heredis non ſcripto:nempe ſi teſtator dicat, quiſquis mihi heres erit, intelligitur de ſcripto tantùm herede,l.cum filio.ff.de vulgar.& in l.ſciendum. quam ſtatim ſubiiciam,infra eod. ibique abundantius dicam. Idem patet eſſe, cum in ſingulari numero text. loquitur de ſcripto herede,& fortius,vt heres tantum ſcriptus veniat.l.æquiſsimum.in fi. ibi, qui & contra ſcriptos heredes bonorum poſſeſsionem accipere ſolet. ff. ad Tertullia. l. primo gradu ſcripti heredes. ff. quæ in fraud. creditor. l. ſi extraneo ſcripto herede.de vſufructu. nempe qualitas iuncta verbo debet adeſſe. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal. actio. ſiue dicatur ſcriptus,ſiue ſupra ſcriptus,vel infra ſcriptus.l.qui liberis. vbi Bar. ff. de vulgar.ſcripſi inferius in d.l.ſciendum. Si verò lex loquatur ſimpliciter de herede,intelligitur non ſolum de ſcripto herede,ſed etiam de herede heredis,vt hic:& ita loquitur l.1.ff.quorum lega.vbi interdictum quorum legatorum, quod competebat heredi, declarat Iuriſconſul. etiam ad heredem heredis referri.ſed ibi nullum verbum erat de ſcripto herede: at ſcriptus heres dicitur,ſi nuncupatus ſit, licet non ſit inſtitutus,l. 1. ff. de hered. inſtit. & ſic nomine heredis ſcripti non veniet heredis heres, vt in l. ſeq.dicetur.

¶ Limitarem niſi materia conueniret etiam non ſcripto heredi, eademque eſſet ratio vel deciſio tam in non ſcriptis,quàm in ſcriptis,per text.iuncta glo.in l.vna. C.quor.legat. vnde ſi quis in codicillis dixerit: Quiſquis mihi heres erit, det decem Titio, intelligitur etiam de heredibus ab inteſtato ſuccedentibus,quia alios non habebat.l.ſi quis cum teſtamentum.ff.de iure codicillor.

Nomen proprium an reſtringat nominis appellationem.

¶ Quartò procedit, etiam ſi adiiciatur nomen proprium poſt nomen heredis, ſecus ſi nomen proprium præceſsiſſet:vt heredi Titio.l. cum ita. §. fin. ff. de conditio.& demonſtra.per l.ſi communis ſeruus.ff.de ſtipula.ſeruor. Iaſ.in l.paterfamil.col.vlt.de vulgar.dixi in l.2.in glo.5.eodem,idem eſſe ſiue heres præcedat,ſiue non,niſi perſonam heredis nominati tantum concerneret:quia tunc ad alium non extenderetur:ſicut nec priuilegium perſonale,regul.priuilegium.& l.1.ff. de conſti. Princip.tex.ad hoc egregius in l. alimenta, in princip.& l.cum vnus.ff.de alimen.lega.

Conditio an in herede heredis impleri poſſit.

¶ Quintò etiam in herede heredis poteſt impleri conditio: vnde iuſſus heredi dare decem,heredi heredis dare poteſt,per text.in l.paterfamilias.vbi Iaſ.no. ff. de vulgar. l. ſtatulibera.§.non ſolum.in fi.& §.ſi filiusfamil. & l. ſi peculium. §. heredi. & l. ſeruus ſi heredi. in princip.de ſtatulib. Iaſ. in d. l. fin. C. de heredib. inſti. licet in forma ſpecifica conditio impleri debeat, l. qui heredi. in princip. ff. de conditio.& demonſtra.quicquid ſcripſerit Dec.in l.quæ legata.in fi.ff.de regul.iuris.

Heres ſuus,vel ab inteſtato, vel ex teſtamẽto etiam extraneus.

¶ Sextò procedit tam in ſuo, quam in extraneo, & tam in teſtamento,quam ab inteſtato,atque tam in ſuccedente de iure ciuili, quam iure prætorio, vt heredis nomine hi omnes veniant, etiam in infinitum, vt conſuluit Alexand. conſil. 36. viſo themate. colum. 3. volum. 3.per iſtum text.& iura ſuperius allegata, & legem, herede. infra eod. vbi videri alia poſſunt.

¶ Septimò procedit, cum heres debet ſatisfacere pro defuncto, vt etiam heredis heres teneatur, glo.per illum text. in c. fin. de ſepul. in c. literis. de rapto. Et quando lis fuit inchoata cum defuncto, ſi ſint plures heredes, tenentur per vnum procuratorem litigare:nec quilibet heredum poteſt habere ſuum procuratorem, ne vno conſentiente alter diſſentiat.l.iam tamen.§. penul. ff. iudic.ſolui.vbi aſsignatur ratio, ne defenſio per plures perſonas ſciſſa incommodo aliquo afficiat actorem: ſecus ergo quando inſtantia inchoatur contra heredes.l.ſi quis cum procuratorio.§.vnius.ff. de procurator. ſic fuit iudicatum in hoc ſenatu anno 1515. die 20. Aprilis poſt Paſcha pro vidua Georgij du Menil, domini de Boys,contra do.de Ludo.facit l.ſi familiæ erciſ.in fi.ff.famil.erciſ.Actor tamen & reus eundem procuratorem etiam in diuiſoriis iudiciis accipere non poſſunt, l. licet. §. ſi plures. ff.de procurator. Imò ſi iudicio diuiſorio vnus heredum fuerit remiſſus ad vnum iudicem, ibi debent etiam alij heredes litigare, vt fuit deciſum in hoc ſenatu anno 1533. die 13. Maij.

Heredes quando per vnum procuratorem litigare teneantur. Arreſtum.

Singularis heres nomine heredis nõ venit.

¶ Octauò,heredis appellatione venit heres vniuerſalis, & non ſingularis, l. quædam.§. nihil intereſt.ff.de edendo,& l.pater.§.mater.de lega.3.Specula.in titul. de loca. §. nunc aliqua. verſic.113.& Bal.in l.emptorem.col.2. C.de loca.& Salice.in l.2.q.20. C.de iure emphyt. Bertrand.conſil.201.quamuis.in 3.vol.ex noua editio. Quod eſt verum quoad ius agendi: ſed

ſed quantum ad hoc,vt ſibi ius excipiendi competat, tunc comprehenditur ſingularis ſucceſſor.l.fi.ff. de excep. rei vend. Bar.in l. ſi tertius.§. ſi quis prius. ff. de aqua pluuia arcend. Iaſ.conſil.93.in cauſa.in fin.vol.1.videte in l.heredis. &l. in conuentionibus.& l.ſciendum. §.fi.infra eod.

Continere verbum propriè ſignificat.

¶ *Continetur.* Per hoc verbum continetur in fi.tex.poſitum,patet quod appellatione heredis venit heres heredis, etiam propriè, quia verbum continet denotat propriam ſignificationem.l.1.ff.de tigno iniuncto. & l.3.§.itẽ omnes.de ſepul.viol.facit l.3.§.adiectio.de ſicar. glo.in l.notionem.§.inſtrumentorum.& ibi Bar.infra eod.facit c. peruenit. 1. de teſtib. cogend.l.1.ff.de fide inſtrumen.Barba.in c.nulli.col.3. de reb. eccleſ. non alienand. & in l. Labeo.& ibi gl.ff.de gradib.cognatio.licet contrarium teneant Feli.& Dec.in rub. de fide inſtrumen.& Bar.in l.liberorum.infra eod.Et ſic pro materia ſubiecta verbum continetur aliquando poteſt propriè notare,vt in dictis iuribus,aliquando impropriè,vt in aliis iuribus eſt videre.Et ita ſentit Dec.in d.l.qui ſucceſsionem.infr.titul.prox.dum dicit heredis heredes impropriè dici,per l.ſi quis filium.§.fi. ff. de acquir. hered. vbi vtitur verb. videtur. ſed reſpondet ibi Iaſ.quod importat veritatem,ſicut in multis iuris partibus,& hoc probat per l. fi. C. de heredib. inſtituend. vbi dicit heredem heredis teſtatoris eſſe heredem,vtitúrque verbo eſſe, quod denotat eſſentiam & veram proprietatem. glo. in l. mereis.infra eod. Et hoc multis rationibus probat idem Iaſ.in d.§.fi.& Gomeſ.idem dicit cum Dec.in §. pœnales.nu.23.Inſti.de actio.Bal.in l.2.C.de iure aureor.annulor.Dec.conſil.294.in teſtamento. col.1.Ego verò etiam propriè heredis appellatione dico venire heredis heredem,tum quod ſpecies propriè ſub ſuo genere comprehendatur, vt ſupra dixi: tum etiam quod tam primus quam heredis heres nominatur heres: ſed in caſibus infra deſcriptis ratio diuerſitatis abiicit heredis heredem à regula,vt docui in l.1.ſupra eod.

Heredis heres propriè dicitur heres.

¶ Limitantur ſupradicta in multis caſibus. tres deſcribit l. ſciendum: quamobrem non abſonum vobis videatur, ſi eam pro ſubiecta materia hic interſeram, ſequentes ex ordine leges proſecuturus, nihilque relicturus quod ad faciliorem earum intellectum pertinere noſcatur.

PAVL. LIB. SEPTVAGESIMOTERTIO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMA.

Sciendum eſt heredem etiam per multas ſucceſsiones accipi.nam paucis in ſpeciebus heredis appellatio proximum continet, veluti in ſubſtitutione impuberis, QVISQVIS MIHI HERES ERIT, IDEM FILIO HERES ESTO. vbi heres heredis non continetur, quia incertus eſt.

Caſus in quibus heredis nomine non veniunt vlteriores quam primus.

¶ Heres non ſolùm ad proximum refertur heredem, ſed etiam ad vlteriores. Hoc vitiatur in tribus caſibus,in hac l. ſciendum deſcriptis.primus caſus eſt in ſubſtitutione impuberis,vt ſi dicatur,quiſquis mihi heres erit,idem filio meo heres ſit:ad heredem tantum inſtitutum refertur,non ad heredem heredis,quia incertus eſt,dicit hic tex.alioqui hereditas teſtatoris poſſet ad inimicum ipſius venire, & ad eos,ad quos ipſe diſponens affectionem habuiſſe non videtur. Ideo non continetur ſerui dominus, nec filiifamil. pater, qui per ſeruum & filiumfa.effecti ſunt heredes. text.in l.qui liberis.§.fi.ff.de vulgar.& quia iudicio non veniunt teſtantis.ſic conſuluit Anchar.conſil.130.pro & contra. Itaque ſi fiat mentio heredum ipſius, ad quem verba diriguntur, vt volo bona mea venire ad heredes Ioannis,tunc omnes heredes veniunt. ſecus ſi fiat mentio de heredibus teſtatoris,per l.in annalibus.C.de lega.& d.§.fi.ſic conſuluit Alexand. conſi. 36. viſo.in 3.vol. & Bertrand. conſi. 33.ex themate,col.6.& ſeq.vol.1.ſecundum nouam editionem.quod eſt verum in terminis d. §. fi. alioqui contra, vt alibi dicam.

¶ Ad hæc ſubſtituti vocantur ſecundi heredes à Iuriſconſul.in l. Cicero.ff.de pœnis. & ſic non hoc caſu continentur.

Sciendum.

¶ *Sciendum.* Hac phraſi vtitur Iuriſconſul. in l. bonorum. ſupra eodem, & aliis infinitis in locis.

Pauca quæ dicantur.

¶ *Paucis.* Hic vocat pauca tria, aliquando duo, in l.1.ff.de præſcriptis verbis, ibi, paucis agam, & duo tantum ſubdit exempla. verius tamen eſt id pro ſubiecta materia iudicis arbitrio relinqui. gl. in c.ſtatutum.§.inſuper.in verb.paucis.de reſcrip.in 6.quam communis ſequitur opinio,& Lucas de Penna multa ad hanc rem congerit in l.nominationum. col. 2. C.de Decurio.lib.10. De dictione paucioribus ſcribit tex.in l.maiore.infra eo.vbi hæc dictio magis elucidabitur, ac in l.in lege Cenſoria, infra eod. Idem dicimus in dictione multa,vt plene glo.& doct.ſcribunt in c.latores.de cleric. excommunic. miniſtran. & in l. 1.de lega.1.ff.

Species pro casu. ¶ *Species*, pro hypotheſi, ſiue pro caſu, vt vulgo ſolemus dicere, accipitur, ſeu pro themate, & facti poſitione. in l. Latinus Largus. ff. de lega. 3. vbi quod in principio dixit ſpeciem, poſtea caſum vocat. & in l. non diſtinguemus. §. illud. in prima ſpecie. de arbitr. l. diuus. de in integr. reſti. l. ſi mulier. §. ſi metu. quod met. cauſ. l. & eleganter. §. non ſolum. de dolo, l. & ſuum. de pact. l. 2. §. circa. de doli excep. l. 2. ibi, nec opus eſt ſpecies enumerare. ff. de crimi. ſtelliona. l. certi condictio. ſi certum peta. & lege, Neratius caſum refert. de condict. indeb. lege, ſi vt certo. §. nunc videndum in quibus ſpeciebus commodati actio locum habeat. ff. commoda.

Species, quod de pluribus numero prædicatur. ¶ Species aliàs, & verius, accipitur pro eo, quod eſt ſub genere, quod de pluribus differentibus numero prædicatur, vt in §. plebiſcitum. de iure natura. in Inſti. l. in toto iure genere per ſpeciem derogatur. ff. de regul. iuris, & in regul. generi per ſpeciem derogatur. illo titul. in 6. l. Iuriſconſultus. §. inter agnatos. ff. de gradib. affinita. l. quæſtio. & l. inter donum. & l. qui venenum. in fi. infra eod. l. & ſi ad ſpecies. rem pupilli ſaluam fore.

Species pro prætextu. ¶ Species pro prætextu, ſeu quodam velamine, l. ſub ſpecie, C. de tranſact. l. penul. ibi, ſub ſpecie criminis. ff. de calumnia. iuncta l. ſub prætextu religionis, vel ſub ſpecie ſoluendi voti cœtus illicitos nec à veteranis tentari oportet. de extraord. crimi.

Species pro aromatibus. ¶ Species quoque pro aromatibus accepit ſecundum quoſdam in plurali Iuriſconſul. in l. fi. §. diui quoq; ibi, ſpecies quoque pertinentes ad vectigal, cinnamomum, piper longum, album, &c. ff. de publica. & vectigal. quod non videtur ex ſententia: quinimo videtur ibi potius hoc nomen accipiendum pro rebus: vt ſpecies, id eſt res pertinentes ad vectigal, ſunt hæ. probat §. idem diui. 2. nam ibi nominat pelles & ferrum, quę quidem non ſunt ſpecies, id eſt aromata, Gall. *eſpices*, quemadmodum nonnulli volebant interpretari dictum §. diui quoque.

Species pro cauſa, vel caſu. ¶ Species interdum pro cauſa, l. 1. §. fi. iuncta l. 2. ff. de fer. vbi in vna excipit certas cauſas, quæ feriatis etiam diebus tractantur. & in d. l. 2. dicit etiam in aliis ſpeciebus poſſe prætorem adiri, etiam feriatis diebus, quam in expreſsis. in l. 1. ibidem. vel pro caſibus accipietur, vt fuit ſuperius expreſſum.

Species pro forma. ¶ Species pro forma, figura vel effigie, Gallicè *façon, forme, maniere*. ſic capitur in l. ſi ipſa. in fi. ibi, ac ſi corpora ipſa in eadem ſpecie, id eſt forma manſiſſent. quod met. cauſ. ff.

Species pro re. ¶ Species pro re, l. de rebus. ibi, quędam ſpecies in petitione à Lucio Titio deductę non ſunt. ff. de arbitr. l. impenſę. infr. eo. l. mutuũ damus recepturi non eandẽ ſpeciem, id eſt rem, quam dedimus, ſed idem genus. ff. ſi certum peta. id eſt aliam rem eiuſdem generis, vt aureos pro aureis, vinum pro vino, non idem vinum, quod mutuatur. nam tunc eſſet commodatum, l. & ſi ad ſpecies curator datus ſit. rem pupilli ſaluam fore. l. 1. de adminiſtra. rerum. l. voluptariæ. de impenſ. in reb. dotal. fact. quamuis pro ſimilitudine ibi exponat Catelia. in 2. parte memo. in verb. iuſiurandum.

Species pro parte. ¶ Species pro parte, ſiue capitulo, l. etiã. §. 1. ff. de minor. vbi primo nominat capitulum, & poſtea dicit in ceteris litis ſpeciebus. Item ſpeciem pro actione accipit glo. in l. diuortio. §. illum. ibi, ſed nec redhibitoriæ ſpeciem. ff. de negot. geſt.

Species pro actione. ¶ Speciem pro ſimilitudine exponit Catelia. Cotta in 2. parte memor. in verb. iuſiurandum ſpeciem tranſactionis continet, id eſt ſimilitudinem & inſtar. l. 2. ff. de iureiur. allegat. l. & eleganter. §. 1. ff. de dolo. ſed ibi forte accipi poteſt pro effigie, ſeu effectu.

Species pro ſimilitudine.

Specioſus. ¶ Specioſus, pulcher facie & forma: vt Dauid inquit de Chriſto, ſpecioſus forma præ filiis hominum. Specioſa perſona, pro clariſsima, Iuriſconſul. in l. ſpecioſas. infra eod. vbi conſcribuntur alij modi.

Speciale. ¶ Speciale adiectiuum ſignificat peculiare, proprium, & particulare. In ſpeciali lege excepte perſonæ. verba ſunt Iuriſconſul. in l. patri. in fi. ff. de minor. Et in generalibus ſpecialia inſunt, l. ſemper in generalibus. ff. de regu. iur. & generale eſt oppoſitum ad ſpeciale. l. pecuniæ. in 2. §. actionis verbum generale eſt, & ſpeciale. infra eod.

Specialis conuentio & petitio. ¶ Specialis conuentio, l. 1. §. 1. ff. de migrando. Specialis petitio, vbi nominatim res petitur, l. illud. ff. de petit. hered. iuncta l. ſi in rem. de rei vindica. licet interdum differant, nominatim petere, & in ſpecie.

Actio & pœna ſpecialis. ¶ Specialis actio, quæ pro rebus particularibus, & non pro vniuerſalibus datur, l. 1. in princ. ff. de rei vindica. & l. in ſpeciali actione. ibidem. Specialis pœna, l. 1. ff. de effractor. Specialis peccati animaduerſio, l. aliud eſt fraus. §. 1. infra eod.

Specialiter. ¶ Specialiter, id eſt per ſpeciem, *ſpecialement*. l. obſeruandum. de iudic. ibi, niſi hoc ſpecialiter à Principe ad verecundiam petiti iudicis reſpiciente permittatur. l. itaque. de procurator. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ſi quis cautio. Specialiter impetrari patria debet, l. filius. ad municipal.

¶ Speciale corpus petere eſt, rem vnam, vel plures, ſed certas petere, l. ſi non totum. §. 1. ibi, & ſi ſpeciale corpus ex grege petamus. ff. de excep. rei iudica. Iſta nunc ſufficiat ſpeciatim attigiſſe.

§. Item

§. Item in lege Aelia Sentia, filius heres proximus poteſt libertum paternum vt ingratum accuſare, non etiam ſi heredi heres extiterit.

Filius paternũ libertum vt ingratum accuſare poteſt. ¶ Secundus caſus, in quo heredis nomine venit proximus heres, vt in lege Aelia Sentia patronus, & eius heres poteſt paternũ libertum vt ingratũ accuſare, l. penul. C. de libert. & eor. liber. quod eſt intelligendum in proximo herede, vt hic, vt poſsit etiam per procuratorem, l. 4. ff. de obſeq. Ratio huius tex. eſt, quia hoc odioſum eſt, vt libertus in ſeruitutem reuocetur. Ideo ad vlteriores heredes non extenditur odium. l. cum quidam. ff. de liber. & poſth. tex. in §. illud. in authen. vt liberti decetero aureo nõ indigeant anulo. coll. 6. Et quia proximus heres non egit, ingratitudinem remiſiſſe videtur. l. fi. C. de reuocand. dona. Libertum autem ingratum definit Iuriſconſul. in l. ingratus. ff. de iure patro. ſic: ingratus libertus eſt, & qui obſequium non præſtat, vel res eius, filiorúmve tutelam adminiſtrare detrectat, vel qui alias ceruicem in dominum erigit. l. 2. C. de libert. & eor. liber.

Author legis Aeliæ Sentiæ. ¶ Lex Aelia Sentia lata eſt ab Aelio Sentio, & eſt antiqua, de qua meminit Cicero in topicis, & permittit proximum heredem libertum ingratum accuſare, ac in fraudem creditorum ſeruum manumittere. tex. in §. 1. quib. ex cauſ. manumit. licet. permittit tamen (ne iniuria defunctus afficiatur) vt is qui ſoluendo non ſit, vnum ſeruum inſtituere poſsit: quod ſi duos inſtituerit, primus heres erit, l. qui ſoluendo. ff. de heredib. inſti. Qui verò duos Apollonios velit eſſe heredes, vno mortuo alter heres erit. ſed ſi ſuperſtites ſint, nemo: quia inuicem ſibi obſtant. l. qui ſoluendo. 1. & l. ſeq. ibidem. Et lex Aelia Sentia ita demum ei qui in fraudem creditorum heres inſtitutus eſt conſeruat libertatem, ſi nemo alius ex eo teſtamento heres eſſe poſsit. l. ſi is qui ſoluendo. & l. ſi non lex. de hered. inſti. dicam in l. verum. infra eod.

¶ *Accuſare*. declaratur in l. indicaſſe. infra eod. & in titul. ff. & C. de accuſa. & qui accuſar. poſſunt. & in l. qui accuſare. C. de edendo.

§. Idem dicitur in operarum exactione, vt filius heres exigere poſsit, non ex ſucceſsione effectus.

Operas exigere à liberto filius poteſt. ¶ Tertius caſus eſt, vt filius heres patris operas officiales exigere poſsit à liberto patron, l. ſi operarum. ff. de oper. libertor. quæ ad heredes extraneos nõ tranſeunt. l. fabriles. illo titul. Idem ſi promiſſæ ſint per ſtipulationem fabriles, vt tantum primus heres eas habeat, non heredis heres. l. cum patronus. §. 1. ff. de oper. libertor. niſi ex iudicato heredi præſtandę ſint. l. qui libertinis. §. penul. ff. de operis libertor.

Opera quid ſit. ¶ *Operarum exactione*. Opera dicitur labor vel operatio, & tunc generaliter comprehendit tam officia, quàm alias operas. quod videtur probare hic tex. ibi, idem in operarum exactione, vbi filius exigit & obſequia, & omnes alias operas. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. ita capitur in l. metum. §. ſed licet. ibi, ego enim operæ potius meæ mercedem accepiſſe videri. quod met. cauſ. & in rub. de oper. ſeruor. Opera interdum pro facto accipitur, vt opera emptoris, l. pronuntiatio. §. familiæ. in fi. infra eo. & quandoque pro perſona quæ operatur, ſicut cuſtodia, vt alibi dicam.

¶ Opera interdum dicitur officium diurnum, l. 1. ff. de operis libertor. licet enim famuli debeant etiam noctu operam, ſaltem in hyeme, l. ſtipulationes commodiſsimum. vbi gl. ff. de verbor. obliga. quia tamen homines interdiu potiſsimum operantur, ob id Iuriſcon. ibi reſpexit hunc frequentiorem vſum.

Operæ nomine omnis continetur opera. ¶ Et ſimpliciter loquendo de opera, intelligemus de omni opera, vt in ſimili loquitur l. alienatum. §. 1. infra eod. Si in peculiari materia ſeruorum, vel alia, ſecundum illam materiam opera intelligenda eſt. nam fructus hominis in operis conſiſtit, & in fructu hominis operæ ſunt, l. fructus. ff. de operis ſeruor. & minoris quinque annis nulla eſt opera, lege, fi. ibidem.

Obſequia an ſint operæ. ¶ Notandum eſt tamen obſequia propriè non dici operas: ſiquidem inuicem diſtincti ſunt tituli, vt patet in l. libertus qui operarum. ff. de oper. libertor. l. nec quicquam. §. de plano. de offic. proconſul. & l. libertos. C. de obſequiis. Obſequium enim propriè pertinet ad reuerentiam & honoris exhibitionem, vt libertus patronum ſalutet, illi aſſurgat, ſanctamque & honeſtam habeat eius perſonam, & ſine venia eum ad ius non vocet, l. 1. & per totum. ff. de obſeq. l. venia. C. de in ius vocan. §. pœnales. de actio. in Inſti.

Officiales operæ. ¶ Officiales vero operæ ſunt, quæ circa perſonam maxime domini præſtantur. l. operæ in rerum. ff. de oper. libertor. Cuius generis ſunt ſeruire domino in menſa, adeſſe domino, & eum concomitari. l. quod niſi. in fin. & l. hæ demum. ff. de operis libertor. & has operas præſtant coqui, pincernæ, obſonatores, & alij, de quibus in l. in lege. infra eo.

Fabriles operæ. ¶ Fabriles verò, ſeu artificiales operæ ſunt, quæ circa rem domini potiſsime præſtantur. ſic dictæ quod à fabris præſtentur, ad fabrósque pertinet iſtas præſtare operas. Fabri verò nomen generale eſt ad operarios, & artifices, l. ferri. §. fi. infra eod. ideo quoque dicuntur

artificiales, quia etiam ab artificibus præstantur, l. fi. ff. de oper. seruor. & d. l. operæ in rerum. in fi. Et omnes operæ, quæ ab ipsis fabris artificibúsve præstantur, dicuntur fabriles, seu artificiales. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. vt sunt cerdones. l. cerdonem. ff. de oper. libertor. sutores, pictores, lecticarij, librarij, statuarij, fullones, & alij artifices, l. legatis. §. si ex officio. ff. de lega. 3. & l. 1. C. de excusa. artific. lib. 10. De his abunde tractat Zas. in suis intellec. ad quem nunc vos reiicio.

Operam accommodare. ¶ Hinc dicimus operam accommodare, id est præbere, l. Titius. in fi. ff. de obseq. Operam dare iuri, vacare, studere iuri. l. iuri operam daturum. ff. de iustit. & iure.

Iuri operam dare.

Dedita vel data opera. Dedita opera, vel data, id est de industria, non casu, neque fortuito, l. neque. ibi, sed nec ij data opera sui potestatem non faciunt. ff. de fideicommissar. liberta. & l. sed & si non data opera. ibid. l. 1. C. de thesaur. lib. 10.

Operas suas ingerere. ¶ Operas suas ingerit, qui sibi mandatum datum esse mentitur, l. quæ omnia. §. 1. ff. de procurator. & eo ipso suspectus habetur.

Operamea, tua, eadem. ¶ Opera mea, id est mea causa, labore, & diligentia, l. item si vnius. §. seruus meus opera tua. ff. de iniur. l. 1. §. quo tenetur is cuius opera dolo malo consilium initum est. ad legem Iul. maiesta. l. hoc iure. §. 1. de dona. Opera eadem, id est eadem diligentia, eodem labore. Quæstus enim intelligitur, ait Iurisconsul. qui ex cuiusque opera descendit, lege, quæstus. ff. pro socio.

Opera creditoris. ¶ Opera creditoris, id est ope & auxilio, l. si opera creditoris. ff. de doli excep.

Operula fúcti. ¶ Operula functi, l. fi. ff. de proxenet. id est præbuerunt operam, non salarium, vt dicit ibi glos. Nam operula est diminutiuum ab opera, nempe quia ij proxenetæ communiter non operam integram in re bona præstent vendenda, sed operulam, & in re interpola magnam operam, vt quoque decipiant, instar Iudæorum Auenionensium.

Operari. ¶ Inde operari est laborare, operam impendere. l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraord. cognitio. l. sacrilegij. 1. ad legem Iul. pecula. l. 1. de iure immunita. l. 3. §. si quis seruum. ibi, quia operari domino non debet. de statuliber.

Operarius quis & quãdo alendus. ¶ Operarius, qui operatur, & laborat, l. continuus. §. item illud. ff. de verbor. obliga. l. in lege. in fra eod. vbi dicetur, & operarius alendus est, quando operam præstat, l. penul. ff. de oper. libert. verum in hoc inspicienda est regionis consuetudo. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. vbi doct.

Panis operarius, & vinum operarium. ¶ Operarius adiectiuum, ad operarium pertinens: vt panis operarius, & vinum operarium, *pain & vin de despence.* Boues operarij non sunt, id est non possunt ad operas trahi, quia indomiti & syluestres, vt in Montepessulano sunt.

¶ *Longa ex successione.* Longa successio dicitur hic, quando vltra primum gradum protenditur. tamen in Pandect. Florent. deest, longa.

Longũ de iure quid dicatur. ¶ Longum aliquando à iure declaratur, vt longum tempus in præscriptione, seu longa possessio requiritur, id est decem anni inter præsentes, viginti inter ablentes, vt in l. longæ possessionis. & l. an vitium. 1. ff. de diuers. & temporal. præscrip. ac in rub. C. de præscrip. long. tempor. Sic dicitur longa consuetudo, in rub. ff. de legib. & senatusconsul. & longa consuetud.

Longum tẽpus, silentium. ¶ Interdum non declaratur à iure, vel cõstitutione, & tunc relinquitur arbitrio iudicis, l. si finita. §. non autem. ff. de damno infect. l. 1. de iure deliber. l. furtum. in fi. vbi glo. de vsucap. Ioan. Fab. in l. licet. C. de acquir. possess. Longum silentium, in l. 2. ff. ne de statu defunctor. ibi accipitur pro triennio secundum glo. ibidem.

Longa peregrinatio. ¶ Longa peregrinatio dicitur, in l. aut longa peregrinatio. ff. de procurator. Idem in verbo, longius tempus, l. vt sunt. infra eod. l. si longius. ff. de iudic. vbi declaratur.

Longinquus. ¶ Idem in verb. longinquum, l. si calumnietur. in fi. infr. eod. & in l. vel si longinquo. de procurat. l. cum seruus. de legat. 1.

Tempus longissimum, dilatio. ¶ Longissimum tempus dicitur centum annorum, l. fi. C. de sacrosanct. eccles. & interdum breuius tempus, videlicet 30. vel 40. annorum, vel aliud secundum materiam, c. 1. de præscrip. in 6. Et Azo in titul. C. quæ sit longa consuetud. in sua summa. Longissima dilatio dicitur, quę in tempus pubertatis protrahit negotium. l. de bonis. in princip. ff. de Carbo. edicto.

Longe magis. ¶ Longè magis, pro multo magis accipitur, in l. frater. §. porro. ff. de condict. indeb. ibi, porro eum quem aduersus extraneum defendi oportet, longe magis in eo, quod fratri debuisset, indemnem esse præstandum.

Longe minus. ¶ Longe minus, pro multo minus. l. qui pignoris. ff. de acquir. possess. ibi, nam cum creditoris possessio non impediat vsucapionem, longe minus precarij rogatio impedimento esse debet. De hac phrasi, Longum est, & prope est, vide in l. propemodum. infra eod. Longe lateque, in l. 2. supra eodem. Longa manu, in l. Labeo. 1. supra eod.

Infra scriptus heres alium nõ continet. ¶ Quartus casus vltra tex. est, quando dicitur, infra scriptis heredibus, vel supra scriptis heredibus, vel scriptis. tunc enim heredes heredum non veniunt, quia scripti non sunt. Bar. in l.

in l. qui liberis. §. hæc verba. per illum tex. ff. de vulgar. l. paterfamil. illo titul. Et licet ibi Iaf. relinquat cogitandum: tamen pro opinione Bar. cõsuluit Alex. consi. 173. visa. in 5. vol. facit l. 1. §. deinde. ibi, supra scripti sunt. ff. de postul. l. idem. de priuileg. creditor. nam scriptus heres dicitur institutus, & scribere heredem est instituere. l. proponebatur. ff. de castr. pecul. & l. filiussamil. & l. pater. 3. ibidem. l. actus legitimi. ibi, actus supra scripti. de regul. iuris, l. & suum heredem, & seruum necessarium pure scriptos, &c. ff. de pact. l. Papinianus. §. si filius. de inofficios. testam. ibi, scriptus quidem heres. Imo verbum supra scriptos heredes, vel infra scriptos heredes instituit, est eiusdem effectus, ac si nominati fuissent expresse, vt consuluit Franciscus Curti. consil. 115. sacratissime, &c. mirandum. col. penul. facit l. 1. §. 1. ff. depositi. l. ex illa parte. in fi. infra eod. & superius scripsi in l. proxima. vbi si simpliciter dicatur heres, etiã heres scriptus comprehenditur, & vlterior: sed appellatione heredis scripti non veniet heredis heres: & sic conciliantur diuersæ sententiæ.

Vsusfructus legatus heredi nõ continet nisi primum. ¶ Quintus casus est, quando hoc verbum, heres, profertur in materia, quæ sua natura non transit in heredes, vt in vsufructu legato Titio, & heredibus, quia de primo tantum intelligetur, ne proprietas inutilis reddatur, l. cum antiquitas. C. de vsufruct. idem in consuetudine, vt possessio continuetur in heredem proximum. Alex. consil. 37. in causa. vol. 1. Cotta in verb. heredis. in 2. parte memoral. Veruntamen in hoc Regno continuatur ab herede in heredem vsque in infinitum, nempe vno herede mortuo, ad alium institutum transit possessio ratione consuetudinis. Et ita in forensi iudicio seruatur, quicquid dicat Alexand. & alij: non tamen quod possessio mediati defuncti continuetur in tertium heredem, sed tantum de proximo mortuo in proximum heredem, sicque posset vtraque opinio conciliari. Nec continuatur possessio in heredem vassalli, antequam domino fidelitatem præstiterit, vt in rub. de noua form. fidelita. scilicet contra dominum, sed contra alios turbantes sic, vt vidi iudicari. & multa scripsi de hac continuatione possessionis in 3. tomo commentar. in constit. Reg. Gallic. titul. de mater. possessor. artic. 9.

Possessio quando continuetur in heredem.

Vassallus nõ est satisfitus.

¶ Sextus, idem si absurdum, vel iniquum quoddam sequeretur, vel affectio testatoris verisimilis esset erga consanguineos tantum, vel heredes scriptos, vt in l. ex facto. §. fi. ff. ad Trebellia. Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posth. Dec. in l. quæ per successionem. ff. de regul. iuris. quod limitat idem Dec. consil. 294. in testamento. facit quod scribit Guido Papa decis. 591. verbum heres, & Alexand. consil. 193. ex themate. q. 1. vol. 2. & consil. 22. viso. in 5. vol. Vnde si rex donauerit Titio & suis heredibus, & filiis, nõ continebuntur filij vxoris, quos ex alio concepit matrimonio, vt fuit decisum anno 1298. lib. Olim. fol. 119.

Donatio facta Titio & filiis suis non cõtinet filios vxoris. Arestum.

¶ Septimus, in edicto prętoris, Eum quem ei esse heredem oportet, intelligitur de primo herede. l. 1. ff. vnde legitimi. & l. ex illa parte. infra eod. vbi fusius dicetur.

¶ Octauus, quando exprimeretur heredis heres, veluti quandoque fit, vt in l. fideicommissaria. in princ. ff. de fideicommissar. liberta. vel heres, & successor, vt in l. Sabinus. §. 1. ff. de priuileg. creditor. tunc heres non extenderetur, quia expressum facit cessare tacitum: vt notum lippis & tonsoribus est.

De herede in heredem venire quid significet. ¶ Nonus, quando testator vellet bona sua venire de herede in heredem, tunc intelligetur de descendente in descendentem, etiam si non sit heres. d. l. ex facto. §. fi. Bar. in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthum. vt plenè consuluit Dec. consil. 38. circa.

Nominatim ab herede relictum ad alios non extenditur. ¶ Decimus casus, quod alicuius heredis nominatim fidei committitur, potest videri ita demum dari voluisse, si ille extitisset heres, l. Celsus. §. 1. ff. de lega. 2. Et sic nominatim ab herede relictum, ad heredes alios non transit. Dec. in l. heredem. ff. de regul. iuris, sicut superius dictum fuit de scriptis heredibus.

Ipse est dictio personã demonstrans. ¶ Vndecimus, quando testator dixisset ipsos heredes, tunc veniunt tantum instituti, quia dictio ipse, est personalissima, si mens testatoris non refragetur. vtor verbis Iaf. in d. l. si quis filium famil. §. fi. ff. de acquir. hereditа. Sic consuluit Soci. consil. 250. in causa. col. 4. versic. tertio. non dicit. in 2. vol. & consil. 57. in causa. vol. 3.

Pœna non continet nisi primũ heredem. ¶ Duodecimus est, quoad pœnam, ad quam tantum delinquens heres tenetur, & non heredis heres, l. fi. C. de peric. nominato. lib. 11. Bar. in l. mulcta. ff. de conditio. & demonstra. & consil. 214. Andreas Bal. in d. l. fi. C. de heredib. insti. q. 22. & ideo non priuabitur hereditate, sicut primus heres, teste Alex. consi. 146. viso. in 6. vol. Vnde subrogatus in locum alterius, non soluit expensas sui prædecessoris beneficiati, si non fuerit subrogatus simpliciter, vt plene scripsi in concorda. in glo. successores. §. declarantes. de manda. apostolic.

Subrogatus in locum beneficiati an soluat impensas sui prædecessoris.

Hereditas adita patrimonium dicitur adeũtis. ¶ Decimustertius est, quod postquam Titius successit, amplius non dicitur hereditas defuncti, sed Titij patrimonium. glo. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. Scripsi inferius in l. hereditatis appellatio. 2. & Bertrand. consil. 23. ex themate. col. 7. in 1. vol. secundum nouam editio. vbi dicit in materia differenti non contineri omnem heredem, sed illum tantum, cui appellatio secundum materiam subiectam congruit. Feli. in c. quia V. de iudic.

Legatarius quasi heres est. ¶ Vltimus casus, legatarius quodammodo quasi heres est, l. id tempus. in fi. ff. de vsucapio. quem tex. singul. dicit Marc. Anto. Banc. in §. legatariis. col. 2. de testam. in Insti. quia in

ſuo legato ſuccedit teſtatori. videte Alciat. alium caſum docentẽ in lib. 9. parerg. c. 19. quem tanquam nihil nobis vtilitatis afferentem, non recitabo.

§. Verba hæc, IS AD QVEM EA RES PERTINET: ſic intelliguntur, vt qui in vniuerſum dominium vel iure ciuili, vel iure prætorio ſuccedit, contineatur,

Is ad quem ea res pertinet, vniuerſalem reſpicit ſucceſſorẽ.

¶ In iure frequens habetur mentio huius clauſulæ, *is ad quem ea res pertinet*. quamobrem eam elucidat hic tex. dicens, iſta verba, *is ad quem ea res pertinet*, intelliguntur de ſucceſſore vniuerſali, ſiue ſuccedat de iure ciuili, ſiue prætorio. exemplum traditur in l. 1. §. 1. ff. de ædili. edict. vbi emptori, omnibuſque, ad quos ea res pertinet, iudicium, vt mancipium vitioſum redhibeatur, dat prætor. deinde hoc elucidat Vlpia. in l. ſciendum. §. deinde. ibidem, vbi ſic dicitur: deinde aiunt ædiles, Emptori, omnibuſque, ad quos ea res pertinet, iudicium dabimus. Quibus verbis pollicetur emptori actionem, & ſucceſſoribus eius, qui in vniuerſum ius ſuccedunt. Et alibi ait Iuriſconſul. Modeſti. in l. plura, in fi. ibi, cum generaliter adiicimus, eius ad quem ea res pertinebit, & arrogatorũ, & eorum, qui iure nobis ſuccedunt, perſonas comprehendimus. ff. de actio. & obliga. l. 1. §. prodeſt. quor. lega. Prodeſt autem poſſidere, quotiens voluntate eius, ad quem ea res pertinet, poſſideri cœptum eſt, l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. de verbor. obliga. l. 3. ibi, heréſve eius, aut is, ad quem ea res, qua de re agitur, pertinebit, & l. procurator. 3. ff. rem ratam haber. Nec continet creditores. l. non ſolum. §. creditores. ff. de procurator. niſi vt inferius dicam. facit l. oſſa. §. 1. de religioſ. & l. ſi quis ſepulchrum. §. prætor. ibidem. l. lecta. ſi certum peta.

Limitationes ad regulam, is ad quem, &c.

¶ Limitetis non procedere, quando negatiuè proferretur, vt actio non detur in eum, qui iurauit, neque in eum, ad quem ea res pertinet, tunc non dabitur in eos, qui ſucceſſerint etiam in rem. tex. in l. ait prætor. 2. eum l. ſeq. ff. de iureiur. quia negatiua totum negat, per tex. in l. ſi ſic ſtipulatus. vbi Iaſ. ff. de verbor. obliga. glo. in c. cum dilectus. in verb. à ſuſpenſis. de conſuetud.

Reſeruata actione ei, ad quem ea res pertinet, etiam ſingularis ſucceſſor eã tinetur.

¶ Secundò vitiatur, vbi eſt eadem ratio in ſingulari ſucceſſore, quæ & in vniuerſali. vnde ſi iudex reſeruet ius, vel actionem illis, ad quos ea res pertinebit, vt ſolent iudices Franciæ dicere, *reſerué le droit ou action ou confiſcation, à qui appartiendra*, tunc etiam ſingularis ſucceſſor continebitur, vel alius ius aliquod habens, aut intereſſe prætendens, niſi materia refragaretur. l. nec enim. & l. his verbis. ff. de adop. l. 1. §. iuris. de noui oper. nuntia. l. ſi poſtulauerit. §. 1. de adulter. l. 1. in princip. ff. de publica. facit l. & eleganter. in princip. de dolo. vnde ait Iuriſconſul. in l. prætor. ff. de bonis authorit. iudic. poſſid. Prætor ait: Si quis cum in poſſeſſione bonorum eſſet, quod eo nomine fructus ceperit, ei ad quem ea res pertinet, non reſtituat. intelligitur enim quomodocunq; pertineat, vt ibi elucidatur. l. ſeruum. §. ait prætor. & l. licet. ff. de procurator. l. 1. §. mulier cum parturire. de ventre inſpic. l. 3. & l. ſepulchri. de ſepulch. viol. l. lege Cornelia teſtamentaria. de falſ. Idem ſi dicatur volente eo, ad quem ea res pertinet, non poteſt quis clam poſſidere, l. clam. ff. de acquir. poſſeſſ. vt etiam intelligatur de ſingulari ſucceſſore, & de illo qui eſt dominus rei etiam ſingularis.

Ius excipiendi habet etiam ſingularis ſucceſſor.

¶ Tertiò non procedit in iure excipiendi, quod etiam ad ſingularem tranſit ſucceſſorem. Et ſic cum ſit fauorabile, in fauorabilibus etiam intelligetur de ſingulari ſucceſſore, ſi eadem ratio conſiſtat. Vnde ſi is, ad quem ea res pertinet, excipere poſſit, etiam ſingularis ſucceſſor continebitur, l. ſi tertius. §. 1. vbi Bar. & Ludo. Roma. ff. de aqua pluuia arcend. doct. in c. quia V. de iudic. Et nedum actiuæ, ſed & paſſiuæ actiones in heredem tranſeunt, l. idemque. in fi. ff. pro ſocio. Iaſ. in d. l. ait prætor. in 3. no. vbi doct. multa dicunt de appellatione ſucceſſoris, ſed non de iſtis verbis; quamobrem notetis. vix enim à quoquam ſcripta reperietis,

¶ Quartò non procedit, quando in lege hoc exprimeretur, vt in l. fluminum. §. adiicitur. ff. de damno infect. ibi, ſucceſſores autem non ſolum, qui in vniuerſa bona ſuccedunt, ſed & ij, qui in rei tantum dominium ſucceſſerunt, his verbis continentur. Et an heredis appellatione veniat legatarius, vide que dixi in l. in conuentionibus, infra eod. Item is, apud quem de ea re agitur, dicitur iudex. l. etiam. ff. de manumiſſ. vindict. l. 2. C. de edend.

¶ Item Iuriſconſul. dicit, nec ad rem pertinet, id eſt nil facit, l. 1. §. incorporales. ff. de rerum diuiſ. Et quot modis capiatur verbum pertinere, ſcripſi in l. verbum illud pertinere, infra eodem.

Succedo & ſucceſſio.

¶ *Succedere*, pro in locum alterius venire, ſufficere, reponere, hic accipitur, & in materia ſucceſsionis tam inteſtati quam teſtati. Inde ſucceſsio ſic accipitur in rub. ff. de orig. iuris ciuilis, & omnium magiſtratuum, & de ſucceſsione Iuriſprudentum, in l. 2. ibi. & ita Ateio Capitoni Maſſurius Sabinus ſucceſsit, §. poſt hunc. & ibi ſæpius repetitur: forte latius inferius tractabo. videte interim quæ ſcripſi de ſucceſſoribus in titulo, de manda. apoſtolic. gloſſa, Succeſſores. in concorda. Franciæ. quantum attinet ad materiam beneficiariam. Sed redeamus vnde digreſsi ſumus.

Vlpia

VLPIA. LIB. SEPTVAGESIMOQVARTO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMASEXTA.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.

Merces mobilia reſpiciunt.

¶ Vbi in iure, vel alia diſpoſitione fit mentio de mercibus, Gallicè *marchandiſes*, debet intelligi de rebus mobilibus, in quibus conſiſtunt merces. nec enim dicimus merces prædiorum, aut fundorum, ſed rerum mobilium, vini, ligni, panni, & aliarum rerum mobilium. Et per hoc declarantur leges loquentes de mercibus, veluti cum Iuriſconſul. ait: vt ſi leuandæ nauis gratia iactus mercis factus eſt, omnium contributione ſarciatur, quod pro omnibus datum eſt. l. 1. ff. ad legẽ Rhod. de iactu. Et magiſter nauis retinere merces poteſt, vel agere ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur. l. 2. ibidem. damnum tamen nauis ex tempeſtate proueniens non communicatur, l. 2. §. ſi conſeruatis. & l. amiſſę. & ſeq. ibidem. & videte leges pene omnes illius titul. loquentes de mercibus. & in rub. de inſti. & trib. actio. & in l. cùm quis. de actio. & oblig. ff. Item ſi quis promiſerit merces vehendas pœna appoſita intra menſem, ſi vi tempeſtatis ei non liceat, non debetur pœna, l. fi. §. idem iuris. ad legem Rhod. de iactu. & l. qui Romæ. §. 1. de verbor. obliga. Et ne ruſtici ab opere auocentur, confeſtim vbi detulerint mercem, eam tradere, & ad opera ſua reuerti debent. l. 2. ff. de nundi. & hoc ſolet fieri in ciuitate Pariſienſi.

¶ De propoſito merci olearię loquitur tex. in l. habebat. ff. de inſtitor. actio. glo. in c. paſtoralis. de decim.

Merces eſculentæ & poculętæ.

¶ Merces autem eſculentæ & poculentæ ſunt, quæ hominum eſui, & potui accommodantur, vt panis, & vinum: de quibus in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. l. ſolent. in fi. de offi. proconſul. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in 6. Et adagio fertur, merces vltroneè patent, id eſt ingratæ ſunt, & non deſiderantur, ſed vltro non petentibus, maximè Pariſiis, offeruntur. A negotiatoribus ortum eſſe videtur, qui merces à venditore vltro oblatas ſuſpectas habere ſolent, quaſi ſtudeant eas extrudere. quod pernotum eſt quibuſdam vafris mercatoribus.

Offerre merces Pariſ. ſolent.

Conſtitutiones Regiæ de mercibus.

¶ Et per hunc tex. elucidantur ordinationes Regiæ de mercibus, Gall. *marchandiſes*, loquentes, vt in rub. *des marchãs, & à qui eſt prohibé marchãder*. & rub. ſeq. ac rub. *des draps d'or*. & ſeq. & rub. *de l'impoſition foraine*, nec non pleræque aliæ ſimiles. De mercatoribus ſcribam in l. mercis. infra eod. videte l. portus. ſupra eod.

Pecunia mercis nomine non venit.

¶ Poſtremò notandum eſt, mercis appellatione non contineri pecuniam numeratam: aliudque eſt merx, aliud pretium, l. 1. in princ. ff. de rerum permuta. l. ſi chorus. §. 1. de legat. 3. vnde trapezitæ non continentur ſub nomine mercatorum, vt dicam in l. mercis. 2. infra eod. Attamen ſi confiſcatur nauis, aut currus ratione mercium illicitarum, confiſcabitur etiam pecunia in naui, vel curru exiſtens: vt nuncupatim ſcribit Bal. in l. cum proponas. col. 2. C. de nautico fenor. quia vbi confiſcatur continens, & contentum, per illum text. quod non procedit cum eſſet alterius, quam domini nauis, niſi quoque is fuiſſet delicti conſcius. l. cotem. §. dominus. ff. de publica. Salice. plene in d. l. cum proponas. Mercis quoque appellatione annulos non contineri decidit tex. iuncta glo. in l. 2. §. iacturæ. in verſic. inde agitatum. ff. ad legem Rhodiam de iactu. Quod intelligerem in annulis delatis in digitis, ſecus ſi mercimonij cauſa gerantur, vt ibi doct. videntur intelligere. Vendere etiam vinum, vel frumentum ex fundis vel propriis vineis prouenientes, non eſt merces exercere: veluti etiam ſi quis vendat vina beneficij, vel Abbatię etiam minutatim, ideóque nil ſoluit, vt dixi in ordinat. Reg.

Conſiſcata nauis & pecunia ibi exiſtens addicitur.

Annulus nomine mercis non continetur.

Vendens vinũ ex ſuo patrimonio prouenientes vel beneficio, non dicitur mercator.

¶ Differunt autem merx & merces, nempe merx mercis eſt id quod emitur, & venditur, Gallicè *marchandiſe*, vt hîc. quidam dicunt accipi etiam pro actu mercandi, & penſione, ſed hoc non inueni. merces verò eſt præmium, quod pro labore & cura impenditur. vnde Iuriſconſult. ſic ait: merces enim laboris eximij appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo æſtimari non placuit. l. ſi pater. in fin. ff. de dona. Et alibi cum tutor non rebus duntaxat, ſed etiam moribus pupilli proponatur, imprimis mercedes præceptoribus, non quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium conſtituet. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de adminiſtra. tutor. facit l. quamuis. §. 1. de acquir. poſſeſſ. & præſes prouinciæ ius de mercedibus dicere ſolet. l. 1. ff. de var. & extraord. cogni. & diuus Seuerus prohibuit ab heredibus aduocati eo mortuo mercedem repeti. §. diuus. ibidem.

Merces ab aduocato non repetuntur.

Merces differunt.

¶ Inde mercenarius, qui mercedis gratia ſuam alicui præſtat operam. l. qui ſaxum. §. plane ſi mercenarius meus exemerit, mihi exemit. de dona. l. 1. §. ſi filiusfamil. vel mercenarius. de vi & vi arma. l. ſi libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei, qui eum conduxit, furtum fecit, furti actio non naſcitur. de furtis, l. vſu. quemadmod. ſeruit. amittant. Vnde prælati quoque honores, lucra, & temporalia magis quàm deum diligentes, mercenarij potius

Mercenarij qui & quando prælati dicantur mercenarij.

quam

Philosophi mercenariam spernunt operam. quàm pastores dicuntur, c.sunt in ecclesia. 8. q.1. c. aduersitas, 7.q. 1. Reliqua scribam in l. mercis. infra eo. His contrarij philosophi mercenariam spernunt operam, l.1.§.& an philosophi. ff. de var.& extraord. cognitio.

Commercium. ¶ Hinc etiam commercium dicitur facultas contrahendi, commeandíque libera ab his, qui merces vltro citróque conuehunt, vt in rub. de commerc. & mercator. C. Dicitur etiam dandi & accipiendi quędam vicissitudo, à cum & merces, quasi mercium cumulatio: quæ victus gratia fuit inuenta, teste Plinio, & habetur in l.1. ff. de contrah. emp.

Stipulatio rei quæ non est in commercio quâdo valeat. ¶ Accipitur etiam pro vsu & consuetudine, & communicatione, quam habemus, vt Plato. de repub. lib.1. vnde dicit tex. in l. multum. ff. de verbor. obliga. multum interesse, an mihi promittatur res, cuius commercium habere non possim: vt si Parisiis promittam domum inimico Regis, cum tale commercium reprobetur, inutilis erit stipulatio. Regis verò inimicus si promittat rem Parisiis, cuius commercium non habet, tunc ipsi nocere debet, non mihi, stipulatioque valebit, quia respicimus an stipulator commercium habeat. & sic intelligendus est ille tex.

IDEM LIB. SEPTVAGESIMOSEXTO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMASEPTIMA.

Alienatum non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dicetur.

Alienatio quæ dicatur. ¶ Duplex regula colligi potest ex hoc tex. prima quod alienatio propriè non dicitur, quando res alienata in dominio nostro permanet, licet venditio illius rei celebrata sit. Secunda à contrario, alienatum propriè id dicitur, quod in dominio nostro non manet. Vnde emphyteuta sine consensu domini vendês rem emphyteuticariam, & vassallus, sed non tradens, ea non priuatur, quia non dicitur alienata, licet vendita dicatur. nec debetur ex illa venditione laudimium, l. fi. C. de iure emphyteu. nempe illud quod in dominio venditoris permanet, non dicitur alienatum: ideo quousque tradatur, remanet in dominio venditoris. nam traditionibus dominia rerum transferuntur, l. traditionibus. C. de pact. facit l. quotiens. de rei vindica.

Emphyteuta rẽ sine do. cõsensu vendens & nõ tradens, ea nõ est priuatus.

Ex sententia dominiũ transfertur. ¶ Ex sententia transfertur dominium, l. Iulianus. ff. de condict. indeb. glo. in rub. de re iudica. Quod est verum, si vi huius sententiæ fuerit secuta traditio, non alias. glo. in §. fi. de offic. iudic. in Instit. l.2. ff. de Public. in rem actio. Iaf. in d. rub. de re iudica.

Alienatio requirit perfectionem. ¶ Et ita debet intelligi l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de aliena. iudic. mutand. caus. fact. vt alienare intelligatur, qui vendidit, & tradidit: imò si quis alienauerit, deinde receperit, non tenebitur hoc edicto. ibidem. Alienatio ergo requirit perfectionem, scilicet per dominij translationem, quæ non fit ex sola venditione, & sic non est propriè alienatio. facit l. fi. ff. de curator. furios. ibi, nam in tradendo res furiosi ita alienat, si id ad administrationem negotiorum gestorũ pertineat. Et ideo si donandi causa alienet, neque traditio quicquã valebit.

Casus in quibus dominium transfertur sine traditione. ¶ Et sic patet alienatum non dici, quando adhuc manet in dominio venditoris. Quod limitant quidam, cum in instrumento esset clausula constituti: vt si venditor constitueret se emptoris nomine possidere. hoc enim constitutum loco traditionis habetur, l. quod meo. ff. de acquir. possess. Idem si quis vendendo retinuerit sibi vsumfructum in re vendita, tunc etiam transfertur dominium absque alia traditione. l. quisquis. C. de donatio. quia ista loco traditionis habentur.

In ecclesiam dominium transfertur absque traditione. ¶ Secundò limitant in ecclesia, in quam transfertur dominium absque traditione in casibus enumeratis in l. fi. C. de sacrosanct. eccles. & in omni contractu. Scribit Calder. consil. 2. rub. de caus. possess. sequitur Roma. in repeti. authent. similiter. col. 36. C. ad legem Falcid. quamuis Matthę. not. 42. & seq. specialiter contrarium teneat de iure. Sed de consuetudine Regni seruari primam opinionẽ asserit Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. mortuo. 2. nu. 78. & seq. de testam. vbi ecclesia poterit dicere se saisitam etiam absque possessionis apprehensione, & interdicto vti possidetis agere. Quæ limitationes rectæ, & forsan melius inferendæ forent in l. traditionibus.

Obligatio rei obligatæ quid operetur. ¶ Tertiò limitari potest, quando pro obseruatione contractus rem propriam venditor hypothecauerit: vt no. Bar. in l. emptorem. C. loca. Anto. Butr. consil. 34. de locatore qui obligat pro obseruatione prædicti contractus domum locatam, tunc licet locator eam domum alteri vendiderit, tamen ratione prædictæ obligationis non tenebitur colonus, vel inquilinus inde recedere, donec sibi fuerit satisfactum de eo, quod sua interest: secus si tantum generaliter obligasset omnia sua bona: vt fuit prolatum arestum in magna camera, anno 1537. die 14. Decembris, & aliud anno 1541. in mense Iulio.

Aresta pro conductore. ¶ Vltimò nemo potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat: sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus, l. penul. in fi. ff. de contrah. emp. Reliqua supplere licebit ex l. alienationis. supra eodem.

Adhuc

Adhuc. ¶ *Adhuc*, id est in præsentem vsque diem, vel hucusque. l. post rem. ff. de transact. ibi, quia adhuc lis subesse possit, transactio fieri potest. vnde si quis donet ea, quæ adhuc habet, non censetur donasse ea, quæ iam alienauit, per istud verbum.

Dominiũ quid, & quotuplex. ¶ *In dominio*. Dominium potest dici ius proprium, quod in re habemus, de quo in l. recte dicimus. & l. bonorum. r. supra eod. & in l. sciendum. in fi. & l. verbum illud pertinere. l. habere. l. pronuntiatio. §.1. ibi, pater autem famil. ac l. potestatis. infra eod.

Alienata res dicitur, etiam quoad vtile dominium. ¶ Duplex est dominium, videlicet directum, quod est ius superius, quod in re sua quis habet, in immobilibus Gallię vocamus, *seigneur foncier*, dominum directum. de quo Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. possess. definiens dominium esse ius de re incorporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. doct. ibi multa de hoc scribunt, quos videre poteritis. Vnde si quis alienauerit dominium vtile retento directo, illa res dicitur alienata, quia res non remanet in dominio alienantis, quantum ad vtile dominium: & ideo quoad illud dicitur alienata, non quoad directum, vt docet gloss. & ibi Bal. & alij in §.1. per quos fiat inuestit. quicquid dicat gloss. & Cepol. hîc. Dominium vtile est ius inferius, vt illud quod vassallus, & emphyteuta habet. de quo per totum titul. de feud. & in rub. de iure emphyt. & in rubr. ff. si ager vectig. vel emphyt. pet. plene scribit Ioan. Francis. Balb. in tract. præscrip. in 2. parte q.2. col.2. & seq. D. Igneus in repet. l. contractus. col.51. infr. de reg. iur. & differentiam inter ista scripsi in const. Reg. tit. de cõstit. redit. artic.1. gl.17. in 2. tom. cõment.

Dominus quis. ¶ Dominus à domo deducitur, quòd sit is, qui domi imperium habet, & ibi imperat. l.1. ff. de senatusconsil. Silan. l. pronũtiatio. infr. eod. Iura de domino loquentia sunt infinita. tex. in l. sylua. §. integra. supr. eo. & l. vrbana famil. & l. fugitiuus. inf. eo. Alia scripsi de domino, qualis esse debeat, in procem. concord. in glo. dominus. Alias etiam dicitur litis dominus, l.1. C. de senten. & interlo. om. iud. l. dominus litis. de appella. Item dominus possessionis, & alius proprietatis, l. interdum. vbi tractabo, infra eod.

Dominus litis, proprietatis, & possessionis.

Alienare quid significet. ¶ Alienare est alienum facere, ex nomine alienus deductum. Quod enim alienum non fit, alienari non dicitur, vt negatiuè ab etymologia vocabuli arguamus, secundum l. 2. §. mutui datio. ff. si certum pet. dico in l. malum. §. viduam. infra eod.

¶ Interdum alienare est remouere, & separare, importans priuationem, vt mentis alienatio, priuatio mentis, & stultitia, l. diuus. ff. de offi. præsid. ibi, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat. Et si quis mentem alicuius medicamento, alio ve modo alienauerit, aduersus eum agi posse firmat Iurisconsul. in l. item apud. in princip. ff. de iniur. Inde alienatus mente dicitur ratione semotus, stultus, amens.

Alienatus mẽte.

Alienum dicitur, quod nostrum non est. ¶ Alienum dici potest, quod nostrum non est, oppositum ad nostrum, & proprium. l. 1. §. Labeo. ibi, tuentur vel sua, vel aliena. ff. de dolo. l. quemadmodum. §. 1. ibi, interest enim quod hoc in suo protexit, ille in alieno fecit. ad legem Aquil. l. Paulus. in fi. ibi, Paulus respondit eum, qui legatione fungitur, neque ẽ alienis, neque propriis negotiis se interponere debere. ff. de legatio. Ridiculum etenim est dicere, vel audire, quod per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occupauerit, asserit Imper. in l. fi. C. vnde vi. & Iurisconsul. in l. qui ea mente alienum quid cõtrectauit. ff. de furt. Inde alienum seruum, l.2. ff. ad legem Aquil. l. si seruus seruum alienum. ibid. Et contrectatio rei alienæ furtum dicitur, in l.1. ff. de fur. Et furtum fit, si quis vsum alienæ rei in suum lucrum conuertat. Species enim furti est ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere, l. si pignore. ff. de furt. Alienus seruus dicitur, in quo proprietatem quis non habet, licet in eo habeat vsumfruct. §. alienus. Instit. de heredib. instit. Etiam is in quo nil iuris habeo, l. si seruus seruũ alienum. ff. ad legem Aquil. l. si postulauerit. §. in proprio. ff. de adulter. Res tamen communis propria dicetur, non aliena, l. antepenul. ff. comm. diuid. l. recte. supra.

Alienus seruus.

Alena seges, materia, pecunia. ¶ Aliena quoq; seges sic dicitur, quasi nõ sua, in l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquil. & l. si seruus. §. inquit lex. ibid. Et aliena materia, l. adeo. §. cum quis ex aliena. ff. de acquir. rerum domi. §. cum in suo. de rerum diuis. in Inst. Aliena pecunia emere, in rub. C. si quis alteri, vel sibi, sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit. & in rub. de reb. alien. non alienand. & in rub. rem alienam gerenti non interdici rerum suarum alienatio.

Alienum vinum, frumentum. ¶ Alienum vinum, vel frumentum, in l. qui occidit. §. si quis alienum vinum, vel frumentum. ff. ad legem Aquil. In alienis agris non licet aucupari, vel venari, l. diuus. ff. de seruitu. rusticor. prædior. Alienum fundum, l. naturalem. §. apud. de acquir. rerum domi. l. lex Cornelia. §. si tamen. de iniur. Aliena opera, id est alterius hominis opera, non nostra promitti potest. l. nemo est. ff. de duob. reis. Alienus debitor, qui non est meus, l. si vendidero. §. falsus autẽ procurator. ff. de fur. Et alienus homo, qui meus seruus nõ erat, l. idem iuris. §.1. ff. ad l. Aquil. iuncto §. impetu. illo tit. in Inst. Aliena fama dicitur in l. itẽ apud. §. si quis libello dato, vel Principi, vel alicui, famã alienam insectatus fuerit, iniuriarũ erit agendum. ff. de iniur. Et alienum aurum, l. gemma in cluſa auro alieno. ff. ad exhib. Et alienam fidem sequimur, quando cum alio contrahimus, ab eo quicquã recepturi, l.1. ff. si certũ pet.

Alienus ager, fundus, debitor homo, opera, fama.

Alienam fidẽ sequi.

Alienum crimen, cadauer. ¶ Alienum crimen, id est à nobis non cõmissum, aut perpetratũ, l. crimen. ff. de pœn. ibi, nam vnusquisq; ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur,

¶ Alienum cadauer, quod non est ex nostris consanguineis, lege, at si quis. §. sed interdum. ff. de religios. ibi, quis enim sine pietatis intentione alienum cadauer ferat?

¶ Ita quoque dicimus vsumfr. esse ius alienis rebus vtendi, non suis. l. 1. ff. de vsufr. & Inst. illo tit. in l. recte. supra dixi.

Alienum testamentum.

¶ Alienum testamentum, l. vxori. ff. de fal. vbi vxori legatum in alieno testamento mari tus scribere non prohibetur. Alienum testamentum vocat non suum: vnde maritus notarius in testamento, quod extraneus condit, potest legatum vxori suæ factum scribere, citra falsitatis admissum.

Alienæ nuptiæ.

¶ Alienæ nuptiæ, non suæ. l. 1. ff. de extraor. crim. ibi, solicitatores alienarum nuptiarum extra ordinem punientur: id est qui solicitant corrumpere aliena matrimonia, & vxores alienas, extra ordinem punientur.

Aliena hereditas.

¶ Aliena hereditas, l. 1. de crim. expil. her. ibi, qui alienam hereditatem expilauerit, extra ordinem solet coerceri. Alienam vocat hereditatem, in qua nil iuris habet ex testamento, nec ab intestato.

Alienæ ædes, domus, lites.

¶ Alienas ædes, idē, in l. pen. ff. de vi publ. l. gemma. ad exhib. Et alienā domum, in l. qui domum alienam. ad leg. Aquil. Alienas lites, l. ex senatusc. ff. de vi priua. ibi, qui improbe coeunt in alienam litem, de vi priuata tenentur. Alienam ibi vocat litē, quando ius illam mouendi & persequendi non habebat, vt patet per hoc verbum improbe.

Aliena actio, apes, causa.

¶ Alienam actionem, ad se non spectantē, l. si petitor. ff. de iudic. ibi, nec enim quisquam alienam actionem inuito coherede in iudicium perducere potest. Alienæ apes, ex suis alueis non procedentes, l. si quis fumo. ff. ad leg. Aquil. Aliena causa, quam non meo, sed vel procuratorio, tutorio, aut alio nomine ago, l. 1. §. sexum. ff. de postul. l. mulierem. de accus. & in l. 2. ff. quand. appel. sit.

Aes alienum.

¶ Aes alienum, debitum, l. subsignatum. §. 1. & l. cedere. §. 1. vbi scribam, infra eo. iuncta l. Nepos Proculo, ibidem.

Aliena materfa. ciuitas.

¶ Alienam matremfa. non corrupit, in l. fugitiuus. inf. eo. vbi dicā. Alienam matrem, in l. iusto. §. & si possessionis. ff. de vsucap. Aliena ciuitas, in qua non habemus domicilium, aut non ducimus originem, l. libertus. §. sola domus possessio, quæ in aliena ciuitate comparatur, domicilium non facit. l. libertus. §. sola domus. ad municip.

Aliena negotia procurator administrat.

¶ Aliena negotia, non nostra: vnde procurator est, qui aliena negotia mandato domini administrat. l. 1. ff. de procur. l. atqui natura. §. non tantū. ibi, vel quas ex nostra pecunia percipere potuimus, quam in aliena negotia. ff. de negot. gest. Et qui alienis negotiis gerendis se obtulit, actionem furti non habet. l. qui iniurię. §. qui alienis. ff. de furt. Et procurator alienum negotium, vtpote domini gerere dicitur. l. pen. ff. si quis cautio.

Alienum tignum, solum, damnum.

¶ Vsucapit quis, quamuis sciens alienum possideat, l. & generaliter. ff. de noxal.

¶ Tignum alienum, id est non suum, ædibus suis injunctum quis eximere non cogitur, sed dupli æstimatione tenetur, l. adeo. §. cum in suo. ff. de æq. rer. dom. scripsi in l. tigni. sup. eod. Alienum solum, non suum, d. l. adeo. §. ex diverso. & §. & ex diverso. de rer. diuis. in Insti. l. 2. ff. de religios. Alienum damnum, l. cum ij. §. fine. ibi, nec enim debet ex alieno damno esse locuples. ff. de transact. est quod factum est extra bona sua.

Aliena iniuria.

¶ Alienam iniuriam, id est non suā, dicit Scæuola in l. 3. ff. de transact. ibi; non debet negligentiam suam ad alienam iniuriam referre, videlicet vt mea negligentia alteri noceat.

Alienus posthumus.

¶ Posthumus alienus est, qui natus inter suos heredes testatoris futurus non est: ideoq; ex emancipato filio conceptus nepos extraneus erit posthumus auo. §. posthumo. de lega. in Inst, doct. in l. Gallus. in princip. de lib. & posth. Alcia. lib. 9. pateng. c. 1.

¶ Non licet militibus in prouincia, in qua militant, agrum emere, nec sub alieno quidem nomine, id est per interpositam personam, l. milites. 2. §. 1. ff. de re milit.

Aliena arma. Alienū factū.

¶ Qui aliena arma surripuit, gradu militiæ pellendus est, l. 3. §. qui aliena. ff. de re milit.

¶ Alienū factū, id est non suum. l. si cum exceptione. §. in hac. ff. quod met. caus. ibi, nec cuiquam iniquum videatur, ex alieno facto aliū in quadruplū condēnari. l. 1. de alien. iudic.

Alienus metus.

¶ Alienus metus, à me non prodiens. l. si cum §. Pedius. ff. quod met. caus. ibi, nam in alterius præmium verti alienum metum non oportet.

Aliena iurisdictio.

¶ Aliena iurisdictio, id est cui non sum subditus, l. si quis ex aliena. ff. de iudic.

Alienum pecus.

¶ Alienum pecus quamuis quis in agro suo deprehenderit, occidere non debet, sed expellere, l. Quintus. & l. seq. ff. ad leg. Aqui.

¶ Alienus vsusfructus, in l. rectè dicimus. supra eod. l. sunt personæ. de relig.

Alieno nomine.

¶ Alieno nomine agere dicimur, vt cum tutorio nomine, curatorio, vel procuratorio experimur, non nostro. §. 1. de his per quos age. possu. in Inst. & l. nemo alieno nomine agere potest. ff. de reg. iur. & ideo si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia. l. furti. §. 1. de his qui no. infa. Alieno autem nomine condemnari est, per procuratorem, vel defensorē, tutorem, vel curatorē, l. furti. §. si quis alieno. ff. de his qui not. infa. Alieno nomine appellare est, quando procurator appellat, vel tutor, &c. l. 2. §. 1. ff. quand. appel. sit. & contrarium est, proprio nomine, vt in l. qui proprio nomine. ff. de procur. Alieno nomine obligatus, l. certi condictio. in fi. princip. ff. si cert. pet. Alieno nomine possidere dicitur, qui ab alio causam habet, l. 2. vbi gl. ff. pro suo: vel ad differentiam tituli pro suo alienam defensionem suscipere dicitur Rei procurator, in l. militem. C. de procur.

Aliena parochia.

¶ Aliena parochia, in cuius finibus non dego, nec habito, c. ad decimas. de rest. spol.

Alieno beneficio.

¶ Alieno beneficio, id est alterius gratia. l. more. ff. de iurisd. omnium iudic. ibi, iurisdictionem mandare potest, qui eā suo iure, nō alieno beneficio habet. id est qui pro suo imperio agit, non mādato alterius, nec partibus eius fungitur. l. & si prætor. ff. de offi. eius. vbi scripsi.

Aliena res.

¶ Aliena res: vt nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione. l. in eo. §. 1. ff. de regul. iur. l. qui rem alienam. ibidem, l. bonæ fidei. infra eod. l. commodare possumus etiam alienam rem, quam possidemus. ff. commodati.

Alienum est.

¶ In aliena potestate dicitur, & alieni iuris esse, qui non est sui iuris, nec in sua potestate, vt in rub. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris. §. 1. & per totum, in Insti. illo titulo.

¶ Interdum hoc alienum esse dicimus, id est à proposito abesse, l. hæc si res. ff. de rei vindica. vbi glo. exponit absonum, vel absurdum, quia illa quæ extra propositum adducuntur, absona sunt: vnde aliena loqui dicit Iurisconsult. in l. ob quæ vitia. ff. de ædilit. edict. ibi, forte si propter febrem loquatur aliena: Gallicè, *resverie*, quando verba non respondent proposito, l. 3. §. item si is. de liber. exhib. & non esse alienum scribit Iurisconsul. in l. officium. §. 1. ff. de re militar. milites fabrilibus operis exercendi. l. semper. §. negotiatores. ibi, cum non sit alienum hoc, &c. ff. de iure immunita. l. non alienum est. de interrogator. actio.

Alienigena.

¶ Alienigena, id est aliunde genitus, extraneus, l. 1. C. de emancipa. liber. ibi, vt etiā alieni genę liberos suos emancipare possint. Aliena nunc alienis relinquam, nostra prosequens.

Manere quid significet.

¶ *Manet*, id est remanet, simplex pro composito: sic capitur in l. mulieris. §. 1. ibi, quarum corpus manet. supra eod. & in l. si quis vi. §. fi. ibi, dominium nihilominus eius manet. ff. de acquir. posse. l. prætor. §. his verbis. ibi, si contigerit ne bona eius maneant. de bon. author. iudic. possid. l. procurator. 2. §. 1. ibi, quia naturale debitum manet. rem ratam haber. probat etiam l. & si sint. §. sed quod Papi. ff. de minor. vbi in princ. dicit liberum remanere, & in fi. liberum manere. Hinc dicimus, pœna post mortem manet. in l. 2. ff. de cadauerib. punito.

Manet pignus obligatum.

¶ Pignus manet obligatum, l. fi. ff. de minor. l. idem. in fi. ibi, ceterum in statu meo maneo. de vsufruc. accresc.

Manet matrimonium.

¶ Manet matrimonium, id est durat. Et manente matrimonio, id est constante & durante matrimonio. l. sed hoc ita accipiendum est, si à socero dos ex promissione petatur soluto matrimonio: verum si matrimonio manente dos ab eo, qui promiserit, petatur. ff. de re iudica. Item manet magistratus, l. amissione. in fi. de capit. diminutio. ibi, nunc respiciendum est quæ capitis diminutione pereant: & primò de ea capitis diminutione, quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat. nam manere magistratum, vel senatorem, vel iudicem certum est. pro eodem, Quia per illam capitis diminutionem ipse non perdit officium, sed manet in officio, & remanet, ac in officio perseuerat.

Manet condictio. Manent nummi tui. Manere in suo iure.

¶ Manebit condictio, l. certi condictio. §. 1. ff. si certum peta. l. quia. 2. ad Macedo. ibi, manet naturalis obligatio.

¶ Nummi tui manebunt, id est dominium nummorum apud te permanebit, nec in recipientē transferetur, l. 1. §. 1. ff. de stipula. seruor. l. falsus. §. 1. ibi, manent debitoris nūmi. de furt.

¶ Manere in suo iure, perseuerare, durare, remanere, l. si suspecta. §. 1. ff. de inoffic. testam. ibi, quamuis instituta inofficiosi accusatione res transactione decisa sit: tamen testamentum in suo iure manet, id est remanet validum.

Manet in sententia.

¶ Manet in sententia, id est stat. Inde mansio, statio, siue hospitium, à manendo, quod ibi mancamus, l. 2. de condi. in public. horr. lib. 10. C. inde castra mansiones vocat Imperat. in l. nemo. de anno. & tribu. lib. 10.

Mansio mala, carcer.

¶ Mala mansio, carcer est, & loco quęstionis. l. item apud. §. quęstionis verbo etiā ea, quā malam mansionem dicunt, continebitur. ff. de iniur. & in l. si hominem. in princip. depos.

Permanere quid.

¶ Permanere, vsq; ad finem perseuerare, c. si ex bono. versi. Ioannes loquitur. ibi, sed quia in eo non permanserūt, id est non vsq; in finē perseuerauerūt. de pœnit. distin. 4. & simpliciter perseuerare seu cōtinuare, l. adeo. §. 1. ibi, palam est tuam permanere. ff. de acq. rerū domi.

Permanet in agro.

¶ Permanere, habitare, l. scire oportet, quoniam qui in agro permanet, incola esse non existimatur. ff. ad municipal. l. proponebatur. de iudic.

Remanere variè sumitur.

¶ Remanere, pro superesse, l. fi. ibi, nullam remanere actionem. ff. quod vi aut clam. Remanere, id est iterum manere, l. postliminij ius. in fi. quia iurauerat Carthaginem se reuersurum, & non habuerat animum remanendi Romæ. ff. de capt. dixi in l. verbum reddendi. infra eodem. Vel remanere quasi retro manere, persistere, vt in l. aliud est capere. §. fi. infra eod. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. ibi, pater, qui dotem promisit, pactus est, vt post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia, portio dotis apud heredem suum remaneret, licet glo. exponat ibi, id est solueretur.

Tamen.

¶ *Tamen*. De ista dictione scribit Iurisconsul. in l. verbum reddendi. l. verbū triplici. l. vrbana familia. & l. fugitiuus. infra eod. & in l. qui neq;. supra eod. Ego quoq; alias scripsi, ne pluta.

§.Donationis verbum ſimpliciter loquendo omnem donationem comprehendiſſe videtur,ſiue mortis cauſa,ſiue non mortis cauſa fuerit.

¶ Donatio ſimpliciter prolata omnem comprehendit donationem, tam mortis cauſa, quam non mortis cauſa,§.1.de dona.in Inſti.ſicut genus ſuas ſpecies,vt tradunt dialectici, facit l.hæc verba,cui rei dolus malus aberit, generaliter comprehendunt omnem dolum. infra eod.Donatio enim dicta eſt à dono, quaſi doni datio, tracta à Græcis. nam ij dicunt Δῶρον καὶ Δωρεᾶσθαι.in l.ſenatus.§.1.ff.de dona.cauſ.mort.

Donatio à dono dicta.

¶ Ratio dubitandi ad hunc tex. eſſe poterat, quod veniat tantum donatio inter viuos, tanquam potentior:arg.l.quæritur.ff.de ſtatu homi.ſed hic non immerito cõtrarium decidit,ur.indefinita ſiquidẽ locutio æquipollet vniuerſali,l.ſi plurib.ff.de leg.2.& genus cõprehendit omnes ſpecies.§.adoptio.de adop.Inſt.l.2.ff.ſi cert.pet.donatio ergo tanquã genus cõprehendet omnes ſuas ſpecies,&ſic omnẽ donationẽ,l.item legato.§.itẽ intereſt.de leg.3.

Prohibita donatione mulieribus omnis cẽſetur donatio prohibita.

¶ Vnde prohibita donatione mulieribus,vel aliis,omnis donatio prohibita cenſebitur: per hunc tex.hoc etiam firmat Bal.in §. 1, col.4.de prohib. feud. aliena.per Federic.quia à quo remouetur genus,& quælibet eius ſpecies,l.ſi quid earum. §. inter emptum. & l. item legato.§.item intereſt,de lega.3.Tamen econtrario ſi permiſſa fuerit donatio,non cenſebitur permiſſum donare cauſa mortis.per l.filiusfamil.de dona.ff.Barba.conſi.23.clementiſſimum. col.1. vol.4.& plene in rub.de donatio.in conſti.Gregor.quamuis Iaſ.tenent contrarium in l.2.ff.de lega.1.tum quia hæc donatio non præiudicat mulieri, quod eam reuocare poſſit,tum quia adultus prohibitus cõtrahere,poſſit nihilominus donare.Sed reſpondeo,quamuis non ſit præiudicialis, tamen qui donare prohibetur, & mortis cauſa: prout decidit Iuriſ.in d.l.filiusfam. minus facit eius ſecunda ratio de prohibito contrahere,cum hic loquamur de prohibito donare.quamobrem inter hæc longa patet differentia.

Si permiſſa ſit donatio,cur mortis cauſa prohibita ſit,

¶ Verum vt clarius hæc reſoluantur, duo tantum caſus erunt conſtituendi: primus, quod ſi prohibita ſit donatio à iure, vel ab homine, omnis donatio prohibita cenſeatur, etiam cauſa mortis,per d.l.filiusfamil.ff.de dona.ibi, pari autem ratione qua donare filiusfamil.prohibetur,etiam mortis cauſa donare prohibetur:ſiquidem negatiua totum excludit,l.hoc genus.ff.de conditio.& demonſtra. Imo etiam donatio conditionalis comprehendetur præfata ratione, quod generis appellatio comprehendit ſingulas ſpecies. & hoc dicit Alcia,poſt conditionis tantum euentum,ſed ante non,quia propriè non dicitur donatio. Ego autem indiſtinctè exiſtimarẽ omnem donationem prohibitam etiã conditionalem,licet non dicatur propriè donatio,l.1.ff.de dona.quia videlicet vno prohibito,cenſetur omne prohibitum,per quod peruenitur ad illud,l.oratio.ff.de ſponſal.per hanc vero donationem conditionalem peruenieremus ad donationem cum effectu:ergo illa quoque prohibita cenſetur,& quamuis poſſit reſolui, tamen interim etiam cenſetur prohibita, cum videlicet omnis prohibeatur,& prohibitio in pendenti eſſe non debet,quouſque effectum habuerit:& quia iſte tex.dicit omnem donationem venire etiam cauſa mortis: tum quia tam donatio quàm illud,quod reſolui poteſt ſub conditione, totum, donatio dicitur,d.l.1.Vnde perperam ſenſit Bal.in c.quia,V.in fi.de iudic. dicens cũ poſſe cauſa mortis donare forenſi, quamuis alias ſtatutum ſimpliciter prohibeat donare extero, vel forenſi. & de hoc dubitat Iaſ.in l.penul.col,penul.nu.27.ff.de leg.1.ſed do.Tiraquel.in interpreta. l.ſi vnquam,in verb.donatione.nu.245.& ſeq.C.de reuocand.dona.dicit illam l.habere locum etiam in donatione cauſa mortis,per iſtum tex.cum ibi ſimpliciter loquatur de donatione:ergo & de donatione cauſa mortis. Quemadmodum cui prohibetur donare ſine conſenſu propinquorum,prohibetur etiam mortis cauſa donatio,per iſtum tex.& prædictum.ſic voluit Iaſ.nil aliud adducens in d.l.1.col.2.nu.12.ff.de leg.1. & hoc tenendum eſt.

Conditionalis donatio prohibetur donatione prohibita.

¶ Secũdus caſus eſt,ſi cõceſſum fuerit alicui donare,hic cauſa mortis donare nõ poterit, ſed inter viuos tantũ,niſi ſpecialiter ei permiſsũ fuerit,d.l,filiusf,vbi hoc expreſſe deciditur.

Intellectus ad l. filiusfa. cur cauſa mortis donare non permittatur, ſi liberum ſit ei donare.

¶ Videamus nunc diuerſitatis rationem inter hos duos caſus,quod videlicet prohibita donatione, cenſeatur prohibita omnis donatio,ſiue mortis cauſa, ſeu conditionalis: permiſſa verò donatione,mortis cauſa donatio non comprehendatur,niſi ſpecialiter ea quoque permiſſa fuerit. Huius nempe diuerſitatis vis conſiſtit in permittendo, & in prohibendo donationem:quandoquidem donare eſt perdere,nemóq; ſuum iactare præſumitur, vulg. l.cum de indebito.de probationibus & præſumptionibus.nimirũ ſi eam permittendo nequaquam extendamus vltra propriam eius ſignificationem: econtrario prohibendo facilius extendatur ſecundum iuris præſumptionem: tum quia prohibitio fortius operatur in ſuis terminis,quàm permiſsio:vt ſic prohibita ſimpliciter donatione, prohibita videatur etiam cauſa mortis donatio:tum quod donans ex illa donatione non ſit habiturus deinceps gratiam,ſcilicet poſt mortem ſuam.ita iure videmus ſtatutum omnem donationem prohibitam,d.l.filiusfa.ff.de dona.At quando pater,vel alius concedit filio,vel alteri, vt donet,intelligitur tantum de donatione inter viuos,& ſic quod genus meræ liberalitatis exerceat.d.l.1.de dona. Rationem quoque potes addere,quam exprimit tex.in d.l. filiusfa.

liusfa.quod lex concedens vnum genus donandi,vel alienandi,aliud concedere non videtur,l.ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.Roma.conſil.476.huic felici.

¶ Item pater concedendo filio,vel alteri, vt donare poſsit, non videtur cogitare de aduerſa fortuna filij,videlicet de morte,l.inter,§.ſacram. ff. de verbor.obliga. aut etiam ſi cogitaſſet,non eſt veriſimile voluiſſe bona filij profligari:verum potius cum morietur filius, præſumitur voluiſſe ad ſe patrem bona huiuſmodi redire,quam ad donatarium filij. l. 1. & ſeq.ff.de dona.cauſ. mort. Tum quia hæc donatio æquiparatur vltimis voluntatibus, l. fi. C.de donatio.cauſ.mortis,l.2.ff. de lega. 2. vbi Iaſ. vndecim ſimilia adducit, in quibus vltimæ voluntati æquiparatur.

¶ Adhæc maiori ratione mouetur pater ad concedendum donationem inter viuos, ex hac proſpiciẽs filium poſſe multorum comparare beneuolentiã,liberalitatem exercendo, qui gratiam filio referant, illíq; fautores & adiutores non deſint: vnde proſtant verſ.ſeq.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat,
Det,capiat,quærat plurima,pauca,nihil. glo.in c.cum Marte.de celebra.miſſar.

¶ Et quamuis fortior ſit donatio inter viuos,quam mortis cauſa,vtpote quia illa eſt irreuocabilis,l.1.ff.de dona.tamen quia pater ad eam ſe retulit iuris præſumptione,d.l.filiusfamil.ita dictante:ideo potius illa conceſſa cenſetur,quam donatio cauſa mortis,de qua non cogitauit concedens donare.Et ſic ad incogitata non poteſt extendi,l. mater. ff. de inofficioſ. teſtam. & d. l. filiusfamil. Et actus agentium non debent vltra partium intentionem operari, l. non omnis. ff. ſi certum peta. Adhæc quia hæc donationis conceſsio fit in gratiam filij, ideo debet intelligi, quatenus illi prodeſſe poteſt. Sed huiuſmodi cauſa mortis donatio nec patri, nec filio præmorienti prodeſſet: quamobrem fieri non poterit,niſi cum expreſſa & ſpeciali conceſsione,ſecundum d.l.filiusfamil.

¶ Adhæc quia donatio cauſa mortis ſolet amplior eſſe,quàm inter viuos:nempe quando pater permittit inter viuos filium donare,intelligitur,quod modicum donet,veluti res mobiles,non verò immobiles,l.hæc adiectio.vbi dicetur,infra eo. Soci.conſil.112.col.5. in 1.vol.& conſil.172.col.5.in 2.vol.

¶ Item quando filius inter viuos donat,facit ſibi debitorem,vt donatarius eidem teneatur ad antidora,l.ſi. C.de reuocand.dona.l.ſi pignore.ff.de furt.Sed donando cauſa mortis, pater velle non præſumitur, vt ex bonis ſuis conſtituat debitorem, qui poſt mortem eidem filio nil proderit. Quamobrem nec permiſſa cenſetur hæc donatio: quod etiam probatur in d.l.filiusfamil.ibi, quamuis enim ex patris voluntate mortis quoque cauſa donare poſsit,attamen cum ceſſat voluntas,inhibetur hæc quoque donatio.Et ſic ex voluntate concedentis iudicatur, an is cui permiſſum eſt donare, poſsit cauſa mortis donare: quod poterit,ſi ad hoc voluntas expreſſa concedentis adſit, quandoquidem tunc de illius morte cogitaſſe cenſetur,l.tamis.ff.de dona.cauſ. mort. Alioqui contra. & hic eſt verus ad d.l. filiusfamil.intellectus, hucuſque non ita diſcuſſus.An ad pias cauſas ſaltem donare poſsit, dicam in d.l.filiusfam.

¶ Item quando ſolutum eſt ſcienter indebitum,videtur donatum,l.1. ff. de condict. indeb.l.cuius per errorem.infra titul.proximo.Calca.conſil. 24. Et ideo prohibita donatione, vel conceſſa, hoc quoque conceſſum, vel prohibitum cenſeretur: alioqui legi fraus fieret,contra l.contra.& l.ſeq.ff.de legib.

¶ Verum ſi quis propter benemerita donauerit,non propriè dicitur donatio, niſi quatenus excedit benemeritum. nam iuxta ſeruitij meritum genus dicitur permutationis, l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de petit.hered.c.requiſiſti.ibi,iuxta ſeruitij meritum.de teſtam.

Donatio ob benemerita an donatio propriè ſit.

¶ Idem in qualibet acceptilatione,vt donatum id demum cenſeatur, quod ſupereſt vltra pretium receptum, l.quod adipiſcendæ.ff.de dona.inter vir.& vxor.ideoque ſolemnitates requiſitæ in donationibus, etiam in prædictis requiruntur. teſte Alciato, qui allegat Imol.in l.1.ff.de donatio.

¶ Et per hoc declaratur ordinatio Regia rub. *Que routes donations ſeront inſinuees*, artic. 1.& ſeq.vbi dicitur omnes donationes eſſe inſinuãdas & in curiis regiſtrandas,nec alias valere, aut robur habere, niſi à die acceptationis & inſinuationis, vt intelligatur quidem de omni donatione inter viuos, non cauſa mortis, quæ ſcilicet cum non valeat in vita, inſinuari quoque non poſſet,ſicut iure cautum eſt,in l.ſi. C. de dona. cauſ. mort. & firmatum eſt per Henric. Regem artic. 4. titul. de dona. inſinuand. & ibi abunde ſcripſi in 2. tomo commentar.in conſti.Reg.Gallic.

Declaratio cõſtitutionis Regiæ de inſinuatio.dona.

¶ Vt verò plenius intelligatis hanc materiam, videamus primum quid ſit mortis cauſa donatio: ſecundò quomodo dignoſcatur à donatione inter viuos: tertiò quæ ſit vtilitas ſcire,an ſit donatio inter viuos, aut donatio cauſa mortis: quartò quot modis hæc donatio cauſa mortis reuocetur:quintò an æquiparetur cõtractibus,an vltimæ voluntati.ſuper quibus vidi ſæpius dubitari. Poſtea dicemus de donatione propter nuptias, & quibuſdam aliis: quibus pertractatis, phraſes quaſdam ſubiungam.

Summa eorum quæ hic de donatione tractãtur.

Donatio causa mortis quid sit.

¶ Imprimis igitur donatio causa mortis secundum Hostien. in summa huius titul. est mortis imminentis metu, vel futuræ, alicuius rei prouide & liberaliter facta concessio.

¶ Primò dicit mortis imminentis metu, quia interdum quis donat valetudine affectus: vult tamen rei donatæ tunc demum transferri dominium, cum mors donantem inuaserit, l. 2. ff. de dona. cauſ. mort. interdum vult donans ſtatim donatione facta rei donatæ dominium transferri in donatarium, & tunc pura dicitur donatio: reſoluenda tamen ſi donans reconualeſcat, d. l. 2. & ſeq. ff. de dona. cauſ. mort. & Inſti. de dona. in princip. nec quæritur iuſte putet ſe moriturum, necne. l. penul. ff. eod.

¶ Aliquando donat quis nullo imminente mortis periculo, ſed ſanus mente & corpore donat, vt l. 2. ff. de dona. cauſ. mor. tamen donans cogitat ſe aliquando moriturum, & ne decedat abſque diſpoſitione ſuorum bonorum donat, ideóque in definitione dicitur mortis futuræ, quod ſapientibus contingit: veluti Salo. docet, ſic inquiens: memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis: tamen is, qui donat, ſe magis habere vult, quam cui donat, magiſque donatarium, quam heredem ſuum: & is mortis cauſa etiam donaſſe dicitur, l. 1. ff. eod.

¶ Poſtea in definitione dicitur timore mortis, ſcilicet naturalis, vel accidentalis, niſi cum quis hoſti donaret metu, vt mortem euitaret, tunc non valeret, l. metum. 1. ff. quod met. cauſ. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. teſtamentum. 4. nu. 6. & ſeq. de teſtam.

Donatio cauſa mortis quomodo dignoſcatur.

¶ Quoad ſecundum dubium, quomodo dignoſcatur donatio cauſa mortis. Reſpondeo, donationem cauſa mortis eſſe, quando in ea mortis habetur mentio, l. Seia. in fi. ff. de dona. cauſ. mort. & l. Seia. ff. de dote prælega. doct. in l. fi. C. de pact. & in l. 2. de iure dot. glo. in l. mortis cauſa capimus. §. Titia. ff. eod. & in l. apud Celſum. §. 1. ff. de doli except. Quod eſt verum, cum mors eſt cauſa impulſiua talis donationis: quod diſcernendum erit ex coniecturis: vt ſi infirmus donet, aut profecturus ad bellum, vel vltra mare: ſi verò mortis fiat mentio cauſa taxationis temporis, vel dilationis: vt dono talem rem retento mihi vſufructu vſque ad mortem meam, tunc proculdubio cenſetur donatio inter viuos, vt docet Bar. in d. §. fi. Idem ſi mentio mortis fuerit habita in executiuis, vt dono omnia bona mea, volo tamen poſt mortem meam ſolum ea peruenire ad donatarium, hic non erit donatio cauſa mortis, ſed inter viuos, vt docet Bal. in additio. ad Specula. in titul. de inſtrumen. editio. colum. vlt. quandoquidem appoſita clauſula in executiuis non ampliat, nec alterat diſpoſitionem. clem. 1. in fi. de præb. vbi addidi. & Panor. in c. cum noſtris. col. 2. de conceſſ. præb.

Infirmus donans, an cauſa mortis videatur donare.

¶ Item etiam ſi donans valetudine detentus donauerit, non tamen expreſſa cauſa mortis, dicetur donatio inter viuos, d. l. Seia. §. fi. ff. eod. & ibi addidi. Bened. in c. Raynutius. in verbo, in extremis, nu. 15. de teſtam. quod vtiq; procedit, quando potuit valere in vim donationis inter viuos, alias contra. l. apud. §. Iulianus. ff. de dol. except. vbi donatio facta ab infirmo vxori valet, vt donatio cauſa mortis, quia inter viuos non poteſt maritus donare vxori, l. 1. & per totum, ff. de dona. inter vir. & vxor.

Donatio quæ inter viuos valere nõ poteſt, cauſa mortis reputatur.

¶ Idem iudicandum eſt, ſi pater donet filio in poteſtate, hoc addito quod non poſsit reuocari: nempe cum non valeat inter viuos, tamen valebit cauſa mortis, l. vbi. ff. de dona. cauſ. mor. Soci. conſil. 130. viſa. col. penul. in 1. vol. vbi etiam refert, quod ſi quis donet omnia bona præſentia & futura, quæ habebit vſque ad mortem, quod valebit vt donatio cauſa mortis, quia non poteſt valere inter viuos. Bar. & alij in l. fi. C. de pact. Actuſque debet interpretari potius vt valeat, quàm pereat, l. quoties. ff. de reb. dub. Soci. conſi. 137. multum. col. 1. & ſeq. in 1. vol. quod eſt repetitum conſil. 232. vol. 2. de Ripa in tract. de peſte. fol. 32. verſic. 16.

Dono poſt mortẽ, donatio cauſa mortis eſt.

¶ Etiam dicitur cauſa mortis, ſi dicat donans in diſpoſitiuis, dono poſt mortem. Iaſ. conſil. 6. col. 4. in 3. vol. vbi ſi dicat, Promitto ſoluere & numerare, vel tradere poſt mortem, ſunt verba executiua: ſecus ſi dicat, poſt mortem dono, teſte Bar. in l. liber homo. §. decem. ff. de verbor. obliga. Soci. conſil. 232. multum. col. vlt. in 2. vol. nam quando tempus mortis adiicitur verbis diſpoſitiuis, illa verba tunc denotant ſubſtantiam donationis, & cenſetur eſſe cauſa finalis, quæ mouet donantem ad donandum poſt mortem: diuerſum eſt, quando in executione ponuntur. nam eo caſu demonſtrationis cauſa adiecta cenſetur, l. vna. C. vt actio. ab heredib. vbi doct. Et maximè ſi dicatur in inſtrumento; Quam donationem voluit vires habere poſt ſuam mortem tantum, vt docet Angel. conſil. 254. hæc quæſtio. & Iaſ. vbi ſupra refert in l. quæ dotis. nu. 47. ff. ſolu. matrimo.

Clauſula vt donatio habeat vires poſt mortem, facit donationem cauſa mortis, Mortis mentio in genere non facit cauſa mortis donationẽ.

¶ Adhæc indicatur cauſa mortis donatio, quando mortis mentio fit in ſpecie, ſecus ſi in genere: veluti ſi donatum fuerit quocunque modo ſoluatur matrimonium, ſub iſtis verbis caſus mortis comprehenditur in genere, tamen non intelligetur donatio cauſa mortis. tex. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matrimo. & ibi Alexand. col. 4. in 5. limita. ſiquidem verba generalia non magis tendunt ad donationem cauſa mortis, quam ad aliam, ſed in dubio intelliguntur de donatione inter viuos.

¶ Idem

Quinque teſtes in donatione faciunt eam præſumere don. cauſa mortis.

¶ Idem quoque dicerem ſi quinque teſtes in inſtrumento donationis interueniant, qui in donatione cauſa mortis adeſſe debent, l. fi. in fi. C. de codicil. & l. fi. de dona. cauſ. mort. Si autem coram duobus teſtibus tantùm, licet fieret mentio mortis, adhuc præſumeretur donatio inter viuos, quia ſolemnitas donationis cauſa mortis deficit. Petr. & Cy. in l. licet. C. de pact. Angel. conſil. 253. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo. col. 6. ff. de verbor. obliga. Soci. d. conſil. 137. & conſil. 232. Corne. conſil. 223. in hac. in 1. vol. niſi fieret coram duobus notariis ex conſuetudine huius patriæ ceteris ſolemnibus adhibitis. tunc enim habita mortis mentione & aliis huiuſmodi coniecturis cenſebitur donatio cauſa mortis, idque ſufficiet, cum omnes actus extraiudiciales apud nos perficiantur interuentu duorum notariorum, & teſtamenta quoque.

Donatio cum moriar, eſt cauſa mortis.

¶ Idem ſi dictum ſit, donaui cum moriar, Albe. in l. nam ſi cum moriar. per illum tex. ff. de condict. indeb. nempe cum donans magis vult habere rem, quàm donatarium, & magis vult donatarium habere, quàm heredem, tunc indicatur donatio cauſa mortis. l. 1. & l. Senatus. ff. eod. & §. 1. Inſtit. de dona. l. mortis cauſa. de manumiſsio. l. Seia. de dote prælega. Iaſ. in l. ſub conditione. de condict. indeb.

Reſeruatio poteſtatis alienãdi, vel reuocãdi rem donatam, facit don. cauſa mortis. Areſta.

¶ Præterea ſi donans reſeruet ſibi poteſtatem alienandi rem donatam, tunc videtur eſſe donatio cauſa mortis, nempe quia facta donatione inter viuos donans non poteſt alienare rem donatam, cum dominium tranſlatum ſit in donatarium ſtatim facta traditione. l. traditionibus. C. de pact. l. quoties. de re vend. Dec. conſil. 470. duo. col. 2. verſic. 4. & vl. Et ita iudicauit Senatus in magna camera pro vna domicel. quæ donauerat omnia bona monaſterio monialium, reſeruata ſibi facultate reuocandi. anno 1539. die verò 15. Iulij. & in ſecunda camera inquiſitio. 1549. die 7. Septembris, relatore do. Thibouſt Conſiliario.

Relinquo denotat don. cauſa mortis.

¶ Eodem tenore fluit, relinquo tibi domum meam. nam hoc verbum relinquo videtur magis demonſtrare donationem cauſa mortis, quandoquidem ad morientes pertinet relinquere, quæ ſecum deferre non poſſunt, l. 1. §. fi. ff. de tabul. exhib. glo. in verb. impleuerit. §. fi. Inſti. quib. manumit. licet. Dynus in l. 1. C. de reuocand. dona. quam refert de Ripa in tract. de peſte in 1. parte 2. partis, verſic. decimoſexto. Igitur ex præcedentibus intelligetur eſſe donatio cauſa mortis.

Donatio facta locis piis, an cẽſeatur cauſa mortis.

¶ Idem dicendum erit ſi quis donet piis locis, vel pro anima, vt tunc videatur de morte cogitare, mortiſque cauſa cenſeatur eſſe donatio. per glo. in d. l. quæ dotis. & ibi Nicol. Marius in addit. ad Alexand. qui allegat Roma. conſil. 139. vbi nil dicitur, ſed melius probat conſil. 199. præſens, in fi. cui ſubſcribere, cum eſſet habita mentio mortis, vel aliæ adeſſent coniecturæ. alioqui potius videretur fauore animæ donare inter viuos, quã mortis cauſa.

Donatio inter viuos quomodo dignoſcatur.

¶ Econtrario, donatio inter viuos ex his dignoſcitur, ſi videlicet donans diceret ſe inter viuos donare, quia tunc proculdubio donatio inter viuos diceretur, etiam ſi mortis eſſet habita mentio, nam in certis non eſt locus coniecturis, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obliga. Cyn, ita tenet in l. 2. C. de iure dot. & Bar. in l. fi. col. penul. nu. 11. de pact. & in d. l. quæ dotis. col. 1. ff. ſolut. matrimo. Angel. conſi. 291. viſis inſtrumentis. col. penul. Alexand. conſi. 14. circa primum. col. 1. in 1. vol. & conſil. 78. viſis. in 4. vol. Iaſ. conſil. 5. circa col. 8. in 3. vol. & conſil. 169. duo teſtamenta. col. penul. in 4. vol. de Ripa in lib. 3. reſpon. c. 9. in 2. q. Bertrand. conſil. 121. donatio. in 1. vol. de nouiter impreſsis. nam etiam morti proximus non eſt inconueniens quod inter viuos, cum viuus ſit, donet: donationéque pura & irreuocabili donare poteſt inter viuos infirmus & valetudinarius, & valebit, licet in eodem inſtrumento dicatur, valitura tamen poſt mortem: tum quia præſumitur ex ſtylo notariorum illa verba, valitura, &c. appoſita: tum etiam quia non eſt inconueniens (vt diximus) infirmum donare inter viuos, & quod effectus collatus ſit in tempus mortis: vt conſuluit Bertrand. conſil. 85. viſo inſtrumento. col. 1. in 1. vol. ex noua editio. per l. vnam. C. vt ab heredib. & contra hered. & l. fi. de contrah. & commit. ſtipula. l. hereditarium. de bon. authorita. iudic. poſsidend. Niſi diceret, Dono poſt mortem, & non ante, ex nunc prout extunc, quia tunc licet diceretur in inſtrumento, quod donauerit inter viuos donatione pura & irreuocabili, nihilominus dicetur hæc donatio cauſa mortis, vt expreſſe conſuluit Iaſ. conſil. 6. exhibentur. in 3. vol. Siquidem illa verba, poſt mortem donat, directè repugnant donationi inter viuos: ergo nulla & pro non appoſitis habentur, l. cum precario. ff. de precar. & citius præſumuntur appoſita per notarium, quàm ex voluntate teſtatoris. Bar. in l. vbi. ff. de dona. cauſ. mor.

Clauſula, valitura poſt mortem.

¶ Dicitur etiam donatio inter viuos, quando cautum eſt inſtrumento, quod nullo modo reuocetur, l. vbi. & l. ſi alienam. §. fi. ibi, nullo caſu. ff. eod. Limitatur in quatuor caſibus traditis per Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. teſtamentum. 4. nu. 24. cum ſeq. de teſtam. vel quando iurat non reuocare. Bertrand. conſil. 28. quamuis, vol. 1. ſecundum nouam impreſsionem.

Dono inter viuos, poſt mortẽ tamen, an ſit cauſa mortis donatio.

¶ Nec etiam differt, ſi dicat ſe donare donatione irreuocabili, & perpetuo valitura, vt per inde cenſeatur donatio inter viuos, atque ſuperiorquemadmodum docet idem Iaſ. conſil. 6. colum. 2. in 3. vol. poſt Oldrad. conſil. 5. Titius dedit duobus. & Bertrand. conſil. 120.

Donatio ea lege vt non reuocetur, eſt inter viuos.

quamuis.col.1.in 3.vol.secund. nouam editionem, quod intelligatis si verborum significatio patitur, nam si causa mortis donem, vt nullo casu reuocetur, tunc intelligendum est, quod causa mortis præcipuè mouetur ad sic donandum inter viuos, ita quod non potest reuocari talis donatio: vt d. l.vbi.Secus si donem tantum post mortem: tunc,non ante videor donare. Ias. in d. consi.6. Vel nisi dicat donare inter viuos, vult tamen quod rem habeat,aut valeat tantum post mortem,vt tunc dicatur donatio inter viuos:quia clausula mortis in executione est.Socin.consil.53.in præsenti.col.1.vol.1.Corne.consil.158.videtur in hac. col.vlt.in 4.vol.Bertrand.d.consil.120.in 3.vol.

Promittens perpetuò obseruare facit donationem inter viuos.

¶ Præterea cum donans promittit omnia, & singula in instrumento contenta, rata & firma habere,ac perpetuo,& inuiolabiliter obseruare,donatio inter viuos præsumitur,per l.cum maritus.§.fi.ff.de pact.dotal.secundum intellectum doct. vt Bar.& Ias.probãt in d.l. quæ dotis. & Ias. in d. consil. 6. nisi alias appareat esse contra naturam contractus, vtpote quia expresit se donare post mortem. nam hoc casu postquam donatio causa mortis est vltima voluntas, glo. in l.2. ff. de dote prælega.poterit reuocari, non obstante illa clausula. Bar.in l.si quis.in princ.ff.de lega.3.quia prędicta verba debent intelligi secundum naturam actus,super quo interueniunt.l.quęro.§.inter.ff.loca.glo.in l. si alienam. §. Marcellus.ff.eo. Dec.consil.521.consultus.col. penul. Ias.consil.60.spectabiles.col.5. in 3.vol.Bened.vbi supra nu.27.& seq.Si tamen hoc promittat cum iuramento non reuocare,videtur esse donatio inter viuos, quod eam amodo reuocare sine periurio non possit. Ias. in d. l. quę dotis. nu.34.ff.solut.matrimo.licet contrarium videatur idem Ias.asserere consil.169.col.penul.in 4.vol.& Corne.consil.126. licet in hac.col.2.vol.1.Dec.consil.305.iuridicam.col.2.vbi dicit quod si incontinenti fuerit appósita hęc clausula, & in verbis substantialibus, vt, Dono causa mortis, ita quod non reuocetur, donatio dicetur inter viuos. Secus si ex interuallo ponatur, Promisit omnia rata habere & obseruare: quia tunc erit donatio causa mortis. nam illa verba censentur adiecta à notario.idem consi. 470.duo dubia.& Bertrand.consil. 121.donatio.vol.1.secundum nouam editionem.& consil.38.quamuis.ibidem.& consil.168. donatio.& consil.175.non dubito.ibidem.

Insinuatio donationis facit donationem inter viuos.

¶ Adhęc quando insinuatur donatio, præsumitur inter viuos, quæ de iure insinuari debet,si quingentos solidos excedat,§.aliæ. Instit.de donatio.l.sancimus.C.illo titul.Sed indistincte hodie hæ donationes omnes insinuantur in Francia lege Regia dictante: at donatio causa mortis,non.l.fi.C.de dona.caus.mortis.nisi fiat ad cautelam,& hoc dicatur.Ias. in d.consil.6.col.8.in 3.vol.nam abundans cautela non nocet,l.testamentum non ideo.C. de testam.

¶ Limitatur quando præsumendo donationem inter viuos, irritaretur donatio, saltem in magna parte, quæ plus forte ascenderet, quàm insinuatio. Bened. vbi supra nu. 29. quia tunc præsumendum est,vt valeat potius,quàm vt pereat,l.quoties.ff. de rebus dub.

Reseruans vsufructum in donatione inter viuos donat.

¶ Item iudicatur inter viuos donatio,cum donans reseruat sibi vsumfructum, videlicet quia alias foret absurdum rei suæ vsumfructum sibi reseruari: videtur ergo donatio inter viuos.l.si quis argentum.§.sed si quidem.C.de dona.Et hoc casu dicitur esse donatio proprietatis inter viuos, donatio verò vsusfructus causa mortis.Bal.consil.107. anno domini. in 2.vol.Alexand.consil.78.visis.col.1.vol.4.Soci. consil.53.col.2.vol.1.Corne.consil.223.in hac.col.3.in 1.vol.Vel dicere possumus,quod per mortem donantis vsusfructus consolidatur cum proprietate.§.finitur.Instit. de vsufruct.

Constitutio precarij donationẽ inter viuos demonstrat.

¶ Præterea constituens se donatarij nomine possidere, censetur inter viuos donare.l. quod meo.ff.de acquir.possess.Alexand. d. consil. 14.col.vlt. vol.1. scripsi in præfa.tract.de mater.possessor.in 3.tomo commentar.in consti.Reg. Gallic.

Promissio ante donationẽ quid operetur.

¶ Item si promissionis causa præcedat donationem,licet in ea mortis fiat mentio,nihilo minus intelligetur donatio inter viuos.idem si quis domum donauerit Ioanni,vt alimenta præstet Titio vsque ad mortem.Bar.& Paul.in l.nam si cum moriar.ff.de condict. indeb. Alexand.d.consil.78.col.1.vol.4.Bertrand.consil. 52.non puto.vol.1.ex nouiter impressis. doct.in l.Aristo.per illum tex.ff. de donat.

Donare simpliciter & pura donatione.

¶ Idem cum dicitur,donatione simplici dono,l.filiusfamil.§.sed enim.ff.de dona.l.Seia. in fi.de dona.caus.mort.Roma.consil.229.pro decis.col.1. Pura dicitur,quæ non est conditionalis, vt inferius dicetur.

Donare Titio & heredibus, donatio inter viuos præsumitur.

¶ Donatio etiam inter viuos præsumitur,quando heredum facta est mentio, vt quia donat Titio & suis heredibus. no. in l. non omnis. ff. si certum peta. & Bal. in l. 2. C. de iure dot.Alexand.consi.7.viso. col.pen. vol.6.nam donatio causa mortis, si donatarius prædecedat,non transmittitur ad heredes donatarij,sicut nec legatum conditionale,l.vna.§.1.C. de caduc.tollend.Ias.in d.l.quæ dotis.nu.48.Alexand.consi.14.circa.vol.1. ideo hæc iudicatur inter viuos donatio. quia heredes donatarij non haberent, si prædecederet donatarius donantem.

Ex multis præ-

¶ Notandum est præter hæc iudicari donationem inter viuos, & ex quampluribus aliis

aliis præsumptionibus,ex instrumento donationis eliciendis, vel econtra, si contrarię pateant coniecturę: vt scribit Dec. d. consil. 470. col. 2. & plures præsumptiones vincunt vnam, & fortiores debiliores. l. cum de indebito. ff. de proba. cap. illud. de præsumptio. quemadmodum aperta probatio tollit præsumptionem.l.fin.ff.quod met.caus.

sumptionibus iudicatur,quæ sit donatio.

¶ Postremò etiam in dubio quando quis donat,videtur donare inter viuos,d.l.filiusfa. §.sed enim.ff.de dona.glo.in l.Seia.de dona. caus.mort.& in l.apud Celsum.§.Iulianus.de dol.excep. l.fin.C. de dona.caus. mort. Ias.& alij in d. l.quæ dotis. Bauer.in §.1.col. penul. quib. non est permiss. facer. testam. in Insti. Etiam si infirmus donaret, modo tamen non mortis habita sit mentio.d.l.Seia.§.fi. Ex quibus facillimum erit discernere donationem inter viuos,à mortis causa donatione: quæ vix alibi reperies sic congesta.

Donatio in dubio,iudicatur inter viuos.

¶ Sequitur dubium tertium, videlicet quæ sit in his vtilitas, scire an sit donatio causa mortis,aut inter viuos.Respondeo, quia donatio inter viuos non reuocatur sine causa. §. aliæ.Insti.de donatio. l.perfecta. C. illo titul. Diuersum est in donatione causa mortis. §. 1. Insti.de dona.l.1.ff.de donatio.caus.mort.Imo si dicatur,quòd non reuocetur,transit in donationem inter viuos.l.vbi.ff.eod. & supra dictum extitit.

Vtilitas prouenięs ex cognitione donationis inter viuos & mortis causa.

¶ Secundò ex donatione causa mortis detrahitur Falcidia,non Trebellianica, quia iure actionis petitur:sed ex donatione inter viuos nil detrahitur,l.in donationibus. & l. si mortis.C.ad legem Falcid.& l.1.§.si mortis.quor. lega. l.penul.§.fancimus.C.de donatio. caus. mor.Berber.in viator.iuris col.penul.in titul.de dona.Alexand.consi.7.viso instrumento. col.penul.vol.6.

Falcidia ex mortis causa donatione detrahi potest.

¶ Tertiò donatio inter viuos absenti fieri potest,l.absenti.ff.de donatio. Tamen si antequam donatarius ratificet,donans alteri donauerit,secunda donatio prævalet, licet postea primus donatarius ratificet, quia non trahitur retro in præiudicium secundi donatarij. Dec.consil.226.in fi.& consil.432. cũ sit.in fi. Et idem si donatarius non acceptauerit, quia donatio etiam loco pio facta non acceptata non valet, l.illud. C.de sacrosanct.eccles.Speciale est in dote,l.vna.§.accedit. C.de rei vxor.actio.l.fi.in princip.de iure dot.Dec. consil. 35. Quia stipulatio notarij nõ facit,vt acquiratur ius,non secuta ratificatione:sed hoc operatur,vt sine cessione vtilis actio acquiratur.Dec.consil.226.magister.col.vlt.per l.si ego.§. si res.ff.de iure dot.l.possessio.in fi.de acquir.posse.Quibus adde requiri insinuationem in hoc Regno,sicut dictum fuit. Donatio vero causa mortis requirit præsentiam vtriusque, l.in mortis.ff.de dona. caus. mor. valebit tamen in absentia donatarij iure fideicommissi.l. 1. C. de dona.caus. mor.l.cum pater. §. donationis. & l. miles. in princ. ff. de lega. 2.Bar.& Roma.in l.1.ff.eod.vel si notarius acceptet pro absente. Guido Papa decis.222. in donatione.in decis.Delphi.Aufrer.in decis. 383.

Donatio inter viuos transmittitur.

¶ Quartò donatio inter viuos transmittitur,etiam si donatarius moriatur ante donantem. secus in donatione causa mortis:quia naturam habet legati conditionalis, quod non transmittitur ad heredes,l.vna. §.finautem. C.de caduc. tollend. Sed tunc reuocatur donatio,§.1.Insti.de dona.l.si vir vxori.§.vxor.ff. de dona. inter vir.& vxor. Bal. in l.2. C.de iure dot.Alex.d.consil.14.circa.col.2.vol.1.ideoque si fiat mentio heredum, vt pro te & heredibus,iudicari debet donatio inter viuos.Bal.in l.2. C.de iure dot. Soci.d.consi.53.col.3.Intelligite nisi præter consensum donantis ex consuetudine tabellionum fuerit appósita mentio heredis,Corne.consil.123.in hac,col.2.vol. 1. vt superius dictum fuit.

Donatio inter viuos coram duobus fit testibus.

¶ Quintò donatio inter viuos potest fieri coram duobus testibus, l. vbi numerus. ff. de testib.c,in omni negotio,de testi.At donatio causa mortis exigit quinque testes, l. fi. C. de dona.caus.mor.valebit tamen de iure canonico coram porochiali sacerdote & duobus testibus,instar testamenti.c.cum esses. de testamen.vbi in qualibet vltima voluntate isti sufficiunt.Sic expressim tradit Soci. consi. 130,visa.col.3.vol. 1. Et in hac patria fit ex consuetudine coram duobus notariis Regiis, vt supra dixi: & valet perinde ac si facta esset coram quinque testibus, vi scilicet consuetudinis.

Fructus restituit donatarius causa mortis.

¶ Sextò cum donatio causa mortis reuocatur, donatarius tenetur restituere fructus, quos ex re donata percepit,glo.in l.si mortis causa.ff.eod. Secus in donatario inter viuos, quando ex ingratitudine reuocatur. Berber. in viator. iuris, in 2. parte,in isto titul. versic. qualiter autem doct.in l. fi. C. de reuocand. dona.quia ex donatione causa mortis donatarius non erit dominus,ob id non lucratur fructus:quod secus est in donatione inter viuos post traditionem.

Insinuatio donationis quãdo fit facienda.

¶ Septimò insinuatio fieri debet in donatione inter viuos,l.sancimus.cum multis legib. illius titul.C.de dona.secus in donatione causa mortis, l. fi. C.de dona. caus. mor. Corne. consil.107.videtur.col.2.in 4. vol.& superius dictum fuit.

Minor donare causa mortis potest.

¶ Octauò minor 25. annis, maior tamen 14. potest sine authoritate sui curatoris causa mortis donare.Bal.& Alex.in l.si curatorem. C.de in integr. rest. idemque docet Bal.in l.1. ff.de tutel.cum testari libere possit,l.Aurelio.§.Gaius.ff.de liber,lega.l.qua ætate.ff. de testa. Bal.& alij in l.frater.C.qui testa.facer. possunt, secus in donatione inter viuos, d. l.si curatorem.

totem. & l. 1. C. si minor fact. l. filius famil. ff. de donation. Rationem diuersitatis supertus exposui.

Donatio inter viuos contractus est stricti iuris.

¶ Nonò, contractus donationis inter viuos est stricti iuris, l. eum qui. ff. de dona. sed donatio causa mortis est bonæfidei, vel saltem eius naturam imitatur, l. Seia. ff. de dona. caus. mor. Guiliel. le Rouille in consue. Cenoma. artic. 401. in glo. 1. Et in dubio iudicatur potius inter viuos, quam causa mortis, glo. Insti. de dona. in princ. quam sequitur Bal. consil. 107. anno domini. col. vlt. in 2. vol. & supra dictum extitit. sed quomodo dicatur contractus, scripsi in l. Labeo. 2. supra eod.

Donatio causa mortis non est inter virum & vxorem prohibita.

¶ Decimò, donationes causa mortis inter virum & vxorem sunt à iure receptæ, quia in id tempus excurrit donationis euentus, quo vir & vxor esse desinunt. tex. ad hoc expressus in l. si eum seruum. §. fi. cum l. seq. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sed donatio inter viuos est inter virum & vxorem prohibita. l. 1. & per totum, ibidem. Et de consuetudine Bituricens. etiam causa mortis, vt videre licebit in consuetud. Bitur. §. 1. de consue. matrimo. Quæ sufficiant ad discernendum vtilitatem præfatæ quæstionis: an videlicet sit donatio inter viuos, an causa mortis.

Quibus modis donatio causa mortis reuocetur.

¶ Quartò, quot modis reuocetur donatio causa mortis? Respondeo, primò reuocatur per pœnitentiam, §. 1. de dona. in Insti. Intelligite & limitate, vt per Alexand. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbor. obliga. & Iaf. in l. non omnis. ff. si certum peta. Pœnitentiam accipere debemus supremam: proinde si vxori maritus donauerit, deinde eum pœnituit, mox desiit pœnitere, dicendum est donationem valere, vt supremum eius spectetur iudicium, Vlpia. l. cum hic status. §. pœnitentiam. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sed vbi semel donatorem pœnituit, etiam heredi reuocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem: quod si in obscuro sit, procliuior esse debet iudex ad comprobandum donationem. §. sed vbi. ibidem. facit l. si pœnituit. ff. de repud.

Per alienationem rei donatæ reuocatur donatio.

¶ Secundò, vbi ita donans res donatas alienauit, d. l. illud. §. fi. ff. de dona. caus. mort. Dyn. Bal. & Alexand. in l. Stichum. ff. de lega. 1. Iaf. consil. 60. ista conuentio. col. 6. vol. 3. quia alienando vel pignorando vtique pœnituisse videtur, & reuocasse dictam donationem, l. cum hic status. §. si maritus. ff. de dona. inter vir. & vxor.

Donatio inter viuos ex pacto reuocatur.

¶ Tertiò, cum donatarius prædecesit, d. §. 1. & l. si filio famil. 2. eod. titul. Si tamen in donatione fuerit dictum, quod nullo modo reuocetur, nisi prædecedat donatarius, tunc esset donatio inter viuos, quæ non reuocatur ex natura donationis, sed ex pacto, & sic non dicitur causa mortis, l. vbi. ff. de dona. caus. mort. l. vna. C. vt actio. ab heredib. & contra hered. sic consuluit Aegid. de Bella Mera consil. 39. factum est tale. col. 2. Et si ambo simul decedant, vel perempti sint ruina, naufragio, aut alio casu, tunc præsumitur donantem prædecessisse, vt donatio valeat, d. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. qui duos. §. 1. de reb. dub.

Reuocatur mortis causa donatio reconualescentia.

¶ Quartò, si reconualuit ex illa infirmitate, etiam si postea ex altera decesserit, non facta reuocatione. gl. & ibi Bar. in l. 3. ff. de dona. caus. mort. Bened. vbi supra, col. penul. quod est verum si tempore donationis erat infirmus: secus si cum sanus esset, donasset causa mortis, & postea mala valetudine affectus reconualuerit ex illa infirmitate. tunc non reuocaretur donatio. Iauolen. in l. si is seruus. in verb. aut suspicione mortis, per quam donauerat, liberatur. ff. de dona. inter vir. & vxor. Paul. de Castro in l. non omnis. ff. si certum peta. Idem foret dicendum, si pactum esset, quod ex reconualescentia non reuocaretur. l. si alienam. §. Marcellus. & l. Senatus. in fi. ff. de dona. caus. mor. Alia poteris videre per me scripta in reg. cancel. de infirm. benefic. resignan. in praxi benefic. in 3. parte.

Inimicitia capitali superueniente reuocatur donatio.

¶ Quintò, quando capitales interuenirent inimicitiæ post donationem, quasi sit tacita pœnitentia, vt tunc quoque reuocetur donatio causa mortis, instar aliarum vltimarum voluntatum. l. 3. §. fi. cum l. seq. ff. de adimend. leg. Iaf. in d. l. non omnis. nu. 4. abunde Vincent. Hercula. in l. 2. col. 11. ff. de leg. 1.

Donatio reuocatur liberorũ superuenientia.

¶ Sextò, reuocatur per superuenientiam liberorum, sicut donatio inter viuos, & multo fortius. per l. si vnquam. C. de reuocand. dona. sic consuluit Corne. consil. 244. videtur in hac. col. 3. in 4. vol. quia est eadem ratio in vtraque donatione. & d. l. si vnquam. loquitur generaliter. Donationisque verbum simpliciter loquendo omnem comprehendit donationem, vt hic. Nec refragatur, quod testator potuit reuocare in vita: quod fateor: sed si non reuocauerit, & sic decesit, illa donatio iam à iure reuocata, morte non confirmatur. Adhęc facit argumentum à maiori ad minus. quia si donatio inter viuos perfecta reuocetur per illam legem, multo facilius hæc causa mortis donatio impedietur perfici, & confirmari. facilius enim impeditur faciendum quam factum tollatur, no. in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris.

Morte non cõfirmatur mortis causa donatio.

Et si confirmaretur morte, etiam statim reuocaretur. per d. l. si vnquam. fauore filiorum. nam viuente donante non reuocabatur, quia non valebat cum effectu ante mortem. Nec obest quod testator non reuocando, videtur nolle donationem reuocare: quod etsi concederemus, non tamen ex hoc censebitur velle, vt morte confirmetur.

metur: vel etiam si nollet reuocari vt donationem causa mortis, præsumendum tamen adhuc voluisse reuocari in fauorem filiorum, per remedium d. l. si vnquam. Siquidem præsumitur donantem plus diligere filios, quam donatarium, l. cum auus. ff. de conditio. & demonstra. l. cum acutissimi. C. de fideicom. licet hoc cogitandum reliquerit D. And. Tira quel. in repet. d. l. si vnquam. nu. 197. in verb. donatione largitus, post multa præclara quæ ibidem adducit. Et quamuis oporteat defunctum euidenter reuocasse suam voluntatem, l. cum hic status. §. sed vbi. ff. de dona. caus. mor. sufficiet tamen reuocatio tacita, §. si maritus. ibidem. & doct. in d. l. non omnis. verum tutius esset expresse reuocari, ad vitandum prolixos litium anfractus: tamen si non sit reuocata, morte non confirmabitur. Et sic sustineri potest conclusio, morte non confirmari causa mortis donationem.

Donatio causa mortis an contractibus æquiparetur.

¶ Superest quintum, an donatio causa mortis æquiparetur contractibus, an verò vltimis voluntatibus. hoc tractant omnes doct. & gl. in l. 2. ff. de lega. 1. vbi est communis conclusio, quod donatio causa mortis magis accedit contractui quoad productionem, & concipiendi modum: sed postquam est facta, fortitur effectus vltimæ voluntatis. l. fin. C. de codicil. l. fina. de dona. caus. mor. Bal. consil. 248. alij secus. in 5. vol. Panor. consil. 40. factum. in 2. vol. Angel. & alij in §. 1. de dona. in Insti. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verb. testamentum. 4. nu. 34. de testam. Ego vero dicerem perfectam etiam donationem causa mortis quoad quædam æquiparari & accedere ad contractus, & quoad aliqua ad vltimas voluntates, vt probatur per glo. & doct. in §. 1. de dona. & in l. 1. ff. de dote prælega. Iaf. in d. l. 2. ff. de lega. 1. adducit vndecim casus, in quibus vltimis æquiparatur voluntatibus. ibi videre licebit. In casibus ergo à iure expressis, & vbi est maior similitudo & conformitas in altero, huic æquiparatur, & moderatur illius regulis, arg. text. in lege, quæritur. ff. de statu homin.

Quæsit donatio propter nuptias.

¶ Alia est donatio, quæ vocatur propter nuptias, quæ fit ob dotis compensationem, vt mulieri sit consultum, quandocunque dissoluetur matrimonium. §. est & aliud. Insti. de dona. nempe vxor dat marito dotem, & eam soluto matrimonio repetit. ff. solut. matrimo. per totum, & C. eod. titul. maritus autem in vicem dotis, æquiualentem quoque donationem assignat vxori suæ. per tot. titul. C. de donatio. ante nupt. Et conducit vxori hanc donationem habere, quia marito vergente ad inopiam poterit vxor & dotem & donationem propter nuptias exigere, vt deseruiant oneribus matrimonij. tex. singul. in l. vbi. de iure dot. no. in c. ex literis. de pignor. & inc. per vestras. de dona. inter virum & vxor. vbi plene Ioan. Lupus.

Marito ad inopiam vergente vxor & dotẽ & donationem propter nuptias repetit.

¶ Adhæc pactum factum de lucranda dote, extenditur ad donationem propter nuptias alternis respectibus: videlicet quemadmodum vir lucratur dotem, ita vxor donationem propter nuptias viro præmortuo, nisi aliter cautum sit, c. fi. de dona. inter vir. & vxor. authen. æqualitas. C. de pact. conuent. & hoc est in consue. Tholo. cautum in 3. parte titul. de dotibus. Quod est verum quando à principio fuit constituta, alias secus, glo. in authen. dos data. in verb. exactio: C. de dona. ante nupt. Angel. in §. illud. in authen. de æqualitate dot. colla. 7. vel nisi fuerit consuetudo in contrarium.

Pactum de lucrãda dote extenditur ad donationem propter nuptias.

¶ Sicut vir lucratur dotem propter adulterium vxoris, l. eum mulier. ff. solut. matrimo. c. plerunque. de donat. inter vir. & vxor. ita ob adulterium viri vxor lucratur donationem propter nuptias, c. r. vt lite non contesta. & ibi glo. & Panor. tex. cum glo. in c. Christiana. 32. q. 5. si non habebant filios: quia si habeant, cessat dubium, nempe ipsis filiis applicari. Bal. in l. hac edictali. col. 2. versic. sed pone Berta. C. de secund. nup. Francis. Cremen. singul. 85. statuto. Hoc tamen non seruatur in Regno quoad adulterium mariti, licet æquum sit, & iustum. Sed forte adulteri adulteros iudicare verentur, ne dicatur illis:

Virpropter adulterium perdit donationem propter nuptias.

Clodius accusat mœchos, Catilina Cethegum: vt dicit Iuuenal.

Inuentarium an donans facere teneatur.

¶ Dubitari præterea vidi, an donans teneatur inuentarium facere. hæc erat facti species: Quidam fauore matrimonij omnia bona filiæ suæ retento sibi vsufructu donauerat, & demum filia mortua relicto infante, illius tutor petebat donantem inuentarium de bonis donatis facere. Fuit pronuntiatũ in hoc Senatu non teneri, tum quòd inhumanũ sit pauperta tem alicuius detegi, l. 2. C. quand. & quib. quart. pars debea. lib. 10. tum etiam quia videtur iniquum, eum ex sua liberalitate incommodo affici, l. diuus. ff. de regul. iur. anno 1537. die vltima Februarij, in magna decuria.

Arestum.

¶ De hac donatione propter nuptias vltra conscripta in titul. de dona. ante nup. multa congerit Ioan. Lupus in repet. c. per vestras. de donationib. inter virum & vxor. quibus nunc contentus ero.

Sponsalitia largitas quæ.

¶ Sponsalitia largitas est, quæ fit ante nuptias à sponso sponsæ, vel econtrario, eo animo vt secutis nuptiis datum non repetatur, & dicitur simplex: donatio vero propter nuptias, ob causam, teste Petr. de Bell. Pertic. in rub. C. de dona. ante nup. per tex. in authen. vt sponsal. largit. colla. 9. Et impropriè dicitur donatio propter nuptias, cum ab ea differat, quia hęc sponsalitia largitas irreuocabiliter fit. authen. eo decursum. C. de dona. ante nupt.

¶ Si ergo

¶ Si ergo maritus donet ſponſæ annulos, veſtes, aut alia durantibus ſponſalibus, debent eſſe vxoris, etiam ſoluto matrimonio. Alberic. in l. cum te. vſque ad l. cum veterum. & ſeq. C. de dona. ante nup. hoc non habet locum Tholoſæ propter conſuetudinem in contrarium vigentem. Quod etiam intelligendũ eſt, quando ſponſus voluit donare: ſecus ſi non conſtaret de intentione ſponſi: nam tunc citius præſumeretur dare res ad vſum mulieris tantum: & ſic vſu finito per mortẽ vxoris, remanere debere apud virum, vel eius heredes, l. mortis ſuæ cauſa. §. res. ff. de dona. inter vir. & vxor. Et in dubio debet attendi conſuetudo loci: quæ ſi non appareat, præſumitur conceſsiſſe tantum ad vſum, vt compta & parata veniret die nuptiarum. Bar. per illum tex. in lege, ſi vt certo. §. interdum. ff. commoda. Bal. in d. l. cum te. C. de dona. ante nup. Ioan. Lupus in repet. cap. per veſtras. §. vltimo. fol. 4. de dona. inter vir. & vxor.

Vxor an lucretur donata ab ſponſo.

¶ Limitatur quando maritus eſſet vir potens, diues, ac nobilis, quia tunc præſumitur donare. Bal. in c. iuranti. circa fi. de iureiur. & in tract. de duob. fratrib. in fi. facit glo. in c. 1. de dona. & in c. cum Marthæ. de celebra. miſſar. & l. penul. C. de donatio. inter vir. & vxor. Campeſ. in tract. de dote, in 1. parte.

¶ Hodie de conſuetudine generali Regni Franciæ poteſt maritus bona mobilia vxoris, veſtes, & iocalia, ac annulos illius alienare, ea etiam inuita, Boer. in §. 5. de conſuetud. iur. & ſta. perſo. in conſuetud. Bituricenſ. quę conſuetudo grauis eſt vxoribus. Si tamen non alienauerit, in hac patria conſuetudinaria hęc donata ſunt vxoris ſoluto matrimonio.

Maritus bona mobilia aliena re poteſt.

¶ Sequitur in tex. *ſimpliciter*, id eſt ſine adiectione, & diſtinctione: vt hic, & in l. lecta. ff. ſi certum peta. verſic. pactum. ibi, quę priore parte ſimpliciter in ſtipulationem veniſſent. l. hinc. circa fi. de pecul. ibi, ſed in marito melius eſt dicere ſimpliciter eum de peculio teneri. l. coiri ſocietatem & ſimpliciter licet, etſi non fuerit diſtinctum. ff. pro ſocio. l. ſi quid. in fi. de ędili. edicto. ibi, qui verò ſimpliciter coquum eſſe dixerit, ſatisfacere videtur, etiam ſi mediocrem coquum pręſtet. l. ędiles. 2. in fi. ibidem. l. qui res. §. qui ſtipulatur. de ſolu. l. denuntiaſſe. de adulter. exponit tex. in l. abolitionem. C. illo titul.

Simpliciter.

¶ Hinc illud, Quis debet haberi pro confeſſo, niſi reſpondeat ſimpliciter: & ita reus interrogatus, an debeat pecuniam, ſi dicit ſe illam nunquam habuiſſe, reſpondere ſimpliciter dicitur: verum ſi quidem confiteatur, ſed addendo, quod etiam ſi appareret ſe recepiſſe, aſſerit ſe id omne in negotiis petitoris expendiſſe: tunc non dicitur ſimpliciter reſpondiſſe, id eſt pure & categorice: veluti docet Bar. & alij in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbor. obliga. & in l. 1. de vulgar. Bal. in l. 1. C. de ædilit. actio. Georg. Natan. in repet. clem. ſæpe. in verb. ſimpliciter. de verbor. ſignifica. Simpliciter enim purè & apertè ſignificat. lege prima, §. ſi quis ſimpliciter interrogatus fuerit, & ille ſub conditione reſponderit. ff. de verborum obligationibus.

Reſpondere ſimpliciter quãdo, quis dicatur.

¶ Simpliciter, id eſt ſine fraudis conſcientia, exponit Iuriſconſul. Vlpia. in l. ait prætor. §. ſi quis particeps. ff. quæ in fraud. creditor. ibi, ſi cum eo contrahat ſimpliciter, id eſt ſine fraudis conſcientia, non videtur actione teneri. Et ita ſine dolo & fraude fieri dicitur, quod ſimpliciter fit. c. ſi cupis. 16. q. 1. l. 1. C. de ædilit. actio. l. diuus. 2. in fin. de cuſtod. reor.

¶ Inde ſimplex vir, qui eſt ſine dolo, & malitia, nil fictum aut ſimulatum habens, c. fi. 39. diſtinct. ibi, Petrus Diaconus, quem à vobis electum aſſeritis, omnino (vt dicitur) ſimplex eſt. E contrario duplex dicitur homo vafer, aſtutus, & cautus, quaſi dolo & aſtu duplicatus, quorum numerus eſt infinitus.

Simplex vir.

¶ Quemadmodum ſimplex dicitur id, quod non eſt duplicatum, vel diſtinctum, ſeu compoſitum: ſic ſimplex venditio non eſt illa, quæ fit de rebus mulieris dotalibus æſtimatis, quia non fit animo vendendi, ſed ne res mulieri pereant, l. quoties res æſtimata. ff. de iure dot. Eſt tamen vera venditio, ſi res pereant, l. plerunque. §. ſi ante. ibidem.

Simplex venditio.

¶ Simplici vſu, l. ſi cui ſimplici vſu via per fundum cuiuſpiam conceditur. ff. de ſeruit. id eſt abſque certi loci diffinitione. glo. ibi, vel ſine certi loci adiectione.

Simplici vſu.

¶ Simplex donatio, quę ſine cauſa fit ex mera liberalitate, quæ proprie dicitur donatio. l. 1. ff. de dona. interdum mera donatio, l. Aquilius. ibidem. & hæc non confertur, l. penul. & authen. ex teſtamento. de colla.

Simplex donatio.

¶ Simplex debitũ, quod non eſt vel tutelæ vel alia ratione priuilegiatum. l. non ſolum. §. ſi puellæ. ff. de ritu nuptiar. ibi, quia ratio hereditaria eſſet, & ita ſimplex debitũ: alioqui, &c.

Simplex debitum

¶ Simplum, duplũ, l. 1. ff. de calumnia. §. omnes autẽ actiones. cum §. ſeq. de actio. in Inſti. Simpli perſecutionem continent actiones, quibus rem ſeu rei æſtimationem perſequimur. l. eum qui. ff. de iureiur. Et paria ſunt actionem rei eſſe perſecutoriam, vel dari in ſimplum, d. §. omnes. ibi, in ſimplum agitur, veluti ex ſtipulatione, & mutui datione, &c. in qua agitur ad mutuum perſequendum, & non vltra. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum peta. Ad duplum datur, quando tantundem cum eſtimatione pręſtatur, l. 2. §. in hac actione intra annum vtilem verum pretium rei quadruplabitur. ff. vi bonor. raptor.

Simplum, & duplum.

¶ Simplarias venditiones, in l. ſi tamen. in fi. ff. de ędilit. edict. dicit Budę. eſſe, pro quibus venditor

Simplaria venditio, actio.

venditor de dupla promittere non tenetur: ſicut actiones ſimplariæ ſunt, quæ dantur ad ſimplum, & duplariæ quæ ad duplum. probatur in l. emptori. 1. ff. de euictio. vbi pro rebus contemptibilibus & vilibus non debet promitti de dupla, ſic nec redhibitoria agi. Et intelligit glo. in d. l. ſi tamen. non agendum redhibitoria pro rebus ſimplariis, id eſt pro rebus, in quibus non poteſt eſſe vitium animi & corporis. & hodie in vſu eſt, vt dicit Iuriſconſul. vt in illis non ſit redhibitio. Et ſic venditio ſimplaria dicetur facta de re ſimplici, & contemptibili, in qua non eſt neceſſe duplum promittere. Tamen ſi promittatur, valet promiſsio: vt conſuluit Gemi. conſil. 41. viſo themate. ſed hodie de generali conſuetudine Regni non ſolet hæc dupla promitti, reprobareturque, potiſsimum apud Gallos, tanquam vſuram ſapiens, ſi quis eam promitteret, & quia pœnæ iſtæ in foro conſcientiæ non debentur, c. fraternitas. 12. q. 2. vt ſcripſi in proœm. conſti. Reg. E contrario duplaria, in qua euictio duplæ promiſſa eſt: vnde etiam duplicarij milites dicebantur, quibus duplex ſtipendium concedebatur, apud Liuium ab vrb. cond.

¶ Hinc ſimplicitatem vocamus quoad mores, quæ duplex eſt. Quædam enim eſt ſimplicitas præ ſe ferens fatuitatem, & iſta reprobatur. text. iuncta glo. in c. fi. 39. diſtinct. Altera eſt contraria dolo, quæ vocatur columbina, & iſta eſt amica veritatis, l. veritatis. de iureiur. quæ non debet cuiquam eſſe damnoſa. tex. in l. 1. in princip. ff. de dolo.

Simplicitas duplex.

¶ Simpliciora, l. præcipiunt. ff. de ædilit. edict. ibi, præſumptum eſt enim ea mancipia, quæ rudia ſunt ſimpliciora eſſe, & ad omnia miniſteria aptiora, & dociliora.

¶ Simplicius, id eſt apertius, l. ſi hereditatem. ff. de heredita. vel actio. vend. & l. ſi fundus. in fin. locati.

IDEM LIB. SEPTVAGESIMOSEPTIMO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMAOCTAVA.

Illa verba, ARBITRATV LVCII TITII FIERI, ius ſignificant, & in ſeruum non cadunt.

¶ Iſta verba, arbitratu Lucij Titij mea cauſa decidatur, cui ſtare vel parere volo, ius ſignificant: videlicet, quod Lucius Titius iuris erit arbiter: ideoque non cadunt in ſeruum, qui in talibus pro nullo habetur. vulga. l. quod attinet. ad ius ciuile. per conſequens nec arbiter eſſe poteſt. l. Pedius. §. 1. ff. de arbitr. Quamuis enim arbitrari facti ſit, tamen arbitrium iuris eſt: ſicut dicimus contrahere eſſe facti, l. conſilio. ff. de curator. furioſ. attamen contractus eſt iuris, l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. ita quoque poſsidere facti eſt, l. 1. §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ. poſſeſsio vero iuris, l. 1. & ibi doct. & in l. peregre. ibidem.

Cõtrahere facti eſt, contractus verò iuris.

¶ Item ire, agere, facti ſunt: & ſeruus hoc ſibi promittere poteſt, necnon acquirere: ſed iter iuris eſt, quod ſeruus ſibi nequaquam acquiret. §. ſed cum factum. de ſtipula. ſeruor. in Inſti. & Iuriſconſul. in l. 4. ff. de ſeruit. vrba. prædior. dicit infantem & furioſum quoad imponendam ſeruitutem muitos. non enim ad factum refertur, ſed ad ius ſeruitutis, id eſt non refertur ad conſenſum, quem poſſet furioſus de facto præſtare, ſed ad ius, id eſt quod taliter conſentiat, vt de iure valeat. Paul. ibi.

¶ Præterea verba continent factum, cum ſignificent agere, vel pati, vt dicunt grammatici: ſed nomina ius, cum denotent rei ſubſtantiam, vel qualitatem. Ioan. Fab. & Angel. in d. §. ſed cum factum. nimirum cum nomen arbitratus ſignificet ius, non cadit in ſeruum, qui de iure ciuili nullus eſt, & non eſt capax eorum, quæ iuris ſunt. vnde nec arbiter eſſe poteſt, vt hic, & d. l. Pedius. & l. quod attinet. de regul. iuris, cum ſcilicet arbitria ſint inſtar iudiciorum redacta, l. 1. ff. de arbitr. adeo quod ex ſententia arbitri ex compromiſſo aditi oriatur actio, l. ne in arbitris. C. de arbitr. ſicut ex ſententia iudicati, l. actori. C. de reb. credit. l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iudica. quandoquidem arbiter ſecundum ius procedere tenetur, teſte Specula. in titul. de arbitr. §. ſequitur. verſ. ſed quo iure. quod non liceret ſeruo: imò ſi id tentauerit, adeo nullum eſt, vt ſi collitigantium alter ſe grauatum ſentiat, abſque aliquo recurſu ad arbitrium boni viri, remaneat in ſuo primo ſtatu, l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc. cum arbitrium nullum ſit.

Verba facti ſignificant, nomina ius

Arbitrium nullum à ſeruo rolatum.

¶ Hodie ſententia Bar. in l. 1. in fi. ff. de lega. 2. & Roma. conſil. 261. non obſeruatur in Regno Franciæ, videlicet vt ſi quiſpiam fuerit condemnatus ab arbitratoribus, & poſtea recurſum habuerit ad arbitrium boni viri, forte appellando ad iudicem ordinarium, tunc ſi ille iudex confirmet arbitrorum ſententiam, non poterit pars appellare de iure. ſed in Regno Franciæ recipitur appellatio: ſed non audietur appellans coram iudice appellationis, niſi prius ſoluerit pœnam ad quam fuit in compromiſſo condemnatus, veluti cautum eſt ordinatio. Regis Ludo. 12. publicata anno 1512. artic. 34. quæ eſt in rub. *des arbitres*, vbi abunde ſcripſi in 3. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallic. Quam etiam quęſtionem abunde tractauit egreg. Iuriſconſ. do. Anto. Blanc. in ſuo tract. de cõpromiſſ. in fi. q. 10.

Appellari poteſt à ſententia iudicis, ad quẽ partes pro arbitrio iniquo recurſum habuerunt.

Arbitrium intelligitur si recte quis fuerit arbitratus.

¶ Nempe cum relinquitur quid decidendum alicuius arbitratu, mens horum constituentium est, vt sperent eum recte arbitraturum, & secundum ius, l. si libertus ita. ff. de oper.libert.l.si in lege.ff.loca.vnde dicit tex.in l.idem Pomponius. §. recepisse.ff.de arbitr. Recepisse arbitrium videtur,qui iudicis partes suscepit,finemque sua sententia controuersiis impositurum pollicetur. facit tex. in l. inter.ibidem. At seruus huiusmodi sententiam proferre non potest, nimirum si tex.dicat hoc in seruum non cadere.

¶ Idem si quis promittat restituere rem arbitratu Lucij Titij,is si fuerit seruus,arbitrium ferre non poterit,l.si quis arbitratu.ff.de verbor.obligat.

¶ Interdum illud verbum,Arbitratu,detrahitur,vt in dotis promissione facta arbitratu socceri.l.cum post.§.gener.ff. de iure dot.vt etiam consuluit Alexand. consil. 158. in 7. vol. & Corne. consil. 260. vol. primo, ac Bald. nouell.in tract. de dote, in 9. priuilegio. col.3. fol.11.

Seruus effectus liber, arbiter esse non prohibetur.

¶ Limitatur, quando seruus esset factus liber, l. sed & si in seruum. ff. de arbitr. videte doct.in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.

Excommunicatus non potest esse arbiter.

¶ Et quamuis apud nos huiusmodi serui non sint, tamen instar eorum interpretari licebit ista verba, arbitratu talis, non cadere in excommunicatum, cum non possit esse arbiter.gl.in d.l.Pedius.& in c.Quintauallis.de iureiur.& c.ad probandum.de re iudica.quia omnia quæ iuris sunt penè videntur ei interdicta. c. intelleximus.de iudic. c. veritatis.de dolo. scripsi in repet.c. postulastis. de cleric. excommun. ministran. & in rub. de excommunica.non vitand. in concord. in curiis tamen secularibus huius Regni vix hæc reciperentur,nec in extraiudicialibus.

Arbiter monachus esse non potest.

¶ Idem puto in monacho, nempe quia seruis eodem modo comparatur, vt no. Innocen.in c.cum olim.de censib. patruus meus Rebuff.in l.professio. C.de munerib.patrimo. lib. 10. & idem in fratribus minoribus concludit Dec. in c. decernimus.de iudic.quippe esset contra eorum regulam, & votum solemne, quod emiserunt. quæ regula habet clauſ. annullatiuam in fi.clem.exiui.de verbor.significa.

Arbitratus quo exponatur modo.

¶ Arbitratu Lucij Titij, id est censura, dispositione, vel constitutione Lucij Titij.nam arbitrari aliquando est constituere, modúmque & rationem, & quasi formam operis definire,& præscribere, lingua vernacula, *deuiser quelque ouurage*. l.cum stipulatus sim mihià Proculo. ff. de verbor. obliga. teste Budæ. cuius interpretationem admittendam esse pro subiecta materia non negauerim: vt tunc capiatur etiam extra omnem iudiciorum aleam.

¶ At magis propriè videntur hæc verba,arbitratu Lucij Titij,respicere iudiciorum mores,vt interpretemur Arbitratu, id est iudicio, & dispositione: quemadmodum accipitur toto titul.de recep.arbitr.necnon hic, & passim in iure.

Arbiter quis.

¶ Hinc dicitur Arbiter,cuius potestati res decidenda commissa est,l.litus.1. infra eod.& per totum titul.ff.& C.de arbitr.alias arbitrans dicitur.in l. 3. in fi. ibidem. ff.

Arbitrium duplex.

Et arbitrorum seu arbitriorum duo sunt genera:vnum eiusmodi, vt siue æquum sit, siue iniquum, parere debeamus:quod obseruatur cum compromisso ad arbitrum itum est.Alterum eiusmodi vt ad boni viri arbitratum redigi debeat, etsi nominatim persona sit comprehensa, cuius arbitratu fiat:veluti cum lege locationis comprehensum est, vt opus arbitrio locatoris fiat. in proposita autem quæstione arbitrium boni viri existimo sequendum esse, eo magis quod iudicium pro socio bonæ fidei est.Proculus in l.societatem.§.fi.cum ll.seq. ff.pro soc.

¶ Vnde colligunt doct.tritam apud nos arbitrorum diuisionem, videlicet quod quidam est iuris arbiter, qui à partibus ita assumptus est,vt secundum ius iudicet, & vt vulgo dicitur,in puncto iuris:vel arbiter iuris vocatur, qui authoritate iuris capitur,vt in c. 2.de appella.in 6. l. apertissimi. C. de iudic. Alter qui cum pœnæ adiectione electus est,& illius sententiæ,metu pœnæ statur.l.diem proferre.§.stari.ff.de recep.arbitr.

Compromittere.

¶ Compromittere vero dicuntur partes, cum arbitros eligunt, hincinde promittentes eorum arbitrio stare,vel cum adiectione pœnę,aut sine ea,l.non distinguemus.ff.de arbitr.

Plenum cõpromissum.

¶ Plenum compromissum est, quod de rebus omnibus controuersis initum est, l. si cum dies.§.plenum.ff.eod.plenum etiam dicitur,si alter rem,alter pecuniam stipulanti promiserit,l.litigatores.§.proinde.ff.de arbitr.

Implere officium.

¶ Et implere officium dicitur arbiter, quando recepto arbitrio cognoscit, & ad finem vsque perducit:alioqui potest à iudice cogi.l.3.cum l. seq. ff.eod.Dicere autem sententiam existimamus eum,qui ea mente quid pronuntiat,vt secundum id discedere eos à tota controuersia velit.l.dicere.ff.eod.

Dicere sententiam.

Arbiter pro iudice.

¶ Interdum etiam arbitrum glo.& doct.volunt sumi pro iudice, in l.si arbitro. & l. seq. ff.qui satisd. cogant. Sed ibi videtur potius accipiendus pro arbitro iuris: quod probat tex.dum dicit,perinde ab eo,atque à iudicibus appellare licet.ergo non erat iudex:quia dictio perinde similitudinem denotat. glo. in l. 1. ff. de recepta. & nullum simile est idem,l. quod Nerua.ff.depos.idem probat l.si ab arbitro.ibidem,dum dicit, cum potuerit querela apud

apud competentem iudicem deferri. Cum igitur ibi diuersa sint nomina,non idem sunt.l. si idem. C. de codicill. Sed forte accipitur ibi pro viro probo à partibus electo. nam pro materia solet assumi quidam magister & expertus in suo officio, qui potest arbiter dici, l. certo.§.1.ibi,igitur arbiter dandus est.& §.seq.ibi, ab arbitro statuendum. & §.fi.ibi, arbitri officium inuocandum.ff.de seruitu. rusticor.prædior.l. fundus. 1. famil. erciſc.l. si pure.de fideicommiſſar. liberta.Nec tamen negauerim alias interdum accipi pro ipso iudice, vt in l.si cum exceptione. §. hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam vsque ad sententiam ab arbitro datam restitutionem rei facere.ff.quod met.cauſ.l.quis tam inueniri. C.de decurio.lib.10.& ibi Lucas de Penna. Interdum quoq; Iurisconsul. dicunt compromissarium iudicem pro arbitro, in l.cum lege.ff.de arbitr. scripsi in d.l.arbitro.

Arbiter pro curatore, & administratore.

¶ Arbiter alias exponitur pro curatore bonorum, in l.si magistratus.ff.de priuileg. creditor.per Lucam in d.l.quis tam inuenirí.Ego potius exponerem ibi pro commissario, & idem dicerem in l.si residuum. C.de distract.pignor.

¶ Arbiter etiam capitur pro bonorum administratore,moderatoreque:vt cum dicimus quemlibet esse arbitrum in re sua. l.in re mandata. C. manda. Et quælibet ex his significationibus dicitur propria,cum ex ipsius vocabuli veniat alluſione,vt qui arbitratur arbiter sit,vt asserit Ioan.Bap.in tract. de arbitr.lib. 1. c. 2.ibi tamen videte in additionibus. Et primum omnium censerem inspiciendam esse materiam, cui adiungitur, vt secundum eam diiudicemus, in qua significatione accipiatur.

¶ Quemadmodum arbiter initiationis, vulgo *parrin* dicitur, teste Budæ. qui à nostris etiam interpretibus vocatur compater,& susceptor etiam dicitur.

Arbitriũ pro sententia, & officio arbitri.

¶ Arbitrium pro sententia iudicis accipitur, in §. aliquando. d.l.si cum exceptione. ibi, aliquando tamen etsi metus adhibitus proponatur,arbitrium absolutionem affert.iunctis verbis ibi,nonne iudicis officio absoluar.

¶ Sæpius etiam pro sententia arbitri, l. idem Pompo. versic. is qui conuenit, si arbitrio non pareatur,habet stipulationem.ff.de arbitr.id est habet actionem ex stipulatu ex illa conuentione per stipulationem concepta.l.item si vnus. §. fi. cum l. seq. ibidem,& l.vnde.pro socio: quamuis contrarium firmet Alcia.lib. 1. parerg. c. 45.dicens: non enim arbitrium ipsa est sententia, sed sententiæ dicendæ facultas. quod verum est in alia significatione, quæ sequitur.

Receptus arbiter.

¶ Arbitrium dicitur ipsum quoque officium decidendi partium controuersias, quod incumbit arbitro, vt per totum titul. de recep. arbitr. Inde vocatur arbiter receptus, qui à partibus electus probatúsque est.

Recipere arbitrium, vel suscipere.

¶ Sed arbitrium recipere dicitur, qui iudicis partes suscepit, finemque se sua sententia controuersiis impositurum pollicetur,l.idem Pompo.§.recepisse.ff.eod. & licet neminem prætor cogat arbitrium recipere, quoniam hæc res libera, & absoluta est, & extra iurisdictionis necessitatem posita, tamen vbi semel id susceperit,cogitur officium, quod in se receperit,implere. Vlpia.in l. 3. §. 1. ff. de arbitr.& in §. seq. Siquidem promiscuè Iurisconsul. vtuntur his verbis,arbitrium recipere, vel suscipere,vt in l.3.ibi, receperit arbitrium. & l.4. ibi,arbitrium susceperint.& l.Pedius.§.in seruorum. l.sed etsi in seruum. §.si quis iudex sic arbitrium recipere eiusdem rei,de qua iudex est,prohibetur. de arbitr. & in l.qualem. cum multis aliis,ibidem.& alibi dicitur arbitrium susceptum,l.& si qua.ibidem.l.non distinguemus,§.idem Pedius.de arbitr. Vel recipere vel sumere,velut in l.idem Pomponius. §. recepisse. ibidem. Et arbitrium dicere, id est sententiam, l. dicere. ibidem. Interdum parere arbitrio scribitur,id est stare sententiæ arbitri.ibidem,iuncta l. diem proferre. §.stari.& l.dicere sententiam.ff.de arbitr.

Parere arbitrio, stare sententiæ.

Arbitrium homologare.

¶ Et homologari arbitrium dicitur,cum partes illam arbitri sententiã ratã habent,& expresse approbãt:siquidem homologare est approbare,l.ne in arbitris.§.fi.C.de recep.arbit.

Arbitriũ pro potestate, opinione, aut voluntate.

¶ Arbitrium etiam dicitur potestas,dispositio,opinio,aut voluntas:vt in arbitrium alterius conferri legatum veluti conditio potest.l.1.ff.de lega.2.l.1. ibi, in arbitrio soluentis est dicere.de solu.& ad arbitrium suum,l.an vnus.in fi.ff.si seruit.vindice.l.qua actione.§.2. ad legem Aquil.l.aliud est fraus.§.1.ibi,& mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit.infra eod.

Arbitriũ boni viri quod dicatur.

¶ Relinquitur arbitrio boni viri,l.continuus.§.1.ff. de verbor. obliga. Arbitrium autem boni viri dicitur,quod ratione moderatur,& intelligitur illud,quod quis in rebus suis faceret,vel quod sibi fieri vellet sine calumnia,sed ex bono & æquo.Bart.in l.1.col.2.ff.de solutio.sequitur Dec.in l.in personam.§.1.ff.de reg.iur.Vnde quoties relinquitur arbitrio alicuius,intelligitur de boni viri arbitrio,l.in personam.§.1.ff.de regul.iur. l. hæc venditio. in princ.de contrah.emptio.l.fideicommissa.§.quanquam.de lega.3.

Arbitriũ pro actione.

¶ Sumitur aliquando arbitrium pro iudicio,vel actione,in l.quod Principis.in fi.ibi, in arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ veniunt. ff. de aqua pluuia arcend. & in rubr. C. arbitr. tutel.

Iudicis arbitrium.

¶ Arbitrium iudicis in restituenda re dicitur iudicium, facultas, seu officium, quo iudex potest pluris vel minoris condemnare, pro facti qualitate: vt dixi in l. verbum oportebit. supra eod. facit l. si cum exceptione. §. Pedius. ff. quod met. caus. & §. quatenus. ibi, arbitrio iudicis restituatur. & l. arbitrio. quod met. caus.

Arbitrium pro electione.

¶ Arbitrium pro electione, l. si seruus. §. fi. ff. de noxal. ibi, permittit prætor actori arbitrium, vtrum iureiurando id decidere, & an iudicium dictare. Et illud in seruum cadere potest, l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbo. obliga. ibi, sed fore exceptioni locum, si seruo arbitrium datum esset, eam pecuniam quocunque tempore in quemuis locum reddi.

Arbitria prorogari, vel pro pagari.

¶ Prorogari arbitria, id est in alios transferri, l. non distinguemus. §. idem Pedius. ff. de arbitr. teste Oldendor. de copia verb. in princip. Sed ego exponerem eum tex. sic dicendo: idem Pedius probat, ne propagentur arbitria, id est ne prorogentur, extendantur. nam sicut propagare vites dicimus, & litem, quãdo litem vetulã supprimimus & extendimus, vt ex ea plures fiãt: sic facit arbiter, cum disponit vt fundus arbitrio Titij tradatur, & ita negotium in alium extendit: quemadmodum videtur probare tex. ibi, si recte legatur: alias tex. videtur superfluus, si exponeremus pro transferatur, cum ibidem consecutiuè dicat, aut in alios interdum inimicos agentium transferatur. Dicitur ergo propagari arbitrium, cum arbiter pronuntiat rem ad alium arbitrum reiiciendam, vel alterius arbitrio quicquam agendum.

Arbitraria actio.

¶ Arbitraria actio. §. præterea. de actio. in Insti. l. si cum exceptione. §. hæc autem. ff. quod met. caus. quæ videlicet iudicis arbitrio relinquitur, vt liberam habeat potestatem condemnandi pluris, vel minoris. l. 1. & per totum. ff. de eo quod cert. loc. l. verbum oportebit. supra eod. & d. §. præterea.

Arbitratus.

¶ Arbitratus etiam pro arbitrio capitur: vnde arbitratu rem terminare, id est sententia arbitri rem finire, l. inter. & l. de his. ff. de arbitr. veluti etiam arbitratu iudicis dicitur, in l. illud. ff. quod met. caus.

Arbitrari.

¶ Arbitrari dicitur is, qui tanquam arbiter de controuersia partium cognoscit, l. diem proferre. §. si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quominus arbitretur, pœna committetur. & in l. fi. ff. de arbitr.

¶ Quemadmodum etiam paulo generalius dicimus arbitrari, pro disponere, sentire, opinari, censere, iudicare, l. 1. ff. de lega. 2. l. fideicommissa. §. quanquam. de lega. 3. l. si quis arbitratu. cum l. seq. de verbor. obliga.

Arbitramentum.

¶ Arbitramenti nomine quid veniat, decidit Ioan. Bap. in tract. de arbitr. lib. 1. c. 6. quam vocem cum non reperiam in tex. Iurisconsul. ad doct. vos reiicio. plenius hanc materiam videre potestis in tract. de arbitr. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. vbi confutatis doctorum nostrorum sententiis, conscripsi quid hodie seruandum sit in forensi iudicio in hac materia, etiam iura interpretando plurima, ac interpretũ sententias conciliando.

IDEM LIB. SEPTVAGESIMOOCTAVO AD EDICTVM.

LEX SEXAGESIMANONA.

Hæc verba, CVI REI DOLVS MALVS ABERIT, ABFVERIT, generaliter comprehendunt omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio interposita est.

Clausula, cui rei dolus, &c. heredes promittentis comprehendit.

¶ Iurisconsl. hic declarat illam clausulam, cui rei dolus malus aberit, quæ inter veteres frequens erat, maxime in contractibus. nam si quis promittat in venditione serui, vel alterius rei, quod dolus malus aberit, abfueritque, ista verba omnem dolum comprehendunt, videlicet tam promittentis, quam heredis eius. & sic scribit Vlpia. ff. de verbo. oblig. l. stipulatio ista. §. si quis dolum malum promissoris herediſque eius abesse velit, sufficere dicimus abesse, abfuturumque esse stipulari: si verò de plurium dolo cauere velit, necessarium esse adiici, cui rei dolus malus si non abest, vel non abfuerit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dare spondes?

¶ Ista plenius demonstrat Venuleius ff. iudica. solui. nam cum Vlpia. ibi scribat iudicatum solui stipulationem tres clausulas in vnum collectas habere, de re iudicata, scilicet soluenda, de re defendenda, & de dolo malo, nouissima hæc clausula iudicatum solui stipulationis, dolum malum abesse, abfuturumq; esse, & in futurum tempus permanens factum demonstrat. itaque etsi forte decesserit is, qui dolo fecit, tenebitur heres eius. verbum enim abfuturumque plenissimum est, & ad omne tempus refertur, vt si aliquo tempore non abfuerit dolus, quoniam verum sit non abfuisse, committatur hæc clausula.

¶ Et

¶ Et sic hæc clausula non solum respicit dolum promittentis, verum & eius heredis, & non solum dolum præteritũ, sed & præsentẽ & futurum, & sic ad omne tempus refertur, d. l. nouissima. Vnde generaliter hęc verba comprehendũt omnem dolum, tam manifestum quam præsumptum, ac latam culpam, quæ dolo comparatur, l. quod Nerua. ff. deposit. c. bona fides. illo titul. l. in actionibus. de in litem iurand. quia genus singulas comprehendit species, vt dialecticis notum est, & probat Vlpia. in l. item legato. §. item interest. ff. de lega. 3.

¶ Videamus nunc, an ista clausula dolum etiam extranei in ea re commissum, comprehendat. Et non comprehendere vulgo receptum est, nisi pœna adiecta sit. per d. §. si quis dolum. in fi. & l. nouissima. iudica. sol.

Extranei dolus quando cõprehẽdatur, nouа distinctio.

¶ Ego verò putarem casus discernendos. Primus casus est, si quis promittat dolum malum abesse, & abfuisse: hęc doli mali clausula, sicut reliquę stipulationes, in quibus tempus nominatim adiectum nõ est, ad principium stipulationis refertur, d. l. nouissima. in fi. vt intelligi debeat, quod nullus in re sit dolus tẽpore stipulationis. ideo si dolus admissus sit in re, siue per promissorem, siue per extraneum, tenebitur promissor: quia non abfuit dolus, nec abest, & ipse promisit abfuisse, & abesse: quod non est verum: alioqui bona fide non ageretur. nam is, qui promitteret dolum de præterito, procuraret vt extraneus dolum adhiberet, si ipse promittens postea non teneretur: & generaliter hęc clausula nõ intelligeretur, contra verba istius tex. & contra ea quæ pulchre Vlp. scribit ff. vsufruc. quemadmo. caueat. hac stipulatione dolum malum abesse, abfuturumqi esse continetur. & cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnem dolum comprehendere videtur, successorum, & adoptiui patris. Itaque cum venditor promiserit dolum abesse, abfuturumque, hæc verba bonam fidem respiciunt, videlicet vt seruus venditus non sit corruptis moribus dolo illius, vt illi etiam venenum nõ propinauerit, vel alias eum callide non docuerit. Vlpi. in l. ita demum. ff. de arbitr. Idem si seruitutem rei ante traditionem imposuerit, quam celauit vendendo, l. 1. in fin. ff. de actio. empt.

¶ Secundus casus est, quando dolus promittitur, quod aberit, vel abfuerit de futuro, tunc dolus extranei non comprehenditur: & sic intelligitur d. §. si quis dolum. quia non videtur promittere factum alienum, quod aliquis non committet dolum, d. l. stipulatio ista. in princ. & quia nõ est in potestate promittentis prohibere extranei dolũ futurum, nec ad illum videtur promissor cogitare. doc. in d. §. si quis dolum. sed quantum ad extraneum, curaturum vt dolus malus abſit. Vlpia. in l. inter stipulantem. in princ. ff. de verb. obliga.

¶ Nisi promissor adiiciat pœnam, si dolus malus non aberit, tunc etiam ob dolum extranei promissor de pœna tenebitur. d. l. nouissima. verſ. finautem. quia pœnam adiiciendo, quoquo modo dolus interuenerit, teneri velle videtur, vt probatur in d. l. stipulatio. §. alteri. & d. §. si quis dolum.

Dolus promitti debet, quando dux belli redimitur.

¶ Incidenter non omittam hanc l. fuisse allegatam pro quodam belli duce capto ab hostibus, qui redemptionis pretium exoluendo timens cicutam, vel aliud venenum sibi datum iri, ne foret amplius auxilio aduersariis, sibi cauerat, dolum abfuturum: dictũ fuit intelligi de omni dolo malo, cum iste tex. generaliter loquatur. ergo omnis species doli mali veniet, l. à procuratore. C. man da. facit l. si seruitus. ff. de seruit. vrban. prædior. & si statim moriatur, præsumitur mortuus veneno, vt alibi plenius dicam.

Actio de dolo quando detur, vel ex stipulatu.

¶ Notandum est, ita demum competere actionem de dolo, cum alia actio non datur, l. & eleganter. in princip. ff. de dolo. Vnde si quis promiserit dolum malum abesse, vt hic, si dolus adfuerit, actio ex stipulatu datur. l. ex ea parte. ff. de verbo. oblig. Si vero quis promiserit mihi equum, & illum clanculum læsit vel interfecit, de dolo actio est necessaria, quæ aliò tendit, quam actio ex stipulatu. nam cum stipulor dolum abesse, tunc non datur de dolo, siquidem actio ex stipulatu ad hoc datur. At cum quis promisit mihi seruum, cui venenum postea dedit, actio ex stipulatu datur ad habendum seruum: verum quia talem veneno sublatum non licet habere, ob id de dolo actio necessaria est. Iste est verus intellectus ad §. non solũ. l. & eleganter. ff. de dolo, vt ibi scripsi: quicquid ibi doct. dicant. Dolus autem dicitur à dolando, id est lædendo, vel minuendo. nam *δόλος* Græce, Latine dolus dicitur. inde *δολῶ* dolose ago, & *δολομήτης* dolosus, & *δολιόφρων*, decipiens.

Intellectus ad l. & elegãter: Dolus vnde dictus.

¶ Porro idem est promittere dolum abesse, & omnem dolum, quia indefinita æquipollet vniuersali, l. si pluribus. de lega. 2. glo. in c. vt circa. de elect. in 6. & per istum tex. imo idem significat, ac si nominatim omnis dolus expressus esset, l. si ita legatus. ff. de vsu & habita. Et huic stipulationi, dolum malum abesse, abfuturumque esse, ineſt, vt cum in rem sit doli mali mentio concepta, omnem dolum comprehendere videatur successorum, etiam adoptiui patris. d. l. hac stipulatione. ff. vsufruct. quemadmod. caueat. nimirum si hæc clausula generalis omnem dolum comprehendat.

Interponere multis capitur modis.

¶ *Interposita.* Interposita stipulatio pro appositа, concepta, adiecta. Interponere enim est interserere, l. iurisgentium. §. item si quis pactus. ff. de pact. ibi, & si stipulatio sit interposita de his pro quibus paciſci non licet, seruanda nõ est. l. si defunctus. in fi. de procurator.

l.item eorũ. in fi.quod cuiusq.vniuersi.nom.l.fi.ibid.l.si pupilli.§.1.de neg.gest.l.certo pretio seruum æstimatum in quæstionem dari interposita stipulatione receptum est.ff.de quæstio.vbi glo.exponit,stipulatione,id est petitione: quod alienum & absurdum est. quamobrem intelligas illam legem, quod si dominus serui dederit eũ torquendum interposita, id est adiecta,inserta stipulatione proprie sumendo, vt si deterior fiat seruus ob illam quæstionem,quod is qui petit seruum torqueri,reddet æstimationem:& tunc certo pretio pro misso domino serui, ipse torquebitur. facit l. eum qui Calendis. in fi. ibi, plane si ipsa die Calend. quis stipulationem interponat idem. ff. de verbor. obliga. l. 1. in princ. vsufruct. quemadmod.caueat. l.non solum.rem ratam haberi.

Intellectus ad l. certo pretio.

Interposita persona.

¶ Interposita persona,pro supposita,de qua in l.1. §. exceptiones. ibi, parui refert proti. nus patronus cogatur dare; an per interpositam fideiussoris vel rei personam. ff. quarum rerum actio non detur. Et interponere alium, in l. fi. §. item. ad senatusconsul. Velleia. de qua interpositione personæ est etiam ordinatio Reg. in rub.*des marchans*,artic.1.vbi prohibetur officialibus, Regiis contrahere per se, vel per interpositam personam. ibi scripsi in 2.tomo commentar.ad dictas consti.Regias.

Regij officiales mercari prohibentur.

Interponere appellationem.

¶ Interponere prouocationem,vel appellationem,id est appellare,l. Lucius Titius pro seruo suo,qui ad bestias datus est,prouocationem interposuit.ff.de appella.l.cum ex causa. & l.negotiorum.ibidem. iuncto princip.cum fine.l.1.§.si quis tutor. quand. appellandi. fit. & l.vna,de libellis dimissor.& rubr. nil nouari appella. interposita,id est emissa.l.post rem. de transactio. l. præses. de minor.l.1.de excusa.muner.

Interponere stipulationem.

¶ Interponere stipulationem,id est stipulari,l.pure.ibi,itaque legatorum stipulationem interponere debebit.ff.de doli except.l.quoniam.de vsufruct.earum rer.

Alienis negotiis se interponere.

¶ Interponere se alienis negotiis,id est se immiscere,l.Paulus.ibi, eũ qui legatione fungitur,neque aliis,neq; propriis negotiis se interponere debere.ff.de legatio.l.à diuo Pio.§.sed si emptor.ibi,melius erit si se non interponat.de re iudica. l.non distinguemus.§.si mulier. de arbitr.l.in causæ.2.§.Pompo.in fi.de minor.l.quod si minor.§.1.ibidem. l. ceteræ. famil. erciscun.

Interponere authoritatem.

Interponere tacitam fidem.

¶ Interponere authoritatẽ,seu accommodare,id est author fieri,l.1.ff.de authorit.tutor. & l.si compromissum. ibi, nisi tutoris authoritas interposita fuerit.ff. de arbitr.

¶ Interponere etiam tacitam fidem,est præstare, accommodare. l. prædonis loco intelligendus est is, qui tacitam fidem interposuerit. ff. de petitio. hereditа. l. non intelligitur. de iure fisci.

Interponere delegationem.

¶ Interpositis delegationibus,id est insertis.l.tale pactum.§.post diuisionem bonorum, & æris alieni singuli creditores à singulis heredibus non interpositis delegationibus, vt conuenerant, vsuras acceptauerunt.ff.de pact.

Interponere diuisionem.

¶ Interponere diuisionem,partiri, diuidere. l. fundus. ff.famil.erciscundæ. vbi vtroque vtitur verbo.

Interponere pactum.

¶ Interponere pactum,id est paciſci.l.si debitor.ff.de pact. vbi primum vtitur verbo paciſceretur,& deinde interposuisse pactum.

Interponere transactionem.

¶ Interponere transactionem,pro transigere.l.qui cum tutoribus. §. primo,& fina.ff.de transact.

Interposito actu, curatore.

¶ Interposito actu, pro inserto, interiecto.l. 2.in fi.ff. si certum peta. ibi,verbis quoque credimus,quodam actu ad obligationem compatandam interposito. Interposito curatore, pro adhibito. l.si fine. §. interposito curatore adolescens fundum Titio vendidit. ff. de administra.tutor.

Interponi actioni.

¶ Interponi actioni,id est opponi.l.2.ff.de excep.veluti plenius diximus in princ.tract. exceptio.& interponere pro opponere dicit l.iusiurandum.in vlt.ff. de iureiur.

Interpositus procurator, cautio.

¶ Interpositus procurator.l.3.ff.rem ratam haberi,ibi,cum minor vigintiquinque annis creditor pecuniam recuperare veller, interpositus procurator debitori de rato habendo cauit.id est datus,adhibitus. Interponenda cautio,præstanda,id est satisdandum est.l.in omnibus bonæfidei iudiciis.ff.de iudic.l.item ex diuerso.l.si quæ sunt.l.Pompo.1.& l.qui erat.famil.ercis.

Interpositis ædibus, & horis, ac instrumẽtis.

¶ Interpositis ædibus alienis seruitus imponi potest,id est interiectis. l. in tradendis. §. interpositis quoque alienis ædibus seruitus imponi potest.ff. cõmunia prædior. Interpositis horis,id est interlapsis.l. quod ait,in fi.ff.de adulter. ibi, & interpositis horis comprehensa. Interpositis instrumentis,id est adhibitis.l.tres fratres,Titius,Mæuius, & Seia omnem hereditatem inter se diuiserunt,interpositis instrumentis.ff.de pact.

Interponere dominationem.

¶ Dominationem interponere,l.duo fratres.in fi.ff.de acquir.hereditа.est dominari, & agnoscere, ac pro herede gerere.ibi,itaque cauere debet, ne qua in re plus sua parte dominationem interponeret. Alia non hic interponam,sed ad interpretationem l.alind.me confero. Siquidem elucidata fuit superius l. sciendum. statim post l. heredis. propter affinitatem materiæ,supra eod.

Lex 70. sciendum. explicatur post l. heredis.

Vlpia.

VLPIA. LIB. SEPTVAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMAPRIMA.

Aliud est capere,aliud accipere: capere cum effectu accipitur:accipere, etsi quis non sic accipit,vt habeat. Ideóq; nõ videtur quis capere,quod est restituturus:sicut peruenisse proprie illud dicitur,quod est remansurum. Hęc verba,HIS REBVS RECTE PRÆSTARI,hoc significant,ne quod periculum,vel damnum ex ea re stipulator sentiret.

Capere & accipere differũt.

¶ Iurisconsultus hic assignat differentiam inter capere & accipere. Capere enim est cum effectu, vt quis sibi habeat. vnde mihi equum donatum recte capere dicor, quando cum effectu eum habeo,vt à me non possit auferri sine meo facto. l. id quod nostrum.ff. de reg. iur. Accipere vero dicitur quis,si sit restituturus, vel qui sic capit,non vt habeat, forte si commodati nomine capiat. l. si vt certo. §. item Labeo. ff. commoda. vel gratia depositi. l. quod seruus. depos. l. non solum.§. qui pignori. in fin. de vsucapio. aut conductionis, l.si quis conductionis. C.loca. Calumniator etiam dicitur pecuniam accipere, vt quid faciat, vel non faciat: sed non capere, quia eam restituturus est. l. 1. & per totum. ff. de calumnia. Accipit etiam, qui capit, vt manumittat,l.si mater. ff. de fideicommissar. liberta. Quæ poterunt conducere ad intellectum multarum legum, quas inferius adducam, & constitutionum, statutorum, & legum Regiarum.

Accipere dicũtur depositarius, calumniator & alij.

¶ Afferunt Grammatici,Rhetoresq; differentiam aliam. Capere enim sumunt pro sponte,& non sponte sumere, vt cepi labores,molestiam. Accipere autem est sponte tantum,vt accepi ensem, & alia huiusmodi: vt apud Vallam videre est, & alios: quæ differentia vix à Iurisperitis seruatur.

Multis modis accipitur verbum capere.

¶ Ex quibus patet verbum capere multis modis sumi.primò capere dicitur hic,quando capit,vt sibi habeat,l.inter publica.in fi.cum l.seq.supra eod.facit l.frugem.in fi. eo. Quamobrem non dicitur quis illud capere, quod sibi acquirere non potest, l. cum autem.§.fin. ibi,ponamus eum talem esse,qui capere aliquid ex testamento non potuerit, &c.ff. de ædilit.edict.l.edicto. de iure fisci,vbi etiam glo.facit l.si minor.de lega.1.l.Senatus. de dona.caus. mort.l.eum cui mille. de fideicommissar.liberta. l. Imperator.ibidem. l.fi. qui & à quib. l.in ædibus.de dona.l.1.& fere per totum. ff. de iure fisci,& in titul. de delato. lib.10. C.l.si quis solidum.de heredib.inst.l.1.in princ.ff.de acquir.possess.l.sequitur.§.tunc in potestatem.de vsucap. Et qui cogit alium dare, accipere dicitur, quia restituere tenetur. l. extat.ff. quod met.caus.nec dicitur capere,qui tantum erogat,quantum accipit.l.ciuitatibus.§.fi. de lega. 1.l.naturalis.§.1.ff.de præscrip.verb. Sed si quis liberatus sit obligatione,cepisse videtur.l.si quis obligatione.ff.de reg.iur.l.prædonis.ff.de petit.hereditа.l.mortis causa.4. §. de dona. caus.mort.

Capere cum affectu, an legi debeat.

¶ Alias tamen legi in quibusdam exemplaribus antiquis, *capere cum affectu accipitur*.& forte non malè posset intelligi,vt dum rem capimus, illam rem cum affectu acquirendi accipiamus,alioqui non acquireretur. vnde Iurisconsul. ait: in l.in omnibus rebus,quæ dominium transferunt,concurrere oportere affectus ab vtraq; parte cõtrahentium. nam siue ea venditio, siue donatio, siue alia quælibet causa contrahendi fuit, nisi animus vtriusque consentit,perduci ad effectum id quod inchoatur non potest.ff.de actio.& obliga.facit l.3. ff.ex quib.caus.maior. Et alibi dicit Paul.quod pupillus & furiosus sine tutoris authoritate incipere possidere non possunt,quia affectionem tenendi non habent.l.1.§.adipiscimur.ff. de acquir.possess.& §.si insserim.ibidem dicitur,non enim corpore & actu necesse est apprehendere possessionem,sed etiam oculis,& affectu.l.3. §.Neratius.ibi, si aliquando possidendi affectum habuero. ibidem.& §.in amittenda. ibidem.& l. 3. ff.ex quib.caus. maior. dicit, hoc ex affectu intelligitur, quia magis afficitur interdum vnus paruo terrore, quàm alius. l.ab accusatione.ad Turpilia. Item affectus cognoscitur ex terrore,ex pallore,trepidatione & aliis,quæ describuntur in l.de minore.§.fi.ff.de quæstio. nec dicitur quis cum tali affectu capere id,quod est restituturus, ac si caperet, vt sibi habeat.

Affectus quomodo cognoscatur.

¶ Accipere verò est,si quis non sic accepit cum illo affectu,vt habeat:ideoque non videtur quis capere cum affectu,quod est restituturus. vide tex. in l. qui seruum. ff. de actio. & oblig.ibi,iniuria ex affectu fit.Furtum sine affectu furandi non committitur,l.furtum.ff.de vsucap. facit l.2.§.si sub conditione.ff.pro empt.Et prætor ait, pupillum aut furiosum non teneri edicto, ne vis fiat ei, qui missus est in possessionem, quia affectu carent. l.1. §. hoc edicto.ff.ne vis fiat ei.Et iniuria ex affectu facientis consistit. l.3. §.1. ff. de iniur. Et animo ab accusatione desistit, qui affectum & animum accusandi deposuit. d. l.ab accusatione.§.1.ff. ad Turpil.& l.at qui natura.§.si libero.ibi,quia & gerẽdi negotij mei habuerit affectionem. ff.de negot. gest.l.arboribus.in fi. ibi, sufficere enim ad retinendũ vsumfructũ esse affectum

Accipere quid.

retinere volentis,& seruum nomine fructuarij aliquid facere.ff.de vsufruct. Prior tamen intellectus est communis:& sic legitur in Pandec.Florent.videlicet,*cum effectu.*

Capit, qui ad iudicem ducit.

¶ Item quando præmium datur capienti furem, illud non habebit capiens, nisi duxerit ad iudicem:nempe capere est cum effectu,vt hic:& firmat ibi in l.1. §.fi. per illū tex.ff. quod quisq.iur.l.si Barsatorā.C.de fideiuss.alibi scripsi. Et cautum est Regijs cōstitutionibus in

Commissarij ab accusatis nil capere possunt.

rub.*des adiournez à comparoir en personne*, artic.6.& seq.ne cōmissarij deputati ad audiendum delinquentem, quicquam capiant ab illo, neq; ab alio illius nomine, ne forte corrumpantur.his verbis:*ne prennent, ne exigent*,&c.facit cap.statutum.§.insuper.de rescrip.lib.6.

Oberrātes res altus iustitiarius capit.

¶ Adhæc quæ in terra, mari, cœloque capiuntur, id est feræ bestiæ, volucres, pisces, capientium fiunt, videlicet cum effectu.l.1.ff.de acquir.rerum domi. & l.3 ibid.§. feræ.de rer. diuis.in Inst. Præterea dominus directus,id est altus iustitiarius (vt verbis pragmaticorum vtar) capit res oberrantes, quas *espaues* Galli vocitant, vt in consuetud. Burgund.rubr.*des iustices*,artic.primo.

Prendre & receuoir an differant.

¶ Ad cuius Latini sermonis imitationem quidam etiam differentiā assignare voluerunt inter hęc verba Gallica,*nul ne prenne,ou reçoiue*,vt interpretentur verbum capere, *prendre* & accipere,*receuoir*.Sed parum obseruatur hęc differentia in verbis vulgaribus, maximè inter accipere,sumere,& recipere,quia semper dicitur *receuoir*:licet Vlpia.in l.cum quis.§.mulier. ff.de dote prælega. videatur facere differentiam.Quinimo etiam apud Iurisconsultos interdum hęc confundi videmus, vt promiscuè sumant capere pro accipere,& econtra: vt in l. 1. ff. de fideiussor.tutor.& alibi, vt dicam inferius in verbo accipere.Quæ sufficiant quoad primam & propriam significationem huius verbi capere.

Capere pro prehendere.

¶ Secundò,capere est prehendere,vt si ex improuiso dum quis iter facit,capiatur ab hostibus,l.3.§.sed si ex improuiso.ff. de re militar.

¶ Tertiò,capere significat apprehendere: idem pene cum superiori, in l. naturalem. §.1. ibi, itaque si per hoc tempus, quo eam persequimur, alius eam ceperit.ff. de acquir.rerum domi.& §.illud.de rerum diuis.in Instit.

Capere pro decipere.

¶ Quartò,sumitur capere,pro decipere: hinc captus, id est deceptus, & circunuentus, l. nec non.§.1.ff. ex quib.caus. maior.ibi, & dum propter hoc recedere non potest,captus sit, restituitur.l.nam postea. §.si minor 25. annis iusiurandum detulerit,& hoc ipso captum se dicat.ff.de iureiur.l. non solum.in fi. de in integr.resti. & fere per totum titul. de minor.Et non capitur,qui ius publicum sequitur.l.nihil consensui.§.1. ff.de regul.iuris.

Capere pro recipere.

¶ Quintò,pupillus tutore authore incipere potest possidere, si eius ætatis sit, vt intellectum capiat,id est habere incipiat.l.1.§.adipiscimur.in fi.ff.de acquirenda possess.l. vinaria.vasa.infra eod.

¶ Sextò,capere fructum,l.pratum.ibi,paratum sit ad fructum capiendum,supra eo.id est ad recipiendum fructum: veluti etiam aquam ex cœlo capere. lege, fistulam. ff. de seruitu. vr banor.prædior.

¶ Septimo,aliquando capere dicitur is,qui à pupillo accipit,vt sibi habeat,& furetur.l.1. §.fi. ff. de fideiussor. tutor. ibi, quod apud pupillum is reliquerit, si heres capit, non quidem crimine caret,sed extra tutelam est,& vtili actione hoc reddere compellitur.

Capere pro continere,

¶ Octauò, capere pro continere,l.tenetur.§.si vas.ff.de actio,emp.ibi, certam mensuram capere dicit vas,

Capere pro sumere & intelligere.

¶ Nonò, capere interdum sumitur pro intelligere, vt si dicamus,dolus capitur hic pro lata culpa, seu sumitur pro lata culpa, id est intelligitur. atque sępius in hoc significatu videmus vsum horum verborum receptum, vt inferius quoque dicemus, in verb. accipere.

Dominium capere pro acquirere.

¶ Decimò,capere pro acquirere,vt capere dominium domus,vel alterius rei,l. damni.1. §. non solum. ff. de damno infect. vbi glo.& l. certe,§. Iulia,de precar. ibi,nam si ab eodem emisset, inciperet etiam pro emptore posse dominium capere.

Capere pro vsucapere.

¶ Vndecimò, capere pro vsucapere. l. his qui pignori rem acceperunt, potior est is, cui damni infecti non cauetur, si possidere, & per longum tempus rem capere ei permissum fuerit.ff.de damno infecto.l.bonę fidei.& l.adeo.§.cum in suo.versic.illud.de acquir.rerum dom.l.3.§. Neratius.& §.fin.ac l.locus.ff.de acq.possess. l.ei à quo,de vsucapio.& interdum Iurisconsul.ait longa possessione capere. in l.si quis fundum. de acquir. possess. Et sic cognoscitur hæc significatio pro subiecta materia, dum in lege exprimitur longo tempore capere,vel longa possessione.

Mortis causa capi.

¶ Duodecimò,mortis causa capitur,cum propter mortem alicuius occasio capiendi obuenit.l.mortis causa capitur,& l.qui pretio.& l.mortis causa capimus.ff.de dona.caus.mort. Inde mortis causa capio,quod mortis causa capitur,l.in quartam. ff. ad legem Falcid.

Elucidatio ad l.is autem.

¶ Decimotertiò,capere pro finire,exponit glo.in l.is autem.in fi.ff.ex quib. caus. maior. ibi, tamdiu igitur in seruitute esse videtur, quamdiu non est huiusmodi lis cœpta, id est finita. dicit ibi gloss. Ego verò dicerem ibi propriè poni pro incepta: quod probat text. ibi, ex quo lis inchoata est. nam postquam lis de statu est inchoata, & cœpta, non succurritur illi ex hoc edicto, quia satis iudex succurret à tempore litis motæ. iudici enim statim atque index factus est, omnium rerum officium incumbit,quæcunque in iudicio versantur,l.ædiles. §.item sciendum. ff. de ædilit. edicto. ideoque in seruitute esse videtur,quamdiu non est cœpta lis, quia post litem cœptam iudex omnia ei adiudicabit absque restitutione facta à prætore.Sic intelligi debet illa lex hactenus non intellecta.

Capere pro incipere.

¶ Decimo quartò, capere pro incipere: vnde non qui comitem abducere ceperit, sed qui perfecerit,iniuriarum tenetur. Vlpian.in l.item apud.§.inter comites. ff.de iniur.l.quis fit fugitiuus. §. idem Cælius. de ædilit. edicto. l. 1. §.sed etsi is. de noui oper. nuntia. ibi, ceperit agere. l.1.§.item si fine causa. & §. cepisse,de pollicita.l.adeo. §. insula. de acquir. rerum domi.l.qui bona fide.in princ.& l.homo.§.an si iussu.& l.insulam.§.1.& l.quęcunque. ibidem.l.quod meo.§.penul.ff.de acquir.possess.l.sequitur.§.si pupillus.& seq.ff.de vsucap. ideoque ceptam vsucapionem à defuncto,posse impleri constitutum est.l.ceptam.ibidem. l.si pupillus. de priuileg.creditor.l.si quis cum.quę in fraud.creditor.l.postliminij ius.ff.de captiuis.l.æstimationem.de munerib.l.1.de.pollicita. ibi, cepisse sic accipit, si fundamenta operis gesserit, vel locum purgauit.l.3.vsufruct.quemadmod.caueat. Inde ceptum opus pro incepto, quod tenetur quis perficere, etiam si per pollicitationem tantum fuerit promissum.l.pactum.ff.de pollicita.abunde scripsi in 3. tom. commentar.in consti. Reg.tit.de magistris artificior. artic.4.glo. vlt. Sic dicimus,cepit esse certum, id est inceptum est sciri. l.1.§.diuus.ff.de iure fisci.ibi,ex die quo certum esse ceperit.

Capere pro cōprehendere, cōplecti.

¶ Decimoquintò , cepit, id est comprehendit, complectitur, continet, l.si sic stipulatus sim.ibi, non enim ad vnam vim tantum pertinet. nam sicut & ipsius factum & heredis capit,ita & ipsius vis, & heredis vel sępius facta complectitur.ff.de verbor.obliga.

Capere pro pati.

¶ Decimosextò,capere damnum,pro pati,l.quamuis.ibi, quoniam si quis ex ea re damnum ceperit,habet proprias actiones.ff.ad legem Aquil. Inde captionem pro damno exponit glo.in l.de ætate.§.fi.ff.de interrogat. actio.l.ob id. ad legem Aquil.l.si verò. §. sed & si quis.de his qui deiecer.l.quotiens in diem.ff.de verbor.oblig. Et captio pro iniquitate, in l.quotiens nihil.ff. de regul. iur. l. nullus.in fi. de procurator. l.si via. de seruit. rusticor. prædior. Alias captio apprehensio dicitur, vt bonorum captio,vel pignoris.l.cum eo.ff. ad legem Iul.pecula.l.1.§.quid ergo.de ventre inspicien. Quandoq; etiam deceptio, vt in l.1.ff.de in integr.resti.& l.1.de minor. Hinc captionem inanium verborum improbat Imper.in l.fi. C. qui admitti.

Significationes dictionis captio.

Capere pro priuare.

¶ Decimoseptimò,capere pro priuare:vnde captus mente, priuatus mente & insanus dicitur.§.pręterea.Inst.quib.mod.non est permiss.facer.testam.Et captus luminibus,id est priuatus visu,l. libertus.ibi,nec ad rem pertinet,an operas patrono, vel ministerium capto! luminibus exhibeat.ff.ad municipal.l.luminibus captum. C.qui dare tutor. possunt.

Captus mente, luminibus.

Amore captus.

¶ Amore captus,ex translatione ferarum, quæ extricare se ex ligaminibus non possunt, ita nec amore mulierum capti desciscere possunt, imò amore illarum capti omne fas atq; nefas committerent,ait Pompo.Iurisconsul.in l.2.§.initium.ff.de orig.iuris, vt iuste videamus recusare iudices, necnon testes mulieris amasios, quemadmodum ego quoque publicè disputando Parisiis in meis conclusionibus sustinui, exemplarem substitutionem amasio tanquam furioso fieri posse.

Capitur aduocatus pecunia.

¶ Aduocatus etiam interdum pecunia capitur,quod prohibet l.quisquis.in fi. C.de postuland.ibi pro tenetur,intercluditur.

Capere honorem.

¶ Capere honorem,id est insigniri honore: vnde damnatus de vi priuata nullum capiat honorem,l.1.ff.de vi priua.

Capere pignori.

¶ Capere pignori, vel pignus,ex lege elucidatur in l. quemadmodum. §. magistratus.ff. ad legem Aquil.

Captiosus.

¶ Præterea captiosus,id est deceptione plenus, damnosus, pernicios us.in l.si cum exceptione.§.si aliquādo.in fi.ff.quod met.caus.ibi,ne metus,quem passus sum,mihi captiosus sit.l.si rem mihi. ibi,captiosus erit.de vsucapion.Pupilli ignorantia non debet esse captiosa creditoribus.l.qui autem.§.si quid.ff.quæ in fraud.creditor.prætor enim beneficium suum nemini vult esse captiosum. l.Paulus. de prætor. stipula. Inde captiosa liberalitas, id est captionibus & deceptionibus plena, quam interpretatio prudentum fregit, l. cum Aquiliana.ff.de transactio. Captiosa positio est,quæ partem respondentem capit, quoquo illi modo respondeat, siue negatiuè, siue affirmatiuè, & pars quoquo se vertat capitur. Et illi positioni captiosæ non tenetur quis respondere,vt Bal.asserit in l.2.§. quod obseruari. col. 5. versic. item non tenetur quis. C. de iureiur. propter calum. dando, post glo. in c.fi. in verb.absque rationabili.de confes.in 6.& Bar.in l.qui iurasse.§.si pater.ff.de iureiur.Paul.in l.controuersia.de transactio.

Captiosa liberalitas, positio.

Positioni captiosæ non tenetur quis respondere.

¶ Vnde si domum valentem centum vendidero sexaginta, & velim eam venditionem retractare,quia non sum vltra dimidiam deceptus,audiri non debeo,remedio l.2. C. de rescind

scind.venditio. Ideo captiosa positio erit,si lite contestata ponam,quod emptor est bonus vir,& quod super hac positione interrogetur:qui si respondeat se eum esse,tunc conclude tur, quod bono viro non est licitum aliquem decipere, nec quidem in minimo. per glo. singul.in l.semper in contractibus.ff.de regul.iur.si vero dicat se bonum non esse,tanquam allegans propriam turpitudinem, non audiretur:& sic quoquo se vertat respondens,capitur.Sed illi,si sapit,quis non respõdebit,vt concludit Tho.Ferra.cautel.4.regula.& Gerard. singul.22.Pantha.Calder.in repet.l.2.col.4.C.de rescind.vẽdit.ac Iaf. in l.penul.C. de pact.

Cautela doc. reprobata. Ego arbitror,quod etsi quis fateretur se bonum virum, non tamen eo solo prætextu condemnaret eum iudex ad restituendum rem: cum ad rescisionem contractus exigantur in hoc Regno literæ Regiæ,vt dico in tract.de rescis.contract.in 2.tomo commentar.in consti. Reg. Gallic. quæ eo solo non concederentur, & concessæ à iudicibus non comprobarentur.ideo illa cautela nullius momenti est,minus interrogatio,& responsio.

Captiuus. ¶ Captiuus autem dicitur, qui ab hostibus captus est. de quibus in tit.ff.& C.de captiu. & postlimi.reuerf.& l.etiam.1,& l.pupillus.§.1.infra eod.

Captare. ¶ Captare frequentatiuum est à capere.lege 1. ff. si quis aliquem testar.prohibuer. sic inquiens, qui dum captat hereditatem legitimam, &c. nempe captare aliquem est conari eum blanditiis, vel deceptionibus ad nos trahere, venari,& aucupari lucrum.tex.in §.manet.de societa. in Insti.licet ibi aliter exponat glo.vnde in d.l.1. captat hereditatem, qui conatur deceptionibus,& prohibitione notarij impedire testantem,ne voluntatem suam vltimam condat: cui alludit Græcum adagium, *ἀγροῦται ἰχθύσι*, id est captantes capti sumus, cum res præpostere succedit, vt ab his quibus conabamur imponere, decipiamur. de quo per Erasmum in Chiliad. facit l. 1. §. 1. ibi, non immerito videri possit captasse ob aliquam mulieris iniuriam.inde Iurisconsul. ait, non oportere ius ciuile calumniari, neque verba eius captari,sed qua mente id diceretur,animaduertere cõuenire,l.penul.ff.ad exhib. Captari quoq; verba dicuntur,cum torquentur in aliam significationem, quam is qui ea pronuntiauit acciperet. Augusti.in lib.4.de emenda.iuris.c.15.

Captatoria vo luntas. ¶ Captatoria voluntas dicitur,cuius conditio confertur ad secretum alienæ voluntatis, & ab alieno pendet arbitrio:vt instituo,vel lego illi,quem Titius voluerit,l.illa. l. captatorias.cum l.seq. ff.de heredib, insti. l.captatoriæ.de lega. 1.quia sæpe in hac voluntate captus esset testator, id est deceptus, si Titius nollet. Paul. in l, captatorias. C. de testam. militar. ideóque non valet ibi institutio captatoria,etiam à milite facta.

¶ Vel captatoria est, cuius dispositio, essentia & existentia est posita in voluntate tertij, vtor verbis Bal.in l.prima,col.penul. C.de sacrosanct. eccles. per l.vtrum. §. cum quidam. ff. de reb. dub.

Concipere pro apprehendere, & simul capere. ¶ Concipere est simul capere, apprehendere,à cum, & capio: vnde mulieres concipere dicuntur, quãdo vtriusq; genitale semen in vtero earum coit ad fœtum producendũ,l.liberorum.versic.neq; enim.inf.eo.Et heres qui in ius defuncti succedit,licet apud eũ ignorantem ancillam furtiuam esse, conceperit ea, & pepererit, non tamen vsucapiet, l.sequitur.§. heres.& seq.ff.de vsucapio.l.si quis cum totum. §.si ancillam. de excep.rei iudica.l.qui vas. §. si ancilla. de furt. quæ conceptio quoad libertatem inspicitur, vt is nascatur liber, cuius mater tempore conceptionis erat libera. §. sed & si. de ingenuis. in Insti. facit l.1. de bonis damnator.l.fi.de senten.pass.

Concipere pro formare. ¶ Concipere pro formare, in l. Gallus. §. & quid si tantum in mortis filij casum conciperet.ff.de liber.& post.vbi doct.sic exponunt. Videte si accipi possit pro hypothesim fingere,& casum ponere, vt dicunt.

Concipere,extrahere, colligere. ¶ Concipere pro extrahere,vel elicere,d.l.Gallus.§.quidam.ibi,sed simpliciter instituat vt eo casu valeat,qui ex verbis concipi possit. ibidem:vel pro colligi.

Concipere pro constituere. ¶ Concipere, constituere, in l,si tibi. §.pactum. ff. de pact.vbi primo dicit constitutum, postea conceptum. facit l. non quemadmodum fideiussoris obligatio in pendenti esse potest,vel in futurum concipi.ff.de iudic.

Concepta solutio, secũdum formam facta. ¶ Concepta solutio, constituta, facta secundum formam.l.1.§.editiones.ff.de edendo,& l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbor.obliga.

¶ Concipere vsitatum verbum formulariis, significans verbis solemnibus actionem intendere,& ad certam formulam exprimere,l.quicquid.ff.de verborum obligationibus,l.1. in fi. de interd.

Conceptum pactum. ¶ Conceptum pactum, constitutum,factum iuxta formam.in l.& heredi.§.1.ff.de pact.l. qui in futurum.§.fi.iuncta l.si tibi.§.pactum conuentum. ibidem.

Cõcipere actionem. ¶ Concipere actionem suam in bonum & æquum, est ita petitionem suam mouere, vt non vltra quis petat, quam quod præstari æquum & bonum est. l. quæsitum. ff. de sepulchro viola.Et pœnæ nomine concipere,est ad pœnam cõcludere.l.prætor.in fi.ff.de bonis author.iudic.possid.

¶ Solet interdum interdici aduocatis,ne libellos concipiant, pro conficiant, forment.l. moris.§.

moris.§.solet.ff. de pœnis. & hoc fit ratione delicti. Inde libellorum inscriptionis conceptio talis est,qualis describitur in l.libellorum.ff.de accusa.

Concipere pro componere. ¶ Concipere pro conficere,componere,l.impossibilis conditio,cum in faciendo concipitur.ff.de verbor.obliga.inde Iurisconsultus sic ait in l.5.§.stipulatio. ibidem: Stipulatio autem est verborum conceptio,quibus is,qui interrogatur,daturum,facturumvè se,quod interrogatus est,respondet.facit l.eum qui.de verbor.obliga.versic.plane.l.stipulatio.§.hęc quoque.& l.quicquid.& l.huiusmodi.ibidem.l.stipulationes commodissimum est ita componere. vbi in vno loco dicitur concipere, in aliis conficere vel componere. ff. de verbor. obliga.l.ex ea parte. §. penul.ibidem.& l. si plagij.ibidem.l. si Titia.§. 1.l.1. §.communis.de stipula.seruor.l.si seruus communis.2.§.1.ibidem.l.procurator.3.rem ratam haber.

Concipere sententiam. ¶ Concipere sententiam,est eam dictare,c.1. vbi Archid. de re iudica. in 6.

Concipere edictum. ¶ Et Iurisconsultus ait, Edictum concepit, in l.1.§.1.ff.commoda.pro composuit.& istæ significationes sunt fere similes.

Concipere radices. ¶ Conceperit radices,id est egerit.l.3.ff.arbor. furtim cæsar.ibi, cum nulla arbor proprie dicatur, quæ radices non conceperit. iuncta l.adeo. §. 1. ff.de acquir. rerum domi. dixi in l. Labeo.2. supra eod.

Concipiuntur cisternæ imbribus. ¶ Concipiuntur cisternæ imbribus,implentur.l.vna.§.hoc interdictum.ff.de fonte.

Libelli appellatorij quo modo concipiendi. ¶ Concipiendi sunt libelli appellatorij sic, vt habeant scriptum à quo dati sunt, hoc est quiappellet, & aduersus quem,& à qua sententia.l.1.in fi.ff.de appella.

Cõceptum furtum. ¶ Conceptum furtum dcitur, cum apud aliquem testibus præsentibus furtiua res quęsita,& inuenta sit.nam in eum propria actio constituta est,quamuis fur non sit,quę appellatur Concepti.tex.in §.conceptum.de obliga.quæ ex delict.nascunt.in Insti.& Paul.lib.2. Senten.sic ait in titul.de furt. Concepti actione is tenetur,apud quem furtum quęsitum, & inuentum est,quemadmodum etiam oblati actione is tenetur, qui rem furtiuam alij obtulit,ne apud se inueniretur. Concepti igitur is agere potest, qui rem concepit, & inuenit, oblati verò cui fuit oblata res furtiua. hodie his non vtimur.

Iurare conceptis verbis. ¶ Conceptis verbis iurare est dictatis à deferente verbis ad iusiurandum adigere, & secundum illa verba iurare.Budæ.in annota.ad l.iusiurandum.ff.de iureiur.& vt delatum est, quod vulgo dicimus, secundum formam à parte datam iurare.l.4.§.iurari.ibidem.

Conceptio. ¶ Vnde conceptio iuramenti, est formula qua iuratur.d.l.iusiurandum, & ad pecunias. §.qui iusiurandum. ibi, si de qualitate iuramenti fuerit inter partes dubitatum, conceptio eius in arbitrio iudicantis erit.vbi Budæ.sic exponit, quasi velit dicere,quod si inter partes de forma iuramenti dubitetur,iudex arbitrari debet,qua forma iurandum sit.& §.non semper.ibid. cum dicit, ideoque si quid tale inciderit, officio iudicis conceptio huiusmodi iurisiurandi terminetur.

¶ Conceptio verborum,id est forma.l.penul.ff.si quis cautio.ibi,vt hanc conceptionem non ad ipsius, sed ad domini vtilitatem relatam interpretemur. & l.ex verbis,C.de dona. inter vir.& vxor.l.qui res.§.qui stipulatur.de solutio.

¶ Conceptio formularum non obseruetur.l.actio.ff.de negot.gest.

Accipere varie sumitur. ¶ *Accipere,etsi quis non sic accipit, vt habeat.* Quamuis accipere ex ad & capere, vt grammatici docent, componi videatur,tamen accipit quis, vt domino seu alteri tradat, vel acquirat, seu restituat. l. per seruum.§.sicut seruus communis stipulando nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo soli ei acquirit. & l. etiam. ff. de acquir.rerum domi. & supra dictum extitit,& probat etiam l.sed Iulia. §.penul. ibi, patri enim, non sibi accepit. ff. ad Macedo.l.qui autem.§.hoc edictum.quæ in fraud.creditor. Etiam accipere dicitur quis ab eo,qui non erat dominus,l.eum qui.§.1.ff.de Public.in rem actio.

Accipit non iure,turpiter. ¶ Dicitur etiam accipere non iure, vt in receptatore. l.1.ff.de recepta.& turpiter.l.si procurator.1.de doli excep.l.1. & per totum, ad legem Iul. repetund.Et in l. eadem dicitur aduocatum teneri, qui pecuniam accipit ad ferendum sententiam in consilio, *au bureau*, vbi processus iudicatur,vt in Francia fieri solebat, antequam essent consiliarij in curiis inferioribus.At capere iure.l.4.ff.de condict.ob turp.caus.l.penul.& fi.ibidem. Sed hæc differentia parum obseruatur. Inde is,cui fit mutuum,illud dicitur accipere,quia tantumdem est restituturus.l.2.l.si ego.& l.non omnis.& fere per totũ.ff.si certum pet.a.l.ait prętor.2.de minor.l.1.& fere per totum,de actio.& obliga.& l.qui Romæ.in princ.ff.de verbor. obliga.

Accipere verbum onus respicit. ¶ Item accipere respicit onus, vt in dote, l.Pompo:§.in dotem. ff. de acquir.possess. l.fi. pro dote.& in pignore.l.serui.ff.de vsucapio.l.sæpe. versic. sed scientibus.de re iudica.l.1.§. si quis pignus. de separatio.

¶ Inde quis accipere dicitur rem permutatã.in l.fi.ff.ex quib.caus.in possess.eat.vbi etiam dicitur in solutum accipere. l. deferre.§. Papinia.& l. vbi.ff.de iure fisci.l.ait prætor.§.si cui. quæ in fraud.creditor. Et idem in contractu do vt des,veluti si dem rem, vt rem accipiam, contractus est innominatus.l.naturalis.§.1.ff.de præscrip.verb.Et creditor dicitur accipere debitum.l.pupillus.ibidem. quæ in fraud. creditor.

¶ Addunt

Accipere & sumere differunt.

¶ Addunt nonnulli differentiam inter accipere & sumere: quod accipere sit de manu alterius capere. Lucas per illum tex. in l. domini. col. 1. C. de agricol. & cens. lib. 11. c. lector. 23. distinct. c. miramur. 61. distin. per id quod scribitur Lucæ 11. Omnis qui petit, accipit. Et qui ignorat, nec tradere, nec accipere id, quod incertum est, potest. l. locus. ff. de acq. poss. Et accipere fundum ait Iurisconsul. in l. 3. §. non video. ff. vti possidet. Sumere verò à seipso est, l. 3. vbi etiam Lucas, C. de eroga. militar. anno. lib. 12. alia videte in l. cum in testamento. infra eod. Nec tamen illa iura negant, quin accipere intelligi possit etiam propria authoritate, & à seipso, maximè quando refertur ad personas, vt talis accipiat castrum, domum, & similia, d. l. domini. l. Titia. §. 1. ibi, volo à seipso accipere. ff. de lega. 2. Dec. in regul. non videtur quisquam. ff. de regul. iur. & inferius dicetur directum an sit.

Accipere missionem.

¶ Interdum accipere missionem est mitti, l. milites. 2. §. is etiam qui contra disciplinam agrum comparauerit, si nulla de ea re quæstione mota missionem acceperit, inquietari prohibetur. ff. de re militar. id est missus fuerit.

Accipere pro intelligere.

¶ Præterea accipere pro intelligere sumitur. l. creditores. supra eod. l. litigatores. de arbitr. §. quod ait prætor, pecuniam compromissam accipere nos debere. per l. Papinian. §. quarta autem accipietur. de inofficios. testam. l. in lege. de ficar. l. 1. in fi. de seru. fugitiu. l. 3. in fi. commod. l. furti. de his qui no. infam. l. sed & si lege. §. perinde. ibi, accipies si dolo, &c. de peti. hereditа. l. sunt qui. de re iudica. l. si negotium. ibi, ita accepi. de priuileg. creditor. l. 1. §. quod ait. quor. legator. l. 1. §. in publico. de fluminib. l. 1. §. quod autem. de vi & vi arma. l. si stipulatus fuero per te. de verbor. obliga. l. 2. de pœnis. l. pronuntiatum. §. 1. supra eod. l. 3. ibi, accipienda sunt. l. creditores. & l. seq. l. alienationis. in fi. cum lege seq. & lege, in stratum. & l. seq. & l. sæpe. ac l. locus. cum l. præceden. atque in l. nottonem. cum l. seq. & l. triplici, cum l. pronuntiatio. & l. vrbana prædia. cum seq. isto titul.

Accipere, tractare.

¶ Item pro tractare, vel recipere, vt pater vester male me accepit, l. fi. §. 1. ff. de doli except. ibi, ignoscite: nam poteram vobis amplius relinquere, nisi me Fronto pater vester male accepisset, cui dederam mutuo quindecim, quæ ab eo recuperare non potui, &c.

Accipere iniuriam.

¶ Adhæc accipere est pati seu affici: vt accipere iniuriam, & contumeliam, l. in diem. ibi, ideo autem voluntas exigitur, ne dominus ignorans, iniuriam accipiat. ff. de aqua pluuia arcend. l. sed & si vnus. §. ait prætor. de iniur. ibi, ipsi, qui iniuriam accepisse dicetur, iudicium dabo. iuncto §: fil. ofamil. iniuriam passo, & §. quod deinde. ibidem. l. eum qui. §. 1. & l. si quis seruum. ibidem. nam qui iniuriam suscipit, patitur illam iniuriam sibi fieri. ideo dicunt accipere, pro suscipere: non tamen importat dominij translationem. Et pro eodem ferme capiuntur recipere, accipere, & suscipere. l. naturalis. § 1. ff. de præscrip. verb. Bar. in l. 1. de rerum permuta. l. 1. de re iudica. Quod limitatur in l. cum mota. C. de transactio. & per Dec. in l. non videtur quisquam. infra titul. proximo.

Recipere, accipere, & suscipere idem significant.

Directum verbum est accipere & capere.

¶ Adhæc verbum accipere directum est, & in directa substitutione inseritur, in lege, si quis ita. de vsufruct. Bal. consilio 120. in facto. volumine secundo, & consil. 281. quæstio. in fine, volumine tertio. Bartolus & alij in l. Centurio. in fi. ff. de vulgar. idem in verb. capere. l. filius famil. §. fi. ff. de lega. 1. vide inferius in verb. Percipere.

Accipere finē.

¶ Accipere finem, id est finire, l. vbi ceptum est iudicium, ibi finem accipere debet. ff. de iudic. l. in honoribus. in fi. de excusa. muner. l. si quis libertatem. de petit. hereditа. Et lis finem accipiat per sententiam. l. si fideiussor. in fi. ff. qui satisd. cogant.

Accipere iudicium.

¶ Accipere iudiciū pro litigare, litem orditi, siue pro se siue pro alio, l. si oleum. ibi, neq; Titius velit iudicium accipere. ff. de dolo. l. qui proprio. cum multis legibus illius titul. ff. de procurator. l. non distinguemus. §. item si quis. de arbitr. l. redhibere. §. idem Pompo. de ædilit. edict. l. si pupillus. in fi. de priuileg. creditor. Et aliquando pro accipere iudicium, suscipere dicit Iurisc. Paul. in l. 2. §. fi. ff si ex noxal. caus. agat. & in l. si pro patre. §. 1. de in rem vers. Susceptum etiam dicitur iudicium in iis casibus, quibus non fit litiscontestatio per petitionem, & respōnsionem. glo. in c. 1. in verb. absentia. de elect. in 6. tex. optimus in l. item veniunt. §. idem recte. ff. de petit. hereditа. ibi, post susceptum autem iudicium non potest noxæ dedendo se liberare. Suscepit autem per petitionem hereditatis. Alias acceptum iudicium, siue inceptum dicitur per litiscontestationem. l. restituere. 1. ibi, si statim iudicij accepti tempore. supra eod. l. fi. ff. de appella. l. pœnalia. de regul. iur. l. 1. de iudic. C. l. vbi acceptum. & l. non potest videri. ff. illo titul. l. 1. §. 1. de calumnia. l. si post acceptum. & l. præterea. de rei vindica. l. amplius. rem ratam haberi. l. si Titius. de verbor. obliga l. 3. & l. iam tamen. iudica. solui. l. supra iter. §. officium. de aqua pluuia arcend. l. illud. de petit. hereditа. l. Stichum. §. si mandato. de solutio. l. cum fructuarius. de vsufruct. l. fi. si certum peta. l. si per errorem. de vsucapio. lege fi. de litigios. lege, si autem. iudicatum solui. Eodem modo etiam dicitur iudicium susceptum, in lege, item veniunt. §. idem recte. ff. de petit. hereditа.

Susceptum iudicium.

Acceptum iudicium.

¶ Lis quoque dicitur inchoata per litiscontestationem. in lege, omnes. 2. ff. de actio. & obliga.

¶ Iudex acceptus dicitur delegatus. l. 2. C. de iudic.

¶ Vel

Acceptus index.

¶ Vel acceptus dicitur gratus, & à partibus receptus, approbatus. l. & si fideiussor. ff. de re iudica. Acceptum, receptum. l. 1. §. furiosum. ff. de actio. & obliga. ibi, sed quoad hunc benignius acceptum est. Et inde fideiussor acceptus, l. Stichum. in fi. ff. de solutio. & fideiussor idoneus, qui non sit acceptus, iniuriarum agit, lege, si verò. in fine. ff. qui satisdare cogantur.

Accipere pro emere.

¶ Accipere pro emere exponit glo. in l. fi. §. si procurator. ff. quę in fraud. creditor. sed ego exponerem ibi pro suscipere quòcumque titulo: quod nec glo. negat, & probatur ibi, si procurator ignorante domino, cum scierit debitorem eius fraudandi cepisse consilium, iussit seruo ab eo accipere, hac actione ipse tenebitur, non dominus, &c.

Accipere legatum.

¶ Adhęc legatum accepisse testamento is dicitur, cui factum legatum est, licet rem legatam non susceperit, l. si pręlusorio. in fi. ff. de appella. ibi, quare his qui testamento libertates, vel legata, vel fideicommissa acceperunt, saluę sunt actiones, si quas habuerint, &c. vbi non dicitur rem simpliciter, vel legatum accepisse, sed accepit legatum testamento, id est res ei legata est in testamento. potest etiam dici eum legatum accepisse, qui vere suscepit ac recepit. l. proinde. ff. si certum petatur, l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficioso testamento.

Accipere contrariam sententiam.

¶ Contrariam sententiam actor accepit, id est subiit, reportauit. l. iudicatæ. in fi. ff. de except. rei iudica. Aliquando pro admittere. l. 3. §. fi pater. & §. fi. ff. de bonor. possess. contra tab. vbi quod dixerat accipere, postea dicit admittere.

Accipere dominium, successorem.

¶ Item accipiat dominium, id est ius rei, siue proprietatem, l. 2. §. in hac. 2. ff. vi bonor. raptor. ibi, vt non dominium accipiam, sed illud solum, quod ex bonis meis, hoc est ex substantia, res ablata esse proponatur. Accipere successorem, lege, diem functo. ff. de assessorib.

Accipiens.

¶ Accipiens, id est accipere volens, l. vna. in fi. ff. de libell. dimissor. ibi, æquum est igitur, si per eum steterit, qui debebat dare literas, quominus det, ne hoc accipienti noceat.

¶ Accipienda, id est computanda, glo. in l. 3. supra eod. ego ibidem exposui pro interpretanda, vel intelligenda.

¶ Accipere pro habere, vel acquirere, vt adolescens actionem accipiet. l. pupilli. §. 1. in fin. ff. de solutio.

Accipere pro capere.

¶ Item hoc verbum accipere, plerumque sumitur pro verbo capere secundum materiam subiectam. l. 1. vbi vtitur verb. accipere, & in l. lex Iulia. verb. capere. ff. ad legem Iul. repetund. facit l. si eius fundi. ff. de rei vindica. l. 1. & 2. de calumnia. l. non omnis. si certum petā. l. si pecuniam. de condict. caus. data. l. solent. de præscrip. verb. l. cum ei qui partem. l. si mihi & Titio. §. fi. de lega. 2. l. cum quis decedens. §. Sciam. de lega. 3. l. eum qui. & l. omnibus. in fine, cum l. sequen. & l. qui pretio. de dona. caus. mort. l. quidam. l. postulante. ad Trebellia. l. traditio. & l. quæsitum. de acquir. rerum domi. l. 4. §. si ex conuentione. de re iudica. l. si quis dolo. in fi. ibidem. l. fi. in princip. quæ in fraud. creditor. l. 2. §. non male. de doli except. l. apud. §. si cum legitima. ibidem. l. 1. de bonis damnato. sic dicitur in l. veteres venditionum emptionumque appellationibus promiscuè vtebantur. ff. de actio. empti.

Acceptio improbata.

¶ Præterea acceptio accipiendi actus dicitur: vel acceptio personarum est, cum quis personam consanguinitatis ratione, amicitiæ, vel alia, non ex debito iustitiæ recipit: vtpote si patruus conferat beneficium nepoti, non quia est dignus, sed quia est nepos: vel dominus famulo. Quæ personarum acceptio reprobatur in c. nouit. de iudic. c. venerabilis. de præb. vt quæ omnium fere consanguinea infinita nobis in dies, parit mala. Et in octo præcipuè casibus eam reprobat Angel. Clauas. in summa Angelica, in verb. acceptio.

Acceptum rogare.

¶ Acceptum rogare solet promissor, rogari verò creditor. l. si pluribus. ff. de acceptila. vel acceptum rogare, id est interrogare liberationem parit. l. idemque. ff. de vsufructu. ferùus quoque fructuarius potest vsufructuarium interrogare, an acceptum habeat, id est an vsufructui cedat, & liberet dominum. l. species. ff. de acceptila.

Acceptum ferre debitum, & facere.

¶ Acceptū ferre debitū, vel accepto ferre, seu acceptū, aut accepto habere, seu facere; est debitum remittere, & quasi pro accepto habere, & ista ad idem reincidūt. quod vulgo dicimus, *ie le tiens pour receu*. l. ait prætor. §. si cum mulier, ibi, acceptum debitum fecerit. & l. vl. in princ. ibi, si fraudator fideiussori suo scienti acceptum tulerit. quæ in fraud. creditor. & l. eum qui ita. §. fin. ibi, at si Titio acceptum fecissem. & l. si seruum. §. penul. de verbor. obliga. probatur in l. pluribus. cum l. seq. ff. de acceptila. vbi & istis tribus verbis indifferenter vtuntur Iurisconsul. & Imperator in §. item per acceptilationem. quib. mod. tollit. obliga. in Insti. l. si intra illum diem debiti partem mihi solueris, acceptum tibi residuum feram. ff. de pact. Et dicitur hæc acceptilatio à iure imaginaria & ficta solutio. d. §. item per acceptilationem quib. mod. tollit. obliga. in Institut. Et acceptum ferre debitum in duriorem causam creditor debet. in l. 1. & 3. ff. de solutio. id est receptum habere pro grauiore causa debet, vt si debeat sub satisdatione, durior est causa quàm nude: ergo in illam causam

accepto ferri debet,l. in his. de solut. Et lege Iulia repetundarum cauetur, ne in acceptum feratur opus publicum faciendum,frumentumve publicè dandum, præbendum, approbandum.l.lex Iulia. §.illud.ff.ad legem Iul.repetund.quem tex. elucidaui in l. mulieris.§.1. supra eod. Et quotiens non dicimus id, quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito acceptum ferat,id est pro quo debito recipiat, & computet.l.1. §. quotiens. ff.de solutio.inde accepto latum est vni,id est vnus est liberatus. l. 2. §. si tamen. ff. de verbor. obliga.

¶ Interdum accepto ferre pro approbare exponit glo. in l. securitates. C. de susceptor. lib.10.sed ego exponerem,vt superius dictum est.

¶ Expensum ferre quid sit,declarabo in l.ferri.infra eod.

Acceptam sti pulationem fa cere.

¶ Acceptam facere stipulationem,est eam tollere, & remittere, lege, rescriptum. §. 1. ff. de pact. ibi, æquum erit accepto eam stipulationem ferre.in fin. princip. ff. de dona. l. ait prætor.§.exitus.quæ in fraud. creditor. lege, Iulia.in fine. de doli excep. lege, illud. quod met.causa. Et sic idem est acceptum facere, vel accepto facere,acceptum ferre, vel accepto ferre,per prædicta.

Acceptare.

¶ Inde acceptare, est frequenter accipere, l. alio. in fine. ff. de alimen. & cibar. lega. vbi scripsi,& l. tale. §. post diuisionem. de pact. ibi, post diuisionem bonorum, & æris alieni, singuli creditores à singulis heredibus, non interpositis delegationibus, insolidum, vt conuenerant,vsuras acceptauerunt. Aliter quidam exponunt ibi acceptauerunt,id est per acceptilationem liberarunt.quod non video conuenire text. illi:sed acceptare exponitur, id est gratificando accipere,& approbare.c. officij. de testam.vel acceptare pro suscipere inquit Iurisconsul.in l.fi.§.si autem. ibi,qui acceptandus siue suscipiendus censualibus professionibus destinatur.ff.de munerib.

¶ De iure canonico dicitur etiam quis beneficium acceptare, petendo sibi conferri, vel sibi collationem factam approbando.clem.si plures.vbi Bonifac.de præben. scripsi in §.teneantur.in glo.petierit.de colla.in concorda.

Acceptilatio.

¶ Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu absolutio.l.1.ff.de acceptila.vbi plene explicabo.

Incipere possidere.

¶ Incipere possidere,id est acquirere possessionem exponit glo.in l.1.§.adipiscimur. ibi, sed furiosus & pupillus sine tutoris authoritate non potest incipere possidere.ff.de acquir. possess. l. non solum. §. item hic.ibi, incipiet fundum pro herede possidere. de vsucapio. videte an possit exponi incepit possidere, id est inchoat possidere, ingreditur possessionem, quia incipere & inchoare potest possidere,etiam si non acquirat possessionem: vt d. §.adipiscimur.& l.clam possidere.de acquir.possess.

Incipit dies à media nocte.

¶ More Romano dies à media nocte incipit, id est inchoat, l. more. ff. de fer.& in eum casum deducendo,à quo stipulatio incipere non possit.l.pro parte.de seruitu.

Incepta negotia.

¶ Incepta negotia geri,id est inchoata.l.nam & seruus.§.si viuo.ff.de negot.gest.l.heres socij. ff. pro socio.

Intercipere.

¶ Intercipere autem à capio fit, & significat interim dum aliquid agitur occupare: vnde si is qui depositum suscepit,abneget,non statim etiam furti tenetur,sed ita si id intercipiendi causa occultauerit.l.1.versic.sola cogitatio.ff.de furt. Et epistola dicitur intercepta, cum interim quod ad me deferebatur subtracta est & capta. l.eum qui. §. si epistola. ff. de furt. Et tutor administrationem quidem rerum pupillarium habet, intercipiendi autem potestas ei non datur, id est interim pendente tutelæ administratione sibi occupandi res pupilli, l. falsus. §. 1. ibi, procurator autem eos intercipiat.de furt. Intercipere enim est quodammodo furandi animo accipere, & malo animo. l. 1. ff.ad legem Iul. pecula. qua lege prohibetur,ne quis ex pecunia sacra,religiosa,publicave auferat,néve intercipiat.& l. 4. & l.peculatus.ibidem.non enim pecunia fisci intercipitur,quæ debitori eius auferetur,scilicet quia nihilominus manet debitor fisci.l.penul.de plagiar.l.si seruus.§. si oliuam.& §. seq. ff. ad legem Aquil.l.quemadmodum. in fi.ff. de noxal.

¶ Intercepta cautione,l.argentarius.§.fi.ff.de edendo, vbi primo dicit subrepta cautione,postea intercepta.

¶ Et,noluit enim oratio diui Marci alimenta per transactionem intercipi,id est perire. l. cum ij.§.eam.ff.de transact.

¶ De verb.percipere tractaui in l.pratum.supra eod.

Præcipere.

¶ Præcipere est iubere.l.si quis mihi bona.§.sed si mandauit.versic.idemque est.ff.de acquirenda hereditate. Vnde dicimus, quod præcipitur, imperatur,quod imperatur, necesse est fieri.capitulo fina.decimaquarta, quæstione prima.Et per verbum præcipio fertur sententia.c.in his.eodem titulo in Decretal.

Præceptum.

¶ Hinc præceptum,id est iussus,& differt à mandato,vt per Felin.& doct.in c.eam te.de rescrip.l.iniuriarum.§.1.ff.de iniur.& d.l.si quis mihi.

¶ Præceptum

Nudum præceptum.

¶ Præceptum nudum vocat Iurisconsultus præceptum factum sine causa,vel sine nominatione personæ,cuius contemplatione prohibitio fit,in l.filiusfamil.§.diui.ff.de lega.1.vt præcipio,ne alienes rem,nulla est hic causa:quare tunc nudum vocatur præceptum.si verò addam causam,vt quia fuit parentum meorum hæc domus,eamq; adhuc volo conseruari, & prohibeo ne alienetur:iam non est præceptum nudum.doct.in d. §. diui. plenius interpretantur,ad quos si lubet,recurrere licebit.

Iudicis præceptum.

¶ Præceptum iudicis dicitur iussus,aut sententia iudicis,l.qui agnitis.ff.de exceptio.ibi, præcepto siue interlocutione iudicis:vel etiam præceptum iudicis dicetur,cum iudex præcipit confitenti,vt intra certum tempus soluat:de quo in l.si debitori.ff.de iudic.quam leg. in præcellenti academia Tholosana publicè fui professus, dum illac iter se offerret, eundo versus Montempessulanum.

Præcipere, præ aliis capere. Præceptio.

¶ Alias præcipere est præ aliis capere,l.qui autem.§. sciendum. ff.quæ in fraud. creditor. ibi,neque enim debuit præcipere ceteris post bona possessa.

¶ Vnde præceptionis causa,id est præcipui,l.1.§.si quis.ff.quorum legator. ibi,qui vero ex causa præceptionis capit, vtique tenetur hoc interdicto.l.si filiusfamil. legatum sibi seruum per præceptionem rogatus manumittere.ff.de dolo.l.heredes.in fi.& l.rem.famil.ercis. & legatum præceptionis non nisi vni ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex hereditate præcipuum relinquatur.Caius in lib.Insti.vlt.titul.de lega.

¶ Præceptio bonorum,l.2.ff.de fund.instruct. Et olim quatuor erant genera legatorum, quæ hodie sunt sublata,vt profitetur Iustinia.in §.sed olim.de leg.in Insti.ea declarat Alcia. in lib.3.parerg.c.1.

Præcipuum.

¶ Præcipuum vocatur proprium,seu peculiare,& quod præ aliis capitur.l.fi.in princ.ff. de lega.2.quod vulgo dicimus *aduantaige*.'.1.C. si certum peta. vbi doctores vocant prælegatum,præcipuum,quod ab vno vltra alios capiatur.

¶ De verb.recipere scribam in l.qui fundum.infra eod. & de verb. suscipere in l.in conuentionibus.eodem.

Laudimia non computãtur in iusto rei pretio.

¶ *Ideo non videtur quis capere,quod restituturus est.* Per istum tex.respondi venditori alicuius loci, quod non tenebatur computare summam solutam pro laudimiis, ad excludendum remedium l.2. C.de rescind. vendit. Quòd illud pretium tantum est computandum, quod ipse venditor accepit. Sed cepisse non videtur per hunc tex. quod alij erat restituturus,& per l.non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alij restituere, inferius tit. proximo, ac lege, pater. §. surdo. ff. de legatis, 2. vtpote si res centum aureorum, fuerit vendita quinquaginta quinque: illa cepit venditor,sed ea lege vt teneretur præfatus venditor soluere decem pro laudimiis: quibus solutis non supersunt venditori nisi quadraginta quinque aurei. Dicebat emptor venditorem non deceptum vltra dimidiam, computatis omnibus traditis: ergo nõ posse agere ad rescissionem.sed econtra venditor licet acceperit quinquaginta quinque,tamen eo se deceptum dicit,quod pro laudimiis coactus fuerat soluere decem, quæ non sunt computanda per istum tex.& vere, quia licet accepisset,retinere tamen non licuit saltem cum effectu,vt perinde habeatur,ac si nusquam tradita fuissent illa decem,per l.nomen.§.habere. infr.eo.& l.Sulpitius.ff. de dona.inter vir.& vxor. & sic non excluditur venditor, quominus agat tanquam deceptus.

Venditor vltra dimidiam deceptus censetur, quamuis ipse vltra dimidiam receperit.

¶ Adhæc quia res tanti æstimatur, quanti vendi potest deductis oneribus. Ias.in l. non amplius.ff.de lega.1. quemadmodum etiam scripsi de beneficio in §. volumus. de colla.in concorda.& fusius in d.§.habere.infra eod.

Expensæ etiã laudimiorum quãdo sint restituendæ.

¶ Non refragatur l.debet.ff.de ædilit.edicto. vbi computatur omne pretium, quod emptor soluit,etiam pro expensis.Respon.illum tex.loqui de redhibitoria,in qua omnes acceptiones, & quæcumque emptor soluit rei nomine, restitui ei debent. indemnis enim emptor discedere debet.

¶ Idem etiam si emptor malit restituere rem emptam, vt venditor teneatur eidem restituere non solum rei pretium,sed etiam laudimiorũ,& omnes alias impensas, quia emptor indemnis esse debet. sed nos loquimur quoad exclusionem à remedio l. 2. vt non debeat computari nisi pretium in effectu perceptum à venditore. l. quantitas. ff. ad legem Falcid. Chassa.in consuetud.Burgund.in rub.*des retraicts*.§.1.glo. *des vrais heritiers*.& sic fuit iudicatum in hoc supremo senatu anno domini millesimo quingentesimo quadragesimosecundo,in vigilia natiuita.beatæ Mariæ,& publicè pronuntiatum.

Arestum.

¶ Postremò legatum factum extero,vt is restituat alicui ex liberis, conseruatur per titulũ de leg.præstand.ff.in l.3.circa fi.quia emolumẽtum,quod restituere tenetur,non censetur proprie recepisse.diuersum esset si liberi extero restituere tenerentur, vt Iurisc.ibid.asserit.

Peruenisse quando ad aliũ quid dicatur.

¶ §. *Sicut peruenisse illud proprie dicitur, quod est permansurum.* Proprie illud dicitur ad me peruenisse, quod apud me permansurũ est.vnde si hereditatem possidens,res vendiderim hereditarias,& aliquis hereditatem petierit,& obtinuerit,teneor rerum hereditariarum pretium restituere, licet illę res perierint:quia pretium,quod ad me peruenit,est remansurum,

& omnia quæ ad me peruenerunt, sunt restituenda, ex quibus scilicet factus sum locupletior, nimirum si tenear. l. vtrum. ff. de petit. hereditа. idque siue directe siue indirecte sit remansurum, vt si forte quæsierim alteri, l. peruenisse. infr. eo. l. si ventri. §. fi. supra, de priuileg. creditor. igitur si cubi reperiatur nõ permansurũ, dicetur improprie peruenisse, per istũ tex.

¶ Si tamen prætor in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit, sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti, l. cum prætor in heredem. ff. de regul. iur.

Restituere heredes debent, quod ad eos peruenit.

¶ Secundò interdictum quod vi aut clam in heredes, ceteróque successores datur in id, quod ad eos peruenit. l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam, & proprie peruenisse dicitur, vt hic. Interdictum etiam vnde vi datur in heredem, & in bonorum possessorem, ceteros; successores in id, quod ad eos peruenit, dolove malo eorum factũ est, quominus peruenirent. l. 1. in fi. & l. 3. cum l. si plures. ff. de vi & vi arma. quod intelligitur, vt hic.

¶ Tertiò peruenisse quoque dicitur illud cum effectu, quando est permansurum, vt hic: iuncta l. nomen. §. 1. infr. eo. Et peruenisse accipimus, siue iam exegit, siue exigere potest. l. si verò. in princ. & §. dabit. ff. soluto matrimo. l. si procuratorẽ. §. fi. manda. vnde si quis vendiderit hereditatẽ, quæ ad se peruenit per mortem talis, & priusquam eius possessionem traderet, exegerit aliqua debita hereditaria, illa tenebitur restituere, quia alias non diceretur tradere, nec vendere, quod ad se peruenit, nempe cum effectu peruenit id, quod exegit. l. 2. §. in hereditate. cum §. seq. ff. de hered. vel actio. vend. l. si possessor. §. ait senatus. de petit. hereditа. Matthæ. de Afflict. in decis. Neapolita. q. 81. testamentaria. Et verbum peruenisse ambiguum est, l. vtrum. ff. de petit. hereditа.

Heredes restituere tenentur ea, quæ ad eos peruenerunt.

¶ Quartò per hunc tex. declarantur omnes leges dicentes, heredes teneri de his quæ ad illos peruenerunt. Primò in metu hoc scribitur, In heredem, & ceteros in id quod peruenit ad eos datur: non immerito; licet enim ad heredem pœna non transeat, attamen quod turpiter vel scelere quæsitum est, ad compendiũ heredis non debet pertinere, l. quod dicimus. §. fi. cum l. seq. ff. quod met. caus. vbi Bar. Angel. & alij dicunt, quod si actio ex delicto cœpit semel transire ad heredes, tunc transibit contra omnes, licet nihil ad illos peruenerit: declarat etiam l. si ipsa. cum duab. ll. seq. ibidem. cum tamen datur actio ordinaria contra heredes, non dabitur in factum, vel alia. l. 2. in fi. ff. vi bonor. raptor. Et in heredem competit actio in factum de calumniatoribus, in id quod ad eum peruenit, l. in heredem. ff. de calumniator. Et idem in aliis casibus.

¶ Quintò non potest videri ad heredem peruenisse, quod eius hereditatis nomine præstaturus est. l. qui concubinã. §. cum ita. 2. ff. de leg. 3. vnde si hereditas sit quadringentorum, & heres præstiterit ducenta, ad heredẽ tantum ducenta peruenisse dicẽtur, vt ibid. scribitur.

¶ Sextò peruenisse dicitur cum effectu, non prima ratione; idcirco quod quis legato

Expensarum nomine solutũ non dicitur ad me peruenisse.

rum nomine præstiterit, non videtur ad eum peruenisse, l. 2. §. illud. & §. peruenisse. de hereditа. vel actio. vend. vt superius dictum extitit. Et sic deductis impensis. Bar. in l. nemo. §. 1. ff. de lega. 2. Et proprie dicitur peruenisse, quod deductis oneribus ad aliquem peruenit. l. cogi. §. 1. ff. ad Trebell. nec continentur fructus, per tex. in l. Lucius. §. quæ marito. ff. de lega. 2. & melius in l. quod his verbis. de lega. 3, vbi distinguitur.

¶ Septimò pretia quæ ad possessorem hereditatis rerum ex hereditate venditarum peruenissent, si hę ante petitam hereditatem deperissent, diminutæve fuissent, restitui debere inquit Vlpia. in l. item veniunt. §. item placere. ff. de petit. hereditа.

¶ Octauò sufficit heredem non in lucro versari, non etiam damnum subire, l. 3. ff. de vi & vi arma. l. nisi. ff. de bonis authorita. iudic. possidend. l. ait prætor. §. ait prætor. quæ in fraud. creditor. l. penul. & l. fi. §. si vero. & seq. ibidem.

Interdicta post annum dantur ad ea quæ peruenerunt etiã ad heredes.

¶ Nonò ex quibus causis annua interdicta sunt, ex his de eo quod ad eum cum quo agitur peruenit, post annum iudicium dandum Paulus Iurisconsultus ait in l. penul. ff. de interdict. & heredem ex dolo defuncti hactenus quatenus ad eum peruenit, teneri probat l. quęsitum. in fi. de precar.

¶ Decimò si heres depositarij rem apud testatorem depositam, vel commodatam ignorans vendiderit, non tenebitur de re, sed de pretio, quod ad eum peruenit. hoc enim ipso dolo facit, quod id, quod ad se peruenit, non reddit. d. l. 1. §. fi. depos. cum l. seq.

¶ Vndecimò, maior 25. annis ita demum ad libertatem proclamare non potest, si pretium ad ipsum, qui venit, peruenerit. l. 1. ff. quib. ad liberta. proclam. non licet.

¶ Duodecimò, cõmuni seruo mortuo, qui alteri ex dominis furtũ fecerat, non tenetur alter dominus, nisi forte quid ex re furtiua ad sociũ peruenerit, l. si seruus cõmunis. §. ex his igitur. ff. de furtis.

¶ Decimotertiò, tacita fideicommissa frequenter sic deteguntur, si proferam chirographum, quo se cauisset is, cuius fides eligitur, quod ad eum ex bonis defuncti peruenerit, restituturum. l. 3. §. tacita. ff. de iure fisci.

¶ Decimoquartò, si seruus vel filius famil. minorem circumscripserit, pater dominusve quod ad eum peruenerit, restituere iubendus est. l. quod si minor. §. si seruus. ff. de minor.

& aliis

& aliis infinitis iuribus hæc comprobari possent, quæ breuitatis gratia prætermitto.

Limitationes vt quis non teneatur de eo quod peruenit.

¶ Limitatur imprimis, quando ratio materiæ subiectę aliud suaderet: vt creditor missus in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto tenetur debitori, de eo quod peruenerit ad eum. l. 1. in fi. ff. ne vis fiat ei. peruenire dicitur ibi, quod ipse à tempore possessionis assignatę ceperit. l. prętor. §. 1. & l. creditore ff. de bonis authorit. iudic. possid. l. si ventri. §. peruenisse. de priuileg. creditor. Alia dicentur in l. peruenisse. infra eod.

¶ Peruenisse quoque dicitur, si dolo fecerit, quod non peruenerit. l. in illa. 2. ff. de verbo. obligat.

¶ Secundò in condictione furtiua, ad hoc vt contra furis heredes competat, sufficit, quod post mortem furis res perierit, licet nil ad ipsos peruenerit. l. si pro fure. §. condictio. ff. de condict. furt. §. fi. de obliga. quę ex delict. nascunt. in Insti. & totiens in heredem damus actionem de eo, quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quoties ex suo, l. totiens. ff. de regul. iuris.

Heres de iure canonico tenetur, etiam si nõ ad eum peruenerit.

¶ Tertiò de iure canonico in contractibus, & delictis, siue ex illis peruenerit ad heredem, siue non, & siue lis fuerit contestata, siue non, si aliqua sint illius defuncti bona, heres semper tenetur in solidum. c. episcopus. vbi glo. & doct. 12. q. 2. c. si episcopum. 16. q. 6. heres enim conscientiam defuncti purgare debet. c. fi. de paroch. c. in literis. de raptor. c. tua. de vsur. faciunt quæ consuluit Bal. consil. 262. suadeo. vol. 3. & Federic. consil. 63. quidam vsurarius. Ancha. consil. 41. domi. consil. 3. super dubio. Alex. consil. 4. videtur. col. penul. in 2. vol. & consil. 172. in causa. col. vl. 6. vol. & consil. 97. viso processu. in fi. vol. 7. Dec. consil. 303. in casu. col. 2. Albert. Brunus consil. 12. patres. col. 7. in materia feudali, vbi multa alia allegat huic materiæ conuenientia, quæ liberum erit cuique videre.

Natiuitate liberorum quando non reuocetur donatio.

¶ Quartò facit quod quamuis natiuitate filij reuocetur donatio omnium bonorum, tamen si filij moriantur, & sic non permaneant, non reuocabitur. l. si vnquam. C. de reuocand. dona. ibi in dictione, & arbitrio mansurum. & hoc plene ibi scripsit D. Andr. Tiraquel. in verb. susceperit. vide quæ scripsi in l. alienatum. §. fi. supra eod.

Verbum peruenire commune est.

¶ Vltimò verbum peruenit est commune, vt scribam in l. littus. 1. infra eod. vide l. cum quis vxori. ff. de dote prælega.

Recte præstari quid significet.

¶ §. *hæc verba,* HIS DE REBVS RECTE PRAESTARI, *hoc significant, ne quod periculum, vel damnum ex ea re stipulator sentiret.* Cum in iure frequens habeatur mentio huius cautionis, pro his recte præstari promitto, hanc declarat Iurisconsul. hic significare, ne stipulator ex ea re aliquod damnum, vel periculum sentiat. Nempe si emptor equi promiserit soluere pro equo vnum aureum, ratione forte consuetudinis disponentis aureum pro qualibet venditione dandum, si postea emptor agat redhibitoria, venditor debet pro illo equo cauere recte præstari, id est ne aliquod periculum, vel damnum ex illo equo, & re vendita sentiat emptor stipulator: quod declarat his verbis Iurisconsul. Vlpia. in l. redhibere. §. cauendum. ff. de ædili. edict. Cauendum autem esse ait, si quidem dolo malo emptor condemnatus fuerit, aut dederit, his rebus recte præstari: vel si quid ex eo quod egerit ad eum peruenerit, vel dolo malo, vel culpa eius factũ sit quominus peruenirent, his de rebus reddi. ff. de ędilit. edict. probat etiam l. ipsi quoque reo cauendum esse, Labeo dicit his rebus recte præstari, si forte fundi nomine damni infecti cauerit. ff. de rei vindica. reus enim qui de damno infecto cauit, esset in damno, si rescissa venditione propter deceptionem iusti pretij teneretur: ideo hac cautione releuatur. Et hæc cautio vbicumque rescindi venditio postulatur, peti potest post rescissam venditionem. Quæ licet cautio non eisdem verbis hodie concipiatur, in effectu tamen idem est, & in locum eius successit ea, quam in foro si iudicio cautionem indemnitatis appellamus, ne scilicet periculum vel damnum sentiat is, qui restituit. l. illud. in fi. ff. de ædili. edict. & l. seq. Præterea si à marito vel eius heredibus soluto matrimonio dos repetatur, & maritus pro re dotali, damni infecti nomine cauerit, mulier quoque debet marito cauere, si velit dotem recipere, vt periculum mariti amoueat. l. cum mulier. 2. ff. soluto matrimo. facit l. illud. §. actiones. ff. de petit. hereditа. vide in l. hæc verba. infra eod. vbi abunde scripsi de hac dictione recte.

Cautio indemnitatis.

Periculum & damnum an differant.

¶ Periculum enim personam respicit, damnum verò res, quasi diminutio patrimonij. glo. hic per l. 4. ff. de damno infecto, quæ solum de damno loquitur: sed melius probat l. 2. §. damnum autem pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, quale quale sit. ff. ne quid in loco public. videre quæ de damno dixi in l. probrum. supra eod. alias Iurisconsultus damnum mortis periculum vocat. in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. promiscue tamen.

Capitis periculum, salutis.

¶ Aliquando periculum respicit personam, interdum rem: vnde dicimus periculum capitis, l. capitalium. §. ceteræ pœnę. ff. de pœnis. & de periculo glo. adducit l. interpositas. ibi, qui salutis periculum. C. de transactio. sed posset dici ibi hoc esse propter verbum salutis. sed melius probat l. furem nocturnum si quis occiderit, ita demum impune feret, si parere ei sine periculo nõ potuit. ff. de sicar. & in rub. C. de peric. & commod. rei vend. ponitur

pro incommodo, vt docet Alber. in verb. periculum. tamen dici potest, quod in d. rub. ponitur cum adiuncto, videlicet de periculo rei vend. Nihilominus interpretum communis est hæc decisio, vt &. ad personas, & ad res possit referri, vt satis probatum est.

Res in periculo est alicuius, & quis effectus.

¶ Notandum est quod res esse quoque sub periculo alicuius dicitur, in l. 2. §. 1. ibi, cuius periculo fuit. ff. ad legem Iul. pecula. Et tunc si res pereat, etiam si per casum fortuitum, periculo illius res perire dicetur, per l. si quis nec causam. ff. si certum peta. quicquid ibi velint doct. quod probat Zasius in intellectib. singula. in primo. nam periculum à pereo deducitur; vnde salutis discrimen vocatur Gall. *peril*. Ergo quocumque modo pereat, ex quo habet in suo periculo, tenebitur ipse. l. qui iniuriæ. §. quod seruus. ff. de furt. Alibi forte plenius dicam in interpreta. illius legis.

Periculo meo crede.
Clausula à mes perils, &c.

¶ Inde si quis dicat, periculo meo crede Titio, mandati tenetur. l. si verò non remunerandi. §. si quis. ff. manda. & l. Lucius. de fideiussor. Et sæpe promittimus alicui, vt agat nostro periculo, Gallic. *à nos dangers, perils & fortunes*. l. libertus. in fi. ff. ad municipal. ibi, periculo suo. l. naturalis. §. 1. de præscrip. verb. Et si quis agit, omnia vsque ad vltimum obolum potest à promissore exigere, non solum quæ sunt à iudicibus taxata, sed etiam alia quæcumque præstitisse ostenderit, facit l. 1. §. 1. ff. quod iussu. ibi, plerumque artifices conuenire solent, cum eiusmodi materiæ dantur, non periculo suo se facere. l. si seruus seruum. §. si calicem. ff. ad legem Aquil. l. idemque, §. si mandauero. manda. l. si mandauero. 2. §. interdum. ibidem.

Tuo periculo.

¶ Actiones præstare tuo periculo, est cedere actiones, vt omne lucrum ac dispendium te sequatur. l. si ea res. in princ. & l. penul. ff. de actio. emp. l. si mandato. 1. §. quod mihi. manda. l. 1. §. idem etiam Pompo. depos.

Suo periculo.

¶ Suo periculo & suis impensis aliquid fieri, vide in l. si in Asia. §. 1. ff. depos. & l. si remunerandi. §. apud. & l. si mandauero. 2. §. 1. manda.

Subiicere se periculo.

¶ Nec solet succurri ei, qui se periculo subiecit. l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis cautio. nec ei qui se necessitati obtulit. l. si fideiussor. §. 1. ff. qui satisdar. cogant.

¶ Custodiæ periculum subit hospes, l. vna. §. cum enim. ff. furti aduers. naut. caupo. & stabu. ideoque tenetur de rebus hospitantium, vt in toto titul. ff. nautæ, caupo. stab.

Periculo domini.

¶ Perit domino, vel periculo est domini, idem fere significant. l. cum qui. in fi. & l. si mei causa. ff. commoda. nec enim ante eam rem quæstui cuique esse oportet, priusquam periculo eius sit. l. si is qui. §. 1. l. si gratuitam. §. fi. cum l. seq. ff. de præscrip. verb. Cuius enim est commodum, incommodum quoque & periculum esse debet. l. id quod. in princ. ff. de peric. facit l. secundum naturam. de regul. iur.

Summum periculum.

¶ Vsq; ad summũ periculũ affectũ, id est vsq; ad mortẽ, ait Vlpia. in l. & eum. ff. de vi publ.

Liberari periculo.

¶ Periculo liberari, in l. qui decem. §. 1. ibi, nam verum est eum, qui interpellatus dare noluit, auferentem postea periculo liberari. ff. de solutio.

¶ Periculo mulieris est res dotalis. l. interdum. 1. in fi. ff. de furtis.

Omne periculum.

¶ Omne periculum dicit Iurisconsul. in l. si vt certo. §. nunc videndum, & §. seq. ff. commoda. l. quod sæpe. §. penul. de contrah. emp. vt doceat plura esse, veluti testatur diuus Paul. 2. ad Corinth. 11.

Periculum culpa contingens.

¶ Periculum culpa contingens sarciri non debet, §. plane. 1. d. l. si vt certo. commoda. vt si quo sciebam latrones & aggressores infestissimos esse, commodatum argentum detuli, quod mihi fuit ab his arreptum, culpa mea videor id amisisse, sic deferendo in locum suspectum. facit c. fi. de depos. l. 2. de lege commissor. & l. 1. §. sæpe. depos.

Periculum eius erit.

¶ Periculum eius erit, id est damno suo res peribit. d. l. si vt certo. §. si de me. ibi, cuius est periculum, & ibi, posui periculum ad me spectare. ff. commoda. & l. rem inspiciendam dedit, si periculum spectet ad eum, qui accepit, ipse furti agere potest. ff. de furt. & pertinet ad eum periculum. l. si vnus. §. fi. ff. pro socio. l. 2. in fi. de in diem adiectio. Alias Iurisconsul. dicit, præstat periculum, quando de periculo tenetur, in l. si merces. §. penul. ff. loca. & l. si rem tibi. §. penul. de præscrip. verb. Et sentit periculum, inferius.

Præstat & sentit periculum.

¶ Vnde Iurisconsultus ait, negotiatorum, & nauiculariorum, qui annonam vrbis iuuant, pericula remuneranda, & cohortanda etiam præmiis, vt qui peregre muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungerentur, domesticis vexationibus, & sumptibus liberentur. l. semper. §. negotiatores, ff. de iure immunita. & timere periculum in l. habitatores. §. fin. loca.

¶ Sentire periculum vel damnum, seu suscipere, hic capitur pro subire, vt in l. cum & forte. ff. de actio empti, vbi dicitur subire & sentire. & l. si quid igitur. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. Alibi recipere periculum. l. item quæritur. §. si gemma. ff. loca.

Periculosus locus.

¶ Periculosus locus pro damnoso, & ex quo imminet periculum. l. item Mela. in princ. ff. ad legem Aquil. ibi, si in loco periculoso sellam habenti tonsori se quis commiserit. Et omnis definitio in iure periculosa est. l. omnis. ff. de regul. iuris.

Periculose positum.

¶ Periculose positum est, quod cum periculo cadere, & nocere potest. l. si vero. §. hoc edictum

edictum superioris portio. ff. de his qui deiecer. vel effuder.

¶ Periculosam cicatricem, in l. quæritur. §. fi. ff. de ædili. edicto. Periculosam rem facere solitus, l. penul. de actio. emp.

¶ Periclitari dicitur de imminenti periculo, l. ex empto. §. & ex empto. ff. de actio. emp. ibi, ex empto actionem esse, vt habere licere emptori caueatur, sed etiam vt tradatur ei possessio. idem ait non tradentem quanti interfit condemnari, satis autem non dantem quanti plurimi authorem periclitari oportet: id est condemnandus est venditor, quatenus emptor est in periculo, & quatenus damnum patitur, eo quod rem non tradat. Et periclitari est in periculo esse. Alias nunc phrases missas faciam.

Periclitari.

PAVL. LIB. SEPTVAGESIMO SEXTO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMA SECVNDA.

Appellatione rei & pars continetur.

¶ Rei appellatio totam rem significat, & quamlibet eius partem. vnde Vlpia. scribit, si intra diem à prætore constituendum non caueatur, in possessionem eius rei mittendus est. eius rei sic accipiatur, siue tota res sit, siue pars sit rei. in l. 4. §. 1. ff. de damno infecto. Et prædij appellatione etiam pars continetur, l. dotale. 1. §. prædij, de fund. dotal. Veluti etiam qui domum suam donat, in qua non habet nisi partem, illa donata censebitur. Et qui potest alienare fundum, vel rem, & quamlibet eius partem. Et si concessum fuerit alicui, vt testamentum facere possit, poterit in eo singulas partes testamenti facere, videlicet instituere, ex heredare, tutorem, & executores dare, & alia ad testamentum spectantia facere, l. 3. §. quamuis. ff. de administra. tutor. & l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcid. Et mutuum reconciliatur per consumptionem partis quoad partem, & totius quoad totum. l. si à furioso. vbi Dec. vl. no. ff. si certum peta. vt idem sit in parte, quod in toto. l. 3. ff. pro derelicto. Adhæc si quis iurauit se furtum non fecisse, videri de toto iurasse dicit l. si duo. §. idem Iulia. ff. de iureiur. quia negatio totum negat. l. si quis ita. ff. de verb. obliga.

Donans domũ partẽ donasse videtur.

¶ Aduertendum est tamen, quod totius integralis duplex dicitur esse pars, vna quæ homogenea, altera quæ heterogenea vocatur. Homogenea est illa, quę cum suo toto eiusdem est generis, vt aqua, ignis, ferrum, &c. Et hæc semper de suo toto prædicatur: vt si pars sit aquæ, ergo aqua: & de hac parte intelligitur iste tex. secundum Andr. Gamarum lib. 1. suæ dialecticæ legalis, in argumento de loco à toto integrali. Heterogenea est, quæ cum suo toto diuersi generis est, vel natura vel ratione, vt coquina & phalanx, & hæc sui totius prædicationem non recipit: nec sequitur, est coquina, ergo domus. Sed posito toto integrali, ponitur & quælibet eius pars, c. in toto. de regul. iur. in 6. c. 1. de arbitr. ibid. nempe qui promisit librum scribere, ita eius rubricas: vel declarare, & eius rubricas omittere non debet: vt in proœm. Sexti decretal. in glo. rubricas. quod facit contra lectores, qui manibus illotis nulla de titulo habita præfatione statim propiunt ad penetralia materiæ, quæ magnam auditoribus incutiunt obscuritatem. contra l. 1. ff. si certum peta.

Pars duplex.

¶ Negatiuè tamen valet argumentum de hac parte integrali ad suum totum: vt non est paries, ergo nec domus: non est interrogatio, ergo nec stipulatio: & destructa parte principali, destruitur & suum totum. l. eum cui ædes. ff. de vsucapio. Euerard. in locis legalib. hoc bene explicat, & Hegendorph. in dialect. legal. ad hæc videte quæ scripsi in l. recte. supra eo.

Argumentum à toto ad partem.

¶ Item sicut non potest iudicium in ecclesia fieri, c. decet. de immunita. eccles. in 6. etiam à iudice ecclesiastico causæ ciuiles in ecclesia tractari non debent: ita nec in aliqua ecclesiæ parte, d. c. decet. ibi, cesset fori cuiuscumque tumultus, licet processus in ecclesia factus à iudice ecclesiastico non sit nullus: à iudice tamen laico secus, vt ibidem, & d. c. ordinarij. Panor. & Dec. c. qua fronte. 1. notab. de appella.

Processus in templo factus an valeat.

¶ Medicus etiam dicitur, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem tuetur, curat, aut conseruat. l. 1. §. medicos. ff. de var. & extraordinar. cognitio.

Medicus est, qui partem etiam corporis curat.

¶ Amplia etiam in tempore, vt cum non liceat in quadragesima edere carnes, ergo nec in aliquo die, vel parte quadragesimæ. Bal. in l. si cui legatur. ff. de lega. 1. Dec. in regul. Cuius effectus. ff. de regul. iur. aut si liceat insinuare nominationes in quadragesima, ergo in qualibet eius parte licebit; etiam in vigilia Paschatis, hac ratione tex.

Quadragesimæ tempore vsus carnium prohibitus.

¶ Secundò extende etiam in exceptionibus. Bal. per illum tex. in l. 2. de non numera. pecun. nempe qui potest opponere exceptionem non numeratæ pecunię contra totam summam, sic contra partem.

Excipere qui potest contra totum, & contra partem.

¶ Tertiò amplia etiam in probationibus: nam sicut in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores. l. fi. C. de proba. ita & indicia & præsumptiones. Hippol. consil. 34. non video. nu. 8. & consil. 44. quoniam. nu. 12. ac consil. 50. gratia. nu. 16. & consil. 101. illumina. nu. 12. & seq. ac consil. 135. in princ. Et an hoc argumentum procedat in toto integrali, vniuersali, & quantitatis, & de multiplici toto, videte per Euerard. in locis legalib. in

argum.à toto.fol.93.& per Cantiunculam in topica iuris,in eodem argum.fol. 25.cum seq. Federic. in tract. de interpreta. legum in 1.parte. fol. 6.versic. secundum argumentum. vbi plenius tradunt post Aristotel.in topic.

Negatiue ac affirmatiue procedit hoc argumentum.

¶ Quartò procedit tam affirmatiue quam negatiue: vnde qui non potest rem petere, nec eius partem. l. si quis cum totum. ff. de excep.rei iudica. quia pars in toto est. Et Iurisconsul.ait:quod in parte seruorum dictum est,idem in omnibus.l.1.§. desiisse. ff. de vi & vi arma.quæ intelligite,vt in l.cum quæritur.de except.rei iudica.

Laudimia debẽtur ex pretio dato decepto vltra dimidiam.

¶ Quintò,etiam procedit in quantitatibus:vnde si quis fateatur se recepisse pretium domus,intelligitur de toto, scilicet tanquã in potentiori significato, maxime quia hic eadem est ratio,vt consuluit Ias.consil.70.constat.col.2.vol.2.Et quantitatis vel pretij appellatione per hunc tex.totum continetur. Si tamen quis suppleat iustum pretium emptori decepto,debebuntur solum ex illa parte pretij laudimia.nam quemadmodum ex toto deberentur,sic pro eius parte.l.fi.C.de iure emphyteu.quod est notandum.

Partem debiti soluens totum agnoscit debitum.

¶ Item si quis soluat partem debiti,videtur totum debitum agnoscere,per l.quidam æstimauerunt,ff.si certum peta.vbi doct.vnde si post solutionẽ partis velit dicere debitum esse vsurarium, vel alias male impositum, non audietur, quia soluendo partem illud totum agnouit: vt censuit Senatus anno 1526. die 17.Aprilis post Pascha.

Arestum.

¶ Sextò,procedit etiam in corporibus,per l.si quis cum totum.ff.de exceptio.rei iudica, vnde si Homeri corpus sit legatum, quotcunque partes hodie inueniuntur, debentur. l. librorum. §.si Homeri. de lega.3. ergo omnes libri ab eodem Homero editi.sic dicemus in corpore iuris,vt ibi.

Conseruator sẽtentiæ probationem non committit.

¶ Iam verò limitatur hæc regula, primò quando aliud est dispositum in parte, aliud in toto, vt in conseruatore, qui citationem & sententię prolationem committit, tamen causam totam non.c.fi.§.vices, de offic.delega. in 6. quia ibi est expressum, quod facit cessare tacitum, l. cum filio. §. filio. ff.de vulgari. text. & ibi glos.in l.quemadmodum. C.de agricol.& cens.lib.11.l.1.C.de vendit.rerum fiscal.lib.11.

In indiuiduis non procedit arg.à toto ad partem.

¶ Secundò perdit officium in indiuiduis,l.pro parte.ff.de seruitutib.l.si dictum.§.in stipulatione.de euictio.Bar.in l.per fundum.de seruitu.rusticor.prædior.vnde non præscribitur seruitus contra maiorem ratione communionis,quam habet cum minore.l.si communem. ff. quemadmod. seruit. amittant. vbi plene addidi. Siquidem in indiuiduis non est pars, vt scripsi in l,recte. supra eod. nimirum si totum veniat.

Falsa legati demonstratio an vitiet legatum.

¶ Tertiò vitiatur in falsa legati demonstratione,quę in totum falsa non vitiat legatum.l. falsa demonstratio.ff. de conditio.& demonstra. Secus si pro parte,quia tunc vitiat pro illa parte.l. serui electione. §. fi.ff. de lega.1. & ibi no. Alexand.& Ias.in l.iurisgentium.§. adeò. col.vl.de pact.quia legatum primo casu in totum nullum esset,in secundo sufficit pro parte valere.licet Ias.in d.§.fi.teneat contra.vide ibi per de Ripa.

¶ Quartò locum non habet,quando est diuersa ratio. Alexand. in l.ait prætor.2. & ibi Soci.ff.de iurejur.glo.in clem.2.in verb.defensor.de reb.eccles.non alienand.l.sed si lege.§. consuluit. iuncto versic. adeo. ff. de petit. hereditа. l.Papinianus. §. sed nec impuberis. de in offic.testam. Vnde licet Papa possit mutare diuinum officium,& dispensare circa officij mutationem, vt celebrando officium virginis Marię quis satisfaciat. clem. 2. de celebra. missar.non tamen omnino eximet clericum à celebratione diuini officij. Alia quippe ratio est in parte, quam in toto. Officium enim diuinum introductum est iure diuino, contra quod Papa non dispensat absque ratione. Sed distinctio & mutatio ipsius officij est iuris humani, quod pro voluntate Pontificum moderatur,secundum Panor. in c, 1. de celebra. missar.sub qua limitatione ceterę cõprehendentur.Feli.in c.fi.de maiorit.& obedien. Soci. consil.75.primo aspectu.col.2.in 4. vol.Nec posset Papa requiem illam & cessationem à labore ex præcepto domini,iamdudum in diebus dominicis obseruatam, euertere:quia esset contra ius diuinum,videlicet,Sabbata sanctifices,c.1.de feriis.nihilominus ex causa dispensat, vt etiam die dominico liceat piscari.c. licet. de feriis.plenius probat Maleret.in tract. de elect. fol. 3. vbi quoque firmat, quod clericos non potest vniuersos iudicibus secularibus subiicere, sed in vno casu secus: vt dixi in glos.concorda.in rubr. de pœna temer.venient. contra concorda.

Papa an diuinum officium seu sabbatum mutare possit.

¶ Quintò non procedit, quando res profertur à lege, tunc in dubio non intelligitur de tota.l. ait prætor. 2.ff. de iureiur.& ibi Bar. & alij.sic consuluit Ias.consil. 70.constat. col.2. vol.1.secus si ab homine proferretur.l.si in rem.in verb.totam.ff.de rei vind.Bar.in l.legatis vxori.de lega.2. & l.de pupillo.§.qui nuntiat.de noui oper.nuntia. Ego vero promiscue censerem,quod siue res proferatur à lege,seu ab homine,intelligatur tam de tota,quam de parte: per istum tex.appellatione enim rei pars continetur, prout etiam probat d.l.ait prætor.ibi, eius rei; sic erit accipiendum siue de tota re, siue de parte sit iuratum. facit titul. de rei vindic.iuncta l. quę de tota.ibidem,vbi vindicari potest & tota & pars.Idem cum Iurisc. disponit de domo,& de tota & de eius parte intelligitur. l. domum. ff. de contrah.emptio.

Reprobatur communis sententia interpretum de re à lege prolata.

¶ Verum

¶ Verum pro qualitate materiæ iudicandum & discernendum erit, an de tota re, an de eius parte debeat intelligi. At simpliciter exprimendo rem tam in legibus,quàm in cõstitutionibus,statutis,& in aliis dispositionibus,in dubio rei nomine venit tota,nisi in casibus superius allegatis. Et iura per doct. adducta si recte ponderentur, meã tuentur sententiam.

In odiosis an rei appellatione veniat pars.

¶ Vltimò fallit in materia stricta & odiosa.vnde in stipulatione duplæ cũ homo vẽditur, partis adiectio necessaria est.non potest enim homo euictus videri,cum pars eius euicta est. l.si dictum.§.in stipulatione.ff.de euictio. Bar.& Salice.in l.1.ibidem. Soci.in d.l.ait prætor. Ego nihilominus dicerem etiam in materia stricta rei appellatione venire partem,quia sub genere veniunt singulæ species tam in fauorabilibus, quàm in odiosis.l.item legato.§.item interest.ff.de lega.3. sic & rei nomine, quia pars in toto est, nisi ratio fuerit diuersa, & in casibus supra expressis , veluti etiam firmat glo.in d.§. in stipulatione. dicens speciale esse ibi in homine propter expressionem de eo factam : secus verò in aliis non expressis.

Partis appellatione aliquando tota venit. Legatũ vxori de parte domus quam testator inhabitabat, an totam domũ comprehendat.

¶ Adhæc nota,quod sicut rei appellatione pars continetur,ita partis interdum appellatione totum continetur, in l.2.C.de heredib.inst.nempe in fundo institutus totam hereditatem consequetur. Vnde si testator legauerit vxori illam partem domus, quam inhabitare consueuerat,si totam domum inhabitabat,tota debebitur.l.vxori.in princ.& ibi glo. & Bar.ff.de lega. 3. Bar. in l.si plures.de damno infecto. Et hoc ex voluntate defuncti appareret,non ex proprietate sermonis,vt dico in l.nomen.§.portionis.in fi.eod. facit quod consuluit Bertrand. consil. 88. verba. & consil. 288.in 3. vol. secundum nouam editionem: vbi concludit quod si testator velit heredem suum omnia bona restituere, poterit heres detrahere Trebellianicam, vel Falcidiam : secus si dixisset testator, omnia & singula. per glo. singul.in l.decem.in verb.tota.ff.de fideicommissar.liberta. vbi addidi. & alibi dicam, quid super hoc sentiam.

VLPIA. LIB. OCTOGESIMO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMA TERTIA.

Hæc verba in stipulatione posita:eam recte restitui,fructus continẽt. Recte enim verbum pro boni viri arbitrio est.

¶ Si quis promiserit mihi pratum recte restituere, pratum, & illius fructus,si quos recepit,restituet, scilicet arbitrio boni viri. quia verbum recte boni viri arbitrium notat. & sic hæc lex addit ad l. restituere. supra eod. vt fructus restitui debeant ibi, sed hic declarat ad arbitrium boni viri propter dictionem recte.

Alcia. sententia improbatur.

¶ Inquantum Alciatus hic nititur confundere communem differentiam inter recte, quod denotat iustitiam causæ & merita, ac rite, quod ordinem & solemnitatem, dicite si committatur cuiquam, vt videat, an Titius recte captus sit, inquirere is debebit, an iusta capiendi esset causa : si vero dicatur,an rite captus sit, cognoscere poterit an die feriato, & licito,& an non præcedentibus informationibus,& an solemnitas seruata sit.& hanc differentiam probat l.obseruare. ibi,recte autem, & ordine faciet.ff.de offic.proconsul.glo.in l. hoc colore,ff.de inoffic.testam. & in l.sed si lege. §. scire,de petit. heredita.& Soci.in l.iuste. in princ.ff.de acquir.possess.Bar.& alij in l. lecta. ff. si certum peta. Intelligite hanc differentiam à doctor. receptam multoties à Iurisconsultis confundi, vt in l. in summa. §.1.ff.de re iudica. glos.in l.non putauit. §. non quæuis.ff.de bonor. possess. contra tab.l.3. de liber.& posth.l.Imperatores.in fin.de decurio.& l.penul.§.finautem iudex.C. de reb. cred.l.2.& l. si patris.C.de interd. matrimo.& l.si quando.2.C.de bonis vacan.lib.10.

Differentia inter verba recte & rite.

¶ Maxime quando constaret de mente delegantis, teste Alcia. hic, vtpote si diceret in delegatione,videndum an esset iuste, vel bene captus, vel vtrumque exprimeret, aut, quid iuris in his sit, committeret. nempe dictio iuste tantum denotat, quantum recte & rite, vt vult Ias.in d.l. lecta.& in l. 1. in 2. no. ff. de noui oper. nuntia. per glo.in §. exheredatos. in verb.iuste.in authen.de heredib.& Falcid.colla.1.

Iuste.

¶ Idem in verb,bene,quod idem significat quod iuste.c.ius dictum.extra.eo.Purpura.in d.l.lecta.in 11.no.& ibi Curt.qui iura ad hoc allegant conuenientia:videte si lubet eos.alibi dicam, cum operæpretium fuerit.Quæ verba,licet quoad praxim Francię parum vsui fore videantur, tamen in effectu iisdem vtimur, vt cum dicimus, *s'il est bien, & deuëment prins.* Regulariter tamen diuersitas nominum rerum diuersitatem inducit. lege, si idem. Cod. de codicil.

Bene.

¶ Ex quibus apparet vtplurimum recte denotare iustitiam causæ,vt supra dixi,per l.fi.ff. pro lega.Interdum iuris ordinem & solemnitatem. l.3.ibi,recte exheredat,id est secundum ordinem iuris.glo. & doct. ibi,ff. de liber.& posth. l.Imperatores.in fi. de decurio.l.1. C.de vsur. & recte facit testamentũ, licet exheredauerit filium.l.2.de inofficios. testam. Interdum vtrumque,vt l.qui vas.ibi,rectissime iudicatum.ff.de furt. Dubium non est ea quæ consilio

Recte quid significet.

recte

recte geruntur, iure meritoque effectu & firmitate niti. C. de repud. & plene per doctores in d.lege,lecta.

¶ Quandoque recte significat iuste, quia rectus vulgo dicitur *droict*, quasi contrarium obliquo: qui iuste procedit, recte procedit, & non oblique. inde dicimus rectum dominium, & recte impositam seruitutẽ,id est iure.l.fundus. cum l. seq.ff. de seruit.rustic.præd.

Recte proferturſententia. ¶ Recte proferri sententia dicitur à iudice competente erga suum subditum. l. penul. ff. de iurisd. omnium iudic.

Agere. Præparasse. ¶ Recte ire agere liceat.l.si mihi. in prin.ff.de seruit. rustic. prædior.

¶ Recte præparasse litem quis videtur, vt ad heredem transmittat, si comminatus fuerit accusationem,vel vsque ad denuntiationem,vel ad libelli dationem processerit,l.quem admodum. ff. de inofficios. testam.

Reprehensus. ¶ Recte reprehensus,id est iure, l. iurisgentium. versic. & ideo puto recte Iulia. à Mauritiano reprehensum. ff.de pact. de qua reprehensione scripsi in l.sæpe.supr.eo. Recte

Recusare. recusare.l.si quis cum procuratorio.ff.de procurator.Recte postulat,l.ex ea causa.de postuland. l.penul.de transactio.l.& heredi.§.penul.de pact.l.item si fundi.in princ. de vsufructu.

¶ Recte aget procurator ad exhibendum,si datus fuerit ad rem petendam.l.ad rem.ff.de procurator.l.1.§.1.& l.idem Pomponius.§.penul.de rei vindica.Recte cum fideiussore condemnati mortui agetur. l.si vero.ff.qui satid.cogant.

In ius vocari. ¶ Recte in ius vocari eum ait Iulia. etiam domi, qui aditum ad se præbet,aut qui ex publico conspicitur.l. satis. ff. de in ius vocand. non recte vocatur, quando tempore feriato, vel quando non debuit vocari,vel econtrario.l.1.§.1.ibi,præsentibus illis,& sponte litigantibus sententia valebit,tametsi non recte fecerit,qui eos euocauerit.ff.de feriis. Recte

Scribere recte. scribit.l.nec timorem.ff.quod met.caus.

Vim inferri. ¶ Recte vim inferri à magistratu,id est iure,scribit Vlpia.in l.3.ff.quod metus caus.Recte causam inofficio.testamenti proferre.l.dominus.ff. de vsufru. Rectissime Iuliano videtur.

Recta via. l.si cum exceptione.§.aliquando.ff.quod met.caus. Inde recta via dicitur.in l.si vsusfructus mihi.§.quod si. ff. vsufruct. quemadmod.caueat. id est sine anfractu vel circuitu.l.si dominus.ff. de condict. indeb.

Recte defendi. ¶ Recte defendi,hoc est iudicium accipere,vel per se,vel per alium,sed cum satisdatione. Vlpia.in l.recte.ff.de iudic,l.hęc autem.§.fi.ff.quib.ex caus.in possess.eat.l.omnium. de procurator.l.5.§.nunc videamus.& §.fi.iudica.solui. Recte recipere stillicidium,l.seruitutes.in

Recipere stillicidium. fi.ff.de seruitu.vrban. prędior.dicitur, qui illud accipit,vt nemini noceat quoquo diuertat.

Recte dare. Recte dare qui promisit centum aureos, loco & tempore congruis dare debet. l. lecta. ff.si certum peta. Accepta recte relata,an non recte, id est bene, vel iuste.l.cum seruus.circa medium.ff.de conditio.& demonstra.

Recte manumissos. ¶ Recte manumissos seruos à minore,licet postea restituantur,Papi.scribit in l.si mulier. ff. de minor. Et recte contendit seruus cum domino pro libertate.l.de libertate.ff. de fideicommissar. liberta.

Recte caueri. ¶ Item recte caueri dicitur cum fideiussoribus.l.2. ff.de vsufru. earum rerum.l.1.§.iubet. de colla.bonor. Sicut idonee,vt scripsi artic. 1.tract.de liter.executor.in 1.tom.comment.ad constitutiones Reg.

Recte pronuntiatum. ¶ Recte pronuntiatum, contra perperam.l.sicuti. §. sed si quęratur. ff. si seruit. vindicet. Recte ædificat post nuntiationem noui operis, qui satisfdat, vel cui nuntiatió remittitur. l. non solum.§.sciendũ.ff.de noui oper.nuntia.Recte ignem subiicere,est iure ignem immittere. l.si seruus.§.si fornacarius.ff.ad legem Aquil. ibi,qui recte ignem subiecit nõ peccauit.

Recte præterire. Recte præterire filium est iure eum præterire. l.pen.ff.de liber.& posth.l.aufertur.§.in reatu. de iure fisci.Recte petere,idem.l.eum qui.§.qui ita.& l.quicquid.§.1.ff.de verbor. obliga.

Recte soluitur. ¶ Recte soluitur,quando soluens liberatur.l.eum qui ita.§.qui sibi.ff.de verbor.obliga.l.

Recte stipulari si vnus.in princ. de pact. Recte stipulari.l. nemo. 1.ff.de verbor.obliga.est solemniter stipulari,vt valeat stipulatio. Recte videtur res retro in iudicium deducta ratihabitione, ac si

Recte cõpelli. procurator in initio fuisset. l. licet. ff. de iudic. Recte non compellitur,id est iure. l. non distinguemus,§. de liberali causa compromisso facto recte non compellitur arbiter sententiam dicere.ff.de arbitr.

Recte dicitur. ¶ Recte dicetur creditoris loco non esse, l. si cui. supra eod. Et recte dicitur res abesse. l. Labeo.1.§. item si dominus. l.recte.& l.aliud.supra eod. & l.alienatum. l.coram.& l. in lege censoria.& l.peruenisse,l.inter diuortium.l.pronuntiatio.§.1.& l.mercis.2.infra eod. & huiusmodi infinita, quæ possem adducere.

Vir bonus pro iudice. ¶ *Viri boni arbitrio.* Virum bonum pro iudice iura capiunt,vt probat l.continuus.§. cum ita.ibi,eam rem ad iudicem,id est ad virum bonum remittamus.ff.de verb.obliga.Et quasi virum bonum appellat l.sed si vnius. §.prætor ait.ff. de iniur. Sed ibi quasi est veritatis expresio.vocatur enim iudex à lege vir bonus,quod talis esse debet,& præsumitur, vt ei qui malum hunc dixerit,incumbat hoc probare:nam contra iuris pręsumptionem allegat.

¶ Bonus

¶ Bonus vir etiam pro vtili accipitur,sicut & iudex esse debet.l. pupillus.§.munus.infra eo.& ait Menãd.Græcus: ὁ χρηστὸς ὅστις πολλαχοῦ σωτήριος.vir bonus multis in locis salutaris est.& Theognid.ait:viros bonos sequitur prudentia,& verecundia:quorum nunc inter multos exiguus est numerus. & Βίας ἔφη· ὁι ἀγαθοὶ ἀνεκπόριστοι. Bias dixit:boni sunt faciles decepti.quam obrem eo facilius debẽt eis literæ releuamenti concedi,& comprobari,ac vt dicunt, interinari: malis vero difficilius condonandum est, qui sicut vestimentum veterascent. Bonus autem pallio indutus bonitatis permanebit in æternum. *Boni viri faciles vt decipiantur.*

¶ Bonum etiam virum pro recto capit Iurisconsul.in l.fideicommissarij.in fi.ff. de fideicommissar.liberta.ibi,vel bonis viris compluribus.Et quasi virum bonum ibidem vocat in §.1. Et bono viro non conuenit credere venditoris interesse, quod non sæuienti satisfactum non fuisset.l.si venditor. in fi.de seruis exportand.hactenus de his.

PAVL. LIB. SECVNDO AD EDICTVM AEDIL. CV.

LEX SEPTVAGESIMA QVARTA.

Signatorius anulus ornamenti appellatione non continetur.

¶ Hæc lex vsui esse potest, tam quoad venditiones ornamentorum, & ceteros contractus, quam ad legata de eisdem facta, vt qui donat,aut vendit ornamenta, nequaquam videatur donasse signatorium anulum: quia licet ornatus causa incidenter huiusmodi anuli soleant deferri,tamen principaliter alio tendunt,videlicet ad signandum,ideoq; non continebuntur ornamenti appellatione.

¶ Signatorius igitur anulus est ad signandum, vel sigillandum destinatus, characteres quosdam insculptos habens,quo vtimur, vt signum nostrum imprimamus.declarat Iurisc. in l.ad testium. §. pen.ff.de testam. his verbis,signum autem vtrum anulo tantum impresso adhibemus, an vero & sine anulo, verum & quodam alio impresso. varie enim homines signant.& magis est vt anulo quis possit signare,dum tamẽ habeat characteres. Hodie quoque sine anulo solemus vti modico signo seu sigillo, quod Gallic. vocamus *le signet ou cachet*. Et quando Iurisconsulti loquuntur de signo, vtplurimum intelligunt de sigillo. Vnde signatores dicti, qui hoc signo seu sigillo signabant.l.3.§. exhibere.ff.de tabul.exhib. l.sed si quis ex signatoribus.ff.quemadmod. testam.aperiant.l.quidam tabularum.in fin.de furt, quibus etiam anulis signatoriis maxime vtuntur magistratus. Quamobrem huiusmodi anuli signatorij nequaquam debebuntur vxori, vel alij, cui ornamenta sunt legata: nempe facti ad vsum signatorium,non debent trahi ad alia ornamenta,ideoque Iurisconsul. hic dicit non contineri ornamenti appellatione. Alia dixi in l. subsignatum.supra eodem. *Signatorius anulus quid sit.* *Signatores.*

¶ Et interdum signationis anulus dicitur in tex.alias signatorius, sed idem est sensus, vt nusquam appellatione ornamenti veniat signatorius anulus, quamuis alij ad ornamentum introducti debeantur, vt inferius dicetur.

¶ Ratio dubitandi erat, quia interdum vxori dabatur anulus, quo vteretur ad alium vsum, quam suum, vtpote ad custodiam rerum mariti, quæ olim propter multitudinem seruorum signari solebant,ne amitterentur,eamque ob rem introductus fuerat,Alcia.teste, anulus:sicque ad muliebrem ornatum pertinere videbatur. At contrarium decidit hic tex. Et inter rationes præallegatas hęc fuit,quod res ad vnum vsum datę,non sunt ad alium trahendæ, arg.l.legata inutiliter. ff. de lega. 1. vt nec possit vxor mortuo marito signare anulo mariti, si transferat se in aliam familiam, imò illi prohiberi posset: sed anulus signatorius apud heredes permanere debet,& alia sigilla ac cautiones.l.si quæ sunt. ff. familię ercis. *Dubitatio & ratio decisionis.* *Vxor post mortẽ mariti, eius anulo non signat.*

¶ Confirmat Macrobius lib.7. Saturnalium inquiens:veteres non ornatus,sed signandi causa anulum secum circumferebant: vnde non plus quam vnum habere licebat, nec cuiquam nisi libero, quos solos fides decerneret,quę signaculo continentur. Ideo ius anulorum famuli non habebant: postea vsus luxuriantis ętatis signaturas pretiosis gemmis cœpit insculpere, & certatim hæc omnis imitatio lacessiuit, vt de augmento pretij, quo sculpendos lapides parassent, gloriarentur.Hinc factum est, vt vsus anulorum exemptus dexteræ,quę multum negotiorum gerit,in lęuam relegaretur,quę otiosior est,ne crebro motu & officio manus dexteræ pretiosi lapides frangerentur. Electus autem (inquit) ipsa læua manu digitus minimo proximus, quasi aptior ceteris, cui commendaretur anuli pretiositas: vel quia in eo quædam sit vena, quę ad cor pergit.c.fœminæ.30.q.3. *Famuli anulos aut serui non habebant.*

¶ Anulum aureum à Prometheo fuisse inuentum Plinius lib.33.fabulosum esse testatur, c.1.dicens pęsimũ scelus fecisse,qui anulum primus induit:sed ab Hebręis primò fuisse inuentum testis est Polydorus Vergilius lib. 2. c. 21. Tamen videte Alber. in dictio. in verb. anulus.Et causa dignitatis circumfertur.c.clerici.2.de vita & honesta.clericor.ideo permittitur episcopis & doctoribus, non vero simplicibus clericis.glo.in c. vt apostolicæ.de priuileg.in 6.vbi doct.scribunt clericos gestantes anulos aut episcopos aut fatuos.& Hostien. in summa,de pręsumptio.§.penul.in fi.Et solet dici:anulus fideiussor extremę necessitatis. *A quo inuctus anulus.* *Anulus cur feratur.* *Anulus fideiussor extremæ necessitatis.*

vnde

vnde versus alludunt sequentes:

Talibus à dominis post cuncta nouissimus exit
Anulus, & digito mendicat Pollio nudo.

Dactylotheca. Videre Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, cuidam Petro. nu. 76. cum seq. de testam. Et anulis legatis dactylothecæ non cedunt. l. argento. ff. de leg. 3. Dactylotheca vero dicitur anulorum repositorium, à dactylos Græce, id est digitus, & theca, id est repositorium, teste Plinio lib. 37. glo. in l. librorum. §. fin. ibid. Flamini tamen Diali anulum gerere non licebat solidum, authore Blond. lib. 2. & hodie boni sacerdotes anulos gestare non curant, si non sint in aliqua dignitate, vel stoliditate.

¶ Item equo vendito, veniũt & eius ornamenta. l. ædiles. 2. ff. de ædilit. edict. Sed non debet quis in ornamento equorum vel mulorum vti smaragdis, aut aliis lapidibus pretiosis. l. vna, C. nulli licer. in frænis equestr. lib. 11. vbi etiam prohibet anulos habere, & gestare pretiosis lapidibus inclusos, nisi in ornamentis matrimonialibus. quòd parum seruatur apud Gallos, qui promiscue ad ostentandam forte præ ceteris suorum antiquam ingenuitatem & libertatem, huiusmodi anulis vtuntur.

Lapides in anulis quando includi possint.

Ornamenta ecclesiarũ pro decima capi fas non est.

¶ Notate præterea collectores deputatos ad exigendum decimam, non posse capere ornamenta ecclesiarum, causa diuini vsus comparata, nec vendere: & id de facto tentantibus resisti potest, sicut dicitur in seruientibus excedentibus metas commissionis. in l. prohibitum. & l. defensionis. C. de iure fisci, lib. 10. vt nominatim scribit Cardinal. in clem. fi. q. 15. de decim. quem alij ibi sequuntur, dicentes non valere sententiam in contrarium: imo contrarium facientes sacrilegi sunt, & excommunicati secundum eos ibidem. Sed væ illis, qui forte hodie non verentur multum contra ecclesiam excedere.

Ornamẽta muliebria quæ, & senatoria.

¶ Item ornamenti appellatione non veniũt vestes. l. ornamentorũ. ff. de auro & argen. leg. Sed ornamenta muliebria sunt, quibus mulier ornatur, veluti inaures, armillę, virrolæ, anuli præter signatorios, & omnia, quæ ad aliã rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa: quo ex numero etiam aurum, gemmę, lapilli, nullam aliam in se habentes vtilitatem. l. argumento. §. ornamenta. ibidem. Soci. consil. 10. Omnipotens deus adsit, in 1. vol. Ornamentum dissolutũ aut transfiguratum extinguit vsumfructum. l. quid tamen. §. proinde. ff. quib. mod. vsusfr. amit. facit l. sed & si. §. hoc senatusc. ff. ad Macedo. declarati in l. Labeo. 1. supra eod. Ornamenta senatoria quæ sint, vide in l. speciosas. infra eod.

Ornatus Christianorum qui.

¶ Ornatus Christianorum sunt boni mores, & recta fides, non vestis pompa, vel auri, nec fucus mendax. c. fucare. de consecra. distinct. 5.

¶ Ornare, in l. impensæ. §. voluptariæ. infra eod.

Ornamẽta & supellex in ecclesia reponi non debent.

¶ Ornatus, in l. pen. infra eod. Quæ ornamenta laicorum, nec quidem clericorum propria, & supellectilia in ecclesiis poni non debent, nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, seu ob alias necessitates vrgentes: quibus cessantibus res in loca pristinare portari debent, sunt verba tex. in c. fi. de custod. Eucharist. Alia multa scribere de anulis, quę licet videre per Laz. in lib. 9. de republ. Roma. c. 11.

IDEM LIB. QVINQVAGESIMO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMAQVINTA.

11. Restituere videtur is, qui restituit id, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset.

¶ Duo includit iste tex. primum affirmatiue, quod facile in tex. describitur. Secundum negatiue sic habet: Restituere is non videtur, qui nõ restituit id quod habiturus esset actor, si ei controuersia facta non esset. vnde restituendo pratum non satisfacis, nisi restituas & fructus, & omnia quę habere potuissem, si lis mota non fuisset.

Restituere variis sumitur modis.

¶ Notandum est, quod verbum restituere apud Iuriscons. variis sumitur modis. Primo pro reddere, vt hic, à re & statuo, quasi iterum statuere, & rem acceptam reddere, vt hic, & l. 1, ibi, restituas. ff. quor. bonor. & l. 1, quorum legator. l. qui restituere. de rei vindica. & aliis in pluribus locis, quos supra citaui in l. restituere. 1. supra eod. & inferius dicam. Hinc dicitur restitui hereditas, cum quis est grauatus per fideicommissum, vt per totũ tit. ff. ad Trebel. & potissimũ in l. restituta. ibid. & Inst. de fideicommissar. libert. & C. de insti. substit. & restit.

Restituere pro reficere.

¶ Secundo, restituere dicitur, qui rem collapsam reficit, eam restituendo ad suam primæuam causam. l. si fratres. §. idem resp. 2. ff. pro soc. vbi primo dicit restituit, postea refecit. facit l. creditor. 1. ff. si certum pet, vbi mutuans pecuniam ad restitutionem ædificij præfertur aliis creditoribus. Idem in l. 1. de cessio. bonor. l. si venti. de priuileg. creditor. & l. interdum. ff. qui potior. in pignor. habeant. l. diuortio. §. fi. ff. solut. matrimo. l. si merces. §. si vicino. loca. vbi glo. exponit restituat, id est reficiat. l. eum debere columnam restituere, qui onus vicinarum ædium ferebat. ff. de seruit. vrba. prædior.

¶ Tertio

Restituere pro in ius pristinũ reducere.

¶ Tertiò, dicitur restituere, id est in ius pristinum reducere: vnde restituere dicitur, qui opus vi, aut clam factum, tollit, & rem ad pristinum statum reducit. l. 1. §. 1. ff. de oper. noui nuntia. Et ex hac actione restitutionem fieri oportere in pristinum statum, dicit Iurisconsul. in l. ait prætor. in princ. iuncto §. præterea. 2. ff. quæ in fraud. creditor. & l. fi. ibidem. Et officio iudicis continetur, vt dominum sua impensa opus restituentem absoluat. l. fi. ff. de interdict. l. cum prætor, vbi dicam, infra eod. Et alibi dicit Iurisconsultus, restituere videtur, qui in pristinum statum reducit. Quod fit, siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id, quod sublatum est. l. 2. §. restituas. ff. ne quid in loco public. l. prætor. & l. penul. ff. de oper. noui nuntia. & l. sicuti. si seruit. vindice. quamuis glo. exponat pro fulciat, quæ expositio non conuenit illi tex.

Minor in integrum restituitur.

¶ Et minor læsus restitui dicitur in integrum, cum in pristinum ius reducitur: vt per totum titul. ff. de minor & maxime in l. quod si minor. §. restitutio. ibidem. Et sic intelligi debet titulus C. de in integrum resti. Idem in maioribus vide in rub. ex quib. caus. maior. in integr. resti. Ita quoque restitui negotia dicuntur, in l. Imperatores. ff. de re iudica. quamuis glo. ibi exponat pro rescindere.

Restituere pro iterum constituere.

¶ Quartò, restituere est iterum constituere: vt deiectum ab vsufructu in eadem causa prætor restituere debet, id est, in qua futurus esset, si deiectus non fuisset. itaque si tempore vsusfructus finitus fuerit, postquam deiectus est à domino, nihilominus cogendus erit restituere, id est vsumfructum iterum constituere. l. si plures. §. fi. ff. de vi & vi arma.

Restituere pro restaurare.

¶ Quintò, ruptum testamentum non restituitur, id est non restauratur, nec reintegratur. l. 2. C. de posth. heredib. instit.

Restituere generalius, quam reddere.

¶ Sextò, generalius est verbum restituere, quam reddere: nempe restituere etiam ad facta pertinet, & ad omnia, quæ accepimus: reddere tantum est retro dare, id est dominium transferre, vt testatur hic Alcia. de quo scribam in l. verbum reddendi. infr. eo. sed in forensi iudicio Franciæ hæc verba religiosa sunt, semper fere sicut religiosi se concomitantia, sic: *ie demande à l'encontre d'vn tel, qu'il aye à se desister & departir de telle maison, & d'en laisser iouyr ledict tel, & luy en rendre & restituer les fruictz, & loyers par luy prins, & perceus.* vbi prohibere ingredienti vim fieri multo plus est, quam restituere: quia statim cedere aduersarium, & vacuam relinquere possessionem iubet. l. penul. in fi. ff. de acquir. possess.

Prohibere plus est, quam restituere.

¶ Septimò, restituere exponit glo. pro restituendi facultatem habere, in l. si procuratorem. in fine. ff. manda. forte non malum esset ibi, restituas, id est reddas. vt tex. velit dicere: quid facturus sis, si restituas seruum fugitiuum à te emptum nomine meo? Respond. debet imprimis reddere seruum, & postea, &c.

Restituere pro remittere.

¶ Octauò, restitui curiæ suæ, vel iudici, id est remitti, quis debet. l. fi. C. de cohortalib. lib. 12. c. si iudex laicus. iuncto princ. cum fine, de senten. excommunica. in 6.

Restituit, qui nunquam fuit assecutus.

¶ Nonò, restitui etiam id dicitur, licet ab eo, qui id petit, non habuerit: vt si meo nomine emas librum, vel aliam rem, eam restitui mihi petam. id est reddi. lege, si procuratorem. §. finali, ff. manda. lege, diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimonio: Etiam quis interdum id restituere dicitur, quod nunquam fuit assecutus. l. 1. vbi glo. & Bar. ff. quorum bonor. & l. 2. C. illo titul. & in l. curabit. de actio. emp. l. si quis in suo. de inoffic. testam. l. Nesennius. §. fundum. ff. de re iudica. licet regulariter id restitui dicatur, quod quis accepit, per istum tex. & iura in hac lege adducta. Et doct. ad hoc allegant tantum glo. quam dicunt singularem in l. mancipia. in verb. aduocandum. C. de seruis fugit. sed est tex. in c. dilectis filiis decano. ibi, vt ei restitueret, vel saltem redderet. de appella. Et restituere & reddere æquiparat Imperator in l. si inter. C. de iure dotium. & l. 1. 2. & per totum, solut. matrimo. & Iurisconsul. in l. 1. §. is quo. ff. de actio. & obliga. & in l. 3. quib. ad liberta. proclamar. non licet.

Restituere & reddere æquiparantur.

¶ Decimò, promissa restituere est promissa implere & soluere, dicit tex. iuncta glo. in l. vna. C. de suffrag.

Promissa restituere.

¶ Vndecimò, pro dare, porrigere, vel tradere: vt susceperi literas restituendas Imperatori. l. Titio. in princ. ff. ad municipal. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica.

Restituere pro dare.

¶ Duodecimò, iudex datus ad restituendum, id est ad cognoscendum de restitutione. tex. iuncta glo. in l. penul. ff. de confess.

Iudex ad restituendũ datus.

¶ Decimotertiò, restituere tutelam, vel administrationem tutelæ, est eam dimittere, & rationem illius & reliqua reddere. l. 1. §. Papin. ff. de vsur. & conuenit cum vsu communi dicendi Gallic. *rendre la tutele.* facit l. liberto. in fi. ff. de annuis lega. l. 1. §. tutores. de falsi. cum §. seq. qui hoc elucidat.

Tutelam restituere.

¶ Decimoquartò, restituere exponitur per glo. id est restitui desiderare, l. 3. §. si quis minor. ff. de minor. Ego verò exponerem in integrum se restituentem, id est in integrum restitui petentem: nempe licet minor desideret restitui, si non petat, nunquam restituetur, veluti probatur in eadem l. versic. proinde. ibi, auxilium impetrare debebit. & ibi, postulat auxilium, &c. nisi accipias desiderare pro petere.

Interdicta restitutoria.

¶ Decimoquintò, restitutoria sunt interdicta, quibus prætor iubet aliquid restitui. §. 1.

uersſi. reſtitutoria.de interdict. Inſt.l.1.ff.de interd,l.2.de precar. l.certum.§.ſi alia.de confeſ.

Reſtituere & poſſeſſorium & petitorium reſpicit.

¶ Decimoſextò,verbum hoc reſtituere tam ad poſſeſſorium,quam petitorium refertur, teſte Feli.in c.inter dilectos.col.1.de fide inſtrum.vnde ſi datus fuerit iudex,vt de rei reſtitutione cognoſcat,etiam ſuper poſſeſsione cognoſcere poterit:vt docet idem Feli.in rub. de reſcrip.col.3.Alex.conſil.98.viſis his.col.1.vol.5.

¶ Decimoſeptimò, quando hoc verbum refertur ad iudicem, habita ratione partium, tunc reſtituas exponitur,id eſt reſtitui facias.l.1.vbi gl.C.de defenſ.ciui. Et iuriſdictio reſtitui dicitur,in l.poſtquam.§.Imperator.in fi.ff.vt legat.quod declarat Alciat.parerg.li.3.c.3.

¶ Reſtituere natalibus,& alia huic rei accommoda,ſcripſi in l.plus eſt in reſtitutione.& in l.reſtituere.ſupra eod.

Controuerſiæ nomine quid veniat.

¶ *Controuerſia.* Nomine controuerſiæ venit tam ea quæ fit in iudicio, quam extra iudicium,l.Lucius.§.tres fratres.& ibi glo.ff.ad Trebellia.l,tranſacta.infra eod. Vnde conſuluit Alex.conſil.52.viſo teſtamento.col.1.& 2.in 2.vol.quod ſi is,qui promiſit me non moleſtare,vel non mouere controuerſiam in tali domo, dicat poſtmodum illam non eſſe meam, ſicque fecerit quominus inuenire poſsim conductores in ea, dicetur me moleſtare, per l. vim facit.ff.de vi & vi arma.& l.diffamari.C.de ingenu.& manumiſſ.Et ita controuerſia fit etiam extra iudicium,& moleſtia:quæ duo æquiparantur, vt ſcribit idem Alexand. conſil. 177.viſo teſtamento.col.2.in 5.vol.& conſil.195.perſpectis.nu.6.& ſeq.in 6.vol.

¶ Intellige niſi ex materia appareret loqui tantum de controuerſia iudiciali,id eſt de lite, vt hic,& l.controuerſia.iuncta l.1.& l.de his. ff.de tranſactio. & l.1. de re iudica.l. ſequeſter. infra eod.l.pen. §.1.ff.ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi eximat.l. argentarius.de edendo. l.fi.de procurator.& l.poſthumus.in fi.de inofficioſ.teſtam.

Mouere cõtroueꝛſiam eſt & de iure, & de facto. Reſtitutionem petere poteſt, qui promiſit ſe controuerſiam non moturum.

¶ Item dicitur moueri controuerſia tam de iure, quam de facto. Quare ſi quis promiſerit non mouere controuerſiam ſuper tali re,non licebit ei agere, etiam ſi alias in re ius habeat,& ſic de iure.glo. in d. §. tres fratres. Imò dicunt quidam, ſi quis promittat non mouere controuerſiam,aut non moleſtare aliquem ſuper diuiſione hereditatis,aut venditione bonorum,ſeu alia re,non poterit etiam in integrum petere reſtitutionem: quia moleſtaretur reus,& pateretur controuerſiam,de qua fuerat cautum in promiſsione.ſed contrarium eſt verius per tex.in l.1.C.ſi aduerſ. venditio. vbi ratione tantum iuramenti Imperator,ne author ſit periurij,non concedit ibi reſtitutionem.Ergo ſi minor ſolum promiſiſſet ſe non moturum cõtrouerſiam, poſſet petere reſtitutionem:alioqui nunquam haberet locum reſtitutio,quia ſemper apponeretur hæc clauſ.Et ita docent interpretes in c.coram. de in integr.reſti.& Soci.conſi.153.pulchra.in 2.vol.& iſtud eſt primũ illius vol.antiqui,col. 9.verſic.confirmatur reſponſio.& Areti.conſil.161.in præſenti.col.13.quia priuilegium non videtur auferri,nec Principis beneficium:per l.poſtquam.iuncta glo. C.de pact. Bar.& Rebuff.in l.decurionibus.C.de ſilentiar.lib.12.c.venientes.de iureiurand.

Ante & poſt litem conteſta tam dicitur cõtrouerſia.

¶ Dicitur etiam controuerſia tam ante litem conteſtatam,quam poſt,etiam excipiendo. l.non ſolum.§.ſi ſtatus.ff.de procurator.& reſiſtendo.glo.in d.§. tres fratres.& Georg. Natan in repet.clem.ſæpe.in verb.cauſas.col.5.& ſeq.de verbor.ſignifica.vbi idem in moleſtia, vexatione,& ſimilibus verbis ſcribit.

¶ Item qui promiſit non mouere controuerſiam,intelligitur promiſiſſe tam quoad proprietatem,poſſeſsionem,vſumfructum,quam alia iura.tex.in l.ſtipulatio iſta.§.1.ff. de verbor.obliga.& ibi Iaſ.in 2.no. quia promiſsio controuerſiæ intelligitur, ne ius fiat deterius, aut ne quid ex eo diminuatur,quominus integrum liceat habere.Et mouendo huiuſmodi controuerſiam, conſtat ſatis ventum eſſe contra præfatam ſtipulationem. Alia dicunt interpretes in l.cauſas.C.de tranſac.ego ad ea vos reiicio,quæ ibi ſcripta ſunt.

IDEM LIB. QVINQVAGESIMOPRIMO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMASEXTA.

Dediſſe intelligendus eſt etiam is,qui permutauit,vel compenſauit.

¶ Tenebaris mihi domum legatam dare, conſentij vt prædium Cornelianum pro ea dares,quod dediſti,an videaris domum dediſſe? quod non,videtur:quia vere non eſt data. Tamen reſpondet iſte tex.intelligi datam,quia dediſſe intelligitur is, qui permutauit, aut compenſauit:nam aliud pro alio volente creditore ſolui poteſt. l.2.§.mutui datio.à contrario. ff. ſi certum peta. & dando prędium loco domus, quodammodo videor permutare: nimirum ſi quoque dediſſe videar, & per conſequens liberatus ſum.

Dare videtur, qui permutat & compenſat.

¶ Idem ſi emerim domum tuam centum aureis, quos mihi debebas. hoc enim genus compenſationis dationem quandam includit.Et breuiter hæc lex duos modos tradit,quibus videatur aliquis dediſſe:primus eſt,quando permutauit:ſecundus, quando compenſauit.Quod vtile eſt ad ſequentia. Primo mulier dotem videtur reddidiſſe marito,ſi permutauit,vel compenſauit.probat l.ſi ei nuptura.ff.de iure dotium.l.ſi mulier dotis.de pact. dotal.

dotal.Ex quo infertur, quod dos data per permutationem, vel compenſationem, poterit ſoluto matrimonio repeti.l.ſi filiofamil.1.ff.ſoluto matrimo.

¶ Secundò, ſi res vitioſa vendita redhibeatur, debet emptor recipere pecuniam, quam dedit pro eo homine, etſi quid acceſsionis nomine dederit. Dari autem non id ſolum accipiemus, quod venditori numeratur, pretium, & vſuras eius, ſed & ſi quid emptionis cauſa erogatum eſt.hoc autem ita demum deducitur,ſi ex voluntate venditoris datur. Ceterum ſi quid ſua ſponte datum eſſe proponatur, non imputabitur. neque enim debet quod quis ſuo arbitrio dedit,à venditore exigere. Vlpia.in l.debet.ff.de ædilit.edicto.Et dediſſe etiam videtur,ſi permutauerit,vel compenſauerit,vt hic.

Compenſata pecunia repeti poteſt.

¶ Tertiò facit, quod ſi euincatur res ab emptore,tunc debet eidem reſtitui, quod dedit. per d.l.debet. Et dediſſe videtur,ſi permutauit cum alia re, vel compenſauit. vnde ſi pretij cauſa pecora in ſolutum conſentienti data ſunt, & pro pecunia permutationis loco tradita,data videntur.l.pretij cauſa. C.de reſcind.vendit.

Retrahens iure ſanguinis, vel prælationis,quid reſtituere debeat.

¶ Quartò, ſi conſanguineus retrahat rem venditam, debet reſtituere id quod emptor dedit.& datum illud cenſetur, quod permutauit, vel compenſauit, quicquid etiam explicandarum actionum cauſa impenditur. l.quantitas.ff.ad legem Falcid.no.in l. dudum. C. de contrah.emptio.Boer.in §.fi.de conſuet.reten.rer.feuda.& de conſue.retract.in conſuetu.Bituricenſ.quem ſequitur Chaſſa.in conſuetud.Burg.§.1. in fi. & §.3. in glo. *le pris.* rub. *des retraictz.* Quorum ſententiam non inuitus probo: habet enim vtilitatem: vt in ſimili ſcribit Iuriſconſul. Vlpia.in l.3.in fi.ff.de conſti.pecun.

¶ Quintò,facit ad dominum,qui iure prælationis vult habere rem venditam pro pretio dato,prout ei iure conceditur.l.fi.C. de iure emphyteu. vt datum videatur etiam compenſatum,vel permutatum:vt hic,& Iaſ.ibi imple docet.

¶ Sextò, ad libertatem proclamans tenetur ignoranti emptori tantundem reddere, quantum dedit emptor.Et dediſſe videtur,quod permutauit,vel compenſauit eo nomine. l.intantum.cum l.ſeq.ff.de liber.cauſ.

Dare genera-le eſt.

¶ Septimò, hoc verbum dediſſe generale eſt, multa dationis comprehendens genera, ſiue ſpecies: Nam ſolemus dicere, dare pignori, permutationis cauſa, vel compenſationis, ſed non ſimpliciter. Ideo donationis appellatione non veniret compenſatio, vel permutatio.l.alienatum.§.donationis.ſupra eod.ſed nomine dationis ſic. Verum vſus communis Galliæ non habet ſeparata hæc vocabula. nam promiſcue dicimus, *a donné ou par eſchange ou par douaire, ou donné purement & ſimplement.* Et tunc cum ſine adiuncto profertur, intelligitur de ea, quam in iure dicimus donationem, id eſt meram liberalitatem: prout etiam dixi in l. ſæpe, verſic. & cum diximus, ſupra eod. Et in hoc tutiſsimum eſt ſemper inſpicere materiam, & pro qualitate negotij iudicare:vt ſi dicatur,datum repetatur:an conueniat permutationi,vel compenſationi,& tunc dicemus venire:ſi vero tam diuerſa pateat ratio, vt non conueniat materiæ, tunc ſub hoc verb. dediſſe non veniet permutatio, vel compenſatio,per ea quę notan.in l.alienationis. & l. ſępe. ſupra eod. nempe ſi diceret, datum tempore belli repetatur,non comprehendetur compenſatum, vel permutatum.

Remittens dare cenſetur. Simonia committitur remittendo.

¶ Poſtremò,dediſſe videtur,qui remiſit.l.ſi mulier.ff.de condict.ob cauſ.vnde ſicut in dationē cõmittitur ſimonia,ſic in remiſsione debiti liquidi.c.veniens.in 1.de teſti.c.talia.8.q.3. intelligas ſane,cum ex tali remiſsione aliquid acquireretur ei,cui fit remiſsio:alias cõtra,vt ſi exceptio declinatoria remitteretur.Panor.in d.c.veniens.& Dec.in l.ſi quis obligatione. infr.titul.prox.

Inſinuatio in remiſſione requiritur.

Inſinuatio quoque requiritur in remiſsione cauſa donationis facta.Bar. in l.Modeſtinus.ff.de donatio.glo.in d.l.ſi quis obligatione.Imol.in l.Aquilius.ff.de donatio.Iaſ.in l.ſi pro fundo. C. de tranſactio. Quod facit ad intellectum ordinationis Regiæ, rub. *Que toutes donations ſeront inſinuees*, inſinuationem requirentis in omnibus donationibus,vt in liberatione etiam & remiſsione requiratur,per illud verbum *toutes*,&c.vbi abunde ſcripſi,in 2.tomo commentar.quod probat etiam Feli.in d.c.veniens. Proprie tamen remittere non eſt dare. l. Iulianus. ff. de conditio. & demonſtra. & procedit iſte text. per interpretationem, vt aſſerit Alcia. quia dare eſt dominium rei transferre. l. vbi.in fi. ff. de verbor.obliga.Tamen hęc lex interpretatur eum quoad effectum dediſſe videri,qui vnam rem pro alia dedit, veluti ſi permutauerit, aut compenſauerit. Et ſic ratione interpretationis Iuriſconſul. etiam extenderetur ad illum, qui gratia conditionis implendæ quicquam dare tenebatur,vt permutando,vel compenſando videatur conditioni paruiſſe:per legem, in conditionibus.§. ſi patronus. & legem,Iulia.ff.de conditio.& demonſtrat.& l.creditori. C.de pact.

Pœnam euitat, qui compenſat.

¶ Eodem modo pœnam euitat is,qui domum dare tenebatur, ſi rem aliam dando permutauerit,aut compenſauerit: vt no.doct.in l.1.§.bonorum.ff. ad Trebel. & Albert. Brunus in tract.de forma & ſolemnit.actus.fol.36. & ſeq, alioqui interpretatio Iuriſconſul. hic non eſſet generalis,quæ tamen eſſe debet,per l.leges.C.de legib.

Intelligere varie ſumitur.

¶ *Intelligendus eſt*,accipiendus,interpretandus eſt.ff.de acquir.rerum domi.l.3. l. natura-

lem libertatem recipere intelligitur.& l.rem in bonis.& l.& habet.§.1.de precar. l.duorum. communia prædior.

¶ Intelligere pro apprehendere,vel comprehendere,ſeu mente complecti.l.adeo.§.præterea.ibi,per alluuionem autem id videtur adiici,quod ita paulatim adiicitur,vt intelligere non poſsimus,quantum quoquo momento temporis adiiciatur.ff.de acquir.rerum dom. l.inſula.in fi.ibidem.§.præterea.de rerum diuiſ.in Inſti.l.1.de doli excep.l.ſi ædes. 1. in fi. de ſeruit.vrbanor. prædior.l. prædones.de petit.heredita.l. quæ de tota. de rei vindic.l.etiam. de fundo dotali.l ſi debitori. de iudic.

Fictionē quando denotet verbum intelligitur.

¶ Denotat etiam fictionem,ſicut verbum præſumitur,habetur.intelligitur enim confiteri crimen,qui paciſcitur.l.quoniam.ff.de his qui no.infam.iuncta l. in fiſci. de iure fiſci.l. nec emptio.vbi glo.in fi.ff.de contrah.emp.l.alienationis. ſupr. eod. & dixi in tract. fictionum,& in l.1.in verb.complectitur.ſupra eod.l.omnes.§.1. quę in fraud. creditor.l.ſi quis. ibi,ergo dediſſe intelligor.de calumniator.& l.in ratione.1.§.quod vulgo.in fi. ad leg. Falcid.Et tunc demum fictionem ſignificat,cum materia hoc expoſtulat, quod declaratur ex verbis in illa poſitis:vt in §.1.de excuſa.tutor.in Inſti.vbi mortui in bello filij per gloriam viuere intelliguntur.l.ſi.iuncta glo.ff.de iureiurand.probat l.ſi.ibi,pene intelligantur.C.de impuber.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.ff.de lega.1.ibi,ex die aditę hereditatis intelligitur.l.ſi venditor.§.ſed & ſi neuter.de in diem addict.ibi,quia ea melior intelligitur,quam venditor comprobauit.In aliis ergo ſignificationibus proprie accipitur, in iſta vero non. l. ſi is qui. vbi doct.de vſucap.ſcripſi in l.minus.ſupra eod.

Intellectus.

¶ Intellectus,id eſt ſignificatio,vt in l.vbi.cuius extant vigintinouem intellectus. C. de tranſact. & tamen vnico bono cõtenti eſſemus,vt dico in nou.interpret.meis ad ius ciuile.

¶ Et intellectus,intelligendi actus,id eſt,ſcientia,notio,& cognitio.vnde Imperator dicit, nil intereſſe quibus verbis quis ſtipuletur, an Græcis, vel Latinis, ſi vterque ſtipulantium intellectum huius linguæ habeat.§.in hac re.de verbor.obliga.in Inſti.

Intelligere pro cognoſcere,ſcire.

¶ Intelligere,cognoſcere.intelligis animum meum.§.fi.de rerum diuiſ.in Inſti.vbi glo. exponit,non intelligentibus dominis, id eſt non videntibus.vel dic non percipientibus, vel non cognoſcentibus:Gallic.*ne s'apperceuans*.l.coram.infra eod.

¶ Intelligere,ſcire,l.adeo.§.ex diuerſo.in fi. ibi, poteſt culpa obiici, quod temere ædificauerit in eo ſolo,quod intelligebat alienum eſſe.ff.de acquir.rerum domi.l.cedere.in fi.& l.latæ culpę.infra eod.

¶ Intelligere,mente concipere,& percipere,quaſi intra mentem legere,*entendre*.l.1 §.legi autem ſic accipiendum eſt,non intelligi.ff.de his quæ in teſtam.debent.Et in hoc titul.maxime capitur pro interpretari,accipere.in l.inter publica.& l.minus ſolutum intelligitur.& l.reſtituere.1.& l.qui neque.§.fi.& l.ſciendum.in fi.ſupr.eo.l.vt Alphenus.infr.eo.l. licet.1.l. debitor intelligitur is.l.ſoluēdo eſſe nemo intelligitur.& l. cepiſſe quis intelligitur.& l. qui in continentibus.& l.maiore.ac l.veniſſe.cum l.ſeq.l.fugitiuus.l.municipes.cū l.ſeq.inf.eo. iūcta l.Sceuola.videte quę ſcripſi in l.minus.ſup.eo.Ex quibus prędictis iuribus alias quoq; ſignificat.elicere poteritis,boni interim cõſulendo, ſi nõ ad amuſsim omnia examinemus.

¶ Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi: quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.c.intelligentia. de verbor.& rerum ſignifica.

¶ Hereditas etiam ſine vllo corpore iuris intellectum habet.l.hereditas.ff.de petit. hereditа.expoſui in l.nihil.ſupra eod.poſt glo.in d.l.hereditas.

Permutare quid.

¶ *Permutauit*. Permutare, quamuis rhetores & grammatici dicant id proprie dici, quod ex vno loco in alium transfertur,commutare vero, cum aliud pro alio ſubſtituitur:tamen Iuriſconſ.promiſcue vtuntur his verbis,permutare, & commutare: vt patet in l.cum ij. §. penul.ff.de tranſactio. Quæ interdum reſpiciunt res, vt quando vna res datur pro alia, & vocatur permutatio,ſeu commutatio.in l.1. ff. de rerum permuta. Vnde dicerem, quod permutatio eſt vnius certæ rei ad alteram certam mutua facta præſtatio.Dico certam, quia ſi detur res incerta pro certa, vt liber vnus pro tali veſte, vel certa pro incerta, erit contractus innominatus, do,vt des: vt Hoſtienſ.firmat in ſumma de rerum permuta. Et nomen huius contractus eſt valde generale, adeo vt ſub eo comprehendatur omnis contractus, quo datur hinc inde aliquid,& accipitur,vnde apud veteres frequens magis ante pecuniæ inuentionem,quam nunc,erat,vt habetur in l.1, ff. de contrah. emp. & per Ariſtotel. lib. 1. politic. Alia dicuntur in l.1.ff.de rerum permuta.& C.eod.

Quid ſit permutatio.

Rem, locum, perſonam,materiam & tempus reſpicit verbū permutare.

¶ Aliquando refertur ad locum,vt quod Romę tenebaris mihi ſoluere,conuenit,vt hic Pariſiis ſoluas,tunc locus permutatur.per tex.in l.cum ij,§,penul.ibi, vel locum permutauit, vt quę erant ei Romę alimenta relicta, in municipio, vel in prouincia acciperet.ff.de tranſactio,l.penul.de ſena.

¶ Interdum reſpicit perſonam,vt ſi quod mihi debes,volo vt debeas & ſoluas Titio.d. l.cum ij.§.penul. ibi,vel perſonam commutauit. Alias materiam, vt pœnam permutare ad Principem ſpectat.l.moris.§.ſed enim.ff.de pœnis.ibi,aut permutetur,aut liberetur.

¶ Item

¶ Item reſpicit tempus,vt inter duos,qui eodem riuo aquam certis horis ſeparatim ducebant,conuenit,vt permutatis inter ſe temporibus aqua vterentur, &c. l. cum conſtet. §. fi.ff. de aqua quotidia. Sed vt plurimum ad res refertur: veluti, permutationem non recipiunt pecuniæ in arca legatæ.l.ſed etſi.ff.de lega. 1. id eſt, non recipiunt functionem, quia illæ ipſæ debentur.l.2.§.1.ff.ſi certum peta.ſic Iaco b.Curt.in lib.3.conſect.c.30.

Permutare pro ſimplici mutare.

¶ Permutare etiam accipitur pro ſimplici,videlicet pro mutare,in l.penul. ff. de ſenator. ibi,quia dignitas domicilij adiectionem potius dediſſe, quam permutaſſe videtur. Alia dicuntur in rub. de rerum permuta. vbi licebit videre. Et ſolet concludi in hac actione,vt res tradita reſtituatur, vel ad id quod intereſt. d.l.pe. & l. naturalis.de præſcrip.verbis. Et ad reſciſionem permutationis in hac patria ſolent impetrari literæ Regiæ.

Literæ Regiæ ad reſcindendā permutationē impetrari ſolēt.

¶ *Compenſauit*. Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio.l. 1.ff. de compenſa. facit l.qui inſulam.§.1.loca.Et regula eſt,quod liquidi ad non liquidum compenſatio non recipitur.Et contraria eſt,quod liquidi ad liquidum recipitur. l. fi. C. de compenſa. quod limitat Soci.in tract.fallent.regul.61. compenſatio. Item in depoſito non fit compenſatio, nec diuerſarum ſpecierum,vt quantitatis ad ſpeciem.l.penul.C.depoſ. Alia huc pertinentia poteris videre in rub.de compenſa.ff.& C.

Quid ſit compenſatio.

IDEM LIB. QVADRAGESIMONONO AD EDICTVM.

LEX SEPTVAGESIMASEPTIMA.

Frugem pro reditu appellari,non ſolum quod frumentis,aut leguminibus, verum & quod ex vino, ſyluis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur. Iulia. ſcribit, fruges omnes eſſe, quibus homo veſcatur, falſum eſſe: non enim carnem, aut aues, feraſve, aut poma fruges dici. frumentum autem id eſſe, quod ariſta ſe teneat, recte Gallum definiſſe: lupinum vero, & fabas fruges potius dici, quia non ariſta,ſed ſiliqua continentur:quæ Seruius apud Alphenum in frumento contineri putat.

¶ Iuriſconſultus explicat hic verbis ſubobſcuris hæc tria vocabula, frugem videlicet, frumentum,& lupinum:volens dicere,quod frugis nomine venit omnis reditus, quicunque nobis obtigit ex fructu terræ,ſiue in frumentis conſiſtat,ſiue in leguminibus, ſiue ex vino,vel ſyluis cæduis,cretifodinis, ſiue lapicidinis: vt ſic quicquid vtilitatis & reditus ex fundo habeo, poſsim vocare frugem. Et ideo reprehenditur Iulia. dicens fruges omnes eſſe,quibus homo veſcatur.nã caro,aut aues,vel feræ nõ poſſunt fruges dici, & tamen illis veſcimur.Nec placet fieri differentiã inter frugẽ in ſingulari & fruges in plurali, licet doct. aliqui differre arbitrentur:ſed nos promiſcue vtimur,vt in l.1.C.de agricol.& cenſ.lib.11. ſic dicente: nunquam ſationibus, vel colligendis frugibus inſiſtentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: & frugibus ex fundo ſubreptis tam colonus, quam dominus furti poſſunt agere, quia vtriuſque intereſt rem perſequi: vbi eadem quoque ratio procedit in caſtaneis, & aliis fructibus ſubreptis.l.fullo. §. 1. ff. de furt. Labeo etiam ſcribit ea quæcunque fructuum,frugumque recipiendorum cauſa fiunt,extra hanc cauſam eſſe,neque referre quarum frugum fructuumque percipiendorum cauſa id opus fiat. l. 1. §. Labeo. ff. de aqua pluuia arcend.Et ſic Valla lib.4.ait frugẽ eſſe, quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus. Inde fruges à fruendo dicuntur, quod his fruamur: veluti fructus etiam à fruendo, vel ferendo quidam deduci volunt, quod fundus eos ferat, vel quod ibidem ferantur. De iure canonico etiam ſiue in ſingulari, ſiue in plurali frugum nomine fructus comprehenduntur.c. 1. c. cum homines. de decimis. & vſus fori hanc recepit ſignificationem. vnde ſi locem fundum retenta parte frugum, debeo de omni reditu partem habere. ſed Iuriſconſultus aliquando exprimit frumenta & fruges. in l. plenum. §. idem Nerua. ff. de vſu & habita.& fructuum & frugum,in l.1. §.Labeo.de aqua pluuia arcend. Nam fruges fructum continent non omnem: & quando frumentum ſeparatim exprimitur,non venit nomine frugum frumentum.

Fruges pro reditu.

Fruges & fructus vnde dicantur.

¶ Frugi autem indeclinabile à fruge dicitur,& ſignificat vtile,& neceſſarium, in quo eſt aliquid quo fruamur: & aliquando iungitur cum bono, vt bonæ frugi, bonus & officioſus, & vtilis,& cui negotia domini curæ ſunt. ſignificat etiam moderatum, temperantem & modeſtum.l.ſi vendita.ibi,quam debent homines frugi, & diligentes præſtare. ff. de pericul.& commod.rei vend.l.1.§.ſed vtrum.ibi,demum tenetur,ſi bonæ frugi ſeruum depulit ad delinquendum.ff. de ſeruo corrup. & l. ſi quis ſeruum. §. ſi in ſeruo. ibi, & intereſſe fructuarij videtur bonæ frugi ſeruum eſſe. ibidem. l. item apud. §. etenim multum intereſt qualis ſeruus ſit,bonæ frugi,ordinarius diſpenſator, &c. de iniur. Et parentes frugi vocat in l.cum pater. §. pater qui filio. ff. de lega. ſecundo,l. inde Neratius. §. ſed & ſi bonæ frugi

Frugi à fruge, & quid.

Frugi bonæ.

seruus. ad legem Aquil.

Frugi vitæ. ¶ Et vitæ frugi, in l. cum ij. §. sed & personarum contemplatio habenda est, hoc est cuius vitæ sunt ij, quibus alimenta relicta sunt, vtrum frugi vitæ ij sint, qui alias sufficere sibi possint, an obsequioris, qui de alimentis pendeant. ff. de transaction. frugi vitę vocat illos, qui alimenta sibi quærere possunt ex sua industria.

¶ Frugi quoque is dicitur, qui in suis rebus temperans est, & eas non consumit. l. si cum dotem. §. si vero dotem maritum ita dissipare manifestum est, vt non hominem frugi, oportet dotem tunc sequestrari, quatenus ex ea mulier competens habeat solatium cum sua familia. ff. soluto matrimo. Inde frugalis, parcus, temperans. Et frugalitas, parcimonia moderatioque in rebus.

Frugalis, & frugalitas.

Frugiferæ arbores. ¶ Frugem pro substantia exponit glo. in l. 2. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. quod patris substantia soleat esse frugi, & vtilis filiis.

¶ Et frugiferas arbores, id est ferentes fructum vsufructuarius excidere non debet. l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de vsufructu.

¶ Reformare se ad frugem melioris vitæ, dicit Imperator in l. intercessio. C. de his qui no. infam. & Papa in c. nisi. in princip. de renuntia. & in c. commissum. de sponsal.

Legumina quæ

Cannabis an inter legumina sit. ¶ *Leguminibus.* Leguminum nomine venit cicer, lentes, fabæ, pisa, & alia id genus, quæ Occitani & Prouinciales communi vocabulo vocant *leguns:* qua sermonis proprietate caret lingua Gallica, veluti pluribus aliis. Et tex. in l. 1. §. igitur. ff. de exercitor. actio. videtur velle appellatione leguminum cannabim venire, ibi, dum dicit: sed & si vt certis mercibus eam, videlicet nauem locet, præpositus est, puta legumini, cannabi, ille marmoribus, vel alij locauit materiæ, &c. Sed parum id probare videtur tex. ille sub his verbis: nam si quis locauit nauem ad vehendas merces leguminum & cannabis, &c. quinimo potius contrarium. nam si leguminum nomine veniret cannabis, frustra expressisset ibi cannabim: sed forte ibi punctum loco copulæ habetur.

Cannabinus & cannabaceus. ¶ Inde adiectiuum cannabinus seu cannabaceus pro his quæ fiũt ex cannabi. vulgus tamen Montispessulani vocat telarum venditores cannabaceos, vernac. *cannabaciés.* ex quo vsu communi loquendi statutum si quod foret, veniret interpretandum.

Literas iustitiæ & gratiæ Papa chorda cannabis munire solet. ¶ Et incidenter non verebor adducere cannabis vsum frequentissimum apud summos Pontifices, vt soleant omnes literas executorias, necnon literas iustitiæ chorda munire cannabis, literas vero gratię serico filo decorare, iuncto plumbo. c. licet. de crimine fals. Feli. in c. postulasti. col. 3. de rescrip. latius dixi in praxi beneficial.

Legumina vnde dicta. ¶ Sed ad rem redeundo, legumina dicta sunt, quod ista colligendo manibus legantur, id est colligantur, non autem subsecantur, teste Varro. de re rustic. lib. 1. c. 22. ibi, hoc enim quoque legumen & cetera quæ velluntur è terra neque subsecantur, succum tollunt.

¶ *Vel syluis cæduis.* Sylua cædua quid sit, satis superque elucidaui in l. sylua cædua. supra eodem.

Cretifodina. ¶ *Cretifodinis.* Cretifodina locus est, in quo creta foditur, & vnde eximitur. l. permissti. ff. de præscrip. verb. l. si cretæ. de furt. dicta à creta & fodio, quod illic fodiatur. & vsufructuarius his vti potest. l. item si fundi. in princ. ff. de vsufruc. l. æquissimum. §. 1. ibidem. vbi vsufructuarius instituere potest cretifodinam, vel argentifodinam, si non agri partem necessariam occupaturus sit.

¶ Creta autem dicitur terra tenax, à crescendo dicta, quod in macerando crescat: quod imprimis cretæ Vmbriciæ accidit. est & alia creta, quam Gallic. vocamus *la croye.* & multa cretæ genera describit Plin. li. 35. c. 17. Cuius etiam fit mentio in l. ergo. §. 1. de seruitut. rustic. prædi. ibi, nec haustum, nec appulsum pecoris, nec cretæ eximendę, calcisque coquendęius posse in alieno esse, nisi fundum vicinum habeat. Est & Creta insula.

Cernere hereditatem pro adire. ¶ Cernere autem hereditatem est eam adire, teste Budęo in annota. ad Pandect. l. 2. Alcia. lib. 3. disputatio. c. 7. Gallic. dicimus *se porter pour heritier.*

Cretio hereditatis. ¶ Inde cretio hereditatis aditio dicitur. scribit enim Isidor. lib. 5. etymolog. c. 24. his verbis: est enim cretio certus dierum numerus, in quo institutus heres aut adiit hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec liberum illi est vltra capiendę hereditatis. Et cretio secundum eum appellata est quasi decretio, id est decernere, vel constituere, vtputa ille heres mihi esto, adito, cernito que intra dies tot. Adeundarum autem hereditatum centesimus statutus erat dies, quibus non est cretio (id. est decretum) addita. Et quia solemnitas quædam in hac cretione & aditione obseruabatur, illam cretionum scrupulosam solemnitatem penitus amputandam decernit Imperator in l. cretionum. C. de iure deliber.

Lapicidina. ¶ *Lapicidinis.* Lapicidina dicitur locus, in quo lapides cæduntur, & eximuntur, à lapide & cædo. probatur in l. diuortio. §. si vir in fundo dotali lapicidinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem fecerit. ff. soluto matrimo. Gallic. *vne carriere, ou perriere.* Et fructuarius hac vti potest. l. item si fundi. in princ. ff. de vsufruct. l. æquissimum. §. 1. & 2. ibidem. Et nummi recepti ex lapicidinis dotalis fundi, dotis sunt. l. si ex lapicidinis. ff. de iure dotium.

facit

facit l. 3. de seruitu. rusticor. prædior. Et si constat in tuo agro lapicidinas esse inuito te, nec priuato nec publico nomine quisquam lapides cædere potest. l. venditor. §. primo, ff. communia prædior.

Lapicida. ¶ Hinc lapicida vocatur lapides cędens, *masson ou perrier.* Insuper cuius sint aurifodinæ, vel argentifodinæ, scribit Iacob. in tract. feudor. in verb. cum argentifodinis. vbi concludit, quod si in fundis priuatorum inueniantur, sunt illius, cuius est fundus: si vero in publico, sint Regis. per l. 3. in fin. cum l. seq. Hodie Princeps tanquam primogenitus non tantum loci partem, sed & totum capit data compensatione fundi, ex consilio nescio quorundam Regalistarum, dicentium hæc esse de Regalibus. per cap. vnum. quæ sunt Regalia. in verb. argentariæ. quorum summam diligentiam & fidelitatem erga Principem non improbarem. At in commodum animarum suarum parem erga deum amorem in his desiderarem, ne quandoque falsa hominum ducti confidentia pœniteant, vel è numero signatorum duodecim milium deleantur.

Aurifodinæ cuius esse debeant.

Reditus. ¶ Insuper de verb. reditus aduertendum est secundum quosdam, quod si vnico, D, scribatur, obuentionem significat, quæ singulis redit annis, Gallic. *rente, ou reuenu.* facit l. impensæ. & l. vrbana prædia. infr. eod. nempe cum reditu primi anni percepto iterum secundi anni reditus redeunt, vel pensione soluta, iterum alia redit, vt tunc cedere incipiant. l. cedere. infra eod. si vero per duplex, D, redditus ita scribatur, id tantum significari volunt, quod fundus, vel alia res quoquo modo nobis reddat: vt Corne. consil. 289. videtur in hac. col. 3. versic. & licet. in 1. vol. Sed vtcunque sit, paruam in his constituerem differentiam. tamen de hoc vocabulo tex. videre potestis in l. generali. §. heredis. ff. de vsufruct. lega. l. idē est in reditu. vsufructu. quemadmod. caueat.

Prouẽtus quid. ¶ Prouentus vero magis proprie dicitur reditus, vndecunque nobis obueniens, quasi proueniens tunc, quando soluitur, vel prope, vel procul veniens. Alber. vero hic dicit reditus generalissimum esse genus, fructus inferius, subalternum dicit frũges esse, & poma adhuc inferius. Sed ego putarem prouentus nomen esse generalius, quam reditus & obuentiones, quia complectitur fructus & reditus, per l. annonam. ibi, vberes prouentus. ff. de extraordinar. criminib. quippe etiam ea, quæ de mulctis & iurisdictione, ac alias vndecunque prouenerint, prouentus dicuntur, seu obuentiones, vt visum est Boer. in decis. Burdegal. q. 224. Abbas. scripsi in §. volumus. de colla. in concorda. in gl. reditus. & seq. & Conna. lib. 4. c. 1. scribit fructus generalius esse quam fruges. nam fruge legata, animalia non comprehenduntur, nec vrbanorum ædificiorum reditus, nec quæ ex rebus quibuscunque commoda, ad victum vsumque humanæ vitæ necessaria videntur, sed qui tantum ex terra proueniunt, fructus, seu vi naturæ propria, seu seminis, seu insitionis & plantarum. l. vsufructu. ff. de vsufruc. lega. quæ tamen nomine fructuum veniunt, vt ibi probatur.

Obuentiones. ¶ Obuentiones etiam generaliter dicuntur fructus, ex re venientes, cuiuscunque sint emolumenti. l. 1. iuncta glo. in §. exercitorem. ff. de exercitor. actio. & licet videatur quædam inter ista verba differentia, tamen parum emolumenti affert.

¶ *Carnes.* Quid carnis nomine veniat, declarari potest ex l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præfect. vrb. vbi scripsi. non repetam hic.

Aues & bestiæ non sunt in fructu, nisi in garenis. ¶ *Aues feraſve aut poma.* Colligitur ex hoc tex. frugum nomine carnes, aues, feras aut poma non contineri. Sic quoq; videmus in terra, mari, cœloque capta, veluti feras bestias, volucres, pisces capientium fieri, l. 1. cum seq. de acquir. rerum domi. §. feræ. cum seq. de rer. diuis. in Insti. nisi garenis nostris animalia concludantur, quia tunc computabuntur inter reditus domini illius garenæ, vt Ioan. Fab. in d. §. feræ. De aucupatione, & piscatione dicam plenius in ordina. Reg. eod. tit.

Frumenti nomine quid veniat. ¶ Frumentũ dicitur, quod aristā se teneat: & eius appellatione generali omnia ad victum necessaria comprehenduntur, vt docet glo. in rub. C. de cano. frument. vrbis Romæ, lib. 11. quod paulo generalius accepisse mihi videtur, per tex. in l. fi. ff. ad legem Iul. de annona. imo leges per glo. adductæ contrarium probant. Quamobrem aliter ex mente & verbis nostri tex. dicamus appellatione frumenti ea omnia venire, quæ arista continentur: nempe veniet triticum, ordeum, siligo, spelta, & alia id genus. glo. in l. 1. C. de condi. in public. horreis, lib. 10. vbi Lucas de Penna. Capitur etiam strictius pro specie nobili tritici, quod vulgo *forment* vocant, quod siligine, ordeo & aliis nobilius est: & sic ex consuetudine frequenter capitur. facit l. non debere cogi decuriones vilius præstare frumentum ciuibus suis, quam annona exigit. ff. ad municipal. l. Lucius. ibidem. l. 1. de munerib. l. 3. §. cura frumenti comparandi. ibidem. & l. fi. §. item angariarum. ibidem. l. adeo. §. cum quis. de acqui. rerum domi. l. 2. de adminiſtra. rerum. Sic capitur in rub. C. de frument. vrbis Constanti. & in rub. de frument. Alexand. lib. 11. Et sic large capitur pro omni blado, vtar verbis gl. in l. non debere. ff. ad municipal. Etiam legumina cõplectitur. l. vlt. in fi. C. de serui. & aqua. Etiam pro auena, vt testatur glo. in hac lege. Quod verum intelligerem in auena, quæ seritur: si vero ex se internata sit, secus. nempe quædam sunt vitiosa sylueſtris auenæ genera, vt Bromos &

Aegilops, de quibus ſcribit Hermola.Barbar. in annota. Plinia.lib. 22.c.25. ac Budæ.in l.ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. ff. loca. quæ frumenti vitium exiſtimantur, vt lolium, & auena: dicit Iuriſconſul.in l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.ff.ad legem Aquil.vbi lege Aquilia tenetur, qui lolium aut auenã in ſegetem alterius iniecit. Et ſi quis ſegetem ante lucem ſecat, & contrectat, eius quod ſecat manifeſtus fur, & nec manifeſtus eſt.l.vulgaris.§.1.ff.de furtis.

Annona.

Annonæ vero vocabulum generalius eſt, cuius nomine frumentum ac omnia edulia veniunt, vt doc.no.in titul.ff. ad legem Iuliam de annona, vt inferius dicam.

Frumentarius negotiator priuilegiarius.

¶ Inde frumentarius negotiator, ſeu mercator, qui negotiationem frumentariam exercet,emendo, & vendendo frumentum.l. eos.ff.de vaca.muner. ibi, & negotiatores qui annonam vrbis adiuuant.

¶ Item nauicularij,qui annonæ vrbis ſeruiunt,immunitatem à muneribus publicis conſequuntur,quamdiu in huiuſmodi actu ſunt:nam remuneranda ſunt pericula eorũ,quinetiam cohortanda præmiis merito placuit, vt qui peregre muneribus quidem publicis cum periculo & labore fungerentur,à domeſticis vexationibus, & ſumptibus liberentur, cum non ſit alienum dicere hos etiam reipub. cauſa, dum annonæ vrbis ſeruiunt, abeſſe. verba ſunt Iuriſconſulti in l.ſemper.§.negotiatores.ff.de iure immunita.

Frumentaria ratio, pecunia.

¶ Et frumentaria ratio , vbi de frumenti computatione agitur.l.2.§. quod de frumentaria ratione.ff.de adminiſtra.rerum ad ciuita.pertinent.Et frumentariæ pecuniæ,quæ ex frumento prouenerunt. ibidem, §. frumentariæ pecuniæ debitor ſuo nomine quamprimum ſoluat.Neceſſaria enim omnibus rebuſpublicis eſt frumẽtaria pecunia.Adhæc frumentariũ ſolum,in quo frumentum ſeritur: lex frumentaria, ſuper frumento lata:& frumentari,colligere frumenta.Iſta per rhetores clarius probantur:quam obrem ad illos vos reiicio,qui& de lege frumentaria ſcribunt, vt Cicero & alij.

Ordeũ nomine frumenti quando non contineatur.

¶ Limitatur quando frumentum & ordeum nominarentur , tunc expreſſum facit ceſſare tacitum, vt frumenti nomine non veniat ordeum.l. modios. C.de ſuſcepto.præpoſ.& arca.lib.10.l.2.de cano.frumen.lib.11.

De conſuetudine frumenti nomine quid contineatur.

¶ Secundò non procedit de generali Regni Franciæ conſuetudine. nam ſecundum noſtrum communem vſum loquendi appellatione frumenti,*du froumẽt*,venit granum cereris nobilius frugibus, quod Occitani vocant *touzelle froument*, non vero ordeum, aut ſiligo: vt no.Bar.hic, & Iaſ.in l.triticum.ff. de verbor.obliga. Ioan. de Platea in d.l.modios.quod facit ad conſuetudinem patriæ Occitanæ , in qua duæ partes cenſus communius ſoluuntur ex ordeo,reliqua pars totũ faciens,ex frumento.videte l.modios.& ibi patruum meum Iacob.Rebuff.C. de ſuſcepto.præpoſ.& arca.lib.11.

Fœnum non venit frumenti nomine.

¶ Tertiò frumenti appellatione non venit fœnum. l. 1. §. de rei opere. & ibi nota. ff. de aqua pluuia arcend.Sed de hoc non eſt dubium.

Oriza an nomine frumenti veniat.

¶ Quartò frumenti nomine vel tritici non venit oriza , quam Gallic. *du ris* vocamus, in regionibus in quibus non ſeritur, vt in Gallia: quia non ad panem , ſed ad pultem & delicias conſeruatur. in aliis ſecus, vt in Hiſpania, & Italia, vbi creſcit : niſi ibidem alia vigeret conſuetudo.

Legumina nõ veniunt frumẽti appellatione.

¶ Quintò ſub nomine frumenti non continentur hodie ex communi vſu loquendi legumina.probatur in l.qui penum.§.ſiue autem frumentum,ſiue quid leguminis.& §.fi. ff. de penu lega.& l.Mela.in fi.de alimen.& cibar.lega.ibi,vel areæ tuæ ad frumenta,ceteraque legumina exprimenda.Ideo qui tenetur dare frumentum, non tenetur dare legumina,niſi ratio materiæ ſubiectæ hoc etiam contineret.

Debitum in pane nõ debet in frumento præſtari.

¶ Sextò debitum in pane, non debet dari in frumento, tex.ſingular.& ibi Bar. C.de frumen.vrb.Conſtantino.l.vna lib.11. Et illa annonæ præſtatio,quæ in panibus conſiſtebat,vocatur ciuilis annona,quæ ex publico dabatur,ad differentiam militaris.rub.C.de anno. ciuili.lib.10.l.hac edictali.§.illud. C.de ſecund.nup. vel panis ciuilis, in l. fi.§.præterea. C.de iure dotium.vel dicebatur annuus reditus ex publico recipiẽdus.l.fi.C.de petition. bono. ſubla.lib.10.glo.in verb.ciuiles.in §. 1.authent. de non alienand. reb.eccleſ.colla.2.vide Alcia.lib.8.pareg.c.5.Sed annona communius vocatur res frumentaria,vel alia, quæ ſingulis annis pro victu reponitur.in titul.ad legem Iul.de annona.

Annona ciuilis.

Extrahere frumentum prohibitus,nõ poterit farinam.

¶ Et prohibitus extrahere frumentum,non poteſt extrahere farinam,vel panem:quia eſt eadem ratio prohibendi vtrunque, videlicet ne populus fame pereat, & quia fraus legi fieret. Guido Pape in deciſ.Delph.q.373.licet Bal.contrarium teneat in margar.in verb.frumentum. Cuius opinio tueri poteſt, cum quis tenetur dare frumentum, vt tamen farinam dare non teneatur:ſed in prohibitione totum negatur.glo. in l. hoc genus. ff. de conditio. & demonſtra. An vero quis poſsit compelli frumentum emere tempore ſterilitatis , docet Lucas de Penna in l.1. C. de quib.munerib. lib. 10.quod ſic, ſuadente cauſa belli,vel famis, vel alia iuſta.

Frumentum delatũ in aliud territorium,an

¶ Imò quidam dicunt prohibitum extrahere frumentum de territorio Montiſpeſſulani, poſſe tamen extrahere id frumentũ,quod ex alio habuit territorio: quia nõ eſt de territorio

Montiſp

Mõtiſpeſſulani.per l.1.ff.ad municipal.iuncta l.munerũ.§.præterea.ff. de munerib.& honor. quæ leges parum probant.ſed contrarium verius probatur per l.ſi pendentes.§.ſi quid cloacarij.ff. de vſufruct. & hoc firmat Alber. in tract. Itatu.in 2. parte , q.157. nam eo ipſo quod delatum eſt in territorium Montiſpeſſulani , factum eſt illius territorij : ideo non poterit extrahi , vt ſæpius vidi apud Pariſ. nec erit in damno prohibitus extrahere , dum pretium ei ſoluatur.per l.ſi locus.§.1.vbi glo.ff.quemadmod. ſeruit.amittant.

poſſit extrahi.

Cremari debet qui frumentũ combuſſerit.

¶ Septimò qui ædes aceruumve frumenti iuxta domum poſitum combuſſerit, vinctus verberatus igni necari iubetur , ſi modo ſciens prudenſque id commiſerit.l.qui ædes.ff.de incendio. Et per illam legem fuit aliquis crematus per latrunculatorem quem præpoſitum mareſchallorum vulgus vocat,quod aceruum frumenti in campis ſitum, Gallic.*vn gerbier*, cremaſſet.quia hi alios fame necant,& multa incommoda pariunt.

Claues portarũ quis habere debeat.

¶ Vltimò tribuni officium eſt claues portarum ſuſcipere, vigilias interdum circuire,frumentationibus commilitonum intereſſe l.officiũ §.fi.ff.de re militar. vbi frumentationem vocat frumenti diſtributionem inter milites faciendam.

Lupinum.

¶ Lupinum eſt genus legminis, non minus tertã appetens, voraxque illius,quam lupus voret pecudes. inde nomen aſſumpſit. Et quidam eſt ſylueſtris, alter ſatiuus, teſte Catelia. Cotta in 2. parte memor. in verb.lupinum. Græce θερμὸς ἀγρὸς, id eſt lupinus ſatiuus,Gallic. dicitur *lupin*. Et quotidie cum ſole circumagitur, horaſque agricolis etiam nubilo demonſtrat.ter præterea floret,primum Maio,deinde Iunio,& tertiò Iulio menſe:poſt vnum quenque florem ſiliquas producit, teſte Plinio lib.18. c. 14. & 27. & Dioſcorid. in lib. 2. de Lupi.c.102.& per Leonardum Fuſchium in lib.de hiſtoria ſtirpium.c.116.de Thermis.

Siliqua.

¶ Siliqua hic dicitur tegumentum fabarum , & aliorum legminum, Gallic. *l'eſcouſſe ou gouſſe*.Accipitur etiam pro certo pondere, videlicet quatuor grana ſiliquam pendunt,ſi Alcia. credamus hic. Alij vero dicunt obolum ſex ſiliquas. ſiliquam & ſcrupulum idem eſſe, alij opinati ſiliquã pro ſolidis.in l.vna.C.de imponend.lucrat.deſcrip.lib.10. Alij ſiliquam partem quartam vnciæ dixerunt.glo. per illum tex.in l.liberto. §. filium. ff.de annuis lega. vbi licet antiqui codices Siliquam legant,tamen emendati habent Sicilicum.Eſt autem Sicilicus ſemiuncia, teſte Alcia.hic,& Pyrrho in l.1.C.de metallar.lib.11.facit authen.ſed hodie.C. de epiſcopis & cleric.authen.adhæc. C.de vſur. Quod ſi plenius & ad amuſsim cupiatis videre differentiam inter ſiliquam,ſcrupulum,obolum,drachmam,ſiclum, minam, ſolidum,talentum,aſſem,ſextariũ,& alia vocabula his accommoda,legendus erit Alexand. ab Alexand.lib.genial.4.c 24.& Bud.in ſuo tract.de aſſe & eius partibus. Quod facit,vt ſi quis dare teneatur ſextarium fabarum,ſine ſiliquis præſtare teneatur, niſi in contrarium eſſet vſus , vel conſuetudo.

Sicilicus.

Triticum nomen generale, & plura genera.

¶ Triticum vero nomen eſt generale,ſignificans omne,quod in area teritur glo.in l.triticum.ff.de verbor.obliga.& ff.de triticar. actio. ſicque poteſt capi in titul.de tritic.vino, & oleo lega. Secundo appellatur triticum frumentum , propter eius excellentiam. §. ſed ius quidem ciuile.Inſti.de iure natur.& ſupra dixi,ita communi vſu receptum. Et plura tritici genera deſcribit Columel.in lib.de re ruſtic.2.c.6.ſic dicens: Tritici autem genera complura cognouimus:verum ex his maxime ſerendum eſt,quod robus dicitur:ſecundum eſt ſiliginis: tertiũ eſt trimeſtre, quod & genus eſt ſiliginis, reliquæ ſpecies ſuperuacuæ. quartum milium.Panor.in c.ex multiplici,de decimis.dicit tritici nomine contineri:quod tamen ex communi vſu loquendi Franciæ reiicitur. Alio quippe nomine vocatur frumentum, alio milium. & qui tenetur dare frumentum,non liberaretur dando milium ; quod apud Biernenſ.eſt valde commune ac gratum.

Bladi nomine quid contineatur.

¶ Acceſsit etiam bladi generalis appellatio, *du blé*,vt contineat omnia, quæ ariſta tenentur.Iaſ.& alij in d.l.triticum.præterquam legumina:vt patet in c.3.ibi, de blado & vniuerſis leguminibus.de decim,vbi Panor.vt ſic frumentum & ſiligo comprehendantur.

Gallicus vſus diſtinxit vocabula frumenti ab aliis.

¶ Et velut in dies magis propria rebus indicuntur nomina pro cuiuſque linguæ facultate,ita Gallicus vſus pro vilioribus ſpeciebus frumenti, veluti hordeo,auena, & reliquis, inuenit proprium his terminum, Gallic. *le petit blé*, quemadmodum etiam in forenſi iudicio vidi obſeruari,& ſcribit de Ripa in tract.de peſte,fol.90,verſic.4. quero. vbi etiam tradit an prohibitus extrahere frumentum , cenſeatur prohibitus extrahere farinam , vel panem coctum. ibi videte plenius , cum his quę ſuperius ſcripſi. Nam Gallicus ſermo ſua propria habet nomina,ob id vnius nomine vix aliud continetur , quia ſeparata nomina : arg. l. ſi iidem codicilli. C.de codicil.

PAVLVS LIBRO TERTIO AD PLAVT.

LEX SEPTVAGESIMAOCTAVA.

Interdum proprietatem quoque verbum poſſeſsionis ſignificat,ſicut in eo, qui poſſeſsiones ſuas legaſſet,reſponſum eſt.

¶ Vult

¶ Vult iſte tex. dicere, quod licet poſſeſsio pro vſu rei communis accipiatur, & pro iure inſiſtendi rei non prohibitę poſsideri, vt in toto titul. de acquir. poſſeſſ. ff. & C. & in l. quęſtio. infra eod. & in rub. de cauſ. poſſeſſ. & proprieta. extra. & alibi frequentius: interdum tamen poſſeſsio denotat proprietatem, vt in eo qui ſuas poſſeſsiones legaſſet: nam proprietatem earum legaſſe cenſetur, vt hic. Et ſic verbum poſſeſsionis eſt æquiuocum, ſignificans poſſeſsionem, & proprietatem. probat Alexand. conſil. 95. nu. 3. in 5. vol. per iſtum tex. qui videtur rationem habuiſſe ad illud ius naturale, quo cœpit dominium à poſſeſsione, per id quod dictum fuit, Quicquid calcauerit pes tuus id tuum erit. conuenit tex. in l. cum miles poſtulabat ſuo nomine litigare de poſſeſsionibus, quas ſibi donatas eſſe dicebat. ff. de alienatio. iudic. mutand. cauſ. fact.

Poſſeſſio denotat proprietatem.

¶ Et hęc dictio interdum in tex. poſita denotat regulam in contrarium eſſe, & exceptionem proprie ſignificat. nam ſi ſit interdum, ergo non ſemper. l. verbum erit. infra eod. l. interdum. ff. de minorib. l. interdum. ff. de condict. indeb. l. ſi vt certo. §. interdum. commoda. l. interdum. de iudic. l. admonendi. de iureiur. l. interdum. de natal. reſti. l. vel obligatus, §. fi. de liber. cauſ. l. fi. vt in poſſeſſ. legator. l. interdum. de publica. l. interdum. de verbor. obliga. l. interdum. rem ratam haberi. l. interdum. de furt. Iaſ. in l. iuriſgentium. §. prętor ait. 8. no. ff. de pact. l. interdum. de public. iudic. l. ſatiſdationis. ſupra eo. & in l. 1. §. interdum. ff. de iniur. & l. triplici. & l. virilis. & l. penul. infra eod. c. 2. vt lite penden. in 6. Corne. conſil. 13. videtur. col. 1. in 4. vol.

Interdum exceptionem denotat, & aliæ dictiones ſequẽ.

¶ Idem in dictione Aliquando, vt exceptionem denotet, & regulam in contrarium eſſe. l. aliquando. ff. ad Velleia. Gomeſ. in §. ſed iſtę. col. 8. nu. 21. Inſti. de actio. l. Stichum. §. aditio. ff. de ſolutio. l. in perſonam. de pact.

Aliquando.

¶ Idem in verb. Quandoque. l. rogo. ff. quando dies lega. cedit. l. cum pater. §. rogo. de lega. 2. l. penul. §. fi. de reb. eorum. l. 2. §. deinde cum poſt. de orig. iur. l. continuus. §. item qui inſulam. de verbor. obliga. l. 3. §. hęc pœna. quod quiſque iuris.

Quandoque.

¶ Idem in verb. multotiens. clem. 1. de offic. ordinar. c. 1. de dolo & contumac. Idem in dictione plerunque. l. plerunque. & l. locus. ſupra eod. & l. ſeq. ac l. pecunię. 2. §. actionis. & l. pronuntiatio. §. 1. & l. munus. 2. infra eod. & l. 1. §. 1. ibi, quia plerunque itineribus vel via non ſemper vtimur, niſi cum vſus exegerit. ff. de itinere actuque priua. Etiam dictio, non ſemper, exceptionem oſtendit, ſicut dictio, plerunque. l. plerunque. ff. de iure dotium. l. 3. §. 1. de offic. præfect. vigil. & l. 1. §. 1. de tutel. & ratio. diſtrah. l. ſi plures. in 1. & ibi Imol. de vulgar. Claudius Aquenſ. in l. interdum. §. 1. col. penul. de acquir. poſſeſſ. §. fi. de legiti. patron. tutel. in Inſti. l. 1. ff. de rerum diuiſ. l. 3. §. ſi eum. de liber. homi. exhib. l. falſus. §. ſi iactum. de furtis. l. annonam. de extraordinar. crimi. l. in obſcuris. de regul. iuris. l. 2. §. 1. ibi, vt plerunque facit. de his qui no. infam. l. ſi partem. de ſeruit. ruſticor. prædior.

Non ſemper.

¶ Idem in dictione ſæpe, ſæpius, ſæpiſsime. l. ſæpe. vbi dixi, ſupra eod. quod enim ſæpe fieri dicitur, non ſemper fit: & caſus denotat, ergo regula eſt in contrarium. l. ſæpe. ff. de offic. præſid. Idem in dictione ſępenumero. l. ſi in diem. §. fi. ff. de conditio. & demon. Idem ſi dicatur in quibuſdam caſibus. l. interdum. in 2. ff. de furt.

Multotiens, plerunque.

Sæpe, ſæpius, ſæpiſsime.

Sæpenumero.

¶ Idem in dictione vix. l. vix certis annis. vbi gl. ff. de iudic. l. intra. §. fi. de minor. l. ſi heres. ad legem Falcid. Et quod vix fit, tamen fit. glo. in c. hæc cuius placiti. 12. q. 2. c. 2. de cogna. ſpiritual. in 6. l. ſi plures. de vulgari. l. fi. ff. de aſsignand. libert.

Vix.

¶ Idem in dictione nonnunquam. l. fi. de iuſtit. & iure. l. nonnunquam. de adoptio. l. 1. de offic. præfect. vigil. l. coniunctionem. ſupra eod. l. qui tabulas. de furt. l. actus. in fi. de regul. iuris. l. nonnunquam. de lega. præſtand.

Nonnunquam.

¶ Idem in verbo multifariam. l. liberorum. in fi. eod. l. ne quid. ff. de incend. rui. & naufrag. Et in dictione plurifariam, idem quoque dicendum, per l. 2. §. 1. ff. de iure fiſci. & l. ſemper. §. penul. de iure immunita. l. 1. de reſti. in integr.

Multifariam. Plurifariam.

¶ Quæ tamen prędictę dictiones interdum conſtituunt regulam. De verbo interdum tex. eſt in l. triplici. infra eod. & l. metum. §. ſed quod prętor. ff. quod metus cauſ. l. ſi plures. de vi & vi arma. & alibi multoties: quamuis Iaſ. contrarium firmet in l. iuriſgentium. §. prętor ait. no. 8. ff. de pact. De dictione plerunque etiam eſt tex. in l. pronuntiatio. in fi. eo. facit l. legatis ſeruis. §. ſi vnus. ibi, in quo artificio plerunque verſabatur. id eſt regulariter. ff. de lega. 3. l. non dubitamus. vbi glo. & doct. de conditio. & demonſtra. l. 1. de furtis. l. 1. §. domino. de aqua quotid. & æſtiua. l. nec in ea. in fi. de adulter. ibi, plerunque autem æſtate vtimur. l. iuriſgentium. §. prætor ait. vbi Iaſ. 8. nota. de pac. Corne. conſil. 233. in hac conſultatione. col. 1. vol. 4. Idem in aliis dictionibus probari poteſt: quod percipi ſolet ex re, id eſt pro materia ſubiecta, vt ſi regulæ conueniat, regulam faciat: ſin minus, exceptionem tantum dicetis ſignificare, idque frequentius.

Regulam quando faciant hæ dictiones.

¶ *Proprietatem.* Vt plenam huius verbi notitiam habeamus, ſciendum eſt imprimis proprium id vocari apud Ariſtotel. quod omni, & ſoli ineſt, & ſemper, vt ſit hominis proprium ridere: ſiquidem id omni ineſt homini, & ſoli, non alteri animanti, & ſemper. quod etiam

Propriũ quot dicatur modis.

etiam peculiare vocamus. Et veluti ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Et iſtud ius non ſolum humani generis proprium eſt, ſed & omnium animantium, &c. l. 1. ff. de iuſtit. & iure. & Inſtitu. de iure natur. gentium & ciuil. Inde vulgo dicimus Adamantem, aut alium lapidem, ſeu herbam talem proprietatem habere, volentes annuere id eſſe peculiare ei lapidi, & nulli alij commune. l. prima, in fi. ff. de publica. ibi, hoc proprium eſt huius edicti.

¶ Porphyrius autem ſequutus Ariſtotelem in ſua iſagoge, quadrupliciter dicit proprium. Primo, quando ſoli ineſt, & non omni, vt nautam, vel muſicum eſſe. Secundo, quando omni, & non ſoli: vt viuere omni ineſt homini, & non ſoli: nam & animalia, & plantæ viuere dicuntur. Tertio, quod ineſt omni, ſoli, ſed non ſemper: vt canities homini, quæ non contingit niſi ſenio affectis. Quarto, quod omni, ſoli, & ſemper ineſt: vt docilem eſſe homini: de eo enim ſolo, & de omni, & ſemper dicitur. Et exacte proprium declarat Rodolphus Agricol. in lib. de inuentio. dialect. lib. 1. c. 8.

¶ Secundo proprium dicitur proprie tuum, vel ſuum. l. fi. ff. de ſuperficieb. ibi, ſuperficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt. quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius eſt ſolum. l. ſi id quod. ff. de duob. reis. Bal. nominatim in l. cum res. in fi. C. de proba. & de Ripa in rub. de cauſa poſſeſſ. vnde ius proprium maris dicit tex. in l. ſane. ff. de iniur. Et res propria dicitur ſua. §. ſi quis igitur. in authen. de non alienand. reb. eccleſiaſtic. colla. 2. ibi, propriis eorum ſubſtantiis. iuncto verſic. metu ſuæ ſubſtantiæ. Et propriam familiam dicit Iuriſc. in l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. & ibi, iure proprio, &c. Et proprio nomine, in l. ſi calumnietur. in fi. infra eod.

Propriũ, tuũ.

¶ Interdum Iuriſconſultus ad maiorem elucidationem vtrunque exprimit, & emphaſim habet. l. fi. §. 1. ibi, ſuum proprium. ff. de excep. rei iudica. ſua propria. l. teſtatrix. §. 1. ſi ſeruit. vindice. & l. aquam. quemadmod. ſeruit. amittant. veluti etiam alias Iuriſconſul. dicit res tuas proprias, in l. fi. ff. de negot. geſt. & tuum propriũ, in l. ſi ſerui. vſufructuar. quemad mod. caue. & in l. ſi ſupra. ibi, ſed Proculus tuum proprium. de acquir. rerum domi.

Proprium ſuũ.

¶ Et aliquando proprium meum, in l. ſi communi. ff. de ſeruitu. ruſticor. prędior. ibi, prius meus paries. & l. ſi cum meus proprius eſſet paries. ſi ſeruit. vindicet. l. in hoc iudicium. §. 1. communi diuid. & proprium meum ſeruum, in l. & tantum. §. ſi ſeruus. de ſeruo corrup.

Proprium meum.

¶ Vnde dicit Bal. in l. omnibus. C. de teſtib. rem propriam quatuor modis intelligi: primo ratione vtilitatis, cum videlicet aliquam vtilitatem conſequimur, vt in venditore & cedente. Secundo dicitur propria ratione iuris rei, quando aliquod ius in re habeo, vt ſeruitutem forte, vel ius pignoris. ſed hoc non probat. Tertio ratione iuris inſtantię, vt in procuratore iudicij, qui eſt dominus inſtantię. l. 1. C. de ſenten. Quarto ratione officij, vt in aduocato: nam ſiue duret officium ſuum, ſiue ſit in illa cauſa finitum, quia tamen intereſt ne ignorantia ſua patefiat, ideo teſtis eſſe non poterit. l. fi. de teſtib. ff. c. Romana. eod. titul. lib. 6.

Res propriæ quatuor modis dicitur.

¶ Ego vero breuius dicerem proprium poſſe vocari, aut ratione dominij, aut alicuius iuris, ſeu ratione eius quod intereſt: quæ tria comprehendunt omnia alia, vt in l. 1. §. propriam cauſam ab aliena quemadmodum diſcernamus, quæritur: & palam eſt eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. & §. ſeq. ff. quando appelland. ſit.

¶ Tertio proprium nil habet, qui mandatam iuriſdictionem habet, id eſt delegatus iudex non habet ſuo iure, ſed alieno beneficio, videlicet delegantis, & eius nomine vti debet, non ſuo iure. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. l. more. de iuriſ. om. iud. Sed is qui concedit iuriſdictionem, cenſetur dare propriam iuriſdictionem, quam habet. l. cognitio. ibi, cum propriam iuriſdictionem legatis tuis dederis. ibidem. Et quamuis delegans propriam habeat iuriſdictionem, & det propriam, vt ibi: tamen ipſis delegatis non eſt propria: ſicut etiam dicitur in extraneo, qui dat ſua propria alicui, tamen illi donatario, fortaſſe marito, aut alij non erunt propria, ſed conquęſtus. l. quæſtus. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. Et ita conciliabuntur illa duo iura, in quibus valde laborant doct. vt dico in interpre. meis ad illam l. primam.

Delegatus iuriſdictionem nõ habet propriã.

¶ Quarto proprium dicitur præcipuum, vel peculiare: vt milites peculium caſtrenſe pro prium habent. l. errat. in fi. C. de caſtren. pecul. lib. 12. vbi Lucas de Penna. Et ius poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt ciuium Romanorum. nulli enim ſunt alij homines, qui talem in liberos poteſtatem habeant, qualem nos habemus. §. ius autem. de patria poteſta. in Inſti. l. 2. in fi. de adoptio. Ciuitas nullam propriam legem habet de addictionibus admittendis. l. Lucius. in fi. ff. ad municipal. l. 3. §. quamuis. de muner. l. quamuis. ff. ad legem Aquil.

Proprium pro peculiari.

¶ Quinto proprium dicitur, quod commune non eſt. l. in prouinciali. §. 1. ibi, quod ſi ſocius meus in communi inſula opus nouum faciat, & ego proprium, cui noceatur, habeam. ff. de noui oper. nuntia. & nemo dicat proprium, quod eſt commune. c. ſicut 13. 47. diſtinct.

Propriũ quod commune non eſt.

Tamen

Tamen quoad diſpoſitionem partis meæ poteſt res communis propria dici, vt de ea liceat diſponere, quemadmodum ſi tota mea eſſet. l. ſerui. §. 1. ff. de lega. 1. Et ſic proprium ad rei communis excluſionem interdum appellatur. l. 1. §. per communem ſeruum, ſicuti per proprium. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 1. §. communis ſeruus. de ſtipula. ſeruor. l. qui marito. §. qui leno. ibi, nec intereſt proprius cuius eorum, an cum alio communis fuerit. de adulter. l. ſi id quod. famil. erciſc.

Proprietas pro dominio.

¶ Sexto interdum capitur proprietas pro dominio: vt qui merces in horreo poſitas vendiderit, ſimulatque claues horrei emptori tradiderit, transfert proprietatem mercium ad emptorem. §. item ſi quis merces. Inſti. de rerum diuiſ. Et qui miſſilia in vulgus iactat, tranſfert rei proprietatem: quia vult, quod quiſque eorum exceperit, eius ſit, ſtatim eorum dominum effici. l. quaratione. §. item ſi quis merces. ff. de acquir. rerum domi. l. cum in corpus. & l. per ſeruum. & l. ſeruus. §. fi. ibidem. l. à diuo Pio. §. ſic quoque. ff. de re iudica. probat l. penul. §. 1. de via publica. vbi primo dicit proprios parietes, & poſtea domini. l. qui à ſeruo. de actio. & obliga. l. venditores. de verbor. obliga. l. ſi ego hac mente pecuniam procuratori dem, vt ea ipſa creditoris fieret, proprietas quidem per procuratorem non acquiritur. ff. de negot. geſt. l. quæſtio. ibi, iuris proprietate diſtat. infra eod.

Dominus proprietatis, & proprietarius.

¶ Vnde dominus proprietatis dicitur is, qui eſt dominus illius rei, & iuris proprij, quod habetur in re etiam extra vſumfructum, & alia iura, quæ inferius deſcribo, per l. acquiritur. §. itaque. & §. ſeq. ibi, domino proprietatis. ff. de acquir. rerum domi. l. quod fructuarius. ibid. l. ſi fructuarium. de manumiſſ. teſtam. l. arbitrio. §. 1. ibi, ſi dominus proprietatis. ff. de dolo. l. ſi cuius. de vſufruct. l. æquiſsimum. §. item Nerua. ibidem. l. ſed & ſi quid. §. proprietatis. ibidem. l. locum. §. 1. ibidem. l. ſi ſeruus in quo. quib. mod. vſusfruct. amitta. l. vti frui. ſi vſusfruct. peta. l. fructuario. §. fi. ibidem. l. ſi ita legatus. §. 1. de vſu & habita. l. ſed & ſi proprietatis dominus. ad legem Aquil.

¶ Hinc dominum proprietarium dicit Iuriſconſul. in l. inter omnes. §. ſi ſeruus. ibi, diuiditur enim furti actio inter proprietarium dominum & fructuarium. ff. de furtis. Et dominium proprietatis, in l. ſi tibi. ff. quib. mod. vſusfruct. amitta. & l. acquiritur. §. non ſolum. de acquir. rerum domi. ibi, ad dominium proprietatis pertinet. & l. proprietatis dominium. C. de proba. Gallic. dicere ſolemus *le ſeigneur proprietaire*. Et proprietarium vocat Vlpia. in l. Pompo. ff. quibus modis vſusfruc. amitta.

Proprietas dicitur ſine vſufructu.

¶ Septimo Iuriſconſultus ad excludendum vſumfructum, ius dominij, quod in re noſtra habemus ſeparatum ab vſufructu, proprietatem vocat, in l. ſi Titio vſusfructus. & Meuio proprietas legata ſit. ff. de vſufr. l. cum qui ita. §. qui proprietatem ſine vſufructu habet. ff. de verbor. obliga. l. ſi poſtulauero. §. de eo quoque. ff. de adulter. l. ſi pecuniæ. vt in poſſeſſ. leg. l. 3. de vſufruct. l. ſi tibi. ff. vſufruct. quemadmod. caue. l. ſi is qui in alienam. §. quod ſi ſeruus. in fi. de acquir. rerum domi. Vnde ſi pure proprietas legata ſit, ad legatarium peruenit, quamuis vſufructuarius heres ſit inſtitutus. l. ſi pure. ff. de vſufruc. lega. facit l. vxori. 1. §. 1. verſic. ſcorpium. & l. ſeq. & l. Sempronius. §. fi. l. generali. §. 1. l. vxori. 2. §. Sticho. ibidem. l. Meuius. 1. in fi. ff. de lega. 2. l. 1. §. 1. l. 4. & l. ſi tibi. cum l. ſeq. ff. de vſufruc. accreſcend. l. ſi tibi vſusfructus fundi pure, proprietas autem ſub cõditione legata ſit, & pendente conditione dominium proprietatis acquiſieris. & l. ſi ager. quib. mod. vſusfruct. amitta. Iuriſconſultus tamen interrogatiue dicit proprium quiddam vſumfructum, in l. ſi à reo. §. ſi reo. ff. de fideiuſſor. quia fructuarius dominus non eſt. l. falſus. in fi. de furtis.

¶ Octauo ad excluſionem habitationis & domicilij. l. lex Cornelia. §. domum accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium. ff. de iniur.

Proprium ad differentiam alieni.

¶ Nono proprium dicitur ad differentiam alieni. l. ſeruos. ibi, aduerſus proprium ſeruum accuſationem inſtituere dominus poteſt. ff. de accuſa. Sic dicitur proprium delictum, in l. qui accuſare. ff. de accuſatio. ibi, alij propter delictum proprium, vt infames. Propriam litem, in l. quę omnia. in fi. ff. de procurator. ibi, plane ſi dicat in rem ſuã ſe procuratorem datum, & hoc probauerit, nõ debet carere propria lite. Inde proprij creditores vocantur, quibus debemus: & heredis proprij creditores, quibus heres tenetur. l. ſi creditores. ff. de ſeparationib. in fi. Alias quamplurimas ſuper hoc phraſes breuitati cõſulens prætermitto.

Rei donatæ ad vſum an proprietas donata cenſeatur. Intellectus plurium legum.

¶ Decimo interdum ab vſu proprietas non ſeparatur: vt ſi quis rem donauerit ad vſum Titij, Gallic. *à ſon vſage*, tunc proprietas donata videtur, per l. donationes in concubinam. §. ſpecies. ff. de donatio. l. Titia. 1. §. fi. de lega. 2. Quę leges vt intelligantur, aduertendum eſt ad caſus ſequentes. Primus eſt, vt quando donatur vſus vel vſusfructus talis rei, tunc proprietas legata non cenſeatur, vt probatur per totum titul. ff. de vſufru. & de vſufructu lega. Alexand. conſil. 150. in 7. vol. quicquid ſuper hoc ſimpliciter interpretes ſcribant.

¶ Secundus caſus eſt, cum ita donatur res, vt ad vſum tuum habeas, proprietas donata videtur. l. ſi. ff. de vſufruct. earum rerum. quia tunc proprietas nõ ſeparatur ab vſu. l. donationes. §. 1. ff. de donatio. ideoque proprietati donatæ rei nil detrahit illa expreſsio ad vſum, vel vſumfructum. quod enim tacite ineſt, expreſſum nil operatur. l. 3. ff. de lega. 1. probat etiam §. ſpecies.

§. ſpecies. ibi, quarum rerũ vſusfructus, dum viues, tibi ſufficiet, proprietatem legatam, &c. ff. de auro & argen. lega. l. libertis. 1. de alimen. & cibar. lega. Imprimis ergo ſunt ſpectanda verba, an donans vel legans dixerit, dono vſum, vel fructum rei: ſi vero expreſſerit ſe donare talem rem, per hæc verba rei proprietatem donat. & quamuis poſtea dicat, volo quod illius rei habeat vſum, vel vſumfructum, vel quoad vſum, niſi alias adimat proprietatem, donatarius proprietatem quoque habebit, quia proprietarius vſum habet rei ſuę. Vnde notarij, qui ſolent apponere tot verba in fine inſtrumenti: videlicet hanc donationem fecit ad vſum talis, &c. *Et qu'il en puiſſe iouyr pleinement*, &c. nil detrahunt proprietati iam donatę. Quod eſt notandum, vt ibi dixi in no. interpre.

Nuda proprietas.

¶ Vndecimo nuda quandoque dicitur proprietas, quando ſeparata eſt ab vſufructu. l. ſi vſusfructus. 2. & l. ſi alij. ff. de vſufruc. l. videamus. 1. in princ. ff. de vſur. ibi, neque enim nudę proprietatis, quod ad proprietatis nomen attinet, fructus vllus intelligi poteſt. l. 2. quib. mod. vſusfruct. amitta. l. ſi poſtulauerit. §. in proprio. de adulter. vbi ſic dicitur: in proprio, cuius vſusfructus alienus eſt, nudam proprietatem, in quo tantum vſumfructum habuerit reus, &c. Alias phraſes huius verbi nuda, vide in l. Herennius. infr. eo. Tamen ſi quis legauerit vſumfructum, vel vſum pecunię, intelligitur quoque legaſſe proprietatem ex natura rei. l. fi. ff. de vſufruc. earum rerum. ſed de pecunia recte caueri oportet. l. 2. ibidem.

Proprietarius quis.

¶ Duodecimo proprietarius dicitur is, ad quem proprietas & dominium ſpectat. l. & ele ganter. §. ſi ſeruum vſuarium proprietarius occidit. ff. de dolo. & l. 3. de vſufruct. accreſcen. l. repeti. in fi. & l. interdum, quib. mod, vſusfruct. amitta. l. Pompo. ibidem. l. per ſeruum. §. ſi ex hac pecunia. & l. ſeruus. in fi. & l. quod fructuarius. ff. de acquir. rerum domi. & l. ſi de fundo. de vi & vi arma. l. denique. quod vi aut clam. l. 1. §. ſi fructuarius. de ſtipula. ſeruor. l. item apud. §. ſi communem. ff. de iniur.

Quaſi proprietatis cauſa.

¶ Quaſi proprietatis cauſa eſt, quando non ſolum de poſſeſsione agitur, ſed & de iure: vt in interdict. de locis ſacris, & religio. tex. in l. 2. §. ſed & illa. ff. de interd. vbi eſt gl. & ibi addidi. Et quaſi proprietas tripliciter dicitur: primo in iuribus, & rebus incorporalibus. c. fi. de iud.

¶ Secundo in locis ſacris & religioſis, vt prędictum eſt. Item habens titulum à non domino poteſt dici habere quaſi proprietatem, id eſt quaſi dominium: teſte de Ripa in rub. de cauſ. poſſeſſ. & proprie. col. penul. per c. Abbate ſanc. de reiudica. in 6. vt in Publiciana patet, in rub. de Public. in rem actio. ff.

Vtile dominii an proprietatis nomine contineatur.

¶ Et ſic in vanum diſſeritur, an proprietatis appellatione veniat dominium vtile: nempe vaſſallus feudi poſſeſsionem habet, ſed proprietas ad dominum ſpectat. §. fi. de inueſti. de re aliena facta. vbi capitur pro dominio directo. Idem cum loquimur de alio habente proprietatem vel dominium ratione emphyteutæ, vel cenſuarij, & in ſimilibus.

Proprietas rei emphyteuticæ.

¶ Si vero loquamur de proprietate ratione vſusfructus, tunc intelligemus non ſolum de dominio directo, ſed & de vtili, & iure proprio, quod quis in illa re habet extra vſumfructum: vt ſupra probaui, & facit l. 3. §. idem Iulia. ff. de itiner. l. 4. de alimen. & cibar. lega. velut etiam Imperator ſumit proprietatem reddituum pro illo iure, quod habet quis in redditibus, in l. iubemus nulli. §. fi. C. de ſacroſanct. eccleſ. licet glo. ibi exponat pro poſſeſsione. Et ſic libellus ſuſtineretur in forenſi iudicio, ſi quis peteret proprietatẽ ſuæ rei emphyteuticę, per præmiſſa: vt concludit Alexand. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infecto, & de Ripa in rub. de cauſa poſſeſſ. facit l. ſi ex teſtamento. §. penul. ff. de excep. rei iudica. l. qui res. §. ſi ſeruus. de ſolutio.

¶ Idem ſi dicatur proprietas ratione poſſeſsionis, tunc etiam intelligetur de iure illo proprio, quod quis extra poſſeſsionem habet, ſiue ſit dominium directum, ſiue vtile. Vnde ſi emphyteuta legauerit, vel donauerit proprietates ſuas, videtur legare ius ſuũ, quod proprietatem vocat. facit l. qui tabernas. ff. de contrah. emptio. tamen ſeparata debet eſſe poſſeſsio à proprietate. l. 1. §. 1. ff. vti poſsidet. l. certe. §. penul. ibi, poſſeſsionis rogetur, non proprietatis. de precar. & l. ſeq. l. & an eandem. §. fi. de excep. rei iudic. l. naturaliter. §. nil commune. de acquir. poſſeſſ.

Proprietas & dominium.

¶ Item quando loquimur de dominio, & proprietate, vt in l. ſi procurator. 1. ff. manda. quæ ſic habet: ſi procurator rem mihi ex mandato meo emerit, eique ſit tradita meo nomine, dominium mihi & proprietas acquiritur ẽtiam ignoranti: debet intelligi, dominium mihi per procuratorem acquiro, & proprietatem. id eſt acquiro dominium, per quod res mea propria fit, etiam me ignorante. ſicque debet intelligi; quamuis alij exponant &, pro id eſt, vel aliis modis: verum ego ſic intelligerem. nam ſi de vi, & poſſeſsione quæratur, prius cognoſcendum de vi, quam de proprietate rei diuus Adrianus reſcripſit, l. ſi de vi. ff. de iudic. in l. qui cœtu. §. ſi de vi. de vi publica, intelligitur proprietas pro dominio, vt ſupra dixi, & dicam in interpreta. nouis abundantius.

Intellectus ad l. ſi procurator, manda.

¶ Et ita ſecundum materiam ſubiectam, & ex natura correlatiuorum proprietatis appellatio intelligetur: quamuis Feli. in c. Rodulphus. col. 10. verſic. territorium. de reſcrip. dicat proprietatis appellatione intelligendum eſſe de nuda proprietate ſine vſufructu. Siquidem proprietas omnino refertur ad poſſeſsionem, & ſecundum diuerſos reſpectus vnus &

idem dicetur modo proprietarius, modo poſſeſſor: veluti vtilis dominus reſpectu directi: vt vaſſallus ratione domini ſuperioris eſt vtilis dominus. at ratione inferioris, ſcilicet emphyteutę, aut alterius, idē vaſſallus erit directus. de quo dominio vtili & directo tradit Bar. & Alex. in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poſſeſſ. plene de Ripa in rub. de cauſ. poſſeſſ.

Quondam dominus.

¶ Quondam dominus, apud Iuriſc. in l. 1. §. in beſtiis. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dicat. id eſt olim dominus, quomodocunque deſinat dominus. glo. & doct. in l. eius. vbi addidi. ff. ſi cert. pet. Domini locorum, in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. dominus ædificij, in l. 3. ff. de mortuo infer. & ſimiles locutiones.

Conuentiones, quæ in proprium nomen tranſeunt.

¶ Quædam conuentiones in ſuo nomine non ſtant, videlicet generis, ſed in proprium nomen tranſeunt, id eſt ſpeciali nomine vocantur, vt emptio, quæ non ſtat in ſuo generico nomine, do vt des, ſed tranſit in nomen emptionis. l. iuriſgentium. in princ. de pact.

¶ Interdum proprietas verborum capitur pro forma, qualitate, & ſubſtantia verborum: vt in l. 2. ff. de act. & oblig. plene docet Federic. in tract. de interpreta. legum, maxime in 3. parte, quam Alciat. tranſcripſit in lib. 1. & ſeq. de verb. ſignif. Alia de proprietate videbitis in rub. de cauſ. poſſeſſ. per interpretes.

Poſſeſſio pro proprietate.

¶ *Poſſeſſionis verbum.* Poſſeſsio hic accipitur pro iure proprio rei, & ſic pro dominio, & re poſſeſſa: ſed hoc interdum, vt hic, & in l. 1. §. Sęcuola ait poſſeſſionis furtum fieri. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſ. fuer. vbi glo. l. magis puto. §. non paſsim. de reb. eorum. l. libertus. §. ſola ratio poſſeſſionis. ad municip. l. medicus. de var. & extraord. cognit. ibi, ſuas poſſeſſiones. l. Lucius. ff. de euictio. c. cum tu. de vſur. ibi, poſſeſſiones vero, quæ de vſuris comparatę ſunt, debent vendi, & ipſarum pretia his, à quibus vſuræ ſunt extortæ, reſtitui. Et ius canonicum ita ſæpiſsime vtitur, & Imperator in l. cum te. 1. C. ne vxor pro marito. l. 2. de proba. l. cum res. de contrah. empt. l. ſi quidem. de don. inter vir. & vxor. l. ſi aquam. de ſeruit. & aqua. l. quicunque. 1. & l. ius, & l. ij quibus. de fund. patrimo. lib. 11. l. 1. de fund. rer. priuat. ibidem. Habetur Eccleſ. 5. c. noli attendere ad poſſeſsiones iniquas. & ibidem c. 33. non dederis alij poſſeſsionem tuam. Archid. in c. parochia. 16. q. 1. Barba. in c. poſſeſsiones. de reb. eccleſ. nō alienan. Iaſ. multa iura cumulat in conſil. 224. principale. col. pen. in 2. vol. & in §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acquir. poſſeſſ. quæ repetit in l. traditionibus. C. de pact. & Dec. in c. cum venerabilis. 3. no. de excep. & hoc eſt ad ſequentia vtile.

Legare & vendere poſſeſſiones ſuas.

¶ Primo ſi quis legauerit ſuas poſſeſsiones, dominium illarum, quod habet, legaſſe videtur: vt hic Bar. Alexand. & alij in l. 1. in princ. & §. ſi vir. ff. de acquir. poſſeſſ.

¶ Præterea ſi quis vendit poſſeſsiones ſuas, videtur earum proprietatem vendere: quia poſſeſsionis verbum tunc proprietatem denotat, vt hic, & iuribus ſuperius adductis.

Princeps concedens poſſeſſiones ſuas, & proprietatē donare videtur.

¶ Adhæc ſi Princeps conceſſerit poſſeſsiones ſuas talis loci, videtur quoque proprietatem concedere. l. 2. C. de bon. vocant. lib. 10. quia beneficium Principis eſt pleniſsime interpretandum. l. fi. ff. de conſt. Princip. ſic ſcribit Barba. in c. ex literis. in 1. no. de conſuetud.

Dans pignori poſſeſſiones.

¶ Item ſi quis pignori dederit poſſeſsiones ſuas, illarum proprietatem dediſſe videtur pignori, non vſum. l. 1. C. ſi pignus pigno. datum ſit. vbi Bal. per illum tex. hoc docet.

Iuriſdictionem quoque donare videtur, qui poſſeſſiones donat.

¶ Inſuper ſi quis poſſeſsiones ſuas donet, vel alienet, non ſolum proprietatem alienare videtur, ſed & iuriſdictionem inhærentem territorio, & poſſeſsionibus: ſecus ſi perſonæ adhęreat. Bal. in c. 1. col. 2. & ſeq. de capi. qui curiam vendi. & Feli. in c. Rodulphus. col. 10. de reſcrip. verſic. territorium. Oldrad. conſil. 252. & Iaſ. in l. 1. col. vlt. ff. de iuriſdict. om. iudic.

Poſſidere bona defuncti quomodo intelligatur.

¶ Adde quod ſi Iuriſc. dicat, heredes poſsidere debere bona defuncti, intelligitur non ſolum quoad poſſeſsionem, ſed & proprietatem. l. 2. in fi. ff. de bon. eorum, qui ante ſenten. mort. ſibi conſc.

Res mobiles nomine poſſeſſionis continētur.

¶ Et quamuis poſſeſsionis appellatione res etiam mobiles contineantur, licet vilis & abiecta ſit earum poſſeſsio, vt dicit Iuriſconſul. in l. ſi rem. ff. de acquir. poſſeſſ. & dicuntur vſucapi, & ſic poſsideri. §. furtiuæ. Inſt. de vſuca. l. 1. C. de commun. rer. aliena. l. fi. de compenſa. Guido Pape in ſtatuto, ſi quis per literas. in verb. rei. habetur Iaco. c. 1. Et fuit poſſeſsio eius ſeptem milia ouium. & Geneſ. 13. c. Abraham erat diues valde in poſſeſsione auri & argenti. Et probatur maxime in regul. fratrum minorum, vbi poſſeſsiones acquiri prohibentur, intelligitur etiam de mobilibus: vt in clem. exiui. de verbor. ſignifica. ſic conſuluit Bal. conſil. 438. viſo facto. col. 3. in 2. vol. Tamen communis vſus loquendi Francię vocat tantum res immobiles exceptis domibus poſſeſsiones, maxime in reſſortu Tholoſano, vbi pratum, oliuetum, vineam vel fundum, bellam poſſeſsionem vocant, Gallice *belle poſſeſsion.* Et ſic in Francia ſi quis donaret poſſeſsiones ſuas talis loci, non cenſeretur donare res mobiles, quas ibi habet, ſed immobiles tantum: vt docet Bar. in l. vxorem. §. legauerat. ff. de lega. 3. Bal. in l. 1. de ſtatu homi. Imol. in c. poſſeſsiones. col. 1. de reb. eccleſ. non alien. Alexand. & Iaſ. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. Et hic ſtylus probatur in l. filij. in fi. ff. ad municip. ibi, qui fœnus exercent, oneribus patrimonij in contributionibus fungi debent, etſi poſſeſsionem non habeant, id eſt res immobiles: quia vix eſt quis tam pauper, qui mobilia quædam non habeat. Bal. in l. fi. in fi. C. de compenſa. Lucas de Pen. in l. cum neq. col. vlt. C. de incol. li. 10.

Conſuetudo loquendi Fręciæ res immobiles vocat poſſeſsiones.

¶ Quod

Domus nomine poſſeſsionis non cōtinetur.

¶ Quod vero poſſeſsionis appellatione non veniat domus, eſt tex. in l. fi. C. de loca. ibi, poſſeſsiones, vel domos, ponderando illam particulā, vel, quæ denotat diuerſitatem. Aut ſi poſſeſsionis appellatione contineretur domus, ſuperfluus eſſet tex. exprimens domos. facit l. ſciendum. ff. qui ſatisdar. cogant.

Poſſeſſor verū pro domino.

¶ Et poſſeſſor rerum interdum dicitur dominus. d. l. ſciendum. & in l. 1. C. de colo. Thra cenſ. lib. 11. Alexand. conſil. 95. diligenter. col. 2. in 5. vol. vbi ſtatim docetur.

Vſus communis quando probandus nō ſit.

¶ Cum igitur ille ſit vſus loquendi, quod domus appellatione poſſeſsionis non contineatur, legeque fulciatur, inferre poſſumus partem non teneri illum vſum probare, cum ſatis à lege ſit probatus: vt ſcripſi in l. creditores. ſupra eod. poſt Bar. in l. 1. ff. de ſuis & legitim. heredib. quod eſt valde notandum. Alias enim allegans vſum communem loquendi, illum probare debet, teſte Alexand. conſil. 26. videtur. col. 4. in 3. vol. cuius probatio eſt admodum difficilis, vt ſcribit Ioan. de Anania in c. vno. col. penul. de ſagittar. debet enim probari id temporis fuiſſe, quo actus factus fuit. arg. l. ſi voluntate. C. de reſcind. venditio.

Dominium pro poſſeſſione accipitur.

¶ Interdum etiam dominium pro poſſeſsione capitur. c. volumus. 16. q. 4. vbi glo. l. quotiens. C. de rei vindica. ſed ibi dominium proprie ſtare poteſt, quamuis glo. dicat ibi contrarium. facit l. locorum. C. de omni agro deſerto. lib. 11. vbi proprietas poſſeſsionis vocatur, id eſt rei poſſeſſæ. & ibi Bar. & patruus meus dicunt conſuetudinem vel ſtatutum dicens, quod dominus poſſeſsionis poſsit effici conſul, vel vt ei credatur de damno, intelligendum eſſe de domino rei poſſeſſæ, & non de poſſeſſore tantum. Barba. in c. ex literis. col. 2. de conſuetud. probat tex. in c. Abbatem. 2. ibi, dominus poſſeſsionis. 18. q. 2. c. fi. §. ſi vero poſt tempus. ibi, dominium poſſeſsionis. vt lite non conteſta. & facit tex. in l. ne quid. §. à domino. ff. de incend. vbi ſic dicitur, à domino quoque poſſeſsionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, præcipiatur. qui tex. intelligi poteſt de domino fundi, in quo factum fuit naufragium.

Dominus poſſeſſionis fieri poteſt conſul.

Poſſeſſio quando pro proprietate accipiatur.

¶ Aduertendum eſt poſſeſsionem tunc demum accipi pro proprietate, quando poſſeſsio iungitur, & determinatur per nomen poſſeſsiuum, vt meas, tuas, ſuas, vel per genitiuum, vt poſſeſsiones rerum mearum: tunc denotabit proprietatem, vt teſtatur Claud. Seyſel. in l. 1. col. 3. verſic. & vt habeas. ff. de acq. poſſeſſ. videte Guido. Pape in ſtatuto, ſi quis per literas. in verb. poſſeſsio. Secus ſi poſſeſsio iungatur cū nomine appellatiuo, quia tunc ſolum pro vſu & iure inſiſtendi rei capitur, vt poſſeſsio domus, ſeu alterius rei. ita Claud. Sed contra hāc opinionem eſt tex. in l. initio. ibi, poſſeſsionem prędij vendidiſti. C. de pact. inter emptor. & venditor. vbi poſſeſsionem prædij intelligit pro dominio. Quamobrem inſpicienda eſt ſubiecta materia, & ſecundum eam iudicandum: vt ſi dicatur, magna poſſeſsio, intelligitur de proprietate, nō de vſu rei. in l. magis puto. §. item prętor. ff. de reb. eorum.

Poſſeſſoriæ actiones quæ.

¶ Actiones tamen poſſeſſorię dicuntur, quę pro poſſeſsione competunt, & non pro dominio. quod facit ad intellectum conſuetudinum Francię, dictantium quod maritus poteſt intentare actiones perſonales, & poſſeſſorias ſine vxore. Gallic. *les actions perſonneles & poſſeſſoires.* videlicet quia non ſunt tam magni momenti, quam reales, nimirum ſi hæ non comprehendantur ſub poſſeſſoriis. Quamuis in contrarium Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rubr. *des droictz.* §. quinto, glo. *és droictz poſſeſſoires*, dicat intelligi de realibus actionibus, & male. videte Bal. conſil. 235. ſtatuto. in 2. vol. Alias Iuriſconſultus ait, poſsideo conſuetudinem habendi dona, in l. ſeruitutes. in princ. ff. de ſeruitu. vrban. or. prædior.

Vicaria poſſeſsio.

¶ Vicaria poſſeſsio, in l. poſtquam. §. 1. ff. vt lega. vel fideicom. nomine caueat. vbi glo. exponit proca, quæ vicem cautionis obtinet, & quæ dabatur vice cautionis non præſtitę: quia transferebatur poſſeſsio in legatarium, vice cautionis non præſtitæ ab herede.

Poſſidere pro detinere.

¶ Item poſſeſsio interdum pro detentione accipitur. l. 2. & ibi glo. in princip. ff. de orig. iuris. vbi dicit colonum habere poſſeſsionem rei conductæ, quamuis non habeat niſi ſolam detentionem. Bar. & alij in rub. ff. de noui oper. nuntia. Imol. in c. poſſeſsiones. de reb. eccleſ. non alienand. Et tex. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc. quoque. ff. verbor. obliga. tradit differentiam inter poſsidere, & tenere, ſeu detinere: quod poſsidere ad ius refertur, alterum ad factum. vnde equus dicitur tenere ſellam, non poſsidere. l. poſſeſsio. ff. de acquir. poſſeſſ. ſcripſi in tract. nomi. q. 9. nu. 10. & ſeq. q. 6.

Maritus in rerum dotalium detentione manet.

¶ Manebit igitur maritus in rerum detentione, donec ei ſatisfiat. ff. de impenſ. in l. quod dicitur. 1. id eſt in poſſeſsione facti rei dotalis, in qua impenſas neceſſarias fecit. Poſsideri quoque dicimus iura. l. & ſi forte. §. 1. ff. ſi ſeruit. vindicet. in l. 1. de liber. cauſ. ſcripſi in l. qui neque. §. 1. ſupra eod.

Bonorum poſſeſsio.

¶ Adhæc capitur bonorum poſſeſsio pro iure ſuccedendi, de iure prætorio introducto. l. 3. §. bonorum poſſeſsio. ff. de bonor. poſſeſsio. & per totum titul. ibi, & in titul. de bonor. poſſeſsio. C. & in Inſti. Et differt à poſſeſsione bonorum, quia hæc eſt facti, illa iuris. glo. in l. cum proponas. C. de bonis authorita. iudic. poſsid. & d. §. bonorum. Quamuis enim dialectici dicant verba tranſpoſita idem ſignificare, vt refert glo. in c. nihil obſtat. iſto titul. & in l. quidam. ff. de pecul. lega. tamen Iuriſconſul. penitius aduertentes in his ſæpe diffe-

Verba tranſpoſita non idem ſignificant.

rentiam admittunt. Aliis etiam modis capitur, quos de industria omitto, remittens vos ad doct. in locis satis communibus, & ad ea quæ scripsi in 3. tomo commentar. ad consti. Reg. titul. de materiis possessor.

Possessor quis. ¶ Possessor dicitur is, qui possidet: vt possessor immobilium rerum non tenetur satisdare de iudicio sisti. l. sciendum. ff. qui satisd. cogãt. & in §. 1. declaratur, quis dicatur possessor. & in §. creditor. ibidem dicitur, quod creditor, qui pignus accepit, possessor non est, tametsi possessionem habeat. l. si quis ante. ff. de acqui. possess.

Responsa prudentũ quæ seruanda. ¶ *Responsum est*, scilicet à Iurisconsulto, vel à Iurisconsultis. l. Modestinus respondet. inf. eo. aut ab Imperatore, vel alio, qui legis potestatem habeat. Inde responsa prudentum sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus erat permissum iura condere. §. responsa. de iure natur. in Insti. Et sic responsum illius, qui legis condendæ potestatem habet, pro lege habebitur, per §. sed & quod Principi. eo. l. 1. de consti. Princip. id est seruari debet, vt lex. intelligas sane, dum animo constituendi legem responsum fuerit: vt scripsi in concord. rub. de Regia faculta. in literis. Franciscus, &c. in fi.

IDEM LIBRO SEXTO AD PLAVT.

LEX SEPTVAGESIMANONA.

Impensæ necessariæ sunt, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit, &c.

Tria impensarum genera. ¶ Hęc lex maxime confert ad iurium intellectum, & summe necessaria, quia sępissime in iure fit impensarum mentio. Quamobrem ista lex cum suis §. seq. tria distinguit impensarum genera. Sunt enim quędam impensę necessarię, alię vtiles, alię voluptarię, seu voluntarię. Necessarię sunt, quibus omissis res peritura erat, vel deterior futura: veluti si cum domus minaretur ruinam, trabes illius refeceris, ope quarum tota sustinebatur: vel attriti lateres erant intantum, quod guttatim inter eos pluuia distillans totã labefactabat domum: aut alias, nisi eam refecisses, pars domus collapsa esset, & sic perisset, aut fuisset deterior facta. Totum igitur id quod in his, & similibus impendo, necessarium dicitur, & sic necessaria impensa. c. pastoralis. vbi glo. & doct. de decim. Et eo necessarię dicuntur per Iurisc. in l. 1. ff. de impens. in reb. dotal. fact. vel quod necessitatem impendendi habent, vt res sarta tecta maneat, vt in rub. C. de expẽs. ludo. lib. 11. vel quibus non factis res minuitur, augetur vero si fiant: veluti si quis aggeres faciat, flumina auertat, ædificia vetera fulciat, iterque reficiat, arbores in locum mortuarum imponat. l. impensæ. ff. de impens. aut villã restituat. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimo. Alex. consil. 162. visis narratis, in 7. vol. vel dicuntur necessariæ, quia maritus eas in dote facere tenetur, alias condemnatur quanti mulieris interfuerit eas impensas fieri. l. & in totum. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

Impensa in singulari. ¶ Et quod attinet ad vim nominis, sæpius à Iurisconsult. in plurali dicuntur impensæ, quam impensa: licet interdum, sed rarius apud eos etiam in singulari reperiatur, vt in l. si alius. §. 1. ibi, aut sua impensa restituere debere. & l. is qui. §. quod ait. ibi, sua impensa id sustulerit. & l. denique. in fi. ibi, vt impensam quoque ad restituendum præbeant. ff. quod vi aut clam. l. relegatorum. in fi. ibi, mixtam muneris grauem impensam. de interdict. & relega. l. 1. §. item si apparatum, siue impensam in publico posuit. ff. de pollicita. l. diuortio. in fi. ibi, impensæ petitio. solut. matrimo. l. qui exceptionem. §. 1. de condict. indeb. l. in summa. §. ei qui, ibi, deducta impensa. ibidem. l. fi. de in rem verso. l. fi. de fundo dotali. vbi & in singulari & plurali vtuntur, & alibi sæpius.

Impensæ, expensæ & impendia. ¶ Item frequentius à Iurisconsult. dicuntur impensæ, ab Imperatore vero expensæ, vt in rub. C. de expens. ludo. lib. 11. & à Papa in c. finem. de dolo & contumac. sed vtcunque vocentur, iuris non mutatur decisio. Alias impendia vocantur. in l. sed sciendum. ff. ad. Trebell. & d. §. impendia, & l. is qui. §. quod ait. quod vi aut clam. in l. procurator. §. fi. rem ratam haber. Et impensas ac impendia vocat Iurisc. in l. cum fine. §. cum procurator. ibid. l. fi. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Interdũ quoq; etiam à Iurisc. expensæ vocantur, vt in l. hoc iudicium, §. ceterum. ibi, & verius est, vt in hac specie expensę retineantur. ff. communi diuid.

Expensare nũmos. ¶ Item expensare nummos est eos impendere, expensam ferre. l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicommissar. liberta. ibi, exactionem commiserunt, isque nummos redactos expensauit eisdem tutoribus, id est ad vtilitatem tutorum expendit. Ad quam significationem expendit Budæ. in lib. de asse 4. & seq.

Dependere pro expendere. ¶ Item dependere est expendere, Gallic. *despendre*. l. 2. §. ius reipublicę. ibi, qui pro altero dependit. & ibi, & quod depensum esse per collegam in magistratu probabitur. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinent.

Pœnæ depẽsæ. ¶ Pœnæ depensæ, id est solutæ, præstitæ. in l. pœnæ. ff. de cõdi. indeb. ibi, pœnæ repeti non solent, cum depensæ sunt. iuncta l. si pignore. de pignoratit. actio. vbi dicit præstitit. De multæ repetitione, & quomodo fieri debeat, vide quę scripsi in tract. de sentent. executor. artic. 15. in fi. in 1. tomo commentar. ad constit. Regias, & in l. aliud est fraus. infra eod.

¶ Impen

Impendere. ¶ Impendere tertiæ coniugationis idem est, quod dependere, expendere. in l. ex maleficiis. §. ideo. & §. tutelæ. ff. de actio. & obliga. Vnde proficiscitur impensa siue impensæ. per l. debitor. ibi, impendi decem. ff. de negot. gest. l. plane. de petit. hereditа. ibi, qui in rem alienam impendit.

¶ Impendere vero secundę coniugationis significat inclinare, pendere, & ad casum tendere: vt si arbor in ædes illius impendeat. l. 1. ff. arbor. furtim cęsar. & in l. fi. dicit, inclinata sit. Inde nonnunquam res dicitur in pendenti. in l. penul. §. pater. ff. de castren. pecul. ibi, nisi in pendenti, vt in aliis, & in hac spe habeamus dominia. facit §. si ab hostibus. quib. mod. ius patr. potesta. soluit. in Insti. plenius dicemus in l. cedere diem. infra eod.

Legis vtilitates. ¶ Vtilitates aliquot in hac materia quambreuiter annotabimus: primam, quod impensæ necessariæ à marito in re dotali factæ minuunt dotem. d. l. 1. & infinitis aliis iuribus. ff. de impens. in reb. dotal. fact. ideo repeti possunt.

Impensæ in re dotali factæ quando repetã tur. ¶ Quod imprimis non procedit in impensis factis in iudicio, pro re dotali etiam conseruanda, vel recuperanda. tales enim quascunque impensas ab vxore non repetit: tum quod si iustam habuit causam, ab aduersario eas recuperare licuit: si autem maritus iniustam causam fouit, & calumniosam, non tenetur vxor, sicut nec pupillus: vt in l. non est ignotum. C. de administra. tutor. glo. est singular. in l. 1. in verb. non sunt. ff. de impens. secund. Bal. in margar. in verb. maritus. in 2. q. & in l. 1. nu. 13. C. de bonis mater. Iaf. in §. propter retentionem. nu. 5. Insti. de actio. & in l. si in area. ff. de condict. indeb. quamuis glo. & doct. in nominibus vxoris exigendis loquantur.

¶ Secundo limita, quando maritus remitteret eas expresse, vel legaret dotem vxori: tunc enim impensas quoque factas remisisse, vel legasse videtur, vt legatum profit. per l. cum quis. ff. de dote prælega. l. Meuio. §. à me. ff. de lega. 2. vbi Bar. Paul. & doct. faciunt notata per Matthæum de Afflict. in decis. 359. in causis.

Modicæ impensæ non petuntur. ¶ Tertio non procedit, quando essent modicæ, quia tunc maritus eas æquo animo ferre debet. l. omnino. ff. de impens. instar commodatarij. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. ita firmat Petr. de Bella Pertic. q. 378. Quæ vero dicantur modicæ, relinquitur arbitrio iudicis: per glo. in c. statutum. §. insuper. de rescrip. in 6. videte Bal. nouell. in tract. de dote, in 1. parte, q. 3. in fi. sed in aliis impensæ etiam modicæ fere peti possunt, vt dico in consti. Reg.

Beneficiũ sine titulo retinetur etiã iuste. ¶ Secunda vtilitas est, quod is, qui fecit expensas necessarias de patrimonio suo, in primo beneficio, quod nunc vacat per adeptionem secundi incompatibilis, potest illud primum pro illis expensis retinere. arg. c. quicunque. 12. q. 4. quod notandum esse dicit Panor. in c. de multa. nu. 14. col. 14. de prębend. facit tex. in c. licet episcopus. illo titul. in 6. Heres tamen illud beneficium retinere non poterit, donec expensę restituantur: vt fuit iudicatum in hoc senatu anno 1534. videte Bal. in authen. excipitur. C. de bonis quę liber. vt videlicet euitetur intrusio, & ne sub hoc velamine detur facultas inuadendi beneficia, vitiosusque ad beneficia detur ingressus: contra c. 1. de eo qui mittitur in possess. in 6. Adhæc oportet, quod retinens declaret se illud retinere pro expensis, non autem in titulum: alioqui priuaretur & secundo: per extrauag. execrabilis. de præbend.

Arestum.

Malæfidei possessor impensas consequitur necessarias. ¶ Tertia, impensas necessarias etiam malæfidei possessor consequi potest per rei retentionem. l. domum. in fi. C. de rei vindica. si tamen peremptæ sint res, malæfidei possessor eas non repetit: secus in bonę fidei possessore. l. plane. ff. de petit. hereditа. Bar. in l. in fundo. col. 3. de rei vindica. scripsi in l. bonæfidei. infra eod. In decimis tamen & tributis prædialibus non deducuntur expensæ. c. tua. 2. & cap. pastoralis. de decim. scripsi in tract. de decim. sed in ceteris stat regula, senatus aresto confirmata anno 1427. die 17. Aprilis, in causa magistri Ioannis de l'Espine, cui permissa fuit retentio pro impensis necessariis & vtilibus.

Retineri res potest ob impensas necessarias.

Arestum.

¶ Quarta, impensas necessarias magnas commodatarius repetere potest. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda. & superius dixi.

Impensæ in pignore factæ repetuntur. ¶ Quinta, creditor has impensas in pignore factas nõ solum per retentionem, sed etiam per contrariam pignoratitiam actionem repetit. l. si necessarias. ff. de pignoratit. actio. Imo aliis omnibus creditoribus etiam anterioribus præfertur, quando scilicet factæ sunt ad rei conseruationem. Bar. in l. interdum. cum l. seq. ff. qui potior. in pignor. habeant. Negusantius plene in tract. de pignor. in 3. memb. septimæ partis.

Heres impensas necessarias repetere potest. ¶ Sexta, poterit heres expensas necessarias ab hereditate, quam sub beneficio inuentarij adiuit, deducere, vt æs alienum. l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber. Et si non deduxerit, condictione indebiti vti poterit. l. quod dicitur. §. fi. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

Cõductor quod necessario impendit, repetit. *Colonus rem conductam retinet pro impẽsis liquidis.* ¶ Septima, conductor has impensas, & vtiles à domino repetit, vel in pensione computat. l. dominus. §. 1. ff. loca. etiam si à domino deiiciatur ob pensionem non solutam. l. colonus. ibidem. Areti. tamen consil. 111. consideratis. in 2. dubio limitat quando ab ædificio separari possent, vt tunc dominus pati debeat conductorem eas tollere, si recuset soluere, per l. sed addes. §. si inquilinus. 2. ff. loca. Quid in cõductore molendini, docet Iaf. in l. quominus. q. 24. ff. de fluminib. si tamen impensæ non sint liquidæ, nec de eis per scripturam

appareat, non potest colonus vel eius heres rem conductam retinere, sed datur eidem cautio: vt censuit senatus pro tutoribus pupillorum Claudiæ Herbelot, anno 1531. die 12. Februarij.

Arestum.

¶ Octauo creditor missus in possessionem bonorum, si has impensas absque dolo malo erogauerit, poterit eas repetere. l. prætor. §. 1. & seq. ff. quib. ex caus. in possess. eat.

Emphyteuta necessarias repetit impensas.

¶ Nono emphyteuta repetit has, finita emphyteusi. l. 2. vbi Ias. 7. no. & alij doct. C. de iure emphyteu. Guido Pape in decis. Delphi. q. 438. emphyteuta. Idem in vassallo concludunt doct. & tex. in §. si vassallus. in tit. hic finitur lex, &c. Quod tamen ne indistincte intelligas, aut facto & delicto emphyteutę & vassalli res committitur, & tunc nulla fit expensarum repetitio: aut absque eorum culpa & dolo, vtpote ex defectu agnatorum, tunc que repetuntur: per tex. in auth. qui rem. C. de sacrosan. eccles. Ias. consi. 185. in ista consultatione. col. 1. in 2. vol. & Dec. consil. 518. viso instrumento.

Retrahēs rem, impensas soluit necessarias.

¶ Decimo retrahens rem ex pacto iuxta l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. soluit has impensas. per l. intra. §. 1. ff. de minor. l. qui exceptionem. §. 1. de condict. in deb. & no. in l. domos. ff. de lega. 1. Bal. consil. 303. ad euidentiam. in 1. vol. & Ioan. Samzon in consuetud. Turonen. rub. *des retraicts*, artic. 14. Fabia. de Monte in tract. de emptio. q. 8. in 3. effectu. ista abunde prosequitur more suo do. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, in secunda parte, §. 7. glo. 1.

Æstimandæ quomodo sint impensæ.

¶ Vndecimo æstimandæ sunt hæ impensæ habita ratione temporis, quo res ad quam impensum est, restituenda venit, & non secundum tempus præteritum. per tex. singul. in l. domos. & ibi Ias. in 3. no. de legat. 1. allegat alium text. cum glo. in l. vbi pure. §. fina. ff. ad Trebellia.

Onerosæ impensæ non præstantur.

¶ Duodecimo has etiam impensas, vel vtiles non debet restituere debitor, si sint adeo onerosæ, quod vix debitor eas luere possit. l. si seruos. ff. de pignora. actio. Bal. consil. 272. in 3. vol. l. in fundo. ff. de rei vindica. scripsi in interpreta. l. vnic. no. 4. de senten. quæ pro eo quod interest. C. ibi vide, quomodo intelligatur.

¶ Decimotertio fructus deductis impensis necessariis dicuntur. l. fructus. ff. de oper. seruor. l. fructus. vbi doct. solut. matrimo.

Donatarius & qui in suo est ædificari passus, impensas repetit.

¶ Decimoquarto donatarius causa mortis, à quo fundus sic donatus vindicatur, doli exceptione vindicantem donantem repellit, nisi impensas necessarias & vtiles, vel earum pretium restituat. l. si mortis causa donatus. ff. de dona. caus. mort. Idem si quis passus est ædificare in suo, & postea non reddit impensas. l. pure. §. si donaui. de doli exceptio.

Cautela, vt ex pensæ repetantur.

¶ Decimoquinto impensæ necessariæ dicuntur, quæ ad perpetuam rei vtilitatem factæ sunt, secus si ad præsentis anni fructum. l. 3. ff. de impens. Et quibus omissis iudex potest condemnare illum, qui eas non fecit. l. & in totum. ff. illo titul. facit tex. in l. penul. & fi. ibidem. Ideoque bona cautela est, vt authoritate iudicis, qui prius loca visitari curabit, impendantur. Et sic repeti facile poterunt, vt statuit Rex titul. *des sequestres & commissaires à la chose saisie deputez*, artic. 2. & seq. & ibi plene scripsi in 3. tomo commentar. ad consti. Reg. Gallic.

Perire & deterior fieri differunt.

¶ Vltimo peritura intelligitur in totum, deterior autem futura, quando pro parte minuitur res, seu eius æstimatio. l. necessario. §. sane si pendente. ff. de peric. & commod. rei vend. l. deperditum. de petit. hereditа. res perituras dicit Iurisconsul. in l. si possessor. §. quod si. ibid. & l. 5. ibidem. Res enim dicitur perire, quando moritur, extinguitur, consumitur, vel amittitur. inde perire vsusfructus dicitur, in l. fi. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. l. 3. §. hoc edicto. ibi, culpa eius res perierit. & postea ibi, per vim piratarum perierit. nautæ, caupo. stabular. Et eas obligationes quæ naturalem præstationem habere intelliguntur, palam est capitis deminutione non perire. l. eas. ff. de capit. deminutio. nunc respiciendum est quæ capitis deminutione pereant. Paul. in l. amissione. in fin. ibid. sic dicit Iurisconsultus Vlpia. litem perire, in l. 1. §. penul. de calumniat. & mulier perierit, in l. item si obstetrix. ff. ad legem Aquil. & §. si seruum. ibi, homo perierit. & l. item Mela. §. 1. ibidem. Plenius vide quæ contineantur sub verb. perisse, in l. Marcellus. supra eod. vbi fuit dictum.

Deterior quando res fiat.

¶ Deterior igitur res dicitur fieri, quando corrumpitur vsus, aut diminuitur ab eo statu in quo erat, vel eius æstimatio, propter factum vel negligentiam possidentis. Vlpia. in l. 2. §. deteriorem. ff. ne quid in loco public. fiat. vbi sic dicitur: deteriorem autem viam fieri sic accipiendum est, si vsus eius ad cōmeandum corrumpatur, hoc est ad eundum, vel adagendum, vt cum plana fuerit, cliuosa fiat, vel ex prima molli, aspera, aut angustior ex latiore, aut palustris ex sicca, & deterior statio, itemq; iter nauigij deterius fieri videtur, si vsus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut si in totū auferatur. l. 1. §. deterior. de fluminib. facit l. non solum. de rei vindic. Dec. in authen. qui rem. col. 1. C. de sacrosan. eccles. scripsi in l. Labeo. 1. supra eod. facit l. si cum fundum. ibi, & adieci ius fundi deterius factum non esse. & l. pronuntiatio. in fi. ibi, item redhibitoria si deterior res reddatur. infra eod. item scribit Vlpia. si reddita quidem sit res commodata, sed deterior facta reddatur, non videtur reddita, quæ deterior facta redditur, nisi quod interest præstetur. Proprie enim dicitur

dicitur res non reddi, quæ deterior facta redditur. l. 3. §. 1. ff. commoda. de quo abunde scripsi in l. mulieris. in fi. supra eod.

§. Vtiles impensas esse Fulcinius ait, quæ meliorem dotem faciant, deteriorem esse non sinant, ex quibus redditus mulieri acquiratur, sicuti arbusti pastinatione, vltra quam necesse fuerat. Item doctrinam puerorum, quorum nomine onerari mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet, ne cogatur fundo, aut mancipiis carere. In his impensis & pistrinum, & horreum insulæ dotali adiectum plerunque dicimus.

¶ Impensæ vtiles sunt, quæ rem vtiliorem & meliorem faciunt, & quibus factis res non dicitur deterior: vt pecora prædiis imponere, id est stercorare. l. quod dicitur. §. fi. & l. impensæ. ff. de impens. Demum inseruntur exempla, vt arbusti pastinatione, vltraquam necesse fuerat, doctrina puerorum, &c. l. veluti. cum legibus seq. ff. eod. de impens. in reb. dotal. fact. quæ exempla non restringunt regulam, lege secunda, ff. de priuat. delict. vt planius infra declarabimus.

Melior res quā dicatur.

¶ Et ita sequentia requiruntur in hoc tex. primo, quod illæ impensæ vere meliorem faciant rem, non apparenter tantum: vt in l. ex duobus. ibi, quasi re meliore ab eo facta. ff. de negot. gest. & potest hic dici melior etiam ratione fructuum, si plures ex hac impensa fructus aut redditus afferat, quam antea, vt in hoc tex. ibi, redditus. & in l. si fundum. ff. de lega. 1. veluti si domus nunc refecta pluris locetur, quam olim, aut aliud quid accesserit. l. ex mille. ff. de euictio.

¶ Quemadmodum quoque si reddita fuerit magis apta, vel commoda ad habitandum, melior proculdubio dicetur facta: vtpote quia diuisa cum pluribus cubiculis constructis, facilius & pluris conducetur. l. Caius. §. 1. ff. de lega. 2.

Melior conditio, status, causa & ager.

¶ Melior etiam dicetur res, quo frequentius excoletur, vt hic, vltraquam necesse fuerit. ¶ Adhæc melior conditio dicitur, in l. 3. §. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxor. ibi, ne melior fit conditio eorum qui deliquerunt. pro eodem Iurisconsul. dicit meliorem causam; in l. 3. ff. quæ res pignor. obligar. poss. & l. Paulus. quib. mod. pignus soluit. alias, meliorem statum, l. fi. ff. de vsu & habita. Et melior conditio quando dicatur, scribit quamoptime Iurisconsul. in l. 4. §. fi. & legibus seq. ff. de in diem adiect. Melior ager. l. si cum venditor. §. fi. de euictio. & meliora prospicere, vide in c. fine exceptione. vbi elucidaui, 12. q. 2. melius triticum, l. si fideiussor. ff. manda. Bono melius inuenitur. l. vbi. ff. de verbo. obliga. Melior sententia. l. 1. §. denique. quod iussu. Interdum ex pluribus opinionibus vnam approbando Iurisconsul. dicit, melius est dicere. l. solemus. ff. de iudic. l. si mandauero. 2. §. 1. ff. manda.

Meliorare, & melioratio.

¶ Meliorare proprietatem, in l. æquissimum, §. & si forte. ff. de vsufruct. Hinc meliorationes dicuntur, in l. 2. C. de iure emphyteu.

¶ Et conclusio est licere cuilibet rem domini facere meliorem, deteriorem vero non. l. seruus. C. de pact. §. 1. Insti. de authorita. tutor.

Quando iniuriarum teneatur, qui rem fecit meliorem.

¶ Limitatur in illo, qui castrauit hominem, licet eum meliorem fecerit, vt quia erat antea vir effrænatæ libidinis, tamen iniuriarum tenetur. l. si seruus seruum. §. & si puerum, & ibi assignatur ratio, ff. ad legem Aquil. Alij sunt casus in l. vsufructuarius. ff. de vsufruct. l. fi. §. si stercus. quod vi aut clam. videte Dec. & alios in l. inuito. ff. de regul. iuris. glo. in c. prouidendum. 83. distinct. l. fi. ff. de vsu & habita. Et quando respiciat personā, loquitur Iurisconsul. in l. 3. in princ. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

¶ Secundo dicitur in tex. *deteriorem esse non sinant*, vt velit omnino meliorem fieri: vt, quamuis ex fenestra facta sit res melior quoad lucrum, tamen si quoad decorem, ornatum, aut commoditatem deteriorata fuerit, non dicetur impensa vtilis: vel, si amplam aulam pro dignitate domus constructam in duo cubicula muro interposito diuidat conductor, aut fenestras adhibendo murum destruat: vt his & similibus casibus teneatur. vtilis enim impensa non finit rem, in qua fit, deteriorem fieri: ibi, deteriorem esse non sinant.

¶ Augustinus vero in tract. de emenda. iuris, lib. 1. c. 2. negatiue legit, vt est in Pandec. Florent. his verbis: *Quæ meliorem dotem faciant, non deteriorem esse non sinant.* quibus verbis significari ait non satis esse illis impensis dotem deteriorem esse non sinere, sed meliorem dotem facere oportere: alias essent necessariæ, cum hic dicantur necessariæ, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit. & in l. quod dicitur. in fi. de impensis. dicitur sic: impensæ vtiles sunt, quas maritus vtiliter fecit: rem que meliorem vxoris fecerit, hoc est dotem. At legendo affirmatiue vel negatiue, cauendum est, ne sensus mutetur, vt supra dixi; & vtiles impensæ sunt, quę rem meliorē faciunt, & eam deteriorem esse non permittunt, copulatiue.

Differentia inter vtiles & necessarias impensas.

¶ Ex quo tex. collige differentiam inter necessarias & vtiles impensas: quod hæ dicantur necessariæ, quibus non factis res aut peritura, aut deterior futura est. quod in vtilibus etiam desideratur. Vtiles enim sunt, quæ non solum conseruant rem, atque ita deteriorem

essenon sinunt, sed etiam augent. idcirco tex. dicit, *quæ meliorem dotem faciant*, & sic augent, *deteriorem esse non sinant*, & sic conseruant. Necessariæ vero sunt, quæ conseruant tantum. Inter autem conseruare tantum, & conseruare atque augere simul, permultum interest.

Voluptariæ impensæ. Ex quibus facilis erit declaratio voluptariarum, vt sint, quæ sunt nobis voluptati tantum, siue conseruent, vel augeant rem ipsam, siue neutrum, nihil interest.

¶ Tertio requiritur, quod redditus illarum impensarum acquiratur mulieri, vel illi in cuius domo, vel fundo factæ fuerint: alioqui non dicuntur vtiles. Vnde respondi contra illum, qui plumbeum receptaculum in tecto domus apposuerat ad recipiendam & infundendam aquã in cisternã vicini, non dici fecisse impensas vtiles domui, sed potius cisternæ.

Vtilitates impensarum vtilium. ¶ Vtilitates sunt: quia maritus impensas vtiles in re vxoria, ex vxoris voluntate factas, per actionem mandati repetit: si autem sine vxoris voluntate sint factæ, per actionem negotiorum gestorum. l. vna. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxor. actio. Si mulier eas commode restituere possit, ex alia forte re quam dotali. l. 1. & l. vtilium. cum l. seq. ff. de impens.

Maritus impensas vtiles in re dotali factas an repetat. ¶ Secundo filius famil. vel seruus, qui pecuniam mutuam consumpsit, vt insulam fulciret, vel in aliam patris rem, vel domini necessariam, vel vtilem, obligat patrem. de in rem verso, l. quod seruus. 1. §. 1. cum l. seq. vsque ad fi. ff. de in rem verso, & l. si res domino. ibid.

Filiusfa. expensas vtiles faciens, obligat patrem. ¶ Tertio si minor in integrum restituatur, expensæ & necessariæ, & vtiles in re minoris factæ repetuntur. l. intra. §. fi. ff. de minor.

A minore etiã impensæ vtiles repetuntur. ¶ Quarto vtiles impensas in re petita factas bonæfidei possessor deducit, quatenus dominus ex illis effectus est locupletior, nisi eas non fuisset facturus: vt in l. sinautem. §. fi. cum trib. legibus seq. ff. de rei vindica. quia tunc si sit pauper, illa re carere propter expensas factas non debet. l. in fundo. vbi plene Bar. ff. de rei vindica.

Bonæfidei possessor expensas vtiles deducit. ¶ Quinto si minor donauerit mihi infantem, deinde eum vindicet, exceptione doli mali repellendus est, nisi alimenta reddat, aut alium sumptum, qui probabiliter in eum fuerit impensus. l. apud. §. si minor. ff. de doli except.

Necessariæ & vtiles interdũ concurrunt. ¶ Sexto nonnunquam simul concurrunt necessariæ & vtiles expensæ: veluti cum domum ruinosam ita refeci, vt non solum pristinus status & valor domus conseruetur, sed melior quoque reddatur. l. vtiles. & l. heres. ibi, tam necessarie quam vtiliter. ff. de petitio. heredita. Et fere illa quæ de necessariis dicuntur, in vtilibus locum sibi vindicant, nisi si quis meliorem fundum reddidit in ducentis, non tamen expendit nisi centum, non poterit præterquam ea centum repetere: econtra si expendit ducentos aureos, tamen non fuit melioratus fundus vltræ centum, solum ea centum recuperabit. l. in fundo. ff. de rei vind. facit tex. in c. 1. col. 2. de resti. in integ. & Capit. in decis. Neapolit. q. 93. in 3. q.

Impensæ non petuntur, nisi quatenus res reddita sit melior. ¶ Sequitur in tex. *sicuti*. quæ particula exemplum denotat hic, & in l. verbum amplius. infra eod. & l. hereditatis. 1. Idem in dictione vtpote. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. l. iusiurandum. vlt. ff. de iureiur.

Verba denotãtia exempla. Sicuti, vtpote. ¶ Idem in verb. exempli gratia. l. actionum. in fi. ff. de actio. & obliga. l. scire oportet. §. qui non iuste. de excusa. tutor.

Exempli gratia. ¶ Idem si exempli loco. l. bona fides. versic. incurrit. ibi, exempli loco. ff. de pos. vel exempli causa. l. 1. §. quod vulgo. ff. de vi & vi arma.

Exempli loco, vel causa. ¶ Verbi gratia idem significat. in l. 4. §. cum autem. in fi. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. procuratoris. §. si plures. de tributor. l. quamuis. §. si cum essem. ad Velleia. l. si per emptorem. de pericul. & commod. rei vend. l. si quis filio. §. irritum. ff. de iniusto & irrit. fact. testam. l. pen. vnde legit. l. cum emancipati. §. si ex emancipato. de colla. bonor.

Verbi gratia. *Pone, ecce.* ¶ Idem in dictione, pone. l. si in qualitate. ff. de actio. empti. Et idem in dictione, ecce. §. 1. de authorita. tutor. in Insti.

Id est. ¶ Pro eodem quidam accipiunt dictiones id est, in l. nam ita. ibi, adhibitis his etiam, qui contradicerent, id est, qui læderentur. ff. de adoptio. sed ibi non nisi expositiue capi potest. At melius forsan allegassent l. iurisgentium. §. pactorum. ff. de pact. ibi, in personam est, quoties ne à persona, id est ne à Titio petam, legem, si ex causa. in princip. de minor. & legem, qui liberis. de vulgar.

Hoc est. ¶ Idem in verb. hoc est. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. ibi, quod si is pater sit, cui omnimodo consentire filium decet, hoc est vitæ probatæ, &c.

Quale est. ¶ Idem in verb. quale est, vt in l. inter publica. supra eod. videte quæ scripsi in l. Labeo, prima. supra eod.

Veluti. ¶ Idem in dictione veluti. l. veluti. ff. de iustit. & iure, & l. veluti. de edendo. l. solet. ff. de feriis. l. illud. in fi. princip. ad legem Aquil. Et in dictione, ita vt sequitur. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. Et in dictione videlicet. in l. videlicet. ff. ex quib. caus. maior. Bar. in l. quæsitum. §. idem respond. ff. de fund. instruct. Areti. in l. Titio. in 3. no. de liber. & posthum.

Videlicet, *Vt est, vel vt sunt,* ¶ Idem in particula, vt. l. iurisgentium. in princ. ff. de pact. vel si dicatur, vt est, vel vt sunt. l. vt sunt. infra eod. l. coniunctionem. supra eod.

Puta, vtputa, ¶ Idem in dictione puta. l. puta. ff. ad l. Aquil. l. sed & si. §. si ferię. ex quib. caus. maior. l. notionem.

tionem. & l. bonæfidei. infra eod. Vel coniunctiue, vtputa. l. iurisgentium. §. vtputa. ff. de pact. l. 2. de feriis. l. si quis testamentum. §. fi. ad legem Aquil. l. probrum. supra eod. & in l. inter domum. cum l. seq. & l. pecuniæ. §. persecutionis. infra eod.

Sicut & sicuti in confirmationibus quid denotent. ¶ At in confirmationibus in forma communi præfatæ dictiones sicut & sicuti conditionem important: vt, confirmamus illa priuilegia, sicut prouide concessa sunt, id est si sint prouide concessa. c. examinata. de confirma. vtili. In confirmationibus autem factis ex certa scientia, causam. c. penul. ibidem. & c. quoniam Abbas. de offic. delega. In priuilegiis quoque secundum doct. causatiue ponuntur, vt priuilegium aliquid operetur. c. quoniam Abbas. de offic. delega. c. Abbate. eodem. titul. plene Ludouic. Roma. consil. 328. præsens. col. 3. nu. 7. vbi etiam docet similitudinem significare. c. parochianos. de senten. excommunica. Feli. in c. 2. col. 4. de rescrip. Dec. consil. 169. in vl. dubio. Boer. in decis. Burdegal. q. 247. nunc ad secundam. Idem in dictione sicut, & vt similitudinem interdum notet: vt in l. 1. in princ. ff. de ventre in possess. mittend. vbi sic dicitur: sicut liberorum eorum, qui iam in rebus humanis sunt, curam prætor habuit, ita etiam eos qui nondum nati propter spem nascendi, non neglexit, &c. l. 1. §. conuentionis. de pact. l. si heres. de noxal. l. hereditatis. 2. infra eod. l. sicut. de arbitr. l. bonorum. 2. l. non est sine. l. Paulus. infra eod.

Arbusti quid, & arbustare. ¶ *Arbusti.* Arbustum autem locus est, in quo arbores ad fructum sunt consitæ, vt amygdaletum, cerasetum, auellanetum, oliuetum, castanetum. ita Valla in Raudens. dicit arbusta esse multas arbores ad fructum consitas, vel vites arboribus applicatas: vnde tales dicuntur arbustiuæ vites. Alias quoque Iurisconsultus ait: Et quidam de arbore arbustum faciunt, l. fi. ff. de termi. moto, id est locum in quo arbor erat, arboribus implent. l. æquissimum. §. & si forte. ibi, vel arbustis, vel oliuetis. ff. de vsufruc. Alij vocant arboretum: non refert. Et si arbustum meum, vel villam meam incenderis, Aquiliæ actionem habebo. l. si seruus seruum. §. item si arbustum. ff. ad legem Aquil. vel si arbusta succisa sint culpa socij, detrimentum communi diuidundo iudicio alteri socio præstari debet. l. si is cum quo. ff. communi diuid. Inde verbum arbusto, id est agrum arboribus consero.

Pastinare. ¶ *Pastinatione.* Pastinare est agrum pastino fodere: dictum à pastino, quod est genus ferramenti bifurci, quo plantæ panguntur. Sed cõsuetudo quicquid emoti soli vineis præparatur, pastinatum vocat. & Matthæi 12. vineam pastinauit homo, & sepe circundedit. sic intelligitur text. in l. semper. §. is cui fundum pastinandum locaueras. ff. quod vi aut clam. licet ibi glo. aliter exponat. facit l. diuortio. §. fin. ff. soluto matrimo. ibi, pastino instituit: alij legunt pastina: ego vero pastino, citius legendum esse censerem: quia is inuenit collapsam villam, quam refecit, & pastino instituit, id est vineas collapsas etiam instruxit, & fodit: & eius impensæ petitio erit, vt ibidem dicitur.

Pastinator, pastinum. ¶ Hinc pastinator, fossor, cultor agrorum. cap. 1. in fin. 13. quæst. 1. Beroald. in annota. ad Columel. de re rustic. lib. 3. c. 13. & 18. & maxime fossores vinearum pastinatores dicuntur: Gallicè *houeurs*: pastinare *houer*: pastinum *vne houe*, quod paulo ante definitum est.

Declaratur tex. ¶ Alciatus vero legit in hoc tex. arbusti pastinationes, sed parum conuenit tex. dicenti per vtiles impensas redditus acquiri mulieri, sicuti arbusti pastinationes: nisi diceres vtiles impensas esse, sicuti arbusti pastinationes. Inepte magis alij legunt: arbusta, pastinationes. Alij habent, repastinatione, vt Catellia. Cotta in 2. parte memoral. At non est necessaria repastinatio, postquam in tex. dicitur, vltraquam necesse fuerat, vt inferius scribo. Ego vero legendum hic putarem, arbusti pastinatione, vt est in Pandec. Florent. & sensus est, quod vtiles impensę sunt, quæ rem meliorem faciunt, ex quibus redditus mulieri acquiritur, cum fiunt in rebus mulieris dotalibus, sicut fit arbusti pastinatione, vltraquam necesse fuerat. necesse enim erat pastinare, & fodere semel arboretum, seu arbustum, aut vineam: ideoque impensa illa erat necessaria. sed vt fructus vberiores vir consequatur, iterum pastinat: & sic vltraquam necesse sit, pastinat. quamobrem ista pastinatio dicitur vtilis impensa. quandoquidem etiam omissa hac repastinatione res non erat peritura, vel deterior futura: per consequens hęc secunda pastinatio vtilis, non necessaria dicetur. quod declarat tex. in l. diuortio. in fi. ibi, hę enim impensę aut in res necessarias, aut in vtiles cedunt. ff. soluto matrimo. Et ita nouiter hunc tex. intelligo: licet glo. pro plantatione arboris, ne ruat terra, exponat. quę tunc esset necessaria impensa. l. impensę. ff. de impens. in reb. dotal. fact. nisi diceres plantatas arbores, vltraquam esset necesse, tuncque diceretur vtilis impensa, nisi quoque vna alteri noceret prę frequentia, vt sępius fit.

Repastinationum libri. ¶ Interdum repastinatio pro reuocatione ponitur, & per translationem dicuntur libri repastinationum, & Pallad. lib. 2. de re rustic. titul. 10. sic ait: Pastinum fieri nunc tempus est: quod fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus. Terra tota effodi debet, vbi ager immundus est, vt syluestribus truncis, & radicibus filicis, vel herbarum noxiarum spatia liberentur: vbi autem mundę sunt nouales, scrobibus pastinemus, aut sulcis: sed sulcis melius erit, quia humorem in tota spatia pastinata transmittunt. Hæc ille, & mensuram pastini scribit ibidem, tit. 12.

¶ *Item*

Impensa in doctrina puerorum vtilis.

¶ *Item doctrinam puerorum.* Vult dicere tex. quod expositum in doctrina puerorum, id est seruorum, l. pueri. infra eod. dicitur impensa vtilis, quam maritus facere non debet in erudiendis seruis dotalibus: nec onerare mulierem ignorantem, vel inuitam oportet, ne propter has impensas postea mulier (quia forte eas restituere non poterit) cogatur manci-piis carere iam eruditis. facit tex. in l. in fundo. ff. de rei vindic. & l. Titius. in fi. de actio. empi cuius tex. intellectum plenius scripsi in interpreta. l. vnic. no. 4. C. de senten. quæ pro eo quod interest. Quamobrem vt sibi prouideat maritus de talibus impensis repetendis, adhi beat vxoris consensum, secundum nostrum tex. ibi, *ignorantem vel inuitam.*

In doctrina impensum quãdo sit necessaria impensa.

¶ Nec refragatur tex. in l. de bonis. §. non solum. ff. de Carbonia. edicto. vbi Iurisconsul-tus doctrinam pupilli, & studia inter necessarias impensas computat, hic inter vtiles. Re-spond. necessarias impensas dici ratione personarũ habita, veluti patris erga filium neces-saria dicitur impensa, siquidem impendendi necessitatem habet pro modo facultatum. l. Macedoniani. C. ad Macedonia. l. qui filium. vbi Bal. ff. vbi pupill. educari debeat. Et idem in similibus personis, quæ iure naturali, vel sanguinis ad alimenta tenentur, tunc quoque ad expensas studij: teste Hostien. in summa. de infantib. languidis. §. qui parentes. Secus ergo in his qui debent alimenta ex legato, vel alio iure: quia ij non tenentur ad disciplinam vel doctrinam. l. legatis. ff. de alment. & cibar. lega. Iaf. & Iacob. in l. cum ij. §. qui transigit. ff. de transactio. scripsi plene in scholastic. priuileg. 53. vnde si ad doctrinam seruorum is, qui non tenetur, expendat, cẽsetur vtilis expensa: veluti quam maritus erogauit ad doctrinam pue-rorum dotalium. Quæ debet esse mediocris, ne mulier præ inopia cogatur seruis carere, aut fundo. Sicque iura veniunt concilianda.

Impensæ nomine quæ veniat.

¶ Quæro cum multiplex sit expensa, quæ veniat? Respond. pro qualitate materię, & hoc discerni poterit iuxta cõuentionem, & contractum: & in dubio præsumerem necessariam, l. apparet. ff. de itinere actuque priuat. Alibi Iurisconsul. ait, Ex proposito domini, ex natu-ra locorum discerni posse. l. 3. §. æstiua. de aqua quotidia. & æstiua. vel ex re cognoscitur. l. sæpe. supra eod. vbi scripsi.

Onerandæ libertatis causa factum vel impositum.

¶ *Onerari.* Onerandæ autem libertatis causa facta ita definiuntur, quæ ita imponuntur liberto, vt si libertus patronum offenderit, petantur ab eo, semperque sit metu exactionis subiectus, propter quem metum quiduis sustineat patrono præcipiente: & in summa si in-continenti impositum quid sit liberto, quod oneret eius libertatem, dicendum est excep-tioni locum fore. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quar. rerum actio non datur.

¶ Onus, in l. munus. supra eod. De actione oneris aduersi videte in l. in naue. ff. locati. Et onus sine aspiratione scribi quidam censent, quia nullus ad id aspirat: vt scripsi in verb. onus. §. 1. de colla. in concord.

Onerariæ naues.

¶ Onerariæ naues, ad onera vehenda paratæ. lege 2. ff. de captiuis. scripsi in lege, malum. infra eodem.

Onerosus creditor.

¶ Onerosus creditor non auditur, neque delicatus debitor, exponitur in l. si seruos. in fi. ff. de pignoratit. actio. Alias huiusmodi phrases infinitas, ne vos onerem, prętermitto.

¶ *Inuitam,* hic dicemus nolentem & contradicentem, propter verbum *ignorantem* in tex. positum, de quo dicam in l. debitor. infra eodem.

¶ *In his impensis & pistrinum.* Censet hic impensas vtiles fieri, cum pistrinum adiecit do-mui: idem si molendinum, furnum seu stabulum, per quę domus melioratur plurisque fit, maxime secundum expositionem glo. in l. cum de lanionis. §. 1. ff. de fund. instruc. capien-

Pistrinũ quid.

tis pistrinum pro furno, seu molendino: quam sequitur Alberic. in dictio. in verb. pistri-num. Budę. tamen in suis primis annota. in Pandect. ff. ad legem Aquil. l. si seruus. §. si for-nacarius. dicit accipi pro loco fatigationis pleno, ac pro negotio operoso, & molesto vi-resque conficiente, seu pro ęrumna studij difficillimi. Vel dicitur locus seu machina, in qua frumentum molitur, dictum à pinsendo. Nempe olim ante molendinorum vsum erat lo-cus, in quo pilo pinsebantur frumenta, vel mola, quę vocabatur pistrinum, quod non sine ærumna, & durissimo labore agitabatur. l. ęquissimum. in fi. ibi, aut si stabulum, quod erat domus, iumentis & carrucis vacans pistrino locauerit. ff. de vsufructu. Itaque dum serui apud dominos petulantes erant, dignos isto pistrino domini iudicabant. Terent. in Heau-tont. dicit, pistrino dignus est seruus. & alibi, pistrino te dedam. Demum successu tempo-rum hodierna molendina fuerunt excogitata, in quibus molæ trusatiles, id est hominum opera versatiles locatę fuerũt: quia tamen adhuc circunducere molas istas fatigationis ple-num mansit negotium, ob id nomen quoque pistrini retentum fuit, veluti cum interdum domini hos seruos locarent ad circumagendum illam molam. l. 1. §. si quis seruum. ff. depos.

Mola asinaria quæ.

¶ Hodie quoque in molendinis oliuarum vtimur mola asinaria, quę scilicet per asinum circumagitur. Vnde etiã asina dicitur molendinaria, quia molendino seruit, per Iurisconsultum in l. cum de lanionis. §. asinam molendinariam. ff. de fundo instructo. Et molę illius erectę pars inferior meta vocatur, superior autem catillus. d. l. cum de lanionis. §. idem con-sultus. Vnde Varro lib. 1. tit. 42. de re rustic. sic ait: Si aquę copia est, sulfura balnearum de-bent

bent pistrina suscipere, vt ibi formatis aquariis molis, siue animalium, vel hominum labo-re frumenta frangantur. hæc ille. Quibus nos etiam molendinis frequenter vtimur ad ex-trahendum oleum. Inde pistrinarius, dominus pistrini, vel præpositus huic pistrino. l. 1. §. si quis seruum. ibi, puto esse actionem aduersus pistrinarium ex conducto. ff. depositi.

Pistrinarius.

Pistrina.

¶ Locus etiam, in quo panis pinsitur, potest vocari pistrinum, siue pistrina. l. fi. ff. de ex-cusa. tutor. ibi, qui in collegio pistorum sunt à tutela excusantur, si modo per semet pistri-num exerceant. Et vocabatur olim pistor, qui pilis frumenta tundebat, & terebat, cuius loco vocamus hodie *bolanger*, qui panes facit. l. vna, C. de pistor. lib. 11. l. 1: §. item. ff. quod cu-iusque vniuersita. nomi. vnde Martialis:

Pistor quis, & dulciarius.

Surgite, iam vendit pueris ientacula pistor,
Cristataque sonant vndique lucis aues.

Quod si addatis dulciarium pistorem, significat eum, quem vernacule vocamus *pastici-er*: de quo Martial. lib. 14. in fi. Dulciarius pistor

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruet, huic vni parca laborat apis.

Pistoricæ operæ.

Inde pistoricus adiectiuum, quod ad pistorem pertinet. Et pistoricas operas, ad pistores pertinentes vocat Iurisconsul.

¶ Ita dic expensas vtiles esse in fonte ducẽdo. l. 1. ff. de font. idem in cloacis. l. 1. ff. de cloac.

Horreum.

¶ *Et horreum.* Ab hordeo nonnulli deduci putant: alij vero ab horrore, quasi horridum ob aristarum asperitatem: sed vndecunque, parum refert. Antiqui autem fruges in suis spi-cis & aristis in granariis condiderunt: quod etiamnum hodie solent obseruare Parisii, Tu-rones, Bituriges, & omnes fere qui sub parlamento Parisiensi degunt. Et horreum est repositorium frumenti, hordei, vel alterius grani: quod alias granarium vocat Iurisconsul.

Granarium.

in l. quęsitum. §. conseruandi. ff. de fund. instructo. vnde versus,

Horrea formicæ venient ad inania nunquam:
Ibit ad amissas nullus amicus opes.

Horreum multiplex.

¶ Vnde horreum frumentarium, in quo frumentum reponitur. l. Titius horreum fru-mentarium. ff. de acquir. rerum domin. Quemadmodum etiam horreum vinarium ap-pellatur, vbi vinum reconditur. in l. tabernam. ff. de fundo instructo. Et horreum penua-rium vocatur, vbi penus, id est ea quę esui & potui necessaria sunt, imponuntur. l. qui pe-num. in fi. ibi, vel si qua alia sunt, quæ horrei, penuarij, vel cellæ penuariæ instruendi causa habentur. ff. de penu lega.

¶ Generaliter ergo capitur hęc dictio, nisi ex adiuncto, aut precedentibus declaretur, vt in l. vulgaris. §. sed & si de naui. ff. de furtis. vbi horrei appellatione venit horreum frumen-tarium, quia prius locutus erat de frumento. Interdum etiam accipitur pro repositorio pretiosarum rerum, aut mercium, vel aliarum rerum, quæ adseruari consueuerunt, quod pro qualitate materiæ potest intelligi. l. Celsus scribit: si quis merces, quas vehendas con-duxit, in horreo posuit. ff. ad exhibend. l. vbi. §. illud. ibi, de vino, vel oleo, vel tritico, quod in horreo repositum est. ff. de verbor. obliga. l. vulgaris. §. certe. ibi, quemadmodum si ex plu ribus rebus mouentibus in horreo reclusis vnam tulerit. ff. de furtis. l. clauibus. & l. dolia. ff. de contrahend. emp. l. cum in plures. §. locator. & l. dominus. ff. locati. l. cum ita. in princ. de lega. 2. l. Sticho. in princip. de statuliber. l. 3. §. effracturæ. de offi. præfect. vigil. l. quod lega-tur. de iudic. l. Seiæ. in fi. de fund. instructo. l. qua ratione. §. interdum. ibi, merces in horreo repositas. ff. de acquir. rerum domi. l. si quis ex argentariis. in princip. ff. de edend. l. heres ab sens. §. at si quis. ibi, sed tabernas, pergulam, horreum, armarium, officinam, & c. ff. de iudic. l. si vero. §. ait prætor. de his qui deiecerunt. l. vlt. §. fi. de pignoratit. actio. cum aliis, quæ pos-sent adduci.

Horrearius. Horreaticæ species.

¶ Inde horrearius, qui in horreo habitat, vel illud custodit. l. cum in plures. §. fi. ff. loca. l. si vero. §. si horrearius. de his qui deiecerunt vel effuder. l. Celsus. §. 1. ad exhibend. Hor-reaticæ species sunt, quæ seruantur in horreis. l. fi. C. de conditis in public. horreis, lib. 10. vbi publica horrea vocantur illa, in quibus frumenta ad vtilitatem publicam coaceruan-tur. de quorum horreorum præpositura loquitur l. 2. C. de suscepto. lib. 10. vbi glo. dicit, quod in his horreis tributa collecta reponebantur, id est frumenta exacta à priuatis reipu-blic. causa, vt forte dicam in constitu. Reg. Gallic.

Horrea publica.

Insula quid.

¶ *Insulæ dotali adiectum plerunque dicemus.* Insula communiter est terra vndique aquis cir-cundata, vt in mari, quæ Græce νῆσος vocatur. §. insula. de rerum diuis. in Insti. à salo appel-lata, quod in salo, id est mari posita sit, a, mutato in u.

Insula tribus modis fit.

¶ Aliquando tamen etiam in flumine fit insula, & hoc tribus modis, vt elucidat Iurisconsul. in l. ergo. §. tribus modis. ff. de acquir. rerum domi. & Bar. in tract. de insula. & in tract. Tiberiadis explicat. Quod si ex altera parte insulę alueus fluminis exaruerit, desisse insulam esse placuit Iurisconsul. in l. insula. in fi. ff. de acquir. rer. domi.

¶ Insula dicitur etiam domus in salo posita, id est in mari. glo. in d. §. insula.

¶ Adhęc

Insula pro domo.

¶ Adhæc insula dicitur domus viam vndique habens, teste Crapal. in tract. de partib. ædium, in 1. parte: vel quæ non coniungitur communibus parietibus cum vicinis, sed circuitu publico, vel priuato cingitur, teste Festo. nempe sicut insulæ in mari loca discreta sunt à continenti, ita hæ domus nullis connexæ sunt ædificiis cohærentibus. l. Imperatores. ibi, intermisso legitimo spatio à vicina insula. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. Sic debent esse palatia, & prætoria Principis, vt secreta sint vniuersis, quæ ibi proferuntur. l. quicunque. C. de oper. public.

¶ Vltimo insula in iure frequentius capitur pro omni domo, etiam vicina & cohærente alteri ædificio. probat l. si duas haberem insulas. ff. communia prædior. iuncta l. 2. §. seruitutem. si seruit. vindicet. vbi seruitutem nemo alius vindicare potest, quam is, qui in fundo vicino dominium habet, cui seruitutem dicit deberi. Et sic vicinæ erant illæ duæ insulæ: alias seruitus imposita iure non fuisset. probat l. si seruus. §. si quis insulam. ff. ad legem Aquil. sic dicens: Si quis insulam meam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicini insulam peruenerit, Aquilia tenebitur. Ergo domus vicini erat cohærens: alioqui non facile fuisset combusta. l. fundi. §. item quod insulæ causa paratum est, si nondum perfectum est, quamuis positum in ædificio sit, non tamen videtur ædium esse. de actio. emp. vbi primo vocatur insula, postea ædificium, demum ædes, ad ostendendum insulam capi pro ædificio, & ædibus. l. solutum. §. solutam. de pignoratit. actio. facit l. in prouinciali. vbi glos. §. 1. ff. de noui oper. nuntia. l. si finita. §. item quid dicemus. de damno infecto. l. fluminum. §. idem Seruius, & l. inter quos. §. damni. ibidem. l. si ita stipulatus essem. cum l. seq. de verbor. obliga. vbi primo vocat domum, postea insulam, nullam inter hæc constituendo differentiam. facit l. si insulam. ibidem. l. qui insulam. loca. lex, si ego. in fi. de Publicia. lex, arbitrio. §. 1. de dolo. l. verum. §. sciendum. ff. de minor.

Insula quomodo capiatur.

¶ Cum autem varias habeat significationes, capietur insula pro subiecta materia, nempe si loquendo de aquis nominetur insula, dicetur locus vndique circundatus aquis, per iura superius adducta. Si vero materia domui & ædificio conueniat, vt si quis insulam promittat ædificare, tunc intelligetur de domo. l. 2. §. si quis insulam. ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. plane. 1. ne quid in loco public. l. 4. §. totiens. ff. de damno infecto. l. inter. de solutio. Vnde qui dolo malo insulam meam exusserit, capitis pœna plectetur, quasi incendiarius. l. si quis. de ficar. & sic de domo intelligitur. sic in l. tabernam. de fundo instruc. Et tales incendiarij propter grauitatem criminis nulla gaudent immunitate, nec gratia à Principe concessa, sed semper expectare debent, quod fecerunt. lege tertia, C. de episcopali audient. scripsi in tractatu immunita. eccles. in secundo tomo commentariorum in constitutiones Regias Gallic.

Incendiarij cõburendi citra immunitatem & gratiam.

Necessaria impensa quando dicatur, vel vtilis.

¶ Additur in tex. *plerunque*, quia si quandoque reficiatur molendinum, vel horreum antiquum, inter necessarias computarentur impensas, quandoquidem has impendere necessitas viget: vtpote si maritus non inueniebat horreum, & frumenta in agro consumebantur, vel non erat aliquod molendinum propinquum, vnde necesse fuerit marito construere molendinum, vt farinam sibi & familiæ paret necessariam, tunc siue de nouo fiat, siue antiquum reficiatur, semper dicitur impensa necessaria. l. 1. in fi. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Secus si necessitas impendendi non erat, sed vtilitas, tunc vtiles impensæ censentur. lege, veluti. ff. de impens. quicquid ibi glo. dicat. & sic intelligi debet iste tex.

Necessitas duobus dicitur modis.

¶ Tamen aduerte, quod aliquando reperitur necessitas ex parte rei, vt quia periret domus, nisi reficeretur, quæ vere dicitur ex superioribus impensa necessaria. Alias dicitur necessitas ex parte personæ, vtpote cum lex imponit personæ impendendi necessitatem, vt tutori, vel alteri: quemadmodum loquitur tex. glo. & ibi Bar. in l. 1. ff. de impens. & quoad hoc etiam necessariæ dicuntur impensæ, quę necessitatem habẽt impendendi tam ex parte rei, quam ex parte personæ. Vix enim est necessitas personæ mariti, nisi subsit & rei necessitas in his dotalibus impensis: sed in petitione hereditatis, vel in rei vindicatione, in quibus bonæfidei possessor non tenetur ad aliquid, solum inspicitur necessitas ex parte rei, vti impensæ dicantur necessariæ. glossa in lege, & in totum. ff. de impens. Bartolus in d. lege prima, ibidem.

§. Voluptariæ sunt, quæ speciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent: vt sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes, loricationes, picturæ.

Voluptariæ impensæ.

¶ Voluptarię dicuntur impensę, quę ad voluptatem fiunt: alias voluntarię: non refert, quod pro voluntate eius, qui impendit, fiant. & Iurisconsultus elucidat eas esse, quæ speciem ornant, id est rem, vulgo *donnent lustre à la chose*. Sed non augent fructum: quia si augerent, dicerentur vtiles. de quibus superius dictum extitit. & Iurisconsul. Vlpia. in l. voluptariæ. ff. de impens. ita dicit: voluptariæ impensæ sunt, quas maritus ad voluptatem, Gallic. *pour plaisir*, fecit. & quæ species ornant, veluti balnea extruere. l. impensæ. ibidem. Voluptariæ sunt

riæ sunt ergo, quæ ad voluptatem, & animi gratia tantum factæ sunt. Vnde voluptarium prædium vocat Iurisconsul. quod voluptatis gratia habetur, in l. æquissimum. §. fructuarius. ff. de vsufruct. Et voluptarius homo, *adonné à ses plaisirs*. Et disciplina medica inter audiendum voluptaria esse solet, at exercendo melancholica, quando homines moriuntur, non capiendo aurum. Contrarium in legali & canonica.

Prædium voluptarium.

Voluntarium consortium.

¶ Voluntarium consortium vocat Iurisconsul. societatem sponte contractam, in l. si fratres. §. idem Papinia. ibi, si inter fratres voluntarium consortium initũ fuerit. ff. pro socio.

Voluptarias impensas faciens an auferre possit.

¶ Quæ quidem impensæ non repetuntur: at solum permittitur ei, qui eas erogauit, vt salua rei substantia, & absque vlla iniuria eas abradat, vel tollat. l. 3. §. sed etsi. ibi, pati debet do minus creditorem hæc auferre, sine domus suæ videlicet iniuria. ff. de in rem verso. quod intellige verum, si profuturum est ei, quod auferat: alioqui non licet auferre, siquidem inuidiam præ se fert ab altero auferre, quod ei prodesse potest, nobis vero nocet, aut nil prodest: vt si picturam communem delere vellet, secus si aurcam, per tex. in l. pro voluptariis. ff. de impens. in reb. dotal. fact.

Voluptariæ impensæ repetuntur, mãdato domini factæ, vel de eius consensu.

¶ Primo vitiatur regula, cũ de mandato domini aut consensu factæ sunt: tunc enim dominus actione mandati tenebitur. l. idẽq; §. idemq; ait. à contrario. ff. manda. gl. in l. voluptarię. de impens. tex. egregius in d. l. 3. §. sed & si mutua pecunia accepta domum dominicam exornauit tectoriis, & quibusdam aliis, quę magis ad voluptatem pertineant, quam ad vtilitatem, non videtur versum: quia nec procurator hęc imputaret, nisi forte mandatum domini, aut voluntatem habuerit: nec debere ex eo onerari dominum, quod ipse facturus non esset, &c.

¶ Secundo nisi quis ex voluntate domini prędictas impensas fecerit. l. si seruos. ff. de pignoratit. actio. quia non debet dominus ex eo onerari, quod ipse facturus non esset, nisi consentiat. §. sed & si mutua. de in rem verso. Plus dicit, dominum pati debere creditorem hoc auferre, si sine domus vel rei iniuria fieri possit. Et si domus deterioraretur, dominus cogendus est vendere domum, vt quanti pretiosior facta est, id præstet. l. si res. ibidem. l. in fundo. de rei vindica. Quamobrem in his tutissimum erit semper domini voluntatem exquirere. Alias conductores vel inquilini pro suo arbitrio picturas adhibentes domibus conductis, non reperent id quod impensum erit.

¶ In dote vero, mulieris etiam voluntate factæ non repetuntur, sed permittitur abrasio, dum profutura sit, non alias. l. 1. §. sed nec impensas. C. de rei vxoriæ actio. & l. pro voluntariis. ff. de impens. in reb. dotal. fact. Mathesilla. no. 92. no. casum contra, &c. videte Bal. consil. 372. & seq. quod incipit, casus vir. in 3. vol. Angel. & Ias. in §. propter retentionem. Insti. de actio. verum intelligas hos sumptus voluptarios ita auferri posse, vt in facie pristina, id est, quæ fuit ante venditionem, ædificium esse possit: vt docet Marcel. in l. si fine. §. item respondit. ff. de administra. tutor.

Picturæ non sunt tollendæ, si dominus tantum offerat, quantum remotæ valerent.

¶ Tertio non procedit, cum dominus erogare solitus erat huiusmodi impensas, & sic verisimiliter continuaturus erat. per l. si negotia. ff. de negot. gest. l. si seruos. de pignoratit. actio. maxime si impensa foret modica. oporteret tamen probare istam consuetudinem, quæ vix probari posset.

¶ Quarto si rem illam, in qua impensæ factæ sunt, erat distracturus. l. nisi venalem. ff. de rei vindica. nam eo casu tales impensæ promercales vendibiles, non voluptariæ, sed vtiles videntur: quia res ita exornata pluris venderetur. l. quod si eæ. ff. de impens.

¶ Idem censet Alcia. hic, si solita fuisset locari domus, vt tunc quoque pictura sit vtilis, non simpliciter voluptaria. tanto enim pluris cœnaculum vel habitatio locabitur, quanto ornatius. Et hoc verum est: sed non solet hęc impensa repeti, nisi vt dictum fuit.

Bonæfidei possessor voluptarias impensas repetit.

Amœnitas loci non est auferenda.

¶ Quinto si dominus tantum vellet dare, quantum inquilinus haberet ex picturis remotis, non poterit is qui impensas fecit eas tollere, ne sua malitia damnosa sit. per text. in l. in fundo. ff. de rei vindic. quod Ias. dicit esse notandum in l. 2. col. 8. nu. 29. & seq. C. de iure emphyteu. allegans Bal. ita firmantem in §. si quis de manso. de contro. inuestitu. & in §. si vassallus. hic finitur lex, &c. & glo. in §. certe. Insti. de rerum diuis. Igitur caute faciet dominus domus, si offerat se tantundem restituturum, quanti erit pictura rasa ad æstimationem arbitrorum, & proborum: sicque euadet expensarum condemnationẽm.

¶ Sexto non procedit, si bonæ fidei possessor fecerit has impensas in hereditate: quia tunc per doli exceptionem eas consequi poterit. l. vtiles. ff. de petit. hereditа.

¶ Septimo si quis vi, aut clam arbores non fructiferas subciderit, & fructuarij interfit propter voluptatem, quia amœnitas ex huiusmodi arboribus præstabatur, aget fructuarius interdicto quod vi aut clam, propter illam voluptatem. probat text. in l. competit. ff. quod vi aut clam.

¶ Quibus actionibus & remediis petantur hæ impensæ, tradit glo. in §. certe. Insti. de rerum diuis. & plene Specula. in titul. de expensis, in §. 1. Hactenus ergo de expensis extra iudicium: de his vero quæ fiunt in iudicio, scripsi in 3. tomo commentar. in constit. Reg.

Gallic.titul.de expens. damnis & interesse. interim de his vide text. & doct.in l.properandum.§.finautem alterutra.C.de iudic.& Lanfranc. in repet.c. quoniam contra falsam.in fi. de proba.& Hippol.Marsil. in l. patre. ff. de quæstio. hic vlterius in his impensis nihil sum impensurus.

Viridarium. ¶ *Viridaria.* Viridarium locus est,in quo herbæ,arbores,& plantę virentes & amœnitate refertæ sunt,quod Iurisconsul. vocat hortum, in l.vrbana prædia. versic. proinde hortos. infra eod.vbi dicam. Et seruitutum non ea natura est, vt aliquid faciat quis, veluti vt viridaria tollat,aut amœniorem prospectum habeat.l.quotiens. 1. in fi. ff. de seruitu. Et ædificia quæ seruitutem patiuntur, ne quid altius tollatur, viridaria, id est res virentes, supra eam altitudinem habere possunt.l.ædificia.ff.de seruitutib.vrbanor.prædior.l.instrumento.in fi.de fundo instruc.l.dolia.ibidem.

Viridarij serui. ¶ Vnde viridarios seruos Iurisconsul.eos vocat,qui viridariis præsunt,& ea colunt, in l.instrumenta.ff.de fundo instruc.sed in eo text.habeo viridaria.

Aquæ salientes. ¶ *Aquæ salientes.* Salientes aquæ dicuntur,quæ ex rostris fistularum ac tubulorum egrediuntur.l.funes.aliàs limes.& l.fundi.in fin. ff. de actio.empt. vbi Budęus exponit, Gallic. *fontaine,* Prouinciales *gryphon* vocant:sic forte dictę,quod ascendens primum,deinde etiam descendens saliat.

Salientes fistulæ. ¶ Fistulę vero salientes sunt illa fistularum, & tubulorum plumbeorum, vel aliorum capita,ex quibus aqua saliens egreditur.d.l.funes. Gallic.*des tuyaus.* materiam tradit Cepol. in tract.de seruit.rusticor.prędior.c.49. Et interdum simpliciter dicuntur salientes sine alio adiuncto,& idem est. Vnde colliges,quod si fons erat in fundo dotali mulieris,& maritus aquas salientes adiecerit, fistulas adhibendo, hoc factum censeri ad voluptatem: quamobrem impensę voluptarię dicentur,quemadmodum in viridariis causa delectationis præparatis.l.quęsitum.§.fistulę autem.de fundo instruc.

Incrustationes. ¶ *Incrustationes.* Incrustationes dicuntur crustę subtiles,quę muris superinducuntur,& communiter fiunt ex calce,& arena,vel gypso,vt tuentur murum à pluuia, vel vt posimus ad murum pingere: à verbo incrustare, quod significat parieti crustam inducere, vulgo *enduire* dicimus. Incrustare etiam licet parietem communem.l.quidam.§.fina. ff. de seruitu.vrbanor.prędior.declarat Cepol.in tract.de seruitu.vrbanor.prędior.c.71.rubr. de picturis seu incrusta. Vnde parietes crustati dicuntur crusta illa illiniti, *enduicts*; & crustarius,huiusmodi opifex. De alia crusta loquitur text.in l.hoc amplius. §. 1. ff. de damno infecto.scilicet crusta est quoddam excrementum,quod propter putredinem vel concretionem fimi vel alterius rei, super alicuius rei superficie nascitur, quod Gallic. *moisy*, vel *chansy* vocamus.

Crustata vasa. ¶ Interdum vasa quoque argentea illigantur crustis aureis,& demum illa vasa sic incrustata,vel crustata dicere possimus Gallic.*emaillez*, de quibus Iurisconsul.in l.pediculis.§.1. ff.de auro & argen. lega. vbi cymbia vasa Iurisconsultus ait esse genus poculi vinarij procerum, à cymbę, id est nauis similitudine: teste Catellia. Cotta in 2. parte memoralium, in verb. cymbium. Et ab huiusmodi crustis crustularij dicti sunt illi artifices, quorum opera vasa crustulis illigantur.vnde Horat. saty.1.dicit:*Syncerum cupimus vas incrustare.*

Crustularij.

Loricationes. ¶ *Loricationes.* Loricatio dicitur tectorium parietis,in modum loricę superinductę, vel corium è marmore tuso, cum calce & arena: teste Budęo hic. parietibus nanque extructis calx inducitur:vnde calcata ędificia, calce contecta, loricationem & tectorium appellant: & præcipue si lęue politumve fuerit,vt superinduci possit penicellis,vel albario, vel pictura.& ceteræ id genus circunlocutiones,quæ structuram plurimum venustant.hæc Crapal. lib. 1. videte in l. in rutis, infra eod. vt videlicet quemadmodum lorica dicitur indumentum corporis, Gallic.*vn hallecret, ou brigandine:* ita munimentum murorum. Vitruuius lib. 2. sic inquit: cum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua pluere,non patietur lorica testacea lędi laterem, sed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum stillas. & ibi ponit de duplici lorica, quæ in castris exercetur, & quid à vallo differat.

Calcata ædificia.

Lorica.

Voluptariæ impensæ quomodo dignoscantur. ¶ Has igitur impensas iudex disquirere debet, an ex causa necessaria factę sint, aut voluptaria: & ex probationibus iudicare: nempe si factę sint huiusmodi incrustationes ad muri tantum conseruationem, necessarię iudicantur: si vero gratia depingendi aliquid, voluptarię impensæ dicentur. De tectorio dicam in l. in rutis. infra eod. quo loco non omittendum est quosdam grauiter hallucinari,existimãtes hęc,scilicet loricationes,incrustationes,tectoria, & pauimenta idem significare, cum longe inter se differant, vt patet ex superioribus.nam pauimentum est solum arte factum,& stratum aliqua materia, maxime in ædibus,quod pedibus inambulando pauimus, id est ferimus, & tundimus: de quo Iurisconsul.in l.quæsitum, §.item spongiæ,quibus columnæ,pauimenta,podia exterguntur. ff. de fund.instructo. Gallice *le paué* vocamus.

Paumentum.

Pictura. ¶ *Picturæ.* Tabula cedit picturæ.l.qua ratione.§.sed ex diuerso.ff.de acquir. rerum domi.

Ridiculum

Ridiculum est enim picturam Apellis,vel Parrhasij in accessionem vilissimæ tabulæ cedere. §. si quis in aliena.de rerum diuis.in Insti. De Apelle & Parrhasio scribit Plinius libro 7.cap.37.

IDEM LIB. NONO AD PLAVTIVM.

LEX OCTOGESIMA.

In generali petitione legatorum etiam datæ libertates competunt,ex mente legis 12.tabularum.

¶ Ratio dubitandi ad istam legem erat, quia libertates habent iura sua singularia & specialia,vt patet per totum librum 42.ff. ita iura communia locum in eis obtinere non videbantur: at hic tex. contrarium decidit, videlicet libertates datas competere in generali petitione legatorum. Lex enim 12. tabularum generaliter legata petere permittit, dicens: vt quisque legassit,suæ rei ita ius esto.l.1.ff.ad legem Falcid.l. verbis. infra eod. sed nihil dicit de libertatibus in testamento datis.quamobrem Iurisconsul.hic eam legem 12. tabul. interpretatur,dicens ex mente illius legis datas libertates competere. qui verus est sensus legis. Nec refert in tex.siue ponatur verbum competunt,seu verbum continentur,cum in idem reincidant.magis tamen approbarem,datæ libertates continentur:quemadmodum legi in vetusto quodam exmplari: quod videlicet in generali petitione legatorum contineantur datæ libertates,ex mente legis 12.tabular. vt ita possint peti, sicut alia legata: quippe si de illis rogati fuissent hi legum conditores, idem proculdubio de libertatibus respondissent.arg.l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posth.nam & libertates legabantur,vt in toto titul. de fideicom.liberta.ergo veniebant legatorum nomine.

Peti legata & libertates possunt.

¶ Et sic primo notabis ad petendum libertates in testamento datas, competere actiones ex testamento,sicut pro legatis,& aliis,quæ libertatibus conuenire possunt.l.1. C.communia de lega.

Tres actiones ad petendum libertates competunt.

¶ Secundo,quod sicut legata reseruantur quibusdam personis, quæ possunt illa petere: sic & in libertate dicemus, per istum textum, vt in lege prima, & per totum. ff. de legat. præstand.

¶ Tertio tantum operatur id,quod ex mente venit,sicut si ex verbis expressis, vt scripsi in l.uominis.§.1.supra eod.& probatur hic:nam sicut legata petuntur,ita & libertates: licet ex mente veniat.

¶ Quarto sicut per edictum,Si quis omissa caus.testa.reseruantur legata,ita & libertates. lege prima, & per totum. ff. si quis omissa caus.testam. & hodie per authen.ex causa. C.de liber.præter.

Libertates seruantur omissa causa testamenti.

¶ Quinto in quibus casibus legata de iure speciali sustinentur, & conditio habetur pro impleta.l.in testamento.ff.de conditio.& demonstra.ita & libertates.l.si peculium.§.is cui. ff.de statuliber.& l. Stichum. §. penul. ibidem. quia tunc etiam leges testamentariæ locum habent.l.1.§.lex Falcidia.ff.ad legem Falcid.doct.in l.1.ff.de lega.1.

¶ Sexto sicut legata peti debent,vt hic,ita & libertates:& quemadmodum legatarius occupando propria authoritate legatum,illud perdit.l. non dubium. C. de lega. sic videbatur in libertatibus fideicommissariis: vt in rub.ff.de fideicommissar.liberta. Sed in hoc Regno occupantes legata,non ea perdunt: at si vis interuenerit, pro modo admissi puniuntur,vt scribit Bened.in repet.c.Raynutius.in verb.si absque.de lega.nu.147.de testam. Scripsi in prœm.tomi primi commentar.in constit.Reg.

Occupans libertatẽ an ea priuetur.

¶ Septimo dispositio generalis legis, vel statuti comprehendit omnes casus,etiam priui legiatos.tex.in l.in fraudem.§.fi.ff.de testam.milit. vbi miles non potest vltra tempora bonorum possessionem agnoscere:quia generalis est determinatio,& lex generaliter loquens generaliter est intelligenda. l.1.§.generaliter.ff.de lega. præstand. Sic disposita in legatis extendit hic text. ad libertates, & ita ad casum priuilegiatum: quia non est verisimile disponentem verbis generalibus,voluisse corrigere etiam ea,quæ specialiter introducta sunt.

Lex generaliter loquens cõprehendit casus priuilegiatos.

¶ Limitatur, quando casus fauorabilis & priuilegiatus haberet in illo casu priuilegium: tunc enim dispositio generalis non trahetur ad tollendum illud priuilegium speciale. Quamobrem ordinatio vel statutum volens instrumentum esse insinuandum, nõ haberet locum in instrumento dotali,quia dos in hoc est priuilegiata:secus vbi nullum haberet priuilegium.l.fi.vbi Salicet.C.de dotis promissio.de Ripa in l. 1. col. 5. ff.soluto matrimo. quamuis simpliciter Iaf.primum firmet.ita cõsuluit Dec. cons.5.in causa dominæ.& consi. 301.in causa quæ Ferrariæ.scripsi abunde in 2.tom.commentar. in constitu. Regias Gallic. tract. de dona. insinuand. vbi etiam hodie dictante Regia constitutione insinuandum est, vt ante dictum fuit.

Insinuandum an sit instrumentũ dotale.

¶ Itaque ista conueniunt, quando in text.est petitione, sicut erat in antiq.exempla.at in

Pandec.Floren,legitur repetitione, vnde Iulia,scribit:cum in substitutione legata repetantur, libertates etiam continentur, vt etiam eas teneatur præstare substitutus. per l. cum in substitutione.ff.de lega.3.Ideo qui generaliter repetierit in substitutione, vel codicillis, legata præstari volo, etiam libertates præstabuntur:per istum tex. nam cum generaliter repetuntur legata, & libertates continentur.& hoc intelligendum est,quando expresse legata à testatore repetuntur, statuente, ea deberi volo:tunc libertates competent,& nomine legatorum venient. Idem putarem,cum tacite:nam legata ab instituto,repetita censentur à substituto,per l.licet.ff.de lega.1.sic & libertates,per text. istum,& in d. l. cum in substitutione. Soci. in trac. fallent. reg.334. relicta. Quod est verum in generali repetitione. secus in speciali, vt si testator dixerit in substitutione, legata data ciuibus præstari volo : non comprehendẽtur libertates relictæ exteris in hac speciali repetitione. nam postquam in vno est expressum,in alio cessat.l.cum prætor.ff.de iudic. Quamobrem hic tex.legitur & in petitione,& in repetitione:& vtcunque legatur,sensus elicitur, vt dictum fuit.ego tamen inhærerem vltimo intellectui.

Repetitio generalis legatorij libertates continet.

¶ Collige præterea,quod interpretum est elucidare verba legum,quas interpretantur,vt hic Iurisconsul.facit,& in l.seq.& l.1.ff.si certum peta.Quod in ceteris quoque facultatibus obseruatur. Non ergo permittitur obtenebrare, vel exponere notum per ignotius. nam facilis doctrina prudentum,vt Salom. ait.facit §. his ita,de iustit.& iure, in Insti.

¶ Item in quantum est in tex.petitione, sciendum est petere interdum accipi pro percutere,vt in l.1.§.ait prætor. ff. si quadrupes pauper.fecisse dicat.ibi, puta si equus calcitrosus calce percusserit,aut bos cornu petere solitus petierit.idem in §.& generaliter.ibidem,iuncto §.at si cum.vbi dicit calce percusserit.& in §.generaliter.calce petierit.idem probatur in l.qua actione.§.1.ibi,vel calce petiit,vel capite,vel qualitercunque.ff. ad leg. Aquil. & tunc semper cum adiuncto profertur,vt calce petere,cornu,vel alio instrumento.

Petere pro peremere.

¶ Secundo capitur pro inuadere, vel aggredi feriendi causa, aut venire. lege, sed & quemcunque alium se ferro petentem, quis occiderit, non videtur iniuria occidisse. ff. ad legem Aquil.

Petere pro inuadere.

¶ Tertio petere honores est ad eos vel muneribus, vel immodicis populi prehensionibus,id est captationibus contendere. Gallic.*faire brigue*. Iurisconsul.in l.vna.ibi, quod si in municipio contra hanc legem magistratum aut sacerdotium quis petierit, per senatusconsultum in centum aureis cum infamia punitur. ff. de ambitu. Inde petitio pro ipsa ambitione.

Petere honores.

¶ Petere interdum pro obtinere,habere.l.eos.ff. de decurio. sic dicente:eos qui vtensilia negotiantur & vendunt, licet ab ædilibus cædantur, non oportet quasi viles negligi. denique non sunt prohibiti huiuscemodi homines decurionatum, vel aliquem honorem in sua patria petere:non enim infames sunt.

Petere pro obtinere.

¶ Quarto pro ire,proficisci:vt petere rus, vel Romam. Cicero de offic.naues Rhodum petentes vidi. Inde Romipeta dicitur.is,qui Romam proficiscitur. c.si quis Romipetas. 24.q.1.& non debet impediri: alias excommunicatur hodie in bulla cœnæ do.impediens.

Petere Romã. Romipeta.

¶ Quinto pro concernere.l.si pro fure.§.1.ff.de condict.furtiua.vbi sic Bal. exponit tex. furti actio pœnam petit legitimam,condictio rem ipsam,id est concernit,vel respicit.idem, quod furti actio ad pœnæ persecutionem pertinet: condictio vero furtiua competit ad rei persecutionem,vel habet rei persecutionem,vt ibidem in §.seq.scribitur,& in l.seq.

Furti actio pœnam petit,condictio rem.

¶ Sexto petere est instanter requirere secundum quosdam:quod simpliciter dictum vix recipiendum esse putarem. verum si talem instantiam,aut vehementiam significare velimus,passim cum adiuncto instanter petere,aut simili proferimus: ita summus ipse Pontifex in c.ab eo.de appella.clem.2.illo titul.& infinitis aliis locis.

Petere, instanter requirere.

¶ Septimo petere,id est peti debere,exponit glo.in l. fi. ff. de eo quod certo loco. sed ibi non est necessaria illa expositio:quia rem petere debeo, vbi dari debet: quod si debitorem ibi non inuenerim,tunc alibi petere licebit.l.1.ff.de eo quod certo loco.ideo locus,quo res petitur, attendi debet: nam iure petitur in loco, vbi promissa est solutio. text. autem non dicit,quod locus,in quo peti deberet,attendatur.paria quippe sunt petere,vel peti debere. l.quod te.ff.si certum peta.

Petere pro peti debere.

¶ Octauo petere est postulare,quærere,poscere. Et petere dicimur, cum aliquid humiliter,& precibus petimus,teste Valla. Tamen Iurisconsulti promiscue dicunt petere, quomodocunque petatur:vt hic,& l.Scæuola.l.quos nos.infra eod.Et siue in iudicio, siue extra.l.1.ff.de precar.l.si in rem.ff.de rei vindica.& inferius probatur fusius.

Petere pro postulare & poscere, & in iudicio & extra.

¶ Hinc dicimus peti dilationem.in l.notionem.§.fi.supra eod.Et qui à fideiussore petit, à reo petit.l.aduersus.ff.de arbitr.Etiam pœna petitur.l.2.ff.de arbit.vbi dicitur,ex compromisso placet exceptionem non nasci, sed pœnæ petitionem.

Dilationem peti.

¶ Et regulariter vbi peti permittitur,& concedi.l.1. ff. de cadauerib. punitor. ibi, hodie autem eorum in quos animaduertitur, corpora non aliter sepeliuntur, quam si fuerit petitum

Vbi peti permittitur, & cõcedi.

petitum, & permissum.

¶ Nono petitor dicitur actor.l. Iulia. ff. de petitio. hereditа. vbi primum vocatur actor, demum petitor,pro eo qui petit, & litem intendit, tam in actione reali. l. forma. §. si cum ego fundum possiderem,professus sum,petitor autem eius non fuerit professus.ff. de censib.l.1.§.proinde.si pars hereditа.peta.l.venditor.de iudic.l.ex hoc.§.1.de aliena.iudic. petitio hereditatis est in rem.l.sed & si lege.§.petitum.ff.de petit.hereditа. Quando etiam hereditas dicatur petita,declarat tex.in l.item veniunt.§.petitam.1.& 2.ibidem. Quam in personali,vbi quoque petitor vocatur.in l. 3. §. præterea. ff. ad exhibend. Tum quia est verbum generale.l. 2. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est.l. inter.de iudic.tum quia rem vindicans etiam petit.l.vna.ff.si quis ius dicen.in fi.l.si fideiussor.in princip.qui satisdar.cogant.l. 1. §. inter.vti possidet.l.actionum.§.1.ibi,in rem actio est,per quam rem nostram ab alio possessam petimus.ff.de actio.& obliga.

Petitor pro actore, qui petit.

¶ Et ita etiam proprie refertur petitor & ad realem, & personalem actionem: quamuis satis audacter Zasius in l. sæpe. ff. de re iudica. dicat improprie Iurisconsultum in hoc loquutum,nullo iure suffultus,at forsan hallucinatus in verbis l.pecuniæ.infr.eodem,quem admodum ibi plenius dicemus : interim contra eum iunctis superioribus sufficiet tex.in l. bona fides.ff.de actio.emp.vbi quis dicitur petere summam.in l.sed addes.§.si dominus. ff. loca.nec refragatur l. actio.ff.de actio.& obliga. vbi cum dicitur actio in personam, petitio in rem est,subaudiendum est plerunque,ex d.l.pecuniæ.nec tamen sequitur, quin proprie quoque generalis sit actio, personalemque significet actionem, & realem: vt lege,nihil.de actio.& obligat.& §.actio.Inst.de actio.idemq; in petitione, velut superius probatum fuit.

Petitor & in rem & in personam.

¶ Nisi vtrunque exprimeretur,videlicet actio,& petitio:vt in l.2.ff.ad Velleia.l.pecuniæ. 2.§.actionis.infr.eod.& l.bonorum.1.in fi.supra eod.Et vulgo quicunq; in iudicio aliquid petit,*demandeur* vocatur,& petitor,vt inferius dicetur.

¶ Decimo petitio actus petendi est. Vnde Iurisconsul. ait in l. extat. ff. quod met. caus. Optimum est,vt si quas putas te habere petitiones, actionibus experiaris.& idem in l.pen. de vi priua.

Petitiones.

¶ Et quædam specialis est petitio,in qua res vna petitur,vt in l.si in rem.ff. de rei vindica. l.sinautem.& l.præterea.ibidem.& l.illud.in princip.de petitio. hereditа. Altera vniuersalis dicta,cum vniuersa bona petuntur,vt in petitione hereditatis.l. 1. & per totum, ff. de petitio.hereditа. Demũ alia generalis, cum generaliter ratio tutelæ administratæ,& reliqua petuntur, vel in actione pro socio.glo.in l. 1. ff. de edendo. vbi Bar.& alij explicant.facit hæc lex,In generali petitione. Et de petitione veniæ erroris est l.præfecti.ff. de minor.

Specialis petitio & generalis ac vniuersalis.

¶ Vndecimo petere pro repetere capitur. l. Lucius. ff. depositi. vbi prius pecuniam peti dicit,postea repeti.glo.& doct.in rub.ff.si certum pet.& in rub. ff.soluto matrimo.& quem admodum dos petatur.vbi semper dicunt nostri iuris interpretes,petatur, id est repetatur: volentes eam interpretationem esse necessariam ratione generis, quod idem in genere repetatur:at ratione speciei,non:quia eadem species in mutuo non repetitur. l. 2. ff.si certum peta.probat Barba.in c.at si clerici.col.18.nu. 86. de iudic. Et hæc fuit communis hactenus sententia doct.quotquot scripserunt.

Petere pro repetere.

¶ Ego vero non inficior, quin petere nonnunquam pro repetere capiatur, vt in l. qui aliena.§.1.ff.de negot.gest.& in d.l.Lucius.cum infinitis aliis iuribus.Sed in rub.ff.si certum peta.& solut. matrimo.proprie petitur,nec exponenda est necessario: vt dicunt doct. petatur,pro repetatur.sed,si certum,id est mutuum petatur per certi condictionem.l.dominus. ff.de condict.indebi.ibi,per in rem actionem petere debet.& ibi, per condictionem petere potest, vel in iudicio, vel extra petatur mutuum reddi, vel restitui. sic intelligi debet illa rubr.nam etiam petere quis dicitur proprie post litem contestatam.l.amplius. ff.rem ratam haberi.probat l.pure.§. si eum.ibi, aduersus petentem vti exceptione, quia creditor suum repetit.ff.de doli exceptio.Et quod pecunia petatur reddi,docet l.procurator. 3. ff. rem ratam haber.ibi,procurator cum peteret pecuniam, satisfecit amplius non peti, post iudicium acceptum extitit,qui & ipse procuratoris nomine eandem pecuniam repeteret.

Intellectus ad rub.si certum petatur, & soluto matrimo.

¶ Adhæc iurium interpretes dixerunt illam rub. si certum petatur, esse generalem, vbi certum petitur : quod non procederet, si exponeremus pro repetatur, nimisque restringeretur illa generalitas, vbi certum petitur: vt colligere potes ex l. 1. ff. de interrogator.actio. ibi,est autem interrogatio tunc necessaria,cum in personam sit actio, & ita si certum petatur.& facit l.1.ff.de condict.triticar.

¶ Cum igitur mutuum petitur, petitur inquam, vt reddatur, & restituatur.l.cum quid. & l. vinum. & lege, si & me. & lege, pecuniam. cum aliis multis legib. illius titul. ff.si certum petat. Et in libellis solet concludi & peti, vt pecunia mutua reddatur, & restituatur. facit lex, si & me. ibi, eam mihi à te reddi bonum & æquum est. ff.si certum petat. & lex, si longius.§.fin.ff.de iudic.ibi,vnde ego semper probaui,vt si res moueat, filius agat vtili iudicio, forte depositum repetens, vel mandati agens, vel pecuniam quam credidit, pe-

tens. Ecce ibi, quod pecunia credita petitur, & non indistincte repetitur, vt doct. exponunt: etiam l. petenti pecuniam. ff. de pignoratit. actio. & l. cum à te pecuniam peterem. de dolo. l. creditoribus, quibus ex die, vel sub conditione debetur, & propter hoc nondum pecuniam petere possunt. ff. de separa. l. proinde. ibi, & credita pecunia peti possit. si certum peta. l. si iudex. ibi, petentem pretium. de minor. Indebitum autem repetitur. in l. si procurator. ff. de condict. indeb. vbi quater scribitur verbum repeti. & d. l. si longius.

Pecunia mutua petitur reddi.

¶ Proprie itaque pecunia petitur, scilicet reddi: & ita expositio doct. non est necessaria, imo non est bona pro repeti. nam vbi Iurisconsul. vti solet verb. petere in illa materia, sic intelligi communiter debet, petere reddi, & restitui, seu dari. l. qui Romæ pecuniam acceperat, quæsitum an sua die integra peti possit. ff. de verbor. obliga. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ibi, superest vt quæramus, an ex numeratione ipse, qui contraxit, pecuniam creditam petere possit. ibidem. & §. ideo. quib. mod. re contrah. obliga. Alioqui sequeretur, quod Iurisconsulti perperam loquuti fuissent, si apposuissent petere pro repetere: vel saltem si sic exponendum esset, in aliquo loco illud exposuissent, & Impera. in rub. C. dixisset si certum repetatur: vt ipse asserit in l. vna. C. de caduc. tollend. in §. finautem ad deficientis. & Papa in c. ad audientiam. de decimis. Vnde cum non inueniamus sic expositum, stabimus verb. petere, nec quæremus repetere pro petere.

Pecunia condicitur.

¶ Interdum Iurisconsultus dicit pecuniam condici posse. l. certi condictio. cum multis aliis legibus illius titul. si certum peta. & l. si filiusfamilias. ibidem. & quando vult intelligere de repetitione, hoc exprimit, vt ibi dicit cessare pecuniæ repetitionem, per errorem solutæ, vt inferius dicetur. nam dum repeto pecuniam solutam indebite, si extat, eandem vindico, & repeto: quod non est in mutuo, quia idem non repetitur. l. 2. ff. si certum peta. imo Iurisconsul. non vtuntur frequenter in pecunia credita repetere pecuniam, sed petere. Ideo quam aliena sit à veritate illa communis expositio, nemo non videt, licet hactenus inualuerit.

Dos reddi petitur.

¶ Item dos petitur reddi. probat l. cum quærebatur, an verbum soluto matri. dotem reddi. infra eod. l. 2. vsque ad l. diuortio. ff. soluto matrimo. l. sed hoc ita accipiendum est, si à socero dos ex promissione petatur, soluto matrimo. Verum, si matrimonio manente, dos ab eo, qui promisit, petatur. Succurrendum itaque est, vt ne maioris summæ condemnetur, quam quantum facere potest. l. sed hoc. ff. de re iudica. l. pure. §. in eadem. ibi, excipiendum sit aduersus maritum, qui dotem petit. ff. de doli excep. l. eum qui. § si mulier. ibi, quod ex eo reddi oportet, præstandum est. de iureur. Si dos consistat in fundo, qui idem repetitur, Iurisconsul. dicit dotem repetere, in l. pater. in fi. ff. de euictio. facit l. 1. ff. de pact. dotal. ibi, pacta, quæ de reddenda dote fiunt, inter omnes fieri oportet, qui repetere dotem possunt, & à quibus repeti potest. Ob id Iurisconsul. considerarunt soluto matrimonio dotem esse petendam reddi, siue sit in pecunia, siue in immobilibus. ideo posuerũt rubr. ff. & C. soluto matrimo. quemadmodum dos petatur, scilicet reddi. nam si res non restituatur extra iudicium, necesse est etiam mutuum peti coram iudice. alias iudex, si non peteretur, non impartiretur suum officium. l. vinum quod mutuo datum est, per iudicem petitum est. ff. si certum petatur. & in lege quarta, §. hoc autem iudicium. ff. de damno infecto.

Verbum petere generale.

¶ Dicet quis, quamobrem Iurisconsul. non dicit, si certum petatur reddi? Respon. quia verbum petere est generale, vt superius dixi, referens se ad verbum reddi, vel dari: ob id non expressit reddi, sed reliquit in genere, quia vidit non fuisse necesse. Insuper impendia petuntur. l. diuortio. §. impendia. ff. soluto matrimo. Item ager vectigalis petitur. in rubr. ff. si ager vectigal. vel emphyteuticar. petatur. Petitur hereditas. in rub. ff. de petit. hereditat. & l. quod si in diem. § fi. & l. si quid possessor. eod. titul.

Petitrix.

¶ Inde petitrix dicitur pro muliere agente & petente. l. qui filium. in fi. ff. ad Trebellia.

Petitorium.

¶ Petitorium quoque iudicium, vbi de dominio alicuius rei contenditur. lege, is qui petitorio. ff. de rei vindica. Interdum largius pro omni iudicio, quo res aliqua petitur, & agitur super eius proprietate. doct. maxime Lanfranc. in rub. de caus. possess. post Specula. in titul. de petitorio. §. 1.

¶ Et aliquando petitorium ponitur pro scriptura continente petitionẽ, per quam petit quis se dominum declarari: teste Panor. in c. suscitatus. in princ. de rescrip. sed ego ibidem intelligerem, vt supra, quod destinato petitorio, id est constituto, & decreto petitorio, &

Possessorii & petitorium.

dominio rei, interdum mandatur iudicibus, si interesse non possunt, de qua impotentia intelligitur: & tex. respondet. Vel ibi petitorium accipe pro petitione. Possessorium vero dicitur, cum agitur super possessione rei. glos. in l. fin. C. qui legitimam person. doct. in rubr. de caus. possess. vbi fusius videri potest.

¶ De verbis appetere, repetere, atque aliis scribam in lege, quos nos. §. Iocuples. infra eodem.

Idem

IDEM LIB. DECIMO AD PLAVTIVM.

LEX OCTOGESIMAPRIMA.

Cum prætor dicat, vt opus factum restituatur, etiam damnum datum actor consequi debet. nam verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

¶ Iurisconsultus hic plura declarat iura dicentia, vt opus factum restituatur: nempe dicitur in l. 1. §. 1. & l. penul. ff. de noui oper. nuntia. quod post operis noui nuntiationem quis non debet ædificare, & si ædificauerit, restituere debet: quod restituendum quippe est non solum opus, id est ad pristinum statum reducendum, sed & restituendum est omne damnum, vt hic patet: quia verbo restitutionis omnis vtilitas actoris continetur, quam habiturus fuisset actor, si rem habuisset.

Restitui opus quid sit.

¶ Item quod vi aut clam factum est, restitui debet, & omne damnum ex eo contingens. l. 1. ff. quod vi aut clam. Officio autem iudicis ita oportere fieri restitutionem censet Vlpia. Iurisconsultus, vt in omni causa eadem sit conditio actoris, quæ futura esset, si id opus, de quo actum est, neque vi, neque clam factum esset. Ergo nonnunquam etiam dominij ratio habenda est, vt puta, si propter hoc opus, quod factum est, seruitutes amittantur, aut vsus fructus intereat. l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. Damnum autem pati videtur, qui commodum amittit. l. 2. §. merito. versic. damnum. ff. ne quid in loco public. fiat. Et sic etiam lucri cessantis habenda erit ratio, cum restitutio fieri debeat cum omni causa, vt supra dictum extitit. Cui sententiæ subscribit Alcia. hic. Ego quoque plura de his scripsi in interpreta. l. vnic. in glo. vlt. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. facit l. 2. §. restituere. ne quid in loco public. sic inquiens: restituere videtur, qui in pristinum statum reducit: quod fit, siue quis tollat id, quod factum est, aut reponat id, quod sublatum est. Et interdum suo sumptu. nam si ipse, cum quo quis interdixerit, fecerit, vel iussu eius alius, aut ratum habitum sit, quod fecit, ipse suis sumptibus debet restituere: si vero nihil horum interuenit, sed habet factum, tunc dicemus patientiam solam eum præstare debere.

Restituere quid & sua impensa.

¶ Præterea quod in via publica itinereque publico factum, immissumque fuerit, quo ea via, idue iter deterius sit, restitui iubet prætor, in l. 2. §. prætor ait, quod in via. ff. ne quid in loco public. l. 1. §. si quis. & §. seq. de cloac. l. vlt. ibi, restituentem dominum opus sua impensa absoluat. de interdict. l. Athenis. ibi, ita opus restituendum, vt nullum periculum damni supersit. & l. post venditionem. ff. de aqua pluuia arcend. & Iurisconsul. in l. 2. §. si quis nemine. ne quid in loco public. vtitur verbo tollere, deponere, & restituere, quæ ad restitutionem tendunt. & l. quæsitum. §. ex hoc interdicto. ff. de precar. sic habet: Restitui debet in pristinam causam: quod si non fuerit factum, condemnatio in tantum fiet, quanti interfuit actoris, rem ei restitui, & ex eo tempore, ex quo interdictum editum est: ergo & fructus ex die interdicti editi præstabuntur. facit text. in l. 4. §. fi. ff. de verbor. obliga. l. 2. de prætor. stipula. ibi, totum opus restitui debebit. quandiu enim aliquid supersit, tandiu non potest videri opus restitutum, &c.

¶ Aliisque modis accipitur restituere, quos cumulaui in l. restituere. 2. supr. eod. quibus adde quæ diximus in l. restituere. 1. supra eodem.

¶ Damnum autem & periculum differunt, vt scripsi in l. aliud est capere. in fi. supra eod.

Vtilitatis nomine quid contineatur.

¶ *Vtilitas.* Nomine vtilitatis hic commodum & lucrum venit, ac damni euitatio. l. proinde si seruum occidisti, quem sub pœna tradendũ promisi, vtilitas venit in hoc iudicium. ff. ad legem Aquil. Et pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur. l. si seruum. ff. ad legem Aquil. l. pretia. ad legem Falcid. Et summa cum vtilitate id prætorem edixisse nemo est, qui neget. l. 1. §. 1. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Et hæc vtilitas interdum maioris quam res erit. l. Iulia. in fi. ff. ad exhibend. Et gratia vtilitatis litigantium interdum iterum dilatio dabitur. l. oratione. ff. de feriis. Vtilitas magna versatur, vt absentes defendantur, & res eorum. l. 1. ff. de negot. gest. Et vtilitas huius tituli non eget commendatione: ipse enim se ostendit. l. 1. de in integrum restitu. l. 1. de exercitor. Loci vtilitatem non debet iudex auferre. l. 2. in fi. & l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loc. Et quia vtile est obtinere, quod nostra interest, ideo interdum vtilitas, pro eo quod interest, ponitur. in l. sed loci. §. 1. finium regundo. vbi Bal. l. 2. & 3. in fi. de eo quod certo loco. scripsi in interpreta. l. vnic. in glo. 1. C. de senten. quæ pro eo quod interest.

Vtilitas pro eo quod interest.

¶ Hinc vtiliter agi potest, id est commode. l. 4. in fi. ff. qui satisd. cog. Vtiliter impendere. l. 2. ff. de negot. gest. & l. Pompo. & l. sed an vltro. l. heres. de petitio. hereditat. scripsi in lege, tabernæ. infra eod.

Vtiliter agi.

¶ Vtile tempus est, cum singuli dies in eo vtiles sunt, scilicet vt per singulos dies, & sciuerit, & potuerit admittere. Ceterum quacunque die nescierit, aut non potuerit, nulla dubitatio est, quin dies eius non cedat. l. 2. ff. quis ordo in bonor. possess. seruet.

Vtile tempus.

¶ Quemadmodum annus vtilis est, qui olim dabatur ad restitutionem impetrandam

Annus vtilis.

minoribus, in quo non computabantur dies, quibus experiúndi potestatem minor non habuisset, aut se habere ignorasset, l.1.ff.de diuers.& temporal.præscrip. Et hodie loco illius anni datur quadriennium.in l.fi. C.de temporib. in integr.restitu. petend. & ibi glo.ponit multiplicē annum.Et anno vtili iniuria per metum facta finitur.l.fi cum exceptione.§.post annum.ff.quod met.cauſ.licet alia anno continuo tollatur.l.fi non conuitij.C.de iniur.De hoc anno in l.1.§.1.ff.de in rem verſo. Vtilius eſt,l.ſi quis intentione.ff.de iudic.

Continuus annus.

¶ Econtrario continuus annus eſt, qui tranſit, & computatur, nulla habita ratione ſuperuenientis impedimenti, vel ignorantiæ: vt ſi actor experiundi poteſtatem non habuerit,aut iudicis copia, vel conueniendi reum facultas defuerit. d. lege 1.& doct. in §. rurſus. Inſti. de actio.

Vtilis actio & directa.

¶ Alias vtilis actio quandoq; dicitur reſpectu directæ:vt gloſ.in l.curatoris. C.de negot. geſt.vtpote quæ ex mente legis datur.Directa vero,quæ ex mente & verbis:vt no. glo. in l. ſi quis id quod.de iuriſd. omnium iud.veluti, ſi quadrupes damnum dederit, datur actio, quæ dicitur directa: quia verba legis, Quadrupes, & mens concurrunt. Si autem bipes, vt anſer, dederit damnum,competit actio ex mente,quæ vtilis dicitur,vt in rub.ff.ſi quadrup. pauper.feciſſe dica.& l.1.iuncta l.penul.ff.de his qui deiecer.Et ita improbarem ſententiam Bal. & Salic. dicentium actionem directam eſſe, licet verba non ſint conuenientia, ſed eadem ſit ratio.l. curatoris. C. de negot. geſt. per glo.in verb.Italiæ.in c.1.de temporib. ordinand.in 6.quantumuis enim menti legis conueniat,niſi quoque verbis comprehendatur, vtilis dicetur. Nec obſtat hoc eſſe contra iuris communem regulam, quod vbi eadem eſt ratio, debet fieri extenſio: fateor: at quæ extenſio fieri non poteſt, niſi per vtilem,quæ potiſsimum ea ratione fuit introducta,vt vbi foret eadem ratio,verbis tamen legis non comprehenſa, competeret vtilis. ſi enim diuerſa eſſet ratio, iam nec vtilis quidem poſſet competere.adde quæ dicit Paul.Caſtren. in d.l. curatoris.facit l.naturaliter.ff.de condict.indeb. l.1.de eo quod certo loco.l.3.commoda.l. eleganter.in princip.de pignoratit.actio.& l. rem alienam.ibidem.Breuiter, omnis prorſus differentia inter vtilem & directam actionem tolleretur. Quamobrem concludamus, ſiue ſit omnimoda ſimilitudo, ſeu maior ratio, dum non ſit verbis legis comprehenſa, dari vtilem actionem.l.his ſolis.ibi,ſatis tacite.C.de reuocand. donatio. Idem, quando lex declarat aliquem caſum: teſte Feli.in c. aduerſario. col. 1. de exceptionib.

Vtilis actio.

¶ Actio vtilis etiam dicitur, quæ inducta eſt vtilitatis ratione, æquitatiſve, ſeu ob aliam iuſtam cauſam,vbi actio deficit.l.ex facto. in fi. ibi, quia de peculio actio deficit, vtilis actio in dominum,quaſi tutelæ erit.ff.de pecul.l.2.§.quanquam.de aqua pluuia arcend. Non eſt igitur actio vtilis neceſſaria,cum alia datur.l.quamuis.§. ſi conuenerit.ff. ad ſenatuſconſul. Velleia. Cum enim nulla actio lege tribuitur, & æquum non eſt eius inopia, iuſta vtilitate quem carere,datur ei actio, quæ eo nomine vtilis dicitur,vt de æſtimatoria dicit tex.in l. 1. ff.de æſtimator.Quoties enim (inquit) de nomine contractus alicuius ambigitur,conueniret tamen aliquam actionem dari,dandam æſtimatoriam præſcriptis verbis. eſt enim negotium ciuile geſtum, & quidem bona fide: quæ actio vtilis eſt, & non directa. l. vlt. eod. titul. Quod autem diximus vtilem locum habere, cum alia non datur, intelligendum eſt, eidem perſonæ, licet alteri altera, vtputa, in cedente & ceſſionario.l.3. C.de nouatio. l.emptor.C.de hereditа.vel actio.vend.l. 3.ff. pro ſocio. & l.ſi quis ergo. de pecul.nec intereſt ſi ad idem vel aliud competat,vt copioſe Bar.in l.1.ff.de actio.& obliga. diſtinguit, dummodo pro vtilitate alicuius æquum ſit dari ei,qui nullam aliam habet.

¶ Interdum quoque datur hæc vtilis actio à prætore. l. ſi mulier. in fi. ibi, prætor mihi ſuccurrit, aut vtiles actiones quaſi heredi dando. officium enim prætoris eſt introducere vtilem actionem.l.3.ff de condict.indeb. Supplet prætor in eo,quod legi deeſt.l.quia actionum.ff. de præſcript. verb. Alias à legiſlatore datur vtilis actio.l. verum.ff.de minorib.l. etiam. §. 1. de petit. hereditа. l. eum qui.in fi. de conſtitu. l. ſi quis ſtipulatus.ex quib. cauſ. maior.l.ſi teſtamento.de ſeruitutib. vrbanor.prædior.l. penul.& fi. de in rem verſ.l.ſi mandauero.2.§.interdum.& §.is cuius. manda. Et nonnunquam datur ab Imperatore.l.cum mota.de tranſactio. Vide quæ ſcripſi in l.naturalis.ff.de præſcrip.verb.& in l.ſæpe. ſupra eod.de actione datiua & natiua.

Vtilis non datur, ſi ſit iniquum.

¶ Si eſt iniquum,non datur vtilis. l. nec vtilem. ff. ex quib. cauſ.maior. l.qui ſeruum. de verbor.obliga. Tamen in forenſi iudicio parum obſeruatur hæc directarum ſeu vtilium actionum differentia: nempe idem eſt fere modus concludendi in vtriſque. ſiquidem ait Iuriſconſul.in l.actio.in fi.ff. de negot.geſt.quod vtraque actio eiuſdem eſt poteſtatis, eundemque habet effectum. De vtili actione eſt tex.in l.ſi cum emptore.ff.de pact.l.controuerſia.de tranſactio.l.in cauſę.1.in fi.& l.procuratore.de procurator.l.fin.quod cuiuſq; vniuerſitatis.nom,l.ſi mulier.in fi. quod metus cauſa.l.ſeruus.de dolo. l. illud.de minor.l.fi.ff. de liberal.cauſ.l. qua ratione.§. 1. de acquir. rerum domi.l. fi.de re iudica. l.2. de curator. bonis dando.ac l.qui autem. in fi.quæ in fraud. creditor. l.3. §. 1. ne vis fiat ei.l. ſed & reuocata. de iure

iure fiſci. ac lege, verum. de regul. iuris, & aliis infinitis iuribus, quæ breuitati conſulens miſſa facio.

Exceptio vtilis.

¶ Item exceptio vtilis dicitur, ſicut proxime dixi de actione: vt in l. ſi iudex. ibi, exceptionem vtilem aduerſus petentem pretium.de minorib.l.ſed Iulia. §.1.ad Macedo.l.tutor. §.fi.ad Velleia. Vtilis replicatio,idem.in l.& generaliter.ff.de noxal.

Vtile iudicium.

¶ Vtile iudicium pro vtili actione capitur,in l.ſi longius.in fi.ff.de iudic.& in l.quotiens. §.primo. ff.de pecul.

Vtilis actio ex præſcriptione.

¶ Vtilis actio ex præſcriptione datur.l.ſi quis diuturno. ff.ſi ſeruit.vindic.glo.& doct.in authen.niſi tricennale.C.de bonis mater.

Duplex actio directa.

¶ Alia ſignificatione directa datur actio domino directo.l.in rem.& in rub. ff.de rei vindica.l.ſi quis emptionis.§.1.& ſeq.C.de præſcrip. triginta vel quadrag. annor. ſcripſi abunde in titul.de præſcrip.Vtilis vero,quæ domino vtili,vtpote ſuperficiario conceditur.l.1. §. 1.ff.de ſuperficieb.l.tutor.in fi.ff.de pignoratit.actio.Emphyteutæ & aliis. in titul. ff. ſi ager vectigal.vel emphyteu.peta.

¶ Eſt & alia actio directa, quæ dicitur ratione contrarię: & tunc datur, quando nomina contrahentium non variantur,ſed vnum ab alio dependet,ſeu deriuatur, vt à commodante commodatarius, à mandante mandatarius: tunc actio mandati, vel commodati directa competit mandanti,vel commodanti:actio vero cōtraria commodatario,vel mandatario, ob expenſas, vel alia. Et idem in ſimilibus: vt in rub. ff. commoda. vel contra. depoſiti vel contra.& l.in rebus.§.poſſunt. ff. commoda.glo. & Bar.in l.conſenſu.ff.de actio.& obliga. Iaſ.& alij in §.prętiudiciales.de actio.in Inſti.quamuis hoc reprobet Ioan.Fab.in §.fi. Inſti. de ſocier. Et hæc contraria actio vocatur etiam vtilis: vt ff. de contrar. & vtili actio. tutel.

¶ Directa dicitur principalis.l. in commodato.§. 1.ff. commodati. & datur contra eum, cuius principale negotium geſtum eſt.§.fi.Inſti.quod cum eo.

¶ Vel directa etiam actio dici poteſt,quæ recta iuris ſcripti via dari,& intentari ſolet:vtilis,quę per obliquum.l.1.ad Trebellia.l.2.§.quanquam.ff. de aqua pluuia arcend. Et vtiles pro obliquis exponit Theophil. in §. ſi quis res. & §. aliquis moriens. Inſti. de fideicommiſſar. hereditа.videte l. & ſi ſine.§. ſed & quod Papinianus.ff.de minorib.vel directę, quę primo ex illa obligatione natę ſunt: vt in ſenatuſconſul. Trebellian. vbi in alium tranſlato commodo ratione fideicommiſſi vtiles tranſeunt, directę vero penes heredem remanent. l.1.& l.cum prætor. ff. ad Trebellia.Inſti.de fideicommiſſar.hereditа.Directę enim actiones hęrent tanquam character,vt euelli non poſsint:vt aiunt glo.& doct.in l.3.ff. pro ſocio. Videte phraſes in l.tabernę.infra eod.hactenus de his.

IDEM LIB. DECIMOQVARTO AD PLAVTIVM.

LEX OCTOGESIMASECVNDA.

Verbum AMPLIVS ad eum quoque pertinet,cui nihil debetur:ſicut econtrario minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

¶ Tria hęc lex docet: primum, quod hęc dictio *amplius* refertur etiam ad eum, cui nihil debetur:quod probat ibi,*ſicut*, argu.à contrario.quamuis prima fronte videretur hæc verba eſſe comparatiua, ſicque referri ad potiſsimum. Quod obſtaculum ego dilui in lege, minus.ſupra eodem.

Verbum amplius quid ſignificet.

¶ Secundum tacite per illam dictionem *quoque* infert, quod proprie etiam ſignificat eum,cui debetur,vt inferius explicabitur. Vnde ſi tibi promittam aureos decem, amplius quam illi debeam: ſi nihil ei debeam, ſtipulatio tamen ad decem valet. Et ſi tibi legauero amplius, quam Seio decem: ſi nihil Seio legauerim, decem tibi debebuntur. l. ſi ſeruus legatus.§.ſi ita ſcriptum. ff. de lega.1.l. amplius. rem ratam haberi. Et ſi legatarius promiſerit reſtituere,quod ſolutum fuerit amplius,quam per legem Falcidiam licuerit:ſi nihil ei licebat ſoluere,quia totum legatum erat exhauſtum ære alieno,totum legatum repetetur.l.1.§. hæc verba.ff.ſi cui pluſquam per legem Falcid.

¶ Tertium eſt ipſum argumentum à contrario. Sicut minus ſolutum dicitur,etiam cum nil ſolutum,& exactum fuerit.d.l.minus. Et quando comparatiuum debeat proprie poni, vel non,ibi docui,& in interpreta,l.vnic.in glo.melius. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt. quamobrem hic non repetam.

¶ Item ſi ſtatuto caueatur, quod iudex in quadruplum teneatur, ſi condemnauerit aliquem amplius debito: ſi in totum indebite condemnauerit, habebit locum pœna ſtatuti. Bar.in l.ſi ſeruus legatus.per iſtum tex.ff.de lega.1.

Hoc amplius, repetitionem inducit & confirmationem.

¶ Nota quod quando hæc dictio *amplius*, iuncta eſt cum pronomine demonſtratiuo, hoc amplius,tunc inducit repetitionem,non ſolum alterius perſonæ,ſed & rei: vt ſi fundum legauero Seio,hoc amplius tibi decem: & decem, & partem fundi habebis. l.ſi ſic. de lega.3. Etiam eiuſdem: vt ſi quis legauerit vxori ſuæ amplius quam dotem aureos decem, manifeſt

manifeſtum eſt dotẽ quoque legare eidem vxori voluiſſe. l. qui ita. ff. de dote prælega. l. mariti. §. hoc amplius. de adulter.

¶ Inducit etiam repetitionem, & confirmationem legatorum, antea inutiliter factorum. l. legata. ff. de lega. 1. vbi ſi inutiliter legatum factum ſit, & hoc amplius alteri, legatum primum vtile erit, quia confirmatum per illam clauſulam, *hoc amplius*. inde cautelam tradit Cepola cautel. 183. quod ſi teſtis inutiliter depoſuerit, reproduci debet, qui dicet, Depono vt alias depoſui ſuper tali negotio: & tunc prima depoſitio confirmabitur, & valebit. per ſecundam. incipit illa cautel. auream, &c.

¶ Item repetit ſubſtantiam & qualitatem primi legati: nempe ſi legauero Titio domum, ſi fuerit effectus doctor, & hoc amplius pratum: intelligetur ſub eadem conditione. l. ſi tibi pure. vbi no. ff. de lega. 3. & l. vlt. de reb. dub. Et repetit tam debitum, quam vſuram. l. nome n. in princip. ff. de lega. 3. l. 4. in fi. de rei vindic. Soci. in l. plures. de reb. dub.

¶ Addit etiam, vt hoc amplius dico. l. ſi vero non remunerandi. §. ſi quis mandauerit. ff. manda. quaſi pluſquam expreſſerim dico. l. ab emptione. de pact. l. 1. §. hoc amplius. ff. de ædilit. edict. l. 1. de tigno iniuncto. l. 1. in fi. de confirma. tutor. l. qua ratione. §. item. de acquir. rerum domi. Quod ex ſubiecta materia debet intelligi. l. qui abſenti. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. non ſolum. §. item hic. ff. de vſucapio. l. à diuo Pio. §. penul. de re iudica. Alias ſi materia diſcreparet, aliter foret dicendum.

¶ Pro etiam capitur, in l. 3. §. ſed & ſi quis vſumfructum. ff. de itinere actuque priua. ibi, hoc amplius & is. facit l. 1. §. deinde. verſic. hoc amplius. de cloac. l. ſi fine. rem ratam haberi. l. inter omnes. §. hæc actio. de furtis.

Arbitrio boni viri hæ dictiones relinquuntur, vel à partibus ſunt declarandæ.

¶ In ſumma tenendum eſt, quod iſtæ dictiones, parum, plus, minus, amplius, vltra, citra, & ſimiles à lege poſitæ, arbitrio boni viri committuntur. glo. in c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in 6. Si vero ponantur à partibus, debent ab ipſis declarari. c. literæ. de dilatio. & c. cum inter. de verbor. ſignifica. & per Lucam de Penna in lege 2. col. 2. C. de fund. patrimonial. libro 11.

Amplius tempus reſpicit.

¶ Nonnunquam amplius refertur ad tempus, & tunc ſignificat diutius, vt quinquennio vel amplius. l. diuortio. §. quod in anno. ff. ſolut. matrimo. vbi glo. dicit, aliquando eſſe aduerbium quantitatis, vt ſi dicatur, decem aureos & amplius. l. 1. vi bonor. raptor.

¶ Quandoque amplius, id eſt melius, exponit glo. in proœm. ff. in princip. ibi, quis amplius, quam vos cognoſcit.

Pro vltra vel vlterius.

¶ Etiam ſignificat vltra, vel vlterius. in l. 4. §. lege Iulia. ibi, amplius quarta parte, quam debet, punitur. ff. ad legem Iuliam pecula. l. 1. §. qui quæſtionem. de quæſtio. l. magiſtratus. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen. & in l. cum amplius ſolutum eſt, quam debeatur. de regul. iur. Et amplius quam ſemel. in l. oratione. de feriis. l. 3. quod cuiuſque vniuerſita. nom. ibi, aut amplius, quam duę l. liberto. §. 1. de negot. geſt. l. legem. C. loca. facit l. ſi quãdo. C. de teſtib. l. traditio. ff. de acquir. rerum domi. l. 4. de acquir. poſſeſſ. l. ait prętor. in princip. quę in fraud. cred. l. ſi plures. de vi & vi arma. l. 3. §. plane. quod vi aut clam. l. 3. §. ſi tamen. ibi, amplius quam ſemel. de liber. hom. exhiben. l. Iulia. de doli except. l. fin. §. 1. ibidem. l. qui ſeruum. §. 1. de actio. & obliga. l. qui bis. de verbor. obliga. l. fi. de fideiuſſor. l. amplius. & l. procurator. 3. rem ratam haberi. l. interdum. 2. §. qui furem. ibi, amplius aliquid. de furtis. l. 1. ibi, non licet autem amplius, quam vnum collegium licitum habere. ff. de colleg. illicit.

¶ Hoc amplius, Pompo. ait, id eſt vltra prędicta, l. 2. §. 1. ff. de his qui not. infam. l. filiusfamil. ibi, hoc amplius Iulianus ſcribit. ff. de procurator. l. vel hereditas. ibidem. l. & poſt edictum. ibi, amplius conueniendus eſt. de iudic. l. plenum. §. ſed pecoris. ibi, hoc amplius etiam modico lacte. ff. de vſu & habita. l. Neratius. in fi. ibi, hoc amplius condictione tenebitur. de ſeruo corrupto.

Amplius, id eſt plus.

¶ Amplius, id eſt plus, *dauantage, ou amplement*. l. penes te amplius eſt, quam apud te. ſupra eod. l. ſi quando. ibi, ſemipedem & amplius. ſi ſeruit. vindic. l. ſi cum fundum. ibi, amplius eo pręſtabitur nihil. & l. cum in teſtamento. infra eod.

¶ Amplius, id eſt deinceps, decetero, l. ſi cui. ibi, amplius mutandæ eius (ſcilicet viæ electæ) poteſtatem haberet. ff. de ſeruitu.

¶ Et eo amplius. l. quidam Iberus. ff. de ſeruitu. vrbanor. prædior. l. qui occidit. §. 1. ibi, & ſi quid amplius ſit conſecuturus ab eo, vel ab initio in id quod amplius fit, quam in debito. ad legem Aquil.

Interdum diminutionem ſignificat.

¶ Interdum hoc amplius licet fere augeat, tamen aliquando ſignificat diminutionem. in l. Aurelius. §. teſtator. ff. de libera. leg. Et ſic verbũ hoc pro materiæ qualitate accipietur.

Econtrario, cõtra, per contrarium.

¶ *Econtrario*. Econtrario vel econtra ſignificat contrarietatem ordinis cum ſuis qualitatibus. glo. ordi. in l. duobus. §. fi. in verb. contra, id eſt econuerſo. ff. de iureiur. Dictiones vero contra, vel per contrarium contrarietatem effectus denotant, vt aſſerit Chriſtophor. Porcus in §. fi. Inſti. de ſenatuſconſul. Orficia. Quę differentia neſcio quomodo iure firmetur. Et quod potius Contra, & Econtrario ad idem tendãt, probatur in hac l. iuncta d. l. duobus.

duobus. in fi. & l. ſi mulieri. in fi. de vſufruc. accreſcend. l. nam ſatis. in princip. quemadmod. ſeruitu. amittant. l. frater. circa fi. de condict. indeb. in rub. ff. de ſeruis exportand. vel ſi mancipium ita venierit, vt manumittatur, vel econtra.

¶ De dictione Econtrario habetur in l. & ſeruorum. ff. de ſtatu hominum. l. ſi ſeruus communis. §. idem dicendum. de furtis. Sed in l. Stichum. §. quod vulgo. & §. quæſitum. ff. de ſolutio. contrariam deciſionem oſtendit. gl. & in l. ſi proprietas. in fi. de vſufructu accreſ.

¶ Dictio vero Per contrarium, contrarium effectum & deciſionem demonſtrat, vt l. inter. in fi. ff. de furt. l. relegatorum. §. dubitatum. de interdict. & relega. l. ſi procurator meus. §. per contrarium. de procurator. l. 1. de pœnis. l. ſi arborem. circa fi. de ſeruitu. vrbanor. prædior. l. ſicuti. §. Ariſto. ſi ſeruit. vindicet. Alias idem ſignificat, quod econtrario. in l. 1. in fi. ff. de verbor. obligat.

¶ De dictione Contra probatur in l. quod ait. in fi. ff. de adulter. & in l. Celſus. in princip. de arbitr. l. ſed & ſi reſtituatur. de iudic. l. illud. §. penul. de petit. heredita. l. eum qui. §. in hac actione. ibi, vel contra. de Publicia. l. adhuc. §. pen. ibi, contra autem nil aget. de vſufructu. l. qui vſumfructum. ibidem. l. quid tamen. §. ſed & ſi ſtagni. quib. mod. vſusfruct. amitta. l. 3. communia prædior. l. contra. de religioſ.

Contra reſpicit perſonam, locũ & materiam.

¶ Item hæc dictio eſt præpoſitio ſignificans Aduerſum, & interdum reſpicit perſonam, quandoque locum, alias materiam, vt inferius patebit: materiam, vt in l. quid tamen. §. 1. ibi, contra ſententiam. ff. de arbitr. l. 4. §. penul. ibi, contra placitum. de ſeruitu. l. quiſquis. ſupra eod. contra Macedonianum, l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. l. facere. infra eod. l. cum in teſtamento. ibidem. Perſonam reſpicit, in l. oſtentum. ſupra eod. & in l. Scæuola. infra eodem.

¶ Aliquando pro econtrario. l. ſi quis duas ædes habebat, alteras tradat, poteſt legem tra ditioni dicere, vt vel iſtæ, quæ non traduntur, ſeruæ ſint, vt his quæ traduntur, vel contra. ff. communia prædior. l. quiſquis. ſupra eod. l. malum. §. plumbum. infra eod.

¶ Contra aduerbialiter capitur pro ex oppoſito, è regione. Quæ amplius diſcutienda relinquo grammaticis.

IABOLENVS LIB. QVINTO EX PLAVTIO.

LEX OCTOGESIMATERTIA.

Proprie bona dici non poſſunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent.

¶ Non dicuntur proprie bona, quæ non habent commodum, quia non beant: vt dictum fuit in l. bonorum. ſupr. eod. vbi alia dixi. Ex quibus infertur ad vtilitates ſequentes: primo, bona dici non poſſe, quæ plus æris alieni habent, vel tributorum, quam ſint illorum reditus: quia onerant potius, quam beent: nec dicitur locupletior, qui ea habet. arg. l. pretia. ff. ad legem Falcid. Liberaretur tamen à ſatiſdatione, de qua in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdar. cogant. quia poſſeſſio rerum immobilium ſufficit. Idem quoque in eccleſia habente domos, vel alia bona, quæ plus incommodi, quam vtilitatis afferunt, forte quia maioribus egent reparationibus, tunc licebit prælato, vel rectori ea vendere. tex. in c. ſine exceptione. verſic. item domos. 11. q. 2. vbi dixi non requiri ſolemnitatem exactam, nec ibi poſitam, ſed deſcriptam in c. terrulas. ibidem.

Res quæ plus æris alieni, quã reditus habent, non dicuntur proprie bona.

Res eccleſiæ inutiles prælatus alienare poteſt.

¶ Secundo quod tutor res immobiles minoris ſine decreto poterit alienare, quando plus incommodi, quam cõmodi afferrent: ſecus ſi non afferrent incommodum, licet eſſent ſteriles. glo. & doct. in l. 2. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſd. facit l. ſi fundus. de rebus eor. Inſtar eccleſiæ, licet doct. velint hoc reprobare in d. l. 2. quia eccleſia nunquam efficitur maior, ſed minor: quamobrem volunt minorem interim non poſſe alienare, ſed eccleſiam ſic. Sed contra eos, ſi eccleſia quæ nunquam efficitur maior, poſſit alienare ſine ſolemnitate, non video, quin minor poſſit, etiam pro tantillo temporis, quia interim non debet ſubire damnum ex illis bonis, quæ plus afferunt incommodi, quam vtilitatis. Scripſi caſus in compend. aliena. rerum eccleſ. in quibus eccleſia ſine ſolemnitate alienat. Oportet tamen hoc conſtare per inſtrumentum, expreſſe ad hoc conſcriptum, vt de cauſæ cognitione decreti docet Iaſ. in l. nec quicquam. §. vbi. col. penul. ff. de offic. proconſul. & Ferrar. cautel. vlt. ſcripſi in concorda. in rub. de concluſ. Lateran. concil.

Tutor res minoris inutiles alienare poteſt.

¶ Tertio non imputatur tutori, ſi non fecerit inuentarium bonorum pupilli, ſi in eo conficiendo plus incommodi allatum fuiſſet pupillo, quam commodi: quippe damnum pupilli vitare tenetur, & commodum eius tueri. l. mediterraneę. C. de anno. & tribut. lib. 10. & ibi Bar. & doct. non tamen etiam hoc caſu tutor excuſaretur, niſi deſcriptionem aliquam bonorum coram vno notario & teſtibus fecerit. arg. l. ſi. C. arbitr. tutel. & l. defenſionis facultas. de iure fiſci. lib. 10. quippe tantum ſolemnis confectio, & onerоſa prohibita videtur, non etiam vtilis. arg. l. ſi ſeruus vetitus. ff. de lega. 1.

Inuentarium quando tutor non conficit, deſcriptionem bonorum facere tenetur.

¶ Quarto

Tutor quando ædificium ruës reficere non teneatur.

¶ Quarto etiam per illum tex.d.l. mediterraneæ.non adscribitur vitio tutori, qui ruens ædificium non reficit,si plus incommodi quam commodi attulisset eo refecto.plus autem incommodi dicitur afferre,quando plus in sartis tectis exponeretur,quam ex pensione domus pupillus percipere posset. l. sed an vltro. §. 1. ff. de negot. gest. nempe iustum pretium fundi esse dicunt, quando tanti venditus est, quantum consequi potest ex redditibus per viginti annos.per tex.in §.si vero alicuius.in authen. de non alienand.reb.eccles.colla.2.& Ias.in l.si fundum per fideicommissum.ff.de lega.1. Sed hodie non sic æstimantur.

Tutor quando debitum pupillo exigere non teneatur.

¶ Quinto si tutor non exegit debitum à quodam procuratore calumnioso instar vulpis annosæ, non tenetur, si plus in expensis litis exposuisset, quam debitum esset. Bar. & Rebuff.in d.l. mediterraneæ. vbi alia huic rei accommoda videri possunt.

¶ Sexto colligitur ex hoc tex.proprie verba esse accipienda,& intelligenda:probat etiam l.notionem.§.instrumentorum. & l.ferri. & lex, plebs.§.pignus. infra eodem. Quod non procedit in decem & octo casibus, quos congerit Aurel. Dauid in suo tract. de verbor.significa.c.7.Alia de hoc verbo scripsi in l.interdum.supra eod.

Phrases Iurisconsul. in dictione plus.

¶ Notanda est phrasis super hoc verb. *plus*, potissime in l. plus est in restitutione, quam in exhibitione.id est plus continet restitutio, & complectitur, quam exhibitio. Et plus, significat idem fere,quod maius,hic. Vnde dicimus,nõ tenebitur in id,quod plus est.l.quamuis.in fi.ff.de consti.pecun.facit l.1.in fi.eo. Et dicimus,plus debito.lege, cum de indebito. circa fi. ff.de proba. l.penul. §. si quis ius. de iuris & fact. ignoran. plus fuit. l. in æstimationibus.ff.de petitio.hereditа.plus faciat. lege, item quamuis. communi diuid. Plus est in re,quam in æstimatione. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti ignoran. & in lege,si pater.§.quotiens.de manumiss.vindicta.Et Imperator alibi dicit,plus esse in veritate,quam in opinione, in §.si quis rem. de lega. in Insti.vbi alia iura citantur. Plus minusve, id est circa.l.Publia.in fin.ff.depositi. Plusquam annum.in l.interdum.ff.de minor.Alia de hoc verbo videte in l.hæc adiectio.in fi.infra eod.

Plusculum.

¶ Plusculum dubitationis ea res habet, in l. nam satis. §. sed si is fundus.ff.quemadmod. seruit.amittant.& l.1.C.de malefic. & mathem.

Commodũ & incommodum.

¶ Septimo commodum hic pro vtili accipitur, seu pro vtilitate, incommodum pro damno,idem in l.pupillus.§. munus publicum. infra eod. & l. inter litigantes. ff. de iudic. l.reipublicæ. ff.ex quib. caus. maior. l. in de Neratius. §.in summa omnia commoda. ff. ad legem Aquil.l.item.familiæ erciscundæ.& ita frequentius in iure sumitur.lege,secundum. ff.de regul.iuris.

¶ Capitur etiam commodum pro opportuno, conuenienti, apto, quod est sine detrimẽto.l.Nepos Proculo. infra eod.l.si cui.ff.de seruitu. plenius probatur in l.2.§.si vsumfructum.cum §.seq.de religios.& sumptib.funer. vbi primo dicit opportune,postea cõmode.

Commodare. Commodatum.

¶ Inde commodo, id est commoditatem affero, præbeo. Commodare est etiam rei vsum ad certum tempus præbere. per totum titul. ff. commoda. Vnde commodatum dicitur alicuius rei ad aliquem vsum gratuita facta concessio. glo. in rub. de commoda. in decretal.& videte differentiam inter commodatum & precarium,in l.1.ff.de precar.& inter commodatum & vtendum datum,in l.1.ff.commoda.& differentiam inter commodatum & mutuum,in l.2.ff. si certum petat.

Commodius, & commodissime.

¶ Commodius,vtilius.l.mandasti.ff.de negot.gest.ibi,sed ego,quia per me commodius possem negotium conficere, emissem. l. sed & si restituatur. de iudic. Commodius est possidere,l.is qui destinauit.ff. de rei vindica. Commodior locus.in l.diui. ff.de religios. Commodissime.l.1.§.apud.ff.depos.

PAVL. LIB. SECVNDO AD VITELLIVM.

LEX OCTOGESIMAQVARTA.

Filij appellatione omnes liberos intelligimus.

¶ Omnes liberos filij nomine accipimus, siue sint masculi, siue fœminæ: siue maiores, siue minores: & siue naturales tantum, siue legitimi: siue emancipati,siue sui iuris. nempe qui totũ dicit,nihil excludit.l.à procuratore. C. manda.& sic vult Paul. huius l. conditor demonstrare, filiorum appellatione omnes natos ab eodem significari.

Filiorum appellatione an spurij contineãtur, & nepotes.

¶ Non procedit in spuriis, qui appellatione filiorum non continentur. Alber. in 1.parte statu.q.61.glo.& doct.in c.in præsentia. de probatio. videte Barba. consil.66.col.8.in 2.vol. Soci.consil.73.col.5.in 4.vol.Dec.consil.545. col.2.

¶ Nisi cum adiuncto,spurij filij.in l.si suspecta.in princip.ibi, de inofficioso testamento matris spurij quoque filij dicere possunt.ff. de inofficios.testam.

¶ Sed an nepotes contineantur?hic dicit omnes liberos, non autem nepotes, licet ex vi dictionis liberorum,contineantur nepotes.l.liberorum.& l.iusta.infr.eo.vbi dicentur alia.

Marcellus

MARCELLVS LIBRO PRIMO DIGESTORVM.

LEX OCTOGESIMAQVINTA.

Neratius Priscus tres facere collegiũ existimat: & hoc magis sequendũ est.

Collegium quid & vnde.

¶ Prælatus vel alius grauatus est fundare collegium,tenetur ad minimum tres collegiatos adhibere (quos hic bursarios dicunt,quod de vna bursa pecuniam recipiant) quia tres facere collegium hic Neratius ait. Collegium autem est congregatio & societas proprie collegarum quorumcunque,etiam fabrorum,à colligendo dicta,quod plures in eo colligantur,& habitent.glo.singular.in rub.ff.de colleg.illicit.secundum Barba.consil. 17. præclare.col.4. in 1. vol. est tamen altera, in l. 1. quod cuiusque vniuersita. no. vel quia multos homines in vnum colligit,& pari lege constringit.Bal.in c.3. col. 1. de officio ordinar. glo. in c.1.in princip.de vsur.in 6.allego tex.in l.semper.§.quibusdam. ff.de iure immunita. vbi sic dicitur:Quibusdam collegiis vel corporibus,quibus artificij sui causa ius coeundi lege permissum est,immunitas tribuitur,scilicet eis collegiis,vel corporibus,in quibus artificij sui causa vnusquisque assumitur,vt fabrorum corpus est,& si quam eandem rationem originis habent. Tamen potest dici collegium, licet non simul habitent, dum ab initio fuerit ordinatum esse collegium:vt collegium doctorum,& canonicorum secularium,qui licet non simul habitent, nihilominus dicitur collegium, teste Barba. in d. consil. 17. & Roma.consil.436.quod indultum.col.1.licet nil habere debeant bursarij seu collegiati extrà collegium remanentes: societasque dicitur,etiam cum diuisim habitant. Corpus vero genus est,vt scribit glo.in l.1.§.à municipibus.ff. de bonorum possessio. & in l. certum. §.n.de confessis.Siue simul habitent, siue non.Ias. in l.1. §. si autem collegium. col. 1. ff. ad Trebel: Ita doctores faciunt vnum corpus, secundum Barba. vbi supra. Episcopus etiam cum capitulo constituit vnum corpus.c.nouit. de his quæ fiunt à prela.Quod corpus potest confici ex duobus,vel tribus, dummodo sint ibi collegialiter. no. in c. 1. de electio. & corpus mensurarum frumenti iuxta annonam vrbis habet vacationem.l. his honoribus. §.1.ff.de vaca.muner. Et secundum Bal. in rub. C. pro socio. col. 1. collegium est collectio plurium inter se distantium,vno nomine nuncupatum: vel est collectio plurium corporum rationabilium, constituens vnum corpus repræsentatum, vt scribit de Ripa in lib. responsor.de rescrip.c.10.& si vnionis.col.2. Et quamuis quidam dicant corpora esse artificum viliorum, collegia vero insigniorum artificiorum, hoc tamen iure non probatur, sed contrarium,in l.1.ff.quod cuiusque vniuersi.no.

Habitare simul an teneantur collegæ.

Corpus quid.

Collegiũ quid sit,& an differat à corpore.

Congregatio.

¶ Duo etiam faciunt cõgregationem.c.1.& c.congregationem. de electio. & Matth.18.c. vbi fuerint duo,vel tres congregati in nomine meo,&c.Ioan. Franciscus tract. de offic. & potesta. capit.fede vacan. in prælud. quæstion. 5. & Alber. hic. Quod facit ad intellectum ordinationis Regiæ prohibentis artificibus, ne quam congregationem habeant, vt duorum etiam congregatio censeatur prohibita.quæ est in rubr. *des maistres des mestiers,& des monopoles prohibez*.

Distinctio de actu.

¶ Regulariter si affirmatiue loquatur actus, intelligitur de pluribus: si negatiue, etiam duo sufficiunt.

Reliqui.

¶ Et verbum Reliqui,tres ad minimum denotat.tex.in authen.vt determina.sit numer. clericor.in princip.colla.1.aut saltem duos.c.fi.§. 1. de offic. delega. sed hoc ibi exprimitur: alioqui posset plures alios denotare, vt dicetur in l. potest.infra eod. Tres etiam faciunt

Concilium.

cõcilium. glo. in c. 1. 15. q. 7. & hoc intelligite ad minimum: quod si plures sint, dicetur etiam congregatio,vel collegium, vt prædictum extitit.

Plebem quot faciant,seu turbam.

¶ Decem vero faciunt plebem, vel populum, siue turbam.l.prætor.2.§.1.ff.vi bonor. raptor.& ibi Bar. Quod facit ad consuetudines, & alios actus, qui probari debent per turbam,& vnus pro omnibus respondet:teste Ioan. Fabro in l.2.in 5.q.C.quæ sit longa consuetud.& Boer.in §.2.de consue.matrimo.in consue.Bitur.scripsi in 3.tomo consti.Regiar. tract.de consuetud.

Gentis nomine quot contineãtur.

Ita decem faciunt gentem: quandoquidem nomen gentis significat turbam,vt vtriusque vocabuli eadem sit ratio,teste Bal.in l.1.in fi.de iustit. & iure.ff. vbi dicit quatuor modis capi. Sed etiam quatuor vel quinq; facere gentem firmat Bar.in d.l.prætor. quod facit ad prohibitionem,ne quis habeat coadunare gentem,secundum eum.

Gregis nomine quot veniant. Armentum.

¶ Quinque porci faciunt gregem,decem oues etiam.l.oues.ff.de abigeis.grex tamen est proprie de minutis, armentum de grandioribus animalibus.per tex.in l.1.ff.de abigeis.ibi, equos de armentis,vel oues de gregibus.l.boues.infra eod.

Duo ad conseruationem collegij sufficiunt.

¶ Intelligite tres facere collegium seculare: sed duo sufficiunt ad faciendum collegium ecclesiasticum seculariũ clericorum, siue conuentum religiosorum, cum multo minor sit numerus clericorum.glo.in c.1.10.q.1.Panor.in c. 1. de elect. Francis. vbi supra. Quod reprobat Barba.consil.17.præclare.col.2.in 1.vol. dicens tam de iure canonico ad construendum collegium,& sic ecclesiam collegiatã, quam de iure ciuili, tres ad minus ab initio requiri, per istum text.sed duo postea ad eius conseruationem sufficiunt. Et hoc est verius: quia iura in hoc personarum non adhibent differentiam, sed generaliter loquuntur. Et

ius collegij etiam in vno resident, vt dicetur.

Monasteria & conuentus an collegij nomine contineantur. Illicita collegia prohibentur.

¶ Et sic appellatione collegij veniunt etiam monasteria, & conuentus religiosorum.c. ea noscitur. de his quæ fiunt à præla. Quod est verum, quando procedit eadem ratio in vtrisque,vt inferius dicetur.

¶ Item iure prohibentur collegia illicita,& ne simul homines congregentur,nisi religionis causa.Et ne sodalitia collegia, id est comessationes & conuiuia socialia patiantur iudices esse,vt quidam illum tex.intelligunt:intelligite tamen, vt ibi scripsi. Sodales enim dicuntur,quod simul in vna mensa sedeant,edantque, vt docet diuus Augusti. de ciuita.dei, Catellia.Cotta in 2.parte memoral.in verb.collega.per tex.in l.fi.ff.de colleg. illicit.vel homines coire possunt causa artificij.l.semper. §. quibusdam.de iure immunita.inter quæ genera societatum prohibet lex,ne monopolia fiant.l. 1. C.de monopol. Et curia Franciæ non permittit homines congregari, etiam ad constituendum procuratorem, aut eligendum consules,sine superioris authoritate.Ioan.Fab.in §.vniuersitatis.Insti.de rerum diuis. & Guido Pape q.106.omnes villæ, &c. Chassan.in §.6.rub. *des forestz.* in consuetud. Burgund.Et hodie ordinatio Regia,quam superius adduxi,hoc prohibet expressim. Quod non procedit in vniuersitatibus doctorum,& scholarium,vt scripsi in priuileg.scholastic. priuileg.107.nec in Regiis ciuitatibus, quæ pro more sæpius congregari solent. Et hæc collegia superioris authoritate fieri debent.Archid.in c.ecclesia.de consecra.distinct.1. ideo postquam Princeps voluit esse collegium, ergo vt possit congregari. arg. l. 2. ff. de iurisd. omnium iudic.nam collegium est quoddam corpus, quod ex multis adinuicem collectis conficitur.Roma. consil. 436. Et loca collegialia,siue bursæ,quas sic vocant, vendi non possunt.Bened.in repet.c.Raynutius.in verb.duas.nu.59.de testam.quia sunt vtplurimum fundatæ super rebus spiritualibus,quę vendi non possunt.Et simonia in illis, sicut in aliis spiritualibus committitur: vt habetur in toto titul. de simonia. Valebit tamen statutum de iure ciuili,vt collegiatus pro introitu soluat prandium,vel aliud.l.his verbis.§.alumno, ff.de lega.3.Alber.in 1. parte statutor.q. 66. Quod secus dicunt de iure canonico, in extrauag.1.de simo.Ioan.22.videte quæ scripsi in tit.de reseruatio.§.fi. versic.quinto. in concorda.vbi adduxi arestum hoc approbans in ecclesia Andegauen.

Congregari homines in Francia prohibẽtur.

Collegia authoritate superioris fieri debẽt.

Loca collegialia, seu bursæ vendi non possunt.

Pro ingressu collegij an quid quam solui debeat.

Ius collegij in vno residet.

¶ Ius autem collegij in vno residere potest. l. sicut. §. in decurionibus. ff. quod cuiusque vniuersita.nom. Et hoc quando spes est, quod alij subrogabuntur in locum demortui,vel demortuorũ:alioqui contra.Gaspar Valacius.in repet.l.imperium.col.22.in fi. ff.de iurisd.omnium iudic.per l.si grege.ibi, quamuis grex decessisset.ff.de lega.1.Et dicitur esse spes, quandiu collegium authoritate iuris non est destructũ, quamuis de facto sit occupatum.per no.in l.id quod apud hostes.de leg.1.Qui solus igitur potest à superiore petere,vt ecclesiæ prouideatur.gl.in c.gratum.de offic.delega. Bal.in l.fi.ff.de negot.gest. Et ad petitionem istius superior ordinabit ecclesiam.Archid.in c.Nicæna.32.distinct. facit quod no. Bal.in l.non ambigitur.ff.de legib.glo.& doct.in c.bonę.2.de electio.licet non possit eligere seipsum.c.per nostras.de iure patro. c.fi. de institu.

Solus an eligere possit. Soli nominationes insinuantur, & mandata.

¶ Idem dico, si visis nominationibus vel mandato discedant omnes canonici de capitulo, vt solus remanens possit eligere. doct.in d. c.bonæ.quicquid dicat ibi glos. nec tunc seruari potest forma capituli,Quia propter.de elect.Sed & nominationes,& mandata possunt ei insinuari,cum ius collegij in illo resideat,& vt fraus vitetur.glo.& doct.in c.si capitulo.de concess. præb. in 6. scripsi abundantius in tract. nomina. q. 14. nu. 74. velut etiam vnus solus consul aliis defunctis regere debet ciuitatem. Archid. in c. si forte, 65. distinct. Atque grege legato vnum solum caput remanens peti potest.l.si grege. ff. de lega. 1. videte Corset.in singul.incipiente,collegium.& plura per Felin.in c.cum omnes.de consti.

Statuta non habent locum in his,qui sunt de sanguine fundatoris.

¶ An statuta collegiorum habeant locum in eo, qui est de familia & sanguine fundatoris,Bolog.consi.37.licet alias non procedere affirmet.sed rigor statutorum diminui debet, non omnino statuta tolli.adducit c.officij.de elect.

Socius, sodalis & comes.

¶ Præterea dicunt collegium proprie dici in officio. l. collegarum. infra eod. Alij volunt à colligatione societatis dictum socium in quæstu, vt ff. & C. pro socio, comitem in itinere,sodalem vero in mensa: vt scribit Lucas de Penna in l.1.C.de periculo nomi.lib.10. licet vnum pro alio capiatur frequentius.

¶ Quæ dicatur ecclesia collegiata, scripsi in §. volumus. in verb. collegiatis.de colla. in concorda. Et quod scholasticorum collegia fere omnium aliorum priuilegiis gaudeant, scripsi in priuileg.scholastico.166.

Locatio ab ecclesia vel collegio fieri non potest ante tẽpus primũ finitum,

¶ Item anno 1539. die 4. Decembris fuit per Senatum annullata datio in emphyteusim facta per capitulum Sancti Germani Altisiodoren. Parisien. eo quod multo ante primam per duos annos locationem vel emphyteusim finitam fecerant secundam: tum quod non poterant scire futurum rei valorem, qui pro tempore mutatur.l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. quamobrem in hoc ecclesia lædi poterat, tum quod non possunt conferre ad id tempus,quo non eis liceret,morte forsan,vel cessione:paria sunt enim facere tempore prohibito,vel conferre ad tempus prohibitum.l.quod sponsę. C.de don.ante nuptias.Adhæc quia

quia sic præiudicarent successoribus,& daretur materia delinquendi collegiatis,concedendo in fine temporis.Et ita fuit declaratus §. moribus.fi de feud. contentio sit inter dom. & agnatos vassal.quamuis enim loquatur tantum in ecclesiis,intelligite quoque in ecclesiis, & aliis piis locis,& ciuitatibus,ac corporibus,vt vniuersitatibus: quod est valde notãdum.

Collegia à quo primum inuenta.

¶ Et hæc collegia Romæ primum inuenta fuere à Rege Numa,vt docet Plutarch.in vita Numæ.declarat Ioan. Zas.in catalog.legum antiq. in legib.Clod.fol.23.& seq.

¶ *Existimat.* De hoc verbo,existimatione,& çstimatione,videte in l.hęc enumeratio.inf.eo.

¶ *Magis*, electiue ponitur hic, & in l. quia. ff. finium regundor. videte quæ scripsi in l. quibus.supra eod.

CELSVS LIBRO QVINTO DIGESTORVM.

LEX OCTOGESIMASEXTA.

Quid aliud sunt iura prædiorum, quam prædia qualiter se habentia, vt bonitas,salubritas,amplitudo?

¶ Dupliciter legitur iste tex.primo Alcia.legit hic,æqualiter:& est sensus, quod conductor,vel alius quiuis promittens restituere fundum cum suis iuribus,debet restituere illum eiusdem æqualitatis,cuius accepit,scilicet eiusdem bonitatis,salubritatis, & amplitudinis. Quapropter secundum eum legendum est,æqualiter, non autem qualiter:nam alias ratio sensus & recti sermonis non constaret.hæc ille. Minus vero constaret legendo, æqualiter:siquidem æqualitas in duobus consistit.l.fi.ff.de vsufru. referturq; ad prædicamentum quantitatis, non qualitatis, teste Aristotel. & idem secum pugnaret Alciatus, subiiciens exemplum qualitatis ad illud prædicamentum quantitatis:& maxime tex. restringere videtur ad vnum solum exemplum restitutionis.Quamobrem ego salua authoritate tanti viri, generaliter hunc tex. intelligerem, & facilitatis gratia fingam exemplum: primo in venditione,si vendam tibi fundum cum suis iuribus,*auec ses droictz*,intelligetur,vt sit bonus,& salubris,non pestilens,& sit amplus in formam fundi:quia si tantum vnum contineret pedem,non esset emptus,vt in l.si fundus.ff.de reb.eorum.& l. etiam. ff. de ædilit. edicto. & l. penul.illo titul. C.Et si vendam quicquid iuris in tali fundo habeo,intelligetur cum bonitate,salubritate,& amplitudine,in quibus est.l.Titius.2.ff.de actio.empti.

Alcia. intellectus improbatur.

Verus intellectus ad tex.

Vtilitates huius tex.

¶ Vnde si quis vendiderit fundum cum suis iuribus,& is reperiatur sterilis,vel pestilens, tenetur venditor redhibitoria.l.etiam.ff.de ædilitio edicto, secundũ distinctionem l. Iulia. ff.de actio.empti,& l.si in qualitate.& l.si fundo.l.si duorum.ibidem.quia debebat hoc venditor prædicere emptori.l.1.in fi.ff.de actio.empti.

¶ Idem in stipulatione,si fuerim stipulatus fundum cum suis iuribus,vt sic debeat intelligi.arg.l.vbi.ff.de verbor.obliga.

¶ Item soluto matrimonio res in dotem datæ,quæ pondere, numero, mensurave constant,non ipsæ redduntur, sed aliæ eiusdem generis & qualitatis. l. res in dotem. ff. de iure dotium.Et ideo dicit tex.*Quid aliud sunt iura prædiorum,quam prædia qualiter*,id est qualitatiue, dicit glo. *se habentia, vt bonitas, salubritas, amplitudo?* quæ sunt qualitates & iura prædij: ob id Iurisconsultus sic exponit,quasi iura prædiorum sint qualitates ipsorum.l.item. §. fi. ff. de vsufru.quam interpretationem docet tex.in l.qui fundum.ff.quemadmod. seruit.amittan. cuius verba sunt hæc:Qui fundum alienum bona fide emit,si itinere,quod ei fundo debetur,vsus est, retinetur ius itineris,idque etiam si precario, aut vi deiecto domino possidet. fundus enim qualiter se habens,si ita in suo habitu possessus est, ius eius non deperit, &c.

Intellectus ad l. qui fundum.

¶ Diuiditur autem qualitas in ἕξιν, hoc est habitum,affectum,& qualitatem. Habitus est qualitas vel animi,vel corporis,quæ consuetudine agendi paratur, quo facilius & certius aliquid agamus.arg.l.seruis.§.ornatricibus.ff.de lega.3.Vult ergo dicere tex.ille,quod fundus qualiter se habens,id est qualitatem habens,videlicet huius itineris,cum ita in suo habitu possessus est, id est cum illo vsu & consuetudine vtendi, ius non deperit, id est seruitus non amittitur.habitus enim est species qualitatis.

Qualitas quid sit, & quomodo diuidatur.

¶ Exemplum etiam fingi potest secundum Alciatum in restitutione,sicut dictum est superius:aut sic, quod finito vsufructu res eiusdem qualitatis restitui debeat. l. si tibi. 2. ff. de vsufructu earum rerum.l.2.si vsusfruct.peta.ideo cum vsusfructus constituitur,cauendum est,prout scribit Iurisconsul.in l. 1. §. recte. ff. vsufruct. quemadmod. caueat. vbi sic inquit: Recte autem facient & heres & legatarius,qualis res sit,cum frui incipit legatarius,si in testatum redegerint, vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit, vt postea reddi cum illo iure debeat,& æstimari.Quid aliud ergo sunt iura prædij,nisi qualitates ipsę,videlicet vt prędium eiusdem bonitatis,salubritatis, & amplitudinis reddatur, in qua erat antea?l.non solum.§. 1. ff.de noui oper. nuntia.probat Bar. in tract. de testib. in verb.qualitas.& in verb.aliq.quæ desumpsit ex Aristotel. facit tex.in in c.fi. 89.distinct. ibi, quia vero quęque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest. quamuis ibi glo.exponat contra tex.loquens de æqualitate.

Declaratio ad istum tex.

Areſtum, vt in proceſſu criminali ſtatus & qualitas carceratorum deſcribatur.

¶ Ita ordinauit ſenatus, quod iudices in proceſsibus criminalibus, nomina, ſtatum, & qualitatem delinquentium deſcribant, & carceratorum. die 6. Maij, anno 1508. Alias quoque fuit iudicatum, teſtamentum non valere factum coram preſbytero ſimplici, qui curatus, aut vicarius generalis non erat: quia illa qualitas habetur in c. cum eſſes. de teſtam. Et ſic remota qualitate, actus corruit. videte in rub. ff. de rerum diuiſ. & qualitate.

Retrahi fundus debet cum ſuis iuribus.

¶ Adhæc poteſt hic tex. intelligi in eo, qui debet reuendere fundum cum ſuis iuribus, vel in retrahente conſanguineo, vt cum eiſdem iuribus retrahere liceat. c. conſtitutus. de reſtit. in integr. Et in domino directo veniente iure prælationis, aut alias, vt ſic habere debeat cum ſuis iuribus. iura enim prædiorum ſunt qualitates eorum. lege fina. C. de iure emphyteut.

Cõductor cum ſuis iuribus reſtituere fundũ debet.

¶ Idem ſi locauerim tibi fundum ad nouem annos, & tu eum promiſeris reddere cum ſuis iuribus, vt ſolent notarij in Francia deſcribere, *Tel a promis ledict temps fini rendre ladicte poſſeſsion de terre aueques ſes droictz & appartenances.* Debet ergo reddere locum ſicut erat, non ſterilem, non ſaxoſum, ſed fimoſum, vt eidem tradidi.

Ius accipitur pro reddit.

¶ Limitate tamen in eo, cui permiſſum fuit ex iuribus prędiorum vendere, vt non poſſit vendere ſeruitutes, vel bona, ſed tantum fructus, aut redditus ex re perceptos: quia ius accipitur pro fructibus & bonis interdum, ſeu rebus, per l. peregre. ff. de acquir. poſſeſſ. Sic conſuluit Alexand. conſil. 15. Reuerendiſsime domine. col. 1. in 2. vol. in eo cui permiſſum erat, vt teſtari poſſet de bonis acquiſitis ex iuribus beneficiorum, vel acquirendis, vt poſsit teſtari de bonis acquiſitis ex fructibus & redditibus beneficiorum. nam ius multis ſumitur modis, vt per Lucam de Penna in rub. C. de iure fiſci, lib. 10. ſcripſi in l. verbis legis. inſt. eod. Et de multiplici iure Paul. de Citad. in 1. parte tract. iuriſpatro.

Iura dicuntur ſeruitutes.

¶ Iura etiam prędiorum vocantur ſeruitutes. l. creditori. ff. de oper. noui nuntia. l. 1. & l. hęc autem iura. de ſeruitu. vrbanor. prędior. l. & ſi forte. §. 1. vbi glo. ff. ſi ſeruit. vindicet. l. qui bona. §. 1. de damno infecto.

In iure confiteri.

¶ In iure interrogari, id eſt apud magiſtratus. l. voluit. ff. de interrogator. actio. Et in iure confiteri, idem. in l. vna. C. de confeſsis.

Bonitas quæ.

¶ Sciendum eſt, quę dicatur bonitas: reſpondet gloſ. bonitas prędij eſt fertilitas bonorum multorum, quando fundus eſt fertilis, fœcundus, & bonos affert fructus. Et bono melius inueniri dicit Iuriſconſul. in l. vbi autem. §. 1. ff. de verbor. obliga. Et de bonitate agri loquitur Iuriſconſul. in l. ſi partem. ff. de ſeruitu. ruſticor. prędior.

Salubritas in quibus conſiſtat.

¶ Secundo dicit glo. ſalubritas prędij eſt herbarum multarum: vt ſic velit dicere, ſalubritatem in multis herbis conſiſtere. quod non eſt verum: nempe ſalubritas dicitur ſanitas, per tex. in l. 1. ibi, curauit autem prętor, vt cloacę & purgentur, & reficiantur: quorum vtrunque ad ſalubritatem ciuitatum, & ad tutelam pertinet. Et non dicitur mihi reddere ſalubre prędium, qui reddit eum cum cloaca, cum ſtagno, quia non eſt ita ſanum & ſalubre, ſicut ſine iſtis: vel cum herbis peſtilentibus. nam peſtilens eſt, quod peſtem infert, oppoſitum ad ſalubritatem. De quo ſalubri intelligitur hic noſter tex. Et peſtilens dicitur, quaſi in palude ſemper conſiſtens. Columel. lib. 1. de re ruſtic. c. 5.

Peſtilens.

Duo in agro præcipue conſideranda.

¶ Vnde Porcius Cato cenſebat in emendo inſpiciendoque agro, præcipue duo eſſe conſideranda, ſalubritatem cœli, & vbertatem loci: quorum ſi alterum deeſſet, ac nihilominus quis vellet incolere, mente eſſe captum, atque eum ad agnatos, & gentiles deducendum: neminem enim ſanum debere facere ſumptus in cultura ſterilis ſoli, nec rurſus peſtilentis: quamuis feraciſsimo, pinguique agro dominum ad fructus peruenire. Poſt hæc duo principalia ſubiungebat, illa non minus intuenda, viam & aquam, & vicinum: refert idem Columel. de re ruſtic. lib. 1. c. 3. & Pallad. de re ruſtic. lib. 1. titul. 6. ſic ait: tria mala æque nocent. ſterilitas, morbus, & vicinus.

Amplitudo.

¶ Tertio dicit glo. vt amplitudo finium eſt qualitas prædij, ita iura; id eſt libertas, vel ſeruitus. Inſti. de reb. corpor. Quæ eſt qualitas eius, recte quæritur qualis eſt fundus, cum de ſeruitute, vel libertate certificari volumus. l. penul. ſupra, de euictio. hęc glo. in hac lege. melius facit l. Titius. 2. ff. de actio. empti. Etiam ſeruitus ita ampla debet eſſe in reſtitutione, ſicut erat antea.

¶ Ideo dicatis iura prædiorum eſſe, ſi prædium ſit bonum. id eſt non ſterile, ſed fœcundum, vel ſi ſit ſalubre, & in eo non ſit loci cœlique grauitas, ſed amœnitas, & ſuauitas. vnde ſi fundus ſit ſterilis, ſaxoſus, vel peſtilens, non dicitur bonus, nec ſalubris. l. ſi fundus. ff. de reb. eorum. quæ ſunt qualitates prædiorum.

Qualiter & qualis quomodo capiantur.

¶ Aliter accipitur dictio *qualiter*, in l. quæreret. infra eod. ibi, qui qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerunt. id eſt prout potuerunt.

¶ Aliquando interrogatiue pro quomodo: vt familiæ appellatio qualiter accipiatur, videamus. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod. l. ſi quis in pignore ff. de pignoratit. actio. & in rub. ff. de pignor. & hypothec. & qualiter ea contrahantur.

¶ Item dictio qualis eſt relatiua: vt qualis pater, talis filius, vt patet in ſymbolo Athanaſij. facit

facit l. ſi. ff. de vſufruct. ibi, tale eſt legatum quale, &c. l. heredes. §. non tantum. famil. ercis. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. nõ ſemper. de iureiur. l. in rebus. commoda. l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio. l. quod ſæpe. §. ſi res. de contrah. emptio.

Quale infinite ſumitur.

¶ Interdum infinite ſumitur: vt eſt in arbitrio petitoris, qualem computationem faciat. l. item veniunt. §. penul. ff. de petit. heredita. l. qualem autem ſententiam dicat arbiter, ad prætorem non pertinere. ff. de arbit. l. 2. ſi vſusfruct. peta. & l. 1. §. recte. vſufructuar. quemadmod. caueat. l. 1. de exercitor. l. cum venderes. ibi, qualis eſt, præſtandus eſt. de contrahend. emp. & l. ſi plus. in fin. ff. de euictio. ibi, qui nomen, quale fuit, vendidit duntaxat, vt ſit, non vt exigi etiam aliquid poſsit. Et dolum præſtare cogitur, &c. vulgus dicit quale eſt, *tel qu'il eſt.*

Incertum eſt, vbi non apparet, quid, quale, quantum.

¶ Et vbi non apparet, quid, quale, quantumque ſit, incertum eſſe dicendum eſt. l. vbi. in princip. ff. de verbor. obliga. Certum vero eſt, cuius ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut ſuo nomine, aut ea demonſtratione, quæ vice nominis fungitur, qualis, quantaque ſit, oſtenditur. lege, certum. ff. ſi certum peta. l. neceſſario. de pericul. rei venditæ.

¶ De verbo Qualitercunque dixi in l. penes. ſupra èod.

Qualiſcunque.

¶ Qualiſcunque, *quel qu'il ſoit.* l. 1. in ius voca. vt eant. ibi, qualemcunque accipi iubet. Declaratur qualiſcunque fideiuſſor, in l. 2. §. prætor. ff. qui ſatisdar. cogant. l. fi. §. ſeruorum. nautæ, caupo. In ſuis venia dignus eſt, ſi qualeſcunque ad inſtruendam nauim adhibuerit. l. 2. §. eſt autem. ad exhibend. ibi, qualicunque in re actione. l. vel quæ. de religioſ.

Qualis qualis.

¶ Qualis qualis, pro qualicunque. l. reſcriptum. §. 1. ff. de diſtract. pignor. ibi, quia ex contractu quali quali obligatione à debitore interpoſita. l. 2. §. damnum. ne quid in loco public. fiat. l. 1. §. plane ſi quis. de vi & vi arm. l. is qui heres. 1. de acquir. heredita.

Qualitas.

¶ Qualitas, in l. ſi vero. in fi. ff. qui ſatisdar. cogant. ibi, qui pro rei qualitate euidentiſsime locupletem, vel ſi dubitaretur approbatum fideiuſſorem iudicio ſiſtendi cauſa non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt. Et vſufructuarius non poteſt qualitatem ædium immutare. l. item. in fi. iuncta l. æquiſsimum. §. ſed neque. ff. de vſufructu. Si de qualitate iuramenti inter partes dubitatum fuerit, id eſt qualiter iurandum ſit, conceptio eius in arbitrio iudicantis eſt. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi de qualitate. ff. de iureiur. in l. quid tamen. de contrah. emptio.

¶ Qualitas adiuncta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. l. in delictis. §. 1. ff. de noxal.

Qualitas ſexus, negotij, &c.

¶ Qualitas ſexus. l. repetundarum. ff. de teſtib. Negotij qualitas. l. ob carmen. in fin. ff. de teſtib. l. in crimine. de adulter. Ex qualitate iniuriæ. lege, prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur.

Qualitas intrinſeca, & extrinſeca.

¶ Qualitas intrinſeca eſt rei naturam intimam reſpiciens: vt in homine qualitas eſt intrinſeca, cum qua homo naſcitur, nempe caſtus, ſobrius. c. ſi forte. vbi gloſ. de elect. in 6. quæ quidem in homine præſumitur. l. ſi vero. §. 1. ff. qui ſatisdar. cogant. niſi contrarium probetur. c. dudum. de præſumptio. c. fi. & ibi doct. eod.

¶ Extrinſeca vero qualitas eſt, quæ extra perſonam accedit: vt doctrina in homine, vel officium: quippe nemo doctus naſcitur, aut cum officio. Iſtam ergo qualitatem allegans eam probet, quia non præſumitur. clem. vna. de offic. delega. De qua duplici qualitate videte per doct. in l. cum quid. ff. ſi certum peta. Item de ſolemnitate intrinſeca & extrinſeca, in l. ſciendum. ff. de verbor. obliga.

MARCELLVS LIB. DVODECIMO DIGESTORVM.

LEX OCTOGESIMASEPTIMA.

Vt Alphenus ait, vrbs eſt Roma, quæ muro cingitur: Roma eſt etiam, quantum continentia ædificia eſſent. nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſuetudine quotidiana poſſe intelligi, cum diceremus Romam nos ire, etiam ſi extra vrbem habitaremus.

¶ Alphenus hoc loco declarat diſcrimen inter Romam, & vrbem. vrbem autem dicit eſſe Romam, quæ muro circundatur: Romam vero, quatenus ædificia contigua protenduntur, nec finitur muris. quod poteſt ex conſuetudine quotidiana intelligi: nempe nos Romam ire dicimur, quamuis extra vrbem habitemus, prout explicaui in l. 2. ſupra eod. & in l. ædificia. & l. qui in continentibus. infra eod. Ita quoque iure canonico appellatione vrbis, venit Roma. c. ſignificauit. vbi glo. de pœniten. & remiſsio. Tamen Iuriſconſultus ad vberiorem elucidationem dicit interdum, vrbs Romana, in l. de quibus. ff. de legib. vel vrbs Roma, in l. nam quod liquidæ. §. ſi ita. de penu lega. aliquando Romæ, in l. ſi quis dicat. ff. de manumiſsio. Alia tractaui in d. l. 2. ſupra, quæ videri poterunt.

Cingere arbores.

¶ *Cingitur*, pro circundatur, circuitur muro. Cingere arbores est illas deglabrare, id est corticem eximere. lege, cædere. ff. arborum furtim cæsarum. & hoc prohibetur colono. l. in lege. locati.

Cingulū eiusque depositio, & præscriptio.

¶ Cingulum accipitur sæpius pro dignitate & administratione. l. 3. C. de domestic. & protect. lib. 12. vbi Lucas de Penna. l. 2. vt digni. ordo seruet. & pro titulo dignitatis exponit glo. in l. fi. C. de præpos. sacri cubicul. ibidem. Deponere cingulum. l. fi. vbi de ratioci. agi opor. Et sine cinguli præscriptione, id est non habita dignitatis, vel militiæ ratione, hoc est, non poterit quis excipere de cingulo, id est dignitate, vel militia. l. fin. C. de apparito. magistro. milit. lib. 12.

¶ Colligi potest ex hoc tex. sufficere authoritatem Iurisconsul. adducere, vt Alphenus ait. Quorum etiam Iurisconsultorum eo peruenit authoritas, vt à Principibus eorum approbata responsa vim legum optimarum penes nos obtineant. l. de quibus. ff. de legib. Et an & quomodo iura sint alleganda, abunde scripsi in proœm. concordator. Franciæ, in verb. iura citare. non repetam hic. Et sic valet argumentum ab authoritate. Est autem

Authoritas Iurisconsul. necessaria, non interpret.

authoritas iudicium sapientis in sua arte: vt si dicamus Iurisconsultum ita dixisse: igitur ita est. Siquidem vnicuique experto in sua arte credendum est. l. si chorus. ff. de lega. 3. l. septimo mense, ibi, testatur authoritas doctissimi Hippocratis. ff. de statu homi. Tamen interpretum iuris etsi probabilis sit authoritas, non tamen necessaria. l. 1. C. de legib. De qua authoritate ampliora videre licebit per Hergendorph. in sua dialectic. legal. & Petrum Gamma. & Cantiunculam in locis legalibus, ac Nicolaum Eueradum. Hodie Iurisconsultorum nostrorum non est maior authoritas, quam interpretum: nec Iurisconsulti proprie dici, sed interpretes possunt, quamuis omnes illud nomen sibi vsurpent.

Cōsuetudo quotidiana docet legis intellectū. Praxis verum legis intellectū docet.

¶ *Ex consuetudine quotidiana.* Colligite ex isto text. quotidianam consuetudinem docere legis intellectum, vel ordinationis. Optima enim legum interpres est consuetudo. l. si de interpretatione. ff. de legib. Et sic praxis verum docet intellectum: nempe si lex habeat plures intellectus, ille debet amplecti, qui in forensi iudicio recipitur. nam minime sunt mutanda, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. scripsi in nouo intellectu l. si debitori. ff. de iudic. & l. anniculus. 1. in princip. infra eod. sic ait: consuetudo loquendi id ita esse declarat. Et Protagoras dicere solebat, nec artem sine exercitio quicquam esse, nec exercitium sine arte. Vt non immerito vocetur practica vera intellectrix legum, à Bal. in c. 1. de feudo sine culpa non amittendo. in vsib. feudor. Et vera interpretatio sumitur à praxi, teste Bertrand. consil. 32. certum. in fi. vol. 2. ex noua editione. Et tunc leges sapiunt, cum habent practicam: & tunc fructus ex arbore colligitur, secundum Feli. in c. ex tenore. de testib. col. 1. Et virtus consistit in modo exercendi, vt docet

Leges sapiunt cum praxi. Lumen legum practica.

Angel. in tract. malefic. in glo. falsario. in versic. quæritur. Bar. in d. l. si quis. Et ipsa praxis dicitur lumen legum, in l. per hanc. in fi. ibi, pleniore subueniat veritatis lumine. C. de tempor. appella. vbi Salice. notat. Et apertius & perfectissime à quotidiano iudiciorum vsu res intelliguntur. Impera. in §. penul. Insti. de satisda. Et theorica sine practica parum valet, vt asserit Ioan. Andre. per illum tex. in c. post translationem. de renuntia. & Ioan. Euerard. in locis legalib. in argu. à contrario sensu. Per theoricam videmus, per practicam gustamus digestos rerum exitus: verbis vtor Angel. in consil. 110. col. 3. inquit etiam Bal. in c. nihil. col. vlt. de elect. quod lege non cauetur, in bona practica non habetur. ergo est valde

Experientia valde necessaria.

necessaria. c. vt constitueretur. 50. distinct. nempe *Vsus & ars docuit, quod sapit omnis homo.* Philosophus in princip. metaphys. Experientia ergo fecit artem, teste Specula. in titul. de libell. conceptio. in princip. & refert Hippol. in sua practic. in princ. & Cotta in 2. parte memorial. in verb. practica. Dec. in c. 1. nu. 22. de consti. Purpura. in rub. de assessor. q. 3. Demades etiam philosoph. interrogatus, quo præceptore fuisset vsus, tribunali, respondit: insinuans, quod in ipsis negotiis experientia quauis institutione sophistarum melior sit. Et iudicium nil aliud est, quam vsus earum, quæ apud aliquem sunt, actionum, seu defensionum. Vnde habitus similis est theoricæ, vsus verò practicæ, teste Bal. in c. cum ordinem. col. 2. de rescrip. Et vt summatim dicam, theorica est

Theorica est ensis sine rectore.

ensis sine rectore: & qui praxim ignorat, iura perfecte non intelligit: & pauci, qui vtrunq; fuerint consecuti: nec mirum, si multa superflua prodiderunt, quia Iurisperitus sine practica, multis inanibus & futilibus est refertus, quæ postea practica abigit. Beatus ergo, in quo ista duo concurrunt: & qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur cum hominibus, vel in lectionibus, vel interpretationibus suis. ita legi quandoque in Registro Consil. magistrum Ioannem Lartim fuisse repulsum ab officio Consiliarij, antequam vidisset praxim, anno 1442. die vltima Maij, & alios etiam plerosque reiectos.

¶ Limita in practica erronea, quæ non est seruanda. textus, & ibi Baldus & Purpuratus not. in l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. ibi, & ideo videntur errare magistratus, &c.

Celsus

CELSVS LIB. DECIMOOCTAVO DIGESTORVM.

LEX OCTOGESIMAOCTAVA.

Propemodum tantum quisque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius reficī potest. sic dicimus centum aureos habere, qui tantum in prædiis ceteris̄que similibus rebus habeat. Non idem est in fundo alieno legato, quamuis is fundus hereditaria pecunia comparari potest: neque quisquam eum, qui pecuniam numeratam habet, habere dicit, quicquid ex ea parari potest.

Declaratio ad tex.

¶ Duo hæc lex statuit: primum, vt is videatur tantum pecuniæ dimittere, vel habere, quantum ex bonis eius effici, seu colligi potest. ideoque centum aureos dicitur quis habere, cum habet bona, quæ centum æstimantur aureis. vsque ad versic. *non idem.* quia res pecunia æstimantur, l. si ita. 1. ff. de fideiussor. Secundum, non dicitur quis habere domum Iacobi, vel alia bona, licet pecuniam habeat, qua domus illa possit emi & comparari. Alioqui sequeretur, quod diues vsurarius posset dicere se habere castrū Regis, dum tantū pecuniæ haberet, quantum sufficeret ad castri æstimationē. quod est absurdum. Et Anton. Augusti. dicit in tex. legendum centies aureorum, non centum: & sic habetur in Pand. Flor. vt vidi & legi, & in idem recidit. facit l. Pedius. §. si non magnæ pecuniæ res fuerint, id est æstimationis. ff. de incend. rui. & naufrag. quod proderit ad sequentia.

Habens bona censetur pecuniam habere.

¶ Primo, si statuto caueatur, quod nisi quis habeat mille aureos, non admittatur ad ciuitatis munera, is recipietur, qui tantum habet in prædiis, aut domibus, vel aliis rebus, licet non in pecunia numerata. & hoc per istum tex. qui facit, vt contra debitorem centū aureorum possit fieri executio in bonis mobilibus, vel immobilibus: iuxta l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. scripsi in tract. de senten. executor. in 1. tomo commentariorum in constitution. Regias Gallic.

Legatum centum aureorum alicui factum, donec centum habeat in redditibus, non extinguitur, licet is habuerit bona.

¶ Dicit etiam Guiliel. de Cugno, non memini loci, quod si decem legentur alicui in singulos annos, don ec habuerit decem in redditibus: licet tantam pecuniam habeat, ex qua posset habere redditus decem, tamen non extinguetur legatum, quia non habet redditus, nec cogitur emere ex illa pecunia, vt absoluat debitorem. per istum tex. in fi. vbi qui habet pecuniam, non tamen habet fundum, nec redditus. Etiam in pecunia numerata non habet, qui bona habet, ob id iste text. dicit propemodum.

Propemodum, & aliæ phrases vrbanitatis.

¶ *Propemodum.* Phrasis est Iurisconsulti, tantum in effectu statuentis, ac si hoc certo affirmasset, dum dicit propemodum. l. penul. ibi, propemodum nullius momenti est stipulatio. ff. si quis cautio. l. qui hominem. §. si gener. de solutio. & l. si epistolam. §. 1. ibi, hæc enim pro pemodum publica, atque ipsius fluminis est insula. ff. de acquir. rerum domi. Ista tamen dictio non est in Pandec. Flor. sed lex incipit Tantum: licet in antiquis exemplaribus fuerit semper inuenta.

Prope est.

¶ Idem in dictione prope est. l. non omnes. §. à barbaris. ibi, & si bonus miles antea æstimatus fuerit, prope est, vt affirmationi eius credatur. ff. de re militar. l. 1. in fi. ibi, prope est, vt incidisse videatur. ad Turpilia. l. liber homo. 2. §. 1. de verbor. obliga. l. Stichum. §. si creditor. de solutio. l. tutor. §. denique. ad Velleia. ibi, prope est, vt sit intercessio. l. Iulia. §. si quis. ad exhib. l. in venditionibus. in fi. de contrah. emptio.

¶ Licet aliquando significet quasi. l. inficiando. ibi, licet prope furtum est. ff. de furtis. & l. quod ait. in fi. ibi, debet enim prope vno ictu & vno impetu vtrūque occidere. ff. de adulter.

Longum est.

¶ Ita cum Iurisconsultus negare vult cum aliqua vrbanitate, dicit Longum est. in l. non solum. §. & si curator. ff. de ritu nuptiar. ibi, vereor ne longum sit adoptionem mariti eius impediri, &c.

Vix.

¶ Idem in dictione vix, vt decidere videatur negatiue, prout dixi in l. interdum. supra eod. & l. alienationis. vel affirmatiue, pro materia. l. vix. ff. de iudic.

Difficile.

¶ Idem in dictione difficile, l. ædiles. 2. §. iumentorum. ibi, difficile est, vt contineatur. ff. de ædilit. edicto.

Tantum & quantum.

¶ *Tantum* & *quantum*, hic adiiciuntur relatiue, & in l. si non fuerint. §. 1. & l. si quis à socio. ff. pro socio. & quantitatem significant. Gallic. dicimus *autant.*

¶ Aliquando separatim ponuntur. in l. si filiusfamil. iudex litem suam faciat, in tantam quantitatem tenetur, quæ tunc in peculio fuit. ff. de iudic. l. quemadmodum. §. si nauis. 2. ad legem Aquil. l. quod si nuptura. de iure dotium.

¶ Interdum cum sola est hęc dictio tantum, taxatiua est, pro solum. Gallic. *seulement.* l. contractus. ff. de regul. iuris. Et non excludit casus similes, vt ibidem dicitur, & in l. ob ęs. C. de prędiis minor. Item hęc dictio non tollit ea, quę nobis de consuetudine competunt: vt si fiat statutum, quod Episcopus tantum cognoscat inter scholares, nō per hoc impedietur Rectoris iurisdictio, quę sibi de consuetudine competit: secus si à lege sibi daretur. Bar. in l. viros. per illum tex. C. de diuers. offic. lib. 12. probat Iaſ. in l. 1. col. 9. versic. secunda con

cluſio.ff.de offic. eius.& in l. 1. col. 3.ſi quis ius dicen. non obtemper. & in l. ſi mora. in 4. no.& l.ſi conſtante.in princ.in fi.glo.magnæ.ff.ſoluto matrimo,Dec.conſil.3. & pro tenui. refert Catel. Cotta in 2. parte memoral.in verb. tantum. Quod poteſt prodeſſe in hac patria propter conſuetudinem,an excludat perſonam heredis:vt ſi fecero pactum,vt tibi tantum reuendam, vel quod tantum liceat venditori reemere. Et excludi heredem Bar.profiterur,in l.ſi ſic ſtipulatus. 2. col.2. ff.de verbor. obliga.& in l. qui in futurum. ff. de pact.per tex.in l.non ſolum.§.tale pactum.ff.de libera.lega.& l.3.§.cum Titio.de adimend.lega.glo. in §.omnes.ſi de feud.fuerit controuerſ.inter dom.& agna.Bertrand.conſi.194.vidi caſum. in 2.dub.vol.1.ex antiq. editio.

Tantum an heredē excludat.

Non tantum. ¶ Aliquando iungitur dictioni negatiuæ, vt non tantum : & tunc ampliat ſequente dictione verum,vel etiam,vt in l.ſciendum.2.ff.de ædilit.edicto.ibi,non tantum mancipium, verum ceterarum quoque rerum.l.ob carmen.ibi,non tantum priuati,ſed etiam magiſtratus.ff.de teſtib.l.quoticns.§.non tantum.de pecu.Vnde ſi quis donet non tantum pratum, ſed etiam vineam,vtrunque videtur donatum.

Tantū reſpicit tempus, & rē. ¶ Interdum reſpicit tempus,vt cum tempori iungitur.l.fi.ff.communia prædior.ibi,tantum enim tempus eis remiſſum eſt, quo dare facere poſſunt. Tamen frequentius rem ſiue materiam:vt tantā partem habeat,quantā,&c.l.penul.ff. pro ſocio. & inferius patebit.

Tanti, quanti. ¶ Tanti & quanti iunguntur verbis denotantibus pretium:vt tanti condemnet.l.ſi quis putans.§.idem Iulia.ff.communi diuid.l.de eo.§.penul.ad exhib.l.ſi fundus.§. in vindicatione.de pignor.l.harum.ſi ſeruit.vindicet.Tanti res eſt,cum pluris eſt.id eſt, tanti eſtimatur,valet.l.cum furti.de in litem iurand.

¶ Tanti habuit re carere.l.item. §.poteſt. ff.de alienatione iudic.ibi, non tantum eius factum prætor improbat,qui tanti habuit re carere,ne propter eam ſæpius litigaret.id eſt tanti habuit non litigare, vt etiam re ipſa carere mallet. Iacob. Curt. lib.1. coniectural. c. 46. Tanti eſtimare.l.fi.ff.de triticar.l.qui inſulam.loca. Tanti vendi potuit.l. ſi pignore. in fi. ff.de pigno.l.non ſolum.§.1.de pecul.l.ſi quis fundum.de contrah.emptio.

Tanto magis. ¶ Tanto magis pro multo magis. l. de eo. §. ſi poſt iudicium. ff. ad exhibend. l. fi. de eo quod certo loco.

Tanto minus. ¶ Tanto minus pro multo minus. in l. fi. ff.ſi certum peta. facit l.ſi ita.vbi elucidabitur, infra eodem.

Tantundem. ¶ Tantundem, quaſi tantum idem, Gallic.*autant*.l.Lucius. 1.cum l.ſeq.ff.depoſ.& l.diligenter.ff.manda.l.ſicut.§.ſi debitor.quib.mod.pignus vel hypoth.ſoluit.l.2.de dona.

Tantulum,tantummodo. ¶ Interdum ad ius refertur. in l.ſi mandauero. 3. ff.manda. ibi, mandati mihi teneatis, & eadem actione.probat l.huius enim.ibi,tantundem dicetur.qui potior.in pignor. habeant.

¶ Tantulum.l. qui concubinam. §.1.ff. de lega.3. ibi, vxor mea tantulam partem habeat, quantulam vnus heres,&c. Tantummodo,videte in l.maiore.infra eod.

Relinquit pro dimittit. ¶ *Quiſque.* Fuit hæc dictio elucidata ſuperius,in l.creditor. ſupra eod.

¶ *Relinquit*, pro dimittit poteſt hic accipi,& in l.intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qui in vtero relictus eſt. & in l. quod ſi nolit. §. ſi peculium. ibi , dicendum eſt apud ipſum relinquendum.de ædilit. edicto.ff.l. qui fundum.de euictio.l.ſi rem. 2.in fi.ibidem.l.ſi mulieri.quib.mod.vſus fruct. amitta.

Relinquere pro legare. ¶ Relinquere pro legare.l.verbum erit.infra eod.& ſæpius in iure,vt in l.præfectus.ff.de ritu nuptiar.l.1.in princip.de vſufruct.accreſcend.vbi primo dicit legatus,poſtea relictus.l. & poſt litem.in fi.famil.erciſcund.

Reliquit heredem. ¶ Reliquit me heredem, vulgo ſolemus dicere, *m'a laiſſé heritier*, & quaſi conſtitutum dimiſit heredem. l. ſi vendideris. ibi , deinde Titius me heredem reliquerit. ff. de euictio.

Teſtamenta reſpicit verbum relinquere. Et vt plurimum hoc verbum relinquit,reſpicit teſtamenta & vltimam voluntatem,& non actus inter viuos. l.ſi cui.ibi,concedatur, vel relinquatur. ff. de ſeruitut.l. 1.in fi.ff.de tabul. exhibend.Alexand. conſil. 54. in caſu.col.2.in 7.vol.Bened.in c.Raynutius.in verb.in eodem.1. Ita dicimus relictum ſeruum liberum teſtamento eum, cui teſtamento libertas data eſt.l.quis ſit.§.idem Cælius.2. ff. de ædilit. edicto. Relinquuntur heredes locupletes donationibus.l.cum hic ſtatus,§.ſi ambo.ff.de dona.inter vir.& vxor.

Legata relicta. ¶ Legata relicta,id eſt facta,data,l. quæ iam nuptæ.ff. de donatio.inter vir.& vxor.ibi,nec quicquam refert,quod ampla legata ab vxore ei relicta ſint.

Relinquere pro curatores. ¶ Relinquere duos procuratores, pro dimittere, vulgo *laiſſer*: vtpote ſi quis alio proficiſcatur,relinquet pro eo procuratores. l. qui duos procuratores omnium rerum ſuarum reliquit.ff.de procurator.tantum relinquatur, quantum ſufficit habitantibus. l.binas.in fi. de ſeruitu.vrbanor.prædior.Labeo 40. volumina librorum reliquit. l. 2. §. poſt hunc maxime.de orig. iuris.

Relinquere plauſtrum, argentū. Relinquere conductionem. ¶ Reliquiſſet plauſtrum.l.ſi ex plagis.§. in cliuo.ff. ad legem Aquil. Reliquero argentum.lege,ſi vt certo.§.ſi de me.ff.commoda.l.apud.in fi.de præſcrip. verbis.

¶ Relinquere conductionē licet inquilino,vicino ędificante,ſi obſcurentur lumina domus,

mus,vel ſi oſtia feneſtraſve nimium corruptas locator non reſtituat.l.ſi merces.§.ſi vicino. ff.locati.id eſt dimittere,vel renuntiare conductioni, vt illi amplius non ſit adſtrictus.

Verbum relinquere quando denotet inſtitutionem, fideicōmiſſum, legatū. ¶ Interdum quoque ſecundum communem interpretum ſententiam verbum relinquo ſignificat inſtitutionem,etiam directam,ſi in teſtamento hoc fiat, & verbis aptis.l. diuus.de militat.teſtam.l.his verbis.vbi doct. ff.de heredib. inſtituend.l.quoniam. C. de teſtam. vbi doct.Soci.conſil.33,proſequendo.in 2.q.vol.1.

¶ Sed ſi in codicillis apponatur,denotat fideicommiſſum.Bal.in l.& in epiſtola. in fi. C. de fideicommiſſ.& Alexand.conſil.50.in cauſa.in 7.vol.

¶ Et ſi certæ rei vel quotæ adiungatur, legatum ſignificat, & non inſtitutionem, etiam in filiis.tex.in §.aliud quoque.in authen.vt cum de appella.cognoſc.colla.8.Bar. in l. cogi. in princip.ff.ad Trebellia. Alexand. in conſil.70. viſo.col.2.in 2.vol.doct.plene in c. Raynutius.de teſtam.& in c.ſi pater.illo tit.alibi fuſius cum operæpretium fuerit,tractabo,præcipue quoad filios.

Verbi reficere ſignificationes. ¶ *Refici*, hic pro effici accipiemus, vel elici, ſeu colligi. Reficere interdum ſignificat corruptum in priſtinum ſtatum reſtaurare.Et ſub hoc verbo Reficiendi,tegere,ſubſtruere, ſarcire,ædificare, item aduehere, apportareque ea, quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur.l.1.§.reficere.ff.de riuis.Et alibi reficere ſic accipit Iuriſconſul.ad priſtinam formam reducere, hoc eſt ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret.l.3.§.reficere. ff.de itinere actuque priua.vbi etiam ait,longe aliud eſt facere,aliud reficere.Reficere eſt fulcire vetus opus.l.1.§. ſi quis ædificium vetus fulciat. ff.de oper. noui nuntia. Et via quæ ex collatione priuatorum reficitur,non vtique priuata eſt.refectio enim idcirco de communi fit, quia vſum, vtilitatemque communem habet.l. 2.§. vicinales. ff.ne quid in loco public. Et cum inquilinus dominum reficere volentem prohibet,competere interdictum vti poſſidetis placuit, teſtariq; dominum non prohiberi,ne habitaret, ſed ne poſſideret.l.3.§.cum inquilinus. ff. vti poſſidetis. Et cura extruendi, vel reficiendi operis in ciuitate munus publicum eſt.l.cura.ff.de munerib. Et ad reficiendas vias quidam eligi ſolent.l.fi.§.irenarchæ. ibidem. Et prohibitus facere protectum ſupra viam publicam, vel aliud, non prohibetur reficere protectum iam poſitum. lege, domum.ff.de regul.iur. vbi pulchre Decius, & Iaſ. in lege , quominus. quæſtio. vlt. de fluminib. Et ſuper hoc vidi interdum magnam controuerſiam Pariſ.Et reficiens naues ex aliena materia,manet eiuſdem nauis dominus.l. Mutius. ff. de rei vindica. Fructuarius autem domum , in qua vſumfructum habet , reficere cogitur.l.vſufructu legato.in fi.& l.ſeq.ff.de vſufructu.vbi dicitur, modica refectio ad eum pertinet : ſi tamen fructuarius ſit paratus vſumfructum relinquere , non eſt cogendus domum reficere. in quibus caſibus vſufructuario hoc onus incumbit. l. cum fructuarius. ibid. Et an ad vſuarium ſpectet refectio, decidit Iuriſconſul. in l. ſi domus. ff. de vſu & habita. Et an refectio ſpectet ad eum, qui ſeruitutem debet , vel cui debetur, docet Iuriſconſul.in l.& ſi forte. §.etiam.ff.ſi ſeruit.vindicet.

Reficere protectum ſupra viā publicam licet.

Vſufructuarius an cogatur domum reficere.

¶ Tamen intelligite prohibitum ędificare de nouo,non prohiberi reficere,per prędicta, niſi ſcilicet ædificium eſſet omnino detructum : teſte Innocen. in rub. de conſecratio. eccleſ.vel altar.plene Iaſ.in l.ius autem.col.2. in fi.& ſeq.ff.de iuſti.& iure.Vnde Bar.in l.1.ff.de ritu nuptiar.docet,quod ſi reficiatur inſtrumentum amiſſum,requiritur præſentia vtriuſque partis,ſicut in noua confectione.ſequitur Feli.in c.conſuluit.col.1.de iudic.c.fi.illo.tit.

In inſtrumenti refectione partis præſentia requiritur.

¶ Alias reficere pro recreare,delectare: vt ſcripta Bar. mę refecerunt. refertur quoque ad cibum,potum, amœnitatem, & alia quibus poteſt quis inſtaurari:vt per rhetores , ad quos nunc vos reiicio, ſorte mea contentus.

Reficere pro re creare.

¶ *Non idem eſt in ſundo alieno legato.* Hic dicitur , quod quamuis habens bona , videatur habere pecuniam,tamen habens pecuniam,non propterea cenſetur rem habere, quia vendendo rem,pecuniam habebit:ſed licet pecuniam habeat,domum tamen, quam optat,habere non poterit , quia forſan dominus eam diſtrahere recuſabit. Quod primum in alieno fundo legato probatur.nam licet hic fundus poſsit comparari illa pecunia hereditaria,non tamen cenſetur teſtator eum fundum habuiſſe , vt inferius dicetur. nec enim is, qui pecuniam habet , cenſendus eſt habere quodcunque ea pecunia comparari poſſet. Alioqui dies,pecuniam ſolam habens,poſſet aſſerere ſe Ducem,Baronem,& Regem, dum pecuniæ his comparandis ſufficerent : quod hic reprobatur.

Legatum rei alienæ an valeat.

¶ Vnde ſi quiſquam fundum legauerit,qui eſt centum aureorum,an debeatur legatum, aut ſaltem centum aurei? tex.in l.cum alienam.C.de lega.dicit non deberi,ſi teſtator ignorans fundum alienum legauerit , niſi certis perſonis : ſecus ſi ſcienter , quia tunc æſtimatio ſaltem debebitur. Contrarium de iure canonico deciditur in c. filius.de teſtam. & ibi alias dixi,quia res non æſtimat pecuniam,ſed pecunia rem.l. ſi ita.ff.de fideiuſſor. Et omnes fere res in pecuniam redigi poſſunt: ideirco dicimus habere pecuniam , quam reficere poſſumus ex illa re. Et ideo cum quis legauit pecuniam , videlicet centum aureos., licet non eſſent in hereditate , valebit legatum , ſi hereditas ſoluendo ſit : quia ex venditione rerum

heredit

hereditariarum illam habere poterit, vel heres ex suis bonis, vel ex mutuo, vel aliunde. l. si pecuniam. ff. de lega. 2. Sed licet multam habeam pecuniam, rem tamen alterius habere forte non potero. Quod si quis vestem Regis Franciæ legaret, vel castrum Vincenarum iuxta Paris. vrbem, equidem licet is testator maximam haberet pecuniam numeratam, non tamen vestem, aut castrum habere dicetur: quia Rex nusquam ea venderet, & extra commercium hominum esse dicuntur, quæ sunt Principis vsibus destinata. l. apud Iulianum. de lega. 1.

Vsibus Principis destinata extra commercium hominũ sunt.

¶ Idem in fideiussione, vt valeat, si quis fideiubeat pro debitore equi ad decem aureos: secus si esset debitor decem aureorum, & alius fideiubeat pro equo, vel pro tritico. l. si ita fideiussorem. ff. de fideiussor. vbi Bar. & doct.

¶ Idem in restitutione concludit tex. in l. deducta. §. nummis. ff. ad Trebel.

¶ Sed dubium est, quomodo ineunda sit ratio, secundum Alciat. an ducto valore secundum communem æstimationem, vt in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. an secundum reditus, vt res tanti æstimetur, quantum viginti aureorum redditus conferunt. authen. perpetua. C. de Episcop. & cleric. melius facit tex. in §. si vero alicuius. in auth. de non alienand. reb. eccles. colla. 2. Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. ff. de lega. 1. An vero quanti vendi potest: quod verius videtur. responsi enim huius verba hoc indicant. l. mortis. 4. ff. de donatio. caus. mort. Ego vero putarem hic considerandam esse communem æstimationem, vt iste dicatur centum aureos habere, qui habet bona sic communiter, & ad talem summam æstimata. & non inspiciatur quantum vendi possint, quia hoc non est certum nunc: alioqui oporteret ea bona licitare, de quorum venditione nunquam fuit cogitatum. præterea nec agitur de venditione illorum bonorum, sed tantum de eorum æstimatione. & si venderet, iam non amplius diceretur habere in prædiis, vt hic dicit tex. faciens differentiam inter habere pecuniam ad manum, & habere in prædiis: & quia tantum communem loquendi modum exponit, vt i. glo. asserit. Veruntamen si quis leget libros, seu cursum iuris ciuilis, censebitur legata pecunia studioso ad emendum illos libros, si is qui legauit libros, non habebat, prout plene probaui in scholastico. priuileg. 138.

Cõmunis æstimatio considerãda.

¶ *Parari*, pro comparari: & tunc sic accipitur, quando verbum parari iungitur pecuniæ, vt hic, parari pecunia. Aliqui tamen in tex. habent parari, alij comparari, & melius vltimum: de quo scripsi in l. quæstio. infra eod.

Parare quo modo accipiatur.

¶ Parare, præparare. l. penul. infra eod. Inde parata, id est apparata. l. pratum quasi paratum ad fructum capiendum. & l. carbonum. l. instructam. l. pronuntiatio. in fi. l. in lege censoria. & l. malum. in fi. eod. tit.

Parata causa vxoris.

¶ Parata causa vxoris dicuntur illa, quæ sunt ei assignata. l. si quid. §. fi. ff. de lega. 3. & paratum dicitur pro subiecta materia, vt docui in interpretatione l. si debitori. ff. de iudic.

¶ Parare, acquirere, seu constituere. l. nemo potest heredi suo societatem sic parare, vt ipse heres socius sit. ff. pro socio. Alia nunc vobis non parabimus.

POMPONIVS LIBRO SEXTO AD SABINVM.

LEX OCTOGESIMANONA.

Boues magis armentorum, quam iumentorum generis appellantur.

§. Hoc sermone, DVM NVPTA ERIT, primæ nuptiæ significantur.

§. Inter edere & reddi rationes, multum interest: nec is, qui edere iussus sit, reliquum reddere debet. nam & argentarius edere rationem videtur, etiam si quod reliquum sit apud eum, non soluat.

Armentum.

¶ Hæc lex tres habet partes, prout tria dicta continet. in prima boues magis vocari armenta, quam iumenta scribit. Est enim armentum pecoris genus, quod armis idoneum sit, vt sunt equi & boues, teste Festo. nempe equis in bellum curritur, clypei vero boum coriis armantur. Quibus etiam Annibal in prima belli acie vtebatur, & maxime cum obsessus esset, nec alias liberari posset, faces cornibus boum adiunxit, & illos noctu in inimicorum exercitum vertit, qui territi pedem retulerunt, & Annibal boues secutus euasit: vt videre licet apud Liuium de bello Punico. Vel boues inter armenta computantur, quod ad arandum eligantur, quasi aramenta, sed postea tertia litera subtracta armenta dicta sunt. & proprie de magnis animalibus intelligitur: grex vero de minutis, teste Valla lib. 4. c. 42. Grex etiam cum adiuncto, vt grex equorum, potest interdum quoq; de animalibus magnis dici. l. fi. de militari veste. lib. 12. vbi Bar. & Rebuffus post glo. Et gregatim etiam boues pasci dicuntur, l. 2. ff. ad legem Aquil.

Annibalis astutia.

Grex ab armẽto differt.

Vtilitates legis.

¶ Vtilitates huius legis sunt, quod armento legato boues continentur, non greges ouium aut caprarum. Ouibus legatis, neque agnos, neq; arietes contineri ait Iurisconsultus Modestus. sed ouium grege legato, & arietes, & agnos deberi nemo dubitat, in l. seruis legatis. in fi. ff. de lega. 3. At ouibus legatis non continentur agni, quandiu agnorum loco sunt.

Ouibus legatis an agni debeãtur.

sunt. Quod ex vsu cuiusque loci sumendum est. nam in quibũsdam locis duium numero esse videntur, cum ad tonsuram venerint. l. legatis seruis. in fi. ibid. l. inter. ff. de seruit. rustic. prædior. quia fœmininum non continet masculinum, vt ibi, & scripsi in l. 1. supra eod.

Armentum boum.

¶ Aliquando tamen Iurisconsultus exprimit, quando de bobus vult intelligere, armentum boum. l. plenum. §. sed si boum. ff. de vsu fructu, vbi si relinquatur vsus armenti boum, omnem vsum habebit legatarius, & ad arandum, & cetera ad quæ boues apti sunt. Alibi dicitur, quod cura carnis spectat ad præfectum vrbis, & pecorum, & armentorum. l. 1. §. cura. ff. de offic. præfecti vrbis, vbi quædam scripsi.

Bouis nomine vacca continetur, & mirabilis mutatio.

¶ Item si de damno dato per bouem debeat fieri per statutum restitutio, eadem fieri debet, si per vaccam fiat: quia bouis appellatione venit vacca. l. si boues. ff. ad legem Aquil. Sed in foro Franciæ boario nulla inuenitur vacca, & apud cerdones non nisi vaccæ. est enim magna metamorphosis. Veniet etiam taurus sub bouis appellatione. Salice. in l. ædiles iumentorum. ff. de ædilit. edicto. Bubulcus vero est, siue qui bobus arat, siue qui fundi boues aratorios pascit. l. cum de lanionis. §. de bubulco. ff. de fundo instructo. vnde pulchre Cato de re rustica lib. 2. ait, quod apud veteres bouem occidere æque capitale crimen erat, sicut hominem, quod præcipuus sit homini in labore socius: sicut hodie in Francia occidere ceruum vel aprum, ex ordinatio. Regia capitale crimen est. Habetur in c. extirpandæ. in princip. de præb. Os bouis triturantis non alligabis. nos sumus boues triturantes, vos vultis alligare os nostrum, & de nostra tritura victum vobis quæritis. c. 1. §. item non alligabis. 13. q. 1. Et alibi dicitur, non arabis in boue simul & asino, id est homines diuersæ professionis in vno officio non sociabis. c. in nona. 16. q. 7. boues quippe recalcitrantes, subditos, & scholasticos significant, suis doctoribus non obedientes. cap. plerunque. §. hos etiam. 2. q. 7.

Taurus nomine bouis continetur.

Bubulcus.

Occidere bouẽ olim capitale, nunc ceruum.

¶ Armamenta vero dicuntur, quæ ad instruendum rem pertinent: vt in naui remi, vela, antennę, anchorę, & similia. l. Marcellus. §. 1. ff. de rei vind. Et nostri armamenta causę dicunt munimenta causę: vnde vocabulum corruptum habent practici, cum heres citatur ad resumendum, vel dimittendum arramenta causę. nempe dicendum foret armamenta causę: vel possunt dici rementa causę, id est remanentia, videlicet vt heres in eo statu causam suscipiat, in quo remanserat, id est ad repetendum reum, & causam. l. libellorum. ff. de accusationib. l. si quis. ad Turpillia. Et sic vulgo citari solet *à prendre ou delaisser les remens de la cause*, id est *les remanens*. Sed inscitia procuratorum fuit vocabulum (vt reor) immutatum, vt nunc vocent arramenta, *arremens*. Tamen heres non tenetur reassumere processum, post interruptionem, vt fuit in Senatu pronuntiatum anno 1537. die 4. Iunij. vide quę scripsi in procem. ordinatio. glo. 5. nu. 97.

Armamenta quæ sint.

Arramenta causæ corrupte dicitur.

Areſſum, vt poſt interruptionem remenꝛta cauſæ quis ſumere non teneatur.

¶ *Iumentorum.* Iumentorum appellatione continentur animalia, quę terram colunt, currus trahunt, vel sarcinas gerunt, vtpote equi, muli, asini, & mulę. Elephantes autem & cameli iumentorum operam præstant. l. 2. ff. ad legem Aqui. Vnde boues non continentur iumentorum appellatione: ob id pecoris habita fuit mentio in edicto ędilium, l. ędiles. 2. §. iumentorum. ff. de ędilit. edicto. & sic qui vendit bouem, vitium illius exprimere tenetur: alioqui edicto ædilium tenetur, quod loquitur de omni pecore, vt habetur in d. §. iumentorum. licet glo. hic contrarium teneat.

Iumentorum nomine quid veniat.

¶ Et ideo iumentis legatis boues non continentur, nec econtra. l. legatis seruis. §. fi. ff. de lega. 3. tamen equi, qui sunt cum iumentis, continentur: non quod fœmininum contineat masculinum, sed quia sic communis vsus vocat iumenta in patria nostra, licet aliqui sint equi, præterea quia ibi plura sunt iumenta, quam equi, ideo communi vsu loquendi, *iumenta* vocantur: qui vsus debet attendi. l. liberorum. §. quod tamen. ff. de lega. 3. etiam quia iumentorum appellatione de iure equi veniunt, vt dictum fuit, nisi contraria esset legantis voluntas, vel dispositio, vel diuersa ratio. l. si seruus. in fi. de lega. 1.

Iumentis legatis, equi cum iumentis cõſiſtentes debentur.

¶ Iumenta lege duodecim tabularum à iungendo dici arbitratur Gelius, quod currui, aratro ve iungantur: vel à iuuando, quod nostrum laborem, vel onera subuectando, vel arando iuuent. docet Columel. lib. 5. Et ipsius ex eruditorum vsu approbari sententiam ait Alcia. hic. Quod admiratur Florid. in lib. de iuris ciuilis interpretib. cur potius grammatici, quam legislatoris approbet sententiam: quippe sæpius eorum in iure fit mentio, vt l. ferri. infra eod. & in titul. de ædilit. edicto. quod his veteres magis, quam nos, vterentur: veluti quoque adhuc in territorio Montispessulani iumentis ad excutiendum frumentum vtuntur, & equis, ac mulis. quod forsan dictu mirum iis videbitur, qui non viderunt.

Iumenta vnde dicta.

¶ Pecoris appellatione continentur animalia, quæ gregatim pascuntur. Sues autem pecorum appellatione etiam continentur, quia & hi gregatim pascuntur. l. legatis. §. pecoribus. ff. de lega. 3. ideoque pecudibus legatis boues, & cetera iumenta continentur. l. seruis legatis. §. pecudibus. de lega. 3.

Pecoris appellatione quid cõtineatur.

§ *Hoc sermone*, DVM NVPTA ERIT, *primæ nuptiæ significantur.* Alciatus in hoc §. intelligit dictionem Dum pro donec, seu quandiu: quæ expositio non conuenit textui, quamuis

Intellectus tex. contra Alciat.

uis aliis in locis sic accipi posit. nam si testator Titiæ domum dum nupta erit donet, si intelligatur dum pro donec, non habebit domum donatam, quando maritus morietur: quod est contra ius, vt donatio inter viuos reuocetur sine causa. Idcp ego intelligerem, dum nupta erit, id est quum primum nupta erit. l. hæc conditio. 2. ff. de condi. & demonstra. & intelligetur de primis nuptiis: siquidem regulariter omnis actus intelligitur de primo, per hunc tex. & docet Bal. in l. fi. C. de doris promissio. & communiter iurium interpretes sic intelligunt. Quamobrem si secundo nubat, non debetur ei altera dos, nec ad secundas nuptias cautionem extendi oportet, siue in viro, siue in muliere loquamur. l. cum pater. §. pater certum. ff. de lega. 2. facit tex. in l. fi. de bonis authorita. iudic. possid. l. stipulatio. l. dotem. l. stipulationem. & l. licet. & l. dotis promissio. ff. de iure dotium. l. eum qui Calendis. de verbor. obliga. ne in infinitum trahatur. l. si finita. §. fi. de damno infecto. facit quod consuluit Anto. de Butrio consil. 70. quantum. Et sic loquitur iste text. in hominis dispositione, non legis, vt inferius in limitationibus dicetur.

Dispensatus ad duo intelligitur de primis.

¶ Secundo dispensatus ad duo beneficia, intelligitur de duobus primis. vnde si vnum loco alterius permutauerit, illud ratione dispensationis obtinere non poterit. c. non potest. de præb. in 6. de Bella Mera consil. 32. pro introductione. q. 1. Ancha. consil. 404. ita dubia. in 2. dubio. col 3. quicquid dicat hic Tiraquel. in 14 limitat.

Clausula, loco dimissi.

¶ Nisi in dispensatione sit illa clausula descripta, Quod loco dimissi, vel dimissorum, possit aliud, seu alia recipere, & earetinere: quæ hodie solet apponi. Dec. consil. 169. & diligenter. abunde tractaui in praxi benefic. in 2. parte in bulla dispensi.

Spurius an secundum possit obtinere beneficium.

Si cum illegitimo est dispensatum, vt possit beneficium habere, intelligitur de primo: quod si dimittat, non poterit secundum obtinere, teste Archid. in c. 1. de filius presbyter. in 6. vbi dicit ita Bonifacium pronuntiasse. sequitur Lucas de Penna in l. si quis decurio. col. 3. C. de decurio. lib. 10. Quando fierer dispensatio super certo beneficio, alias secus. Perus. in d. c. non potest. Alexand. consil. 81. in causa. in fi. in 7. vol. & Dec. consil. 80. visis. col. 1. & seq. & consil. 541. retenta. & seq. col. 2. & consil. 509. quæritur. & consil. 696. retenta. scripsi in forma manda. in glo. dispensationum. & abundantius in praxi benefic. in materia dispensationum. Quia factus est habilis ad vnum: ideo sicut habilis potest vnum dimittere semper & aliud obtinere, ita & hic spurius factus capax ad vnum. quod secus in dispensatione, quæ est odiosa. c. 1. de filiis presbyter. lib. 6.

Conductor fructum prati primos tantum fructus habebit.

¶ Tertio obseruandum ita erit, vt si quis vendiderit, vel locauerit fœnum prati, vel rosas viridarij, intelligitur de primis. ideo si bis fœnum recipiatur in anno, non debetur emptori, aut locatori, nisi primum, vel primæ rosæ, aut fructus: per istum tex. glo. & ibi Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. versic. quod in anno. ff. soluto matrimo. nisi quantitas pretij aliud suaderet, secundum Roma. in d. §. ob donationes. nam si vendo hic domum pro centum aureis, & dubitatur de quibus aureis, recurritur ad valorem rei venditæ. Bar. in l. Paulus. ff. de solutio. Ranen. in Alpha. in verb. vendere. Et ad patriæ consuetudinem, & alia, quæ tex. exprimit, & ibi glo. in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. vel etiam nisi quis locasset ad vnum annum: quia omnes fructus durante illo anno recolligere poterit. l. qui ad certum. vbi no. ff. loca. & l. 3. C. eod.

Fructus primi debentur.

¶ Quarto si promittam tibi dare modium vini ex fructibus talis vineæ, intelligitur ex fructibus, qui primo nascentur. quod si nullos fructus habuerim in primo anno, non teneor ex fructibus sequentis anni dare, vel aliunde: sed liberor, quasi sub conditione, si ibi nascantur, promiserim. Secus si obligatio erat annua. l. si debitor. §. est verisimile. ff. de contrah. emptio. l. inter. §. sacram. & l. interdum. de verbor. obliga. Masuer. in practic. sua, in rub. de obliga. §. item si quis reperiatur obligatus ad soluendum. Decius in l. in omnibus. ff. de regul. iuris.

Confessio prima attenditur.

¶ Quinto si confitenti ex statuto tertia pars remittenda sit, intelligitur, si in prima responsione confessus fuerit: ideo si primò negauerit, deinde cõfessus fuerit, non consequetur statuti beneficium, vt docet Bal. in tract. statutor. in verb. confitens. q. 4. per hunc tex. Et quia confessio & negatio sunt contraria, ideo primò eligendo vnum, alteri videtur renuntiare. l. fi. C. de codicil. & quia in ipsa litis contestatione quasi contrahitur. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. qui quasi contractus respicit integram maleficij pœnam. vnde cum sit lis contestata super tota pœna, posterior confessio non debet sibi prodesse, quantum ad consequendum commodum, sed quantum ad vitandam maiorem pœnam, vel damnum: vt in lege Aquilia, quæ contra negantem crescit in duplum: si re integra confiteatur, prodest ei. arg. l. eum qui. ff. de iureiur. Sed postquam actor probauit, nil prodesset confessio. authen. contra qui propriam. de non numera. pecunia. & idem tenet Bal. vbi supra, q. 8.

Restitutio vni ex filiis faciendæ, intelligitur de primogenito. Aretium.

¶ Sexto fuit decisum in mense Augusto, 1538. per Senarum, quod si restitutio bonorum vni ex filiis debeat fieri, intelligitur de primo filio: & sic primogenito restitutio fiet, per hunc tex. videre tamen tex. in l. cum quædam. ff. de lega. 2. vbi potest eligere: si tamen non elegerit, de primogenito iudex iudicabit.

¶ Septimo

Electio & reconuentio de prima intelligitur.

¶ Septimo iudex, qui potest eligere arbitrum, intelligitur de prima electione. Bal. consil. 142. quod iudex. in 4. vol. Et si posit fieri reconuentio, intelligitur de prima reconuentione. glo. Panor. & alij in c. fi. de mutuis petitio.

Reficere molendinum si quis promittat, intelligitur de primo.

¶ Octauo promittens reficere molendinum, vel aliam rem, intelligitur de prima refectione. Bal. in l. licet. q. 4. C. loca. Alexand. consil. 16. breuiter. in 4. vol. Ias. consil. 36. in causa. in fin. vol. 3. Feli. in c. 2. de treuga & pace. Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. rescriptum impetratum. Item si Rex concesserit alicui, vt possit turrim ædificare, & laternam ibi ponere, ac à nautis exigere certam pensionem, si turris hæc fuerit destructa, non poterit iterum eam reædificare, sine nouo alio Regis consensu, quia Rex intellexit de prima: vt fuit iudicatum Neapoli, teste Matthæo de Afflictis in decis. Neapolita. q. 392. Rex Ferdinandus. nisi in inuestitura aliud dictum fuerit.

De turri ædificanda.

Dotes primæ quando de communi solui debeant.

¶ Nono pactum inter socios initum, vt dotes filiarum soluantur de communi, intelligitur de primis dotibus. tex. in l. si socius pro filia. ff. pro socio. Bal. in l. fi. col. 2. C. de dotis promissio. Ias. in l. diuortio. §. quod in anno. col. 2. ff. soluto matrimo. Et si quis teneatur dotare filiam, intelligitur de prima dote, si ex dispositione hominis dotare tenebatur. Alex. in l. si cum dotem. §. 1. col. 2. ff. solut. mat.

Relictum fratribus minoribus an sit multiplicandum.

¶ Decimo si pittantia (vt verbis vtar Bar. in l. cum quidam. ff. de annuis lega.) relinquatur fratribus minoribus, danda in die sancti Francisci, intelligetur de prima, & non quolibet anno: per istum tex. vbi alia videre, & per Soci. consil. 48. vol. 3. Et si Papa voluerit, vt ad successores onus transeat, intelligetur de primis successoribus: vt plene consuluit Petr. Paul. Paris. consil. 137. contra. in 4. vol. Et si in testamento vxor relinquatur domina bonorum, intelligitur de vxore, quam habet: nam de alia non est cogitatum. l. si quid. in fi. ff. de lega. 3. Bal. in l. vlt. C. de indic. vidu. toliend. Francis. Cremen. sing. 8. quid si maritus. Bened. in c. Raynutius, in verb. cetera. nu. 19. de testa.

Primum beneficium vacans mandatario debetur.

¶ Vndecimo si Papa mandet prouideri de beneficio, intelligetur de primo, siue dicat simpliciter, siue de primo vacaturo: per tex. in c. fi clericus. & c. mandato. de præb. in 6. facit l. eum qui Calendis. ff. de verbor. oblig. Et nominatus insinuare tenetur literas gradus, temporis studij, & nominationis. §. teneantur. de colla. in concorda. Intelligitur semel. §. præfatique graduati. ibidem: & singulis annis nomina, intelligitur semel in anno, vt scripsi in glo. singulis. d. §. teneantur.

Laudimium ex contractu valido debetur.

¶ Duodecimo si laudimia fuerint soluta ex venditione, quæ nulla fuit declarata, si postea illi primo emptori iure fuerit vendita, illa res non iterum soluet laudimia. no. doct. in l. edita. C. de edendo. vbi gabella soluta pro libello inualido compensatur cum valido. Et quia ex nullo contractu non debetur laudimium, teste Ioan. Fabro, & aliis in l. 1. C. quand. liceat ab emptio. disced. & idem Ioan. Fab. in l. fi. §. sed quia. C. communia de lega. Ias. & alij in l. fi. C. de iure emphyteu.

Fructus beneficij debentur ex prima vacatione.

¶ Vltimo si fructus beneficij primi anni debeantur alicui, & deportus, si beneficium bis vacet in vno anno, non debebuntur nisi fructus vnius anni, quemadmodum est declaratum in rub. de annatis, in §. item quod si ecclesia. in pragma. ibi tamen glo. disputat, quam licet videre: vbi dicit deberi à prima vacatione vsque ad secundam, & à secunda per totum annum completum, per tex. in l. in senatusconsulto. §. fi. ff. ad Turpillia. ibi, non ex superiore, sed ex secunda abolitione triginta dies computantur, facit l. 1. §. idem Pompo. ibi, quia hic est primus contractus. ff. deposit. Et hic sexcenta milia exempla adducere mihi esset liberum, quæ per prædicta facillime possunt decidi, ne in immensum progrediatur nostrum opus: cum in omni materia hunc tex. procedere dicat Ias. in consil. 36. in causa. col. vlt. in 3. vol. & Alex. consil. 16. breuiter. nu. 9. vol. 4.

Filiæ prohibitæ nubere nisi certis, prohibentur semper.

¶ Primo limitatur in dispositione negatiua: vt si Titio non nupserit: quia intelligetur de omnibus nuptiis, tam primis, quam aliis. quia negatiua totum negat: & plus quam affirmatio. l. quicquid. ff. de verb. obl. l. hoc genus. de conditio. & demonstratio. & ibi Bar. & Paul. Ideo si testator disponat, quod filiæ suæ non nubant; nisi filiis mercatorum: alioqui voluit, quod tantum haberent legitimam: quod si primò nubant mercatoribus, secundò aliis, non habebunt nisi legitimam, teste Alber. in l. fi. col. 4. C. de sponsal. sic consuluit Oldrad. consil. 16. tale. per l. si sic. ff. de verbor. obliga. vbi Ias. sequitur, & Dec. consil. 490. visis. col. 3. versi. & quia negatiua. quod tamen limitatur in c. an sit. in fin. de appel. Quando tollitur id, quod de iure communi competit, vt appellare, tũc de primo tantum actu intelligitur, vt pœna restringatur: secus quando quis tantũ à lucro remouetur, vt d. l. hoc genus.

Appellandi potestas data ex tẽditur ad omnem appellationem.

¶ Secundo non procedit, quando per primam actus explicationem, actus non esset perfectus: aut si non esset intentioni disponentium satisfactum, nec voluntas illius fuerit sortita effectum. Vnde si fuerit data procuratori potestas ad appellandum, appellabit tam super incidentib. quam super emergentibus, & à sententia. Bal. in l. iuuitus. in fi. C. de procurator. Ias. in §. quod in anno. l. & si satisdatione. de oper. noui nuntia. Ideoque si fuerit data securitas veniendi pro pace tractanda, non intelligetur de primo actu, sed quousque

pax tractabitur.Bar.in l.1.ff.ad legem Iuliam maiesta.sic consuluit de Ripa consil.27.triplici.lib.2.de rescrip.& Roma.in l.2.ff.de re iudica. & consil.504.in casu. ac Dec. consil. 22. & pro tenui.Georg.Nathan in repet.clem.sæpe.in princip.col.53. & seq. de verbor. significa. l.si quis.§.fi.ff.de edendo.glo.& ibi Ias.in l.qui per salutem.de iureiur. Ruseus in tract. Regal.in 2.priuileg. Et idem quãdo eadem ratio esset in secundo actu,quæ in primo.l.illud. ff.ad leg.Aquil.Ludo.Roma.consil.504.in casu.l.veluti.de edend. vbi Ias. Item data potestate creditori recipiendi pecuniam in cambiis, intelligitur donec sibi fuerit satisfactum. Dec.consil.562.viso.col.1. facit consil. 91. concludo.col.2. vbi concludit,quod si fuerit dispensatum cum aliquo,vt duo beneficia possit habere, intelligitur cum effectu : quia si litigauerit super duobus,& ea amiserit , alia duo poterit habere. Ancha.in c.secundo,de filiis presbyter.in 6.dixi in glo.concorda.in forma manda. Apostolic. in verb. dispensationem. & in praxi benefic.

Eadem ratio extẽdit actum primũ ad alios.

Dispensatus ad duo, cum effectu intelligitur.

¶ Tertio perdit officium, cum actus non teneret : vtpote si nubat, dum non est nubilis ætatis,de his nuptiis, quæ nullæ sunt, non intelligitur. l. hæc conditio.1.ff.de conditio. & demonstra.l.qui per salutem.de iureiurand.l. 4. §. condemnatum. de re iudica. c.si electio. de elec.lib.6.c.olim.2.de rescrip.Gamar.in dialectic.legali,in argum.à toto indefinito.in fi. Nam verba debent cum effectu intelligi.l.1.ff.quod quisque iuris.c. relatum.de cleric. non residen.Nec præstat impedimentum,quod de iure non sortitur effectum:per reg.iuris.

Actus intelligitur de validо.

¶ Quarto vitiatur,quando appareret de contraria disponentium voluntate , forte quia contrarium actum est.l.eum qui Calendis.de verbo. oblig. l.semper in stipulationibus.de reg.iur.siue ex voluntate expressa appareat,siue tacita:per glo.ibi. Vnde si quis velit,vt construatur ædicula,seu capella ab herede,& dotetur ita, vt possit ibi perpetuo celebrare vnus presbyter,si prima dos fuerit perdita,iterum dotabitur.facit l.in annalibus.C.de lega.l.qui liberis.§.hæc verba.& l.paterfa. ff.de vulga.Corne. consil. 279. videtur. col. pen. in 3. vol. Barba.consil.22,deum.in 3.lib.facit l.cum quidam.& l. seq. ff. de annuis lega. Vel si forte natura rei requirit reiterationem,vt si testator legauerit victum aut vestes viduæ,intelligetur non solum de primo,sed & de aliis ad vitam necessariis vestibus: teste Bal.in l. 1. col. 2. C,de fideicommiss. Catellia. Cotta in 2.parte memo.in verb.legatum quod vxor.

Voluntas contraria vincit primũ actum.

Legatum viduæ iterationẽ requirit.

Actus fauorabilis iterationem recipit.

¶ Quinto flectitur regula huius tex.in fauorabilibus:vt si instituã posthumum, intelligetur non solum de eo, qui nascetur ex prima vxore,sed de omnibus.l.placet.ff.de liber.& posth. Et legatum alimentorum relictum vxori , non solum intelligitur de prima, sed & de alia,quam habebit tempore mortis:& in aliis actibus fauorabilibus,& vbi æquitas adest, per l.hæc conditio.in fi.ibi,benigne dicendum est.ff.de condit.& demon. Alex.consil.171. viso processu.col.2.vol.2.quamuis Franciscus Cremensis singul.8.contrariũ teneat.Quod sane intellige non in omnibus fauorabilibus, sed quando ratio & fauor hoc dictant: veluti iudicatum fuit in hoc Senatu pro quadam vidua petente domum , in qua habitabat maritus,eo viuente ratione conuentionis , qua conuentum erat , vt superstes domum haberet,non habendo rationem ad mediocrem vel aliam , per l. legato. ff. de lega. 1. sed quia erat verisimile conuenisse de illa, quam inhabitabant & tempore nuptiarum , & tempore mortis:ideo illa fuit ei adiudicata.& pronuntiatum fuit anno 1541.die 26.Iulij. Idem dicemus, si in fauorem fuerit prohibitio:vt in l. matrimonij. ff. qui & à quibus. nam ratione prohibitionis intelligetur etiam de primo,vt ibi.

Arestum pro vidua , vt domum habitationis habere debeat.

¶ Sexto non procedit ratione incertitudinis. Vnde si quis equam prægnantem vendiderit, pacto appositо,vt si nascatur pullus masculus , erit venditoris : si vero fœmella nata fuerit,erit emptoris:si nascatur & mas & fœmella,& incertum sit vter prior natus sit , tunc spectabit mas ad venditorem,& fœmella ad emptorem.Bar.& Ias.in l. si extraneus. in fi. ff. de condict.causa data.Si vero appareret primò natam fœminam , licet masculus statim natus fuerit,non tamen debebitur venditori,nisi locutus fuerit de primo partu: per doct. ibi. Idem si quis ratione mandati acceptauerit beneficiũ,quod erat resignatum,quod mandatarius ignorabat , postea aliud requirere & acceptare poterit , facta prius protestatione.glo. vlt.in capitulo secundo, de rescrip. lib. 6.& in capitulo primo,in verb. causa.de concessio. præb.eod.lib.

Acceptans beneficiũ sibi non debitũ,an aliud acceptare possit.

¶ Septimo restringitur , cum aliquid concederetur per viam priuilegij : tunc quia decet beneficium Principis esse mansurũ,regul.decet.de reg.iur. in 6. non intelligetur de primo actu,sed in infinitũ,teste Feli.in c. innouamus.in fi.de treuga & pace. alias esset contra naturam priuilegij. Vnde si concedatur prælato, vt quatuor clerici secum degentes recipiant fructus suorum beneficiorum,intelligetur de omnibus quatuor famulis,non solum in his quatuor , quos tempore indulti habebat , sed etiam de subrogatis in locum illorum quatuor tantum,vt scripsi in scholastic.cor.priuil.166.etiam dixi in §.fi.de reseruatio.in concorda. quod canonicus creatus ad effectum , &c. non solum poterit obtinere primam dignitatem sed & quamcunque aliam,si primam resignet , vel aliam , sed non duas simul. versic, octauo,&c.

Priuilegium non intelligitur de primo actu.

¶ Vltimo

¶ Vltimo limitatur in dispositione legis , quæ semper loquitur , & est in viridi observantia,nisi fueritabrogata.l.Arriani.C.de hæretic. Vnde creditor prætendens ius super re, quæ licitatione venditur,debet se opponere,tam super prima licitatione, quam super alia, si velit ius suum esse sibi intactum.per legem,si eo tempore.vbi doctores.C.de remissione pignoris.

Dispositio legis non de prima actu,sed de omnibus intelligitur.

¶ Idem in priuilegiis:vt si concessum fuerit alicui,vt tempore interdicti ing rediatur ecclesiam cum familiaribus , vt capitulo, licet. de priuileg. libro sexto, Oldra. in consil.300. factum tale.

Creditor contra omnem licitationem opponere se debet.

¶ Idem in ordinationibus & statutis dicũt doct. Vnde si pater semel dotauerit filiam,& dos fuerit à primo marito cõsumpta,eo mortuo si iterum filia nubat,tenetur pater eam de nuo dotare,cum lex dicat patrẽ tenri filiam dotare.l.qui liberos.ff.de ritu nuptiar. l.fi. C. de dotis promissio. Ergo non solum semel , sed quotiens opus fuerit. ita concludit Alex. in l.si cũ dotem.§.1.col.2.ff.soluto matrimo. Et iste text. loquitur in dispositione hominis. quod probatur ibi,hoc sermone.& ibi,dum nupta erit.

Pater semel & pluries filiã dotare debet.

¶ Et statuto vel consuetudine dictante, quod vxore decedente in matrimonio maritus lucretur dotem,tunc intelligetur tam de primo , quam de secundo matrimonio : teste Bal. in l.vna.col.penul. C. de inofficios. dotib. Quo statuto gaudent Tholosates, qui in duobus matrimoniis diuites effici possunt. Cum his comprehenduntur limitationes , quas scripsit Anto.de Butrio in consil.30. item domum suam. & Lappus allega. 12. & Ias.in d.§. quod in anno.& in l.prætor. in fi.§. deinde. ff. de oper. noui nuntia. & in l. duobus. §. si ei qui.de iureiurand.& Feli.in c. innouamus.de treuga & pace. & Soci. consil. 48. eleganter. in3.vol.Barba.consil.27.col.12.in 1.vol.Dec.consil.512.col. 2. & fere 33. quas scripsit hic do. Tiraquel. quia etiam aliquæ non conueniunt. Et qui tenetur compromittere ratione statuti,non solum tenetur semel,sed & iterum.Hippol.singular.172.habeo.& in repet.rub. de fideiussor.q.9.Cotta in 2. parte memoral. in verb. executores.& in verb. legatum quod vxor. Alia vt prolixitatem vitem , nunc missa facio , maxime quia do. And. Tiraquel. multa suo more huc congessit.

Vxor lucratur dotem tam primi quam secundi mariti.

¶ *Hoc sermone.* Hac phrasi vtitur Iurisconsul.in l. Quintus. in §. fin. ff. de annuis lega. l. verbum erit.infra eod.l.hoc sermone si libert. ingenuus esse dicat. Et interdum dicit , hoc modo.l.hoc modo. ff. de conditio. & demonstra. & hoc articulo. l. hoc articulo. de heredib.instituend. At sermo ad hoc datus est nobis , vt ostendamus vtilitatem,& damnum, atque ita iustum,& iniustum,teste philos.lib.1.politic.c.2. De hac phrasi,hoc,scripsi in lege prima,supra.

Hoc sermone.

§.Inter edere,& reddi rationes multum interest:nec is , qui hoc edere iussus sit , reliquum reddere debet.nam & argentarius edere rationem videtur , etiam si quod reliquum sit apud eum , non soluat.

Multum discriminis est inter reddere rationes & edere. nempe edere rationes argentarius iubetur,l.argentarius. ff.de edendo. id est exhibere : sed rationes non reddit, id est reliqua non præstat. Et sic rationes reddere nil aliud est,quam reliqua soluere , vulgo *rendre compte.* Et sic duo continet reddere rationes , primo computare , secundo reliqua restituere. Vnde dicit Alciat. quod si quis ad reliqua non teneatur, nec quidem rationes reddere debet. allegat l. qui libertatis. §. primum. & §. seruus. ff. de cuictio. qui tex. hoc non probat. quippe is qui ad duo tenetur,vno cessante ad alterum est obligatus.l.stipulatus. sumendo à contrario sensu. ff. de verbor. obliga.

Rationes reddi duo continet.

¶ Et quamuis is qui nihil debet , reliqua præstare non teneatur, computatio tamen fieri debet , vt sciamus, an reliqua debeat. hoc probatur in d. §. seruus. ibi , si nulla reliqua sunt,quæ seruus dare debeat,& propter hoc adita hereditate liber factus est,&c. quomodo enim sciri potest,an reliqua sint,nisi per computationem? Vnde heres, qui vendit seruum, non debentem reliqua , si dicat debere centum , mentitur : sed si debeat centum , & iussus sit reddere rationes , hereseque centum debere dicat, quæ in reliquis erant , mentitus non censetur : quoniam rationes reddere iussus erat , & sic reliqua præstare. & ille text. non probat , quod qui non tenetur ad reliqua , ad rationes non teneatur : imo contrarium habetur in iuribus statim adducendis : & Iurisconsultus ait , pecuniam separare à suis rationibus , l. per seruum. ff. de acquir. rerum dominio. Et ratio administrationis secundum fidem acceptorum & datorum ponatur.l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administratio. rerum. Et si tantum ratio accepti atque expensi esset computata , ceteras obligationes manere in sua causa docet Iurisconsul.in l.emptor.in fi. ff. de pact. Et sic reddere oportet reliqua : alioqui maneret obligatio. Vnde perperam exponit glo. in l. videamus. §. curatores, ibi,sed ad eum,cuius nomine tutelæ ratio postulatur.ff.de in litem iurando. vbi glo. rationem exponit,id est debitum occasione tutelæ : nam rationem reddere duo , vt dixi , capita continet,computationem videlicet , & reliqua præstare. ideo expositio ad vnum tantum, non valet:per istum tex.

Rationes reddere quis debet, etiam si nihil debeat.

¶ Quoniam igitur hic de reddendis rationibus loquimur, primo dicam qui teneantur rationem reddere: secundo quę in rationibus exiguntur: tertio an qui semel reddiderit, iterum ad id teneatur: quarto an rationes possint remitti, vt non reddantur, & quando. Quibus perspectis satis erit huic materię prouisum.

Qui rationem reddere teneantur.

¶ Ad primum igitur veniendo, qui rationem reddere teneantur? Respond. omnis regulariter, qui bona, seu fructus bonorum alterius nomine recipit, ne cum aliena iactura locupletetur. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. iure naturę. de regul. iuris. veluti tutor finita tutela, vt l. 1. in princip. & in fin. ff. de tutel. & ratio. distrahend. §. vlt. de Attilia, tutor. in Insti. Angel. consil. 96. Ioannes.

Tutor rationē reddit.

¶ Secundo idem in herede tutoris, vel alterius administratoris, cōtra quem actio transit, quæ contra administratorem competebat. l. tutela. & l. omnes. C. arbitr. tutel. l. 3. §. hæc autem actio. ff. de negot. gest. hoc expresse tenet Roma. consil. 413. quoad primum. col. 1. & Decius consil. 110. vere vt puto. col. vlt.

Heres tutoris rationes reddet.

¶ Tertio idem puto in curatore. l. aduersus. & l. rationes. C. de administra. tutor. glo. in c. fi. de statu monachor. in verb. & eorum. Specula. in titu. de iudic. in §. 2. versic. sequitur vide re de actione tutel. etiam in curatore ad lites, vt gestorum rationem reddere teneatur. no. in Insti. de authorita. tutor. in fi. & Soci. consil. 46. cum in præsenti. col. 1. vol. 1. & consil. 213. cum in præsenti. col. 1. vol. 2. Sed hoc finita cura. tex. & ibi glo. in d. l. aduersus. sequitur Bal. consil. 211. in 5. vol.

Curator.

¶ Quarto etiam vt heres teneatur reddere rationem fideicommissario de rebus hereditatis, si in illis se immiscuit & fructus recepit. tex. in l. cum tale. §. Titius. vbi glo. & Bar. de conditio. & demonstra. l. mulier. §. sed etenim. ad Trebell. Bal. in l. filium. in fi. C. famil. erciscund. Alexand. consil. 82. perspectis. col. penul. in 2. vol.

Heres fideicommissario rationes reddit.

¶ Quinto idem dici potest in filio curatore patris furiosi. glo. in l. is qui. ff. de tutorib. & curator. datis ab his. sequitur Bertach. in tract. de episc. lib. 4. parte 6. q. 29.

Filius curator patris furiosi rationes reddet.

¶ Sexto in fratre maiore, qui ex consuetudine generali Franciæ administrationem habet tam bonorum suorum, quam fratrum ætate minorum, dum ipse sit maior. facit pro hoc tex. in l. fi. ff. de fide instrumen. sic nominatim scribit Curtius senior consil. 67. sapienter. q. 3. nu. 44. & Soci. consil. 72. difficultatem. in 3. q. vol. 3. & latius consil. 40. circa primam. col. 1. in 4. vol. Dec. consil. 255. casus. Ideoque tenebitur rationem reddere de administratis per eum: vt docet Roma. consil. 414. quoad primum. col. 1. per l. si quis absentis. ff. de negot. gest. Etiam si administrauerit viuo patre. Panor. consil. 12. vt clare materia. in 16. q. vol. 1. sequitur Ias. in l. si heres. in fin. ff. de condict. caus. data. vbi refert se ita consuluisse in ciuitate Pisauri. Sed contrarium dicerem, quando viuo patre frater administrat. nam postquam pater non tenetur rationem reddere de aduentitiis bonis filiorum, l. cum oportet. §. non autem. C. de bonis quæ liber. sic nec frater. Tamen in his, in quibus rationem pater reddere tenebatur, frater quoque tenebitur, vt inferius dicetur.

Frater maior aliis fratribus rationem administrationis reddere debet.

¶ Septimo extende ad matrem tutricem. l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nupt. glo. in l. is qui. de tutor. & curator. datis ab his. Alexand. consil. 110. circa. in fi. in 3. vol. Chassan. in §. sexto. in glo. *de rendre compte*, rub. *des enfans*, in consuetud. Burgund. Et fortius in auia concluditur. in authen. matri & auiæ. C. quando mulier tutel. offic. fungi potest. Soci. consil. 2. vol. 1. Corne. consil. 198. quanquam. in fi. vol. 1. Ancha. consil. 316. in causa. Et pro tali administratione bona omnia matris & auiæ sunt obligata. l. pro officio. C. de administra. tutor. Dec. consil. 349. consuluit. in fin. siue mater tutrix sit, siue alio administret modo: quia eadem est ratio.

Mater filiis rationem reddet.

¶ Octauo idem in patruo administrante bona nepotis vel neptis. Cuma. consil. 87. in casu. refert & sequitur Purpura. in l. 1. in fi. C. de edendo. Dec. consil. 178. in causa. col. 1. & consil. 192. in casu. col. 1. & consil. 255. casus. Sed ab his consanguineis non ita est stricta exigenda ratio, sicut ab extraneis: sed satis est, quod generaliter ostendatur, quantum in familia, & aliis sumptibus verisimiliter potuit expendere: vt firmat Panor. d. consil. 12. vol. 1. vbi dicit hoc non procedere, quando coniuncta persona administraret vt tutor, vel curator: nam tunc diligentem tenetur reddere rationem, vt quiuis alius. Soci. consil. 190. nemini. col. 4. & 213. vol. 2. poterit tamen iudex multa capita ratione necessitudinis recipere, quæ extraneis non essent concedenda.

Patruus nepoti reddet rationem.

Stricta ratio an à consanguineis exigatur.

¶ Nono etiam procedit in executore vltimæ voluntatis. c. tua. de testam. & tex. no. in l. si heres. & ibi no. Bal. & Ias. ff. de condict. caus. data. Et idem in executore sententiarum, quem nos vocamus commissarium, seu sequestrum. l. executorem. C. de executo. rei iudica. qui fructus vel bona recepit. Soci. consil. 46. cum præsenti. col. 1. vol. 1. rex. in clem. 1. de testam. Itidem episcopo tenetur reddere rationem executor testamentorum, & consocio executori. Bal. in l. nulli. C. de episcop. & cleric. intelligite vt per Bertachi. vbi supra. q. 29. in fi. Specula. plene in titul. de instrumen. editio. §. nunc aliqua. versic. sed an simplex. q. 47. Et fuerunt condemnati tres heredes executores testamenti ad reddendam rationem quarto heredi

Executor rationem reddit.

redi expensis executionis, non expensis requirentis, anno 1533. die 21. Februarij. videte l. si petitor. & quæ ibi no. ff. de iudic. Imo testamentorum executores debent inuentarium facere: alioqui si nullo confecto inuentario bonis se immiscean̄t, ab administratione repelli debent, alijque in locum eorum sufficiendi sunt: vt fuit iudicatum in hoc senatu anno 1385. Hodie hi testamentorum executores heredibus vel successoribus rationem reddunt.

Arestum.

Executores inuentarium faciant.

Arestum.

¶ Decimo procedit etiam in actore, qui mandato curatoris administrauit, & in omni alio substituto à tutore, vel alio administratore. Barba. consil. vlt. col. 10. in 4. dubio. vol. 3. per tex. in l. 1. & l. item eorum. §. si decuriones. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi.

Actor an rationem reddat.

¶ Vndecimo extende ad negotiorum gestorem. l. 2. ff. de negot. gestis. Hostien. in summa, de obliga. ad ratiocinia. §. 2. Et vt compellatur, competit actio negotiorum gestorum, secundum Bal. consil. 449. ista est subtilis. in 2. vol. Et tenetur edere librum rationum. Alex. consil. 32. visa. in fi. vol. 5. Corne. consil. 255. præsens consultatio. in 1. vol. Barba. consil. vlt. col. 10. in 4. q. vol. 3.

Negotiorum gestor rationē quoque reddet.

¶ Duodecimo idem dicendum in pædagogo, siue in præceptore, qui recepit pecuniam à patre pupilli, vt aleret se & pupillum in studio Tholosano, vel alibi, dum audirent iura, vt reddere quoque rationem teneatur, per supradicta, & conficere librum rationum. l. si ita. versic. in reliquis. & ibi Angel. & Plumb. ff. de manumiss. testam. Nisi conuentum esset, vt singulis annis certa ei pecunia daretur: tunc enim de illa rationem non reddet: quemadmodum etiam si plus expenderet, non teneretur pater ei reddere, postquam ita conuentum est, vt plus non daret. Et pacta seruabo, ait prætor, in l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pactis. Et hoc conuenire tutius foret vtrisque.

Pædagogus rationem reddere debet.

¶ Decimotertio idem in thesaurario, siue in exactore. l. apparitores. & per totum titul. & ibi patruus meus Rebuffus, & alij. C. de exactorib. tributor. lib. 10. Quod si plene non reddiderit, licet habuerit liberationem à Rege, tamen iterum tenetur reddere: arg. l. quoties. ff. qui satisdar. cogant. Lucas de Penna in l. ordinariorum. de cohortal. lib. 12. ista plenius conscribuntur in 2. parte constit. Regiar. Gallic. vbi forte dicetur.

Thesaurarius rationē reddet.

¶ Decimoquarto idem dic in procuratore ad negotia. l. qui proprio. §. procurator. ff. de procurator. l. si remunerandi. & l. si procuratorem. §. 1. ff. manda. Soci. consil. 73. circa. vol. 1. post Hostien. in summa, de obliga. ad ratiocinia. §. 2. & Barba. consil. vlt. q. 4. in 3. vol. Francisc. Marc. in decis. Delphi. q. c. 10. in 1. parte.

Procurator an rationem reddere sit adstrictus.

¶ Decimoquinto idem in socio administrante bona communia. Bal. consil. 152. ad euidentiam. vol. 3. Corne. consil. 24. visis. in fi. vol. 1. & consil. 196. ad euidentiam. col. 2. vol. 3. Soci. consil. 192. capio. col. 5. in 5. q. vol. 2.

Socius socio rationem reddet.

¶ Decimosexto procedit in gubernatoribus hospitalium. §. fi. in authen. de ecclesiastic. titul. col. 9. & in §. œconomos. in authen. de sanctiss. episcop. ibidem. & in clem. 2. de religios. domib. in l. orphanotrophos. C. de episcop. & cleric. intelligite eos teneri rationem reddere præsidentibus illi hospitali, vt consulibus, scabinis, fundatoribus, seu episcopo loci: sed non pauperibus. glo. in d. clem. 2. §. 1. Et hodie extat ordinatio Regia, in rub. *de la reformation des maladeries & hospitaux*, quæ fuit per arestum seruata, dictumque fuit gubernatorem hospitalis etiam ecclesiastici rationem debere reddere, anno 1544. die 15. Decembris. Et quia male administrauerat, fuit remissus ad officialem, & interim prouisum, quod duo notabiles laici administrabunt bona hospitalis, in manibus quorum tenebitur gubernator deponere instrumenta & documenta domus pendente processu.

Hospitalarij rationem reddēt.

Arestum.

¶ Decimoseptimo consules Montispessulani, & aliarum ciuitatum, & capitularij Tholosani, ac scabini huiusce ciuitatis, & aliarum tenentur reddere rationem de pecuniis ciuitatis receptis: & bonū foret, quod in singulos annos redderent, vt concludit in socio Soci. consil. 73. circa. in 1. vol. Et mea memoria fuerunt hi capitularij Tholosæ condemnati ad magnam multam, quia pecuniam ciuitatis male administrauerant, eorumque receptor suspensus.

Consules & scabini rationem reddent.

¶ Decimooctauo institores & factores tenentur reddere rationem administrationis, & diligenter habere libros rationum, in quibus clare appareant data & accepta, introitus & exitus. d. §. officio. l. 1. de tutel. & rationib. distrahend. & ibi Bar. Et in tali libro omnia figillatim describenda sunt, & non per compendium. arg. l. non seruus. ff. de conditio. & demonstra. & Bar. consil. 150. cum prædicta. vbi dicit librum debere esse conscriptum sic, videlicet tantum ex tali fundo recepi, item tantum ex tali colono, item ex oleo, &c. præterea ex vino tali anno & mense recepi. probat Soci. consil. 46. in 2. q. versic. secunda pars. & consil. 190. memini. in 1. vol. Alioqui falsitas non posset apparere, si sub nube & generaliter affirmaretur sic esse, vel non. l. argentarius. §. edi. ff. de edendo. Bar. plene in l. comperimus. C. de naucular. lib. 10. Debet ergo de singulis instruere. l. si pater. §. fi. ff. de fideicommissar. libert. per quem dicit Guido Pape in statuto, Si quis. in verb. per literas. in fi. quod mortuo rationum domino poterit factor compelli ad restituendum libros, & alia, tenoturque exhibere heredibus debita & credita apothecæ sui magistri. per illum text. glo. in l. cum testamento.

Institores rationem reddere debent.

Forma librorum rationum.

C.de testament.manumissio. Idem in alio exactore & prouisore collegij.

Sequester de fructibus rationem præstat.

¶ Decimonono sequester tenetur reddere rationem de fructibus, quos percepit ex beneficio,apud eum sequestrato,vel ex alia re, vt fit communius in hoc Franciæ Regno.no. in clem.vna.de sequestra.possess.& fruct.scripsi in l.sequester.infra eod. & in 3. tomo commentar.in constit.Reg.titul.de sequestr. &c.

Curatus & vicarius rationē reddunt.

¶ Vigesimo curatus in synodo tenetur reddere rationem episcopo, non de rebus prophanis vel temporalibus,sed de animabus parochianorum,& cura.c.sane.16.2.& de quibus vide late per Henric.Boteum in tract.de synodo episco.parte 1.& per totum.Vicarius vero de rebus etiam temporalibus rationem reddit patrono. c. in Lateranensi. de præb. scripsi quomodo intelligatur,in tra c.de congrua portio.in 4.quæstio.

Omnis administrator rationem reddit.

¶ Vigesimoprimo coadiutor,qui administrauit,tenetur rationem reddere.c.vno.§. præsenti.de cleric. ægrotan. lib. 6. Et generaliter omnis prouisor, seu receptor, atque omnis alius bonorum administrator:teste Plumbi.& Angel.in l.si ita.versic.in reliquiis.ff.de manumiss.testam.& non solum isti, sed etiam heredes illorum, si ipsi non reddiderint. l. 1. §. iidem Principes.ff. de fals.vt supra dictum extitit. vnde Luc. 16. c. Redde rationem villicationis tuæ.capitulo,qualiter.in 2.de accusa.glo.vlt.in lege,orphanotrophos.C.decpiscop. & cleric.

Pater non reddit rationem.

¶ Speciale est in patre, vt non teneatur reddere rationem ex administratione bonorum filij, quam exercuit tanquam legitimus administrator: quia in his habet vsumfructum à lege.l.cum oportet.§.nō autem.C.de bonis quæ liber.l.tres fratres. ff. de pactis. In contrarium vero est ius commune.l.ius singulare.ff. de legib. Soci.consi.24.visis ac diligenter.col. 11.versic.hinc enim si vnus.in 1.vol.& consil.73.consiliis. eod.vol.& consil.192.capio.col.5. in 5.dubio.vol.2.& consil.254.visa.col.2.vol.2.Barba. consil. 91. illud.4. q. vol. 4. Alexand. consil.110. circa.in fin. vol.3.& in consti.Regiis, artic.77.ordina.2.rubr.*des eaus & forestz*. Etiam post longum tempus.Bal.in rub.de procurator. in decretal.col.2.refert Hippol.singul.493.iustum.Decius consil.464.placet.

¶ Limitatur,quando pater administrasset,vt tutor filij emancipati: tunc enim rationem reddere tenetur.l.Aurelius.§.Titio.ff.de libera.lega.l.si superstite.C.de dolo. vbi Alexand. in 1.no.Bal.in l.licet.C. ad legem Falcid. Ias. in l. si heres. de condict. caus. data, in fin.do. Boer. in §.3.de consuetud.iuris & sta.perso.in consuetud.Bituri.& in decis.Burdegal.q.61. pater.vbi plus dicit,quod vbi pleno iure bona perueniunt ad liberos,tunc pater rationem administrationis reddere tenetur:& allegat Soci.in consi.24.vt supra dixi.

¶ Secundo rationibus reddendis astringitur pater, si dolo gesserit, vel sit de fraude suspectus.l.Imperator.ff.ad Trebell.ita consuluit Soci.consil.34.prosequendo. in 6. q. vol.1. glo.notab.in l.si quis prioris.in fi.C.de secund.nupt.Sic quoque nos omnes summo Deo reddituri sumus rationem,vt habetur in symbolo Athanasij.& Matthæi 12.Etiam de omni verbo otioso, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij.c. quoties. 22.q.5.& c.quia.64.distinct.

Quæ in rationibus reddendis requirantur.

¶ Secundo quæro, quæ in rationibus reddendis exigantur? Respond. primo, vt is qui rationes reddere vult,eas legendas,deinde computandas offerat,vt explorari possit, computationes probæne, an improbæ referantur: & accepta recte, an non recte relata sint. tex. in l.cum seruus.& l.si cui libertas.ff. de conditio.& demonstra. l. si statulibera pœnæ. §. fin. de statuliber.l.fi.§.inter cetera.ff.de libera.lega.l.si ita fuerit. §. quæstio. in fin. de manumiss. testam. & ibidem Boer.in additio. ad Bened. de Plumbi. Rebuff.& Platea in l. apparitores. per illum tex.C.de exactor.tributor.lib.10.l.Lucius.§.tutelæ. ff. de administra. tutor.Soci. consil.159.in præsenti.vol.secundo,& consil.92.viso.col.secunda,vol. 4.Decius consil.192. in casu.col.1.

Iuratur in litē aduersus eum, qui non conficit librum rationum.

Dicenti perdidisse librum rationū,non creditur.

¶ Quod si tutor, vel alius administrator non confecerit librum rationum acceptorum, impensorumque, contra eum, & alium administratorem defertur iuramentum in litem. l.1. §.officio.ff.de tutel.& rationib.distrah.vbi Bar. & Bal. docent ita præsumi contra eum, qui non facit librum rationum,sicut contra illum,qui non conficit inuentarium. facit l. si quis cum falso.§.1.ff.de fals.Soci.d.consil.46.col.3.& consil.73.col. 2. & consil.159. col. 1. & seq. vol. 1. & 2. vbi dicit non credendum administratori, dicenti se confecisse librum, sed perdidisse, nisi probet casum: quia eius erat officium conficere,& diligenter custodire: vnde iuris est præsumptio, quod non perdiderit, at citius quod malitiose occultet. no. in l.si quis ex argentariis.§.penul.ff.de edendo.l.cum ita legatur.§.species.ff.de lega. 2. Ancha. consil.316.in causa, quæ vertitur. colum. secunda. Corne. consil.196.in fin.vol.3. Et qui confusas rationes tradit, in dolo præsumitur.lege, summa. ff. de pecul. lege, si seruus. de legat.primo.

Dolus præsumitur in dante cō fusas rationes.

Volumina facta reddi debēt confectis rationibus.

¶ Secundo volumina rationum facta reddere debet quiuis administrator. l. si ita fuerit. §.quæstio. in fin. ff.de manumiss.testam.intelligite si librum rationum confecerit ex pecuniis pupilli, vel domini: secus si ex propria pecunia, quia tunc si sua interesset, non tenetur

tur illos libros tradere, nisi soluto eo, quod interest, & facto sibi acceptilationis publico instrumento,teste Barba.consil.91. illud. col.10.in 4.quæst.vol.3.per l.1.§.penul.ff.de edendo.Soci.in l.quamuis.de conditio.& demonstra.Et quid probare teneatur pupillus, quando tutor vel administrator non confecit librum rationum, videte per Bar. consil.150.cum prædicta.& Bal.consil.152.ad euidentiam.vol.3.

Instrumenta reddi debent post rationes redditas.

¶ Tertio non solum volumina rationum administrator reddere debet,verum & instrumenta pertinentia ad pupillum, vel ad alium dominum, cuius bona sunt administrata: quæ si dolo non restituat, poterit in litem iurari. Idem si lata culpa.l.aduersus. & l. is qui. C.de in litem iurando.Si autem leuis culpæ occasione tutoris heres instrumenta non reddat, aduersus eum non iuratur in litem: sed legitime ipsius pupilli interesse probandum est, nisi aduersus tutorem fuerit lis contestata. l. in actionibus. & seq. & l. si tutor. ff. de in litem iurand.

Recepta scribenda sunt, & impensa.

¶ Quarto debet administrator ea quæ recepit scribere, & à quo accepit, & ex qua causa. Lapparitores. C.de exactor.tributor.lib. 10. & l. 2. vbi Bar.& Rebuff. de nauicular. lib. 11.vt superius fusius dictum fuit.

Impensa in libro quomodo scribenda.

¶ Quinto post scripturam accepti,rationem impensorum scribere debet, primò cui dedit nominatim scribi, secundò ex qua causa,tertiò annum, mensem & diem, quibus dedit: alias non potest recte intelligi,an in eis machinatus fuerit.l,neminem. C. de suscepto. præpōs.& arcar.lib.10.Et ratio quæ non intelligi potest,non videtur reddi.l.argentarius.§. edi. ff. de edendo. quamobrem accepti ratio atque expensi computata esse debet. l. emptor. §. fi.ff.de pact.

Condemnatus ad rationes reddendas, quid agere debeat.

¶ Sexto rationem reddens, dominum instruere debet de singulis.l.si pure. §. fi. ff. de fideicommissar.liberta.Lucas de Penna in l.ordinariorum. col. 1. C. de cohortal.lib.12.Guido Pape in statuto., Si quis. in verb. per literas. in fi. Et ideo per sententiam condemnatus ad reddendum rationes, primum codices edere debet, postea calculum ponere, & reliqua reddere, postremo purgare moram solutione eius, quod debetur.l.cum seruus. ff.de conditio.ita consuluit Ias. consil. 100.in iudiciis.col. 2.vol. 4.ideoque oportet,quod ostendat debitores, cum quibus contraxit,eius conditionis fuisse id temporis,quo contraxit,vt diligens paterfamilias his crediturus fuisset, nempe idoneos. Quod si quid deterius ab eo tempore contigerit, quominus hodie soluendo sint, id non ope aut culpa eius contigisse. d.l.qui sub conditione.in fi.Bertach. in tract. de episc.in 6.parte, lib.4.q. 29. Barba. consil. 91.illud.in 5.q.vol.3.Ias.in l.periculum.ff.si certum peta.

Negligentia exactoris illi est nocua.

¶ Septimo vt eorum redituum & fructuum ratio pupillo, vel alij domino reddatur, qui ex fundo communiter à pupillo & administratore percipi potuerunt, licet negligentia percepti non sint.l.si fine.§. Modestinus.in 2. ff.de administra. tutor.glo.& Bal.in l.cum testamento.C.de testament. manumiss. Vnde si negligentia commissa est in non exigendo à debitoribus pupilli,ex qua debitores effecti sunt non soluendo, tenetur administrator. l. si tutor.ff.de administra.tutor.& l.2. C. arbitr.tutel. Idem si non administrauit ea,quæ iure facere tenebatur. l. 1. in princip. ff. de tutel. Secus si casu fortuito nulla negligentia præcedente, debitores effecti sint non soluendo.§. Modestinus.& l. etiam. de administra. tutor.

De non administratis tutor vel alius tenetur.

¶ Octauo tenetur etiam de his, quæ administrare debebat, & non administrauit. l. 1. in princip.ff. de tutel. & rationib. distrahend. l.si tibi. C.de testament. tutel.l. si tutoris.de administra. tutor.l.pater. l. heredes.& l.aduersus. de heredib.tutor.Corne.consil.255.præsens. col.1.vol.1.Soci.consil.2.col.2.vol.1.Et sic tam de gestis,quam de gerendis tenetur ex bono & æquo rationem reddere.l.qui filium.ff. de manumiss.testam.

Plene ratio reddi debet.

¶ Nono quod plene ratio reddatur, & bona fide. Bal.in l. penul.col.5. versic.item pone aliud exemplum. C. de conditio.inser. Bertach. in lib. 4 in 6 parte,q.29.per l.creditor. §.1. ff.manda. vnde Aphrica.ait in l. qui filium.in fi. ff.de manumiss. testam.sufficere, dum quis ex bono & æquo rationem reddat,quam bonus paterfamil.reciperet.

Accepti ratio prius,quam impensi quærēda.

¶ Decimo quod ostendatur prius ratio accepti, quam impensi: prius enim accipimus quam impendamus,& impensum præ se fert acceptum. arg. l.decem.ff.de verbor.obliga.§. seruus.de capit. deminutio. hoc docet Nico. de Neapoli in l.spadonem. §. ratiocinatio.ff. de excusa.tutor.per l.apparitores.C.de exactor.tributor.lib.10. vbi Bar.& Rebuff.

Calculatores possunt committi in rationibus reddendis.

¶ Vndecimo is qui rationem debet reddere, potest petere committi calculatores, apud quos rationes reddantur, vel reuideantur, si opus sit. l. si cui libertas. & ibi Bar.ff. de conditio.& demonstra.tex.in l.si pater duos.§.si Sticho. de fideicommissar.liberta.

¶ Duodecimo quod ibi reddatur ratio,vbi gestum est negotium.l.vna. C. vbi de ratiociniis,& ibi doct.

¶ Decimotertio, is qui reddit rationes, docere debet constare de omnibus, quæ gesta sunt ab eo, vt neque subtraxerit quid ex his, quæ acceperit, neque expensis rationibus aliud adscripserit,quam quod vere sit expensum: & reliquum, vt scripto constabit, soluere debet esse paratus. tex.in l. qui sub conditione. & l.si cui. ff. de conditio. & demonstra. Et

Conſtare debet de geſtis per acceptilationem. Credi nõ debet rationem reddenti de impenſis magnis.

ſic de expenſis factis acceptilationem (quam dicunt quiſtantiam) præſtare debet. Nec in expenſis magnis ei quantumuis iuranti creditur, nec libro ſuo: ſecus in paruis & exiguis, l. qui ſub conditione. & l. ſi ſtatulibera. in fi. ff. de ſtatuliber. glo. & doct. in l. fi. C. de iure deliber. Bal. in l. id quod pauperibus. in fi. C. de epiſcop. & cleric. & l. nulli. col. 3. ibidem. l. fi. §. in computatione. de iure deliber. & l. ſi quis pro redemptione. de dona. Ioan. de Platea in l. excellentia. de eroga. militar. anno. lib. 12. Barba. conſi. 62. ſaluatoris. col. 2. vol. 2 Quandoquidem teſtimonium in re propria receptum non eſt. l. omnibus. C. de teſtib. Et exemplo forer pernicioſum, quod ei ſcripturæ credatur, qua vnuſquiſque ſibi annotatione propria debitorem conſtituit: vt dictat Imperator in l. exemplo. C. de proba.

Deponenda eſt pecunia debita rationibus reddituis.

¶ Vltimo requiritur, quod ſtatim redditis rationibus pecuniam, quæ ex computatione colligitur, deponat. l. ſi pater. §. ſi Sticho. ff. de fideicommiſſar. liberta. & de non liquido ſatisdare debet. l. ſtatuliber rationem. ff. de ſtatuliber. Et ſi quas res ex his detinet, eas reſtituere cogendus eſt. l. ſi pure. in fi. ff. de fideicommiſſar. liberta. l. non ſolum. §. is qui reddere. ff. de libera. lega. l. qui ſub conditione. ff. de conditio. & demonſtra. l. ſi quis ita. §. ſi duo. de ſtatuliber. l. cum teſtamentum. C. de manumiſſ. teſtam. Bal. conſil. 152. ad euidentiam. col. 1. & ſeq. in 3. vol. & Soci. conſil. 24. viſis. col. 11. in 1. vol. Quod computum, cum fuerit concluſum & clauſum, vt dicanicis pernotum eſt, executionem paratam habet in hoc Regno per modum prouiſionis: vt docui in tract. de ſenten. prouiſional. in 1. tomo commentariorum in conſtitutio. Regias Gallic.

Semel tantum rationes reddendæ.

¶ Tertium ſupereſt, an qui ſemel reddiderit rationes, iterum eas reddere cogatur. Et breui facite regulam, non teneri per tex. in l. ſemel. & ibi Bar. C. de apoch. public. lib. 10. & l. quamuis. ff. de conditio. & demonſtra. & ibi doct. Ioan. Andr. & alij in c. vno. de cleric. ægrot. lib. 6. Bar. in l. fi. ff. de pact. Ratio eſt, quia ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo, vt in §. præceden. huius legis abunde ſcriptum fuit: & prolatio actus affirmatiue concepta recipit conſummationem in primo actu, qui celebratur. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de lega. 3. vt ſcilicet infinitum euitetur. c. 2. de reſcrip. lib. 6. de quo plene dixi in mea interpreta. ad l. vnam. no. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. & in §. præceden. Vnde pulchre ſcribit Vlp. in l. fi. ff. de bonis auth. iudic. poſſiden. amplius quam ſemel diſpunctionem non eſſe concedendam, niſi quis iurauerit ſe non calumniæ cauſa poſtulare, neque habere quæ diſpunxerit, & tunc iterum ei faciendam poteſtatem ait, ſed non amplius quam bis.

¶ Secundo limitatur, quando erratum eſſet. l. vna. C. de errore calculi: niſi poſtea interueniret ſententia, quæ tranſiret in rem iudicatam, vel tranſactio ſuper illa computatione: vt ibi dicitur, & late conſuluit Corne. conſil. 62. quanquam. vol. 4. tex. & ibi glo. in l. quæſitum. ff. quando actio de peculio annalis eſt.

Rationes non plene redditæ, iterũ reddẽdæ.

¶ Tertio non ſeruat officium ſuum hæc regula, cum plene non reddidit: quia quoties vitioſe factum eſt, pro non facto habendum eſt. l. quoties. ff. qui ſatisdar. cogant. Imol. in clem. quia contingit. de religioſ. domib. Et dicitur non plene reddidiſſe, ſi non confecerit librum rationum, per ſupra adducta in proxima quæſtio. vel ex temporis vicinitate, ſi forte vno ſolo die fuerunt remiſſæ rationes, quæ conſtabant quatuor, vel quinque libris magnis. non enim eſt veriſimile ſingula tam breui diſpuncta fuiſſe: arg. eorum quæ dicit Do. de ſententia, vt non valeat in c. ponderet. 50. diſtin. & refert Iaſ. in l. 2. C. de edendo: quando profertur ſententia eodem die, quo fertur proceſſus ad iudicem, vel ſi decretum ſine cauſæ cognitione interponatur. Sic, quando ſtatim finita tutela facta eſt liberatio per pupillum. arg. l. ſi ventri. §. fi. & ibi glo. ff. de priuileg. creditor. facit l. ſed ſi ex parte. §. ſed an. ff. quod cum eo. & ex aliis traditis per Soci. conſi. 92. viſo inſtrumento. col. 2. & ſeq. vol. 4. & in conſiliis ſupra allegatis. Quod eſt notandum. ideo ſtatuit Senatus hoc anno 1556. menſe Septembri, rationes collegij Heduenſ. reuidendas eſſe, licet iam redditæ eſſent, ſed coram burſariis pueris, & imperfectæ ætatis.

Liberatio non extenditur ad ea, quæ vindicari poſſunt.

¶ Quarto limitatur, cum dolo quidpiam retinuerit, aut celauerit. tunc enim poteſt liberatio retractari, illudque retentum vindicari. l. Aurelius. §. Meuia. ff. de libera. lega. l. tres fratres. & ibi late Iaſ. ff. de pact. & dicam in ſeq. q. Bal. in conſil. 274. licet. vol. 2. vbi dicit, quod licet fuiſſet generalis liberatio, tamen non extenditur ad ea, quæ poſſunt vindicari: quia vindicatio naſcitur ex diuerſo fonte. l. bona fides. ff. depoſiti. Soci. conſil. 19. memini. col. 2. cum ſeq. in 2. vol. Limitate vt per Barba. in conſil. 41. illud. col. 15. vol. primo. videlicet pro bono pacis. & Soci. in conſil. 201. abunde ponentem quinque caſus no. in 2. vol. & conſil. 282. vias tuas. in vlt. quæſt. ibidem, vbi tradit duos caſus.

Ex falſa cauſa facta liberatione iterum petitur rationum redditio.

¶ Quinto flectitur regula, ſi liberatio ex falſa cauſa facta fuerit, poteſt iterum peti reddito rationum, non obſtante etiam decreto iudicis, & iuramento, ſi fuerit interpoſitum. Dec. conſil. 110. vere vt puto. in fine allegat Paul. ſic conſuluiſſe. ita tenet Soci. conſil. 72. difficultatem. 2. q. vol. 3. Et ſolent literæ à cancellaria Franciæ impetrari, vt non obſtantibus rationibus ita traditis, agi denuo poſſit: quæ facile allegata cauſa vel dolo concedi ſolent. & tunc

tunc iudex ſolet dare de conſenſu partium calculatorem, qui rationes reuideat, & computet. per l. fi. C. de vſuris pupilla. Bal. in c. ſi autem. in fi. de reſcrip. & in l. diffamari. C. de ingenuis & manumiſſ.

Remitti an poſſit, ne rationes reddantur.

¶ Poſtremo quæro, an teſtator poſsit remittere, ne rationes reddantur? videtur non poſſe. præberet enim hæc remiſsio delinquendi facultatem. Tutor autem vel alius adminiſtrator multa poſſet pro libidine profligare, & impune furripere: quod iura non patiuntur. l. conuenire. ff. de pact. dotal. l. iuriſgentiũ. §. ſi paciſcar. ff. de pactis. & l. ſi vnus. §. illud. eodem. facit etiam tex. in l. quidam. ff. de adminiſtra. tutorum.

Remiſſio rationis de quo pro ſit.

¶ In contrarium eſt crebrior opinio, per l. Aurelio. §. 1. l. procurator. l. Aurelius. §. Titius. & ſeq. l. fi. §. inter. & ſeq. ff. de libera. lega. l. cum neceſsitatem. & ibi Bar. C. de fideicommiſſ. nam quilibet eſt rei ſuæ moderator. l. in re mandata. C. manda. etiam abutendo. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hereditа. Remiſsio tamen hæc non prodeſt quoad dolum futurum. d. §. illud. imo per quæcunque verba, ſiue generalia, ſiue ſpecialia remittatur, non valet remiſsio quoad dolum de futuro. Bar. in d. l. quidam. per illum tex. ibi, niſi bonam fidem. vbi dicit, quod ſi teſtator indulſerit alicui, ne rationes reddere teneatur, nihilominus tenebitur is de dolo futuro, qui non poteſt remitti: ſecus de dolo præterito. l. ſi quis rationes, in fi. ff. de libera. lega. facit l. de alimentis. C. de tranſactio. vbi ſuper alimentis tranſigi poteſt ſine prætoris authoritate, ſi præterita ſint: ſecus ſi futura. nam commodum ex ſuo dolo reportare quis non debet. c. ex tenore. de reſcrip. l. ſiue. de negot. geſt. Soci. conſil. 159. vol. 2. & conſil. 201. abunde, col. 2. eod. vol. per l. ſi quis rationes. ibi, quis rationes geſsit. ff. de libera. lega. & conſil. 72. difficultatem. in 3. vol. Tum quia legata non debentur perſonis odioſis. l. Lucius. 2. §. Lucius. 2. ff. de lega. 2. quæ fieri ſolent ob merita. l. necadiecit. ff. pro ſocio. Tum etiam quia non eſt veriſimile teſtatorem mortis cogitatione turbatum, cogitaſſe de dolo adminiſtrantis. Bar. in d. §. Caius. Siue habuerit mortem inſtantem, ſiue non: quia ſemper teſtando cogitat de morte, & dolum odio proſequitur, quem ſicut in ſe reprobat, ita & in aliorum perſona reprobare videtur: teſte Soci. conſil. 72. vol. 3. & qui doloſe reddit, non videtur reddidiſſe. l. qui filium. ff. de manu. teſtam. Ancha. conſil. 118. caſus talis eſt. quinque rationes tradit Barba. conſil. 4. illud. col. 5. vol. 4.

Dolus futurus remitti non poteſt.

¶ Quinimo etiam ſi teſtator exprimeret dolum, dolus tamen futurus non videtur remiſſus. l. Aurelio. §. Caius. ff. de libera. legat. & ibi Bar. & d. l. ſi quis rationes. ita conſuluit Ioan. de Ana. conſil. 80. viſis & intellectis. col. 1. vbi dicit iſtam opinionem æquam, & veriſſimam. Alexand. conſil. 74. in cauſa. vol. 7. etiam ſi liberatio facta eſſet per viam contractus præſentibus & acceptantibus partibus. Soci. conſil. 72. difficultatem. in 1. dubio. vol. 3. etiam per quæcunque verba generalia, vel geminata, quæcunque & qualiacunque ſint. Barba. conſil. 4. illud. in 4. vol. ne delinquendi facultas præbeatur.

Dolus verus remitti non poteſt.

¶ Intellige ſane dolum futurum non poſſe remitti, ſcilicet verum: ſed dolus præſumptus contingens ratione negligentiæ, vtpote quia non cõfecit inuentarium, vel librum rationum, poterit remitti: vt expreſſe docet Anto. de Butrio in cap. fraternitatis. in 4. limita. col. 9. de teſtib. vel ſi res ſunt furto ſubtractæ, ſiue dolo, tunc quoque non teneretur ratione liberationis. Alexand. conſil. 45. habita. col. 1. vol. 1. Decius conſil. 192. in caſu. & 418. viſa. in fi. concludit tribus concurrentibus valere legatum liberationis: primo, quando fuit legata liberatio coniuncto, & proximo: ſecundo, ſi non reperiatur factus locupletior: tertio, quando ſolum de dolo præſumpto arguitur, quod videlicet non confecerit inuentarium: ſecus ſi de vero dolo, vt dictum eſt. facit c. ſcribam. de præſumptio.

Ignorata non cenſentur remitti.

¶ Adde etiam ſi teſtator remitteret omne illud, in quo contingeret tutorem vel adminiſtratorem condemnari ratione adminiſtrationis, etiam ratione doli, quia intelligeretur, vt dixi. Sic tenet Bal. & Salicet. in l. cum neceſsitatem. C. de fideicommiſſ. Alexand. conſil. 62. Sereniſsimus. col. 4. in 4. vol. & Angel. conſil. 174. circa. Ancha. conſil. 118. caſus talis. 2. q. Ioan. de Anania conſil. 80. viſis. q. 2. & iſta eſt communis opinio, teſte Decio conſil. 188. in cauſa. col. 2. Iaſ. in d. l. cum neceſsitatem. Idem in omnibus eſt dicendum in lata culpa, quæ ſub appellatione doli comprehenditur. glo. in l. ſi filio. §. 1. in verb. culpa. ff. ſoluto matrimo. & l. ſi cum venderet. de pignoratit. actio. Bar. in l. in venditione. §. 1. de bonis authorita. iudic. poſſidend. Bal. in l. acceptam. in 6. q. C. de vſur. Bolog. conſil. 13. vt in præſenti. col. vlt. Curtius conſil. 67. ſapienter. 2. q.

Reliqua non cõtinentur in liberatione.

¶ Tenebitur etiam allegans dolum probare illum. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probatio. l. cum ita. §. ſpecies. de lega. 2. cum in dubio non præſumatur. l. merito. ff. pro ſocio.

¶ Item iſta liberatio non extenditur ad ignorata, & occultata. l. tres fratres. ff. de pactis. Salic. & alij in l. tranſactione. C. de tranſact. facit l. matri. ff. de inofficioſ. teſtam. Sic conſuluit Soci. conſil. 72. difficultatem. col. 2. vol. 3.

¶ Nec etiam impedit, quominus conueniri poſsit ratione reliquorum. d. l. Caius. & l. Aurelius. §. Meuia. & ibi glo. ſingulat. dicit quod ſi quis liberat ſuos debitores, non videtur eos liberare, qui poſſident res, & qui poſſunt conueniri actione rei vindicationis, quam glo.

glo.dicit singularem Bal.in margar.in verb.liberatio.in 5.q.& in l. cum necessitatem. C. de fideicommiss.Alexand.consil.46.visis.in 1.vol.& consil.102.& consil. 170. in 2.vol.& in l. 1.in fi.ff.si certum peta.Iaso.in §.superest. nu.101.cum seq.Insti.de actio. & in l.sub prætextu. nu.2.C.de transactio.Feli.in c.quoniam.col.2. versic. limita eam.de præscrip. facit tex. in l. & vno.§.1.ff.de acceptila.vbi quando fit generalis liberatio,specialiter fit mentio de actione in rem:alias non comprehenderetur,vt tenet Soci.per illum tex.in consi.72.difficultatem. col.1.vol.3.

¶ Intellige in reliquis, quæ vindicari possunt: secus in illis,quæ vindicari non possunt, & in quibus administranti nil adest:vt quia dum esset commissus,rem deterioravit.Angel. consil.184. circa. in fi. Decius consil.188.& consil.192. in casu. & consil.300.consuluit. nam qui reliqua retinet,censetur in dolo præterito, & futuro. l. si procuratorem.§.fi.cum l.seq. & l.dolus. ff. manda.Ioan.de Anania d. consil. 80. col.2.Alex. consi.170.circa.col.2.vol.2.

¶ Adde etiam si pupillus confessus fuerit se habuisse omne, & quicquid peruenerat ad tutorem occasione tutelæ. nam si probari possit nil ei redditum fuisse tempore confessionis huiusmodi, vel ante, per consequens apparet in hoc læsum fuisse: licque petet in integrum restitutionem, impetrando literas Regias super hoc.l.nam & postea. §.si minor. ff.de iureiur.quam læsionem confessionis sufficit probare per vnum testem.Bal. & Salic.in l.vna. 17. col.C. de confess. & sequitur Soci.consil.72.in 2.q.vol.3.

Liberatio facta patri continet & reliqua.

¶ Limitatur in patre. d. l. Aurelius. §. Titius. ergo in aliis habet locum ius commune, arg.l.1.ff.ad municipal. Curt. consil. 67. sapienter. in 2. q. quia fauor paternus erga filium tollit omnem doli præsumptionem.l.non debet. ff.de dolo. nimirum si valeat in eo remissio, etiam rerum quas habet apud se.

¶ Secundo non procedit in reliquis præteritis,in quibus valet remissio:secus in futuris. d.l.quidam.& l.Aurelio.§.Caius.Sic consuluit Ancha. consil. 118. casus talis est. col.2. q.2. Bar. in d.l. quidam. & doct. in d. l. cum necessitatem. Vnde si graueur pupillus, ne possit agere contra tutorem,intelligitur de eo quod de præterito debetur.Ioan.de Ana.d. consil. 80.visis.Alexand.consil.74.in causa.vol.7. col.2.

¶ Tertio perdit officium,vt per Corne.consil.29. videtur.in 1. vol. Alber.in d.l. quidam decedẽs.in fi.princip. Non prodest etiam quoad bona alienata per administratorem,dolo. d.§.Caius.& d.l.si quis rationes. Bar. in l.non solum. §. fi.de libera. lega. sic consuluit Bolog.consil.13.vt in præsenti.col.vlt.Secus si leui culpa,vt ibi per eum.

Liberatio rationum reddendarũ quid prosit.

¶ Tamen operatur hæc liberatio rationum reddendarum per testantem facta, ne scrupulosa deinceps fiat inquisitio, & exactio.l. si seruus vetitus.ff.de lega.1. l. quædam.de administ.tutor.Aufrer.in decis.Tholosa.q.46. item,&c.an testator.Vnde si testator legauerit liberationem tutori,seu vxori, vel prohibuerit,ne reddat rationem & reliqua, imo si contingat dictum administratorem in quoquam condemnari, id legat dicto administratori, grauando heredes, vt habeant hoc restituere, adhuc si condemnetur ex dolo futuro, & vero, non se ad hoc extendet liberatio: secus si per viam negligentiæ, vt consuluit Curt. post alios consil. 67. sapienter.2. q.allegat Angel.d.consil. 174.quia materiam præberet delinquendi, vt supra dixi.

¶ Hæc de rationibus tradere volui,cum in dies vobis plerique rationes reddere teneantur, vt deinceps per hoc intelligere possitis, rationes probæ, an improbæ fuerint. Si vltra solitum morem distulimus, boni si placet consulite, & operam meam grato animo vobis oblatam quæso ne spernite. Sequuntur in tex. hæc verba.

Argentarius.

¶ *Nam & argentarius.* Argentarius ab argento deducitur, cuius exercitio præerat:& dicitur nummularius,siue mensularius,Gallic.*banquier ou changeur*. Quorũ duo sunt genera. quidam enim sunt minuruli nummularij, id est campsores, vulgo dicti: quos Græci ἀργυροκόπους, quasi de argento vel pecunia legem statuentes vocãt.Et hi publicam causam habere non videntur, nec rationem accepti expensique facere,vt argentarij illi & mensularij, qui non tam pecuniarum permutationem, quam maiorem negotiationem exercent, quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari fœnerato, interdum gratuito: teste Budæo in annota.in Pandectas,in l.qui hominẽ.§.quoties.ff. depositi.Et per hos argentarios res quandoque vendebantur. l. filiæ. ff. de solutio. Sunt tamen qui dicant argentarios esse, qui publicis præsunt mensis:nummularios vero, qui priuatas habent mensas. quod non vidi iure probatum.

Triplex argentarius.

¶ At melius hæc explicari posse videntur, si triplicem in iure differentiam argentariorum constituamus:vt primum argentarius sit exercitor,qui mensam exercet argentariam, vt in l.prætor. ff.de edendo. de quo superius. Alter dicitur argentarius vascularius, qui vasa aurea & argentea conflat.l.fi.ff.de actio.& obliga.quamuis Alcia.lib.dispunctio.1.c.25. dicat nil facere:tamen etiam si in tex.nil dicatur de vasculis, tamen argentarius erat vascularius. Et declaratur, cuius qualitatis erat is, cum quo contrahebatur. facit l. apud. §. fi. ff. de præscrip.verbis. Tertio dicitur argentarius coactor, qui cogebat & congregabat pecuniam

niam mensæ argentariæ debitam:de quo in l. Sticho. §. est argentarius. & §. fi. ff. de statuliber. Alciat. in lib.1. parerg.c. 24. scribit coactores argentarios eos dici, qui dum reliquatores aliquos haberent vel propter paupertatem, vel alia de causa difficiles exactu, huiusmodi nomina per licitationem vendebant. Et hi emptores videntur latius coactores dicti, quod & cogere sit pecuniam corradere, & exigere: vel coactores ipsorum argentariorum dicunt mercenarios,qui à foraneis exigunt,& collectarij vocantur,in l.quisquis.C.si certum peta. nos receptores eos vocamus.Et vbicunque penes istos argentarios inuenta fuerit pecunia, pro executione iudicati capi solet.l.à diuo Pio.§.sed & si pecunia.ff.de re iudica.De his argentariis scripsi in l.prætor.ff.de edend.

Argentaria mensa.

¶ Hinc dicitur mensa argentaria, locus in quo argentarius artem exercet: nos vocamus *le change & la boutique du change*. vt in l.prætor.ff.de edendo. Alias vocatur taberna argentaria,in l.qui tabernas.ff.de contrah.emptio.scripsi in l.tabernæ.in fi. infra eod.

Argentaria.

¶ Argentaria quoque dicitur officium,siue ars argentarij.d.l.prætor. §. sed & filiusfamil. ibi,argentaria exerceatur.l.heres absens.§.1.de iudic.

Argentariam facere.

¶ Argentariam facere est argentariam exercere. d. l. prætor. §. sed & si seruus.iuncta l. si vero.§. idem erit.ibi, nam & si quis cœnaculariam exercens.de his qui deiecer.vel effuder. & §.sequenti.

Argẽtifodina.

¶ Argentifodina locus est,vbi inuenitur,& ex quo eruitur argentũ:quam minam vocamus,iuxta Gall. *mine d'argent*. l.diuortio .§.si vir.ff.soluto matrimon. qualis nuper fuit inuenta in fœlici patria Cenoman. fœlicem enim dicam ab argento, quod (vt dicit Timocles) est hominibus sanguis, & anima. id quisquis non habet, neque possidet, ille inter viuos mortuus obambulat. Aurum longe validissimum esse puto, per quod omnia scinduntur,& conficiuntur. inde Euripides ait: ὁ χρυσὸς ἀνδρείωμα κάλλιστον βροτοῖς. O aurum pulcherrima fœlicitas hominibus.quod (vt Philemon inquit) si habueris,petas ab ipso,quicquid voles, omnia tibi addentur, amici, auxiliatores, testes, domorum multitudo. Sed aurum, argentumve apud quempiam Spartanum deprehendi, capitale erat: sic & apud philosophos turpe.l.sed & reprobari.ff.de excusa.tutor.& apud rusticos.l.domini. C.de agricol. & censit. lib.11. Hodie in Francia aurum congerere difficillimum. videte quæ scripsi de hoc in procem.concorda.in verb.subnixa.

Aurum pulcherrima fœlicitas.

Edere varie sumitur.

¶ Notandum est, quod edere multis modis in iure capitur. Primo edere partum est in lucem emittere.l.etiam ea.infra eod.& l.quæreret.& l.liberorum.inferius hoc titul. & l.vlt. ff.de senten.passis.l.liberorum.§.Pomponius.de his qui no. infam. Et partus dicitur editus,id est in lucem emissus.l.Titius.§.Lucius.ff.de liber.& posth.l.fi.§. partũ. quæ in fraud. credit.l.moris.in fi.ff.de pœnis.l.eius.1.ad municipal.l.Imperator.2.de statu homi.& l.idem erit.ibid.& l.patre.de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. de acquir. rerum domi.l.si ventri. de priuileg.creditor.l.3.§.penul.de iureiur. Hinc editio,id est natiuitas. l. 2. §. præterea si conceptus sit à plebeio,mox ante editionem pater eius decurionatum adeptus,ante editionem amiserit.ff. de decurio.

Editio pro natiuitate.

Edere pro facere vel publicare.

¶ Secundo edere est facere,& cõponere, vel publicare. l. lex Cornelia.§.fi.ff.de iniur.ibi, si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ediderit. Sententiam edere dicitur is,qui eius fuit author:publicare vero alterius sententiam quis dicitur, in c. nouit. de appella. Et sic edere non est publicare, secundum Panor. & alios ibi, nisi quis addat, edidit in lucem librum,id est publicauit,palam fecit.Sed videtis contra in §.fi. vitia priorum censuum edi tis nouis professionibus euanescunt.ff.de censib.factis vel impositis,vt ibidem in l.forma. §.quę post censum editum. ibidem.

Edere pro demonstrare,vel exhibere.

¶ Tertio edere est demonstrare.l.in eos.ibi,in edendo patrimonio.ff.de tutelis.l.1.§.item solent.de offic.prefect.vrb. ibi, circa edendam patrimonij quantitatem,&c.l.2.§. diuus. ibi, compelletur delator edere mandatorem.ff. de iure fisci.

¶ Quarto est exhibere,& copiam describendi facere.ita capitur in l.1.& per totum. ff. de edendo.hinc dicetur actionem edere,qui libellum offert.l.si debitori.ff.de iudic.vbi dixi. l. edita actio.C.de edendo.Et Bud.in annota.in Pandectas in l.2.in verb.vindicias.ff.de orig. iuris,dicit edere esse, quod nunc per scriptum dare, vel per declarationem dicunt. Sed tamen alio modo editur, licet non per scripturam, vel per declarationem. nempe vbicunque produco instrumentum,& illius exemplum pars petit,& ego illi trado, dico redere:vt in l.1.ff.de edendo.

Dictare actionem & edere, idem.

¶ Et sic dictare actionem est illam edere,intendere,& instituere.d.l.1.§.edere.ff. de edendo. & pro eodem capitur dictare iudicium, in l. si seruus depositus. in princ. ff. de noxal. actio.vel edere.l.fi.ff.de separatio.l.2. pro donato. vbi glo. dicit per litiscontestationem. l. si sine.§.si procurator.rem ratam haber.l.apud.§.mandaui. de doli exceptio.l.actione.in principio.pro socio. Dictatur actio,cum libellus componitur,& postea agit actor.l.non distinguemus.§.illud.ff.de recep.arbitr.iuncta l.2.§. sed si agant. de iudic. Editur interdictum, cum dictatur,& intenditur.l.2.in fi.ff.quorum legator.vbi glo.editur,id est in iudicio proponitur

Edere interdictum.

ponitur per litiſcontestationem, & inchoatur. Et quod dictare iudicium per litiſcontestationem ſit, probat tex. in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. in fi. princip. ff. de verbor. obliga. licet non ſic paſsim capiatur.

Edere rationes. ¶ Quarto rationes edere, eſt illas exhibere legendas, & computandas præſtare. l. cum ſeruus. ff. de conditio. & demonſtrationib.

Edere pro comedere. ¶ Quinto edere ab edo, es, comedere eſt. l. ex empto. §. animalium. ibi, & qui iumenta vendidit, ſolet ita promittere, eſſe, bibere vt oportet. ff. de actio. empti. glo. & doct. in rub. ff. & C. de edendo. c. vlt. §. is ita. 25. q. 1. de edaci locuſtarum pernicie, in l. excepto. C. locati.

¶ Sexto ex adiuncto verbum edo ſuam variat, & mutat ſignificationem: vt iudex ſeruienti edidit mandata capiendi legionarios, id eſt capiendi poteſtatem commiſit, ac dedit. Edere animã eſt mori. & ſimilia, quæ tradit Cardi. Adria. de ſermone Latino, in verb. edere.

Edere nomen. ¶ Septimo edere nomen, eſt profiteri, & exprimere nomen, nominare. l. vna. ff. de offic. conſul. vbi qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere non poterit. Et per illum tex. aliquando vidi decidi in forenſi iudicio de duobus iudicibus parem habentibus iuriſdictionem, inter quos erat locus præuentioni, vt ſi vna pars ſupplicuerit coram vno, contra aliquem ius ſibi dici, & ſic nomen aduerſarij ediderit, non poterit ad alterum iudicem accedere, quia iuriſdictio præuenta eſt. l. ſi quis poſteaquam. ff. de iudic. & Iuriſconſul. ait: Si mater non petierit tutores idoneos filiis, vel eis reiectis confeſtim nomen aliorum non ediderit, id eſt alios non nominauerit, ius non habet ſibi vindicandorum bonorum inteſtatorum filiorum. lege ſecunda. §. ſi mater. ff. ad Tertullia. lege 3. qui petant tutor.

Supplicans coram vno iudice non poteſt ad alium ire.

Edere operas. ¶ Octauo edere eſt præſtare, concedere, vel dare. l. ſi peculium. §. quædam conditiones. ff. de ſtatuliber. ibi, quia hæ neceſſario ſingulæ edendæ ſunt. Inde edere operas, dicit Iuriſconſul. in l. operæ in rerum. & l. aut certe. ff. de oper. libertor. l. ſi non ſortem. §. libertus. in fi. de condict. indeb. l. in ſtipulationibus. in fi. de verbor. obliga.

Munus edere. ¶ Nono edere munus, vel ſpectaculum, eſt facere, ſeu exercere ludum, vel venationis, vel gladiatorum, vel alterius generis. Solebant enim antiqui in honorem muneris conſulatus, vel alterius, ludos & conuiuia agere, & erogare pecuniam ad hæc facienda, vel pro his quicquam legare ſolebant. l. Publius. ff. de conditio. & demonſtratio. l. ſi quis ob honorem. de pollicita. vbi Budæus. Et ideo, quia illi ludi fiebant, edebat is munus, quaſi munus publicabat: & qui abſens per epiſtolam muneris iſtius edendi gratia mittebat, ad editionem illius promiſsi muneris per epiſtolã non tenebatur. & ſic iſtos ludos celebrare non tenebatur, quamuis promiſerit per epiſtolam, ſe ludos illos publicaturum, & facturum: licet contrarium videretur, quia reipublicæ intererat: tamen contrariũ decidit l. Charidemo. ff. de pollicita. Quamobrem hi quoq; ludi vocabantur munera, quia videlicet populus hoc oblectamenti ludorum genere, perinde ac munere quodam capiebatur, & à magiſtratibus, & Principibus quaſi muneris loco exhibebatur. Vnde etiam ludos edere, dicit Iuriſconſ. in l. ſi vt certo. §. interdum. ff. commoda. & ſpectacula edere, in l. legatam. in fin. ff. de adminiſtra. rerum.

Actor reo edere tenetur. ¶ Decimo actor reo tam inſtrumenta, quam rationes etiam ad fundandam eius exceptionem edere tenetur. l. 1. ff. de edendo. l. non eſt nouum. C. illo titul. c. 1. de proba. niſi illa rei exceptio vim actionis haberet, vt compenſationis exceptio: nam qui compenſat, petere dicitur. l. amplius. ff. rem ratam haberi.

¶ Idem, quando exceptio crimen actoris contineret, vt exceptio excommunicationis, vel banni, & ſic quando agitur de capitali cauſa. lege ſecunda. §. idem diui. ff. de iure fiſci. Vnde actor controuertens beneficium in aliquem, non tenebitur edere excommunicationis inſtrumentum: & in aliis caſibus deſcriptis in l. fi. C. eod. per doct.

¶ De reo contraria eſt regula, quod reus actori non teneatur edere: volens enim agere probationes habere debet. l. qui accuſare. C. de edendo. quippe nimis graue foret, quod quis paret arma contra ſe. l. nimis. C. de teſtib. Niſi ex iuſta cauſa. l. 1. C. de edendo. Et an cauſa iuſta fuerit, arbitrio iudicis relinquitur, vt ibi: nam hæc materia eſt valde arbitraria. Et in hac limitatione comprehenduntur aliæ, quas ſcribunt doct. in l. fi. C. de edendo. & Soci. in tract. fallen. in regul. 112. edere. ac Decius poſt alios in c. 1. de probatio. Vnde ſi inſtrumenta caſu fortuito perdita forent, tunc cogi poſſet, ne veritas periret. c. 1. de probatio. vbi doct. & facit l. ſi quis. §. vlt. ff. de edendo. Et quando reus in iudicio vteretur. l. 1. §. edenda. ff. eod. Idem in eccleſia, fiſco, & cauſa priuilegiata, vt matrimoniali, & aliis caſibus deſcriptis in dictis locis ſuperius allegatis. lege, ne quiſquam. ff. eod. Hodie per ord. Regias aduocati inuicem antequam poſtulent, debent edere quæ dicenda ſunt, vt in facto concordes ſint.

Interdictum edere. ¶ Duodecimo edere ſignificat in iudicium deducere. lege, in interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita ſunt, non retro. ff. de interdict. vbi glo. dicit, ex quo ſunt edita, id eſt deducta in iudicium, quod fit per litis conteſtationem. l. cum fundus. ff. de reb. credit.

redit. l. 1. §. ex die quo quis deiectus eſt, fructuum ratio habetur, quamuis in ceteris interdictis, ex quo edita ſunt, non retro computantur. ff. de vi & vi arma. l. quæſitum. §. ex hoc interdicto. & §. ſeq. de precar.

Edictum edere. ¶ Edere edictum, in l. in peremptorio. ff. de iudic. pro facere, concedere. cuius tex. verba ſunt: in peremptorio autem comminatur is, qui edictum edit, etiam abſente aduerſa parte cogniturum ſe, & pronuntiaturum.

Aediles qui, & currules. ¶ Inde ædiles dicuntur, qui ſacrarum ædium curam apud Romanos gerebant. Et quidam currules, quia ſella curruli veherentur, dicti ſunt, quòd à patribus crearentur. l. ædiles currules. ff. de via publica. vel, vt ait Theophil. in §. prætorum edicta. de iure natur. in Inſti. à cura dicti ſunt. id enim inter cetera ad ſollicitudinem ipſorum pertinebat, ne quis ante quadrageſimum forte annum ad ſacerdotiũ admitteretur. Aut, quod veriſimile magis eſt, quòd forum curarent, ita vocati ſunt. nam & qui Latine ædiles dicuntur, à Græcis ἀγορανόμοι vocantur. Vel ex illo tempore, quo plebs ſeceſſerat à ſenatu, quemadmodum cõſul inter patres ius reddebat, ita & in plebe creatus eſt quidam, quem ij adirent, qui ope aliqua egerent. Et ita ab adeundo dictus eſt ædilis, quaſi adilis. nam euphoniæ & voculationis gratia interpoſita eſt litera, l. Et ita facti ſunt ædiles. hæc Theophil. Et iſti ſucceſſu temporum dicti ſunt plebeij, quod ex plebe eligerentur. teſtis eſt nobis Liuius lib. 1. ab vrbe condita, & Feneſtel. de magiſtra. Romanor.

Officium ædilium. ¶ Officium quoque ædilium fuit, ſi ſeruum quiſpiam, aut iumentum morboſum vitioſumve pro integro ſanoque vendiderit, vt redhiberetur. l. ædiles. & per totum. ff. de ædilit. edict. Quod vero cloacæ publicæ, & aquæductus, ceteraq; ædificia lauta, munda, integraque & expedita aſſeruarentur, ædilium officij eſt. Deniq; quicquid rerum vitioſarum pro ſyncero, fractum pro integro vſquam veniſſet, ædilitio edicto redhiberi ſolet: teſte Pompo. Læto, de magiſtra. Roma. rub. de ædilib. qui aliter æditui dicebantur, ab ædibus tuendis. Iuriſconſ. in l. 3. §. proinde. ff. de tabul. exhib. l. 1. §. tutores. de tutel. & in §. tutores. Inſti. illo tit. Et ædium appellatione omnis ſpecies ædificij continetur. l. qui ædes, in fi. ff. de incend. Fructu quoq; præerant, vt in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de orig. iuris. Aedilitas vero eſt ipſe magiſtratus: veluti cum dicimus, tempore ædilitatis, id eſt tempore magiſtratus ædilium. l. ideo. ff. de cõpenſa. licet gl. legat edulitas, & ita legit ibi Budæus: ſed Cotta in 2. parte memor. in verb. annona. legit auctiorem annonam: quamuis litera communius habeat arctiorem.

Aeditui.

Aedilitas.

Correcta l. & ideo.

Editio cum die & conſule an fiat. ¶ Editio, edendi actus. Vnde editiones ſine die & conſule fieri debent. l. 1. §. editiones. ff. de edend. At hodie contrarium in curiis obſeruatur regulariter: ſcilicet vt non niſi cum die fiat editio.

Editus boum. ¶ Editus boum pro ſtercore ponitur, in l. ligni. ff. de lega. 3. in §. lignorum. ibi, in quibuſdam prouinciis & editu boum ad hanc rem vtuntur.

Ratio quid ſit. ¶ *Reddi rationes.* Rationem in hac materia definit Labeo, eſſe vltro, citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſoluendi ſui gratia negotiationem, in l. ſi quis. §. rationem. ff. de edendo.

Ratio pro conſideratione & reſpectu. ¶ Item habere fructuum rationem, eſt habere conſiderationem & reſpectum. l. ſi homo. ff. de re iudica. l. inter eos. §. fi. ibid. quamuis glo. in l. in bonę fidei. C. de vſuris, exponat pro emolumento. facit l. 3. ff. de interdict. l. 1. §. ex die. de vi & vi arma. Aliis multis modis accipitur ratio, vt per Lucam de Penna in l. 1. C. de iure fiſci, lib. 10.

Ratio implicita. ¶ Implicitam rationem, inuolutam, & intricatam vocat Scęuol. in l. emptor. §. fin. ff. de pactis. Rationes autem reddere quis teneatur, & multa alia fuerunt ſuperius tractata.

Ratiocinator. ¶ Nunc dicamus, quis ratiocinator dicatur, quę alio nomine calculatorem dicere poſſumus: is eſt, qui rationum ſubducendarũ peritus eſt, ſeu conficiendarum. de quo intelligitur tex. in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de tributor. vbi ſic ſcribitur: ſed ſi duas tabernas eiuſdem negotiationis exercuit, & ego fui taberną, verbi gratia quam ad butinum habuit, ratiocinator, id eſt præfectus rationibus conficiendis, tanquam inſtitor, &c. licet glo. ibi pro creditore exponat, vbi intelligas illa verba, non quemadmodum accipimus vulgariter pro quodam communi contubernio, Gallic. *butin*: ſed Butinus hic, ſeu (vt alij volunt) Bucinus accipitur pro nomine loci. quod apparet ex verbis ſequentibus ibi, maxime dum dicit, Alius eius quam trans Tiberim, &c.

Butinum ſeu bucinum.

Ratiocinium. ¶ Ratiocinium pro ipſo computandi actu accipitur in titul. vbi de ratiociniis agi oporteat. & in rub. de obliga. ad ratiocinia. in decretal. l. 1. §. officio. de tutel. & ratio. diſtrah.

Rationarius. ¶ Rationarius dicitur liber, in quo rerum geſtarum rationes continentur, accepti videlicet & expenſi. Vel etiam vir ratiocinarius, qui rationibus præeſt, ſeu illas conficit, vt refert Cęlius lib. antiquarum lectionum 7. c. 12.

Rationalis. ¶ Inde Rationalis pro procuratore Cęſaris, ſecundum glo. & doct. in l. ad fiſcum. C. vbi cauſ. fiſcales. & fere alibi. Pyrrhus vero inſequens Alciatum in lib. 2. de magiſtra. dicit eſſe generis vocabulum, à rationibus dictum: quod probat per l. Senatus. ff. de iure fiſci. vbi Iuriſconſ. ait præfectum ærarij rationum cognitionem habere. Lucas vero in l. ſi quando.

C.de bonis vacan.lib.10. dicit eos cauſis ſacri ærarij præſidentes. Ego ver o putarem hodie officiales omnes præfectos computationibus Cæſaris, rationales dici:vt ſunt magiſtri computorum, qui audiunt & diſpungunt rationes theſaurariorum, receptorum & aliorum officialium Regiorum: quandoquidem rationes officialium Regis audiunt,& de his ſolum cognoſcunt. Itidem procurator fiſci in dicta camera computorum, & alij generaliter omnes officiales rationibus addicti, rationales vocari poſſunt: & non ſolum qui audiunt,ſed & qui reddunt,quos Gallic. vocamus *comptables*. At procurator fiſci aliis rebus, quam rationibus præfectus, rationalis minime vocabitur. facit l. officiales rationales. C. de epiſcop.& cleric.ſed tantum procurator rationis, ſiue priuatæ fiſci. l. procurator. C. de edendo.ſiue publicæ rationis,vt ibi.

VLPIA. LIB. VIGESIMOSEPTIMO AD SABINVM.

LEX NONAGESIMA.

Qui VTI OPTIMÆ, MAXIMÆQVE SVNT ÆDES. tradit, non hoc dicit, ſeruitutem illis deberi:ſed illud ſolum, ædes liberas eſſe, hoc eſt nulli ſeruire.

¶ Iuriſconſultus hic vult declarare certum & vſitatum loquendi modum apud Iuriſconſultos, Vti optimæ maximæque ſunt ædes: vel, Vti optimus maximuſque eſt fundus, ſit tibi donatus, aut venditus:hoc ſignificare dicens,quod ædes, vel fundus ita deſignatus, ſit liber,non ſeruitutem illis deberi. Ideo qui vendit ædes,vel donat, vti optimæ maximæque ſunt,eas liberas ab omni ſeruitute præſtare debet,vt hic:non tamen ob hoc ſeruitutem domui deberi dicit.l.penul.ff.de euictio.l.ſeruo.§.ſi fundus.de lega.1. melior text. in l. non tantum. infra eod. quæ per iſtam ſatis explicatur. quia forte ædes non indigent ſeruitute, & ideo optimæ eſſe non deſinunt, licet eis non debeatur ſeruitus, cum ſine ea optimæ ſint:ſed optimæ non eſſent,ſi ſeruitutem deberent,arg.l.vbi.ff.de verbor.obliga. Cenſuales ergo non dicuntur optimæ:quia alaudiales,id eſt liberæ ab omni cenſu, meliores ſunt. rub.de alaudiis & feudis.

Optimum non eſt ſeruitute oneratum.

¶ Item fundo legato,vti optimus,maximuſque,retia apraria, & cetera, quæ venationis inſtrumento continebuntur,ad inſtrumenta pertinent, ſi quæſtus fundi maxima ex parte in venatione conſiſtat.l.fundo legato.ff.de fundo inſtruc.& inſtrumen.lega. Tamen legato ſic fundo non debentur inſtrumenta emptionum, nec nomina debitorum.l.ſi mihi. ff.de lega.3. Et hæc clauſ. vti optimus maximuſque eſt, etiam vnum fundum ſolum comprehendit,ſicut ſupremæ tabulæ.l.illa verba.infra eod.

Nomina debitorum non continentur ſub hac clauſula, opt. max.

¶ Nec obſtat,quod ſi non apponatur hæc clauſula,vti optimus maximuſque eſt, tamen liber fundus præſtari debet:alioqui vendens tenetur ad id quod intereſt.l.1.in fi. & l. Iulianus.§.quod autem.& l.in venditione. ff. de actio. emp. Reſpond. quando quis ignoranter vendit ſine hac clauſula fundum debentem ſeruitutem, actione quanto minoris tenetur. l.quoties.ff.de ædilit.edicto:ſed ſi cum illa clauſula, vti optimus maximus, licet ſit ignorans fundum ſeruum eſſe,tamen ad intereſſe tenetur.non enim debet aſſerere, quod ignorabat.d.l.Iulianus.in §.1:& glo.in d.l.quoties.

Venditor quanto minoris, vel ad intereſſe quando teneatur.

¶ Nec aſſentior Alciato dicenti contractum emptionis diſſoluendum, cum quis ſic vendidit,vti optimus,&c.tanquam fides non ſit ſeruata:quia loquitur ſine lege, imo contra iura,primo contra l.1.in fi.ff.de actio. empti. vbi ſi quis vendiderit fundum liberum, & tamen ſeruitutem debebat, non reſcinditur contractus, ſed ad intereſſe agetur. Etiam eſt tex.contra eum expreſſus in l.penul.ff.de euictio. vbi qui ſic vendidit, vti optimus maximuſque eſt,tenetur tantum de euictione,& contra eum ſic agitur,ergo tenet venditio.Adhæc venditio non reſcinditur ad requiſitionem vnius partis.l.1.& 2.C.quand.liceat ab emptio.diſced.etiam ſi duplum offerret, niſi ius hoc ex cauſa permittat. l. non eſt probabilis. C.de reſcind.venditio.Itaque ſi ſciens vendiderit ſeruitutem,aut partem rei,tenetur ad intereſſe, etiam ſi dicat,Qualis eſſet,niſi expreſſe quoq; declarauerit ſeruitutẽ, aut venditam partem:vt in d.l.1.in fi.Si autem ignoret ſeruitutem,dicens,Qualis eſt,ſit tibi emptus, non tenebitur venditor ad intereſſe.glo.in l.cum venderes,ff.de contrah.emptio. Iaſ.in l. ſtipulatio iſta.§.1.col.4.ff.de verbor.obligã.Et emptoris erit probare ſcientiam venditoris: præſumitur enim ignorantia,per regul.iuris. niſi de facto venditoris ageretur,quod is ipſe vendiderit,vel alienauerit.

Alcia. ſententia reiicitur.

¶ Idem cenſendum eſt, etiam ſi ædes ſeruirent Regi, quia totum negat ibi, *hoc eſt nulli ſeruire*. Nec obſtat,quod authoritas ſuperioris cenſeatur excepta. c. venientes.de iureiur. Sed hic non agitur de authoritate Regis,ſed de commodo venditoris,quod non eſt exceptum. Ideo ſi quis venderet domum affectam receptioni cuiuſdam nobilis, niſi hoc exprimatur,

primatur,tenebitur venditor,per prędicta. Secus vbi caſu fortuito vel natura rei ſubiectio quędam contingeret, vt quia per aduentum Regis illa domus ampla deberet recipere hoſpites: aut ſi talis domus eſſet iuxta Regium prętorium:tunc ſi fiat hoc authoritate Regia, non poterit emptor ad id quod intereſt agere:quia ſcire debebat,& pręuidere domos curiæ Principum vicinas hoſpitum receptationi addictas eſſe, & curialium miſeriis, iuxta ſententiam Vergilij ſic dicentis:

Venditor non tenetur, licet domus ſit ſubdita, in aduentu Regis recipere curiales.

Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Alioqui omnes domus pagorum,vel paruarum ciuitatum,quæ ad hoc tenentur,non poſſent vendi ſine hac expreſsione,quod eſt ridiculum.

¶ Limitatur,quando ſic ego venderem fundum, vti optimus maximuſque eſſet, & ius fundi non deterius factum eſſe promiſero: quia tantum præſtare debeo ius fundi non eſſe factum deterius.l.ſi cum fundum.& l.non tantum.infra eod.ibidem videte alia.

¶ Notandum eſt,quod iſta dictio vti,pro vt exponitur quandoque:vt in l.ſi.§.1.ibi,pœna autem eius, qui non promittit, vel ſatis non dat, ea eſt, vti in poſſeſſionem mittatur aduerſarius.ff.ne vis fiat 21.l.ſi indebitum.§.ſi.ibi,vti aſſolet.rem ratam haberi.l.ſi. §. penul. & vlt.de doli exceptio.l.traiectitiæ.in princip.de actio.& obliga.l.ſi vendidero. §.ſi Titius.de furtis.l.ſi quis ante.de acquir.poſſeſſ.l.1.§.cum per errorem.de appella.l.2.de re militari.

Vti,quibus modis accipiatur.

¶ Vti interdum pro ſicut,prout.l.3.§.merito ergo ad refectionem ſe prętor retulit,vt tibi (inquiens)ius eſt,reficias.vti autem ius eſt, hoc eſt reficias:ſicuti per ſeruitutem impoſitam licet.ff.de itin.actuq; pri.& in rub.vti poſſidetis, quominus poſſideatis, vim fieri veto.l.1. in prin.ff.vti poſſidet.l.1.de ſuperficie.l.1.de aqua quotidia. & æſtiua. in princip.l.1.de riuis. l.1. in princip. de fonte. Et tunc eſt dictio ad aliud relatiua, non ex ſe diſpoſitiua, vt ibi, & in l.Seię.in fi.ibi,vti poſsid.ff.de fundo inſtruc.l.palam.§.fi.ff.de ritu nuptiar.l.eum debere. de ſeruitu.vrbanor.prędior.l.verbis 12.tabul.vti quiſque legaſſet.infra eod.

¶ Vti pro poſtquam.l.qui Romę.§.Callimachus.ibi,conuenit inter eos,vti cum Callimachus Berithenſium peruenisſet.ff.de verbor.obliga.vbi glo. Sed exponerem ibi pro vt, ratione illius dictionis Cum,quę tempus ſignificat,vt alibi dixi.

¶ Vtique pro certe ponitur,in l.2.§.ſi quis nemine.ibi, vtique is, qui publicis operibus procurat,debebit id deponere.ff.nequid in loco public.ſcripſi in l.littus.§.1.infra eod.

Vtique.

¶ Alias vti,verbum eſt ſignificans quaſi vtilitatem rei, qua vtimur, capere.in l.alienationis.ibi,non vtendo amiſit ſeruitutem.l.ſubſignatum.in princip.l.cetera. l. ſpecioſas.cum l. ſeq.l.in lege cenſoria.& l.liberorum.infra eod.l.ſed & ſi quid. §.& ſi veſtimentorum.ibi,dicendum eſt ita vti eum debere, ne abutatur. ff. de vſufruct. l. Pomponius. §. ſi liber homo. de acquir. poſſeſſ.l.vna.§.hoc interdictum. vt in flumi. publico nauigar. liceat.l.interdicto. de vi & vi arma.l.3.§.vti.de itinere.l.1.de precar.lege prima,de exceptio. lege, reus.in fin. de munerib.

Verbum vti.

¶ Inde vti frui, ſine copula frequenter vtuntur Iuriſconſul. Et dictio vti vſum reſpicit, frui vſumfructum:inter quę eſt differentia,vt in rub.de vſufruc. Inſti. & ſcripſi in l. recte dicimus. ſupra eodem. l. ſi vſusfructus legatus. in fine. ff. de vſufruc. lege 3. quod quiſque iuris.

Vti frui.

¶ Vnde ſi quis debeat vti ſecundum conſuetudinem patrisfamil.illa verba referuntur ad modum,non ad qualitatem,vt eo modo,quo paterfamil.vtebatur, is vti debeat:veluti, ſi ſyluam cęduam ſolitus erat cędere in quinquennium, iſte quoque non antea cędat. l. item ſi fundi.in fin. ff. de vſufruct. Et ſic non refertur ad qualitatem, vt is vti debeat in ea qualitate,qua paterfamilias.gl.& Alberic.ibi.Boer.in deciſ.Burdegal.q.51.ſed quid retento.

Verbum vti nõ ad qualitatem, ſed ad modum refertur.

¶ Vtile, in l. tabernę. infra eod. Vtilis actio, iudicium,& vtilitas, in lege, cum prętor. ſupra eod.

Vtile.

¶ Aedes,ędem,etiam in ſingulari pro domo accipit Imperator poſt Ciceronem,in l.ędc. C.loca.quem Alcia.citat,& eius opinionem tuetur lib.6.parerg.c.10.

Aedes, ædem.

PAVLVS LIBRO SECVNDO FIDEICOMMIS.

LEX NONAGESIMAPRIMA.

Meorum & tuorum appellatione actiones quoque contineri dicendum eſt.

¶ Actiones continentur appellatione meorum & tuorũ:& idem in pronomine ſuorum, cum iſta interſe pronomina æquiparentur. glo. in c.quo iure.8.diſtinct.in verb.mea.quam ſingul.no.Corſet.in ſingul.incipien. meus. Vnde ſi legem mea ſine adiuncto, vel donem, aut vendam,tunc & iura & actiones comprehenduntur,vt hic ſcribitur,ſi in neutro genere & abſque ſubſtantiuo ponantur. idem ſi dicam, omnia bona mea dono: his verbis etiam actiones continentur,& actiuę,& paſsiuę.l.vel omnia.ff.ad Trebell. Recte dicimus meum fundum eſſe,cuius non poteſt alterius pars dici.l.recte.ſupra eod.

Meum, tuum, ſuum actiones continet.

In venditione bonorum & actiones continentur.

¶ Idem si adiungatur substantiuum generis generalissimi: vt si dixero, Vendo tibi bona mea, res meas: vel notarius dicat, Talis vendidit bona sua: tunc etiam continentur iura & actiones. per l. si legatus. §. 1. & l. nam quod. §. fi. ibi, vel vniuersam rem suam. ff. ad Trebell. nam veluti substantiuum est amplum, & hoc pronomen meum, tuum, suum: ita horum ampla erit significatio. quamuis glo. & Bar. in l. 1. ff. de statu homi. teneant contra. & Barba. consil. 36, illud, in 1. vol. quod videlicet iura non videantur dici posse mea, nec actiones. Sed actiones suas Iurisconsul. Paul. scribit in l. si filius. in fi. ff. de fideicommissar. liberta. & Africa. in l. si quis legatum. in fi. de falsi. ibi, creditori actio sua denegari debet. Et quia pro iuribus actionem habens, ipsam rem habere videtur. l. qui actionem. infra titul. proximo. Et nil secum facit l. fi. ff. quorum bonor. quæ non loquitur de bonis meis, sicut hic. imo Iurisconsul. in l. si quis habens. ff. qui & à quib. inquit ibi, donec creditoribus suum soluatur. vbi debitum suum vocat. Ergo non est inconueniens, quod quis vocet actiones suas & iura sua, per prædicta: ita quoque possum actiones meas vocare, per istum tex.

Actiones suas vocat Iurisco.

Meum, dominium denotat.

¶ Si vero hæc pronomina, vel eorum alterum iungantur substantiuo generis subalterni (genus accipiendo, prout accipiunt Iurisconsul.) vt argentum meum, tunc illa denotant dominium. l. Quintus. §. argento. & ibi Bar. ff. de auro & argen. lega. l. seruus. ff. de lega. 3. Bar. & Alex. in l. certum. §. sed & si fundum. ff. de confess. & omne illud, quod possum vindicare. l. solum. ff. de rei vindica.

¶ Limitatur ratione personæ loquentis: vt si colonus dicat suum agrum, intelligetur quantumad curam, & sollicitudinem, quam in eo habet. glo. in l. 2. in princip. ff. de orig. iuris. & ibi addidi alia iura ad hanc legem pertinentia.

¶ Secundo restringitur pro natura eius, cũ quo loquimur: vt si dico seruo, lego omnem suam pecuniam, vel monacho, intelligetur improprie, vt habere potest. l. 4. in princip. ff. de manumissio.

¶ Tertio vitiatur secundum rem, & materiam, de qua loquimur: vt si legem famulis meis centum, non ex hoc ostendo me habere dominium in famulos. l. cum si non exhibuissent. §. 1. ff. de publica. glo. in lege 2. C. quib. in caus. colo. lib. 11. & Soci. in tract. fallent. in regul. 96. dominium.

¶ Quarto perdit officium, ad euitandum absurdum, vel contrarium: quia tunc improprie pro debito accipietur. l. si me. in fi. ibi, sed quia pecunia mea. vbi glo. ff. si certum peta. glo. in l. 2, de eo quod certo loco. l. cum possessor. de censib. Panor. in c. nullus. de iureiur. Et vbi subiecta materia non posset de dominio intelligi. Vnde tuum beneficium, vel meum dicitur quoad titulum, non quoad verum dominium. c. 2. de donatio. Igitur hæc pronomina secundum materiam subiectam inferunt modo ius in re, modo ius ad rem, de qua agitur: vt est text. in c. si tibi absenti, ibi, vt tuum dici valeat. de præb. in 6. & ibi Philip. Perus. in 3. no.

Pronomina meum, tuum, suum, quando verum non denotent dominium.

¶ Item meus fundus dicitur, mihi seruiens. l. sicuti. §. 1. ff. si seruit. vindicet. vt exponit ibidem Accurs.

Pronomen causa demonstrationis quando ponatur.

¶ Quando vero hæc pronomina substantiuum habent particulare, vt talem librum meum, tunc demonstrationis causa ponuntur, si verbo præsentis temporis adiiciantur, vt dono Infortiatum librum meum. textus in l. si ita. ff. de auro & argen. lega. vbi venditio suorum bonorum intelligitur de illis, quæ tempore testamenti habebat. Quod si quis bona obligauerit, tunc etiam futura erunt hypothecata: quia in obligatione modicum vertitur præiudicium. l. fi. C. quæ res pignor. obligar. possunt. Corset. in d. singul. incipien. meus. Secus si iungatur verbo futuri: nam tunc conditionem notat: vt Stichum, qui meus erit, cum moriar, lego, id est si meus erit. l. Stichum. ff. de lega. 1.

Suum dicitur quoad vsum.

¶ Item Rex Franciæ ex pluribus equis donauit cuidam nobili suum equum, quæritur quis debeatur? Et respon. illum deberi, cui frequentius insidere solebat: vt pleno modo intelligatur meum quoad proprietatem & vsum. per l. penul. §. fi. ff. de auro & arg. lega. sic decidit Bal. in l. 1. C. eod. veluti Christianissimus etiam Galliæ Rex Henricus præ cunctis suis castris vnum Fontisbelli castrum, suum appellat: & in multis aliis videre licet, vt paterfa. suum candelabrum dicat illud, quo vtitur.

Meorum nomine descendẽtes veniunt.

¶ Postremo meorum appellatione omnes descendentes ex communi loquendi vsu continentur, sicut suorum & tuorum. no. Guido Pape in decis. Delphi. q. 230. Petrus. & q. 306. generale. Et sic Gallic. dicere solemus, *ay reserué à moy, & aux miens, à toy, & aux tiens, à luy, & aux siens.* vt plenius dicam in l. liberorum. in fi. infra eod.

¶ Adde quod scribit gl. in c. dilectissimus. 12. q. 1. quietissime homines victuros, si sublata essent ista pronomina meum, & tuum, quod an expediat, docet Aristotel. lib. 2. politic. non expedire: & probat Conrad. in tract. de contract. q. 9. tract. 1, inquietissime homines victuros, & negligentissime.

Idem

IDEM LIBRO SEPTIMO QVAESTION.

LEX NONAGESIMASECVNDA.

Proximus est, quem nemo antecedit: supremus, quem nemo sequitur.

¶ Iurisconsultus hic declarans, quis sit proximus, & supremus, proximum dicit esse, quem nemo præcedit: supremum, quem nemo sequitur. Et de hoc verbo *antecedit* loquitur Iurisconsulrus in l. Paulus. ibi, potest videri calumniose satis petere, quem alius antecedit. ff. de prætor. stipula. & l. 2. §. legitima. ff. de suis & legitim. heredib. Ne vero cuiquam infructuosa videatur hæc lex, aliquot referamus vtilitates.

Proximus ad successionem intestati admittitur.

¶ Prima est, quod agnatus proximus ad bona consanguinei decedentis intestati ex lege duodecim tabularum admittitur, quæ his verbis lata fuit: INTESTATORVM HEREDITATES PRIMO SVORVM HEREDVM VELINT, NOLINTVE SVNTO: HIS DEFICIENTIBVS AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. probatur in §. 1. & §. proximus. de legitim. agnator. succes. vbi proximus dicitur, quem nemo antecedit. ac licet vnus tantum sit, nihilominus electiue dicitur proximus, non comparatiue. l. 1. §. proximus. ff. vnde cogna. quo loco Iurisconsultus ficait: proximus autem accipitur etiam qui solus est. quam uis magis proprie proximus ex pluribus dicatur. l. 2. §. legitima. ff. de suis & legitimis. l. proximi. infra eod. Bal. consil. 469. statuto. in 1. vol. Et ad bonorum possessionem venit proximus, iuxta l. 1. ff. quis ordo in bonor. possess. seruet.

Longe distans ab aliquo proximus dicitur.

¶ Atque licet longedistet ab eo, de quo agitur, tamen adhuc proximus dicitur, quem nemo præcedit. no. per illum tex. in l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Et proximum non eum quærimus, qui tunc fuerit, cum moreretur paterfamil. sed eum, qui tunc fuit, cum intestatum decessisse certum est. l. 2. §. interdum. ff. de suis & legitim.

Tutela ad proximum defertur.

¶ Secundo eodem tenore tutela ad proximum defertur, cum successionis habeat emolumentum. §. fi. Insti. de legi. patronor. tutel. Intelligite proximum, vt hic, id est priorem, dicit Alexand. consi. 137. præclare. in 1. vol. id est quem nemo præcedit: licet longe distet, etiam in decimo gradu. §. fi. de successio. cogna. in Insti.

Saisitus est proximus.

¶ Tertio consuetudo generalis Franciæ saisit consanguineum proximum de bonis morientis, id est ad eum defert & bona, & illorum possessionem. Ioan. Fab. in l. apud hostes. C. de suis & legitim. hered. l. 3. C. de iure deliber. Boer. in §. 6. de testam. in consuetud. Biturig. quod est notorium in Regno. Et pro hac consuetudine facit. text. in §. diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & heredi, & bonorum possessori continuatur. de vsucap. in Insti. De hoc abunde scripsi in tract. de mater. possessor. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. artic. 9.

Retractum proximus habet.

¶ Quarto proximus habet retractum ex consuetudine etiam generali Regni: cuius meminit tex. in c. constitutus. de in integr. restitu. facit l. dudum. C. de contrah. emptio. Considerandi tamen est proximitas illius lineæ, ex qua bona orta sunt, vt docet Boer. in §. 2. de consuetud. retract. videlicet vt paterna paternis, materna maternis relinquantur: nisi consuetudo contrarium disponeret. Chassa. in §. 1. glo. *le plus prochain. titul. des retraicts.* tex. in c. vno. in fi. de natur. succes. feud. Et fuit in hoc Senatu pronuntiatum hoc anno 1541. die Mercurij hebdomadæ Sanctæ, posthumum nondum conceptum tempore venditionis, natum tamen tempore saisinæ factæ per dominum, debere admitti ad retractum: quia sæpe accidit, qui tempore aut venditionis, aut mortis proximior non erat, proximus esse incipiat. docet tex. in §. proximus. Insti. de legitim. agnator. succes. l. 2. §. proximum. ff. de suis & legitim. quamuis contrarium scribat do. Tiraquel. in tract. de retractu, in 1. parte. §. 1. glo. 9. *ou lignagier.* nu. 92. & seq. in venditione pura, vt tempus venditionis inspici debeat. Sed Galli tempus saisinæ inspiciunt.

Arestum.

Posthumus ad retractum recipitur.

Proximus testatoris, non heredis.

¶ Quinto debet intelligi de proximioribus testatoris, non heredis. l. generaliter. §. cum autem. in fi. ibi, pronepotes, vel proneptes morientis. C. de insti. & substi. & l. cum acutissimi. C. de fideicom. l. peto. §. fratre. ff. de lega. 2. Bar. in l. si cognatis. col. vlt. de reb. dub. Et ista est communis opinio, & tuenda, teste Ias. in consil. 215. ex Valentia. col. 1. vol. 2. & consil. 159. in præsenti. ibidem. col. 1. vol. 4. Quamuis contrarium teneat Soci. in l. si cognatis. & in l. heredes. §. cum ita. ff. ad Trebell. Quæ opiniones conciliari possunt, vt in dubio si testator loquatur de proximis suis, intelligatur de suis, id est testantis. l. ex facto. ff. ad Trebel. vbi gl. aut loquitur de proximis alterius, & tunc res est clara, vt de proximis illius intelligatur. & idem, quando lex vel ordinatio sic loquitur de proximis. Secus vero, quando simpliciter loquitur de proximis: tunc inspiciendum est, ad quem verba dirigantur, & intelligitur de proximo illius. Vnde si consuetudo dicat retractũ competere proximo venditoris, de illo intelligetur: vt concludit D. Tiraquel. §. 11. glo. 1. in tract. de retractu, & Ludouic. Gonsandi consil. 4. prima facie. col. 5. nu. 17.

Proximi nomine omnes coniuncti veniunt.

¶ Sexto si testator dicat: si filius meus decedat sine proximis, bona veniant ad talem extraneum: tunc appellatione proximorum continebuntur omnes coniuncti ratione san-

guinis.l.eum alienã.C.de lega.l.quamuis.2.de adulter. Bal.in l. dudum.in fi.C.de contrah. emptio.& venditio. per illum tex. & in tract. ſtatu.in verb. alienare. q.3. ſequitur Barba. in repet.l.cum acutiſſimi.col.54. C.de fideicomm.& Bertrand.conſil.30. punctus.in 1. vol. ex noua editio.col.2. Quod facit ad intellectum conſuetudinum huius Regni, loquentium de proximis; Gallic.*des prochains*, vt fere de conſanguineis intelligantur: quando vero loquuntur de proximioribus; Gallic.*des plus prochains*, tunc de illis, qui alios antecedunt, vt hic. Et ſic differt loqui de proximo, vel de proximiore: quamuis interdum pro materia nil interfit, vt concludit Bal. conſil.146. præmiſſis.col.2. in princ. vol. 2. Nempe licet appellatione proximorum veniant omnes coniuncti, habenda tamen eſt ratio proximitatis, quando proximis quidpiam eſt quærendum. per l. Gallus. §. quidam. ff. de liber. & poſth. l. 2. §. legitima. & §. ſeq. ff. de ſuis & legitim. & Lucas de Penna in rub. de proximis ſacror. ſcrinior. lib. 12. Secus quando proximi excludunt extraneum; tunc quilibet attenditur. Inde proximitas pro conſanguinitate accipitur. l. capitis. ff. de capit. deminutio. l. 1. §. 1. de iuris & facti ignoran. l. ſi ſpurius. vnde cogna. l. item prætor. de ſuis & legit. heredib. l. 2. C. qui admitti.

Proximior & proximus an differant.

Proximus pro coniuncto.

¶ Septimo poteſt proximus comparere pro conſanguineo ſine mandato. l. exigendi. C. de procurator. aliaque hic addi poſſunt, quæ ſcripſi in l. licet. 1. §. paternos. ſupra eod.

Proximus quo modo accipiatur.

¶ Ex prædictis patet proximum pro coniuncto, id eſt conſanguineo interdum accipiendum: aliquando pro eo quem nemo præcedit, & tunc intelligetur de proximo coniuncto: niſi addatur aliqua dictio aliud ſignificans; vt proximus vicinus. l. 1. §. quod ait prætor. ibi, & tam ad proximum vicinum hoc interdictum pertinet, quam aduerſus vlteriores. ff. de cloac. l. qui domum. loca. l. non ſolum proximo vicino. de noui oper. nuntia.

¶ Alias quoque refertur hæc dictio ad tempus, vt proximo anno, proximis Calendis: quæ poſſunt intelligi & de futuris, & de præteritis. l. eum qui Calendis. ff. de verbor. obliga.

¶ Quandoque proximus refertur ad res, vt proximus ager. l. 1. §. deinde. ibi, & ſi forte (inquit) cloaca ducta ſit ex vrbano ædificio ad proximum agrum. ff. de cloac. & l. cum de lanionis. §. aſinam. ibi, quibuſque primis proxima copulata procedunt. de fund. inſtruc. vnde Iuriſcon. ait in l. 1. ff. ad legem Iul. maieſta. proximum ſacrilegio crimen eſt, quod maieſtatis dicitur.

Proximus pubertati.

¶ Ad ætatem quoque refertur, vt proximus pubertati. l. heredibus. ff. de dolo. Et tunc maſculus dicitur pubertati proximus, quando excedit annum decimumtertium cum dimidio. glo. & doct. in §. pupillus. Inſti. de inutilib. ſtipula.

¶ Vel etiam ratione exhibitionis beneficij dicitur proximus, vt Luc. 1. & Lucas de Pen. in rub. C. de proxim. ſacror. ſcrinior. vbi alia addit.

Filius an patri dicatur agnatus.

¶ Proximus agnatus dicitur, quem nemo antecedit. Sed filius patri non dicitur agnatus proximus: nam quidpiam maius eſt filius, & vocatur ſuus. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. & l. ſcripto. vnde liberi. poteſt tamen appellari filius proximus patri, ſed non agnatus. l. filius. ff. de ſuis & legit. §. 1. & §. ſi plures. de legit. agnator. ſucceſſ. in Inſt. quamuis Alciat. lib. 3. parerg. c. 25, contrarium aſſerat, ſi inter ſe mentio eſt, & tex. abſque negatione legendum: quod improbo in meis no. interpretat. per tex. in l. 2. §. 1. ff. de ſuis & legit. l. ſunt autem. de legi. tuto.

Primogenitus quis, & de ordine primogenituræ.

¶ Simile in verb. primogenitus, vt veniat etiam is, quem nemo antecedit, etiam ſi ſolus natus ſit. c. Ioſeph. de regul. iur. niſi de contraria voluntate conſtet: vt ſi donetur domus præcipua primogenito ſecundum ordinem primogenituræ: tunc enim intelligetur de prio re filio, & eo mortuo de alio in eius locum ſuccedente, & de filio non de filia. Guido Pape ſingul. 522. in contractu, Quod eſt notandum pro nobilibus, qui plerunque ſubſtituunt filios ſeruato ordine primogenituræ, maſculis præcedentibus fœminas: vt ſi fuerint tres filij, primo natus ſuccedet, quo defuncto ſine liberis ſuccedet eius frater, & demum eo fratre quoque mortuo ſuccedet alius. & hoc probatur per tex. in c. licet. in fi. ibi, ordine primo genituræ. de voto. & ita expreſſe docet ibi Panor. & alij. Et dicitur iſta ſubſtitutio fideicommiſſaria, quia habet verba denotantia tractum, videlicet *ſelon l'ordre de primogeniture*. Et quod ſic habens tractum dicatur fideicommiſſaria, text. eſt in c. Raynutius. & c. Raynaldus. de teſtam. c. ſi pater. illo titul. in 6. & l. generaliter. §. cum autem. de inſti. Alex. & alij in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & poſth. ita conſuluit Franciſquinus Curtius in conſil. 48. præſuppo nitur. Dec. conſil. 578. viſo conſilio.

Subſtitutio quæ ſit ſeruato ordine primogenituræ.

¶ Item alias nil proderſſent illa verba, ſeruato ordine primogenituræ, ſi diceremus vulgarem eſſe ſubſtitutionem: contra l. ſi quando. ff. de lega. 1. nec ſeruaretur ius primogenituræ, quod eſſet contra mentem diſponentis. alia ſcripſi in c. Raynutius. de teſtam. Hoc tamen intelligendum eſt, ſi primogenitus moriatur ſine ſobole, tunc ſecundogenitus ſuccedet: ſecus ſi cum ſobole etiam fœminarum, quia fœminæ ſuccedunt, & veniunt appellatione filiorum. d. l. generaliter.

¶ Idem quoque dicendum, ſi referat ſe ad conſuetudinem, videlicet, Succedant ſecundum ordinem primogenituræ, & conſuetudinem patriæ. Nam ſi patriæ conſuetudine caueatur, vt primogenito decedente cum filiabus ſuccedant filiæ, tunc excludetur minor

frater: vt conſului. vide Ioan. Lupũ in repet. c. per veſtras. de donatio. inter vir. & vxor. atq; fuit ita iudicatum in magno conſilio pro do. de Villars anno 1545. pro quo conſulueram.

Aneſtum, vt filiæ ſuccedant primogenito.

Allegãti ſe proximum. incumbit probatio.

¶ Inſuper nota, quod dicenti ſe eſſe proximum incumbit onus probandi. arg. l. quotiens. §. qui dolo. ff. de probationib. nec ſufficeret ſe probare fratrem, niſi probaret ſe proximiorem, & quod nemo eum præcedit: vt expreſsim tenet Alexand. conſil. 124. viſo proceſſu. col. 1. vol. 7. non enim debet quis admitti vt talis, niſi probauerit ſe talem. l. non ignorat. C. qui accuſar. non poſſunt. & probari poteſt per teſtes: qui debent incipere à communi parente, vel à germanis, & fratribus, declarando eorum propaginem. c. licet ex quadam. ibi, ſingulos gradus clara computatione diſtinguant. de teſtib. Panor. in c. tua nos. 2. no. de conſanguinita. Dec. conſi. 321. in cauſa. col. 2. Et ſufficiet probare conſanguinitatẽ, & quod alius eum non præcedat: ſed alius dicens ſe præcedere, hoc docere debet, teſte Cuma. conſil. 43. in quæſtione. col. 1. vbi allegat Bar. in l. is poteſt. ff. de acquir. hereditа.

¶ Et teſtes poſſunt dicere talem eſſe reputatum proximiorem conſanguineum, ab omnibus cognoſcentibus eum, ſic docet Alexand. conſil. 195. reddito. in 7. vol. & D. Ferro. §. 9. rub. de retractu, in conſuetud. Burdegal. Quod eſt verum, quando ageretur inter duos conſanguineos: ſecus ſi conſanguineus ab extraneo peteret retractum, vel ſucceſsionem: tunc enim ſufficeret ſe probare conſanguineum, tum quod ille extraneus ius alterius, forte nolentis retrahere, deducere non poteſt, tum quia proximus, cuius intereſt, non queritur. l. 2. C. de ſucceſſor. edicto. Alexand. & Iaſ. in l. is poteſt. ff. de acquir. hered. & idem Alexand. conſil. 179. viſis. in fi. vol. 7. Soci. conſil. 89. in cauſa, col. 3. verſic. & ſi iterum. in 1. vol. multa ſcribit do. Andre. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu, in 1. parte. §. 11. glo. 2.

Supremus.

¶ Ita ſupremus eſt, quem nemo ſequitur, id eſt vltimus. Vnde ſi teſtator ſubſtituat Titium filio, qui ſupremus moriatur: ſi contingat vtrunque ſimpl mori, ſuccedet Titius, quia nemo ſequitur. l. qui duos. ff. de reb. dub. & l. ex duobus. de vulgar. Et ſubſtitutio valet, etiam ſi ille vnicus eſſet. l. in vulgari. infra eod. Veluti ſupremæ quoque hæ tabulæ ſunt, non quæ ſub ipſo tempore mortis factæ ſunt, ſed poſt quas nullæ factæ ſunt. l. 1. §. ſupremæ. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.

Nouiſſimus, vltimus, poſtremus.

Extremus.

¶ Idem in verbo nouiſsimus. l. eum qui nouiſsimus. ff. ad Trebell. Soci. in d. l. qui duos. col. 3. Idem in verb. vltimus. l. ſi fuerit. & ibi Soci. ff. de reb. dub. Et in verb. poſtremus. l. quod his. §. vltimo. ff. de lega. 3. l. 2. §. legitima. de ſuis & legit. Alia dicentur in l. proximi. infra eod.

¶ Idem in verbo extremus. l. vna. ff. ſi quis ius dicenti non obtempe. l. fi. de cuſtod. reo. verſ. fraudulenter. ibi, vel in extremum gradum militiæ detur.

CELSVS LIBRO DECIMONONO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMATERTIA.

Mouentium, iterum mobilium appellatione idem ſignificamus: ſi tamen apparet defunctum animalia duntaxat, quia ſeipſa mouerent, mouentia appellaſſe. quod verum eſt.

¶ Scrupuloſam quandam verborum differentiam moderatur hoc loco Iuriſconſultus. Mouens enim vocabatur, quod per ſeipſum mouere ſe poteſt, vt animalia: mobile, quod non per ſe moueri poteſt, ſed per alium, vt veſtis, liber, & ſimilia. At Iuriſconſul. hic docet non ſic adamuſſim hæc accipienda eſſe, quinimo vt plurimum idem ſignificare. Vnde ſiue quis donauerit mobilia, ſiue mouentia, idem erit. itaque venient quęcunque facile moueri poſſunt. Aut ſi quis donauerit res mobiles; comprehenduntur & mouentes, per hunc tex. & l. vnam. §. 1. & ibi glo. in verb. mobilem. ff. ſi quis ius dicen. non obtempera. & l. fi. de donatio. l. Titia. de ſolutio. l. ſi fideiuſſor. §. fi. qui ſatiſdar. cogant. Idem ſi dederit mouentes, vt etiam mobiles includantur. Idem enim iſta ſignificant. l. generali. §. fi. ff. de vſufruct. lega. l. penul. de vi & vi arma. l. vulgaris. §. certe. de furt. ibi, ex pluribus rebus mouentibus in horreo recluſis. & Iuriſconſul. in l. fi. de requirend. reis, ſic ait: bona abſentis annotata intra annum medio tempore mouentia, ſi qua ſunt, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquo modo intereant, venire debere, pretiumque eorum in depoſito eſſe. Et de rebus mobilibus loquitur l. mercis. ſupra eod. & l. pecunię nomine. & l. plebs. §. penul. infra eod.

Mobilia & mouentia idem ſignificant.

¶ Quę omnia limitat hic tex. in fi. niſi appareat defunctum animalia tantum vocaſſe mouentia: quia tunc ad propriam horum ſignificationem ſe reſtringit. quaſi dicat, Mouentia ſunt, quæ ſeipſa mouent, vt dixi: mobilia, quæ mouentur per alios, vt ſunt res inanimatæ. Et hanc differentiam conſtituit Iuriſconſul. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. vbi primo vocat res mobiles, ſecundo animalia, quæ proprie dicuntur mouentia. Veruntamen Gallis magis familiaris eſt appellatio mobilis, quam mouentis. Et appellatione mobilium veniunt quoque mouentia, & econuerſo. d. §. in venditione. l. 1. §. illud. & l. 3. §. conſequenter. ff. de vi & vi arma. & l. ſed ſi vi. ibidem. l. vim facit. §. quod in naue. quod vi aut

Mouetia ſunt, quæ per ſe mouentur.

clam: niſi voluntas contraria appareat legis, vel hominis diſponentis. d. l. fi. ff. de requir. reis, vt inferius dicetur.

Friuola, bona mobilia.

¶ Iuriſconſul. Vlpia. interdum vocat bona mobilia, friuola. l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pignoratit. actio. Aliis modis ſumitur verbum friuola, vt ſcripſi in rub. de friuol. appella. in concorda.

Friuiuſculum.

¶ Et alibi friuiuſculum vocat friuolam coniugum iram, & ſubitam, per quam ad diuortium non eſt peruentum. l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortium. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

¶ Mobilia etiam omnia dici poſſunt, quæ facile ſine rei læſione, peremptione vel deterioratione moueri poſſunt: alias inter immobilia computantur. per l. Iulianus. in fi. ff. de actio. emp. & l. 1. §. ſi iuſſerim. ibi, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt. ff. de acquir. poſſeſſ. Ideoque bombardæ ad tuitionem caſtri poſitæ inter immobilia computantur: molendina quoque nauibus impoſita, necnon vento agitari ſolita, & alia, niſi manuaria ſint, quæ Gallic. *moulins à bras* vocantur: veluti habetur in conſuetud. Bitur. no. rub. *quelles choſes ſont reputees meubles*. Videte nihilominus do. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retrac. §. 1. glo. 7. nu. 89. cum ſeq. in 1. parte.

Bombardæ & molendina dicitur inter immobilia.

Torcular an inter immobilia cõputetur.

¶ Torcular etiam affixum domui, quod ſine deterioratione remoueri non poteſt, inter immobilia cõputatur. l. fundi. ff. de actio. emp. Secus vbi facile moueretur, vt in Montepeſſulano, quod rotis per ciuitatem vehi ſolitum eſt, tunc dicitur mobile, ſicut horreum frumentarium, de quo in l. Titius horreum. ff. de acquir. rerum domi. Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rub. *des droicts*. §. 2. glo. *meubles*. Omnia etiam, quæ domui ſunt affixa ad perpetuam rei vtilitatem, inter immobilia computantur. l. Iulianus. §. fi. cum l. ſeq. vſque ad l. veteres. ff. de actio. emp. necnon dolia, & alia, quæ non poſſunt extrahi, niſi rumpantur, immobilia dicuntur. Gallic. dicimus, *ce qui eſt enclaué & affix en terre, & qui tient à clou, & à cheuilles, qu'on ne peut mettre hors ſans deſpecer, eſt immeuble*. per d. §. fi. cum l. ſeq.

Dolia an ſint mobilia.

¶ Secundo mobilium appellatione venit pecunia: quia ſæpius mouetur, niſi ab auaris. §. ſi vero vniuerſa. in authen. de nupt. colla. 4. ibi, in pecuniis, aut in aliis mobilibus rebus, &c. Et dicitur de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. glo. in l. interdum. ff. de condict. indeb. & in l. 1. §. fuit quæſitum. vbi Iaſ. ad Trebel. & has glo. confirmat tex. in l. Iulianus. ff. de petit. hereditа. ſic conſuluit Dec. conſi. 472. teſtator. in 1. quæſt. Ob id in hac patria vir, qui lucratur mediam partem mobilium vxoris, prædecedente vxore, lucrabitur mediam partem pecuniæ: niſi eſſet deſtinata, vt mutuo daretur: tunc non dicitur mobilis, nec computatur inter mobilia. l. ſi chorus. §. 1. ff de lega. 3. Franciſqui. Curtius conſil. 183. præſupponitur. col. 1. in 2. parte. Iaſ. conſil. 65. ſpectabilis. col. 2. in 1. vol.

Pecunia res eſt mobilis.

Qui lucratur dimidiam partẽ conquæſtus & pecuniæ.

¶ Idem quando eſſet ad prædiorum emptionem deſtinata. per l. quid ergo. §. quid ergo. ff. de contrar. & vtili actio. tutel. ſingul. ſecundum Rom. ſingul. 103. & Franciſ. Cremen. ſingul. 59. & Corſet. in ſingul. incipien. pecunia. & Alexand. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. Ideoque ſi dimidia pars pecuniæ dotalis ſit deſtinata ad emptionem prædiorum, maritus non habebit dimidiam partem illius, ſed tanquam immobilis reputabitur. Et ita ſeruatur in hac patria.

Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorũ, vel reditus, dicitur immobilis.

¶ Idem ſi fuerit deſtinata ad emptionem reditus perpetui, vel depoſita penes nummularium ad licitum & honeſtum reditum comparandum: teſte Ludouic. Roma. conſil. 188. in hac cauſa. in fi. quia reditus annuus inter immobilia computatur, vt in ſeq. dico. Ita quoque lignum deſtinatum ad ædificia computatur inter immobilia: teſte Specula. in titul. de fructib. & intereſſe. §. primo. verſic. tertio quæritur. per l. ligni. §. ſi lignum. ff. de lega. 3.

Lignum ad ædificia deſtinatũ inter immobilia cõputatur.

¶ Præterea quando conuentum eſſet, vt pecunia haberetur loco immobilium, tunc conuentio ſeruanda eſt, & pecunia loco immobilium habebitur ex hac conuentione. l. iuriſgentium. §. prætor ait. ff. de pact. Quemadmodum in hac patria paciſci ſolet in matrimoniis, quod dimidia pars dotalis pecuniæ ſortietur naturam immobilium, altera naturam mobilium. & hoc ſciunt coniugati.

In annulis & mobilibus pretioſis non habet locum retractus.

¶ Annuli vero, gemmæ, & aliæ res pretioſæ comprehenduntur ſub mobilium appellatione, regulariter: vt per glo. in c. is cui. de elect. in 6. & in c. 1. de cleric. ægrotan. in 6. Et ideo in illis rebus mobilibus pretioſis non habet locum retractus: vt concludit do. Andreas Tiraquel. in tract. de retract. §. 1. glo. 7. nu. 99. & ſeq.

Auri nomine non venit pecunia numerata.

¶ Veruntamen notate, quod appellatione auri & argenti non venit pecunia numerata, quæ facta eſt, vt exponatur ad neceſſaria & vtilia perſonę. l. cum aurum. & l. Quintus. 2. §. 1. ff. de auro & argen. lega. niſi appareat teſtatorẽ contrarium ſenſiſſe. d. §. 1. vel ſi teſtator non aliud aurum, vel argentum haberet: tunc ne legatum ſit inutile, comprehendetur etiam pecunia numerata. d. l. Quintus. vbi Bar.

¶ Idem quando ex communi vſu loquendi nos vocaremus pecuniam numeratam argentum, & aurum, veluti communiter in Francia: tunc etiam ſimpliciter donans argentum, videtur omne argentum donare, & ſic pecuniam. argum. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de lega. 3. niſi expreſſe diceretur, *argent non monnoyé*, vel ſi alias id probaretur ex conſuetu

conſuetudine patris familias. l. ſi ſeruus plurium. ff. de lega. 1. Dec. in d. conſil. 472.

¶ Adhæc notandum appellatione mobilium venire etiam fructus. l. fi. ff. de requir. reis. niſi fuerint pendentes: quia tunc antequam colligantur, pars rei ſunt. l. fructus. ff. de rei vindica. imo cæmenta, lapides, & alia tigna ſemota à domo, mobilia reputantur: per ea quæ dixi in l. tigni. ſupra eod. Sic & piſces in ſtagno computantur inter immobilia: diuerſum eſt, ſi capti ſunt. l. Rutilia. ff. de contrah. emptio.

Fructus mobilium nomine accedunt.

¶ Reditus autem perpetui, vel ad longum tempus, inter immobilia computantur: per tex. in clem. exiui. §. cumque reditus. vbi ſcripſi, de verbor. ſignifica. glo. in verb. annonas. l. iubemus nulli. C. de ſacroſanct. eccleſ. Secus de momentaneo reditu, vel ad breue tempus: teſte Alexand. hic in additio. ad Bar. & Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rub. *des droicts*. in glo. *meubles*. Et ita eſſe à ſenatu iudicatum refert Aufre. in ſtylo parlam. areſto 32. videte quæ ſcripſi in tract. de conſti. reditуum, in 2. tomo commenta. ad conſti. Reg.

Reditus inter immobilia computantur.

Areſtum.

¶ Primo flectitur regula, quod mobilium & mouentium appellatio idem ſignificet, cum de contraria teſtatoris voluntate apparet, vt hic: quæ ex diſpoſitione elici poteſt, vt plene conſuluit Dec. conſil. 653. caſus. de quo & ſuperius dictum fuit.

Mobilia & mouentia quando ſeparentur.

¶ Secundo perdit officium, quando mobilia & mouentia in vna & eadem diſpoſitione ſeparatim proferuntur: tunc vnum appellatione alterius non veniet: alioqui ſuperflue vtrunque fuiſſet expreſſum. per l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. l. ſi filiusfamil. C. famil. erciſcund. l. vna. §. exactio. de rei vxor. actio. l. in rebus. de iure dotium. l. 2. §. 1. ibi, mobiles autem, vel ſe mouentes. C. quand. & quib. quart. pars debetur, li. 10. l. 1. in princip. ff. de ædilit. edicto. Vnde ſi quis ſeparatim vni donaret res mobiles, alteri res mouentes, tunc quoque facienda eſſet diſtinctio, vt ſuperius dictum fuit.

¶ Tertio vitiatur, quando loquendi vſus communis eſſet in contrarium, vt videlicet alio nomine mobilia vocarentur, quam mouentia: tunc enim diſpoſitiones ſecundum huiuſmodi vſum forent interpretandæ, teſte Ioan. And. in additio. ad Specula. in titul. de fructib. §. 1. verſic. ſed pone. Oldrad. conſil. 219. refert. Dec. conſil. 472. teſtator. col. 2. in 2. dubio. per c. quanquam. ibi, ſecundum vocabula, quæ vſus obtinuit 2. q. 7. & l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de lega. 2. Et Gallicus ſermo promiſcue vtitur verb. *meubles ou mobiliers*, quem ex prædictis intelligetis.

¶ Sed dubitari poteſt, an appellatione mobilium & immobilium veniant nomina debitorum, & iura. glo. hic arguit, & Petr. Iacob. in ſua practic. in libell. de actio. ex teſtamento. in verſic. quæſtio eſt notabilis. Breuis tamen eſt concluſio, nomina non contineri: quia nec mobilia, nec immobilia ſunt, ſed iura ſunt incorporalia, quæ nec tangi, nec moueri poſſunt: quamobrem non mobilia. l. 1. ff. de rerum diuiſ. & Inſti. de reb. corporal. & incorpor. tex. expreſſus in l. quam Tuberonis. §. fi. ff. de pecul. ibi, hoc amplius, & nomina debitorum. l. ſi mihi. de lega. 3. Cum hæc igitur expreſſe ſeparentur à mobilibus, & immobilibus. d. l. quam Tuberonis. & l. à diuo Pio. ff. de re iudica. facit l. fi. de dona. nomina debitorum erunt ſpecies ſeparatæ. l. 3. ff. pro ſocio. l. ea. C. famil. erciſ. tum quia non circunſcribuntur loco, ſicut alia bona. l. ſi fideicommiſſum. §. 1. ff. de iudic. & l. Gaius. de lega. 2. l. quæſitum. §. 1. de lega. 3. facit tex. in l. ad eum. ibi, tam in nominibus, quam in rebus mouentibus, & c. ff. de dona. ita conſuluit Iaſ. in conſil. 5. circa. col. 4. vol. 4. verſic. ſecundo pro iſta parte. & in l. ſtipulatio hoc modo. de verbor. obliga. Summatim differunt hæc iura à mobilibus & immobilibus: ſubſtantia, natura, & effectu. Primo quia ſubſtantia iurium eſt indiuiſibilis & incorporea, mobilium & immobilium diuiſibilis & corporea. Inſti. de reb. corporal. & incorpor. & lege, ſeruus. §. incorporales. ff. de acquir. rerum dominio. lege prima. §. quædam. de rerum diuiſione. Natura mobilium eſt, vt poſſideri poſſint, iurium non itidem. d. §. incorporales. Effectus diuerſus eſt, nempe res mobiles triennio vſucapiuntur. Inſti. de vſucapio. immobiles longo tempore. C. de longi tempor. præſcriptio. Iura vero ſunt perpetua, & non præſcribuntur ante triginta annos. l. omnes. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor. Dinus in regul. ſine poſſeſsione. de regul. iur. in 6. Bened. in repet. ca. Raynutius. in verb. cetera bona. nu. 25. de teſtam. Non venient igitur nomina debitorum appellatione mobilium vel immobilium.

Nomina an cõtineantur ſub mobilium nomine.

Nomina quonam modo à mobilibus & immobilibus differant.

¶ Secundo vbi legantur mobilia vni, alteri immobilia, neutri debebuntur nomina. l. ſi chorus. §. 1. ff. de lega. 3, teſtis eſt hic Alber. & Soci. in tract. obla. libello. 8. q. 6. Corne. conſil. 104. circa primum. col. 3. in 2. vol. quæ mobilia nec immobilia ſunt.

¶ Tertio ſi legauerit teſtator vel donauerit vxori ſuæ mobilia, & immobilia, & is condito teſtamento vendiderit vnam domum, & ante ſolutionem pretij mortuus ipſe fuerit, vxor non habebit illud pretium, nec alia debita. debitum enim appellatione mobilium, & immobilium non continetur. l. Gaius. ff. de lega. 2. ſic expreſſe tradit Aufrer. in deciſ. Tholo. q. 315. & Bal. conſil. 232. ſuper. in fi. vol. 2. ſic conſuluit Oldrad. in legato facto à Rege Franciæ de mobilibus, conſil. 219. factum tale. quod conſilium hic tranſcribit Alber. idem conſuluit Decius conſil. 237. in caſu. col. 1. & conſil. 414. viſo. in 2. dubio.

Pretium domus non debetur ei, cui mobilia & immobilia ſunt relicta.

¶ Quarto

Vsufructuario non debetur vsus nominũ.

¶ Quarto si testator reliquerit vsumfructũ bonorum mobilium & immobilium vxori, non habebit vsumfructum nominum: prout consuluit Bal. in propriis terminis. consi. 423. Andre. in 3. vol. Et hoc quando fuit relictus cum adiuncto mobilium & immobiliũ: secus si bonorum simpliciter. l. si vxori meæ. ff. de vsufru. lega. Corne. consi. 183. circa 1. in fi. vol. 3.

In confiscatione mobiliũ & immobilium debita non continentur.

¶ Quinto si bona mobilia & immobilia propter delictum sunt ex consuetudine vel statuto confiscanda, tunc non venient nomina: quemadmodum expresse docet Alberic. in 3. parte statutor. in q. 13. item quæro. & Guido Pape in q. 341. supra, &c. plene Bertrand. consil. 34. sententia. in 2. vol. secundum nouam impressionem. Ideo iudices solent dicere, bona talis N. confiscamus, & debita tunc continebuntur.

¶ Sexto si mulier donauerit bona sua mobilia & immobilia in dotem viro suo, non tamen dare censetur nomina debitorum, quæ tertiam efficiunt speciem, vt dictum fuit. hoc docet Guido Pape in decis. Delphi. q. 499. testator, &c.

Obligatio bonorum quando debita reſpiciat.

¶ Septimo obligando bona mobilia & immobilia non veniunt nomina debitorum, licet alias veniant sub obligatione bonorum. l. 3. & ibi Bar. C. de hereditar. actio. & l. nomen. C. quæ res pignor. obligar. possunt. ita expresse Anto. Negusantius in tract. de pignor. & hypothec. in 1. membro 2. partis, nu. 8. & seq. Bonorum enim indefinita & simplex appellatio continet etiam iura: vt scripsi in l. bonorum, supra eod.

¶ Amplia etiam si donauerit bona mobilia, præsentia, & futura. Guido Pape consil. 52. factum tale. & in decis. Delphi. q. 291. appellatione. Illa siquidem verba non possunt huius legis decisionem immutare, quin hæc separata maneant, & veluti tertia species.

Debita quando comprehendantur bonorum mobilium & immobilium nomine.

¶ Primo limita, cum in instrumento diceretur, Donauit omnia & quæcunque bona, tam mobilia quam immobilia: tũc ratione generalitatis etiam iura veniunt. per l. si legatus. §. 1. ff. ad Trebell. Bar. in l. Quintus. §. argento. de auro & argen. lega. Idem si dixerit, cetera bona. per c. Raynutius. ibi, cetera bona. vbi Bened. de testam. Roma. in l. ad tempus. in fi. ff. de vsucapio. vbi dicit, quod si quis acceperit emphyteusim pro se, & heredibus, & successoribus quibuscunque, tunc comprehenditur etiam legatarius. nam qui totum dicit, nil excludit. l. à procuratore. C. manda. nisi dicas omnia bona mobilia & immobilia: sed iura non sunt eius speciei: ergo non venient. Nisi tanta esset generalitas: vt, dono omnia bona mea mobilia, vel immobilia quæcunque, & qualiacunque, & vbicunque sunt, sine aliqua reseruatione, &c. Vel si dixerit omnia & quæcunque bona, siue mobilia, siue immobilia, & alia quæcunque: eo quod in principio vsus est verb. bona, quod etiam nomina debitorum comprehendit. l. bonorum. vbi dixi, supra eod. licet ea postea diuidat ad faciliorem explanationem in mobilia, & in immobilia, tunc non censetur excludere nomina debitorum. Et solent notarij Galliæ exprimere latissime *biens meubles & immeubles, creances, debtes, & autres droictz*, &c. Vnde putarem ex talibus notariorum verbis, Talis donauit bona mobilia & immobilia: non intelligi nomina. Si vero diceret, Donauit omnia bona, siue mobilia, siue immobilia, & alia quæcunque: tunc etiam nomina debitorum comprehenderentur, non obstante declaratione & diuisione bonorum postea facta.

Praxis notariorum.

Actiones quãdo inter mobilia vel immobilia computentur.

¶ Secundo non procedit, quando nomina essent collocanda inter has duas species. quia tunc si actio contineat rem mobilem, continebitur inter mobilia: si rem immobilem, inter immobilia. l. potest. ff. de authorita. tutor. vbi actio pro re mobili præscribitur triennio, pro immobili decennio. & ibi Bar. Vnde si instituitur vnus in mobilibus, alter in immobilibus, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, actio pro mobilibus dabitur ei, qui mobilia habet, & alteri actiones pro immobilibus, l. ius nostrum. ff. de regul. iuris. Guido Pape consil. 52. factum tale. col. 2. per glo. solemnem in § 1. in verb. numeranda. in authen. de non alienand. reb. eccles. colla. 2. Bal. d. consil. 423. Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in titul. de fructib. §. 1. versic. sed quid si debeo. glo. in l. 1. C. si aduers. transactio. facit l. si ad resoluendum. C. de præd. minor. vbi sicut minor non potest rem immobilem alienare sine decreto, ita nec actionem ad eandem rem cedere. Petr. de Bella Pertica q. 236. Secus in actione, quæ ad rem mobilem, quæ seruando seruari non potest, datur, teste Pyrrho in regul. qui actionem. infra titul. proximo. Ita cum maritus prædecedente vxore lucratur dimidiam partem bonorum mobilium, & conquæstuum immobilium, & è conuerso vxor, tunc quoque nomina inter mobilia computantur: vt docet Ioan. Masuer. in rub. de societa. §. item nomina, quod non procedit secundum eum, si nomina illa prouenirent ex alienatione rei immobilis. *Car les deniers yssus des heritages, sont reputez immeubles.* Res enim subrogata, &c. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. vt supra scripsi. Limitate tamen, quando actio competeret ad genus, vel ad quantitatem: quia tunc non computaretur inter mobilia, nec inter immobilia, sed esset tertia species, teste Lappo allega. 92. in Christi, &c. imprimis. in fi. quod paucis notum esse dicit Iacob. in l. 1. C. si aduers. transactio.

Nomina quando inter mobilia computentur.

¶ Tertio flectitur regula, quando ex communi vsu loquendi actiones venirent sub mobilibus, vel immobilibus: teste Oldrad. d. consi. 219. factum tale, &c. Feli. in procem. decretal. qui

qui vsus communis probandus esset, vt scripsi in l. creditores. supra eod.

¶ Quarto nõ habet locum, si contraria voluntas appareret, vel diuersa ratio: quia mens est attendenda. l. 3. C. de liber. præter. c. intelligentia. de verbor. significa. extra. sic consuluit Decius consil. 481. visis. col. secunda, & consil. 461. præsens. Soci. in tract. de oblatio. libell. 8.

Nomina an cẽseantur ex bonis loci.

¶ Non omittendum, quod nomina debitorum ex aliquo contractu prouenientia, censentur esse de bonis loci, in quo initus est contractus. l. Titium. §. tutores. ff. de administra. tutor. vel illius loci, in quo facienda est solutio. l. quæro. ff. de solutio. l. contraxisse. ff. de actio. & obligatio. Vnde si quis habeat nomina debitorum in patria iuris scripti contracta, & ibi soluenda, in bonis illius patriæ annumerabuntur: veluti in Anglia contracta annumerabuntur inter bona Anglica. tex. singul. in §. si vero violator. de pace tenend. & eius violator. secundum Bal. ibi, & Alexand. consil. 16. vol. 1. Lappus allega. 92. imprimis. sic expresse dicit, & plura allegando Albert. Brunus in tract. de statu. excluden. fœmi. artic. 8. q. 26. do. Ioan. le Cirier in tract. de iure primogenituræ, lib. 2. q. 9. Quamuis alias nomina non circunscribantur loco. l. sed & si suscepерit. §. fi. ff. de iudic. vt alibi scripsi in consti. Reg.

Apparere quãdo possit testatorẽ sensisse de immobilibus.

¶ *Apparet.* Sed quomodo apparere potest? Respond. si fuerint animalia ab aliis mobilibus separata, ipseque vocauerit animalia mouentia, alia vero, res mobiles: vel id arguimus ex præcedentibus & sequentibus, vt tradit Iurisconsul. & ibi Accurs. in l. si seruus plurium. in fi. ff. de testam. vide in l. vrbana familia. infra eod. Potest etiam apparere per testes, instrumenta, & alias species probationis, secundum glo. in c. si à sede. de præb. in 6. Bal. in rub. de proba. scripsi in §. vlt. de nomina. Reg. in concord. Franciæ.

IDEM LIBRO VIGESIMO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMAQVARTA.

Verbum REDDENDI quanquam significatum habet retrodandi, recipit tamen & per se dandi significationem.

Reddere duobus accipitur modis.

¶ Duplicem huius verbi, Reddo, significationem assignat hic tex. Prima communis est, vt pro restitutione capiatur, quando retrodatur. declarat Celsus in l. cum quidam. 1. de lega. 1. & Callistra. in l. diuus. 1. in fi. ff. de fals. ibi, si quis duobus heredibus institutis adiecerit, vt si alteruter heres sine liberis decessisset, ei qui supereresset, & liberos haberet, hereditas redderetur, vel, &c. & inferius explicabitur fusius. & pro hoc est tex. in l. Labeo. 1. & l. plus est. & lege, restituere. 1. & l. boues. §. inter. ac lege, pronuntiatio. §. 1. & l. cum quærebatur. ac l. vlt. eod.

¶ Secundo capitur pro dare, videlicet de nouo: vt si testator vxori mancipia legauerit, & cauerit annulos & vestes eidem vxori ab heredibus reddi: etsi non fuerint vxoris, nihilominus præstari debebunt ex causa legati, quia legandi animo dedisse videtur: per l. qui vxori. in princ. ff. de auro & argen. legat. facit l. si decem. de verbor. obliga. vbi sic dicitur: si decem cum petiero, dari fuero stipulatus, admonitionem magis quandam, quo celerius reddantur, & quasi sine mora, quam conditionem habet stipulatio.

Pœnæ quantũ ad legitimam non præstatur.

¶ Pone quod relicta est legitima filio, quam heres non reddit, id est non præstat vsque ad sententiam, tenetur vlterius ad aliam tertiam partem æstimationis huius legitimæ, quæ fuerat in testamento relicta. l. si quis in suo. in princip. C. de inoffic. testam. pœna tamen illius legis in hoc Franciæ Regno non seruatur: sed quãdoq; pars succumbens condemnatur ad multam extraordinariã pro arbitrio iudicũ: interdũ ad expensas, damna & interesse.

¶ Item si testator grauauerit heredem reddere Stichum seruum suum, tenetur heres illum dare: quia qui reddere, simul & dare iubetur. l. heres meus. in princip. ff. de lega. 3. idem probatur in l. si vero non remunerandi. §. idem Papinia. ff. manda. ibi, residuum pretij redderet. & ibi, pretio reddito. & c. duo sunt. in fi. ibi, decimas reddere. 12. q. 1.

Interdictum reddi.

¶ Item vtile interdictum reddi pro dari dicitur, in l. fi. ff. vti possidet. vbi in princip. dicit reddendum, in fi. dandum. faciunt iura sequen. l. hæc autem. in fi. ff. ex quib. caus. in possessio. eat. l. 1. §. 1. de itinere actuque priua. Iurisconsul. Vlpia. in l. 1. ff. de interdict. & l. 1. de Saluia. interdic. & l. 1. §. sed si is. de noui oper. nuntia. l. 1. §. 1. de itinere actuque priua. & l. fi. ibi, redditur præiudicium. ff. si liber. ingen. esse dica. l. fideiussor. §. creditor. de negot. gest. ibi, iudicium reddetur. l. 1. §. quia. quorum legator. l. 4. de vi & vi arma. l. Lucio. in fi. de aqua quotidia. l. penul. ibi, interdicto reddito absoluetur. arbor. furtim cæsar. & Imperator in l. cum etiam. C. de reb. credit. c. quid dicam. 14. q. 4. Ideo si testator iusserit reddi centum, quæ debebat Titio, licet nihil debuerit, nihilominus legatum præstabitur. l. Lucius. §. 1. ff. de lega. 3. l. Lucius. §. quisquis. 2. de lega. 2. & actio in heredes non est reddenda. l. item apud. §. si quis astrologus. ff. de iniur. Et vtrum prius in eum actio reddi, quam in fideiussorem debeat. l. Imperator. §. 1. ff. ad municipal. Et eodem loco pœna reddita sit, quo latrones homicidia fecissent, l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. l. Titius. de procurator.

¶ Nam

Reddi dicitur pro dari, vel præstari.

¶ Nam qui repetit, petit: qui reddit, dat, vt in d.l. heres meus. Ideoque sustinetur libellus, si quis petat sibi reddi decem, quæ fuere sibi legata in testamento. Bal. in l. cum etiam. C. de reb. credit. post Alber. hic, per legem fin. in fi. ff. de custod. reor. ibi, quod si fugitiuum domino reddendum perdiderit, si facultates habeat, domino pretium reddere iubetur.

¶ Aliquando & regulariter, retrodandi significationem habet, id est restituendi. l. statuliberos. §. sed si argento. ibi, non enim videtur dedisse, sed magis reddidisse. & l. Stichum. §. si heres. ibi, quia reddere eam magis, quam dare videtur. ff. de statuliber. l. quod si possessor. ibi, euicta hereditate legata reddi. ff. de petitio. heredita. & §. 1. l. si quis dicat. cum l. seq. de manumissio. l. apud. §. quod si is. de dolo exceptio. l. dolo facit, qui petit, quod redditurus est. ibidem. l. qui Romæ. §. 1. de verbor. obliga. l. si cum aurum. de solutio. & l. si cum Cornelius. ibid. l. itaque. ibi, nam qui non habet quod reddat, eius periculo nihil est. l. itaque. ff. de furt. l. falsus. §. qui alienum. ibidem. l. aut damnum. in fi. de pœnis. §. in seruorum. ibidem. l. si æstimatis. ff. solut. matrimo. l. fi. de seruis fugiti. l. seruus. de pœnis. l. sed & si quid. de contrah. emp. l. si quis rerum. & l. si rem mobilem. de acquir. possess. & l. si non. §. penul. de bonis authorita. iudic. possid. l. ex his. quæ in fraud. creditor. l. omnes. in fi. ibidem. l. 1. soluto matrimo. l. cum pater. §. fidei tuæ committo. in fi. ibi, quoniam reddi potius videtur, quam dari. de lega. 2. & ibi glo. adducit alia iura huc pertinentia. & in l. 1. §. eleganter. depos. ibi, aliud est reddere, aliud quasi de suo dare. & §. fi. ibidem. l. 1. & per totum, si plus quam per legem Falcid. lege fin. versic. quæ ita. de sponsal. & arrhis. & lege secunda, de libert. & eor. liber. l. damni. 3. in fin. ff. de damno infecto. lege, si alienam. §. fi. de dona. cauf. mort. & l. si mortis. 2. ibidem. l. penul. §. primo, soluto matrimo. l. si tibi areæ. de præscrip. verb. Etiam si quis sæpius accipiat, & reddat, dicitur retrodare. l. si quis duos. ff. de solutio. videte quæ dixi in l. mulieris. §. abesse. supra eod.

¶ Interdum Iurisconsultus ad veriorem elucidationem dicit retrodare, & retro reddere. in l. si quis duos. ff. de solutio.

Reddere pignus

¶ Item pro eodem, videlicet restituere, dicit pignus reddere. l. diuortio. §. illum autem non credimus teneri, qui gerit negotia debitoris, ad reddendum pignus, cum pecunia ei debeatur, nec fuerit quod sibi possit exoluere. ff. de negot. gest. l. creditor. in 1. de pignora. actio. lege, si quis vxori. §. eum creditorem. ibi, pignus non reddit. de furt. Et reddere sumptus litis. in lege, eum quem. ibi, viatica litisque sumptus reddere oportebit. ff. de iudic.

Reddere sumptus.

Reddere vsum fructum pecuniæ.

¶ Item in stipulatione de reddendo vsufructu pecuniæ, duo sŏli casus interponuntur, mortis, & capitis deminutionis. l. in stipulatione. ff. de vsufruct. car. rerum.

Reddere pro agere.

¶ Tertio reddere accipitur pro agere, seu prosequi: vt in rubr. an per alium cauſ. appellationis reddi possint. iuncta lege prima, ibi, per procuratorem agi non licet hæc. in fine illius legis sic dicitur; & generaliter quæ causa per alium reddi non potest, eius nec appellationem per alium agi oportet. vbi quod semel dixerat reddi, postea vero agi vtitur. facit l. fi. ff. si tutor vel curat. & lex, Lucius. de appella. & lex, vna. C. si pendente appella, mors interuener.

Pro allegare.

¶ Quarto reddere est allegare, dicere. lege tertia, in fin. ibi, quid ergo si certam appellandi causam dixerit, an liceat ei discedere ab hac, & aliam causam allegare? & postea dicit, puto tamen, cum semel prouocauerit, esse ei facultatem in agendo, etiam aliam causam reddere. ff. de appella. vbi quod semel dixerat allegare, postea dicit reddere. facit lex vlt. in fine, ibidem. ibi, debuisse causas appellationis reddere. Et absens reus causas absentiæ per procuratorem reddere potest. l. absens. de procura.

Ratio redditur.

¶ Quinto redditur ratio, id est assignatur. lege, quod ait lex. §. quare. ibi, illa ratio redditur. ff. de adulteriis. lege secunda, §. primo. ibi, vtriusque legis reddit rationem. de noxalibus.

Literas reddere.

¶ Sexto reddere literas, pro tradere, vel præstare. lege, si epistolam misero, non erit ea tua, antequam tibi reddita fuerit. & postea dicit, tradidero. ff. de acquir. rerum dominio. & lege, qui nomine prætoris literas falsas reddidisse, edictumve prætoris falsum proposuisse dicetur, in factum pœnali tenetur, quanquam lege Conelia reus sit. ff. de falsi.

Tutelam reddere.

¶ Septimo reddere tutelam, est tutelæ rationem præstare, & reliqua. lege secunda. §. legatis. ibi, eum qui tutelæ reddendæ causa Romæ esset euocatus. ff. de iudic. scripsi plene in l. boues. §. inter. supra eod.

Reddere debitum.

¶ Octauo reddere debitum, pro soluere capitur: vt si creditores heredem suspectum putent, satisdationem exigere possunt pro suo debito reddendo. l. si creditores. ff. de priuileg. creditor. vel vt debitum reddatur, id est soluatur. lege, cum in debitum. §. fi. ibi, creditor vt procuratori suo debitum redderetur, debitori mandauit. ff. de condict. indeb. nam quod semel creditor debitori præstiterat, ei redditur.

Ius reddere.

¶ Nono ius reddere dicitur iudex, pro dicere, administrare, exercere, decernere. l. penul. ff. de iustit. & iure. ibi, prætor quoque ius reddere dicitur, etiam cum inique decernit. & l. 2. §. eodem tempore & magistratus iura reddebant, & vt scirent ciues, quod ius de quaque re

re quisque dicturus esset, seque præmunirent, edicta proponebant. & §. post originem. ibi, parum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. ff. de orig. iuris. l. obseruandum. de offic. præsid. l. 1. in fi. de diuers. & temporal. præscript.

Debitum vxori reddere.

¶ Decimo ius canonicum appellat reddere debitum coniugale vxori, id est cam cognoscere, & cum ea commisceri. c. fi. de eo qui cogno. consangui. vxoris suę. & alibi sæpius, vt dicam in titul. de verbor. significa. in decretal. dum per ætatem liceat.

¶ Vndecimo pro concipere, dare. l. cum Aquiliana stipulatio interponitur, quæ ex consensu redditur, lites de quibus non est cogitatum, in suo statu retinentur. ff. de transactio.

Reddere quãdo proprie vel improprie accipiatur.

¶ Et infert glo. hic, quod dum reddere accipitur pro dare, improprie ponitur: & sic non habet locum in statutis, per l. 1. §. eleganter. ff. de pos. ibi, aliud est reddere, aliud quasi de suo dare. l. cum pater. §. fidei tuæ committo. ff. de lega. 2. Sed illa iura non obstant. aliud enim est dare de suo, aliud depositum reddere. nam dum reddere ibi ponitur ad differentiam dandi, differt. & in d. §. fidei tuæ committo. at non dicitur ibi, quod improprie loquatur: quippe verbum vnum etiam proprie potest habere duo significata, vt hoc verbum reddo. Igitur dicerem verbum reddere etiam dandi significationem habere, & proprie: cum Iurisconsul. sic dicat, Per se dandi significationem habet: ergo non improprie. Iurisconsultus enim si quid improprie loquutus fuerit, exprimit hoc per abusionem fieri: alias proprie loqui intelligendus est. Cum igitur tex. hic dicat, *per se*, intelligemus proprie: & dum dicit, *recipit*. Itaque significatio hæc comprehenditur etiam in statutis odiosis, dum subiecta non refragetur materia, vel nisi diuersa ratio assignaretur. Idem de aliis fere verbis infra descriptis: quorum significatio pro simplici ponatur, necne, pro subiecta materia iudicabitis. Ex re ergo intelligetur, vt scripsi in l. sæpe. supra eod. & facit l. debitoribus. ff. de re iudica. vbi si referatur ad eum, qui mutuum suscepit, & postea fatetur, capitur pro retro dare: si ad eum, qui promisit, pro dare. Et per ista cessant multa iactata per doct. in rub. ff. soluto matrimo.

Recipere.

¶ Sequuntur verba quædam similia, affinem quandam iterationem significantia, & interdum pro simplicibus vsurpata: vt recipere, iterum capere. l. sed si vi armata deiectus es, sicut ipsum fundum recepisses, etiam si vi, aut precario, aut clam eum possideres, ita res quoque mobiles omnimodo recipies. ff. de vi & vi arma. l. 3. C. soluto matrimo. l. 2. ff. si certum peta. l. 1. §. mutui. de actio. & obliga. Tamen Iurisconsultus quandoque dicit, rursus accipere. l. postliminium. ff. de captiuis. De hoc verb. plene scripsi in l. qui fundum. inf. eo.

Remittere.

¶ Ita verbum remittere est iterum mittere. l. 3. §. si quis eum. ibi, posteaquam semel remisit. de liber. homi. exhib. & Gallic. dicimus *renuoyer*. de quo in l. inter. §. 1. infra eod.

Remeare.

¶ Remeare, id est retro meare, id est reuerti, & redire. l. etiam ea. infra eod.

Recurrere.

¶ Idem in verb. recurrere. l. fi. C. soluto matrimo. ibi, quoad mulierem recurrere fecit obitus maritalis. l. fi. §. 2. ff. de administra. rer. ad ciuita. pertinen. ibi, cum possint ad authores suos recurrere, quasi iterato cursu ire.

Rescribere.

¶ Rescribere, iterum scribere: vt no. doct. in rubr. de rescrip. & in l. 1. de diuers. rescrip. & in pragma. sanct. scripsi in tract. de rescrip. & liter. Reg. in 2. tomo commentarior. in constit. Reg. Gallic. Veruntamen aliquando rescriptum pro scripto simplici capitur, secundum quosdam, in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudica.

Redigere.

¶ Redigere est perducere, & vi quadam vel industria ad aliquid ducere: vt docet Spiegel. & refertur interdum ad personas, vt in l. & pubes. ibi, in potestatem eius redigi. ff. de adoptio. & l. sed si hac. §. liberos. ibi, sed & si per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus sit patronus. ff. de in ius vocand. Inuiti filij naturales non rediguntur in patriam potestatem. l. fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris. in l. quod ait. de adulter. l. qui cum vno. §. grauius. ibi, nam & qui olim ad edictum non respondebant, vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. ff. de re militar. l. 1. de pœnis.

¶ Alias refertur ad res: vt compromissum ad similitudinem iudiciorum redigitur. l. 1. ff. de arbitr. Rediguntur igitur ad heredem per hoc interdictum ea, quæ legatorum nomine possidentur. l. 1. §. rediguntur. ff. quor. legator. l. si societatem. §. fi. ibi, ad viri boni arbitratum redigi debeat. ff. pro socio. l. interdum. 2. §. qui tutelam. de furt. ibi, in potestatem suam redigere rem furtiuam. Et summa redigenda est ad id, quod est minimum. l. semper in stipulationibus. de reg. iur. ff. Et ad id quod actum est, interpretationem redigendam censet tex. in l. Nepos. infra eod.

¶ Secundo redigere si ablatiuo iungatur, capitur pro reducere, extrahere, vel elicere. l. 2. ibi, ex ceteris pecuniam suam redigere possit. ff. qui potior. in pignor. habeant. l. 2. in fi. de curator. bonis dand. l. ex senatusconsulto. ff. de vi priuata.

Redacta pecunia.

¶ Inde redactum dicimus, sic reductum & extractum. in l. debitor. ff. de negot. gest. ibi, impendi decẽ, deinde redacta ex venditione rei hereditariæ centum in arca reposui. Iurisc. declarat redactam pecuniam non solum si iam exacta sit, verum & si exigi potuit, nec exacta est: & hoc quoad illum titulum de petit. heredita. ff. l. si possessor. §. 1. & nummus re-

dactus ex re furtiua non eſt furtiuus.l.qui vas.in fi.ff.de furt.

¶ Tertio redigendi ſunt pali in numerum materiæ, id eſt computandi ſunt in numero materiæ.l.pali.infra eod.vel reducendi.

¶ Quarto redigere fructus,id eſt recolligere. l. is cui. §. qui legatorum. ibi, & ratio quidem eſt heredem colere agros,ac poſſe fructus redigere.ff.vt in poſſeſſ.legator.l.vim facit. ff.de vi & vi arma.

¶ Quinto redigere in teſtatum, id eſt in ſcripturam reducere. l. 1. §. recte. ff. vſufruct. quemadmod.caueat.ibi,recte (inquit) facient & heres & legatarius,qualis res ſit, cum frui incipit legatarius,ſi in teſtatum redegerint,vt inde poſsit apparere,an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit.

Redire. ¶ Redire,quaſi retro ire,vel iterum. Gallic.dicimus *retourner*. Et refertur tam ad res,quam ad perſonas.l.litigatores ierint,mox ad eundem arbitrum redierint. ff. de arbitr.l.ſequitur. §.quod autem.& l.Labeo.vbi declaratur, quando res dicatur in poteſtatem domini rediiſſe.& in l.non ſolum.§.ſi dominus.ff.de vſucapio.facit l. ſi colonus. de acquir. poſſeſſ. l. ex facto.in magna.ibi,ituras & redituras.in fi.de hered.inſti.l.3.§.item feras. ff. de acquir. poſſeſſ.l.1.§.ripa.de fluminib.c.ſtatutum. §. pro ferendo ibi, veniendo, ſtando & redeundo. de reſcrip.in 6.l.ſeruus.ff. de actio. & obliga. l. ſi fine.in fin. rem ratam haberi. Et rediit res ad inteſtati exitum.l. filium. §. 1. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Et redire bona ad nos tunc dicuntur,quando ſemel noſtra fuere,vel à nobis poſſeſſa: quod probat l. naturalem. §.ceruos,ff.de acquir.rerum domi.& l.ſi mater.§.eandem.de exceptio.rei iudica.

¶ Item redire is dicitur, qui fuit alias in illo loco, & poſtea ad eundem reuertitur. l. ex maleficiis. §. ideo autem id ita receptum eſt, quia plerunque homines eo animo proficiſcuntur,quaſi ſtatim redituri.ff.de actio.& oblig.l.fi.ff.de offic. procurat. Cæſar.ibi, deinde neque redire cuiquam poſſunt permittere, l. poſtliminium. §. poſtliminio rediiſſe videtur, cum fines noſtros intrauerit, de capt. Et qui ad tempus relegatus eſt, ſi redeat, in inſulam relegetur.l.capitalium.§.in exulibus. ff. de pœnis. Expulſis hoſtibus ex agris, quos ceperant, domina eorum agrorum ad priores dominos redire ait Iuriſc. in l.ſi captiuus. §.1.ff.de capt.l.ſi.de vſufruct. earum rerum. ibi, cum pecunia erat relicta Titio, ita vt poſt mortem legatarij ad Meuium rediret.Et ſic ad proprietatem referetur.

¶ Item dos à patre profecta,ſi in matrimonio mulier filiafamil.deceſſerit, ad patrem redire debet.l.dos. C. ſoluto matrimo. Et dos ad ius ſuum redire dicitur, in l. ſi vnus. §. pactus.ff. de pactis. Interdum Iuriſconſul. dicit retro redierat, in l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil.

¶ Capitur etiam pro ire,ſi glo.credamus in l.exigere dotem. in fin.ibi, in cuius domicilium & ipſa mulier per conditionem matrimonij erat reditura. ff. de iudic. vbi glo. exponit,id eſt itura:quia ſequitur mulier forum viri. l. cum quædam. de iuriſd. omnium iudic. ff.Sed ego exponerem reditura proprie pro reuerſura:quod videlicet mulier ad ſuum priſtinum domicilium eſt reuerſura per conditionem matrimonij,ſi ſeparatum fuerit.

Declaratur l. exigere dotem.

Redhibere. ¶ Idem in verb.redhibendi.Redhibere enim eſt facere,vt rurſus habeat venditor, quod habuerat:& quia reddendo id fiebat,idcirco redhibitio eſt appellata,quaſi redditio. l. redhibere. ff. de ædilit.edict. Qui venditori ſuo redhibet rem, non videtur iudicij mutandi cauſa facta alienare.l.ex hoc edicto.§.fi.de alienatio.iudic.mutand.cauſ.fac. Et venditionis reſolutio redhibitio eſt.l.Pomponius.§.præterea.ff.de acquir.poſſeſſ. l.ſi hominem.de vſucapio. l. filius fam.de exceptio. Diciturque redhibitio quædam in integrum reſtitutio. l.cum autem.§.1.ff.de ædilit.edicto. Et redhibitus,id eſt rehabitus,redditus.Seruus in eius caput,à quo diſtractus eſt,non torquebitur in memoriã prioris dominij,l.vnius.§.ſeruus. ff.de quæſtio.Etiam ſi redhibitus fuerit ſeruus in caput emptoris,non torquebitur.l.etiam. ibidem. Redhibita res.in l.ſi poſſeſſor.§.ait ſenatus.ff.de petitio. hereditа. Redhibiturus.l.item Mela.§.ſi in eo homine,quem tibi redhibiturus eſſem.ff.ad legem Aquil.

Actio redhibitoria, & exceptio. ¶ Et actio redhibitoria eſt, quæ datur emptori ſerui, vel animalis vitioſi contra venditorem,vt illud animal venditum redhibeat,id eſt rehabeat,& venditor emptori pecuniam reſtituat.l.1.& per totum,ff.de ædilit.edic.l.diuortio.§.illum.de negot.geſt.

¶ Exceptio vero redhibitoria opponitur agenti venditori de pretio, ſi ſeruus redhibitus fuerit,vel redhiberi petatur.per tex.in l.pure.§.ſi ſeruus.ff.de doli exceptio.qui tex. eſt ſingularis in iure loquens de hac exceptione redhibitoria.

Referre. ¶ Simile videmus in verb.referre, vt interdum ſignificet retroferre. l. ſi vt certo.§.ſi me.ff.commoda.ibi,argentum domi referre non poſſem. Alias pro ſimplici ponitur, nec non aliis multis modis,quos ſcripſi in l. deteſtatio. §. ſerui. ſupra eod. & Iuriſconſul. in l item illa.§.1.ff.de conſti.pecunia.dicit,retrorſum ſe hæc actio refert.

Reducere. ¶ Idem in verb.reducere. l. qui mittuntur, vt milites ducerent, aut reducerent. ff. ex quib.cauſ.maior.l.fi.C.de libertis & eorum liberis.ibi, liberti ad ſeruitutis nexum procul dubio reducentur,id eſt retro ducentur.l.ſi vxor.§.ſed ſi qua.ff.de adulter. iuncta l. ſi quis adulterium.

adulterium.ibidem.plene ſcripſi in l.qui neque.ſupra eod.

Refugere. ¶ Refugere, retro fugere.c.fi.in fi.3.q.5.Et refuga, qui dominum refugit.l.aut damnum. §. quique refugæ ex opere metalli in metallum damnantur. ff. de pœnis.& in §. quiſquis. ibidem,dicitur refugerit.l.milites agrum.§.eius fugam.ibi, quia cuſtodiæ refuga, non deſertor militiæ eſt.ff.de re militar. *Refuga.*

Refugium. ¶ Inde refugium,locus ad quem confugitur.l.1.§.quod autem prætor.ff.de ſeruis fugit. ibi, refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare. Et domus eſt tutiſsimum cuique refugium,atque receptaculum.l.plerique.ff.de in ius vocand.

Repignorare. ¶ Repignorare eſt rem pignoratam luere,& redimere.l.ſi vt certo.§.nunc videndum. ff. commoda.ibi,rem tibi dedi,vt creditori tuo pignori dares:dediſti,non repignoras,vt mihi reddas:Labeo ait commodati actionem locum habere.

Reponere. ¶ Reponere,iterum in ſuo loco ponere, vel in obligatione.l. ſequitur.§. ideoque. ff. de vſucapio. vbi ſic habetur: ideoque ſi ſeruus meus rem mihi ſurripuerit, deinde eandem ſuo loco reponat,poterit vſucapi,quaſi in poteſtatem meam redierit, &c. Illud verum eſt, ſi ex facto debitoris metum adhibentis fideiuſſores acceptilatione liberati ſunt, etiam aduerſus fideiuſſores agi poſſe,vt ſe reponant in obligationem.ff.quod met.cauſ. l. omnino. de impenſ.in reb. dotal. fact. Et Labeo etiam eam arborem recte dici putat, quæ ſubuerſa à radicibus etiam nunc reponi poteſt,id eſt reſtitui.l.penul. ff. arbor. furt. cæſa.l. 2. §. item Varus.ff.de aqua pluuia arcend.

¶ Aliquando reponere pro deponere capitur.in l.1.§.is quoque apud quem rem aliquam reponimus,re nobis tenetur.ff.de actio.& obliga.

Reuerti. ¶ Reuerti ab hoſtibus dicitur, qui ſemel captus redit ad eum locum, à quo diſceſſerat. in rub.ff.de capti.& poſtlim.reuerſ.per totum titul.l.legatus.2.de legatio.ibi,ſi quis in munere legationis,antequam ad patriam reuerteretur, deceſſerit, ſumptus, qui proficiſcenti dati ſunt,non reſtituuntur.l.1. §. idcirco.de vi & vi arma. Et chariſsime cum primitiuum ſeruum, qui homicidium in ſe confingere metu ad dominum reuertendi ſuſpectus eſſet, falſa demonſtratione damnaſti. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. l. 2. de nundinis. Et eius, qui ab hoſtibus captus eſt,bona venire non poſſunt,quandiu reuertatur.l.fi.ff.de priuileg. creditor.

¶ Et reuerti bona dicuntur,quæ cum deſierint alicuius eſſe, ad eundem redeunt.tex. in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ibi,in priuatos vſus reuerti.ff.de verbor.obliga.l.1.vbi Decius. num. C.de pact. l. ſi vnquam.in verb. reuertatur. de reuocand. donatio.Bar.in l.quiſquis. de omni agro deſerto.lib.11.l.ſi vſusfructus mihi.§.1.ff.vſufruct.quemadmod.caueat,l. 3. §. penul.ibi,ad proprietatem reuerti. de vſufruc.l.naturalem.§.ceruos.de acquir.rerum domi. l.ſi rem mobilem.in fi.cum l.ſeq.de acquir.poſſeſſ. l. ſemper. §. ſi quis reipublicæ cauſa abfuiſſe,deinde reuerſus.ff.quod vi aut clam.& l.eos.cum l.ſeq.l.in bello.& l.cum duç.& per totum.ff.de captiuis. Verbum reuertatur commune eſt. doct. in l.centurio. ff. de vulga. & in d.l.ſi vnquam.

Repedare. ¶ Repedare fere idem,quod redire, reuerti.l.ſi quis ex grege. C. de cohortal. lib. 12. ibi, aut ſi ad priſtina ſacramenta precum miſeratione maluerit repedare. & non inueni apud Iuriſconſult.

Recedere. ¶ Recedere,quaſi retro cedere,diſcedere.l.3.§. is qui neſcit. ibi, recedendum erit ab hoc interdicto.ff.de liber.homi.exhibend.

Recido. ¶ Recido,recidi,recaſum,& recaſurus,pro iterum cadere:veluti cum dicimus,fieri poteſt pupillaris ſubſtitutio impuberi, ſi non ſit recaſurus in patris poteſtatem.l.2.ff. de vulgari. §.1.de pupilla.in Inſti. l. ſiue contra. §. 1. de liber. agnoſcend. l. nepotes. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

¶ Aliquando tamen recidit,capitur pro accidit: vt in lege,ſi ſtipuler.§.1.ff.de verborum obligationib.ibi, vt recidit in ſorore adoptiua.de his plura dixi in l.ſylua. §.glans caduca. ſupra eod.

Retrahere. Retractus ius. ¶ Retrahere, iterum ad ſe trahere. Nempe conſanguineus rem à conſanguineo venditam iterum ad ſuam, & primam familiam trahit. Leuitic. 25. Vnde vocamus ius retractus illud ius, quod competit conſanguineo ad rehabendam & redimendam rem venditam extraneo à ſuo conſanguineo. l.dudum. C. de contrah. emptio. c. conſtitutus. de in integrum reſti. Et hanc materiam ampliſsime tractauit D.Andr. Tiraquel.in ſuo tract.de vtroque retractu.

¶ Adhæc Iuriſconſul.ait,agros reipublicæ retrahere curatorem ciuitatis debere, licet à bona fide emptoribus poſsideantur,in l.fi.§.item reſcripſerunt.ff.de adminiſtra. rer. ad ciuita.pertinen.facit l.in fraudem.§.à debitore.de iure fiſci.l.2.C.ſi maior factus.l.ſi ex plagis. §.in cliuo. ff. ad legem Aquil. Et à debitore fiſci in fraudem datas libertates retrahi placuit.l.in fraudem. §. à debitore.ff.de iure fiſci.

Retractare. ¶ Retractare, quasi iterum tractare, examinare & discutere. l. 2. de collus. detegend. versic. sicubi plane ætas eius, cuius retractatur collusio, differendam retractationem in tempus pubertatis vel alterius rei suadeat, quinquennium non currere dicendum est. quinquennium autem non ad perficiendum retractationem, sed ad inchoandum puto præfinitum. & l. vlt. ibidem. facit l. aut priuati. §. abolitione autem publica facta non retractabitur in iudicio repetendo de mariti iure. ad Turpil. quamuis glo. exponat ibi pro auferatur. sed non videtur conuenire: l. eius. §. plane. de iure fisci. l. 1. ff. ne de statu defunctor.

¶ Interdum pro rescindere, reuocare. l. non solum. §. item ait. ff. de procurator. ibi, ne reuersus ille velit retractare, quod actum est. & l. si dolo. de dolo. l. quod autem. §. si vxor. de donatio. inter vir. & vxor. l. Pompo. §. ex facto. de acquir. posses. l. quo enim. §. vlt. rem ratam haberi. ibi, nam qualitercunque quis eundem actum retractet, qui à procuratore actus est, committi stipulationem oportet.

Regredior. ¶ Regredior, id est pedem refero, reuertor. l. serui. §. fi. ibi, qui in potestatem domini non regressum bona fide possidere cœperit. ff. de furt. l. 3. ff. si famil. furtum fecisse dicat. ibi, ad quem par nonnunquam regressus est, &c. Ratio publicandorum seruorum est, vt sine vllo metu verum dicant: & ne dum timeant se in reorum potestatem regressuros, obdurent in quæstione. l. si postulauerit. §. alienum seruum. ff. de adulter. l. ordine decurionum ad tempus motus & in ordinem regressus, ad honores exemplo relegati tanto tempore non admittitur. ff. ad municipal.

Reuocare. ¶ Reuocare pro retractare, rescindere. l. quod iussit. ff. de re iudica. vbi abunde scripsi.

¶ Reuocare testes, quod recolere dicimus, & cum elogio mittere reum, id est cum oneribus & informationibus. Budæ. in annota. primis. facit text. in l. diuus. secunda. ff. de custod. reor.

¶ Reuocare domum, in l. 2. §. legatis. ff. de iudic. ibi, reuocandi domum suam ius datur. & ibi accipitur pro remittere, quod vulgo dicimus *renuoyer*, vt non teneantur respondere in loco legationis, sed domum remitti debeant.

¶ Reuocare, retrahere, auferre. l. denique non esse præstandas vsuras, cum pecunia reuocatur. ff. de iure fisci. Et reuocata pecunia, in l. seq. iuncta l. deferre. in fi. ibidem.

Recuperare. ¶ Recuperare est pristinum ius recipere. l. postliminium. ff. de captiuis. dixi in l. si cum nulla. ff. de re iudica.

Interdictum recuperandæ possessionis. ¶ Inde vocatur interdictum recuperandæ possessionis, quod datur pro amissa possessione repetenda, & rehabenda. §. recuperandæ. de interdict. in Insti. loquitur l. 1. & per totum. ff. de vi & vi arma. & in rub. C. vnde vi. & in rub. de resti. spoliator. in iure canonico.

¶ Recuperari interdum etiam dicitur id, quod nobis erat debitum, licet nunquam antea habuerimus. in l. cum possessor. in princip. ff. de censib. ibi, tametsi fiscus pecuniam suam recuperauerit.

Restituere. ¶ Idem in verb. restituere, vt scripsi in l. restituere. & l. cum prætor. supra eod. licet interdum pro date, præstareve capiatur. in l. 2. ibi, his qui non gratuitam legationem suscepe-

Legatium. runt, restituatur. ff. de legatio. Quod legatiuum declarat tex. in l. munerum. §. legati. ff. de munerib. sic dicens: legati quoque qui ad sacrarium Principis mittuntur, quia viaticum (quod legatiuum dicitur) interdum solent accipere. facit l. quod si in diem. in princip. ff. de petitio. heredita.

Relegere. Retradatur. ¶ Relegere, iterum legere. l. cognoscere. supra eod. vbi plene scripsi.

¶ Retradatur, id est iterum tradatur. l. metum. in magna. §. ex hoc edicto restitutio talis facienda est in integrum officio iudicis, vt si per vim res tradita est, retradatur. ff. quod met. caus.

Reintegratur. ¶ Reintegretur obligatio. l. illud. ff. quod met. caus. ibi, vt in tua persona reintegretur obligatio, id est renouetur, restituatur. Reintegratur matrimonium, id est reconciliatur. l. cum maritus. §. 1. de pact. dotal. vbi nunc vno, mox altero verbo vtitur. l. reintegrato. rerum amotar. Reintegratur seruitus, id est restauratur, restituitur. l. si maritus. de fund. dotali. vbi quod prius dixerat restauratur, postea reintegratur, & demum restituitur.

Repræsentare. ¶ Repræsentare, iterum præsentare, seu præsentem exhibere denuo. l. 3. §. Iulianus. ff. de liber. exhib. vbi in l. 1. dicitur interdictum de liberis exhibendis dari contra eum, qui filium meum detinet, vt exhibeat, & præsentet: postea si illum filium exhibitum velim ducere,

Intellectus ad l. 3. de liber. exhibend. competit mihi interdictum de liberis deducendis aduersus eum, qui filium defendit. d. l. 3. §. hoc autem interdictum. & postea subiicit Iurisconsultus: quod si moueatur quæstio de filio ducendo, si impubes sit filius, & pater exploratæ fidei, differre oportet rem in tempus pubertatis: sed si is qui se patrem dicit, est notæ authoritatis, filium vsque in diem litis impuberem apud se habebit: si vero is, qui controuersiam facit, sit humilis, calumniator, notæque nequitiæ, repræsentanda cognitio est, id est iudici iterum præsentanda, vt breui decidatur, & non differatur. & glo. ibi in d. §. Iulianus, exponit repræsentari, id est statim terminari, & quasi accelerari. Sed ego proprius dicerem iterum præsentari. nam primo is, qui possidet

possidet illum filium, exhibere debet, per primam partem tituli de liber. exhib. Secundo si is, qui mouet controuersiam, sit calumniator, iterum præsentabitur, scilicet cognitio illius filij: quæ celeriter terminabitur, ne calumniator, si differretur cognitio, calumniam super calumniam adderet, vt dicam in intellectu ad illam legem. Vnde solent obligari fideiussores de repræsentando reum in iudicio. lege, sancimus. Cod. de fideiusforibus & mandatoribus.

¶ Alias repræsentare est ostendere: vt culpa dolo proxima dolum repræsentat. l. 1. §. non autem. ff. si quis testam. liber esse iussus fuer. & in idem fere reincidit. l. penul. §. penul. ff. de iuris & facti ignoran. ibi, quod totum alienæ libertatis gloriam repræsentet. l. aut facta. §. non enim. de pœnis.

Pecunia repræsentata. ¶ Interdum repræsentare, est præsenti die pecuniam in diem debitam exhibere, & soluere, quasi ante diem præsentare, & soluere, vel ad præsens afferre. Inde Iurisconsul. vocat illam pecuniam repræsentatam, id est ante diem solutam, in l. cum hi. §. eam transactionem oratio improbat, quæ idcirco fit, vt quis repræsentatam pecuniam consumat. ff. de transactio. Inde commodum repræsentationis dicitur illud commodum, quod aliquis habet ex eo quod præsenti pecunia soluitur id, quod in diem, vel sub conditione debetur. l. ait prætor. §. si cum in diem deberet mihi fraudator, præsens soluerit, dicendum est in eo, quod sensi commodum in repræsentatione, in factum actioni locum fore. ff. quæ in fraud. credit. Vnde si quis in diem, vel sub conditione debitum debitori pure legauerit, vtile est legatum proper repræsentationem. §. si quis debitori. versi. quod si in diem. de lega. in Inst. l. 2. §. idem quærit. ff. de dote prælega. ibi, quæro an commoda repræsentationis, &c. De commodo repræsentationis vide etiam, quæ proxime dicam.

Repræsentationis cõmodum.

Repræsentare pro referre, vel reddere. ¶ Repræsentare etiam est referre: vt filius repræsentat personam patris sui. Vel commodum repræsentationis est, quando patre mortuo filius subintrat locum patris, & in locum patris sui succedit; sicque filius repræsentat patrem. de quo text. in §. cum filius. de hereditа. quę ab intesta. defer. & §. si autem. & §. huiusmodi. in authen. de hered. ab intesta. venien. colla. 9. Quæ repræsentatio quandoque per consuetudines aufertur, & tunc is qui est prior succedit.

¶ Nonnunquam accipitur pro reddere, vel dare: vt repræsentare mercedem pro opera. l. si constante. §. quotiens. ibi, deducto commodo medij temporis condemnatio residui repræsentatur. ff. soluto matrimo. & ibi, nec ferenda est mulier, si dicat se magis velle dilationem pati, quam in repræsentatione deductionem in solutione, & præstatione.

¶ Repræsentare quoque est approbare, vallare, munire. authen. hoc amplius. vbi glo. C. de fideicommiss. vbi sic habetur: hoc amplius & qui defuncti iudicium lege repræsentatum monitus à iudice intra annum non implet, &c.

Relegare. ¶ Relegare, iterum legare. l. 3. §. idem Papinia. ff. quib. mod. vsusfruc. amitta. ibi, in repetitione autem vsusfructus non totum, sed partem Titio relegasset. Interdum relegare est in exilium mittere. vnde relegati, exules. de quibus in rub. ff. de interdict. & relega. Estque differentia inter relegatum & deportatum. de quibus in l. relegatorum. ibidem, & in §. cum autem. vbi glo. quib. mod. ius patrię potesta. soluitur. in Insti.

Resumere. ¶ Resumere, iterum sumere. l. 3. §. penul. ff. quib. mod. vsusfruct. amitta. ibi, neque enim potest dici eo momento, quo quis amittit vsumfructum, & resumit. Et hoc verbo vtuntur frequenter dialectici, qui si resumere argumenta nesciant, dialectici nomen habere non merentur.

Renascitur actio. ¶ Renascitur actio, id est rursus nascitur. l. & si forte. ff. si seruit. vindice. ibi, renascetur tibi vindicatio. videte tex. in l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimo. ibi, vt lapis ibi renascatur. dixi in l. sylua. supra eod.

Reposco. ¶ Reposcebat. l. si ex plagis. §. 1. ff. ad legem Aquil. ibi, lucernam reposcebat, pro petere, seu iterum petere, quod nostrum est. l. creditores. de vi priua. l. extat. quod met. caus. ibi, per iudicem reposcit, id est coram iudice petit.

Remanere. ¶ Remanere, iterum manere. l. postliminij ius. circa fin. ibi, & ideo Marco Attilio Regulo, quem Carthaginienses Romam miserunt, responsum est, non esse eum postliminio reuersum, quia iurauerat se Carthaginem reuersurum, & non habuerat animum Romæ remanendi. l. aut damnum. in fin. ff. de pœnis. Aliquando pro simplici, vt scripsi in l. alienatum. supra eod. & in l. cum autem. §. fi. ff. de ędilit. edicto, glo. exponit venditio remansisset, id est facta non esset. sed mihi videtur exponendum pro durasset, perseueraſſet, vt ex sensu tex. dignosci potest.

Repetere. ¶ De verbo repetere abunde scribam in l. quos nos. §. 1. infra eod. & dedi nouum intellectum in l. in generali petitione. supra eod. ad titul. ff. & C. si certum peta. & soluto matrimo. vbi reprobaui communem interpretum sententiam.

¶ *Quanquam*, pro quamuis accipitur, & est dictio hic aduersatiua, & ita in l. fugitiuus. infra eod.

LEX NONAGESIMAQVINTA.

Potest reliquorum appellatio & vniuersos significare.

Reliquum totũ & partem significat.

¶ Sensus est, quod hęc dictio *reliquorum* non solum partem significat restantem, sed & totum, quod probat dictio *&* hic posita, quę significat etiam: vt scripsi in l.mulieris.supra eod.Et quando totum significat, vtile est ad sequentia. Nempe si quis optionem duorum seruorum Titio,& reliquos Meuio dederit,si Titius non optet,forte quia non vult,omnes seruos habebit Meuius.l.cum optio.ff.de optio. lega. Et sic reliquorum appellatio omnes significat.l.2. C.fine censu.Et hoc ex vi verbi,non ex iure accrescendi.Roma.singul.35.lego de meis.Idem & multo fortius,quando dicit,Reliquum omne reddas:vt l.vxorem. §.fi.ff. de lega.3.l.cum miles.§.fi.ex quib.caus.maior.l.si ex pluribus.ff. de solutio. Idem in donationibus,& aliis fere actibus.

Ceteri.

¶ Secundo idem in verb.ceterorum, vt etiam to tum significet. l. ceterorum. infra eod. vbi de vtroque verbo scribitur.

Residui.

¶ Tertio idem in verb.residui,vt interdum partem, interdum totum pro qualitate materię significet.l,2. C.de heredib.insti.& in l.qui non militabat.§.fi.cum l.seq.ff. eod. l. 1. qui potior.in pignor.habeant.l.si miles.2.ff.de testam.militar.l.plerunque.§.si serui.de iure dotium.l.inter eos,§.1.de fideiussor.l.Lucius.de euictio.l.cum eo.cum multis legibus illius tituli.ff.ad legem Iul,pecula.l.cum interdictę.C.arbitrium tutel.c.Raynaldus.de testam. videte Bercor.in reducto.morali,in verb.residui, quomodo capiatur per theologos : & per canonistas,in c.prudentiam.in princip.de offic.delega. Alex.in l.item quod Sabinus. §. fi. ff.de heredib.insti.in additio.ad Bar. & idem Alexand. in consil. 130. in 2. vol. facit l. testamento.4.ff.de manumiss.testam.l.si statuliberа pœnæ.§.statuliber.ff.de statuliber. l. in fraudem.3.qui & à quib.manumissi libe.non fiant.l.diem functo.de offic.assessor.l.3.§.penul.de separatio.l.1.§.eueniet.de conjungend.cum emancipa.liber.l.qui Romæ. §. Seia. ff. de verbor.obliga.& residuo tempore,dicit Iurisconsul.in l.insulam.in fi.ibidem.l. si seruus communis.2. §.fi.ibi, residui temporis. de stipula. seruor. l. si intra.ibi, acceptum tibi residuum feram.ff.de pact.l.si non sortem.§.si decem.de condict.indeb.

¶ Residuum integrum. l.sed & si lege. §. adeo. ff. de petit. hereditа, ibi, puto tamen residuum integrum non esse restituendum, sed partem eius dimidiam.

Amplius.

¶ Quarto idem in dictione amplius.l.1.§.hæc verba, ff. si cui plus quam per legem Falcidiam.vbi glo.& Iason.consil.129.consului.in 4.vol.

Virilis.

¶ Quinto idem in verb.virilis,vt scripsi in l.virilis.infra eod.

Quantominus.

¶ Sexto idem in dictione quantominus,vt etiam totum significet.l.decem.ff.de verbor. obliga.l.amissi.de fideiussor.l.si decem.de solutio.fusius scribam in l.si ita.infra eod.

Plus totum significat.

¶ Septimo extendendum est ad dictionem plus. Nempe si statuto cautum sit, vt si potestas condemnauerit aliquem plus debito, quod teneatur ad pœnam quadrupli:si in totum condemnauit indebite,tenebitur etiam ad quadruplum,vt docet Bar.per illum tex.in l.si seruus legatus.ff.de lega.1.l.si ita scriptum.& Iason.d.consil.129.

Superfluum & totum significat,& partę.

¶ Octauo dissimile non est in verb. superfluum. cuius etiam appellatione totum continetur.tex.in l.insulam.§.fructus.ff.soluto matrimo.ibi,ad finem superflui seruare conuenit,id est residui,exponit ibidem glo.facit l.alio.ff.de alimen. & cibar. lega. l. cum pater. §. pater.ff.de lega.2. vbi ponitur pro residuo. & residuum totum significat, vt supra dixi. Et aliquando ponitur pro parte restante,& proprie.in l.à diuo Pio. §. si pignora. & §. quod si res.ff.de re iudica.facit l.deducta.§.fi.ff.ad Trebell.

Supererit, vel supersit.

¶ Nono his addi potest verbum supererit,vel supereset:vt si restitui debet, quod supererit, totum vtique restituendum erit,si totum supersit.l.si grege. ff.de lega.1.& l. Imperator. §.fi.de lega.2.potest tamen sic rogatus consumere reseruando quartam.authen.contra cum rogatus, C.ad Trebell,sic consuluit Iason.consil. 129. consului.in 4. vol. concludens idem in verb.restare. & Iacob.in l.2.de heredib.insti. dicens idem appellatione partis, per l. vxori. in princip.ff.de lega. 3. Quod poterit pro subiecta materia dignosci. Nempe quando conuenjet toti, totum : si parti, partem significabit. Ex re itaque intelligemus, vt superius scripsi. Et hoc est ex ipsorum Iurisconsultorum declaratione, quæ pro lege seruanda est,

Proprie & partem, & totum verba superiora significant.

etiam ad proprietatem denotandam per hoc verbum significare. de quo in lege prima, supra eod.

¶ Proprie quoque appellatio Reliquorum,& aliorum verborum superius expressorum ad partem restantem refertur,l.boues.in fi.supra eod.l. is qui. §. hoc interdictum. ibi, reliquum opus.ff.quod vi aut clam.l.rescriptum.de his quib.vt indig. l. si Stichum. ibi, reliquus debetur.de verbor. obliga. l. si familia.de iurisdictio.omnium iudic.l. Aemilius. ibi, reliqui pretij partem.& ibi, reliquum pretium.de minor. l. alumnæ, §. quæ filias. ff. de admend.

mend.lega.l.prædiis.de lega.3.& l.Offidius.ibid. tex.in extrauag. vna.de elect. Ioan.22. & c. quãuis.3.q.6.l.fi.in fi.ff.de lega.3.l.Moschis.de iure fisci.c.Raynaldus.de testa.l.qui quadrigenta.ff.ad Trebell.l. si pure. de fideicommissar. liberta. & l. Thais. §. item quæro. ibidem. l.rescriptum.de his quib.vt indig.l.1.§.veteres.& l.si quis fundũ.de acquir. possess.l.serui.de vsucap.l.si stipulatus.§.1.& l.ex parte. de solutio. l. Moschis. de iure fisci. Maxime quando exprimitur.l.si quidem. ibi, residuam debiti partem. C. de transactio.l. 3.§.si decem.l.si quis testamento.& l.si seruo.de manumiss.testam.& l.fi.in princip.de condict. indebi.

Limitationes ad hanc legem.

¶ Limitatur in materia odiosa, in qua stricta facienda est interpretatio : vt si fideiussor promittat ex centum aureis debitis viginti,& alter residuam,vel reliquam summam:si primus nil soluat,secundus non tenebitur ad totum.l.inter fideiussores.cum glo.vlt.& l.inter eos.ff.de fideiussor. Bal. in l.fi. col. 2. C. de vsuris rei iudica. Sed hoc est ratione certæ promissionis, cui nihil addendum est citra consensum promittentis. & cum promittens non promiserit nisi reliquum,ergo non omnem summam.arg.l.in agris.ff. de acquirend. rerum domi. l. quicquid astringendæ.de verbor. obliga. Et actus agentium non operantur vltra eorum intentionem.l.non omnis.ff. si certum peta.nam expressa summa excludit non expressam.per l.si vnus.§.si cum mihi.ff.de pact.

¶ Secundo quando nihil restaret : vt si quispiam esset institutus in reliqua parte: si nihil supereſt,in nihilo videtur institutus.l. item quod Sabinus. §.sed si asse.& l.qui non militabat.§.fi.cum l.seq.ff. de heredib. insti.facit l. qui libertatis. §. seruus.de euictio. Reliqua dicuntur in l.2.de heredib.insti. C. Si plus reſter, testamenti tempus debet inspici, nisi aliud importarent verba, videlicet de his quæ superfuerunt.l.si ita. de auro & argen.lega.Feli.in c.ad hæc. col.1.de rescrip.allegat Paul.& alios in l.cum stipulamur.ff.de verbor.obliga.

Soluens pro residuo nõ potest inquietari pro alia summa.

¶ Nota tamen singulariter, quod si creditor recipiat decem à debitore, pro eo quod supereſt, vel pro residuo, vel pro summa restante, Gallic.*par reſte de payement*, postea non poterit aliud petere,etiam si plus ei debeatur.tex.singul.& ibi Accurs.in verb. reliquum. in l.si ex pluribus. ff. de solutio. secundum Roma. singul. 699. verba. Ideo cautus debet esse creditor,vt non inferat in acceptilatione, id est quietantia, quod recepit pro reliquo, *pour reſte*:teste Paul.in l.2.in fi. C.de heredib. insti. & Cepol.caut.121.ego do tibi.& Iaſ.consil. 100.vol.4.Chassa. in consuetud. Burgundiæ, in rub. *des enfans de plusieurs lictz*. §. 6. glo. & reliqua. Idem dici potest in chirographo, in quo institor promittit soluere decem aureos pro residuo,*pour reſte de compte*.Debet tamen apparere de computo,quod probatur ex illo chirographo,nisi contrarium probetur.nam imputandum est illi,qui schedulam siue chirographum sic inscriptũ recepit. posset tamen error probari, maxime quando is, qui conscripsit acceptilationem,esset bonæfidei vir,& simplex,qui non præsumitur hæc cogitasse. no.in l.vna.C.de error.calculi: & tunc impetrando literas Regias, quibus narret se nullum fecisse computum,& quod illa verba,*pour reſte de compte*, sunt per errorem, vel partis malitiam apposita,tunc releuaretur,sicque vidi prouideri.Quod si illud chirographum loqueretur pro residuo vini, non extenderetur ad aliud ex pluribus, aut aliis causis debitum, nisi generaliter cautum fuisset ex residuo omnium summarum debitarum. Et ita vidi seruari in praxi.

Promittens pro residuo cõputi non tenetur vltra.

Reliqua contrahere.

¶ Reliqua contrahere dicitur debitor, quando supereſt debitum in reliquis. l. 1. C. de cõueniend.fisci debitor.li.10.vulgus dicit ex reliquis,id est *des arrierages*.Vel trahere reliqua dicitur, cum remanet debitor in aliquo.l.seruus heredi.§. 1. ibi, si reliqua non trahat. ff. de statuliber.& l.prior.§.1.ibi,si reliqua traxerit.de administra.ter, ad ciuita. pertinen. l.Lucius. 2.in princip.ibi,qui Sempronius reliqua traxit.de administra.tutor.Quales sunt multi consules ciuitatum, vel municipales scabini, & administratores bonorum, qui multa sibi reliqua trahunt. Etiam reliquum vocat Scæuol. detrimentum, in l. constitutionibus. ff. ad municipal.

Reliquari.

¶ Reliquor,reliquatus,remaneo ex reliquis debitor,quę Galli *des reſtes* vocant.l.Lucius. in fi.princip.ff.de administra. tutor. *demeurer en debte de reſte*. l.rescripto. §. debitores. ff. de munerib.& honor.ibi, eos demum debitores rerum publicarum accipere debemus,qui ex administratione reipublicæ reliquantur, vbi glos. dicit, id est debitores ex reliquis fiunt. l. constitutionibus.ibi,ex administratione honoris reliquatur.ff.ad municipal.

Reliquatores.

¶ Reliquatores dicuntur debitores reliquorum,id est summę restantis,*des arrierages*,cum non ex asse & integro fuit persolutum.l.creditor.§. Valerius.ff.de solutio.ibi, cum superioris anni sit reliquator, id est debitor reliquorum anni præcedentis.

Intellectus ad l. licitatio.aut, locatio.

¶ Inde est, quod reliquatores vectigalium ad iterandam conductionem antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt.l.licitatio.§.reliquatores.ff.de publica.Sunt qui dicant illum tex. aliter esse legendum, videlicet Locatio, & non licitatio, cui consentit Alcia.lib.disputatio.1.c.12.& ita inueni in Pandec.Floren. Item ibi in §.1. Ad cognoscendum,legunt.sed vera lectio est, Ad conducendum vectigal nemo inuitus compellitur. & qui legunt cognoscendum, dicunt neminem inuitum teneri cognoscere vectigal,

videlicet vt illud conducere cogatur. Sed præcedens lectio melior est & clarior. Alij leguut, reliquatores vectigalium ad intuendam, vel iterandam conductionem, antequam superiori conductioni satisfaciant, admittendi non sunt. Communis lectura est, ad iterandam: sed ego putarem legendum, ad retinendam conductionem. Et vterque intellectus in idem reincidit, vt dicam in interpreta. meis nouis ad illum tex.

Reliquatio. ¶ Reliquationem sequutus pupillus, in l. qui nominibus, §. fi. ff. de administra. tutor. ibi, reliquationem eius sequutus vsuras acceptauerit.

Reliquum. ¶ Reliquus seruus in singulari dicitur apud Iurisconsultum in l. si Stichum. ff. de verbor. obliga. pro eo qui supereſt, ibi, reliquus debetur mihi à te.

¶ Reliquum vel reliqua dicitur debitum restans, siue ex censu, vt in rub. sine censu vel reliquis. maxime in l. 2. vbi Imperator prohibet, ne quis emat fundum, ne censum debitum, præstet, si census debebatur: vel ne conueniat, quod non soluat, quod ex censu supereſt, si quid solutum fuerit: quia sine censu vel reliquis fundus comparari non potest, quando ille fundus debet censum: alioqui contra. sicque debet intelligi illa rub. Et emptor tenebitur soluere censum non obstante conuentione, vt ibi: tamen habebit postea regressum contra venditorem ratione conuentionis. & ita seruatur. Et generaliter reliquum dicitur, quicquid supereſt.

Reliquiæ. ¶ Reliquiæ etiam generaliter dicuntur ratione corporum. Vnde reliquias corporis id dicimus, quod ex corpore supereſt. l. quidam. ff. de conditio. insti. ibi, laudandus est magis quam accusandus heres, qui reliquias testatoris non in mare secundum ipsius voluntatem abiecerit, sed in memoriam conditionis sepulturæ tradidit. l. fundus. famil. ercis. ibi, reliquiæ conditæ sunt.

¶ Vnde dicit Bal. in c. ex parte M. col, 3. de appella. quod interdum ex præcedenti materia remanet aliqua dispositio in subiacenti substantia: sicut quando ex ægritudine remanent reliquiæ ipsius morbi, vt quoddam impedimentum ad operandum naturaliter. l. Martius. ff. loca.

Reliquiæ patris, & sanctorum. ¶ Reliquiæ patris dicuntur filij. Reliquiæ sanctorum dicuntur ossa, & alia quæ ex corpore remanent: quas non licet venerari sine summi Pontificis authoritate. c. 2. in tit. de reliquiis & venera. sanctor. & Iurisconsul. in l. fundus. 1. ff. famil. ercis. sic ait: in eo fundo reliquiæ conditæ sunt, quibus religio ab vtrisque partibus debebatur. l. monumentum. & l. cum in diuersis. ff. de religios. l. fi. de mortuo inferend. Dicimus etiam reliquias exercitus. Vergil. *Reliquiæ Danaum & immitis Achillis.* Quibus declaratis, ad reliqua pergamus.

CELSVS LIB. VIGESIMOQVINTO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMASEXTA.

Littus est, quousque maximus fluctus hybernus à mari peruenit. idque Marcum Tullium aiunt, cum arbiter esset, primum constituisse.

Differentia inter littus & ripam. ¶ Hęc lex partes continet duas, prout duo dicta ponit. secunda ibi, prędia. Littus ergo dicitur hic terra, quę mari alluitur per maximos fluctus hybernos. & alibi Iurisconsul. ait, in l. littus. infra eod. quod littus publicum est eatenus, quatenus maximus fluctus exęstuat, & effluit. & Imperator in §. flumina. de rerum diuis. in Insti. est autem littus maris, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. Et dicitur littus maris, ripa vero fluminis, communius. l. riparum. ff. de rerum diuis. §. 1. & §. riparũ. illo titul. in Inst. l. littora. ff. ne quid in loco public. Ad maiorem tamen elucidationem interdum exprimitur littus maris, vt in l. 2. & l. nemo. ff. de rerum diuis. vel ripa fluminis. l. 1. §. nuntiatio fit. ff. de noui oper. nuntia. l. qui autem. de acquir. rerum domi. Promiscue tamen sermo Gallicus vtitur his vocab. *riuage*, seu *riue*, vt comprehendat vtraq;, & ripam maris & fluminis, simpliciter videlicet loquendo: sed communius cum adiuncto profertur *le bord*, seu *riuage de la mer, ou des riuieres.* Ripa autem ab Vlpia. ita recte definitur, id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens, in l. 1. ff. de flumin.

Tria in tex. requisita. ¶ Et sic tria requirit iste tex. Primo quod fluctus excurrat per illum locum. ibi, peruenit. Secundo quod vbi fluctus non solum quotidianus exæstuat, dicitur littus, sed & vbi maximus fluctus, vt in hoc tex. dicitur: quia vsque ad quem locum peruenit mare tempore hyemis, vel fluctus, dicitur esse littus, licet quandoque possit ad agriculturam redigi. Tertio requiritur fluctus maximus hybernus, quo tempore solet maxime exęstuare, & effluere mare: & tunc cognoscitur littus, quantum protendatur id temporis. Intellige sane communiter. nam quod semel forte contigerit vltra modum extendi, non eatenus dicetur littus. Quod enim regulariter & singulis annis fit, non quod semel contigerit, spectatur, l. fistulas. §. fi. ff. de contrah. emptio.

¶ Quod ne quis forte superuacaneum esse putet, colligere possumus aliquot vtilitates.

Primo

Primo igitur conferre potest: nempe sicut mare iure naturali commune est, ita & eius littus. §. 1. de rerum diuis. in Insti. l. 1. in fi. ff. illo titul. Et sic ad littus maris nemo accedere prohibetur, dummodo se à villis, & ædificiis abstineat. §. 1. Insti. de rerum diuis. & l. nemo. ff. illo titul. Quod est verum, quatenus maris seruit vsui: alias dicuntur publica. d. §. 1. de rerum diuisio. in Insti. *Littora sunt communia.*

¶ Secundo, quæ in littore maris inueniuntur, iure naturali fiunt primi occupantis. l. item. ff. de rerum diuis. nisi ex naufragio ibi ceciderint. nam eo casu permanent illius, cuius erant. authen. nauigia. C. de furtis. Vel si vi fluminis ad fundum alicuius peruenerint, tunc cautum est, vt fiat proclama, quod dominus intra certum tempus veniat, & tollat illam rem: alias fundi dominus eam retinebit. Freder. consil. 102. domine Francisce. Vel si quidam ibidem res suas ad tempus apposuerit, tunc res tales non licebit alteri occupare. §. 1. vbi doct. Insti. de rerum diuis. *Inuenta in littore quando occupari possint. Praxis.*

¶ Tertio in hoc considerandæ sunt littora, primo quoad proprietatem, quæ in nullius bonis sunt. d. §. littorum. Secundo quoad iurisdictionem dicuntur illorum, qui habent imperium in illo loco. l. littora. in princip. ff. ne quid in loco public. Tertio quoad vsum sunt communia. §. 1. Insti. de rerum diuis. Cepol. in tract. de seruitu. rusticor. prædior. in rub. de littore maris. fol. 82. vbi licet videre. Fluminum vero proprietas publicorum Regis est in hoc Regno: quia sunt de Regalibus, vt in rub. quæ sint Regalia. nisi fuerit aliter consuetum, vt firmat Iacobi. in tract. de feud. in verb. & cum piscationibus. dicens vsum fluminum publicorum esse communem: secus in fluminibus priuatis. l. 1. ff. de fluminib. sed est communis, quantum vtendi fluminis ratio postulat, non vltra. *Littora triplici ter consideranda.*

¶ Quarto vtile est. nam cum littus maris non sit proprium, qui vendit fundum ad numerum iugerum, littora non computantur illo numero: quapropter nec mensuranda sunt. l. littora. ff. de contrah. emptio. Secus in ripis fluminis, si fructus ex his colligi possint propter salictum aut arbores fructiferas: tunc enim connumerarentur. quod si nullos producerent fructus, idem quod in littore, non posse connumerari. Bal. in l. riparum. ff. de rer. diuis. l. id quod. §. fi. de pericul. & commod. rei vend. Alex. consil. 120. in 2. vol. Ias. in repet. l. quominus. q. 9. ff. de fluminib. *Ripæ quando mensurari possint.*

¶ Quinto licet quod in littore publico instruxerimus, nostrum fiat, tamen decretum prætoris adhibendum est, vt id facere liceat. l. quamuis. ff. de acquir. rer. domi. At in hoc Regno Regis ipsius authoritas necessaria foret ad ædificandum in littore maris castrum, vel ædificium aliud perpetuum, non tamen ad casas: alias ædificium propria constructum authoritate solo cederet, nisi possessum esset tanto tempore, cuius initij memoria non est in contrarium; quod loco tituli haberetur. l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidia. & æstiua. Ias. & de Ripa post Bar. in l. quominus. ff. de fluminib. licet Iurisconsul. in l. quod in littore. ff. de acquir. rerum domi. dicat sic: quod in littore quis ædificauerit, eius erit. nam littora publica non ita sunt, vt ea, quæ in patrimonio populi sunt, sed vt ea, quæ primum natura prodita sunt. hæc ille. allegatur etiam l. Cicero. ff. de pœnis. nos tamen in Regno priorem seruamus sententiam. *Ædificari in littore maris cuius possit authoritate.*

¶ *Quousque*, id est vsque ad quem locum, vt hic. & sic interdum respicit locum, vt hic.

¶ Interdum respicit tempus, quousque, vsque ad quod tempus. l. an vsusfructus. §. vlt. ibi, vnde sequens est dubitatio, quousque tuendi essent in eo municipes. ff. de vsufruc. l. fructus. 1. de rei vindica. *Quousque quo modo in iure capiatur.*

¶ Aliquando interrogatiue accipitur, vt in l. 1. §. 1. ff. quæ res pignor. obligari possunt. ibi, facti tamẽ est quæstio, si quæratur quousque permissum eis videatur peculiũ administrare.

¶ *Maximus*, dicitur nullo maior. idem in l. littus. 2. infra eod. Maximam partem dicit Iurisconsul. in l. nomen. §. 1. infra eod. Vti optimus maximus est, liberum fundum significat. l. qui vti. & l. illa verba. isto titul. *Maximus.*

¶ Maxime, aduerbium. in l. pecuniæ. 2. §. hereditas. infra eod. Similes phrases tanquam vulgares omitto.

¶ *Fluctus hybernus.* Hoc addit ad differentiam illius, qui æstate contingit, paulo minor. Et vestes hyemales seu hybernę à Calendis Septembris vsque ad Calendas Octobris dari debent. l. 1. C. de militari veste, lib. 12. Vnde grauatus dare vestes hyemales, id temporis præstare debebit, per illum tex. singul. no. Ludouic. Rom. singul. 59. aliud non scimus. & Corset. in singul. incipien. vestis. Nisi aliter consuetudo dictauerit. Sed in Pandec. Floren. hybernus, deficit. *Fluctus hybernus. Vestes hyemales quo tempore dari debeãt.*

¶ *Peruenit.* Hoc verbum est commune, vt ait Alex. consil. 43, ex narratis. in 5. vol. & Ioan. de Ana. consil. 46. circa. & ibi in additio. Siquidem in directa significatione capitur. in l. 2. §. peruenisse. ff. de heredita. vend. & l. in heredes. in princip. ad Trebell. Et in obliqua. in l. fideicommissa. §. hæc verba. ff. de lega. 3. & in d. l. heredes. §. cum ita. Alia de hoc verbo scripsi in l. aliud est §. fi. supra eód. *Peruenit commune est.*

¶ *Constitu*

¶ *Constituisse.* Sed vbi id Cicero constituit? Respon. in lib. Topico. in loco à definitione per translationem verbi, vbi sic ait: Solebat igitur Aquilius collega & familiaris meus, cum de littoribus ageretur, quæ omnia publica esse vultis, quærentibus his, ad quos id pertinebat, quid esset littus, ita definire, qua fluctus elideret. Littus etiam dicitur de quacunque extremitate, vt ait Alcia. quem reprehendit Florid. in lib. 1. lectio. succis. Cum res exigui sit emolumenti, vestro relinquo iudicio: nec aliàs nostrum esse censeo, tales nunc componere lites. De verb. constituere, scripsi in l. locus. supra eod.

§. Prædia dicimus aliquorum esse, non vtique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.

Res communis an dicatur vnius.

¶ Prædia non dicuntur esse alicuius, quando sunt communia, sed cum illorum quilibet habet dominium, etiam partis diuisę: veluti si quispiam habeat vnum prædium, alter aliud, poterunt tunc illorum dici prædia: quandiu vero commune est, non potest dici alicuius illorum. nec enim proprium illud dicitur, quod est commune. c. sicut hi. 47. distinct. Itaque si prædia sint inter fratres communia, non dicentur simpliciter esse vnius fratris: per istum tex. sed cum adiuncto, scilicet prædium est Titij pro parte. iste est Baro talis loci pro parte: sed non dicitur Baro simpliciter. Et Iurisconsultus quando loquitur de seruo communi,

Genitiuus significat dominium.

dicit Si seruus communis, vel de seruo duorum, dicit Si seruus duorum, Titij & Meuij: si vero sit vnius, dicet simpliciter prædium Titij. Qui genitiuus significat dominium, non bonę fidei possessionem. in lege, seruus communis. & lege, item si seruus. & lege, si communis seruus. ff. de stipula. seruor. l. Iulianus. de rei vindica. tex. in l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumptib. funer. ibi, in locum alterius accipere debemus, siue in agro, siue in ædificio. nam cum dicat in locum alterius, apparet eum de domino sentire, id est eo, cuius locus est. vbi Fulgos. & bonus text. in l. & tantum. §. si seruus communis meus & tuus proprium meum seruum corruperit. ff. de seruo corrupto. hic nempe seruus domino dat actionem, non bonæ fidei possessori, vt cum dicat in locum alterius, apparet eum de domino sensisse. id est de eo, cuius erat locus. l. Martius. ff. de acquir. rer. domi. ibi, ager Lucij Titij. & l. si is qui in aliena. in princip. ibidem. ibi, si in alterius agro inuenerit, partem ei acquirat. iuncto §. si communis. ibi, dominij prædij. ibidem.

¶ Ideo dicimus bona illorum de Baillauicis, quamuis non sint illis ciuibus communia, sed quique separatos abinuicem fundos habeant. Idem in aliis sic habentibus, vt illorum prædia dicantur, quemadmodum glo. hic intelligit in fratribus, & Alciat.

Titij res dici non potest, si communis sit.

¶ Ex quibus sequentes colligamus conclusiones. Prima est, quod res non potest dici Titij, vel Gaij, seu alterius, quæ communis est. sic debet iste tex. & quæ superius dicta fuerunt, intelligi: quia genitiuus denotat dominium seu proprietatem pertinere ad illum in solidum, ad quem refertur, vt patet in procem. ff. & Insti. & l. 2. de religios. & sumptib. funer. §. 1. ibi, nam cum dicat in locum alterius, apparet de domino eum sentire, id est de eo, cuius locus est. l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. Alexand. consil. 35. viso processu. col. 4. in 4. vol. Inde concludit idem Alexand. in l. ait prætor. in fi. princip. ff. de re iudica. quod si verba legis vel statuti loquantur per genitiuum in iurisdictione, vt cuius de ea re notio est, debeant intelligi de eo, qui propriam habet iurisdictionem, non delegatam. l. 1. §. fi. de offic. eius. facit l. hoc legatum. ibi, eius causa parata. ff. de lega. 3. ibi, veniunt ea quæ erant ad proprium vsum vxoris, non communem, ob verbum eius, &c. Videte tamen inferius limitationem.

¶ Quæ tamen conclusio limitatur, primo quoad matrimonium: vt sicut liberta inuito patrono, qui in solidum patronus est, non potest diuertere. l. fi. in princip. ff. de diuort. pro

Res cõmunis, quando est eadem ratio, regitur vt propria.

pter reuerentiam patroni. l. in eo. ff. de ritu nuptiar. ita & liberta communis, quæ nupsit alisto casu, & sic dispositio. Cum igitur eadem erit ratio in re communi, quæ in re propria, eadem quoque procedet decisio, per prædicta.

Confiscatis bonis, & communia.

¶ Secundo non procedit negatiue. Res enim communis non potest negari alterius esse. l. illud. ff. de ritu nuptiar. l. pupillus. in fi. infra eod. Vnde confiscatis bonis Titij, & communia confiscata erunt, quia non possunt dici illius non esse. doct. in l. si quis intra. C. de bonis damnator. sine tamen præiudicio alterius fiet.

¶ Tertio vitiatur, quando vsus communis esset contrarius: is enim spectandus est. l. Labeo. ff. de supellect. lega.

Commune meum dici potest.

¶ Secunda conclusio, quod commune est, meum dici recte potest. l. serui. §. 1. cum l. seq. ff. de lega. 1. etiam proprie, per illa iura: tum quod Iurisconsultus illa mea vocet, & non vtitur ibi verb. denotante fictionem, aut improprietatem. facit l. recte. vbi dixi, supra eod. & l. Stichum. ff. de lega. 1. vbi si legauero seruum, qui meus erit, cum moriar, etiam si tantum communis sit, debetur pro parte, & tamen conditio impleri proprie debet. l. Meuius. & l. qui heredi. ff. de conditio. & demonstra.

¶ Limitatur

¶ Limitatur quando aliter sensit testator, vel aliter est constitutum. l. Iulia. §. seruos. ff. de lega. 3. l. 2. de conditio. insti.

¶ Secundo non potest habens rem cõmunem, totam rem dicere suam, nec de ea disponere, sed de ea tantum parte, quam habet. l. serui. §. 1. vbi doct. multa iactant, ff. de lega. 1. Imo si communis dominus prati simpliciter dicens se dominum, venderet pratum, teneretur ad id quod interest, quia falso censeretur vendere totum pratum. l. 1. ff. de actio. emp. Ideo declarare debet, quam partem in ea re habeat.

Domini nomine etiam venit dominus pro parte.

¶ Tertia conclusio, appellatione domini venit etiam dominus pro parte. l. 1. §. domini. 2. ff. de senatusconsul. Silania. Et dictio forte, ibi non est nota dubitationis, sed assertionis. l. extraneo. §. 1. ff. de quæstio. ibi, quod pro domino forte videretur. l. si duo. ff. de recep. arbitr. scripsi in forma manda. glos. dispensationum. in fi. in concorda.

Communis dominus domum destruere non potest.

¶ Non procedit quoad domus destructionem: nempe communis dominus non poterit illam pro libito diruere, aut tabulas, vel marmora ad honorē domus affixa euellere, quemadmodum proprietario insolidum liceret. l. cetera. §. si duobus. & per totam l. ff. de legat. 1.

Beneficium eius dicitur, cui est collatum.

¶ Item ecclesia potest dici Titij, quando est ei iure collata, & ipse eam habet. c. quia V. de iudic. vbi Panor. & alij: quamuis solam in ea administrationem habeat. c. 2. de donatio. Et sic genitiuus non importat dominium, quando materia subiecta non patitur, vt in beneficiis ecclesiasticis, teste Decio ibi in 3. no. & Alexand. in d. l. ait prætor. Alia ibi dicuntur, & in l. serui electione. ff. de lega. 1. quæ poterit quisque videre.

Vtique.

¶ *Vtique* pro certe, vt l. armorum. supra eod. & in l. inter stuprum. §. verum. infra eod. faciunt iura sequentia, l. vtique. de rei vindica. l. non vtique. de eo quod certo loco. l. 1. de senator. l. adeo. §. ex diuerso. de acquir. rerum dom. l. Pompo. §. 1. de acquir. possess. l. si non. §. 1. ibidem. l. 1. §. idem videamus. de separatio. l. ex maleficiis. §. si iudex. & l. obligationum fere. §. modus. ff. de actio. & obliga. l. si fine. §. procurator. rem ratam haberi. l. 3. §. non tantum. versic. sed etenim. de incend. l. libellorum. de accusa. l. non vtique. ad municipal. l. 2. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. l. fi. de variis cognitio.

¶ Vtique pro ita. l. qui libertatis. in fi. ibi, & cum sciebat certam seruitutem deberi, perfusorie dixit, itinera, actusque, quibus sunt, vtique sunt, recte accipitur. ff. de euictio.

¶ *Communiter.* Vide quot modis commune accipiatur in l. inter stuprum. §. finali, infra eod. & de his hactenus.

IDEM LIB. TRIGESIMOSECVNDO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMASEPTIMA.

Cum stipulamur, QVANTA PECVNIA EX HEREDITATE LVCII TITII AD TE PERVENIT: res ipsas, quæ peruenerunt, non pretia earum spectare videmur.

Quanta pecunia etiam ad res refertur.

¶ Cum pecuniæ verbum generale sit, vt in l. pecuniæ. supra eod. si emptor hereditatis stipuletur sibi restitui, quanta pecunia ex hereditate Titij peruenerit, res ipsas videtur quæ ex hereditate consecutus fuerit stipulari, non earum rerum pretia, vt hic dicitur. facit l. venditor. 2. ff. de heredita. vel actio. vend. l. si creditor. de pecul. Nempe verbum quanta non refertur solum ad numeratam pecuniam, sed ad corpora. l. quisquis. ff. de lega. 3. veluti pecunia etiam ad corpora refertur. l. pecuniæ. supra eod. Igitur si quis promiserit restituere, quanta pecunia peruenerit ad eum ex bonis Titij: si res ad stipulatorē peruenerint, has res restituere tenebitur, per istum tex. abundantius dixi in l. propemodum. supra eod. Et quod lex ait, QVANTA PECVNIA ERIT, TANTAM PECVNIAM DATO, ostendit æstimationem hereditatis, vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit: & hoc veluti benignius admitti debet. l. si vero. in fi. ff. soluto matrimo. facit l. 1. in princip. ibi, quanti ea res erit, tantam pecuniam det. iuncta l. 4. §. hæc cautio. ibi, si quis pecuniam suam soluat, vel suam rem tradat. ff. si cui plus quam per legem Falcid. Si tamen pecunia ex hereditate peruenerit, cum sit hereditaria, restitui quoque debebit, vt probat iste tex.

Stipulari vnde.

¶ *Stipulamur.* Verbum stipulari tam ad rogantem, quam ad promittentem refertur: sed hic ad interrogantem, siue ad creditorem, & communius in iure. & passiue accipitur, vt stipulor abs te, sicut videre licet passim in titul. ff. de verbor. obliga.

¶ Descendit autem hoc verbum à stipe: quia maxime circa stipem, id est pecuniam consistat stipulatio: vel à stipulo, quod est firmum. §. 1. Insti. de verbor. obliga. vel secundum quosdam à stipite: quod sicut stipes, id est truncus firmus est, & firmior arboris pars, ita & stipulatio firma est.

¶ Et stipulatio firma est promissio. Sicut enim veteres stipulum firmum appellabant, ita Imperator firmam promissionem vocat stipulationem, d. §. 1. non quod Imperator velit

stipula

ſtipulationem proficiſci à ſtipulo, ſed à ſtipe: & quaſi per ſimilitudinem dicit: quemadmodum veteres (inquit) ſtipulum, firmum appellabant: ita & nos ſtipulationem, tanquam firmam. Et ſic non videtur ibi reprehendendus Imperator: licet Beroald. & alij reprehendere conentur. & Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. ſtipulum.

¶ Aut à verbo Græco στύφω, quod ſtringo ſignificat, deductum forte dicit Alcia. in 1. parerg. lib. c. 39. quod partes ſtringat ad ſeruandum ea, quæ in ſtipulationem deducta ſunt. *Elige cui dicas, tu mihi ſola places.*

Stipulatio quo conficiatur modo.

¶ Stipulatio ergo conficitur per interrogationem, & reſponſionem ad illam. l. 1. ff. de verbor. obliga. cuius tex. verba ſunt hæc: ſtipulatio non poteſt confici, niſi vtroque loquente. & ſtipulatio eſt verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur, daturum, facturumve ſe id, quod interrogatus eſt, reſpondet. l. 5. §. ſtipulatio. ff. de verbor. obligationib.

Stipulator, ſtipulans.

¶ Stipulator eſt is, cui præcedente interrogatione promittitur. l. in iure. ff. de regul. iur. l. Stichum. ad legem Aquil. l. Neratius. de religioſ. l. 1. de eo quod certo loco. qui etiam vocatur ſtipulans. in l. quæ legata. ff. de reg. iur. & l. ſi quis cum aliter. de verbo. obliga.

Quæ reſpicit quantitatem.

¶ *Quanta*, reſpicit quantitatem. l. certum. ff. ſi certum peta. quæ in pondere, numero & menſura conſiſtit, vt ſcribam in l. inter hæc verba. infra eod.

Spectare.

¶ De verb. *peruenit* ſcripſi in lege, aliud eſt capere. in fin. & in l. proxima ſupra.

¶ *Spectare.* Spectare, frequenter inſpicere: vel pro ſimplici inſpicere capitur hic, & in l. in conuentionibus. infra eod. l. ſi vero. §. prætor ait. 2. ff. de his qui deiecer. ibi, nec ſpectamus vt noceat, ſed omnino ſi nocere poſſit. l. Iulianus. 1. §. 1. ibi, fructuum rationem vſque ad rei iudicatæ tempus ſpectandam eſſe. de rei vindic. & l. 2. §. ſi quis in mari. ne quid in loco publico. ibi, aut in theatro ſpectare arceatur. Quidam de mulieribus ſcribens inquit:

Spectatum veniunt, veniunt ſpectentur vt ipſæ.

¶ Tempus ſpectamus, quantum ſocius facere poſſit. lege, verum. §. tempus. ff. pro ſocio. Dies ſpectandus. lege 2. ff. de peric. & commod. rei vend. Spectari pretia. lege 3. in fi. ff. de actio. emp.

Spectare pro pertinere, iudicare, approbare.

¶ Spectare, pertinere. l. 3. §. ſed vtrum. verſic. proinde. ibi, magis enim patris quam filij intereſt, licet aliquo caſu peculium ad filium ſpectet. ff. de minor. l. Pompo. §. primo. ibi, ad notitiam eius ſpectantia. famil. erciſ. & l. 3. de nautic. fœnore. Et an denotet dominium, ſcripſi in l. verbum pertinere. infra eod.

¶ Spectare pro iudicare ſeu pronuntiare, an poſſit accipi, videte in lege, ſi pars. ff. de inoffic. teſta. Nam iudicem, antequam iudicet, oportet cuncta inſpicere, & ea rimari. c. iudicantem 30. q. vlt.

Spectatus, & ſpectabilis.

¶ Spectare aliquem, æſtimare vel approbare. Inde ſpectatus: quod is qui alicuius eſt excellentiæ, æſtimari & ſpectari ſoleat. Hinc ſpectabilis, ſpectatione dignus. ſolent enim virtutibus honeſtati inſpici quodammodo, & admirari, vt doct. elucidant in l. 1. ff. de offic. eius. dicam in l. ſpecioſas. infra eod.

Spectaculum.

¶ Spectacula, ea quæ inſpiciuntur: vt ludi, vel locus, vnde inſpicitur. Gallic. *chaffaux.* Et ideo ſolent, qui vulgo iuuenes ſe appellant, in quibuſdam ciuitatibus turbulentis ſe acclamationibus accommodare, qui ſi nihil amplius admiſerunt, nec ante ſint à præſide admoniti, fuſtibus cæſi dimittuntur, aut etiam eis ſpectaculum interdicitur. lege, capitalium, §. ſolent. ff. de pœnis. Et ſic poteſt interdici his acclamantibus ſpectaculum, & quilibet locus extra templum, vbi fit congregatio hominum, ne populum ſuis acclamationibus moueant. facit l. 1. & per totum. C. de ſpectacul. lib. 11. Vnde quidam Aurelianenſes fuere condemnati ad magnam multam, eo quod acclamaſſent in ſcholaſticos, *à mort, à mort*: vt refert Aufrer. areſto 76. item areſtum. in ſtylo parlam. quod fuit prolatum anno 1488. vltima Ianuarij.

Clamantes à mort, quomodo puniendi. Areſtum.

¶ Præbens ſui ſpectaculum, in lege ſecunda, §. penúltimo, ff. de his qui no. infam. infamis eſt.

Specula ium.

¶ Specularium. l. nam & ſi ramos. ff. quod vi aut clam. dicitur vitrum, quo clauduntur feneſtræ, vel hiatus alij, quibus lux in domum tranſmittatur, vt ſpeculari poſſimus. declarat Budæ. in annota. ad Pandect. in titul. ff. de vſufruct. l. ſed & ſi quid. §. de quibuſdam. vbi olim dicit fieri ſolitum ex lapide tranſlucido. Specularia quoque affixa, magis puto domus eſſe partem. nam & in emptione domus ſpecularia, & pegmata cedere, ſiue in ædificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta. l. quæſitum. §. ſpecularia. ff. de fund. inſtruc. domus tamen inſtrumento non continentur. §. ſi domus. ibidem.

IDEM LIB. TRIGESIMONONO DIGESTORVM.

LEX NONAGESIMAOCTAVA.

Cum bis ſextum Calendis eſt, nil refert, vtrum priore, an poſteriore die quis natus ſit: & deinceps ſextum Calendas eius natalis dies eſt. Nam id biduum

duum pro vno die habetur. & poſterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Calendas natus, cum bis ſextum Calendis eſt, priorem diem natalem habet. Cato putat menſem intercalarem additicium eſſe: omneſque dies eius pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarij tribuit Quintus Mutius. Menſis autem intercalaris conſtat ex diebus vigintiocto.

¶ Quoniam aſtrologorum caſtra, non vt transfugæ, ſed vt exploratores ingreſſi ſumus, nauanda ſtrenue opera eſt, vt inde veluti poſtliminio nõ redeamus, niſi ſuffertis manibus, publico quidem ſtudioſorum bono electius aliquid cultiuſque referentes.

Annus à quo conſtitutus.

¶ Sciendum itaque eſt apud Latinos annum primùm à Romulo conſtitutum fuiſſe, ab eoq; indecem menſes diuiſum, 304. diebus completum: tum quod mulieri prægnanti hoc tempus ſufficere, vt pareret: tum quod mulierẽ abſtinere à nuptiis poſt mariti mortem tantum tempus, vt partus diiudicari patre certo poſsit, arbitrabatur. l. liberorũ. §. 1. ff. de his qui no. infam. iuncta l. 2. C. de ſecund. nupt. Primum enim menſem Martium, vel à Marte patre ſuo: vel à Marte, id eſt bello, quod tum Reges bellũ præparare maxime ſolerent, nominauit. Cuius menſis die prima ignem nouum Veſtę aris accendebãt, vt incipiente anno cura denuo ſeruandi nouati ignis inciperet. Quemadmodũ etiam apud nos fieri ſolet in templis pridie Paſchatis, vt docet Ioan. Durand. in ſuo ratio. diuinor. officio. li. 6. c. 80. Secundum autem menſem Aprilem, vel ab aperiendo, quod hominum pori, terræ, & arborum aperiantur, & herbæ, ac folia in arboribus: vel ἀπὸ τῆ ἀφρῶς, quod eſt ſpuma maris, ex qua Venus nata fingitur, quæ principium generationis Romuli fuit, dictus Aprilis, quaſi Aphrilis. Tertium autem menſem Maium à maioribus, id eſt ſenioribus conſiliis rempub. tuentibus: quartum Iunium, à iunioribus rempublicam armis tutantibus. Reliquos ab ordine numeri: vt Quintilem, quod quintus eſſet: Sextilem, quod ſextus: & ſic de aliis. vnde alludit Ouid. faſt.

Vnde dicti menſes.

Martius erat primus menſis, Veneriſque ſecundus.
Hæc generis princeps, ipſius ille pater.
Tertius à ſenibus, iuuenum de nomine quartus.
Quæ ſequitur, numero turba notata ſuo eſt.

Ignis nouus quando accendatur.

Alij tamen Maium à Maio Deo, qui eſt Iupiter, à magnitudine ac maieſtate dictum autumant: vel à Maia, vt Macrob. lib. Saturnal. 1. c. 12.

¶ Poſtea vero Numa Pompilius duos adiunxit menſes, ſcilicet Ianuarium, & Februarium. quod non omiſit Ouid. ibidem:

At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras,
Menſibus antiquis præpoſuitque duos.

Ianuarius & Februarius cur ſic dicti.

Ianuarium eo vocauit, quod ſicut per ianuam fit in domum introitus, ita per hunc menſem ſecundum Romanorum computationem fit ingreſſus in annum: vel à Iano, quem nulla ciconia pinſit, cum eſſet biceps, teſte Perſio. Februarius vero à Februo, id eſt Plutone, quia Romani id temporis ſacrificare Plutoni ſolebant pro animabus anteceſſorum: vel à febre, quod in calidis regionibus homines febricitare incipiant, vt ſcribit Ioan. de Sacro Buſto in ſuo libro de anni ratione. Numa igitur Pompilius Rex Rom. ſecundus annum ex 12. menſibus conſtituit. imperfecte tamen egit. aſſumpſit enim menſes lunares, vnum ſcilicet 30. dierum, & alium 29. dierum. vnde annus illius tantum conſtabat 354. diebus. qui numerus dierum reuolutionem ſolis non complet, nec eius curſui ſufficit, vt pulchre docet Ioan. Stasfler in ſuo Calendario Roma. magno, propoſitio. 34.

Cur menſes ſic nominati fuere.

¶ Quamobrem Iulius Cæſar iuſtum complere volens numerum, 11. dies adiecit, & quadrantem, id eſt ſex horas. vnde Iulij annus conſtabat 365. diebus, & ſex horis, quibus ſol luſtrat zodiacum. ſuperflue tamen duodecimam partem vnius horæ appoſuit. Calendarium etiam à Martio inchoari iuſsit, & dies anni per menſes competenti numero diſtribuit, ſic vt impares menſes 31. dies haberent, pares autem 30. Sed cum ad vltimum imparitatis menſem Ianuarium peruenisſet, defuit ei vnus dies, quem à Februario detraxit, eumque recuperari voluit anno biſſextili. Verum cum Romani Iulio Cæſari adulari, & illi morem gerere vellent, Quintilem menſem Iulium appellarunt, quod id temporis ad quartum Idus Quintilis Iulius natus fuiſſet. Tempore etiam Auguſti Cæſaris Sextilem menſem Auguſtum ab Auguſto ex ſenatuſconſulto vocarunt. At cum Auguſtus menſem ſuum Iulio breuiorem cerneret, diem à Februario quoque ſubtraxit, Auguſtoque addidit: ſicque factus 31. dierum, & Februarius remanſit 28. dierum. At cum intentius cerneret tres menſes contiguos, 31. dierum eſſe, Iulium videlicet, Auguſtum & Septembrem, à Septembri vnum diem ſubtraxit, quem Octobri dedit, & alterum diem à Nouembri, quem De-

cembri coniunxit. Hæc breuis est anni computatio, egregij Principes, quam si degustaueritis, perfacilis erit vobis ista lex: quibus adde Macrob. in lib. Saturnal. 1. c. 13. & seq.

¶ Omitto de Calendis, Nonis, & Idibus pertractare, quia glo. plene tradit: quæ licet in multis deficiat, non desunt tamen exacti hac in re scriptores, qui vobis alias huiusce rei peritis sufficere poterunt.

Legis elucidatio.

¶ Sensus itaque huius legis est, quod cum bissextus est in Calendis, id est intra Calendas, vt solet (nec enim est intra Idus, vel Nonas) vult tex. dicere, quando est bissextus, nil refert vtrum priore, an posteriore die bissexti quis natus sit. nam sexto Calendas erit eius natalis dies, cum biduum pro vno die habeatur. Et ideo posterior dies, videlicet bissextilis, per singula quadriennia intercalatur, id est interseritur, non prior, qui non mutatur. Ideo illo anno, quo non est intercalatum, id est, quo non est additus aliquis bissextilis dies, quia non erat bissextus, dicetur natus sexto Calendas. Cum vero bissextus est, habet priorem diem, id est sexto Calendas natus etiam erit. Igitur die bissextili natus anno reuoluto in priori die sexto Calendarum dicetur habere annum. idem in secundo, & aliis annis sequentibus. Et in anno bissextili primus sextus Calendarum erit dies eius natalis. Sic intelligi hic tex. debet, vsque ad versic. Cato.

¶ Cato autem putauit mensem intercalarem esse addititium, & omnes eius dies esse pro momento, & hũc diem bissexti esse addendum vltimo diei mensis Februarij. Huius autem Iurisconsul. Catonis computatio erat suo tempore vera, videlicet antequam Iulius Cæsar annum sic distribuisset, vt prædixi. Nam à Romulo annus fuit institutus 10. mensium, & à Martio mense incipiebat: postea Numa Pompilius duos menses addidit. Verum quia hæc computatio non quadrabat lunæ, Pontifices alternis annis 12. dies, quandoque 13. intercalabant: aliquando minus, quandoque plus pro momento obseruabant, cum nihil certi statutum esset. Ideoque iste mensis erat additicius, quod aliquando adderetur, aliquando non. Et addebatur in fi. anni iste Februarius, & in fine mensis addebatur dies bissexti: & sic pro lunæ momento habebatur, ac si solum momentum temporis occuparet, quia momento addebatur, & pro momento obseruabatur. Et hæc est Catonis sententia. Sed videns Iulius Cæsar hanc computationem minus conuenientem esse, decem dies addidit Februario, effecitque vt 28. dierum esset, iussitque inseri singulis quadrienniis diem bissexti sexto Calendas Februarij. Et sic Mutij sententia est vera secundum nouam computationem. Hoc annotant Budæ. & Alcia. Nam annus 365. diebus constat (vt l. cum heres. ff. de fideicom. liberta. l. si ita vulneratus. §. æstimatio. ad legem Aquil. probatur) & sex horis, quę in quadriennio diem constituunt integrum, vt prędixi. & nisi constitutus esset vnus dies ex his sex horis quatuor annorum, certe annus aliquando inciperet mane, aliquando à meridie, demum à vespere, & postea à media nocte. quamobrem fuit coniunctum hoc tempus ad constituendum diem integrum, qui Februario tanquam pauperiori datus fuit, eo scilicet mense & loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur ante quinque vltimos Februarij mensis dies: idque bissextum censuit nominandum. Macrob. c. 14. & seq. Saturnal. Quamuis in Pandec. Floren. sic habeatur: extremoque diei mensis Februarij tribuit Quintus Mutius. & sic non erat Caro sententię huius.

Festa in Idibus erant.

¶ Apud veteres quoque Idus cuiusque mensis festa erat, vt docet Alexand. ab Alex. lib. 3. genial. c. 18. fol. 78. & de multiplici anno multa scribit idem Alexand. fol. 85. ibidem. facit glo. in c. pręter. 1. in 18. distinct. l. qui Romę. §. 1. ff. de verbor. obliga. l. si ex pluribus. in fin. de solutio.

Vtilitates huius legis plures.

¶ Vtilitates huius legis sunt sequentes. Quod bissextus dicitur eo, quod dies bis nuncupatur sextus à Calendis, quemadmodum Romanis patet sic computantibus in bullis Papę. dicunt enim primo sexto Calẽd. Februa. & diem bissextilem secundo sexto Calend. Februarij, vt sępius vidi, & scripsi in forma manda. in fi. in concorda.

Calend. Nonarum, & Iduum quare fiat computatio.

¶ Secundo hęc computatio Calendarum, Nonarum, & Iduum inuenta est, tum ratione maioris certitudinis, quia si diceretur decima die, ignoraretur an esset decima mensis intrantis, an finientis: tum etiam vt falsitas euitetur. nempe cum non omnes istam sciant computationem, facilius deregitur falsum, teste Bal. in tract. de pace Constan. in fi. in glo. die Lunę.

Computatio per dies quando fiat.

¶ Limitatur, quando hæc computatio fieret per dies: vt intra sexaginta dies debeat quis rem redimere, tunc dies etiam bissexti in hoc computatur numero. l. 2. ff. de diuers. & temporal. præscrip. Ita communius computant omnes curiæ Franciæ. Et sic iste mensis die bissexti computato habebit 29. dies, secundum sententiam Q. Mutij. Et ideo in curia Romana dicitur prior dies simpliciter sexto Calendas Martij, dies autem bissexti secundo sexto Calendas. Ex quo vidi quendam, qui secundo sexto impetrauerat ecclesiam parochialem, & non fuerat promotus intra annum, iuxta c. licet canon. de elect. in 6. sed impetrauerat dispensationem quinto Calendas Martij, vt posset illam ecclesiam retinere, priuatum sua ecclesia, eo quod annus erat iam elapsus, & nil iuris habebat in beneficio, nec hoc

Beneficium impetrãs post an

hoc expressĕrat, & sic sua dispensatio erat subreptitia. c. 1. & 2. de filiis presbyter. in 6. scripsi in forma manda. in concorda. in glo. dispensationis. & in verb. post mensem. quomodo mensis computetur, ac plene in praxi benefic. in 3. parte, in forma dispensa.

num quo est priuatus, nil agit.

¶ Tertio prodest ad tutelas, & curas, vt finita sit tutela etiam die priore sexto Calendas finito. §. 1. quib. mod. tutel. finit. in Insti.

¶ Quarto ad vsucapionem, vt finitum dicatur triennium in priore die bissexti, cum de momento ad momentum computetur tempus. Ita etiam quoad decretum de pacificis possessoribus, cum fauorabile sit. l. 3. §. minorem. ff. de minor. Et si venditio fuerit facta die bissexti, anno finito & reuoluto sexto Calendas finietur die: eritque excluſus retrahens, qui de iure habet annum. §. Titius. si de feud. controuers. fuer. inter dom. & agnat. vassal. Idem in præscriptionibus statuitur ibi in d. l. 3. §. minorem.

Vsucapio triennij quomodo cõputetur.

¶ Quinto idem in legatis, quæ relinquuntur ad annum, vel biennium, secundum glo. hic. Sexto ad inuestituram petendam intra annum & mensem. c. vno. quo tempore miles inuesti. petere debeat.

¶ Septimo prodest ad deportus, vt archidiaconus, vel episcopus recipiens fructus primi anni beneficiorum vacantium debeat computare annum, vt hic, videlicet à primo die mensis, quo vacauit. glo. singul. in c. si propter. in verb. primi anni. de rescrip. in 6.

Annus deportus quomodo debeat computari.

¶ Octauo quoad ordines, vt is dicatur posse suscipere subdiaconatum, si decimum octauum annum attigerit: diaconatum, si vigesimum: presbyteratum, si vigesimum quintum. clem. vlt. de ætate & qualita.

¶ Nono quoad testamenta prodest, vt in l. qua ætate. ff. de testam. Decimo vt possit obtinere beneficia curata vel dignitates. c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. Vndecimo vt possit fieri iudex. c. cum vigesimum. de offic. delega. Duodecimo ad festi sancti Mathiæ celebrationem. de quo in c. quæsiuit. §. fi. de verbor. significa.

¶ Decimotertio prodest in suspenso ad annum, vt illa dies non computetur, imo celebrare poterit elapsis trecentis sexaginta quinque diebus. glo. in c. quæsiuit. de verbor. significa. Necnon ad alia poteritis extendere, in quibus de temporis computatione agitur, quemadmodum etiam declaratur in l. eum qui Calendis. ff. de verbor. obliga. De anno & Calendis loquitur tex. in l. sylua. §. noualis. supra eod. & l. anniculus. vtraque. infra eod. & l. si calumnietur. §. 1. infra eod.

¶ Verum quia glo. latius de Nonis, Idibus & Calendis tractat, eam videre si non grauemini, poteritis. verius tamen explicat Ioan. de Sacro Busto in suo tract. de anni ratio. Calendarium etiam quid sit, tradit glo. in l. eius. ff. si certum pet. at minus bene. ideo Betburg. in tract. de vsura centesima, c. 8. dicit esse libellum, in quo id, quod singulis Calendis acceptum, expensumve esset, referebatur. Vel est liber rationum, qui ad fœnus respiciebat: in quo nomina debitorum scribebantur. & quia Calendis pecuniæ fœnori dabantur, & vsuræ exigebantur, ob id Calendarium, quasi ad Calendas spectans, dictum est. de quo loquitur l. qui filium. ff. de lega. 3. & l. vxorem. §. legauerat. 2. respon. & l. nomen. ibidem. l. 3. de compensa. l. fi. de pecul. l. dominus. de pecul. lega. l. vxori. ibidem. l. Sticho. de statulib. l. pater. §. penul. de doli except. l. nepoti. de fund. instruc.

Calendarium.

¶ *Obseruat*, pro custodit. Obseruare autem, teste Valla, duo significat: primo idem, quod custodire aliquid oculis, animoque in modum speculatoris, ne nos silentio taciteque prætereat: & ita hic capitur, quasi custodiat, & adnotet, ne dies bissexti prætereat, & quo obseruabitur anno. Interdum obseruare est non speculantis modo, sed admirantis venerantisque: & id tantum in homines, non res, quoties quem vel virtute, vel dignitate suspicimus & colimus. hæc Valla lib. 4. c. 3.

Obseruare quid.

¶ Apud Iurisperitos frequentius etiam pro seruare & diligenter aduertere capitur, & vt vulgo dicimus, *prendre garde*. l. 1. in fi. ff. de ventre inspic. l. Barbarius. in fi. ff. de offic. prætor. ibi, quod ius multo magis in Imperatore obseruandum est. & l. obseruare autem proconsulem oportet. de offic. proconsul. l. obseruandum. de offic. pręfid. & l. obseruandum. de iudic. & l. obseruandum. de ritu nuptiar. Et quę leges non seruentur in hoc Regno, scripsi in procem. consti. Reg. in 1. tomo commenta. ad consti. Reg. Gallic.

¶ *Posterior dies*, vltimus, extremus. sic posterior pars. l. si cum fundum. infra eod. posterior obligatio, idem. in l. Nepos. infra eod. posterior scriptura. l. inter illam. inf. eo. posteriore testamento. l. Sceuola. infr. eo. Alia nunc missa facio, quę magni non sunt emolumenti.

Posterior.

VLPIANVS LIB. PRIMO DE OFFIC. CONSVL.

LEX NONAGESIMANONA.

Notionem accipere possumus, & cognitionem, & iurisdictionem.

¶ Hæc lex tria dicta ponit, sicq; 3. habet partes. 2. ibi, continentes. 3. ibi, instrumentorum.

¶ Hoc principium vult, quod notio comprehendat iurisdictionem & cognitionem:

Notio & iurisdictionem continet, & cognitionem.

cognitionem autem causarũ habent & iudices, & arbitri: iudices autem cum iurisdictione, arbitri vero compromissarij notionem, id est cognitionem, sed non iurisdictionem, quæ introducta est de iure publico. l.1. iuncta glo. ff. de iurisd. omnium iudic. quandoquidem priuatorum consensus non potest dare iurisdictionem non habenti. l. priuatorum. C. de iurisdictio. omnium iudic. Dabit ergo illi arbitro notionem. l. ait prætor. ff. de re iudica. vbi dicit: condemnatus, vt pecuniã soluat, ab eo cuius iurisdictio est, cogi debet ad soluendum. melius dixisset, cuius notio est. Etenim notionis nomen ad eos pertinet, qui iurisdictionem non habent: sed habent de quauis alia causa notionem. nempe condemnatus ab eo cuius notio est, cogitur soluere etiam per exactionem pœnæ. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitr. vel per actionem aut exceptionem, quæ ex sententia arbitrorum oriuntur. l. cum antea. & l. ne in arbitris. §. fi. C. de arbitr. Et hoc docet glo. hic. Non tamen respexerunt conditores ad illas leges nouas, quia non potuerunt præsagire, sed compilatores potuerunt. Vel dicite, vt superius scripsi.

¶ Item iudex delegatus habet iurisdictionem, videlicet delegatam, non propriam. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. est iurisd. & sic est elucidata glo.

Notio quando cognitionem significet.

¶ Sed dubitari potest, quomodo notio in dubio capiatur, an pro iurisdictione, vel cognitione? Respon. vbi notio refertur ad iudices, accipitur frequentius pro cognitione & iurisdictione. l. 1. §. de his. ibi, prætoris erit vel præsidis notio. ff. de separatio. l. ad Imperatorem. ibi, si ad eius notionem pertinet. de appella. l. penul. ibi, cuius de ea re notio est. de calumnia. l. ex omnibus. ff. de offic. præsid. ibi, præsidum prouinciarum est notio. l. deinde. §. hoc autem. versic. ceterum. ibi, notio prætoris. de liber. exhibend. l. 1. §. suspecti. ad Turpil. l. cum hi. §. 1. ibi, prætoris notio ob transactionem erit. ff. de transactio. l. 1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrb. l. in summa. in fi. ibi, vt re integra de causa notio præstabitur. ff. de re iudica. l. non aliter. in fi. de lega. 3. Et in dubio refertur ad iudicem, si dicatur eum cuius notio est, æstimaturum. l. Aurelius. §. Titius. 2. ff. de libera. lega. l. vlt. in fin. de actio. & obliga. l. 2. in fi. ad legem Iul. de adulter. vel in publicam notionem. l. fi. C. de proba. c. 1. de exceptio. in 6.

¶ Si vero ad arbitros re feratur, pro cognitione sine iurisdictione capitur. d. l. ait prætor. notio enim à nosco descendit, & sic proprie cognitionem denotat: in qua aliquando iurisdictio continetur, aliquando non, vt prædixi. De cognitione scripsi in l. pronuntiatum. & melius in l. cognoscere. supra eod.

¶ Aliquan do Iurisconsul. ait, Cuius de ea re iurisdictio fuit. l. 3. §. sed & si quidem. ff. iudica. solui.

§. Continentes prouincias accipere debemus eas, quæ Italiæ iunctæ sunt, vtputa Galliam: sed & prouinciam Siciliam magis inter continentes accipere nos oportet, quæ modico freto ab Italia diuiditur.

Continens, & cõtinuus quid, & vnde, & an differant.

¶ Continens prouincia dicitur, quæ est continua, & coniuncta, quasi simul cum alia se teneat; à con & teneo. Inde continens actus, seu continuus, absque intermissione, vel cum nullos habet actus extraneos. l. continuus. ff. de verbor. obliga. l. diuus. ibi, continua mentis alienatione. de offic. præsid. quæ ne transuersum quidem digitum relinquit hominem, sicut de febre continua medici dicunt, facientes tamen differentiam inter febrem continentem, continuam, diariam, simplicem & duplicem.

Continua febris, prædia, & aliæ phrases.

¶ Continua prædia Iurisconsul. vocat contigua, in l. tria prædia continua, trium dominorum obiecta, id est opposita. ff. de seruitu. rustic. prædior. facit l. in tradendis. §. fina. ibi, quanquam dici potest, si tria prædia continua haberem. ff. communia prædior. Gallia ergo dicitur continens, & Prouincia Italiæ: sed magis est continens Sicilia. de qua videndus est Cicero quinta in Verrem actio. & Blond. in lib. 3. & in Pandec. Florent. iungitur prouincia cum Sicilia.

¶ Notandum vero est continens variis sumi modis: primo pro coniuncto & connexo, vt hic.

Continere pro abstinere.

¶ Secundo continere idem est, quod abstinere. c. quod à te. ibi, quia continere carnis deuicti vitio non valentes, vxores accipiunt. de cleric. coniuga. Inde continens, abstinens: & continentia, castitas. c. cum olim. ibi, Orientalis ecclesia votum continentiæ non admisit. eod. titul. & his vocabulis frequenter vtitur ius Pontificium.

Continere pro comprehẽdere.

¶ Tertio rei appellatio continet tam ea, quæ in patrimonio nostro sunt, quam quæ extra patrimonium, id est comprehendit. l. rei. 1. supra eod. & l. heredis. 1. & l. verbum. §. vlt. ibidem. l. neque leges. iuncta l. non possunt. ff. de legib. vbi in vna lege Iurisconsultus vtitur verb. continetur, & in altera verb. comprehendit. facit l. 1. §. incile. de riuis. l. inter. §. sacram. versic. vini autem. de verbor. obliga. Et actio stellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis continetur. l. 1. ff. de crimi. stelliona. l. 3. §. maxime. ibidem.

¶ Quarto

Continere pro intra se tenere.

¶ Quarto continere est simul quasi intra se tenere, Gallice *contenir*. vt rei iudicatæ exceptio tacite continere videtur omnes personas, quæ rem in iudicio deducere solent. l. rei iudicatæ. ff. de exceptio. rei iudica. Et prætoriæ stipulationes aut rei restitutionem continent, aut incertam quantitatem. l. 2. de prætor. stipula. l. 3. §. ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desinunt viuere, quamuis adhuc terra contineantur. ff. arbor. furtim cæsar. Et ædes hoc ipsum continent, id est tigna, lapides, & alia. l. eum qui. §. fi. ff. de vsucap. Et qui liberam mulierem consuetudinis causa, non matrimonij continet, stuprum committit. l. stuprum. ff. de adulter. & quædam pœnæ, quæ coercitionem corporis continent. l. si quis forte. in fi. ff. de pœnis. & duæ istę significationes proxime accedunt.

Continere pro tenere.

¶ Quinto continere pro tenere, vel esse. vnde Labeo scribit, vti possidetis eum vti posse de eo loco, quo radices continentur vitium. nam si tibi vim fecerit, quominus eas vites vel præcidas, vel traducas, vim tibi facere videtur. l. 3. §. item videamus. 1. ff. vti possidetis. l. 3. §. 1. de riuis. ibi, si riuum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam nõ continebat, cementitium velit facere, audiendum esse. Et fructus desinunt se continere terra, quando extra terram, in qua producti fuerant, repositi sunt. l. si eius. ff. de rei vindica.

Continere pro retinere.

¶ Sexto continere significat retinere, vel intra carceres tenere. Solent autem præsides in carcerem continendos damnare, vt in vinculis contineantur. Sed id eos facere non oportet. nam huiusmodi pœnæ interdictæ sunt. Carcer enim ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet. l. aut damnum. §. solent. ff. de pœnis. Et furiosi si non possunt per necessarios contineri, in carcere contineantur. l. congruit. ff. de offic. præsid. l. si eius. de rei vind. Et is, qui exercitui præest, continere milites in castris debet. l. officium. §. officium. ff. de re militar. Et si canis cum duceretur ab aliquo, asperitate sua euaserit, & alicui damnum dederit, si contineri ab alio firmius potuerit, tenetur ducens. l. 1. §. sed & si canis. ff. si quadrup. pauper. fecisse dicat. Idem in eo qui impetum mularum vel equorum retinere non potuit. l. idem iuris. ff. ad legem Aquil.

¶ Septimo, rescripto diui Pij ita continetur, id est ita describitur, statuitur, exprimitur. l. si legatum. ff. de oper. publ. l. 3. §. etiam. de liber. exhib. l. quędam. §. nummularios. de eden do. l. mandato generali non contineri. de procurator. Vel dicite, vt supra.

¶ Octauo, continentur solo, id est complectuntur, consistunt, tenentur. l. 1. in princ. ibi, quæ specialis in rem actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animatis quam inanimatis, & in his, quæ solo continentur. ff. de rei vindica.

¶ Nono, quædam corpora vno spiritu continentur, id est includuntur, vt homo. l. rerum. ff. de vsucapio. & l. in rem. §. item quæcunque. in fi. de rei vindica. id est sunt vnita, & congenita, & confecta. declarat Cæl. lib. antiquar. lectio. 15. c. 23.

¶ Decimo, pacta quæ turpem causam continent, nullius sunt momenti, id est habent, comprehendunt, complectuntur. l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. Et hoc edictum meram continet pœnam. l. vna. si quis ius dicen. non obtempera. & capitale crimen pœnam mortis continet. l. 1. de bonis eorum, qui mort. Et an denotet proprietatem, scripsi in l. pecuniæ. & l. verbum. supra eod. Et omnes hæ fere significationes licet in idem propemodum cadant, facilioris tamen explanationis gratia ita separare volui.

Continens.

¶ Ex prędictis apparet, quod continens dicitur proximus, perpetuus, continuatus, coniunctus, vel affixus. Vestrum erit iudicare, cui potissimum significationi subscribatis.

¶ Obtinere & retinere, elucidaui in l. qui neque. supra eod.

Continentia causæ multiplex.

¶ Sciendum est, quod quædam est causæ continentia, id est connexitas, tum ratione personarum. nam plures tutores, seu socij, vel illorum heredes ad diuersos iudices trahi non debent, sed coram vno conuenire illius ratione connexitatis. l. omnes. C. arbitr. tutel. l. 1. & 2. ff. de quib. reb. apud eund. iudic. eat. Tum ratione generalis actionis, vt in actione negotiorum gestorum, pro socio, & tutelæ. in his quippe coram vno iudice quis est conueniendus, siue vnus gesserit, siue plures. Et idem in tutoribus, & sociis docet glo. & doct. in l. nulli. C. de iudic. Et ratione subiecti dicitur causæ continentia: vt si duo iudicia ad vnum & eundem finem tendunt, vt possessorium, & petitorium, tunc iudex possessorij decidet petitorium. cap. 1. & 2. de caus. possess. Alciat. lib. 1. parerg. cap. 9. declarat. Ego quoque scripsi abundantius in tract. de exception. in tert. diuis. exception. versic. septimo, opponi potest.

Iudex qui informationes cõficit, de causa cognoscere debet. Arestum.

¶ Continentia etiam causæ dicitur, quæ propter incommodum diuisionis separanda non est: vt si vnus iudex inceperit de vna causa cognoscere, vt alius non possit. d. l. nulli. & c. 1. & 2. de caus. possess. Vnde fuit annullata prehensio vnius iudicis, qui informationes confecerat super falsitate commissa in alio iudicio, & posteaquam primus iudex cognoscere inceperat, secundus iudex delinquentem ceperat, in carcereque detruserat, vnde remissa fuit causa ad primum iudicem, videlicet ad senescallum Lugdunens. qui iam de eo cognouerat. Ita fuit pronuntiatum die 26. Martij in decuria criminali Paris. quam Tornel-

lam vocant, anno 1540.

Continentes prouincias.

¶ Itaque prouinciæ continentes erunt cohærentes, quasi se tenentes. exponit l. rerum mistura. ff. de vsucapio. Sic ædificia continentia dicuntur, quasi continuata. l. ædificia. infra eod. Continua ædificia suburbia dicuntur. l. 2. iuncta l. vt Alphenus. & l. collegarum. l. absentem. isto titul. Aliis modis à grammaticis & oratoribus accipitur, sed illis relinquo, vt intra ius me contineam.

¶ Vtilitas esse potest, quod si iudex gratia instructionis exhibendæ, siue testibus siue instrumentis egeat, tenetur dare dilationes pro distantia locorum, scilicet tres menses, quando sunt illius prouinciæ: si vero testes vocandi sunt ex continentibus prouinciis, tunc sex menses dabuntur. l. 1. C. de dilatio. Veruntamen in hoc Regno dilationes sunt arbitrariæ, vt dixi in tract. de dilatio. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. Alias vtilitates dicam in l. qui in continentibus. infra eod.

Dilationes sunt arbitrariæ.

Diuidere.

¶ *Diuiditur*, id est separatur, vt in §. seq. vbi tex. vtitur verb. separare, & diuidere, pro partiri. & l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. obligatio. l. collegia. de colleg. illicit. ibi, permittitur eis cum dissoluuntur, pecunias communes, si quas habent, diuidere, pecuniamque inter se partiri. Materia vero diuidui & indiuidui traditur in l. 2. & seq. & l. stipulationes. & l. in executione. de verb. obliga.

Communi diuidendo iudicium cui detur, & famil. erciscæ. actio.

¶ Iudicium communi diuidundo datur ad res communes, siue per societatem, vel aliàs diuidendas. l. 1. & per totum. ff. communi diuidun. Familiæ autem erciscundæ actio datur coheredibus, volentibus à communione discedere, & res diuidere hereditarias. l. 1. & per totum. ff. famil. ercis. De his quoque actionibus scripsi in tract. meo actio. & exceptio.

Diuisiones.

¶ Hinc diuisio, quæ dicitur multa afferre incommoda. l. plane. ff. famil. erciscund.

¶ Diuisiones etiam interdum dicuntur per figuram ea dona, quæ inter aliquos diuiduntur, quasi distributiones. in l. cum quidam decurionibus diuisiones dari voluisset die natalis sui. ff. de annuis lega. vbi glo.

¶ Differentias inter diuisionem & partitionem tanquam à grammaticis satis plene traditas, & vobis notas, nunc missas facio.

§. Instrumentorum appellatione quæ comprehendantur, per quam difficile erit separare. Quæ enim proprie sint instrumenta, propter quæ dilatio danda sit, inde dignoscemus, si in præsentiã personæ, quæ instruere possit, dilatio petatur: puta qui actum gesit, licet in seruitute, vel qui actor fuit constitutus: putem videri instrumentorum causa peti dilationem.

Intellectus duplex ad tex.

¶ Hunc §. declarat Paul. Iurisconsul. in l. 1. ff. de fide instrumen. sic dicens: instrumentorum nomine ea omnia accipienda sunt, quibus causa instrui potest. Et ideo tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. Et quamuis Iurisconsul. hic dicat perdifficile esse separare, quæ instrumentorum appellatione comprehendantur, vt singula capita elucidentur: tamen cum personæ instruere causam possint, instrumentorum nomine continentur. Nam instrumenta, quæ proprie sint, propter quæ dilatio danda sit, nos inde cognoscemus, si dilatio petatur in præsentiam personæ, id est ob præsentiam personæ, & vt haberi eius præsentia possit, quæ persona forte causam instruere possit: vtpote quis actum gesit, licet in seruitute, vel forte quis actor municipum factus sit, vel bonorum administrator: tunc si præsentia eius requiratur, quæ forte causam instruere possit, instrumentorum causa dilatio peti censetur. Vel potest intelligi, si dilatio personæ petatur, quæ in præsentia instruere possit, id est nunc. nam licet non fuisset idonea persona tempore seruitutis, tamen hodie eius præsentia instruere, & ideo admitti, & dilatio recte peti potest; quia tempus præsens inspicitur. l. 1. C. de testa. & ista est sententia Viglij in titul. de testa. in Insti. quæ non est spernenda: tamen præcedens magis conuenire videtur.

¶ Et sic dicit tex. perquam difficile esse separare: quia non potest Iurisconsultus diuidere, & separare personam ab instrumentis, cum dilatio ob præsentiam personæ habendam petitur, quę causam instruere possit: vel si dilatio personę habendę petatur, quę de præsenti instruere poterit. Nec debet intelligi iste tex. quod dilatio in præsentia personę peteretur, vt quidam existimabant: quia si præsentia personę necessariò adesset, quid citatione, aut dilatione ad eam habendam foret opus? Quamobrem intelligite, vt prædixi. Vnde glo.

Seruus & pupillus quando deponere possint.

hic dicit seruum deponere posse de eo, quod in seruitute vidit. Sic & in pupillo, de eo quod factum est in pupillari ætate. Subtrahendi tamen erunt quatuordecim anni pupillaris ætatis: quicquid enim videbat illa ætas, ignorabat iuris præsumptione. l. 1. C. de fals. moneta. sicque seruamus in testibus antiquis etiam centum annorum, vt non dicantur deponere, nisi de octoginta annis. Quidam antiqui libri habent, *ob præsentiam personæ*, & tunc tex. est planus. facit l. oratione. ff. de fer.

¶ Ex

Instrumentorũ nomine an pro prie contineantur testes.

¶ Ex quo inferunt doct. quod appellatione instrumentorum proprie non veniunt testes, per tex. in d. l. 1. ibi, instrumentorum loco habentur. qui est enim loco talis, non est proprie talis. l. si cui ex empto. supra eod. vbi dixi. & in l. mercis. 2. infra eod.

¶ Item æqualem vim habent testes & instrumenta. l. in exercendis. C. de fide instrumen. ergo non sunt vnum, & vtrunque alterius appellatione non comprehenditur. facit l. 1. in princip. C. de dilatio. ibi, instrumentorum, vel personarum gratia. multa allegant Felin. & Dec. in d. rub. de fide instrumen. dicentes hanc esse communem doct. sententiam.

Continetur.

¶ Nec refragatur c. peruenit. 1. de testib. cogend. ibi, instrumenta, quorum appellatione testes continentur. Ipsi respon. quod verbum *continentur* ibi denotat improprietatem, vt quandoque. de quo scripsi in l. sciendum. supra eod. Et maxime cum sit declaratum à Iurisconsul. in l. 1. ff. de fide instrumen. cum dicit, instrumentorum loco habentur, vbi sunt tam verbum *loco* (quod supra ponderatum fuit) quam etiam verbum *habeatur*, quod etiam improprietatem denotat, & fictionem: teste Corse. in singul. incipien. habeatur. & Iacob. in l. si sine. ff. de interrogator. actio. scripsi in meo tract. de fictio.

Videri. Nouus intellectus.

¶ Nec obstat hic tex. dicens, *videri*, quod etiam fictionem denotat, vt supra dixi. Vel responderi potest, quod non probat id, ad quod allegatur, videlicet quod instrumentorum appellatione testes contineantur: sed dicit, quod si quis petat dilationem ad habendum præsentiam alicuius personæ, quæ possit instruere causam, videtur instrumentorum causa dilatio peti. nam postquam persona indigeo, quæ instruat causam, & peto dilationem, vt illam producam, illa dilatio videtur peti causa instrumentorum, id est vt causa instruatur, sicut per instrumenta. Et ita forte intelligi potest iste tex.

¶ Barba. vero in rub. de fide instrumen. contrarium firmat, dicens proprie & vere instrumenti nomine venire testes: probat per d. cap. peruenit. & hunc §. & alia, vt per ipsum.

Conciliantur cõtrariæ doct. sententiæ. Instrumentum generale nomen.

¶ Ego vero conciliando vtranq; sententiam, dicerem instrumenti nomine venire etiam proprie omnia, quibus res apparatur & instruitur, tam instrumenta, quam personas: quia instrumentum generale nomen est, vt docet Vlp. in l. quęsitum. vbi ait instrumentum esse apparatum rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio. ff. de fundo instruc. & in l. cum de lanionis. §. 1. ibidem. scribit Paul. Sed istud est perquam difficile separare, vt inquit Vlpia. hic, & singula capita dignoscere.

Fundi vel causæ instrumentum.

¶ Igitur si fundi instrumentum dicamus, venient tam personę, quam rerum apparatus. d. titul. de fund. instruct. maxime d. l. quæsitum. Et si dicamus causæ vel litis instrumenta, veniet omne illud, quod instruet causam. Vnde instrumenta ea accipienda erunt, quibus causa instrui poterit: ideoque tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur. l. 1. ff. de fide instrumen. Et si instrumentorum causa dilatio petatur, id est vt causa instrui possit, tam personæ quam chartæ continebuntur, vt hic: quia certum est instrui posse causam & personis, & chartis.

¶ Ergo si materia respiciat ad instructionem causæ, vel ad probationem, venient omnia quibus causa instrui potest: vt commissarius datus ad instruendam causam, possit & testibus, & instrumentis aliisque indiciis & probationibus eam munire. Siquidem instruere hoc proprie denotat, vt dicam in l. instructam. infra eod.

Probari non potest actus testibus, qui tantum instrumentis probandus est.

¶ Sed si materia respiciat separationem chartarum seu instrumentorum, & testium, tunc non venient testes instrumentorum appellatione, vt in l. 1. C. de dila. Vnde si non possit res probari nisi instrumentis, non poterit probari testibus. l. testium. C. de testib. l. contractus. de fide instrumen. nam communis appellatio instrumentorum & testium separata est, & vulgus per instrumenta non comprehendit testes: igitur ex communi vsu testes non venient. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. 3. quia minime mutanda sunt, quæ semper certam interpretationem habuerunt. l. minime. ff. de legib. Vnde colliges, quoties loquimur de instructione causæ, tunc testes instrumentorum nomine comprehendi: alioqui contra.

Quando instrumentorum nomine testes cõtineantur.

¶ Quod limitatur, nisi eadem ratio locum haberet in vtroque: veluti si subtrahens instrumenta parti puniri debeat, punietur etiam is, qui testes abduxerit: quemadmodum statuit Alexand. Papa in c. peruenit. 1. de testib. nam qui subtrahit defensionis copiam aduersario, iniquam videtur fouere causam. l. prouidendum. in fi. C. de postuland. c. constitutis. 1. de testibus. & is qui testes subtrahit, copiam defensionis tollit: nimirum si eum eadem sit ratio, pœna quoque extendatur.

Lex Regia contra producentẽ falsum instrumentum. An leges de instrumentis locum habeãt in testibus.

¶ Vtilitas prædictorum esse potest, quod si præfigatur pœna mortis producenti falsum instrumentum, non habebit locum in producente falsos testes: tum quia in statutis non facimus largam interpretationem, maxime in pœnalibus. regul. in pœnis. de regul. iur. in 6. tum etiam quia instrumentorum nomine ex communi vsu testes non continentur. Bar. no. in l. si is qui. ff. de vsucapio. & hoc expresse decidit Floria. in l. 1. ff. de fide instrum. quandoquidem hæc materia tantum chartas respicit, & non testes.

¶ Item leges Regiæ & iura loquentia de instrumentis, non habebunt locum regulariter

in testibus, cum communis vsus nunquam vocet testes instrumenta, vt supra dixi. Idem etiam in consuetudinibus Franciæ videte in ordi.Reg.titul.*des faulx tabellions.*

Acta an nomine instrumẽtorum continẽantur.

¶ Secundo instrumentorum nomine continentur acta. Bar. in l.in fraudem.§.neque.ff. de iure fisci.c.inter.versic.secundo per instrumentum.de fide instrumen.l.emancipatione. C.illo titul.vbi appellatur instrumentum emancipationis:tamen constat esse de actis curię. Pœna igitur statuti loquentis in instrumentis habet locum in falsario actorum, teste Alber.in tract.statutor.q.97.in 2.parte,& Bonifac.in tract.maleficio.in rub.de falsis.Authoritas enim publica versatur in actis, sicut in instrumentis: & sunt redacta in scripturam, sicut instrumenta.c.quoniam contra.de proba.Alexand.Iaf.& Dec.in rub.C.de edendo.

Declaratio ad §.neque.de iure fisci.

¶ Nec obstat d.§.neque.vbi copula Et ponitur inter instrumenta & acta,quæ solet inter diuersa locari.glo.in rub. ff. de iuris & fact. ignoran. Respon. quod copula Et ibi ponitur inter genus & speciem, sicut in rub.C.de seruitu.& aqua.ita respondet Barb.in rub.de fide instrumen.in repeti.col.36. Vel potes dicere, cum ille text. scribat sic: neque instrumenta, neque acta à quoquam aduersus fiscum edi oportet: quod primo ait genus, videlicet instrumenta non esse aduersus fiscum edenda: verum quia potuisset aliquis dubitare, quid de actis,ideo dicit, neque acta,& ad maiorem expressionem hoc addidit. At quæ dubitationis tollendæ causa inseruntur,non vitiant.l.qui mutuam.ff.manda.imo Barba.addit ex communi vsu loquendi omnem scripturam publicam vocari instrumentum, siue in iudicio facta sit,siue extra. Sicque testimonia & depositiones redactæ in scripturam, *instrumenta* vocari poterunt. videre Alexand.in rub.C.de edend.Et hoc est,quod dicit hic Iurisco. perquam difficile esse separare ista capita.

Par instrumens, vulgus non intelligit priuatam scripturam.

¶ Tertio no. quod appellatione instrumenti, vulgo *instrumens*, non venit scriptura priuata,ex communi vsu loquendi Galliæ: quia scriptura priuata habet nomen separatum ab instrumento,aut cum adiuncto dicuntur instrumenta priuata.l.instrumenta. C. de proba. Bar. Bal. & alij in l. 1. C. de iureiur. propter calum. dand. Panor.consil.64.venio.col.vlt.& Areti.consil.51.videtur.Roma.consil.23. nescio. in 2. q.scripsi in præfa.ad tract.de chirographor.recognit.in 1.tomo commentarior. in constitution. Reg. Gallic. Ideo si de quolibet debito, de quo fiet instrumentum, soluenda sit gabella,non soluetur de scriptura priuata.

Insinuari an debeat priuata scriptura.

communis enim vsus (vt dixi) repugnat. Et si quodlibet instrumentum debeat insinuari, regestrari,& publicari,non publicabitur scriptura priuata.doct.in d.rub.de fide instrumen. nisi hoc in ea fuerit expressum. quod facit ad constitutionem Regiam nouissimam. Tamen Iurisc.Modestin.in l.tutor.in fi.ff.de vsur. vocat chirographum instrumentum. Et sic instrumenti nomine de mero iure,si non repugnaret cõsuetudo,veniret scriptura priuata.

Priuilegium an contineatur nomine instrumenti.

¶ Quarto nota, quod appellatione instrumenti non venit priuilegium, quia separatim ea priuilegia vocamus.c.inter dilectos.de fide instrumen.vbi Papa distungit & separat priuilegia ab instrumentis. & ideo proprie non continetur, vt consuluit Cuma.consil. 98. stante dicto. Ego vero dicerem contrarium: quandoquidem priuilegia instruunt causam, & in scripturam redacta sunt,non immerito instrumenta vocantur.vnde si quid instrumentis probandum sit,appellatione instrumenti veniet priuilegium,vt firmat Panor.& Dec.in rub.de fide instrumen.Iacob.in l.1.col.2.ff.de fide instrumen.nec quicquam facit d.c.inter. & d. Cuma. ex suo capite loquitur: ob id ei non crederem.

Confessio an possit dici instrumentum.

¶ Quinto infertur instrumentorum appellatione non venire confessionem: ideo commissarius datus ad recipiendum testes, & instrumenta, non poterit recipere confessionem partis.tex.in c.præsentium.§.testes.de testib.in 6.vbi expresse datur potestas recipiendi confessiones:quippe sunt diuersa,vt patet ex diuersitate titulorum:& ita tenet ibi Dominic.& Perus.& Barba.in repet.illius rub.col.32.probatur in c.quoniam contra. de proba.

¶ Non obstat,quod contrariũ tenuerunt domi.de Rota decis.389.quia confessio causam instruit: ergo dicetur instrumentum. fateor improprie quidem & abusiue, sicque poterit commissarius admittere confessionem causæ instruendæ gratia emissam:at proprie non. ita concludit Iacob.in l.1.ff.de fide instrumen.Vel dic, quod si cui liceat instruere causam, quod id etiam per confessionem possit: secus vbi tantum instrumenta recipere, & testes commissum est,vt tunc confessio non contineatur,quæ non habet illas solemnitates,quas habent instrumenta publica, quippe sunt omnino separata, & tituli separati, nimirum si quoque separatim hæc accipienda sint, vt neutrum alterius nomine comprehendatur. Quod limitarem, quando confessio redacta esset in scripturam publicam, eo casu instrumentum confessionis,sicut locationis dicitur,in d.c.inter.de fide instru. & alia omnia, quę in scripturam rediguntur publicam:vt probat Spec.in titul.de instru.editio. & ista est regula ad hanc materiam.

Regula, quãdo instrumentum dicatur.

¶ Sexto nomine instrumenti non venit instrumentum simulatum.Bal.in l.fi.§.in computatione.col.vlt.C.de iure deliber.quia non est simpliciter instrumentum.per l.imaginaria.ff.de regul.iur.glo.& doct.in l.1.& per totum.C.plus valere quod agitur.

Scheda an

¶ Septimo scheda,quam protocollum dicunt,venit appellatione instrumentorum.glo. in

in verb.in instrumento.& ibi doct.in l.cõtractus. C.de fide instrum.Et notandum est,quod instrumentum semel parti traditum, non debet iterum illi parti expediri sine iudicis decreto,ne diuersa dentur instrumenta:quia tunc neutri staretur,si à pluribus factum esset,vt scribit Bal.consil.392.vltimus.in 3. vol. quia scripturæ varię sibi derogant.l.scripturæ. C.de fide instrum. Secus si ab vna persona publica varia instrumenta expediantur: nam illi stabitur, quod concordat cum originali, vt consuluit Bal. consil. 409. quidem. in 3. vol. & consil. 428.casus talis.ibidem. Soci. consil. 277. visis. vol. 2. Etiam si pars iuret se amisisse instrumentum,adhuc iudicis præceptum requiritur,teste Masuer.in rub.de literis, notis & nota.in §. item aduertendum. Bar.Iaf.& alij in l.si quis ex argentariis.§.prætor.versic.prohibet. ff. de edendo. vide inferius in vers. secundo. Hodie lex Regni hoc statuit in titul. de notar.artic. 11. imo ibidem artic. præcedente prohibet idem Rex notariis, ne communicent, edantve libros aliis,quam contrahentibus,heredibus,& successoribus,& illis,ad quos ius pertinet in illis contractibus.Pertinere vero ad eos videtur,quibus mandantibus huiusmodi actus facti sunt,aut eorum nomine à procuratoribus.l.si quis ex argentariis.§.pertinere.& seq.ff. de edend. nam qui non rogauit notarium, nec eum cogere poterit, vt sibi edat, vel instrumentum tradat.per glo.& doct.in l.prætor.in princip.& §.rationes.ff.de edendo.Bal.in c.1. nu.4.de fide instrumen.Econtrario æquum est, quod mei causa confectum est instrumentum,id mihi edi.d.l.prætor.§.1.Igitur cum mea intererit,per iudicem cogam instrumentum mihi edi,nec tenebor probare illud interesse,sed allegare sufficit,& iuramento firmare.Bar. in l.de tabulis.in fi.ff.de tabul.exhib.sic consuluit Roma.consil.83.licet iure communi. Vn de partes erunt iudicis, statim interrogare petentem instrumentum, an sua interfit, & præstito à petitore iuramento,quod sua interest,decernet iudex instrumentum huic esse edendum, quemadmodum vidi seruari in forensi iudicio, quia non agitur de magno præiudicio respectu notarij.

instrumentum dicatur.

Instrumentum semel expediti à notario, non debet iterum expediri & dari.

Pertinere quãdo dicatur.

Interesse quãdo iuramento probetur.

¶ Octauo regula est, vt si notarius morte præuentus non potuerit instrumenta ad debitam formam redigere,quod authoritate iudicis possit alteri tabellioni committi. c. penul. de fide instrumen. Tamen requiruntur sequẽtia. Primo,quod notarius primus qui recepit contractum sit morte præuentus, vt probatur in d.c.penul. ibi, morte præuentus. Idem tamen doct.affirmant,si longa valetudine detineatur,vel in exilium mittatur.per l.si longius. ff.de iudic.& glo.declarat in l.penul.ff.de in integr. resti. mors enim ciuilis æquiparatur naturali.l.Gallus.§.& quid si tantum.ff. de liber.& posth. glo. in c.susceptum. de rescrip.in 6. dico in l.si decesserit.ff.qui satisda.cogant.De consensu tamen notarij,si haberi possit: alias eius consensus per iudicem suppletur.l.bonorum.C.qui admitti.

Notarius quãdo morte præuentus non potuit instrumentum conficere, praxis.

Requisita, vt post mortem notarij alter in strumentum conficiat.

¶ Secundo requiritur, quod notarius huiusmodi publicum instrumentum partibus non prius tradiderit:tunc enim cum pars iam habeat,non potest alteri committi, vt per ordinationem superius allegatam.Non potest instrumentum bis expediri,nisi ex causa.per l. si quis ex argentariis. §. fi. ff. de edendo. vbi Bar. expresim hoc asserit. nec refragatur l.si is qui.ff.de testam.vbi licet instrumentum imperfectum non probet,verum est quando schedа prima non esset perfecta,quam protocollum vocant: secus vbi prima scriptura esset perfecta, & sic ibi tex.intelligitur.quæ prior scheda si non inueniatur, instrumentum videtur esse suspectum,& ei non creditur.Bal.in rub. C. de fide instrumen. col. 7.quod est notandum, & in vsu forensi quotidianum.

Non creditur instrumento,si scheda non inueniatur.

¶ Tertio requiritur,quod notarius contractum redegerit in scripturam.si enim tantum verbo tenus accepisset contractum, minime redigendum foret authoritate iudicis, aut alias in publicam formam.doct.in d.c.penul.Adde requisitũ,quod probetur schedam notarij propria manu fuisse scriptam, teste Boer. in decision. Burdegal.q.37. quia supra.

Scheda manu notarij sit scripta.

¶ Quarto, quod ad petitionem eorum, quorum interest, fiat. hoc enim iudicium non datur,nisi fuerit postulatum.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infec.

¶ Quinto, quod authoritate iudicis ordinarij committatur. Ergo non posset notarius authoritate propria notas alterius in publicam redigere formam sine iudicis authoritate, etiam si fuerit heres, aut eidem donatæ vel legatę fuerint, de stylo Francię,vt docet Guido Pape q. 2. in decis. Delphi.licet Panor.in c.cum P.tabellio. de fide instrum.contrarium teneat. primam tamen veram scribit Boer. in decis. Burdegal. q. 36. sed hic fuit. post Iaf. in lege, si quis. §. cogentur. nu. 14. ff. de edend.& ista in praxi seruatur contra Panor. sententiam.

Iudex committit, vt instrumenta mortui per alium conficiantur.

¶ Sexto requiritur, quod iudex committat notario alteri, vel tabellioni,vt in suprascriptione d.c. eum P. tabellio, patet. nec posset iudex Regius committere scripta notarij notario Apostolico, vel econtrario iudex ecclesiasticus notario Regio, ne quis falcem in messem alienam mittat,contra c.nouit. de iudic. Sed instrumenta notarij Regij iudex Regius alteri notario Regio committet, notas vero notarij ecclesiastici iudex ecclesiasticus alteri notario ecclesiastico;alias fidem non facerent.

Notaria Regio mortuo eius scripta alteri Regio non Apostolico cõmittantur.

¶ Septimo requiritur,quod ille notarius, cui est commissum, fideliter in publicam formam

Praxis notarij cui instrumenta sunt commissa.

mam redigat,& ad verbum transcribat,& inserat in suo instrumento,nihilo addito,nihilo-que detracto,vel immutato,vt Panor. & alij asserunt in d. c. cum P.tabellio.primo narrare quippe debet se inuenisse istam scripturam inter schedas talis notarij,quæ authoritate iudi cis eidem fuere decretę,ideoque se ad verbum hic transcripsisse affirmet.

¶ Octauo hoc instrumentum debet in publicam redigi formam,sicut alia instrumenta, d.c.cum P.tabellio.doct.per illum tex.in c.significauit. de testib.

Citari an debeat pars,quãdo instrumentum expeditur.

¶ Nono requiritur, quod is, contra quem publicatur instrumentum, sit citatus: teste Panor.in d. c. penul.quod est verum, vbi semel fuit expeditum: secus si nunquam. Guid. Pape in decis.Delphi.q.404.licet de iure.& Boer.d. q. 37. Et quando instrumentum vetustate aut alias consumptum debeat reparari,vel de nouo rescribi,tradit Rebuff.& alij in l.2. C.de discusso.lib.10.& in l.penul.de excusa.muner.ibidem.

Præsumptiones pro instrumento.

¶ Decimo semper præsumitur pro instrumento publico,donec contrarium probetur. l. cum precibus. C.de proba. Et ex eo duæ præsumptiones oriuntur, quod videlicet verum sit,& solemne.Bal.in c.1.§. si instrumentum.de notis feudo.refert Ias.in repet.l.admonendi. col.53.nu. 154. ff. de iureiur. & alibi dicit Bal. quod instrumentum est probatio probata,& non probanda. lege,quoties.in fin. C. de iudic. quia non oportet probare instrumentum esse verum.

Instrumentum pro omni re accipitur.

¶ Postremo accipitur instrumentum pro omni re,qua aliquid operamur. Græce ἐργαλῖον vocatur.vnde boues aratorij instrumenta fundi vocitantur,qui capi non possunt pro exe cutione,aut vendi.l.executores. C.quę res pignor.obligar.possint.videte in titul.de fundo instruc.& quę dicam in l.instructam.infra eod.

Munimenta quæ.

¶ Appellatio vero munimentorum latissime patet, vt comprehendat etiam confessiones.glo.in c.coram.de in integr.resti.c.quoniam contra.de proba.omniaque alia continet, quibus munitur causa.Archid.in c.quamuis. circa fi.de elect. in 6. c. 1. de appella.eod. lib. Feli.in c.peruenit.1.de testib.cogend.

Documenta.

¶ Quid vero contineatur appellatione documentorum, *des enseignemens, ou documens,* tradit tex.in c.plerunque.2.q.7.glo.in c.1.de exceptio.in 6.no.in c.1.de appella.ibidem.c.1. de elect.eod.lib.

¶ *Separare.*Separare est distrahere & segregare,vt hic,&in rub.de separa.scripsi in l.locus. supra eod.

¶ *Inde dignoscemus,*id est cognoscemus,discernemus,seu intelligemus.videte in l.cogno-scere.supra eod.Et quoniam alia verba superius fuerunt elucidata,alio properemus.

IDEM LIB. SECVNDO DE OFFIC. CONSVL.

LEX CENTESIMA.

Speciosas personas accipere debemus clarissimas vtriusque sexus: item eas,quæ ornamentis senatorijs vtuntur.

Speciosus multis modis accipitur.

¶ Etsi vulgatum significatum habet hoc nomen,Speciosus pro pulchro, tamen hic aliter accipimus.accipimus,inquam,speciosas personas pro clarissimis, siue sint masculini sexus,siue fœminini. Vnde quidam dicebat clarissimas personas eo dici speciosas,quod frequentius ab illis clarissimis pulchros & præstanti corpore, & moribus ornatos exire videamus,vt vos ipsi oculati omnibus testes estis,egregij Præsules, quod faustum fœlixque vobis,ac toti Regno sit.

Ornamenta senatoria.

¶ Adhæc personę speciosæ dicuntur,quę ornamẽtis senatoriis vtuntur,id est veste laticlauia. Gerebant enim senatores latum clauum, quod amplissimi ordinis insigne erat,vt docet Alcia.hic.Senatoriaq; ornamenta hæc erant, quę senatorem ab equite discernebant, videlicet locus, authoritas,domi splendor,apud exteras nationes nomẽ,& gratia,toga,præ texta,sella curulis, insignia, fasces, exercitus,imperia, & prouincię:teste Baisio in tract. de continens,nil præclare præ se gerens,non diceretur speciosa persona, vt scribo in l. vinaria vasa. infra eod. Possumus quoque tex. hunc intelligere, quod Imperator quando alicui non senatori concedit ex priuilegio,vt ornamentis vti possit senatorijs,hic inter speciosas personas computandus est, & speciosa vocari potest persona, seu spectabilis, non vero illustris.

Quatuor gradus dignitatũ. Superillustris quis sit.

¶ Alciat.hic quatuor ordines dignitatum dicit recentiores tradidisse,cum quinque scripserint in l.1.ff.de offic.eius cui manda. est iurisd. Primus gradus est superillustrium, vt Papa,Imperator,& Rex Francię.quod probant in authen.vt ab illustrib.& qui supra eos sunt. colla.5.vbi ea verba, & qui supra eos sunt, ad illos referuntur: alias essent superflua. & tex. in §. fi. in authen. de appella. colla. 8. ibi, quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt.Item hi sunt illustrissimi: ergo supra positiuum, videlicet illustres. l.vbi.in princip. ff. de verbor. obliga. Si quis ergo velit declarare superlatiuum per positiuum, necesse visum fuit

fuit addere dictionem perquam,hoc significantem. Sed ad maiorem emphasim Iurisperiti addiderunt super. inde vocauerunt superillustres, ad denotandum supremam eorum dignitatem: quemadmodum est tex. in l.si quando. ibi, siue illustri dignitate decoretur,siue etiam maiore.C. de appella.maiore siquidem eos dignitate præfulgere decebat, quam horum magistratus,quorum nonnulli sunt illustres,vt statim dicetur.

¶ Et quamuis Alcia.dicat nõ esse dictionem Latinam,est tamen,à Iurisperitis inuenta,& vsu recepta. Ideo Iurisperitus vocabula Iurisperitorum sequatur. & fateor me non inuenisse apud Iurisconsultos. sed interpretes frequenter vsi sunt.

¶ Et dato,quod non sit gradus,sed principium & summitas graduum, veluti quia sunt isti super omnes gradus.c.in apibus.7.q.1.tamen supersunt adhuc quatuor,vt infra patebit, nimirum si quatuor tantum gradus fuerint connumerati,licet quinque essent descripti,vt interpretes asserunt.

¶ Nec refragatur §.illud.in authen.de appella. col. 4. vbi sunt tres gradus,videlicet maiores,minores,& medij:quandoquidem ille tex.refert antiquitatem illos tres gradus intro duxisse,sed nouitatem hæc dereliquisse.Igitur parum probat ille tex.Et quamuis hoc esset de iure nouissimo,tamen ille tex.non impediret alios plerosque gradus facilioris explanationis gratia posse constitui,vt de iurisdictione,quæ triplex est,alta,media & minima, quis negabit infinitas alias propemodum afferri diuisiones, vt etiam vnaquæque earum in sex gradus distinguatur? in lege, imperium. ff. de iurisd. omnium iudicum. vbi scripsi hoc esse superuacaneum. Ideo proprie tres gradus constituuntur, vt scripsi in l. qui indignus. ff. de senator.

Illustres.

¶ Illustres sunt Reges,Cardinales, senatores, & pares Franciæ, & præfecti prætorio, & nonnulli alij,qui speciali priuilegio Principis illustrium dignitate decorantur. De senatoribus est tex.in l.quisquis. C. ad legem Iul.maiesta.l.fi. ff.de senator.De præfectis prætorio probatur in §. illo. in authen. de appella. col. 4. nam hi primum post Principem tenent locum.ff.& C.de offic.præfect.prætor.De Regibus & Cardinalibus tradit Purpura.in rub. de iurisd.omnium iudic.ff.Etiam de Cardinalibus plene Barba.in tract. de præstan. Cardinal.in 4.q.basilica.1.partis.Et doctores,qui per 20.annos legerunt, bona pars interpretum inter illustres hosce computat,in l.1.C.de professor.qui in vrb. Constantinop.comi.meru. lib.12. Ego ne suspectus videar, non alias meum interpono iudicium: sed puto cancellarium illustrem vocari posse. §.cumque hoc Deo propitio.in proœm.Insti.Et præsidentes curiarum supremarum & parlamentorum.Sed Papa,Imperator,& Reges non cognoscentes superiorem,non sunt in ordine dignitatum, nec magistratuũ: quia supra omnes magistratus sunt in suis Regnis,& super omnes gradus,vt scripsi in d.l.qui indignus.& declarat Imperator in §. fi.in authen. de appella. colla.4. illustres tamen vocari possunt,cum super eam dignitatem sint, & nulla inueniatur maior illa.

Aemilij Ferreti sententia.

¶ Aemilius tamen Ferretus de iniur. in Insti. in fi. illustres eos in genere accipiendos esse tradit,qui in senatu dicendæ sententiæ ius habebant: quales erant olim prætores,postea permulti, veluti præfectus vrbi,& prętorio.probat per l.fi.ff.de senator.quæ lex potius probat contra suam sententiam.nec enim loquitur de prætoribus,qui dicuntur spectabiles, vt infra dicetur:sed dicit,hi soli videlicet senatores in senatu sententiam dicere possunt.Ergo soli senatores essent illustres.quod est absurdum.

Illustris duobus sumitur modis.

¶ Quamobrem vt ista conciliemus, dicere possumus illustrem duobus modis sumi. primo generaliter pro claro & nobili: interdum pro titulo dignitatis, & sic pro habente dignitatem senatoriam,vel aliam hoc gradu decoratam,quemadmodum hic accipitur.De senatoribus plenius Alex. in lib. genial. 4. & Budę.in annota. in Pandec.Ego quoque dicam,si longior ætas detur, in consti.Reg. Gallic.

¶ Hodie Gnathones quidam intantũ suis blandiuntur Principibus, vt nedum honorificentissimos quosque titulos, vel pene diuinos attribuant, sed omnimodam tam in spiritualibus, quam temporalibus potestatem conferant, in graue totius reipub. detrimentum: vtpote qui tanta freti potestate, sępissime gradum suę dignitatis excedentes, pernicioſam moliantur tyrannidem.

Spectabiles.

¶ Spectabiles sunt,qui hac dignitate honestantur, vt episcopi, prætores, præfectus vigilum, & præfectus Augustalis. d. §. illo. vbi loquitur de prætore. glos. in l. vna. ff. de offic. prætor. De præfecto vigilum est text. in l. 3. in princip. ff. de offic. præfect. vigil. qui licet olim Romæ non mediocris esset authoritatis, hodie tamen in Francia vilescit hoc officium vigilum, quod ipse ad spoliandum noctu vagantes maxime scholasticos exerceat. De præfecto Augustali scribitur in lege secunda, C.de offic.præfect.Augustal.Et alij multi videlicet duces,comites, archiepiscopi,& episcopi, vt vult Ias. esse spectabiles, quos doct. numerant in d. l.1. sunt enim spectatione digni, si bona agant. scripsi duobus etiam modis capi,in l.qui indignus.ff.de senator.

Officium præfecti vigilum in Francia vilescit.

Clarissimi.

¶ Ita clarissimi dicuntur,qui hac dignitate insigniti sunt,vt rectores & præsides prouinciarum,

ciarum,abbates & procuratores Cęsaris.hi nempe vltra alios subditos bonis moribus fulgere debent.De præside tex.est in l.2.C.de delator.lib.10.De rectore in l.1.C.de offi. comit. Orient. ac doctores Regentes inter clarissimos numerat Pyrrhus in rub.C.de dignita. lib. 12. si munere Regentiæ digni sint. Nec placet opinio Alcia. dicentis spectabilem à clarissimo non differre: nam senatores clarissimi dicuntur, in lege, fœminæ, ff. de senator. sed ille tex.probat contrarium ibi, Tandiu igitur clarissima fœmina erit, quandiu senatori nupta est, vel clarissimo. arguit nanque differentiam esse inter senatorem & clarissimum illa particula Vel, quæ inter diuersa poni solet. Et quamuis mulier nupta sit senatori, non dicetur illustris, sed clarissima, quamuis ipse illustris sit, vt scripsi in l.fœminæ. de senator.

Senatores & illustres clarissimi quoque sunt.

Et sciendum est, quod in superiori gradu constitutus, etiam inferiori prærogatiua decoratus censetur. nempe illustris est clarissimus: sed econtrario clarissimus non est illustris, nimirum senator clarissimus vocatur,in lege secunda, C. de his qui veniam æta.impetrauer.& præfectus prætorio.lege secunda,§.si publico.ff.de adulter.& lege prima.C.de tutor. illustr.& Comites. lege prima, C. de aduoca. diuersor.iudic.ita proconsul. lege, & si seuerior.C. de his qui no. infam. Tamen clarissimus simpliciter non potest vocari spectabilis, aut illustris:vt dicimus de presbytero,qui diaconus vocitari potest,sed diaconus non potest dici presbyter. no.in clem. vlt. de ætate & qualita. Nec igitur cuiquam exorbitans esse videatur illustrem vocari clarissimum. nam qui dignus est superiore gradu, dignus est etiam inferiore. econtra indignus inferiore, est quoque superiore indignus. lege, qui indignus. ff. de senator. vbi istos ordines magistratuum docui. Et omnis dignitas dicitur clarissima, teste Pyrrho in lege prima, C. de dignita.lib. 12. lege prima, & per totum. vbi senator.vel clariss.scribit D. And. Tiraquel.in tractatu nobilitat. c.secundo.

Insignes.

¶ Solemus quoque dicere clarissimos viros insignes, qui famæ quodam fulgore resplendent: alio nomine inclyti appellantur, etiam si prorsus alia careant dignitate. l. hac lege.ff. ad legem Iul. pecula. vbi videre licet casum mirabilem. Et sic duobus modis clarissimi vocantur, vel à titulo dignitatis, vel à virtute & nobilitate, vt scripsi in d. lege, qui indignus.

Clarissimi duobus modis vocantur.

Infimi magistratus.

¶ Infimi magistratus sunt municipales, qui tantum de minimis causis cognoscunt, vt defensores ciuitatum.glo.in rub.C.de magistra.munici.Ias.in l.magistratibus. ff. de iurisd. omnium iudic.glo.& doct.in lege prima,ff.de offic.eius cui manda.est iurisd. & hi sub clarissimis comprehenduntur, nec faciunt gradum nouum. Vide aliqua per Alciat. iactata lib.tertio dispunctio. cap.4.de his scribam in l.municipes.infra eod.

Persona, & personalis actio.

¶ *Personas.*De hac dictione loquitur lex proxima supra,in fi.& l.habere. in fi. infra eod. ac l. pronuntiatio. §. primo, l. potestatis. & l. liberorum. ibidem.& quomodo capiatur in iure canonico, & personatus, scripsi in §. præfatique ordinarij.& in §.statuimus.secundo, de colla.in concorda. Franc.ac plenius in praxi benefic.in 1.parte.

¶ Inde actiones personales, in lege,pecuniæ. §.actionis. infra eodem, vbi explicabitur fusius.

MODESTIN. LIB. NONO DIFFEREN.

LEX CENTESIMAPRIMA.

Inter stuprum & adulterium hoc interesse quidam putant, quod adulterium in nuptam, stuprum in viduam committitur. sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur.

¶ Hæc lex quatuor habet partes, prout quatuor dicta complectitur. prima docet differentiam inter adulterium & stuprum. secunda ibi, diuortium. inter diuortium & repudium.tertia ibi,verum.inter morbum & vitium.quarta dictum ponit.

Adulterium quid.

¶ Adulterium est alieni thori violatio. dicitur enim adulterium, quasi ad alterius thorum accessio. c. lex illa. 36. q. 1. Vnde vir coniugatus accedens ad aliam mulierem, quam suam, etiam non coniugatam, dicitur committere adulterium. no. in c. fraternitatis. 34. distinct.

Stuprum.

¶ Stuprum proprie est virginum illicita defloratio. c.lex illa. 36.q.1. l. 2. §. initium.ff. de orig. iur. ibi, arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit, in hoc scilicet, vt morte virginis contumeliam stupri arceret,&c.Stuprum etiam intelligitur in his mulieribus,quæ turpiter viuunt, & vulgo quæstum faciunt, etiam si non palam. l. stuprum. ff. de ritu nuptiar. Vnde tex.iste ait adulterium in nupta, stuprum in vidua,vel virgine,seu puero committi,& in lege, stuprum. ff. de adulter. lege prima, §. qui puero stuprum persuasit. de extraord. criminib. Sed lex Iulia de adulteriis indifferenter hoc verbo vtitur, vt hic, & promiscue κατάχρησιν dicitur. l.inter liberas. §.1.ff.de adulter.

Fornicatio.

¶ Fornicatio vero licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus,qui fit extra vxorem legitimam,

legitimam,tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, aut concubinarum.c.lex illa.36.q.1.Ego scripsi 30.pœnas in istos fornicarios,& concubinarios,in rub. de public. concubinar. §. 1. in concorda. Adulterij malum vincit fornicationem,vincitur autem ab incestu. peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concumbere. Sed horum omnium pessimum est,quod contra naturam fit.c.adulterij.37.q.7.l.cum vir.C.de adulter.& in authen. vt non luxurientur homin. contra naturam. Incestus igitur est consanguinearum,vel affinium abusus.Vnde incestuosi dicuntur, qui affinibus, vel consanguineis suis abutuntur.c.lex illa.36.q.1.& declaratur in rub.C.de incest.nupt.& in authen. eodem tit.

Adulterium cũ propria vxore committitur.

¶ Aliquando tamen adulterium committitur cum propria vxore, & nati ex ea sunt spurij, nec patri succedere possunt.cap. ministri. & ibi glossa, 81. distinct. vtpote cum vterque coniugatus vouit castitatem, & ingressus fuit religionem, si nihilominus postea coierint, & ex huiusmodi coitu soboles procreata fuerit, erit illegitima: teste Roma. singul. 521. maritus.per d.glo.

Lauren. Vallæ impugnatio, & dissolutio.

¶ In præfatis definitionibus Lauren.Valla lib.elegan. 6. c. 45. insurgit contra Iurisconsul.huiusmodi definitiones conscribentes, dicens eas sibi esse inuicem contrarias. nam Modesti.in vno loco,hic videlicet sentire visus est cum lege Iulia de adulter.in altero non, in l.stuprum.titul.de adulter. Et ideo secundum eum,non est amplius, quod miremur, si plures diuersique Iurisconsul. inuicem dissentiant, cum vnus idemque Modestinus sibi contrarius existat. Vnde dicit, quod non omne stuprum est adulterium,sed omne adulterium stuprum est.ideo Iurisconsul. non recte excipiunt stuprum à nupta, cum etiam in quotidiano sermone sic loquamur, vt est videre apud Quintilianum: vxor marito dixit appellatam se de stupro à priuigno. & alibi furtiua stupra, raptosque concubitus obiicit, vel ex falso maritus.Quare dicit stuprum esse coitum lege vetitum, qui duplex est: vnus cum nupta,aut cum puero,aut cum sanguine coniunctis,aut sanctimonialibus:alter,cum vim inferimus cuilibet personæ,etiam ancillæ.hæc Valla.

¶ Annotauit etiam Budæ.in d.l. inter liberas. stuprum pro adulterio poni:vt per Cicero.in Verrem Antoni.2.Dolabella odij causam ausus est dicere,quod ab eo sorori & vxori tuæ stuprum oblatum esse comperisses. idem in Verrem actione vlt. noctu stupri causa lectica in vrbem introferri solitus est ad mulierem nuptam. Quæ parum animaduertisse Papinianum testatur Budæ.vbi supra. Catellian. tamen Cotta in 2.parte memor. in verbo adulterium. dicit stuprum aliquando pro turpitudine veteres accepisse, vt apud Quintilia.in loco superius citato. Et Ennius poeta sic ait:fœde, stupreque castigor quotidie. stupre,id est turpiter. Et sic est pro defensione Iurisconsul. quæ permodica est. Alcia.autem lib. dispunctio.1.c.27.abradendum promiscue dicit,& lib.4.de verbor.significa.verba Modestini non recte intellecta.Florid.in lib.de interpretib.iuris tuetur Lauren.Vallam,eius sententiam pluribus confirmans.Hæ sunt variæ scriptorum sententiæ.

Authoris sententia de stupro, & adulterio.

¶ Quas ego sic conciliandas esse arbitrarer,vt stuprum duobus modis capiatur: primo pro omni libidine lege vetita:sicque adulterium comprehendit,secundum prædicta, nec non alia capita libidinis. confirmat tex. in c.nemo. 32. q. 4. dicens omne stuprum adulterium esse.Interdum stricte sumitur pro illicito coitu virginum, puerorum, & viduarum, vt superius dixi.Quapropter ad discernendum horum verborum in lege positorum significatum,animaduertendum est, an lex ambos casus comprehendere velit vno nomine, vt tunc adulterium sub nomine stupri complectatur: si vero segreget stuprum quoque ab adulterio, distinguendum est, veluti maxime probatur ratione coniunctionis: nempe si maritus cognoscat ancillam virginem,adulterium ipse proprie,ipsa vero stuprum committit. Si ergo vno verbo arguamus delictum commissum, & vocemus stuprum, recte quidem facere existimo:ita si adulterium quis illud totum facinus nominet,recte quoque facturum. Verum si singulas personas discernamus, & cuiusq; delicta separemus, in marito adulterium proprie, in ancilla stuprum comperiemus. hocliquido probat l. inter liberas tantum personas adulterium, stuprumve passas, lex Iulia locum habet. & postea adiicit Papinia. ibidem: lex stuprum & adulterium promiscue & κατάχρησιν dicit appellat. idem in l.auxilium.in fi.de minor.Sed proprie adulterium in nuptam committitur,ob partum ex altero conceptum, composito nomine: stuprum vero in virginem, viduamve committitur:quod Græci φθορὰν appellant. sed lex Iulia promiscue dicit quem adulterij teneri, licet tantum stuprum commiserit:& indifferenter vno vtitur, & altero.

Lex loquens de adulterio nõ habet locum in stupro.

¶ Et sic infertur,quod lex loquens de adulterio, non habet locum in stupro:cum adulterium proprie stuprum non sit,sed abusiue, nec econtrario,quando fit separatio, vt l. inter liberas.§.1.ff. de adulter. nisi eadem esset ratio in vno sicut in altero, & materia vtrique posset conuenire. capitulo,at si clerici.§. de adulteriis.vbi Decius, primo no. de iudic. per legem, si ea. cum glos.C.ad legem Iuliam de adulter. nisi in lege Iulia de adulteriis, vt dictum fuit.

Adulteria qua liter puniantur.

¶ Qualiter puniantur adulteria, traditur in l. quamuis. & authen. sed hodie. C. de adulter. & in §. item lex Iulia. de public. iudic. in Insti. Plene Ioan. Berber. in viator. iuris, in §. 1. parte rub. de adulter. stupro, incestu & lenocinio. & in c. 1. & 2. de adulter. per Panor. Breuiter dicendum est iure diuino pœnam mortis infligi adultero. Genes. 20. cap. ait Deus ad Abimelech: en morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. & ibi diuus Ambros. Quod amplia, vtroque etiam voluntarie committente. Deutero. 22. c. Quam iuris diuini dispositionem amplectitur nostrum ius ciuile, vt vltore quoque gladio tales adulteros puniat. §. item lex Iulia. Insti. de public. iudic. Et miratur Ioan. Faber in d. §. item lex Iulia. huiusmodi pœnam iure diuino introductam, & iure ciuili firmatam, in Gallia penè sublatam, nosque secutos Massagetas, Aethiopes, barbarasque illas nationes, apud quas impunita adulteria fuerunt. Lacedæmonij etiam adulteria non nouerunt, Nomades habebant vxores, & filios communes, & Scythæ. Tamen Zaleucus Locrensis Rex vtroque oculo multauit adulterum, vt docet Valer. titul. de iustit. & Parthi nullum delictum grauius adulterio vindicant. inter ceteros Opilius Macrinus adulteros deprehensos ignibus cremauit, teste Alex. lib. 4. genial. c. 1.

Variæ adulterorum pœnæ.

¶ Apud Cumanos mulier in adulterio deprehensa in forum deducebatur, & saxo imposita omnibus spectanda proponebatur. inde super asino constituta per vrbem perue-ctam in eundem locum restitui oportebat, ex quo deducta erat. Et ex illo infamia notatam ὀνοβάτιν appellandã censuerunt, vt quæ asino imponeretur, ac per ciuitatem veheretur: & ab eo tempore lapidem illum tanquam impurum & detestabilem vitabant, vt author est Plutarch. & huc alludit glo. quæ ex his intelligi poterit, in c. de benedicto. 32. q. 1. & vide commentar. Taciti fol. 58. de situ & morib. German.

No. pœnam famuli suspensi propter adulterium.

¶ Ego quoque vidi apud Paris. famulum laqueo suspensum, quod furtim maritum simulans, vxorem eius dominam suam noctu quiescentem, in thoro maritali cognouisset. Ita ibidem me præsente vxor commissarij cuiusdam adultera condemnata fuit, & detrusa in monasterium, vt pœniteret: libera tamen facultate relicta marito asciscendi eam ex monasterio, cum vellet: sin minus, ibi perpetuo mansura: doteque priuata fuit, & conquæstibus, quæ marito applicarentur. Adulter vero ad multam honorariam, quam vocamus,

Arestia.

fuit condemnatus: quam indusio tantum indutus, & fune ad collum contorto perageret, demum in exilium perpetuum missus, & condemnatus ad quadringentas libras marito

Triplex adulteræ pœna.

offenso præstandas, Regi vero ducentas. die Augusti vltimo, anno 1552. Et sic triplex est pœna: prima, separatio thori: secunda, vt in monasterium detrudatur: tertia, vt priuetur fructu & commodo matrimonij, vt docet Ludo. Roma. sing. 667. nos sumus.

Iudices qui de adulterio cognoscant.

¶ Et quamuis iudicibus ecclesiasticis iure tributum esset cognoscere in huiusmodi adulteros, etiam laicos ratione violatæ fidei, quæ debet inesse matrimonio. c. coniuges. & c. omne. 27. q. 2. Guido Pape consil. 153. in curia. & consil. 159. quod coniugatus. doct. in c. at si clerici. §. de adulteriis. de iudic. Roma. singul. 667. nos sumus. nihilominus hodie seruatur apud nos, vt ecclesiastici non cognoscant contra laicos adulteros, sed iudices Regij.

Lex edita contra les ribauex mariez.

Sicque prolatum dicunt arestum, quod Gallic. vocant *des ribaux mariez*. inducentes ad hoc constitutionem Regis Philippi tum Franc. Regis, editam anno 1336. die 10. Iulij, & regestam in lib. ordinatio. Regiar. fol. 50. numero nono. de quo aresto alibi dixi & fuit ea constitutio maxime edita contra episcopum Ambianens. vbi frequentius adulteria committebantur. quia laici Clodium condemnaturum mœchos non sperant.

¶ Quæ vero sit pœna stupri, tradit Angel. in tract. de malefic. in glo. *che ay adulterata la mia dona*. versic. quæ sit pœna stupri.

¶ De verbo adulterare, & de adulterina moneta, & aliis scripsi in lege, probrum. supra eodem.

Committere pro perpetrare. Committitur.

¶ *Committitur*. Committere hic perpetrare, delinquere significat, & l. 4. in fi. ibi, peculatus crimen committi. ff. ad legem Iul. pecula. l. fugitiuus. infra eod. Inde commissum delictum, id est perpetratum, vel dolum commissum. l. at qui natura. §. 1. ff. de negot. gest. ibi, dolum, aut culpam in seruitute commissam. l. 1. §. si quis seruum. ff. de offic. præfec. vrbi. Commissum etiam substantiue positum neutri generis, vel admissum, sumitur pro delicto. l. si quis extraneus. ff. de acquir. hereditа.

Committere pro facere.

¶ Alias committere, id est facere. l. 4. §. Cato. ibi, ab omnibus quodammodo factum videtur. iuncto versic. ibi, omnes commisisse videntur. ff. de verbor. obliga. l. altius. ibi, quod alium facientem prohibere ex officio tutor, vel curator necesse habuit, id ipse committere non debuit. si seruit. vindicet. l. inde Neratius. §. sed & si seruus, qui magnas fraudes in meis rationibus commiserat. ff. ad legem Aquil. & conuenit fere cum primo.

Committere in legem.

¶ Committere in legem, pro facere contra legem, & contra id quod lex prohibet. l. si quis pro eo. in fi. ff. de fideiussor. ibi; item pro eo, qui in legem Aquiliam commisit. l. auxilium. in fi. ff. de minor. ibi, & non sit ætatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges

leges inuocat, contra eas committit. c. quia frustra. de vsur. l. de eo. de falsis. ff. Et is proprie committit in legem, qui id facit, quod lex prohibet. l. contra legem. & seq. ff. de legib. Similiter de eo, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. l. non dubium. C. de legib.

Committere in senatusconsultum.

¶ Committere in senatusconsultum, idem, l. 1. §. si pendeat. ff. ad Macedo. ibi, in pendenti est, an in senatusconsultum sit commissum.

In publicum cõmittere.

¶ Committere in publicum, est redigere: & confiscare vulgo dicimus. lege, debitor. in fine. ff. de negot. gest. ibi, veluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur. & lege, vir vxori. §. fina. ad Velleia. ibi, vel quod fundus communis in publicum committeretur.

Cadere in commissum.

¶ Inde bona dicuntur cadere in commissum, quando publicantur, & confiscantur. l. interdum. ibi, nec vendendus est eius seruus, qui in commissum ceciderit. ff. de publica. & §. 1. & per totam legem, maxime in §. licet. vbi pro eo dicit, in pœnam vectigalis incidit. iuncta rub. C. de vectigal. & commiss. l. Aemilius. ff. de minor. Et res confiscatas commissa ibi vocat.

Commissæ merces.

¶ Commissæ merces, publicatæ & confiscatæ dicuntur à Iurisconsulto in l. cotem ferro. §. dominus. ff. de publica.

Commissa ad heredem, & cõtra transeunt.

¶ Commissa vectigalium nomine etiam ad heredem transmittuntur. nam quod commissum est, statim definit eius esse, qui crimen commisit. l. commissa. & l. fraudati. ibidem. vbi etiam dicit commissi persecutionem aduersus heredem competere. Et pœna commissi, id est confiscationis, secundum Papinia. in l. Imperatores. §. fi. ibidem. Item onus impositum commisso tollere. l. penul. ff. loca.

Committere pro commendare.

¶ Committere pro commendare, & fidei alterius tradere. l. vtique. in fi. ibi, nisi minus idoneis hominibus eam commiserit. ff. de rei vindica. vnde non oportet salutem dominorum, seruorum arbitrio committi. l. vnius. §. seruo. ff. de quæstio. & in l. 1. ff. de decret. ab ordi. faciend. vbi dicitur medicos eligendos ab ordine, qui melius probitatem morum, & artis peritiam cognoscant, quam alij: quibus electis se, liberosque suos in ægritudine corporum committant. Inde fidei tuæ committo, & fideicommissum, ac fideicommissarius. per totum titul. ff. & C. de lega. & ad senatusconsul. Trebel. & est verbum Iurisconsultis perfamiliare in hac significatione. §. fi. de singul. rebus per fideicom. relic.

Fidei tuæ commitro. Fideicõmissum.

¶ Item pro credere, concedere: veluti procurator, cui generaliter rerum administratio libera commissa est, potest exigere, nouare, aliud pro alio permutare. l. procurator cui. ff. de procurator. l. municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi quibus summa reipublicæ commissa est. ad municipal.

Committere pro credere.

¶ Committere vrbem, id est præficere aliquem vrbi. l. 1. §. cum vrbem nostram fidei tuæ commiserimus. ff. de offic. præfect. vrb. l. ita demum. ibi, vel aliquem ex his, quibus causam suam commiserat. ff. de arbitr.

Cõmittere pro præficere.

¶ Committere rem iudicandam, id est delegare, mandare iurisdictionem. l. penul. in fi. ff. de vaca. muner. ibi, tolerabilius est iudicem, qui semel cognouit, tantisper expectare, quam iudici nouo rem rursus iudicandam committere. iuncta l. 1. & per totum. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. Quod si datum est negotium alicui consiliario, vel iudici, vt cognoscat, & demum referat, non poterit ipse decidere. authen. adhæc. C. de iudic. Saliect. in authen. qui semel. col. penult. quomod. & quand. iudex. Boer. q. 294. plerunque. in decis. Burdegal. in fin.

Cõmittere pro mandare.

¶ Hinc commissio, id est actus committendi, mandatum. Gallic. *commißion*. quæ commissio stricte est interpretanda, & non excedenda, teste Barba. consi. 7. in fi. vol. 3. Ideo commissarius stricte secundum verba commissionis cognoscere debet, alioqui nil agit. l. diligenter. ff. manda. & videte quæ scripsi in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. in tract. de inquisitor. seu commissar.

Commissio.

¶ Inde arbitrium medicorum præfinitum, est ordini commissum. l. 1. ff. de decret. ab ord. faciend. id est decurionum ordini datum est, vt præfiniant, & constituant numerum medicorum in ciuitate, non vero præsidi prouinciæ.

Numerus medicorum à scabinis & consulibus statuendus est.

¶ Committere edictum, est parare, & agendi viam præbere, ac locum edicto facere. l. 3. §. si quis ex liberis. ff. de bonor. possess. contra tab. vbi sic dicitur: si quis ex liberis heres scriptus sit, ad contra tab. bonor. possess. vocari non debet. cum enim possit secundum tabulas habere bonorum possessionem, quo bonum est ei cõtra tabul. dari? Planc si alius committat edictum, id est aperiat edictum, glo. ibi: vel locum faciat edicto, aut agat secundum edictum prætoris, & ipse ad contra tabul. bono. possessionem admittetur. facit l. si post. §. 1. & per totam legem, ac l. seq. & per totum tit. ibidem. l. 1. §. iungitur. de coniungend. cum emancipat. liber. Commissum edictum, in l. non putauit. de bonorum possessione contra tabulas.

Committere edictum, & cõmissum.

¶ Commissa lex dicitur, quando habet locum, forte quia factum est contra eam. l. si

Commissa lex,

& commissoria, fundus.§.1.ff.de lege commissor. Et commissoria lex est, quæ maxime venditionibus adiicitur,contra quam si factum fuerit,resoluitur venditio : vt si ad diem pecunia soluta non sit,fundus sit inemptus.l.1.2.& per totum,ibidem.quę in pignoribus reprobatur: vt si non soluero intra talē tempus,res sit tua.c.significante.de pignor.Budæ.in foren.

Committere in actionem. ¶ Committere in actionem pro socio,aliquid facere,vt actio pro socio competat.l.actione.§. Labeo. ff. pro socio.ibi , si renuntiauerit societati vnus ex sociis eo tempore,quo interfuit socij non dirimi societatem, committere eum in pro socio actionem.

¶ Committere dicimus ea,quæ cum magno periculo volumus esse seruata.Inde municipes intelliguntur scire,quod sciunt hi,quibus summa reipub.commissa est.l.municipes. ff.ad municipal.Nec ante rei suæ administratio eis committi debebit minoribus,&c.l.1. in fi.ff. de minor.Ego dicerem ibi committere pro credere, necesse opus prædicta expositione,quamuis Spiegel.eam approbet.

Committere in pœnam. ¶ Committere in pœnam edicti , est incidere in pœnam edicto contentam , vel teneri ad pœnam.l.fi.iuncta l.3.ff.quod quisque iuris.l.Celsus. §. 1. C. de arbitr. ibi , sed ipse recte putat duo esse arbitri præcepta, vnum pecuniam dari,aliud intra Calendas dari.Licet igitur in pœnam non committas , quod intra Calendas non dederis , quoniam per te non steterat,tamen committis,id est debes in ea parte pœnam,quod non das,&c.

Committitur pœna. ¶ Committitur pœna,id est debetur,locum vel effectum habet. l. 2. §. item si in facto.& l.5.§.fi.ff.de verbor.obliga.ibi,si fortem promiseris,& si ea soluta non esset,pœnam , etiam si vnus ex heredibus tuis portionē suam ex parte solueret , nihilominus pœna committetur, donec portio coheredibus soluatur.l.si homo.l.si ad diem.l. qui Romæ. ibidem. l. ne in potestate,& l.diem proferre.de arbitr.

Committere pro iubere, vel impellere. ¶ Præterea committere est ad contentionem,vel concertationem exhibere.l. qua actione, §. si quis in colluctatione. vers. plane. ibi, nisi domino committente hoc factum sit. ff. ad legem Aquil.vbi sic exponit Budæ.glo.pro permittere.ego pro iubere,vel impellere.

Committere pro certare. ¶ Committere pro concurrere,certare,confligere.l.1.§. cum arietes , vel boues commississent.ff.si quadrup.pauper.feciſſe dicat.quamuis Budæ. exponat pro irritare & prouocare,dicens ibi commissum bellum, quod aliqua iniuria lacessente inter duos populos irritatur,quasique re ipsa indicitur.Quemadmodum nullum bellum esse arbitror,quin iniuria quædam præcedat:alioqui foret iniustissimum.

Stipulatio committitur. ¶ Committere stipulationem est teneri ad id , seu debere quod in stipulationem deductum est,vel locum facere stipulationi,vt exponunt quidam l. 1. §. recte. ibi , vtilius autem visum est stipulatione de hoc cauēri,vt si quis non viri boni arbitratu vtatur,committatur stipulatio statim. ff. vsufruct.quemadmod.caue.l.stipulatio ista.§.1.& §.sicut. & §.alteri. & per totam legem.ff.de verbor.obliga.l.ita stipulatus.ibidem.l.3.§.penul.cum multis legib. illius titul.ff.iudica.solui.& l.1.& per totum,rem ratam hab. l. ex ea parte. §. penul. de verbor.obliga.l.lecta.in fi.si certum peta.

¶ Oldendor.autem in sua copia verb.dicit , committere est efficere , vt aliquid incipiat: vnde dicimus committi stipulationem. l. at qui natura. §. si cum me. ff. eod. ibi , subiicere debes aliquem,qui à te petat meo nomine,vt & mihi rem , & tibi stipulationem euictionis committat, hoc est faciendo initium aperiat seruetque. Ego vero exponerem, committitur stipulatio, id est vires , effectumque habet:quemadmodum exponit Iurisconsul. in l. stipulatio ista.§.si quis forte.& valet stipulatio.§.si stipuler. ibidem. Et ita potest exponi in l.insulam.illo titul.l.si eum.de fideiussor.l.3.iudica.solui.l.non à iudice. ff. de iudic. videte an debeat intelligi,vt in titul.C.de contrah.& committend. stipula. vbi committere stipulationem, est eam contrahere, concipere & constituere.

¶ Existens stipulatio primam stipulationem committit,id est constituit,& commissam in secundam transfert. l. 4. §. hanc stipulationem. cum §. seq. ff. rem pupilli saluam fore. iuncta l.quoties.§.fi.ff.de noua.l.si seruus.& l.quoties. si quis cautio.

Commissa stipulatio amplius non committitur. ¶ Commissa stipulatio amplius committi non potest. l. si ita quis stipuletur, ff. de verbor.obliga.

¶ Admittere,emittere,permittere,declarantur in l.Labeo.1.§.rem amisisse,supra eod.Remittere,in §.seq.

§.Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium vero sponsæ remitti videtur:quod & in vxoris personam non absurde cadit.

¶ Hic traditur differentia inter diuortium & repudium. Diuortium autem inter virum & vxorem dicitur,cum inuicem separantur.l.si vxor à legato Romæ diuerterit.ff.de iudic. & in rub.ff.& C.de diuort.

Friuiusculum. ¶ Quod est verum,nisi coniugum subitam ob iram quis ab altero discederet,sed statim reuerteretur : quod vocatur friuiusculum,quasi friuola ira,seu discessus à feruore animi.l. cum

cum hic status.§.quod si diuortium.ff.de donatio. inter vir.& vxor. non enim dicitur diuortium,nisi perseuerantia animi apparuerit.l.quicquid.ff.de regul.iur.l. 3.de repud.

¶ Ita veteres,cum vxores repudiare vellent, solebant libertum mittere,& septem ciues Romanos testes puberes adhibere : alioqui non habebatur ratum diuortium. l. nullum. ff. de repud. nisi cum solemnitate ibi posita. Quemadmodum Iuuenal. in hanc sententiam dicit:

Collige sarcinulas,clamat libertus,& exi.

Repudium. ¶ Repudium est instar diuortij quædā separatio,& solutio à nexu coniugali inter sponsum & sponsam.Proprie etiam persona vxoris repudiari censetur,vt docet Vlpia.ff.de ritu nupt.l.si qua mihi vxor fiat,deinde à me repudiata nupsit.& l.matrimonij.ff.qui & à quib. declarat Impera.in rub.C.de repud.vt in statutis etiam locum possit habere,per istum tex. ibi,*non absurde*,& doct.in l.consensu.C.de repud.post Azo.in sum.illius titul.Et repudium dicitur renuntiatio,in l.2.ff.de diuort. quasi ob rem pudendam vxoris remissio.: quia sine re pudenda fieri à sapientibus non solebat.Imo veteres fidem coniugalem cupiditati liberorum prætulerunt,vt narrat Valer.lib.2.de instit.antiq.de spurio Carba.

Repudium à sapientibus sine re pudenda nō fiebat.

¶ Item dicitur repudiari conditio.l.si filius.in fi.ibi , cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum.ff.de ritu nuptiar.

Repudiare quæ renda respicit. ¶ Repudiare pro respuere,recusare,magis quærenda,quam quæsita respicit.l.1.§. decretalis.ff.de successor.edic.ibi , quia quod acquisitum est , repudiari non potest. Et is potest repudiare,qui & acquirere potest.l.is potest.ff.de acquir.hereditа.& Impera.in titul. C. de repud.vel abstinend.hereditа.

Diuortium vnde. ¶ Dicitur etiam diuortium, vel à diuersitate mentium,vel quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium.In repudiis autem , id est in renuntiationibus comprobata sunt hæc verba,Res tuas tibi habeto : in sponsalibus vero , Conditione tua non vtar.l.2.& seq.ff.de diuort.Et diuortium non est, nisi verum verbum, quod animo perpetuam constituendi dissensionem fiat.l.3.ibidem. Et hanc differentiam videte in l. inter diuortium. infra eod.quæ per istam intelligetur.facit l.sed si maritus.§.1.ff.qui & à quib.ibi,& simpliciter quidem lex mulierem prohibuit intra sexagesimum diem diuortij manumittere : siue autem diuertit,siue repudio dimissa sit,manumissio impedietur. Aliquādo tamen diuortium dicitur,licet non sint iustæ nuptiæ.l.quod seruus.ff.de condict.cauſ.dat. Proprie vero diuortium est inter coniuges,repudium inter sponsos.Salice.in rub. C. de diuort. licet promiscue vtamur,vt hic,& in l.ea quæ.de dona.inter virum & vxor.videte l. cum quæreb atur. infra eod. Et in euangelio dicitur, quod libellus repudij permittebatur in veteri testamento propter cordis duritiam. Interdum refertur etiam diuortium ad amantium interruptam amicitiam,atque ad animi & corporis separationem.

Diuortium, etiam si iustæ non sint nuptiæ.

Vxori virum relinquere non licebat. ¶ Non prætermittendum est,quod ex lege Romuli vxori virum relinquere,& cum alio copulari nequaquam licebat:viro autem,nisi vxor in adulterio , aut veneficio deprehensa foret,aut vinum biberet,neque permittebatur:& ex aliis causis in l.consensu.C.de repud. descriptis. Quare Tiberius Cæsar quæstorem gradu deiecit, quod conitugem, quam duxerat,tertia post die dimisit.Et Luc.Antonius à censoribus notatus , & senatu motus fertur , quod nullo consilio aut modo , quam in matrimonium duxerat , repudiasset. Ex istis diuortiis multa promanabant mala , nonnunquam mors repudiantium. nempe M. Lepidus , quod Apuleiæ vxoris desiderium post diuortium ferre nequiret , morbo extabuit:sicut Antistiam à Pompeio repudiatam ipsius mater ferre non valens,necem sibi manu conscisiuit. Quamobrem apud Athenien. libello repudij porrecto an concedi deberet, magistratus decernebat,teste Alexand.lib.genial.4.c.8.Interdum quoque stipulatio interueniebat,ne per vxorem moresque suos hoc fieret.l.ea quæ.ff.de donatio.inter vir.& vxor.

Mala multa ex diuortiis prouenientia.

Vxor hodie repudiari non potest. ¶ Hodie vero lege Euangelica non conceditur hęc matrimonij separatio.nempe,quos deus coniunxit , homo non separet. c. inter corporalia.de transla. episco. nisi quoad thorum,videlicet causa adulterij , vt maritus vxorem adulteram apud se habere non teneatur. c.gaudemus.de diuort.Sed neuter potest cum altero iungi,vt ibi.Sed si mulier adulterium commiserit,iudicio ecclesiæ separari quoad thorum potest:& perdit dotem , & bona paraphernalia,ac conquæstus, qui applicantur marito. per tex. & ibi glo. in c.plerunque.de dona.inter vir.& vxor.secundum Roma.singul.31.propter.& Petr.Gerald.singul.48.scias. Si vero maritus commiserit adulterium,ex quo fuerit separatus, perdit donationem propter nuptias.tex.in authen.vt liceat matri & auiæ.§.si vir de adulterio.colla.8.doct. in c. 1. vt lite non contesta. Si tamen filios habeant hi adulteri , ista bona acquirentur illis , quia non peccarunt,teste Ioan. Lupo in repet.c.per vestras. de donatio.inter vir. & vxor.§. 20.

Adulter fructu matrimonij priuatur.

Matrimonium causa religionis separatur. ¶ Item si causa religionis etiam post carnalem copulam separatio fiat : nempe si alter ex consensu alterius fiat religiosus, quod potest:eo casu non religiosus abstinere debet. c. ex publico.de conuers.coniugator.In frigidis vero,qui admodum pauci sunt(nisi ad bonum peragendum) alter poterit , qui non est frigidus , contrahere cum alio.capit.fraternitatis.

de frigid.& maleficia.

¶ Quomodo olim adulterium ſuſpectum diluebatur, tradit Baptiſta Fulgoſ.lib. 2. de inſtitu. antiq. in lib. de fact. memor. Et quomodo adulterium probetur, ſcribit Lucas de Penna in l.1.col.3.C.de dignita,lib,12.doct.in c.1,de iudic.

Renuntiare quid.

¶ Renuntiare idem eſt,quod repudiare,reſignare,cedere.l. naturaliter.§. nihil commune,in fi.ff.de acquir,poſſeſſ.l.ſed & ſi quis.§. quæſitum. ibi, ſponte renuntiatum eſt. ſi quis cautio,Et ſic capitur in titul. de renuntia. in iure canonic. & de hac quantum ad beneficia attinet,abunde tractaui in 3.parte praxis benefic.

Renuntiata affinitas.

¶ Inde renuntiata affinitas dicitur, quando renuntiatur matrimonio, quod fieri ſperabatur.l. videamus.2,in princip.ff.de vſur.& renuntiare nuptiis etiam dicit Iuriſconſul.antequam contractæ ſint,in l.2.in fi.ff.de priuileg.creditor.

¶ Renuntiare pro dimittere.l.ſi abſenti.ibi,licet legationi,quam ſuſcepit,non renuntiauerit.ff.de lega. Vel poteſt exponi pro referre,nuntiare,dicere, quid in legatione effectum ſit.vulgo *rapporter*.l.1.in princip. ff. ſi menſor falſ.mod. dixer, ibi, intereſt noſtra , ne fallamur in huiuſmodi renuntiatione.& in fi.ibi,is autem tenetur hac actione,qui renuntiauit. Sed renuntiaſſe eum accipere debemus,qui per alium renuntiauit.l.3. & l.ſi menſor. & pene per totum illum titul.l.1,§.1,de ventre inſpiciend.l.1.§.ſi præſes.de magiſtra,conueniend. l.magis puto.§.ne tamen.de reb.eor.

Magiſtri artifices iudici renuntiare debẽt commiſſum negotium.

¶ Vnde experientes magiſtri artifices, quibus eſt commiſſum negotium videndi rem, debent poſtea iudici renuntiare, quid eis videatur de prædicto actu. l. qui fundum. ff. de contrah.emptio.Et ſi quis ob renuntiandum teſtimonium falſum,pecuniam acceperit, falſi pœna tenetur,id eſt dicendum.l.1.§.ſed & ſi quis.ff.de falſ. Et cauſaria miſsio eſt, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur, id eſt mittitur, remittitur.l.milites agrum.§.cauſaria.ff.de re militar.

Renũtiatores,

¶ Inde renuntiatores dicuntur,qui reuelant Regis ſecreta.l.ſi quis aliquid.§.1.ff.de pœnis.ibi,transfugæ ad hoſtes , vel conſiliorum noſtrorum renuntiatores , aut viui exurantur,aut furca ſuſpendantur.

Emphyteuta quando poſſit renuntiare emphyteuſi.

¶ Item is qui ad locationem perpetuam,vel ad cenſum rem tenet, non poteſt illi rei renuntiare inuito domino,ſed eo vocato tantum , & ſolutis omnibus reliquis , quæ arreragia vulgo vocamus : & in iudicio hoc eidem permitti ſolet abſque domini detrimento, quemadmodum in Francia ſeruatur, per ea quæ ſcribit Bart. in l. is cum quo. ff. de aqua pluuia.Iacob.Rebuff.in l.qui vtilia.C.de omni agro deſerto. lib. 10.Paul. in l. & ſi forte. §. etiam.ff.ſi ſeruit.vindicet.Ioan.Raynald.in comprehenſ.feud.in rub.de prohib.feud.alienat.per Federic.§.pœna.

¶ Sequitur in tex.*non abſurde cadit*. Vnde colligitur vitandam eſſe abſurditatem , & arguere poſſumus ab abſurdo.l.nam abſurdum. vbi addidi , ff. de bonis libertor. Et argumentatio ab abſurditate eſt multum vtilis , teſte Bal.in authen. ſed nouo iure. in fi. C. de epiſcop.& cleric. Vnde ſi ſtatuto cauetur,quod occidens occidatur, intelligitur , ſi dolo homicidium cõmiſerit:ſecus ſi ad ſuam defenſionem. alioqui ſequeretur abſurdum. Item ſi nullus debeat ingredi conclaue , quo omnes conueniunt Cardinales , ad celebrandam electionem Papæ,ſecundum c.vbi.de elect.in 6.medicus tamen,ſeu alius neceſſarius ingredi poſſet,eadem ratione. Sic enim intelligenda eſt diſpoſitio,ne abſurdum,inciuile,inhoneſtum , inconuenienſve ſequatur : alioqui diſpoſitio , vel lex quantumuis generalis eſt reſtringenda.

Argumentum ab abſurdo validum.

Conclaue quando quis ingredi poſſit.

¶ Econtrario quoque , vt abſurdum vitetur , extenditur lex correctoria. glo.ſingul. in clem.fi.de reſcrip.l.vt gradatim.ff.de munerib.& honorib.plene Nicola. Euerard. in tract. de locis legal.in argum.ab abſurdo.ac Petr. Grimar. Cantiuncul. & Hengerdo, in eodem argumen.

§. Verum eſt morbum eſſe temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum corporis impedimentum, veluti ſi luſcus ſit:nam & luſcus vtique vitioſus eſt.

¶ Differentiam hic inter morbum & vitium Iuriſconſul.præſcribit,quod videlicet morbus ſit ægrotatio temporalis, vitium vero impedimentum corporis perpetuum, vt luſcus: ſiquidem hic non æger,vel morboſus eſt,ſed vitioſus.

Luſcatio. Luſcioſus.

¶ Luſcationem quidam eſſe putant,vbi homo lumine adhibito nihil videt.Iidem Offilius.in fi.ff.de ædilit.edic. Alij legunt Luſcitionem. Sunt enim luſcitioſi,vel luſcioſi, qui & mane & veſpere parum admodum vident:vt declarat Budæ.in d. l. idem Offilius. Sed ego putarem proprie dici luſcationem actum ipſum priuandi altero oculo. Et eluſcare eſt aliquem altero oculo orbare.l.ſed & ſi quęcunque.§.fi.ff.ad legem Aquil.ibi,Iulianus ſcribit Aquilia teneri eum,qui eluſcauerit in diſciplina diſcipulum. Inde ſeruum eluſcatum,id eſt luſcum

luſcum factum,dicit Iuriſconſul. in l.in hac. in fi.ff.de triticar.

¶ Lippus eſt,qui oculos,dum putredo fluit,lachrymantes habet ex pituitę diſtillatione, non ſi ex potatione hauſtus pleni vini meri.alio modo declarat tex.in c.1.40. diſtinct. verſic. lippus. *Lippus.*

¶ Vitium itaque eſt perpetuum corporis impedimentum. Eſt enim luſcus is, qui altero priuatus eſt oculo,qui cocles etiam vocatur, vt Annibal fuit. *Luſcus.*

¶ Imbecillitas corporis temporalis morbus eſt: & reciproce morbus imbecillitas corporis debilitaſque dicitur, quod morboſi debiles ſint. Interdum quoque refertur ad ætatem, ad conſilium, ad animum : vt imbecillitas animi , &c. & ad murum, vt imbecillitas murorum, &c. *Imbecillitas.*

¶ Iuriſconſul. alibi ſic ait : morbus eſt habitus cuiuſcunque corporis contra naturam, qui vſum eius ad id faciat deteriorem, cuius cauſa nobis natura ſanitatem eius corporis dedit.l.1. §. ſed ſciendum. ff. de ædilit. edic. Et dicitur morbus , quod interdum pariat mortem:teſte Archidiac.in c.legitima.de appella.in 6.& Luca de Penna in rub.qui morb.lib.11. *Morbus quid.*

¶ Medici vero dicunt morbum eſſe affectum præter naturam , à quo primum vitiatur actio.Et tria maxime genera morborum diſtinguunt.Vnum, quod in ſimilaribus fit,& dicitur intemperies morboſi.Alterum , quod in inſtrumentalibus duntaxat partibus conſiſtat,mala conſtitutio ſeu compoſitio appellatur.Et horum quidam ſunt duplices, alij ſimplices , qui rurſus numero ſunt quatuor. Tertium morbi genus , quod ſimilaribus & inſtrumentalibus commune eſt, ſolutio vnitatis ſeu continuitatis dicitur:quod,vt alia duo, etiam ſimplex & compoſitum exiſtit, vt per Galenum videre licet, & alios. *Tria morborũ genera.*

¶ Morbus ergo differt à vitio , quemadmodum ſupra dictum eſt. quæ differentia non ſeruatur in edicto ædilium,vt l.1.cum l.ſeq. ff. de ædilit.edic.& his promiſcue vtitur l.milites agrum.§.cauſaria, cum quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur.ff.de re militar.Morbus enim debilitatem corporis tantum reſpicit:vitium vero & animi,& intellectus.in l.1.verſic.ſed ſciendum.& in l.ob quæ vitia.ff.de ædilit.edict.Sed pluribus quoque in locis Cicero,maxime lib.3.Tuſcul.quæſtio.in princip.indifferenter vtitur, dicens : Animi morbum corpore non ſentimus. & paulo poſt : At morbi pernicioſiores pluresq; ſunt animi,quam corporis.Et quantum ad edictum ædiliũ,videmus hoc iure nos vti,vt vitij morbiq; appellatio non videatur pertinere niſi ad corpora.l.ob quæ vitia.§.1.ff. de ædilit. edic. de Ripa in tract. de peſte,in princip. Quid ſit morbus ſonticus,dicetur in l. morbus ſonticus.infra eod.& eius vtilitates. Et videte Plinium lib. 7. natural. hiſtor,c.50. de Xenophilo muſico,qui centum & quinque annos ſine vllo corporis morbo,& incommodo vixit.quod perrarum eſt.& ſi nõ peccarent homines,morbis non affligerentur grauioribus.vbi idem Plinius ſcribit naturam nil hominibus breuitate vitæ melius præſtitiſſe. nam in ſenectute hebeſcunt ſenſus, membra torqueritur,præmoritur viſus,auditus,inceſſus,dentes etiam,ac ciborum inſtrumenta, tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ , toties inuocata morte , vt nullum frequentius ſit votum. Et idem Plinius c. 48. ſcribit de ſpatiis vitæ longiſsimis. *Sine morbo vixit Xenophilus.* *Senum incommoda.*

¶ Morboſos quamuis maiores noſtri ſolos iracundos nominauerint, quia tempore iræ amentes ſint:tamen hodie morboſos vocamus ægros,& valetudinarios,vt in titul. de ædilit.edic.conſtat,& dicam in l.morbus. infra eod. *Morboſi.*

¶ Addunt nonnulli in fi. tex. *veluti ſi talum excuſsit, ita luſcus vtique vitioſus eſt.* Et ſenſus eſſe poteſt, illum eſſe vitioſum, cui machina bellica , vel aliud inſtrumentum, ſeu morbus Neapolitanus excuſsit talum: & ſic erit perpetuo vitioſus, ſicut luſcus. Quia tamen etiam abſque iſta ſuppletione ſenſus conſiſtere poteſt, parum id referre arbitrarer, niſi ad maiorem exemplorum copiam.

¶ Notandum eſt,quod excuſsio multis capitur modis.Primo pro ademptione,ſeu perpetua deterioratione,vt hic.nempe ſi vngula ab equo,vel mulo dimoueatur, perpetuo vitioſus erit , vt fabris & aliis expertis notum eſt. *Excutere varie accipitur.*

¶ Secundo excutio dicitur ab ex & quatio, & ſignificat in terram deiicere.l, ſi quis dolo malo inſulam meam excuſſerit , id eſt domum in terram deiecerit, capitis pœna plectetur. ff.de ſicar. *Excutiens domum alienam capite punitur.*

¶ Tertio excutere eſt commouere ſe,& ſpiritus omnes,ſenſuſque ſuos ad intelligentiam colligere,& exigitare. quod fit, cum res aliqua intellectu difficilis obiicitur nobis.Vnde factum eſt,vt excutere ſit diligentius æſtimare,& exactius aliquid expendere.Budæ, in annota.ad l.cum in plures.§.mandaui. ff.loca. facit l. item quod Sabinus. ff. de heredib. inſtit. l. necei.§.1.ibi,& primum quidem excutiendum erit,quæ facultates pupilli ſint.de adoptio.

¶ Quarto excutere puluerem,pro expellere, Gall.*eſpoſſer,faire ſortir,iecter*.l.ſi ſeruus ſernum.§.ſi quis de manu alicuius nummos aureos,vel argẽteos,vel aliam rem excuſſerit,furti teneri.ff.de furt.l,quemadmodum.in fi.de noxal.ibi,tuque nummos, quos ex pretio habebat, ei excuſſeris. Inde excuſſoria, vulgo *eſpoſſetes*. *Excutiens de manu nummos furti tenetur.* *Excuſſoria.*

Excutere pro inquirere. ¶ Quinto excutere est inquirere, & inquirendo animaduertere, æstimare, explicare, seu inuestigare. l. fi. ibi, idque excutere præsidem adhibito procuratore debere. ff. ad municipal. l. congruit. in fi. & l. diuus. §. cum autem. ibi, & causam tantæ negligentiæ excusseris. de offi. præsid. l. magis puto. §. non passim. de reb. eor. ibi, & ideo prætori arbitrium huius rei senatus dedit, cuius officio imprimis conuenit hoc excutere. l. si tibi mandauero, vt vires excuteres eius, cui eram crediturus. ibidem. l. 2. in fi. ibi, nec enim fortunas cuiusque nauta excutere debet. ff. ad legem Rhod. de iact. l. 1. §. quotiescunque. & §. mittantur. de ventre inspiciend. & conuenit cum tertia significatione supra.

Excutere pro exigere. ¶ Sexto excutere pro exigere, remouere, eripere. l. si fideiussor. 1. §. si cum debitor. ibi, debuit enim debitor notum facere fideiussori iam se soluisse, ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circumueniat, & excutiat ei summam, in qua fideiussit. ff. mandat.

Pro discutere. ¶ Septimo excutere est discutere. l. 1. §. si inter. ibi, prius tamen arbitror conueniendum eum, qui hoc suscepit, deinde excussis facultatibus eius veniendum est ad collegam. ff. de magistra. conueniend. l. apud Iulianum. ibi, ius fisci ante excutiendum sit. de iure fisci. l. sem per. §. diuus quoque Pius rescripsit, vt quoties de aliquo nauicolario quæratur, illud excutiatur. ff. de iure immunit. l. magis puto. §. non passim. de reb. eor. quamuis Budæ. in annot. l. cum in plures. §. mandaui. ff. loca. dicat excutere esse nomen exigere, & debitorem appellare.

Excussio. ¶ Vnde excussio est illa bonorum disquisitio, quæ fit vsque ad peram & saccum, secundum Luc. de Penna in l. 1. C. de decurio. lib. 10. per l. vlt. in fi. ff. quæ in fraud. creditor. Bar. & alij doct. in l. fi. si certum peta. Bal. consil. 198. in 1. vol. Inde beneficium excussionis habere dicitur fideiussor, nisi renuntiauerit. authen. præsente. C. de fideiussor.

Excutere pro dispungere. ¶ Octauo excutere est rationes examinare, dispungere. l. fi. §. fi. ff. de manumis. testam. ibi, nisi diligenter rationes excusseris, liber ne esto. cuius intellectum excusit Alciat. lib. 5. paradox. c. 4. scripsi in l. cognoscere. §. dispungere. supra eod.

Excutere pro scrutari. Intellectus ad l. cū in plures. ¶ Nono excutere est scrutari, & diligenter inquirere, teste Budæ. in l. cum in plures. §. mandaui. ff. loca. quod intelligite verum secundum illum ita accipi primum in illo tex. sed cum secundò ponitur (bis enim inseritur in illo tex.) capitur pro exigere, vel impendere, vt exponit glo. ibidem. & hoc probat tex. sic dicens: mandaui tibi, vt excuteres, id est inquireres, quanti villam ædificare velles, id est quantis pecuniis. renuntiasti mihi ducentorum impensam excutere, id est retulisti te velle exigere, vel impendere ad opera illius villæ construenda ducentorum impensam. Et iste sensus est illius tex. quamuis Budæ. contra ibidem.

Impedimenta. ¶ *Impedimentum.* Impedimenta pleraque enumeraui in tract. de excusa. & exon. in 3. tomo commentar. ad constitutio. Regias Gallic. & in §. 1. de colla. in concorda. vbi ista abunde tractaui: quamobrem hic non repetam.

§. Seruis legatis etiam ancillas deberi quidam putant, quasi commune nomen vtrunque sexum contineat.

¶ Huius §. materia fuit elucidata in l. 1. & in l. detestatio. §. serui. supra eod. vbi scripsi vtiliter.

Quasi quid significet, & eius phrases. ¶ *Quasi commune, &c.* Quasi dictio aliquando diminutionem quandam ostendit, seu improprietatem, vt l. item Mela. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. ibi, si alius mortifero vulnere excussit, alius postea exanimauerit, priorem quidem non teneri quasi occiderit, sed quasi vulneraverit, quia ex alio vulnere periit. & §. sed & si seruum plures percusserint, vtrum omnes quasi occiderint, teneantur, videamus. & si quidem apparet cuius ictu pericrit, ille quasi occiderit, tenetur. Quasi mortis causam præbuit. ibidem. §. quamuis. d. l. item Mela. ibi, is qui tenuit, mortis quasi causam præbuit, in factum actione tenetur. Quasi non sanę mentis. l. 2. ff. de inofficios. testam. & l. 5. ibidem. Quasi furiosus. l. 2. & l. mater. ibidem. Quasi dotem. l. nec vllam. §. penul. ff. de petit. heredita.

¶ Quasi vacantem. l. etiam. §. item si quis à fisco. ff. de petit. heredita. Quasi prędonem. l. etiam. §. si quis absentis. ibidem. l. sed & si. §. ante. ibidem. Quasi possidere. l. sed & si. §. quod ait. ff. eod. & quasi possidentem. l. etiam. §. non solum. cod. Quasi à iuris possessore. lege, idem. ibidem.

¶ Quasi Publiciana. l. nec quasi. ff. de rei vindica. l. de pretio. de Public. Quasi debita. l. denique. ff. quemadmod. seruitut. amittant. l. pactum. de pollicita. Quasi tutor. l. sed si hac. in fi. ff. de in ius vocand. l. item eorum, quod cuiusque vniuersita. nom. Quasi nulla actio. l. & ele ganter. §. seruus. ff. de dolo. Quasi factum non sit. l. 2. §. ait prętor. ff. de capit. deminutio. Quasi plura. l. quid tamen. ff. de arbitr. Quasi prędentus. l. 2. §. item si extra. l. si quis postea. ff. de iudic. Quasi procurator. l. tam ex contractibus. ff. eod. Quasi contumax. l. quoties. §. prętor. de noxal. Quasi heres. l. & puto. §. sed & si. ff. famil. erciscund. l. de eo. §. vlt. ad exhiben.

¶ Interdum significat veritatem, vt in Euangel. Ioan. primo cap. ibi, quasi vnigeniti à patre. Alia infinita possem afferre exēpla, quę breuitatis gratia potius omittenda esse duxi.

¶ *Commune*

Verbi Communes significationes & phrases. ¶ *Commune nomen* hic dicitur, quod vno quodam complexu masculinum & fœmininum denotat, vel sub se plura significat, vt telum. l. si calumnietur. in fi. infra eod.

¶ Commune substantiue pro communitate reipublicę, habetur in l. Imperator Alexander. ff. de appella. in libris antiquis. & in l. si duas. §. est autem. de excusa. tutor.

¶ Commune pro connexo, proprio. l. quid tamen si de pluribus controuersiis sumptus est nihil sibi communibus. ff. de arbitr. l. naturaliter. §. nihil cōmune habet proprietas cum possessione. ff. de acquir. possess. iuncta l. 1. §. huius. ibi, separata debet esse possessio à proprietate. ff. vti possidet. l. Papinia. ff. de mino. ibi, quid enim commune habet delictum cum venia ætatis? vbi alia videbis.

¶ Communis vsus loquendi sequendus. l. anniculus. & l. in vsu. infra eod. & in procem. ff. no. & Decreta. Et communis opinio, & crebrior, & frequens, pro eodem. in l. vna. ff. de offic. quæstor. Neuisa. in sylua nuptia. plura de communi opinione scribit post doct. in procem. Decreta.

¶ Item commune dicitur, quod omnium est, vel plurium. l. pronuntiatio, §. 1. ibi, aut iure proprio, aut communi vniuersæ cognationis, infra eod. sic accipitur in tit. communi diuidendo. l. si quis. §. si initium. ibi, communis enim omnis rationis est præpositio dici. ff. de edend. Commune, quod ad seruos & liberos spectat. l. si quis seruum. ff. si quis cautio.

¶ Inde dicit Papinia. communem filium, videlicet & vxoris & viri, qui non est vxoris tantum, vel viri tantum, in l. vxorem & filium communem heredem instituit. ff. de lega. 3. l. 1. de dote prælega. & alumnum communem, Scæuola in l. qui vxori. §. 1. ff. de auro & argen. lega. Communem seruum. l. 1. §. communis seruus. & per totum. ff. de stipula. seruo. & in titul. C. de communi seruo man.

¶ Communis hereditas, quæ plurium est. l. Titia. 2. §. Caius. ff. de lega. 2. Communis promiscuique vsus. l. hoc legatum. ff. de lega. 3. Communis pecunia sic dicitur in l. Theopompus. in fi. ff. de dote prælog. Et commune solet negligi. l. 3. §. apparet. ff. de admin. tuto.

¶ Ius commune dicitur ius gentium, quo iure omnes vtuntur, l. ius ciuile. & l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. §. ius autem ciuile. de iure natur. in Inst. Aliquando iure communi, ad differentiam specialis iuris. l. prædiis. §. balneas. ff. de lega. 3. l. cum pupillus. de conditio. & demon.

¶ Regulariter tamen, quando statuta vel ordinationes loquuntur de iure communi, in telliguntur de iure hoc ciuili per excellentiam aliorum iurium, vel statutorum. §. sed ius quidem ciuile. de iure nat. in Inst. Bal. consil. 292. verba pactorum. in 2. vol. & Dec. consil. 469. visa. col. 2. & consil. 685. in casu. col. 2. & Iaf. in l. omnes. col. 2. ff. de iustit. & iure.

¶ Nisi verba repugnent: vtpote si dicatur in Francia, secundum ius nostrum commune, tunc intelligetur de constitutionibus Regiis. Bal. asserit in c. cum venissent. col. 2. de eo qui mitti in possess. & Ioan. Lupus in c. per vestras. in introduc. col. 2. de dona. inter vir. & vxo. Panor. in rub. de consue. dicit statutum in loco, vbi viget ius commune, dici posse, non tamen simpliciter, sed ius commune illius loci Franciæ, vel Italiæ. Bal. in l. 1. col. 12. vers. quinto dico. C. de confessis. Iaf. consil. 149. præsens quæstio. col. 3. in 2. vol.

¶ Idem si materia conueniret alteri iuri: vt si in materia canonica loquamur de iure communi, vtpote materia beneficiaria, vel excommunicationis, tunc intelligemus de iure canonico, & pontificio: vt probatur in c. 1. vt lite penden. Panor. & alij in c. pastoralis. per illum tex. de fide instru. Philip. Perus. in c. 1. col. 4. de consti. lib. 6. dicens pro materia intelligi debere de illo iure, quod magis congruit. Barba. in c. iurauit. nu. 29. cum seq. & Dec. in c. licet. 2. no. de probatio.

¶ Commune etiam dicitur vulgare, tritum: vt in l. littus. §. prædia. supra eod. scripsi.

IDEM LIBRO SEPTIMO REGVLARVM.

LEX CENTESIMA SECVNDA.

Derogatur legi, aut abrogatur. derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur.

¶ Differentiam assignat hic Iurisconsul. inter derogatur, & abrogatur. derogatur autem legi, quando pars detrahitur, & de legis effectu aliquid dimittitur: vtputa cum lex. testamentaria in testamentis septem testes adhibendos esse statuit, derogatur huic legi in testamentis inter liberos, vel ad pias causas conditis, vbi duo testes sufficiunt. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. c. cum esses. & c. relatum, illo titul. idem Vlpianus sic ait in titul. de libertis: Lex aut rogatur, id est fertur: aut abrogatur, id est prior lex tollitur: aut derogatur, id est pars quædā tollitur: aut subrogatur, id est adiicitur aliquid legi: aut obrogatur, id est mutatur aliquid ex prima lege. Inde dicimus, quod species derogat generi. l. sanctio. ff. de pœnis. c. 1. de rescrip. Abrogatur vero lex, quando tota tollitur: quod quando fiat, ex casibus sequentibus apparebit.

Rogatur lex, abrogatur, derogatur, subrogatur, obrogatur.

¶ Primo

Leges quando abrogentur.

¶ Primo igitur abrogantur leges moribus vtentium ih contrarium, ſicut & moribus vtentium approbantur. c. in iſtis. §. leges. 4. diſtinct. ibi, ſicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentium ipſæ leges confirmantur. Velut etiam moribus vtentium comprobatum eſt in hac patria, vt cum ſimplici ſignatura poſſeſsio beneficij accepta valeat: & quod actus fieri coram duobus notariis ſufficiat. Et alia multa moribus vtentium comprobata ſunt, quæ leges abrogant, quemadmodum ego plenius ſcripſi in proœm. primi tomi commentar. ad conſt. Reg. Gallic. Siquidem id re ctiſsime receptum eſt, vt leges non ſolo ſuffragio legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu omnium per deſuetudinem abrogentur. l. de quibus. in fi. ff. de legib. & in proœm. Inſtit.

Poſſeſsio beneficij cum ſimplici ſignatura acquiri poteſt.

Contraria conſtitutione tollitur lex.

¶ Secundo contraria conſtitutione. c. ante triennium. 31. diſtinct. c. 1. de conſti. in 6. vbi Romanus Pontifex condendo poſteriorem conſtitutionem videtur abrogare priorem, & tollere: quia vltima prioribus derogant. l. ſi mihi. 1. §. in legatis. ff. de lega. 1. l. ſi quis. in principio. de lega. 3. l. pacta nouiſsima. C. de pactis. Et ſic expreſſe & tacite abrogãtur leges. Etiam requiritur, vt is qui vult eas abrogare, habeat poteſtatem: quia inferior legem ſuperioris non tollit. clem. ne Romani. de elect. c. inferior. 21. diſtinct.

Ceſſante cauſa tollitur lex.

¶ Tertio ceſſatione cauſæ. c. Neophytus. 61. diſtinct. nam ceſſante cauſa legis, ipſa lex ceſſare debet. c. cum ceſſante. de appella. Et hoc argumento ſæpius vtimur: nempe ceſſante bello, ceſſare debet conſtitutio ob belli calamitatem introducta: & quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopire debet. l. vnic. in princip. C. de caduc. tollend. & do. Tiraquel. plura ad hoc congeſsit in ſuo tract. Ceſſante cauſa.

Varietate locorum legi derogatur.

¶ Quarto locorum varietate. c. aliter. 31. diſtinct. vbi in Orientali eccleſia clerici matrimonio iam contracto vtuntur, ſed contrarium eſt alibi. c. cum olim. de cleric. coniuga.

Rigoroſa conſtitutio abrogenda.

¶ Quinto nimio legis rigore: nempe vbi lex vel conſtitutio eſt nimis rigoroſa, abroganda eſt. c. fraternitatis. 34. diſtinct. nam ſunt quidam legiſlatores, qui pro ſuo arbitrio momentaneo leges promulgãt duriſsimas, quas in ſeipſos nuſquam ferrent: quamobrem ea facilitate, qua fuerunt introductæ, ſunt abolendæ. Quippe ſicut bonus vir ſine deo non eſt, ita

Lex ſine deo bona non eſt.

lex ſine deo bona non eſt. Bal. in l. in ambigua. ff. de legib. multa conſcripſi in proœm. commentar. ad conſti. Regias Gallic. in legibus condendis requiſita, in 1. tomo.

Variantibus temporibus leges variæ promulgantur.

¶ Sexto ob diſparem temporum ſucceſsionem etiam leges & conſtitutiones abrogantur. c. fraternitatis. 34. diſtinct. vbi dicit quod defectus noſtri temporis, quo non ſolum merita, ſed corpora ipſa defecerunt, diſtrictionis illius non patitur manere cenſuram. Et non debet reprehenſibile iudicari, ſi variantibus temporibus, ſtatuta varientur humana. c. non debet. de conſanguinita.

Legis abrogatæ effectus.

¶ Septimo propter emergentia mala. c. quia. §. vtrum. 63. diſtinct. vbi Ezechias deſtruxit ſerpentem æneum, quem Moyſes fecerat: teſte Sylueſtro in ſua ſumma, in verb. abrogatio.

Falſi quando teneatur leges correctas allegans.

¶ Effectus autem legis abrogatæ nullus eſt, adeo vt nec ſeruari, nec quidem allegari debeat. l. fi. ff. de falſis. Et licet quidam interpretes dicant falſi pœna teneri eum, qui legem correctam allegat, per illum tex. falſum tamen eſt. At is falſi tenetur, qui falſas conſtitutiones allegat, dicens eſſe leges, quę tamen non erant: & ita loquitur ille tex. Et leges correctæ tunc demum allegari poſſunt, vt videlicet cognoſcatur, in quo corriguntur, vt nihil antiquitatis remaneat incognitum. §. 1. Inſti. de teſtam. vbi plene Baner. Sic etiam ratio legis correctæ allegari non prohibetur. glo. in verb. quicunque. c. nouit. de iudic. Præpoſ. in c. cum ceſſante. col. 1. de appella. Feli. in c. 1. col. 1. de reſcrip. Adhæc per legiſlatorem allegari poteſt lex correcta, per doct. quoque ad interpretationem legis notię. l. 2. §. penul. de conſti. pecunia. & d. §. 1. de teſtam. l. 1. ff. ſi certum peta. Soci. in tract. fallen. regul. 230. Lex abrogata quoque poteſt allegari ad cauſas tempore illarum legum introductas. authen. vt cum de appella. cognoſci. in princip. col. 8. vel quando non in totum eſt abrogata, tunc in aliis ſuis caſibus allegari poterit, vt ibidem no. per doct. Conſtitutiones autem in totum correctę, ſunt de codicibus abradendæ, ne membranas occupent. c. ſi Romanorum. 19. diſtinct.

Abrogare pro adimere.

¶ Aliquando tamen hoc verbum abrogare ad magiſtratum, imperium, & ad alia refertur, capiturque pro adimere, abdicare, abolere, irritum facere, extinguere. l. nec mandato. §. 1. ff. de tutor. & curator. datis ab his. vbi dicit, quod furor non abrogat magiſtratum. & in l. ſi quis fundum. in fin. ibi, bonis omnibus abrogatis. C. ad legem Iul. de vi publica.

Differentia inter arrogare & abrogare.

¶ Eſt tamen differentia inter arrogare & abrogare. Arrogare enim vindicare eſt, & ad ſe trahere, vt laudem & gloriam. Vnde arrogans, ſuperbus & inſolens.

¶ Item alia ſignificatione arrogamus illum, qui ſui iuris eſt: adoptamus autem eum, qui in alterius eſt poteſtate. §. adoptio. & per totum titul. ff. & C. & Inſti. de adopt. quia illum in filium ad nos quodammodo trahimus, & nobis vindicamus.

Conſumere & diminuere.

¶ Abrogare vero eſt tollere, vt hic. Sic fere dicimus in verb. diminuere pro parte, conſumere in totum. glo. & ibi Angel. & doct. in §. 1. Inſti. de ſatiſda. tutor. Idem ſcripſi in verb. tollere, vt ſignificet in totum. l. hæc verba ille. & l. malum. infra eod. Remittere, in parte. l. quod iuſsit. in 5. no. ff. de re iudica. per illum text. hæc tamen differentia ſæpius abrogatur.

¶ Erogare

Erogare.

¶ Erogare vero eſt diſtribuere, præſtare, impendere, & ea quaſi rogatoribus & deſtinatis dare. l. quædam. §. nummularios. ff. de edendo. ibi, huiuſmodi nummularij ſicut argentarij rationes conficiunt: quia accipiunt pecuniam, & erogant per partes. & l. quæ vtiliter in negotia alicuius erogantur, in quibus eſt etiam ſumptus honeſte ad honores per gradus pertinentes factus, actio. negotior. geſtor. peti poſſunt. ff. de negot. geſtis.

Erogatio.

¶ Inde erogatio, ipſa diſtributio, præſtatio, vt in titul. de erogatio. militar. annonç, lib. 12. & l. fi. ff. de petitio. hereditа. ibi, ſed erogationem in honorem filij, cum eſſet ſenator, fecit. De qua erogatione quo modo, & à quibus facienda ſit, tractat de Ripa in tract. de peſte, q. 18. verſic. plura alia. cum ſeq.

¶ In eadem ſignificatione erogare pro impendere, præſtare: vt ſi quid erogauerit creditor in re, in cuius poſſeſsionem miſsus erat, ſi ſine dolo malo, hoc repetit, etiam ſi nihil profuerit erogatio. l. prætor. §. quod ait. & §. ſeq. ff. de bonis authorita. iudic. poſsid. Et nihil ex teſtamento videtur capere, qui tantum erogat, quantũ accipit. l. ciuitatibus. §. fi. ff. de lega. 1.

Irrogare.

¶ Irrogare pro imponere, infligere. Vnde irrogare pœnam pro modo delicti dicit Vlpia. in l. penul. ff. de calumniator. Et infligere maculam dicit Calliſtratus in l. crimen. ff. de pœnis. & irrogare pœnam, in l. abſentem. & l. ſi pœna. & l. ſanctio. ibidem. Irrogata pœna. l. ſi qua. §. fi. ff. ex quib. cauſ. maior.

¶ Pœna capitis, æſtimationis, ac pecuniaria irrogari ſolet, pro imponi exponit Iuriſconſul. in l. aliud eſt fraus. §. 1. infra eod.

¶ Irrogata deportatio, idem. l. ſi debitori. 1. ff. de fideiuſſor. ibi, ſi debitori deportatio irrogata eſt, non poſſe pro eo fideiuſſorem accipere ſcribit Iulia. quaſi tota obligatio contra eum extincta ſit.

Irrogare mortem, exilium, infamiam.

¶ Irrogare mortem pro inferre, conſeire. l. fi. §. ſi quis autem. ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuer. ibi, videri autem & patrem, qui ſibi manus intuliſſet, quod dicere tur filium ſuum occidiſſe, magis dolore filij amiſsi mortem ſibi irrogaſſe.

¶ Irrogatum exilium, impoſitum. l. Imperator. ff. de poſtuland. ibi, diuus quoque Adrianus reſcripſerat, de exilio reuerſum poſtulare poſſe: nec adhibetur diſtinctio, quo crimine ſilentium, vel exilium ſit irrogatum.

¶ Irrogare infamiam exponit Iuriſconſul. Marcellus in l. ictus fuſtium infamiam non importat, ſed cauſa, propter quam id pati meruit, ſi ea ſit, quæ infamiam irrogat. ff. de his qui no. infam. Irrogare igitur infamiam eſt notare infamia. l. quid ergo. §. quantum. §. fi. & l. ob hæc verba. & l. ex ea cauſa. de poſtulando.

Prærogare quid.

¶ Prærogare vero ſignificat proprie loquendo, quid gratis, & quaſi roganti, non autem ex debito diſtribuere. Alciat. in lib. 1. parerg. c. 4. per l. ſi tibi. C. loca. Vel prærogare eſt ante tempus ſoluere, & idcirco quod ad ſolutionis diem attinet, donare. §. plus. de actio. in Inſti. dico in interpreta. meis ad d. l. ſi tibi.

Prorogare.

¶ Prærogare quidem eſt ante tempus ſoluere, ſed non ſemper videtur donatum, quod ſoluitur ante tempus: nempe ſi locata mihi domus combuſta fuerit, penſio reſidui temporis repetitur, vt Vlpia. ſcribit in l. ſed addes. §. fi quis cum in annum. ff. loca. quamuis Curtius legat lib. 2. coniectur. c. 33. ibi prorogare pro repreſentare. quæ expoſitio non videtur tex. conuenire.

¶ Prorogare vero eſt pro alio ſoluere, cum ſpe recuperandi, quod ſoluitur: vt cum procurator, vel aduocatus ſumptum in cauſa clientis facit, & impendit, ſibi finita lite reſtituendum. l. ſumptus. ff. de pactis. l. quid ergo. §. conſequitur. de contrar. actio. tutel. l. 4. in fi. princip. de manumiſsio. l. circenſium. C. de decurio. lib. 10. vbi Lucas exponit prorogauerit, id eſt procul quærendo erogauerit, id eſt ſoluerit. vide quid ibi dixerim in meis interpretationibus ad d. l. ſumptus.

Prorogatio iuriſdictionis quomodo fiat.

¶ Alias prorogo, id eſt extendo, differo, profero. l. ſi in lege. ff. locati. ibi, ideoque arbitrium ad qualitatem operis, non ad tempus prorogandũ. l. ſed ſi manente. ibi, prorogatur precariũ. iuncto verſ. ſed in lõgius tẽpus profertur. ff. de preca. l. 1. de his qui in exil. li. 10. C.

¶ Inde prorogatio eſt iuriſdictionis extenſio. quæ non poteſt in eum fieri, qui nullam habet iuriſdictionem. l. priuatorum conſenſus. C. de iuriſdictio. omnium iudic. Sed ius quidem partibus permittit conſentire in alienum iudicem, & ſuam protendere iuriſdictionem in perſonas conſentientes. l. 1. ff. de iudic. Et ſi iudex ad tempus datus ſit, poſſunt tempora prorogari, dum non fuerit inhibita prorogatio. l. 2. §. ſed ſi iudex. ff. de iudic. vbi etiam gloſ. concludit prorogationem de re ad rem fieri poſſe, per l. de qua re. ff. de iudic.

Prorogatio in Francia non fit ſine domini conſenſu.

¶ At hodie in Francia iuriſdictionem ſine domini conſenſu non prorogat laicus, inſtar vaſſalli in alium iudicem non Regium: quia iuriſdictiones ſunt patrimoniales. c. ceterum. de iudic. Ioan. Fab. in l. ſi qui. C. de epiſcopal. audien. Et de multiplici prorogatione clericorum, quæ non eſt correcta, ſcribit tex. & ibi Panor. & alij in c. P. & G. de offic. delega. Et nouem requiſitã in hac prorogatione ſcribit Ioan. Monach. in c. 1. de foro competen. lib. 6. Addidi ego quoque ea, quæ ſeruantur in Francia, in titul. de cauſ. in concorda.

¶ Rogare

Rogare quid. ¶ Rogare pro precari, precibus petere. l. 3. ff. de iure fiſci. ibi, non intelligitur fraudem legi feciſſe, qui rogatus eſt palam reſtituere. & l. ita fidei. ibidem. ibi, rogo fundum Titio des, de quo te rogaui, &c. Et paſsim in hac ſignificatione inuenitur.

Verbum rogo mandatum inducit. ¶ Hoc verbum rogo, volo, mando, iubeo, & alia pertinent ad fideicommiſſum. per tex. in §. fi. de ſingul. reb. per fideicom. relict. l. cum pater. §. rogo. ff. de lega. 2. l. 1. & per totum. ad Trebel. l. rogo. de fideicom. libert.

¶ Inducit etiam mandatum, ſi rogem aliquem, vt aliquid meo nomine faciat. l. 1. & per totum. ff. manda.

Precario rogare. ¶ Rogare rem precario, eſt preces adhibere, ac petere, vt res petenti vtenda concedatur: vt l. 1. & 2. in fi. ac l. 3. & per totum. ff. de precar. vbi in l. 1. definitur ſic precarium: videlicet Precarium eſt, quod precibus petenti vtendum conceditur tandiu, quandiu is, qui conceſsit, patitur. facit l. qui pignoris. ff. de acquir. poſſeſsi. & l. ſi ſeruus communis. §. circa commodatum. de furt. Rogatio precarij. in l. 4. ff. loca.

¶ Rogare mutuam pecuniam, eſt preces adhibere, vt detur pecunia mutuo. l. ſi me & Titium mutuam pecuniam rogaueris. ff. ſi cert. peta. Rogaſti me, vt nummos tibi mutuos darem, idem. l. rogaſti. ff. de reb. credi. & l. rogaſti. de præſcrip. verb.

Legem rogare. ¶ Rogare legem à plebe, eſt plebem interrogare ſuper lege condenda, ſeu poſtulare. lege prima, ibi, cum eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogauerit, ff. ad legem Aquil. in qua re hæc erant verba ſolemnia, Velitiſne, iubetiſve Quirites, vt hoc, vel illud fiat. §. lex. & §. plebiſcitum. de iure natu. in Inſtitu. vbi iurium interpretes.

Rogationes. ¶ Rogationes dicuntur leges, & plebiſcita, in quibus populus & plebs rogabantur, an vellent leges eſſe, & ſic ſtatuere: ſed aliæ iuris partes, vt Principis placitum, reſponſa prudentum, & aliæ, non dicebantur rogationes.

Lex rogata. ¶ Rogata lex dicitur, ſic à populo, vel plebe impetrata, & ſtatuta poſt rogationem. l. 1. ff. ad leg. Falc. ibi, quicunque ciuis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, &c.

Sententiam rogare. ¶ Rogare ſententiam à decurione, eſt ſententiam decurionis requirere, ſeu petere. l. ſpurij. in fi. ff. de decur. ibi, ſed & qui plures liberos habent in ſuo collegio, primus ſententiam rogatur, ceteroſque honoris ordine præcellit.

Rogare pro interrogare. ¶ Rogare pro interrogare. l. 2. ff. de adopt. ibi, & is qui adoptat, rogatur, id eſt interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus ſit, iuſtum ſibi filium eſſe, & is qui adoptatur, rogatur an id fieri patiatur. Pro eodem accipitur in l. 6. & 8. ac l. ex vno. ff. de accep. iuncto §. item per acceptilationem. vbi dicitur, interrogatur. quib. mod. tolli. obli. in Inſtitu. facit lex, venditores. in fi. ibi, me minime ex ſtipulatu petere poſſe, quod rogatum eſt. id eſt, de quo eſt per ſtipulationem interrogatus. ff. de verbo. oblig.

Rogati teſtes. ¶ Rogati teſtes, non fortuiti, vel tranſeuntes, ſed ad hoc expreſſe adhibiti. authen. rogati. de teſti. C. vt in teſtamentis. l. heredes palam. §. in teſtamentis. ff. de teſta. & in diuortiis. lege, nullum. de diuort. ff. licet aliquibus placeat rogatos teſtes dici, id eſt interrogatos, an velint adeſſe, necne. Ego dicerem eos rogatos, qui precibus petiti ſunt, vt actui, de quo agitur, interſint. id eſt expreſſe conuocantur, vt actui adſint.

¶ Rogatu fideiuſſoris cum reo experiar. lege, ſi cum mandauero. §. interdum. ff. manda.

¶ Reſpondere ad rogatum, eſt ad propoſitum, vel ad interrogatum reſpondere, vt in lege, ſi defenſor. §. 1. & lege, de ætate. §. quod autem. ff. de interroga. actio.

Subrogare. ¶ Subrogare pro ſubiicere, ſufficere, ſubſtituere, vtitur Imperator in l. vna. C. de collegi. lib. 11. at rarius Iuriſconſultus hoc verbo vtitur, ſed in locum alterius ſubiicere, in l. propone batur. ff. de iudic. frequentius ſubſtituere, vel ſufficere verbis vtuntur, quemadmodum alibi ſcribam. At iurium interpretibus hoc verbum ſemper fuit perfamiliare, dictantibus Subrogatum debere ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. l. prima. C. de mancip. & col. lib. 11. C. gl. & doct. in l. certi condictio. ff. ſi certum peta.

¶ Porro de ſubrogationibus, quantum attinet ad materiam beneficialem, abundantius ſcripſi in praxi benefic. in titul. de ſubroga. in 2. parte.

IDEM LIBRO OCTAVO REGVLARVM.

LEX CENTESIMATERTIA.

Licet capitalis Latine loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur: tamen appellatio capitalis, vel mortis, vel amiſsionis ciuitatis intelligenda eſt.

¶ Quamuis capitalis ab his, qui Latine loquuntur, dicatur omnis cauſa exiſtimationis & famæ: tamen appellatione capitalis, venit mors, vel ciuitatis amiſsio. hoc dicit.

¶ Et hic tex. duobus legitur modis, affirmatiue videlicet, & negatiue: affirmatiue ſic, quod appellatione

appellatione pœnæ capitalis veniat mors, aut exilium. qui intellectus videtur conuenire tex. & aliis legibus loquentibus de pœna capitali, nec patitur fortia contraria: ſicque inueni in Pandec. Floren. & recte meo iudicio.

Legum vocabula aliter interdum accipiuntur, quam apud oratores. ¶ Et ita Iuriſconſul. non ſemper ſequitur Latine loquentes, vt hic, nec oratores. nam apud eos aliquando vnum verbum aliter accipitur, quam apud Iuriſcon. l. 2. ff. de vſuca. Illos igitur ſequi non oportet, ſi loquantur contra veram mentem legum: vt quidam nunc faciunt, qui tantum fucos verborum, & non medullam veritatis amplectuntur, plus laboris inſumentes, vt fucata videatur oratio, quam ſententiæ plena: quos Budæus logodædalos & verborum funditatores vocat, qui venuſtatem verborum, non ſenſus acumen conſectentur, aut qui orationis concinnitatem potius, quam pondera ſententiarum præſtare poſsint, & loquendi peritos, ciuilium tamen rerum ignaros.

Reprehendendi modeſtia. ¶ Notare quoque poſſumus ex hoc tex. reprehendendi modeſtiã, ne quem certum, aut plures ſpecialiter nominemus, at potius ſub infinito nomine dicamus: Quidam putant, dicunt, aſſerunt, quemadmodũ loquitur hic Iuriſconſultus, dicẽs: Licet Latine loquentibus.

¶ Quod ſi quis ſpecialiter alium reprehendere velit, aut eum nominare neceſſe ſit, id quam modeſte fieri poteſt agat, vt ſcilicet non niſi vrgentiſsimis rationibus ſententiam illius refellat, nonnunquam eam laudando, vel excuſando, quod plene rem non aperuit, vel rem acu (vt eſt in prouerbio) non attigit. veluti probat textus in §. ceterum. circa fi. ibi, laudamus quidem prætores ſuæ humanitatis, non tamen eos in plenum huic cauſæ mederi inuenimus. de legit. agnator. ſucceſſ. in Inſti. tex. in l. 2. §. verba itaque ſenatuſconſulti excutiamus, prius prouidentia ampliſsimi ordinis laudata, qua opem tulit mulieribus propter ſexus imbecillitatem. ff. ad Velleia. & Cicer. de offic. ait magnopere conſiderandum eſſe, vt his, cum quibus de aliqua re certamus, & amici, & beneuoli eſſe videamur.

Contra inſolentes profeſſores. ¶ At hodie peruenit eo quorundam iuuenum inſolentia, vt Iuriſperitos, necnon probatiſsimos quoſque doctores ita laceſſant, & deturpent, vt auditorum ſtomachum moueant: & non ſine maxima ſtudiorum iactura eos à lectione Accurſij, ceterorumque iuris doctorum alienent. & cum ruſtici ſint, ruſtice loquuntur, iuxta l. Domitius. ff. de teſtam. Sed tales audaculos deberent boni auditores extrudere, vel etiã è cathedra deiicere, quam ſuis verbis ita dehoneſtare non erubeſcunt. Igitur cauete, ne diutius eorum vigeat inſcitia, qui verbis eludere contendunt, quos doctrina paſcere non valent: vt in ſimili facit tex. in l. 2. ff. de orig. iuris, de Tuberone, qui quod affectarit antiquo ſermone ſcribere, minus grati fuerunt habiti eius libri.

Alcia ſententia improbatur de capitali cauſa. ¶ Sed redeundo vnde digreſsi ſumus, notandum eſt ſecundum Alcia. intereſſe, an dicatur capitalis cauſa, vel capitalis pœna: quia primo caſu intelligitur cauſa capitalis illa etiam, quæ infamiam irrogat: ſed ſi dicamus pœnam capitalem, intelligemus de pœna mortis, vel amiſsionis ciuitatis. allegat l. ſi aliquis. ff. de donatio. cauſ. mortis. Cuius ſententiam, quamuis ſubtilis ſit, non probo. nam capitalis pœna eſt, quæ ex cauſa capitali imponitur. vnde ſicut rei capitalis damnatum accipere debemus, qui morte, exilio vo coercitus eſt. l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. ſi quis cautio. ita cauſa capitalis, quando agitur de morte, vel exilio. probat l. 2. licet eam pro ſe adducat Alcia. ff. de pœnis, ſic dicens: rei capitalis damnatum ſic accipere debemus, ex qua cauſa damnato vel mors, vel etiam ciuitatis amiſsio, vel ſeruitus contingit. vbi dicit, ex qua cauſa damnatos: ergo ex cauſa capitali. Nec l. ſi aliquis. quæ dicit, pœna fuerit capitis affectus: probat illius ſententiam. quia pœna capitis & capitalis idem eſt. minus probat l. 2. de public. iudic. Itaque dicerem rem vel cauſam capitalem, aut pœnam capitalem conuenire, vt idem penè ſignificent. Nempe cauſa capitalis eſt (vt dixi) in qua de capitis, ſeu capitali pœna agitur. & pœna capitalis eſt, quæ ex cauſa capitali prouenit, vt eſt mors, vel ciuitatis amiſsio. Idem ſi dicatur, rei capitalis damnatus, vt in l. Cicero. ff. de pœnis. vel coercitio capitalis, vt in l. hæc ſtipulatio. infra eod. Et iſte tex. non dicit de cauſa capitali: ſed dicit, quod licet Latine loquentibus omnis cauſa exiſtimationis videatur capitalis: tamen illa capitalis cauſa, vel pœna dicitur, in qua agitur de pœna mortis, vel amiſsionis ciuitatis.

Capitalis & capitis pœna idem.

Intellectus ad iſtum tex. ¶ Secundo legunt quidam hunc text. negatiue, vt velit dicere, quod licet Latine loquentibus omnis cauſa exiſtimationis, capitalis eſſe videatur, quando agitur de hominis fama, id eſt infamia: non tamen capitalis appellatione intelligenda eſt mors, & ciuitatis amiſsio. Et contra hunc intellectum eſt tex. in l. 2. ff. de public. iudic. vbi capitalia iudicia ſunt illa, ex quibus pœna, mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio. Quem tamen intellectum ſaluando ita poterimus ſubinterpretari, quod ſcilicet appellatio pœnæ capitalis, non intelligitur de morte, vel amiſsione ciuitatis tantum, ſed etiam de libertatis amiſsione. quod probat tex. in l. capitalium. ff. de pœnis. ibi, capitalium quoque pœnarum fere iſti gradus ſunt, ſummum ſupplicium, viui concrematio, capitis amputatio, deinde proxima morti pœna, metalli coercitio, deinde in inſulam deportatio. ceteræ pœnæ ad exiſtimationem, & non ad capitis periculum pertinent, veluti relegatio, &c.

Infamiæ causa non est capitalis.

¶ Et sic causa infamiæ & existimationis non est capitalis, per illam l.capitalium. Alioqui furti, depositique condemnatus, capitali pœna affectus diceretur: quod quam sit falsum, in professo est: sed infamia tantum notatus esse censetur.l.1. ff. de his qui no. infam. quamobrem dicitur causa existimationis, sed non capitalis, vt ibidem licet videre. facit l. edicto.§.rei autem.ff.de bonor. possess. vbi sic dicitur:rei autem capitalis damnatus intelligitur is, cui pœna mors,aut aquæ & ignis interdictio sit. vt sic appellatio pœnæ capitalis non solum intelligenda sit de morte, vel ciuitatis amissione, sed etiam de pœna metalli, & de alia à iure expressa. de quibus in dicta lege, capitalium. & alias enumerat Feli. in capitulo,qualiter.§.ad corrigendos.de accusa. vbi seruitus imminet. Sed præcedens intellectus verior est,& iuri magis conueniens: quamuis declarando (vt dixi) videantur posse conciliari.

Fraus capitalis quæ.

¶ Vlpia.etiam in l.cum autem.§.excipitur.ff.de ædilit.edicto ait:capitalem fraudem admittere, est tale aliquid delinquere,propterquod capite puniendus sit. & capitalem fraudem admisisse accipiemus dolo malo, & per nequitiam, &c. Et sic quoad hoc æquipollent ista,Capitali pœna puniatur,vel capite,per illum tex.& Capitalis causa,vel pœna:quic quid dicat Alcia.

Condemnatio capitalis pœnæ an de mitiori intelligatur.

¶ Insuper notandum est,quod appellatione pœnæ capitalis,τοῦτ' ἐστι,κεφαλικῆς τιμωρίας,intelligitur de morte,vel amissione ciuitatis,& libertatis, vel de amissione ciuitatis tantum, vt quando deportatur.glo.& doct.in l.transigere.C.de transactio. Vnde condemnatus capitali pœna,vel capitis,censetur condemnatus ad pœnam mitiorem, & sic ad deportationem.glo.in l.vna.C. ne Christia. mancip. hæretic.vel Iudæ. habeat.& l.si quis non dicam. C.de episc.& cleric.& d.l.transigere.& pro his glo.est, & tex. in l. qui cum maior. §. is demum.ff.de bonis libertor.& l.cum patronum.de iure patrona.& l.hos accusare.§.his omnibus. & ibi glo. de accusa. l. præsenti. in princip. C. de his qui ad eccles. confug. l. eos. §. super his. de appella. Ideoque solent iudices maleficiorum dicere, Condemnamus eum ad pœnam capitis,ita vt moriatur, & anima à corpore separetur: teste Angel. in tract. maleficiorum.in glo.& ibi caput.versic.quid si statutum.Sed Hippol.in practic.sua, in §. opportune.nu.40.ait capitalem pœnam non intelligi de mitiori, si crimen, pro quo aliquis est condemnatus, exigeret mortem, & vltimum supplicium: quia tunc capitalis appellatio de morte intelligetur,vt pœna respondeat qualitati criminis.l.respiciendum.ff. de pœnis.l.capitalium.§.venenarij.ibidem.c.non afferamus.24. q.1. Nam pœna est delicto commensuranda.c.quæsiuit.de his quæ fiunt à maiori parte capitu.l.1.ff.de abigeis.Hoc tamen esset dubium: quia pœnæ sunt potius molliendæ, quam exasperandæ. l. interpretatione. ff.de pœnis. Ideo oportet in sententia exprimere, quam pœnam iudex imponere velit, vt dixi:quam si non expresserit,potest appellare hic condemnatus: & superior iudex sententiam primi iudicis reformabit,ac declarabit. At si is, qui condemnauit, non haberet alium iudicem superiorem,adeundus esset Princeps,vel supplicatio porrigenda senatui, seu iudici maiori,qui sententiam protulit,vt declararet talem sententiam,veluti scripsi in interpreta.l.quod iussit.ff.de re iudica.

Carceris perpetui pœna quando imponi possit.

¶ Nota,quod in casibus, in quibus laico pœna mortis infligitur secundum leges ciuiles,tunc de iure canonico imponitur pœna clerico perpetui carceris,vel degradationis,si crimen dignum sit degradatione: vt docent interpretes in cap. at si clerici. & cap. cum. non ab homine.de iudic.& Bernard.Laud.in additio.ad Angel.in tract.de malefic. in glo. &.ibi caput.versic.sed quid si statutum dicat. & doct. in capitulo, quamuis.de pœnis, lib. sexto.

Appellare cui libet licet etiã pro condemnato ad carcerem perpetuũ.

¶ Vltra prædicta resultat vtilitas, quod sicut pro iniuste condemnato ad mortem quilibet appellare potest,clericus,vel laicus,necnon religiosus.l.non tantum. ff. de appella. ita poterit appellare pro alia pœna capitali,de qua per hanc legem:vt scribit,dubitatiue tamen, Feli.in c.cum super.col.2.de re iudica. cum hic æquiparentur. & credo humanitatis ratione omnem prouocationem audiri debere.d.l.non tantum.

Vassallus famam domini tueri etiam debet.

¶ Secundo sicut clericus & vassallus debet tueri dominum, alias perdit feudum, si dominus in mortis periculo sit constitutus.c.vno.quib.mod.feud. amitta.sic cum & capitalis imminet ei pœna. Ita etiam famam domini,cum fama & vita æquiparentur.l.iusta.ff.de manumiss. vindic.vbi alia iura addidi.

Principalium ciuitatis priuilegium.

¶ Tertio sicut licitum est ad tuitionem sui occidere aggressorem: ita & pro famæ defensione. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Tamen causa existimationis non dicitur capitalis, quinimo est ab ea separata,licet in quibusdam conueniat,vt dixi in d.l.vt vim.

¶ Quarto nota, quod si aliqui ex principalibus alicuius ciuitatis latrocinium commiserint,aliudve facinus,quod capitalem pœnam meruisse videatur,perpetrauerint,non debet iudex eos condemnare, nisi Principi rescripserit, & adiecerit, quod quisque commisit. no. text. in lege, diui fratres.in fine. ff. de pœnis. & vidi hoc seruari sæpius in forensi iudicio.

¶ Notandum

Caput quotuplicis accipiatur.

¶ Notandum est præterea caput in iure variis modis sumi:primo pro membro hominis principali,quod Græce dicitur κεφαλὴ, & Hebraice *rosch*: vel quod ab eo initium sensus, & nerui capiant, vel à Græco κεφαλὴ, vel à κάρα eiusdem significationis. Et quam ob rem vocetur animæ sedes,explicat Cæl.lib.antiq.lectio. 2. c. 23. & de hoc capite intelligitur l. cum in diuersis.ibi, quod principale est conditum, id est caput. ff. de religios. & in l. capitalium. ibi, capitis amputatio. de pœnis. Ideoque præsumitur is alium velle occidere, qui caput vulnerat telis ad mortem accommodis.l.1.§.diuus Adria.ff.de sicar.declarat Gale.in lib.1. regiminis acuto. Vnde vidi alicuius gratiam periclitari, quod in ea dixerat, se noluisse illum occidere,cuius tamen caput percusserat ense.

Percutiens caput hominis, occidendi voluntatem habere præsumitur.

Caput pro persona.

¶ Secundo caput sumitur pro persona,& sic pars pro toto.in l. pronuntiatio. §.1. infra eod.vbi primo vocat personas, postea capita. & in l.3.in fi. de capit. deminutio. ibi, quia seruile caput nullum ius habet. Inde dicimus noxam sequi caput.l.2.de noxal.actio.& in serius scripsi. facit l. 2. §. cum in eadem. ad legem Rhodiam de iactu. Et exactores pecuniæ pro capitibus personalibus muneris solicitudinem sustinent. l. fi. §. qui annonam. ff. de munerib.Et lata fuit lex,ne consules in caput ciuis Romani possent animaduertere. l. 2. §. iisdem temporibus.2.ff.de orig.iuris.

¶ Sicque dicimus seruum ciuitatis non posse in caput ciuium torqueri, id est contra singulos ciues,in personas ciuium. l.1. §. seruum municipum. ff. de quæstio. quia non est singulorum seruus, sed reipub. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. l. 2. quod cuiusque vniuersita. nomi. In patroni caput (pro persona) nec libertum torqueri constitutum est.d.l.1.§. sed nec libertum in caput vxoris seruum mariti torqueri posse diuus Traianus rescripsit.§. seruum. ibidem. Et in caput domini seruus torqueri non debet. §.fi seruus.& §.cum quæstio.& §.cum quidam.ac l.2.cum seq.l.extraneo.l. si quis viduam. ibidem.

Capitatio.

¶ Inde capitatio vocatur tributum, quod à singulo capite pendebatur,l.vlt.in fi. ff. de munerib. & in titul. C. de capita. ciuium censib. eximen. lib.11. Erat autem hoc tributum pro masculo vnus aureus,pro fœmina dimidius:vt plene per glo.in rub.C.de annonis & tribut.lib.10.scribitur,& in l.2.C.de imponend.lucrat. descrip. lib.10. l. immunitates. & l. cum antea.C.de agricol.& censit.lib.11.& l.vna.de colo.Thracens. ibidem. A quo tributo exemit Imperator ecclesiam Thessalonicens. vt apparet in l. sacrosancta. C. de sacrosanct. eccles.

Capita gregis.

¶ Item capita gregis pro singulis ouibus accipit Iurisconsul.in l.1.in fi.ibi,sed & gregem sufficiet nostrum esse, licet singula capita nostra non sint.ff. de rei vindica. in l. 2. dicit, in restitutione gregis non venire aliena capita,id est alienas oues.& in l.3.ibidem.idem dicitur in l.quid ergo.de vsufructu.

Caput pro vita.

¶ Tertio caput pro vita,seu pro capitali:vt de capite agitur hominis,in l.aliud est fraus. §.1.ibi,pœna autem non tantum pecuniaria,verum capitis & existimationis irrogari solet. infra eod.vel dic,vt supra,pro capitali.

Caput pro initio.

¶ Quarto caput pro initio,& origine.l.pronuntiatio. §.fi.ibi,mulier familiæ suæ caput, & finis est.infra eod.& à capite ratio debet edi.l.argentarius.§.1. ff.de edendo. Vnde caput aquæ illud est,vnde aqua nascitur,si ex fonte nascatur ipse fons.l.1. §. hæc interdicta. & §. caput.ff.de aqua quotidia.& æstiua. Vnde dicimus caput legis.

Caput, & capitulum.

¶ Quinto caput dicitur initium sententiæ in libris, quod alias capitulum apud vulgares dicitur,teste Gel. facit l.1. §.in initio.ibi,qui superioribus capitibus notantur.ff.de postulando.l.2.ad legem Aquil.& l.si seruus.§.serui. ibidem. Et sicut nos singulos iuris ciuilis tex.leges appellitamus:ita iuris canonici singulas decretales,singula capitula. Et quamuis Gel.vulgares dicat vti capitulo,tamen Iurisconsul.Modesti.vtitur in l.etiam.1. §.1. ff. de minorib.ibi,pupilla aduersus vnum capitulum sententiæ restitui volebat. Et quod Iurisconsul.in l.2.ff.ad legem Aquil.vocat caput,in l. qui occidit. §. in hac.nominat capitulum.& caput in l.diuus.2.ibi,sed & caput mandatorum extat.ff.de custod. reor. & capitulum in l.1.de interdict.& relega.& in lege prima, de militar. testam. Et capita seu capitula dicuntur,quibus distinguuntur res variæ, & materiæ. lege, Titia.1. §.Lucius. 2. de legatis secundo.

Capitulum an possit in legibus allegari.

¶ Videamus an leges capita allegari possint, vt c.1.de postul. ff. quod videtur probare Caius in l.2.ff.ad legem Aquil.Ego dicerem legem factam super vno negotio posse in plura diuidi capita,vt lex Aquilia.d.l.lex Iulia.de adulteriis.l.capite quinto.ff.de adulter. Sed quando plures leges factę sunt super vno negotio,vel pluribus,debẽt allegari leges,& non capita.l.quinq; legibus.& l.sed si alia lege.ff.de bon.damna. Vndę cum ignoremus, an sint capita vnius materię,vel legis,vsurpatum fuit,vt leges adducamus:vt l.1.ff.de iustit.& iure. Nec ab vsu isto antiquissimo facile recedendum est. quod probatur in l. ex hac lege. ff. si quadrupes pauper.fecisse dica.

¶ Capitulum etiam pro paruo capite. Item pro congregatione canonicorum secularium, seu pro collegio ipsorum: quemadmodum sumitur plerunque in iure canonico, vt in c. capitulum. & ibidem Panor. de rescrip. sic intelligitur rub. de his quæ fiunt à præla. sine consensu capitul. & in rub. de his quæ fiunt à maiori parte capit. & alibi sæpius. Et interdum pro loco, in quo congregantur canonici. c. in causis. de electio. plene Ioan. Francisc. in tract. de offic. & potesta. capitul. sede vacan. in 5. prælud, plenius forte dicam, si per ætatem liceat in decretal. hoc tit.

¶ Sexto caput accipitur pro statu, vt per totum titul. ff. & Insti. de capitis deminutio. vbi dicitur, capitis deminutio prioris status commutatio est.

¶ Septimo sicut caput est hominis principale membrum, l. cum in diuersis. de religios. ita pro principali loco seu ciuitate dicimus omnium ciuitatum caput esse Romam. §. fin. Insti. de satisda. instar cuius etiam Luteria Regia vere ciuitas, & caput ceterarum Galliæ ciuitatum dici promeretur. facit l. si in aliquam. ff. de offic. proconsul.

Roma & Pari sij capita aliarũ sunt ciuitatum.

¶ Capite cauere & fortunis, est nexu corporis & bonorum sese obligare, fortunas personamque pignori cautionis opponere, possessorem possessionesque obligare. Gallic. *s'obliger corps & biens.* Budæ. in foren.

Capitalis inimicus.

¶ Capitalis homo, scelestus & pernicios us, qui capitis pœnam meretur. Capitalis inimicus, qui caput alterius puniri cupit. c. accedens. 2. vt lite non contesta. & is recusari solet, vt scripsi in tract. de recusa. & salua. testium, in verb. inimicus.

Capitalis accusatio.

¶ Capitalis accusatio. l. 1. §. penul. ad Turpillia. est illa, in qua de vita hominis, exilioue tractatur: vt in l. 2. ff. de public. iudic.

Capitales inimicitiæ.

¶ Capitales inimicitiæ. l. sane. ff. manda. quarum ea est grauitas, vt ad caput remouendum tendant: vt quando agitur de vita hominis, vel de amissione ciuitatis, vt hic. Et tales inimicitiæ superuenientes post testamentum factum inter testantem & legatarium inducunt reuocationem legatorum. l. 3. in fi. ff. de adimend. lega. Alios effectus enumerauí in tract. de reproba. & salua. testium, in verb. capitalis.

Capitale crimẽ.

¶ Capitale crimen, sicut causa capitalis dicitur. in l. 1. §. remouet. ibi, & qui capitali crimine damnatus est, non debet pro alio postulare. ff. de postulan. l. fi. de plagiar.

Capitalis reus.

¶ Capitalis reus. l. bona fides. ff. depos. dicitur is, qui de crimine capitali accusatus est.

Capitalis pœna.

¶ Capitales pœnæ. l. capitalium pœnarum. ff. de pœnis, vbi omnes capitales pœnæ describuntur. Et capitis pœna est, vel bestiis obiici, vel alias similes pœnas pati. l. respiciendum. ff. de pœnis.

¶ Capistrum dicitur vinculum, quo equus, iumentum, aliaue animalia ad caput liganturi vt in l. 1. §. quæ depositis. ff. depositi. vbi deposito equo, non tamen est depositum capistrum. Sed vendito equo, & sella & capistrum venditum, tanquam accessorium censetur. l. ædiles. 2. in princip. ff. de ædilit. edicto. & Ias. in §. actionum. nu. 38. de actionib. in Institutionib.

Capistrum venditum cẽsetur, equo vendito.

¶ Capitium est capitis tegmen. l. vestis. §. muliebria. ff. de auro & argen. lega. ibi, muliebria sunt, veluti stolæ, pallia, tunicæ, capitia, zonæ, &c. Dicitur à capite, vel quod pectus capiat, hoc est comprehendat: quod in matronis capam appellamus, teste Baisio in d. l. vestis. Et certum est capitium tegmen capitis veteribus fuisse: & ipse vidi antiquos gestantes ista capitia in capite, quæ tamen hodie in desuetudinem abierunt.

Capitium.

Capitio qui vtantur.

¶ Adhuc etiam vsu communi loquendi vocamus capitium insigne, quod præ se ferunt magistratus, vt præsides, ac consiliarij, doctores, aduocati, procuratores, sacerdotes, artium magistri, & quidam alij, in signum videlicet præeminentis eorum scientiæ, quæ debet in eis prælucere. Quod insigne denegatur mechanicarum artium magistris. Interdum stultis quoque damus capitium, ad denotandum eos carere tegmine sensus, & caput stolidum indigere coopertorio.

Capitularia.

¶ Capitularia sunt libri statutorum, vbi sunt plura descripta capita, seu capitula. authen. cassa. C. de sacrosanct. eccles. c. nouerint. de senten. excommunica.

Capitulenses.

¶ Capitulenses populi sunt Italiæ, à Capitolio oppido. de quibus Iurisconsul. in l. fi. ibi, similes his Capitulenses esse videntur. ff. de censib. & Plinius lib. 3. c. 5.

Capio, vsucapio, & mortis causa capio.

¶ Capio verbum est, de quo plura scripsi in l. aliud est capere. supra eod. Capio nomen vocatur, quasi captio: teste Gelio lib. 7. c. 10. Vnde vsucapio est acquisitio dominij per vsum. l. 2. & 3. ff. de vsucapio. Inde mortis capio dicitur, quicquid mortis causa capitur. & ideo qui pretio accepto hereditatẽ prætermisit, siue ad substitutum peruentura sit, siue ad successurum ab intestato, mortis causa capere videtur. l. qui pretio. ff. de donatio. causa mort. & ibi Bar. & Imol. scribunt. Et differentias inter donationem causa mortis, & mortis causa capionem tradunt iurium interpretes in l. 1. §. item si ita legatum, & in l. in quartam. ff. ad legem Falcid. Alia vide in d. l. aliud est capere.

Idem

IDEM LIB. SECVNDO EXCVSATIO.

LEX CENTESIMAQVARTA.

Natorum appellatio & ad nepotes extenditur.

¶ Appellatio natorum, sicut & liberorum ad nepotes extenditur. Et sic duobus modis capitur natus. Primo natus, id est ortus, genitus, vt in l. cum bissextus. supra eod. & l. qui in continentibus. l. is qui natus. l. municipes. l. quod dicimus. ac l. anniculus. 2. infr. eod. l. qui in vtero. cum similib. ff. de statu homi. l. 2. §. in filiis. de decurio.

Natus duobus modis accipitur.

¶ Secundo natus capitur pro filio, etiam apud rhetores, vt Quintilian. in præfa. lib. primi. in erudiendo nato tuo non inutiles fore libri viderentur. & Virg.

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.
Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.
Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.

Quidam addunt, & dicunt gnatos, sed idem est. Et in psalmo Dauidico habetur: fiant nati eius in interitum. Vnde si quis substituit filiis Titium & eius natos, appellatio natorum ad nepotes extenditur. Item si quis substituat eos, qui nascentur ex corpore suo, nepotes etiam continebuntur, sicut in liberis decidit Iurisconsul. in l. Lucius. 2. ff. de heredib. instituend. Iacob. Curtius in lib. coniectural. 1. c. 44. Quippe officium aui circa neptem ex officio patris erga filium pendet. l. dedit. ff. de colla. bonor. & sic nepos nascitur auo, sicut filius. l. Gallus. ff. de liber. & posthu. Idem si quis substituat Titio, si sine natis decedat, filij comprehendentur & nepotes, per istum tex. & huius est sententiæ Philippus Perus. in c. si pater. nu. 113. de testam. lib. 6.

¶ Idem in prognatis, seu progenitis censet Alcia. hic. quia præpositio. hoc magis inducere videtur: sicut cum pronurum, pronepotem dicimus. Et in hoc Alcia. sententiam non improbarem.

¶ Præterea si emphyteusis vel feudum concessum fuerit Titio & eius natis, etiam ad nepotes extendetur, per hunc tex. quod plenius declarabit ur in l. liberorum. infra eod.

Emphyteusis data alicui & eius natis, ad nepotes extenditur.

¶ Limita non procedere, si diceretur, do in emphyteusim Titio, & suis heredibus natis, tunc non venient nepotes, quia intelligitur hoc casu adiectiue, videlicet de filiis iam natis, id est ortis. Secus si substantiue, vt volo quod bona mea natis deferantur, intelligitur tam de filiis quam nepotibus; vt scribit Barba. in reper. legis, cum acutissimi. col. 54. C. de fideicommiss.

¶ Interdum natus pro nascituro accipitur. in l. 1. §. sed si seruus heres institutus fuerit, si nemo natus sit. iuncta glo. ff. de ventre inspiciend.

Natus pro nascituro.

¶ Item ex statuto Regis Aragoniæ, quo cautum erat, ne Rex posset alienare aliqua immobilia Regni, nisi infantibus natis nostris, postea donauit Reginę, an valeat? Alber. docet in tract. statutor. in prima parte, q. 144. incipien. de statuto. vbi dicit etiam debere intelligi tam de filiis natis, quam nascituris. Quia dum hæc dictio natus pro filio occupatur, non quærimus an sit natus, vel nasciturus. de quo abundantius scribam in l. liberorum. infra eod.

De statuto Regis Aragoniæ.

¶ Natorum igitur appellatio ad nepotes extenditur. Iste est communis, & hactenus ab omnibus receptus intellectus. Contra quem tamen Alcia. hic, & Augusti. in lib. ad Modestinum de excusationibus tutorum, c. 2. dicũt erasse interpretes, qui hoc loco natorum verterunt, cum recte scripsissent liberos, cum de filiorum multitudine scribit. Et depromptа fuit hæc lex ex l. 2. ff. de excusationib. tutor. vbi sunt hæc verba: Τῶν τέκνων πρόσωπα καὶ ἐπὶ τῶν ἐγγόνων ἐκτέτανται. Cui sententiæ Iacob. Curtius etiam acquieseit lib. coniectural. primo, cap. quinquagesimo.

Alciati sententia & Augusti. reprobatur.

¶ Ego vero dicerem communem sensum vtilem esse, & sustineri posse. nec enim satis constat locum hunc excerptum ex illa l. 2. ff. de excusa. tutor. quo etiam concesso, adhuc illud nomen τέκνων ad natos refertur. Adhæc consentiunt omnes τὰ τέκνα significare liberos, etiam natos, à verbo τίκω, id est pario. vnde natus dicitur Græce τόκος, siue τόκος.

Τέκνα quid.

¶ Adhæc τοκνόω parturio: ergo τέκνον partum, & natum quoq; denotabit. Præterea τὸ τέκνον generalius est, quam liberi. significat enim tam natos ex animalibus, quam ex hominibus, vt tam Græce, quam Latine patet apud Colum. de pullis equarum lib. sexto, cap. vigesimo septimo, sic habentem: id præcipue genus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas; noxam trahit. ergo non debet exponi de liberis specialiter, at potius de natis, qui multo latius patent.

Τοκνόω quid.

¶ Alioqui foret hęc lex superflua, cum in l. liberorum. & aliis quamplurimis legibus satis expressum esset de liberis. Quamobrem & rectius ista gradatim accipienda esse videtur, quod scilicet generalissimi sint nati, pro partu etiam quorumcunque animalium: minus generaliter dicantur liberi, quoad homines, siue in primo gradu filij sint, vel secundo,

Nati nomen generalius, quam liberi.

¶ Tertio dimittere creditores, est creditoribus soluere, & satisfacere. l. idem obseruandum erit. & l. si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit. ff. de lega. 2. l. debitor. in fi. de separa. ibi, si proprij creditores fuerint dimissi. l. consilio. §. 1. de curator. furios. l. penul. C. de his qui in creditor. locum succed. l. quæris. de pact. dotal. Nam postquam debitor soluerit creditori, nil superest agendum cum eo, sed creditor dicitur dimittere debitorem in pace, & sine processu. facit l. ait prætor. §. 1. quæ in fraud. creditor. l. nisi. ibidem.

Debitorem dimittere quid sit.

¶ Debitorem dimittere, est liberare, remittere, non prosequi; sed negligere debitum ab eo petere. l. ambitiosa decreta decurionum rescindi debent, siue aliquem debitorem dimiserint, siue largiti sint. Et debitore liberato per consequentiam fideiussor dimittitur. l. si fideiussor. ff. de dolo. Et creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit. l. creditor. de regul. iuris. Et filius famil. patre inuito debitorem eius liberare non potest. acquirere enim, obligationem potest, dimittere non potest. l. filius famil. 1. ff. de solutio.

Dimittere possessionem quid.

¶ Quarto dimittere possessionem, est eam omittere, vulgo *laisser*. l. quod meo. §. 1. ff. de acquir. possess. ibi, sufficit quippe te dimittere possessionem, etiam si non transferas, &c. & dimittere rem, idem. in l. à diuo Pio. §. si super. ff. de re iudica. ibi, si forte hi dimittendam eam rem esse putauerint. idem in l. libellorum. §. sed si aliud crimen obiiciat, quod domum suam præbuit, vt stuprum materfam. pateretur, quod adulter deprehensam dimiserit. ff. de accusa. l. mariti lenocinium lex coercuit, qui deprehensam vxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimisit. de adulter. l. si ex plagis. §. tabernarius. & §. seq. ad legem Aquil. l. si bonæfidei. de noxal. l. de ætate. §. nihil. de interrogator. actionib.

Dimittere rem quid.

¶ Quinto dimittere rem in iusiurandum, id est, relinquere rem iuramento decidendam. l. iusiurandum & ad pecunias. §. cum res in iusiurandum dimissa sit, iudex iurantem absoluet. ff. de iureiur.

Dimittere pro absoluere, & relegare.

¶ Sexto dimittere, absoluere, seu relegare. l. neque. ibi, qui in ius vocatus est, duobus casibus est dimittendus, si quis eius personã defendat, & si dum in ius venerit, de ea re transactum fuerit. ff. de in ius vocand. Et ad bestias damnatos, fauore populi præses dimittere non debet. l. ad bestias. ff. de pœnis. & l. 1. §. item diuus Adrianus rescripsit eum, qui stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit, dimittendum. ff. de sicar.

Dimittere librum quid.

¶ Dimittere librum penes aliquem, est eum deponere, vt in titul. ff. depositi.

¶ Amittere vsucaptum. l. etiam. 2. ff. de minor. & superius dixi in l. Labeo. 1. §. rem amisisse. & de verb. Admittere, ibidem. Committere in legem. l. inter stuprum. §. 1. supra eod. elucidaui.

Demittere quid

¶ Demittere, est deorsum mittere, descendere. hinc demens, deorsum à mente, quasi extra mentem. l. tam dementis. C. de episcop. audien.

Intermittere spatiũ, & aliæ significationes.

¶ Intermittere spatium, id est inter vnam & alteram rem spatium dimittere. l. Imperatores. ibi, intermisso legitimo spatio à vicina insula. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. & quantum spatij intermitti debeat, tradit l. fin. ff. finium regundor.

¶ Intermittere, aliquando ad tempus cessare: vt intermittere studium, significat non in totũ omittere, sed laxare, respirare, vt alacrior postea accedat. Et si viuo Titio negotia eius administrare cœpi, intermittere mortuo eo non debeo. l. nam & Seruius. §. si viuo. ff. de negot. gest. Quotidiana etiam aqua dicitur, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. l. 1. §. duo autem. ff. de aqua quotid. & æstiua.

Intermissum dominium.

¶ Sic dicitur intermissum dominium, in l. si mater. §. eandem. ff. de exceptio. rei iudica. ibi, nisi forte intermissum dominium, medio tempore rediit quodam postliminio. Vt si seruus captus fuit ab hostibus, intermissum censetur dominium tempore captiuitatis.

Cõpromittere quid.

¶ Compromittere, est causam arbitro decidendam sub pœnæ præstatione committere. l. de his rebus. & per totum. ff. de arbitr. quod videlicet vtraque pars simul promittat se arbitri sententiæ parituram. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris.

Compromissũ quid.

¶ Inde compromissum dicitur partium conuentio, per quam aliquem gratia finiendi controuersiam inter partes pœnæ metu recipimus. l. 1. & per totum. ff. de arbitr.

Compromissarius.

¶ Compromissarius est is, qui negotium partium sibi commissum decidendum recipit. c. si compromissarius. de elect. in 6. & l. cum lege. ff. de arbitr.

Compromissa pecunia quæ.

¶ Compromissa pecunia dicitur pollicita, promissa in compromisso. lege, non distinguemus. iuncta l. litigatores. §. quod ait prætor pecuniam compromissam accipere nos debere, non si vtraque pœna nummaria, sed & si alia res vice pœnæ interuenerit. & §. idem Iulia. & §. seq. ibidem. facit l. non distinguemus. §. si mulier alieno nomine compromittat, non erit pœna compromissa propter intercessionem. ibidem. id est non videtur, glo. ibidem. nam quantum ad effectum actio non datur contra mulierem, quæ pœnam promisit nomine alieno. l. 2. ff. ad Velleia. ergo pœna promissa non censetur. l. arbiter. §. si iubeat. ibidem, & l. seq. De arbitrio plene scripsi in l. illa verba. supra eod. Manumittere, in l. Scæuola. infra eod.

Omittere quid.

¶ Omittere, est dimittere. l. si pignus. in fi. ibi, idemque & si quis debitor in fraudem creditorum

ditorum pignus omiserit. ff. quæ in fraudem creditor. videte quæ scripsi in l. alienationis. supra eod. De verbo permittere, in l. duobus. infra eod.

Præmittere multis modis dicitur.

¶ Præmittere, est ante mittere, seu prædicere, vel præfari, præloqui. Inde præmissa, præfationes, & præloquia, ac prædicta dicuntur. l. fi. ff. de heredib. instit. c. cupientes. §. insuper. & seq. de elect. in 6. Præfationes enim nos ad lectionem propositæ materiæ perducunt, & cum illuc venerimus, eius euidentiorem præstant intellectum. l. 1. in fi. ff. de orig. iuris.

Prætermittere relinquere, præterire, omittere.

¶ Prætermittere, est relinquere, præterire, omittere. vnde sic ait Iurisconsul. in l. 1. §. præterea. ff. si quis omissa causa testam. prætermittere autem causam testamenti videtur, qui cum possit iubere, noluit id facere. & quod in princip. dixit omittere, postea dixit prætermittere in d. §. prętermittere. & §. seq. vbi in §. prętermittere. sic dicitur: prętermittere causam testamenti est, si quis repudiauerit hereditatem. ibidem. facit l. 2. C. de fide instrumen. & iure hastæ fiscal. lib. 10. l. si cum dotem. §. finautem in nouissimo. soluto matrimo.

Promittere, polliceri.

¶ Promittere est polliceri. l. si me & Titium. & l. pecuniam. ff. si certum peta. videte in l. aliud est promittere. infra eod.

¶ Remittere, dixi in l. inter stuprum. supra eod. De verb. Submittere in lege, alienationis. supra eod.

IDEM LIBRO TERTIO PANDECTAR.

LEX CENTESIMASEPTIMA.

ASSIGNARE LIBERTVM, hoc est testari, cuius ex liberis libertum esse voluit.

Assignare multis modis accipitur.

¶ Assignare libertum, est significare, cuius ex liberis libertum esse velit. Et hoc patet ex senatusconsulto, quo fuit concessum, vt pater vni ex filiis quem vellet, libertum, vel libertos assignare posset. l. 1. & per totum. ff. de assignand. libertis. & Institutionib. de assigna. libertor. per quam assignationẽ iuspatronatus illi quæritur, cui fuit assignatus: qui poterit eum libertum rebellem accusare, & in seruitutem ob ingratitudinem reuocare. l. si quis hac lege. in fin. ff. qui & à quibus. Et fit hęc assignatio, verbis, nutu, testamento, codicillis, vel quibuscunque verbis, etiam mera voluntate. d. l. 1. §. assignare. & glo. vlt. in c. appellatio. de appella. in 6. & doct. in rub. de assignatio. libertor. in Insti. Assignare vero & pure, & sub conditione, & per epistolam, vel testationem, vel chirographum possumus. l. assignare. illo tit. habetque locum, etiam si liberti post assignationem manumittantur, vt adhuc eis debeantur, quibus assignati fuerunt in prima testamenti parte. l. 1. ibidem. Et qui liberti assignationem sua manu scripsit, falsi tenetur. l. impuberem. §. qui liberti. ff. de falsis.

Assignare beneficium quid.

¶ Secundo assignare beneficium, est conferre. c. pro illorum. de præb. c. proposuit. & ibi glo. & doct. de concess. præb. no. in c. si beneficia. de præb. in 6.

¶ Quod est verum, si assignetur ante collationem: secus si post, quia tunc potius videretur episcopus in possessionem mittere, vt docet Panor. in c. authoritate. de instit. Idem dixi de inductione in possessionem, in forma manda. in glo. inducentes. in concorda. & in praxi benefic. titul. de missio. in possessio.

Assignare importat translationẽ dominij.

¶ Tertio assignare dicitur Princeps, id est concedere. l. 1. in fi. ff. de aqua quotid. & æstiua. ibi, meminisse autem debemus in hoc interdicto totam quęstionem finiri assignationis, &c. & ibi, sed aut habet ius assignatum sibi, aut non habet. vbi gl. dicit Assignatum à Principe. iuncto §. permittitur. ibidem. ibi, idque à Principe conceditur, alij nulli competit ius aquæ dandæ.

Assignare pro tradere.

¶ Quarto assignare importat translationem dominij. l. si pluribus. ff. de lega. 1. vbi Areti. in 3. no. probat l. 4. ff. de euictio. l. & si Titio fundus. de vsufruct. lega. si iuris ratio, aut materia hoc patiatur: teste Bal. in l. 2. C. communia de lega. & Areti. in d. l. si pluribus. Bar. & alij in l. si constante. in 2. q. 4. partis. ff. soluto matrimo. Iaf. consil. 92. circa primum. in 1. vol.

Assignatio fit multis modis.

¶ Quinto assignare interdũ dicitur tradere ad custodiam. l. 1. §. fi. & ibi gl. ff. nautę, caupo. stabular. ibi, recepit autem saluum fore vtrũ si in nauim res missæ ei assignatæ sunt, an & si non sint assignatę. & l. cum pater. §. pater pluribus. de lega. 2. vbi assignare claues, est tradere custodiam rerum, quæ sub illa claue clauduntur: vel pro tradere simpliciter capitur. l. qui officij. §. fi. ff. de contrah. emptio. l. penul. de optio. lega.

Assignatio verbalis.

¶ Sexto si assignatio verbalis, cuiusdam rei fiat alicui, legari dicitur illa res. l. quidam. in princ. C. de necessar. seruis heredib. instit. & l. penul. C. de lega. Et an per hoc verbum testator videatur codicillari vel testari, videte per glo. & ibi Bal. in l. quoties. C. famil. ercis. Iaf. in l. si fundum per fideicommissum. col. 1. ff. de lega. 1.

¶ Septimo significat iuris effectum cum executionis tractu. c. constitutus. & ibi Bal. de rescript. videlicet *assigner rente sur ses biens, & constituer*. Et si maritus assignet vxori aliquam rem ad alimenta, an censeatur legasse proprietatem? Quod sic, decidit Guido Pape in decisio. Delphinal. q. 525. sed iuxta. per legem, donationis speciem. ff. de donatio. quę lex parum

rum hoc probat, vt dico in meis interpretationib. Et an ſine traditione, q. præceden. per eundem Guido.

¶ Octauo per verbum aſsignare ceduntur actiones. l. arbiter. ff. de diſtractio. pignor. Archid. in cap. ſi canonici. de offic. ordinar. in 6. refert Barba. in additio. ad Bal. in cap. vno. in princip. quid ſit inueſtitura.

Aſſignare pro præſentare. ¶ Nono capitur aſsignare pro præſentare. c. vt debitus honor. ibi, priuſquam delegato fuerint aſsignatæ literæ. de appella. vbi doct. videte tex. in c. cum ſpeciali. de appella.

Aſsignare pro deſignare. ¶ Decimo aſsignare inſulam, eſt eam deſignare, & declarare, ad quam ſe conferre debeat deportatus. l. 1. ibi, approbata enim ſententia præſidis, tunc ſolet inſula aſsignari. ff. quando appelland. ſit. & l. 1. §. 1. ibi, relegandi deportandique in inſulam, quam Imperator aſsignauerit, licentiam habet. de offic. præfect. vrb. & Iuriſconſul. ait, In inſulam relegare præſides prouinciarum poſſunt: ſic tamen, vt ſi quidem inſulam ſub ſe habeãt, id eſt ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam adminiſtrant, etiam ſpecialem inſulam aſsignare poſsint, inque eam relegare. l. relegatorum. §. 1. ff. de interdict. & relega.

Aſsignare pro ſubſignare. ¶ Vndecimo aſsignare eſt ſubſignare, vt glo. & doct. tradunt in l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. ff. de verbor. obliga. Ego acciperem ibi Aſsignante pro ordinante, & ſtatuente: quod ſeruus ſcriberet illud chirographum.

Aſsignare pro attribuere. ¶ Duodecimo aſsignare pro attribuere, adſcribere. l. præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ aſsignatur. ff. ad legem Aquil.

Aſsignare pro præſtituere, cõſtituere. ¶ Decimotertio aſsignare terminum peremptorium, eſt præſtituere, conſtituere. c. ſi. iuncto 6. 1. de dilatio. Inde iudex dicitur aſsignare tempus ad opponendum. c. præſentium. de teſtib.

Aſſigno, inſtituo. ¶ Decimoquarto verbum aſsigno, eſt verbum directum, tantum ſignificans, quantum inſtituo. l. 3. de aſsignand. libert. Bal. in l. ſi. col. penul. C. de ſacroſanct. eccleſ. ſic conſuluit Bertrand. conſil. 176. donatio. verſic. ad ſecundum. in 3. vol. ex 1. editio.

Aſsignare pro ſubſcribere. ¶ Decimoquinto aſsignare pro ſubſcribere exponunt glo. & doct. in l. inter. ff. de author. tutor. videte Dec. conſil. 349. conſuluit.

¶ Vltimo verbum aſsigno capitur ſecundũ cauſas præcedentes, & ſecundum quod iuris ratio patitur. Nam ſi pater filio emancipato bona aſsignet, donare videtur. l. ſi donatione. C. de colla. Alexand. conſil. 40. ſuper primo. col. 2. in 4. vol. & Iaſ. conſil. 92. non eſt. col. 1. in 3. vol. Si autem filio in poteſtate aſsignet, dicitur concedere in peculium. l. ſi. ff. de pecul. lega. vel ſi res aſsignetur in feudum, aut in emphyteuſim, ita quoque data videtur. l. 1. vbi doct. C. de iure emphyteu. §. 1. qui feudum dare poſſunt.

¶ De aſsignalibus ſcribit Iaſ. in conſi. 92. & Chaſſa. in cõſuetud. Burgund. rub. *des droictz*, §. 17. in princip.

¶ *Teſtari.* Eius amplam ſignificationem tradidi in l. verba contraxerunt. in verb. teſtandi. ſupra eod.

¶ *Voluit.* De hoc verbo ſcribunt doct. in l. 1. C. de ſumma trinita. & in l. verbum volo. de fideicom. Si operępretium fuerit, inferius tractabo.

IDEM LIBRO QVARTO PANDECTAR.

LEX CENTESIMAOCTAVA.

Debitor intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia poteſt.

Tria requiſita, vt quis dicatur debitor. ¶ Vt quis debitor dicatur, videtur hic tex. exigere tria: primum, quod quis debeat: ſecundo, quod debitum ab eo exigi poſsit: tertio, quod etiam ab inuito. & cum his vere dicitur quis debitor. Quam Iuriſconſulti definitionem ſi velimus ſequi, fideiuſſor cum ab eo inuito pecunia valeat exigi, debitor quoque dici poterit: quamuis contrarius vſus loquendi repugnet, teſte Alber. in tract. ſtatutor. in 1. parte q. 179. & Alexand. in l. 1. in fi. ff. ſi certum pe ta. dixi plene in l. creditores. & ſeq. ſupra eod. Adde etiam id quod ſcribitur in l. pecuniæ. 2. §. fi. infra eod. vbi dicitur hoc verbum debuit omnem omnino actionem comprehendere. intelligitur, ſiue ciuilis, ſiue honoraria, ſiue fideicommiſſaria fuerit perſecutio. & ibi explanabimus, deo nobis adiutore.

Debitor is dicitur, qui ſponte ſoluit. ¶ Intelligite, quod ſi voluntarie debitor ſoluere vult, quod non omnibus contingit, adhuc non minus dicetur debitor: quia regulariter ab inuito ſolet exigi: & quod frequentius fit, Iuriſconſul. cogitauit, iuxta glo. in clem. 1. de reſcrip. Et pecunia hic generaliter accipitur pro qualibet re, & ſubſtantia: nempe à quo poteſt exigi liber debitus vel res, debitor dicetur, & creditor is cui debetur. in l. creditores. cum l. ſeq. ſupra eod. Is etiam, à quo decima poteſt peti & exigi, dicitur debitor. c. parochianos. vbi etiam Panor. de decim.

¶ Vnde infertur, quod cum à debitore in diem vel ſub conditione non poſsit exigi pecunia vel debitum, ergo nondum ſimpliciter dicetur debitor, ſed cum adiuncto, vt ſcripſi in l. conditionales. ſupra eod. & Iuriſconſul. in l. qui cum herede. in fi. ff. de actio. & obligait:

ait: quandiu bonorum poſſeſsio contra tabulas filio dari poteſt, heres quodammodo debitor non eſt.

¶ Secundo fuit confirmata venditio facta per debitorem, qui ratione computorum, & ex reliquis ſeu reſtis (vt dicunt) debebat ſex mille libras, quas promiſerat intra annum ſoluere: quod ſi eas non ſoluiſſet intra illud tempus, vendebat domum Lugduni ſitam pro dictis ſex mille libris: & exnunc prout extunc conſtituebat ſe eam nomine creditoris precario poſsidere. finito anno non ſoluit, ſed petit inſtrumentum cancellari. creditor impetrauit literas ſaiſinæ, petens contractum ſeruari. Curia ſeruandum ſtatuit anno 1524. die 8. Iulij. quia non allegabatur læſio, nec deceptio, nec pactum legis commiſſoriæ. de quo in c. ſignificante. de pignor.

Areſtũ ratione debiti latũ.

Fiſco poſſidente bona deportati creditores non habent actiones. ¶ Tertio quando fiſcus illius bona poſsidet, qui deportatus fuit in inſulam, creditores tunc ex antegeſto non habent cum eo actiones, qui quondam fuit debitor. l. penul. ff. de ſenten. paſsis.

Debitor reipub. honores ſubire non debet. ¶ Quarto reipub. debitor honores ſubire non debet ibi. in l. 1. C. de debitor. ciuita. lib. 11. nec legatione fungi. l. ſciendum. ff. de legatio.

¶ Quinto debitor is dicitur, cui nulla competit exceptio. l. 4. in fi. iuncta l. ſeq. ff. de here dita. vend. Et ſic verbum debere capitur hic pro obſtringi, *deuoir*. & in l. creditores. & ſeq. & l. ſatiſdationis. l. verbũ amplius. ſup. eo. & l. cedere. & l. ſi ita. & l. non tantum. infr. eod.

Debere quomodo capiatur. ¶ Debere tamen verbũ quamuis capiatur, vt hic, tamẽ & capitur generalius pro quoquo modo teneri, id eſt *eſtre tenu*: & interdũ non reſpicit obligationem. in l. ſi cum fideicõmiſſa. ibi, reuocari in ſeruitutem debere. ff. qui & à quib. l. 2. ſi quis in ius voc. non ierit. l. quibus. ſupr. eo. l. ſi eum fundum. & l. quæreret. & l. coram. infr. eo. l. certũm. §. ſi alia. de confeſsis. l. 2. §. ſi vero nihil. ne quid in loc. publ. l. de acceſsionibus. de diuerſ. & temporal. præſcrip. l. qui Romæ. §. Flauius. in fi. de verbon. oblig. l. ſi cõmiſſa. rem ratam haberi. l. parricidij. ibi, habere debebit. ff. de parricid. l. 1. §. ſi ſeruus bona fide. de quæſtio. Et regulariter neceſsitatem denotat, teſte glo. in clem. attendentes. in verb. debeant. de ſtatu monachor. ſcripſi in §. 1. in glo. debeat. de colla. in concorda. facit l. hęc autem. §. 1. ff. quib. ex cauſ. l. 2. §. 1. de curator. bonis dand. l. 1. §. 1. quod vi aut clam. Cum via publica fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus viam pręſtare debet. l. ſi locus. in fi. ff. quemadmod. ſeruit. amittant.

¶ Interdum Iuriſconſul. addit ex neceſsitate, vt in l. quam Tuberonis. §. ſunt quidam. verſic. ſcire autem non vtique ſingulas res debet ex neceſsitate. ff. de pecul.

Debet pro poteſt. ¶ Debet pro poteſt exponit gl. in l. qui interrogatur. ff. de interrogat. actio. & perperam. quinimo potius exponendum videtur pro vtile eſt, veluti probat ibi ratio, dum dicit: quia ſi perperam confeſſus fuerit, incommodo afficietur. ergo ne incommodo afficiatur, debet impetrare tempus ad deliberandum.

Debet pro licet. ¶ Debere, id eſt licere, in rub. ff. ſiquis in ius voca. non ierit, ſiue eum quis vocauerit, quem ex edicto non debuerit. id eſt, non licuerit, non potuerit.

¶ Debemus intelligere, in l. inter publica. in fi. ſupra eod. Accipere debemus, in l. pronunciatum. ſupra eod. l. notionem. §. 1. & l. ſeq. ibidem. ac l. prouinciales. infra eod. & l. abſentem. Appellare debemus. l. latæ culpæ. §. 1. infra eod. Alia dicentur in l. pecuniæ, in fin. infra eodem.

¶ *Inuito*, id eſt, nolente. facit l. impenſę. vbi ſcripſi. §. 1. ſupra eod. l. coram. in fi. l. fugitiuus. ibi, inuito domino ſubtraxerit. infra eod. l. 1. ff. de furt.

¶ Et poteſt quis nolle, vel contradicendo, quemadmodum accipitur in l. impenſę. ſupra eod. vel non expreſſe conſentiendo, vt in procuratore conſtituto. l. filius famil. §. Quintius. ff. de procurator. & in l. 4. de ſeruitu. vrbanor. prędior. doct. & alij multa ſcribunt in l. inuito. ff. de regul. iur.

IDEM LIBRO SEXTO PANDECTARVM.

LEX CENTESIMANONA.

Sequeſter dicitur, apud quem plures eandem rem, de qua controuerſia eſt, depoſuerunt: dictus ab eo, quod occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, dimittitur.

Sequeſter vnde dicatur. ¶ Hęc lex primò quid ſit ſequeſter, demum vnde dicatur, elucidat. Secunda ibi, *dictus ab eo*. Sequeſter itaque dicitur is, apud quem plures deponunt rem controuerſam. Dictuſque eſt à ſequendo, ſecundum quoſdam: quod vtraque pars illius fidem ſequatur. ſed Iuriſconſultus ait hic dici ab eo, quod occurrenti, id eſt vltro offerenti ſe acceptarum ei res dimitta tur, aut quaſi ſequenti eos qui contendunt, nempe ſequitur eorum voluntatem, accipiendo rem ſequeſtratam. Quam Iuriſconſulti etymologiam ſubduram inueniens Alciatus, gram maticorum primam etymologiam prefert. quod enim occurrere & ſequi pro ſimilibus accipit

accipit hic Iuriſconſultus, ipſe omnino diuerſa exiſtimat, dicens: occurrit qui aduerſum tendit, ſequitur qui poſt venit. hæcille.

¶ Ego vero puto Iuriſconſul. etymologiam, aut alluſionem minime improbandam. Nec obſtat quod occurrere & ſequi ſunt diuerſa: verum eſt quoad vnum ſignificatum. ſed occurrere eſt etiam vltro ſe offerre, quaſi obuiam ire voluntati partium, & illarum voluntatem acceptare. Cum igitur partis vtriuſq; ſequatur voluntatem ſequeſter, occurrere dicitur, & quaſi eos qui contendunt ſequi: vt hic Iuriſconſultus non ſolum etymologiæ rationem habeat, ſed vocabuli quoque declarationem amplectendo apponat, *aut quaſi ſe quenti*, ſcilicet quod ipſe ſequeſter partium voluntatem ſequatur, & occurrat voluntati illarum.

Sequeſtri officium eſt voluntarium.

¶ Et ſic probat voluntarium eſſe ſequeſtri officium, & de partium voluntate hunc eſſe recipiendum, velut inferius dicetur. Itaque ſequeſter dicitur, eo quod res ei occurrenti dimittatur, aut quaſi ſequatur voluntatem eorũ, qui contendunt: quia volunt, vt ipſe eorum rem cuſtodiat, fructuſque eius rei recipiat, & in fine litis rationem vincenti reddat. Et huic acquieſco ſententiæ: licet quidam veriorem etymologiam dicant, quod eos qui contendunt & inter quos rixa eſt, velut medius ſecat, & dirimit. quod parum videtur tex. conuenire. veſtrum erit iudicare.

Sequeſtratio eſt triplex. Voluntaria.

¶ Quo loco ſciendum eſt ſequeſtrationem eſſe triplicem: voluntariam, neceſſariam, & mixtam. Voluntaria eſt, quæ fit ex conuentione & voluntate partium, de qua hic, & in l. intereſſe puto. ff. de acquir. poſſeſſ. Et iſta ſemper eſt permiſſa. l. 1. ff. depoſiti. l. ſi ſoluturus. de ſolutio. quia ſi partes ſunt concordes, quid ad iudicem? l. 1. §. inde. ff. de noui operis nuntia. Sex differentias inter depoſitum & ſequeſtrum tradidi in tract. meo de ſequeſtris, in 3. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallic.

Neceſſaria.

¶ Neceſſaria eſt, quæ præcepto iudicis vel magiſtratus fit, & interdum ex officio iudicis: vt ſi ipſe videat aliquos ad rixam paratos, tunc poteſt ſuo officio eos compeſcere, & rem ſequeſtrare. l. æquiſſimum. ff. de vſufruc. Et eo dicitur neceſſaria, quia partes eam neceſſario tenentur ſubire, poſtquam iudex eam eſſe faciendam decreuerit, vel ordinatio Regia. de qua infra dicam, vt eſt in hoc Regno Franciæ regulariter, & de ea dixi artic. 1. in glo. 1. tract. meo de ſequeſtris.

Mixta.

¶ Mixta eſt, quæ ex vtroque, & legis vel iudicis authoritate, & voluntate etiam partium fit, quemadmodum etiam in hoc Regno obſeruatur, vt videre licet in d. titul. de ſequeſtris, in conſti. Reg.

¶ In qua materia quia tractatum iam edidimus de ſequeſtris ſeu commiſſariis in 3. tomo commentar. in conſtitu. Regias Gallic. vt nil amplius deſiderari poſsit, ſatis eſſe duxi capita materiæ breuiter hic perſtringere, & ſi quid noui forenſis noſter vſus attulerit, nequaquam omittere.

Sequeſtratio eſt prohibita regulariter.

¶ Prima ergo ſit concluſio, ſequeſtrationem regulariter eſſe prohibitam, vt indicat titulus C. de prohibita ſequeſtra. iuncta l. vna. & c. 1. eod. titul. Ratio ponitur in d. l. vna. Oportet enim debitorem primo conuinci, & ſic deinde ad ſolutionem pulſari: quam rem non tantum iuris ratio, ſed & ipſa æquitas perſuadet. Et quia non eſt quis ſua priuandus poſſeſſione lite pendente. c. 1. vt lite pend. executioque non debet ex abrupto fieri. l. 1. C. de executio. rei iudica.

¶ Quod non procedit, quando lex vel conſtitutio contrarium diſponeret, vt in hoc Regno, quando poſſeſſionis vſus eſt recens, & dubius. c. fi. 11. q. 1. Ex multis etiam cauſis poteſt fieri ſequeſtratio, quas tradit glo. in c. 2. eod. vbi Panor. & c. fi. ibidem. quæ limitatio breuiter comprehendit ceteras, in quibus multum laborare videntur noſtri iurium interpretes.

Sequeſtratio non fit, niſi conſtet de iure illius, qui illam petit. Areſtum.

¶ Secunda concluſio, ſequeſtratio facienda non eſt, niſi aliquantulum de iure illius qui illam petit, ſaltem ſummarie, conſtet. l. cum proponas. C. de bonis authorita. iudic. poſſidend. l. ſi is à quo. ff. vt in poſſeſſ. legator. Et ſic non debet fieri non productis, nec viſis titulis. doct. in c. examinata. de iudic. nec valent literæ à cancellaria impetratæ, concedentes apparitoribus ſequeſtrare: quod ſine cauſæ cognitione fieri non debet. §. ſi vero etiam. in authen. de exhibend. reis, colla. 5. quemadmodum etiam cenſuit ſenatus anno 1551. prohibendo ſecretariis, ne talibus literis ſubſcriberent. Et ſequeſtrum factum non auditis partibus à ſeneſchallo Pictauenſ. annullauit, vt dixi in glo. 1. in tract. de ſequeſtr. in 3. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallic.

Sententia lata ſuper ſequeſtratione, eſt executoria.

¶ Tertia concluſio, ſententia lata ſuper ſequeſtratione, executoria eſt, non obſtante appellatione. l. Imperatores. in fi. ff. de appella. & Roma. in l. ſi fideiuſſor. in fi. qui ſatisdar. cogant. quia appellatum cenſetur cauſa impediendæ executionis. l. ſatis. C. de falſ. maxime in hoc Regno, cum ſequeſtratio fiat vi conſtitutionis Regiæ, à qua non poteſt appellari. l. ſi qua. infra eod.

¶ Quarta concluſio eſt, poſt latam ſequeſtri ſententiam debent partes intra tres dies conuenire

conuenire de ſequeſtro ſeu commiſſario. artic. 4. eodem titul. in ordina. Regiis. Alioqui iudex eligere poterit. l. in venditione. §. fi. ff. de bonis authorita. iud. poſſ.

Sequeſtro poſſeſſio vacua relinquitur.

¶ Quinta concluſio, poſſeſſionem vacuam debent partes relinquere ſequeſtro, ſub pœna amiſſionis cauſæ, vt in d. artic. 4. & in beneficialibus, ſub pœna excommunicationis. clem. vna. eo. titul. quando eſt extraneus. quod ſi pars impedierit, ipſo iure priuatur, vt ibi.

Sequeſter rem inuitus non tenetur capere.

¶ Sexta concluſio, non tenetur ſequeſter inuitus rem accipere. l. fi. §. finautem. vbi Angel. C. de bonis authorita. iudic. poſſid. c. examinata. de iudic. quia eſt officium voluntarium, non neceſſarium. Bar. per illum tex. in l. litibus. C. de agricol. & cenſitis, lib. 10. Sed hodie multi volentes ſibi potius acquirere, quam partibus, ſequeſtrum petunt in perniciem forte animarum.

Sequeſter rem capiens non ſine cauſa deſerit.

¶ Septima, poſtquam recepit, non poteſt amodo ſine iuſta cauſa deſerere. l. ei apud. §. fi. ff. depoſ. Bal. in rub. C. depoſiti. in fi. Iuſta vero cauſa cenſetur, ſi damnum pateretur. d. §. finautem. At ſi cum res immobilis Titij licitaretur, plures ſe opponant, non ſufficiet vnius conſenſus, ad hoc vt facta ſequeſtratio diſſoluatur, ſed omnium opponentium conſenſus deſideratur, vt cenſuit ſenatus anno 1542. die decimooctauo Aprilis poſt Paſcha.

Areſtum.

¶ Octaua, ſequeſter actione præſcriptis verbis conuenitur. l. ſi oleum. in princ. ff. de dolo. vbi Bar. Et actione ex ſtipulatu, quando obligatur coram notariis, vt in hoc Regno, & manu militari aufertur res. l. qui reſtituere. ff. de rei vindica. necnon in carceres detruditur. Bal. in c. 1. ſupra eod. etiam die feriato.

Sequeſter cõuenitur præſcriptis verbis, & ex ſtipulatu.

¶ Nona, ſequeſter ex mandato illius iudicis, à quo ſequeſtrum recepit, tenetur reſtituere. d. clem. vna. & l. fi. §. finautem. C. de bonis authorita. iudic. poſſid. etiam ſi ſit clericus. Bal. in lege, acceptam. col. 1. C. de vſuris. quia executiue proceditur, non per modum iudicij.

Sequeſter tenetur reſtituere mandato eius, à quo recepit.

¶ Decima, ſequeſter tenetur plus offerenti vocatis partibus de iudicis mandato fructus vendere, vel rem locare, & pretium cuſtodire. d. l. litibus. verſic. iterum per officium iudicis fructus vendantur. Et pretia eorum ſecundum prædictum modum deponantur. C. de agricol. & cenſit. & artic. 3. eod. titul. in conſti. Reg. Quod ſi etiam alter collitigantium plus obtulerit, permiſit ſenatus, vt præferretur, anno 1529. die 10. Iunij.

Sequeſter tenetur plus offerenti vendere. Areſtum, quo præfertur collitigans, ſi plus offerat.

¶ Vndecima, ſequeſter nullas expenſas niſi cum iudicis permiſſu, & partibus vocatis facere debet. l. ait prætor. in fin. ff. de iure deliber. & artic. 2. ibidem. Roma. ſingul. 408. tu habes.

Sequeſter facit expenſas de permiſſu iudicis.

¶ Duodecima, ſequeſter recipere ſalarium poteſt ad iudicis taxationem, quæ illi vocatis partibus fiet. artic. 3. eod. titul. arg. l. vnic. C. de præbend. ſalar. lib. 10. & l. mulier. ff. de captiuis. ne damnum patiatur. d. l. fin. de bonis authorita. iudic. Barba. conſil. 71. illud. in 4. vol. vbi in Regem Franciæ conſulit teneri dare ſalarium Thomæ nobili, qui ciuitatem Aſten. ſequeſtratam poſſedit.

Sequeſter ſalarium habet à taxatione iudicis.

¶ Decimatertia, ſi ſequeſter acceptus de voluntate partium, ſoluendo non ſit, partibus imputatur. §. fin. Inſti. pro ſocio. ſi vero iudex illum dederit, tenetur ipſe, prius excuſsis fideiuſſoribus. l. 1. ff. de magiſtra. conueniend. §. penul. de ſatiſda. tutor. in Inſti.

Sequeſter ſi nõ ſit ſoluendo, debet imputari partibus, quando illarũ cõſenſu receptus eſt.

¶ Decimaquarta, vnus ſequeſter ſufficit. clem. vna. eod. ibi, apud aliquam perſonam idoneam. tum ne duplex ſalarium præſtare oporteat, tum quia res per plures regi ſolita negligitur. l. 3. ff. de adminiſtra. tutor. Ad ſummum duo, arg. l. 1. ff. de iure deliber. Ideoque ſenatus reprobauit ſequeſtrum, in quo tres erant conſtituti, anno 1533. die 12. Maij: niſi bona eſſent in tribus locis, arg. l. ex facto. in magna. ff. de heredib. inſti. Et tres tantum legati poſſunt dari. l. ſciendum. in fin. ff. de lega.

Sequeſter vnus ſufficit. Areſtum, quo fuere reprobati tres ſequeſtri conſtituti.

¶ Decimaquinta, in quibus caſibus ſequeſtratio prohibetur, in illis rerum & fructuum deſcriptio fieri poterit, ad hoc vt quantitas facilius præſtari poſsit. Bar. per illum tex. in l. 1. in fin. ff. de ventre in poſſeſſ. mittend. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. in fi. ff. qui ſatisdar. cogant.

Sequeſtratio in quibus caſibus prohibetur, in illis fructuum deſcriptio fit.

¶ Vltima concluſio, ſequeſter debet citari lata ſententia, ad reddendum rationem & reliqua, non vero ad reddendum fructus. Siquidem ab executione non eſt incipiendum. l. 1. C. de executio. rei iudica. Ita fuit iudicatum anno 1541. die vltima Februa. Sed ratione reddita, præcipietur ei, vt fructus reddat. Amplius per me tractata ſi quis perlegere cupiat, adeat tractatum de ſequeſtr. in 3. tomo commentar. in conſti. Regias Gallic.

Sequeſter citatur lata ſententia ad rationẽ reddendam. Areſtum.

¶ *Controuerſia.* De hac ſcripſi in l. reſtituere. 2. ſupra eod.

Depoſuerunt. Deponere eſt rem cuſtodiendi cauſa alicui tradere, commendare, credere. l. ſi quis eo animo. ff. de religioſ. Et depoſitum eſt, ſeu depoſitio, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: dictum ex eo, quod deponitur. præpoſitio enim De auget poſitum, vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiã rei pertinet. l. 1. iuncta l. licet. & l. Publia. ff. depoſiti. Et duplex oritur actio ex depoſito, directa videlicet, & contraria, vt patet in rub. ff. depoſiti, vel contra. Eſt autem directa, qua agit deponens, vt ſibi res depoſita reſtituatur. §. præterea. quib. mod. re contrah. obliga. l. 1. §. 1. & per totum. eod. Actio depo-

Deponere quid & vnde dicatur, & eius acceptiones plures.

Ex depoſito duplex actio oritur.

siti contraria competit depositario, si quid impenderit in re deposita. l. actione. ibidem. l. in rebus. §. possunt. ff. commoda.

Depositarius quis. ¶ Depositarius est is, penes quem res est deposita. l. 1. §. si pecunia. 2. in fin. ff. depositi. l. si ventri, de priuileg. creditor. Deponens, qui rem ei custodiendam tradit. l. licet. ibidem. & depositor vocatur in l. 1. §. apud. ibidem.

Deponere pro deprimere, demittere. ¶ Deponere quoque est deprimere, demittere, vt ædificium deposuit, vulgo *mettre bas*. l. & si forte. in princip. ff. si seruit. vindicet. ibi, sed si intra tempus statutum rursus deposuerit ædificium suum vicinus, renascetur tibi vindicatio, & depositio ædificij. l. metum. magna. §. idem Pompo. ff. quod metus caus.

Deponere pro transferre. ¶ Deponere pro transferre secundum quosdam in l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de don. inter vir. & vxor. ibi, si maritus heres institutus repudiet hereditatem donationis causa, Iulia. scribit lib. 17. Digesto. donationem valere: neque pauperior fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit. ego exponerem ibi pro abiecit, ademit, & quidpiam è patrimonio suo diminuit, vt docet Vlpia. in l. qui autem. quæ in fraud. creditor.

Deponere imperium, officium. ¶ Deponere imperium pro abdicare se, exuere, dimittere, abiicere. contrarium est verb. accipere, sumere. l. fin. ff. de offic. proconsul. ibi, proconsul portam Romæ ingressus deponit imperium. Deponere officium, idem. l. ei apud. in fin. ff. depositi, & depositum officium, in l. si quis officium. ff. de ritu nuptiar.

Depositio dignitatis. ¶ Depositio dignitatis. l. aut damnum. in princip. ff. de pœnis. & depositio magistratu, in l. nec magistratibus. ff. de iniur.

Lugubria deponere. ¶ Et lugubria deponere. l. genero. in fin. ff. de his qui not. infam. ibi, Labeo ait ipso die & sumere ea lugubria, & deponere.

Deponere naturam veneni. ¶ Deponere naturam veneni. l. quod sæpe. §. veneni. ff. de contrah. emptio. ibi, de his vero quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, vt ex his antidota, & alia quædam salubria medicamenta conficiantur, aliud dici potest.

¶ Pignori deponi, id est causa pignoris poni, concedi. l. seruus. ff. de condict. indeb. ibi, respon. si is qui pignori accepisset magidem alienam, scit apud se pignori deponi. Ita potest dici deponi commodati causa, id est poni, & concedi in commodatum, & aliis modis.

¶ Et animo ab accusatione desistit, qui affectum, & animum accusandi deposuit. pro reiecit, dimisit. l. ab accusatione. §. 1. ff. ad Turpillia.

Cõtendo quid. ¶ *Contendunt*. Hic contendere pro certare & litigare accipitur, quasi contra tendere: quod in litibus maxime actor tendat contra reum, & reus contra actoris voluntatem. Et hoc verbum respicit tam iudiciales, quam extraiudiciales controuersias. probat l. vt in conductionibus. ff. pro socio. ibi, nam qui nolunt inter se contendere, solent per nuntium rem emere in commune.

¶ In iudicio, hic & in l. 1. ff. de edendo. ibi, vt proinde sciat reus, vtrum cedere, an contendere vltra debeat. & si contendendum putet, veniat instructus ad agendum. l. circa. §. quoties. de proba. l. fi. de iureiurand. l. 1. §. apud. ff. depositi.

¶ Extra iudicium, probat tex. in l. 2. §. deinde & cum post aliquot annos quam duodecim latæ sunt, & plebs contenderet cum patribus. ff. de orig. iuris.

Contentio. ¶ Inde contentio, id est controuersia. l. in re communi. ff. de seruitu. vrban or. prædior. ibi, itaque propter immensas contentiones plerunque res ad diuisionem peruenit. l. 1. in princip. si mensor falsi. modum dixerit. ibi, si forte de finibus contentio sit. lege, fin. de iureiur.

Monachus cõtentiosus puniendus. ¶ Contentiosus monachus aut murmurans iuxta arbitrium rectoris, modumque peccati puniendus est. c. si quis monachus. 90. distinct. Et ipsi litigiosi ac contentiosi ordinari prohibentur. c. hoc habet. in fin. 46. distinct. Et generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere. Patet ergo, quod non licet istis stare coram iudice captando lucrum, sed licet euitando damnum. c. episcopus. 14. q. 1. & ibi, aliis autem coram iudice adstitisse, & pro eis iudicem interpellasse nonnullos sanctorum legimus. hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus profutura repetunt. Et ita non prohibetur stare coram iudice.

Iurisdictio contentiosa. ¶ Inde contentiosa iurisdictio, in l. 2. ff. de offic. pro consul. est, quæ inter contendentes & litigantes exercetur. & in inuitos datur. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbor. obliga. vt si duo coram iudice litigent, illa iurisdictio, quæ inter istos exercetur, vocatur contentiosa.

Iurisdictio voluntaria quid. Contendere pro niti, intendere, dicere. ¶ Voluntariam vocant, quæ à volente & inter volentes exercetur: vt adoptare, manumittere, & alia similia. l. 1. de offic. proconsul. l. 1. de offic. prætoris.

¶ Contendere, niti, laborare, intendere, dicere. l. qui interrogatus. iuncta l. licet. ff. de petitio. hereditа. ibi, qui interrogatus cur possideat, responsurus sit, quia possideo, nec contendit se heredem, vel per mendacium, &c. quę lex interpretata fuit in meis interpretationibus. facit l. si filius. ff. de proba. ibi, & quia se liberum esse quodammodo contendit. l. si duo. §. idem Iulia. & l. duobus. §. quę iurauit. de iureiur.

¶ Contendere, idem. l. in exceptionibus. in fin. ff. de proba. ibi, hoc amplius si iudicatę rei,

rei, vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo, quod tunc petitur. Siue in alea gestum esse contendatur, eum implere probationes oportet. l. extraneo. de quæstio. l. ait prætor. §. quod ait. quæ in fraud. creditor.

¶ Contendat, id est contendere debeat, exponit glo. in l. si vsus fructus. ff. de aqua pluuia arcend. videte.

¶ *Dimittitur*. Hoc verbum, & eius phrases tradidi in l. dimissoriæ. supra eod. ne plura.

IDEM LIBRO QVINTO PANDECTARVM.

LEX CENTESIMA DECIMA.

Bonæ fidei emptor esse videtur, qui ignorauit eam rem alienam esse: aut eum, qui vendidit, putauit ius vendendi habere: puta procuratorem, vel tutorem esse.

¶ Is bonæfidei emptor vocatur, qui ignorat rem quam emit alienam esse, sed eam arbitratur esse venditoris: vel quando putat eum qui vendidit, ius vendendi habere: vt procuratorem, & tutorem. Quod loco summæ tibi sufficiat. Alibi dicitur bonęfidei possessor, quandiu ignorat se possidere alienum: cum vero sciuerit, nec ab aliena possessione recessit, tunc malæfidei perhibetur. verba sunt tex. in c. si virgo. 34. q. 2. Et malæfidei possessor dicitur, qui aliena nescit possidere. l. quare. ff. de vsucapio. l. item veniunt. §. petitam. 2. de petit. heredita. ibi, nam vbi scit, incipit esse malęfidei possessor. id est cumprimum ei denuntiatum est. c. vigilanti. de prescriptio. Ioan. Franc. in tract. prescrip. in 2. parte 3. partis in princip. videte Bal. consil. 464. in fin. vol. 1. Et hic bonęfidei vocatur etiam iustus possessor, in l. si quid possessor. §. sed & si ipsi. ff. de petitio. hered. & d. c. si virgo. ibi, tunc iuste iniustus possessor vocabitur. dicam in l. iusta interpretatione.

Videtur fictionem non denotat. ¶ Et verbum *videtur* hic fictionem non significat, sed accipitur pro dicitur, intelligitur, vt scripsi in l. 1. supra eod.

Bonafidei emptor est, qui authore iudice quid emit. ¶ Itaque duobus modis vocatur hic bonęfidei emptor. Primo cum quis ignorat rem esse alienam, vtpote quia putabat vendentem esse dominum: vel si alienam esse sciret, tamen putabat venditorem ius vendendi habere, vt scribit Fabianus de Monte in tract. de emptio. q. vlt. versic. 2. pro hoc allego tex. in l. qui balneum. in fin. ff. qui potior. in pignor. habeant. ibi, bonafide, id est si ignorauerit Meuio obligatum esse.

¶ Adhæc qui authore iudice comparauit, bonæfidei possessor est. l. qui authore. infra tituł. proximo. quia ius vendendi iudex habet. §. fi. Inst. de offic. iudic. Non possunt tamen videri bonæfidei possessores esse, qui nec possidendi animum habent. l. eius. in fi. ff. si cert. peta. Et bonæfidei possessor nulli querelæ subiectus est. lege, si quid. §. sicut. de petitio. heredita.

Bonafides, & mala fides quæ ¶ Idem in creditore, curatore & executore, per tex. & ibi glo. in §. 1. quib. alienar. licet, vel non. in Inst. vbi describuntur alij casus, in quibus is qui dominus non est, iuste tamen alienat rem, & is qui emit, bonæfidei possessor dicitur.

¶ Præterea bonafides dicitur ignorantia rei alienę, seu iuris sui: mala fides vero est scientia, siue notitia rei alienæ, seu iuris. §. quod autem. de vsucapio. in Insti. & l. traditionem. ff. de Publicia. in rem actio. l. si quis fundum. ff. de acquir. possess. l. bonorum. 1. supra eod. Bar. in l. furtum. §. fundi. de vsucapio. Quod est verum, quando agitur de acquisitione rei, vel fructuum. Sed proprie bonafides dicitur animi intentio sine astu & dolo: & e contrario mala fides. vnde text. ait in l. 3. in fin. ff. pro socio, quod fides bona contraria est fraudi & dolo.

Effectus & vtilitates bonæ fidei. ¶ Ex his collige sequentes effectus ac vtilitates. Primus effectus est, quod res bonafide vendita propter minimam causam inempta fieri non debet. l. res. ff. de contrah. emp. nisi quis fuerit deceptus vltra dimidiam iusti pretij. l. 2. C. de rescind. venditio. c. cum dilecti. & c. cum causa. de emptio. & vend. Secus si dolo. C. de rescind. venditio. Quippe dolus dans causam contractui bonæfidei, eum annullat: si vero tantum incidat in contractum, tunc contractus non erit nullus, sed annullandus. l. & eleganter. ff. de dolo. Item si dolus det causam cõtractui stricti iuris, annullari poterit. l. si dolo. C. de contrah. & committend. stipula. Apertius explicaui in tract. de rescis. contract. Et intra quod tempus peti debeant, in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

¶ Secundus est, quod bonæfidei emptor facit fructus suos pro cultura & cura. §. si quis à non domino. de rerum diuis. in Insti. nam quod ad fructus attinet, loco domini pene est. l. bonæfidei. ff. de acquirendo rerum dominio. l. & ex diuerso. vbi Bartolus, ff. de rei vindicatione. Iason in l. 3. §. ex contrario. num. 40. ff. de acquiren. possessio. vbi alias describit tationes.

¶ Sed bonæfidei emptor intelligendus est, quoad fructuum perceptionem, quandiu

euictus fundus non fuerit.l.qui scit.§. fi. ff. de vsuris. Et sufficit in his fructibus lucrandis abesse malam fidem.Bar.in l.sed & si lege.§.scire.ff.de petit. heredita. Alexand. consil.154. in 6.vol.Imo etiam fructus beneficiorum bona fide perceptos non tenetur bonæfidei possessor restituere,teste Panor.in c.in literis.col.6.nu. 20. de resti.spolia.per glo. in c. grauis. ibidem.Panor.in c.dilecto.de præb.Franciscus Curtius consil.28.sacratissime.col.2.

Possessor bonæ fidei quid iuris habeat.

¶ Porro bonæfidei possessor in percipiendis fructibus id iuris habet, quod domino prædiorum tributum est.d.l.qui scit.§.1.videte Ias.in l.Nesennius.§.fundum.ff.de re iudica. Felt.in c.cum causa.col.8.de re iudica.Et sic eos restituere non tenetur,nisi fuisset effectus locupletior; tunc enim ex æquo & bono teneretur ad restitutionem, quatenus est locupletior. per l. si me. ff. si certum peta.& ibi iuris interpretes. Aut etiam illos fructus compensare tenetur cum impensis à se factis.l.fructus.ff. de vsuris. & l. sumptus.de rei vindica. nisi possederit rem cum titulo oneroso: quia tunc non tenebitur fructus cum impensis computare.per glo.singul.in l.emptor.§.fi. ff. eod. & Francis. Cremens. singul.105. si feci. Bar.in d.l.sumptus.Alexand.consil.154.consideratis his.in 6.vol.Bal.consil.303.ad euidentiam.in 1.vol.Ias.in l.si domus.ff.de lega.1.Franciscus Curtius consil.6.circa. in fi. Soci.in tract.fallen.regul.298.possessor.Anto.Negusant.in tract.de pignor. in 4. membro 5. partis. nu.12.

¶ Tertius, fructus ad bonæfidei possessorem spectant, quoquomodo à solo separati fuerint:secus in malæ fidei.l.si eius.ff.de rei vindica.l.qui scit,§.præterea.de vsuris. & l.bonæfidei.de acquir.rerum domi.

Bonæfidei emptor excusatur à cõmisso.

¶ Quartus est, quod si bonæfidei emptor cessarit à solutione pensionis per triennium, ignorans rem esse emphyteuticariam,excusatur à commisso,ne res amittatur ob defectum solutionis,saltem per restitutionem.l.3.iuncta glo.vlt. vbi omnes doct.C. de iure emphyteu.vbi Ias.nu. 184. refert omnes communiter hanc opinionem tenere. idem firmat Guido Pape in decis.Delphi.q.24.quispiam.quia tempus ignoranti currere non debet, saltem in effectu.l.annus.ff.de calumniator.

Bonæfidei possessor pretium non restituit.

¶ Quintus est, quod bonæfidei possessor non tenetur restituere pretium rei hereditariæ venditæ,ne in totum damno afficiatur,& nisi quatenus factus est locupletior.l.vtrum. & l.sed & si lege.§.consuluit,ff.de petitio.heredita. vbi quoque dicitur eos non esse locupletiores, qui donauerint, quamuis ad remunerandum sibi quodammodo obligauerint donatarium. Vnde scribit glo.in l.item veniunt.§.eos.in verb.facti, ibidem, optimam esse regulam, & nullam in iure veriorem, quod bonæ fidei possessor in id tantum tenetur, quod ad eum peruenerit.

Bonæfidei emptori restituitur pretium.

¶ Sextus effectus est, quod bonæfidei emptori restituitur pretium ab eo datum: malæ fidei vero,non.l.1.in fi. C.de præscript. triginta vel quadragin.annor.facit l. quemadmodum.in fi.C.de agricol.& censit.lib.11.

¶ Septimus,si bonæfidei hereditatis possessor sine sua culpa pecuniam rei venditæ perdiderit, sufficit quod actiones cedat:si fuerit malæfidei,tenetur si male credidit,id est commisit.l.item videndum.in princip.& l.Iulia.scribit.ff.de petit.heredita.

Bonæfidei emptori actio Publiciana datur.

¶ Octauus, bonæfidei emptor habet actionem Publicianam contra quemlibet possessorem,excepto domino:quod non est in malæfidei possessore.l.1.l.eum qui. §. prætor ait. ff.de Publicia.§.sed istæ.de actio.in Insti.vbi doct.

¶ Nonus, emptor bonæfidei præscribit rem per tempus legitimum. l. bonæfidei. ff. de acquir. rerum domi. etiam totam, quamuis sciat vendentem non esse dominum totius, dummodo putet illum ius vendendi totam rem habuisse.l.fi.ff.pro emptor.Et sufficit habuisse bonam fidem in initio temporis traditionis.c.placuit. 2. §. præscriptionum.16. q.3. versic.si vero. l. si aliena. ff. de vsucapio.quia bona fides facit præsumere titulum. Bal. in l. fin.15.oppo.versic.item quoad bonam fidem.Cod.de edicto diui Adriani tollend. Possessor vero malæfidei nullo tempore præscribit. regul. possessor. de regulis iuris, in sexto. Et contractus malæfidei vocatur,in quo mala fides,astus,& dolus fuit adhibitus.l.si fraude. C. de præscrip. longi tempor. Casus tamen est singularis, in quo malæfidei possessor præscribit,& bonæfidei possessor non,in l.adeo.§.cum in suo solo. ff. de rerum diuis. & in §.cum in suo solo.de rerum diuis.in Insti.item in l.generaliter.ff.de noxal.

Malæfidei contractus quis.

Casus in quo possessor malæ fidei præscribit & bonæfidei possessor minime.

¶ Decimus,quod bonæfidei possessor deducit etiam debitum naturale,l.si quid possessor.§.sed & si.ff.de petit.heredita.vbi quoque Bar.hoc firmat post glo. in §. sicuti. ibidem, dicens bonęfidei possessorem omnia debita deducere: malęfidei solos sumptus, quos fieri expediebat. Et malęfidei cauere debet de defendendo:bonęfidei non.Bar.in l. cum idem.ff.de petit.heredita.

Bonæfidei possessor debitum naturale deducit.

¶ Vndecimus.bonęfidei possessor soluens pro libero homine, quem seruum esse credebat,repetit.glo.in verb.incognitum.& ibi Bal.in l.apud antiquos.col.3.C. de furtis.& l. igitur.in fi.ff.de liber.caus.

Bonæfidei possessor repetit solutum.

¶ Duodecimus,bonęfidei possessor debet rem mobilem vbi est restituere,vel vbi petitur,

tur,sumptibus tamen petitoris:malæfidei possessor,vbi inuenitur, vel vbi petitur, & sumptibus suis.l.si res.cum l.seq.vbi Bar.ff.de rei vindica.facit l.cum res. vbi iurium interpretes.ff.de lega.1.l.si fideicommissum.de iudic.

possessor rem restituit,vbi est.

¶ Decimustertius, bonæfidei possessor non tenetur de rei interitu ante culpam suam, vel moram.l.item si verberatum.§.si seruus.& l.si à bonæfidei.ff.de rei vindica.Secus in malæfidei possessore.l.illud.ff.de petit.heredita.l.quod te.si certum peta.vbi plene doct.

De rei interitu non tenetur bonæfidei possessor.

¶ Decimusquartus effectus, si species aliqua ex aliena materia bona fide facta fuerit, fit specificantis:secus si malafide.tex.in l.adeo.§.cum quis.ff.de acquir.rerum domi.& §.cum ex aliena.de rerum diuis.in Insti.l.de eo.§.si quis ex vuis.ff.ad exhibend.

Species ex aliena materia fit specificantis bonæfidei.

¶ Decimusquintus, non tenetur possessor bonæfidei de rei deterioratione, si absque culpa sua euenerit.l.non solum.& ibi glo.& doct.ff.de rei vindica.Secus in malæfidei possessore.l.quod si malit.ibidem. Placenti. in tract. de varieta. actio. lib. 1. rub. de rei vindica. col.2.

De rei deterioratione non tenetur possessor bonæfidei.

¶ Decimussextus, litis impendia bona fide facta,vel ab actoris aut rei procuratore, debere ei restitui æquitas suadet.l.qui proprio.§.litis.ff. de procurator. l. sumptus. de pact. l. idemque.§.idem Labeo.manda.

Impendia litis bonafide facta restituuntur.

¶ Decimusseptimus, bonæfidei possessor si hominem vel equum restituat, de dolo cauere tenetur ante litem contestatam:malæfidei possessor etiam de culpa. l. si homo scit. ff. de rei vindica.

Bonæfidei possessor tenetur de dolo cauere.

¶ Decimusoctauus,debet quis restitui ad possessionem alterius etiam non iustam,dum tamen bona fide quæsita sit,si de spoliatione constet. Innocen.in c.sæpe. col. 1. in fi. de restitu.spoliator.c.in literis.ibidem.Spoliatus enim ante omnia venit restituendus.l. si quis. C.de vi public.

Ad possessionẽ alterius bona fide quæsitã restituitur quis.

¶ Decimusnonus, bonæfidei possessor recuperat sumptus per doli exceptionem, nisi actor deductionem ei concedat super fructibus.l.sinautem.§.in re petita.ff.de rei vindica. Secus est in possessore malæfidei.l. in fundo. ibidem. Prædo autem de se queri debet, qui sciens in rem alienam impendit.l.plane.ff.de petit.heredita.Sic tamen potest in eo esse differentia, vt bonæfidei possessor omnino deducat impensas, licet res non extet in quam fecit,sicut tutor vel curator consequitur:prædo autem non aliter,quam si res melior sit. §. fi.ibidem.Soci.in tract.fallen.regul. 298. Imo debet bonæfidei possessor fructus computare,& compensare cum sumptibus: non enim simul & fructus lucrabitur, & sumptus deducet.l.super.vbi Bal.C.de euictio.vt superius dixi.

Sumptus recuperat bonæfidei possessor.

Prædo non recuperat sumptus, nisi res sit effecta melior.

¶ Vigesimus, bonæfidei possessor partum rei furtiuæ apud eum conceptum vsucapere potest:quod in malæfidei possessore secus est.l.qui vas.§.si ancilla. ff. de furtis.l.si aliena. §. fi.de vsucapio.l.bonęfidei.in fi.de acquir.rerum domi.scripsi in l.partum.supra eo. Tamen requiritur, quod duobus temporibus emptor fuerit bonęfidei,scilicet tempore contractus, & traditionis: licet in aliis contractibus sufficiat, quod bonęfidei sit tempore traditionis.l.2.§.1.iuncta l.fi.ff.pro empto.& l.si aliena.ac l.3.pro solu.Dinus in regul.possessor.de regul.iur.in 6.Ideo lana ouium furtiuarum si quidem apud furem detonsa est,vsucapi non potest:si vero apud bonęfidei emptorem,contra.l.sequitur.§.lana.ff.de vsucapio.

Partus rei furtiuæ præscribitur à bonæfidei possessore.

¶ Vigesimusprimus, pupillus non potest soluere creditori sine tutoris authoritate: si tamen soluerit eidem bona fide recipienti, isque pecuniam pupilli consumpserit, liberabitur pup illus.l.obligari.§.pupillus.ff.de authorita.tutor.l.non omnis.in fi.vbi doct.plene, si certum peta.

Duo tempora requiruntur in emptore bonæfidei.

Tupillus non soluit sine tutoris authoritate.

¶ Vigesimussecundus, tutor si bona fide rem pupilli palam emerit, valebit emptio: secus si malafide.l.pupillus.§.item.& seq.ff.de authorita.tutor.facit l.non existimo.& l. cum plures.ff.de administra.tutor. Bal.consil.347.Titius.in 4.vol.Et quando bonafide censeatur hoc facere, docet Bar. & alij in l. singularia.si certum petatur,& in l.transactione. C.de transactionibus.

Emptio rei pupilli palam facta,valet.

¶ Vigesimustertius, si seruus mihi bona fide seruiat, etiam si dominium in eo non habeam,potest dici torqueri eum in caput meum non debere.Et idem in libero homine,qui mihi bonafide seruit. Secus si malafide. l. 1. §. si seruus bonafide. ff. de quæstio. vbi plene Hippol.Marsil.

Seruus seruiẽs bonafide, non debet torqueri in caput domini.

¶ Vigesimusquartus,is qui emit rem ecclesiæ sine solemnitate c. sine exceptione.12. q.2. perdit pretium: & fructus illius rei perceptos restituere tenetur. l. iubemus nulli. §. sane. cum seq. C. de sacrosanct. eccles. Tamen de equitate canonica, quę passim in hoc Regno seruatur, restituitur emptori bonæfidei pretium, si erat persona excusabilis ab ignorantia iuris.Feli.in c.cum causa.col.6.nu.25.de re iudica.scripsi in compend. alienatio. rerum eccles.videte tex.& glo.in l.1. C.de fide instrumen.lib.10. & l. quemadmodum.de agricol. & censit.lib.11.

Emens rem ecclesiæ sine solennitate,perdit pretium.

¶ Vigesimusquintus, debitor recte soluit bona fide constituto in reatu: secus si mala fide.l.aufertur.§. in reatu. ff. de iure fisci.l. reo. de solutio. Alioqui plerique innocentium

Soluitur recte constituto in reatu.

necessario sumptu egerent. doct. in l. post contractum. ff. de donatio.

¶ Vigesimus sextus, quod contra bonam fidem fit, factum inciuile vocatur: ideo saltem iudicis officio rescindendum est. l. medicus. ff. de var. & extraord. cognitio.

¶ Vigesimus septimus, bonæfidei possessor seruos etiam absentes noxali iudicio defendere potest: secus in malæfidei possessore. tex. in l. quoties. §. 1 ff. de noxal.

Tradens bona fide rem ei, cui non debet, liberatur cedendo actiones,

¶ Vigesimus octauus, venditor quirem bona fide tradidit ei, cui non debebat, liberatur cedendo actiones, quando certa species erat vendita: secus si genus. glo. singul. secundum Angel. & Iaſ. ibi in l. cum fundus. §. fi. in glo. vlt. ff. si certum peta. allegatur etiam l. si quis vxori. §. apud Labeonem. in glo. vlt. ff. de furtis.

Possessor bonæ fidei legis Flauiæ crimine nõ tenetur.

¶ Vigesimus nonus, legis Flauiæ crimine suppressi mancipij bonæfidei possessor non tenetur. id est qui ignorabat seruum alienum, & qui voluntate domini id putabat eum agere. & sic de bonæfidei possessore ipsa lex scripta est. nam adiicitur, si sciens dolo malo hoc fecerit, &c. l. 3. ff. de plagiar.

Actio in factum possessori bonæfidei datur.

¶ Trigesimus, si dominus seruum suum occiderit, bonæfidei possessori, vel ei qui pignori accepit, in factum actione tenebitur. ff. ad legem Aquil. l. si dominus seruum. Et ad interesse tenetur, si seruus immerito fuerit occisus. glo. ibi per l. seruum. ff. de pignor.

Priuignus si diuortio facto nouercam cognoscat, non cõmittit incestũ.

¶ Trigesimus primus, Imperatores rescripserunt post diuortium, quod cum nouerca priuignus bonafide fecerit, non esse crimen incestus admittendum: secus si mala. l. si adulterium cum incestu. §. iidem Imperatores. ff. de adulter. Ioan. Ponzi. in allega. super decreto, in princip.

Bonæfidei possessor tignum iniunctum volens eximere, auditur.

¶ Trigesimus secundus, bonæfidei possessor volens eximere tignum suæ domui iniunctum, auditur: secus in malæfidei possessore, ne rumis vrbs deformetur. l. 1. ff. de tigno iniuncto. Sic expressim docet Rofred. in tract. libellor. in 4. parte, in rub. de actio. tigni iniuncti. Quod verum intelligerem, quando bonæfidei possessor hoc fine domus deteriorationeseu destructione posset eximere: alias contra, per d. l. 1.

Tignum alienũ domui suæ apponens conuenitur.

¶ Trigesimus tertius, is qui tignum alienum iniunctũ sciens domui suæ apposuerit, in duplum actione de tigno iniuncto conuenitur: secus si bona fide. l. in rem. §. tignum. ff. de rei vindica. §. cum in suo. de rerum diuis. in Insti. Sed in hoc Regno ad æstimationem tantum conueniretur vterque. Cum hæ pœnæ non exigantur de iure canonico. c. fraternitas, 12. q. 2. scripsi in proœm. consti. Reg. in primo tomo: nihilominus puniretur malæfidei possessor, & teneretur soluere pretium, ad comparandum aliud simile, etiam si esset carius altero.

Praxis.

Impensæ necessariæ & vtiles deducũtur, etiam re perempta.

¶ Trigesimus quartus, bonæfidei possessor expensas necessarias & vtiles deducit, etiam si res perempta sit: secus in malæfidei possessore. l. plane. & l. præcedente. ff. de petit. hereditа. Bar. expressim in l. in fundo. col. 3. ff. de rei vindica. Panor. in cap. primo, de restitu. spoliator.

Bonæfidei possessor ædificans in solo alieno, pretium materiæ & fabrorũ repetit,

¶ Trigesimus quintus, bonæfidei possessor in alieno solo ædificans per exceptionem doli pretium materiæ, & merces fabrorum repetit: secus in malæfidei possessore. §. certe. de rerum diuis. in Insti. l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acquir. rerum domi. Idem in eo qui seuit frumenta. l. qua ratione. in princip. & §. sed ex diuerso. ibidem.

Fructus ex die, quo lis mota est, restituuntur.

¶ Trigesimus sextus, bonæfidei possessor non tenetur restituere fructus hereditatis, nisi ex eo die, quo lis in iudicium deducta est: secus in malæfidei possessore. l. 2. C. de petit. hereditа. Quia bona fides tantum possidenti præstat, quantum veritas. l. bonafides tantum. ff. de regul. iuris. doct. in l. cum fundus. si certum peta.

Voluptariæ impensæ deducuntur.

¶ Trigesimus septimus, bonæfidei possessor impensas etiam voluptarias picturarum & aliarum rerum per doli exceptionem repetere potest, antequam rem restituat: secus in malæfidei possessore, nam ei probe dicitur non debuisse in aliena re superuacuas impensas erogare. facultas ei tamen dabitur tollendi ea, quæ sine detrimento ipsius rei tolli possunt. l. vtiles. in fi. ff. de petit. heredita. scriptum fuit abunde in l. impensæ. supra eod.

¶ Trigesimus octauus, si debitor in fraudem creditorum minore pretio fundum scienti emptori vendiderit, restituere fundum, etiam si pretium non restituatur, tenetur. l. si debitor. ff. quæ in fraud. creditor. Secus si is qui accepit, ignorauit, & sic fuit in bonafide. l. 1. §. hoc edictum. & l. qui à debitore. ibidem. nam perimi ius bonæfidei vetustissimum, & iniquum & contra mentem constitutionis est. l. in bello. §. rursus. ff. de captiuis, l. 1. §. si quis. ff. si quid in fraud. patro.

Nemo ex improbitate sua actionem habet.

¶ Trigesimus nonus, emptor bonæfidei furti habet actionem. §. item si fullo. Insti. de obliga. quæ ex delict. nascunt. Secus in malæfidei possessore: quia nemo ex improbitate sua actionem consequi debet. l. itaque. ff. de furtis. plene Petr. de Bella Pertica q. 410. Francis. Zoanet in lib. resti. ad 50. lib. ff. c. 12.

¶ Quadragesimus, etiam furtiuus seruus bonæfidei emptori acquirit, quod ex re eius stipulatur, aut per traditionem accipit. l. etiam. ff. de de acquir. rerum domi. Secus si sit malæfidei. glo. ibi, quę allegat l. 1. in fin. C. de rei vindica.

¶ Quadra

Collationes fructũ à possessore bonæfidei valent.

¶ Quadragesimus primus, si bonęfidei possessor prioratus, vel decanatus conferat beneficia spectantia ad collationem prioris, vel decani, valebit illa collatio: secus in malæfidei possessore. Ita domi. de Rota decis. 4 rub. de præb. quæ incipit, Vtrum intrusus. quippe bonæfidei possessor facit fructus suos, vt superius dictum extitit: & collatio est in fructu, per glo. in c. cum olim. de maiorit. & obedien. De præsentatione tex. est in c. consultationibus. de iure patronat.

Agens actione pluuiæ arcẽdæ, auditur.

¶ Quadragesimus secundus, bonæfidei possessor auditur, si fundo cedat, quando agitur in eum aquæ pluuiæ arcendæ actione, quia tantum patientiam præstat: diuersum est in malęfidei. l. is cum quo. ff. de aqua pluuia arcend. & ibi plene interpretes.

¶ Quadragesimus tertius, si bonęfidei possessor hereditatis velit cum debitoribus hereditariis, aut cũ his qui res hereditarias occupauerint, consistere, audietur vtiq; si periculum erit, ne inter moras actiones intercidant: secus in malęfidei. l. si bonęfidei. ff. de petit. heredit.

¶ Quadragesimus quartus, bonęfidei possessores non aliter cogendos ait Paulus creditoribus consumptum ędificium restituere, quam si sumptus ad construendum erogatos, quatenus pretiosior res facta, reciperent, in l. Paulus. §. penul. ff. de pignor.

¶ Quadragesimus quintus, bonęfidei possessori competit actio triticaria ad recuperandum possessionem, à qua deiectus est: secus in malęfidei possessore. l. 1. in fi. cum l. seq. ff. de actio. triticar.

Priuilegium non facta mentione de possessore bonæfidei non valet.

¶ Quadragesimus sextus, priuilegium non facta mentione de possessore bonæfidei non valet: secus de malæfidei possessore. tex. & ibi glo. possidebat. in fi. in c. vlt. in princ. de decimis. in 6. vbi doct. & in c. dudum. de priuileg. vbi iusta possessio sufficit ad impediendum vires priuilegij. facit quod scribit Roma. singul. 597. an priuilegium. alium effectum habetis in l. in causæ. 1. in fi. ff. de minor. & in l. quoriens. de acqui. hered.

¶ Postremo ait Iurisconsultus bonam fidem sequendam, in l. 2. in fi. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. nam, vt breuiter dicam, bonafides tantum possidenti præstat, quantum veritas, quoties lex impedimento non est. l. bonafides. ff. de regul. iur. Et absurdum videretur, eos quidem qui bonafide possiderent, excipere actionem: prædones vero securos esse. l. non solum. ff. de noxal. Alij quam plurimi sunt effectus, quos nisi hi sufficiant, liberum erit cuilibet addere.

Bona fides in dubio præsumitur.

Malã fidem allegans, il'ã probare debet.

¶ In dubio notandum est bonam fidem præsumi: vt qui à quolibet rem emit, quam putat ipsius esse, bonafide emit. l. qui à quolibet. ff. de contrah. emptio. Mala vero fides nusquam præsumitur, sicut nec delictum. l. merito. ff. pro socio. glo. in c. sanctorum. & c. si diligenti. de præscrip. Et sic qui malam fidem allegat, illam probare debet: sicut de dolo dicitur in l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Vnde rem emens cum pacto de retrò vendendo lucratur fructus illius rei, cum bonęfidei sit emptor, donec venditor totum pretium legitime obtulerit, vel deposuerit, vel consignauerit. l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor. c. ad nostram. de emptio. & venditio. lege, acceptam. vbi Bal. C. de vsuris. Sic consuluit Franciscus Curtius consil. 28. sacratissime. Et hęc sit prima regula.

Bona fides tollitur per denuntiationem.

¶ Quę primo limitatur, cum quis emeret à pupillo sine tutoris authoritate. d. l. qui à quolibet. vel à prodigo, cui bonis interdictum est. l. si sciens. ff. illo titul. Et hoc, quando emeret ab ipso pupillo: secus si ab alio, procuratore forte pupilli, & is emptor nesciret pupillum dominum esse: tunc præsumeretur bonafides, vt in hoc tex. dicitur de procuratore,

¶ Secundo ratione denuntiationis tollitur bonafides. l. si fundum. C. de rei vindica. Etiam si denuntians non faciat fidem de iure suo, quod non tenetur ante tituli acquisitionem: secus si post. Ioan. Francisc. Balb. in repet. l. Celsus. col. 37. ff. de vsucap. Ccpol, in tract. de seruit. vrbanor. prędior. c. 20.

Bonafides an præsumitur, quando allegatur.

¶ Tertio præsumitur bonafides, si allegetur. l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollio ni. in fi. ff. de adulter. facit glo. in clem. appellanti. in fi. de appella. Barba. in consil. 35. in 1. vol. Balb. in d. l. Celsus, col. 31. Quod putarem verum, si allegaretur, & probaretur: nec allegatio sola sufficeret, cum non sufficiat dicere, nisi probetur. l. 1. iuncta glo. ff. si quadrupes pauper. feciſſe dicat. scripsi plene in interpreta. l. diuus. ff. de senatusconsul. Silanja.

Bona fides nõ præsumitur cõtra iura.

¶ Quarto non procedit, cum quis esset mercatus contra iura. regul. qui contra iura. de regul. iuris, in 6, l. quemadmodum. de agricol, & censit. lib. 11. glo. hic. vel solemnitate non seruata, per glo. singul. in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastę fiscal. lib. 10. vbi emens sine solemnitate, præsumitur in mala fide, vt ibidem glo. asserit.

Collusio falsi procuratoris inducit malam fidem.

¶ Quinto quando à procuratore colludente emerit. nam illa collusio malam inducit fidem. glo. in verb. bona fides. c. si diligenti. de præscriptio. doct. in rub. de collusio. detegend. l. qui fundum. §. procurator. ff. pro emptore,

Bona fides non præsumitur in eo, qui ludit ludo prohibito.

¶ Sexto perdit officium hęc regula, quando ab illo emeret, cum quo ludit in ludo prohibito. l. fi. §. 1. ff. quarum rerum actio non datur. l. 1. de lusu aleę & aleator. Secus vbi tertius emeret à lusore: quia tunc, cum ille possit lucrari, & is qui emit non det, vt secum ludat, valebit contractus. Bar. in l. si quis cum sciret. ff. pro emptore. nisi fraus esset de persona

ad perſonam.glo.in regul.fraus.de regul.iur.in 6.vtpote ſi ille qui lucrabatur,dixerit alicui quod emeret: teſte Petro de Vbald.in repet.c.ſi diligenti,col.13.in 5.fallen.de præſcrip.

Poſſeſſor nouus præſumitur vitioſus, ſi de antiquiori appareat.

¶ Septimo cum de antiquiori apparet poſſeſſore,nouus præſumitur vitioſus.c.licet. de proba.niſi poſſeſſor hic nouus poſſediſſet per longum tempus.Bar.in d.l.Celſus.& d.l.fin. ac in l.ſi duo.ff.vti poſſidetis.

Fama viciniæ facit ceſſare bonam fidem.

¶ Octauo flectitur hæc regula, niſi viciniæ fama eſſet rem non eſſe poſſidentis.Bar. in d. l.Celſus.facit c.quanto.cum ſeq.de præſcrip.& l.ſi vicinis.C.de nupt.ita nominatim ſcribit Petr.de Vbald.in repet.c.ſi diligenti.col.14.de præſcrip.vbi dicit idem in poſſidente ſeruitutem,cum ſit contra ius:quippe res omnis præſumitur libera.l.altius.C.de ſeruit.& aqua.

¶ Nono Iuriſconſultus interdum dicit præſtandum ex bona fide.l.ex maleficiis.§.1.ff. de actio.& obliga. Videte limitationes alias per do. de Vbald. in d. c.ſi diligenti. hæ tamen ceteras comprehendunt,& ſufficere debent ad tuendum bonæfidei poſſeſſorem,& ad eius effectus.

Phraſes bonæ fidei.

¶ Poſtremo ſuperſunt deſcribendæ phraſes hic, quibus Iuriſconſulti vtuntur. Primo alienam fidem ſequi,in l.1.ff.ſi certum peta.ibi,nam cuicunque rei aſſentiamus alienam fidem ſecuti,mox recepturi quid ex hoc contractu,credere dicimur.

¶ Habere ergo fidem alicui,eſt credere illi.l.1. ff.ſi certum peta. & Iulia. ſcribit bonæfidei conuenire, vt vnuſquiſque præcipuum habeat, quod ex re eius ſeruus acquiſierit, in l. communis ſeruus.ff.communi diuid.

¶ Fidem liberat,qui præſtat vel facit, quod promiſit de contractibus bonæfidei & ſtricti iuris.in §. actionum.de actio.in Inſti.

Agere bona fide.

¶ Bonafide agere dicitur,qui ſine vllo dolo,& figmento,vere atque diligenter agit,quod agendum ſuſcepit. Eraſm.in,annota.epiſt.ol.1.ad Roma.& Budæ.in l.1.§.quod ait prætor.ff. de ſeruo corrup. Phraſes alias breuitati conſulens prætermitto.

IABOLENVS LIBRO SEXTO EX CASSIO.

LEX CENTESIMA VNDECIMA.

Cenſere eſt conſtituere, & præcipere. Vnde & dicere ſolemus, CENSEO HOC FACIAS, & SENATVM ALIQVID CENSVISSE. Inde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum.

¶ Tria hic dicuntur:primum,quod cenſere ſignificat conſtituere & præcipere.Secundo infert ad exempla:videlicet ſolemus dicere, Cenſeo vt hoc facias, id eſt præcipio, & conſtituo. & ſolemus dicere Senatum aliquid cenſuiſſe. & pater cum dicit filio, Cenſeo vt hoc facias.Idemque ſi dominus ſeruo aut famulo, iudexve partis cenſet vendenda bona, id eſt conſtituit.& alibi Iuriſconſ.ait,Senatus ſtatuit.l.2.ff.de accuſat. Quippe cenſere & ſtatuere idem ſignificant,vt probaui in l.pronuntiatum. ſupra eod. Tertio Cenſoris nomen deductum videtur ab hoc verb. Cenſeo.

Cenſere pro opinari.

¶ Cenſere etiam dicit Budę. in annota. in Pandectas ad l. vlt. ff. de ſenator. quod vulgo vocant opinari, hoc eſt ſuam ſententiam explicata ratione approbare audientibus. Vnde dicimus, quod ſenatus hoc cenſuit. Nam quod iuſſu populi ſenatus cenſuerat, omnino ſeruandum erat. Etiam dicimus,quod vniuerſitas cenſet,à ſcholaſticis & vniuerſitatis miniſtris ſeruandum eſt.Sed glo.in clem.vna.in verb.cenſemus.de conceſſ.preb.dicit hoc verbum accipi pro iuſſu,deliberatione,& ſententię prolatione.idem dicit glo.in clem.vna. de proba.ita dicens:Cenſemus,iudicamus,ſententiamus,ſtatuimus,iubemus,deliberamus,& exiſtimamus,quam no.ſingul.Barba.in c.1.de offic.ordinar.nu.53.& l.ſi.vbi Lucas de Penna.C.de iure fiſci.lib.10.ſic intelligitur,vt hic,in l.ſenatus cenſuit.ff.de donatio.cauſ. mortis.l.ſi.C.de iure fiſci.lib.10.vbi Lucas de Penna.Et ſic Cenſeo accipitur pro conſtituo,præcipio,arbitror,decerno,cenſum habeo,& exiſtimationem.

¶ Interdum Iuriſconſultus dicit, Principes cenſuerunt, in l. 1. ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuer.& ſenatui placuit.l.Arrianus. de iure fiſci. Tamen verbum Cenſeo communius ad ſenatum referebant veteres. Cicer.ad Attic. ſcribit: quod nec ſenatus cenſuit,nec populus iuſsit.ſcripſi in l.eum qui.ff.de iuriſdict.om.iud.

Prædia cenſeri quæ dicantur.

¶ Cenſeri prędia dicuntur,quæ cenſum prębent.l.omne territorium.C.de cenſib.& cenſit.lib.11.Eſt & cenſeri,in cenſum deſcribi.l.1.C.in quib.cauſ.pignus tacit.contrah.Alias eſt arbitrari,iudicare, exiſtimare,vt dicunt quidam intelligi §.1.de iurę natur.in Inſt.& l.1.ff.de iuſtit.& iure.vbi dicit tex. videmus etenim cetera quoque animalia iſtius iuris peritia cenſeri.id eſt videmus non homines modo,ſed cetera animalia adſcribi & annumerari inter illos,qui hanc legem obſeruant.& ita habet Theophil.in §.1.Ergo videmus cetera animalia perita cenſeri iſtius iuris,vulgari modo loquendo: nempe omnia animalia perita iuris naturalis cenſentur.id eſt ſicut homines iuris huius periti ſunt,ita & cetera animalia reputantur & cenſentur perita; nam ea quæ ad naturale ius ſpectant, faciunt: videlicet alunt ſuos fœtus, ſicut homines, & reliqua hoc iure introducta non omittunt.Ergo cenſentur, id eſt videntur,& intelliguntur huius iuris peritia inſtructa.

¶ Tamen Budæ.in annota.l.1.ff. de iuſtit.& iure, exponit cenſeri pro nobis admirationi quidpiam eſſe præ ceteris,vt Elephas & Tigris.ſed iſta expoſitio eſt extranea à tex.generali ter dicente cetera animalia: ergo non intelligit ſpecialiter de aliquibus. Aut dicere cenſentur,id eſt pretium & æſtimationem merentur.non poteſt etiam hæc expoſitio huic §.1.conuenire.Quamobrem tutius tenerem,prout ſuperius.

Ætas in cenſendo ſignifcanda.

¶ Ætatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt, quia quibuſdam ætas tribuit, ne tributo onerentur.l.3.ff.de cenſib.

Cenſiti qui dicantur.

¶ Et ita cenſiti etiam dicuntur,qui cenſum præbent.C.de agricol.& cenſit.lib.11.vel quorum res æſtimata eſt certa quadam ſumma, & ſecundum eam in claſſem ſuam redacti: qui etiam capite cenſi, id eſt opibus cenſiti dicebantur.Et capite cenſi, qui nullo aut paruo ære cenſebantur, vt in rub.C. in quib. cauſ. cap. cenſi. domi. accuſ.poſſunt.lib.11.Nebricen.in verb.cenſeo.Licet in noſtris libris non habeamus,capite cenſi,in illo titul.in quib.cauſ.&c.

Capite cenſi qui.

Cenſuales qui.

¶ Cenſuales,qui cenſum exigunt.§.coges.in authen.de manda.Princip.colla.3.Lucas de Penna in rub.C.de cenſib.& cenſito. lib. 11. vel qui aſsiſtebant cenſoribus, teſte Calepino: quod parum arridet.vel qui certum pendunt cenſum.cap.authoritate.de priuileg.lib.6.

Cenſitor quomodo capiatur

¶ Cenſitor, qui recipit præſentationes collectorum coloni, & pignoris iure vendit prædium, ni cenſus ſoluatur. l. forma. §. illam enim equitatem debet admittere cenſitor. & l. cum poſſeſſor.§.pro pecunia.ff.de cenſib.l.ergo.§.alluuio.de acquir.rerum domi.& in rub. C.de cenſib.& cenſitor. lib, 11.

Cenſus acceptiones.

¶ Cenſus vero eſt id,quod per capita Principi ſoluitur,ſiue per focos. Valla in Rauden. vel annua penſio, quę ſuperiori de prouentibus rerum debetur. l. ętatem. cum l. ſeq. ff. de cenſib.Lucas in rub.C.de cenſib.lib.11. & in titulo, ſine cenſu vel reliq. & l.1. C. in quibus cauſis pig.tacite contrah.

¶ Secundo quoque dicitur æſtimatio rerum ac bonorum, in rub.de cenſib.ſupra,& Zaſius l.2.ff.de orig.iuris.ſed in titul.de cenſib.vix poteſt ſic accipi.

¶ Tertio pro ipſo patrimonio & ſubſtantia accipitur, authen. de creationibus, C. de epiſcop.& cleric.in fi.

¶ Quarto pro libro,in quo cenſus,& bona pro quibus ſoluitur, ſcripta ſunt. l. cenſus. ff.de proba.Lucas de Penna in rub.de cenſib.lib.11.Theophil.in §.fi.de libert.in Inſti.

Cenſus hodie quomodo capiatur.

¶ Hodie ex conſuetudine Francię vocamus cenſum preſtationem illam annuam,quam domino directo ſoluimus.Gallic.*le cens:* & *le ſeigneur foncier* vocatur, qui illum habet cenſum. Et eſt differentia inter cenſum & reditum,*rente*:quia habens reditum,nõ dicitur dominus directus, nec habet laudimia, nec retentionem, nec alia iura, quę dominus cenſus habet, *le cenſier ou foncier.* Nempe cenſuales domini duo eſſe non poſſunt, nec cenſus ſupra cenſum imponitur: tamen reditus ſupra reditum imponi poteſt,& tunc primus reditus ſupra reditum imponi poteſt: tumque primus reditus prius ſoluetur. Et qui tempore prior erit,& iure.l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pignor.Chaſſa.in conſuetud.Burgund. in rub.*des cauſes.*§.1.& §.6.Et anno 1367.dictum fuit in ſenatu,quod dum res venditur ad licitationem pro debitis ſoluendis,dominus cenſualis pro reliquis cenſus ſibi debitis eſt aliis debitoribus pręferendus:quia ius in re habet,quod alij non habent.Alias multas differentias docui in 2.tomo commentar.in conſti.Regias Gallic.tract.de conſti.redituum,artic.1. glo.17.

Cenſus hodie quomodo capiatur.

Arreſtum, quo præfertur ceteris creditoribus dominus cenſualis.

¶ *Et ſenatum aliquid cenſuiſſe.*Pro hoc tex.eſt in l.item veniunt.§.pridie.& ſeq.ff.de petit.hereditа.l.ſenatus.de contrah.emptio.& de donatio.cauſ. mortis.l. ſenatus.& l.ob carmen.§. item ſenatus. ff. de teſtib. Et quis fuerit modus conſulendi ſenatum,& vbi haberi, & quo pacto ſuffragia ferri ſolerent,& quid apud exteros, plene tradit Alexand. ab Alexandro in lib.genial.4.c.11.

Cęſores Romæ duo conſtituti.

¶ *Inde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum.* Cenſores Romę conſtituti fuerunt duo, cum cenſus iam maiori tempore augendus eſſet,& conſules non ſufficerent,l.2. §. exactis. ff. de orig.iuris. Et videte per Feneſtellam de magiſtratib. Romanor.c. 17. de cenſoribus, & per Pompo.Lętum eod.tract.

Cenſores vnde dicti.

¶ Item cenſores à cenſendo dicti ſunt, per iſtum text.ad quorum cenſionem, & arbitrium cenſebatur populus Romanus. Licet quidam dicant à cenſu æris, hoc eſt pecuniæ dictos eſſe, quaſi iudices cenſus eſſent, & iudices ſuper moribus, qui vitam moreſque noſtros cenſent,id eſt examinant,& iudicant.Nam cenſura iudicium eſt.vnde & cenſura eccleſiaſtica declaratur ita in c.quęrenti.de verbor.ſignifica.Quęrenti quid per cenſuram eccleſiaſticam debeat intelligi,cum huiuſmodi clauſulam in noſtris literis apponimus: reſpondemus, quod per eam non ſolum interdicti, ſed & ſuſpenſionis & excommunicationis ſententia valet intelligi.

Cenſura eccleſiaſtica quæ.

Cenſorius quis.

¶ Item cenſorius vir, qui cenſuram geſsit: & lex cenſoria, ad cenſorem pertinens, vel à cenſoribus

censoribus edita.l.in lege censoria.infra eod.vbi dicam abundantius.

Censualis forma. ¶ Censualis forma,ad censum pertinens.l.forma.ff.de censib.Et si quis inquilinum,vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. ibidem.

Trahere quomodo capiatur. ¶ *Tractum.* Trahere significat hic ducere, siue deducere.

Trahere pro differre. ¶ Interdum significat protrahere, differre.l.si mensor nõ falsum modum renuntiauerit, sed traxerit renuntiationem,de dolo tenetur.ff.si mensor falsum mod.dixerit.l.si duo.in fi. de consti.pecunia.ibi,an vero vsque ad litiscontestationem trahimus.l.penul.de sponsal.

Trahere damnum. ¶ Trahere damnum,pati,sentire,l.is à quo.ff.de rei vindica.ibi,quemadmodum non duplex damnum traheret.

Priores leges trahuntur ad posteriores. ¶ Non est nouum,vt priores leges ad posteriores trahantur,ducantur,pertineant.l.non est nouum.cum l.seq.ff.de legib.trahuntur autem,vt determinentur,suppleantur,& corrigantur. glo. ibidem. Ideo quia antiquiores leges ad posteriores trahi vsitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credi oportet,vt ad eas quoque personas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque similes erunt. Sed & posteriores leges ad priores pertinent, nisi sint contrariæ,idque multis argumentis probetur. Et quod in l.non est nouum. dicit trahantur, in seq.l.dicitur pertineant,ac in l.sed & posteriores.Et lubricum linguæ non est facile ad pœnam trahendum.l.famosi.§.penul.ff. ad legem Iul. maiesta.

Trahere inuitũ ¶ Trahere, id est inuitum ducere. authen. statuimus, vt nullus ecclesiasticam personam in criminali quęstione,vel ciuili trahere ad iudicium seculare pręsumat,contra constitutiones Imperiales & canonicas sanctiones. C.de episcop.& cleric. c.si diligenti. de foro competen. Vnde si punire quis debeat, si quis trahat alium coram non suo iudice, intelligetur, quando inuitum:secus si sponte compareat. l. 1. vbi glo.& doct. C.de agricol.& censit. lib. 11.Et trahi quis dicitur,quando vsque ad litiscontestationem perseuerat,vt eo casu puniatur. glo.in c.inolita.11.q.1.& in d.c.si diligenti.c.2. vbi Panor.in 2.no.de libell. obla.& in c. pastoralis.4.de caus.possess. Sed si quis trahat, & desistat ante litiscontestationem, non punietur. Georg.Nathan in repet.clem.sępe.in verb.causas. de verbor. significa. Dec.in c.dilecti.in 1. col.de exceptio. Gomes.in c.2.in verb.trahantur. de rescrip.in 6. Iacob.in l.quamuis. ff. de in ius vocand. Pro materia tamen non semper duci inuitum significat, vt melius ex specie factorum constare poterit.facit l.qui sella.ff.de seruitu.rusticor.prędior.ibi,sed trahendi lapidem aut tignum neutri eorum ius est.l.inter.ibi,armenta trahere.ibidem.

Constitutiones personales ad exemplum non trahuntur. ¶ Et constitutiones personales ad exemplum non trahuntur. l.1.ff.de consti. Princip. §. sed & quod Principi.de iure natural.in Insti.quod Iurisconsultus alibi dicit,non est producendum ad consequentias,l.quod vero.ff.de legib.Et quod iure singulari receptum est, ad cetera porrigi non placuit.l.fideicommissaria.1.§.fi.ff.de fideicom.liberta.Iurisconsul. alibi dicit,non transmittantur,l.forma.§.quanquam.ff.de censib.

Trahere in suã sententiam. ¶ Trahere in suam sententiam,est adducere,allicere,vel rationibus persuadere,vt in sententiam nostram descendant.l.si in tres.ff.de arbitr.ibi,quia in plures fuit compromissum, & potuit pręsentia eius trahere eos in eius sententiam. Et ne vos in pręsentiarum longius traham,alio pergamus.

IDEM LIBRO VNDECIMO.

LEX CENTESIMA DVODECIMA.

Littus publicum est eatenus,quatenus maximus fluctus exæstuat.Idem iuris est in lacu,nisi is totus priuatus est.

¶ Hic tex. duo prescribit. primo quid sit littus publicum, declarat: secundo de lacu.Ad primum,littus dicitur esse publicum, quatenus exęstuat maximus fluctus: vnde non licet alicui illud occupare.Idem in publico lacu, vt quatenus protenditur fluctus maximus,dicatur,nisi totus lacus priuatus fuerit. Prima huius legis pars elucidata fuit in l.littus. supra eod.in qua fuit dictum de littore quatenus protendatur, hic vero quatenus publicum dicatur:& sic neutra est superflua.

Eatenus,quatenus,quomodo capiantur. ¶ *Eatenus*,id est intantum,siue pro ea parte:*quatenus*,inquantum,vel pro qua parte.l. Stichum.in fi.ibi,sed conditio talis accipi debet,quatenus erit:vt si totum alienauerit legatum, extinguatur: si partem, pro ea parte debeatur, quę testatoris mortis tempore fuerit. ff. de lega.1.sic capitur in l.secunda,§.sepulchrum.ibi,Celsus autem ait,non totus qui sepulturę designatus est locus,religiosus fit, sed quatenus corpus humatum est. ff.de religios. l. fi.de mortuo inferend.

Quatenus pro ad quem finem. ¶ Quatenus,id est ad quem finem.l.Celsus.§.Iulianus. ibi, idem Iulianus quærit quatenus hos oporteat exhibere,& ait priorem sic, vt actor possessionem habeat, &c. l. item miles.ff.de re iudica.& l.si cum exceptione.§.quatenus.quod metus caus.

Quatenus pro quia. ¶ Quatinus,siue quatenus,pro quia,seu quoniam.l.1.in princip.ff.de noui oper. nuntia.vbi glo. sic exponit: melius tamen ibi intelligitur pro intantum, vt proxime dixi. Sed facit

facit pro glo.sententia l. si quis rogatus. ibi, quatenus libertas non priuata, sed publica res est.ff.de fideicommissar.liberta.vbi glo.exponit pro quia.videre & iudicare, an sic accipiatur l. certum. vbi glo. si certum peta. Sed melius forte conueniet exponere pro Quin ibi, nam & Pedius nil referre ait proprio nomine res appelletur,an digito ostendatur,an vocabulis quibusdam demonstretur,quatenus mutua vice res fungantur,quæ tantundem præstent. Et hæc dictio causam præteritam,præsentem,& futuram significat, si glo. credatur in §.1.in verb.sed quatenus.in authen.de heredib.& Falcid.colla.1.

Quatenus pro quousque. ¶ Quatenus,pro quousque.l.grege. §. cum pignori.ibi, quatenus vtraque pecunia debetur,pignus secundo creditori tenetur.ff.de pignor.eodem modo capitur in l.antiquitas. C.de vsufruc. quamuis Bal. ibi dicat in primo no. ampliatiuam dictionem esse.

Quatenus pro quomodo. ¶ Quatenus,quomodo.l.metum.magna.§.sed quod prætor.ff.quod met. caus. vbi glo. exponit pro qualiter ibi, sed quod prætor ait ratum se habiturum, quatenus accipiendum est,videamus.

Quatenus pro quod. ¶ Quatenus in iure Pontificio frequentius accipitur pro quod: vt mandamus quatenus,c.ex rescripto.de iureiur.& infinitis aliis in locis.

Quatenusfacit conditionem. ¶ Quatenus facit conditionem, teste Bar. in l. 1. col.6. versic. quæro de aduerbiis. ff. de conditio.& demonstra.per l. Stichum. ff. de lega. 1. Vnde si quis vendat quatenus habet in illa domo,si non habeat nisi sextam partem,illam videtur vendidisse,si tota domus ad eum spectabat pro quantitate pretij:quę si ascendat ad totam domum, tota videtur vendita, per l.potest reliquorum. vbi dixi, infra eod. glo.in l.1.§.1.ff. de superficieb.

Quatenus pro inquantum. ¶ Quatenus ad eum peruenit,id est inquantum factus est locupletior.l. in heredem eatenus daturum se eam actionem proconsul pollicetur, quatenus ad eum peruenit. id est quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas peruenerit.ff.de dolo.

Miles,parens, patronus, socius, & alię quędam personę non insolidum,sed quatenus facere possunt,condemnantur,id est deducto,ne egeant.l.miles. & l. sunt qui.cum legibus seq.ff.de re iudica. ¶ Miles,parens,patronus,socius,& alię quędam personę non insolidum,sed quatenus facere possunt,condemnantur,id est deducto,ne egeant.l.miles. & l. sunt qui.cum legibus seq.ff.de re iudica.

¶ Item istæ dictiones eatenus & quatenus simul incedere solent,sicut religiosi:vnde quidam alij religiosa verba dicunt.sed quandoque separantur.

Lacus quid. Stagnum quid. ¶ *Idem iuris est in lacu.* Quid sit lacus, Iurisconsultus in l.vna.ff.vt in flumi.public.his verbis ait:Lacus est, qui perpetuam habet aquam. Stagnum est, quod temporalem continet aquam,ibi stagnantem,id est continentem:quę quidem aqua plerunque hyeme cogitur,id est,congregatur.Imperator tamen in proœm.ff.dicit Institutiones climatas, ex omni veterum pene Institutionum corpore,& ab omnibus turbidis fluctibus in vnum liquidum stagnum coniunctas,in §.discipuli.vbi glo. & doct.elucidant.Et de stagno loquitur tex. in l.3.§.item feras.ff.de acquir.possess.& in l.vna.in fi.de ripa muniend.Et lacus forte potest ab Hebræo deduci verbo *lacat*,quod significat collegit,quòd secum omnes circum aquas colligat: vel à *lacah*, accepit, quòd omnes accipiat aquas ad se defluentes.

Fossa quid. Lacus duplex. Arestum,quo socius tenetur infra certum tempus pisces apponere intra stagnum commune. ¶ Fossa est receptaculum manu factum. hęc Iurisconsul.in d.l.vna. Et lacus quidam est publicus, quidam vero priuatus, teste Bar.in tract. Tiberiad.in verb.flumen. in fi. Fuitque pronuntiatum in senatu contra socium habentem commune stagnum, vt intra duos menses pisces apponeret:alioqui tempore elapso si socius apponat fructus,erunt sui,& non alterius. nec obest l. si vt proponas. C. de ędific.priuat. quę quatuor menses ad perdendum dominium præstituit: secus in hoc casu, quo tantum piscationem perdit.anno 1538.die penul.Decembris,in magna camera fuit pronuntiatum.

Ex lacu priuato vel stagno seruitus non constituitur. Dominus solus piscatur in lacu priuato. Locato fructu lacus,& nauiũ vsus censetur locatus. Lacum contaminans punitur. ¶ Et sic infertur,quod si lacus publicus crescat vel decrescat, littus semper dicitur publicum.Secus est in lacu priuato:quia quantumcunq; crescat vel decrescat, domino prędij remanet ei, cuius antea erat: nec in eo ius alluuionis locum habet.l. vicinus. §. lacus.de aqua pluuia arcend.ff.l.Rutilia Polla.de contrah.emp.l.lacus.de acquir.rerum domi.vbi sic dicitur:Lacus & stagna licet interdum crescant, interdum exarescant,suos terminos tamen retinent.Loquitur etiam de lacu tex. in l. 1. §. caput. de aqua quotid. l. 3. §. si aqua.de rituis.& l. vna. de fonte.

¶ Secundo ex lacu priuato vel stagno seruitus aquæductus concedi non potest. l. foramen.§.fi.ff.de seruitu, vrbanor. prædior. vbi glo. & doct.assignant rationem,quam ibi licet videre.

¶ Tertio in lacu priuato non licet alteri,quam domino piscari.l.iniuriarum.§.fi.ff.de iniur.Sunt enim quidam pro quæstu piscantium facti lacus,quos piscatorios vocat Iurisconsul.in l.forma,§.lacus.ff.de censib.

¶ Quarto si Comes vel alius dominus locauerit mihi fructus lacus,in quo naues habebat ad piscandum,tenetur nauium vsum mihi cõcedere,instar conductoris,l.sed addes.§.illud. ff.loca.& vsufructuarij.l.item si fundi.§.seminarios.ff.de vsufruc.Bal.expressim.in l.fundo. in fi.C.eod.Cepol. in tract.de seruitu.rusticor.prædior.rub.de lacu.

¶ Quinto qui lacum publicum contaminauerit,extra ordinem puniri debet.l.1.§.1.ff.de extraord

extraordinar.criminib.

¶ Sexto si lacus perpetuus in fundo tuo est,nauigandi quoque seruitus,vt perueniatur ad fundum vicinum,imponi potest.l.via constitui,§.1.ff.de seruitu.rusticor.prædior.

Lacus pro dolio vini.

¶ Septimo lacus etiam dicitur dolium, siue locus, in quem exprimitur vuarum liquor, & ex illo in dolia conditur.sic capitur in l.si seruus seruum,§.fi.ff.ad legem Aquil.vbi Bud. inquit lacum esse, qui torcularj supponitur ad excipiendum mustum,& labra lignea, quibus apud nos vindemiæ importantur, quibusque ad balneum vtimur.hæc ille. Et vulgus vocat *la cuue.*

Lacus,siue lacunar pro fabrica.

¶ Interdum lacus,siue lacunar est tecti elegantior fabrica, & plana trabs, seu tabulatum, quo tectorum superiora ornantur.l.quæsitum. §. scalæ, quæ ad lacunaria admouentur,instrumenti sunt.ff.de fund.instructo.

IDEM LIBRO DECIMOQVARTO EX CASSIO.

LEX CENTESIMA DECIMATERTIA.

Morbus sonticus est, qui cuique rei nocet.

Alciati sententia reprehenditur.

¶ Intelligit hunc tex.Alciat.quod voluerit definire morbum sonticum, vt sit is,qui cuique rei nocet:supplet,de qua re agitur.quæ suppletio non est mihi ex sententia: quia morbus sonticus non solum rei,de qua agitur, nocet, sed etiam cuicunque rei agendæ,vt inferius dicam. Alioqui si noceret tantum rei, de qua agitur, & non aliis, non diceretur sonticus.

Sonticus morbus definitur.

Vnde Iurisconsultus ait:morbus sonticus quoties nominatur,cum significari Cassius ait,qui noceat:nocere autem intellige,qui perpetuus est,non qui tempore finiatur:sed morbum sonticum eum videri, qui inciderit in hominem, postquam sanatus sit. sontes enim nocentes dicimus.l.vlt.§.1.ff.de ædilit.edicto.Et alibi dicitur:morbus sonticus ita æstimandus est, qui cuicunque rei agendæ impedimento est. porro quid magis impedimento est, quam morbus corporis contra naturam,quem febrem appellant? l.quæsitum.ff.de re iudica.Et sic morbus sonticus vocatur morbus nocens.Sextus vero Cæcilius,& alij veteres Iurisperiti, qui duodecim tabulas interpretati sunt,morbum sonticum pro vehementi & grauissima ægritudine acceperunt:& sonticam causam pro iusta & legitima.Aelius stylum sonticum pro noxio dictum existimauit: & sontire pro eo quod est in aliqua re obesse, & graiter nocere. Sed hanc vocem propter antiquitatem nimiam magis intelligendam, quam vsurpandam censet Petr. Crinitus in tract.de honesta disciplina,lib.5.c.10. Effectus sequentes resultant.

Sontica causæ.

Sontici morbi effectus.

¶ Primus est, quod citatus habens morbum sonticum, comparere non tenetur: sed in criminalibus excusatorem mittere debet, quem Gallic.*exoine* vocamus.l.quæsitum.ff.de re iudica. vbi verba sunt Iurisconsul. morbus sonticus, etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt.& pœnam contumacis non patitur,quem aduersa valetudo,vel maioris causæ occupatio defendit.l.contumacia.§.pœnam. ff. de re iudica. multa scripsi in tract. de excusatio.& exoniis, in 3.tomo commentar.in constit.Reg.Gallic.

Sontici morbi excusat.

In sontico morbo detentum sententia lata non valet.

¶ Secundus,non valet sententia lata contra morbo detentum sontico.d.l,quæsitum.ibi, igitur si rei iudicandę tempore alter ex litigatoribus febrem habuerit,res non videtur iudicata. Et sic sententia est ipso iure nulla, quando iudex sciebat eum valetudinarium, vtpote qui erat excusatus: sed si ignorabat, valet sententia: datur tamen restitutio. Bar.& alij in d.l. quæsitum.& lege secunda,§.si quis.ff.si quis cautio.& l.si prætor. in fi. de iudic.

Sontico morbo laborans excusatur ab horis dicendis.

¶ Tertius, excusatur hic ab horis dicendis, teste Ioan. de Lignia.in tract.de horis canonic.dicend.in 6. q. quod verum intelligit Innocen. si talis sit infirmitas,quæ impediat,& à dicendo, & audiendo: qui postea sanus effectus non tenetur quidpiam de horis præteritis dicere.Secus vbi leuis esset morbus.c.1.de celebra. missar. Nicol.vero plene in tract.de horis dicendis, in 1. parte. q. 3. firmat saltem illum audire teneri sacerdotem coram eo legentem. Sed ego putarem morbum sonticum eum excusare etiam ab audiendo, quando acriter vexaretur,vel quando obesse timeretur, teste Card. in capitulo primo. q. 7. de celebra. missar.

Æ residendo excusatur,qui morbo laborat.

¶ Quartus,excusat à residentia. c. vno.de cleric. non residen.in 6. c.ad audientiam. illotit.& tunc potest deseruire per vicarium,etiam sine episcopi facultate, vt per doct.ibidem, quandiu morbus duratised is sanitatem adeptus residere tenetur.doct.in d.c. vno.

Fructus percipit laborans morbo sontico.

¶ Quintus, recipit fructus beneficij tempore valetudinis aduersæ, ac si seruiret. cap.1. de cleric. ægrotan. etiam distributiones quotidianas. quia per eum non stat, quominus seruiat.l.in iure.ff.de regul.iuris.cap.vno.de cleric.non residen.in 6.prout tamen dixi in §. primo. in verb. impedimento. in fin.de colla. in concorda. & plenius in scholasticor. priileg.31.

Theologus morbo sontico laborãs excusatur.

¶ Sextus, etiam theologus,qui tenetur legere & prædicare,excusatur ob morbum sonticum.

ticum. d. §. primo, de collation. vbi plene scripsi, in verb. impedimento, in concordatis Franciæ.

Appellans excusatur ob morbum sonticum.

¶ Septimus,excusatur is,qui non prosecutus fuerit appellationem ratione morbi. c. ex ratione. de appella. quippe tunc per literas Regias releuaretur in hoc Regno, vel in curia ecclesiastica à Papa, vel ab alio, cui ius hoc concessum fuerit:vt in c. cum sit Romana. de appella.

A promouendo excusatur laborans sontico morbo.

¶ Octauus,excusatur à promouendo intra annum,iuxta c.licet canon.de elect. in 6. & c.commissa.eod.titul.quod potest ad mille aureos prodesse:nec ei computatur annus,nisi à die sanitatis recuperatæ. d. c. commissa. velut abunde tractaui in secunda parte praxis beneficial.titul.de non promotis intra annum quando priuati censeantur,& quando possint excusari.

Sontico laborans excusatur à petendo inuestituram.

¶ Nonus,excusat vassallum non petentem inuestituram intra annum à priuatione feudi.c.1.quæ fuit prima cauf.benefic.amittend.Bal.in §. vassalli.de pace Constan.aut si domino non seruierit, vt ibi Iurisconsul.in l.qui cum vno.§.fin.ff.de re militari. ibi, datur venia valetudini, &c.

Priuilegiis gaudet laborãs morbo.

¶ Decimus, licet quis non debeat gaudere priuilegiis alicuius officij, nisi ad finem vsque in eo perstiterit: hoc tamen non procedit, vbi præ morbi grauitate non licuit ea quæ erant officij perficere.tex.in l.ex agentibus. C.de princip.agent.in reb.lib.12. quem singul. no.Roma.sing.65.an stante statuto.Ideoque dixi rectorem vniuersitatis,qui per duos menses & vltra per infirmitatem suo officio non valebat seruire, nihilominus gaudere debere priuilegiis aliorum rectorum,qui per se exercuerant officia,per prædicta.

Laborans morbo à ieiunando excusatur.

¶ Vndecimus,valetudinarius non tenetur ieiunare. c. consilium. vbi doct. de obserua. ieiunior. vbi dicunt posse etiam comedere carnes tempore quadragesimæ, etiam in loco prohibito,vtpote in monasterio.glo.in c.ad nostram.de censib. doct. in l.vinum. ff. si certum peta.

Morbus à celebrando excusat.

¶ Duodecimus,qui quotidie celebrare tenetur ex statuto vel fundatione,excusatur ratione morbi sontici. c.significatum.vbi etiam scripsi,de præb.nisi diceretur in statuto, per se, vel per alium : tunc tempore infirmitatis per alium seruire deberet, vt alias dixi primario collegij Heduen.dum in illo collegio habitabam.

Testes valetudinarij lite nõ contestata audiuntur.

¶ Decimustertius,si testes sint valetudinarij, ad perpetuam rei memoriã audiri possunt lite non contestata. c. vlt. vt lite non contesta, lege, in lege Aquilia si deletum. ff. ad legem Aquil.

Maritus non repetit expensas pro vxore ægra factas.

¶ Decimusquartus,expensas quas maritus in vxore ægra curanda præbet,non repetit.l. quod in vxorem. C.de negot.gest.

Laborans aduersa valetudine non tenetur comparere in synodo.

¶ Decimusquintus, valetudine aduersa laborans non tenetur in synodo comparere, sed legatum mittere debet, dicit tex.in c.si ægrotans.5.q.3.cap.placuit.2.c.si quis episcoporum.18 distinct.

Infirmis non imponitur pœnitentia.

¶ Decimussextus,infirmis non est pœnitentia imponenda,sed innotescenda,& amicorum orationibus,& precibus subleuanda.c.ab infirmis.26.q.7.

Infirmitas pro dest ad salutẽ.

¶ Decimusseptimus, infirmitas corporis aliquando prodest ad salutem animæ. c. nisi. §.alia.de renuntia.c.si quis.23.q.3.Bened.in repet.c.Raynutius.in verb. mortuo.1. nu. 10. de testam.Et duplex est infirmitas,animi & corporis.l.1.ff.de ædilit.edict.Lucas in l.nullus solius.C.de decurio.lib. 10. Cicero lib. 1. & seq. Tusculą. quæstio. facit c.cum infirmitas. de pœniten.& remissio.

Infirmitas maritum excusat à reddendo debitum.

¶ Decimusoctauus,infirmitas excusat maritum à reddendo debitum vxori, vt probat de Ripa in tract.de peste,in 1.parte,in priuileg.vlt.facit tex.in l.si paterfam.1.§.fi.ff.de adoptio.l. filium.in fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ibi, infirmitate interueniente. & l. fi. §.camelasia,ibi,nisi soli læsi,& inutilis corporis infirmitate. ff. de munerib. l. si longius.in princip.de iudic.Licet quidam dicat infirmitatem non capi pro valetudine.

Matrimonium non præsumitur contrahere infirmus.

¶ Decimusnonus,non præsumitur,quod infirmus contrahat matrimonium. c. tenor. de senten.& re iudica.quod tamen multi faciunt,vt legitiment sobolem procreatam.

Beneficio aut officio non priuatur,qui morbo laborat.

¶ Vigesimus, non est quis priuandus beneficio, nec officio, si non liceat eidem per valetudinem seruire.c.scripsit.& seq.7.q.1.c.1.& per totum.de cleric.ægrotan.

Valetudinarij læsi pendente morbo, restituuntur.

¶ Vigesimusprimus,si valetudinarij lædantur pendente morbo per sententiam,vel alias, possunt petere in integrum restitutionem, tanquam absentes, & non defensi. l.præses. ff. de minor.l.fi.de in integr.restitu.l.3. in princip. rem ratam haberi. Bal. consil. 466. in ciuitate Brixiæ.col.vlt.vol.1.

Iudex delegat ob valetudinẽ.

¶ Vigesimussecundus, potest iudex ex causa valetudinis aduersæ impeditus delegare causam,& alteri committere,etiam si meri imperij sit.l.1.& ibi Bar.& alij.ff.de offic.eius cui manda.est iurisdictio.Vel in locum eius,si morbus longe duraturus sit,alter poterit subrogari.l.si longius. ff. de iudic. morbus enim sonticus iudicandi necessitatem remittit. l. iudex.ff.de iudic.

Doctor per substitutum legit, si infirmetur.

¶ Vigesimustertius, doctor morbo detentus potest legere per substitutum, vt testatur Bal. in l. fi. ff. de excusatio. tutor. sequitur Feli. in cap. 1. col. 3. versic. hæc autem. de summa trinita.

A tutela excusatur morbo laborans.

¶ Vigesimusquartus, excusat morbus sonticus à tutela suscipienda. l. Titius. §. fin. ff. de excusa. tutor. §. item propter aduersam. in Insti. de excusatio. tutor.

A muneribus personalibus excusatur ægrotans.

¶ Vigesimusquintus, excusat hic morbus à muneribus personalibus. l. 1. & per totum. C. qui morbi se excusant, lib. 10. & l. 2. §. corporis. ff. de vaca. muner.

¶ Vigesimussextus, cum viuus iudicum delegatorum, vel executorum negotium inchoauit, alij non poterunt vlterius se intromittere de eodem, nisi infirmitate vel alia iusta causa contingeret illum impediri. c. cum plures. de offic. delega. in 6. facit c. si duo. de procurator. eod. lib.

Libertus, famulus, vassallus excusantur ab operis ob morbum.

¶ Vigesimusseptimus, libertus, famulus, aut vassallus excusantur ab operis ratione morbi: & idem in aliis qui seruire tenentur, l. sicut. & l. hæ demum. ac l. cum patronus. in fin. de oper. libertor. Idem in milite dicit tex. in l. qui cum vno. §. fi. ff. de re militari.

Ad testes ægrotantes mittitur.

¶ Vigesimusoctauus, ad testes valetudine detentos mitti debet, sicut ad personas egregias. c. si qui testium. de testib. l. ad egregias. ff. de iureiur. c. mulieres. de iudic. in 6. ad detentos vero Neapolitano morbo non, nisi quando sunt in æstu, & argenti viui receptione, & tunc canunt illa Propert. carmina:

Me dolor, & lacrymæ merito fecere peritum:
Atque vtinam posito dicar amore rudis.

Arbiter laborans morbo cogi non debet ad sententiam proferendam.

¶ Vigesimusnonus, arbitrum valetudine detentum iudex cogere nõ debet ad sententiam proferendam. l. licet. ff. de arbitr. quippe hoc arbitro esset impossibile: & impossibilium nulla est obligatio. l. impossibilium. ff. de regul. iuris.

Absens reipublicæ causa, negotio peracto, si incidat in morbum, censetur reipublicæ causa abesse.

¶ Trigesimus, causa reipublicæ absens, peracto etiam negotio, si inciderit in ægritudinem, non desinit causa reipub. abesse. l. si cui. §. fi. ff. ex quib. caus. maior. Et an à pœna excuset morbus, tradit tex. in l. si cum dies. §. si quis. ff. de arbitr. & Ludouic. Roma. in l. si vero. §. de viro. in 44. fallen. soluto matrimo.

Seruus qui ob morbum fuerit à domino habitus pro derelicto, efficitur liber.

¶ Trigesimusprimus, seruus quem dominus pro derelicto ob grauem infirmitatem habuerit, si conualuerit, libertas ei competit. l. 2. ff. qui sine manumissio. l. vna. §. sed scimus. C. de Latina liberta. tollend.

Collega si non possit manumittere præ infirmitate, alij delegat.

¶ Vltimus, si qua ex causa collega consulis manumittere non possit, infirmitate vel alia iusta de causa impeditus, collegam posse manumissiones expedire senatus censuit. l. vna. ff. de offic. consul. Quos infirmitatis effectus vbi cumulassem, peruenit ad me liber D. Gomesij super regul. cancell. in quo 90. infirmitatis priuilegia describit, in regul. de infirm. benefic. resignantib. quæstio. nona. Quamobrem his non diutius vos detinendos esse putaui.

Duplex est morbus.

¶ Verum intelligite prædicta de corporis infirmitate. siquidem infirmitas animi non excusat. l. 1. C. si aduers. delictum.

¶ Ad quorum pleniorem resolutionem præmittendum est ex interpretum sententia multiplicem esse valetudinem, seu infirmitatem. Quædam enim est infirmitas corporis, & dicitur morbus: de quo hic, & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. ibi, si constat maritum aliquandiu cum vxore non concubuisse infirmitate interueniente. c. cum infirmitas corporis. de pœniten. & remissio.

¶ Alia est infirmitas mentis, & dicitur mentis alienatio, seu dementia. cap. fi. de succes. ab intest. c. vno. de cleric. ægrotan. in 6. l. diuus. ff. de offic. præsidis. & animi potius quam corporis vitium est: velut si ludos assidue velit spectare, aut tabulas pictas studiose intueatur, siue etiam mendax sit, aut similibus vitiis teneatur. l. fi. ff. de ædil. edic.

Infirmitas memoriæ.

¶ Alia est infirmitas memoriæ, quę dicitur obliuio. l. peregre. ff. de acquir. possess. l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui testam. facere possunt. & Plato in dialog. 4. de repubi. vel de iusto, ait virtutem sanitatem quandam esse, prauitatem morbum.

¶ Aliàs infirmitas etiam dicitur imbecillitas, vt minoris ætatis & senilis, & quæ consilio curatoris regitur, in l. non quasi. in fi. ff. rem pupilli saluam fore. & l. in metallum. de pœnis. l. minor autem. §. 1. de minor. l. 4. de postuland. l. si seruus decem. ff. de solutio. & imbecillitas ætatis, in l. ait prætor. §. penul. de minor.

¶ Aliquando dicitur inconsulta facilitas. lege, verum. §. item non restituetur. ff. de minor.

Infirmus quomodo capiatur.

¶ Infirma ætas senioris, pueri, & puellæ. l. ciuitatibus. de lega. 1. ff.

¶ Infirmi, valetudinarij, imbecilles & debiles. Et sic regulariter capitur infirmus pro debili. Et quia ægri sunt debiles & imbecilles, ob id vocantur infirmi. l. si seruum. de verbor. obliga. & valetudo, infirmitas. l. vna. ff. de offic. consul. & l. 2. qui sine manumisio. & supra dixi. ac l. si cui. in fi. ff. ex quib. caus. maior.

¶ Sexus

Infirmitas sexus.

¶ Sexus infirmitas, id est imbecillitas, & fragilitas. l. 1. §. accusationem. ff. ad Turpillia. l. deferre. de iure fisci. l. 1. quand. mulier tutel. offic. fung. potest. C. & in l. 2. §. verba. ff. ad Velleia. primo dicitur imbecillitas sexus, postea infirmitas.

¶ Infirmitas humana resistere non potest, id est fragilitas. lege 1. §. is vero qui. ff. de actio. & obliga.

Infirmum consilium minorũ.

¶ Infirmum & fragile minorum consilium, id est debile, non firmum. l. 1. ff. de minor. & multis suppositum captionibus, multorumque insidiis expositum. ibidem.

Infirmare electionem quid.

¶ Infirmare electionem, est eam cassare, & annullare, quasi non firmam facere. c. congregato. & c. venerabilem. de electio. Idem in aliis actibus. l. vna. C. de his qui pœnæ nomi. c. cum Ioannes. in fi. de fide instrumen.

Phrases & significationes verbi infirmari.

¶ Infirmabitur petitio, id est irrita fiet. l. inter. §. si rem. in fi. ff. de verbor. obliga.

¶ Infirmato contractu, id est annullato. l. aufertur. §. quod à præside prouinciarum, vel à procuratore, vel à quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personam, comparatum est, infirmato contractu vindicatur. ff. de iure fisci.

¶ Infirmatur testamentum, annullatur, irritatur. l. mater. ff. de inofficioso testam. versic. ceterum. l. etiam. ibidem.

¶ Infirmabitur sententia. l. 1. ff. de feriis. ibi, citra appellationem sententia infirmabitur, id est infirma, & inualida ostendetur: & hoc, quando refertur ad actum, qui nullus est: tunc sic accipitur, vt in c. si quis presbyterorum. de reb. ecclesiæ non alienand. alioqui pro annullabitur.

¶ Interdum infirmabitur id, quod non tenet citra appellationem. id est non valere, non firmum esse ostendetur, & declarabitur. l. 1. ff. de feriis.

¶ Infirmare est summouere, repellere. vnde Iurisconsul. ait nihil interesse ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur. lege, nihil interest. ff. de regul. iuris.

¶ Infirmior, id est imbecillior. l. in bello. §. si pignori. ff. de captiuis. ibi, vt infirmior dimittendus est.

¶ Generaliter quid sit morbus, & quando morbi principium finiatur, & quis sit acutus, lateralis, puerorum, pedicularis, lunaticus, Herculeus, Regius, comitialis, sacer, attonitus, & alij, non est nostrum differere: sed vos reiicio ad medicos Hippocratem, Galenum, & alios.

Nocere quid.

¶ Sequitur in tex. *Nocet*. Nocere is proprie dicitur secundum quosdam, qui personę nocet. l. 1. §. hęc autem verba, Si viuet, nocitumque ei esse dicetur, non pertinent ad damna, quę in rem liberi hominis facta sunt. ff. de his qui deiecer. vel effuder. quod est verum, quando refertur ad personam, vt ibi, & in l. si vero. §. prętor. 2. ibidem: secus, si respiciat rem, seu actionem, vel exceptionem: vt non nocebit exceptio. l. iurisgentium. §. siue autem. ff. de pactis. probat l. 1. si quadrup. pauper. feciss e dica. l. 3. §. sed si fic. de in rem verso.

Nocens quis.

¶ Nocens est noxius, qui nocuit. l. absentem. ff. de pœnis. ibi, sanctius enim esse impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem condemnare. Nocens opponitur innocenti, seu innoxio. l. custodias. ff. de public. iudic. Post furtum nemo desiuit pœnitentia nocens. l. qui ea mente. ff. de furtis. & Imperator ait, Qui alij nocendum esse existimauit, ipse suam sentiat iacturam, in l. penul. C. de lega.

IDEM LIBRO DECIMOQVINTO.

LEX CENTESIMA DECIMAQVARTA.

Soluendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest soluere.

¶ Duo præfatur hæc lex, scilicet eum dici soluendo esse, qui totum id soluere potest, quod debet: & non soluendo, quando non potest totum soluere, etiam si bonam partem soluere possit. Et sic est soluendo, id est sufficiens ad soluendum. Gallic. *soluable* dicimus. Et non est soluendo, id est non est sufficiens ad soluendum. Et ita communiter intelligunt Iurisperiti, licet quidam contra.

¶ Hereditas non potest dici non soluendo, quæ inuenit emptorem. l. 3. in princip. ff. ad legem Falcid. Nemo enim dubitat soluendo videri eum, qui defenditur. l. nemo dubitat. ff. de regul. iuris. Ideoque fisc us semper idoneus est, & soluendo. l. 2. in fi. ff. de fund. dota. Posse soluere etiam dicitur, si possit per alium. glossa hic. Et quando habet fideiussorem idoneum. l. si plures. §. fi. ff. de fideiussor. Soluendo quoq; videtur, qui habet nomina debitorum idonea. l. facere. vbi Bal. ff. soluto matrimo. Quia potest executio in nominibus fieri. l. à diuo Pio. §. sic quoque. ff. de re iudica. Quod procedit, quando facile conueniri possent, & ab eis exigi: alias contra. l. vel à debitoribus si facile exigi possit. ff. de religio. Alexand. consil. 37. viso. colum. 4. versic. 3. pro hoc. in 2. volum. facit quod dicit Barto. in

l.fideiussor.ff.qui satisdar.cogant.vbi non dicitur idoneus,qui difficilis est ad conueniendum,vt annosus procurator vel apparitor, seu notarius vel aduocatus cauillosus. Ex quibus resultare possunt vtilitates sequentes.

Vtilitates huius legis.

¶ Prima est,quod debitor qui non est soluendo bonis cedere potest,ne in carceres coniiciatur. l.1.& per totum.C. qui bonis cedere possunt. Et non dicitur esse soluendo, si totum debitum soluere non possit,vt hic,& c.Odoardus.de solutio.

¶ Secunda, qui non est soluendo, non potest suum manumittere seruum, nisi in testamento,& si nemo alius eidem heres existat.l.qui soluendo.1.ff.de heredib.instituend.§. licet autem.Insti.quib.manumit.non licet.etiam si heres sit locuples.l. non hereditas. ff. qui & à quib.Tamen qui codicillorum tempore soluendo sit, recte hereditatem dare placuit, quamuis testamenti facti tempore soluendo non fuerit.l.4.ff.de iure codicil.

¶ Tertia,seruum dotalem vir qui soluendo est constante matrimonio manumittere potest:sinautem soluendo non est,libertas seruo impeditur.l.seruum. ff.de manumiss.io.facit l.si quis locuples.de manumiss.testam.

¶ Quarta,fullo & sarcinator habent contra furem,qui vestimenta sibi tradita surripuit, furti actionem, ita demum si soluendo sint. nam si non sint soluendo, tunc domino qui vestimenta fulloni tradidit,furti actio competit:quia sua interest rem ipsius saluam esse.Et idem est,si tantum pro parte fuerit soluendo fullo,aut sarcinator,vt actio competat domino.§.item si fullo,de obliga.quæ ex delict,nascunt.in Insti. l. itaque. & l. si quis vxori. §. si seruus tuus.ff.de furtis.

¶ Quinta,actio furti nautæ competit, cuius res sit periculo,nisi ipse surripuerit,& postea ab eo surripiatur,aut alio surripiente ipse nauta soluendo non sit. l. 4. in princip. ff. nautæ,caupo.stabul.

Contutores nõ tenentur actione tutelæ,si nõ administrarint. Arestum.

¶ Sexta, contutores qui non administrarunt, non tenentur actione tutelæ, dum ij qui administrauerunt,sint soluendo.l.1.§. vsque adeo.ff.de tutel.& ratio.distrah.glo.& doct. in l.1.C.de transactio.facit l. Imperatores.& l.quid ergo.ad municipal. Sic fuit prolatum arestum in magna camera huius reuerendi senatus Paris.anno 1541. die vero 12. mensis Decembris. Imo non putet quisquam etiam ad honorarios tutores periculum non redundare. Constat enim hos, excussis prius facultatibus eius qui gesserit, conueniri oportere. Dati sunt enim quasi obseruatores actus eius, & custodes : imputaturque eis quandoque, cur si male eum conuersari videbant, suspectum non fecerunt. l. 3. §. 1. ff. de administra. tutor. Quod est notandum contra episcopos, qui tutores honorarios se creari lubenter patiuntur,vt ad prædicta quoque teneantur,sicut scripsi in l.Paulus.infra eod.

¶ Septima,qui adit hereditatem etiam quæ soluendo non est,tenetur omnibus creditoribus vltra vires hereditarias. l.quæ dotis. ff. soluto matrimo. nisi confecerit inuentarium. l.fi. C. de iure deliber.Barba.in repet.c.Raynaldus.col. 49. de testam. Hodie apud nos impetrantur literæ, vt quis possit adire hereditatem sub beneficio inuentarij, quemadmodum scripsi in proœm.consti.Regiar.in 1.tomo.

¶ Octaua, quando debitor non est soluendo, poterit agere creditor in illum,qui occidit seruum,vel equum datum pignori.l.qui occidit.§.1.ff.ad legem Aquil.

¶ Nona,quando tutores non sunt soluendo,nec fideiussores dati pro eis,possunt conueniri magistratus,qui decreuerunt dandam esse tutelam his tutoribus,ac fideiussores receperunt:nec tenentur pupilli probare eos non esse soluendo, sed magistratus, eos fuisse sufficientes tempore receptionis.l. 1. §. 1. & §. probatio. per totum. ff. de magistra. conueniend.§.penul.& vlt.de satisda.tutor.in Insti.

¶ Decima,in officiis idem.nam magistratuum officium est indiuiduum, ac periculum commune.quod sic intelligi oportet, vt ita demum collegæ periculum adscribatur, si neque ab ipso qui gesit,neque ab his qui pro eo interuenerunt,res seruari possit,& soluendo non fuerit honore deposito.l.Imperator.ff.ad municipal.

¶ Vndecima,si principalis debitor notorie non sit soluendo, poterit fideiussor conueniri priusquam reus,& eo non discusso.l.si plures.§.fi.ff.de fideiussor.authen.præsente.C. illo titul.& glo.quæ reputatur singul.in l.fi.ff.si certum peta.vbi addidi. & l. si ita.infra eod. Etiam si in defectum principalis fideiussor accipiatur: nam eo soluendo existente fideiussor non tenetur.l.si fideiussores.ff.de fideiussor.

Minor restituitur,si soluendo non sunt tutores.

¶ Duodecima,restituitur minor,si non fuerint soluendo tutores,quorum damno amissa sunt debita.l.amissi.§.1.ff.de fideiussor.

¶ Decimatertia, quando plures sunt fideiussores, inter eos quantitas debiti diuidenda est,& tenetur vnusquisque pro sua virili,dum soluendo sint:alias contra.l.inter eos.§.1.ff. de fideiussor.& §.si plures.de fideiussor.in Insti.

¶ Decimaquarta, minor qui mandato alicuius maioris negotia illius administrauit, si is cuius negotia gessit, reperiatur non soluendo, sine dubio prætor interueniet per restitutionem:alias non.l.cum mandato.ff.de minor.vide tex.in l.in causæ.1.in fi.ibidem.

¶ Decima

¶ Decimaquinta, si per collusionem procuratoris absolutus sit aduersarius, mandati eum teneri:sed si soluendo non sit,tunc de dolo actionem aduersus eum,qui per collusionem absolutus sit, dandam ait Iurisconsul. in l. si procuratorem. ff. manda. facit l. & eleganter.§.pen.ff.de dolo.

¶ Decimasexta,vbi fideiussor succedit debitori,extinguitur obligatio accessoria,quãdo hereditas erat soluendo:secus si non erat soluendo,& fideiussor inuentarium confecisset. tex.in l.si debitor.ff.de separa.bonor.vbi Bar.& alij.l. debitori. C.de pact.& l.fi vxor.de bonis authorita.iudic.possidend.

Fideiussor si succedat debitori,obligatio extinguitur.

¶ Decimaseptima,si tutore authore pupillus à Titio circunscriptus sit,& tutor soluendo non sit,actio de dolo in Titium dirigetur.l.ideoque.ff.de dolo.

¶ Decimaoctaua, si ille qui detulit arma ad Saracenos fuerit soluendo, debet quæcunque in remunerationem ab eis recepit, in subsidium terræ sanctę transmittere : si vero soluendo non fuerit, castigari debet.c.ad liberandam.de Iudę.

Arma ad Saracenos deferens omnia transmittit.

¶ Decimanona,institutus ex asse qui soluendo non est, quamuis alias solidum capere non possit,totum capere poterit.l.si quis solidum.ff.de heredib.insti.

¶ Vigesima,si emptor plus dederit venditori propter falsam renuntiationem,condicere potest ab eo emptore,si soluendo sit:alioqui à mensore, vt tunc subsidiarie mensor teneatur.l.si duobus.§.si emptor.ff.si mensor fals.mod.dixerit.

¶ Vigesimaprima,quando maritus soluendo non est,æstimatio bonorum dotalium non facit emptionem.glo.singul.in l.in rebus.in verb. æstimatę. C. de iure dotium. secundum Bal.consil.160.in 2.vol.& Ias.in l.1.col.2.ff. de æstimator. actio. Et væ vxori, cuius maritus soluendo non est,& qui iocalia amisit in bello Neapolitano.Et qui ex priuilegio, quando non est soluendo,non potest conueniri nisi quatenus facere potest, tamen eius heres insolidum poterit.l.& si fideiussor.ff.de re iudica.cum l.seq.

Maritus si non sit solũdo,bona dotalia non faciunt emptionem.

¶ Vigesimasecunda,si is qui dolo fecerit quominus in iudicio vocatus fistat,soluendo non fuerit, æquum erit aduersus ipsum reum restitutoriam actionem competere,ne propter dolum alienum reus lucrum faciat,& actor damno afficiatur.l.fi.§.plane.ff.de eo per quem fact.erit.

Restitutoria actio datur in eum, qui vocatum in ius impediuit.

¶ Vigesimatertia, si reus dolo malo procuratoris vicit, datur in eum de dolo malo actio,si procurator non sit soluendo,nec sit reus paratus iudicium in se transferre.l.& eleganter.§.si dolo.ff.de dolo.facit l.si oleum.in princip.& l.seruus.in princip.ibidem.

Actio de dolo in procuratorem datur.

¶ Vigesimaquarta,si quadrupes tua dolo alterius mihi damnum intulerit, si dominus quadrupedis non sit soluendo, dari debere de dolo actionem, si noxæ deditio non sit secuta,asserit Iurisconsul.in l.& eleganter.§.si quadrupes.ff. de dolo. & §.seruus. in fi. ibid.

Quadrupedis dominus si soluendo non sit, actio datur in eum,cuius dolo damnum datum est.

¶ Vigesimaquinta,si tutor soluendo non sit,qui collusit cum aduersario pupilli,dicendum erit pupillo de dolo actionem dari:secus vbi fuerit soluendo. l. ideoque. ff. de dolo.

Tutor si non sit soluendo, solet dari actio in eum qui collusit.

¶ Vigesimasexta,si mulier apud minorẽ intercesserit,& prior debitor non sit soluendo, non vtetur mulier senatusconsulti Velleiani auxilio.l.si apud.ff.de minor.Alios casus describit glo.in l.1.ff. ad Velleia. Et Tholosæ abiit in desuetudinem hoc Velleianum,vt patet in rub.de dotibus. §.1. & seq.quod illic forte mulieres viderentur sagaciores : quibus non facile consentirent Paris.

Mulier non iuuatur Velleiano contra pupillum.

¶ Vigesimaseptima,si minor deceptus rem suam vendiderit, rursus emptor alij,si prior emptor soluendo non sit,æquius est minori succurri etiam aduersus ignorantem, quamuis bonafide emptor sit.l.in causæ.1.in fi.ff.de minor.

Minori decepto succurritur.

¶ Vigesimaoctaua, non restituitur minor,qui mandato patris,vel alterius negotia gessit:quia tunc maiori potius consuleretur, cuius damno res sit cessura : si tamen ex euentu passurus sit,& is cuius mandato gessit, non est soluendo,sine dubio interueniet prætor.l. cum mandato.ff.de minorib.

Negotia gesta de mandato alterius non restituitur.

¶ Vigesimanona,si tutor dolo fecerit contra missum in possessionem,ne vtatur, actio in pupillum datur, si soluendo tutor fuerit. l.1.§.hoc edicto.ff.ne vis fiat ei. dabitur etiam in tutorem, vt ibidem. Et in hoc Regno in forensi iudicio repelleretur agens contra pupillum.

Tutor si fecerit, ne missus in possessionem vtatur, actio datur in pupillum.

¶ Trigesima, sententiæ, quas vocant appunctamenta, ab aduocatis & procuratoribus partium factę cum consilio,non possunt reprobari à partibus, & vt Gallic. dicitur, *ne sont subiectes à desaduеu*, nisi dolus probetur: sed pars poterit agere contra procuratorem, si soluendo sit, alias contra partem, vt fuit pronuntiatum in senatu anno 1539. die 6. Iunij. facit l.si procuratorem.iuncta glo.ff.de procurator. Ias.in l.si procurator.ff.de condict.indeb.

Appunctamẽta non solent reprobari.

¶ Trigesimaprima, actoris procurator non in rem suam datus propter impensas quas in litem fecit,potest desiderare vt sibi ex iudicati actione satisfiat, si dominus litis soluendo non sit.l.actoris.ff.de procurator.

¶ Trigesimasecunda,si procurator qui soluendo nõ erat,intra decẽ dies non appellauerit,poterit dominus postea appellare:secus si soluendo fuerit,quia tunc ageret contra pro

Si procurator non appellet

intra tempus, potest dominus appellare.

curatorem,tex.no.in l.1.in fi.iuncta glo.ff.quand.appellandi.sit.vbi Bar.& Guid.Pape consil.198.in fi.& in statu.Si quis.in verb.appellatione.& in decis.344.Alexand.consil.95.nu.7. & seq.in 2.vol.alia addidi in d.l.1. Hodie à cancellaria impetrarentur literæ, quibus domino concederetur,quod non obstante negligentia procuratoris,liceret ipsi domino appellare. Ita vidi seruari in praxi.

Heres si soluẽdo non sit, petitur bonorum separatio.

¶ Trigesimatertia,si heres non sit soluendo,poterunt creditores defuncti petere bonorum separationem.l.1.ff.de separa.bonor.l.si debitor heres soluendo non sit, separatio impetrabitur.ibidem.

Curator in subsidium conuenitur.

¶ Trigesimaquarta,si plures fuerint curatores bonis dati, & vnus nil attigerit, poterit etiam in subsidium conueniri,si alij soluendo non fuerint, etiam si hic inuitus datus fuerit.l.2.in fi.iuncta glo.ff.de curator.bonis dando.

Heres deducit impensam instrumenti testamenti.

¶ Trigesimaquinta,cum hereditas non est soluendo impensam, quam facit heres in recolligendo instrumentum testamenti à notario,deducitur vt æs alienum,& legatarij contribuere debent in huiusmodi impensa: secus si soluendo sit.l. fi. §.in computatione. vbi Iacob.in 2.not. C.de iure deliber.

Actio personalis non datur contra donatarium.

¶ Trigesimasexta, non possunt creditores agere contra donatarium actione personali, etiam si fuerit donatarius omnium bonorum.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in fraud.creditor. Panor.consil.102.circa.col.penul.in 2.vol.nisi donans ille,& debitor reperirentur esse non soluendo: tunc vt circuitus cuitetur, conueniri poterit donatarius, vt concludit Guido Pape in decis.Delphi.q.105.an possit,per glo.in l.hereditatem.ff. de dona.& in l. æris alieni.C.illo titul. sequitur Ausrer. in decis. Tholos. quæstio. 386. & Dec. consil. 237. in 2. q. col.penul.

Destruens viã publicam tenetur reficere, aut vicini.

¶ Trigesimaseptima, qui viam destruxit publicam, is solus eam reficere tenetur, si soluendo sit:alioqui vicini.l. fi.vbi glo.ff.de via public.facit l.si locus.ff. quemadmod. seruitu.amittant.

¶ Trigesimaoctaua,si pupillus sine tutoris authoritate funus ad se pertinens mandauit peragendum,dandam in eum actionem arbitror,si heres existit, & soluendo est hereditas. l.at si quis.§.si autem.ff.de religios.

Mulier ex dote funeratur.

¶ Trigesimanona, cum materfamil. decedit, nec eius est soluendo hereditas, funerari eam ex dote tantum oportet,vt Celsus scribit in l.Neratius.in fi. ff. de religios.

Fiscalis actio ad quos extendatur.

¶ Quadragesima, non prius ad eos qui debitoribus fisci nostri sunt obligati, actionem fiscalem extendi oportere,nisi potuerit probari principales reos idoneos non esse,certissimi iuris esse ait Imper.in l.penul. C.quand.fiscus vel priuat.

Funeris impensa deducitur ex hereditate.

¶ Quadragesimaprima,semper funeris impensa deducitur ex hereditate,quæ etiam omne creditum præcedere solet,cum bona soluendo non sunt.l.penul.ff.de religios.

Maritus si nõ sit soluendo, vxor contra Titium habet actiones vtiles.

¶ Quadragesimasecunda,si maritus fundum Titij seruientem dotali prædio acquisierit, seruitus confunditur: sed si eundem fundum Titio postea reddiderit sine restauratione seruitutis,hoc imputabitur marito: ideoque eodem alienato postea fundo, eadem Titio non reintegratur seruitus.& hoc casu maritus litis æstimationem præstabit. Quod si maritus non reperiatur soluendo, vtiles actiones aduersus Titium mulieri ad restituendam seruitutem dantur.l.si maritus.ff.de fundo dotali.Alias vtilitates supplere cuicunque licebit.vide aliam in l.fi.iuncta glo.ff.de in diem adiectio.

Soluendo esse quomodo quis probetur.

¶ Quæro iuxta prædicta,quomodo probetur aliquem non esse soluendo?Respondeo, per facti euidentiam: vtpote quando ostiatim in dies mendicat.l.fi.vbi glo.ff.si certum pet. l.decem.de verbor.obliga.facit glo.in l.paupertas.de excusa.tutor.

¶ Probatur etiam per discussoris relationem.l.magis puto.§.ne tamen.ff.de reb. cor. & credetur illius dicto,si dicat se quidem bona talis perquisiuisse,sed nulla inuenisse. Bar. in l.stipulatio.§.habet.ff.de noui oper.nuntia.Bal.in authen. sed hodie. C. de actio. vbi dicit posse etiam probari per famam,cum res occultari possint,vt no.doct.in l.2.C.quand.fiscus vel priuat l.2.C.quand.& quib.quarta pars debet.lib.10.facit glo.1.in clem.vna.de concess. præb. vbi dicit credi relationi examinantis aliquem in scientia. Poterit etiam hoc discuti acceptis amicis & vicinis.lege secunda. C. quando fiscus vel priuat. Et viso bonorum inuentario, tesse Angel.in tract.de malefic.in glo.quas si non soluerit. versic.quid autem si statutum.

Bona non præsumuntur soluendo, si vendantur ad petitionem creditorum.

¶ Quod licet præ se ferat quædam esse bona,nec tamen præsumuntur esse soluendo, si ea vendantur ad creditorum petitionem.l.tres tutores.§. fi. ibi, vel cuius bona venierant. vbi Bar.ff.de administra.tutor.Scribit multa Cassador.in decis.suis,decis.6.de appella.quæ incipit,firma est, &c. videte doct. in authen.præterea.C.vnde vir & vxor.l. si oleum.& per totum titulum.ff.de dolo.vnde alias elicietis vtilitates.

¶ *Solidum*,id est totum in neutro genere,tam de sorte quam vsuris. l. ergo. §. adiici. & §. seq. ff. de fideicommissar. libertatib. ibi, de solido vtique sic accipiemus, de sorte & vsuris debitis.

¶ Solidus

Solidus pro aureo capitur.

¶ Solidus in masculino pro moneta duodecim denariorum in Regno, & quandoque pro aureo,vt scripsi in l.etiam aureos.& l.hæc adiectio.infra eod.

Solida petitio quæ.

¶ Solida petitio,id est integra contra quemlibet.l. viæ.in fi.ff.de seruitu.ibi,si promissor decesserit pluribus heredibus relictis,à singulis heredibus solida petitio est.

¶ Pro solido pertineat,id est in totum.l.penul.in fin.ff.de optio.lega.

Solida cautio.

¶ Solida cautio est promissio cum stipulatione sine fideiussore & pignoribus, quia firma est.l.diuus.in princip.ff.de petit.hereditа.Et si non talis data sit satisdatio,sed solida cautio.l.sancimus.C.de verbor.significa.dixi in l.satisdationis.supra eod.

¶ Acquirit solidum.l.adhuc interesse.in fi.ff.de vsufructu. Solidum soluere.l.heredes. §.idem iuris.ff.famil.erciscu. Solidum præstare.l.sed si ipse heres.de pecul.

¶ Solida legata.l.si legatarius.ff. de dolo. Solidum lucrum. l. item ex diuerso.ff.famil. erciscund. Solidum pretium.l.cum fundus.§. fi.ff.si certum peta.

¶ Interdum Iurisconsulti dicunt,insolidum tenetur,id est in totum.l.1.§. sed si sciente. & §. seq.ff.de exercitor.actio.ibi,insolidum eum obligari.& ibi,insolidum tenebitur,insolidum conuenietur.l.sed si duo. ff. de pecul. l.3. §. proinde. de minor. l. 3.§.si filius famil.ff.nautæ, caupo.

¶ Insolidum deducetur,quod debetur.l.3.§.1.ff.de tributor.actio. Insolidum defenda tur.l.tutelas. §. penul. ff. de capit. deminutio. Insolidum aget.l.qui seruum.ff.de negot. gest.l.vlt.in fi.ff.nautæ,caupo.

Consolidari vsusfructus quomodo dicatur.

¶ Consolidari vsusfructus cum proprietate dicitur,id est misceri,coniungi.l.idem Neratius.iuncta l.seq.ff.de vsufr.accrescend.vbi in vna lege dicitur consolidari,in alia misceri:vt quando vnus habet proprietatem,alter vsumfructum,hoc casu vsusfructus à solido est separatus:cum vero iterum iungitur proprietati,consolidari dicitur,id est solido iungi.

Consolidatio quæ.

¶ Inde consolidatio, ipsa coniunctio, seu coadunatio. l. inde Neratius. in fi. ibi, & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittit. ff. de vsufruct. accrescend.

Vsusfructus eò solidatus quando dicatur.

Co nsolidatus vsusfructus dicitur,quando ex proprietate,& vsufructu vnum solidum factum est,& cum vsusfructus coniunctus est proprietati. d. l. inde.& l.idem & si apud. de vsufruc. accresc.

De vsufructu consolidato ita intelligatur, sicut de augmento. Prouincia addita Regno legibus Regni vtitur.

¶ Notandum est insuper idem iudicandũ esse de vsufructu consolidato & de augmento,sicut de principali.l. si proprietati. ff. de iure dot.vbi Iacob. ait,quod si soluerim gabellam ex proprietate empta, si demum accedat vsusfructus, non tamen vlterius tenetur solue re. Et prohibitus alienare suam partem, non poterit etiam alienare partem, quæ eidem accreuit.Et prouincia accessorie addita Regno,legibus Regni vtere debet.Bar.in l. si conuenerit. §.si nuda.ff.de pignora.actio.Secus vbi principaliter vniretur.suas enim tunc retinebit leges.c.1.ne sede vacan.doct. in l.1.ff. de lega.1.

IDEM LIBRO QVARTO EPISTOLARVM.

LEX CENTESIMA DECIMAQVINTA.

Quæstio est,fundus à possessione, vel agro, vel prædio quid distet. Fundus est omne,quicquid solo continetur. Ager est species fundi,quæ ad vsum hominis comparatur. Possessio ab agro iuris proprietate distat. Quicquid enim apprehendimus, cuius proprietas ad nos pertinet, hoc possessionem appellamus. Possessio ergo vsus est: ager proprietas loci est:prædiũ vtriusq; suprascriptæ rei generale nomen est. nam & ager, & possessio huius appellationis species sunt.

¶ Ista lex habet quinque partes.in prima ponitur quæstio:in 2.quæ est ibi,fundus est.declaratur quid sit fundus:in 3. ibi, ager est. quid sit ager:in 4.ibi, possessio.quid possessio ab agro differat:in 5.ibi, prædium. elucidat prędium quid sit. Et hoc loco summarij tibi sufficiat.Iurisconsultus ergo differentiam assignans inter hęc vocabula, dicit primo quod fundus est,qui solo tenetur,ex eo dictus quod nobis fundat opes teste Alber.in verb.fundus. quæ allusio parum arridet: vel in quo aliquid fundari possit: non à funda, quod idem sit quod funda prehendi possit,vt dicit Laurentius Valla lib.6.c.41.vel à fundare,quod sit retum omnium fundamentum,teste Luca in l.3.C.de delator.lib.10.

Fundus vnde dictus sit.

¶ Et dicitur fundus, siue sit prędium rusticum, siue vrbanum. l. fundi.infra eod.vbi sic dicitur:fundi appellatione omne ędificium,& omnis ager continetur. Vnde vendito fundo veniunt ea,quę intra sunt,& quę fundi.l.Iulianus.cum l.seq.& l.fundi.ff.de actio.emp.

Vendito fundo veniunt ea, quæ intra sunt.

¶ Et sic fundus est generale nomen, quicquid dicat Valla lib.6. c. 21. licet eum sequatur Iaf.in l.si pro fundo.col.2.nu.3.C.de transact.vbi dicit hos tex.se confundere.quod non est verum, si bene intelligantur. Nempe licet prędium referatur ad vrbana prędia & rustica,

Prædium non est magis generale, quam fundus.

non tamen sequitur esse magis generale, quam fundus. nec enim comprehendit omnᵉ id, quod solo continetur: veluti non continet ædificia, nisi addamus vrbana prædia, vt in rub.ff. de seruit. vrban or. prædior. nec prædia deserta, nisi dicamus prædia deserta. l. quicunque. 1. & in multis ll. illius tituli, C. de omni agro deser. lib. 11. Quæ tamen omnia fundus continet, vt hic, & l. impensæ. §. 1. supra eod. & in l. fundi. infra eod, & fusius elucidabitur inferius in verbo. prædium.

Fundare quid.

¶ Inde fundare, est fundamenta iacere, constituere, stabilire. l. 2. §. post hos. ff. de orig. iur. ibi, post hos fuerunt P. Mutius & Brutus & Manilius, qui fundauerunt ius ciuile.

Fundatores ecclesiarum qui.

¶ Fundamenta sunt bases, & initia ædificij, & rei. c. fundamenta. de elect. in 6.

¶ Hinc fundatores ecclesiarum de iure canonico dicuntur, qui eas aut construxerunt, aut dotarunt, aut fundum in quibus constructæ sunt, dederunt. c. quicunque. 2. c. piæ mentis. ac seq. cum c. decernimus. 16. q. 7. & per totum tit. de iure patro. Roch. Curtius in tract. iurispatro. in verb. fundauit.

Fūditus tollere

¶ Funditus tollere, est prorsus vsq; ad fundamenta euertere, diruere. vnde dirutum funditus ædificium dicitur in totum, & cum fundamentis ipsis destructum. l. si. ff. pro emptor. ibi, quod ita procedit, si quis ædificio funditus diruto, &c.

¶ Sic dicimus in arbore radicitus euulsa, id est tota cum radicibus. l. sed si ex meis. §. arbor radicitus eruta. ff. de acquir. rerum domi.

Fundus pro fundamento.

¶ Fundus etiam, seu fundum dicitur fundamentum, vel ima pars schyphi, aut alterius rei. Gallic. *le fons.* l. sed si ex meis. ibi, schypho fundus aut ansa lecto fulcrum. ff. de acquir. rerum domi.

Fundi cōfines.

¶ Fundi confines, vicini, proximi. Et Neratius sic ait: Sæpe enim confines fundos etiam supra iustam æstimationem interest nostra acquirere. l. si cui. 1. ff. de lega. 2.

Fundi instructi & vectigales.

¶ Fundi instructi qui dicantur, explicabitur in l. instructam. infra eod. Fundi seu agri vectigales, pro quibus vectigal penditur. l. 1. ff. si ager vectigal.

¶ De quæstione dicam in l. quæreret. infra eod.

Ager vnde dicatur, & quid sit.

¶ *Ager.* Ager vero dicitur species fundi, ab agendo dictus, quod aliquid in eo agatur: & sic ad vsum hominis comparatur. Et ita fundus dicitur tam cultus quam incultus, siue aliquid in eo agatur, siue non: ager vero vocatur fundus, qui colitur, & in quo aliquid agitur. vt C. de omni agro deserto. lib. 11. vbi si ager comprehenderet vtrunque tam cultum quam incultum, non dixisset Imperator de omni agro deserto: sed simpliciter dixisset de omni agro. Vnde agricola dicitur, qui colit agrum, vt in rub. C. de agricol. & mancip. lib. 11. & de agricol. & censit. ibidem. Qui etiam agricultores vocantur, in authen. agricultores. C. quæ res pignor. obligar. poss. vide quæ dixi in l. ager. supra eod.

Distare quomodo capiatur.

¶ *Distet*, id est differat. l. sicuti. §. distant autem hæ actiones inter se. ff. si seruit. vindicet.

¶ Distare etiam significat abesse, longe esse. l. si ædes meæ à tuis ædibus tantum distent, vt prospici non possint, seruitus imponi non potest. ff. de seruit. vrbanor. prædior.

Comparare quo modo accipiatur.

¶ *Comparatur*, id est fit, paratur, vel constituitur, conficitur, vt hic. Et omnes fructus rerum natura gratia hominum comparauit. §. in pecudum. Insti. de rerum diuis. l. 1. §. vim. de vi & vi arma. Et generalius est parare seu comparare, quam emere. l. si quid earum. ff. de lega. 3. Lucas de Penna in l. fi. C. de fund. rei priuat. lib. 11. Bertach. in tract. de gabell. in 3. parte 8. partis, in princ.

Comparare pro emere.

¶ Secundo comparare pro emere, acquirere. l. 1. & l. qui officij. ff. de contrah. empt. l. cum qui bona vacantia à fisco comparauit. de iure fisci. l. circuncidere. §. 1. ibi, qui vendiderit, & qui comparauerit. de fidei. l. cum fundus. §. 1. ff. si certum peta. l. iusto. §. nondum. de vsucap. l. ancillarum. de petit. hereditat. l. à diuo. §. si post addictum. de re iudica. l. ait prætor. §. si quis particeps: quæ in fraud. creditor. l. 2. de litigios. l. 1. de iure fisci. milites prohibentur comparare prædia, vbi militant. l. milites. de re militar. l. 3. de castren. pecul. l. libertus. §. sola domus. ad municipal. Et comparare generale verbum est, comprehendens etiam permutationem, vt docet Bar. in l. 1. C. de rerum permuta. frequentius tamen capitur pro emptione. in l. si sciente. de parricid. l. Lucius. ad municipal. l. 2. §. frumentariæ. de administra. rerum. l. sed & si fideicommissum. §. 1. & l. heres absens. §. proinde. ff. de iudic.

Comparare pro æquiparare.

¶ Tertio comparare pro æquiparare. l. non distinguemus. §. illud. ibi, compromissum illud comparauimus ordinariæ actioni. ff. de arbitr. Et liber homo bona fide seruiens comparatur seruo. l. liber homo. 2. ff. de verbor. oblig. l. fi. de castren. pecul. Et seruitutem mortalitati fere comparamus. l. seruitutem. ff. de regul. iur. Et lata culpa dolo comparatur. l. 1. §. lata culpa. si mensor falsi. mod. dixerit.

Scientia amici comparantur.

¶ Quarto comparare, id est acquirere: vt ex scientia comparabis tibi amicos. l. 1. C. de metallar. lib. 11. vel congregare, seu congerere. l. 3. ff. ad legem Iul. maiesta. ibi, qui iniussu Principis exercitum comparauerit, læsæ maiestatis tenetur, & fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecuniam dilationem negari non placuit. l. in fraudem. §. fiscalibus. ff. de iure fisci.

¶ Quinto

Comparare pro producere.

¶ Quinto comparare, dare, componere, producere: vt visum est Iurisconsulto actionem in eam rem cōparare. l. 1. in fi. ff. de eo quod certo loco. l. apud. §. si à Titio. de doli exceptio.

Comparare pro conferre.

¶ Sexto comparare pro conferre: cum bona veneunt debitoris in comparatione extranei, & eius qui creditor, cognatusve sit, potior habetur creditor, cognatusve: magis tamen creditor, quam cognatus. l. 1. ff. de priuileg. creditor. l. cum bona. in no. editione. de reb. authorita. iudic. possid. vide tamen, an hæc lex de emptione possit intelligi. facit l. 1. §. priorem ætatem ex comparatione duarum ætatum. de aqua quotidia. l. si seruus decem. de solutio.

¶ Septimo comparatum, constitutum, vel statutum: vt natura ita comparatum est, vel sæpe ita comparatum est. l. sæpe. supra eod. & futuri iudicij, non facti huiusmodi exceptiones comparatæ sunt. l. si post litem. ff. de exceptio.

Comparatio literarum quæ.

¶ Octauo comparatio literarum dicitur quædam collatio vnius scripturæ ad aliam, quando quis negat se scripsisse chirographum aut aliam scripturam: vel dubitatur, an illa scriptura sit Titij: tunc alia producetur, & comparabitur cum illa, an sit illi similis. l. comparationes. C. de fide instrumen. & in authent. de instrum. cautel. & fide. colla. 6. vbi dicit esse fallacem, sicut medici dicunt experimentum in lib. 1. aphorismor. Sic feciſſe comparationem dicit Iurisconsul. in l. Stichum. §. si mandato. ff. de solutio. De verb. parari, scripsi in l. propemodum. supra eod.

Scriptura fallax.

¶ Comparatitium aurum est, quod æquat, aut est simile alteri, quod præbetur. l. 2. C. de militar. veste, lib. 12. quicquid ibi dicat glo.

Aurum comparatitium quid.

¶ *Possessio.* Possessio vero ab agro iuris proprietate differt: quia possessio est vsus, quasi pedum positio, vel sedium, vt aliqui dicunt. l 1. ff. de acquir. possess. Ager est loci proprietas. Vnde quando quidpiam apprehendimus, cuius proprietas ad nos nō pertinet, tunc dicitur possessio, vt in rub. ff. & C. de acquir. possess. vel cum ad nos pertinere non potest, vt rei sacræ, hoc etiam possessionem appellamus. Et sic non est ineptum, vt Valla dicit, differentiam constituere inter possessionem, & agrum. nempe possessio est vsus agri: ager vero est ipsa proprietas. possessio & proprietas faciunt prædium. ergo possessio & ager, id est possessio cum proprietate, sunt species prædij, & prædium genus. Ob id dicit tex. vtriusque suprascripti prædium esse generale nomen.

Ager & possessio differunt.

Apprehendere quid significet.

¶ *Apprehendimus.* Apprehendere est quasi ad se prehendere, capere, accipere, nanciſci. Vnde Iurisconsultus ait cum furti teneri, qui gallinas alterius lucrandi animo apprehenderit. l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquir. rerum domi. & §. gallinarum. de rerum diuis. in Inst. Et ideo quicquid filius peculiari nomine apprehēderit, id statim pater eius possidet. l. 4. ff. de acquir. possess. l. quarundam. §. sed videamus. ibidem. facit l. sequitur. §. Labeo. ff. de vsucapio. vbi primo dicit nactus, postea apprehendat. l. si is qui. §. si seruus. ibidem. l. 2. pro soluto. l. Stichum. §. dolo. de solutio.

Possessionem apprehendere quid.

¶ Apprehendere possessionem, est ipsam adipisci, & acquirere: ideoque illum fieri domi num (inquit tex.) earum rerum, quarum primo apprehenderit possessionem. l. 1. in princip. & §. ceterum. ibi, & ideo si furiosum seruum promiseris vt possideas, nequaquam videris apprehendisse possessionem. l. qui absenti. in fi. ibi, potest heres rerum hereditariarum possessionem per eum apprehendere. ff. de acquir. possess. l. sequitur. §. si tu vi. ibi, nec apprehenderis possessionem. de vsucap. l. traditionem. de Publiç. Quo loco non verebor inferre dicanicorum quorundam sententiam, possessionem videlicet animo & corpore vno momentaneo actu acquiri posse, saisinam vero non nisi per annum & diem, quæ adhuc non acquiretur nisi à die inuestituræ domini, id est Gallic. *quil ayt esté saisi par le seigneur*, quod non parui est momenti, vt videlicet ab illo die computetur tempus retractus: item decem anni ordinationib. Regiis præstituti ad rescindendum contractus. Et vide quæ ibi scripsi in 2. tom. commentar. in consti. Reg. Gallic. glo. 21.

Possessio vno actu momentaneo acquiritur.

Comprehendere possessionem.

¶ Interdum Iurisconsultus comprehendere possessionem pro apprehendere dicit, in l. cum heredes. ibi, possessio autem nisi naturaliter comprehensa sit, ad nos non pertinet. ff. de acquir. possess.

Apprehendere ex maleficiis, quid.

¶ Apprehendere ex maleficiis, est accipere causa maleficij. l. quod seruus. ibi, quod vero ex maleficiis apprehenditur, id ad domini possessionem ideo non pertinet, quia nec peculij causam apprehendit. ff. de acquir. possess. in secundo tamen aliter accipitur ibi, quia nec peculij causam apprehendit, id est non continetur in peculio, & extra causam peculij est.

¶ Apprehendere pro comprehendere, complecti. l. & an eandem. §. actiones. ibi, omnes causæ vna petitione apprehenduntur. ff. de exceptio. rei iudica.

Trebēsio quid.

¶ Apprehendere latrones, capere, prehensare. Inde prehensio, quam nos Gallic. *prinse de corps* vocamus. l. 1. ibi, in pari etiam causa habendi sunt, qui cum apprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel surreptorum parte dimiserunt. ff. de recepta. l. diuus. 2. §. 1. ibi, cum irenarchæ eum apprehenderint latrones interrogent. ff. de custod. reor. l. vlt. circa fi. ibi, si tamen interfit eam apprehendi. ibidem. l. 5. in princ. ad legem Aquil. ibi, sinautem cum posset apprehendere, maluit occidere, magis est vt iniuria feciſſe videatur.

¶ Inde

¶ Inde apprehensi latrones, capti. in l. 1. §. cum quis. ibi, ne forte apprehensi eos nominent. ff. de quæstio.

Comprehensi latrones. ¶ Comprehensos latrones & deprehensos, id est captos, dicit Iurisconsult. in l. penult. ff. de seruis fugit. sic: fugitiuos deprehensos recte in custodia retinent. nam & magistratus municipales ad officiū præsidis prouinciæ, vel proconsulis comprehensos fugitiuos recte transmittunt. Comprehensi dicuntur, qui in custodiam dantur: nos vulgo dicimus *constituez prisonniers.* & comprehensio decreta, *prinse de corps.* Budæ. in foren.

Comprehēdere terram. ¶ Comprehendere terram dicitur arbor, quæ coaluerit, & radices conceperit, seu egerit. l. 3. §. 1. ff. arbor. furt. cæsar. ibi, quamuis nondum cōprehenderit terram, arborē tamen videri,

Comprehēdere pro exprimere. ¶ Comprehendere pro exprimere. l. 3. ibi, & quorundam nomina in libellis sunt comprehensa. ff. de appella. l. 2. §. senatus. de iure fisci. ibi, vt sententia comprehendatur etiam delatores edicto id comprehendisse. id est vt in sententia exprimatur, in edicto in citatione expressos fuisse, & citatos delatores. l. 2. in fin. de administra. rerum. nam quod Iurisconsultus primo dicit expressum, postea comprehensum vocat. l. & si forte. §. etiam, si seruit. vindicet. l. non possunt omnes articuli singulatim aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi. ff. de legib.

Comprehendo pro contineo, concludo. ¶ Comprehendo pro contineo, concludo. l. stipulationes commodissimum. ibi, quæcunque specialiter comprehendi possunt, contineantur. ff. de verbor. obliga. Et hoc vsus est verbo, ne bis idem repeteret, videlicet continet. l. fi. §. hęc omnia munera, quę trifariam diuisimus, vna significatione comprehenduntur. de munerib.

Comprehendo pro dico. ¶ Comprehendo pro dico, vt l. 1. in fin. ibi, de qua supra comprehensum est. ff. de his qui no. infam.

¶ Comprehensa mentio, id est habita mentio, dictum est. l. sed interpellatur. in fin. ibi, si ab altera tantum parte heredis mentio comprehensa fuerit, compromissum soluetur. ff. de arbitr.

¶ Comprehendere, intelligere: & proprietatem significat. l. 1. in fin. supra eod. scripsi.

¶ Comprehendere, statuere. l. si ista stipulatio. ibi, quia contenti esse debemus pœnis legibus comprehensis. ff. de verbor. obliga. l. certo generi. in fi. de seruitu. rusticor. prędior. ibi, vna poterit eligi via duntaxat eius latitudinis, quę lege comprehensa est.

Comprehendere diem pro designare. ¶ Comprehendere diem, designare. l. libellorum. ibi, neque autem diem, neque horam in uitus comprehendet. ff. de accusa. l. si locus iubendo iudicare non est comprehensus, videtur eo loco iudicare iussisse, quo solet iudicari sine incommodo litigantium. ff. de iudic.

¶ Deprehendere pro comprehendere, tradit Iurisconsultus in l. si quis in seruitute. ff. de furtis. vbi primo vtitur verb. deprehendere, & demum comprehendere: vt quilibet intelligat vnum passim pro alio capi, & idem significare, vt etiam probatur in l. 2. ff. de plagiar. Et miles qui in furto balneario deprehensus est, cum ignominia mitti debet. l. fi. de furtib. balnear. l. capitalium. §. solent. de pœnis. l. fi. ff. de bonis eorum.

Deprehendere quid significet. Maritus non potest retinere vxorem deprehensam in adulterio. ¶ Sed deprehendere proprie est in ipso actu delicti comprehendere. l. palam. §. quæ in adulterio deprehensa est. ff. de ritu nuptiar.

¶ Inde deprehensam in adulterio vxorem maritus absque inflictione pœnæ retinere non potest. l. 2. §. item in eum qui in adulterio deprehensam retinuerit. ff. de adulter. Et filiam in adulterio deprehensam pater occidens non punitur. l. quod ait lex. ibidem.

¶ Vnde infert Bar. in l. 1. C. de pet. bono. subla. lib. 10. quod quando lex vel statutum punit deprehensionē, tunc ille censetur deprehensus, qui in ipso flagranti crimine deprehenditur. Et si puniri debeat deprehensus cum armis, non punietur qui visus fuerit cum armis, si fugit, ita quod non fuerit apprehensus.

Lex puniens deprehensum, intelligitur de cōuicto. ¶ Sed si lex Regia vel alia puniat deprehensum in crimine, intelligitur de conuicto. per d. l. 1. C. de pet. bono. subla. lib. 10. Quamobrem lege vel constitutione dicitur, quod deprehensus puniatur, puniendus non erit, nisi qui fuerit conuictus. Vulgatum enim est non esse puniendum nisi confessum, aut conuictum. c. at si clerici de iudic.

¶ Et si constitutio vel lex dicat deprehensum in crimine in carceres coniiciendum, tunc quidem sufficiet eum inuentum & captum fuisse. Vnde consuetudo Franciæ & praxis volens, vt deprehensus in crimine flagranti possit capi sine informationibus, conformis iuri in l. nullus. vbi Salicet. C. de exhibend. reis. non haberet locum in eo qui esset confessus crimen, vel testibus esset extra iudicium conuictus: sed ex illa confessione necesse esset informationes conficere. quod est notandum. De hoc scripsi in interpreta. l. diuus. ff. de senatusconsul. Silan.

¶ Verum si statutum dicat, quod si iudex aliquem deprehendat in maleficio, homicidio vel alio delicto, puniat in centum libris: etiam si iudex reperiat extra crimen flagrans, potest delinquentem punire: quia iudicis non est deprehendere delinquentem in delicto, nisi per actum iudicialem, & sic illum cōuincendo. Et ita deprehendere intelligitur ibi pro inuenire, & pro cognoscere: veluti si iudex per probationem delinquentem cognoscat, illum punire

punire pro modo delicti poterit.

¶ Deprehensos etiam vocamus in re improuisa. Gallic. dicimus *surprins*, vt docet Budæ. in forens.

Deprehendere possessionem. ¶ Deprehendere possessionem, pro apprehendere. in l. siue. ff. de condict. furtiua. vbi primo dicit deprehendere, postea apprehendere. Aliis etiam capitur modis, vt per Lucam de Penna in l. 1. col. 1. C. de peti. bonor. subla. lib. 10.

¶ Reprehendere, corripere, carpere. l. item Labeo. §. fi. ibi, Marcellus reprehendit. ff. famil. ercis. & l. continuus. §. cum ita. ibi, neque tam delicate progredi debeat, vt reprehensione dignus appareat. ff. de verbor. obligat.

¶ Vel dicitur pro iterum prehendere, seu retro. vulgo dicimus *reprendre proces.*

Possessionis definitio data ab Alciato reprehenditur. ¶ *Possessio.* Ista est definitio possessionis secundum Alciatum, videlicet est vsus rei à proprietate separatus. sed quæ definitio non videtur declarare singula definiti membra, differentiamque solum tradit hic Iurisconsul. inter possessionem & proprietatem, & ad hoc facta est hæc lex. Verum quia parui sunt hæc momenti, non diutius insistendum puto. Rarum quippe est, quin possit subuerti definitio. lege, omnis definitio. ff. de regul. iuris. hinc dicit Aristo. paucas inueniri definitiones, sed tantum descriptiones.

Possessio vnde dicatur. ¶ Nec tamen est prætermittendum, quod Alcia. hic scribit, videlicet quod possessio est is fundus, qui non iure, sed mancipatione nobis comparatus est, videlicet vsu & præscriptione quæsitus. & ideo eius proprietas ad nos non pertinet: vt velit fundum nobis quæsitum non amplius dici possessionem, sed agrum. & ideo tex. iste dicit, Quicquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec ad nos potest pertinere, possessionem appellamus. ergo possessio est vsus, ager loci proprietas. A possidendo & vtendo fruendo dicitur possessio, non quando ager est acquisitus præscriptione, vt arbitratur Alcia. sed tunc ager est, licet in præscriptione non habeam nisi dominium vtile, proprietatem tamen habere large dicor, vt declarant doct. in rub. de caus. possess. & proprieta.

¶ Possessio tamen est interdum cum dominio. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. possess. no. in l. naturaliter. §. nihil commune. ibidem. scripsi in l. interdum. supra eo. & tex. in l. 1. in fi. ff. de furtis.

Differentia inter vsum & possessionem. ¶ Item sæpius differentiam facit Iurisconsul. inter vsum & possessionem, sic dicens: furtum est contrectatio rei alienæ inuito domino fraudulosa lucrifaciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis suæ. Idem habetur in §. furtum. Insti. de obliga. quę ex delict. nascunt. & l. si pignore. §. 1. ff. de furt. sic dicit: ex quo satis apparet furtum fieri, & si quis vsum alienæ rei in suum lucrum conuertat. Inde dicit tex. in l. 1. ff. de appella: appellandi vsus quam sit frequens, quamque necessarius, nemo est qui nesciat. & Iurisconsultus etiam sic ait: vsus procuratoris perquam necessarius est. l. 1. ff. de procurator. Et qui non vtitur nundinis per decennium, vsum amittit. l. 1. ff. de nundinis. Videte alias definitiones per doct. in d. §. nihil cōmune. Et sic potest declarari: Possessio est corporalis rei detentio: quasi possessio est incorporalis rei, & iuris vsus. docet Theoph. de interd. in Institutio. §. primo.

Prædium generale nomen. Doctores conciliantur per authorē cōtra Vallam. ¶ *Prædium.* Prædium vero ad agrum & possessionem generale nomen est. nam siue quis per vsum, id est possessionem, seu per proprietatem rem acquisierit, recte prædium suum dicere poterit. l. 3. ff. de vsufruc. Et sic non sunt contrarij Iurisconsulti, quemadmodum putat Valla. Et quo facilius intelligatur, breui repeto. nempe quicquid solo continetur, etiam si sit ædificium, fundus dicitur. sed plerunque fundus sine ædificio est, vt hic: & in hoc errauit Valla non ponderans verbum plerunque hic positum. Et sic non vult negare, quin fundus aliquando dicatur, etiam si ibi sit ædificium, vt in l. fundi. infra eod. vbi sic dicitur: fundi appellatione omne ędificium, & omnis ager continetur. Et quod capiatur pro loco, vbi est ędificium, probat l. vna. C. si curialis relicta ciuita. rus habit. maluer. lib. 10. Ager vero dicitur, vbi non est ædificium: quamuis ager interdum vocetur etiam, vbi est ædificium. l. 1. ff. ad legē Iul. de vi publ. tamen proprie dicitur, vbi non est, vt hic. Sed aliquando exprimitur fundus & ædificium, vt in l. 3. C. de delator. lib. 11.

Ager definitur. Fundus quid. Item ager est, qui ad vsum hominis paratur, quia in eo quicquam agitur: fundus vero, siue in eo aliquid agatur, siue non, siue cultus, siue incultus: vt ita fundus sit genus, ager vero species denotans tantū cultum agrum, & ad vsum hominis paratum. Et possessio in vsu consistit, proprietas in iure. Prædium vero est generale ad agrum & possessionem, vt contineat & possessionem & proprietatem: tamen non continet tantum quantum fundus, sed generale est ad duo prædicta, per istum tex. probatur ibi, prædium vtriusque suprascriptæ rei generale nomen est. Non igitur simpliciter generale dicit Iurisconf. sed vtriusque. Et sic conciliandi sunt Iurisconsulti: quamuis ridiculus Valla illos derideat, quia eos (vt constat) non intelligebat. Et culpa est immiscere se rei ad ipsum non pertinenti, per regul. culpa. ff. de regul. iur.

Fundus magis generale, quam prædium. ¶ Item quamuis glo. dicat hic istam differentiam magis subtilem quam vtilem, tamen ex his

ex his intelligitur titul. de fundis & saltibus rei dominicæ.titul. de fund.limitrophis. & titul.de fundis patrimonial.& de fund. rei priua. aliæque leges de fundis loquentes, ac titul. ff.& C.de acquir.possess.& infiniti alij loci, quibus fit mentio de possessione.etiam intelligetur titul.de omni agro deserto,lib.11. & aliæ leges loquentes de prædiis, vt C. de prædiis tamiacis.& rub.de diuers.præd. lib. 11. & de prædiis nauicula. ibidem. Et sic est valde vtilis hæc lex: quamuis ista differentia interdum non ita exacte seruetur, sed vnum pro altero vsurpetur,vt videre licet in l.quædam mulier.ff.de rei vindica.& in l.adeo.§.1.de acquir.rerum domi.ac in l.1.§.idcirco.de vi & vi arma.vbi primo dicit deiectum de agro voluisse ad prædium reuerti:& sic non facit differentiam inter agrum & prædium: sic nec Iurisconsul. in l.milites prohibentur prędia comparare. & in l. milites agrum comparare prohibentur. ff.de re militar.& sic vno pro altero sępius vtitur.

¶ An pascua cõtineantur appellatione fundi,scribit tex,in l.Sciæ.§.Tyrannę.ff. de fund. instruct. Quę sint instrumenta fundi,videte in l.instrumenta.ff.de fundo instruc.

¶ *Suprascriptæ.* De hac dictione loquitur l.lecta.ff.si certum peta.l.Titius.de const.pecun. l.idem Offilius.de ędil.edict,l.emptori.in fi.& l.ex mille.§.quęsitum,de euictio,& l.qui testamentum.de testib.l.1.§.1.& §.si pecuniam.depositi,

Supra pro vltra.

¶ Notandum, quod dictio supra pro vltra frequẽtius accipitur:vt supra iurisdictionẽm. l.fi.ff.de iurisd.omnium iudic.Supra priorem modum.l.si testamento.de seruitu.vrba.prędior. Supra legitimum modum. l. si non sortem. ff. de condict.indeb.Supra statutum modum.in l.placuit.ff.de vsur.Supra duplum. in d.l.si non sortem.§.si decem. Supra dotem.l. Scia.ff.de dote prælega.

¶ Adhęc supra opponitur dictioni infra,& dicitur inferius & superius: veluti dicitur arbor supra terram,in l.si gemina arbor.ff.arbor.furtim cęsar.

Supra quid denotet prolatũ ab homine.

¶ Dictio super vel supra ab homine prolata denotatius in re, cum adiicitur: vt vendo decem sextaria frumenti, vel dono super vel supra tali fundo, vel mutuo. significat enim, obligo fundũ illum pro decem, Vnde prohibitus fœnerari supra vel super domo,non potest eam pignori dare,per tex.in l.codicillis.§.instituto,ff.de lega.2.quem tex. singularem dicit Roma,singul.625.compræsta mihi.& Francis. Cremen.singul.45.mutuaui tibi.hoc nominatim docet Bar.in l. fundus.ff.de annuis lega.& Ioan. Fab.in §.item. Seruiana.in fin.de actio.in Insti.& Lucas de Penna in l.fi.C.de agricol.& mancip.li.11.& Chassa.in consuetud. Burgund.in rub.*des* §.4.glo.1.*sur l'heritage*. De dictione super scripsi in l.appellatione parentis. supra cod.

IDEM LIBRO SEPTIMO EPISTOLARVM.

LEX CENTESIMA DECIMASEXTA.

QVISQVIS MIHI ALIVS FILIVS, FILIIVE HERES SIT:ait Labeo non videri filiam contineri, Proculus contra. Mihi Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus mentem testantis. Respondi: non dubito, quin sententia Labeonis vera non sit.

¶ Si testator filios habens eos instituat heredes,sic dicens:quisquis mihi alius filius, filive heres fuerit,dato decem Titio:his verbis non contineri filiam Labeo dicebat,Proculus vero contra.Sed Labeonis sententia vera non est, quia secutus figuram verborum,Proculus vero testantis mentem. Igitur ex mente testantis filij appellatione & filia continetur. l. iusta.& l.liberorum.infra eod.Alibi dicit Iurisconsultus in l.non figura literarum,sed oratione quam literę exprimunt, obligamur. ff. de actio. & obliga.vbi etiam adiicit, placuit non minus valere quod scriptura, quam quod verbis lingua figuratis significaretur, id est formatis.& in l.hæc verba.ibi,simili figuratione,id est forma.infra eod.Et tabulas testamenti accipere debemus omnem materiæ figuram.l.1.ff.de bonor.possess.secund.tabul.Et non humanæ figuræ partum dicit Iurisconsul.in l.quæreret.infra eod.

Figura quomodo capiatur.

¶ Ideoque dicite figuram verborum hic posse intelligi pro forma, voce, seu cortice ipsorum verborum.nempe filius est masculini generis, & sic ex voce & forma non continet fœminam,sed ex significatione sic.Inde quidam dicunt figurare casum,pro eo quod est fingere casum,seu ponere casum,aut speciem,vel hypothesim.Et figurationem dicit Iurisconsul.in l.hæc verba,ille aut ille.infra eod.& figuratum Græca voce dicit tex.in l.si calumnietur.§.telum.infra eod.quod coloratum diximus in tract.de pacific.possessor.

Figura pro ordine.

¶ Aliquando figura dicitur ordo:vt procedas sine figura iudicij,id est sine ordine.clem. sæpe.de verbor.significa.Bar.in extrauag.ad reprimendum.quomod.in læsę maiesta.crimi. proceda.in verb.figura. Interdum dicitur similitudo, vt apud theologos.

¶ Item obligationes aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut ex proprio quodam

dam iure,ex variis causarum figuris.l.1.ff.de actio. & obliga. id est ex varijs speciebus & factis.docet Petr. Iacob.in sua practic. in libell.de actio.in factum ex variis figuris causarum.

¶ Istum etiam tex. ad hoc egregium dicit Ias.in l.licet Imperator.col.3. no. 4. ff. de lega. 1. Quod in vltimis voluntatibus debemus sequi defuncti voluntatem, & non corticem verborum, & figuram. l. in conditionibus. vbi addidi. ff. de conditionib. & demonstrat.. Istud plene tradit D.Tiraquel.in interpreta.l. si vnquam.in verb. libertis. C. de reuocand. dona.

Voluntas defuncti sequenda est.

¶ Nec omittemus,quod ista dictio quisquis & quicunque est distributiua, & verificatur in vno & in omnibus:vt quisquis mihi sit heres,siue vnus,siue plures. docet Bar. in l. hoc articulo.& ibi Imol.post eum.ff.de heredib.insti. Ias.& alij in l.4.& l. qui filiabus.de lega.1. & in l.qui liberis.§.1.ff.de vulgar.videte in l.creditorum.supra eod.

¶ Ex quibus colligite modestiam Iaboleni reprehendentis Labeonem,& eum excusantis,quod respexerit figuram & corticem verborum.Qua figura inspecta summo iure procederet eius opinio:sed quia mens verbis præfertur,vt scripsi in l.nominis.§.fi. supra cod. sic & opinio Proculi sequentis mentem testantis proculdubio præfertur.Quod facit contra quosdam iuris doctores, imo peruersores, qui ore aperto debacchari non verentur in scribentes,plus laudis & gloriæ in verbis præse ferentes,quam doctrinæ: quibus deberent scholastici obuiare,ne diutius mutis maledicant,vt superius scripsi.

IDEM LIBRO OCTAVO EPISTOLARVM.

LEX CENTESIMA DECIMASEPTIMA.

Non potest videri minus soluisse is,aduersus quem amplioris summæ actio non competit.

¶ Hic casus esse potest:Debebas soluere decem Paris.Calend.Iulij, quæ non soluisti: es in mora,prætextu cuius possum etiam petere interesse.si tamen accipiam decem,non diceris minus soluisse quam deberes: quia nulla actio competit amplioris summæ. Extincto enim principali,accessorium censetur extinctum.l.cum principalis.ff.de regul.iuris. & regul.accessorium.in 6.

¶ Imo eadem ratione creditor accipiendo pecuniam,pœnam remisisse videtur.l.fi.ff.de eo quod certo loco.

¶ Ita si quis accipiat summam,quam in iudicio petebat,nulla facta expensarum mentione,vt non possit expensas postea petere,suadet l. 4. C. depos. quia nec potest videri minus soluisse is,aduersus quem amplioris summæ actio non competit.Quod est verum,quando ante condemnationem recepisset:diuersum,cum post condemnationem.tunc enim expensas etiam potero petere,ad easque remanet actio,per d.l.4.ibi,non enim duæ sunt actiones,alia sortis,alia vsurarum:sed vna.Ex qua condemnatione facta,iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur.

¶ Item si quis debebat mihi decem aureos hinc ad triennium soluendos,pactusque fuerit sex nunc soluendo,liberaturum,iri pro reliquo:si pacto satisfaciens persoluerit eos sex aureos, non dicetur minus soluisse. Siquidem amplioris summę actio non competit, per istum text. Sed an hoc sit licitum? cum ita debitor videatur vendere tempus, quod est prohibitum in c.in ciuitate.de vsur. Respon. si quidpiam debitor vult sibi remitti, quia tempus solutionis pręuenit: & hoc petit ratione interesse, quod patitur pręueniendo solutionem:hoc casu licitum est. sed si sine damno præuenit tempus, eoq; solo prætextu diminuat ex principali debito:tunc est vsura,per d. cap. in ciuitate. & hoc firmat Conrad. in tract.de contract.q.66.& 9.seq.

Vendere tempus non est licitum.

¶ Limitatur secundum glo.hic,quando retentio fieri poterat.Quando autem fieri possit,regula est,quod vna res pro alia retineri non potest.l.plane. ff. de petit. heredit. Vnde si commodauerim tibi librum, cum deberem tibi decem, non poteris vti retentione libri mei pro illis decem. l. fi. ff. commoda. Ita dominus domus rem non potest retinere propensione domus,nisi speciali iure,cum res illa fuerit illata,vel inducta.l. si non inducta. C. in quib.caus.pignus tacit.contrah.vtabunde scripsi in tract.de liter.obligator.artic.6.tom. 1.commentar.in consti.Regias Gallic,

Vna res pro alia nõ potest retineri.

¶ Item iudices,aduocati & procuratores non possunt retinere instrumenta,nec scripturas partium pro salario,vt asserit Ias.in l.si non sortem.§.si centum.col. vlt. ff. de condict. indeb.Et ita statuit Carol.septimus,vt est in titul.de procurator. artic. 16. vbi prohibet expresse procuratoribus eorumque famulis, ne retineant literas vel instrumenta partium pro suo salario,sub pœna priuationis & emendę, ac alia iudicis arbitrio imponenda. Ita nec iudices retinere possunt processum pro rapportu, seu pro speciebus vulgo vocatis, quia loco pignoris non datur:sed vt videat & examinet,vt decidit Boer.in decis.Burdegal.

Aduocati & procuratores non possunt retinere scripturas partium.

q.15.quæritur an si iudex.

Legatarius nõ potest retinere rem sibi legatã.

¶ Imo etiam eandem rem non possum retinere,quãdo cum vitio peruenit ad me.Vnde legatarius non potest retinere rem sibi legatam,quam occupauit.l.1.§.1.vbi Bar.ff. quorum legator.c. fi. de ord.cognitio. Nec is qui rem suam furto subtraxit, in qua alius qui surripuit,impensas fecerit.l.fi is qui rem.ff.de furt. nec rem mihi legatam retineo, si testamentum impugnauerim.l.sub conditione.ff.de bonor.possess.contra tabul.

Res pro vno debito obligata pro alio retineri potest.

¶Primo perdit officium suum regula,quando res erat obligata pro vno debito;nempe pro alio retineri potest.l.vna. C. etiam ob chirogra. pecuniam pignus teneri posse. l. elegantes. §. si post rem iudicatam.ff. de condict.indeb. Vnde si necessarias impensas fecerim in seruum aut in fundum,quem pignoris causa acceperam,non tantum retentionem, sed etiam contrariam pignoratitiam actionem habebo.l.si necessarias.ff.de pignoratit.actio.

Res pro debito pœnali retineri non potest.

¶ Nisi quis vellet eam pro debito pœnali retinere:tunc enim non posset odio pœnæ. Roma.singul.107.tu habes,&c per tex.singul.in l.pignoribus. C. de vsur.vbi Bal.& videte tex.in l.per retentionem,ibidem.

Vxor mortuo marito remanere potest in domo mariti, donec ei soluta sit dos.

¶ Secundo vitiatur regula fauore dotis.l.si filiofamilias.1. ff. soluto matrimo.Ideo mari to mortuo poterit vxor remanere in domo habitationis mariti,donec fuerit ei dos exoluta.Bal.in l,penul. C.de pignoratit.actio,& Bal.nouel.in tract.de dote,in 8.parte, priuileg. 1. Alex.consil, 47. visis.in 3. vol. Adeo quod si mulier fuerit condemnata ad restitutionem rei mariti,si ante sententiam non est oppositum,poterit illa res adhuc pro dote retineri,vt iudicauit magna curia Mediolanens.in decis.Neapol.q.119.

Arestum.

¶ Tertio non procedit, quando res esset tradita pro eo,quod putatur debitum : nempe si ex alia causa vere debitum erat,res retineri poterit.l.si non sortem. §. libertus. ff. de condict.indeb,vbi Bar.& Ias.col.2.post glo.ibi in §.si centum.

Res tradita pro debito quod putabatur pro vero retineri potest.

¶ Quarto regula flectitur,etiam si non expresse res fuerit obligata,sed tacite,vt pro pretio venditori:quia venditor retinere rem venditam poterit,donec integre pretium eidem fuerit exolutum.l.Iulianus.§.offerri. ff. de actio. emp. l. hereditatis. de heredita. vel actio. vend.doct.in l.curabit. C.de actio.empti.

Venditor potest rem venditam retinere pro pretio.

¶ Quinto, quando res vna functionem reciperet pro alia, tunc potest per compensationem retineri : vt si quis debeat mihi decem frumenti sextaria, & ego illi duodecim : si petam ab eo,poterit ille compensare decem.l.fi. C.de compens.Salic.in l.fi. C.commoda. nam alibi Iurisconsul.ait,Expedit legatarium retinere summam magis,quam mitti in possessionem rerum hereditariarum.l.pure.in princip.ff.de doli excep.

Res pro compẽsatione retineri potest.

¶ Sexto in contractu depositi descendentis ex mutuo,licita est retentio. Vnde si decem à te mutuo receperim, quæ apud te deponam, donec egeam, si postea tempore quo reddere mutuum debebam,peto depositum, retentio tibi competit: tum quod illud depositum sortiatur naturam mutui : tum quod dolo faciam, petendo quod sum restituturus. Ideoque depositum non habebit sua priuilegia, vt consuluit Bal. consil. 317. ad euidentiam.in 3.vol.quem sequitur Catel. Cotta in 2. parte memor.in verb. hypotheca. plus dicens in extero qui rem emit contra prohibitionem statuti, vt eam retinere possit, donec pretium ei restituatur.allegat Bal.in l.fi.§.vlt.C.communia de lega.

Res retineri potest in contractu depositi ex mutuo descendentis.

Caupo vel hospes equos potest retinere pro pretio.

¶ Vnde etiam caupo vel hospes retinere poterit equos pro expensis,& alia mobilia hospitis,vt Bal.expresse dicit in l.certi.col. 2. C. loca. si tamen non retinuerit in primo prandio,sed in secundo vult retinere, hoc ei non licebit nisi pro vltimo : quia intelligitur pro illo tantum debito, quod nunc fecit, & non pro alio, vt est in consuetudin. Bitur. artic. 19 & seq.dicitur hospites in illo debito præferendos,arg.l. creditor qui ad refectionem. ff. si certum peta.l.interdum.qui potior. in pignor. habeant. Quod verum esse crederem, si primum debitum & prandium alio tempore factum esset : secus si eodem tempore. tunc enim retentio fieri posset pro toto debito facto pluribus diebus. l. 1. & per totum. ff. nautæ,caupo.& in d.l.certi.

Res retineri potest, si nummi reprobi dati sint.

¶ Septimo retineri potest res,etiam si non esset,nec fuisset obligata : si tamen occasione debiti peruenisset ad eum, qui vult eam retinere. Vnde si reprobos nummos dederis, vel pro auro æs,non liberaris : sed & nummos & æs retinebo, donec solueris. l, eleganter. §. qui reprobos.ff.de pignoratit.actio.l. si cum aurum,de solutio. quod declarat Paul. & alij in l.petenti.ff.de pignoratit.actio.Bal.in c.dudum.2.in fi.de electio.

¶ Octauo restringitur regula,quando res aliena scienter obligata esset: nempe si postea obligans efficiatur dominus,poterit pro debito retineri.l.1.§.1. ff. de pignor. vbi glo. Bar. & alij.

¶ Vltimo res potest retineri ex causa,quæ rei cohæret, si ex voluntate debitoris ad creditorem peruenerit. Bar.& alij in d.§.si centum.& in l.si inducta.C. qui potior. in pignor. habeant.Ideoque pro expensis factis datur retentio.l.si in area. in fi. ibi, nullo alio modo quam per retentionem.ff.de condict.indeb. Secus si rem sciebat esse alienam.l. adeo. §.ex diuerso.ff.de acquir.rerum domi.& §. ex diuerso. Insti. de rerum diuis. Corne. consil. 86. in

in 4.vol.plene Salic. in l.domum. C.de rei vindica.

Rem commodatã tam commodatarius pro expensis potest retinere.

¶ Vnde commodatarius pro expensis in re commodata necessario factis,habet retentionem.l.in rebus. §.possunt.ff.commoda.l.si is qui rem.1.& l.creditoris.in fi.ff.de furtis.

Res pro merce de retinetur.

¶ Ita quoque rem licebit retinere pro mercede. Vnde sutor retinere poterit vestimentum pro mercede.Bal.in l.fi.C. commoda. vbi idem dicit in fabro, vt equum possit etiam retinere,quem curauit.

Scriptor & cõpaginator librorum pro expensis retinet libros.

¶ Item scriptor vel compaginator librorum pro expensis & salario libros iure retinebit. glo.in l.si non sortem.§.si centum.ff.de condict.indeb. Corset.in tract. de minimis. verfic. 11.secundæ partis.

Mulio pro salario retinet rẽ.

¶ Idem in mulione arbitrantur iuris interpretes, vt tam pro salario rei vehendæ, quam pro impensis quas præstitit,possit res delatas retinere, donec ei integre persolutum fuerit. Bal.& alij in d.l.fi.

¶ Idem in beneficio concludit Panor.in c.de multa.nu. de præb.Sed in hoc alibi declaraui latum esse arestum in contrarium.videte Bal.in authen.excipitur.C. de bonis quæ liber.

Singularis succeſſor vtitur retentione.

¶ Etiam singularis successor, veluti emptor qui erogauit impensas, hac retentione vtetur. l. in hoc iudicium. versic. ceterum. ff. communi diuid. quem tex.singul. dicit Bolog. ibi,& Roma.singul. 174. tu scis,&c.& Alexand. in l. qui exceptionem.§.si pars. ff. de condict.indeb.

Expensæ rei retentione repetuntur.

¶ Siue res sit mobilis, vt dixi,siue immobilis: nempe expensæ factæ pro melioratione rei immobilis alienæ,bonafide tamen, per retentionem rei, & nullo alio modo repetuntur.l.Paulus.ff.de doli exceptio.l.si in area. in fi. de condict. indeb.Et ideo colonus retinet rem,donec expensæ soluantur,vt concludit Bal.in l.emptorem.col.2.nu.7. C.de loca. nec prius cogendus est quis rem restituere,quam si necessarias impensas consequatur.l. ait prætor.§.per hanc.ff.quæ in fraud.creditor.l.in hoc iudicium.communi diuid.

Sequestro non datur rei retentio.

¶ Secus si malafide.l.adeo.§.ex diuerso.ff.de acquir.rerum domi. §. ex diuerso.Insti. de rerum diuis.l.quod si possessor.iuncta glo.ff. de petit. heredita. l. in fundo.de rei vindica. quia nullum negotium cum domino gessit.Corne. consil.86.circa. in 4. vol. Angel. in §. certe.de rerum diuis.in Insti.Salic.plene in l.domum.col. penul.& seq. C. de rei vindic.

¶ Ideo si sequester vel commissarius absque iudicis authoritate fecerit impensas etiam necessarias,minime tamen datur retentio:sed dabitur cautio de restituendo, illis liquidatis.Ita fuit dictum pro archiepiscopo Bituricen.domino de Turnonio contra sequestrum domus sitæ Paris. anno domini 1527. die vltima Aprilis. Idemque fuit dictum contra Renatum Gentil,& alios executores pro tutoribus & curatoribus puerorum dominæ Claudiæ Herbeboræ,anno domini 1530. die 12. Februarij. Ex quibus apparet, quod si expensæ non sint liquidæ,vt quia non constant scripto, non habet quis retentionem. Eorum enim quæ non sunt, vel sunt & non apparent, idem est iudicium, lege, duo sunt. ff. de testam. tutel.

Expensæ repetuntur, si res sit facta melior.

¶ Item hæ expensæ ita demum repeti possunt,si res melior facta sit,& quatenus,& non vltra.Ideoque si in domo exposuerim centum aureos, domus tamen non est melior, nisi in quinquaginta : isti tantum repetentur,& non centum.l.in fundo. ff. de rei vindica. Panor.& alij in c.1 col.1. de in integrum resti. & in c.ad nostram.de reb.eccles. non alienand. Feli.in c.cum causam.col.penul.de re iudica.Et in hoc inspiciendum est tempus,quo debet res restitui.nempe si melioratio non sit nisi ad decem id temporis quo restituitur res, solum illa decem repetentur.l domus.ff.de lega 1,vbi Paul. Ias.& alij:licet melioratio tempore quo impensæ factæ fuerint, plus fuisset æstimata.

In executione sententiæ excipi potest de expensis.

¶ Addendum etiam est, quod si sententia lata fuerit ad restitutionem rei. tamen in executione sententiæ poterit excipi de expensis & meliorationibus, donec ei soluantur. Bar. & alij in d.l.in fundo.in fi. Ias.in d.l. si in area. de condict. indeb. quia meliorationum exceptio non impugnat sententiam : ideo post sententiam opponi potest,vt declarat Bal.in lege,peremptorias.colum.tertia, Cod.sententiam rescindi non posse.scripsi in tractatu de exceptio.

Res non redditur,nisi expensis solutis.

¶ Imo si quis esset condemnatus restituere solutis expensis, res non potest auferri ab eo possessore,antequam solutæ fuerint impensæ:nec auditur victor volens cauere pro expensis:quia ablatiui absoluti important conditionem.l.ab emptione.ff. de pactis.

¶ Tum quia præcedere solutio debet ex verbis sententiæ:quamobrem non prius executio fieri debet.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudica. Alex.& Ias.in l.1.col.1.ff.qui satisdar. cogant. vbi quando ex tenore sententiæ debet fieri solutio, non auditur volens satisdare. l. promissor.§.constituto.ff.de consti.pecun.per l.statuliber rationem.§.fi.de statulib.dicendo esse differentiam, an conditio sonet in faciendo, vt tunc satisdatio detur, vt ibi : aut in dando,& tunc oportet dare,vt in d.§.fi. & plene Anto. Negusantius in tract. de pignor. & hypoth.in 4.membro quintæ partis.

Habens rem præfertur habentiꝰ.

¶ Præterea iſte qui habet rem, præfertur alteri etiam habenti ius in pignore anteriꝰ: vtpote quia prius erat ei hypothecata. l. interdum. & ſeq. ff. qui potior. in pignor. habeant. Alexand. in additio. ad Bar. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condict. indeb.

Habens domũ ſubiectam reſtitutioni non cõputat fructꝰ.

¶ Nec eſt omittendum, quod ſi is qui habebat domum reſtitutioni ſubiectam impenſas neceſſarias fecerit, & poſtea aduenientе reſtitutionis die expenſas petat, non tenebitur fructus computare cum expenſis, vel expenſas cum fructibus quos percepit, quia percepit illos ex re ſua, Et hoc caſu fructus non computantur, per glo. ſingul. in l. emptor. ff. de rei vindica. ſingu. ſecundum Franciſc. Cremen. ſingul. 105. ſi feci. & in d. l. emptor. addidi alia. Secus in alio recipiente fructus ex re aliena. is enim impenſas computat cum fructibus. l. ſumptus. ff. de rei vindica.

¶ Item ſi fiduciaria poſſeſsio mihi fuerit adiudicata ex inordinato proceſſu, potero tamen retinere rem, donec verum ſoluatur debitum, ſi res erat mihi antea obligata. Ita ſingul. Bal. in l. fundus qui. ff. de reſcind. vendit. ió. ſequitur Franciſc. Cremen. ſingul. 92. tenuta. & Bertachi. Firmia. in tract. de epiſcopo, in 3. parte primi lib. q. 49. Hæc ſi placet retinete, quia non inuenietis ita declarata.

Rettẽtio datur cõtra tertium.

¶ Nota retentionem interdum etiam dari contra tertium, à quo cauſam non habeo, l. qui iniuriæ. §. fi. ff. de furt. Soci. conſil. 15. viſis. col. 5. in 1. vol.

¶ Intellige dari retentionem pro neceſſariis expenſis & vtilibus, ſed pro voluntariis non. Poteſt tamen quis eas proſequi per modum intereſſe, & quatenus à iure permittitur, vt fuit dictum in hoc ſenatu pro magiſtro Ioanne Leſpine, anno 1427. die 17. Aprilis.

Areſtum. Iudex eum grauat, qui habet retentionem, ſi eũ ad rem reddendam condẽnet.

¶ Poſtremo in quibus caſibus retentionem habeo, ſi iudex me condemnet ad reddendum & reſtituendum rem, reſeruata mihi actione, dicitur me grauare: ideoque licebit appellare. Siquidem minus eſt actionem habere, quam rem. per l. minus. ff. de regul. iuris. & ita vidi iudicari contra retrahere volentem, qui ſententiam obtinuerat, quod admitteretur ad retrahendum, reſeruata actione ſuper reparationibus & expenſis, quæ fuit reformata per ſenatum.

Ampliꝰ quid, & ampliſſimũ.

¶ *Amplioris*, id eſt maioris. Comparatiuum enim eſt ab amplo. Amplum eſt non anguſtum, ſed magnum ac late patens. de quo Iuriſconſul. in l. funeris. 2. ibi, itaque ſi amplum quid ædificari reſtator iuſſerit. ff. de religioſ. Et ampla ædificia. in l. ex duobus. de negot. geſt. Eſt igitur oppoſitum anguſto. l. ſi boues. ff. ad legem Aquil.

¶ Inde ampliſsimum ſuperlatiuum, de quo Iuriſconſul. in l. vim facit. §. quod inane fit, vel in qualibet re ampliſsima, mobili tamen, non continetur hoc interdicto. ff. quod vi aut clam.

Ampliſſimus ordo ſenatus.

¶ Ampliſsimus ordo ſenatus, in l. 2. §. verba. & in l. ſi decipiendi. ff. ad Velleia.

Ampliare quid

¶ Inde ampliare eſt augere, extendere, vt ait Iuriſconſul. in l. 1. ff. de fluminib. ibi, nemo denique Nilum qui incremento ſuo Aegyptum operit, ripas ſuas mutare vel ampliare poteſt.

Imperium ampliari.

¶ Item ampliari imperium adiectione hominum, ſcribit Iuriſconſul. in l. fi. §. ſed & diuus Adrianus. ff. de bonis damnator. Et ſicut diligenti cultura pretia prædiorum ampliantur, ita ſi negligentius habita ſint, minui ea neceſſe eſt. l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci.

¶ Amplitudo, in l. quid aliud ſunt. ſupra eod. Amplius, in l. verbum amplius. ſupra eodem.

Sũma, & ſummus quid.

¶ Summa ſuperlatiuum exponi ſolet pro ſuprema, vt ſcripſi in gl. concorda. in proœm. in verb. ſummas. & ſic intelligitur tex. in l. qui venenum. ibi, ſummus poetarum Homerus. infra eod. Et interdum pro præcipua: vt ſumma de iure perſonarum hæc eſt diuiſio. l. 3. ff. de ſtatu hom. & Imperator in Inſti. de iure perſo. & de obliga.

¶ Summa ſubſtantiuum exponi poteſt pro numerorum quadam collectione. Gallic. dicimus *vne ſomme*. vt hic, & in l. hæc adiectio. infra eod. & comprehendit etiam ſpeciem. l. 2. §. cum in eadem. ibi, iacturę ſummam pro rerum pretio diſtribui oportet. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. cum clericis. vbi gloſ. C. de epiſcop. & cleric.

POMPONIVS LIBRO SECVNDO AD Q. MVTIVM.

LEX CENTESIMA DECIMAOCTAVA.

Hoſtes ij ſunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus: ceteri latrones, aut prædones ſunt.

Hoſtes hodie qui dicantur.

¶ Hoſtes ſunt, qui Romanis bellum indicebant, vel ij quibus Romani: alij vero latrones, & prædones. Et ſic lex hæc differentiam aſsignat inter hoſtes, & latrones, vt inferius dicetur. Idem ſcribitur in l. hoſtes. ff. de captiuis. Hodie quia Romanis Imperium ademptum eſt, eos proprie dicerem hoſtes eſſe, quibus Princeps non alium recognoſcens in ſuperiorem

ſuperiorem indicit bellum: addunt alij, dum non ſint Chriſtiani. nam inter Chriſtianos, cum omnes ſimus fratres in Chriſto, c. ad menſam. 11. q. 3. iura omnia belli ceſſant. Adhæc hoſtes proprie ſunt, qui nihil inuicem ſibi debent. at Chriſtianus multa debet Chriſtiano, in euangelio deſcripta. Sed vulgo parum obſeruatur hæc nominum differentia: quinimo paſsim quoſcunque vocamus hoſtes etiam Chriſtianos, quibus legitime bellum indictum eſt. Et quos nos hoſtes, veteres perduelles appellabant, per eandem adiectionem iudicantes, cum quibus bellum eſſet. l. quos nos. infra eod. In lege duodecim tabularum hoſtes quoque inuicem litigantes vocabantur, quos nos priuatos aduerſarios intelligimus, vbi ſic ſcribitur: SI STATVS DIES SIT CVM HOSTE VENITO: ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVTHORITAS ESTO.

Capti in bello non fiunt ſerui.

¶ Ex quibus infertur, quod capti in bello inter Chriſtianos non efficiuntur capientium ſerui. Bar. & alij in l. hoſtes. ff. de captiuis & poſtlimi. reuerſ.

Captus ſoluit pretium.

¶ Sed tenetur captus iure belli pretium redemptionis perſoluere, quod Græci vocant λύτρον: nempe λυτρόω redimo, & λυτρωτὴς redẽptor: quod pretium Galli vocant *rançon*. Boer. in §. 1. de conſuetud. iur. & ſtatu perſona. Ioan. de Terra Rubea in tract. contra rebelles Regũ, vlt. artic. tertij tract. concluſ. 17. & Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 824. de teſtam. Sed quam redemptionem? reſpon. pro qualitate perſonæ, & bonorũ quantitate, quam hic captus habebat. Et quando bellum eſt iuſtum, captis talia imponi poſſunt. vtor verb. Bal. in l. nam & Seruius. ff. de negot. geſt. Et iuſtum videtur bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa. tex. in c. 1. 21. q. 2. Quod pretium redemptionis cedit lucro capientis, vel eſt diuidendum inter illos, qui ceperunt captiuum, dummodo pretium illud non excedat milia decem: quia tunc eſſet Principis, cuius demum eſt liberalitatem ſuam capientibus exhibere, vt Boer. ſcribit in deciſ. Burdegal. q. 178. an licitum. col. 1. Et anno 1406. die 9. Aprilis cenſuit ſenatus, & declarauit Guillielmum Laglois iuſte, & in iuſto bello cepiſſe quendam Digo, & decreuit dictum D. Guillielmo: & fuit condemnatus Digo ad quingentas libras Regi pro fractione carceris, & ad expenſas, damna & intereſſe partis, de quibus prius ſoluetur parti quam Regi.

Pretium ad eum qui cepit hoſtem pertinet, vel diuiditur.

Pretium ſi excedat milia decem, ad Principem pertinet.

Areſtum.

Rex non tenetur ſoluere redemptionẽ militis.

¶ An vero teneatur Rex ſoluere redemptionem illam, decidit Aegid. de Bella Mera conſil. 22. quidam mercator. videri, non teneri: quia locator non tenetur de caſu fortuito. l. ex conducto. §. 1. ff. loca. nec mandans. l. inter. §. non omnia. manda. vide ibi.

¶ Et ſi pro capto redemptionem centum aureorum quis ſoluerit, tenetur illos ipſe reſtituere. l. liber captus. ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. ita conſuluit Decius pro Marchione de Piſcaria conſil. 691. in facto proponitur.

Redemptus nõ habẽs vnde ſoluat, ſeruit redemptori.

¶ Imo ſi quis redemerit aliquem, qui non habeat vnde ſoluat, tenebitur ei ſeruire, donec pretium datum lucratus fuerit, & interim nexu pignoris poſsidebitur. l. ab hoſtibus. 1. C. de poſtlimi. reuerſ.

Bona mobilia fiunt capientium, & immobilia Principis.

¶ Secundo etiam hodie in bello iuſto bona mobilia efficiuntur capientium, immobilia Principis. l. ſi captiuus. §. fi. & l. ſi quid in bello. vbi Bar. ff. de capt. & glo. in l. diuus. ff. de iure fiſci. Iaſ. & moder. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. Et hoc etiam de generali conſuetudine ſeruari dicit Bened. in verb. & vxorem. nu. 823. c. Raynutius. de teſtam.

Deferens ad hoſtes arma eſt excommunicatus.

¶ Tertio prohibitum eſt bona & arma deferre ad hoſtes, videlicet fidei: & deferens eſt excommunicatus. c. ita quorundam. & c. ad liberandum. & c. ſignificauit. de Iudæ. Et iſte eſt vnus de caſibus in bulla cœnæ domini reſeruatus, prout ibidem plenius ſcripſi.

Captus à Chriſtianis non habet iura poſtliminij.

¶ Quarto captus à Chriſtianis ipſo iure poſtliminij iura non habet, ſed ſi ſit læſus, reſtituitur ex clauſul. Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, impetrando literas Regias in hoc Regno. l. 1. ff. ex quib. cauſ. maior. nec enim vſquam audiuntur læſi, niſi vi reſtitutionis Regiæ, vt vidi in forenſi iudicio ſeruari. in qua reſtitutione iudices omnia iſti reſtituere debent, quæ leges poſtliminio reuerſis concedunt, vt ſcripſi in 2. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallic. titul. de reſtitutio.

Captus ab hoſtibus non conſtituit procuratorem.

¶ Quinto facit l. abſentem. §. fi. infra eod. vbi captus ab hoſtibus non cenſetur abſens, & ideo procuratorem conſtituere non poteſt: ſecus ſi à latronibus detineatur. Veruntamen æquiparantur hoſtes & latrones, quando ſubeſt eadem ratio: vt ſi metu hoſtium vel prædonum donauerit bona ſua, cenſetur eſſe donatio cauſa mortis. l. 3. ff. de donatio. cauſa mort.

Bona eius, qui ab hoſtibus eſt captus, nexa rẽ duntur.

¶ Sexto eius qui ab hoſtibus captus eſt bona venire non poſſunt, quandiu reuertatur. l. fi. ff. de priuileg. creditor.

¶ Septimo ſi cum quis in hoſtium poteſtate eſſet, furtum ei factum ſit, & poſtliminio redierit, poterit quis dicere eum furti habere actionem. l. ſi cum quis. ff. de furtis. Et lege Hoſtilia permiſſum erat agere furti nomine eorum, qui apud hoſtes eſſent. §. præterea. de his per quos agere poſſumus. in Inſtit.

Duplex hostis de iure diuino.

¶ Non omittendum est, quoad ius diuinum & canonicum duplicem nos habere hostem. Primus est interior, vt est mala voluntas. c. paratus. in fi, 23. q. 1. & vitia luxuriæ, vanæ gloriæ, & alia quæ nos circunducunt, de quibus diuus Paul. scribit ad Galat. 5. c. Et multo quidem seipsum, quam hostem superare operosius est. Valer. lib. 4. c. 1. plene Lucas de Penna in l. 1. col. 1. & 2. C. de re militar. lib. 12. Ioan. Fab. in procem. Inst. Exterior hostis est homo. Et exteriorem hostem pugnantem debet necessitas, non voluntas deprimere. cap. noli. 23. q. 1.

Hostilis & hostile quid.

¶ Inde hostilis & hostile est, quod ad hostem pertinet. l. transfugam. ff. de acquir. rerum domi. sic dicente: Transfugam iure belli recipimus, & quæ res hostiles apud nos sunt, non publicę, sed occupantium fiunt. Et hostile aliquid agere seu hostiliter, est tanquam hostis aliquid moliri: nempe Iurisconsul. ait hostile, & abominandum esse ciues Romanos aliàs, quam per portas egredi. l. fi. ff. de rerum diuis. Hostili animo contra Principem animati. l. fi. ff. ad legem Iul. maiesta.

Hostoriũ quid.

¶ Hostorium est radius, siue instrumentum, quo raduntur mensurę. vnde natum est prouerbium, Sine radio cumulare, seu absque hostorio: quod est affluenter & vltra mensuram congerere, teste Cęlio lib. 6. c. 4.

¶ *Decreuimus*, id est constituimus, sancimus, censemus bellum faciendum esse. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. deminutio. ibi, sed & hi quos senatus hostes iudicauit. l. fin. §. mista. de munerib. ibi, Herennius Modestinus notando & disputando bene & optima ratione decreuit. l. 1. quod quisque iuris. ibi, decernetur. id est statuetur.

Decernere quæstionem quid.

¶ Decernere quęstionem accipitur pro eo, quod nunc dicimus ordinare, vt fiat informatio, & vt contra delinquentẽ procedatur. Budę. in l. 2. ff. de orig. iuris. Ego vero putarem decernere quæstionem à iudice tunc dici, quando constituit ex vrgentibus coniecturis cuidam infligendam esse quæstionem, & illum torquendum machinis quibusdam secundum variam locorum consuetudinem, vt per totum titul. ff. de quęstio.

Honores decernere.

¶ Decernere honores, imponere, indicere. l. iniuriarum. §. si quis de honoribus decernendis alicui passus non sit decerni. ff. de iniur.

¶ Decernere prouinciam, assignare: & decreta prouincia, assignata. l. 1. & l. obseruare. ff. de offic. proconsul.

Decretũ quid.

¶ Decretum etiam dicitur authoritatis interpositio, quam iudex in rebus ecclesię vendendis, fisci, aut minoris interponere, vt rite fiat alienatio, solet. c. sine exceptione. 12. q. 2. & per totum titul. de reb. eccles. non alienand. & in l. 1. C. de fide instrumen. & iure hastę fiscal. lib. 10. ac in rub. C. de præd. minor. sine decreto non alienand. De hoc plene scripsi in rub. de concluſ. Lateranen. concilij, in verb. decretis. in concorda. Franciæ.

Decretum & sententiæ definitiua differũt.

¶ Et differentia est inter decretum & sententiam definitiuam: quod hæc totum definiat negotium per condemnationem, vel absolutionem. l. 1. ff. de re iudica. Decretum vero non requirit condemnationem vel absolutionem, sed tantum iudicis authoritatem, causa tamen cognita interpositam. l. 1. ff. de consti. Princip. & §. sed & quod Principi. de iure natur. in Inſti. l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorum.

Decernere honorem vel munus.

¶ Inde lege Iulia repetundarum tenentur, qui cum aliquam potestatem haberent, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, decernendumve acceperunt. l. 3. ff. ad legem Iul. repetund. vbi glo. dicit decernendum aliquem honorem vel munus. ego quoque interpretarer ibi decernendum, id est authoritatem interponendum: videlicet si iudex accipiat pecuniam, vt perperam decretum interponat in re minoris, ecclesiæ, vel fisci vendenda, lege repetundarum adstringitur, vt ibi. & sic amplio legem illam in meis no. interpreta.

Decreta ambitiosa quæ.

¶ Vnde ambitiosa decreta, quæ per gratiam & fauorem facta, & statuta sunt. l. ambitiosa decreta decurionum rescindi debent. ff. de decret. ab ord. faciend. facit l. seruo. §. cum prætor. ff. ad Trebell. & l. 3. de minor.

¶ Decretum interdum potest etiam pro sententia accipi. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. l. decreta. de re iudica. l. penul. de iustit. & iure.

Decretalis possessio bonorum quæ.

¶ Decretalis bonorum possessio est, quæ causa cognita, & iudicis decreto decernitur. l. 3. §. decretalis. ff. de successor. edicto. Et quę sit ratio, cur decretum in bonorum possessione requiratur, & non in aditione, tradit Iaſ. & alij in l. fi. C. qui admitti. & Alcia. lib. 4. paradox. quam rationem reprobat Arnal. Contad. Narbon. in tract. de bonor. possess. & Franciſc. Zoannet in lib. restitu. ad 50. lib. ff. c. 2.

Decretæ Principum.

¶ Decreta Principum, iudicia, placita, constitutiones. l. 2. in princip. ibi, edicto decretove Principum tibi concessum est. ff. ne quid in flumi. public.

Decreta ordinis quæ.

¶ Decreta ordinis sunt statuta societatis, corporis, vel collegij, vt in titul. de decret. ab ordi. faciend. vbi illa decreta, quæ non legitimo numero decurionum coacto facta sunt, non valent. l. 2. ibidem.

Latrones qui dicantur.

¶ *Ceteri latrones, aut prædones sunt.* Latrones sunt, qui per vim furantur, vel spoliando homines, vel occidendo, siue semel, siue pluries: reiecta opinione gl. in authen. sed nouo iure. C. de

C. de seruis fugit. Angel. & Paul. ibidem. plene Iacob. Boulenc. per illum tex. in l. capitalium. §. famosos. in princ. ff. de pœnis. l. absentem. in fi. infra eod.

Indicentes bellum non iustũ sunt latrones.

¶ Vt sic velit innuere tex. quod illi qui indicunt bellum nõ iustum, sunt potius latrones & prædones, quam hostes: quia hostes in bello iusto iure agunt, sed illi furantur, & deprædantur homines: sicque puniendi sunt tanquam fures & latrones, tam in foro conscientiæ quam in foro seculi, si apprehenderentur. sed quia communiter sunt potentes, apprehendi vix possunt, sed iudicio dei reseruantur.

¶ Aut potius vult tex. bellum non alias dici, nisi quod publica authoritate, vel supremi Principis indictum est: tuncque vere hostes appellari, vt omnia belli iura locum habeant. Quod si priuatim & ab eo qui non habet potestatem, bellum suscipiatur aut indicatur, nihil iure belli potest agi, & nec quidem hostes appellandi, sed latrones aut prædones.

Priuatus non potest alteri iure bellum indicere.

¶ Hinc videmus lege Regia prohibitum, ne quis priuatus indicat bellum alteri. Contra quod si quis priuata sua authoritate bellum indixerit, nõ tanquam hostis hic indicens, sed tanquam latro affici debet, & tenetur ad restitutionem eorum, quæ alter impendit in hac latrocinij defensione, vt scribunt theologi. sicque grauiter animaduertendum esset in Vasconia contra latrones quosdam, quos vulgo *bandolliers* vocant.

Pater occidẽs filium cum nouerca adulterãtem, iure occidit.

¶ Item si quis filium cum nouerca adulterantem occiderit, magis latronis quam patris iure occidisse videtur. l. diuus. ff. de parricid. quasi volens dicere, quod pater occidens filium cum nouerca se commiscentem, magis occidit eum vt aliàs latronem, quam iure patris: quia pater non potest occidere filium, tamen latronẽ iure quilibet occidere potest, si te aggrediatur. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. l. scienriam. §. fi. ad legem Aquil. Et sic tanquam latro occiditur filius iste adulterans nouercam.

Prædo quis dicitur multis modis.

¶ Prædo autem is dicitur, qui rem quam scit ad se non pertinere inuadit, & qui nullam possidendi causam habet. l. si de fundo. ff. de vi & vi arma. ibi, si de fundo proprietariũ prędo expulerit. l. sed & si lege. §. quod autem. 1. ff. de petit. hereditat. ibi, quod autem ait senatus eos qui bona inuasissent, loquitur de prædonibus. id est de his qui cum scirent ad se non pertinere hereditatem, inuaserunt bona, scilicet cum nullam causam haberent possidendi.

¶ Secundo qui rem sibi debitam propria authoritate accipit. l. si ex stipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem nactus fueris possessionem, prædo es. ff. de acquir. possess. Vnde in possessionem mittendi sunt emptores, & alij acquirentes res iusto quouis titulo.

¶ Quod etiam in beneficiis quidam procedere dicunt: de quo plene scripsi in titul. de pacific. possessor. in concorda. & in eodem tract. post Panor. in c. transmissam. de elect. & gl. in pragma. sanct. in titul. de pacific. possessor. & nouissime in praxi beneficial.

¶ Tertio prædo est, qui rem suæ administrationis sibi post rationem redditam retinet. l. Pomponius. §. ex facto. ff. de acquir. possess. ibi, prædone possidente.

¶ Quarto prædo est, qui frumentum quod exercitui mittitur, emit: & capitali pœna plectitur. l. fi. C. quæ res vendi non possunt.

Aduocatus capiẽs vltra debitum est prædo.

¶ Quinto prædo dicitur aduocatus vel procurator, qui de quota litis pacisci tur, vel vltra debitum à clientibus exigit salarium. l. si qui aduocatorum. C. de postuland. Bal. in margar. in verb. aduocatus. 12. q. & idem in iudice probatur in l. omnes. C. ad legẽ Iul. repetund. Et milites, qui vltra stipendia data aliquid exigunt. c. militare. 23. q. 1.

¶ Sexto prædonis loco intelligendus est, qui tacitam fidem interposuerit, vt non capienti restitueret. l. prædonis. ff. de petit. hereditat. Hippol. singul. 268.

¶ Vltimo prædo generaliter dicitur, qui iniuste alios prædatur, tam apud theologos, quam canonum professores. c. si quis Romipetas. cum seq. 24. q. 3. qui est excommunicatus in bulla cœnæ domini, quæ quotannis Romæ publicatur: vt in d. bulla continetur, & ibi scripsi: tradit Angel. de Clauaſ. in summa Angelic. in verb. prædo. & Hostien. in summa de raptoribus. §. quis prædo.

Expilare quid, & συλᾶν.

¶ Item expilare est deprædari, ac diripere, quasi ne pilum quidem relinquere. & potest à verb. Græco dici συλᾶν, id est est complano & æquo. nempe qui ex vno loco pilos detrahit, æquare videtur illum locum alteri non habenti pilos: ita qui supellectilem è domo aufert, videtur omnia complanare. Vel sicut is qui abradit pilos à genis, dicitur expilare: sic qui res à domo rapit, dicitur eam expilare. l. penul. ff. de vi publica. ibi, hi qui ædes alienas, aut villas expilauerint, capite puniuntur. Siquidem in turba cum telis vi rapere dicitur, vulgo *piller*. Vnde crimen expilatæ hereditatis committere quis dicitur, quando res hereditarias, antequam heres eas apprehenderit, rapit. l. 1. & 2. ff. de crimi. expila. heredit. nam furtum dicitur, quod fit inuito domino. l. 1. de furtis. ff. At nullus est dominus hereditatis, antequam adeatur: ob id hereditas est iacens. Et res hereditaria expilari dicitur post aditam hereditatem, quia heres est dominus, dicetur quoque furtum. Alciat. lib. 1. pareg. c. 11.

Crimen hereditatis expilatæ.

¶ Imo denegatur actio huius criminis in eos, qui furti conueniri possunt. Et ideo vxor, quæ est socia diuinæ & humanæ domus, l. aduersus. C. de crimi. expila. heredita. non

conuenitur, nec accuſatur hoc crimine: quia nec furti cum ea agitur.l.vxor. C.de crimi. expilat. hereditat. ſed rerum amotarum actione inuoluitur,lege 1. & per totum. ff. rerum amotar.

Expilatores qui. *συλητὴς, συλάω & συλέω ac συλεύω.*

¶ Inde expilatores ſunt atrociores fures, qui nec quidem pilum relinquunt in corpore ſpoliatorum,quaſi expoliatores, qui viatoribus noctu pallia, argentum & veſtes diripiunt.l.1. §.expilatores. vbi Budæ. ff. de effractor. vnde expilator Græce *συλητὴς* vocatur, nam *συλάω* & *συλέω* ac *συλεύω* eſt ſacrilegio prædari, ac compilare: quod eſt atrocius, quam ſimpliciter furari. Inde Imperator dicit furtum improbum, ſed crimen expilatæ hereditatis improbius,& rapinam furtũ eſſe improbiſsimum: l. ſi te expilaſſe. C. de his qui no. infam. vbi etiam glo.

Barbam aut crines per iniuriam alicui expilans, qua pœna puniatur.

Et qui iniuria barbam aut crines alicuius expilauerit, pœna decem librarum auri tenetur.tex.in §.ſi quis aliquem.de pace tenend.& eius violator.quem ſingulare dicit Roma. ſingul. 563. expilans. Tamen hoc non vidi in forenſi iudicio ſeruari. ſed omnes fere iuris certe pœnæ ſunt in hoc Regno arbitrariæ: vt durius quandoque puniatur delinquens, quandoque mollius, pro delicti qualitate & atrocitate.

IDEM LIBRO TERTIO.

LEX CENTESIMA DECIMANONA.

Hereditatis appellatio ſine dubio continet & damnoſam hereditatem: iuris enim nomen eſt, ſicuti bonorum poſſeſsio.

¶ Hereditatis appellatio damnoſam & lucroſam hereditatem continet: quia iuris nomen eſt, id eſt in iure conſiſtit, vt hic: tum quia ſucceditur in ius mortui, ſicut in bonorum poſſeſsione.l.3.ff.de bonor.poſſeſſ.tum etiam quia nihil aliud eſt hereditas, quam ſucceſsio in vniuerſum ius, quod defunctus habuerit tempore mortis. l. hereditas.ſupra eod. vel eſt nomen iuris, id eſt à iure introductũ & inuentum. Nempe heres in omne ius mortui, non tantum ſingularium rerum dominium ſuccedit.l.heres.2.ff.de acquir.hered.& tex. in l. pecuniæ.§.hereditas.infra eod.dicit quod hereditas nomen iuris eſt, vt hic, quod acceſsionem & deceſsionem in ſe recipit, id eſt augmentum & diminutionem: hereditas autem vel maxime fructibus augetur, idem innuit tex.in l.hereditas.ff.de petit.heredita. Hereditas etiam abſque vllo corpore, iuris intellectum habet: quia etſi nihil in ea ſit, repræſentat perſonam defuncti: & ſic intelligitur, prout de iure: quia ſub eius appellatione intelligimus vniuerſum ius defuncti. Et quamuis heres & hereditas duas recipiant appellationes, vnius perſonæ tamen vice funguntur. l. heres.ff. de vſucapio. Et dicit Paul.in d.l.hereditas. quod hoc prodeſſe poteſt, vt ego poſsim petere me declarari heredem illius, qui tamen nil habuit, quò videlicet poſsim vti priuilegio illi dato,& heredibus, quibus forte data eſſet immunitas à collectis.

Heres ſuccedit in omne ius.

¶ Item l. hereditatis. infra eod. dicit hereditatis appellatione bonorum quoque poſſeſsionem contineri. Et ſicut hereditas eſt nomen iuris ciuilis, ita & bonorum poſſeſsio iuris prætorij.l.3. §.1. ff.de bonor. poſſeſſ. Et ſicut hereditas continet damna & commoda, ita & bonorum poſſeſsio.l.1.ff.de bonor.poſſeſſ.vt quoad effectum parum differant hereditas,& bonorum poſſeſsio: niſi quod vnum eſt iuris ciuilis, alterum iuris prætorij. Secundo quod vnum eſt annale, alterum eſt perpetuum, nempe cum prætoris officium annale ſit. Tertio vtile eſt prætoris remedium, videlicet bonorum poſſeſsio, hereditas vero eſt directum, vt no. in rub. C. qui admitti. quia prætores legis condendæ authoritatem non habebant, ſed edicta in albo deſcribebant, quæ demum à populo recepta fuerunt: ob id in iure iſtorum edictorum mentio habetur. Super hoc tamen vltimo cogitandum relinquo.

Hereditas & bonorũ poſſeſsio parum differunt. *Prætores non habebant authoritatem legis condenda.*

Vendens hereditatem, pro ſingulis rebus non tenetur de euictione.

¶ Vnde ſequentes adnotarem vtilitates. Primo, quod vendens hereditatem, non tenetur de euictione pro ſingulis rebus hereditatis, niſi hoc conuentum fuerit. l. 1. C. de euictio. quia iuris nomen eſt, continens & damnoſam & lucroſam.

¶ Secundo, qui vendidit hereditatem, videtur vendidiſſe id ius, quod habuit tempore mortis teſtatoris.l.2.§.1.ff.de hered. vend. Ideo ſi exegerit aliqua debita ante venditionem ea reſtituere tenetur, ſi nil aliud dictum ſit, vel niſi res ſint demonſtratæ, vt d.l.2. & l. venditor. illo titul.& in deciſ.Neapol.81. teſtamentaria.

Hereditatem habens à fiſco, tenetur ſoluere debita.

¶ Tertio qui habet hereditatem à fiſco, tenetur ad ſolutionem debitorum.l. 1. C. de hered.vel actio. vend. Vnde ſi dos reſtituenda ſit alicui mulieri, tenebitur emptor hereditatis ad illius reſtitutionem: vt conſuluit Iaſ.conſil.88.per ſententiam.in 3.vol.de donatario hereditatis à fiſco, qui hereditatem confiſcatam donauerat, vt teneatur: & eſt ſpeciale in fiſco. l.eum qui bona.ff. de iure fiſci.l.etiam.§.item ſi quis à fiſco. de petit.hered.

Hereditas quã do eſt adita, dicitur patrimonium.

¶ Quarto hereditas non proprie dicitur, poſtquam eſt adita, ſed patrimonium illius, qui adiuit. gloſ.in l. 1. §. veteres. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in titul.ff.& C. de acquiren. hereditate. Et vbi pupillus ſe paternæ miſcuit hereditati, tunc hereditas & patris & filij vna eſt. l.paterfamil.§.fi.ff.de priuileg. creditor. Bar.in l.3. ff. de bonor. poſſeſſ. Et poſtquam bona hereditaria

hereditaria cum bonis heredis miſta ſunt, non poſſe impetrari ſeparationem quaſi bonis vnitis, aſſerit Iuriſconſul. in l.1.§.præterea.ff.de ſepara.

Fœmina excluſa à ſucceſſione patris ſuccedit patri.

¶ Et ſi ſtatutum excludat fœminam dotatam ab hereditate patris, ſi frater ſucceſſerit patri, poterit filia dotata fratri ſuccedere, etiam in bonis paternis: amplius enim paterna non dicuntur. Bar.& alij poſt glo.in d.§. veteres. pleniſsime Alber. Brunus in tract. de ſtatu. excluden. fœmi. artic. 8.q.18. Et ſi ex conſuetudine debeat vnus ſuccedere in conquæſtibus, alter in propriis, vt Pariſ. ſi habens conquæſtus & propria bona deceſſerit ſuperſtite filio, qui ſucceſſerit eidem, & poſtea moriatur, iſti filio ſuccedetur ab illo qui propria bona debet habere, per prædicta: quia filius adeundo propria fecit.l.ſi is qui ex bonis. ff. de vulgar. videte plene Bal.conſil.393.in 5.vol.& Guid.Pape conſil.40. Corneum conſi.260.col.3.vol. 1.& Alexand.conſil.124.in fi. in 4. vol. & conſil.21.in fi.vol.6. & conſil.198.ibidem,nu.11.& Dec.conſil.69.ac conſil.318.& conſil. 419. in fi. & conſil. 683.ac Iaſ.conſil.84.in 1.vol.& in l. eius.verſ.fi.nu.8.ff.ſi certum peta. Et an hereditatis appellatione veniat adita, ſcripſi in lege, nihil aliud. ſupra eod.

Hereditas & legatum differunt.

¶ Quinto hereditas à legato differt: quia illa tam commoda quam incommoda complectitur, legatum autem ſolum lucrum.l.ſi hereditatem. vbi Areti.ff.manda. Poſſet tamen inciderter legatum continere damnum propter onus annexum. Bar.in l. Imperator. §. 1. ff. de lega.2. ſed non regulariter, ſicut hereditas.

Hereditas vicentis non poteſt vendi.

¶ Sexto ſi hereditas illius vendita ſit qui viuit, nihil actum eſt: quia in rerum natura non eſt, quod venierit.l.1.ff.de hered.vel actio.vend. Si tamen venditor de euictione ſe obligauerit, tenetur ratione euictionis.arg.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de verbor. obliga. Et intelligetur bona illius vendidiſſe.

Heres non prosequens mortẽ defuncti, privatur hereditate.

¶ Septimo heres non vindicans mortem defuncti, id eſt non proſequens occiſorem teſtatoris coram iudice, vt puniatur, priuatur veluti indignus hereditate, vt probatur in l.1.& per totum. ff. de ſenatuſconſul. Silania. & C. de his quib. vt indig. Scripſi regulam cum amplia. & limita. in interpreta. l. diuus. ff. de ſenatuſconſ. Silania. Quæ ſunt intelligenda ſecundum noſtram legem: quod ſcilicet vniuerſa ſucceſsione priuetur, & omnibus bonis defuncti, quæ demum bona fiſco applicantur. l.1. & per totum. C. de his quib. vt indig.

Fiſcus ſuccedit ei, qui nullum legitimum heredem reliquit.

¶ Octauo hereditas illius, qui nullum heredem legitimum reliquit ſanguinis, vel alium, ad fiſcum defertur.l.vacantia. C. de bonis vacan. lib.10.l.quia poterat. §. ſi de fiſco. ff. ad Trebell. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 832. de teſtam. vbi dicit hoc procedere in hereditate laicorum: diuerſum eſt ſecundum eum in hereditate clericorum, quæ fit eccleſiæ.

Habens heredi tatem tenetur ad legata.

¶ Nono cum hereditas ſit ſucceſsio in vniuerſum ius quod habuit defunctus, habens talem hereditatem tenetur ad legata & libertates, etiam ſi ſit fiſcus. l. cum fiſco. ff. de ſenatuſ conſul. Silan. necnon ad credita & debita, cum videlicet iure venit hereditario.

Emptor hereditatis ſoluit debita.

¶ Decimo emptor etiam hereditatis debita ſoluere tenetur, non vero venditor. Emptor etiam vniuerſum ius habet. l.1. ff. de heredita. vel actio. vend.

Societate cõtracta, omnium bonorũ eſt hereditas communicanda.

¶ Vndecimo quando contracta eſt ſocietas omnium bonorum, tunc etiam legitima hereditas communicanda eſt l.3.ff. pro ſocio, vbi declarant iuris interpretes.

Mulier habeans communem partem, non habet partem hereditatum.

¶ Duodecimo ſi mulier lucretur dimidiam partem eorum quæ maritus acquiret durante matrimonio, quæ conquæſtus vocant, non tamen hereditatum partem habebit: quia non veniunt ex opera mariti, ſed ob meritum accedunt. l. quæſtus. & l. ſeq. ff. pro ſocio.

Hereditatis petitio repellitur triginta annis.

¶ Decimotertio hereditatis petitio longi temporis præſcriptione non repellitur, ſed 30. annis excluditur. l. hereditatem. C. in quib. cauſ. ceſſat longi tempor. præſcrip. & l. neque. quib. non obiicitur longi tempor. præſcrip. Idem in petitione rerum hereditariarum, quæ aduerſus heredem, vel pro poſſeſſore poſſidentem exercetur. Secus ſi agatur contra poſſidentes non pro herede vel poſſeſſore: quia tunc rei vindicatio datur. l. hereditatis. C. de petit. heredita.

Tutela ad eum peruenit, ad quem hereditas.

¶ Decimoquarto hereditas ad quem peruenire debet, ad eum & tutela. l. quo tutela. ff. de regul. iuris. vt onus habeat tutelæ, qui emolumentum hereditatis ſequi vult. §. 1. de legit. parent. tutel.

Hereditas vicẽ defuncti ſuſtinet.

¶ Decimoquinto hereditas vicem perſonæ defuncti ſuſtinet, non heredis. l. hereditas. ff. de acquir. rerum domi. limitatur in caſibus deſcriptis per Ioan. Crotum in repet. l. ſi is qui. col. 4. ff. de vſucapio. Bar. & alij in l. 1. §. fin. de acquir. poſſeſſ.

Hereditari eſt ſuccedere.

¶ Decimoſexto verbum apud nos vulgatum, hereditari alicui, accipitur pro ſuccedere, ſiue vltimæ voluntatis iure, ſiue contractus: & ſic qui hereditauerit, tenetur tanquam heres. quod plurimi facit Soci. conſil. 102. viſis, &c. col. 2. in 3. vol. Nihil enim aliud eſt hereditari, quam in vniuerſum ius defuncti ſuccedere, vt in l. nihil aliud. ſupra eod. niſi diceretur, hereditare in tali domo, vt in l.1.§.ſi ex fundo. ff. de heredib. inſtituend.

Hereditas damnoſa, & opulenta quæ.

¶ Decimoſeptimo quamuis damnoſa hereditas comprehendat quamlibet hereditatem damna afferentem, tamen opulenta hereditas dicitur, quæ opes affert ſine vexatione: locuples

cuples vel lucroſa, quæ etiam habet vexationem, per glo.in l.ſi quis plane.ff.de acquir. hereditat.quam ſequuntur doct. ibi, & Angel.in §. neque.de authorita.tutor.in Inſti. & Barba. conſil.5.col.6.in 3.vol.& Soci.conſil.8.col.1.vol.4.& Iaſ.in §.omnium.nu.43.Inſti.de actio. & in l.more maiorum.col.3.ff. de iuriſd. omnium iudic.

Procurator ſe immiſcendo hereditati facit heredem dominum.

¶ Sed iſta differentia non probatur iure. nam lex 1.ff.de offic.procurator.Cæſar.quæ dicit, procurator Cæſaris ſe immiſcendo opulentæ hereditati heredem facit Cæſarem: haberet etiam locum in lucroſa & locuplete hereditate.

Opulentus & locuples.

¶ Item ſi inſpiciamus alluſionem horum verborum, vix hanc reperiemus differentiam, nam opulentus dicitur opibus plenus & diuitiis abundans: locuples vero dicitur à lata humo, quaſi locorum plenus, qui pleraque loca & poſſeſsiones habet, vt ſcripſi in interpreta.l.vnic. C. de ſenten. quæ prò eo quod intereſt. Et Plinius lib.18.c.3. locupletes loci dicit, hoc eſt agri plenos. Et locupletiorem hereditatem quis facere dicitur ſoluendo creditoribus, & cibaria familiæ dando.l.mortuo.ff. de ſtatuliber.

Lucroſi quid.

¶ Adhæc lucroſum, dicitur plenum lucro. Quæ omnia vocabula fere in idem recidunt, ob id videtur glo. differentiam non poſſe ſuſtineri: niſi dicas opulentam, id eſt opibus plenam hereditatem non continere vexationem: ſed locuples ſit, quod is qui loca & poſſeſsiones habet, ea vix habere poteſt abſque litibus & vexationibus. quamobrem glo. differentiam hanc aſsignauit. Quæ parui cum ſint emolumenti, non fuſius pertractanda cenſeo: verum his contentus ad alia magis vtilia pertranſeo. Latet enim anguis in hereditate.

IDEM LIBRO QVINTO.

LEX CENTESIMA VIGESIMA.

Verbis legis duodecim tabularum, VTI QVISQVE LEGASSET, SVÆ REI ITA IVS ESTO, latiſsima poteſtas tributa videtur, & heredes inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi: ſed interpretatione coangustatum eſt vel legum, vel auctoritate iura conſtituentium.

¶ Hic declaratur iſta lex 12. tabularum, *vti quiſque legaſſet, ſuæ rei ita ius eſto.* id eſt prout quiſque diſpoſuiſſet, & de re ſua ſtatuiſſet ad alium poſt mortem transferenda, pro iure ſeruandum eſt: vt ſequitur, & probat l. 1. ff. ad legem Falcid. & §. diſponat. in authen. de nupt. colla. 4. Et huius legis meminit Cicero lib.1.rhetor.ad Herennium. Verum latiori ſignificatione capitur hoc verbum *legaſſit*, quam in titul. de lega. ff. & C. videlicet pro diſpoſuiſſet: vt poſtea declaratur in hoc tex. & in l.1. ibi, dare legare volet. ff. ad legem Falcid. Bar. & alij in l.1.ff.de lega.1. dixi in l.ſylua.§.ſtipula.ſupra eod. Et hoc ſtatutum eſt, quia expedit reipublicæ voluntates defunctorum executioni mandare. l. vel negare. ff. quemadmod. teſtam. aperiant. Vnde quando non eſt qui legatum petat, vtpote relictum pauperibus, tam procurator epiſcopi in curia officialis, quam procurator Regis in curia laica illud petere poteſt. & hoc vidi ſeruari in forenſi iudicio, per tex. in l. hereditas. ibi, tamen Principali, vel Pontificali auctoritate compelluntur. ff. de petit. hereditа. facit l. oſſa. de religioſ. ſcripſi in tract. de ſenten. prouiſio. in præſa. nu. 77. & ſeq. in 1. tomo commentar. in conſti. Reg. Gallic. Et hoc verbum *legaſſit* eſt verbum antiquum, quo veteres vtebantur Legiſlatores: at nunc in vſu non eſt.

Voluntates defunctorum debent executioni demandari.

Suæ rei verbū.

¶ *Suæ rei.* Per hoc verbum ſuę elucidatur, de qua re poſsit quis diſponere, videlicet de ſua: quod dominium importat. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argen. lega. ſcripſi in l. meorum. ſupra eod. & in l. pupillus. §. fi. eod. nam ſuę quidem rei quiſque moderator eſt, & arbiter non omnia negotia, ſed pleraque ex proprio animo facit. aliena vero negotia exacto negotio geruntur. in l. in re. C. manda. Et ſic de re aliena diſponere non eſt licitum etiam per reſcriptum Principis: ſiquidem auferre non poteſt dominium de iure gentium. glo. in l.2. C. de precib. Imperator. offerend. niſi iuris auctoritate hoc fiat: vtpote ſi iudex, procurator, tutor, vel creditor rem alienam ex cauſa vendant. §.1. quib. alienar. licet. in Inſti. l. bonæ fidei. ſupra eod. Et non ſolum diſponere de re ſua quiſque habilis poteſt, ſed etiam abuti. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petitio. hereditа.

Ius eſto, quid denotet.

¶ *Ius eſto*, id eſt pro lege, pro iure illa diſpoſitio habeatur, firmum & ſtabile ſit, & vt voluntas teſtatoris pro lege ſeruetur, dicit Alber. per §. diſponat teſtator, & erit lex. in authen. de nupt. colla. 4. & iſta eſt phraſis, ac dicendi modus Iuriſconſultis perfamiliaris, vt in l.1. ibi, ius poteſtaſque eſto. ff. ad legem Falcid. vbi multa citantur alia iura. Verum enimuero quia in hac dictione Iuriſconſulti variis vtuntur modis, ad illos animaduertite. Interdum Iuriſconſul. ait Recte intulit, id eſt iure licito. probat l.3.ff. quod met. cauſ. ibi, ſed vim accipimus atrocem, & eam quæ aduerſus bonos mores fiat, non eam quam magiſtratus intulit, ſcilicet iure licito, & iure honoris quem ſuſtinet. l.1. de proxenet. l. ſi minor. 2. ibi, in integrum reſtitutionem aduerſus talem obligationem iure deſiderant. l. cum à te. in fi. ibi, replicatione

cationе iure vti potero. de dolo. l.1. de oper. noui nũtia. Et tũc exponitur pro recte, merito.

Iure datus pro curator.

¶ Iure datus procurator. l. filius famil. §.1. ff. de procurator. ibi, & erit iure ab ipſo filiofamil. procurator datus.

Hoc ius poſſidens.

¶ Hoc ius poſsidens tuendus eſt. l. 2. in fi. ff. communia prædio. l. fi. ff. de itinere actuque priua. ibi, ius fundi poſſediſſe oportet, & ſic iubet poſsideri.

Iure & merito

¶ Iure & merito. l. in fraudem. §. ſi principalis. ff. de iure fiſci. ibi, iure ac merito reſtitui poſtulantur.

Iure meo, tuo, ſuo.

¶ Interdum Iuriſconſul. & frequenter vtuntur meo iure, tuo iure, ſuo iure: & idem eſt, quod aliquid agere facereve mea facultate vel auctoritate, vel conceſſa mihi omnium libertate & poteſtate, teſte Budæ. in l. vſufructuarius. ff. de vſufruct. quod probat per Ciceronem & rhetores: ſed ego potius in Iuriſprudentia probationes à Iuriſconſultis petendas eſſe cenſerem. Declarat quoque Adria. Cardi. in lib. ſuo de ſermo. Latino.

¶ Meo iure, in l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. ff. de damno infecto. ibi, in qua iure meo vſus ſum. l.1. §. denique. quod vi aut clam.

¶ Tuo iure, in l. Proculus. ff. de damno infecto. ibi, eaque iure tuo altius tollas.

Iure ſuo vti.

¶ Suo iure. l.15 qui duo. ibi, an poſsit id iure ſuo facere, necne. ff. de ſeruitu. ruſticor. prædior. Et dicitur ſuo iure vti, quando vtitur illo iure pro ſuo, ac ſi ius illud haberet, credens id ius ad ſe pertinere. probat l. fi. ff. quemadmod. ſeruit. amittant. ibi, ſeruitute vſus non videtur, niſi is qui ſuo iure vti ſe credit. ideoque ſi quis pro via publica alterius ſeruitute vſus ſit, nec interdictum, nec vllis actio competit. lege fi. ff. de itinere, ſic dicente: ſi per fundum tuum nec vi nec clam, ſed precario commeauit aliquis, non tamen tanquam id ſuo iure faceret, ſed ſi prohiberetur non facturus, inutile eſt ei hoc interdictum. probat tex. in l.1. §. Ariſto. de aqua quotidia. ſic inquiens: Ariſto putat eum demum interdictum hoc habere qui ſe putat ſuo iure vti, non eum qui ſcit nullum ius ſe habere. Et non videtur dolo malo facere, qui iure ſuo vtitur. l.3. §. is tamen. ff. de liber. homi. exhib. l. nemo videtur dolo. de regul. iuris. l. 3. §. ſi emancipatus. 1. ibi, cum poſsit auus iure ſuo vti, eumque exheredare. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l.1. §. poſt editum. de ventre inſpiciendo.

Suo iure iuriſdictionem habere quid ſit.

¶ Suo iure iuriſdictionem habere, eſt habere iuriſdictionem ordinariam, non delegatam. l. more maiorum. ff. de iuriſd. omnium iudic. ibi, more maiorum ita compertum eſt, vt is demum iuriſdictionem mandare poſsit, qui eam ſuo iure, non alieno beneficio habet. l. eos. de decurio. ibi, quanquam iure ſuo ita ædiles officio iſto fungantur.

Suo iure poſſidere.

¶ Suo iure poſsidere, eſt ſuo iure vti. l. Titius. ff. de iure fiſci, vbi eſt bonus caſus. l. ſi is qui. §.1. ibi, vel iure ſuo poſsideant. ff. de inofficioſ. teſtam. vbi reiecta opinione glo. exponerem iure ſuo, id eſt titulo iuſto. nempe ſi filius exheredatus arguere velit teſtamentum inofficioſum, & poſtea fuerit inſtitutus ab extraneo herede patris ſui, hoc poteſt ſi eam portionem non poſsideat, vel iure ſuo poſsideat, vtpote quia eam emit, aut alio titulo legitimo poſsidet, tunc aget de inofficioſo ad rumpendum teſtamentum patris, vt videlicet illa portio quam iure ſuo poſsidebat, iure demum hereditario habeat, & à patre ſuo.

¶ Ius vendendi. l. bonæfidei. ſupra eod. Ius ipſius. l. quod dicimus. infra eod.

Iure militare.

¶ Iure militare. l. qui cum vno teſticulo natus eſt, vel amiſit, iure militabit. ff. de re militar. quæ phraſes tanquam faciles expoſitione non egent.

Iure priſtino.

¶ Iure priſtino. l. filius famil. ff. de caſtren. pecul. ibi, quibus heredibus ceſſantibus iure priſtino pater habebit.

¶ Iure conuenit. l. Lucius. ad municipal. l.2. in fi. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen. l. penult. de negot. geſt.

Iure ſuccedere

¶ Iure ſuccedere. l.4. de decurio. vbi ſic dicitur: Decurio qui prohibetur conducere quę dam, ſi iure ſucceſſerit, in conductione remanet.

Iure proprio.

¶ Iure proprio. l.1. in princip. ff. de actio. & obliga. ibi, obligationes naſcuntur aut ex contractu, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure. l. pronuntiatio. §.1. infra eod. Iure dominij. l. habere. infra eod.

¶ Iure permiſſum. l.2. §. ius reipublicæ. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen.

Ius dicere.

¶ Ius dicere. l.1. ff. de variis & extraordinar. cognitio. ibi, prætor prouinciæ de mercedibus ius dicere ſolet, id eſt cognoſcere, iuriſdictionem exercere. Ius dicendi & cognoſcendi. in l. pronuntiatum. ſupra eod.

Ius ſanguinis. Ius publicum.

¶ Ius ſanguinis. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. ius agnationis. l. ius autē agnationis. de pact.

¶ Ius publicum. l. nihil. ff. de regul. iuris. l. Neratius. de religioſ. l. ius publicum. de pact. l.1. in fi. de iuſtit. & iure, & §. fi. illo titul. in Inſti.

Iure pignoris, hereditario, optimo.

¶ Iure pignoris, in fin. ff. communi diuid. Iure hereditario, l. vel quæ. ff. de religioſ. Iure optimo, l. ſi mulier. ibi, quam iure optimo conſecuti videntur. ff. de minor.

Iure aliquo.

¶ Iure aliquo poſsidemus, id eſt aliquo titulo. l. verbum pertinere. infra eod. Ius terrendi & ſubmouendi, elucidatur in l. pupillus. §. territorium. infra eod.

¶ Iuris larga ſignificatio. l. quantum. infra eod. Iuris nomen eſt hereditas. l. pecuniæ. 2. §.1. & l. hereditatis. 1. infra eod.

¶ Ius

Ius demonstrare. ¶ Ius demonstramus nomine patrisfamil. non solam personam. l. pronuntiatio. §. 1. versic. pater autem famil. infra eod.

Ius heredum, successionis, testandi, Iure ipso. ¶ Ius heredum. l. in conuentionibus. infra eod. Ius successionis. l. bonorum. 2. infra eod. Ius testandi. l. verba contraxerunt. supra eod.

¶ Iure ipso. l. minor 25. annis adito. ff. de minor. ibi, respon. hi qui debita exoluerunt liberati iure ipso non debent iterum conueniri, id est à iure liberati, quasi ab ipso iure vel ipso facto non est opus alia sententia priuationis, sed bene declaratoria. c. cum secundum leges. de hæretic. in 6. scripsi in arbor. feudor. Et siue dicatur iure ipso, siue ipso iure, idem est. l. in causæ. 2. §. 1. ff. de minor. ibi, satis enim ipso iure mutus est. & §. Pomponius. ibi, non enim ipso iure, sed per conditionem minuta est. l. item. §. sed si ita. ibi, ipso iure id decretum nullius momenti esse. quod cuiusque vniuersita. nomi. lege, si tibi. §. 1. de pact. l. si vnus. §. pactus. ibidem. Nam hic verba transposita idem significant, vt dicam plene in l. bonorum possessio. infra eod.

De iure dubitari potest. ¶ De iure dubitari potest, quando præsuppositio facto quæstio est iuris: vt facto testamento an is qui fecit, testari potuit. l. eum qui. §. iudicibus de iure dubitantibus præsides respondere solent. ff. de iudic.

De facto dubitatur. ¶ De facto dubitatur, quando factum est incertum: vt quis prior natus fuerit. l. Arethusa. & l. inde. ff. de statu homi. vbi Alber. & Bal. facit l. Herennius. infra eod. vbi dicitur quæstio iuris, vel facti.

Dubium in iure consistere quando dicatur. ¶ In iure dicitur dubium consistere, quando quæritur quid iuris sit: in facto, quando de facto. l. penul. ff. de capit. deminutio. ibi, quia tale legatum in facto potius, quam in iure consistat: videlicet tunc quæritur de facto, an viuat is cui relictum est, vel an mortuus sit & non de iure, an valeat legatum.

Ius commune quid. ¶ Ius commune est, quod omnibus obuiam est, non singulare, id est alicuius populi, vt est nostrum ius ciuile factum ad singulorum vtilitatem. de quo in l. iurisgentium. §. si pacisear. ibi, & generaliter quoties pactum à iure communi remotum est, seruari hoc non oportet. ff. de pact. Vel iure communi vti, est vti non iure socij, vel singulari, sed omnium iure & vulgari. Ian vnus. in fi. ff. si seruit. vindicet. l. quæ dubitationis. ff. de regul. iur.

Iure honorario. Iure ciuili. ¶ Iure honorario, id est prætorio. l. si tibi. §. de pignore. ibi, iure honorario nascitur ex pacto actio. ff. de pactis. scripsi in l. creditores. supra eod.

¶ Iure ciuili, aut gentium. l. vsufructuarium. ff. de vsufruc. l. creditores. & l. sciendum. supra eod.

Ius domum reuocandi. ¶ Ius reuocandi domum, id est declinandi forum. l. necnon. §. si cum in prouincia. ff. ex quib. caus. maior. ibi, si ius reuocandi domum aduersarius habuit. & l. 2. ac l. heres absens. de iudic. vbi ius reuocandi domum habere censentur ij, qui iure domum remitti, & ad suum iudicem, petere possunt.

Ius crediti amittere. Ius publicum inuocare. ¶ Ius crediti amittere, est debitum illud amittere, quod sibi debebatur. l. sed & pactus. in fi. ibi, & ius crediti amisisse. & l. extat. ff. quod met. caus.

¶ Ius publicum inuocare, est iuris auxilium implorare, adeundo iudicem, vel illum qui ius reddit. l. fi. in princip. ff. quod met. caus. vbi sic habetur: non est verisimile compulsum in vrbe inique indebitum soluisse, cum potuerit ius publicum inuocare, & adire aliquem potestate præditum, qui vtique eum vim pati prohibuisset.

Iure domicilij. ¶ Iure domicilij. l. heres absens. §. at si quis. ff. de iudic. Latius declaraui in tract. de domicil. elect. in 3. tomo commentar. in constitutio. Reg. Gallic.

Ius fieri ex sententia. Iure filij potest pater accusare testamentum. Iure viri. Iure Romano. ¶ Ius ex sententia iudicis fieri, id est acquiri ius. l. qui repudiantis. in fi. ibi, hoc enim casu non creditur ius ex sententia iudicis fieri. ff. de inofficios. testam.

¶ Iure filij pater potest testamentum, à quo recepit legatum, inofficiosum accusare. l. filius. ff. de inofficios. testam. id est nomine filij.

¶ Iure viri, id est tanquam vir, tanquã maritus. l. inter. §. filiusfamil. & l. si vxor. de adulter.

¶ Iure Romano. l. 1. §. si quis ita. ff. de rei vindicatio.

¶ Iuris proprietatis effectum, id est vsum, exponit de Ripa in c. sæpe. de testi. spoliator. vel potes exponere effectum pro vtilitate. De multiplici iure scribit Lucas de Penna in rub. de iure fisci, lib. 10. & Paul. de Citad. in tract. iurispatrona. in princip. Spiegel. in suo dictionario. Infinitas alias huiusmodi phrases per vos colligere poteritis.

Latissima potestas quid. ¶ *Latissima potestas*, id est amplissima. l. 1. ff. de iurisd. omnium iudic. vbi Bar. & doct. assignant differentiam inter latissimum & longissimum. scripsi in l. 2. supra eod. Et ista est declaratio Pompon. Iurisconsul. vsque ad finem.

Videtur denotat veritatem. ¶ *Tributa videtur.* Verbum videtur denotat hic veritatem, licet plerunq; fictionem, vt in l. naturaliter. ff. de acquir. possess. dixi in tract. meo de fictio. Et dic tributa, id est concessa. l. iustitia. ff. de iustit. & iure, & Insti. illo titul. in princip. l. bona fides. ff. depositi. l. tempus. de re iudica. l. immunitates generaliter tributæ. de iure immunita. & l. semper. ibidem. Videte quæ scripsi in l. ager. §. stipendium. supra eod.

¶ At

¶ At insistunt glo. & doct. in l. 1. ff. ad legem Falcid. postquam lex duodecim tabularum liberam dedit facultatem legandi, quomodo lex Falcidia respondent, dedit lex Falcidia, id est datam declarauit. quam expositionem reprehendit, & merito Alciat. lib. 5. parerg. c. 23. dicens legem Falcidiam dedisse, quia lex Voconia & Furia eam facultatem coangustauerant, quas leges postea Falcidius abrogauit. Ego vero prædictis opinionibus reiectis, dicerem legem duodecim tabularum dedisse facultatem disponendi de bonis suis liberam, non restrictam ad aliquã partem: sed postea leges latæ potestatem illam restrinxerunt. vnde Falcidia lex postea liberam facultatem dedit, id est concessit vsque ad dodrantem, non vltra: & sic non declarauit, quod iam erat derogatum legibus, scilicet Voconia & Furia: sed vere de nouo introduxit liberam legandi facultatem ad dodrantem vsque, non vltra. Et cum lex duodecim tabularum indistincte loqueretur, hæc lex Falcidia rem omnem sub distinctione moderatur.

Heredes instituendi. Hæc lex 12. tabularum permittebat generaliter de bonis suis disponere, & Pompo. hic eam declarat, quod videlicet lege duodecim tabularum generaliter concessum esse censeretur instituere filium vel extraneum, & vel vnum vel plures. §. 1. & §. vnus. & per totum. Insti. de heredib. insti. Sed hoc est postea coangustatum, vt infra dicitur. Primo ne liceat extraneum instituere, nisi relicta legitima filio, vel filiis. §. primum itaque. in authen. de heredib. & Falcid. colla. 1.

Pater instituens extraneum debet filio legitimam relinquere.

Heredes non omnes instituere possunt.

¶ Item non omnes heredes scribere fas est. Deportatus enim heres institui prohibetur, & alij descripti in l. 1. & per totum, C. de heredib. instituend. l. si in metallum. C. de his quæ pro non scrip. Alias personas scribit Lucas de Penna in l. fin. de delator. lib. 10. C. glos. & Bar. in l. si quæramus. ff. de testam. Panor. & alij in rub. illius titul. extra.

Heres ad tempus non instituitur.

¶ Neque ex tempore, neque ad tempus, neque ex die heres institui potest. l. hereditas. §. 1. ff. de heredib. insti. §. heres. Insti. illo tit. Aliisque modis est restricta potestas heredes instituendi, vt potest videri per totum illum titul. ff. & C. de heredib. instituend.

Instituere multis fumitur modis.

¶ Iusuper notandum est, quod instituere in iure variis capitur modis: pro heredem scribere & nuncupare, vt hic, & l. 1. §. 1. ff. de heredib. instituend. ibi, institutum autem heredem eum quoque dicimus, qui heres scriptus non est, sed solummodo nuncupatus. & per totum illum titul. & C. ac Insti. & l. 1. §. sed si in duobus. ibi, heredes scripserit. ff. de bonor. possess. secund. tabul. Hinc institutio est ipse actus faciendi & instituendi heredem. l. 2. & per totum. ff. de heredib. instituend.

Instituere licet.

¶ Instituere litem, est eam inchoare vel præparare. l. destitisse. ibi, desistere est cum à negotio in totum abstinere, quod calumniandi animo instituerat. ff. de iudic. l. posthumus. §. fi. cum l. seq. l. filius. in fi. de inofficios. testam. & l. nam & si. §. 1. ibidem. vbi primo dicit præparare, postea instituere.

Instituta lis.

¶ Instituta lis, incepta seu mota. l. venditores. ibi, quæ ob litem de proprietate institutam factæ essent. ff. de verbor. oblig. l. 1. §. quia. quorum legator. l. cum indebitum. in fi. de condict. indeb.

Instituere iudicium.

¶ Instituere iudicium, pro eodem. l. fi. ibi, cum soluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem instituitur, reintegrato rursus matrimonio soluitur iudicium. ff. rerum amotar.

Instituere causam.

¶ Instituit agere causam, in l. de eo solo delatore, qui solus causam agere instituerat. id est constituerat, vel inceperat. ff. de iure fisci. l. si priore iudicio. ibi, de occiso agere dominus instituerit. ad legem Aquil. l. Iulianus. qui statua. cogant.

Instituere querelam.

¶ Instituit querelam. l. non putauit. ff. de bonor. possess. contra tabul. ibi, sane si velint inofficiosi querelam instituere. l. Papinianus. in princip. & l. cum qui. de inofficios. testam.

¶ Instituit petere, idem. l. si sine. ibi, eandem pecuniam petere instituit. ff. rem ratam haberi. l. duobus. ibi, agere simili actione instituit. de exceptio. rei iudica.

Instituere actionem.

¶ Instituere actionem est intendere, agere, seu constituere. l. qui petitorio. ff. de rei vindica. l. 1. ibi, qui petitorio iudicio vtitur, ne frustra experiatur, requirere debet, an is cum quo instituat actionem, possessor sit, vel dolo desit possidere. l. qui iniuriarum actionem per calumniam instituit. de iniur. l. & heredi. §. nos autem. de pact. l. Pompo. de procurator. Vnde institutas actiones. l. senatusconsulto. ff. de offic. præsid. l. 1. & l. de ætate. §. 1. & §. qui tacuit. ff. de interrogator. actio. & l. si filius. 1. in fi. ibidem. Constituta actione vtitur Iurisconsul. in l. & tantum. §. 1. ff. de seruo corrupto.

Instituere accusationem.

¶ Instituere accusationem, idem. l. 4. §. fi. ff. de adulter. ibi, si autem extraneus instituerit accusationem, an superueniente marito permittatur accusatio. ff. de adulter. l. diuus. ad Turpil. In l. hi tamen. & in l. in eum. ff. de accusa. dicitur intendere crimen.

Instituta accusatio.

¶ Instituta accusario. l. si cui. §. iisdem. ibi, deceatque se ignorasse accusationem ab alio institutam. ff. de accusa. l. sciendum. §. si accusatio alicuius publice instituta sit. de legatio. l. si absenti. §. 1. ibidem. l. posthumus. in fi. & l. si instituta. de inofficios. testam.

Instituta pœna.

¶ Instituta pœna, id est statuta. l. penul. ff. de parricid. ibi, pœna parricidij more maiorum

hæc instituta est.

Instituere argentifodinas. ¶ Instituere argentifodinas, in l.æquissimum.§.1.ff.de vsufruct.vbi glo.pro de nouo incipere exponit,scilicet de nouo facere.

Instituere pro de nouo facere. ¶ Instituere pro de nouo facere,in l.2.§.merito.ibi,& ita solet Princeps,quoties aliquid noui operis instituendum petitur, permittere.ff.ne quid in loco public.

¶ Instituit,id est facere constituit,proposui,deliberaui.l.qui luminibus,in fi.ibi, ad ædificia quæ facere instituit.ff.de seruitu.vrbanor.prædior.l.fi.de in rem verso.

Instituere vectigal nouum. ¶ Instituere nouum vectigal, pro constituere, dicit tex. in l. vectigalia. ff. de publican. quod idem est,quod imponere vectigal.l.vna,in fi.ff.de ambitu,quod nemini licet, in rub. C.noua vectigal.instituui non posse. Et imponentes noua vectigalia in bulla cœnæ domini sunt excommunicati,vt patet ibidem,artic.2.vbi elucidaui.

Instituere salictum. ¶ Instituere salictum est instruere,& in ordinem redigere.l.3. ibi, sed & si quis saligneas virgas instituendi salicti causa defixerit.ff.arbor.furtim cæsar.

¶ Instituit pastinam.l.diuortio.in fi.ff.soluto matrimo.exposui in l.impensæ.supra eod.

Instituere pueros. ¶ Instituere pueros,est instruere & docere.l.si pendentes. §. si serui. ff. de vsufruc. ibi, si eum disciplinis,vel arte instituerit.

Instituere pro destinare. ¶ Instituere pro destinare,ordinare.l.aut damnum.§.hoc enim tantum distant à ceteris, quod instituuntur venatores.ff.de pœnis.

Institutum pro inceptum. ¶ Institutum,inceptũ,inchoatum.l.pen.ibi, qui id opus facere.iunctis aliis verbis.ff.de pollicita.l.de vsu aquæ.ibi,de riuis nouis inciuiliter institutis.de var.& extraord.crimin.b.

¶ Instituere,constituere. l.quamuis. §. si cum essem. ibi, datur in te actio, quæ instituit magis,quam restituit obligationem.ff.ad Velleian.

Instituta dicũtur boni mores. ¶ Instituta dicuntur interdum boni mores consilio & ratione desumpti. Quintil.lib.1. c.2.& Valla lib.4.ac Valerius lib.2.de institutis antiquis.

¶ Vel est ius non scriptum,quod tamen certum habet auctorem,id est magnum aliquem auctorem,quem reliqui imitari non erubescant,teste Budæo in annota. in Pandect. in l.2. de orig.iuris.

Institutiones quæ. ¶ Institutiones vero sunt præcepta,quibus instituuntur,& docentur homines, vt libri Institutionum iuris.

Libera erat potestas olim totas suas opes legandi. ¶ *Et legata*,scilicet dandi ex hac lege 12.tabul.Libera siquidem erat potestas opes suas totas dandi,etiam si vniuersa legatis hereditas exhauriretur.l.1.in princip.ff.ad legem Falcid. ibi,quicunque ciuis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique ciui Romano pecuniam iure publico dare legare volet,ius potestasque esto.& in l. cetera.ff.de lega.1.dicitur corpora omnia legari posse,& iura, & seruitutes: quo fiebat, vt plerique facto etiam testamento heredem non inuenirent: & cum rubor quodammodo esset sine herede decedere,& interesset testatoris heredem habere.l. & quis.ff. de interrogator.actio.§.1.Insti.quib.ex caus.manumit.non licet. ob id iure coangustatum est:& lex Falcidia lata fuit,qua cautum est,ne minus quam quartam partem hereditatis ex eo testamento heredes capiant.l. 1. ff. ad legem Falcid. Et à C. Falcidio tribuno plebis sub Octauiano Cæsare apud vrbem condita est hæc Falcidia lex,vt docet tex.in c.quædam.2.distinct.licet glo.in d.l.1.contrarium asserat.

Legandi restricta potestas quoad personas. ¶ Restricta quoque fuit à iure potestas legandi quoad personas,vt is tantum legare, qui heredes instituere, possit.l.2. ff.de lega.1. & illis demum legari permisit, quibus testamenti factio est.§.legari.Insti.de lega.

Res quarũ non habemus commercium,legari non possunt. ¶ Circa etiam res potestas angustata est:vt res quarum commercium non habemus, legari prohibeantur,& quæ sunt contra bonos mores.l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de lega.1.& l.idem Iulianus.§.constat.ibidem.& ea quæ ædibus affixa sunt. l. cetera. & l. senatus.ibid. Alisque modis restringitur dicta legandi potestas, vt videre licet per totum titul. ff. C. & Insti.de lega.

Manumittens animo fraudi creditores, nihil agit. ¶ *Et libertates dandi.* Lex 12. tabularum potestatem dominis dandi libertates passim permisit. §. multis.& seq. Insti. de libertis. Sed hæc quoque potestas restricta est ex lege Aelia Sentia,qua voluit Aelius Sentius,vt is qui eo animo,vt creditores fraudaret,manumiserit nihil agat.§.1.& §.in fraudem.quib.ex caus. manumitter.non licet. l. in fraudem.& l.qui in fraudem.ff.qui & à quib.manumitter.l.1.C.qui manumitter. non poss. Idem si in fraudem fisci.l.si in fraudem.ibidem.Et aliis modis,quos ibidem licet videre, & in rub. quib. ad liberta. proclamar.non licet.

Parentes dant filiis tutores. ¶ *Tutelas quoque.* Etiam ex lege 12. tabularum permissum est parentibus liberis suis, siue masculini,siue fœminini sexus sint, si modo in potestate sunt, tutores testamento dare, etiam posthumis filiis,vel nepotibus,vel ceteris liberis.l.1.ff.de testamentar.tutel.Et lex 12. tabular. sic loquebatur: TVTORES LIBERIS IN POTESTATE TESTAMENTO PARENTES DANTO: SI NON SINT DATI, AGNATI QVI PER SVCCESSIONEM SPERANT, TVTORES SVNTO. Igitur lex 12.tabularum dedit potestatem constituendi tutelas,

tutelas,id est dandi creandique tutores,vt in l.12.tabul.dicitur, PARENTES DANTO.

Constituere. ¶ *Constituendi.* Constituere accipitur pro statuere, creare, dare.l.in tempore constituto iudicatis.ff.de diuers.& temporal.præscrip.l.1.vbi pupill.educar.debeat.ibi, & solet prætor frequentissime adiri,vt constituat,vbi filij alantur.& postea dicit,statuat.facit l.1.§.1.nautæ, caupo.stabular.Et prætor ex consensu maioris partis creditorum curatores constituat.l.2. de curator.bonis dand.l. interdum. 2. §. is qui furem.de furtis. l. non dubium. de custod. reor.l.in seruorum.de pœnis.& l.respiciendum.ibid.l.1. §. solent.quand. appelland.sit.De hoc verb.plenius tractaui in l.locus.supra eod.

Spurius non datur tutor. ¶ *Sed interpretatione coangustatum est.* Iurisconsulti enim qui legem hanc 12. tabularum interpretati sunt, restrinxerunt, & voluerunt, quod illi tantum tutores testamento dari possint,cum quibus testamenti factio est.l.testamento.2. ff. de testam.tutel. id est qui heredes in testamento instituipossunt.glo.ibi,& in §.legari. Insti. de lega. Ideoque spurius tutor dari non potest,teste Ludouic. Roma. singul. 82. quia non potest heres instituí. l. si is qui ex bonis.ff.de vulgar.Ex hoc tamen nõ vidi spurium in forensi iudicio recusari, dum alias sit idoneus.Prohibentur quoque alij tutores dari,in titul.qui testam. tutor.dari possunt.& C.quand.mulier tutel.offic.fungi potest. vbi non omnes tutores dari possunt. Et si nemo adierit hereditatem,non valet tutelæ constitutio.l.si nemo.1.ff.de testam. tutel.

Agnatis tutelæ legitimæ deferuntur. ¶ Item legitimæ tutelæ agnatis delatæ sunt lege 12.tabul.& consanguineis.l.1.ff.de legitim.tutor. Et quibus testamento tutor datus non est, his ex lege duodecim tabularum agnati sunt tutores,qui vocantur legitimi.§.1.de legitim.agnator.tutel.in Insti.Hoc etiam multum coangustatum est,vt non detur tutor nisi satisdet, vt in rub. de satisda.tutor. Restrictum in hoc quoque est, vt non detur tutor suspectus, in titul. de excusa.tutor. & de suspect. tutor.in quibus alia videri possunt.

Interpretatio Iurisconsulto-rũ necessaria, non doctorum. ¶ Notare possumus insuper ex hoc tex.Iurisconsul. interpretationem esse necessariam: secus in doctorum interpretatione,nisi quatenus ratione aut lege fulciatur.l.1. C. de legib. c.1.de postula.prælator.Quo magis detestor triduanorum quorundam Iurisconsultorum audaciam,qui sui vaniloquij adducunt auctorem Plautum in Asinaria,& in Aulularia,nec non alios quosdam historiographos, maxime à forensi negotio, eaque arte ciuili, quam tractant, alienos.

¶ *Vel legum.* Etiam lex 12.tabularum per legum interpretationem coarctata est,vt ff.ad legem Falcid.cum similibus.multæ enim sunt leges restringentes illam legem 12. tabularum quoad testamenta:quæ multa superius descripsimus.

Intellectus verus ad hanc l. vel bis legis. Res est maioris valoris propter auctorem. ¶ *Auctoritate iura constituentium*, vtpote Iurisconsultorum, qui ab Imperatore potestatem habuerunt iura constituendi,id est condendi,& in ordinem redigendi.§. responsa. de iure.natural. in Insti. Igitur auctoritate istorum Iurisconsultorum coangustata est lex 12. tabularum tam quoad institutiones,quam quoad legata,libertates & tutelas, vt supra scripsi,ex interpretatione legum.Et iste verus est (vt reor) intellectus ad istam legem: quamuis doct.in l.1.ff.de lega.1.eam obtenebrent,& Lancelo.Politus in tract.substi.col.2.& 3.

Auctor vnde dicatur. ¶ Et sic patet rem esse notabilem, & maioris auctoritatis propter præeminentiam & auctoritatem facientis,vt hic,& l.1.ff.ad legem Iul.de adulter.vbi sic dicitur: hæc lex lata est à diuo Augusto.sicque maioris auctoritatis propter auctorem.

Auctoritas variis modis sumitur. ¶ Auctor vero deducitur ab augendo: auget enim confirmatque alios exemplo sui. Et ab auctore deducitur auctoritas. Cuius dictionis in iure quinque reperit significationes Alciat.lib.2.parerg.c.9. Prima est, vt ius rei suæ vindicandæ qualibet vsucapione reiecta significet.vnde in lege Atinia,Quod subreptum erit,eius rei perpetua auctoritas esto.l. 4. §. quod autem.ff. de vsucapio.Et in lege 12.tabularum sic cauebatur: ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVCTORITAS ESTO.id est perpetua potestas,& facultas agendi.

Auctoritas pro euictione. Auctor pro venditore. ¶ Secundo auctoritas,id est actio pro euictione, exponitur à Iurisconsul. in l.fin. ff. de euictio.& Paul.lib.senten.2.venditor si dominus non sit, auctoritatis manet obnoxius.

¶ Tertio pro iure accipitur,quod quis ab auctore,id est venditore consecutus est.l.fi. ff. de pignoratit.actio.ibi, mota sibi controuersia de latitudine à vicino, quod alias probare non poterat,petiit à creditore,vt instrumentum auctoritatis à se traditum exhiberet.Et vulgo dicimus instrumentum tituli sui.

Auctoritas pro mandato. ¶ Quarto pro iudicis edicto.lege 1.Cod.si cert.peta.in Theod.Cod.sed ego non inueni in meo.

¶ Quinto pro mandato & iussu Principis seu senatus, in nouella constitutione C. Theodos.de indulgen.reliquorum.ibi, vix vno è prouincia decedente cum nouis auctoritatibus alter excurrit.facit l.fin.Cod.de vendend.reb.ciuita. lib. 11. & l.fin. de omni agro deser. ibidem.

Auctoritas pro fama,præeminentia. ¶ Sexto auctoritas accipitur pro fama,præeminentia,existimatione, momento,pondere,fide,& testimonio, vt hic. Vnde dicimus auctoritatem veterum, in l. sæpe. in fin. supra eodem. Et Cicero de senectute: senectus honorata maximam habet auctoritatem. Et

Pompo.ait:quædam ſcribuntur,quæ ad auctoritatem ſcribentis duntaxat referuntur, nec obligationem pariunt.l.Quintus Mutius. ff. de annuis lega. vbi in fi.adiicit hæc verba: in omnibus vbi auctoritas ſola teſtatoris eſt, neque omnimodo ſperuenda, neque omnino obſeruanda eſt:ſed interuentu iudicis hæc omnia debent, ſi non ad turpem cauſam referuntur,ad effectum perduci.l.auctoritatem.C.vnde vi.

Auctoritas pro approbatione.

¶ Septimo auctoritas pro approbatione ſumitur in titul.de auctorita.tutor.hocque declarat Paul.Iuriſconſul.l. 3.ibidem,his verbis: etiam ſi non interrogatus tutor auctor fiat, valet auctoritas eius,cum ſe probare dicit id,quod agitur.hoc enim eſt auctorem fieri.

Auctoritas pro voluntate.

¶ Octauo pro voluntate ſeu temeritate,quando ſine iudice, vel titulo quis rem accipit. l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acquir.poſſeſſ.l. extat.quod met.cauſ. l. diligenter.ibi, auctoritate illicita, nec appetito colore ſacri oraculi huiuſmodi aliquid pertentatum fuiſſe dignoſcitur.C.de aquæductu,lib.11.c.eum qui.de præb.lib.6.

Auctoritas pro vi & effectu.

¶ Nono pro vi & effectu, vt l. iuſiurandum ſpeciem tranſactionis continet, maioremque habet auctoritatem quam res iudicata.ff.de iureiur.

Auctorari quid.

¶ Auctorari eſt auctoritatem præſtare,auctor eſſe ſeu fieri.l.3.& l.& ſi pluribus.cum l.ſeq. ff.de auctorita. tutor. vbi quod in vna lege dicitur tutor auctoretur, in aliis legib. dicitur auctor fiat.l.obligari.§.tutor.ibidem.

Exauctorare quid.

¶ Inde auctorare militem,dicimus ſacramento militiæ obligare.Budæ. in l. 2.per illum tex.ff.de his qui no.infam.

¶ Contrarium exauctorare, eſt ab ea obligatione militem ſoluere, & illum dimittere: qui ſi ignominiæ cauſa miſſus fuerit,infamis fit. l. 2. §. ignominiæ, ff. de his qui no.infam. ibi,ſed ſi iſta exauctorauerit,vt inſignia militaria detraheret, inter infames efficit, licet non addidit ignominiæ cauſa ſe ita exauctoraſſe.

Miles duobus modis exauctoratur.

¶ Et quamuis in hoc Iuriſconſultum Valla reprehendere velit, quem ſequitur Florid. in interpre.iuris:mea tamen ſententia reprehendi non meretur.nec enim in libris correctis legitur,quemadmodum ipſi recitant,ſed vt ſupra ſcripſi. Iuriſconſultus vero declarat dupliciter exauctorari poſſe militem:ignominię cauſa,cum ei militaria inſignia detrahuntur. l.proditores,ff.de re militari.quod nos vulgo dicimus *degrader* in clericis,cum videlicet inſignia ratione officij clericatus, aut ſenatoriæ dignitatis collata, propter delictum auferuntur.de quo in c.degradatio.de pœnis. in 6.

Miles exauctoratur, quando dimittitur.

¶ Alias miles exauctoratur,quando ſimpliciter dimittitur,& commeatus illi datur,non auferendo inſignia militaria.l.qui cum vno.§.non omnis.& §. exauctoratus.ff. de re militari.Quibus nō pugnant hiſtoriographi,ſed omnia recte conciliantur. Inde exauctoratus miles, ſacramento ſolutus, & à belli acie dimiſſus, vel cingulo priuatus.d.§.exauctoratus.

Authenticum inſtrumentum.

¶ Authenticum inſtrumentum quid vocetur,ſcripſi artic.1.in glo.7.*authentique*.in tract. de liter.obligator.in 1.tomo commentar.in conſti.Reg. Gallic.De Auctore multa aliò dicenda transfero,ne legis huius prolixa forte nimis interpretatio tædium afferat.

IDEM LIBRO QVINTO.

LEX CENTESIMA VIGESIMAPRIMA.

Vſura pecuniæ,quam percipimus,in fructu non eſt: quia non ex ipſo corpore,ſed ex alia cauſa eſt:id eſt ex noua obligatione.

Vſura non computatur inter fructus.

¶ Senſus huius legis eſt, quod vſura non computatur inter fructus: nec enim naſcitur ex ipſo corpore. Nam aureus vel ſolidus nō poteſt alium generare vel parere,nec fructum facere ex ſeipſo: imo eſt contra naturam, nec in fructu computatur. Quia vſura ex alia cauſa eſt,id eſt ex noua obligatione venit: vtpote ſi ex ſtipulatione promittatur,non alias in contractibus ſtricti iuris.l.3.C.de vſuris.ſed in bonæfidei contractibus debentur non ſolum ex pacto incontinenti appoſito,ſed etiam ex mora.l. 1. ff.de vſuris, & in l.in initio. C. de pact.inter emptor.& venditor.De noua obligatione ſcripſi in l. ſylua. §. noualis. ſupra eod.& Papinia.ait:vectura,ſicut vſura, non natura prouenit,ſed iure percipitur. l.ſi nauis. de rei vindicat.

Vſura ſi promittatur, non debetur.

¶ Sed hodie vſura quantumuis promittatur per ſtipulationem non debetur, quia ab Euangelio Lucæ 6.eſt reprobata.his verbis:date mutuum,nil inde ſperantes.Eſt enim turpe lucrum.c.quoniam.14.q.4.& c.quoniam. 47. diſtinct. vt non immerito Hebræi vocent eam morſum,Exod.22.c. mordendi enim officium vſurarius exercet.Stipulatio vero turpitudinem continens eſt improbata.l.ſi plagij.de verbor. obliga. etiam ſi per iuramentum eſſet vſura promiſſa non deberetur,niſi prout loquitur c.debitores.vbi dixi,de iureiur.imo bene inquit text.in c.ſi quis.14.q.4.Si quis vſuram accipit,rapinam facit,vita non viuit. Et ſic differt vſura à fructu. Fructus enim ex re prouenit.l.item.§.1.ff. de vſufruc. & ex fundo ſiue corpore naſcitur & renaſcitur.l.diuortio.§. ſi vir.ff.ſoluto matrimo. à fruendo vel ferendo

Stipulatio continens turpitudinem,reprobatur.

Vſura & fructus differunt.

rendo dictus,ſecundum Iacob.Curtium in lib.2.coniectural.c.12.

Vſura eſt, quod ſorti accedit.

¶ Vſura autem ex ipſo pretio lucrum quoddam eſt ratione moræ procedens ex conuentione vſus nomine:vſuraque dicitur, quodcunque ſorti accedit: & quod velis, ei nomen imponas,vſura eſt.vnde ait tex.in l.fi. C.de vſur. neque vſuram vſurarum accipies, neque omnium rerum:ſcilicet cum amplius requiritur,quam datum fuerit.exempli gratia, cum ſolidos decem præſtitiſſes, & amplius quæſieris: aut ſi dederis frumenti modium vnum, & inſuper aliquid exegeris.

Eſca & veſtis vſura eſt.

¶ Item eſca vſura eſt,& veſtis vſura eſt.c.plerique.14.q.3.c. vſura. ibidem. Et in c. putant quidam.ſcribitur: vſuras quidam putant tantum eſſe in pecunia: quod præuidens diuina ſcriptura omnem aufert ſuperabundantiam,vt plus non recipias quam dediſti. & ſic quic quid accedit ſorti, vſura eſt. c. conſuluit.de vſur. quod intellige, quando à principio fuit conuentum:alias ſecus,teſte Ioan. Andr.in regul.peccatum.de regul. iur.in 6.& Cardi.in clem.1.§.fi.de vſuris.Dec. in l.rogaſti.§.ſi tibi.in fi.ff.ſi certum peta. Et hæreticum eſt dicere vſuram non eſſe prohibitam, niſi dolo vel fraudi proxima ſit, prout vidi quoſdam neotericos grauiter ſcriptis etiam ſuis in hoc lapſos eſſe.

Hæreticum eſt dicere vſuram non eſſe prohibitam.

Is qui tenetur ad fructus, non tenetur ad vſuras.

¶ Vtilitas huius legis eſſe poteſt,quod ille qui tenetur ad fructus, non tamen ad vſuras tenebitur,vt malæfidei poſſeſſor hereditatis.l.ſed & ſi lege.§.quod autem. ff. de petit. hereditа.& facta mentione de fructibus,nuſquam intelligetur vſura. c. quia fruſtra. ibi, vſuris vel fructibus.de vſuris.

Heres qui differt ſoluere legatum loco pio, tenetur ad fructus & vſuras.

¶ Niſi hoc exprimeretur,vt in §. ſi autem heres.verſic. ſi autem diſtulerint.in authen. de eccleſ.titul.colla.9. vbi heres, qui diſtulit ſoluere legatum loco pio per ſex menſes, debet præbere legatum, & fructum & vſuras. Et ita fructus appellatione non venit vſura, cum ibi vtrunque exprimatur.

Condemnatus ad reſtituendum fructum rei, nō ſoluit vſuras.

¶ Item condemnatus ad reſtitutionem fructuum rei,vel beneficij,non tenetur reſtituere vſuras, per iſtum tex. vnde ſi fuerit ei pecunia numerata, ſufficit ei reſtituere ſine alio fructu,vt ſcripſi in l.reſtituere.1.ſupra eod.

Condemnatus ad reſtitutionē fructuum à tempore moræ, pro pecunia non ſoluit vſuram.

¶ Adhæc conſtitutio Regia artic. 1. tit. de fructib. iuri conformis in l. mora. §. in bonæ fidei.& l.videamus.ff.de vſuris, ſtatuens reum condemnandum ad fructus à tempore moræ, non habebit locum in pecunia. Veruntamen ſi iudex videat aliquem temere litigaſſe ſuper pecunia debita, poterit illum condemnare ad ſummam debitam, & pro intereſſe ad quindecim pro centum, iuxta extrauag. regimini.de emptio. & venditio. in communib. Alioqui fraudulenter quiſque debitor pecuniæ litigaret,vt interim ex pecunia negotiari liceret.Et ſic poteſt intelligi alia ordinatio, volens vt in omni materia reali, & perſonali iudex condemnet ad damna & intereſſe,vt conſtat in titul.de expenſ.damnis & intereſſe.artic.9.vbi etiam ſcripſi in 3.tomo commentar.in conſti.Reg.Gallic.

Tutor tenetur ad vſuras. Areſtum.

¶ Præterea tutor,qui pecuniam pupilli non locauit,vel ad emptionem prædiorum, vel ad honeſtum lucrum,tenetur ad vſuras,per l.tutor qui.§.ſi poſt depoſitionem.ff.de adminiſtra.tutor. quod etiam de iure canonico locum habere cenſet Panor. in ca. conqueſtus. in fi.de vſuris.veluti etiam areſto fuit comprobatum anno 1530.die 22. Nouembris.

Vſuræ vicem fructuum obtinent.

¶ Item quamuis vſuræ non ſint in fructu, vicem tamen fructuum obtinent. l. vſuræ. ff. de vſuris. vbi vide glo. & dicitur fœnus,quaſi fœtus, ad imitationem Græci ſermonis, qui partum & vſuram τόκος vocat.Et ne plura, de intereſſe ſatis ſuperque ſcripſimus in interpreta. l. vnic.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt profer.

Τόκος Græci vſuram dicunt.

IDEM LIBRO OCTAVO.

LEX CENTESIMA VIGESIMASECVNDA.

Herennius ait, ſi ita ſcriptum ſit, FILIO FILIISQVE MEIS HOSCE TVTORES DO, maſculis duntaxat tutores datos: quoniam à ſingulari caſu, hoc eſt filio, ad pluralem videretur tranſiiſſe, continentem eundem ſexum, quem ſingularis prior poſitus habuiſſet.Sed hoc facti, non iuris habet quæſtionem.Poteſt enim fieri, vt in ſingulari caſu de filio ſenſerit:deinde plenius omnibus liberis proſpexiſſe in tutore dando voluerit. quod magis rationabile eſſe videtur.

¶ Duas partes hæc lex habet.prima Herennij dictum continet cum ſua ratione:ſecunda reprobat illius dictum aſsignando rationem. ſecunda ibi, Sed hoc facti. In libris antiquis eſt Herennius, in nouis eſt Seruius.

¶ Senſus eſt,quod ſi quis tutores filio,filiiſque ſuis dederit, Herennius vel Seruius dicebat filiabus non datos:quia teſtator à ſingulari caſu,filio & maſculo,videtur tranſiuiſſe ad

pluralem eundem ſexum continentem. Sed hoc facti quæſtionem habet, videlicet an teſtator voluerit tranſire ad pluralem cum eodem ſexu, & non iuris. ob id non reſpondetur, an voluerit tranſire ad eundem ſexum. Sed hoc Iuriſconſultus dicit eſſe poſſe, quod in ſingulari ſenſerit de filio maſculo, & poſtea in plurali de omnibus liberis: vt ſic filiabus etiam proſpexiſſe videatur, cum haberet vnum filium, & plures filias: & filiorum appellatione fœminæ veniunt. quod æquitati conſonat, & tenendum eſt.

Dans tutores non expreſſo filij nomine, omnibus dediſſe videtur.

¶ Igitur ſi quis filij nomine non expreſſo tutores dederit, cum plures haberet, omnibus dediſſe videtur: quamuis Pompo. dubitet, vt aſſerit Vlpia. in l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutel. multo magis quando vtrunque expreſsit, vt eſt in hoc tex. quippe geminatio aliquid operari debet, vt in l. balliſta. ff. ad Trebell. & per Corſet. in ſuo tract. de geminatio. ſub tract. de poteſtate Regia.

Dans filiis tutores, & filiabus dediſſe cẽſetur. Sequendũ quod magis rationabile.

¶ Ita ſi quis tutores filiis dederit, & filiabus dediſſe videtur. in d. l. ſi quis ita. non tamen nepotibus, niſi fuerit vſus verb. liberorum, l. quid ſi nepotes. ff. de teſtam. tutel. Alia facilliora eſſe arbitror, quam vt interpretatione indigeant.

¶ Colligemus vero primum ex noſtro tex. quod magis rationabile ſequendum eſt. Vnde pro cauſis in ſenatu decidendis litis expoſitor & relator ſolet in vtranque partem rationes adducere, vt demum iudices videant, quid potius ſequendum.

Iuriſconſultus ad quæſtionem facti non reſpõdet.

¶ Secundo quod ad quæſtionem facti non reſpondet Iuriſconſul. videlicet an teſtator voluerit tranſire de ſingulari ad pluralem eiuſdem ſexus. facit l. cum quem. §. 1. ff. de iudic. dixi in l. verbis. ſupra eod. Ex coniecturis tamen dignoſci poteſt voluntas teſtantis. l. ſi ſeruus plurium. in fi. vbi glo. & doct. ff. de lega. 1.

Singularis caſus.

¶ Singularis caſus hic, ſingularis appellatio, in l. in vſu. infra eod. oppoſitum ad plurale eſt nomen.

Singulæ familiæ.

¶ Singulæ familiæ pro vnaquaque. l. pronuntiatio. §. 1. infra eod.

Singulares perſonæ.

¶ Singulares perſonæ dicuntur ad differentiam vniuerſarum. d. l. pronuntiatio.

¶ In ſingulos, id eſt contra ſingulos. l. penul. in fi. ne quis eum qui in ius voca. eſt, vi eximat. ibi, hoc iudicium in factum eſt: & ſi plures deliquerint, in ſingulos dabitur.

¶ Hic quoque de plurali caſu loquitur Iuriſconſul. & in l. non eſt ſine liberis. infra eod. & de plurali numero in regul. pluralis. de regul. iur. in 6.

Procurator vniuerſitatis non eſt ſingulorum.

¶ Procurator vniuerſitatis non eſt procurator ſingulorum. l. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſita. no. Aliud porro ſunt ſinguli, aliud vniuerſi. l. cũ qui. ff. de vſucapio. Singuli de vniuerſitate, vel ciuitate ſunt idonei teſtes vniuerſitati, vel ciuitati, ſi non ipſi commodum habeant, vt in paſcuis, quo caſu repelli debent, l. intantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diuiſ. vbi Bar. Feli. in cap. inſuper. col. 2. de teſtib. & Iaſ. in l. ſed ſi hac. §. patronum. col. vlt. ff. de in ius vocand. De ſingularibus teſtibus ſcripſi in tract. de reproba. teſtium.

Ius ſingulare quid.

¶ Ius ſingulare eſt, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem conſtitutum eſt. ſpeciale. l. ius ſingulare. ff. de legib. Singularia præcepta, ſpecialia. l. ſingularia. ff. ſi certum pet.

Sentire proper cipere ſenſu.

¶ *Senſerit.* Sentire eſt ſenſu percipere, intelligere, vt hic, Poteſt enim fieri, vt in ſingulari caſu de filio ſenſerit. & l. Nepos. ibi, nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his quæ ſignificantur, ſenſit. l. cum quærebatur. infra eod. l. 1. §. nautam. ibi, ſed de executore ſolummodo prætor ſentit. ff. nautæ, caupo. ſtabul. vnde Vlpia. putat de ea reſtitutione ſenſum, quam Princeps vel ſenatus indulſit. l. 1. §. de qua autem. ff. de poſtul. l. dicere. ibi, Sabinum non ſenſiſſe. ff. de arbitr. l. nemo. in fi. pro ſocio.

Sentire pro opinari.

¶ Sentire eſt opinari, iudicare. Inde ſententia, iudicium illud quo ſentimus, ſuffragium, voluntas, ſenſus ipſe per quem intelligimus, & eſt cuiuſque rei inuentio, teſte Luca in l. 2. col. 3. C. de exactor. tributor. lib. 10. Et dicimus, quod per ſenſus anima ſubtiliſsime totum corpus agitat vigore ſentiendi. Vnde & præſentia dicuntur. Eſt quoque ſenſus ille corporis vltimus, ex quo appellata eſt ſententia, vt ſcripſi in interpret. l. quod iuſsit. ff. de re iudica.

Sentire pro ſubire, pati, amplecti, ſuſtinere.

¶ Sentire pro ſubire, pati, amplecti, ſuſtinere: vt qui ſentit onus, debet ſentire commodum. regul. qui ſentit. de regul. iur. in 6. Et æquum prætori viſum eſt, ſicut commoda ſentimus ex actu inſtitorum, ita etiam obligari nos ex actu ipſorum, & conueniri. l. 1. ff. de inſtitor. actio. Sed pro eo vtitur Imperator verb. amplecti, in l. vna. §. pro ſecundo. in fi. C. de caduc. tollend. Iuriſconſultus vero pro eodem ſuſtinere onera, dicit in l. is qui in poteſtate. §. fi. ff. de lega. præſtand. ibi, abſurdum eſt illum commoda hereditatis habere, & alium onera ſuſtinere. Et damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non aliis debet imputari. regul. damnum. de regul iur. in 6. & in l. quod quis ſua culpa damnum ſentit, non videtur damnum ſentire. ff. de regul. iur. & l. ſed & ſi lege commiſſoria vendidit, idem erit dicendum lucrum quod ſentit lege commiſſoria præſtaturum. ff. de petit. hereditа. l. ſi cum exceptione. §. in hac. ibi, lucrum tamen ſenſiſſe. quod met. cauſ. l. ſi quid igitur. ibi, damnum vicinus ſenſiſſet. de ſeruitu. vrban. or. prædior.

Societas leonina quæ.

Societaſque leonina vocatur, quando ſociorum alter damnum totum, alter lucrum ſentit. l. ſi non fuerint. §. Ariſto. ff. pro ſocio.

¶ Sentire

Sentire periculum.

¶ Sentire periculum, in l. aliud eſt capere. ſupra eod. pro ſubire. d. l. ſi non fuerint. §. 1. ff. pro ſocio. l. cum & forte. de actio. empti.

Plenius quid denotet.

¶ *Plenius*, id eſt amplius, fuſius, copioſius, abundantius. Vnde Iuriſconſul. ait: Plenius voluntates teſtantium interpretamur, quam contractus. ff. de regul. iuris. & alibi: Duo genera tribuendæ muneris publici vacationis ſunt: vnum plenius, cum & militiæ datur: aliud exiguum, cum nudam muneris vacationem acceperint. l. penul. §. duo. ff. de vaca. muner. Et Celſus ſcribit licere reſponſi pœnitere, ſi quis plenius poſtea inſtructus ſit. l. de ætate. §. fi. ff. de interrogator. actio. l. at ſi quis. §. plenius. ff. de religioſ. Plenius acceptum, in l. vt res. de contrah. emptio. l. 2. §. peruenisſe. de hered. vel actio. vend.

Pleniora. Pleniſsimum.

¶ Pleniora. l. 1. §. cũ quis. ff. de quæſt. ibi, quibuſdam vero, quę ſunt pleniora, hoc cauetur.

¶ Pleniſsimum. l. nouiſsima. ff. iudicat. ſolui. ibi, verbum enim abfuturum eſſe pleniſsimum, & ad omne tempus refertur. l. 1. §. 1. de pericul. & commod. rei venditæ.

Curator pleniſsimus.

¶ Pleniſsimus curator dicitur habens non ſolum in vnare, ſed in omnibus rebus adminiſtrationem. l. obſeruare. ff. de curator. furioſ. vbi ſic ſcribitur: Obſeruare prætorem oportebit, ne cui temere citra cauſæ cognitionem pleniſsimum curatorem det: quoniam pleriq; vel furorem vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto onera ciuilia detrectent.

Dominus in ſeruum habet pleniſsimam coercitionem.

¶ Pleniſsimam coërcitionem habet dominus ſerui, qui tantum proprietatem habet integram, & non diminutam, licet alius in ſeruo habeat vſumfructum. l. locum. §. ex eo. ff. de vſufruc.

Plenum quomodo capiatur

¶ Plenum enim dicitur completum, refertum, integrum, affluens. l. ſi arborem. ibi, quo facto locus opacus quondam cœpit ſole eſſe plenus. ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. l. ſi ſeruus ſeruum. in fi. ff. ad legem Aquil. ib', item ſi victori locaueris lacum vino plenum curandum, & ille eum pertuderit, vt vinum ſit effuſum, Labeo ſcribit in factum agendum.

Plenus vſus.

¶ Plenum vſum declarat Iuriſconſul. in l. plenum. ff. de vſu & habita.

Plena proprietas ea dicitur quæ iuncta eſt cum vſufructu.

¶ Plena proprietas ea dicitur, quæ iuncta eſt cum vſufructu. l. cum in fundo. ff. de iure dotium. ibi, conſecutus per dotem plenam fundi proprietatem, non ſeparatam ab vſufructu. l. ſi extraneo ſcripto herede. ibi, plena proprietas proprietatis reſpectu matri præſtanda eſt. & l. qui vſumfructum. §. 1. ff. de vſufruc. l. 2. §. 1. ibi, per vices temporum plena proprietas erit. quib. mod. vſusfruct. amitta.

Plenum dominium.

¶ Interdum vocatur plenum dominium, in l. 4. ff. de alimen. & cibar. lega. ad differentiam nudæ proprietatis, de qua inferius dicetur.

Pleno grege.

¶ Pleno grege. l. quid ergo. ff. de vſufruct. circa fi. ibi, verius puto ea quæ pleno grege edita ſunt, ad fructuarium pertinere. plenus grex dicitur integer, completus, non diminutus.

Plena vbera.

¶ Plenis vberibus, pro refertis, lacte impletis. l. bonæfidei. in fi. ff. de acquir. rerum domi. ibi, & ſane quin lac ſuum faciat, quamuis plenis vberibus venierint, dubitari non poteſt.

Plenum ius.

¶ Plenum ius. l. Iulianus. 1. ff. de rei vindica. in fi. ibi, quia plenum ius incipit habere. vbi glo. exponit, id eſt dominium directum, cum prius haberet vtile. quod non probo: nam ex vſucapione dominium tantum vtile quæritur, authen. niſi tricennale. C. de bonis mater. Et ibi poſſeſſor vſucepit, ideo plenum ius incepit habere poſt præſcriptionem, quia ius percipiendi fructus ex bona fide habebat, & nunc poſt vſucapionem ius plenum habet, id eſt dominium vtile, vt libere de re illa diſponere poſsit.

Plenum compromiſſum appellatur.

¶ Plenum compromiſſum, in l. ſi cum dies. §. 1. ff. de arbitr. ibi, plenum compromiſſum appellatur, quod de rebus omnibus, controuerſiisve compoſitum eſt. nam ad omnes controuerſias pertinet. Sed ſi forte de vna re ſit diſceptatio, licet plenum compromiſſum factum ſit, ex ceteris cauſis actiones ſupereſſe. nam hoc plenum compromiſſum factum poſt vnius rei proſecutionem non extenditur ad alias res, de quibus non fuit actum. l. age. C. de tranſactio.

Plena defenſio

¶ Plena defenſio. l. item ait. in fi. ff. ex quib. cauſ. maior. ibi, plena defenſio accipietur, ſi iudicium non detrectetur, & iudicatum ſolui ſatiſdetur. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. pupillo. ff. de iureiur.

Plena actio.

¶ Plena actio, in l. diuortio. ff. de negot. geſt. dicitur, quæ inſolidum datur, non inquantum facere poteſt. glo. ibi.

Plenus numerus.

¶ Plenus numerus. l. 2. ff. de decurio. ibi, & ſi numerus ordinis plenus, id eſt repletus vel completus ſit, expectare oportet, donec alius locus vacet.

Plena diligẽtia

¶ Plenam diligentiam vocat Iuriſconſul. exactiorem, & maiorem quam in rebus ſuis quis adhiberet. l. 2. & ſeq. ff. de pericul. & commod. rei vend.

Plena opinio.

¶ Plena opinio. l. inter. ff. de interdict. & relega. ibi, deinde Principi ſcribere remiſſa plena opinione, vt Princeps æſtimet, an ſequenda ſit eius ſententia, deportarique in inſulam debeat. plenam opinionem vocat cauſas & rationes, quæ iudicem mouerunt & conſultores ad deportandum illum.

Plena facultas.

¶ Plena facultas. l. 1. §. accuſationem. ff. ad Turpillia. vbi plena accuſandi facultas dicitur, quando omnino permittitur accuſare, nullo obſtaculo interueniente.

Plena actio legis.

¶ Plena legis actio.l.magistratum. ff. de adoptio.l. 1.C. illo titul.Plenam legis actionem dicitur is magistratus habere, qui ordinariam habet iurisdictionem, & de omnibus rebus, apud quem experiri omni actione aduersus vnumquemque possumus. Budæ.ibidem. scripsi in l.Labeo.2.in princip. supra eod.

Plenum mandatum.

¶ Plenum mandatum dicitur cum libera. Bar. & Angel. in l. procurator cui libera. ff. de procurator.& in l.si procurator. C.eod.plene Feli.in c.nonnulli.§.1.in 1.amplia.de rescrip.

Plena pubertas.

¶ Plena pubertas dicitur ætas decem & octo annorum. l. arrogato. §.non tantum. ff. de adoptio. ibi, & vbique plenæ pubertatis, id est decem & octo annis eum præcedere debet. Et annus cœptus interdum pro pleno habetur. l.ad rem publicam. ff. de munerib. id est pro completo.

Pleno iure res pertinere quæ dicatur.

¶ Pleno iure dicitur res ad me pertinere, cum habeo & vsumfructum & proprietatem, & ius de re perfecte disponendi.l.si ita stipulatus fuero. §.si Titius.ff.de verbor.obliga. declarat Iurisconsul.in l.libertis.1. ff. de aliment.& cibar.lega.& Imperator in l. fi. §.similique modo.C.de bonis quæ liber.facit l. generaliter pignori datus seruus sine dubio pleno iure est debitoris.ff.qui & à quib.

Vxor instituta vsufructuaria, si alij instituantur heredes, vsusfructus diuidetur.

¶ Vnde consuluit Alexand.consil.56.perlectis. in 3. vol. quod si testator vxorem suam, dominam reliquerit,& vsufructuariam omnium bonorum,si postea filias pleno iure instituat,diuidetur vsusfructus ob clausulam, pleno iure. per l. 1. C. de reuocand. donatio. & per prædicta: cui facile acquiesco propter verisimilem testantis mentem,qui filias instituerat. Diuersum foret,si extraneum: quia intelligeretur bona eo casu pleno iure relinquere, videlicet & quoad dominium directum &,vtile, & totum ius quod in illis habebat: necta men videtur ademisse vsumfructum, quem iam donauerat, nisi de ademptione appareat, de qua non constat: vt per totum titul. de adimend.lega.Et clauf.pleno iure,satis operatur sine vsufructu, vt testator nihil retinere videatur de iure bonorum, quando dicit pleno iure. Ista quoque clausula non tantum significat vsumfructum cum proprietate,sed etiam aliud ius secundum materiam,vt superius scripsi.ideo nec iuuat cautel.Ferra. 32. quotidie. nisi de mente testantis appareat volentis adimere vsumfructum, de quo disposuerat: nec per id verbum pleno iure,videtur testator quicquam adimere,quicquid doct. iactent.

Testator pleno iure quid donans nihil retinet.

Pleno iure in substitutione positum directam substitutionem facit.

¶ Plus tamen dicit idem Ferra. quod hoc verbum pleno iure, in substitutione conscriptum: vt pleno iure substituo: facit directam censeri substitutionem, per quam potest quis bona,auctoritate sua capere. allegat Bal.in authen. hæc vsus præstatio. C. de sacrosanct.eccles. vt ibi per eum videre licebit.

Pleno iure bona restituenda si sint, ea heres quartam detrahat.

¶ Adhęc inferunt,vt si bona pleno iure restituenda sint, non possit heres grauatus quartam detrahere Trebellianicam,vel Falcidiam:per l. decem.iuncta glo.ff. de fideicommissar. liberta. qui tex.loquitur, cum tota hereditas restitui debet: sed cum pleno iure venit restituenda, intelligerem proprietatem cum vsufructu restituendam, & non sine detractione: nisi adiiceretur, vt integra restituatur,teste Corset.in singular. incipien.integræ.

Plena liberatio.

¶ De plena,pleniore, & plenissima liberatione scribit Accurs.in l.ait prætor. §. permittitur.ff.de minor.

Plena & semiplena cognitio

¶ De plena & semiplena cognitione loquitur Specula. in titul. de offic. iudic.De plena gratia in verb.plenam.scripsi in form.manda.in concorda.Franc.

Satis plena institutio.

¶ Satis plena dicitur institutio,quando pure & sine conditione facta est.l.si te solum. ff. de heredib.instit.

Plena probatio.

¶ Plena probatio,integra.l.admonendi.ff.de iureiur.vbi gl.Bar.& alij. Semiplena, quasi dimidia,& non plena.l.in bonęfidei. C.de reb.cred.vbi glo. & doct.

Ecclesia quando pleno iure ad aliquem pertineat.

¶ Pleno iure quando dicatur ecclesia ad aliquem pertinere,docet Panor.in c. in Lateranensi.de pręb.col.2.ego vero scribam in titul. de verbor.significa.in decretal. vt non cumulem significationes verborum iuris Pontificij cum verbis Iurisconsulti: imo ex verbis Imperatorum C.eod.dicetur differentia super istis.

Nuda proprietas quæ dicatur.

¶ Nuda autem proprietas dicitur non plena,quando separata est ab vsufructu.l.si vsusfructus.2.& l.si alij.ff.de vsufruc.l.videamus.1.in princip.de vsur.ibi,neque enim nudæ proprietatis,quod ad proprietatis nomen attinet, fructus vllus intelligi potest.l. 2. quib.mod. vsusfruct.amitta.l.si conuenerit.2.§.si nuda proprietas.de pignoratit.actio.l.si postulauerit. §.in proprio.de adulter.vbi sic dicitur:in proprio,cuius vsusfructus alienus est,nudam proprietatem,in quo tantum vsumfructum habuerit reus.

Nudum officij vel beneficium quid sit.

¶ Et nudum officium vel beneficium,quando retentis fructibus est collatum.c. vno. in fi. vt eccles. benefic. sine diminutio. confer.l.cum in fundo.§.vxor.ff.de iure dotium. Alibi solam proprietatem vocat Iurisconsul.nudam,in l.sciendum.§. item qui solam proprietatem.ff.qui satisdar.cogant.

Nuda traditio quæ.

¶ Nuda traditio,sine titulo & iusta causa.l.nunquam nuda. ff.de acquir. rerum domi. & l.traditionibus.C.de pact.Soci.consil.170.in 2.vol.quæ nudum factum dicitur l.in conuentionalibus.in fi.ff.de verbor.obliga.

¶ Nuda

Nuda conuentio.

¶ Nuda conuentio, quæ nil præter conuentionem habet. l. solent. ff. de præscrip.verb. iuncta l.iurisgentium.§.sed cum nulla.de pact.vbi plenius scripsi. facit l.1. ff. de pignoratit. actio.l.cum emptor.de rescind.venditio.

Nuda voluntas.

¶ Nuda voluntas pro beneplacito.l. 1. §. assignare.ibi,vel vnius adimere assignationem etiam nuda voluntate possumus.ff.de assignand.libert.l.in commodato.§.sicut.versic. quæritur.commoda. Vel nuda voluntas dicitur simplex consensus absque facto vel traditione. l.qua ratione.§.interdum.ff.de acquir.rerū domi.l.3.ff.de rescind. venditio.l.1.§.sed si scienti. de exercitor.actio. Aut partis præsentia. l. 1.de rerum permuta. §. item emptio. declarat glo.& Bar.in l.Pomponius.1.ff.de negot.gest.l.3.in fi. de adimend. lega.

Nuda ratio de bitorem non facit.

¶ Item nuda ratio non facit debitorem. l. non solum.in fi.ff. de peculio.quo loco arbitror nudam rationem vocari solam descriptionem in libro rationum, nulla causa præcedente:veluti si quis priuatim scribat aliquem sibi debere centum,instrumenta illa domestica,& libri rationum non probant.l.instrumenta.& l.rationes.cum l.seq.C.de proba.hoc declarat Iurisconsul. in l.nuda ratio.ff.de donat.

Nudum pactū.

¶ Nudum pactum pro conuentione nuda,de qua supra,& in l.traditionibus. & l. si certis annis.C.de pact.l.diuisionis.ff.eod.& l.litigatores.§.interdum.ff.de arbitr.l.si dominus. de præscrip.verb.l.etiam.de vsur. & alias à Iurisconsultis vocatur nuda pactio, in d.l. iurisgentium.§.sed cum nulla.ibidem.

Nuda vacatio muneris.

¶ Nudam vacationem muneris accipere.l.penul.§.duo.ff.de vaca.muner.pro sola accipi debere, declarat Iurisconsul. ibi.

Nudum præceptum testantis, vt res non alienetur, an valeat.

¶ Nudum testantis præceptum,vt res non alienetur, non valet.l. filius famil. §. diui. ff.de lega.1.nudum præceptum vocatur simplex prohibitio sine causa emissa.l.pater.filium.§.Iulius Agrippa.ff. de lega. 2.

Nudi consensus obligatio.

¶ Nudi consensus obligatio.l.nihil tam naturale.ff.de regul.iuris.ibi,ideoque verborum obligatio verbis tollitur,nudi consensus obligatio contrario consensu dissoluitur.vbi vocat nudum consensum,sine stipulatione, traditione & facto.l.1.& 2.C.quand. liceat ab emptio.disced. Et vocatur nuda voluntas à Scæuola in l. Pomponius.1. ff. de negot. gest. ibi, nam quomodo cum semel cœperit,nuda voluntate tolletur? l. 1. §. item emptio. de rerum permuta.l.qui ad certum.loca.l.4.de sponsal.

Nuda solutio debiti.

¶ Nuda solutio debiti.l.si quis.§.rationem. ff. de edendo.ibi, nec vllam rationem à nuda duntaxat solutione debiti incipere. nudam solutionem debiti vocat sine negotiatione accipiendi.

Nuda possessio.

¶ Nuda possessio,cum est à proprietate separata.l.si mulier.§.1.ibi,abest autem nuda possessio cum suis fructibus.ff.quod met. causf.l.si cum venditor.de euictio.

Nuda interrogatio quæ.

¶ Nuda interrogatio est illa,quæ fit sine quæstione.l.item apud.§.quæstionem. ibi,nuda ergo interrogatio, vel leuis territio non pertinet ad hoc edictum.ff.de iniur.

Nudus exulat, qui amisit bona.

¶ Nudus exulat is,qui amisit bona & ciuitatem.l.tutelam.in fi.ff.de capit.deminutio.

Nudo sermone.

¶ Nudo sermone dicitur in §.1.ibidem,d. l. sciendum. quod sine stipulatione & promissione enuntiatur verbo tenus.

Nudata intima & secreta.

¶ Nudata intima,& secreta,id est aperta,patefacta,& reuelata.l.3.§.1.ff. de arbitr. ibi, finge enim post causam semel atque iterum tractatam post nudata vtriusque intima, & secreta negotij.

Nuda cautio.

¶ Nuda cautio, sola promissio, sine pignoribus, vel fideiussoribus. lege 2. §.sed vtrum nuda cautione,an satisdatione,Marcellus dubitat:mihi videtur sola promissione,quod Mela scribit.ff. de iudic.

Nudæ proprietas.

¶ Nuda autem proprietas,sine vsufructu.l. fructus. 1. ff. de rei vindica. ibi,hac ratione si nudæ proprietatis dominus petierit.l. si dominus nudæ proprietatis. de vsufruct. scripsi in l.interdum.supra eodem.

Nudus vsus.

¶ Nudus vsus,sine vsufructu.l. 1. de vsu & habita. vbi Iurisconsul. exponit.l.3. in fi.ff.de vsufructu. ibi, quibus autem modis vsusfruct. constituitur & finitur, iisdem etiam modis vsus nudus constitui & finiri solet.

Nuda repromissio.

¶ Nuda repromissio,pro cautione sine satisdatione.l.verum.§.id quod.ff.pro socio.& l. dictum. §. 1. ff. de euictio.superius scripsi in l. satisdationis.

Nuda pollicitatio.

¶ Nuda pollicitatio.l.nuda. C.de contrah.stipula.dicitur promissio sine stipulatione.

Nuda laus quæ.

¶ Nuda laus,asserta & expressa, sine tamen promissione. l.sciendum tamen est quædam & si dixit præstare eum non debere,scilicet ea quæ ad nudam laudem serui pertinent,veluti si dixerit seruum frugi,probum,dicto audientem.vt enim Pedius scribit,multum interest, quemadmodum serui causa quid dixerit,an vero præstaturum se promiserit,quod dixerit.

Nudum ministerium.

¶ Nudum ministerium.l.1.ad Velleia. ibi, in quo non sola opera nudumque ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris pro facto accipi potest.

Nuda res.

¶ Nuda res.l.1.§.est autem. depositi,vocatur sola,sine fructibus,accessione & causa.

Nuda & imaginaria

¶ Nuda & imaginaria venditio pro non facta est, nec alienatio eius rei intelligitur. l. nuda.

ginaria venditio.

nuda.ff.de contrah. emptio. Et licet Alber. nudam venditionem exponat pro fictitia & simulata, videte si possit exponi pro sola voluntate facta,& verbo tenus sine conclusione & rei interuentu,& sine pretio. §. 1.& 2. de emptio. & venditio. in Insti. Lucas de Penna in l. cum supra.de re militar.lib.12.

Prospicere quid.

¶ *Prospexisse*,id est prouidisse,seu consuluisse,vel cauisse:& hoc cum datiuo, vt hic, & in l.3.in fi.ibi,si prospicere.ff.vsufructuar,quemadmod.caueat.l.2.§.1.ibi, & tam publicis vtilitatibus , quam priuatorum per hoc prospicitur. ne quid in loco public. fiat. Et iterum facientibus prospicitur,in l.1. §. 1. ff. de his qui deiecerunt. Et in illa stipulatione prospiciendum est coheredi eius.l.heredes.§.in illa. ff.familiæ.

¶ Idem si in accusatiuo cum præpositione:vt in eam quoq; rem prospexit.l.1.ff.de alienatio.iudic.Consequens enim fuit prætorem etiam in hunc casum prospicere.l.si vero. §. hoc edictum. ff.de his qui deiecer.

Prospicio pro aspicio.

¶ Licet prospicio idem sit,quod aspicio,quasi procul respicio,cogito,præuideo,præsentio.l.verum.§.Iulianus.ibi,æs autem alienum graue,quod non prospexit posse euenire.ff. de minor.l. sed & si.§. si feriæ. ibi, solemnium enim feriarum rationem haberi non debere, quia prospicere eas potuerit,& debuerit.ex quib.caus.maior.l.si vero. §. prætor. de his qui deiecer.

Seruitus prospectus.

¶ Inde seruitus prospectus,& ne prospectui officiatur,elucidatur per Iurisconsul.in l.in ter seruitutes.& l.seq.ff.de seruitutib. vrbanor.prædior.& per Cepolam in tract. de seruitu. vrbanor.prædior.c.34.& doct. in §.æque. de actio.in Instit.

Deinde dictio quid.

¶ *Deinde*,id est postea,deinceps.de qua dictione scripsi in l.appellatione parentis.sup.eo.

IDEM LIBRO VIGESIMOSEXTO AD QVINT. MVTIVM.

LEX CENTESIMA VIGESIMATERTIA.

Verbum ERIT interdum etiam præteritum,nec solum futurum tempus demonstrat. quod est nobis necessarium scire.Et cum codicilli ita confirmati testamento fuerint, QVOD IN CODICILLIS SCRIPTVM ERIT,vtrúmne futuri temporis demonstratio fiat,an etiam præteriti?Si ante scriptos codicillos,quis relinquat : quod quidem ex voluntate* disponentis interpretandum est.Quemadmodum autem hoc verbum EST non solum præsens, sed & præteritum tempus significat : ita & hoc verbum ERIT non solum futurum , sed interdum etiam præteritũ tempus demonstrat.Nam cum dicimus, L. TITIVS SOLVTVS EST OBLIGATIONE,& præteritum & præsens tempus significamus:sicut hic, L. TITIVS OBLIGATVS EST. Idemque fiet,& cum ita loquimur , TROIA CAPTA EST. non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum.

**Alias,scribentis.*

¶ Sensus huius legis est,quod verbum Erit futuri temporis,interdum etiam præteritum continet:& hoc,quando apparet ex voluntate scribentis:vt si quis dicat, Quod in codicillis scriptũ erit,confirmo.si codicilli iam erant facti,erunt confirmati.Huic conuenit, quod scribitur Ecclesiastæ 1. c. Quid est , quod fuit? ipsum quod futurum est. quid est quod factum est?ipsum quod faciendum est.ac eiusdem Ecclesiast.3.c. Quod factum est,ipsum permanet:& quæ futura sunt,iam fuerũt,&c.Et sic regulariter verbum Erit significat futurum, sed interdum quoque præteritum,vt declarat Alber.hic,& Iurisconsul.in l.si vxori.§.fi. ff. de auro & argen. lega. vbi sic inquit: illa verba, quod domi meæ erit,sic accipi solere, id est esse solebat.& hoc probat: Quemadmodũ,inquit tex.dictio Est præsens & præteritum denotat, vt Lucius Titius solutus est obligatione, & præteritum & præsens significamus, videlicet quod de præterito fuit liberatus, hodieque est liberatus : sic dicemus in verb. Erit, vt præteritum & futurum significet. Et in hoc verb. Est non repetitur dictio interdum, vt in verb.Erit.De hoc videte Bar.in repet.l.omnes populi.in 6.q.princip.versic.quid de tempore.nu.64.ff.de iustit. & iure. Ias. in l. si quis filiabus. §.1.no.1. ff.de lega.1.plene scripsi in l. verbum oportebit. supra eod.

Est præsens & præteritum denotat.

Iurisconsulti est scire vim verborum.

¶ Colligere possumus ex hoc tex.ibi,*quod est nobis necessarium*,quod Iurisconsul.necesse est scire vim & significationes verborum,vt etiam attestatur in l.1.ff.si certum peta. Quamobrem nec vereantur nostri iuris interpretes in his operam suam impendere,maxime circa iuris propria quædam vocabula , vt declaratione tali præfata , addatur vtilitas , & verbi effectus.

¶ Adhæc colligite ibi,*ex voluntate disponentis interpretandũ est*. quod testamenta & dispositiones testantium interpretandæ sunt ex mente & voluntate testatorum , arguendo videlicet

eet & sumendo coniecturas tam ex illa dispositione,quam ex consanguinitate,dilectione, & consuetudine patrisfamil.testantis,& alus quæ scribuntur in l.si seruus plurium. in fi. ff. de lega.1.l.duo sunt.de testam.tutel.l. heredes palam.§.sed & si notam.de testam.

Codicilli qui.

¶ *Et cum codicilli*. Codicilli sunt quædam vltimæ voluntatis dispositio tam in scriptis quam sine facta,absque tamen heredis institutione.Et dicuntur codicilli, quasi parui codices.l.fi.C.de bonis libertor.fere semper in plurali,rarissime in singulari.l.non est sine liberis. infra eodem. Nempe si quis oblitus fuerit aliquid in testamento , codicillos conficiet: vel si noluerit condere testamentum , aut impeditus fuerit, etiam codicillos conficere poterit,in quibus non fit heredis institutio. Vnde quidã eos ita definiunt,esse voluntatis nostræ iustam sententiam sine heredis institutione.declarat Azo in titul.de codicillis.& in C. de iure codicillor. Et regulariter in hac patria testamenta omnia dicuntur codicilli, quandoquidem in his heredis institutio non fit : sed consuetudo facit eos heredes , quibus defert bona.

Codicilli Imperiales.

¶ Alias dicuntur Imperiales codicilli, literæ creationis patritij, & in quibus quis efficitur patritius.§.filiusfamil.Insti.quib.mod.ius patriæ potesta.soluit.l.fi.C.de consul.lib. 12.

Codicilli pro literis.

¶ Codicilli quoque generaliter dicuntur literę & diplomata Principis,in quibus de officio prouidetur.l.administrantes res Principum ex indulgentia eorum, licet citra codicillos à tutela,itemque à cura tempore administrationis delata excusantur.ff.de excusa.tutor. l.fi.§.viros. C. vbi senator. vel clarissimi.

¶ *Confirmati*, id est approbati, roborati. l. lege obuenire. infra eod.vbi alia de hoc verbo dicemus.

Demonstrat quid.

¶ *Demonstrat*,id est ostendit.probatur in l.pronuntiatio.versic.seruientium.& l.iusta interpretatione.& l.pueri.ac l.bonorum. 2. infra eod.

Demonstratio quid sit.

¶ Hinc demonstratio est quędam qualitatis rei legatæ ostensio non necessaria,vt in rub. ff. de conditio. & demonstra. & in l. demonstratio.ibidem. vt si dicam. Lego infortiatum, quod habui à Diogene, illa falsa demonstratio non vitiat legatum,vt ibi: & frustra rei demonstratæ adiicitur demonstratio.l.1.in fi.ff.de dote prælega.

Sermo pro clausula.

¶ *Sermo*,pro clausula,seu locutione.sic accipitur in l.anniculus.1.§.1.& l.in vulgari.in fi.l. pronuntiatio.in princip.& l.qui venenum.§.fi.infra eod.

PROCVLVS LIBRO QVINTO EPISTOLARVM.

LEX CENTESIMA VIGESIMAQVARTA.

Hæc verba, ILLE AVT ILLE, non solum disiunctiua,sed etiam subdisiunctiua orationis sunt. Disiunctiuum est,veluti cum dicimus, AVT DIES, AVT NOX EST: quorum posito altero,necesse est tolli alterum:item sublato altero, poni alterum. Ita simili figuratione verbum AVT potest esse subdisiunctiuum. Subdisiunctiuorum autem genera sunt duo . vnum , cum ex propositis finibus ita non potest vtrunque esse, vt possit neutrum esse:veluti cum dicimus, AVT SEDET, AVT AMBVLAT. Nam vt nemo potest vtrunque simul facere,ita aliquis potest neutrum:veluti is qui accumbit. Alterius generis est,cum ex propositis finibus ita non potest neutrum esse,vt possit esse vtrunque:veluti cum dicimus, OMNE ANIMAL, AVT FACIT, AVT PATITVR. nullum enim animal est,quod nec faciat,nec patiatur:at potest simul,& pati, & facere.

¶ Ista lex declarat orationem disiunctiuam , & subdisiunctiuam , in prima parte dicens hanc particulam Aut nõ disiunctiuam tantum,sed etiam subdisiunctiuam. In secunda parte ibi, Disiunctiuum est, &c. declarat disiunctiua esse , quorum vno posito necesse est alterum tolli , & vno sublato necesse est alterum poni : vt aut dies est , aut nox. In tertia parte ibi,Ita simili.concludit dictionem Aut posse etiam disiunctiuã esse. Quarta pars ibi,Subdisiunctiuorum.docet duo genera esse subdisiunctiuorum.primum quando simul vtrunque esse non potest,neutrum tamen esse potest:vt si dicamus,Aut Rex sedet, aut ambulat: non potest simul vtrunque facere,sed neutrum sic,si forte in lectica vel in lecto iaceat,aut si stet. Vltima pars ibi,Alterius generis.docet subdisiunctiuum alterius generis esse,quando vtrunque simul esse potest,& non potest neutrum esse:vt omne animal aut facit,aut patitur. nullum enim est animal,quod nec faciat,nec patiatur.etiam potest animal simul pati & facere: vt equus ducendo currum facit & patitur. idem si grauiter onustus sarcinam quandam perferat.Et fit disiunctiua per dictiones Aut,Vel:& vocatur alternatiua simplex & propria per Bar.in l.si quis ita.2.ff.de auro & argen.lega. vbi possunt aliquot vtilitates videri,& per

Bar.

Bar. Calepium in l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dub. scripsi regul. cum limita. in l. sæpe. supra eod. quæ omnia hic pro repetitis habeantur.

Ponere quid. ¶ *Posito altero*, id est appositio. Ponere siquidem est locare, & constituere. Gallic. *mettre* dicimus. l. Celsus scribit: si quis merces quas vehendas conduxit, in horreo posuit. ff. ad exhib. l. 3. §. penul. ibi, is qui ius aquæ quotidianę habet, vel fistulam in riuo ponere, &c. de aqua quot. l. 3. de seruit. rustic. prędior. §. tertij. in proœm. ff. l. quid tamen. §. sed & si stagni. quib. mod. vsusfruc. amitta. quod facit ad intellectum titul. ff. de his qui deiecer. vel effuder. l. si vero. §. prętor ait. vbi prętor statuit, ne quis in subgrunda, protecto, vel supra eum locum quo vulgo iter fiet, vel in quo consisteretur, id positum habeat, cuius casus nocere alicui possit. & postea declarat ibi, Positum habere etiam is recte videtur, qui per se quidem non posuit, vel ab alio positum patiatur: quare si seruus posuerit, dominus autem positum patiatur, non noxali iudicio dominus, sed suo nomine tenebitur. & §. prętor ait. & seq. l. Titia. §. fi. de auro & argen. lega.

Positū habere.

Statuæ vtilitatem habent. ¶ Statuę habent aliquam vtilitatem, si quo loco opportuno ponantur. l. statuę. de vsufruc. ff. & concedi solet, vt imagines & statuę, quę ornamento reipub. sunt futurę, in publicum ponantur. l. fi. ff. de loco public. l. inter. in fi. famil. ercisc. und. l. 2. §. quod de. ff. de administra. rerum. l. si legatum. de oper. public.

Ponere ædificiū ¶ Ponere ędificium, construere, ędificare. l. Iulia. 2. ff. de rei vindica. ibi, nec enim debuit in alienum certus ędificium ponere. sed hoc ei concedendum est, vt sine dispendio domini areæ tollat ędificium, quod posuit. l. si area. ff. de condict. indeb. vbi prius dicit ponere, postea ędificare. Inde ędificium deponere dicimus pro destruere, demoliri. l. si arborem. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior.

Positum ædificium. ¶ Positum ædificium. l. æquissimum. §. sed nec. ff. de vsu & habitatio.

Positū in arte. ¶ Positum in arte. l. Labeo. 1. supra eod. In magistratu positus, id est constitutus. l. 3. §. tractemus. ff. de arbitr.

Iusponendi. ¶ Ponendi ius. l. quemadmodum. in princip. ff. ad legem Aquil. ibi, si laqueos eo loci posuisses, quo ius ponendi non haberes.

Rationes ponere. ¶ Ponere rationes. l. 1. §. sed si fideicommissaria. ff. si quis testam. ibi, arbitrum ex continenti dandum, apud quem ratio ponatur: qui computationem ineat, & ratio reddatur, vt elucidat l. si pure. ff. de fideicommissar. liberta.

Ponere pro cōcedere. ¶ Ponere pro concedere, fingere: vt ponamus eum talem esse. l. cum autem. §. item si legatum. ff. de ædilit. edicto. ibi, ponamus enim talem esse, qui capere aliquid in testamento non potuerit. l. at si quis. §. sed pone me testatum. de religios. Inde solemus dicere, pono casum, vel facti speciem.

Arborem ponere. ¶ Ponere arborem, id est plantare. l. si arborem ponat, vt luminibus officiat. ff. de seruitu. vrb. anor. prædior. l. fi. finium regundor.

Ponere pro apponere. ¶ Ponere pro apponere, adiicere. l. in omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur. ff. de reg. iur. & l. eum qui Calendis. §. quotiens. ff. de verb. obliga.

Ponere pignori. ¶ Ponere pignori, obligare, dare in pignus. l. seruus magidem. ibi, pignori eam posuit. ff. de condict. indeb.

Ponere spiritū. ¶ Ponere spiritum, deponere, emittere. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter vir. & vxor. ibi, & si quidem posit apparere: quis autem spiritum posuerit, &c.

Positiones quæ ¶ Positiones. l. 1. §. fi. ff. de iustit. & iure. Huius studij duæ sunt positiones, id est species, vt in §. fi. illo titul. exponitur per Theophil. Et aliis variis modis per rhetores. Et plerunque dicuntur pronuntiata cuiusque scientiæ ac disciplinæ propria, quæ in controuersiam non veniunt: sed ponuntur veluti certissima à præceptoribus in arte tradenda. Quo verbo illi voluerunt ibi vti: quoniam hæc tanquam prima principia esse voluerunt.

Positiones apud dicanicos quomodo capiātur. ¶ Inde solent quoque dicanici positiones, alia tamen significatione conscribere, quibus pars respondere tenetur. c. 1. de confess. in 6. vbi est optima glo. ad hoc. Et impertinentes positiones vocant, quæ non pertinent ad causam, nec eam adiuuant, vel prosunt. Bar. & alij in l. si duo. §. idem Iulia. ff. de iureiur. & doct. in c. fi. de confess. lib. 6.

Apponere accusatorem. ¶ Apponere accusatorem, adhibere, & (quod vulgo dicimus) curare se per tertium citandum collusionis gratia. Budę. in foren.

Apponere, adiicere. ¶ Apponere, adiicere, iuxta ponere. l. Arethusa. ff. de statu homi. ibi, hęc conditio libertati apposita iam implenda mulieri est.

Appositum pro apto. ¶ Appositum interdum pro apto, accommodato: vt in l. proinde. in fi. ibi, nam Iulianus ait, etiam traditiones ab herede factas ad id tempus redigi, quo hereditas adita fuerit, cum repudiatum fuerit legatum aut appositum. ff. si certum peta. Et quamuis doct. ibi dubitent: tamen puto quod si heres tradat rem legatam, illa traditio redigitur ad tempus aditę hereditatis, quia si legatum sit repudiatū, valebit traditio ab herede facta alteri quam legatario: si vero legatum sit appositum, id est accepratum, & commodum factum legatario, forte per euentum conditionis, illa traditio ab herede antea facta redigitur etiam ad tempus adi tæ

Intellectus l. proinde. ff. si certum peta.

tę hereditatis, vt legatum valuerit id temporis: & sic heres legatam rem non potuit alteri tradere. Iste videtur verus intellectus ad d. l. proinde. vt siue legatum sit repudiatum, siue factum commodum legatario, tunc traditio à die aditę hereditatis computetur, vt non valeat vel valeat, quasi retrofingatur valere.

Componere quid. ¶ Componere est disponere, & in ordinem redigere, simulque ponere, quod ab aliis factum est. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & §. quorum. in proœm. Instit.

¶ Alias componere est multas res apta quadam cohęrentia, & veluti harmonia simul iungere. l. 2. vbi Ias. ff. de orig. iuris. Hinc dicimus componi carmina, leges, orationes, necnon ædificia.

Componere sarcinas. ¶ Componere sarcinulas, parare, construere. l. ab hostibus. §. fi. ff. quib. exca us. maior. & est phrasis Iurisconsul. pro his qui volunt discedere, vel aliquo proficisci, ad iter se accingentes.

¶ Huic affine est componere pro connectere, vt l. 1. §. si cui. ibi, ne vtrunque compositum licitam summam excedat. ff. de variis cognitio. pro coniuncto & connexo.

Componere lapides. ¶ Componere lapides, ornare & construere ad ædificandum, vel congerere. l. si seruus seruum. §. si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri, si male composuit, & ideo lapsi sunt. ff. ad legem Aquil.

Compositum quid. ¶ Inde compositum dici potest confectum, factum. l. si cum dies. §. plenum compromissum appellatur, quod de rebus omnibus controuersiis ve compositum est. ff. de arbitr. iuncta l. sed & si compromissum. ibid. & in tit. de pact. inter emptor. & venditor. cōpositis, &c.

Componere pro pacisci. Transactio prohibetur in spiritualibus. ¶ Alias cōponere est pacisci, transigere. Inde transactione cōpolita, id est per transactionem sopita & confecta. l. vt sunt. infr. eo. Et compositio dicitur gratuita & amicabilis compositio: transactio vero fit aliquo dato, vel retento. quæ prohibetur in spiritualibus: sed cōpositio permittitur. c. super eo. & c. seq. ac c. fi. de trāsact. facit l. ab accusatione. ff. ad Turpillia. l. si ita fuerit libertas. §. penul. ff. de manumiss. testam. ibi, componenda enim est heredi libertatis celeritas præmatura pecuniarum solutioni. Alij ibi legunt Compensanda.

Exponere dicitio. ¶ Exponere, in l. 1. §. quod autem. ibi, sed si verecunde exposulēt, si sæuitiam, si duritiam, si famem, quæ eos comprimat, si obscœnitatem, in quam eos compulerint, vel compellant, apud præfectum vrbi exponant. ff. de offic. præfecti vrb. pro enarrare, explicare, edicere, exprimere. §. his ita. de iustit. & iure, in Insti.

¶ Imponere quid significet, scripsi in l. sæpe. supra eod. Interponere quot modis accipiatur, docui in l. hæc verba cui. supra eod.

Opponere quid. ¶ Opponere est contra, seu in aduersum ponere, obiicere. Et quia exceptio opponitur actioni, ob id reus dicitur opponere. l. 2. ff. de exceptio. Et exceptiones opponi. l. si filius. §. fi. ibi, exceptionibus quæ instituris in iudicio contra reos actionibus opponuntur, etiam is vti potest, qui ex sua responsione conuenitur. ff. de interrogator. actio. l. in personam. in fin. de pactis. lege, qui procuratorem. de procuratoribus. Inde opposita exceptione pro obiecta. l. si cum exceptione. §. cum qui. ff. quod met. caus. ibi, & consumi alteram actionem per alteram, exceptione opposita. l. aut si ante. de rei vindica. l. sed si priore. ad legem Aquil. l. si plurium. 2. in fi. de noxal.

Opponere probationes. ¶ Opponere probationes, idem. l. fi. ff. quod met. caus. ibi, sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere, id est afferre debet, & obiicere probationes contra illam præsumptionem.

Opponere aduersarium potentiorem. ¶ Opponere aduersarium potentiorem est substituere, subiicere, præbere. l. 1. ff. de alienatio. iudic. mutand. iuncta l. item. §. non tamen. ibidem. l. 3. §. penul. ibi, forte si quas impensas fecerit, vel si quam aliam incommoditatem passus erit, alio aduersario substituto. ibid.

Actus prohibitus in fauorem partis, ea non opponente valet. ¶ Et regulariter quando actus prohibitus est in fauorem partis, tunc ea non opponente valebit. Feli. in c. pastoralis. col. penul. de exceptio. quod est verum, si pars non negabat potestatem faciendi actum: alioqui non valebit actus, etiam si hæc verba negatiua dirigantur ad iudicem: vt iudex non possit facere, vel non valeat actus. Bar. in l. 1. C. de dila. glo. in regul. 1. verb. non potest. de regul. iur. in 6. Et dicuntur non negatiua protestatis, si dicatur in ordinatione: non concedat iudex, non admittat, non recipiat, non audiatur pars: tunc parte non opponente valebit actus, quia pars non contradicendo tacite consentit, teste Innocen. in c. quod ad consultationem. de re iudica.

Quis non contradicendo consentit. ¶ Idem in his, quæ sunt negatiua potestatis: vt non possit iudex, non valeat, nihil agit, irritum sit, & similia. Vnde quamuis citatio debeat fieri in facie, vel ad domum coram testibus. l. 1. §. 1. ff. de liber. agnoscend. & in tract. de cita. artic. 1. & 2. vbi scripsi: tamen etsi non fuerit ita facta citatio, valebit non opponente parte. Bar. & alij in rub. de in ius vocand. Et tenetur pars eligere domicilium. artic. 24. & l. nihil. ad municipal. alias non debet audiri, si hoc opponatur: alioqui contra. Ita licet quis non possit ius sibi dicere, nec suis. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. omnium iudic. si tamen pars non opponat, non infringitur iudicium: vt asserit Paul. & alij ibidem, & doct. in c. postremo. de appella. ac Purpura. in q. 1. de

Citatio non facta secundum ius, si pars non cōtradicat, valet, & iudicium non infringitur.

offic.assessor.nu.56.vbi alia adducit similia.

Productio quarta testium non seruata solemnitate valet.

¶ Item non opponente parte valebit quarta productio testium omissa solemnitate. c. vltra tertiam.de testib.doct.in c.in causis.ibidem.Et ex præmissis dicebam, quod licet vna tantum dilatio detur ad producendum auctorem,quem garandum dicunt, vt patet in dictis ordinatio. nouissimis , & habetur in titul. de dilatio. tamen non opponente parte valebit secunda dilatio. Sic & vna dilatio datur ad probandum , ibidem. Tamen si pars non opponat,valebit iudicium,etiam si tres dentur dilationes,vt ibidem scripsi in 3.tomo commentar.in consti.Reg.Gallic.

Productio testium post publicationem valet.

¶ Præterea valet productio testium post publicationem parte non opponente. glo. in clem.2. in verb. producere. de testib.Bar.in §.item si vassallus. de controuers. inuesti. Imo probatio contra sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam,facta,si pars non opponat,valet,Innoc.in c.cum Bertoldus.col.2.de re iudica.Panor.in c.cum contingat.col.5.de offic. delega.refert Feli.in c.inter monasterium.col.8.nu.16.ibidem.

Petitorium nõ prosequitur nisi possessorio discusso.

¶ Adhæc non potest pars quæ succubuit in possessorio , prosequi petitorium,nisi possessorium fuerit prius integre decisum , & pars illi plene satisfecerit.titul. de caus. benefic. possesso.Si tamen pars quæ obtinuit, non opponat , valebit petitorium. Et ita seruatur in forensi iudicio,vt ibi scripsi in 3.tomo commentar.in constitutio.Reg.Gallic. artic.12.

Oppositio in obiecto.

¶ De oppositione in obiecto tractat l. seruo manumisso.ff.de condict.indeb. dum dicitur,seruus manumissus.quia si seruus sit,ergo non manumissus:si manumissus, non est seruus. Idem in l.si seruo.C.de senatusconsul. Silania.

Præpono quid.

¶ Præpono,id est ante pono,vel præfero.l.miles.§.socer.ff.de adulter.ibi,quare non iniquè repellitur,qui commodum dotis vindictæ domus suæ præponere non erubuit.

Præpono pro præficio.

¶ Præpono,præficio.l.1.§.nautam.ff.nautæ,caupo.ibi, sunt quidam in nauibus,qui custodię gratia nauibus præponuntur. Inde omnes qui præsunt, præpositi rectè vocantur, & qui priorem curam quandam super alios gerunt.c.quamuis.cod.titul. Vnde præpositus alicui negotio,præfectus,qui curam huius negotij gerit.l. si institorem. in fin. ff. si certum peta.l.1.de exercitor.actio.ibi, eum qui magistrum naui imposuit teneri , vt tenetur qui institorem tabernę vel negotio præposuit.

Præpositi laborum qui.

¶ Præpositi laborum vulgo dicuntur *porteurs d'enseignes* , teste Chassa. in catalo. glor. mundi,in 1.parte,conclus.49.& considera.20.in 9.parte. Labarum speciem esse vexilli , declarat glo,in rub.ibidem.

Præpositi laborum.

¶ Sed præpositos laborum dicit Alciat.& Pyrrhus esse illos , quibus mediastini omnes, alijque Imperatorię domus opifices subessent,à labore sic dicti. cuiusmodi nos magistros dicimus.Pyrrhus in rub.de præposit.sacror. scrinior.

Præpositus agentium in rebus.

¶ Præpositus agentium in rebus is dicitur , qui præest his qui in rebus Principis agunt, id est qui res Principis curant,vt declarat patruus meus Iacob. Rebuff. & alij in rub. C. de præpos.agent.in reb.lib.12.& in rub.de susceptor.præpos.& arcar. lib.10.hos quoque docet Chassa.in catalo.glorię mundi, dici posse,qui præsunt ducentis aut quadringentis nobilibus,seu militibus Regis.

Præpositus carceri.

¶ Præpositus carceri.l.carceri.ff.de custod.reor.Gallic. dicitur *geolier* : commentariensis, *garde de prison*.l.ad commentariensem. C. de custod.reor. qui si pretio corruptus sine vinculis agere custodiam,vel ferrum, venenumve in carcerem inferri passus est , officio iudicis puniendus est.ibidem,& per totum titul.ff. de custod. reor. & conductor Regius tenetur hunc commentariensem alere , vt censuit senatus me præsente in magna claue , anno 1535.die 16.Nouembris.

Arestum.

Præpositus sacri cubiculi.

¶ Præpositus sacri cubiculi dicitur is , qui præest his , qui lectum Principis custodiunt. Gallic.vocatur *le grand chambellan*.Rebuff.in rub.de præposit.sacri cubicul.Alij simpliciter vocantur *chambellans*.quo officio decorari solent baillini & seneschalli.

Præpositi sacrorũ scriniorum.

¶ Præpositi sacrorum scriniorum vocantur secretarij,à secretis: vt in rub. de præpos.sacror.scrinior.lib.12.Aliter declarat Budę.in annota.ad Pandectas,comparans eos magistris requæstarum,quem sequitur Pyrrhus in lib.1.de magistra.Romanor.& Iurisconsul.ait:philosophos , grammaticos , rhetores & medicos immunes esse non solum à præfecturis gymnasiorum,sed & frumenti , vini & olei emptionis. id est philosophi , & alij ibidem conscripti non sunt præficiendi ad emptionem vel curam vini & olei: imo ab his immunes sunt,quia parum hoc negotiationis genus curant viri literati , minusque forent cauti huiusmodi negotiatores.l.si duas.§.sint autẽ.alias est in l.sed & reprobari. ff. de excusa.tutor.

Præpositio dat legẽ contrahentibus.

Et præpositio certam legem dat cõtrahentibus.l.1.§.igitur.ff.de exercitor.actio. nam si aliquis fuerit præpositus vendendo oleo , certum est non habere potestatem in aliis. Obid præpositio certam legem dat contrahentibus,vt debeant contrahere super eo, in quo sunt præpositi , & non in alio. Et Vlpia. ait sic: communis enim omnis rationis est præpositio diei & cõsulis in initio posita,ideo edi debet.l.si quis ex argentariis.§.si initiũ.ff.de edend.

Præpositus quis.

¶ Præpositus etiam apud nostrates vocatur is,qui certum habet officium seculare , iudicis

dicis cõmuniter agens partes,in prima instãtia.vulgo appellamus *preuost*.De cuius officio multa statuũtur in const.Reg. Gallicis,tit.*des seneschaux,baillifz,preuestz,& leurs lieutenans.*

Præpositus pro eo,qui habet dignitatẽ ecclesiasticam.

¶ Præpositus etiam dicitur habens in ecclesia dignitatem,quæ est interdum maior post Pontificalem,vt Tholosę:& quando sit officium simplex aut dignitas,aliquando quoque archidiacono vel decano maior,in hoc inspicitur fundatio ecclesię,& consuetudo,vt docent domi.de Rota decis.451. fuit dubitatum in no. Alias (vt dixi) est officium in ecclesia, de quo loquitur tex.in c.1.de ętate & qualita.c. cum inter canonicos.de elect. Et de præposito Magalon.loquitur tex. in c.cum olim. de re iudica. scripsi in praxi benefic. in 2. parte bullæ dispensa.

Præpositura pro dignitate.

¶ Inde præpositura dicitur illa dignitas,seu officium.c.cum nostris.de conces.præb.c.1. de consuetud. lib. 6. Et quamuis omnes qui præsunt , præpositi rite vocentur:vsus tamen obtinuit eos vocari præpositos , qui quandam prioratus curam super alios gerunt. cap. quamuis.eod.titul. in decretal.

Præpositus mercibus.

¶ Alia significatione præpositus mercibus,institor vocatur.l.seruus. ff. de vsu & habita. l.habebat quis seruum merci olarię præpositum Arelate.de institor.actio.

Præponere Calendario.

¶ Hinc præponere Calendario. l.cius.in princip. ff. si certum peta. exposui in l.cum bissextus.supra eod.

Præponere pro substituere.

¶ Et præponere,id est substituere,exponit glo.in l.1.§.quid tamen. ff. de exercitor. actio. ego nihilominus exponerem ibi præficere:nam substituendo præficit,vt ibi patet.

Proponere pro constituere.

¶ Proponere,id est constituere,concedere,dare,introducere, promulgare.l.1.ff. si pars heredita.peta.ibi,post actionem,quam proposuit prętor.l.1.de fideicommissar.hereditat.petitio.vbi glo.l.1.ne quis eum qui in ius vocat.est.l.1.§.secundo edictum proponitur in eos. ff.de postuland.l.2.de interrogator.actio.l.si quis.§.senatusconsulto.de religios.l.3.§. vtilitas.de itinere.l.in conuentionalibus.de verbor.obliga.l.1. §.interdictum. de mortuo infer. l.qui nomine. de falsis.l.1.si mensor falsum mod. dixerit.

Proponere pro ostendere.

¶ Proponere, palam facere,ostendere.l.si quis id quod propositum erit,dolo malo corruperit.ff.de iurisd.omn.iudic.l.1.§.item cum ex edicto peremptorio, quod neque propositum est,neque in notitiam peruenit.ff.quæ senten.sine appella.rescind.

Proponere pro afferre in medium.

¶ Proponere, in medium afferre,adducere, & ob oculos ponere. l. proponebatur. ff. de iudic.l. Attilicinius. ibi , hi qui ex fundo Sutriano aquam ducere soliti sunt , adierunt me, proposueruntque,&c.ff.de seruitu.rusticor.prędior.l.5.§.proponitur autem apud eum species talis.ad legem Aquil. Vnum interim proposuisse contentus ero.l.ita.§.penul. ibidem. Et Iurisconsulti,maxime Scęuola , soliti sunt respondere secundum ea,quę proponerentur.l.Lucius.ff.famil.erciscund.l.fi.de condict.indeb.l.qui Romę.de verbor.obliga.

Proposĩti cuius sit.

¶ Propositi.l.cum hi.§.in persona.ff.de transactio.ibi,in persona eius à quo alimenta relicta sunt,hęc erunt spectanda,quibus facultatibus sit,cuius propositi,cuius opinionis. id est cuius voluntatis intentionis ve fuerit.Et sic propositum dicitur animus, voluntas , intentio mente vel verbis concepta.l.1.§.sed vtrum.ibi,si vero laudator huius propositi,tenetur.de seruo corrupto.

Proposita.

¶ Proposita.l.metum.magna.§.sed ex facto.ff. quod met. caus. ibi , vt siue actione vellet aduersus Campanos experiri,esse propositam.id est introductam,datam, constitutam.

Proponere pro dicere, allegare.

¶ Proponere,dicere,allegare.l.si cum exceptione.§. aliquando tamen etsi metus adhibitus proponatur.ff.quod metus caus.l.verum.§.quod si minor.ibi,proposui maiorem.

Proponere pro promulgare.

¶ Proposuit,id est promulgauit edictum prętor,naturalem ęquitatem secutus. in l. 1. ff. de minor. Inde propositum.l.penul.ff.de falsis.

Propositũ prætoris pro intentione.

¶ Propositum prętoris,id est intentio.l.3.§.sed vtrum.ibi, nequaquam fuit prętoris propositum. Prætor enim minoribus auxilium promisit,non maioribus.ff.de minor.l. si quis nec causam,nec propositum fœnerandi habuerit. si certum peta. l. rogasti.ibi,quod si non fuit hoc proposito,vt venderem.ibidem.l. de interdicto. de aqua quotidia.l.aliud est promittere furem. & l.fugitiuus.infra eod.

Proponere dicitur actor,reus vero opponere.allegatur tex.in l.1.in fi.ff.de iurisdictio. omnium iudic.tamen per supradicta reus etiam interdum proponere dicitur.

Proposito delinquere quid sit.

¶ Proposito delinquere,est de industria,consulto,præmeditato,studiose,instituto,data opera,seu (vt Græci dicunt) *γνησίως καὶ ἑκόντως*.id est,cum quis prudens scienſque quicquam admittit.lege , respiciendum. in fin. ff. de pœnis. Et Iurisconsul. pro dictione proposito, prudens scienſque interpretari videtur in l. qui ædes. ff. de incendio. Alibi dicitur sua voluntate,l.furtim.ff.arbor. furtim cæsar.

Propositio apud dialecticos quid.

¶ Propositio secundum dialecticos est oratio verum,aut falsum significans. vnde Iurisconsul.ait in huiusmodi propositionibus non propriis verbis nos vti.l.si tibi.ff.si cert.pet.

Postpono.

¶ Postpono,quasi post me, id est est retro pono,dimitto : vt cum dicimus,omnia postponere debemus,vt præceptis dei obtemperemus:quia præstat mori , quam malo consentire.l.isti quidem.ff.quod met.caus.

Repono.

¶ Repono.l.ripatum.ff.de rerũ diuis.ibi,retiasi ecare,& ex mari deducere,onus aliquod

in his reponere.id est collocare,recondere,apponere.l.debitor.ibi, deinde redacta ex venditione rei hereditariæ centum in arca reposui.ff.de negot.gest.l.quæ religiosis.circa fi.ibi, vt alibi reponerentur.de rei vindica.

Reponere pro iterum ponere.

¶ Reponere,iterum ponere,restituere.l.illud.quod met.caus. l. seruitutes. §. si sublatum sit ædificium, ex quo stillicidium cadit, & in eadem specie & qualitate reponatur, vtilitas exigit,vt idem intelligatur.ff.de seruitu.vrbanor.prædior.l.quæ religiosis.ff.de rei vindica. l.sequitur,§.ideoque.de vsucapio.ibi,si seruus meus rem mihi surripuerit, deinde eandem suo loco reponat,poterit vsucapi.

Reponere pro restaurare.

¶ Reponere, restaurare : in locum vitium demortuarum alias ponere. l.omnino & in ædificandis ædibus, & in reponendis propagandisque vineis. iuncta l. 3. ff. de impens. in reb.dotal.fact.

Reponere, reficere.

¶ Reponere,reficere.l.2.§.item Varus.ff.de aqua pluuia arcend.ibi,vt eum reponat, vel reponi sinat.

Sepono pro seorsum pono.

¶ Sepono,seorsum pono,segrego,remouco.l.si finita.§.postea.in fi.ff.de damno infect. ibi,sepositio eo,quod quibusdam vel ætate, vel qua alia iusta causa subuenitur.

Sepono pro repono.

¶ Sepono,pro repono,segrego.in l.debitor.ff.de negot.gest.vbi Iulia.scribit in eo verti quæstionem,vt animaduertamus,an iustam causam habuerim seponendorum centũ, &c.

Superpono.

¶ Superpono & suprapono idem est, & nota est significatio, quæ probatur in l. quod conclaue.ibi,verisque porticum superposuisse.& ibi, cui superposita. ff. de damno infecto.

Suppono.

¶ Suppono,expono.l. 1. §. 1. ff. de minor.ibi, nam cum inter omnes constet fragile esse, & infirmum huiusmodi ætatis consilium,& multis captionibus suppositum, multorumque insidiis expositum.Sed ne idem verbum repeteret, primo dicit suppositum, postea expositum.

Supponere pro dare.

¶ Supponere pro dare. Vnde si obstetrix suis quidem manibus supposuit venenum, videatur occidisse:si vero dedit,vt mulier sibi offerret,in factum actionem dandam. l. item si obstetrix.ff.ad legem Aquil.vbi prius vtitur verb.dedit,postea supposuit.& ibi in §.1. dicitur,quemadmodum obstetrix supponens teneatur.

Supponere pro subdere vnum pro alio.

¶ Supponere est subdere vnum pro alio, subiicere. Et ideo si quis merces supposuerit, vel obligatus auerterit,vel corruperit,eque stellionatus reus erit.l.3.§.sed & si quis merces. ff. de crimi. stelliona. Et hoc obseruant Aegyptij seu Bohemij, qui dum ostendunt sericum,vel alias bonas merces, postea emptione concluſa supponunt alias, & dum eas plicant,emptori tradunt. sed cauete,ne plicent post emptionem.l.si mandauero.2.§.si hi quorum.manda.

Suppositus partus.

¶ Inde suppositus partus,adulterinus, pro vero positus. & accusatio suppositi partus nulla temporis præscriptione depellitur:nec interest decesserit,necne ea,quæ partum subdidisse cõtendatur.l.qui falsam.ff.de falsi.vbi primo verb. supponere vtitur, demum subdidisse,vnum pro alio ponens vocabulum.Et de partu suppositio soli accusant parentes,aut hi ad quos ea res pertineat,non quilibet ex populo publicam accusationem intendat.l.lex Cornelia.ibidem.De quæstione etiam suppositi partus,vel si petat hereditatem,quem ceteri filij non esse fratrem suum contendunt,quæstio de seruis hereditariis habebitur.l. extraneo.ff.de quæstio.facit l.auferrur.in princip.ibi,suppositus declaratus est.ff.de iure fisci. l.cum suppositi partus. vbi doct. C.de falsis.

Suppositia persona pro subiecta.

¶ Suppositia persona,subiecta,in locum alterius posita.l.seruus.in fi.ff.de pœnis.ibi,eos quoque delatoris pœna ex sententia senatusconsul. tenet, qui per suppositam personam delatori causam dederunt.Et alibi dicitur,quod à præside,vel à procuratore, vel quolibet alio in ea prouincia in qua administrat, licet per suppositam personam comparatum est, infirmato contractu vindicatur, & æstimatio eius fisco infertur. lege, aufertur. §. quod à præside. ff. de iure fisci. Quam etiam personam interpositam vocat Iurisconsul.in l.obligari.§.sed & si per interpositam personam rem pupilli emerit.ff.de auctorit.tutor. alia scripsi in l.hæc verba cui.supra eod.

Suppositus iurisdictioni.

Suppositus iurisdictioni,id est subiectus. l. 1. si quis in ius vocatus fideiussorem dederit in iudicio sistendi causa non suppositum iurisdictioni. ff. si quis in ius vocat.non ierit.

Supponere pignori.

¶ Supponere pignori,id est obligare. Inde suppositio,pignoris obligatio. l. cum tabernam.§.1.ff de pignor.accipitur quandoque pro submittere, substituere.

Animal.

¶ *Animal*,vide in l.mouentium.supra eod. & l.quæreret.& l.ferri.eod. quod licet genus sit rationalis & irrationalis, vulgus tamen vix hominem solet animal appellare, nisi contumeliæ causa,cum stupidum significare vult. vnde vulgari sermone vocando quempiam *grand animal*,iniuriam intulisse videmur,quæ fit animo.l.si non conuitij.ff.de iniur.

Aduocatus postulãs stat, & iudex sedet.

¶ *Sedet*. Nota est huius verbi significatio, opposita verb. stare. nam qui sedet, non stat. Stare debent aduocati,cum postulant.l.quisquis.in fi.C.de postuland.nisi fuerit doctor,secundum Alber.ibi. Consuetudo quoque Franciæ est, vt aduocatus postulans stet, iudex autem sedeat.l.1.C.de offic.ciuil.iudic.l.fi.de offic.diuersor.iudic.§.sedebunt.in authen.de iudic.

iudic.c.fi.de re iudica.lib.6.colla.6.Laici vero stare,nec in choro sedere debent.c.1. de vita & honesta. clericor.

Sedere pro placere.

¶ Alias sedere,id est placere.l.3.ibi, quando nostræ sederit maiestati.C. de consul. lib. 11. vbi Lucas de Penna.l.si fideiussor.in fin.ff.qui satisda.cogant.ibi, si hoc iudici sederit.

¶ Inde sedes,de qua scripsi in §.1. de nominatio. Reg. in concorda. in verb. sedes. & de multiplici sede scribam in l.in lege censoria.infra eod.

Residere pro remanere.

¶ Residere,id est remanere,habitare.l.lege.ibi, quia nihil penes eum residere oportet. ff. de lege commissor.iuncta l.seq.vbi in vna dicitur resident,in altera remanet. & sic accipitur in toto titul.de cleric.non residen.

Ambulat.

¶ *Ambulat*. Huius verbi nota est significatio. Veruntamen aduertendũ est hoc verbum interdum ad homines referri,vt hic,& l.1. ibi, ambulandi hominis. ff. de seruitu. rusticor. prædior. Vnde stipatores,qui Regẽ præcedunt in comitatu,vocat Martial.anteambulones:

Anteambulones.

Sum comes ipse tuus,tumidique anteambulo Regis.

De hoc verbo loquitur Iurisconsul.in l.verbum facere.infra eod.

¶ Alias hoc verbum respicit res:nempe cum vlterius effectum suum res producit & extendit,nec desinit,sed vadit,dicitur per metaphoram ambulare. Caius Iurisconsul.ait, per plures personas emptionem ambulare.l.sed vbi. ff. de minor. Iniuriarum & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulant.l.tutelas.ff. de capit. deminutio.& ambulabit stipulatio,dicit Vlpia.in l.sed & si quis.alias est l.adhuc.§.si operas.versic.proinde.ff.de vsufruc.Ambulauerit possessio per multos.l.sed & si lege.§.perinde. ff. de petit. heredita. Dos & donatio æquis passibus ambulant,ait Iustinian. in l. fi. §. finautem. C. de donat.ante nupt.

Potestas legis dicitur ambulatoria.

¶ Et potestas legis dicitur ambulatoria.l.erit.ff. de fund. dotali. Et ambulatoria defuncti voluntas vsque ad vitæ supremum exitum,id est duratura.nec enim exponi potest pro transitoria,vt voluit Alber.l.cum hic status.§.pœnitentiam.ff.de donatio.inter vir.& vxor. l.4.de adimend.lega. Ambulatoriam conditionem,ait Papinia.in l.seruus si heredi.ff.de statuliber. Ambulatoria furti actio,in l.fi.§.1.C.de furtis.

Ambulatoria cõditio, & furti actio.

¶ Ambulatoria porticus, ad deambulandum parata. lege, sicuti. §. primo. ff. si seruit. vindicet.

IDEM. LEX CENTESIMA VIGESIMAQVINTA.

Nepos Proculo suo salutem. Ab eo qui ita dotem tibi promisit, CVM COMMODVM ERIT, DOTI FILIAE MEAE TIBI ERVNT AVREI CENTVM:putasne protinus nuptiis factis dotem peti posse? quid si ita promisisset? CVM POTVERO, DOTI ERVNT. Quòd si aliquam vim habeat posterior obligatio, POSSIT, verbum quomodo interpretaris,vtrum ære alieno deducto,an extante? Proculus putat:cum dotem quis ita promisit,CVM POTVERO, DOTI TIBI ERVNT CENTVM:existimo ad id, quod actum est,interpretationem redigendam esse.nam qui ambigue loquitur,id loquitur,quod ex his, quæ significantur, sensit. propius est tamen, vt hoc eum sensisse existimem, quod deducto ære alieno potero. Potest etiam illa accipi significatio, cum salua dignitate mea potero. quæ interpretatio magis accipienda est, si ita promissum est:CVM COMMODVM ERIT, hoc est cum sine incommodo meo potero.

Intellectus legis, Nepos Proculo.

¶ Tres habet partes. in prima salutatio ponitur. in secunda quæstio bimembris ibi, ab eo.in tertia ibi, Proculus putat. respondet prius secundæ quæstioni, deinde primæ.

¶ Sensus huius legis est, quod si quis promiserit marito centum aureos nomine dotis filiæ suæ,cum commodum erit,illa verba intelliguntur quando sine incommodo poterit, deducto ære alieno,saluaque dignitate, quando non constaret de alia disponentis mente: sed eo casu existimarem ad id quod actum est,interpretationem redigendam.

¶ Item si pater filiæ nomine centum doti ita promiserit, cum commodissimum erit: Aiteius scripsit Seruium respondisse,cum primum sine turpitudine & infamia dari possit, deberi.l.auus.§.fi.ff. de iure dot.

¶ Idem putarem si diceret,quando erit mihi vtile,promitto:vel quando sine detrimento meo,vel damno potero:vt in c.2. de consti.

¶ Non absimile est si dicatur, cum potuero. hoc enim intelligetur etiam salua dignitate,& deducto ære alieno,& quando commode:vt hic,& inferius abunde explicabitur.

Effectus legis, Nepos Proculo.

¶ Ex cuius legis interpretatione sequentes insurgunt effectus. Primus est, quod si quis promiserit interpretari Codicem vel Institutiones, cum poterit, vel ei commodum erit: non debet statim post promissionem præcipitari, & rerum necessariarum administrationem intermittere, vel omnibus dimissis negotiis promissioni deservire: nec rursus tam longum tempus exigendum est, vt quandiu viuat, interpretatio protrahatur: sed tempus modicum, scilicet quo possit absq; magno suo detrimento interpretari. tex. optimus in l. si peculium, in fi. ff. de statuliber. qui tex. plurimum confert ad intellectum huius legis. Et puto hoc totum esse relinquendum arbitrio boni viri, id est iudicis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obliga. qui debet inspicere debitam rem, & debiti quantitatem, & patrimonium debitoris, modumque, ac creditoris & debitoris qualitatem. Ex quibus cognoscet, quando promissori commodum erit & opportunum. l. 2. ff. de re iudica.

In commoditate inspicitur regionis consuetudo.

¶ Item per istam legem consului cuidam rustico obligato ad centum sextaria frumenti, cum ei commodum erit, quod ea dare non teneretur ante messium recollectionem, nisi foret ei commodum. quod per se non præsumitur. Veruntamen in hac commoditate putarem consuetudinem regionis, ac personæ qualitatem inspici debere, vt pro positione patrimonij, & sine vexatione, & incommodo viuere possit. l. 3. ff. de annuis lega. facit l. Quintus. 2. §. cum aurum. de auro & argen. lega.

Electores debẽt statim superiori præsentare electionem.

¶ Adhæc electores cum primum commode possunt, electionem superiori præsentare debent, vt confirmetur. c. quam sit, de elect. in 6. non dicuntur commode posse, si importunitate niuium & aquarum premerentur, vt ibi, & c. cupientes, §. 1. vbi glo. in verb. commode. ibidem. doct. in l. 2. ff. si quis cautionib. per illum tex.

Vicario perpetuo prouidetur vt commode viuat.

¶ Præterea vicario perpetuo taliter prouidendum est, vt commode viuere possit. c. de monachis. vbi Panor, & alij, de præbend. c. 1. illo titul. in 6. & c. 2. de supplend. negligen. prælator. Et dicitur commode viuere posse, quando competenter & congrue habet. Dec. in c. peruenit. no. vlt, de appella. per glo. in d. c. vno. §. fine. de statu regular. in 6. doct. in c. extirpandæ. §. qui vero. de præb. scripsi plenius in tract. de congrua portio. ibi videte.

Promissio facta, cum quis poterit, quomodo intelligatur.

¶ Ita si quis promiserit, cum ei commodum erit, vel cum poterit: intelligitur cum poterit salua dignitate sua, vt dicit hic tex. Ideoque si promissor fuerit nobilis, non astringendus est vendere pretiosiorem vestem, vt promissis satisfaciat, vel supellectilem, equos, aut alia sibi necessaria. horum enim subtractione detraheretur suę dignitati. vnde Iurisconsul. ait, Quid est habere facultatem repetendi seruos? respon. si habeat pecuniam, ex qua liberari potest. nam non debet cogi vendere res suas, vt soluat pecuniam, & repetat seruum, in l. si seruus depositus. §. 1. ff. de noxal.

Promissio facta à milite quomodo intelligatur.

¶ Si miles quoque eodem modo promiserit, relinquenda sunt ei arma, quę non sine dedecore possunt ab eo auferri. Et qui ea alienat, aut amittit, capite puniendus est. l. desertorem. §. miles. ff. de re militar. l. qui commeatus. §. arma. ibidem.

Praxis huius Regni pro scholasticis.

¶ Ita si scholasticus promiserit, relinquendi sunt ei libri, & sacerdotibus breuiarium & missale, per istam glo. singularem hic. nam sine his esse non potest, salua sua dignitate.

Pro decima Papali calices & cruces non capiuntur.

¶ Imo hodie per istum tex. iuncta glo. praxis inoleuit in hoc Regno, per quam si debitor sit scholasticus, vel clericus, pro executione rei iudicatę non capientur libri, nec bona sua mobilia, nec breuiarium presbyteri: vt Ias. pulchre scribit in §. item Seruiana. de actio. in Iusti. & ego plene in scholasticor. priuileg. 113. & fusius in tract. de liter. obligator. artic. 2. in 1. tomo commentar. in consti. Regi. Gallic. vbi tradidi regulam cum extensio. & limita.

¶ Item pro decima Papali, quę imponitur super beneficiis, non debent exactores ipsius, calices, libros, aut alia ornamenta ecclesię diuinis officiis deputata accipere, vel distrahere. per tex. in clem. vlt. de decim, licet aliquando contrarium obseruetur in perniciem animarum eorum tale quid agentium.

¶ A simili, quãdo rusticus ita promisit, quando poterit: non debent aratra capi, ligones, boues, vel mulę aratorię, nec alia id generis instrumenta necessaria, l. executores. cum authen. ibi posita. C. quę res pignor. obligar. possunt. vt dixi in d. tract. de liter. obligator. artic. 2.

Illud possumus, quod iure possumus.

¶ Colligere multa possumus ex hoc tex. ad quę per doct. allegatur, iuncta glo. Primum videlicet, nos illud posse, quod commode possumus: nos vero illud non posse censeri, quod cum incommodo nostro fieret. Vnde vsufructuario eas seruitutes dominus præstare non debet, quę cum aliquo incommodo præstarentur. l. 1. in fin. ff. si vsusfruct. peta. Ita sunt quędam personę, quę condemnantur, quatenus facere possunt: facere autem posse dicuntur, deducto ere alieno, & salua eorum dignitate. l. sunt qui, cum l. seq. ff. de re iudica.

Mercator promittens in nundinis soluere, si commode possit, quomodo intelligatur.

¶ Item si mercator promiserit in nundinis soluere centum, dum commode possit: non dicetur commode posse; si merces ibidem emere non sit ei liberum, & referre domum, quibus postea valeat ex negotiatione sua sustentari: sed tunc posse dicitur, si mercibus emptis pecuniam habeat otiosam.

¶ Secundo

Illud facere nõ possumus, quod iuri communi refragatur.

¶ Secundo colligitur nos id facere non posse, quod iuri communi refragatur: vt nemo facere potest, quin leges in suo testamento locum habeant. l. nemo. ff. de lega. 1. licet per restitutionem obtineri possit beneficio Principis, vnde Vlpia. ait: si is qui in integrum restitui potest, abstinuerit se hereditate, an quandiu poterit in integrum restitui, existimamus constitutionem cessare, quia non est certum ab intestato neminem successorem extare? est tamen verius admittendam constitutionem. l. 4. §. 1. ff. de fideicommissar. liberta. facit l. & si fine. de minor. & l. vlt. in fi. de condict. in debiti. Corset. in singul. incipien. facere. gl. & doct. in l. postquam liti. C. de pactis.

Quod fit cum dispensatione, dicitur fieri non posse.

¶ Tertio id fieri non posse dicitur, quod cum dispensatione fit: veluti dicitur quem duo beneficia habere non posse, licet ea possit obtinere ex dispensatione. c. gratia. de rescrip. in 6. clem. gratiæ. de rescrip. scripsi in praxi benefic. in 2. parte de dispensa. facit tex. in l. idem Iulianus. §. fi. ff. de lega. 1. ibi, quoniam commercium eorum nisi iussu Principis non sit. glo. in c. ventum. 1. q. 1. & ibi glo. in verb. non possumus. Vnde si quis promiserit aliquam ducere in vxorem, si possit, non tenetur dispensationem petere, si illa sit consanguinea, vel alias prohibita, vt cum ea matrimonium contrahat, quamuis dispensatio valeat obtineri. Illud enim impossibile censetur, quod ex dispensatione fieri potest. allegatur Innocen. in c. pastoralis. de caus. possess. & Barba. consil. 56. à Ioue. col. 7. in 3. vol. & consil. 7. illud. col. 5. in fin. vol. 4.

Prælatus dicitur, qui iure est factus.

¶ Quarto allegatur ad hoc iste tex. Illud possumus, quod de iure possumus. l. recte. vbi Iacobi. ff. de iudic. Et ille dicitur comes vel prælatus, qui de iure: vt scripsi in præfa. ad l. vnã. C. de senten. quæ pro eo quod interest. nu. 75. & seq. & ille dicitur tutor, qui iure datus est. l. 3. ff. de testam. tutel. facit c. conuenior. in fi. 23. q. 8. glo. in c. quamuis. in verb. continuatis. de offic. ordinar. lib. 6. Alexand. consil. 122. nu. 5. in 4. vol.

Turpe & inhonestum quod est facere non possumus. Dominus operas turpes à liberta vel ancilla non exigit. Id fieri non debet, vbi est animæ periculum.

¶ Quinto hunc tex. doct. ad hoc adducunt, nos id facere non posse, quod turpe & inhonestum est. comprobant per l. filius. ff. de conditio. instit. Angel. in tract. de malefic. in glo. & dictus Titius se defendendo. Vnde operas turpes non potest exigere patronus à liberta, vel dominus ab ancilla. l. eius. ff. de oper. libertor. & inquit Callistrat. his verbis: eæ demum impositæ intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine periculo vitæ. nec enim si meretrix manumissa fuerit, easdem operas patrono præstare debet, quamuis adhuc corpore quæstum faciat. nec arenarius manumissus tales operas, quia istæ sine periculo vitæ præstari non possunt. Nec quis facere debet id, in quo vitę periculum vel animę mest. Preces quoque tales non valent, & similes sunt matri filiorum Zebedęi. Ita nec promissiones, quia sunt contra bonos mores. l. non est obligatorium. de regul. iur. in 6.

Dominus loci alicuius adigens suos subditos ad turpia, perdit ius suũ. Quod cum infamia fit, illud dicimur nõ posse.

¶ Sic loci dominus, baro vel alius non debet adigere suas subditas ad turpes operas: alias priuaretur iurè superioritatis. §. fi. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. illo tit. Bal. in d. l. 2. & l. quod ex libertate. C. de oper. libertor. Guid. Pape decis. 62. incipien. Si quis baro.

Illud quis non potest, quod fit cum dedecore.

¶ Sexto id posse non dicimur, quod inhoneste, vel cum infamia possumus. l. filius. ff. de conditio. insti. vt si quis me ad cœnam inuitauerit, cui promisero interesse, postea velit me ducere ad lupanar, vel ad locum inhonestum, non teneor accedere. nam hoc salua dignitate mea non possum, nec saluo honore & honestate. l. si cum dies. §. sed & si in aliquem. ff. de arbitr. vbi idem dicitur in citato, si arbiter ad locum inhonestum me comparaturum citauerit, vt comparere non tenear.

Illud non possumus, quod facile exequi non potest.

¶ Septimo quoque illud non possumus, quod non nisi cum dedecore, aut verecundia possumus. c. vno. an ille qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat. iuncta glo. vbi decidit illum, qui sine dedecore in curia esse non possit, amittere feudum, vtpote si suum interfecit fratrem. facit l. sicut. §. si voluntate. ibi, inuerecunde. ff. quib. mod. pignus vel hypoth. soluit. & l. in eadem. in fi. ibi, vt sine dedecore in publico apparere non possint. ff. ex quib. caus. maior. Et Guido Pape in decis. Delphi. q. 253. si quis dedit. facit authen. si quis liberos. C. de natural. liber. Ita vsurę, quę vix sine rubore exigi possunt, non petentur. l. 3. in fi. ff. de vsur.

Actio de dolo

¶ Sic etiam doli actio cessat aduersus parentes: quia sine rubore à filiis in eos intentari non posset. l. non debet. ff. de dolo. Nec vsura hodie exigi sine peccato potest, vt supra dixi l. vsura. Idem in exceptione doli, & alia quæ parentis aut patroni opinionem apud bonos sugillat, vt aduersus parentes à liberis opponi non possit. l. apud Celsum. ff. de doli exceptio. l. sed si hac. §. prætor. de in ius vocand.

Illud non possumus, quod facile exequi non potest.

¶ Octauo illud non possumus, quod facile exequi non possumus. Vnde Iurisconsul. dicit municipes possidere non posse: quia vniuersi consentire nõ possunt, scilicet facile. text. iuncta glo. in l. 1. §. fi. ff. de acquir. possess. l. vna. de libert. vniuersita. l. sed est quęsitum, an is qui generare facile non possit. ff. de liber. & posth. l. 2. §. deinde quia difficile. de orig. iur. vbi difficile dicit ibi Cagnol. esse, quod cum multo labore, & longo tempore fieri potest: sicut actus in curia. allegat Aristotel. lib. 1. politicor.

¶ Item de dolo actio nõ datur contra municipes: quia dolum committere non possunt.

non datur contra municipes.

l. sed si ex dolo. §. 1. ff. de dolo. Impossibile vero dicitur, quod omnino fieri non potest. l. cum sane. ff. de his qui deiecer. vel effuder. vbi glo. alia iura adducit. facit l. cum mandato. de minor. vnde Vlpia. sic ait: neque enim minori imputare possumus, cur non deseruit accusationem, vel cur abolitionem nõ petierit: cum alterum si fecisset, in Turpillianum incideret, alterum non facile impetretur. l. qui cum maior. §. 1. ff. de bonis libertor. l. si autem. de negot. gest. Si tamen facile Princeps concederet restitutionem, solet imputari non petenti. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. ibi, plane ei ad quem dominium transit, impetrabile est. nam si docuerit prædiis suis aquam debitam, & si nomine eius fluxisset, à quo dominium ad se transit, indubitate impetrat ius aquæ ducendæ. nec est hoc beneficium, sed iniuria, si quis forte non impetrauerit. Et idem ait Vlpia. in l. 3. §. quid ergo. ff. de contrar. actio. tutel. ibi, si quidem non postulauerit à prætore, vt promatur pecunia, vel hoc minus deponatur, sibi imputet: si vero hoc desiderauit, nec impetrauit, dicendum est non deperire ei vsuras in contrario iudicio. & Marcel. in l. penul. de cadauer. punitor. sic ait: & multis petentibus hoc Principes indulserunt. Et quando aditus Princeps hoc facile permisit parti, non petenti est imputandum. l. sed & si. §. hæc clausula. ff. ex quib. caus. maior. pulchre Georg. Nathan in repet. clem. sæpe. in 4. no. eod. tit.

Illud possumus quod iure possumus.

¶ Nono illud possumus, quod iuste possumus. c. faciat homo, 22. q. 2. Et (vt summatim dicam) quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & breuiter, quæ contra bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est. Paul. Iurisconsul. in l. filius. ff. de conditio. insti.

Posse vel non posse quando dicatur.

¶ Vltimo non posse vel posse quando dicatur, docet alibi Bar. in l. Gallus. ff. de liber. & posth. glo. & doct. in c. sciscitatus. de rescrip. Quod summe vtile esse potest his, qui fuerunt eo modo obligati vel condemnati, in quantum facere possunt: quia non faciendo ea, quæ sic facere non possunt, non sunt in culpa, nec pœna aliqua plectendi. Vnde Vlpia. docet non imputandum matri, si non petierit tutorem à Principe, vel conditionem remitti. l. 2. §. tractari. ff. ad Tertullia. ibi, nonne erit matri ignoscendum, aut hoc imputatur matri, cur non desiderauerit à Principe conditionem remitti?

¶ Non refragatur, quod in omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, præsenti die pecunia debetur. l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur. Sed hic non ita, nempe commoditatis ratio habetur. Et sic responderem istam regulam nõ hãbere locum, cum tacite esset tempus præstitutum, vel à iure intelligeretur, vt hic. Et illa regula solum intelligitur, quando simpliciter quis promisit: quia tunc nullum tempus tacite intelligitur fuisse adiectum, nimirum si præsenti die debeatur. Secus vbi promissum fuerit, quando commodũ erit, vel cum poterit, vel vtile erit, aut aliter: tunc enim proculdubio requiritur illa temporis commoditas, sicut dicimus in eo qui promisit dotem filiæ, quando nubilis erit ætatis. Porc. in §. omnis. Insti. de verbor. obliga. per l. qui filium. ff. vbi pupill. educar. debeat. Sequitur Dec. in d. regul. in omnibus. ff. de regul. iuris. & ista erit prima limitatio.

¶ Secundo, non procedit iste tex. si de contraria mente appareret, vt hic. & glo. hoc probat: quia mens disponentis est sequenda, vt in l. nominis. §. 1. supra eod. vbi docui.

¶ Tertio quando aliter actum est, & de eo constaret, vt hic in tex. ibi, *ad id quod actum est*, &c. Et Iurisconsul. ait: Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequimur, quod actum est. ff. de regul. iur.

¶ Ex primis verbis huius tex. colligitur modus scribendi Latine ad aliquos, vt quamuis nonnulli dicant causa humilitatis præponendum nomen eius, cui scribitur: tamen hic contrarium videamus, nomen scilicet scribentis prius apponi. confirmat. l. Nesennius. ff. de negot. gest. & in l. Nesennius. de re iudica. l. Attilicinius. de pact. dotal. & alibi sæpius in iure. Communisque is est honor, vt à principio salutemus. l. 2. vbi Rebuff. C. de proxim. sacror. scrinior. quod ipsi obseruant summi Pontifices, necnon alij Principes in suis diplomatibus, quæ salutatio prodest, vt scripsi in form. mandat. in concorda. in verb. salutem.

Salus quæ.

¶ Salus autem dicitur incolumitas. in l. si calumnietur. §. post Calendas Ianuarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur. infra eod. Inde salubritas. l. quid aliud. supra eod. Sanitas. in l. malum. §. viduam. infra eod.

A & Ab regulariter excludunt.

¶ *Ab eo.* Istæ particulæ A & Ab regulariter excludunt, siue respiciant tempus: vt à die porrecti libelli fieri debet contestatio, seu quis debet comparere: tunc dies termini & sententię non computatur. l. si ex duobus. iuncta glo. & ibi pulchre Imol. ff. de duob. reis. glo. in c. statutum. de præb. in 6. Bal. consil. 461. in 3. vol. & Panor. in c. super eo. 2. de appella. Siue etiam respiciant rem. l. ratio. siue datio. iuncta glo. ff. de actio. emp. & ibi addidi.

¶ Inclusiue tamen quandoque sumuntur, vt in rub. vt ab illustrib. & qui super eam dignita. col. 5. & in rub. C. vt actio. ab heredib. & contra heredes incipiant. plene explicat Oldrad. consil. 49. consueuit. notate tex. in l. sed si hoc. in fi. ff. de conditio. & demonstra. sic in quientem: cum vir vxori si à liberis non nupserit, in annos singulos aliquid legauit, quid iuris si illudia. respondit posse mulierem nubere, & legatum capere. quod si ita scriptum esset,

esset, si à liberis impuberibus non nupserit, legem locum non habere: quia magis cura liberorum, quam viduitas iniungeretur. & exponitur ibi, Si à liberis non nupserit, id est si quandiu, & quatenus liberos habuerit, non nupserit, & eos non deseruerit: & tunc non valet legatum tanquam viduitatem inducens, vt scribit Alcia. lib. 7. parerg. cap. 21. dixi in meis no. interpreta.

¶ *Deducto ære alieno*, id est detracto. & variis sumitur modis, quos scripsi in l. qui neque ducantur. supra eod.

¶ *Extante*, id est existente. Extare enim pro esse, constare, vel superesse ponitur. l. extat de cretum. ff. quod met. caus. & l. extat. de iure fisci, & aliis in multis legibus.

¶ *Salua dignitate.* Ex hoc tex. colligitur legem vel ordinationem intelligendam salua dignitate: adeo quod lex videtur in dubio salua dignitate statuere. Et sic qui vult aliquem infamem dicere, hoc probare debet. nam quis non efficitur infamis, nisi in lege expressim dicatur. l. 1. & per totum. ff. de his qui no. infam. & Iurisconsul. Paul. exponit alibi sine præiudicio, in l. Claudius. in fi. qui potior. in pign. habeant.

Infamis quis non fit, nisi per legem.

¶ Dignitas est auctoritas alicuius, cultu & verecundia & honore digna. Cicero lib. secundo. rhetor.

Dignitas quid sit.

¶ Dignitas accipitur aliquando pro conditione & statu, vt hic. Vlpia. & ait vsufructuarium vestire seruos debere secundum ordinem & dignitatem mancipiorum. lege, sed & si quid. §. sufficienter. ff. de vsufruc.

Dignitas pro conditione & statu.

¶ Sumitur interdũ pro potestate: quia præditus potestate eam digne gerere debet, ipsaque dignus esse. l. 1. ff. de offic. quæsto. Lucas de Penna in rub. C. de dignit. lib. 12.

Dignitas pro potestate.

¶ Potest tamen esse dignitas sine potestate, id est administratione: & hæc vocatur honoraria dignitas. l. fi. C. de dignit. l. 2. C. vt digni. ordo seruetur. eod. lib. 12.

Dignitas est interdum sine potestate.

¶ Aliquando accipitur pro fama. l. 3. C. de re milita. lib. 12.

Dignitas pro fama.

¶ De iure vero canonico est præeminentia quædam cum iurisdictione. c. de multa. de præbend. Et pro ordine. c. denique. vbi bona glo. 4. distinct. Aut pro potestate seculari. cap. administratores. 23. q. 5. dixi in praxi benefic.

Dignitas de iure canonico quid, vbi & pro ordine, ac potestate.

¶ Iurisconsul. alibi dicit Saluum ius sit, pro integro, & sic seruat ius. in l. mater. in fi. ff. de inoffic. testam. l. voluntate. quib. mod. pig. Et cum salua sana venero, pro incolumi conseruata, superstite. l. Publia. in princip. ff. depos.

Saluum ius.

¶ Salua res esse non poterit, pro conseruata. l. & eleganter. in princip. ff. de dolo. Saluæ merces. in l. 2. ad legem Rhodiam de iactu. Et reipublicæ interest mulieres dotes suas saluas habere, propter quas nubere possint. l. 2. ff. de iure dotium. Conseruari dicuntur dotes, in l. 1. soluto matrimo.

Saluæ merces.

¶ Item vsusfructus est ius fruendi vtendi rebus alienis salua substantia. l. 1. ff. de vsufruc. §. 1. Inst. eod. titul. Salua fide. l. quod Nerua. depos. Salua ratione recti sermonis. l. Plautius. in fi. ff. de auro & argen. lega.

Salua fide.

¶ Et prætor ait, Nautæ, caupo. stabularij quod cuiusque saluum receperint, nisi restituant, in eos iudicium dabo. l. 1. ff. nautæ, caupo. Et si rationem compensationis iudex non habuerit, salua manet petitio. l. quod in diem. in fin. ff. de compensa.

¶ Saluo manente agnationis iure. l. 3. C. de legitim. tutel. Adhæc pertinet hoc edictum ad eas capitis deminutiones, quæ salua ciuitate contingunt. l. 2. ff. de capit. deminutio. & in titul. ff. rem pupilli saluam fore. Saluo officio. l. penul. ff. de confess.

¶ Salua religione aliquid esse faciendum vult Iurisconsul. in l. fi. ff. de mortuo inferend.

Saluæ religione

¶ Ista clausula solet reseruare ius vtenti ea: vt si debitor vendat pignus consentiente creditore salua pignoris causa nõ liberatur pignus. l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pignus soluit. & saluo iure pignoris, ibidem.

Salua pignoris causa.

¶ Et iudex potest quem condemnare vel absoluere, saluo quod infra dicam. allegatur glo. singul. in l. item Labeo. in verb. si pure. ff. famil. erciscund. quam singul. no. Bal. in l. terminato. C. de fructib. & lit. expens. & Corset. in singul. incipien. saluo. & Barba. consil. 51. col. penul. in 1. vol. & Iaf. in l. non solum. §. morte. in fin. ff. de noui oper. nuntia.

¶ Et pro confirmatione præfatæ glo. tex. est in l. 1. ff. ad legem Falcid. & ibi Alexand. & Vincen. no. & tex. in c. Raynaldus. vbi Barba. de testam. Et si emphyteuta vendiderit rem emphyteuticam, saluo iure dominij, decidit Iaf. in l. 3. C. de iure emphyteu.

¶ Iudex solet recipere articulos vel positiones, saluo iure impertinentium & non admittendorum: vt per doct. in c. præsentium. de testib. lib. 6. Ita collatores conferre solent beneficia, saluo iure illorum: vt scripsi in praxi benefic. in formul. colla. in 1. parte. alia in addi tio. ad dictionar. Alberic. conscripsi.

Iudex recipit articulos.

¶ *Ambigue*, id est dubie. Ambiguum dicitur, quasi quod in ambas partes duci possit, quando videlicet est obscurum. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. l. pupillus. in fi. ibi, verbum suum ambiguum est. infra eod. c. 1. de iudic. lib. 6.

Idem

IDEM LIBRO SEXTO EPISTOLARVM.

LEX CENTESIMA VIGESIMASEXTA.

Si cum fundum tibi darem, legem ita dixi: VTI OPTIMVS, MAXIMVSQVE ESSET: & adieci: IVS FVNDI DETERIVS FACTVM NON ESSE PER DOMINVM PRAESTABITVR: amplius eo præſtabitur nihil. Et ſi prior pars, qua ſcriptum eſt: VTI OPTIMVS, MAXIMVSQVE SIT: liberum eſſe ſignificat, eoque ſi poſterior pars adiecta non eſſet, liberum præſtare deberem: tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, quod ad iura attinet, ne quid aliud præſtare debeam, quam ius fundi per dominum deterius factum non eſſe.

¶ Intellectus huius legis eſt, quod ſi ego tibi donem fundum, vti optimus maximuſque eſt, debeo eum præſtare liberum. non enim dicitur eſſe optimus, niſi ſit liber. Si tamen adiecero ius fundi deterius non eſſe factum per me dominum, tunc ſufficit me non impoſuiſſe ſeruitutem, aut quod ius fundi non fecero deterius: quemadmodum ſcripſi in l. qui vt optimus. ſupra eod.

Promiſſum præſtandum.

¶ Ex his verbis in tex. ibi, *præſtabitur*, &c. colligitur quod promiſſum præſtandum eſt, & nil vltra, facit l. contractus. ff. de regul. iuris. ibi, hoc ſeruabitur, quod in initio conuenit. Adhæc ſi conueniat, vt in depoſito culpa præſtetur, rata eſt contractus conuentio. Contractus enim legem ex conuentione accipiunt. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſ. tamen à tempore moræ tenebitur debitor in plus, vt in l. quod te. & l. cum fundus. ff. ſi certum peta. l. mora. de vſur. Alibi de his tractabitur.

Contractus ex conuentione legem accipiunt.

Si clauſulæ duæ inſertæ ſint in cõtractu, vtraque operatur.

¶ Secundo colligitur ex hoc tex. quod ſi in vno contractu duæ fuerint infertæ clauſulæ, vtraque debet operari, & effectum ſuum ſortiri: licet quidam has ſe inuicem impedire dicant, quorum opinio conuincitur in hoc tex. in quo declaratur clauſula, Vti optimus maximus: quæ ſignificat liberum debere eſſe fundum, qui ſic promittitur, vti opt. maximuſque eſt, vt abunde ſcripſi in l. qui vti. ſupra eod. Verum quia ibi hoc erat tantum elucidatum, opus non erat alia declaratione, ne lex ſuperflua eſſet: tamen Iuriſconſultus hic adiecit, Quid ſi quis huic clauſ. Vti optim. maximus, adiunxerit ius fundi deterius factum non eſſe? & reſpond. tex. hoc eſſe præſtandum, videlicet quod promiſſor non fecit ius fundi deterius: alia præſtare non oportet.

Venditor tenetur de ſuo facto & de ſuo auctore.

¶ Aduertendum eſt tamen ad glo. final. quam ſingul. exclamat Franciſ. Cremen. ſingul. 157. vnus ſocius. vbi dicit quod venditor & is qui promiſit ſe de ſuo facto tantum teneri velle, vel ius per dominum fundi deterius non eſſe, tenetur non ſolum de ſe, ſed de ſuo auctore, quod eſt verum de auctore vniuerſali: ſecus de ſingulari. vt ſi ab aliquo emiſſet, vel is vendidiſſet ea lege promittens ius fundi à ſe deterius factum non eſſe, ſi erat impoſita ſeruitus per auctorem ſingularem illius non tenetur: ſecus vbi fuiſſet vniuerſalis ſucceſſor. quod eſt notandum. tradit Bar. in l. ſi ſeruus. in 2. ff. de condict. furti. vbi Alex. in additio. nam obligationes actiuæ & paſsiuæ tranſeunt in heredem, & fideicommiſſarium. l. 1. ff. ad Trebell. Alex. conſil. 118. attentis. col. 2. in 6. vol. Decius conſil. 281. viſo puncto. in 2. dubio. quippe illa clauſul. *De ſuo facto tantum vult teneri*: cenſetur poſita ad excludendum perſonas extraneas, non autem heredem, vt concludit Hippol. ſingul. 475. non eſt nouum.

Eodem verbo quis poteſt vti pluries in eadẽ lege vel oratione.

¶ Tertio colligi poteſt ex hoc tex. non eſſe inconueniens eodem verbo pluries vti in vna & eadem lege vel oratione, vt Iuriſconſul. hic quater repetit verbum præſtare, & in l. munus. infra eod. ter, ac l. quotiens. rem ratam haberi. ſepties, atque in l. cum res. ff. de lega. 1. Vlpia. idem repetit verbum præſtare quater decies. Et Iuriſconſ. ſexies verbum deprehenda tur in l. 3. & ſeq. de furt. Et verbum edat in l. ſi. communia prædior. Et quater verbum conſtitui in l. non eſt mirum. ff. de pignoratit. actio. & ſexies verbum cedere in l. id quod. §. ſi. communia prædior.

Præſtare quomodo capiatur.

¶ Præſtare pro præbere, dare, exhibere, efficere, concedere accipitur hic. Vnde dicitur, quicquid detrimenti negligentia tua fecit, præſtes. l. nam & Seruius. §. mandato. ff. de negot. geſt. l. ſi quis mandato. ibidem. Omnia enim facta magiſtri debet præſtare, qui eum impoſuit. l. 1. §. magiſtrum. ff. de exercitor. actio. l. ex qua perſona. de regul. iuris.

Præſtare ſe ad arrogandum.

¶ Preſtare ſe ad arrogandum. l. ſi à domino. §. 1. ff. de petit. heredita. l. illud, ad legem Aquil. l. funeris. 1. de religioſ. l. in ſumma. de re iudica.

Præſtare cuſtodiam, diligentiam, præſentiã mercedem, venenum.

¶ Preſtare cuſtodiam. l. 1. §. ſed & cuſtodiam. ff. de pericul. & commod. rei vend. Præſtare diligentiam. l. 2. ibidem. Præſtare præſentiã eius, quem exhibet. l. ſi. infra eod. Præſtare mercedem. l. idemque. de actio. emp. Præſtare venenum pro medicamento. l. qua actione. §. Celſus. ff. ad legem Aquil.

¶ Præſtetur vſusfructus. l. 1. ff. ſi vſusfruct. petat. Præſtare acceſſum ad rem, quæ legatur.

Præſtare vſum fructum, acceſſum, ſeruitutẽ, penſionem, viã.

tur. l. binas. ff. de ſeruitu. vrba. prædior. Præſtare ſeruitutem. l. ſi mihi. 1. in princip. ibi, nihi lominus hanc ſeruitutem mihi præſtare debebis. ff. de ſeruitu. ruſtic. cor. prædior. Præſtare penſionem. l. ſuperficiario. ff. de rei vindica. ibi, vt certam penſionem præſtet. Præſtare viam vicinus proximus debet, cum via publica fluminis impetu, vel ruina amiſſa eſt. l. ſi locus. in fi. ff. quemadmod. ſeruit. amittant.

Præſtare vacationem militiæ, veram æſtimationem, operas.

¶ Præſtare vacationem militiç muneriſque. l. munus. ſupra eod. & noxiis ſolutum præſtare, l. hęc ſtipulatio. infra eod. Præſtare veram æſtimationem. l. in tribus. de iudic. Præſtare operas, exhibere, ſoluere, implere, dare. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. l. ſi quis pro eo. de fideiuſſor.

Heres non eſt cogendus ad præſtationem legati vbique.

¶ Ad præſtationem legati, id eſt ad ſolutionem heres non eſt compellendus, niſi eo loci vbi habet maiorem partem bonorum. l. ſi fideicommiſſum. in princip. ff. de iudic. iuncto §. fi. & l. cum res. de lega. 1. Et in omnibus bonęfidei iudiciis cum nondũ venit dies præſtandæ pecuniç. ibidem. Et ſic debet intelligi rub. de lega. præſtand. & l. quod ait. de noxal. l. inter. §. quod ex facto. famil. erciſcund. l. ſi plures. de lega. 3. l. generaliter. de vſur.

Intellectus rub. de leg. præſtan. & l. quod ait. de noxal.

Præſtare aduocationem, poſtulare. l. puto. §. fi. ff. de poſtuland. Præſtitit damnum. l. fi. §. fi. ff. quod met. cauſ. id eſt damnum dedit. Fidem præſtare, eſt quod promiſimus dare, vel facere, vel placitis ſtare. l. furti. §. mandati. ff. de his qui no. infam. l. epiſtola. de pact. l. 3. de iure fiſci.

Præſtare aduocationem, damnum, fidem.

¶ Præſtare pro efficere exponit Budæ. in l. 2. circa fi. ibi, cum ab Adriano viri prætorij peterent, vt ſibi liceret de iure reſpondere, reſpondit eis hoc non peti, ſed præſtari ſolere. ff. de orig. iuris. ſed videte, an ibi poſsit exponi pro concedi.

Præſtare pro efficere.

Præſtare culpã

¶ Præſtare culpam eſt ſatisfacere, quod ſua culpa euenerit. l. Iulia. §. in his. ff. de actio. empti. Inde præſtatio, perſonalis actio. l. item Labeo. §. fi. ff. famil. erciſcund. ibi, iudiciũ ex duobus conſtat, ex rebus atque ex præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones. per quem tex. ego dicerem huiuſmodi præſtationes eſſe perſonales actiones, quibus conuenitur coheres vel ſocius ad id ſoluendum ſiue præſtandum, in quo erat obnoxius. l. ſed & ſi lege. §. petitio. ff. de petitio. hereditа. l. 1. communi diuid. Per iſtas actiones petitur damnum datum in re communi, exactio debitorum hereditatis ab altero herede facta, & fructuum & impenſarum recompenſationes ab eo, cum quo rem communem habemus, ac ſi de illis inter nos conueniſſet præſtandis. l. 1. & l. in hoc. communi diuid.

Præſtetur dolus.

¶ Præſtetur dolus. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. ibi, illud nulla pactione effici poteſt, ne dolus malus præſtetur. id eſt pacto remitti non poteſt, ne damnum dolo malo datum petatur, & ſarciatur.

Præſtare probationem, ſumptum, pietatẽ. Subſtantia obligationum in quo conſiſtat.

¶ Præſtare probationem, probare. l. ab ea parte. in fi. ff. de proba. Præſtare ſumptum, præbere. l. ſi procurator. ff. de iure fiſci. Præſtare patri pietatem filius debet. l. ſi filius. ff. de probatio.

¶ Obligationum ſubſtantia in eo conſiſtit, vt obſtringant nos ad dandum, faciendum aut præſtandum. l. 3. ff. de actio. & obliga. vbi dandi obligatio ſegregatur ab obligatione præſtandi. quod declaratur in l. 2. ff. de verbor. obligationib.

Præſtare pro reſtituere.

¶ Præſtare, reſtituere. l. item ſi verberatum. §. 1. ibi, an hoc reſtituere debeat, & puto præſtaturum. ff. de rei vindica. l. heres. de petitio. hered.

Præſtare rationem.

¶ Præſtare rationem pro reddere. l. penul. §. ſi quis. iuncto §. fin. ff. de ritu nuptiar. vbi in vno §. dicitur reddere, in altero præſtare.

Præſtare pro impendere.

¶ Præſtare pro impendere. l. ſi quis negotia aliena gerens pluſquam oporteat impenderit, recuperaturum eum id quod præſtari debuerit. ff. de negot. geſt.

Præſtare pro cedere.

¶ Præſtare pro cedere. l. nam & Seruius. §. mandato. ibi, vt actiones tuas præſtes. ff. de negot. geſt. l. vlt. rem pupilli ſaluam fore. l. licet. in fi. nautæ, caupo. ſtabular. ſecundum ſubiectam materiam, veluti cum iungitur nomini, actiones: vt l. item videndum. & l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. ff. de petit. hereditа. l. Iulianus. 1. ff. de rei vindica. l. ſi mandato. de fideiuſſor. & l. cum is. ibidem. l. cum fundus. in fi. ſi certum peta. Vel præſtari actiones, id eſt competere. l. actiones aduerſus patrem filio præſtari non poſſunt. ff. de actio. & obliga.

Præſtare pro ſarcire.

¶ Et præſtare debet exercitor omnium nautarum ſuorum, ſiue liberi ſunt, ſiue ſerui, factum. id eſt ſarcire damnum prouenens illorum facto. l. debet. ff. nautæ, caupo. ſtabular. & Valla lib. 6. c. 16. dicit, Præſtare eſt prohibere, ne cui fiat aliquid incommodi, & ſi non prohibuerint, ſatisfacere: vt venditor debet præſtare vitium rei, quam vendit. id prohibere atque efficere, ne emptor damni quid faciat. Alioqui ſatisfacere, vel præſtare vitium rei, eſt quanto minoris res eſt ratione vitij ſatisfacere. facit l. quotiens. ff. de ædilit. edicto.

Præſtare pro tradere.

¶ Præſtare pro tradere exponit Iuriſcon. in l. ex empto. ibi, imprimis ipſam rem vendito rem præſtare oportet, id eſt tradere. ff. de actio. empti. l. obligationum ſubſtantia. de actio. & obligatio.

Tantundẽ præſtare.

¶ Tantundem præſtare, eſt æquipollens dare, vel res tantundem præſtat, id eſt æquipollet,

let,tantum valet,tanti eſt.l.certum.in fi.ibi,nil referre ait Pedius, an proprio nomine res appelletur, an digito oſtendatur, an vocabulis quibuſdam demonſtretur, quatenus mutua vice res fungantur,quæ tantundem præſtent.ff.ſi certum peta. Vel præſtare,eſt excellere, ſuperare. Recte præſtari,elucidatur in l.aliud eſt capere.in fi.infra eod.

Præſto, præſens,paratus.

¶ Præſto,præſens,paratus.l.ſi pariter.§.idem dicemus,& ſi duo pluresve domini eſſe dicantur,& quidam præſto ſint,quidam abierint.ff.de liberal. cauſ. lege 1.§.licentia.de adminiſtra. tutor.

Adiicere quid.

¶ *Adieci*, id eſt adiunxi. Adiicere eſt quaſi iuxta addere.l. impenſę.in fi.ibi, inſulæ dotali adiectum.ſupra eod.l.nomen filiarum. §. portionis. infra eod. vide in l. hęc adiectio. infra eod.vbi plenius ſcripſi.

Attinere pro pertinere.

¶ *Attinet.* Attinere pro pertinere, decere,conuenire.l.quod attinet ad ius ciuile.ff. de regul.iuris.l.1.§.ſi vir.de acquir. poſſeſſ.ibi, quid attinet dicere non poſsidere mulierem,cum maritus vbi noluit poſsidere,protinus amiſerit poſſeſsionem?

PAVLVS. LEX CENTESIMA VIGESIMASEPTIMA.

Veſtis appellatione tam virilis, quam muliebris:& ſcenica,etiam ſi tragica, aut citharœdica ſit, continetur.

¶ Veſtis appellatio generalis eſt,vt contineat & veſtes viriles & muliebres,aut veſtes ludorum gratia contextas,& denique omne veſtimentum.l.veſtis.& l.inter veſtem.ff. de auro & argen. lega. quam l.veſtis. fuſius explicat Laza. Baiſius in ſuis annota.ad illam legem. Et ſic tam lanea veſtimenta, quam ſericea & alia huius nomine venient, ſiue dicamus veſtem,ſeu veſtimenta:quippe ſua generalitate comprehenduntur omnia,quibus tegitur corpus.c.veſtimenta. de conſecra. diſtinct.1.& l.veſtimentum. de auro & argen.lega.l. quibus. §.ſi ego. de furt.

Veſtis vnde dicatur.

¶ Dicitur autem veſtis à vellere,quod eſt vniuerſę ouis lana:vel à velando,quod corpus noſtrum velet, ſecundum Varron. vel à Græco vocabulo ἑσθὴς,littera v, addita. Inde Græci ἑστίαν Veſtam deam nuncupant,quod totam teneat terram,domoſque prima ędificarit. Et veteres ἑστίας domos dicebant,ſiue ἱστίας,& ἀνέστιον qui ſine laribus,vel iniuſtum:vt apud Cælium lib. antiquar. lectio. 8. c. 38. & ſeq. & de veſtibus multa ſcribit idem Cælius libro 9. cap. 9. & ſeq.

Legatis veſtimentis omnia continentur.

¶ Ex qua elucidatione colligamus vtilitates ſequentes. Prima erit quoad legata, ſi quis Titio legauerit ſuas veſtes,omnes illi debebuntur, quæ tempore teſtamenti erant legantis. per d.l.veſtis.etiam ſi ſcillæ tantum erant,nondum ſutę apud ſartorem.l.& ſi non ſint.§.infecti.ff.de auro & argen.lega.

Vir poteſt retinere ſuæ vxoris mortuæ veſtes pretioſas.

¶ Secunda poteſt eſſe vtilitas,quod ſi teſtator donauerit ſuas veſtes vxori,vel alteri,is habebit omnia veſtimenta,vt hic. Aliàs mortua vxore vir poterit retinere veſtes vxoris pretioſas:quotidianas vero heredes vxoris habebunt: niſi ſit contraria conſuetudo, vt in hac patria. Bar.in l.penul. §. ſeruus vxori. ff. ſoluto matrimo. quia veſtes quotidianæ ſtatim efficiuntur vxoris.l.ex animo.in princip.& l.mortis.ff.de dona. inter vir.& vxor.ita concludit etiam Aufrer.in deciſ.Tholoſ.q.336.& Ludouic.Roma.conſi.146.iſta quęſtio.& conſil.254: in facto.& Bertrand.conſil.81.viſo duplici.col.2.in 4.q. vol.1.ſecundum nouam impreſsionem.& Campeſ.in tract.de dote, 2.parte,q. 55. Tamen de conſuetudine ſi vxor non diſponat, penes maritum remanere ſolent vxoris veſtes.

Gemmæ & aurum intextum veſtibus legatis veniunt.

¶ Item non ſolum veſtes donatę cenſentur,ſed etiam gemmę,& aurum intextum & iunctum veſtimentis ad ornatum. l. cum aurum. §. plane. ff. de auro & argen.legat. vbi Bar,& Bal.in l.cum te.in fi.C.de donatio.ante nupt.Angel.in tract.de teſtam.glo.48. item reliquit eius vxori,&c.in 2.q.

Veſtibus muliebribus legatis veniunt veſtes puellarum & virginum.

¶ Item quando teſtator legaret veſtes muliebres, tunc venirent veſtes tam puellarum quam virginum, & omnia alia muliebria etiam pretioſa. l. argumento. §. muliebri. ff. de auro & argen.lega.

Tibialia non veniunt veſtis appellatione.

¶ Sed veſtis appellatione non veniunt tibialia, quæ doct. vocant caligas etiam ex communi vſu loquendi,per tex.in clem.2.de vita & honeſta.

Tibialia in fauorabilibus appellatione veſtis veniunt.

¶ Vnde Alber. in tract. ſtatutor. in 1. parte,q.84. ſi ſtatuto. dicit in hoc attendendam eſſe patriæ conſuetudinem,& communem vſum loquendi,qui eſt in Francia,vt veſtis appellatione tibialia non comprehendamus, niſi fuerit eadem ratio in tibialibus, materiaque ſit fauorabilis: vt ſi quis ei promiſerit veſtimenta, qui nil habet,famulo forte, vel filiofamil. tunc includetur etiam pileus,& alia neceſſaria,prout dixi in l.verbo victus.ſupra eod.

¶ Vbi notandum eſt nos habere duo Gallica vocabula. primum eſt *veſtemens*: ſecundum *habillemens*. Appellatione veſtimentorum, ſeu *veſtemens* Gallic. calcearia, ſiue tibialia regulariter non debentur: veluti probatur ex magis communi vſu vocabuli. confirmatur in

in clem.2.de vita & honeſtate clericor.

Habillemens comprehẽdit tibialia.

¶ Si vero dicamus *habillemens*, ab habitu, generaliter venient tibialia, pilei & calcei ex communi vſu:quem probat Bar.in l.fi.ff.de bonis damnator.& Card.in d.clem.2.Ideoque ſi tortoris ius ſit habere *les habillemens* rei condemnati: venient omnia, ſcilicet & calcei & tibialia.

Legatæ veſtes, quæ per ordinationem vel ſtatutum deferri prohibentur, non debentur.

¶ Tertio ſi teſtator legauerit ſuas veſtes, non debentur illæ, quæ ex ſtatuto vel ordinatione deferri prohibentur.Bar.in l.quamuis.de auro & argen.lega.& in l.1.C.non licere in frænis, &c. lib.11.

Æſtimatio tunc fit, cum res non extat.

¶ Veruntamen æſtimatio debebitur,teſte Angel. in tract.de teſtam.in glo. 48. item reliquit eius vxori,&c. Iaſ.in l.apud Iulianum,§.fi.nu.38.ff.de lega.1. Quod verum dicerem, ſi teſtator illas prohibitas non haberet: ſi vero ipſe eas haberet,tunc illæ deberentur, & non æſtimatio,poſtquam extant. Ad æſtimationem enim ita demũ venimus,cum res non extat. l.quod te.& l.vinum.ff.ſi certum peta.vbi iurium interpre. Quod vſuvenire poteſt in hoc Regno,propter conſtitutionem prohibentem veſtes aureas,argenteas & fericas deferri: vt ſcripſi in titul.de pannis aureis,in 2.tomo commentar.in conſti.Regias Gallic.

Veſtes alicui legatæ debentur pro dignitate perſonæ.

¶ Quarto ſi quis mandet & velit alicui dari veſtes & fieri,debent eidem tradi ſecundum vſum & conſuetudinem illius & pro dignitate perſonæ.l.ſed & ſi quid.§. ſufficienter. ff. de vſufruc. plene de his veſtibus ſcripſi,maxime quoad clericos & ſcholaſticos, in ſcholaſticor.priuileg.94.& veſtem polymitam, id eſt talarem Iacob inueniſſe & dediſſe Ioſeph,refe runt quidam theologi in Geneſ.37.c.

Veſtem talarẽ quis inuenit.

¶ Adhæc infert hic Cepol.ad legatum ita factum:Volo,vt talis frater prædicator veſtiatur poſt mortem meam:vt non ſolum debeat veſtem ſuperiorem habere,ſed & interiorem: cum ita ferat eorum habitus,vt duabus conſtet veſtibus: & veſtis nomen generale ſit, per iſtum tex.

Legatum factum fratri prædicatori per verbum veſtiatur, quomodo intelligatur.

¶ Inde veſtiarium Iuriſconſul. accipit pro veſtitu:vt ſi quis cibaria & veſtiaria legauerit, id eſt victum & veſtitum.l.à filio.in fi.& l.libertis.§.poſthumis.ff.de alimen. & cibar. lega. licet aliquando capiatur pro loco,in quo veſtes cuſtodiuntur aut venduntur. Gallic.vocatur *garde-robe*.

Veſtiarium quomodo capiatur.

Scenica veſtis quæ.

¶ *Et ſcenica.* Veſtis ſcenica eſt,qua aliquis vtitur in ſcena,id eſt in theatro ludendi gratia. de qua loquitur Iuriſconſul.in l.ſed & ſi quid.§.& ſi veſtimentorum.ff.de vſufruc.ibi,proinde ſi ſcenicæ veſtis vſusfructus legetur, vel annuli aurei,alibi quam in ſcena non vterur. alij legunt,& aulæi loco annuli,vel alterius apparatus.alibi dicam. Et §.ſeq.dicitur de veſte funebri, & tragica, quæ erat deſtinata ludendis tragœdiis, & citharœdica citharœdis. De quibus veſtibus videte per Lucam de Penna in l.1.C.non licere in frænis.& in l.1. de militari veſte,ac in l.fortiſsimis.ibidem,& l.humilioribus.C.de exactor.tributor.lib.12.& Franciſ.Crapal.in lib.2.c.6.

Funebris veſtis, tragica, & citharœdica quæ.

Veſtis meretricia.

¶ De veſte quoque meretricia loquitur Vlpia.in l.item apud.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.& de veſte lugubri, quæ defertur ob luctum mortis alicuius. d. l. item. §. proinde. vbi etiam fit mentio de veſte ſqualida,id eſt ſordida.

Lugubris, & ſqualida.

Veſtimenta ſacra detrita comburi debent.

¶ De veſtibus ſacris & dicatis eccleſiæ non eſt omittendum, quod ſacerdotes debent huiuſmodi veſtes vſu detritas,aut alia de cauſa nil amplius deſeruientes comburere, & cineres in ſacro loco recondere.c.altaris.de conſecra.diſtinct.1. Et contra clericos ex illis caſulis, & veſtimentis conficientes burſas, & alia ornamenta ad vſum mundanum exclamat Panor. in c. fi. de cuſtod. euchariſt. quippe talia deſinunt omnino eſſe in commercio hominum.

Veſtes aureæ & purpureæ prohibitæ omnibus, exceptis Principibus.

¶ Quemadmodum etiam veſtes aureæ & purpureæ prohibitæ ſunt omnibus, exceptis Principibus.l.vellera.& l.fi.C.de veſtib.holobar.vt apud Aſſyrios nullus tunica purpurea & partim alba præter Regem vti poterat,teſte Alex.lib.genial.1.c.28.quamuis noſtrates quidam nobiles in hoc grauiter excedant, ſuum fere totum patrimonium hiſce ornamentis profligantes. Qua in re pro cuiuſque dignitate modeſtiam adhibere,non mediocre foret totius reipub. commodum. Diſcrimen etiam veſtium, quod olim apud diuerſas gentes conſuetumerat geſtari,deſcribit plene idem Alexand.lib.5.c.18.quibus addes, quæ dixi in tract.de pannis aureis & argent.in 2.tomo commentar.in conſti.Reg. Gallic.

Veſtimẽta aut ſunt virilia, aut puerilia, aut muliebria.

¶ Poſtremo ſumma & generalis hæc diuiſio veſtimentorum tibi ſufficiet: quod veſtimenta omnia,aut ſunt virilia, aut puerilia, aut muliebria,aut communia, aut familiaria. l. veſtis.ff.de auro & argen.lega.vbi omnia iſta declarantur: illucque vos remitto, & ad Bened.in repet.c.Raynutius.in verb.qui cum alia.nu.174.& ſeq.de teſtam.

VLPIANVS AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CENTESIMA VIGESIMAOCTAVA.

Spadonum generalis appellatio eſt. quo nomine tam ij qui natura ſpado-

nes ſunt: item thlibiæ, thlaſiæ: ſed & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, continetur.

¶ Iurium interpretes hactenus in maxima fuere controuerſia propter ignorantiam vocabulorum, quibus nunc interpretandis eliciemus quamplurimarum legum intellectum de his ſpadonibus loquentium. Primum ergo præmittendum eſt nomen ſpadonis generale eſſe ad omnes tam natos ſteriles & frigidos ex natiuitate ſeu natura, vt vult tex. quam etiam ad caſtratos facto hominis, necnon ad omnes alios eunuchos, quomodocunque ſpadones factos. Verum vt in his certam adhibeamus doctrinam, eorum bipartitam conſtituemus differentiam; quod ſcilicet alij ſunt ſpadones natura, alij extrinſecus. probatur in l. quæritur, §. 1. ff. de ædilit. edicto. natura ſpadones ſunt, id eſt natiuitate, forſan vnico teſticulo nati: veluti duces Sylla & Cotta memorantur eo habitu fuiſſe naturæ. l. qui cum vno. ff. de re militari. Qui quidem generare poſſunt. quamobrem non morboſi vel vitioſi eſſe cenſentur. l. Pompo. in fi. ff. de ædil. edict. Si tamen quis ita ſpado eſt, vt neceſſaria pars corporis ei penitus abſit, morboſus eſt. l. ſinautem. ibidem. Neceſſariam partem exponit Accurſ. ibi eſſe, ſi vterque teſticulus abſit. ego vero neceſſariam partem corporis hic interpretarer mentulam & virgam hominis, quæ quidem eſt neceſſaria ad mejendum, & ad alia.

Spadones alij natura, alij extrinſecus.

Spado cui pars neceſſaria deeſt, morboſus eſt.

¶ Alij ſunt ſpadones extrinſecus ſeu extra naturam: quorum nonnulli facto hominis ſunt, qui vocantur caſtrati, non (vt arbitrantur doct.) id eſt caſte ſtati, quippe ſic non differrent à ſuperioribus: ſed caſtrati dicũtur, qui facto hominis ſeu caſu tales facti ſunt: quem admodum thlibiæ dicuntur, quibus colei attriti ſunt: ἀπὸ θλίβω, id eſt premo, ſtringo & opprimo. quod in ouibus communiter, bobus, & aliis domeſticis animantibus fieri videmus, vt opprimatur & vertatur illis vterque coleus. qua pœna forent plectendi quidam incontinentes & libidine furentes homines, maxime ſacerdotes & prælati, quorum præcipue deſideratur caſtitas. Ita cõpreſſos & attritos coleos vocant Gal. *biſtorner*: quippe bis ſolet eis verti coleus. Nec conſtituenda eſt differentia, contritine ſint in ætate tenera, vel grandiori: nec enim hoc reperio iure cautum. at ſufficit, quod talis ſit, quacunque ætate factum eſſe conſtet; quicquid dicat Alcia. non tamen negauerim tutius conſultum fore ſaluti & vitæ animantium, dum tenera adhuc ætate ſit, minuſque verſari periculum.

Spadones extra naturam, qui facto hominis ſunt caſtrati.

Thlibiæ vnde dicantur.

Thlaſiæ qui, & vnde dicantur.

¶ Thlaſiæ vero dicuntur, qui teſticulos habent fractos & cuulſos: à verbo θλάω, quod eſt frango: licet id nomen ſignificare quoque poſſit eum, qui attritos habet teſtes.

Caſu teſticuli amittuntur.

¶ Caſu etiam quidam amittunt, veluti morbo forſan Neapolitano, aut in bellica clade: vt l. qui cum vno teſticulo natus eſt, quive amiſit, iure militabit. ff. de re militari. l. ſi quis poſthumos. de liber. & poſth. Addit Hippocrates ſpadones nec podagra laborare, neque caluos effici: quippe nemo antequam incipiat coire, calueſcit, vt docet Cælius lib. antiquar. lectio. 7. c. 50. viſus tamen læditur his ſpadonibus, & frequenter coeuntibus, vt idem docet lib. 8. c. 19. quemadmodum ſæpiſsime videmus hos libidini deditos minus acutum habere viſum, in ſenectuteque citius deficere.

Spadones nec podagra laborant, nec calui fiunt.

¶ Ex qua ſpadonum differentia ſequentes reſultant vtilitates. Prima, quod licet ſpado natura, non facile generare poſsit, tamen poſthumum inſtituere liberum eſt ei: quippe nec ætas, nec ſterilitas ei rei impedimento eſt. l. ſed eſt quæſitum. ff. de heredib. inſti. Ætas enim ſeni non eſt impedimento, quominus poſthumum inſtituat: quia ſenes etiam generare non valentes per ætatem, poſthumos heredes inſtituere poſſunt. l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſth. Siquidem natura magis in homine generandi, & conſuetudo ſpectanda eſt, quam temporale vitium aut valetudo, propter quam abdicatur homo à generandi facultate, vt ibidem loquitur Iuriſconſul. Ita nec valetudo prohibet poſthumum inſtituere, vt per totum tit. de liber. & poſth. ante valetudinem enim genitus eſſe poterat. l. Gallus. eod. tum quia æger matrimonium contrahere poteſt. l. ſi ſerua. §. fi. ff. de iure dotium.

Spado poteſt poſthumum inſtituere.

Senex poteſt poſthumum inſtituere.

In generando natura magis inſpicitur, quã temporale vitium.

¶ Caſtratus vero poſthumum inſtituere non poteſt. d. l. ſed eſt quæſitum. quia certum eſt hunc generare non poſſe, cùm facto hominis prorſus impotens factus ſit: & in certis non eſt amplius locus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obliga.

Caſtratus non poteſt inſtituere poſthumum.

¶ At ſpado natura, generare forte poterit, ſi rigor naturæ mutetur, vel frigiditas calefacta ſit extrinſecus. docet Plinius lib. 7. Arethuſam ita incaluiſſe, vt die nuptiarum in virum mutata fuerit. Sic quoque legimus Abramum & Saram præ ſenectute pene deficientes generaſſe. Cum igitur in natura frigido ſeu ſpadone vis inſit & habitus generandi, nihil mirum ſi iura præſtituerint his eam libertatem inſtituendi poſthumos, quos videlicet generare poſſunt iuuante natura, quæ generandi vim inſtituit. l. 1. ff. de iuſtit. & iure. §. 1. de iure natur. in Inſti. Caſtratis vero iura denegarunt poſſe huiuſmodi poſthumos inſtituere, quod videlicet in his nulla generandi ſpes ſuperſit.

Spado, ſi rigor naturæ permittat, generat.

¶ Vnde nec immerito capitali pœna plectitur, qui hominem caſtrat, & lege Cornelia de ſicariis tenetur. l. 3. §. qui hominem. & l. lege. §. idem diuus Adrianus. ff. ad legem Cornel. de ſicar.

Caſtrans homine punitur pœna capitali.

¶ Eadem

¶ Eadem quoque pœna tenetur medicus caſtrans, & chirurgus, etiam ſi ille caſtratus conſenſerit. Imo cõſentientem eadem pœna plecti vult text. in l. lege Cornelia. ibidem. vbi etiam bona caſtrati vult publicari fiſco. etiamſi pretioſiorem eum reddiderit, nihilominus iniuriarum tenetur caſtrans. l. ſi ſeruus ſeruum. §. & ſi puerum. ff. ad legem Aquil. glo. in c. legentes. 23. q. 5. quia hi caſtrati virilitatem amittunt. l. lege Cornelia. §. plane. ff. de ſicar. Publice autem intereſt integros habere homines, qui ciuitatem liberis hominibus repleant. l. 1. ff. ſoluto matrimo. Quamobrem dicit tex. nemo eum liberum ſeruumve inuitum, ſinentemve caſtrare debet. l. hi quoque. ff. de ſicar.

Medicus & chirurgus caſtrantes aliquẽ volentem, capitali pœna puniuntur.

Homines integros habere rei publicæ intereſt.

¶ Eodem ſupplicio puniendus eſt is, qui etiam libidinis refrænandę, vel commercij cauſa aliquem caſtrauerit. l. 3. §. qui hominem. ff. de ſicar. intelligo ibi, commercij cauſa, id eſt vt poſsit ſecundum quoſdam commercium, id eſt vſum & conſuetudinem cum hominibus habere: quod vix antea habebãt præ feruenti ſua luxuria. inſignes quippe luxurioſi ſolent, alieni eſſe à commercio hominum. Aut expone cauſa commercij, id eſt mercimonij ſeu mercaturę. nam olim eunuchi ſerui facilius & pluris vendebantur, quam ſerui integri: vt eſt apud Terent. & alios auctores. Igitur qui caſtrat aliquem ad refrenandam illius libidinem, vel quo melius vendat, incidit in legem Cornel. de ſicar. vt ibi ſcribitur.

Punitur quis caſtrans aliquẽ libidinis refrænandæ, vel commercij cauſa.

¶ Iſta non procedunt, cum vrget neceſsitas aduerſę valetudinis ratione, vt forte cancri aut aliàs: tunc enim ſi præſtet caſtrare, medicus vel chirurgus ex medici conſilio caſtrans non teneretur, quia medicus eo caſu poteſt etiam inuitum curare: ſicut eundem extrahere liceret ex domo iam iam ruitura. c. ipſa pietas. 23. q. 4. imo præſumitur furioſus ęger, qui prohibet in ęgritudine, ne curetur. glo. in ſumma. 83. diſtinct. nec enim auditur perire volens. l. non tantum. ff. de appella. c. ſi quis à medicis. 55. diſtinct.

Medicus vel alius ob cauſam & neceſſitatẽ caſtrans, non punitur.

¶ Limitarem etiam, ſi maritus inueniret quempiam adulterantem cum vxore ſua, quod eum impune caſtrare poſsit. iuſto quippe dolore motus non potuit continere. l. Gracchus. C. ad legem Iul. de adulter. vbi in grauiori maritus non punitur, vt ſi adulterum cum vxore ſua inuentum occidat: minus ergo imputabitur, ſi caſtrauerit. facit text. no. in l. nec in ea lege. circa medium. ff. de adulter. & regul. iuris vulgata, Cui licet quod eſt plus. Et pœna talionis ita ſuadet eum puniendum, in quo deliquit. c. poſtulaſtis. vbi ſcripſi, de cleric. excommunic. miniſtran. Qui caſtratus ſi moriatur, licet ex hoc homicida ſit caſtrans, nec tamen de iure ciuili puniretur: ſed in hoc Regno gratia foret ei neceſſaria, quam facile intuitu iniurię ſibi illatę conſequeretur. Et quamuis multi cornuti ſatis hoc approbarent, cornua tamen permanent. Et minus in foro conſcientiæ excuſandos eſſe cenſerem. text. iuncta glo. in c. inter hæc. 33. q. 2.

Maritus poteſt quem adulterãtem cum vxore caſtrare impune.

¶ Non omittendum, quod licet Theophilus in §. ſed & illud. Inſti. de adoptio. dicat eunuchi nomen eſſe generale, tamen non ſequitur eſſe generalius nomine ſpadonis: quippe ſpadones comprehendunt tam natura ſpadones, quam extrinſecus, & omnes eunuchos. Eunuchi vero tantum de iure dicuntur, qui facti ſunt ab hominibus. l. 1. & 2. C. de eunuchis. ibi, feceris. & ibi, factos. Sed de iure diuino eunuchorum ſignificatio latius patet: ij enim dicuntur, qui de matris vtero ſic nati ſunt, & qui facti ſunt ab hominibus, necnon qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum cœlorum. Matth. 19. c. Et hi angelis comparantur. nam in carne eſſe, & præter carnem viuere, eſt angelicum. Et de his dicitur: Beati qui ſe caſtrauerunt propter Regnum dei. c. omnes. vbi no. 32. q. 7. & illi deo valde placent, quos non caſtrauit neceſsitas, ſed voluntas. c. qui ſitit. 33. q. 5. Lucas de Penna in l. penul. col. 3. C. de præpoſit. ſacri cubicul. lib. 12. Ea enim ſunt in officiis noſtris gratioſa, quæ cum liceret nobis non impendere, tamen cauſa dilectionis impendimus. cap. iam inde. verſic. multa enim. 28. quæſtio. 1. Et ex iſtis *apparent rari nantes in gurgite vasto.* vnde Gregor. ait: Quid enim grauius eſt, aut carnale delictum committere, ſine quo pauci inueniuntur, aut dei filium iureiurando negare? c. quia ſanctitas. 50. diſtinct. Et hanc eunuchorum ſeu ſpadonum ſpeciem Chriſtus nobis reuelauit in euangelio: ſicque iure diuino introducta, prorſus in iure ciuili incognita.

Eunuchi nomen generale eſt.

Eunuchi ſunt, qui facti ſunt ab homine.

¶ Qui ſpadones ſeu eunuchi poſſunt ordines aſſumere, & quælibet beneficia eccleſiaſtica obtinere, necnon ad epiſcopatum promoueri etiam abſque diſpenſatione. c. ex parte B. de corpor. vitia. c. eunuchus. 55. diſtinct. vbi glo. clamat in ruſticos dicentes caſtratos illos coleos ſeruare debere: nihil enim magis hoc prodeſſet, quam ſi quis vellet ſeruare dentes mutatorios.

Spadones & eunuchi poſſunt ordines aſſumere, & beneficia obtinere.

¶ Si tamen aliquis caſtraret ſe (quod eſt rarum) vt lubricum carnis vitaret, non poſſet poſtea promoueri: quia ſui homicida eſt, & dei conditioni inimicus. c. ſi quis abſciderit. cum ſeq. 55. diſtinct. Idem ſi fecerit ſe caſtrari ſine neceſsitate: quia tunc eſt irregularis, & promoueri non poteſt. c. ſi quis à medicis. & c. ſi quis pro. 55. diſtinct. Et ſolus Papa cum iſto ſponte ſua caſtrato diſpenſabit, cùm ad eum ſpectet diſpenſare cum corpore vitiatis. Innocen. & Panor. in c. ſignificauit. per illum tex. ibi, auctoritate noſtra freſus. de corpor. vitiat. Poſtquam enim epiſcopus auctoritate Papæ hoc facit, ergo auctoritate ſua epiſcopali hoc

Caſtrans ſe, vt vitet lubricum carnis, non poteſt promoueri.

facere non posse censendus est. sequitur Præpositus in c. si quis pro ægritudine. 55. distinct. videte glo. in c. si quis abscinderit, quæ loquitur de Origene, qui se propriis manibus castrauit: quod vix alius faceret. videte quæ abunde scripsi in praxi benefic. in titul. de dispensa. cum corpor. vitia.

Spadones possunt adoptare.

¶ Item quamuis quidam spadones generare non possint, adoptare tamen possunt, l. 2. §. illud. ff. de adoptio. §. sed & illud. Insti. illo titul. Et spado arrogando suum heredem sibi ad sciscere potest. l. arrogato. §. fi. ff. de adoptio. necnon matrimonij causa manumittere. l. alumnos. ff. de manumiss. vindict.

Spadones possunt tutelas subire.

¶ Ita quoque sine excusatione tutelam subire possunt spadones, per l. spadonem. ff. de excusa. tutor. Et maxime tutelæ puellarum idonei sunt, cum in his omnis mala corrumpendi suspicio cesset: & magis sunt auari, quam integri.

Spadones ad quascunque possunt dignitates admitti.

¶ Adhæc concludit Alcia. huiusmodi spadones ad quamcunque dignitatem admitti posse, ad dignitatem etiã Papalem. nam quamuis ante Papæ coronationem soleat inquiri de electo in summum Pontificem, & conclamari (vt fertur) dignum esse papari, quia testiculos habet sufficit tamen eum habere mentulam, virque ea ratione dici potest.

Spadones non possunt contrahere matrimonium.

¶ Sed matrimonia contrahere non possunt spadones: imo annullari posset matrimonium cum his contractum. titul. de frigid. & malefic. & ibi. Hostien. in summa. quia deficeret vnum ex substantialibus matrimonij. Secus vbi vnicum haberet testem. l. si serua. in fi. ff. de iure dotium. & l. Pompo. de ædilit. edicto. Et cauetur in Physionomia Scoti, quod si quis habeat tantum dextrum, mares tantum generabit: si sinistrum, fœminas. quod est ridiculum. Potius vero opinionem eorum sequerer, qui paulo magis experti dicunt mane facta digestione communiter masculos procreari: alio vero tempore, videlicet post satietatem fœminas ex indigesta materia indigestas quoque nasci.

Matrimonium non infirmatur, si casu marius amiserit testiculos.

¶ Tamen si maritus consummato iam matrimonio, casu quodam fortuito perdiderit coleos, non infirmatur propterea matrimonium: sed vxor abstinebit à maritali recreatione. Quæ vobis in hac sterili spadonum materia sufficiant.

PAVLVS. LEX CENTESIMA VIGESIMANONA.

Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt.

¶ Nati non videntur, neque progeniti, qui mortui nascuntur: quia vocari nunquam potuerunt liberi. Vnde melior est canis viuus leone mortuo. Ecclesiastes 9. c. quod facit ad sequentia.

Testamentum non rumpitur agnatione posthumi.

¶ Primo quod agnatione talis posthumi mortui non rumpitur testamentuum, postquam non vocatur filius: qui si viuus natus fuisset, rũperetur. l. 2. C. de bonor. possess. contra tabul. l. 3. de posth. heredib. insti. l. posthumus. de iniusto rupto & irrit. fact. testam.

Mortuus, si resurgat, omnia iura filiorum habet.

¶ Sed si per miraculum resurgeret, tunc omnia iura filiorum haberet, exemplo Lazari resuscitati, quem omnia iura recuperasse dicit glo. in l. ex his. ff. de legib. & glo. in c. licite. 32. q. 7. quod etsi raro contingat, non tamen, omittendum.

Mortuus non potest baptisari, etiam si fuit natus viuus.

¶ Secundo mortuus baptisari non potest, etiam si primo viuus natus fuisset. c. à nobis. vbi glo. in verb. relaxatio. de sentẽ. excommunic. Hostien. in summa de baptis.

Mortuus non potest accusari.

¶ Tertio accusari non potest, etiam si in vita commisisset delictum: quia morte extinctum est crimen. l. defuncto. ff. de public. iudic. nisi in criminibus hæresis & læsæ maiestatis, & aliis conscriptis in glo. d. l. defuncto, & in l. penul. & fi. ff. ad legem Iul. maiesta. & Insti. de hereditates. quæ ab intesta. defer. §. interdum, vbi memoria defuncti post mortem damnatur. Tamen propter confiscationem bonorum in hoc Regno vidi post mortem reos accusari & damnari: vt etiam no. in rub. C. si reus vel accusa. mortuus fuer. per totum. & in l. ex iudiciorum. ff. de accusationibus.

Propter bonorum confiscationẽ post mortem quis accusatur.

¶ Quarto Leuitic. 21. prohibebatur his verbis: Pontifex, id est sacerdos maximus inter fratres suos ad omnem mortuum non ingredietur. Quod hodie non recipitur inter Christianos. quinimo inter opera misericordiæ est comitari funus, & defunctum ad sepulturam: vt Panor. & alij scribunt in rub. de sepultur.

Funus comitari opus misericordiæ.

¶ Quinto confiteri non potest. Ecclesiastic. 17. c. in his verbis: Ante mortem confitere, à mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens viuos, & sanus confiteberis, &c. glo. in c. conuertimini. versic. item & à mortuo. de pœniten. distinct. 1.

Confitendum, quando sumus sani, & viui.

¶ Sexto sepeliri non potest iste natus mortuus, in cœmeterio: quia non est Christianus. Angel. de Clauas. in summa Angel. in verb. sepultura. §. 31. Sed in loco prophano sepeliendus est.

Natus mortuus non sepelitur in cœmeterio.

¶ Septimo si legatum relictum sit mulieri, si pepererit, dicetur peperisse, licet mortuum pepererit: quia non est, quod sibi imputetur. l. quæreret. infra eod. vbi dicetur.

Mulier dicitur peperisse, licet mortuũ genere.

¶ Octauo

¶ Octauo si mulier consequi libertatem debeat, si pariat, illam consequetur, etiam si mortuum pepererit, eadem ratione prædicta: vt infra dicam in d. l. quæreret. per l. Arethusa. ff. de statu homi.

¶ Nono heres occisi debet eius mortem vindicare: alias priuabitur hereditate. l. 1. & per totum. ff. de senatusconsul. Silan. & scripsi abunde in l. diuus. ibidem.

Heres occisi debet mortem vindicare.

¶ Decimo iniuria defunctus affici dicitur. l. fi. C. de sepulcro viola. & in authen. vt defunct. funera non iniurientur. colla. 5. Et iniuria afficitur defunctus, qui est sine herede. §. 1. quib. manumitter. licet, in Insti. Imo anima defuncti contristari dicitur in §. quę vero. in authen. de nupt. colla. quarta. & hoc de iure: sed aliter censent theologi, si cum beatis habitet.

Defunctus, qui est sine herede, afficitur iniuria.

¶ Vndecimo excommunicatus mortuus sepeliri non potest in cœmeterio. c. sacris. de sepultur. nisi quoq; fuerit post mortem absolutus: quod faciendum est cum solemnitate. c. à nobis. 2. de sentẽ. excommunica. vbi quia excommunicatio ligat corpus & animam, licet fuerit iniusta, aufert sepulturam. Baptismus vero est animæ character, ideo post mortem conferri animæ foret inutile, quandoquidem in manu dei est. glo. in d. c. à nobis.

Excommunicatus mortuus non sepelitur in cœmeterio.

¶ Duodecimo mortui sicut viui reuerendi sunt, vt aduersus parentes filius ad dolum non concludat, nec libertus aduersus patronum etiam defunctum. l. apud. §. aduersus. ff. de doli exceptio. Et vidi literas Regias reiici, quibus mandabatur rescindi contractus initos inter patrem & filium, si de dolo patris constaret. Quia dolus in patre erga filium non præsumitur: licet quidam bigami dolo filios primi matrimonij successione frustrent: quod non esse è consilio Augustini putent.

Mortui ita, vt viui, reuerẽdi.

¶ Decimotertio in honorem mortui non debet heres eius in iudicium vocari, nisi lapsis nouem diebus post eius mortem, sub pœna constituta in authen. vlt. C. de sepulcro viola. Iacob. in l. interdum. ff. de iudic. de Ripa in tract. de peste, in 3. parte.

Heres non debet in ius vocari, nisi lapsis nouem diebus.

¶ Decimoquarto orandum est pro defunctis, qui aliquando viui fuerunt. c. faciendum. & c. animæ. 13. q. 2. & 2. Machabæo. c. 12.

Orandum pro defunctis.

¶ Decimoquinto vassallus, qui cognouit viduam sui quondam domini defuncti, priuatur feudo, teste Andrea de Isernia in c. 2. de feudo sine culpa non amitten. quem refert Lucas in d. l. 2.

Vassallus, qui vxorem sui domini cognouit, priuatur feudo.

¶ Est tamen differentia inter mortuum & occisum, sicut inter genus & speciem. nam mortui dicuntur, quomodocunque expirent: occisi vero, hominis facto. l. proinde. ff. ad legem Aquil. Et sic occisus dicitur per vim, non naturaliter. Bar. in l. 1. §. occisorum. de senatusconsul. Silan. per illum tex.

Mortuus & occisus differunt.

¶ Decimosexto priuilegium conceditur mortuo, in l. 2. C. de præpos. sacri cubiculi, li. 12. vbi etiam tractat de indulgentia, de qua scripsi in c. omnis vtriusque. de pœniten. & remissio. An possint mortuis concedi.

Priuilegium conceditur mortuo.

¶ Decimoseptimo abolitio sine gratia concessa delinquenti pro iucundo Principis aduentu non extenditur ad mulierem, quæ interfecit puerum suum nondum baptisatum: occidit enim corpus & animam: & sic quodammodo est geminatum homicidium: quamobrem in literis habenda erat mentio, vt videtur dicere Francis. Marc. in decis. Delphi. q. 161. partis 1. vbi etiam dicit non extendi ad crimen læsæ maiestatis, hæresis, raptus virginum & falsæ monetæ. Quod est notandum.

Abolitio concessa à Rege ob incundũ suum aduentum, ad mulierem quæ occidit partum nõ baptisatum, an extendatur.

¶ Vltimo qui mortui nati sunt, etsi quoad matrem procreati dicantur, vt firmauimus in l. quæreret. infra eod. quoad ipsos tamen fictione quadã iuris minime procreati censentur, licet vere nati sint: adeo quod si quis abortum procurarit & animatum conceptum interfecerit, vltimo supplicio plectendus sit. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. quamuis liberi vocari non possint tempore partus, quia mortui.

Mortui nati nõ censentur nati.

¶ Adhæc litem mori, pro sopiri siue extingui, ait Iurisconsul. in l. 2, §. 1. ff. quę in fraud. creditor. licet Imperator lites immortales dicat in l. properandum. in princip. C. de iudic. Alia multa scribit Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. in extremis. de testam.

Litem mori pro extingui & sopiri.

¶ *Nunquam*, id est nullo tempore. Idem in l. fugitiuus. ibi, qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxit, aut nunquam alienam matrem famil. corruperit. infra eod. Nunquam dubitaui. Vlpia. in l. locum. in fi. ff. de vsufruc.

Nunquam quomodo capiatur.

¶ Interdum exponitur pro nullo tempore & loco, seu in nullo casu. glo. in l. prouidendum. C. de postuland. l. si hereditatem. ff. manda. Archid. in c. vno, col. 2. de cleric. coniuga. in 6. l. 1. de eo quod certo loco. l. 3. manda.

Nunquam pro nullo tempore.

¶ Nonnunquam pro aliquo tempore, loco vel casu, & solet exponi pro aliquando. l. nonnunquam autem hoc edictum post tot numero edicta, quę præcesserunt, datur: nonnunquam post vnum, vel alterum: nonnunquam statim, quod appellatur vnum pro omnibus. ff. de iudic. l. eum quem temere. in fi. ibi, hęc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratię vel ambitionis tribuit. ibidem. l. nonnunquam. ff. de colla. bonor. l. 1. de prescrip. verb. l. idemque. pro socio. l. sunt personę. de religios.

Nonnunquam pro aliquo tẽpore.

Nequaquam quomodo capiatur.

¶ Nequaquam,id est nullo casu,nullo pacto,nulla ex parte.l.etiam.§.si quis absentis. ff. de petit.heredita.ibi,puto absentis nomine petendam hereditatem,ipsius vero nomine ne quaquam.l.Iulia.§.sed cum in facto.ibi,nequaquam dubium est.de actio.empti.

Nusquam quid denotet.

¶ Nusquam pro nullo in loco,vel cum nullibi est.l.ex cõducto.§. si vis tempestatis.verſ. idemque dicendum esse, si exercitus prꝛeteriens per lasciuiam aliquid abstulerit: sed si ager terrꝛemotu ita corruerit, vt nusquam sit, id est nullus sit,ad nullum vsum,damno domini sit.ff.loca.

VLPIA. LIB. SECVNDO AD LEGEM IVL. PAPIAM.

LEX CENTESIMA TRIGESIMA.

Lege obuenire hereditatem non improprie quis dixerit etiam eam,quæ ex testamento defertur: quia lege duodecim tabularum testamentariæ hereditates confirmantur.

¶ Dubitatio ad hunc tex.erat, quod lege nobis hereditas non obueniat ex testamento: nam homo nobis illam relinquit hereditatem in suo testamento ergo à lege nobis dari non videtur,sed ab homine.Respon.quod lex confirmat, dare quodammodo dicitur. vel lex tacite dare dicitur,non adimendo,quod potest.l. conficiuntur. ibi; quoniam creditur paterfamil.sponte sua his relinquere legitimam hereditatem.ff.de iure codicill.l.1.§. sciendum. de lega.3.Et permittit lex 12. tabularum hominibus legare ,& hereditatem cui velint relinquere.l.verbis legis.vbi scripsi,supra eod.& l.1. ff. ad legem Falcid. & infra eod. subiiciam. Sicut ex consuetudine in hac patria succedere consanguinei dicuntur:quia consuetudo partem illis non adimit.

¶ Vbi non mihi placet quorundam interpretum sententia, qui verba tex. exponunt *non improprie*,id est minus proprie.nam econtra dicerem *non improprie*,quasi velit dicere,sed proprie.Duæ quippe negationes æquipollent affirmationi.l.duobus.infra eod. Cum igitur ex testamento non improprie nobis obueniat lege, ergo proprie. nam paria sunt dicere proprie, & non improprie:vt eleganter,& non meleganter.

Duæ negationes æquipollẽt affirmationi.

¶ Et sic infert hic Alcia.post alios,quod legitima hereditas proprie dicitur,quæ ab intestato defertur,per l.1.ff. de suis & legitim. hered. & hunc tex. quia lex ipsa absque hominis facto eam proximo defert.Sed quæ ex testamento defertur, legitima quoque non improprie,latiore tamen sensu dicetur.& idem docet Alcia.lib.4.paradox.c.7.

Legitima hereditas quæ contra Alciatũ.

¶ Quod tamen vltimum non approbo:siquidem illa dicitur proprie legitima hereditas, quæ ex lege duodecim tabul.defertur.tex.expressus in l.is autem nec ad legitimam hereditatem,quæ ex lege 12.tabularum defertur,admittitur. ff. de iure patrona. sed illa hereditas, quæ nobis ex testamento defertur, non dicitur ex lege 12. tabularum deferri, nisi ratione confirmationis:quamobrem legitima dici non potest. quod etiam probat l. 3. §. de illo. ff. pro socio.ibi,quæritur quæ sit iusta hereditas,vtrum quæ iure legitimo obuenit, an etiam ea quæ ex testamento?Et probabilius est ad legitimam hereditatem tantum hoc pertinere. Et sic hereditas legitima non dicitur illa, quæ ex testamento obuenit. facit l. quidam. ibi, vterque omisso testamento legitimam adiit hereditatem.si quis omissa caus.testam. l. capitis deminutione pereunt legitimæ hereditates, quæ ex lege duodecim tabul. veniunt. de suis & legitim.

Hereditas quæ ex testamento obuenit,non dicitur legitima.

Nominum diuersitas rerũ diuersitatẽ inducit.

¶ Item diuersitas nominum diuersitatem rerum inducit. at hereditas quę venit ex testamento,vocatur testamentaria,vt hic:quę vero ex lege,legitima:nimirum si diuersa esse censeantur.Alias si legitima complecteretur testamentariam,testamentaria diceretur legitima, per l. si idem codicilli. C. de codicill. sicque foret superflua titulorum distinctio de testamentar.tutel.& de legit.tutel.quemadmodum alia multa in iure,quę superfluitas prohibetur in procem.ff.& in 1.constitutio.C.

Legitima hereditas proximo defertur.

¶ Præterea legitima hereditas tantum proximo defertur,vt expresse vult Iurisconsul.in l.2.§.legitima,ff.de suis & legit.testamentaria vero defertur etiam extraneo instituto: ergo legitima vocari non potest.

Hereditatis legitimæ & testamẽtariæ origo diuersa.

¶ Insuper origo diuersa est testamentarię hereditatis & legitimę: nempe legitima à lege 12.tabularum ab intestato originem habuit:testamentaria ex testamento,quę demum confirmatur à lege 12.tabul.si iure facta sit.l.cum alicui.ibi, atque ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit.iuncto fi.ibi,legitima hereditas quęsita est.ff.de negot.gest. §.ceterum.in fi.ibi, ad iura successionis legitimę ab intestato vocari. de legit. agnator.succeſſ.Et legitima hereditas ex senatusconsul. defertur ab intestato, non ex testamento.l.1. §. sed & vulgo quęsiti.& §.seq.cum l.seq.ff.ad Tertullia.l.si pater.in fi.ibi,si mater ex senatusconsulto legitimam eius hereditatem non vindicasset.de fideicommissar.liberta.l. filio. & l.mater.de inofficios.testam.

¶ Accedit

Vel dictio solet inter diuersa poni.

¶ Accedit etiam,quod dictio vel inter diuersa poni solet,vt in rub.ff.de acquir.vel omittend.hereditа.Bar.in l.supra.§.officium.in fi.ff.de aqua pluuia. Cum igitur inter hereditatem & testamentum poni soleat hæc particula vel,patet ea esse diuersa.probatur in l. is qui heres.ff.de acquir. hered.sic dicente: is qui heres institutus est,vel is cui legitima hereditas delata est.Ideo ex testamento non potest dici legitima.l.1.ibi,qui dum captat hereditatem legitimam, vel ex testamento. ff. si quis aliquem testar. prohibuer. l. qui autem.§.1. quæ in fraud.creditor.ibi,qui repudiauit hereditatem vel legitimam,vel honorariam,vel testamentariam. Ex quo apparet testamentariam non esse legitimam, sicut nec honoraria est legitima.facit l.illud.ff.de acquir.hered.ibi,verum eodem momento intelligor & ex testamento & legitimam repudiare.l apud.§.si cum legitima ad te pertineret,& ego essem heres institutus.de doli exceptio.facit l.in arenam. C.de inoffic.testam.

¶ Vltimo nec iure,nec consuetudine, nec vsu loquendi inueni testamentariam hereditatem vocatam legitimam.

Heres legitimus quis.

¶ Igitur legitimus heres vocatur is, qui ex lege venit. l. cum pater. §.filius matrem.ff.de lega.2.ibi,cum testamentum nullo iure factum esset,nihilominus matrem legitimam heredem cogendam fideicommissum præstare.l.statuliber à ceteris.§.1.ff.de statuliber.vbi re vera heres ex lege seu legitimus dicitur,qui ab intestato per legem succedit:sed is qui ex testamento,heres scriptus vocatur.Et rupto per querelam testamento in parte,in illa parte legitimus heres dicitur,in alia parte ex testamento. Ergo testamentarius heres non potest dici legitimus.l.nam & si.in fi.ff.de inofficios. testam. facit l.si quis posthumos.§.sed & si heres. ff.de liber.& posth.vbi si institutus heres omiserit hereditatem ex testamento,erit legitimus heres:sic cum est testamentarius, non potest esse legitimus. facit l.controuersia inter legitimum & scriptum heredem orta est.de transactio. l. penul. ibi, ex sextante heres institutus, qui ab intestato legitimus heres esse potest.de except.rei iudica.l fideicommissaria.1.§. item.de fideicommissar.liberta.l.generaliter. §. ex testamento.ibidem.& in rub.ff.de suis & legit.heredib.l.pater.de captiuis.l.3.de interdict.

Legitimum variis modis sumitur.

¶ Et breui resoluẽdo, Legitimum variis modis sumitur.Primo Legitime sumitur aduerbialiter,in l.3.§.1.ff. de decurio. ibi, sed si habet competitorem legitime quæsitum,præferri eum oportere diui fratres rescripserunt, id est iure & iuste. l. qui in prouincia. in fi. de ritu nuptiar.

¶ Libellus legitime ordinatus dicitur,quando habet ordinem à lege statutum.l. libellorum.ff.de accusa.

¶ Legitime agere,est cum potestate & mandato experiri.l.de pollicitationibus.ff.de pollicita.

Tempus legitimum.

¶ Legitimum tempus,à lege constitutum.l.genero.§.solet.& l.liberorum. §. Pompo. ff. de his qui no.infam.l.5.de vsufruc.l. 3. si vsusfruc.peta.l.si quis. quemadmod.seruitu.amittant.l.in bello.§.si quis seruum.de capt.l.interdum.de minorib.l.3.de vsur.l.si inter. de donatio.inter vir.& vxor.

Legitima conuentio.

¶ Legitima conuentio est, quæ lege aliqua confirmatur. l.legitima. ff. de pact.

Latitudo legitima.

¶ Legitima latitudo,iusta & vera.l.certo.§.vlt.ff.de seruitu.rusticor.prædior.

¶ Legitimo modo acquirere.l.2.ff.communia prædior.est titulo à iure introducto & approbato acquirere.

Legitimi pro agnatis.

¶ Legitimi pro agnatis.l.si quis.§.funus.ff.de religios.Scriptos heredes ea res contigit:si nemo scriptus est,legitimos vel cognatos quosque suo ordine,quo succedunt.l. cum quidam.§.1. ff.de acqui.hered.

Nuptiæ legitimæ quæ.

¶ Legitimę nuptię.l.cum legitimę nuptię factæ sunt,patrem liberi sequuntur.ff.de statu homi.& ibi vocantur legitimę,quę secundum legem factę sunt. l. miles.§.mulier.de adulter.l.si ita.de ritu nuptiar.

Matrimonium legitimum.

¶ Legitimum matrimonium.l.lex naturę.ff.de statu homi.ibi,lex naturę hęc est, vt qui nascitur sine legitimo matrimonio,matrem sequatur,nisi lex specialis aliud inducat,& legitimus filius natus ex hoc matrimonio:de quo loquitur rub.ff. de suis & legit.

Vxor legitima.

¶ Legitima vxor,iusta,vera & secundum leges habita.l.4.ff.de ritu nuptiar.scribam in l. iusta interpretatione.infra eod.

Pœna legitima.

¶ Legitimam pœnam.l.1.§.1.ad Turpil.ibi, si vero in euidenti calumnia cum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat.id est à lege statutam,delicto conuenientem.

Legitimus successor.

¶ Legitimus successor,secundum leges.l.proponebatur.in fi.ff.de castren.pecul.ibi,quasi paterfamilias legitimum habebit successorem.

Vsuræ legitimæ

¶ Legitimæ vsuræ,id est secundum ius constitutæ.l.1. §.penul.ff.de pignor.iuncta l. eos. C.de vsur.& in l.cum debitor.ff.in quib.caus.pignus.l. 4. de nautic. fœnor. l. pecuniæ. de vsur.

Numerus legitimus.

¶ Legitimus numerus. l. 2. ff. de decret. ab ord. faciend. ibi, illa decreta quæ non legitimo numero decurionum coacto facta sunt,nõ valent. Legitimus ergo numerus est à lege

institutus,vt duæ adsint partes.l.2.ibidem.

Legitima obseruatio.

¶ Legitimam obseruationem.l.si non secundum legitimam obseruationem.ff.de donatio.inter vir.& vxor.

Legitimæ actiones.

¶ Legitimas actiones, à lege introductas dicit Iurisconsul. in l.sciendum.ff.de noui oper. nuntia.ibi,integras legitimas actiones manere.l.si vsusfructus.de aqua pluuia arcend.l.qui seruandarum.§.fi.de præscrip.verb.

Legitimæ tutelæ,& adoptiones.

¶ Legitimæ tutelæ lege 12.tabularum agnatis delatę sunt, & consanguineis, item patronis:id est his qui ad legitimam hereditatem admitti possunt.l.1.ff.de legit.tutor.l.eas. de capit.deminutio. Adoptiones legitimæ exponuntur ab Vlpia.in l.si qua.in fi.ff. de ritu nuptiar.

Legitimi tutores.

¶ Legitimos tutores nemo dat,sed lex 12.tabularum fecit tutores.l.legitimos.ff. de legitim.tutor. Legitimũ virum Stoici esse dicunt,qui legem & sequatur,& quæ præcipiuntur ab ea, faciat.Legisperitum vero eum, qui legem interpretari calleat:nullum autem malorum aut legitimum, aut legisperitum esse,teste Plato. de natura.

Vir legitimus apud Stoicos quis dicatur.

Legitima quæ sit.

¶ Legitima dicitur illa portio, quæ filiis debetur ex bonis patris vel parentis iure quodam naturali.l.nam & si parentibus.& fere per totum.ff.de inofficios.testam.l.cum ratio.de bonis damnat.l.vnde si parens.C.de inofficios. testam.in authen.de hered.& Falcid.colla. 1.§.primũ itaque. & §. aliud quoque capitulum. in authen. vt cum de appella.cognosc.colla.8.vbi iure institutionis debet relinqui legitima, id est filius vel nepos in ea debet institui.

Probatio legitima.

¶ Legitima probatio,à lege inuenta vel probata.l.cum de indebito.ff.de probatio.ibi, & ipse qui dederit legitimis probationibus solutionem approbauit.

Ætas legitima est 25.annorum.

¶ Legitima ætas vocatur viginti quinque annorum, vt docet Iustinia. in l. fi. C. de his qui veniam æta.impetrauer.& l.penul.quand.dies lega.ced.

Pœna legitima in crimine stellionatus nõ est.

¶ Et secundum Iurisconsultum pœna stellionatus nulla legitima est, id est à lege certa pœna non est imposita,quia non est crimen legitimum,id est publicum.dicit tex.cum glo. in l.3.in fi.ff.de crimi.stelliona.

Accusatio legitima.

¶ Legitima accusatio,iusta & iure probata.l.miles.§.quæ propter.ff.de adulter.

Feudum concessum Titio & suis,quomodo intelligatur.

¶ Vnde infertur, quod si feudum vel emphyteusis sit Titio & suis legitimis heredibus concessa,intelligetur tantum de his qui Titio ab intestato succedere possunt, non vero de extraneis heredibus institutis,qui nõ sunt legitimi heredes,vt supra probaui.facit l.si posthumus.versic.itaque.ff.de liber.& posth.l.ex facto.§.fi.ad Trebellia.Sic consuluit Alexand. consil.56.viso processu.col.2.in 2.vol.& Panor.expresse in consil.3.nitar in præsenti. col.4. versic.ex his infertur.in 2.vol.licet Alcia.contr.teneat.

Successio quæ defertur ex testamento, nõ dicitur legitima.

¶ Secundo infertur contra Bar.& alios in l.3.§.de illo.ff. pro socio,quod successio, quæ defertur ex testamento,non dicetur legitima:siue illud verb.legitima proferatur à lege,siue à contrahentibus. per supradicta, & l. quia autem. ff. si quis omiss. caus. testam. Quamuis Ias.in l.vna. C.quand.non peten.part.contrarium teneat,& Bened.in repet.c.Raynutius.in verb.& vxorem.nu.74.& seq.de testam.& communiter doct.quia partes non possunt,nec videntur immutare vocabuli nomen.l. Stichum.ff.de lega.3.quemadmodum docet Alcia. lib.paradox.4.c.7.

Intellectus l. vnica. C.quando non petent. partes.

¶ Tertio infertur contra Ias.& alios in l.vna.C.quando non peten.part.vbi dum tex. dicit,Cessante legitima successione,intelligunt tam de successione ab intestato,quam ex testamento. Quæ interpretatio consistere non potest.nam ibi dicitur,Quoties pluribus liberis cessante legitima successione bonorum possessio defertur: si aliqui ex illis adeant, alij non,accrescit portio non adeuntium,adeuntibus.& sic dicit,Cessante legitima successione,id est ciuili: nam ea durante non datur bonorum possessio, quæ iuris est prætorij. alioqui superfluum esset prætoris remedium. Ita non potest intelligi de successione ex testamento. Bonorum enim possessio non datur, si ex testamento petitio hereditatis de iure ciuili daretur.Ergo patet intelligendum esse de successione legitima, id est quæ iure ciuili defertur ab intestato:quicquid ibi dicant iuris interpretes.Nempe primo succeditur ex testamento: tunc;si vno deficiente prouisum sit de portione illius, non erit locus iuri accrescendi:sicut procederet in legitima portione, vt dicunt doct.in l.re coniuncti.ff.de leg.3.

¶ At dicet quis,cessare debere testamentariam & legitimam,antequam bonorum possessio deferatur. ergo legitimæ appellatione comprehendi videtur testamentaria. Respon. non esse verum:quia durante testamentaria non erat dubium deferendam non esse bonorum possessionem. quamobrem eius tanquam satis notorij mentionem nõ habuit ibi lex. Et licet ex testamento cessare debeat, antequam bonorum possessio detur, non tamen ex illo tex.sed ex iure iam decisio:non autem proprie legitimæ comprehendet testamentariam. Nec quidem negauerim,quod si lex prohibeat legitimam,quin forte ex alia lege,vel ex eadem ratione habeat etiam locum talis dispositio in testamentaria ex extensione, non ex proprietate vocabuli: vt si prohibeatur deportato capere testamentariam successionem ratione delicti, nec quidem legitimam capere poterit.l.1.C. de hered.insti.non quod successio

sio testamentaria sit legitima,vel econtra:sed ex paritate rationis. quod est vtile & subtile.

Hereditates cõfirmantur lege.

¶ Non refragatur legitimum dici,quod lege confirmatur,l.legitima.ff.de pact.sed hereditates testamentarię confirmantur à lege;ergo legitimę dicuntur.Respon.quamuis lex 12. tabular.confirmet hereditates,non tamen eas facit legitimas:quia lex illa confirmat heredi tates his verbis, HEREDITATES IN TESTAMENTO IVRE FACTO DATAE RATAE SINT. confirmat scilicet his, quibus relictæ sunt,si iure relictæ sint,vt ratæ voluntates sint. Siquidem est differentia, an id quod confirmatur non alias teneret, vt tunc dicatur legitimum,vt d. l. legitima. At testamentariæ successiones iure factæ valent sine confirmatione legis,cum sint de iuregentium.l.interdum.ff.de condict.indeb.vbi Bar.& ceteri.nimirum si ea approbatio non faciat eam dici legitimam,sed à lege approbatam & confirmatam. Bar. & alij in l.more. ff. de iurisd. omnium iudic, Sic quoque differentiam facit ius inter legitimam & testamentariam.

Hereditas dicitur nobis obuenire lege etiam ex testamento.

¶ Nec me mouet iste tex.quia non dicit legitimam hereditatem ex testamento obuenientem (& in hoc fuerunt hallucinati nostri iuris interpretes) sed dicit quidẽ iste tex.lege nobis obuenire hereditatem etiam eam, quæ ex testamento defertur; quia lex eam confirmat. Et sic lege nobis obuenire dicitur hereditas etiam ex testamento, sed non ob id dicitur legitima: quia lex confirmat testamenta, & approbando ea non facit, vt hereditas ex testamento obueniens dicatur legitima, vt satis superque superius expressi.

¶ Non etiam obstat tex.in l. mater. ff.de inofficios.testam.vbi filia erat instituta in quadrante,& tamen legitima vocatur ibi hereditas. Respon.ibi legitimam dici vt hic,videlicet quæ lege ab intestato defertur,non quæ ex testamento,quod erat ibidem ruptum per querelam:ideo per testamentum non videtur repudiasse legitimam hereditatem,vt in l. legitima.ff.de petitio.hereditа.Alias sequeretur,quod tutores testamentarij dicerentur legitimi. cuius contrarium constat:nam legitimus desinit,quando in testamento quis datus fuit. l. iure.§.fi.cum l.seq.ff.de testamentar.tutel.Imo quandiu testamentaria speratur,legitimam cessare docet Iurisconsul.in l. si quis sub conditione.ff.de testamentar.tutel.& heredes instituti etiam legitimi dicerentur,contra distinctionem positam in rub. ff.de legitim. tutor. & rub. ff. de suis & legitim.heredib. & superius abunde scripsi.

Hereditates quædam ex testamento veniunt.

¶ Sic igitur est concludendum,quod hereditates dicuntur lege obuenire.Sed quædam veniunt ex testamento, & dicuntur testamentariæ, vt hic in tex.qui nos docet, quomodo vocanda sit testamentaria, & non legitima. Aliæ vero hereditates obueniunt lege, iure tamen legitimo,siue ab intestato.l.qui pretio.ff.de donatio.caus.mort.quæ dicũtur legitimę. ita docet tex.in l.3.§.de illo.ff.pro socio.tex.expressus in l.illud.ff.de acquir.hereditа.Quæ multum conferre possunt ad intellectum rub. ff. de suis & legit. heredib. & l.si quis ita heres.ff.de heredib.instituend.

¶ Postremo non obest tex.in l. qui in vtero. ff.de statu homin. vbi legitimæ hereditates debent restitui his natis,qui in vtero erant tempore mortis patris,vel alterius. & idem dicit ibi glos. in hereditatibus testamentarijs. Respon. vt superius dictum fuit: quamuis id quod disponitur in legitima hereditate, possit ex identitate rationis extendi ad testamentariam,vt ibi:non tamen ex eo sequitur legitimæ nomine venire eam,quæ est ex testamento.

¶ Sequitur in tex. *quia lege 12. tabulorum testamentariæ hereditates confirmantur.* Et sic patet testamenta confirmari à lege 12. tabular. vnde resultat ea non esse à lege inuenta. Quæ vt exactius perspicere valeamus, tres quæstiones vobis dissoluam, sperans ea non pauci fore emolumenti.

Testamenta quæ reinuenta.

Doctori perito est dedecori suæ doctrinæ non relinquere semen.

¶ Imprimis igitur quæro, testamenta quamobrem inuenta sint? Respon. ne iniuria defunctus afficiatur,si non habeat heredem.§.1.Insti.quib.liceat manum.nempe rubor est sine herede decedere: sicut doctori perito est dedecori non relinquere suæ doctrinæ semen. c. obiiciuntur.34.q.4.l.1.de stud.liberal.vrb.Romę,lib.11.C.Et iniuriam patri dicitur filius inferre,si se ab hereditate patris abstineat. argum.l.Iulianus.ff.si quis omissa caus.testam. Bal. in c.vno.col.2.an cogna.vel filius,quemadmodum etiam scholasticus,qui abstinet à lectione sui doctoris,forte propter lusum pilæ,vel alias voluptates:quales multi sunt scholastici vix ad vllam frugem peruenientes.

Testamenta ob necessitatem inuenta.

¶ Secundo inuenta sunt propter necessitatem,vt creditores post mortem habeant,quem conueniant.l.& quia.ff.de interrogator.act.l.1.C.de hereditar.actio.doct.in l.1.ff.ad Trebel.

Testamenta inuenta, vt litibus obuietur.

¶ Tertio ad obuiandum litibus,& querelis, quæ post mortem possent inter proximiores heredes ab intestato,suboriri.Porc.in §.1.Insti.de testam.

Testamenta inuenta pietatis ratione.

¶ Quarto ratione pietatis. pium enim & æquum est, vt is qui toto suæ vitæ curriculo non sine ingenti labore bona quædam acquisiuit, ea possit alicui grato relinquere, cum illa secum ferre non liceat.l.1.C.de sacrosanct.eccles.

Testamenta exercendæ charitatis gratia inuenta.

¶ Quinto charitatis exercendæ gratia,& retribuendi:vt videlicet is qui bona habet,post seruitia sibi impensa benemeritos & gratos remunerare possit,& ingratis auferre.§.aliud.& §.causas.in authen.vt cum de appella.cognoscit.colla.8.c.cum in officiis. de testam.

¶ Sexto

Testamenta in uema vtilitatis publ. cæ gratia.

¶ Sexto ratione vtilitatis publicæ. nam eo quod homines testari possunt, incenduntur ad acquirendum & laborandum: quod publice interest. l.1. ff. soluto matrimo. l. vel negare. quemadmod. testam. aperiant. veluti mulieres communius in ista patria Galliæ consuetudinaria, in qua dimidiam partem conquæstuum sibi acquirunt ex consuetudine, sunt dili, gentiores, quam in patria iuris scripti, vbi quicquid acquirunt, maritis acquirunt, aut filiis si quos habeant: ideoque nihil mirum, si paulo negligentiores sint ad acquirendum, & promptiores ad expendendum in pompis & rebus superfluis.

Testamenta inducunt ad seruiendum & morigerandum.

¶ Vltimo inducunt ad seruiendum & morigerandum testari valentibus, & aufertur materia delinquendi. sperant enim filij, & alij consanguinei successionem obsequendo patri vel consanguineo. siquidem illis obnoxij sumus, qui nobis seruierunt. c. cum in officijs. de testam. Econtra quando velint nolint parentes, eorum bona deferuntur filijs, & aliis consanguineis, contemnunt nonnulli filij perditionis, nec debita præstant obsequia parentibus, & plus sibi tribuentes quam deceat, non verentur dicere non posse priuari successione eis per consuetudinem delata. Quamobrem mihi summopere semper fuit amplectenda hæc libera testandi facultas iure diuino inuenta, & iure humano confirmata.

Testamenta quo iure sint inuenta.

¶ Secundo igitur quæro, quo iure testamenta sint inuenta? Respon. Ista de quibus hic loquimur, sunt introducta de iure gentium, quoad primæuam inuentionem: nam eo ipso quo gentes esse cœperunt, de bonis suis disponere voluerunt, vt legitur de Iacob Genes. 27. & glo. in l. quotiens. ff. de heredib. instit. & 3. Reg. c. 2. vbi Dauid instituit Salomonem. & huius sententiæ fuit Bar. in l. interdum. ff. de condict. indeb. Alexand. consil. 2. nu. 20. in 1. vol. & communiter iurium interpretes.

Testamenta inuenta quoad formam de iure ciuili.

¶ Verum quoad formam & solemnitatem fuerunt testamenta introducta de iure ciuili, & quoad confirmationem, vt hic: quia lex testamenta confirmat. & sic antea inuenta erant, vt scribit Barba. in rub. de testam. & in tract. de præstan. Cardinal. in q. 1. partis primæ col. 1. Alexand. in rub. ff. de acquir. hered. Roma. in l. si non specrali. & l. si testamentum. C. de testam. vbi Iaf. & Baner. in §. 1. col. 4 no. 4. Inst. de testam. Alber. Brunus in tract. de statuto excluden. fœmi. q. 1. vbi plene scribit.

Testamentis iure factis Rex vel Imperator non derogat. Rei prohibitæ per testamentū alienari, Princeps ex causa permittit alienationem.

¶ Ex quibus infertur primo, quod Imperator vel Rex non potest derogare testamentis, si iure facta sint. l. si testamentum. C. de testam. vbi plene doct. cum iuris gentium sint. Et res in testamento prohibita alienari, Princeps non potest concedere, vt alienetur nisi magna ex causa, de qua debet constare. Et si rescriptum alicui contra testamenta iure facta concesserit, inciuile iudicabitur: vt consuluit Dec. consil. 357. in casu magnifici. col. 3. per d. l. si testamentum, & consil. 537. accurate. col. 2. vbi concludit legitimatum à Principe non excludere substitutum. & consil. 608. viso eleganti. &c. nempe quia iur gentium sine vrgente causa Princeps derogare non potest. Dec. consil. 403. quamuis. col. 3. q. 2. glo. in l. 2. C. de precib. Impera offerend. vbi dicit Principem non posse auferre dominium, quod est de iure gentium. & ibi alia addidi iura.

¶ Imo de tali causa constare debet, nec partis assertioni staretur. glo. in l. si donatione. C. de colla. Bar. in l. si forte, ff. de castren. pecul. l. si donatione. C. de colla.

Princeps surdo aut muto permittit, vt testetur.

¶ Potest tamen Princeps surdo aut muto, aut alijs sanæ mentis hominibus, quibus testamenti factio tantum à legibus prohibita est, testandi facultatem concedere. l. si mutus. ff. de testam. Et an testamenta propter solemnitatem omissam tempore pestis, sicque minus legitima, confirmare possit, scribit Lucas de Penna in l. 1. col. 4 C. de his qui in exilium dati. lib. 10. & plene de Ripa in tract. suo de peste.

Testamēta per consuetudines non tolluntur.

¶ Item consuetudo non potest tollere testamenta, sed solemnitates sic. Ludouic. Roma. in d. l. si testamentum. per l. fi. C. illo titul. Quemadmodum testamenta coram duobus notarijs facta vi nostræ consuetudinis Parisiensis valent vbiq; nam hæc sola est solēnitas, quæ in hac patria consuetudinaria sufficit in omnibus actibus. Et hoc modo idē auctor testatus est Lutetiæ Paris. anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo, die vltima Octob. & die secūda Nouem. subsequentis migrauit ad dominū; & sepultus in sacello collegij Heduensis parœciæ sancti Andreæ de Arcubus. Sic in testamento disposita nullus mutare potest, quando ad vsum destinatum res commode valet accommodari, præter Papam. clem. quia cōtingit. de religios. domib. vbi addidi. & Aufrer. in decis. Tholosa. q. 26.

Donatio fact. sponsæ, quando erit vxor mea, non valet.

¶ Sed in contrarium quibusdam videtur hoc ius testandi parum iuri conuenire: quinimo absurdum esse nituntur hoc argumento probare. paria siquidem sunt aliquid facere tempore inhabili, vel cùm habili fit, illud cōferre ad tempus inhabile: vt donō decem sponsę, quando erit vxor mea, hoc non valet: quippe censetur huiusmodi donatio facta esse tempore matrimonij. l. quod sponsæ. C. de donatio. ante nupt. Ita qui testatur; confert voluntatem suam in tempus inhabile, vtpote post mortem: quia testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia deco, quod quis post mortē suam fieri voluit. l. 1. ff. de testam. Eorum en post mortem nihil habet, cum mors omnia soluat. §. deinceps. in authen. de nupt. colla. 4. Et quando quis nihil habet, nec actu, nec potentia testari potest, authen. ingressi. C. de sacrosanct.

Testari non potest, qui nihil habet.

sanct. eccles. Barba. in rub. de testam. plene vsque ad nauseam scribit.

¶ Cui difficultati respondet Panor. in rub. de testam. quem multi etiam receptæ auctoritis sequuntur, hominibus tantum ex gratia concessum esse ius testandi: sed de rigore nemini licitum esse testari. sicut de iure patronatus diximus, quod ex gratia concessum est laicis. c. 3. de iure patro. ibi, quia hactenus eos ecclesia sustinuit.

Ius patronatus ex gratia laicis est concessum. Testari permissum est & de gratia, & de stricto iure.

¶ Ego vero putarem nedum de gratia permissum esse hominibus de rebus suis disponere, verum etiam de stricto iure. per l. in re mandata. C. manda. vbi scribitur, quod quisque rei suæ est moderator & arbiter. Imo etiam quis abutendo potest disponere. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hereditā. maxime in vltima voluntate. l. 1. ff. ad legem Falcid. §. diſponat testator, & erit lex. & §. deinceps. de nupt. colla. 4. sequitur Bertrand. consil. 77. viso. in 1. vol. secundum no. editio. Alioqui sequeretur falsum esse, quod superius diximus, ius hoc testandi iure gentium adinuentum esse. nam eo iure gratiam non inuenimus, sed meram facultatem omnibus passim concessam, quæ à iure ciuili postea ex causa restricta est. l. 1. C. de sacrosanct. eccles. & superius dixi in l. verbis legis.

Hereditas iacens post mortē est domina.

¶ Vnde Christopho. Porc. in §. 1. Insti. de testam. respondet, quod hereditas iacens, quæ personam defuncti repræsentat, est domina rerum post mortem. l. 1. §. 1. ff. si quis testam. liber esse iussus fuer. & l. hereditas. in princip. ff. de acquir. rerum domi. Sed hæc sententia parum satisfacere videtur. nam etsi hereditas iacens est domina post mortem: non tamen ex hoc tollitur contrarium, imo augetur, quippe semper id obstat, quod testatus non est post mortem dominus: sicque testamentum suum in tempus mortis collatum valere non potest: tum quia vere non inuenitur, quod hereditas iacens sit rerum domina. nec enim ei hereditati iacenti quidpiam reliquit testator. Quamobrem aliter & secundo respondet idem Porc. quod voluntas iam est sortita effectum: ergo non vitiatur, licet peruenerit ad eum casum, à quo non potuit incipere. l. pluribus. §. & si placeat. vbi Bar. ff. de verbor. obliga. in quibus adhuc doct. valde se contorquent. Quamobrem impræsentiarum meam non vereor interponere sententiam: quam, si vobis grata videatur, benignis auribus accipite.

Disponere in vita, & conferre post mortem, differunt.

¶ Vt igitur nodum hunc à doctoribus nondum extricatum dissoluamus, primū oportet præfari, aliud esse disponere in vita, & conferre post mortem: aliud disponere, & non conferre post mortem. Siquidem post mortem conferre quis dicitur, quando instituerit expresse, vel legaret post suam mortem, his verbis aut similibus: Ego post mortem meam instituo Titium. vel sic: Ego post mortem meam Titio lego decem. quippe non valeret hoc, per rationes prædictas, & per tex. in l. si ita scriptum. ff. de liber. & posth. Et quia hereditas ex die dari non potest. l. hereditas. ff. de heredib. insti. Et hoc probat l. quod sponsæ, C. de donatio. ante nupt. vt quando quis donat sponsæ, cum erit vxor: vel, vt tunc adipiscatur dominium, quando nuptiæ fuerint sequutæ. Ecce ergo, quod confert in tempus inhabile. ideo tex. dicit absque effectu esse. Ita & testamenta sic (vt dixi) concepta.

Testator per quæ verba disponat.

¶ Disponere vero de bonis suis in vita, & non conferre in aliud tempus dicitur testator: vt Instituo talem, Lego illi decem. nam hæc dispositio iure etiam stricto valet. l. in re mandata. C. manda. probatur in c. apostolica. 8. q. 1. vbi aliud est prælatum viuentem deliberare cum fratribus de electione, aliud est ex testamento post mortem sibi facere successorem. nec dicitur primo casu in tempus inhabile conferri. nam quandiu viuit, est dominus: & idem poris disponit: quæ dispositio morte confirmatur. l. cum hic status. ff. de donatio. inter vir. & vxor. c. cum Marthæ. de celebra. missar. Si quis igitur instituat nunc heredem, nil ei post mortem oberit, cum sit heres tempore à iure præstituto, videlicet ipso mortis tempore. Secus vbi diceret, Instituo eum post mortem, vt prædixi: quia post mortem non potest ipse quicquam facere. ideo hoc non valet.

Institutio facta post mortem nō valet.

¶ Idem in contractibus & legatis habere locum voluit antiquitas: sed postea pro communi hominum vtilitate hoc Imperator emendauit in contractibus & legatis, ne propter subtilitatem nimiam verborum latitudo voluntatis contrahentium impediatur. l. vna. C. vt actio. ab heredib. lege, scrupulosam. C. de contrah. stipula. §. post mortem. de inutilib. stipula.

Voluntas contrahentium subtilitate nimia non debet impediri.

¶ Non obstat ergo, quod post mortem confertur: quo tempore non est dominus. Respon. quod testator disponit in vita, & instituit in vita: sed lex voluntatem suam suspendit vsque ad mortem. l. 4. ff. de adimend. lega. & per mortem confirmat, vt prædixi.

Testator disponit in vita, & eius voluntas suspenditur vsque ad mortem.

¶ Nec etiam obest, parem esse vim expressi & taciti. l. cum quid. ff. si certum pet. Respon. quoque hoc in multis casibus non procedere, secundum Iaf. ibi, & recentiores. Vel dicunt nonnulli hoc esse verum in his, quæ ex natura contractus veniunt, vt ibi: alias secus. Vel hic est diuersa ratio. nam actus est in vita perfectus, & per mortem confirmatus, vt prædixi. ideo non vitiatur actus perfectus & consummatus, vt probatur in titul. de renuntia. vbi si quis resignauerit beneficium detentus valetudine facta resignatione, & admissa est exutus beneficio. ideo si moriatur, valebit resignatio. sic facto testamento & à iure confirmato, testator est per mortem exutus bonis, quæ adita hereditate transeunt in heredem, & valet

Actus in vita perfectus post mortem confirmatur.

illud

illud teſtamentum.l.cum heredes.ff.de acquir.poſſeſſ.pro his tex.eſt in l.fi.ff.de ſtipula.ſeruor.vbi ſtipulatio ſerui facta, cũ manumiſſus erit,valet,& dominꝰ acquiritur: promiſsioque facta filio, cum emancipatus erit, etiam ſi dolo malo hoc faciat, patri quæritur. Itaque ait teſtamentum valere ſimul atque à teſtatore legitime factum eſt, licet non ſortiatur effectum,niſi poſt mortem: quo tempore nihil impedit, quominus effectum habeat.at in donatione illa ſponſi ius impedit & prohibet, quominus effectum habeat tempore nuptiarum.nec potuit ante valere:quia donans ante nuptiarũ tempus valere noluit, ita donando.

Teſtamentum ſtatim vbi factũ eſt, valet: ſed nõ ſortitur effectũ niſi poſt mortem.

¶ Item ſi quis conſtituerit ſe ſoluturum,quod nunc debet,licet poſt conſtitutum debeatur,tamen valet conſtitutum,etiam ſi eo tempore conſtituerit,quo erat obligatus, licet in id tempus venerit,quo non tenebatur.l.item illa.§.quod adiicitur.ff.de conſti.pecunia.nec actus perfectus vitiatur,ſi peruenerit ad caſum,à quo non poterat incipere.per regul.iuris.

Conſtituens ſe ſoluturũ quod nunc debet,etſi poſt conſtitutum debeatur, valet.

¶ Et ſic viget vſus teſtamentorum:quia teſtantur omnes populi, dum non iure prohibeantur.l.ſi quæramus.& l.2. ff. de teſtam. edictum enim de teſtamentis eſt prohibitorium certarum perſonarum,& regulæ permiſſorium. Azo & Hoſtien.in ſumma de teſta.& doct. in rub.illius titul.in decretal.Et iſta notanda ſunt in teſtamentorum materia.

Omnes teſtari poſſunt,qui iure non prohibentur.

¶ Poſtremo qui confirmat,an cenſeatur dare, videte plene doct. maxime Curtium in l. & quia.quam legunt cum lege,more. ff. de iurisdict.omni. iudic.vbi dicunt,quod confirmans actum inualidum, videtur dare:ſecus ſi validum. Deci. in rubr.de confirma. vtili vel inutili.

Confirmans actum inualidũ videtur dare.

IDEM LIB. TERTIO AD LEGEM IVL. PAPIAM.

LEX CENTESIMA TRIGESIMAPRIMA.

Aliud eſt fraus, aliud pœna. Fraus enim ſine pœna eſſe poteſt: pœna ſine fraude eſſe non poteſt .Pœna eſt noxæ vindicta : fraus & ipſa noxa dicitur, & quaſi pœnæ quædam præparatio.

¶ Hæc lex duas continet partes. in prima differentiam aſsignat inter pœnam & fraudem: in ſecunda inter pœnam & mulctam ibi, *inter mulctam autem.* Et quamuis veteres fraudem pro pœna ponere ſolerent.lege,cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edict. l. nec magiſtratibus. de iniur. tamen hic Iuriſconſul. ſequentes inter hæc aſsignat differentias, nempe inter fraudem & pœnam.

Fraus eſt dolus malitia, calumnia, damnum, crimen.

¶ Prima differentia traditur ibi, *fraus enim ſine pœna eſſe poteſt.* quia fraus, de qua in lege, ſi calumnietur.infra eod. eſt dolus, malitia, fallacia, calumnia, circunſcriptio, damnum, ſcelus,crimen & delictum:& poteſt eſſe ſine pœna,vtpote ſi fraus leuis ſit, & ſuper re leui, quæ pœnam non meretur. Vel fraus ſine pœna eſſe poteſt, quia fraus damno afficit, & omne damnum non dicitur pœna,quæ ad vindictam criminis imponitur:damnum vero detrimentum reſpicit, & nil ad pœnam. nam hoc caſu damni reſtitutio ſufficit. §. primo. de lege Aquil. Et ſic fraus ſine pœna erit, ſed non ſine damni reſtitutione. Et hæc verior videtur.

Pœna furti vel iniuriarum timenda.

¶ Expedit tamen timere furti vel iniuriarum pœnam, inquit Iuriſconſul. in l. ſi vnus. §. pacta. ff. de pact. quia lento gradu ad ſupplicij vindictam diuina procedit ira, & tarditatem ſupplicij grauitate compenſat. Valer. in princip.

¶ Vel eſt de caſibus,in quibus impune ſit,quos tradit Iacob.Bolenc.in repet.§.famoſos. l. capitalium. ff. de pœnis. quos tranſcripſit Chaſſan. in conſuetudin. Burgund. rub. *des iuſtices.*§. quinto.in gloſ. *s'il n'a grace.* prætermiſſo tamen ſuo auctore,nec allegato:veluti ſi quis ad tuitionem ſui corporis alium occidat. lege, vt vim. ff. de iuſtit. & iure.l.ſcientiam. §. qui cum aliter. ad legem Aquiliam. Sed forte dici poteſt in illis caſibus abeſſe fraudem, cum iuris interueniat auctoritas: ideo ſine fraude cenſetur eſſe.lege, Gracchus.C.de adulter.

Fraus quando eſt ſine pœna.

¶ Aut fraus eſſe poteſt abſque pœna, quando ignoratur commiſſa, vel non probatur. l.abſentem.ff. de pœnis. ſecundum glo. hic. Vel toleratur. multi enim corriguntur, vt Petrus:multi tolerantur, vt Iudas: multi neſciuntur, donec veniat deus,qui illuminabit abſcondita tenebrarum.c.multi.2.q.1.Cum vero interdum fraus pro pœna accipiatur,procul dubio cum ipſa pœna ſit,abſque ea eſſe non poteſt. l. cum autem. §.excipitur.primo. ff. de ædilit.edict.

Puniẽdus quis non eſt ſine culpa.

¶ *Pœna ſine fraude eſſe non poteſt.* Licet fraus ſine pœna eſſe poſsit, nempe ſine culpa non eſt aliquis puniendus. regul. Sine culpa.de regul.iur. in 6.Et rem,id eſt hominem qui culpa caret, in damnum, id eſt in pœnam vocari non conuenit. cap. cognoſcentes. de conſti. pœna ſiquidem auctores ſuos tenere debet. lege, ſancimus. C. de pœnis. cap. ſecundo. de his quæ fiunt à maior.part.capitul. Quamobrem non debet quis affligi ſine fraude: veluti ſi caſu

ſi caſu fortuito quis hominem occiderit, illum pœna non ſequetur, cum fraus hic abſit. l. ſi putator.ff.ad legem Aquil.l.1.C.de ſicar.Et in euangelio ſcribitur, ex bono opere quem non eſſe puniendum.Sicque pœna ſine fraude non eſt quis afficiendus.

Qui caſu fortuito hominẽ occidit, cum pœna non ſequitur.

¶ Limitatur primo,quando punitur vnus pro alio.quod in quibus obſeruetur caſibus, tradit tex.in c.eccleſia.§. his ita.1. q. 4. vbi ſeptem ex cauſis alij puniuntur propter aliorum peccata:vt cauſa ſacramenti,vt lapides & theſauri Hierico, & animalia Amalecitarum.Ioſue 6.c.& primi Regum c.15.Secundo cauſa flagelli,vt primogenita & poſſeſsiones Aegyptiorum.Exod.7.c.cum multis ſequen.Tertio ratione criminis deteſtandi,vt pecunia Simonis, dum fuit dictum illi: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quia donum dei exiſtimaſti pecunia poſsidere.c.qui ſtudet.1.q.1.c.mulier.15.q.1.

Quis punitur ob peccatũ alio rum ſeptem ex cauſis.

¶ Quarto cauſa experientiæ,vt electi & prophetæ.nempe arca & prophetæ peccato ſuorum ciuium hoſtibus traditi ſunt:electi quoque,qui murmure eorum impediti ſunt, non in pœnam criminis,ſed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc paſsi ſunt.d. c. eccleſia.§.arca.Quinto cauſa puniendi,in quo deliquerint: vt Dauid, qui populum numerauit: quia in multitudine populi gloria Regis,in diminutione contritio Principis.2.Reg. c.vlt.ob id fuit peſte percuſſus populus,vt ibi. Sexto cauſa diminuendæ pœnæ,vt paruuli Sodomitarum. Geneſ. 19.cap. Septimo cauſa exempli,& correctionis: vt peccante Cham filius eius maledicitur. Geneſ.9.c.in fi.& Giezi delinquente lepra ad poſteros tranſmittitur. 4.Regum 5.c.Et vtinam ſic ad omnes ſimoniacos lepra deferretur:plurimos enim tales paſsim hodie cerneretis, vt ſcripſi in praxi benefic. in 3. parte. Alia exempla petere licebit ex cap.eccleſia.1.quæſt.4.

Regis gloria in multitudine populi. Simoniæ ob crimen Giezi poſteri lepra ſunt affecti.

¶ Vltimo ſine culpa non poteſt quis pro alio puniri,niſi ſubſit cauſa:vtpoteſi quis matrimonium contrahat cum vidua, punitur tanquam bigamus, licet non ſit in culpa, ſed cauſa ſubeſt. d. regul. Sine culpa. At pœna corporali regulariter vnus pro alio non punitur: nec valeret ſtatutum vel ordinatio contrarium diſponens,teſte Bal.in rub.C.res inter alios acta.Dec.& alij in c.2.de conſti.Lucas de Penna in l. 3.col. 5. C. de excepto. & exactor.lib.12.Alios caſus,in quibus alius pro alio punitur,ſcribit Archid.in c.qui bona.17.q. 1.col.penul.

Culpa carens pro alio non punitur.

¶ Cum vero dicit tex. hic non poſſe quem puniri ſine fraude, & delicto, intellige hoc verbum poteſt pro debet, quod ſcilicet quis ſine fraude puniri non debet. Et ſic capitur hoc verbum poteſt,vbi materia non eſt neceſſaria.tex.in c.ſi qui teſtium.de teſtib. c. quanto.vbi glo.de præſumptio.l.nemo poteſt.ff.de pact.alias regulariter importat neceſsitatem. glo.ſingul.in regul.1.de regul.iur.in 6.vbi alia addidi. Bar. & alij in l. Gallus. ff. de liber. & poſth. Vel non poteſt quis puniri ſine fraude,id eſt ſine damno: nam etiam falſum non punitur, vbi non eſt damnum.l.damus. vbi glo. C. de falſis.

Quis non punitur ſine damno.

¶ Imprimis ergo de delicto conſtare debet.l.1.§. item illud. ff. de ſenatuſconſul. Silania. vt ſcripſi in interpreta.l.diuus.ibidem. Tamen delicti commiſsi quis interdum pœnas luit, quamuis tale quid nihil admiſerit:vtpote ſi confiteatur illud crimen perpetraſſe,quod vere alius commiſerat: nec tamen eo prætextu liberabitur verus auctor delicti.l. ſi is cum quo. ff. de confeſſ. lege, qui ſeruum. de interrogator. actionib. Et interdum iuxta Iuuenalis ſententiam,

Punitur interdum quis pro alio.

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas.

Quod diligentiſsime iudex animaduertere debet, & fugere. Quippe melius eſt nocentem impunitum relinquere,quam innocentem puniri.l.abſentem.ff.de pœnis.

Iudex debet potius nocentem impunitum relinquere,quam innocentem punire.

¶ Sequitur in tex. *Pœna eſt noxæ vindicta: fraus & ipſa noxa dicitur.* Affert hic Iuriſconſult. alteram differentiam, quod pœna eſt vindicta delicti, id eſt caſtigatio & coercitio. Græce ποινὴ dicitur à πόνος,id eſt à labore & dolore: nempe dolet is, cui pœna infligitur. & ποινὴ idem eſt, quod laboro, doleo.& Gallic. *poine*: quod Græcum redolet, videlicet πόνημα, id eſt ſupplicium,pœna. Fraus vero dicitur & ipſa noxa, & delictum: licet aliquando noxia vocetur delictum,vt in §.1.Inſti.de noxal.actio.vbi glo.ſcribit hunc verſum:

ποινὴ verbum quid denotet.

Noxia, delictum, delinquens,noxa vocatur.

Et quæ vindicta ſit permiſſa,ſcripſi in interpreta.l.diuus. ff. de ſenatuſconſ. Silan. De noxa dicam in l.plebs.§. noxæ. infra eod. Et ſic fraus, dum pro damno capitur, poteſt eſſe ſine pœna,id eſt ſceleris vindicta:ſecus ſi pro crimine accipiatur,vt ſequitur.

¶ *Et quaſi pœnæ quædam præparatio.* Ex his verbis tex.elicitur tertia differentia, quod fraus dicitur quædam præparatio ad pœnam: nempe qui fraudem committit, id eſt delictum, præparat ſe ad pœnam ſubeundam. Pœna vero eſt ipſa fraudis caſtigatio. vnde dicit tex. in l.3.C.de epiſcop.audien.homicida expectet,quod fecit.& Geneſ.9.c. Quicunque fuderit ſanguinem, fundetur ſanguis illius. Et quiſquis præceptis non obtemperat,reus eſt, & debitor pœnæ.c.quiſquis.14.q.1.& glo.in l.ſi probatio.ff.de probat.it:delictum tuum te punit,non ego.

Sanguis eius funditur, qui ſanguinem fudit.

¶ Dolus etiam à fraude differt,licet fraus dolo inſit.l.iuriſgentium.§.ſed & ſi fraudandi.

Fraus & dolus differunt.

ff.de pact. Quod fraus non ſolum ex euentu & re ipſa conſideratur, ſed conſilio quoque. l. fraudis. ff. de regul. iur. vbi etiam Dec. & §. in fraudem. quib. manumitter. non licet, in Inſti. Dolus ex animo fit, & alterius circumueniendi cauſa. l. 1. ff. de dolo.

Capitalem fraudem admittere quid ſit.

¶ Fraudem capitalem admittere, eſt tale quid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Et ita veteres fraudem pro pœna ponere ſolebant. lege, cum autem. §. excipitur. 1. ff. de ædilit. edic. ſcripſi in l. licet capitalis. ſupra eod. Et ſic fraus capitalis pro crimine capitali.

Libertus in fraudem patroni quando alienare videatur.

¶ In fraudem patroni libertus alienare videtur, qui dolo rem alienauit, vel in necem patroni rem prodegerit. l. 1. §. 1. & §. in ceteris. & §. ſi mutuam. ff. ſi quid in fraud. patro. vbi pro damno accipi poteſt.

Geſta in fraudem creditorũ quæ videantur.

¶ Geſta etiam in fraudem creditorum videntur, ſeu fraudationis cauſa ea, quæ dolo quis fecit, vt re careret, ne creditoribus ſatisfieret. l. 1. 2. & per totũ. ff. quæ in fraud. creditor. & C. illo tit. & §. in fraudem. Inſti. de actio. Et quando quis præſumatur in fraudem alienare, docet Angel. ſex caſus in §. in fraudem. Inſtitutionib. de actio. & doct. in l. poſt contractum. ff. de donatio. & Federic. conſil. 45. ac Dec. conſil. 260. fraudator quis. in l. ſi fraudator. quæ in fraud. creditor.

Fraus inter perſonas coniunctas præſumitur.

¶ Fraus facile inter coniunctas perſonas præſumitur. l. non ſolum. de ritu nuptiar. doct. in d. l. poſt contractum. de dona. Lucas de Penna in l. 3. C. de iure fiſci, lib. 10. & in l. ſi donatione. C. de collatio. Et 222. caſus, in quibus fraus præſumitur, ſcribit Lucas de Penna in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & quomodo probetur, tradit Barba. conſil. 8. in 4. vol. & in cauſis beneficialibus, ſcripſi in concorda. §. volumus. titul. de colla. in glo. vlt. & in praxi benefic.

Fraus legi quando fiat.

¶ Fraus legi fit, cum id fit, quod fieri noluit: fieri autem non voluit. & quod diſtat verbum ab intellectu, hoc diſtat fraus ab eo, quod contra legem fit. Contra legem facit, qui id facit, quod lex prohibet.

Legis in fraudẽ quando quis faciat.

¶ In fraudem vero legis facit, qui ſaluis verbis legis ſententiam eius circumuenit. l. fraus. & l. contra. ff. de legib.

Fraus de perſona ad perſonam quando fiat.

¶ Et fraus quandoque fit de perſona ad perſonam: vt maritus prohibitus donare vxori, donat fratri vxoris vel alteri, medio cuius peruenit ad vxorem. l. 1. & l. ſi ſponſus. ff. de donatio. inter vir. & vxor. aut pupillus donat filio teſtatoris, ſeu adminiſtratoris ſui, vt ſcripſi in tract. de donatio. fact. tutor. & aliis adminiſtrator. in 2. tomo commentar. in conſtit. Reg. Gallic.

Fraus de re ad rem.

¶ Interdum committitur fraus de re ad rem: vt prohibitus mutuare pecuniam filiofamil. ſi ei tradat pannum, frumentum aut quidpiam aliud, non minus repelletur exceptione ſenatuſconſulti Macedoniani, quam ſi vere pecuniam mutuaſſet. l. ſed Iulian. §. mutui. ff. ad Macedo. vel prohibitus transferre frumentum, tranſfert farinam aut panem, ſicut ſcripſi in l. nominis. §. ſi. ſupra eod.

Fraus de contractu ad contractum.

¶ Ita de contractu ad contractum fraus adhibetur: vt cum maritus vendendi animum non haberet, idcirco tamen commentus eſt, vt donaret: venditionem non valere, nec donationem, ſcribit Vlpia. in l. ſi ſponſus. §. circa. ff. de dona. inter vir. & vxor. plene Dinus in regul. certum. de regul. iur. lib. 6.

Fraus legi facta quæ.

¶ Fraudem etiam legi factam Iulia. ait, ſi patronus libertam non ducturus propter hoc ſolum iureiurando adegerit, ne alij nuberet, & perinde patronum teneri, ac ſi coegiſſet libertam iurare non nupturam. l. adigere. §. ſi patronus. ff. de iure patro. facit l. ſi libertus. §. plane. ibidem. Et æqualiter punitur, qui facit aliquid in fraudem legis, ac ſi faceret contra legem, vt docet Iaſ. poſt Bal. ibi in l. non dubium. 1. no. C. de legib. ſcripſi in l. nominis. §. ſi. ſupra eod.

Fraus requirit animum fraudandi.

¶ Notandum eſt igitur, quod fraus animum fraudandi requirit. §. in fraudem. quib. ex cauſ. manumitt. licet, & ſupra dixi. Vnde ſi quis habeat duas naues oneratas, & exonerat vnam, dum vult tranſire per ciuitatem Pariſienſ. vel Aurelianenſ. in qua pro qualibet naui onerata certa præſtatur pecunia: ille non incidit in legem, nec fraudem legi facere videtur. non enim hoc lex prohibet facere. imo poteſt ſibi, & ſuis bonis prouidere. Sic dixi in duabus quadrigis, & in altera iuxta ciuitatem exonerata, vel in duobus mulis & animalibus aliis ſic exoneratis. mihi ſiquidem ab initio licuit vnam tantum onerare: nimirum ſi poſtea dum voluero, id liceat. Quamobrem inique publicani exigunt, volentes per fas & nefas tranſeuntes ad ſolutionem cogere. quod iniquum eſt, niſi pro vna naue tantum. quia non videtur voluiſſe fraudare edictum, qui ſibi proſpicit. l. ſi pupillus. 1. §. 1. ff. de acquir. hereditat.

Quiſibi proſpicit, non videtur edictũ fraudare.

¶ Item fraudi res eſſe dicitur, id eſt damno. l. cum te. C. de pact. inter emptor. & venditor. Et dicimus, ne res ſit mihi fraudi, id eſt ne res ea mihi vitio detur, vel adſcribatur, ſeu noceat: vt plene Adria. de ſermo. Latino elucidat.

Res fraudi eſſe dicitur.

§. Inter

§. Inter mulctam autem & pœnam multum intereſt: cum pœna generale nomen ſit, & omnium delictorum coercitio: mulcta ſpecialis peccati, cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt. Pœna autem non tantum pecuniaria, verum capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. Et mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctam dicit: pœna non irrogatur, niſi quæ quacunque lege, vel quo alio iure ſpecialiter huic delicto impoſita eſt. quinimo mulcta ibi dicitur, vbi ſpecialiter pœna non eſt impoſita. Item mulctam is dicere poteſt, cui adiudicatio data eſt. magiſtratus enim ſolos & præſides prouinciarum poſſe mulctam dicere, mandatis permiſſum eſt: pœnam autem vnuſquiſque irrogare poteſt, cui huius criminis, ſiue delicti executio competit.

Mulcta vnde dicta.

¶ Hic aſsignantur differentiæ inter mulctam & pœnam. Et aiunt quidam grammatici mulctam à mulcendo dictam per antiphraſim, teſte Alcia. quia non mulcet. Tamen Bal. in c. cum eccleſia. col. 2. de electio. ait mulctam dici, quia mulget, id eſt trahit ſanguinem, id eſt marſupium. Vel iudex mulget lac hominis, id eſt pecuniam hominis: vel multum extrahit. Vel teſte Varro. dicitur, quod olim ſingula, vt ouis aut bos, ob crimen exigerentur: ſed poſtea multa exigi cœperunt, & vinum atque oleum addi, & in pecuniam conuerti. Et dicunt Sabinum eſſe vocabulum, quod Oſcum Alcia. appellat. Vel dici poteſt à mulcendo, eo quod mulcet, lenit & mitigat rebelles, & contumaces, in quos impoſita eſt. Vere puto dictam à mulgeo, quod facit in ſupino n. ulſum, vel mulctum. inde venit mulcta. Et pœna dicta eſt, quod puniat, teſte Luca in l. 1. C. de his qui ex public. ratio. mutuam pecuniam acceperunt, lib. 10. Hæc grammaticis relinquo. Ceterum quia tex. hic paululum in verbis difficilis eſſe videtur, ſingula eius verba proſequamur.

Pœna vnde dicta.

Alciati ſententia reprobatur, & datur verus ſenſus per auctorem.

¶ *Cum pœna generale nomen ſit.* Hic prima inſeritur differentia inter pœnam & mulctam. nam pœna generale nomen eſt, vt comprehendat quamlibet pœnam, & corporalem, & ciuilem, & pecuniariam, & generaliter omnem pœnam, pro quibuſcunque delictis imponatur, ſiue fuerint nominata, ſiue innominata. Contra Alcia. dicentem pœnam dari ſuper nominatis delictis, vt eſt furtum, adulterium, & ſimilia. ſpeciale vero dictum hic tex. ſecundum eum vocat innominatum: vt cum quis in ius vocatus non paret, cum temere appellet: huiuſmodi facta pluribus verbis deſignantur ſpecialiter, non vno generali, vt pœna. Sed arbitror Alcia. perperam intellexiſſe hunc tex. qui vult pœnam eſſe, quæ imponitur ex quibuſcunque delictis: & vocatur tunc pœna. ſi vero pœna aliqua pecuniaria imponatur ſuper aliquo certo delicto, id eſt iam commiſſo, ſiue nominato, ſiue innominato, iure permittente: tunc dicitur mulcta, non eo quod pluribus verbis deſignetur: ſed ſpeciale dicitur delictum, quia iam commiſſum, deſignatum & emergens. nempe non dicitur mulcta, niſi fuerit impoſita pro aliquo peccato iam commiſſo, vt inferius dicetur: ſicque eſt ſpeciale, non generale. Et hæc eſt mens huius tex. ibi, *mulcta ſpecialis peccati*, vt dixi in l. ſciendum. ſupra eod. Quamuis idem Alcia. ſuam confirmet opinionem in l. ſi qua pœna. infra eod. plus dicens, quod ſi ex lege municipali conceſſum ſit liberum arbitrium circa pœnas pro delictis infligendas, vt in hoc Regno Franciæ, quamuis furi, vel adultero pœnam pecuniariam iudex indicat, non tamen proprie dicitur mulctaſſe: quoniam huiuſmodi delicta generalia ſunt: at mulcta in ſpecialibus habet locum. Tenete contrarium. quando quidem prætor cum olim imponebat pro furto bouem aut ſimile, ſpeciale delictum fuiſſe probatur: quia mulcta dicebatur, vt infra dicam. Ideo vos intelligite, vt prædixi. Mulctare quoque pœnam reſpicit, vt inferius elucidabitur.

Mulcta habet locum in ſpecialibus.

Pœna in extraordinariis criminibus imponitur.

¶ Item in extraordinariis criminibus pœna imponitur. l. annonã. §. pen. ff. de extraord. crim. Et tamen ſunt delicta innominata: ſicque mulcta foret imponenda, ſecundum Alcia. ſententiam. Verum Iuriſconſ. ait, nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna. l. penul. ff. de extraord. criminib. Ecce igitur pœnam dici etiam in innominatis, quicquid velit Alcia.

¶ Quid ergo ſit pœna, tradit iſte tex. videlicet eſt coercitio omnium delictorum, ſeu caſtigatio, quæ ſingulis delictis infligenda eſt. nempe reipublicæ intereſt, ne delicta remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. c. vt famæ. de ſenten. excommunic. Nec tamen debet pœna egredi metas delicti. l. mater. de oper. libertor. C. l. Pedius. in fi. ff. de incend. ruina & naufrag. Et in hoc tex. legunt quidam Coercitio, à coercendo, & puniendo. Et coercere proprie ad corporalem punitionem refertur. l. ſi quis iniuriam. iuncta glo. ff. de iniur. l. medicus. de var. & extraordinar. cognit. Aliquando generaliter accipitur, vt etiam pœnam contineat pecuniariam. l. quinque ſummates. C. de decurio. lib. 10. Luc. de

Penna in l.nemo.col.3.de exactor.tributor.eod. lib.l.fi.ff.de offic.eius.vbi iurium interpretes, videte quę dicam in l.hęc ſtipulatio.infra eod.

Mulcta niſi ſit impoſita, non vocatur mulcta.

¶ *Mulcta ſpecialis peccati.* Vult dicere mulctam vocari, quando ſpeciatim eſt impoſita pro certo crimine. Et niſi fuerit impoſita, non poteſt vocari mulcta. Quamobrem requiritur ſpeciale quoddam peccatum prędcedere: quia nō præſtituitur de iure generaliter pro furto, homicidio vel alio delicto: ſed opus eſt imponi ſuper certo crimine pro qualitate illius. Pœna vero generaliter pro omni crimine: vt pro homicidio pœna mortis ſtatuitur, & generaliter pro omnibus homicidiis, vt per totum tit.ff. de ſicar. nempe Imperator ait, quod homicida ſperare debet, quod fecit.l.3. C.de epiſcop.audien. vt dictum extitit ſupra. Igitur pœna certa præſtituitur à lege omnibus delictis, etiam committendis: mulcta vero non niſi pro ſpeciali delicto commiſſo.

Pœna pro omni crimine imponitur.

Peccatum pro delicto concernente ſocietatem.

¶ Et quod in hac lege, & in l. ſi qua pœna. infra eod. vocatur peccatum, intellige pro delicto maxime concernente communem hominum ſocietatem, quam politiam appellamus. Aliter apud theologos peccatum accipitur pro illo vitio, quod nedum ad homines, ſed & ad deum refertur, & quo deus offenditur. Verum ne plus æquo ſim prolixior, ſorteque mea contentus agam, id theologis tractandum relinquo. Diſtincta ſiquidem eſſe decet cuiuſque artis vocabula, ne quid confundamus: velut quidam grammatici, qui non contenti proprietate verborum iuxta grammatices facultatem, ſacra prophanis miſcent, & vltra metas conſtituti hærent, vt quo ſe vertant, neſciant. Tutius vero ſemper exiſtimaui, *Quam artem quiſque profitetur, in ea ſe exerceat*: quemadmodum ſatis firmat Cicero lib.1. de Oratore.

Mulctæ impoſitio in pecunia conſiſtit.

Emenda vnde dicta.

¶ *Cuius animaduerſio hodie pecuniaria eſt.* Secunda traditur hic differentia, quod mulcta eſt pecuniaria. Et impoſitio mulctę conſiſtit in pecunia (vocamus Gallic.*emende*) vt in c.2.de ſenten.excommunica.in 6. Et Gallic.eſt adagium, *Que toutes emendes nees au palais ſont ameres*, his videlicet, quibus imponuntur: alias fiſco dulces ſunt. Et alluſionem vocabuli ponderando emendas puto dici, quod his emendantur delinquentes, ſeu emendari debent. De re mulctatitia tres eſſe leges, vide in catal.legum antiq. pag.6.

Mulcta pecuniaria.

¶ Aliquando tamen Iuriſconſul.vocat mulctam pecuniariam ad vberiorem expreſsionem, vt in l.deſertorem.§.1.ff.de re militar.ibi, pœna militum huiuſmodi eſt, caſtigatio pecuniaria, & mulcta. & in l.3.§.1.ibidem, & l.in teſtamento.1.ff.de conditio.& demonſtra. Et terminorum auulſorum non mulcta pecuniaria eſt.l.1.ff.de termi.amot.l.fi. in fi. C.de epiſcop. & cleric.ibi, nam contemptores huius legis non ſolum pecuniaria mulcta, ſed & capitis ſupplicio feriantur. Quamuis iure veteri ſtatutum eſſet, ne pœna capitis cum pecunia coniungeretur, vt docet Blond.lib.4.

Pœna capitis cum pecuniaria non debet coniungi.

¶ Item pœna dupli & quadrupli dicitur in pecunia conſiſtere. l.1. de his qui ex public. ratio. lib.10. C.§.conceptum. Inſti.de obliga. quæ ex delic.naſcunt.

Pœna dupli & quadrupli.

¶ Item pœnam pecuniariam alias vocauit Iuriſconſul. ad differentiam pœnæ corporalis.l.2.ff.de public.iudic.& in l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accuſa.& l.nec quicquam.pro ſocio.l.quid ergo.§.pœna.de his qui no.infam.l. ſi quis teum.de cuſtod.reor.l.fin. de plagiar.l.1.in fi.de pœnis. Alibi Iuriſconſul.vocat nummariam pœnam, in l.litigatores. §.1. ff. de arbitr.

Pœna pecuniaria.

Pœna nummaria.

¶ Adhæc mulctari pro puniri frequentius capitur.in l.2. §. hac actione. 2. ibi, ſed aliter mulctabitur.ff.vi bonor. raptor.l. fi. ff.de vi priua. ibi, & in tertia parte bonorum mulctatur, id eſt punitur, & confiſcatur tertia pars bonorum. Alibi, dimidia parte bonorum mulctatur, l.is qui ſeruum.de ſicar. vel parte, l.bonorum.l.qui eum vno.§.qui filium.ff.de re militar.l.quid ergo.§.pœna.de his qui no.infam.

Mulctari capitur pro puniri.

¶ Mulctatus opere temporario, apud Iuriſconſul.in l.in ſeruorum.in fi. ff. de pœnis. id eſt condemnatus opus facere ad tempus, vel punitus ſeu affectus. Quamuis Zaſ. in l. acta. §. fi. ff. de re iudica. exponat, id eſt damnificatus: quia ſecundum eum vſurpatur verbum mulctare pro damnum inferre, vel damnum pati in voce paſsiua. Sed non ita accipitur in illa l.in ſeruorum. quia licet mulcta ſolum reſpiciat pecuniam, & non pœnam: nihilominus mulctari verbum generalius accipitur, videlicet pro punire, ſecundum materiam ſubiectam, vt ſuperius probatum fuit.

Mulctatus opere temporario.

Mulcta mulctare.

Mulctari pœna pecuniaria.

¶ Mulcta mulctare, condemnare ad mulctam. ff. de aleæ luſu & aleator. l.1. in fi. ibi, aut mulcta mulctetur, aut in latomias vel publica vincula ducatur. Et ſæpius oratores vtuntur.

Mulcta olim ex pecude ſoluebatur.

¶ Mulctari pœna pecuniaria, *eſtre condemné à l'amende pecuniaire.* l.1. §. qui aduerſus. ibi, extra ordinem pecuniaria pœna mulctabitur. ff. de poſtuland.

Mulctæ olim dum indicebatur, prius nomen ouis, quæ bouis erat nominandum.

¶ Et iſte tex. ideo dicit mulctam eſſe pecuniariam, quia olim ex pecude mulcta ſoluebatur, quæ maxima erat 30. boum & duarum ouium, minima vnius ouis. Deinde in pecunia numerata mulctari cœptū eſt, vt ex Aulo Gelio li.11. refert Alcia. Et apud Romanos cautū fuit, ne quis mulctam indicendo bouem, priuſquā ouem nominaret, teſte Plin.lib.18.c.3. vt videlicet auctore Alcia. innoteſceret, Romanis mitiores ſemper placuiſſe pœnas. Vel forte ſicut

ſicut creſcente malitia, creſcere debet & pœna.c.cum non ab homine.de iudic.ſic & mulcta parua, nempe ouis prius imponebatur: & poſtea augeſcente pertinacia, augebatur & mulcta. & hoc iuri conueniens eſt. l. vna. ff. ſi quis in ius voca.

¶ Nota tamen, quod ſi iudex condemnauerit tres ad centum pro eodem delicto, vnuſquiſque pro virili portione condemnatus cenſetur. l.1. C. ſi plures vna ſenten. condem. fuer. quamobrem vno ceſſante partem ſoluere, iudex non poteſt ab alio totum exigere, niſi in ſententia dixiſſet, quod quilibet inſolidum teneretur. Quod ita demum facere conceditur iudici, cum inſolidum quilibet fuiſſet conuentus à procuratore Regio: alias non. argum.l.vt fundus.ff.communi diuid. Specula.in titul.de ſenten.§.ſpecies.in fi. Et quando condemnat, dicere debet, In reſiduo eos abſoluendo, ſecundum eum.

Si cōdēnati ſint tres ad centū, quilibet pro virili cenſetur cōdemnatus.

Conuenti in ſolidum, ſi ſint plures, ſi per indicem condemnentur in ſolidum condemnantur.

¶ *Pœna autem non tantum pecuniaria, verum & capitis.* Hic inſeritur tertia differentia: quia pœna eſt & pecuniaria, & capitis, id eſt vitæ, ſeu capitalis. de qua in l. licet capitalis. ſupra eod. & lege ſecunda. §. poſt deinde. ibi, quibus etiam capitis animaduerſio data eſt. de orig. iur. ff.

Pœna capitalis dicitur tripliciter.

¶ Aduertendum vero eſt pœnam capitalem tripliciter dici, vt in l. tranſigere. C. de tranſact. per glo. ibi, & doct. Primo dicitur capitalis, quæ vltimo ſupplicio homines afficit. §. publicorum. Inſtitutio. de public. iudic. Secundo amiſsio ciuitatis & libertatis, vtpote dum quis damnatur in metallum. l. quidam. & l.in metallum. ff. de pœnis. §. cum autem. quib. mod. ius patriæ poteſta. ſoluit. in Inſti. Tertio amiſsio ciuitatis tantum, vt cum quis deportatur. l.2. ff. de public. iudic. l. qui cum maior. §. is demum. de bonis libertor. ſcripſi in l. licet capitalis. ſupra eod.

Relegatio & ciuitatis amiſſio non cadunt in ſeruum.

Pecuniaria pœna in ſeruum non cadit.

¶ Et hæc poſtrema ſpecies pœnæ capitalis, deportationis ſcilicet vel relegationis, minime conuenit pœnis ſeruorum. l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. Secus in duabus prędnominatis pœnis. l.2. de cuſtod. reor. Cum enim caput non habeant, id eſt ſtatum, non eis congruere poſſunt vel imponi. §. ſeruus. de capit. deminutio. in Inſti. Nam ſicut relegatio non cadit in ſeruum, ita nec ciuitatis amiſsio, quando deportatur: quippe ciuitatem non habet. Sicque d. § omnibus. eſt intelligendus: quamuis glo. & doct. valde laborent ibi. Pecuniaria quoque pœna nulla cadit in ſeruum. d. §. omnibus, cum nihil habeat ſcilicet: quia dominis omnia acquirunt ſerui. l. placet. ff. de acquir. hered. §. item vobis, per quas perſonab. acquir. in Inſtit.

Intellectus l. ſi ſeruum. ff. de accuſa. & l.2. de cuſto. reorū.

¶ Item eodem modo concilio duo iura, in quib. gl. & doct. plures intricant ſolutiones, videlicet in l. ſi ſeruum. ff. de accuſa. quæ ſic habet: ſi ſeruum dominus crimine capitali defendat, ſiſtendum ſatiſdato promittere iubetur. Sed in l.2. de cuſtod. reor. ſic ſcribitur: ſi ſeruus capitali crimine poſtuletur, lege publicorum iudiciorum cauetur, vt ſiſtendum vel ab extraneo, ſatiſdato promittatur. Adhæc Iuriſconſul. in l. hos accuſare. §. ſi ſeruus. de accuſatio. ait: eadem in ſeruis obſeruanda ſunt, quæ in liberis. Ergo debes intelligere, quod ſi dominus defendat ſuum ſeruum, debet ſatiſdato promittere, & ſic fideiuſſoribus datis, quod eum ſiſtet. ſi quoque exterus eum ſeruum accuſatum defendat, debet hic exterus ſatiſdato promittere illum ſeruum ſiſtendum. Eodem igitur modo tenetur extraneus ſatiſdare, ſicut dominus, quemadmodum fuſius ſcripſi in meis nouis interpretationibus ad illas leges.

Pœna & in corpore, & in pecunia infligitur.

Senatus ſupremus immutat ordinationes.

¶ Ita videmus infligi pœnam in corpore & in pecunia, vt hic. quod eſt verum, ſi illa pecunia ex lege vel ordinatione pro illo crimine ſit impoſita, teſte Specula. & Ioan. Andrea in additio. ad eum, in titul. de ſententia. §. ſpecies. verſic. eſt & quarta ſpecies. Sed in hoc Regno iudices facile commutant pœnas corporales in pecuniarias, dum non ordinationibus Regiis præſtitutæ fuerint: has enim immutare nullus præterquam ſupremus ſenatus poteſt. quandoquidem has conſtitutiones Regias pro ſanctiſsimis habent legibus, & vitæ rationis auctoritatem habent, vt ſcripſi in 1. tomo commentar. ad conſtit. Reg. Gallic. in procem.

Dānatus actione iniuriarum eſt infamis.

¶ *Et exiſtimationis irrogari ſoler.* Pœna igitur tendit ad amiſsionem vitæ & exiſtimationis, id eſt famæ: vt in actione iniuriarum damnato. is enim infamis eſt. l.1. ff. de his qui no. infam. & in caſibus ibidem deſcriptis. ideoque dicimus tales pœna exiſtimationis punitos, non mulcta.

Pœnæ appellatione venit corporalis. Auctoris ſententia appellatione pœnæ quid veniat.

¶ Veruntamen notant iurium interpretes appellatione pœnæ venire regulariter corporalem, non autem pecuniariam. hoc etiam aſſerit Panor. in c. inter alia. no. 4. de immunita. eccleſ. quod eſt contra iſtum text. vbi nomine pœnæ venit non tantum corporalis, ſed etiam exiſtimationis. Ego vero tunc demum corporalem venire dicerem, quando materia huic ſoli conueniret, vel cum hoc exprimeretur in lege, vt per doct. in l.4. §. Cato. ff. de verbor. obliga. vbi exprimitur pœna certæ pecuniæ. & in l. ſi compromiſſarius. de elect. in 6. Et pœna exiſtimationis corporalis dici poteſt, vt ſcripſi in l. licet capitalis. ſupra eod. At ſæpius pœna pro mulcta vtimur promiſcue, & econtra, vt firmat Barba. in repet. c. Raynaldus. col.112. de teſtam.

Mulcta infligitur à iudice: pœna à lege, vel ordinatione.

¶ *Et mulcta quidem ex arbitrio eius venit, qui mulctã dicit.* Tertia est differentia, quod mulcta infligitur arbitrio iudicis, & sic à iudice: pœna vero à lege, vel ordinatione, seu statuto. declarat Lucas in l. 1. C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. Et vbi pœna certa non est criminibus à iure præstituta, tunc mulcta iudicis arbitrio imponitur. per totum titul. ff. de extraordinar. criminib.

¶ Et tex. hic intelligi debet, quod mulcta venit ex iudicis arbitrio: siquidem non nisi ex illius arbitrio imponenda est, vt probat tex. dicens: *ex arbitrio venit.* Poterat quippe iudex aliquando non imponere, vt puta si quid in contemptum eius factum delinquenti remittere vellet. Quod hodie vix in hoc Regno liceret, nisi de consensu procuratoris Regis, qui hoc prosequitur. Quamobrem vt omnibus satisfaciamus, interpretandum est ex arbitrio iudicis venire, scilicet quantam dicat mulctam; quod cum clare non probet hic tex. vide l. si qua pœna, infra eod. Et sic intelligemus, siue arbitrio iudicis dicta fuerit, siue arbitrio legis certa mulcta præstituta sit. qualiter enim vtroq; casu venire dicetur arbitrio eius, qui mulctam dicit: vt in ordinatio. Regnis, & in l. 2. C. de episcopal. audien. verum vbi semel fuerit imposita, non potest iudex eam remittere, aut quidpiam ab illa diminuere, vt dicit Alcia. hic. nam tunc non diceretur mulcta venire ex arbitrio iudicis, sed remissio. quod non conueniret tex. dicenti: *ex arbitrio eius venit*, non dicit, ex arbitrio eius remittitur: quam uis nonnunquam ex causa iudex remittat, vt inferius dicam per glo. singular. in l. omnes. 2. C. de decurio. lib. 10. Sed à solo Rege potest in Regno huiusmodi remissio concedi. l. omnes. 1. C. de anno. & tribut. lib. 10. vtpote cum ei semel fuerit quæsita, nimirum si non ab alio remitti possit. Quod enim nostrum est, absque facto nostro à nobis auferri non potest, per regul. iur. Tamen si condemnatus sit pauper, solet diminui. l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offic. præsid. Bar. in d. l. vna. C. si quis ius dicenti non obtempe. & hodie si hic reus in senatu pauperratem ostendat, præstita cautione iuratoria de soluendo eam mulctam à delicto non emanatam, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, à carceribus liberari solet, vt pluries vidi seruari, vel solent impetrari literæ Regiæ à cancellaria, quæ hoc concedunt. Nempe Iurisconsul. ait, quod pœna, quæ legibus, aut edicto irrogatur, adoptionis remedio non obliteratur. l. si filius qui. in princip. ff. de bonis libertor.

Mulctam iudex iam indictam non remittit, ex sententia Alcia. secus ex sententia auctoris.

Mulctatus ad emendam, si ex crimine nõ pronũciat, & ostendat se esse pauperem, liberatur à carceribus.

Mulcta duplex.

¶ Et mulcta alia est honoraria, alia rei persecutoria, teste Budæo in foren. in quibus ita solemus concludere, *à l'amende honorable & proffitable.*

¶ Notate ergo, quod pœna irrogatur à iudice, vel etiam is mulctam dicit. his verbis vtitur hic tex. & l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecula. ibi, mulctam dicendo. Mulcta quoque imposita inferius scribitur. Constitutionibus vero Regiis in titul. *des seneschaux*, artic. 8. iudices vel castellani prohibentur esse conductores mulctarum in locis, in quibus iurisdictionem exercent, ne in propria causa iudicent, contra l. vnam. C. ne quis in sua caus. iudicet. Et ne lucri causa plures mulctas infligant, & maiores quam delictum requirat. Hoc fuisse decisum in parlamento Gratianopolitano refert Francisc. Marc. decis. 7. in 1. parte.

Iudices esse prohibentur conductores mulctarum.

Quacunque dictio pro aliqua.

¶ *Pœna non irrogatur, nisi quæ quacunque lege.* Pœna irrogari non solet, nisi quæ quacunque lege, id est aliqua lege imposita fuerit. Nam frequentius Omne etiam sic accipitur. in c. mulier. 15. q. 1. mulier, quæ ad omne pecus accesserit, id est ad aliquod. Et vult dicere tex. pœnam non irrogandam, nisi in aliqua lege statuta inuentatur, vt in titul. ad legem Iul. maiesta. de adulter. de sacrileg. & similib.

Quacunque pro qualibet.

¶ Interdum quæcunque accipitur pro qualibet, vt in l. creditores accipiendos esse constat, quibus debetur ex quacunque actione. supra eod. & hoc declarat l. ibidem sequens, vbi dicitur ex qualibet causa. cuius loco in lege præceden. ex quacunque. Videte quæ ibidem abunde scripsi.

Pœna non irrogatur, nisi per legem, aut alio iure.

¶ *Vel quo alio iure specialiter huic delicto imposita est.* Vult dicere non irrogari pœnam, nisi per aliquam legem, vel alio quocunque iure, videlicet municipali, aut alias imposita fuerit specialiter huic delicto: vt patet in extrauag. Qui sint rebelles. veluti in hoc Regno per concordata, per ordinationes Regias, statuta, vel consuetudines municipales. Et de similibus idem sit iudicium.

Pœnæ moderatio fieri potest cum causæ cognitione. Iudex incurrit infamiam, qui pœnã à lege vel statuto præstitutam non sequitur.

¶ Verumtamen hanc pœnam à lege impositam potest iudex ex causa alterare. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. quæ moderatio facienda est cum causæ cognitione. lege, & si seuerior. Cod. ex quib. caus. infam. irroga. Deci. plene in cap. de causis, in glos. penult. num. 18. de offic. delegat. vbi dicit idem, si fuerit imposita à statuto vel ordinatione. Alioqui iudex infamiam incurrit, qui pœnam lege vel statuto præstitutam non sequitur: sed eam immutat mitiorem proferendo, per tex. singula. in l. seruos. in fin. C. ad legem Iul. de vi public. quem tex. singul. refert Roma. singul. 77. veni qua. & Hippol. in pract. §. expedita. nu. 87. scripsi in d. l. seruos. in Codice meo antiquo.

Causæ pœnas mitigandi quæ.

¶ Causæ vero mitigandi pœnas sunt hę: primo personę qualitas, vtpote qui est minor, tunc ei alleuianda est pœna delicti. l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l. fere in omnibus. vbi ample Dec. de regul. iur. ff.

¶ Vel

Pœna ratione ætatis moderanda.

¶ Vel si delinquẽs est decrepitæ, & senilis ætatis, qui semper honeste vixit, nunc verò facto quodam in delictum incidit: cum non nisi cum temperamento benignitatis irrogari pœna debeat. l. agraria. de termi. moto. ff. Pauci quippe sunt, quos ita æquus amet Iupiter, vt absque aliqua labe senilem pertingant ætatem.

Pœnæ ob dignitatem moderantur. Mulctæ augentur propter nobilitatem.

¶ Interdum ratione dignitatis personæ moderatur pœna. l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. l. quinque summates. lib. 10. vbi Lucas de Penna. c. 2. de offic. delega. in 6. vbi loquitur de episcopo. Mulcta vero augetur ratione nobilitatis, vt plerunque videmus statutis & consuetudinibus locorum, quando inferioris conditionis hominibus infligitur pœna sexaginta solidum, vel alia: nobilibus non minor, quam sexaginta librarum. Sed hoc non semper obseruari probabimus inferius.

Pœna minuitur ob vtilitatem publicam, vel relaxatur in totum.

¶ Tertio pœna minui debet ratione publicæ vtilitatis, & aliquando in totum relaxari. l. ad bestias. ff. de pœnis. Cepol. cautel. 2. & Roma. singul. 717. potestas. scripsi in scholastico. priuileg. 109.

Pœna ob ignorantiam, vel casum fortuitũ alleuiatur.

¶ Quarto causa alleuiandi pœnam est casus fortuitus seu improuisus, seu ignorantia. l. 1. ff. de incend. ruina & naufrag. l. qui ædes. ibidem. l. respiciendum. in fi. de pœnis, l. 1. C. ad legem Cornel. de sicar. Areti. in l. & si seuerior. col. vlt. C. de his qui not. infam. vbi dicit non esse puniendum eum, qui lapidem proiecit per viam, qua neminem euntem cernebat, & casu ibi hominem interfecerit. indigeret tamen gratia Principis in hoc Regno, maxime si in ciuitate Parisiens. & vicis populosis: tunc enim in culpa esse videtur.

Pœna minuitur si delictum diutino tẽpore fuerit perpetratum.

¶ Quinta causa minuendi pœnam est, si delictum fuerit diutino tempore perpetratum. l. si diutino. ff. de pœnis. per quem tex. liberaui quendam homicidam, qui homicidium tempore iuuentutis admiserat, decem ab hinc annis præteritis. & dixi eum gratia & venia impetrata dignum, & eam comprobandam. Plura in hanc rem adducit Roch. Curt. in reper. c. fi. no. 1. de consuetud. Alias causas docet tex. in l. aut facta. ff. de pœnis.

Pœna aggrauatur atrocitate delicti.

¶ Econtrario causa aggrauandi pœnas est delicti atrocitas. lege, quidam. ff. de pœnis. l. presbyteri. C. de episcop. & cleric.

Pœna augetur delictorum frequentia.

¶ Item delictorum frequentia. l. aut facta. §. fi. ff. de pœnis, quando videlicet traheretur in exemplum. ibi, nonnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur nimium: multis enim personis craſſantibus exemplo opus est. Et cum more prouinciarum aliqua crimina ibi sint peculiaria: vt in l. saeculari. ff. de extraord. criminib.

Supremæ curiæ pœnas commutant, non aliæ curiæ inferiores.

¶ Quæ intellige locum posse habere in supremis curiis. Inferiores vero iudices pœnam mortis aut aliam ordinationibus Regiis vel legibus Regni præstitutam immutare non possunt: sed literæ à cancellariis, vel à Rege ad has ex causa commutandas impetrandæ sunt: quemadmodum sentire videtur Innocen. in c. licet. de pœnis, & Bal. in l. 2. C. de vsur. rei iudica. refert Anto. Capit. in decis. Neapolit. 27. in 3. dubio. Pœnas vero iure communi statutas parum curamus.

Mulcta infligi potest contra omnes. Iudex debet curare, vt pars parti obediat. Mulcta quare introducta.

¶ *Quinimo mulcta ibi dicitur, vbi specialis pœna non est imposita.* Quarta superadditur hic differentia, quod mulcta dicitur, vbi pœna specialis nõ est imposita: vt decidat hic tex. dubium, in quibus casibus mulcta valeat imponi, tũc videlicet cum expresse pœna a lege vel ab ordinatione scripta non est. Sed contra quos infligi possit? Respon. omnibus & contra omnes, quos culpa obnoxios reddit. l. eos. C. de modo mulctar. Et vbicunque quis iudici non paret. l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtempera. Et iudicis est curare, vt pars parti obediat, secundum Bar. ibi. quod qua via agendum sit, docet Iurisconsul. in l. cum eo. ff. ad legem Iul. pecula. ibi, exiget, scilicet pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo.

Mulcta potest esse certa, & tamen non perdit nomen mulctæ.

¶ Mulctam autem eo fuisse introductam nonnulli dicunt, vt vita hominum corrigatur, & vt magistratibus metu mulctæ pareatur, ac deinceps is qui rebellis fuerit iudici, ad bene honesteque viuendum promptior & emendatior fiat. d. lege vna. cap. prodest seueritas. 23, quæstio. 5.

¶ Notandum est mulctam interdum certam esse, quæ tamen vocatur mulcta, vt in l. 2. C. de episcopal. audien. Sed dicunt nonnulli improprie sic dici. Verius existimo etiam proprie vocari mulctam, licet certa sit præstituta. nam antequam certa pœna huic delicto imponeretur, mulcta arbitraria erat: nunc vero est taxata, quemadmodum patet in multis casibus ex nostris ordinationibus Regni Franciæ. facit tex. ad hoc expressus in l. si qua pœna. infra eod. non tamen ob taxationem, mulctæ nomen habere desinit.

Pœna vbi non à lege statuitur, arbitrio iudicis relinquitur.

¶ Interdum etiam lex aliquibus criminibus certam pœnam non statuit, sed iudicis arbitrio relinquit. l. 1. ff. de effractor. non minus tamen pœna dicetur. nec enim lex potuit singulos mulctæ casus complecti, qui in facto consistunt: sicut dicimus in interesse, Quatenus cuiusque interest, in facto & non in iure consistit. l. quatenus. ff. de regul. iur. & sicut consuetudines in scripturam redactæ non mutant consuetudinis nomen, vt patet in consuetud. feudorum: ita quoque non mutandum nomen mulctæ, quamuis certa sit imposita in quibusdam casibus: quemadmodum econtra nec nomen pœnæ, quamuis specialiter non sit imposita, vt l. 1. ff. de effractor.

Mulctarum pecuniæ impendi possunt à iudice pro vtilitate curiæ.

¶ Postremo pecuniam hanc mulctarum potest iudex impendere in his, quæ necessaria videbuntur pro vtilitate curiæ: vt cameram instruere in qua reddit ius, aliaque facere quæ cedant vtilitati curiæ, vt docet pulchre Bar. in l. diuus. ff. de bonis damnator. Imo posset iudex capere ex hac mulcta pro stipendiis suis, quando videlicet non aliunde soluerentur: dum tamen quo facilius sibi satisfiat, non augeret emendas. Verum ad vitandum hoc periculum constitutionibus Regiis cautum est, & prohibitũ, ne cui de mulctis liceat disponere, anno 1517. die 28. Augusti. Et hodie receptores harum non solent eas iudicibus pro illorum arbitrio concedere.

Iudex ex mulctis pro stipendiis suis potest capere.

Arestum.

Mulctã indicit tam iudex superior, quam inferior.

¶ *Item mulctam is dicere potest, cui adiudicatio data est.* Hic tex. duobus modis intelligi potest. Primo quod mulctam non tantum is dicere potest, qui imperium habet, sed & alij magistratus inferiores, qui iudicare possunt: vt videre licet in glo. seq. Adiudicare siquidem est per sententiam & iudicium rem alicui tradere, vel in solutum dare. l. vicinus. ff. de aqua pluuia arcend. l. is à quo. de rei vindica. l. si quis putans, §. si fundus. communi diuid. Et cui hoc licet, is mulctam dicere potest.

Mulctam apparitor præcipit, sed non infligit. Adiudicatio necessaria quæ.

¶ Vnde quamuis apparitor possit mulctam præcipere partibus, non tamen infligit. at si partes ei non obediant, ad iudicem remittet, diem partibus dicens. Ita seruatur in forensi iudicio.

¶ Et adiudicata res dicitur alicui, quando per sententiam est illi data. l. Iulia. §. idem Celsus. ff. de actio. emp. Et adiudicatio necessaria est, emptio voluntaria. l. si pignori. ff. famil. erciscund. quas adiudicationes prætor tuetur.

Mulcta indicta simpliciter, fisco acquiritur. Mulcta per iudicem operibus publicis adiudicatur.

¶ Secundo potest intelligi, eum mulctam dicere posse, cui adiudicatio data est, id est qui eam alicui adiudicare potest. nam si iudex simpliciter mulctam dicat, acquiritur fisco. c. vno. quæ sint Regalia. Verum poterit iudex hanc mulctam adiudicare operibus publicis, vel aliis causis necessariis. l. mulctarum. C. de mod. mulctar. vbi hoc firmat Bar. & Aufrer. in decis. Tholos. q. 274. Intelligas, nisi parti iam acquisita esset. glo. & doct. in l. venia. C. de in ius vocand. Franc. Marc. in decis. Delphi. q. 15. in 2. parte. Et tunc adiudicare, est iudicio peracto rem controuersam actori addicere, teste Alcia. vel est mulctam alicui per sententiam concedere. Olim quippe lege duodecim tabularum si debitor soluendo non erat, adiudicabatur corpus eius creditoribus, teste Gelio lib. 20. c. 1. Sed puto hic Iurisconsul. non locutum de illa adiudicatione, sed de illa quæ fit per sententiam, vt dixi: de qua est tex. in l. 1. C. communi diuid. vt satis colligitur ex verbis seq. in tex. ibi, *magistratus enim solos.*

Mulcta quando est fisco, vel parti applicanda.

¶ Quando vero parti, vel fisco sit applicanda pœna? Respon. quotiescunque imponitur mulcta propter læsionem aduersarij, tunc parti ad solatium applicari debet: alias fisco. l. fi. ff. de litigios. glo. in verb. mulctentur. in l. vna. C. de his qui potent. nom. Et inique decernunt magistratus, parti læsæ minimam adiudicando mulctam, fisco vero cui nihil ademptum est, magnam: cum eis contrarium incumbat agendum, vt scripsi in tract. de liter. ciui lib. in glo. vlt. in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Mulctam statuere.

¶ Item mulctam statuere, in l. 1. ff. de seruis fugit.

Clerici super mulctis ab Imperatore donantur priuilegiis.

¶ In quibus mulctis inuenio Imperatorem maximis donasse priuilegiis clericos, sanciendo mulctas à clericis non esse exigendas, vel si quæ infligantur, vult eas erogari pauperibus. l. 2. C. de episcopal. audien. & d. l. mulctarum. Et sic per illam legem hodie Principes mulctam, quam à viris ecclesiasticis exigunt, pauperibus erogare deberent: exemplo Atheniensium, qui mulctas in aram Iouis seruatoris dedicabãt: quas semel illatas remittere non licebat, quamuis pœnas iure debitas pecunia redimere fas esset. Item lege Platonis singulis delictis denaria mulcta constituta fuit, vt pro criminis excessu decuplum pœnæ penderetur, teste Alexand. lib. 3. genial. c. 5. quod hodie abrogatum est.

Atheniensis mulctas aræ Iouis dedicabant. Mulcta denaria pro delictis lege Platonis constituta.

Mulctat solus magistratus.

¶ *Magistratus autem solos & præsides mulctam dicere, mandatis permissum est.* Ex hoc tex. patet, à quibus mulcta dici possit. Et solos quidem magistratus mulctare posse vult hic tex contrarium decidendo in aliis priuatis, qui non habent iurisdictionem, per consequens mulctam dicere non possunt, vt nec quidem partium consensus in hoc quicquam profit. l. priuatorum. C. de iurisdictio. omni. iudic. Pœna autem irrogatur ab eo, qui habet executionem, vt à lictore, licet magistratus non fuerit.

Pœna irrogatur à lictore, licet non sit magistratus.

¶ Item præsides prouinciarum imponere mulctam possunt. nam hoc mandatis eorum à Principe emanatis concessum erat, vt censet hic tex. & constat in titul. de manda. Princip. colla. 3. in authen. De mandato scripsi in rub. ff. de offic. eius.

Mulctam præsides prouinciarum possunt imponere.

¶ Quousq; vero mulcta possit infligi, videamus. Et vt summatim dicam, illustres & maiores magistratus vsq; ad 50. auri libras mulctare possunt, vlterius non: spectabiles vsq; ad tres auri vncias: præsides, quos seneschallis & bailliuis in hoc Regno comparamus, vsque ad duas auri vncias. l. fi. C. de modo mulctar.

Mulcta quousque infligi possit.

¶ Defensores autem ciuitatum, & alij magistratus infimi nullam mulctam indicere possunt. l. defensores. 2. C. de defensor. ciuita. Sed hodie ex Regni consuetudine modicam imponunt pro qualitate personæ, & iurisdictionis concessæ, & secundum vsum & stylum ciuitatis

Defensores ciuitatum nullã mulctam indicunt.

uitatis & fori, cui præsunt: teste Specula. in titul. de senten. §. species. versic. sed nunquid titulus ille. & Bar. in d. l. vna. prout videmus expressum esse in quamplurimis stylis & consuetudinariis curiarum, quæ solent harum mulctarum quantitates declarare, & quas excedere non possunt iudices.

Iudex ecclesiasticus mulctat.

¶ Adhæc iudex etiam ecclesiasticus ordinarius potest mulctare. cap. præterea. cap. ex literis. de offic. delegat. & §. si vero ecclesiasticum. in authen. vt clerici apud proprios episcopos conuen. colla. 6. Quam mulctam hodie in pios vsus conuertere debet in hoc Regno. §. quia vero. in rub. de public. concubinar. vbi scripsi, in concorda. Franciæ.

Iudex delegatus regulariter non mulctat.

¶ Iudex tamen delegatus regulariter non mulctat, siue sit à Principe seculari. l. 2. in fin. ff. de iudic. siue ab ecclesiastico delegatus. nempe hic non recipit nisi potestatem censuræ. ca. quærenti. de verbor. significa. cuius nomine mulcta non continetur. Hostien. in rubr. de mulcta. §. quis possit. in sua summa.

Iudex delegatus mulctat, quando non potest aliter suam iurisdictionem defendere.

¶ Limitatur, quando suam iurisdictionem aliter defendere non posset, quam per mulctam. l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtempera. cap. pastoralis. §. 1 de offic. delega. Innocen. in cap. 1. ibidem, Specula. vbi supra, versic. est & quarta. Petr. de Bella Pertica quæstio. 432. incipien. in l. aliud.

Iudex delegatus mulctat, quando hoc est ei permissum.

¶ Secundo regula perdit officium suum, quando specialis imponendi eidem delegato potestas esset commissa. d. l. 2. in fin. Ioan. de Platea in l. 1. col. 2. C. de vsur. fiscal. lib. 10. idem in arbitro dicitur in l. non ex omnibus. ff de arbitr.

Iudex delegatus ad vniuersitatem causarũ potest mulctare.

¶ Tertio vitiatur, cum est delegatus ad vniuersitatem causarum. l. fi. C. de sportul. secundum vnum intellectum. nam talis æquiparatur ordinario. glo. in c. cum causam. de appella. Et hæc in practica seruari asserit Aufrer. q. 274. in suis decisio. Tholosa Exemplum esse potest in his, quos conseruatores Apostolicos vocamus. c. fi. de offic delega. in 6.

Iudex delegatus à Principe potest mulctare.

¶ Quarto flectitur regula, quando est delegatus Principis. c. 1. c. sane. in 2. & c. pastoralis. in fi. de offic. delega. Bar. & alij in l. imperium. ff. de iurisd. omni. iudic. videte Feli. & alios in c. de causis. de offic. delega. in 6.

Iudex delegatus in confiscatione omnium bonorum nihil potest statuere. Arestum.

¶ Postremo intelligamus iudicem delegatum non posse quidpiam statuere in confiscatione omnium bonorum. Bal. in c. 1. col. 5. de pace tenend. & eius viola. quem refert & sequitur Iacobi. in l. 2. in fi. ff. de iudic. allegando gl. in l. si certarum. §. fi. in verb. confirmati sunt. ff. de testam. militar. nam ad hoc non est constitutus. vidi tamen obseruari contrarium in delegatis à Principe. Et anno 1536. die 16. Ianuarij in magna camera fuit prolatum arestum, quo cautum fuit latrunculatorem (quem Gallic. *iuge criminel ou preuost des mareschaux* vocamus) non potuisse cognoscere de confiscatione alicuius plumæ, quæ dicebatur confiscata, sed hoc ad iudicis ciuilis notionem pertinere.

Pœna semel irrogata & declarata non præscribitur.

¶ *Pœnam autem vnusquisque irrogare potest, cui huius criminis siue delicti executio competit.* Pœnam irrogat executor iustitiæ: mulctam is tantum, cui adiudicatio data est. quæ pœna semel irrogata & declarata, non præscribitur longo tempore. c. cum secundum leges. de hæretic. in 6. Et quamuis iudex irrogare mulctam possit, nec tamen foret ei liberum ob inobedientiam verbalem, vel contumaciam, partem resistentem baculo vel aliàs percutere, aut violentas manus in eam iniicere, vel iniuriam illi verbo factoue inferre: sed mulctare simpliciter potest, vt hic, & in d. l. vna. si quis ius dicen. l. non est singulis. ff. de regul. iuris. Alias poterit pars appellare, & (vt vulgariter dicimus) iudicem in partem formalem recipere. glo. in l. quoniam. C. de appella. Ita concludit Francisc. Marc. in decis. Delphi. q. 87. partis 1. absurdum esset iudicem officium lictoris vsurpare.

Mulcta non declarata anno præscribitur.

¶ Mulcta vero nondum imposita vel declarata præscribitur anno, vt nec amplius declarari possit, quamuis præceptum quid forte fuerit, puta sub pœna viginti librarum, cui præcepto non sit obtemperatum. tex. in l. vna. vbi doct. si quis ius dicen. non obtemperauer. & Guid. Pape expresse in decis. Delphi. q. 359. de præceptis. in fi. Diuersum (vt dixi) si fuisset declarata. Imbert. in Insti. foren. lib. 1. §. nec vero otiosum. Et hæc potest esse alia differentia.

Pœna & mulcta quo tẽpore inuentæ fuerũt

¶ Adhæc pœna ante legem 12. tabularum inuenta erat, vt in Exodo & Leuitic. patet: mulcta vero est inuenta ab ipsa lege 12. tabularum, in qua sic dicebatur: IVSTA IMPERIA SVNTO, HISQVE CIVES MODESTE AC SINE RECVSATIONE PARENTO: MAGISTRATVS NEC OBEDIENTEM, ET NOCVVM CIVEM MVLCTA, VINCVLIS, VERBERIBVSVE COERCENTO, NI PAR MAIORVE POTESTAS POPVLVSQVE PRO HIBESSIT, AD QVOS PROVOCATIO ESTO: CVM MAGISTRATVS IVDICASSIT IRROGASSITVE PER POPVLVM MVLCTAE POENAE CERTATIO ESTO.

Pœna non solũ gratia eius qui afficitur inuenta.

¶ Item pœna seu animaduersio non ipsius gratia qui pœna afficitur, sed reliquorum qui supersunt adhibetur, vt metu pœnæ arceantur reliqui, eademque noxa deterreantur, & vt pœna vnius sit metus multorum. l. fi. C. ad legem Iul. repetundar.

Mulcta quare imponitur.

¶ Mulcta vero imponitur, vt deinceps is qui deliquit, ad bene honesteque viuendum promptior & emendatior fiat, vt l. vna. ff. si quis ius dicen. quemadmodum superius dictum extitit. reliqua dicentur in l. si qua. infra eod.

¶ Quoties

Mulctare in anno ter licet dare: quod iudices Regni non seruant.

¶ Quoties mulctare liceat? Respond. ter in anno, etiam siquis centies peccauerit: alias non tenet condemnatio. Et is qui vltra condemnat, tenetur ad duplum, ne fiscus totam exhauriat hominum substantiam. quamobrem tenetur fiscus ad restitutionẽ eius, quod vlterius habuit. l. eos. C. de modo mulctar. Hostien. in summa de mulcta. §. quis possit. Sed hoc non seruant iudices, maxime Regij. At quotiens quis deliquerit, vel inobediens iudici fuerit, toties mulctari solet. Alias daretur materia delinquendi, teste Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in titul. de senten. §. species. versic. quid de istis. in verb. quicunque. per l. quicunque. C. de seru. fugitiu. nempe qui non obedisset in tribus leuibus causis, & forte in illis fuisset condemnatus ad mulctas exiguas, postea reliquo toto anno contumax esse impune

Intellectus l. eos. de modo mulctarum. C.

affectaret: quod esset absurdum. Quamobrem aliter videretur intelligendus tex. in d. l. eos. de modo mulctar. vt iudex in eodem negotio non possit vltra trinam mulctam ratione continuatæ morositatis infligere, certis in vnaquaque illarum adhibitis comminationibus, quæ vtplurimum sunt tres, quemadmodum tres erant citationes. l. tres denuntiationes. C. quomod. & quand. iudex. l. fi. C. de modo mulctar. vtpote primum sub pœna decem præcipit iudex comparere: & reo non comparente, iterum sub pœna viginti: postremo illo non obediente, sub alia pœna, videlicet triginta adhuc præcipitur. Ex quibus tribus comminationibus iudex vnam tantum mulctam declarabit. Bar. in l. nunquam. 1. ff. de priuat. delict. Panor. in c. 1. de iudic. & c. 1. de pœnis. glo. in c. dictum. 94. distinct. Iacob. in l. vna.

Iudices in Regno Franciæ pœnas comminantur vsque ad tertiam monitionem.

si quis ius dicen. non obtemperauer. Et iudices in hoc Regno solent ita comminari mulctas, & multiplicare pœnam vsque ad tertiam monitionem siue præceptum: cui demum si non pareatur, solẽt declarare mulctam, condemnando reum ad solutionem illius, & condemnatum sistere & arrestare (vt dicitur) quousque illam persoluerit, vt vidi seruari in iudiciis. Quam trinam etiam anni moderationem vult d. l. eos. in fi. non pertinere ad depræ-

Mulctandus quis sæpius, qui iudicem contemnit.

dationes, concussiones, furta & alia grauiora delicta, quæ seuerius coerceri conuenit. Sed apud nos parum huius anni rationem obseruari putarem: quinimo quo sæpius auctoritatem iudicis contemnendo foret contumax, eo quoque grauius & sæpius veniret mulctandus, ne detur ansa peccandi.

Iudex nõ potest secundam mulctam accelerare, nisi prima exacta.

¶ Veruntamen intelligamus iudicem non posse secundam accelerare mulctam, nisi prima exacta: nec tertiam, nisi exacta secunda. quod dicit valere centum ducatis Specula. in titul. de contumac. §. fi. versic. sed pone. referunt recentiores interpret. in c. 1. col. 68. de iudic. Quod etiam non seruant Regnicolæ: cum tota huiusmodi mulctarum exactio posita sit in arbitrio & potestate eorũ, quos firmarios, receptores, aut coactores emendarum vocamus: qui dum ipsis videtur, eas exigunt: nimirum si mulctæ nulla exactione præcedente, quam penitus ignorat iudex possit ad secundam procedere.

Iudex nõ potest mulctare vltra quadruplum, nisi sit à iure expressum.

¶ Adhæc non potest iudex mulctando quadrupli pœnam excedere, nisi à iure fuerit expressum. glo. in c. quisquis. 17. q. 4. Alexand. in additio. ad Bar. in l. si qua pœna. infra eod. Sed iudices Franciæ propriis vtuntur legibus, & suas consuetudines seruant pro diuersitate locorum: quæ si maiorem pœnam imponere iubeant, & taxent, iudices hanc constitutionem sequuntur, & iure.

Contumax in primacitatione non mulctatur absque alia.

¶ Et sic notabis, quod ex prima citatione contumax non potest mulctari, absque alia noua vocatione. Bar. per illum tex. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. sed si hac. §. prætor. de in ius vocand. & ibi Soci. in vlt. no. de accusa. Panor. Feli. & alij in c. 1. de iudic. Angel. in §. fi. Insti. de satisda. tutor. quia pars non facit in prima contumacia id, quod extremum est in iurisdictione, vt probatur in d. l. vna. §. 1. quæ sic debet intelligi: nempe sicut iudex ecclesiasticus inuocat brachium seculare, tanquam vltimum refugium. c. cum non ab homine. de

Iudex ecclesiasticus implorat brachium seculare.

iudic. ita & hic iudex. Quæ pœna cum arbitrio iudicis imponatur, vt dictum fuit, & posset iudex hoc suo arbitrio grauare partem, ideo conuenit iterum eã citari. l. de vno. de re iudic. Ias. in d. l. vna. in princip. qui poterit forte pars justam absentiæ causam afferre, quod scilicet valetudine fuerit detentus, aut alias: ideoque vocandus est, si quam huiusmodi excusationem probare velit. l. quæsitum. ff. de re iudica. Et ita seruatur in forensi iudicio, vt scripsi in tract. de excusa. & exon. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. & in d. l. vna. in interpreta. meis.

Pœna pecuniaria parti debetur: mulcta vero fisco.

¶ Pœna pecuniaria debetur parti, si agatur ciuiliter: mulcta vero fisco applicatur. glo. in l. 3. §. 1. ff. de sepulcro viola. Bar. in l. agraria. de termi. amo. nisi fuerit aliter à lege, vel iudice expressum. Et hæc potest esse alia differentia inter pœnam & mulctam.

Mulcta non infamat: pœna vero sic.

¶ Adhæc mulcta non infamat. l. 1. vbi glo. singular. C. de modo mulcta. vbi addidi in meo antiquo C. & Aufrer. in q. 274. in fi. vbi dicit ita fuisse declaratum. Diuersum est in pœna. c. infamis. §. porro. 3. q. 7.

Mulctatus pro famoso crimine est infamis.

¶ Intelligite nisi quis esset condemnatus ad mulctam pro famoso crimine, vt pro furto, iniuria, vel similibus: tunc enim infamiam incurreret, per l. & si seuerior. C. de his qui no. infam. nec potest facere iudex, quin talem furti damnatum sequatur infamia. l. non potest. ff. de furtis. c. Euphemium. §. hinc colligitur. 2. q. 3. Specula. in titul. de senten. §. species. versic.

sic. est & quarta species. Siue iudex augeat pœnam criminis, siue minuat, secundum eum ibidem, per d. l. & si seuerior. & l. si Posidonium. ibidem.

Sententia iudicis inferioris, qua quem condemnat sine nota infamiæ, an valeat.

¶ Vnde infertur quoad hoc non valere sententiam inferiorum iudicum, dicentium in eorum sententiis, sine nota infamiæ. non enim possunt facere, quin leges habeant locum in suis sententiis, eximendo condemnatum furti ab infamia. l. nemo. ff. de lega. 1. & d. l. non potest. de furtis. l. ex militari. de testam. militar. Sed hoc speciali quodam fauore competit supremis curiis, vt alias audiui dicere, *sans encourir aucune note d'infamie.* Ita quoque vidi quendam appellantem à sententia iudicis inferioris in actione furti, quod iudex furem condemnauerat ad decem aureos cum hac clausul. Sine nota infamiæ, obtinuisse, requirente hoc procuratore Regio: & dictum fuit in senatu, Bene appellatum. anno 1526. die 5. Februarij. Nec enim potest inferior legem superioris infringere. clem. ne Romani. de elect. Lex autem superioris est, infamiam sequi furti condemnationem. huic igitur parere necesse est iudici. Sed specialiter curiæ supremæ hoc indultum est, inter 36. specialia curiarum supremarum, quæ concessi in proœm. concorda. in verb. summas. quamuis indistincte Bar. dicat iudicem posse condemnato bonam famam reseruare, in consil. 11. quæritur. in fi. quem sequitur Boer. in decis. Burdegalen. q. 64. sed quid si condemnatus. in fi. nam contrarium seruatur, vt probaui superius, & hoc docet Bar. sibi contrarius in l. infamem. in fi. ff. de public. iud.

Arestum.

Mulcta imposita non seruato iuris ordine nõ infamat.

¶ Verum licet mulcta fuerit imposita ex publico iudicio & famoso, nõ seruando tamen ordinem iuris, sed extraordinarie: tunc mulctatus etiam ex illo crimine non fit infamis. Vnde cum in Regno Franciæ crimina saltem grauiora prosequantur extraordinarie, de huiusmodi criminibus condemnatum, non esse infamem colligit pro solemni dicto Specula. secundum vnam opinionem, quam tamen postea reprobat in §. species. versic. quid de istis, &c. titul. de senten. At quod sit infamis etiam extra ordinem procedendo, tradit Bal. in l. certa. col. 2. C. quando prouocar. non est necesse. ibidem addens, quod quandoque infamiam irrogat pœna, quandoque causa, aliquando vtraque: vt in titul. de his qui no. infam. Et hæc postrema sententia tanquam probabilior seruatur in forensi iudicio. firmat Boer. in decis. Burdegal. q. 254. sacrilegi. in fi.

¶ Quod tamen declara procedere, nisi mulcta etiam pro crimine famoso esset imposita, vt tunc non fit infamis. l. quid ergo. §. quæsitum. ff. de his qui no. infam. Bal. in l. certa. col. 2. C. quand. prouocar. non est necesse. scripsi in interpreta. l. quod iussit. no. 2. in differen. 21. inter definitiuam & interlocutoriam. ff. de re iudica. quod vtx etiam in Regno seruaretur, si ex famoso iudicio fuisset irrogata.

Mulcta si imponatur alicui, potest ille bonis cedere. Arestum.

¶ Postremo quæro, an is in quem infligitur mulcta, bonis cedere possit? Censuit senatus posse, dum ex delicto nõ fuerit imposita: sed veluti forte propter friuolam appellationem, vt docet Aufrer. in stylo parlamen. aresto 172. item nota quod pro emenda. quia cessionis beneficium est fauorabile. §. fi. vbi Ias. de actio. c. Odoardus. de solutio. Multa de hac materia scripsi in tract. de liter. dilator. in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. Reliqua sup plebo in l. si qua pœna. infra eod.

PAVL. LEX CENTESIMA TRIGESIMASECVNDA.

Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur. Et consuetudo loquendi id ita esse declarat.

¶ Hæc lex tres habet partes, prout tria diuersa dicta in se continet. secunda ibi, *Ante diem.* tertia ibi, *Falsum.* Anniculus dicitur à primo cuiusque ætatis anno, siue vnius anni puer, siue agnus, vel bos, etiam qui vltimo anni die moritur. l. anniculus. infra eod.

¶ *Moritur*, id est extinguitur. l. pronuntiatio. §. 1. versic. denique. infra eod. vide alia in l. in vulgari. in fi. infra eod.

¶ *Extremo die*, id est vltimo, postremo, idem. l. cum bissextus. in fi. supra eod.

Consuetudinis vis quæ sit.

¶ Sequitur in text. *Et consuetudo loquendi id ita esse declarat.* Vnde colligite vim hanc consuetudinis esse, vt declaret vocabula. l. cum de interpretatione. ff. de legib. Et ex consuetudine quotidiana intelliguntur leges, & dubitationes arduæ. l. vt Alphenus. supra eod. Itaque primum attendenda est consuetudo, vt quando sunt plures verborum significationes, illa accipienda sit in consulendo & iudicando, quam vsus & consuetudo loquendi recepit & declarauit. Verbo siquidem Declarare vtitur hic Iurisconsultus pro manifeste elucidare, monstrare. ita in l. tabernæ appellatio declarat omne vtile ædificium ad habitandum factum. infra eod. Et plus (vt dicunt grammatici) est declarare, quam significare: quia & ad facta & ad dicta pertinet, & proprie, vt scripsi in l. 1. supra eod.

Iurisconsulto attestanti de cõsuetudine credendum, & doctori.

¶ Secundo possumus colligere ex hoc tex. credendum esse Iurisconsulto attestanti consuetudinem, vt hic.

¶ Idem in doctoribus dicunt interpretes iuris in l. de quibus. ff. de legib. vbi Bar. in 4. q. principali

principali.& dixi in §.si quis vero.in glo.vlt.de collatio.in concorda.

Doctori attestanti de consuetudine statur, & quomodo intelligatur.

¶ Quod ego verum intelligerem,vt doctori attestanti consuetudinem stetur de consuetudine illius temporis, quo fit huiusmodi attestatio: verum quia consuetudo mutatur tempore,ob id tantum probat fuisse id temporis,& eo loci,in quo doctor scripsit. nam variantibus temporibus,variantur consuetudines,ac statuta humana.c.non debet.de consanguinitate & affinitate. Vnde alleganti aliam consuetudinem incumbit probatio, cum videlicet consuetudo sit facti, & facta non præsumantur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de captiuis.facit l.2.ff.de probatio. quæ semel probata præsumitur hactenus durasse, nisi mutatam esse constet.arg.c.scribant.de præsumptio.& l.siue posidetis.C.de probatio.

Doctor Gallus attestans de cõsuetudine, videtur sentire de ea, quæ est in Francia.

¶ Igitur si doctor Gallus talem attestaretur consuetudinem esse, tantum videtur attestari esse in Francia. quamobrem huius consuetudinis attestatio non extendetur, aut faciet fidem apud Italos vel Hispanos,nec econtra.Suo enim sensu quæque regio abundat.

Quories consuetudines aut stylos adducit Rebuf.de quibus intelligat.

¶ Item si quid ex vsu & stylo curiarum seruari dicam,intelligendum volo quoad curias, in quibus versatus sum,& quas secutus sum, non alias. Quis enim omnes consuetudines, aut quosque stylos posset tenere? quæ sunt facti, non iuris: sicut testatur Roma. Pontifex in c. 1. de constitu. in 6. Igitur non imputet quis, si eius quod seruari dixerim,contrarium Tholosæ vel alibi repererit,extra eam regionem,de qua attestor.

Effectus consuetudinis.

¶ Effectus triginta consuetudinis,& quomodo probetur,aliaque multa tractaui in titul. de consuetud.in 3.tomo commentar.in consti.Reg.Gallic.

§. ANTE DIEM DECIMVM CALENDARVM, & POST DIEM DECIMVM CALENDARVM: vtroque sermone vndecima dies significatur.

¶ Accursius malam hanc literam dicit,vtpote difficilem:Budæ.vero Paul.Iurisconsul.lectorem morari potius voluisse,quam docere.Quod non est verisimile. Leges enim verbis non sunt impositæ,sed rebus.l.2.C.communia de lega.vt res hæc Delio quodam interprete egere videatur.Augusti.de emendat.iuris sic dicit istum tex.legendũ: *Neutro enim sermone vndecimus dies significatur.* quæ si ita legerentur,falsum diceret tex.quod ante diem decimum non significetur vndecimus. quamobrem reiiciendus est hic intellectus vltra columnas Herculis,vt qui nullum habeat sensum, aut vtilitatem.

¶ Doctores quoque multa effundunt, varijs modis hunc tex. intelligentes. Et Alcia. ad conciliandas omnes opiniones,distinguit: Aut loquimur de præterito,aut de futuro.si de præterito loquamur, vtquia me quicquam fecisse post diem decimũ Calendarum dicam, id intelligi arbitratur vndecimo Calendas esse factum:quod si ante diem decimum dicam, intelligitur nono Calendas. Sed hoc est sensum textus confundere, & text. addere. Quamobrem verisimilior esse videretur sententia doctorum, videlicet quod paria sunt promittere ante diem decimum, & post diem decimum Calendarum: quod in vtroque casu promittens vndecimo die tenetur.nam promittendo ante diem decimum,intelligit finitum:post diem,inceptum. Et idem de mense: qui promittit ante mensem Ianuarij, & post mensem, vt Februarius comprehendatur, secundum doct. in l.2.§.fi. ff. de reb.credit.Et ego in tract.de reproba.& falua.testium,in verb.concordia.Sed hi omnes intellectus parum arridenț,nec tex.conueniunt.

Auctoris ad hunc §. intellectus.

¶ Quamobrem aliàs nouum afferendo intellectum, visum fuit mihi sic posse interpretari:quod paria sunt promittere ante diem decimum Calendarũ, aut post diem decimum: vt vtroque casu dies vndecima significetur.Siquidem in verbis finalibus tex.non dicitur, vndecima dies Calendarum: sed vndecima dies, simpliciter à Calendis. Exempli gratia:si ante decimum diem beati Martini,vel post diem decimum quidpiam promiserim,vndecima dies ante B.Martinum significatur, vt videlicet vndecima die ante,sit obligatus ad dandum,quæ est prima Octobris. Ita si quis promiserit dare post diem decimum S.Martini,vndecima dies post ipsum festum D.Martini intelligetur,quæ est festum præsentationis beatę Mariæ. Vnde satis clare constat ante decem, siue post decem, vndecimam semper diem venire, computando à die diui Martini.

¶ Eodem modo in Calendis computari potest, quod videlicet ante diem decimum Calendarum Nouembris significetur dies 11.Calendarum, qua incidit festum Seueri episcopi vel Hilarionis abbatis, quæ est vigesimasecunda Octobris: & post diem Calendarum decimum Nouembris intelligatur dies vndecima, nempe festum ipsum sancti Martini in dicto mense Nouembri. Ergo ante diem decimum Calendarum Nouembris promittens, tenetur vndecima die ante Calendas eiusdem mensis: post decimum vero Calendarum ipsius Nouembris promittens, tenebitur vndecima die post Calendas dicti mensis.Itaque semper vndecima dies apparet,siue ante, siue post.

¶ Qui intellectus etsi prima fronte satisfacere videatur literæ, penitius tamen intuens animaduerto quandam verborum improprietatem ex præfata interpretatione resultare. nam

nam licet vtrinque, & ante & post decimum eiusdem mensis respectiue dies vndecimus dici possit, non tamen vndecimus erit post diem decimum Calendarum, prout sonant verba tex:tota nempe difficultas est in hoc verbo Calendarum. Verbi gratia, capiamus eodem themate retento, diem vndecimum Nouembris, qui est post Calendas Nouembris, sane computando more Romano dies hic vndecimus proprie dici non potest post decimum diem Calendarum, sed post diem decimum Iduum. Vt igitur hæc omnia conciliemus, quæ quidem plus subtilitatis quam vtilitatis habent, animaduertendum est hunc locum magis propriam interpretationem desiderare, vt dicamus eundem diem vndecimum Calendarum,posse dici quadam verborum subtilitate,& ante,& post decimum Calendarum mensis Nouembris vno & eodem instanti, sed diuersis rationibus: videlicet ante diem decimum Calendarum rei veritate, & cursu temporis inspecto, proculdubio præcedit vndecimus dies Calendarum decimum Calendarum: verum computatione quoque Romanorum adhibita, secundum quam præcipue loquitur hic textus, vere potest dici idem dies vndecimus Calendarum Nouembris esse post diem decimum earundem Calendarum, habita scilicet ratione ad numeros Calendarum ordine retrogrado. siquidem numerus vndecimus sequitur, & est post decimum. Igitur ita indagando contingit eundem diem vndecimum posse dici ante & post decimum Calendarum: quod puto Iurisconsultum hic sub ænigmate proposuisse, vt quod adagio fertur,Cornicum oculos configeret, dicendo vnum & idem respectu eiusdem, & ante & post sistere, prout superius ostensum fuit. quod si quis apertius inspicere voluerit, conferat cum Calendarijs ad hanc rem notissimis.

¶ Et secundum hunc postremum intellectum, si quis promiserit mihi centum ante decimum diem Calend.Nouembris,tenebitur vndecima die Calendarum,quę est 22.Octobris. quę vere est ante decimum diem Calen. cum sit dies Octobris, & Calen. dies est in mense seq. videlicet Nouembri:& certum est mensem Octobrem priorem esse Nouembri. Sed si computemus Calendas prius,sic dicendo:Calend.pridie Calend,3.Calendas.4.Calend.&c. vndecimus dies à Calendis est post decimum: sicque semper is & idem dies vndecimus appellabitur. Vt si centum post decimum diem Calend. promiserim,incipiet eodem quoque modo deberi in 22.Octobris,sicut superius.Igitur idem important hæc verba, Ante diem decimum Calendarum Nouembris, & post diem decimum.Calendarum Nouembris:& vtroque sermone dies vndecima Calendarum significatur.

Ante diem decimum explicatur.

¶ *Ante diem.*Hæc dictio interdum iungitur tempori,vt hic,*Ante diem decimum.*& in l.Caius,ibi, ante expletum tempus.de pignora.actio.& tunc perfectum tempus significat,vt docet Bar.in l.2.in fi.ff.de rebus cred. & doct.in l.qui ante Calend. de verbo. obligat. abunde alias scripsi.

Ante quandoque personam respicit.

¶ Quandoque personam respicit, vt in l.quod si Ephesi.in fi. ff. de eo quod certo loco. ibi,in summa æquitatem quoque ante oculos habere debet iudex.

Ante ad locũ refertur.

¶ Aliquando locum,vt in l.sed & si pupillus. §. proscribere palam sic accipimus, claris literis,vt de plano recte legi possint ante tabernam,vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur.ff. de institor.actio.Et quando actus fieri debet ante ædem,vel in alio loco, nisi ibi fiat,actus erit nullus.clem.causam.vbi doct.de electio. siquidẽ est de forma, qua omissa nullus redditur actus.l.cum hi.§.si prætor.ff.de transactio.c.cum dilecta.vbi Feli.de rescrip.

Actus qui fieri debet in certo loco, nisi ibi fiat, non valet.

¶ Nonnunquam materiam,& non mutatur eius significatio,vt in l.si cui.ibi,quod si ex populari causa ante litiscontestationem recte dicetur creditoris loco non esse. supra eod. & in l.verbum erit.ibi,ante scriptos codicillos. ibidem. Et ante noxale iudicium,dicit Iurisconsul.in l.si seruus.2.ff. de noxal. Et ante deditionem, ibid.in l. si quis à multis.& ante aditam hereditatem,in l.hactenus.de constitu. pecun.l.quam Tuberonis.de pecul.& ante condemnationem,in l.si pro patre.§.1.de in rem verso.& in l.quamuis.§.Marcellus.ad Velleia.& ante contractum.l.1.§.1.quod iussu.

Ante ad materiam refertur.

¶ Et in præfatis exemplis cum iungitur casui, tunc est præpositio: sed quando ponitur siue casu deseruiente illi,est aduerbium,vt dicunt grammatici,& ponitur pro antea,Gallice *parauant*:vt in l.si qua pœna.infra eod.ibi,nec ante debetur, quam aut nõ est prouocatum, &c.Sed antea communiter respicit tempus.in l.non distinguemus.§.illud.ff.de arbitr. ibi, potest dispici,an si antea compromisit legatus, id est ante hoc tempus.l.proponebatur. de iudic.l.cum multi.si pars hereditapeta.

Antea dictio respicit tẽpus.

¶ Idem in dictione antequam.in l.2.ibi,negat lex Regia mulierem si prægnans sit mortua,humari,antequam partus ei excidatur.ff.de mortuo inferend.l.si necessarias.§.si annua. de pignoratit.actio.& l.si pignus. ibidem.

Antequam dictio.

¶ Antecedit,id est anteit.l.proximus est,quem nemo antecedit.supra eod.

§. Falsum est eam peperisse, cui mortuæ filius exsectus est.

¶ Peperisse mulier non dicitur, quando exsecto ventre filius extractus est. quia parere

verbum enitentis mulieris actum significat, Alcia. hic: & non dicitur eniti, quæ est mortua. Vnde si quis promiserit mulieri decem si pepererit, non debebitur ei nec eius heredi, si exfectus fuerit filius ea mortua: tum quod non sit enixa, defecitque conditio ea in puerperio mortua: tum quia non potest capere post mortem ea mulier, cui tantum si pareret, erat promissum.

Filius natus excisō matris ventre succedit.

¶ Quod tamen intelligerem non procedere in sequentibus: veluti primo, si pater vel alius instituat filium heredem in asse, quem primum vxor masculum pepererit: si vero fœminam, in semisse: proculdubio si filius exsecto ventre extrahatur, hereditatem habebit, nam & mens & voluntas patris ad hoc tendunt, scilicet ad filij fauorem, non matris, & ita concludunt Salice. & Iacob. in l. fi. C. de posth. heredib. insti. Et idem in substitutionibus secundum Lancelo. Polit. in tract. substi. in mater. vulgar. col. 75. dicentem matrem non peperisse quoad suum fauorem, sed in fauorem filiorum sic, quid enim est, quod imputetur filio iam sic extracto? Sequitur Ias. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posth.

Posthumus natus exfecto vētre matris rūpit testamentum.

¶ Secundo posthumus etiam exfecto ventre productus, natus ad hoc dicetur, vt rumpat testamentum. l. quod dicitur. ff. de liber. & posth. secundum Bal. in margar. in verb. natus. in 2. q. verificatur enim natiuitas, siue naturalis fuerit, seu violenta. Soci. consil. 197. circa præmissa. vol. 2.

Editus matris ventre exfecto agit querela testamenti inofficiosi.

¶ Tertio exsecto ventre editus querela inofficiosi testamenti agit, sicut alius secundum ordinem natus. l. posthumus. §. item natus. ff. de inofficios. testam. Quod est verum contra extraneos institueos: contra fratres autem, non. Sed virilem partem habebit, per l. si mater. C. de inofficios. testam. Et poterunt eidem sic producto etiam parentes, & alij proximi succedere, teste Decio consil. 623. in casu. col. 1.

Natus ventre exfecto agit ad retractum.

¶ Quarto exsecto ventre natus potest venire ad retractum, etiam si tempore venditionis non esset in rerum natura, dummodo sit eo tempore, quo alius venire potuisset: nil enim differt ab aliis natis, teste Bal. consil. 128. ad intelligentiam. in fi. vol. 1.

Donatio facta filiis natis & nascituris, comprehendit natū exfecto matris vterō.

¶ Quinto donatio facta Titio, & filiis natis, & nascituris ab illo, comprehendit natum exsecto ventre: quia dicitur progenitus à patre, qui opus suum compleuerat in conceptione: & tam in contractibus, quam in testamentis, vt docet Bal. etiam in feudo, in l. fi. col. penul. versic. vidi dubitari. C. de suis & legitim. heredib. licet Iurisconsul. non hanc faciat differentiam in l. etiam mulier. infra eod. Imo ego dicerem, si mulieri essent bona data, & nascituris ex ea, exsecto ventre natus veniret. nec obstat, quod tex. dicit, mulier non peperit. nam verum est quoad ipsam, vt vere peperisse non dicatur: nihilominus editus infans & natus esse dicetur. l. etiam ea mulier. infra eod. Bart. in l. Arethusa. in fi. ff. de statu homi. Et ita plerunque vidi seruari in forensi iudicio in donationibus, quæ fiunt quandoque mulieribus fauore matrimonij.

Natus exfecto ventre matris iustē gaudet priuilegiis, quibus alij posthumi.

¶ Sexto exsecto ventre progenitus bonorum possessionem etiam quoad bona matris suæ petere potest. l. i. §. si qua. ff. vnde cogna.

¶ Septimo matris suæ successionem ita natus amplecti potest vi senatusconsulti Tertulliani. l. i. §. sed & si matris. ff. ad Tertullia. Et sic taliter extractus eisdem iuribus gaudebit, quibus alij posthumi. Diuersitatis quippe ratio non assignatur à Iurisconsultis, iuxta l. 3. §. i. ff. de iniusto rup. & irrit.

¶ Octauo quoque non video differentiam, an conditio voluntaria sit, vel necessaria; quamuis Alcia. hic alleget Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posth. vbi nullum verbum. Vnde si testator decem dederit Titio, si extranea mulier pariat: exsectoq; ventre mulieris nascatur filius, Titius legatum habebit: nisi testatoris voluntas, aut materia repugnet, per l. etiam. vbi alia scripsi. infra eod. l. si ego. §. ex omnibus. ff. de Publicia.

Pario accipitur pro edo.

¶ Postremo accedamus ad significata huius verbi pario, quod primum hic accipitur pro edere in lucem. Gallic. *enfanter*. l. ter enixa. infra eod. sic capitur in l. capitalium. §. pro inde. ibi, & mulieres hoc modo damnatæ liberos pariunt. ff. de pœnis. & prægnantis mulieris consumendæ damnatæ pœna differtur, quoad pariat. ibidem.

Pario pro produco.

¶ Secundo accipitur pro producere: vt parit vsuras pecunia, in rub. de vsuris, parit liberationem. l. idemque. ff. de vsufructu. l. licet. §. ea obligatio parit actionem. de procurator. Et l. iurisgentium conuentiones quædam actiones pariunt, quædam exceptiones. ff. de pact.

Pario pro acquiro.

¶ Tertio parere pro acquirere: vt magnam parit gloriam legum studium.

Parere conditioni est illam adimplere.

¶ Quarto parere conditioni, à verb. pareo, est illam adimplere. l. i. ff. de curator. bonis dand. ibi, si sub conditione heres institutus est, cogendus est conditioni parere. l. i. ff. de cond. dict. caus. dat. ibi, sed si parendi conditioni causa.

Parere stipulationi.

¶ Parere stipulationi pro eodem, est adimplere. lege, insulam. ff. de verb. obligat. Stipulatio non committitur, si certum esse cœperit pareri stipulationi residuo tempore non posse.

Parere pro obedire.

¶ Quinto pro obedire. l. non videntur data. §. i. ff. de regul. iuris. vbi sic dicitur: qui iussu iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, quia parere necesse habet. l. qui restitue re

re iussus iudici, non paret. de rei vindica. l. litigatores. de arbitr. Sed istud quoque venit à verb. pareo. Alterum, de quo loquitur noster tex. à verb. pario. l. is qui. §. proinde. ff. de manumissio. licet glo. ibi exponat pro seruierit. & l. 2. de iustit. & iure.

Parere sententiæ quid sit.

¶ Ita parere sententiæ, est ei acquiescere. l. 5. §. fi. ff. de verbor. obliga. ibi, si vnus paruerit, alius non paruerit sententię iudicis. De his plenius scripsi in tract. de liter. ad renuntiand. prouoca. in 3. tomo commentar. in constit. Reg. Gallic.

VLPIA. LEX CENTESIMA TRIGESIMATERTIA.

Si quis sic dixerit, vti intra diem mortis eius aliquid fiat: ipse quoque dies, quo quis mortuus est, numeratur.

¶ Iussus est heres intra diem mortis testantis centū dare Titio, vel aliquid facere: quolibet tempore vsq; ad mortem poterit, & die quidem mortis, quia adhuc est intra diem. Vnde Iurisconsul. ait, Totum enim medium tempus ad soluendum promissori relinquitur liberum. in l. stipulatio ista. §. inter. de verbor. obliga. facit l. si is cuius. rem ratam haberi. Et Labeo scribit, Si sic libertas relicta sit: Stichus intra annum postquam mortuus fuero, liber esto: statim eum liberum esse. nam & si ita sit, Si intra annum decem heredi meo dederit, liber esto: statim soluendo liberum eum esse sine mora futurum. l. si ita fuerit libertas. in fi. ff. de manumiss. testam. l. fi. C. de posth. heredib. insti. vbi posthumus erit heres, qui nascetur intra decem menses: siue nascatur primo mense, siue secundo, vel aliis: dum tamen intra decem menses. quamuis glo. in d. l. fi. exponat intra pro circa: sed non potest conuenire verbis illius tex. Et si stipulatus fuero, si intra biennium Capitolium non ascenderis, dari: non nisi præterito biennio recte petam: quia nisi finitum sit biennium, ascendere poteris. l. quicquid. §. i. ff. de verbor. obligat. facit l. arbiter intra certum diem seruos restitui iussit. ff. de arbitr. quod prodesse potest ad sequentia.

Dos consistens in mobilibus solūtur intra annum.

¶ Primo dos soluto matrimonio, in mobilibus consistens potest solui intra annum. intelligite vt hic, etiam die vltimo anni. l. vna. §. exactio. C. de rei vxor. actio. Vnde quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet eius anni die dandi. l. quod quis. ff. de actio. & obliga. Et hic addit etiam die mortis aut vltima anni, si intra annum promiserit.

Bonorum possessio peti potest intra diem centesimum.

¶ Secundo bonorum possessio intra diem centesimum peti potest. quod & intelligendum est, vt etiam die centesimo bonorum possessio peti possit: quemadmodum intra Calendas & ipsæ Calendę sunt. l. i §. si intra. ff. de successor. edict. Etiam dicit glo. tota dies cedit, quando actus potest per alium explicari, vt ipso toto die possit fieri, etiam per alium post mortem: vt in eo qui est iussus construere monumentum intra diem mortis, vt ipso mortis die eo defuncto per alium fieri possit. l. Arethusa. in fi. ff. de statu homi. Nempe cum tempus in testamento adicitur, credendum est pro herede adiectum, nisi alia mens fuerit testatoris. l. cum tempus. ff. de regul. iur. Secus si dies adiectus sit non differendę actionis causa. l. liber homo. 2. §. i ff. de verbor. obliga.

Tempus in testamento adiectum constitutur pro herede.

¶ Tertio intra dies constitutos, quamuis agi iudicati non possit, tamen iudicatum multis modis liberare posse scribit Iurisconsul. in l. intra. ff. de re iudica. nam constitutorum dierum spatium pro iudicato, non contra iudicatum per legem constitutum est, vt ibi dicitur. Ideo condemnatus ad soluendum intra mensem, quolibet tempore soluere poterit, etiam in fine temporis constituti, vltima quidem die mensis. facit l. debitoribus. in fin. ff. de re iudica. scripsi in interpreta. l. si debitori. ff. de iudic.

Condemnatus ad soluēdum intra mensem, potest soluere quolibet tempore mensis.

¶ Quarto in appellatione, quæ intra decem dies fieri debet, vt quis decima die possit appellare. c. anteriorum. 2. q. 6. l. intra. ff. de appella.

Appellatio fieri debet intra decem dies.

¶ Quinto idem procedit in iudicio de in ius vocando aduersus eum, qui in ius vocauit non petita venia: quod intra annum datur, non vltra. lege penultima. ff. de in ius vocando.

Rem valens redimere intra certum tempus, fructibus extā tibus potest eā redimere.

¶ Sexto qui potest redimere intra decem annos rem ex facultate sibi concessa per emptorem, poterit quolibet tempore vsque ad decem annos rem habere, siue extantibus messibus, siue post: per istum tex. & huius sententiæ est Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des rentes vendues à rachapt.* §. i. in 6. dubio. quem refert & sequitur do. Andr. Tiraquel. in tract. suo de vtroque retractu, rub. *de retraict conuentionel.* §. i. glo. 2. nu. 65. Ad alia quoque extendere poteritis.

Intra dictio includit aliquando.

¶ Septimo hæc dictio intra interdum includit rem, siue locum, vel sua extrema: vt si dicatur, Præfectus vrbis habet iurisdictionem in vrbe, & intra centesimum milliare: tunc includuntur omnia, quæ sunt intra illum locum, non vltra: vt est tex. in l. i. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. & §. qui autem. de excusa. tutor. l. statuliberos, de statuliber. l. fi. ibi, in-

tra fines imperij.de captiuis.& l.pupillus.§.territorium.infra cod.l.æde.ff.de contrah.emptio.l.fundi.& l.quæro.de actio.empti.l.vxorem.§. item quæsitum. de lega.3. licet glo. ibi exponat intra, pro iuxta:sed male. Calendarium enim exercuerat quis in patria, & intra illius fines. Et aliud est in patria Montispessuli, aliud in finibus eius. Vergil. in Bucolic.

Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua: Nos patriam fugimus.

Et pro eo dicit Iurisconsul. in l. relegatorum. §. solet. ibi, intra patriæ territorium. de interdict. & relega.

Intra includit tempus.

¶ Quandoque includit tempus: vt si quis intra Calendas Ianuarias dare teneatur, in ipsis quidem Calendis dare poterit. l. si ita stipulatus fuero. ff. de verbor. obliga. vbi qui stipulatus fuerit intra Calendas Ianuarias, perinde est ac si Calendis promisisset: quia ante Calendas conueniri non potest, nec cogi, licet antea possit soluere si velit: quia tempus in fauorem suum est adiectum. Idemque est dicere quoad hoc, ante Calendas, vel intra: intelligitur enim ante finitas Calendas. l. qui ante. vbi Bar. ff. de verbor. obliga. l. qui bona. §. fi. ff. de damno infect. facit l. si venditor. ff. de ædilit. edicto. l. calcularij. ibi, intra quinquennium: de munerib. & honorib. l. non omnis. si certum peta. l. intra. de minorib. l. si legatum. ibi, intra diem deponant. ff. de operib. public. l. 3. §. 1. de condict. caus. dat. l. 2. C. de tempor. appella. authen. qui semel. C. quomod. & quand. iud. authen. ei qui iurat. de bonis auctorita. iudic. possid. l. iubemus. §. circa medium. de erogatio. militar. anno. lib. 12. C. facit etiam l. qui Romæ. §. Callimachus. de verbor. oblig. quia ibi includit etiam, quicquid velint dicere quidam, & in authen. de appella. & intra quæ tempo. c. 1. de exceptio. in 6. l. alienationibus. ibi, intra certum tempus. supra eod. Bal. in margar. in verb. intra. & Oldrad. consil. 49. consueuit. col. 2. vbi multas dictiones elucidat, quas præscripserat Alber. in authen. quod ius. C. de procurator. facit l. Thais. §. intra. ff. de fideicommissar. libert. l. si intra. de statuliber. l. si hereditas. ibidem. l. 1. qui sine manumiss. l. 4. §. si infra diem. de damno infect. l. plebiscito. ibi, intra dies proximos. ff. de offic. præsid.

Vltra dictio quibus iungitur.

¶ Idem in dictione vltra. l. quod si vltra. ff. qui & à quib. quę interdum iungitur tempori, aliquando verò loco. l. scire. §. aliud. ff. de excusa. tutor.

¶ Limitatur quando resultaret absurditas, aut materia subiecta repugnaret: vt tunc non includat, secundum Corneum consil. 244. licet in hac. col. 2. in 1. vol. vt si quis promiserit soluere centum aureos intra mensem, & residuum eius quod debet intra duos menses: hi duo menses computantur à die declarationis residui. & non ante. arg. l. interdum. ff. de verbor. obliga. glo. & doct. in l. fi. §. finautem. C. de iure deliber. nec enim dicitur *in mora*, antequam sciat se debere. l. eius. ff. si certum peta. l. statuliber ratione. ff. de statuliber. Et si quis promiserit ire Montempessulanum intra mensem, non exigitur peractum esse iter infra præstitutum terminum. at sufficit incepisse. tex. in l. qui Romæ. §. Callimachus. vbi Ias. in 3. no. per illum tex. ff. de verbor. obliga.

Intra pro citra

¶ Interdum intra ponitur pro citra, in l. fi. ff. de iure fisci. secundum glo. ibidem: sed ego puto contrarium, accipiendam scilicet ibi dictionem intra exclusiue: vt si intra tempus vindemiarum adiectio facta sit, id est ante ipsum tempus, vt excludat vindemiarum tempus, & includat tempus ante vindemias, vt plene do. Tiraquel. in tract. de vtroque retractu. §. 1. rub. *de retraict lignagier.*

¶ Item Iurisconsul. ait eum teneri, qui auctor damni fuerit, si intra turbam fuerit. l. prætor. 2. §. hoc edicto. ff. de vi bonor. raptor. Et intelligo illum esse intra turbam, si in numero turbæ fuerit, non seclusus à turba, cum damnum dabatur.

Intra vsurpatur ab Iurisconsultis, & infra à Canonistis.

¶ Item quod Iurisconsul. dicunt intra, Canonistæ infra. & idem apud eos communius significat, quando tempori adiicitur vel loco: secus si simpliciter. c. 1. de vsu & auctorita. pallij. & in c. commissa. de elect. in 6. & Imperator aliquando hanc significationem sequitur, vt in authen. quæ supplica. C. de precib. Imperator. offerend. & Iurisconsul. in l. fi. ff. qui sine matrimo. ibi, infra quatuor menses imposuerit, & c. licet hoc raro contingat. l. 4. §. si quis condemnatus, vt infra certos dies soluat. ff. de re judica. Sic est in lib. mep: nescio si quidpiam aliud in nouis habeatur. & idem habeo in l. fi. de capt. Videre tamen differentiam inter has duas dictiones à Iurisconsultis traditas in l. inde Neratius. §. in summa. cum §. seq. ff. ad legem Aquil. quamuis sæpius apud Iurisconsul. dictio infra capiatur in alia significatione & contraria: Gallic. *dessous*, l. Titia. 2. §. Sola. ibi, quos infra manumisi. ff. de lega. 2, l. 2. ad legem Aquil. ibi, & infra deinde cauetur. facit c. ex parte M. de resti. spoliator. vbi Panor. in 2. no. l. ius alimentorum. versic. penul. idem ad instructionem; ibique infra 20. annos constitutæ sunt. ff. vbi pupill. educari debeat. l. in venditione. ff. de actio. empt. l. liber homo. 2. §. 1. de verbor. obliga. ibi, infra comprehensum. & l. inde Neratius. §. si infans. ff. ad legem Aquil. l. adeo. §. insula. de acquir. rerum domi. l. peregre. ibi, cum thesaurum supra terram, vel infra terram possideam. ff. de acquir. possess. Plene de hac dictione scribit do. Gomes. in c. fi. §. si verò. col. 1. de iudic. in 6.

Paul.

PAVL. LEX CENTESIMA TRIGESIMAQVARTA.

Anniculus non statim, vt natus est, sed trecentesimo sexagesimoquinto die dicitur, incipiente plane, non exacto die: quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.

¶ Anniculus dicitur, qui in vltima die anni constitutus est, in trecentesimo sexagesimo quinto die incipiente, non finito. id est non tantum finito, verum & incepto. Et anniculus amittitur, qui vltimo die anni moritur. nempe annus computatur ciuiliter per dies, & non per momenta temporum. Hoc dicunt istæ duæ leges Anniculus. Et sic anniculus puer dicitur vnius anni. l. cum quæreretur. ff. de legat. 3. & l. 1. §. 1. is autē. ff. de ventre inspiciend. ibi, siue infans anniculus. in l. cum sponsus. in fi. ff. de Publicia. in rem actio. Quod nomen secundum grammaticos non est diminutiuum, sed adiectiuum: vt anniculus puer, & anniculus taurus. Varro de re rustic. lib. 2. ait: Habet tauros, vnum anniculum, alterum bimum. id est vnius anni, & alterum duorum annorum. De rebus etiam inanimatis dicitur, vt Plinius lib. 9. c. 41. ait: Anniculo gramini ligandus succus. vnde quidam dicebant anniculum templum, vno anno constructum, & anniculam ætatem. & Augusti. in c. si habes. 24. q. 3. Ego enim senex à iuuene, & episcopus tot annorum à collega nondum anniculo paratus sum edoceri. Et Marcus Romanorum Imperator percontanti, quonam, aut cur pergeret, sic respond. καλὸν καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. pulchrum etiam senescenti discere. Cælius lib. 11. antiquar. lectionum. c. 26. vide tex. in l. inter. in princ. ff. de pact. dotal.

Anniculus est adiectiuum, nō diminutiuum.

¶ Facit, quod si infans nondum anniculus sit occisus, æstimatio refertur ad tempus, quo infra annum vixit. l. inde Neratius. §. si infans. ff. ad legem Aquil. per quem tex. dicunt doct. quod herba frumenti destructi tanti æstimatur, quanti potuisset vendi tempore dam ni dati dubius perceptionis euentus. l. propter spem. ff. famil. erciscun. Sic concludit Alber. in tract. statutor. in 2. parte. q. 78. quid si quis immisit bestias. Specula. in titul. de iniur. §. sequitur. versic. sed quomodo æstimabit. Flor. in l. ex hac. ff. si quadrup. pauper. feciss dicat. & in d. §. si infans. Boer. in §. 1. de consuetud. prædior. Chassan. in consuetud. Burgund. in rub. *des iusti ces.* §. 6. glo. *message.* nu. 50.

Infans si occisus sit, æstimatio ad quod tempus referatur.

¶ Potest etiam interdum largius sumi, vt in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. vbi sic scribitur: filium eum definimus, qui ex viro, & vxore eius nascitur. At si fingamus abfuisse maritum, verbi gratia per decennium reuersum, anniculum inuenisse in domo sua, placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium.

Anniculus sumitur largius.

¶ Anniuersaria, in l. liberto. in fi. ff. de annuis lega. glos. exponit pro singulis annis. Dicitur anniuersarium, quod singulis annis, vt in c. vno. in fi. de cleric. non reliden. Amnis, fluuius. in l. & puto. §. id quod amnis fundo post litem contestatam alluit, æque venit in hoc iudicium. ff. famil. erciscund.

Anniuersaria dictio.

¶ Statim interdum sine mora & dilatione accipitur. in l. si ita fuerit libertas. in fi. ff. de manumiss. testam. ibi, statim soluendo eum libertum esse sine mora futurum. l. habitatores. loca. ibi, statim deductionem ex mercede facere oportet. l. 1. de cano. largit. titul. lib. 10. C. & l. diui. de susceptor. præpos. ibidem. l. restituere. 1. supra eod.

Statim quomodo capiatur.

¶ Verum intelligi debet cum aliquo scilicet temperamento temporis. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solutio. vel quam citius commode fieri poterit. c. quam sit. de electio. in 6.

¶ Idem in dictione confestim. l. qui procuratorem dat, vt confestim agat, intelligendus est permittere procuratori, & postea litem peragere. ff. de procurator. Et confestim sic erit accipiendum, vbi primum potuit, id est prætoris copiam habuit huic rei sedentis, nisi forte infirmitate impedita est, vel alia magna causa. Vlpia. in l. 2. §. forte. de noui oper. nuntia.

Confestim quid denotet.

¶ Idem in verb. mox, vt quoddam etiam temporis interuallum aliquando significet. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrogator. actio. Et aliquando sine interuallo pro materia subiecta, vt consuluit Alexand. consil. 115. in causa. col. 2. vol. 3. & in l. diuortio. col. 3. ff. soluto matrimo. l. fructus. ibi.

Mox dictio interuallum significat.

¶ Idem in verb. illico. l. penul. C. depositi. l. frumenta de subscripto. lib. 10. l. ordinatam, de liber. caus.

Illico.

¶ In recenti, vel de recenti. in l. si creditores. §. plane in recenti aditæ hereditatis, id est cum hereditas de nouo fuerit adita, audiendi erunt qui suspectum postulant. ff. de priuil. creditor. l. si diutino. de pœnis. ibi, non eo modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, quo eos qui in recenti sententiam excipiunt. id est breui tempore, non diutino, nec tempore inueterato.

De recenti, vel in recenti.

¶ Idem in dictione quam celerrime, de qua in l. penul. C. depositi. Idem in verb. quam ocyssime. d. l. penul. vt quod in principio dixerat illico, postea istis vtatur dictionibus.

Quam celerrime, quam ocyssime.

¶ Incontinenti. l. lecta. ff. si certum pet. vbi plenius tradunt doct. Ex continenti, idem.

Incontinenti.

l.iurisgentium.§.quinimo,de pact.

¶ Cito,citius.in c. quam sit. de elect.in 6.

Assidue interualli denotat.

¶ Idem in verb. assidue, vt quoddam etiam interuallum significetur: si quis teneatur assidue morari cum aliquo,si visat parentes,non obstat, quin assidue moratus dicatur. l. filium,ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.l.1.vbi doct.C.de lega.

¶ Et breuiter dicendo,quantum temporis hæ dictiones significent,iudicis arbitrio relinquitur.l.1.in fi.ff.de iure deliber.qui ex bono & æquo pro materia arbitrabitur. l. si domus.§.in pecunia.ff.de lega.1.Lucas de Penna in d.l.diu.de susceptor.scripsi in interpretationibus ad l.si debitori. ff.de iudic.

Annus in iure non computatur per momenta.

¶ Sequitur in tex.*quia annum ciuiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.* Vnde notabimus,quod dum in iure ciuili fit mentio de anno,computatur vt hic, scilicet ad trecentos sexagintaquinque dies, non per momenta temporum in horas vel semihoras: vt si hora prima à meridie natus sit,ea hora anniculus dicatur,quod non inspicitur.l.cum heres.§.Stichus. ff. de statuliber. quod prodesse potest consanguineo retrahenti intra annum, vt die etiam vltimo anni retrahere possit. §. Titius, si de feudo defuncti contentio sit inter domi. & agnat. vassalli.

¶ Secundo conuenit ei, cui datum est prosequi appellationem intra annum, iuxta c. cum sit Romana.de appella.quod intelligendum est, vt hic.

¶ Tertio misso in possessionem ex primo decreto, vt post annum efficiatur verus possessor. l. si finita. §.si plures. & ibi glo. ampla. ff. de damno infecto. cap. 1. de eo qui mittitur in posse.c.fi.§.in aliis.vt lite non contest.Specula. in tit. de primo & secũdo decreto.

Delegatus potest suam exequi sententiam intra annum.

¶ Quarto delegatus suam exequi potest sententiam intra annum, postea non:sed ordinarius exequetur.c.quærenti.de offic. delega. Bal. in l. ordo. C.de executio. rei iudica. & computatio facienda est,prout in hac lege statuitur.

Processus non censetur interruptus, si pars vltimo die anni compareat.

¶ Quinto non censetur interruptus processus,si vltimo die anni pars compareat, licet alias omnino transacto hoc anno interrumperetur, vt docet Bar. in §. 23. de iurisdict. omnium iudic.scripsi in tract.de restitu.& releuamen,artic.1.glo. 1. in 2. tomo commentar. in constitutio.Regias Gallic.non tamen eo solo quis censetur exclusus ad dandum suas defensiones, vel tradendum causas & grauamina appellationum, nisi quoque prius fuerit contumax, & (vt dicunt) *qu'il soit appellé par deffaut.* Ita vidi seruari in suprema parlamenti curia. Qui quidem defectus nonnunquam parit lucrum causæ, vt vulgo dicanici dicere solent, *emporte gaing de cause*:aliquando rursus aliam desiderat citationem pro vltimo peremptorie, secundum subiectam materiam.

¶ Sexto datur ex hac lege & in heredes actio intra annum duntaxat à morte eius,qui aggebatur,l.2.ff.ad legem Iul.repetundar.

Error intra annum proponi debet.

¶ Septimo trahitur ad eum,qui proponere vult errorem contra arestum,iuxta authen. quæ supplicationes. C. de precib. Impera. offerend. vt intra annum proponere debeat illum.Qui annus computabitur ciuiliter,vt hic,non per momenta temporum:prout etiam cauetur in consti.Regiis Gallic.in titul.de supplicationib.& propos. error. in 1. tomo. artic.5.vbi scripsi,in commentar.licet veteribus constitutionibus daretur biennium ad supplicandum contra arestum,vt in codice Regiarum constitutio.licet videre,

Heres extraneus habet annum ad deliberandum.

¶ Octauo heredi extraneo præstituitur annus ad deliberandum: intra quem si decedat, transmittit illam hereditatem. l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. Hodie restrictum fuit id tempus ad deliberandum, & varie pro consuetudine locorum constitutum, aliquando quadraginta dierum,aliquando sexaginta.de qua præfinitione temporis constare oportet:alioquin ius commune obseruandum est.

Inuestituram intra annum miles & vassallus petere debent.

¶ Nono facit,quod miles & vassallus inuestituram intra annum debẽt accipere:intelligo computandum,vt hic,quod videlicet 365. diebus constet,probatur in rub,quo tempore miles inuestituram accipere debeat,

Professio tacita contrahitur, si quis per annum permanserit in religione.

¶ Decimo professio tacita contrahitur, si per annum quis permaneat in religione:& postea dicitur vacare beneficium,quod habebat.c.beneficium.de regul.iur.in 6.

Honorariæ actiones post annum non dantur.

¶ Vndecimo cõuenit tex.in l.filij.in fi.ff.ad Tertullia. & l. vel post annum.de alienatio. iudic.mutand.cauf. fact. Et actiones honorariæ post annum non dantur. l. in honorariis. ff.de actio.& obliga.intelligite annum secundum nostrum tex. Videte l.diuortio.vbi vxor post mariti excessum per annum est alenda.ff.soluto matrimo. Corne.consil.129.licet. in 1. vol.l.2. C.de nauicul.li.11. Aufrer.in decis. Tholos.q.447. Iacob.in l.singularia,ff.si cert.pet.

Interdicta possessoria, maximè retinendæ post annum nõ dantur.

¶ Duodecimo interdicta possessoria,maximè retinendæ non dantur post annum.l.1.ff. vti possidet.qui semper annus computandus est vt hic, vt trecentos sexagintaquinq; dies habere debeat & tempore bissexto adhuc vnum, vt dixi in l.cum bissextus. supra eodem, & abunde in tertio tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. tract. de mater, possessorij, artic. primo.

Actio ex edicto, ne vis fiat ei, competit intra annum.

¶ Decimotertio actio ex edicto, ne vis fiat ei, competit intra annum, non vlterius,

rius,cum sit pœnalis.l.1.§.fi.ff. ne vis fiat ei. & in l. 1. in princip.si quis testam.liber esse iuss. fuer.l.2.& 3.vi bonor. rapto.

¶ Decimoquarto grauatus à peræquatoribus, intra annum conqueri potest, postea non.l.qui grauatos. C.de censib. lib.10.l.1.in fi.ff.de eo per quem fact.erit.

Heres non implens voluntatem defuncti intra annum,hereditate priuatur.

¶ Decimoquinto heres non implens voluntatem defuncti intra annum,hereditate priuatur.§.si quis non implens. in authen.de heredib. & Falcid.colla.1.auth. hoc amplius.de fideicommis.c.nos quidem. de testam.Sed in hoc Regno neminem vidi in forensi iudicio priuari: sed condemnantur heredes ad soluendum id, ad quod tenentur, & interdum ad damna,expensas & interesse: vel etiam pro qualitate facti mulctantur, vt scripsi in proœm. commentar.in constitu.Reg. Gallic.in glo.vlt.in 1.tomo.

¶ Quæ fuerit lex Iunia annalis seu annaria, declarat Cicero in Philip. 5. & Lamprid.in Commodo,& Ioan.Zas.in catal. leg.antiq.

VLPIA. LEX CENTESIMA TRIGESIMAQVINTA.

Quæret aliquis:si portentosum vel monstrosum, vel debilem mulier ediderit,vel qualem visu vel vagitu nouum,non humanæ figuræ,sed alterius magis animalis, quam hominis partum,an quia enixa est, prodesse ei debeat?Et magis est, vt hæc quoque parentibus prosint. Nec enim est, quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt,statutis obtemperauerunt:neque id, quod fataliter accesit, matri damnum iniungere debet.

¶ Primum elucidabimus verba tex. demum alia quoque subiungemus ad intellectum illius,*Quæret aliquis.* Elegans dicendi modus pro eo,quod barbare dicitur, Forte posset aliquis quærere. Et dicet quis,roget quis, vt per Adria.in suo lib.de sermone Latino,& inferius dicetur.

¶ *Portentosum vel monstrosum*, elucidaui in l.ostentum.supra eod.

Debilis, id est imbecillis. Debilis quis sit infirmitate. Debilito,& debilitas.

¶ *Debilem*, id est imbecillem, vtpote mancum, vel habentem vnam manum aridam, seu pedem : is enim debilis dici potest.

¶ Debilis interdum quis infirmitate fit. Aut dic debilem,in sexto forte mense natum, in quo non potest viuere, vixque sese mouere.l.fi.de oper.seruor.

¶ Inde debilitare,debilem facere:quod aduersa valetudo corporis & animi parit,vel nimius labor. Debilitas pro infirmitate,& imbecillitate.c.si pro debilitate.de offic. delega.

¶ *Mulier ediderit.* Et sic de muliere corrupta intelligitur,vt scripsi in l.mulieris.supra eod. De verb.ediderit,abunde scripsi in l.boues §.inter.supra eod.

¶ *Qualem.* Inæqualem,legit Alcia.dicens hunc locum esse corruptum:quod ostendit ratio recti sermonis, & sensus. nam sensus est, quod mulier edidit inæqualem partum, id est sine aliqua qualitate,hoc est non habentem qualitatem hominis,sed potius animalis. Attamen qualitas est in eo portentoso.

¶ Sed forsan non male communis lectio habet *Qualem*,vt sit sensus, quod mulier edidit partum portentosum, debilem vel qualem, id est huius qualitatis, visu videlicet nouum vel vagitu,non humanæ figuræ,sed magis alterius animalis partum:vtpote si bufonem, catum, aut vitulum pepererit.hoc enim vilũ nouum est.& si talis partus vagiat bouis instar, nouum vagitu. siquidem vagire proprie est infantium. Qui intellectus suadetur ex verb. *qualiter* in tex.posito.nam isti matri nõ imputatur,quæ ipsum edidit partum:quia qualiter, id est cum illa qualitate qua potuit,statutis obtemperauit. Et sic *qualem visu* non inepte diximus in tex.secundum communem lectionem.

Mulieri parienti quid monstrosum prodest quãdoque.

¶ *An quia enixa est, prodesse ei debeat? Et magis est, vt hæc quoque parentibus prosint. Nil enim est, quod eis imputetur.* Vult dicere tex.quod si quis relinquat bona mulieri, si enixa fuerit:si illa demum quid monstrosum pariat,& figuram hominis non habens,nihilominus ei proderit,vt talis mulier consequatur legatum,& parentibus,vt debeant loco partus succedere: quia si partus animatus fuisset,successisset mater per Tertullia.ita quoq; nunc.neque enim est imputandum parentibus, qui qualitercunque potuerunt, statutis obtemperauerunt. nam vir cum muliere coit in matrimonio secundum legis scita.Quod intellige, dum fataliter, id est ex dei opt. max. permissione & voluntate accidat:secus vbi dedita opera,vt coeundo cum bruto, quemadmodũ inferius scribam.Et cum parentis appellatione veniant pater & mater,vt in l.appellatione.supra eod. ita hic quoque matri proderit, quæ peperit, vt ipsa etiam succedat. hoc probat tex. ibi, *neque id quod fataliter accesit,matri damnum iniungere debet*:nec etiam patri. Alia de his monstris plenius vide per me scripta in d.l.ostentum. supra eod.

Probatio per similitudinem an valeat.

¶ Sed quæri potest, an valeat probatio per similitudinem: vtpote si probem talem esse

Titio ſimilem: an eo probetur illius eſſe filius? tex. in l. fi. §. penul. ff. ad municipal. dicit eſſe recurrendum ad res, non ad ſimilitudinem nominis vel faciei. Siquidem hæc probatio ſimilitudinis non concludit, teſte Guido. Pape ſingul. 537. vtrum probatio. Nam ſunt quidam adeo ſimiles inuicē, vt vix diſcerni poſſint. Vnde Valerius Maximus in rub. de ſimilitud. formæ, his verbis ait: Regi Antiocho vnus ex æqualibus, & ipſe Regiæ ſtirpis nomine Artemio perquam ſimilis fuiſſe traditur: quem Laodice vxor Antiochi interfecto viro diſsimulandi ſceleris gratia in lectulo perinde quaſi ipſum Regem ægrum collocauit, admiſſumq; vniuerſum populum, & ſermone eius, & vultu conſimili fefellit: crediderunt; homines ab Antiocho moriente Laodicem & natos ſibi commendari. Ipſe vidi Pariſ. duos fratres ex nobili Clericorum familia progenitos ita conſimiles, vt vnum ab altero, quamuis mihi perfamiliares, vix vnquam dignoſcere poſſem.

Fratres duo Pariſ. perſimiles.

¶ Ita ſi quis vocetur Pariſienſis, non ſequitur eum eſſe ciuem Pariſinum: vt in d. §. penul. l. fi. probatur. Quæ tamen nominis ſimilitudo generat quandam affectionem. l. cum filius. §. pater. ibi, plus tribuas in honorem nominis mei. ff. de lega. 2. Boer. in l. vxorem. ff. de manumiſſ. teſtam. in additio. ad Bened. Plumbinum, & Gomeſ. in §. ſi itaque. de actio. in Inſtit. col. 9.

Pariſienſis ſi quis vocetur, non ob hoc erit Pariſienſis.

Quærere pro rogare.

¶ Nunc redeamus ad verborum ſignificationem, vnde fueramus digreſsi, *Quæret aliquis*, id eſt rogabit. Accipitur enim hic, & ſæpius alibi quærere pro interrogare, percunctari & ſciſcitari. l. litis conteſtatæ tempore quæri ſolet. ff. de negot. geſt. l. ab hoſtibus. in fi. ibi, quærit aduocatum, ex quib. cauſ. maior. l. ſicut. §. ſed ſi quęratur. ſi ſeruit. vindicet. & l. in lege cenſoria. & l. quod dicimus. & l. cum quærebatur. infra eod.

Quærere pro inquirere.

¶ Secundo pro inquirere. l. cum hi. §. vult igitur orario apud prætorem de iſtis quæri. ff. de tranſactio. & §. ſi prætor. ibi, prętori enim ea res quærenda commiſſa eſt. ibidem, & paulo poſt Iuriſconſultus ponit inquiſierit. Inde Budæ. in annota. in Pandect. primis, ait ſic: Quærere eſt informationem facere, & legibus vindicare. Et quæſtio pro publico iudicio accipitur, de qua Iuriſconſul. in l. §. præterea. ibi, quive magiſtratus, iudexve quęſtionis ſub capitalem cauſam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fieret. ff. de ſicar.

Quærere pro inquirere.

Quærere pro acquirere.

¶ Tertio quærere, id eſt acquirere. l. in fraudem fiſci non ſolum per donationem, ſed quocunque modo res alienatæ reuocantur. idemque iuris eſt, & ſi non quærantur, æque enim in omnibus fraus punitur ff. de iure fiſci. quamuis glo. & doct. ibi varie exponant.

¶ Ego vero ſic intelligerem illam legem, quod in fraudē fiſci alienationes factę reuocantur, quomodocunque factæ fuerint, etiam ſi hæ res non quærantur illis, in quos facta fuit alienatio; tamen quatenus de facto proceſsit. reuocatur. facit c. cum quis presbyterorum. de reb. eccleſ. non alienand. vt fraus in omnibus puniatur. Tamen non videtur alienare reus capitis, qui filium emancipauit, vt hereditatem patri delatam adiret: quia fraus non eſt in acquirendis. l. quod autem ff. quæ in fraud. creditor. Et in fraude requiritur conſilium & euentus. §. in fraudem. Inſti. quib. manumitter. licet.

Emancipatio nō eſt alienatio.

¶ Vnde emancipatio non retractabitur, quia non eſt alienatio: at ſerui manumiſsio, ſic: quæ nempe conſiſtit in commodo pecuniario, non autem emancipatio. Ideoque libertates in fraudem datas retrahi placuit Paul. Iuriſconſul. in l. in fraudem. §. à debitore. ff. de iure fiſci. Tamen hereditas reo delata non acquiretur emancipato, ſed eam fiſcus petere valebit, vt in l. cum quidam. ff. illo titul. doct. ibi ſcribunt. & Aufrer in deciſ. Tholoſa. q. 150. Benedic. in reper. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 246. cum ſeq. de teſtam.

¶ Inde etiam dicimus quærere dominium, pro acquirere iure dominij rem. l. ſi ſeruus. ibi, ceterum ſi dominium quærere non potuit. ff. de interrogator. actio.

Quæſtio quid.

¶ Hinc nomen quæſtio, elucidatur ab Vlpia. in l. 1. §. quæſtionem. ff. de ſenatuſconſul. Silan. ibi, quæſtionem ſic accipimus, non tormenta tantum, ſed omnem inquiſitionem, & defenſionem mortis. Et alibi ſic ait Iuriſconſul. quæſtionem intelligere debemus, & tormenta, & corporis dolorem, ad eruendum veritatem. l. iniuriarum. §. quæſtionem. de iniur. Gallic. *torture* dicimus. Quid item nomine quæſtionis veniat, elucidat Franciſc. Brunus in tract. de iudic. & tortura, in 2. parte. q. 2.

Quæſtio pro cauſa.

¶ Quæſtio pro cauſa. l. in omnibus fiſci quæſtionibus, cāuſis exceptis in quibus minora tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti annorum præſcriptio cuſtoditur. ff. de diuerſ. & temporal. præſcriptio. vbi quod primum quæſtionem, poſtea cauſam vocat.

Quæſtio pro actis quærendi.

¶ Quæſtio interdum pro actu quærendi, diſceptatione, dubitatione: vel propoſitio dubitabilis dicitur. l. quæſtio eſt. ſupra eod. & l. in lege cenſoria. infra eod. l. fi. ibi, nulla quæſtio eſt. ff. quod iuſſu, id eſt nulla dubitatio, iuncta. l. tutor. §. denique. ibi, nulla dubitatio. ad Vel leia. Bar. in l. amplius. col. 2. ff. rem ratam haberi. Seu pro controuerſia. l. duobus. §. exceptio. ibi, ſi modo eadem quæſtio in hoc iudicium deducatur. & §. quæ iurauit. ff. de iureiur. cum l. ſeq. & l. cuiuſcunque. in fi. ibi, quæſtio moueatur. de vſufruct.

Quæſtio pro ſtatu cauſa.

¶ Quæſtio etiam dicitur ſtatus & conſtitutio cauſæ, & pro publico iudicio accipitur in l. 1. §. 1. ff. de ſicariis. Et quæſtor, qui quæſtionem habet. Budę. ibi.

¶ Et

¶ Et quæſtio ita ſumpta ſi proferatur à lege, intelligitur de illa controuerſia, quæ fit per litiſconteſtationem, ſi Bar. credatur in l. amplius. col. 2. ff. rem ratam hab. per glo. in l. 2. & 3. C. finium regundor.

Quæſtio quādo profertur à lege, & ab homine, quomodo capiatur.

¶ Si vero proferatur ab homine, vt promitto non mouere quæſtionem, ſeu controuerſiam: tunc intelligitur etiā ante litem conteſtatam. per l. qui fidem. ff. de quęſtio. l. Lucius. §. tres heredes. ad Trebel. vbi Bar. & Bal. in c. audita. de reſtit. ſpolia. Dec. in c. 1. no. 2. de appella. Alex. & alij in l. ſi quis maior. C. de tranſactio. & Gomeſ. in c. diſpendia. in princip. de reſcrip. in 6.

¶ Vnde phraſes loquendi frequentiſsimæ: Quæſtionis eſt. l. 2. §. item ſi extra. ff. de iudic. l. ſi quis ſeruum. de ſeruo corrupto. l. rogaſti. ſi certum peta. l. ſi quis. §. ſi ancillam. de exceptio. rei iudica. facit l. eum qui Calendis. de verbor. obliga. vbi promiſcue dubitatione vel quæſtione vtitur, adde tex. in l. nomen filiarum. infra eod.

Quæſtionis eſt.

¶ Quæſtio facti, ſcilicet quādo naſcitur dubitatio ſuper facto, vt quid factum ſit, vel quis primo natus eſt, aut qui prius ſcholas ingreſſus. l. Arethuſa. & l. ſeq. vbi Alber. & Bal. ff. de ſtatu homi. l. Herennius. ſupra eod. Dec. in c. paſtoralis. de reſcrip.

Quæſtio facti.

¶ De facto autem conſulentibus non debent præſides, nec quidem doctores vel aduocati, conſilium impartiri. l. eum qui. §. 1. ff. de iudic. l. 1. §. 1. ad Turpillia. quoniam facti interpretatio plerunque etiam prudentiſsimos fallit. l. in omni parte. ff. de iuris & fact. ignoran. Et quamuis Papa omnia iura in ſcrinio pectoris per ſuos conſultores habere dicatur, conſuetudines tamen, quæ ſunt facti, creditur ignorare. c. 1. de conſti. in 6.

Doctores ſuper facto non conſulunt.

¶ Si tamen illa quæſtio facti ex modo & genere facti diſtingui poſsit, tunc non alienum putarem à Iuriſconſulto de illa reſpondere, vt ex facto liceat facilius colligere coniecturas, vt Celſ. probat in l. vtrum. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

¶ Quæſtio iuris, quando præſuppoſito, & poſito facto quæritur de iure. Bal. in l. 1. ff. de iuris & fact. ignoran. facit l. triticum. ff. de verbor. obliga. l. miles. §. mulier. de adulter. vt ſi dubitetur, an minor quatuordecim annis poſsit teſtari, contrahere, aut alios facere actus, & ſic eos fecerit, an valeant: hoc deciditur in l. qua ætate. ff. de teſtam. & per totum titul. de minor.

Quæſtio iuris.

¶ Quæſtores à genere quærendi dictos arbitratur Vlpia. in l. vna. ff. de offic. quęſtor. vbi dicit Budę. pro his nos habere theſaurarios bellicos, qui ſunt multiplices, quemadmodum poteris apud eum videre, & ibi alterius fui ſententię.

Quæſtores vn de dicti.

¶ Quęſtus dicitur lucrum, quod opera alicuius comparatum eſt: Gallic. vocant *conqueſt, acquiſition*. l. quęſtus. ff. pro ſocio. Etiam inhoneſtos quęſtus cogetur reſtituere poſſeſſor hereditatis. l. quęſitum. & l. ſi poſſeſſor. ff. de petitio. hereditа. mulier tamen non habebit dimidiam partem quęſtuum iniuſtę quęſitorum à marito, licet alias de conſuetudine lucretur dimidiam partem conquęſtuum. lege, ſeruus. ff. de acquir. poſſeſſ. quod expreſſe ſcribit Ioan. Lupus in reper. c. per veſtras. §. 65. de donatio. inter vir. & vxor. Et turpes quęſtus dicit Iuriſconſul. in l. qui accuſare. de accuſa.

Quæſtus quid.

¶ Quęſtum vero de adulterio vxoris facere, proprie ille exiſtimandus eſt, qui accepit aliquid, vt pateretur vxorem adulterari, meretricio quodam genere. l. mariti. §. quęſtum eum. de adulter.

Quæſtum facere.

¶ Quæſtuaria mancipia, in l. athletas. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam.

¶ Queror, id eſt conqueror, expoſtulo, deploro, querimoniam habeo. l. argentarius. in fi. ibi, aut ſi probantem iudex non curauit, de ſeipſo, aut de iudice queri debet. ff. de edendo. nec illud male dicitur, ſi in loco periculoſo ſellam habenti tonſori quis commiſerit ſeipſum, de ſe queri debere. l. item Mela. §. 1. ad legem Aquil. l. iuſiurandum & ad pecunias. in princip. de iureiur. l. ſi vero. in fi. ibi, ſed & ipſe fideiuſſor, qui non ſit acceptus, tanquam de iniuria ſibi facta queri poterit. qui ſatisdar. cogant. l. ne quid, de incendio. l. nullo modo. de falſ.

Queror pro cō queror.

¶ Inde querela, conqueſtio, querimonia. l. diuortio. ff. de negot. geſt. ibi, vt ita querelæ locus ſit, inquantum facere potuit. l. ſi prætor. §. 1. de iudic. vbi exiſtimo debere iudicem querelam rei admittere. l. fi. ibi, ex querela patroni. de in ius vocand. l. ſed & ſi huius. §. 1. de iniur. ibi, ſeruus meus opera tua, vel querela tua, flagellis cęſus eſt: à magiſtratu noſtro Mela putat mihi dandam iniuriarum actionem aduerſus te, inquantum ob eam rem æquum iudici videbitur.

Querela pro querimonia.

¶ Querela inofficioſi teſtamenti agitur ad infringendum teſtamentum contra officium pietatis factum, in quo ſine cauſa filius exheredatus fuit vel prætereritus, ſeu parens, vel alius, qui de iure fuerat inſtituendus. l. 2. & per totum. ff. de inofficioſ. teſtam. & C. eodem titul. Querela pro actione promiſcue vtitur Iuriſconſul. in l. quemadmodum. & l. Papinianus. & l. nihil. in fi. ac l. eum qui. in princip. ff. de inofficioſ. teſtam. quamuis proprie querela non ſit actio, ſed per actionem quidem, ſeu mediante illa exercetur & intentatur: ſicut dicimus quandoque de actione, ſi certum petatur. l. 1. ff. de triticar. quæ non eſt nomen actionis proprium

Querela inofficioſi teſtamēti.

Querela an ſit actio.

prium: at Iurisconsul. vtuntur actione Si certum petatur, id est actione qua petitur certum, videlicet per condictionem certi. Et actio inofficiosi, id est qua petitur testamentum inofficiosum rumpi, tanquam factum contra officium pietatis, non quod nomen sit actionis. Alij dicunt querelam non actionem, sed causam esse, vt Spiegel. in verb. querela.

Res inofficiosi pro querela. ¶ Interdum Iurisconsultus vocat rem inofficiosi, id est querelam, in l. Papinia. §. si quis post rem inofficiosi ordinatam. ff. de inofficios. testam.

Querela inanis ¶ Querela inanis. l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de administra. rerum. ibi, idque & si contra absentem pronuntiatum est, inanis querela est.

Querela de nouis dissaisinis. ¶ Querela de nouis dissaisinis, Gallic. *complaincte en matiere de reintegrande.* de qua in c. re integranda. 3. q. 1. & scripsi in tract. de senten. executorial. artic. 5. in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Querela nouitatis. ¶ Querela nouitatis, Gallic. *complaincte en cas de saisine & nouuelleté.* de quibus tractat Ioan. de Calagnerio in stylo parlamen. veteri: licet in nouis fuerit omissum, nescio magisne bibliopolæ negligentia, an potius ignorantia quorundam non intelligentium hanc materiam.

Querela iniquitatis. ¶ Querela iniquitatis, id est conquestio de iniquitate. l. præfecti. ff. de minorib. ibi, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam continet.

Querelam deferre apud iudices. ¶ Querelam apud iudices deferre aduersus aliquē, est illum accusare. l. miles. §. sexagintа dies. ff. de adulter. ibi, non prohibetur intra alios quatuor menses querelam suam apud iudices deferre.

Querela pro appellatione. ¶ Querelam pro appellatione exponit glo. in l. si ab arbitro probati sunt fideiussores, pro locupletibus habendi sunt, cum potuerit querela apud competentem iudicem deferri. ff. qui satisdar. cogant. Sed doct. in rub. de appella. in decretal. querelam & appellationem differre tradunt: quippe multa per querelam fieri possunt, quę non per appellationem, vt ibidem dicitur. Et sic querela non est proprie appellatio, vt declaraui in tract. de arbitr. in 3. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic.

Obtemperare quid. ¶ *Obtemperauerunt.* Obtemperare, id est obedire, secundum præcepta facere, morem gerere: ὑπακούειν Græci vocant. Et sic intelligitur rub. ff. si quis ius dicen. non obtempera. facit l. 2. §. initium. ibi, nam non exaudito decreto prætoris quasi non obtemperasset, pœna vt contumax plecteretur. ff. de postuland. l. si cum dies. §. compromisso autem non debent obtemperare litigatores, si arbiter aliquid non honestum iusserit. de arbitr. l. 2. §. penul. de noxal. ibi, quasi voluerit seruos dominus in hac re non obtemperare. facit l. is qui. §. si tutoris. ibi, & an ignoscitur seruo ad noxam, qui obtemperauit tutori vel curatori: nam ad quædam quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur seruis, siue dominis, vel his qui vice dominorum sunt, obtemperauerint. ff. quod vi aut clam. Et si quis quod prætoris decreto non obtemperauerit, ductus sit, non est in ea causa, vt agat iniuriarum propter prætoris præceptum. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. non potest enim dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat. l. non potest dolo. de regul. iur. Et qui non obedit prælato, vel iudici, eius est inimicus. c. si quis diaconus. vbi etiam glo. 50. distinct. hoc iuris præsumptione tantum putarem.

Obedire nolens præfato vel iudici, eius est inimicus.

Obtemperare stipulationi. ¶ Obtemperare stipulationi, est implere quod promissum est. l. fi. si tutor iudic. fisti promiserit, & stipulationi non obtemperauerit. ff. si quis cautio.

Exilio non obtemperare quid sit. ¶ Exilio non obtemperare, est facere contra ea, quæ sunt ei præcepta in sententia relegationis. l. relegati. in fi. ff. de pœnis. ibi, & hæc ira, siue quis non accesserit in exilium intra tempus quo debuit, siue etiam alias exilio non obtemperauerit: nam contumacia eius cumulat pœnam. Alibi quoque Iurisconsultus ait, aduersus contumaces, qui neque denuntiationibus, neque edictis præsidum obtemperassent, sententiam in absentes pronuntiari. l. absentem. §. aduersus. ibid.

Obtemperare legibus. ¶ Obtemperare legibus dicitur is, qui præcepta legū seruat. Vnde lege obligamur, cum obtemperantes legibus, aliquid secundum præceptum legis, aut contra facimus. l. obligamur. §. lege. ff. de actio. & obligatio. non intelligatis ibi, quod is qui facit contra præceptum legis, dicatur obtemperare, sed is tantum qui facit secundum præceptum: at qui facit contra præceptum, lege obligatur, vt ibi. & sic debet intelligi, quicquid ibi glo. scribat: & plenius scripsi in meis nouis interpreta. ad illum text.

Obtemperare muneribus patriæ. ¶ Obtemperare muneribus patriæ, est subire munera patriæ, & illis obligari. inde Iurisconsul. ait, Postliminio reuersi muneribus patriæ obtemperare coguntur, quamuis in alienæ ciuitatis finibus consistant. l. libertus. 1. §. postliminium. ff. ad municipal.

Fatum quid. ¶ *Fataliter accesserit*, id est fato, voluntate, & dispositione dei. Fatum enim scribit Cicero de fato, esse connexionem rerum per æternitatem se inuicem tenentium, quæ suo ordine & lege variantur, ita tamen, vt ipsa varietas habeat æternitatem. & Seneca in quæstione natura. Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerum omnium actionumque, quas nulla vis rumpat. Et Chrysippus: fatum est dictum quoddam determinatum diuinitus. Augustin.

gustin. in lib. de ciuita. dei 5. c. 9. multa scribit, quæ potes videre.

Fatū pro morte Fatalis dies. ¶ Fatum, mors. Inde fatalis dies, fato veniens, vel anni. Quæ adscribuntur etiam appellationi: & dies quibus moritur & deseritur ipsa appellatio, fatales vocantur: vtpote si in primo anno non prosequatur, vel in secundo ex causa, deserta erit appellatio. l. tempora. C. de tempor. appella. vbi glo. & c. cum sit Romana. & c. ex ratione. de appella. glo. in §. 1. in verb. annum. de his qui ingrediuntur ad appelland. col. 5.

Fatale damnū. ¶ Fatale damnum, fato & casu contingens, vocat Iurisconsult. in l. si vt certo. §. quod vero. ff. commodati.

IDEM LIB. V. AD LEGEM IVLIAM.

LEX CXXXVI.

Generi appellatione & neptis & proneptis tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque maritos contineri manifestum est.

¶ Appellatione generi continetur maritus non solum filiæ, sed & neptis & proneptis, tam genitæ ex filio, quam ex filia, necnon mariti aliarum: vt diximus de nuru in l. nurus. supra eod. Quidam volunt vsque ad trinepotes extendi, per l. Iurisconsul. §. parentes. ff. de gradib. tamen Iurisconsul. in l. non facile. ff. eod. sic posse etiam definiri ait: Socer est vxoris meę pater, & ego sum illius gener. Socer magnus dicitur vxoris meę auus, & ego sum illius progener: ita prosocrus mihi, vxoris meæ auia est, ego sum illius progener. Sicque genera li appellatione generi non solum venit maritus filiæ, sed etiam neptis & proneptis. Atque speciali & declaratiuo nomine potest dici maritus neptis & proneptis progener, ponderando verbum potest etiam positum in tex. d. l. non facile. sicut nurus appellatione etiam pronurus continetur. l. nurus. supra eod. vbi scripsi.

Generi & nurus appellatione sponsus & sponsa continentur. ¶ Imo & generi, & nurus appellatione sponsus quoque & sponsa continentur. l. Labeo. ff. de gradib.

Priuilegium cōcessum nobili, filiis & generis, censetur concessum maritis neptum. ¶ Quod potest conducere. nam si concessum fuerit priuilegium cuidam nobili, filiis ac generis suis: intelligetur etiam de maritis neptum & aliarum, per istum tex. & idem in aliis fere omnibus dispositionibus.

¶ Præterquam in odiosis: vt si patri liceat occidere adulterum & filiam in sua domo, & generi, non comprehendetur progener. l. nec in ea. cum l. seq. ff. de adulter. & vbi materia progeneris non conueniret, vel quoad eos diuersa assignaretur ratio. doct. in l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posth. nempe si statuto cautum sit filias & generos bannitorum expellendos à ciuitate, non expellentur progeneri, id est neptum & proneptum mariti: quia pœnæ restringendæ sunt. l. interpretatione. ff. de pœnis.

Iudex non debet iudicare in causa generi. ¶ Item lege Cornelia cauetur, vt non iudicet, qui ei qui agit, gener, socer, vitricus, priuignus, fobrinusve est, propiusve eorum, quis quemve in ea cognatione, adfinitateve attinget, quive eius parentisve eius eorum patronus erit. l. lex Cornelia. in princip. ff. de iniur. facit l. fi. de public. iudic. Et defuncta socru gener incesti postulabitur, qui cum ea coierit. l. fi. ff. de adulter.

Lex Pompeia de parricidiis habet locum in sponso & sponsa. ¶ Adhæc sententia legis Pompeiæ de parricid. sponsi & sponsæ continentur: quia socerorum appellatione pater & mater sponsi continentur: ita generorum appellatione veniunt sponsi liberorū nostrorum. l. 3. in fi. cum l. seq. ff. de parricid. vbi Bar. dicit, ex interpretatione hoc esse, verum quia est interpretatio Iurisconsulti, propria censetur & necessaria, per ea quæ scribam in l. iusta. infra eod. & docui in l. proxima. sup. ac l. 1. supra eod.

Immunitates datæ genero & posteris ad quos non extendantur. ¶ Item genero & posteris datæ immunitates, ad eos qui ex fœminis nati sunt, non pertinent. l. 1. in fi. ff. de iure immunita. vbi addidi.

Manifestum quid. ¶ *Manifestum*, id est clarum, apertum, perspicuum, ac non obscurum. l. in traditionibus rerum quodcunque pactum sit, id valere manifestissimum est. ff. de pact. l. in hoc. §. si conueniat. & l. Sabinus. communi diuid.

Manifestum facere, & plus quam manifestum est. ¶ Manifestum facere. l. si pater naturalis. ff. de adoptio. Interdum Iurisconsul. inquit, plus quam manifestum est. in l. cum hi. §. arbitratu. ff. de transactio. vel manifestissimum. l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco.

Manifesta circunscriptio, turpitudo, iniquitas, voluntas. ¶ Manifesta circunscriptio. l. quod si minor. §. 1. ff. de minor. Manifesta turpitudo arbitri, in l. sed si in seruum. §. fi. ff. de arbitr. Manifesta iniquitas. l. vnde. ff. pro socio. Manifesta voluntas contrahentium. l. penul. ff. si seruit. vindicet.

Manifestus fur Manifestæ. ¶ Manifestus fur, qui cum furto deprehenditur: & alias declaratur in l. 3. & seq. ff. de furt. l. siue manifestus fur. de condict. furtiua.

¶ Manifestę, in l. Sæuola. infra eod. & in l. manifestæ turpitudinis. ff. de iureiur. l. 3. de capit. deminutio.

Manifesta accusatio. ¶ Manifesta accusatione non indigent, nec probatione. c. manifesta. 2. q. 1. vbi glo. ponit different

differentiam inter notorium & manifestum, & doct. in c. vestra. de cohabita. clericor. ac Ioan.Fab.in §.1.proœm. Institution.

IDEM LIB. II. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXXXVII.

Ter enixa videtur, etiam quæ tergeminos peperit.

¶ Mulier ter enixa dicitur,quæ vno partu,ficut si diuisim,tres peperit. nam in quolibet partu niti eam oportuit,& conari illos edere:nimirum si ter enixa dicatur hic,& l. iusto. §. & si.ff.de vsucapio.etiam si prodigiosum peperisset. l. non sunt liberi.ff.de statu homi. & l. quæret. supra eod. etiam si statim mortui fuissent:quia adimpleuit,quod potuit.d. l. quæret. Enixę vero dicuntur fœminæ,eo quod à quibusdam periculis quibus implicabantur exsolutæ fuerint, & enixæ quasi partu leuatę sunt. Virgil. 3. Aeneid.

Mulieres quare dicantur enixæ

Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Mulieres in partu pleræque moriuntur.

Quandoquidem in partu pleręque mori solent. vnde oscitationem in nixu mulieris lethalem esse, sicut sternuisse à coitu abortiuum denotare, scribit Plinius in lib.7.c.3.refert Gelius lib.3.c.16. in fi. Et geminus proprie duos significat, vt in l.vna. C.de emenda.Iustinia. Codic.l.omnes.2.C.de feriis, l. 3. §. si cum.ff.de liber. homi.exhib.Gemini ergo dicuntur, qui vno partu & vno die nati sunt:qui si duo tantum fuerint,gemini vocantur:si tres, tergemini dicuntur:& ita deinceps.l.antiqui. ff. si pars heredita.peta.Et frater vel soror gemina, quæ eodem partu nata est, licet duo nati fuerint pluresve. lege, vtrum. in princip.ff.de reb.dub.vt est apud Liuium lib.1.ab vrbe condita, de tergeminis fratribus.

Oscitatio in nixu mulieris lethalis.

Sternuisse in coitu denotat abortium.

Frater vel soror gemina quæ

Mulieri ter enixæ quid prosit.

¶ Ista prosunt, si concedatur priuilegium mulieribus, quæ ter enixæ sunt, vel his quæ tres habuerint filios : sufficiet enim vno partu eos habuisse, vt hic.Hi quoque filij proderunt etiam Romæ patri ad tutelę excusationem.§.1.Insti.de excusa.tutor.etiam in muneribus publicis.l.1.C.de his qui numer.liberor.se excusant, lib.10. & quamuis olim si mulier ingenua ter non peperisset, vel libertina quater,non succedebat naturali filio suo:hoc tamen hodie impium credit Imperator,& correctione dignum.quid enim peccauit mulier, si non plures,sed paucos pepererit filios?§.sed nos constitutione.ad senatusconsul.Tertul lia.in Instit.

Vulnera inferre tria vno ictu, vel separatim,idem.

¶ Ita per istum text.paria sunt inferre tria vulnera separatim, vel vno ictu:de quo tamen tradit Bar.in l.si gemina.ff.arbor.furtim cæsar.& abunde Alber.in tract.statutor.in 2. parte q.32.incipien.Quinta quæstio fuit.& q.38.quæ incipit,Septima quæstio.ac Bal.consil. 484. antiqui.in 3.vol.& consil. 433.punctus talis est.in 5.vol.facit l.nunquam plura. vbi addidi. ff.de extraordi.criminib.

IDEM LIB. II. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXXXVIII.

Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.

Heredis appellatione in odiosis continetur bonorum possessor.

¶ Bonorum possessio continetur appellatione hereditatis,& bonorum possessor heredis appellatione.l.in conditionibus.§.si patronus.de conditio.& demonstra.ff. Et cum ho die ex nouis constitutionibus adæquentur, dicerem etiam in odiosis & pœnalibus heredis appellatione contineri bonorum possessorem, cum videlicet vtriusque idem sit effectus,& solo nomine differant inuicem.l.1.§.bonorum.ff.ad Trebellia.doct.in l.1.de vulgari.in l.puberem.C.de iure deliber.Iaf.in l.emancipata. C.qui admitti.quas nominum differentias & vanas subtilitates maxime in Francia parum curamus.itaque vidi emancipatum patri habenti multa bona succedentem,qui filius genero suo dotis nomine,hereditatis sibi obuentæ tertiam partem donauerat, condemnatum ad dandum, licet diceret hereditatem sibi non obuentam, sed bonorum possessionem : cum hereditatis appellatione per hunc tex.comprehendatur bonorum possessio.

Donatio facta de quarta parte omnium bonorum, qua bona contineat.

¶ Imo fortius dicendum,quod si quis donauerit quartam hereditatis suæ partem fauore matrimonij,vel alias,quod intelligetur de bonis, quæ tempore mortis erunt:quæ si creuerint à die donationis,proderit donatario,quia viuens non habet heredem.l.sed si plures §.filio.ff.de vulgar. siquidem intellexit de bonis tempore mortis:cum non dicatur hereditas viuentis.l.1.ff.de heredita. vel actio.vend.& facit l.cum queritur.C.de inofficios.testam. Et ita generaliter in istis vniuersalibus, vt grex, hereditas, peculium, & similibus, mortis semper inspicitur tempus.l.grege.& l.peculium.ff.de lega.2.Secus si per verba specialia donatio facta fuisset, vt dono centum aureos : vel per verba generalia, vt bona mea, Gallic. *mes biens*:tunc enim inspicietur tempus donationis, vt non alia bona, quam quæ tempore præfatę donationis habebat, data censeantur.quod enim nondum habebat,poterat donare.probat l.si vniuersо.C.de lega.l.traditio.ff.de acquir.rerum domi.Et pro hoc tex.est ex

Donatio facta per verba specialia quomodo intelligatur.

pressus

pressus in l.si ita.ff.de auro & argen.lega.Expresse ista,corrupte tamen tradit Petr. de Bella Pertica q.415.& singul.Alex.consil.25.in 7.vol,Imo etiam si quis confirmaret in testamento,vel in secunda donatione causa mortis ea,quę prius sic donauerat,non venient nisi quę erant tempore donationis primæ,per tex.singular.in l.Aurelius.§.testamento. ff. de libera. lega.secundum Roma.singul.497.tex.in l.si ita,&c.& Corset.in verb.mens.Quæ notanda sunt & vsu forensi quotidiana.

VLPIANVS LIBRO SEPTIMO.

LEX CXXXIX.

Ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt. Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit.

¶ Duo continet dicta hic tex. secundum est ibi, *Perfeciſſe*. Sensus primi dicti est, quod ædificia Romæ censentur fieri,si in cōtinentibus fiant.Et Romę ædificia habere videntur, qui ea in suburbiis habent, licet intra muros vrbis non sint. Vnde glos. infert ad statutum Rom. quo cautum erat,quod habens ædificium Romæ ciuis Romanus sit,dum habeat in continentibus & suburbiis : ciuiumque Roma.priuilegiis vtetur,vt supra dixi in d.l.2.

¶ Quod prodesse potest ad casus sequentes. primo prodest ad statutum,quo cauetur vt si quis habeat domum Paris. efficiatur burgensis, & ciuis Parisiensis. hoc intelligite vt hic, siue habeat intra muros, siue in continentibus ædificiis, veluti in suburbiis sancti Marcelli, Germani, aut aliis:sicque gaudebit *is* priuilegiis Paris.nisi sit exterus, vt scripsi in l.recte.supra eod.

¶ Vbi postquam res ita fert, non alienum esse putaui quædam hic in inferere priuilegia nobilissimi emporij Parisiensis. Primum si debitor alicuius ciuis Parisiensis commiserit crimen, propter quod bona eius sint confiscata Regi vel alteri domino, præfertur creditor Parisiensis Regi & omnibus in suo debito, nisi in crimine læsæ maiestatis. Et hoc est iuri conforme ac rationi, vt patet in rub. pœnis fiscal.creditorem præferri, lib.10. Tamen sine hoc priuilegio procurator fiscalis alibi præferri cupit: & pro eo fuit (vt refert Gallus) iudicatum in quæstio.per aresta q. 8.

Priuilegia concessa Parisiensibus.

¶ Item quod conquæstuum mulieris dimidia pars,quam ex consuetudine habet ex bonis acquisitis durante matrimonio, aut ex mobilibus viri, nunquam censetur confiscata ob mariti quodcunque crimen,excepto crimine læsæ maiestatis, vt in priuilegio continetur:nec quidem excipitur hæresis.Itaque dimidiam partem mulieris non esse confiscatam propter hæresim mariti,concludit Didac.de Segura.in tract de bonis lucratis constan.matrimo.nam odio & crimine alterius non debet prægrauari.l.si quis in suo.C.de inofficios. testam.

Conquæstuum pars dimidia nō confiscatur ob delictū mariti.

¶ Aliud priuilegium Paris.habent, quod possunt sistere, & (vt vulgo dicunt) arrestare bona suorum debitorum extraneorum,necnon debitorum debitoris.imo & debitores alterius ciuitatis habentes simile priuilegium poterunt Paris. arrestari, etiam antequam factum fuerit præceptum de soluendo,vt fuit in senatu prolatum anno 1527.die 23.Maij contra domi.de Montcheuen. Et plura scripsi in tract.de liter. obligator. sigillo Regio signatis,artic.6.

Arestum.

¶ Aliud priuilegium, quod Parisienses nobilium gaudent priuilegiis,& possunt tenere feuda,retrofeuda,& franca allaudia, quæ vocamus, vt vidi inter Parisiens. priuilegia non solum Paris.sed vbique in Francia.

Parisienses gaudēt priuilegiis nobilium.

¶ Item merces quæ ad Parisienses deferuntur,non possunt capi ex aliqua causa in itinere ab eo loco à quo inceperūt deferri ad hanc ciuitatem : potissimum animalia quæ victus gratia ad Parisios conducuntur,ab eo scilicet tempore quo empta sunt à mercatoribus,& tradita duci cœperunt, capi non possunt. debent tamen ipsi mercatores ante huiusmodi captionem declarare,quod ea causa animalia comparabant, vt ad ciuitatem Parisiens. ducerent.quod si postea alibi vendantur, fisco applicabuntur prædicta animalia. Quibus omnibus priuilegiis & aliis multis fruentur habentes in vrbe domicilium, vel in suburbiis, etiam si tantum per annum moram ibi traxerint, tum maxime studentes, vt scripsi inter scholasticorum priuilegia,125.& seq. videte quæ dixi in l. 2. supra eodem. vbi limitationes tradidi.

Merces quæ ad Parisienses deferuntur, non possunt capi.

¶ Postremo statuta ciuitatis extenduntur ad communitatem ciuitatis.ita per hunc tex. consuluit Panor.consi.52.in quæstione.2.q.vol.2.scripsi in l.2.supra eod. Et quia l.qui in continentibus. infra eod. maximo conuenit & quodammodo annexa est huic propositę, commodissimum esse putaui eam cum sua declaratione huc transferre.

Statuta ciuitatis extenduntur ad communitatem ciuitatis. Huic l.139. inseritur declaratio l.147.qui in continentibus.

OOO

HERENNIVS LIBRO III. AD EDICTVM.

LEX CXLVII.

Qui in continentibus vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur.

¶ Natus in suburbiis Romæ, natus Romæ intelligitur. Idem in natis quibuslibet aliis in ciuitatibus & locis. Quod potest ad sequentia prodesse.

Priuilegium collegij Heduensis.

¶ Primo, statuto collegij Heduensis Paris. & aliorum fere collegiorum est cautum collegiatos seu bursarios natos esse debere in oppido Annoniaci, vel in ciuitate Viennæ: sufficit ad bursam consequendam quem natum esse in continentibus ædificiis & suburbiis horum locorum, vt hic. si tamen duo concurrerent, quorum vnus intra ciuitatem ipsam natus esset, alter in suburbiis, tunc ad alias qualitates esset recurrendum, vt nempe doctior præferendus sit, & pauperior: quemadmodum statutis eiusdem collegij exprimitur. Itaque natus in suburbiis Parisiens. potest dici Parisiens. Bald. in cap. fin. de offic. iudic.

¶ Secundo si statuto caueatur, quod nullus sacerdos recipiatur in collegio, nisi qui natus sit in ciuitate: si tamen fuerit natus in castro, vico, vel municipio subdito ciuitati, censebitur eiusdem ciuitatis ciuis, & recipiendus erit, per istum tex. & l. qui ex vico. ff. ad municipal. glo. & ibi Perusi. in c. 1. §. 1. col. 2. de vsur. in 6. vbi per illum tex. inquit non posse aliquem dici alienigenam, qui sit natus in alio fundo, dum is fundus sub eodem sit immediate domino, Bar. & Bal. in l. 3. C. de natural. liber. nam appellatione ciuium veniunt illi de districtu, communitate, & territorio. Panor. & alij in c. Rodulphus. de rescrip. c. conquestus. de foro competen. Albert. Brunus in tract. de statu. excluden. fœmi. artic. 6. & in verb. collegium. q. 3.

Appellatione ciuium veniũt illi, qui sunt in districtu.

Parochiales ecclesiæ in suburbiis sunt affectæ graduatis.

¶ Tertio parochiales ecclesiæ in suburbiis ciuitatum sunt affectæ viris graduatis, & qualificatis, ac si essent intra muros ciuitatis, vt scripsi in §. statuimus. 2. de collatio. in concorda. & in tract. nominatio. q. 16.

¶ Quarto facit ad legem Regiam huius Regni à Francisco Rege editam, artic. 1. in titul. *des regiſtres des baptesmes*, in constitutio. Reg. vbi scripti, in 2. tomo. vbi statuit Rex, vt fiat descriptio, quam vocat regestum baptismi, in quo describuntur omnes baptisati cum anno, mense, die atque hora dicti baptismi, quò facilius quorumcunque natiuitas probari posset: ad instar veteris cuiusdam statuti ab Anton. Philosopho editi, scilicet Romæ quorumcunque ciuium liberos natos profiteri apud præfectos ærarij Saturni, in prouinciis vero apud tabularios publicos, quos ad hanc rem instituerat.

Ætas in sacerdote quæ sit necessaria.

Ætas quæ requiratur in cõtractu.

¶ Quintus effectus quoque præfatæ ordinationis erit, vt probetur ætas vigintiquinque annorum, quam attigisse debet quis, priusquam beneficiũ curatum possit consequi. c. cum in cunctis. §. inferiora. de electio. Ita quoq; 20. annorum ætas desideratur, vt tuto possimus contrahere, ne sit locus restitutioni, vt per totum titul. ff. de minor. Ea igitur sanctio proderit ad hanc ætatem probandam, necnon eam, quæ requiritur ad matrimonia, professionem, testamenta & alia. Dura tamen videtur hæc lex & nimium aperta bastardis, qui mallent clandestinos parentum coitus celare, quam illegitimam eorum prolem omnibus patefieri. Verum ita visum est generaliter faciendum esse de omnibus ad subleuandam harum natiuitatum probationem. In spuriis tamen & vulgo natis sufficiet nomen apponi matris, & pueri baptisati, & susceptoris vtriusque, quos nos patrinos dicimus. In mentem venit fera potius, quam humana harum ætatum obseruantia in Hellesponto, vbi sexaginta annos excedentes necant, ne fortium virorum cibaria consumant, teste Alexand. lib. genial. 3. c. 2.

Militare quis non cogitur ante decimumoctauum annũ.

¶ Sextus effectus est quoad militiam. glo. singular. in §. 1. de pace tenenda & eius violator. in verb. à decimooctauo. quam ponderat Roma. singul. 122. vltimo, &c. vbi non ante decimumoctauum annum cogendus est quis ad pugnam. Et plenius cuius ætatis esse debeant, scribit idem Alexand. lib. genial. 1. c. 22.

Curatus debet habere quatuor matriculas.

¶ Septimo prodest hæc lex ad consequendum beneficium, quod alius extra ibi natum, habere non posset. arg. l. 2. vbi doct. C. de his qui veniam ætatis impetrauer. & doct. in c. 1. de homicid. in 6. videre quæ scripsi in l. Neratius. in fin. supra eod. Et iste suburbanus habebit priuilegia ciuium Parisiens. quæ notaui in l. ædificia. supra eodem. Et vide quatuor matriculas, quas curatus habere debet, in tract. meo de decimis. quæstio. secunda, in fine.

¶ Octauo ad tutelam. l. Titius. §. Romæ. ff. de excusa. tutor. vbi eos Romæ datos tutores dicimus, qui à præfecto vrbis, vel à prætore, vel in testamento Romæ confecto, vel in continentibus ædificiis dati sunt: necnon ad alia similia poteritis extendere, maxime ad §. 1. de excusatio. tutor. in Insti. de eo videlicet, qui tres liberos Romæ habet, vt excusandus sit à tutela, si in prouinciis quinque, vel in Italia quatuor.

¶ Nono

Suburbanus potest ad officia recipi.

¶ Nono poterit hic suburbanus ad officia ciuitatis recipi, tanquam ciuis, & consul creari, vel scabinus: si tamen haberet domum in ciuitate, & habitaret ruri, nisi maiore anni parte in ciuitate habitaret, non reciperetur ad munera ciuitatis, per tex. in l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. instruc. vbi Alberic. hoc expresse decidit. & per rub. C. ne rustica. ad vllum obsequium aduocentur. lib. 11. §. interim. ibi, vniuersi nobiliores, ciuitatum habitatores, in authen. de defensor. ciuita. colla. 3. hoc etiam concludit Boer. in decisio. Burdegal. q. 272. habitantes.

Mandans occidi Christianum per assaisinum puniendus est.

¶ Decimo mandans occidi Christianum per assaisinum puniendus est pœnis contentis in cap. 1. de homicid. in 6. Ad probandum illum esse Christianum conueniet probare ex illo regesto, vt hic: quod faciet vbique fidem, teste Ioan. Andr. in additio. ad Specula. in titul. de editio. instrumen. §. nunc dicendum. in fi. additio. magnæ.

L. CXXXIX. AE DIFICIA.

§. Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit, vt in vſu eſſe poſsit.

¶ Redeundo ad l. ædificia. vnde fueramus digressi, vult hic §. Perfeciſſe ædificium videtur is, qui illud cõsummauit, vt iam eo vti possimus, tali vsu, addit Alcia. ad qualem paterfamilias destinauit. Alias quodlibet imperfectum ædificium in vsu esse potest, secundum eum. At ego putarem non esse quidpiam ad tex. addendum. l. Gallus. vbi doct. ff. de liber. & posth. nam ædificium imperfectum, non dicitur consummatum. Tex. igitur dicit eum videri perfeciſſe, qui ita consummauit, vt iam in vsu esse possit. Etenim si consummatum fuerit, videtur perfectum, vt in vsu esse possit. Ad quod miror glo. nec Alcia. aduertisse. Et quamuis paterfamilias ad alium vsum transtulerit, quam destinauerat, non minus censetur perfeciſſe: cuius contrarium sequeretur ex mente Alcia.

Per particula denotat perfectionem.

¶ Adhæc particula per denotat perfectionem. in l. vrbana. §. pernoctare. eod. Ob id perfectum dicitur opus totum factum. l. rei appellatione. §. opere perfecto. supra eod. Vnde qui promisit perficere domum, cœpram depingi, quamuis pictura non sit de substantia domus, nihilominus cum eam depingere cœperit, promittens consummare, picturas quoque absoluere censetur promisisse, secundum glo. & Cepol. hic. de his scripsi in l. impensæ. supra eod.

Doctor qui nescit consulere vel postulare, non videtur satis diũ perfeciſſe.

¶ A simili volunt quidam doctorem, qui consulere, postulare, vel interpretari iura nescit, non videri perfeciſſe studium, per hunc tex.

Fabro qui promisit ædificium perficere sub certo pretio, an pecunia sit præstanda.

¶ Sed quæro in fabro, qui promisit sub certo pretio ædificium perficere, an pecunia sit eidem antea præstanda? Respond. conuentionem imprimis inspiciendam esse. glo. in l. ædem. C. locati. Et ea cessante, regionis attenditur consuetudo. l. excepto. illo titul. Quæ consuetudo si non appareat, præstabitur pensio in fine locationis. talis enim conductor non nisi postquam dictas operas compleuerit, videtur contractum ex parte sua impleuisse: ergo non ante poterit agere. l. qui hoc anno. ff. de verbor. obliga. facit l. Iulia. §. offerri. de actio. empti. nisi præfata conuentio esset de operis singulis diebus præstandis: tunc enim pretium foret in fine cuiusq; diei persoluendum. d. l. qui hoc anno. plene scripsi in scholastico. priuileg. 7. vbi etiam dixi, quod si facta sit conductio pro ecclesia construenda, vel ædificio, aut alio magno opere, non spectandam esse operis perfectionem: sed conductori in construendo merces erit præstanda, maxime quando vult satisfare de pecunia illa expendenda ad illud opus. tex. singul. in l. insulam. §. fi. ff. loca. facit l. si vero non. §. fi. ff. manda. secundum Roma. consil. 348. & Pyrrhum in regul. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur.

Principium dicitur potiſsima pars.

¶ Alias regulariter dic contrarium: nec refragatur l. 1. ff. de origi. iuris. in glo. allega. quia licet principium dicatur potissima pars, non tamen dicitur absoluisse, qui tantum incepit.

¶ Minus obest l. & si non sint. §. infecti. ff. de auro & argen. lega. vbi argentum cœptum dicitur quidem factum, sed non perfectum, vt hic dicitur, quia non est consummatum.

¶ Nec obstat, si dicatur, operis appellatione contineri perfectionem: ergo superfluum additur hic verbum, perfeciſſe. Respond. nullam hinc superfluitatem resultare: sed quia non semper exprimitur opus, quo generalior sit decisio nostri tex. additur hoc verbum perfeciſſe. videte alia in d. §. opere.

Perfectũ quid dicatur.

¶ Itaque perfectum dicitur completum, cõsummatum, quod ex omnibus suis partibus constat. l. 1. ff. de origi. iuris. Nec perfecta videri possunt ea, quæ non perfectionis ordine complentur. c. nihil. §. 1. 7. q. 1. Illud tamen posset dici perfectum in conuentionibus & pactis, quando iuxta conuentionem partium est completum. d. §. opere.

Venditio perfecta tribus modis dicitur.

¶ Vnde venditio perfecta tribus modis dicitur. Primo facta conuentione & conclusione partium, vt amplius ab ea discedere non liceat. l. 1. & 2. C. quand. non liceat ab emptio.

discedere. Et hoc modo conditionalis emptio dicitur perfecta. Inde perficere emptionem, dicit Iurisc on. in l. cum seruo. ff. de contrah. empt.

¶ Secundo modo perfecta dicitur emptio, quoad periculum: & ita capitur in l. 1. & per totum. ff. & C. de commod. & pericul. rei vend. vt post huiusmodi perfectam venditionem omne commodum & incommodum, quod rei venditę contingit, ad emptorem pertineat.

¶ Tertio dicitur perfecta, quando res est tradita. l. si quis alienam. ff. de actio. empti. hoc nominatim scribit glo. in l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendi. & in princip. de emptio. & venditio. in Insti. quas glo. comprobat Matthæ. de Afflict. in decis. Neapolita. q. 280.

Actus perfectus quando dicatur. quondam. Et quando dicatur actus perfectus, docet Bar. in l. is qui reip. in fin. ff. ex quib. caus. maior.

Testamentum perfectum & imperfectum. ¶ De testamento perfecto & imperfecto loquitur Iurisconsul. in l. 1. §. siue autem. ff. de tabul. exhib. tex. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam. & in auth. de testam. imperfec. collatio. 8.

¶ Perficere, complere, adimplere. l. 2. §. omnes. ff. de iudic. ibi, plane & si perfecta legatione subsistant, conueniendos eos. & fructus perfecte, id est integre collectos scribit Iurisconsul. in l. si eius. ff. de rei vindica.

¶ Perfectum partum nasci posse affirmat Iurisconsul. septimo mense, in l. septimo mense. ff. de statu hom. Perfecta ad actus generaliter conficiendos ætas est 25. annorum. l. 1. & l. minor. in 3. ff. de minor. l. ad rempubl. de munerib.

Cōsummo verbum quomodo capiatur. ¶ *Consummauit*, id est perfecit. Consummo enim primæ coniugationis pro perficio, compleo sumitur hic, & in l. vsufructuarius nouum. §. 1. ibi ędificium inchoat, fructuarium consummare non posse placet. de vsufructu. Inde Iurisconsul. ait proconsulem curare debere, vt si qua cœpta sint ędificia, consummentur. l. si in aliquam. ff. de offic. proconsul. & legat.

Mandatum suscipere est voluntatis, consummare necessitatis. Voluntatis est suscipere mandatum, necessitatis vero consummare. l. in commodato. §. sicut. ff. commoda.

¶ Consummato anno, id est reuoluto, finito. l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transactio. l. nam & Seruius. §. si viuo. ibi, nil refert, quo tempore cōsummentur. ff. de negot. gest.

¶ Hinc consummari viam ciuitate tenus, ait Iurisconsultus in l. fi. ff. de seruitu. rusticor. prędior. id est protendi, seu finiri in ciuitate. Et consummatum opus, in l. forma. §. quę post censum. ibi, intra finem operis consummati. ff. de censib.

Consummatio pro collectione pretij. ¶ Interdum consummatio pro collectione pretij cuiusque rei, vel pro collatione. l. si plura. ibi, si confuse vniuersis mancipiis constitutum pretium fuerit, quod singulorum mancipiorum constituto pretio vniuersi tanti venierint, quanti ex consummatione singulorum fiebat. ff. de ędilit. edic.

¶ Inde consummati gladiatores vocantur, qui rude donati gladiaturam desinunt: & publice alimenta capiunt, sicut milites emeriti. ita consummati milites vocantur à Iulio Frontino Strategema. 4. quem etiam refert Cælius lib. antiq. lectio. 6. c. 33.

Consumo per solum m, quid denotet. ¶ Consumere vero cum simplici m, verbum est tertiæ coniugationis, in nihilum redigere significans, vel expendere. l. cum hi. §. eam. ibi, repræsentatam pecuniam consumat. ff. de transactio. l. videamus. in fi. quod met. caus. l. si minor 25. annis seruum. de minor. l. Pomponius. 1. in fi. famil. erciscund. tex. in §. 1. iuncta glo. Insti. de satisda. tutor.

Stipulationem consumere. ¶ Consumit stipulationem. l. si is qui. ff. de procurator. id est tollit. Ratihabitio enim omni tollit stipulationem alternatiuam, qua dominus poterat Stichum vel Damam, verum vellet petere: verum quia procurator alterum petierat, & dominus id ratum habuit, illa ratihabitio consumit, & tollit illam stipulationem alternatiuam, & non petetur nisi deductus in iudicium.

Actionem consumere. ¶ Consumi actionem, idem. l. si cum exceptione. §. eum qui. ibi, & consumi actionem alteram per alteram. ff. quod met. caus. l. duobus. §. exceptio. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. ibidem. l. nunquam actiones. de regul. iur. l. 1. in fi. de iniur.

Consumere male. Existimatio cōsumitur. ¶ Interdum Iurisconsul. ait, male consumere. l. minor 25. annis adito præside. ibi, easque videlicet pecunias male consumpsit. ff. de minorib. id est perperam expo suit, expendit.

Consumere plus iusto tempore. ¶ Consumitur existimatio, id est perimitur, quoties magna capitis deminutio interuenit, hoc est cum libertas amittitur. l. penul. ff. de var. & extraordinar. cognitio.

Nummi consumpti. ¶ Consumere plus iusto tempore, est in actu immorari vltra quam deceat, vt soliti sunt commissarij. l. tempus. ff. de vaca. & excusa. muner.

Consumi vsu. Insula consumpta. ¶ Consumpti nummi, id est expensi, expositi. l. adhuc. §. 1. ff. de vsufruc. l. nam & si fur. & l. si ego. 1. si certum peta. l. cum fundus. §. 1. ibidem.

Consumptus flamma. ¶ Consumi vsu, id est tolli, seu minui. rub. de vsufruct. earum rer. quæ vsu consumuntur, iuncta l. 1.

¶ Consumpta insula, incendio combusta. l. & ideo. ff. de verbor. obligatio.

¶ Consumptus flamma, id est combustus. l. scientiam. §. 1. ff. ad legem Aquil. vbi mirabilis est casus de duobus transilientibus ignem, si concurrerint, & vnus combustus sit, an alter

alter teneatur.

Consumitur vltra modum. ¶ Consumitur vltra modum, pro expenditur. l. at si quis. §. æquum. ff. de religios. l. rogasti. in fi. si certum peta.

PAVLVS LIBRO SEXTO.

LEX CXL.

Cepisse quis intelligitur, quamuis aliis acquisierit.

¶ Cepisse dicitur filius hereditatem, quam patri acquisiuit: & tenere videtur contra l. aliud est capere. supra eod. vbi qui est alteri restituturus, cepisse non videtur. Sed respondet Alciat. hic esse dissimilia: quia pater & dominus ex iure sibi subiecti hominis nituntur. l. qui hominem. §. quidam. ff. de solutio. qui etiam potuit ius illud non agnoscere. l. cum proponas. C. de heredib. instituend. Sed is cui quis restituere debet, proprio iure nititur: & vt sibi restituatur, actionem habet. hæc ille.

Capit ille, qui aliis acquirit. ¶ Ego clarius dicerem eum capere etiam, qui aliis acquirit, si quidem eum tanquam principium acquirendi consideramus, in quem pure & simpliciter translatum fuit dominium, absque vllo grauamine restituendi alij. Quamuis enim lege disponente quæsita à filiofamil. vel seruo, patri vel domino acquirantur, & breui quadam manu transferantur: negari tamen non potest, quin aliquo saltem momento pure domini permanserint, absque grauamine restituendi. Adhæc satis lucrantur filij vel serui explendo voluntatem suam, & alteri acquirendo. l. penul. vbi glo. ff. de condict. caus. data. Eorum enim multum interest habere parentes vel dominos diuites: in aliis non quærimus, cui ex post facto acquiratur. l. 3. §. hoc autem. ff. de legat. præstand. Vnde maritus, qui in hac patria acquirit dimidiam conquæstuum partem vxori, dicitur cepisse, licet vxor illam dimidiam acquisierit. Sic & peruenisse generaliter dicitur ad te, quando in similibus per te alteri acquiritur. l. peruenisse. infra eod.

Cepisse non videtur, qui cepit, vt alteri restituat. ¶ Sed in casu l. aliud est capere. supra eod. cum accipit quis, vt alteri restituat, cepisse non videtur: nam alteri non acquirit: sed is, cuius præcepto grauatus est restituere. Et longa manu, cui sic tradenda res est, habere videtur ab eo, qui restituere iussit: medius vero hic nudus restituendi minister est. De his scripsi in l. aliud est capere. supra eod.

¶ Ita quoque satisfactum videtur opinioni dicentium, quod impropriè dicitur quis cepisse, quod aliis acquisiuit, per hoc verbum Intelligitur fictionem denotans. §. 1. de excusa. tutor. Insti. l. quoniam. ff. de his qui no. infam. vbi glo. & Iaſ. in l. nam hoc iure. ff. de vulgar. & l. 1. §. si vir. vbi Claudia. de acquirend. possess. & dixi in l. 1. in fi. supra eod.

¶ Imo vero proprie cepisse dicimus, vt d. l. aliud. Et quod verbum Intelligitur proprietatem denotet, scripsi in l. 1. supra eod. & in d. l. aliud. vbi alios significandi modos annumeraui.

Res non videtur capta ab eo cuius fuit. Cepisse non videtur, quod nō durat. ¶ Item accepisse rem non videtur quis ab eo cuius res fuit, sed ab eo qui vsucapionis occasionem præstitit. l. qui alienam rem. ff. de donatio. caus. mort.

¶ Alias cepisse nō videtur, quod non durat. l. si pro patre. §. versum. ff. de in rem verso. l. 2. in fi. quib. ex caus. in possess. eat. c. 3. eod. titul. plene Hippol. in l. qui falsam. nu. 51. ff. ad leg. Cornel. de falsi. post Barba. in repeti. c. Raynaldus. col. 85. de testam. Reliqua potes repetere ex his, quæ superius dixi in l. aliud.

VLPIANVS LIBRO SEPTIMO.

LEX CXLI.

Etiam ea mulier, cum moreretur, creditur filium habere, quæ exciso vtero edere posit: necnon etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit: vt puta eum, qui ab hostibus captus remeauit.

¶ Duos casus tradit iste tex. in quibus mulier tempore mortis non habens filium, habere tamen postea potest. Primus, quando exfecto ventre nascitur illi filius, de quo scripsi in l. anniculus. 1. §. fi. supra eod. Et Hermenopul. sic habet: *etiam ea mulier cum moreretur, creditur filium habere, ex qua secta prodiit infans.* Licet enim verbum *creditur* in tex. fictionem denotare videatur. l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci. l. filius. ff. de conditio. instit. tamen hic ego puto non importare fictionem, sed veritatem. vere siquidem habet eum tempore mortis, cum pro eo moriatur: sed non habet eum editum. Cum igitur quærimus, an habeat: vere habet, sed nondum editum. Ita meo iudicio locus hic venit intelligendus: quamuis Alcia. contra, videlicet quod impropriè videatur habere.

¶ Secundus casus, quando tempore mortis matris erat filius apud hostes captus, & post

mortem est reuersus: tunc enim contingit mulierem, quæ filium vere habebat, iuris tamen fictione desierat habere, hoc casu retro semper habuisse censendam, & licet non in suo conspectu, nec ad suam voluntatem, vere tamen.

Mulier habens filium reuersum à monasterio, vere habere filium dicitur.

¶ Tertius casus esse potest, si filius quandam esset professus religionem tempore mortis matris, post eius obitum ex dispensatione Papæ iusta de causa facta, absoluatur à religione: tunc à simili mater censebitur habere filium, & vere, quem secundum fictionem habere non credebatur, saltem quoad successionem; vt etiam si ecclesia, in qua professus erat ordinem regularem, est redacta in secularem. De quo scripsi in praxi beneficial. in 1. parte.

Donatio facta mulieri, si habeat filios tempore mortis, quomodo intelligatur.

¶ Vnde infertur, quod si fuerit donatio facta mulieri, si habeat filios tempore mortis: eos præfatis casibus censetur habere: ideoque illi succedent mulieri, ac si essent tempore mortis editi, & in mulieris conspectu, quod est notandum.

Alius dictio in duobus verificatur.

¶ Adhæc nota, quod dictio Alius hic inserta verificatur in duobus, quamuis regulariter in pluribus. l. ostentum. supra, & l. pronuntiatio. circa fi. ac l. fugitiuus. infra eod. scripsi in §. si quis vero. in glo. ad aliùm. de colla. in concorda.

Aliud est, quid significat.

¶ Aliud est, significat diuersum est, non est perinde: vt in l. sæpe. in fi. ibi, quia aliud est factum eius qui ope, aliud eius qui consilio furtum facit. supra eod. & l. aliud est capere. & l. aliud est promittere furem non esse, aliud furto, noxaque solutum. infra eod.

¶ Item quandoque geminatur, vt in l. litus. 1. in fi. ibi, vel alio aliud habente. supra eod.

Aliter dictio.

¶ Aliter, id est alio vel diuerso modo. l. liberorum. ibi, nisi voluntas testatoris aliter se habeat, infra eod. & l. si qua pœna. ibidem.

PAVL. LIB. VII. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXLII.

Triplici modo coniunctos intelligimus. Aut enim re per se coniunctio contingit, aut re & verbis, aut verbis tantum. nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominum & rei complexus iungit: veluti, TITIVS ET MEVIVS EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO: vel, TITIVS MEVIVSQVE HEREDES SVNTO: vel, TITIVS CVM MEVIO EX PARTE DIMIDIA HEREDES SVNTO. Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas, ET, QVE, CVM, interdum tamen coniunctos accipi oporteat: veluti, LVCIVS TITIVS, PVBLIVS MEVIVS HEREDES SVNTO EX PARTE DIMIDIA: vel ita, PVBLIVS MEVIVS, LVCIVS TITIVS HEREDES SVNTO, SEMPRONIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO: vt & Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. LVCIVS TITIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO, SEIVS EX PARTE, QVA LVCIVM TITIVM HEREDEM INSTITVI, ESTO, SEMPRONIVS EX PARTE DIMIDIA HERES ESTO: Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus sit, sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse.

Coniunctio in iure multis modis sumitur.

¶ Iurisconsultus considerans mentionem coniunctionis in iure frequentem esse, declarat ob eam causam tripliciter hoc intelligi: vbi præmittendum est coniunctionem in iure multis modis sumi, vltra grammaticos & oratores.

Coniunctio pro consanguinitate.

¶ Primo coniunctio dicitur consanguinitas: & coniuncti consanguinei vocantur, quasi eodem sanguine iuncti, teste Ioan. Andr. in declara. arbor. consanguinitatis in 6. allego tex. in l. obseruare. ff. de offic. proconsul. ibi, si qua ei familiaritas sit cum prouincialibus. Vel coniunctio, id est consanguinitas vel affinitas. Et coniuncti quandoque vocantur necessarij, vel necessariæ personæ, quod vnus consanguineus maxime sit alteri necessarius. l. 3. ibi, militi etiam pro necessariis sibi personis de libertate litigare permittitur. ff. de liber. caus. & l. benignius. ibidem.

¶ Inde coniunctæ personæ dicuntur vsque ad quartum gradum, secundum Barba. in repetit. l. cum acutissimi. col. 61. C. de fideicommiss. Sed coniunctorum appellatione non veniunt spurij, teste Alexand. consil. 60. visa. colla. 3. vol. 2. & consil. 144. viso statuto. col. 1. in 7. vol. nisi materia eis conueniret, & eadem vel maior in illis consisteret ratio. l. fi. C. de verbor. significa.

Coniunctio pro matrimonio.

¶ Secundo coniunctio vocatur matrimonium. §. 1. Inst. de iure natural. l. 1. in fin. ff. de iustit.

iustit. & iure. ibi, hinc descendit maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, vulgo dicimus *conioincts par mariage*, quia fit animorum coniunctio. l. nuptias. ff. de regul. iur. c. sufficiat. cum seq. 27. q. 2.

Continere pro copulare & vnire.

¶ Tertio coniungere est vnire vel copulare, quasi simul iungere: vt bonorum possessio habet commoda & incommoda coniuncta. l. 1. ff. de bonor. possessio. & in rub. de coniungend. cum emancipa. liber. & l. eum qui ita. §. qui sibi. de verbor. obliga. dicam in l. latæ culpæ. in fi. infra eod.

Coniunctio pro congregatione.

¶ Quarto coniunctio accipitur hic pro quadam congregatione. & quædam est coniunctio dictionum, vt quando vnus actus verbi regit duas diuersas dictiones: vt lego Titio & Seio talem fundum. his verbis vtitur Bal. consil. 362. quæritur à me. in princip. vol. 1. Altera est coniunctio orationum, vtpote quando sunt duæ orationes de eadem re cum copula: vt lego Titio fundum, item Seio eundem fundum. Bal. consi. 211. in 2. vol. Coniunctio vero locutionum est de diuersis rebus, vel personis: vt lego Titio fundum, item Seio domum. Glo. triplicem hanc coniunctionem docet in l. quidam testamento. ff. de pecul. lega. quam probat Ias. in repet. l. re coniuncti. nu. 49. ff. de lega. 3. & ego inferius iuribus confirmabo, nil prætermittendo.

Coniunctio dictionum.

Coniunctio orationum.

Cõiunctio legis.

¶ Sciendũ est igitur, quod harum omniũ alia est coniunctio legis: vt quando lex ciuilis vel prætoria simul vocat aliquos, vtpote plures filios, aut plures agnatos eiusdem gradus ad successionem, vel ad alia. l. si ex pluribus. ff. de suis & legitim. heredib. §. si plures. de legitim. agnator. succes. Vel cum ex vnius persona peruenitur ad plures: veluti si instituatur seruus plurium dominorum. l. seruus communis ab extero. ff. de acquir. hereditat. vel si eidem fundus legetur. l. & Proculo. ff. de lega. 2. sed ibi non est coniunctio, vt inferius dicetur per illum tex. Bar. & alij in d. l. re coniuncti. in 1. q.

Coniunctio hominis.

¶ Altera est coniunctio hominis, de qua hic: & est triplex, vt infra dicetur: quæ fieri potest per copulam Et, Que, & per solutam, vt in hoc tex. Et an possit fieri per collectiuam dictionem, vel distributiuam, seu aduersatiuam, scribit plene Bar. in d. l. re coniuncti. col. 2. & 3. ibi licet videre.

Cõiunctus dicitur simpliciter, qui re & verbis est coniunctus.

¶ Notandum est ergo, quod Iurisconsul. vocant simpliciter coniunctum eum, qui re & verbis coniunctus est: at si velint exprimere de coniuncto re tantum, aut verbis tantum, communius vocant cum adiuncto, videlicet re aut verbis coniunctum. probat hoc l. 1. ibi, quasi solum coniunctum. ff. de vsufruc. accrescend. in §. interdum. ibidem. Nonnunquam etiam coniunctus re, vocatur non coniunctus. ibi, interdum tamen & si non sint coniuncti, & ideo separatim relinqui dicitur, & separati dicuntur vtrique tam re tantum quam verbis tantum coniuncti, in l. penul. ff. de vsufruc. accrescend. Re nempe coniuncti ideo separati dicuntur, quia vel verbis testantis, aut legis fit separatio: quod non fit in aliis, quandoque etiam vocantur disiuncti, in §. si eadem res. de lega. in Insti.

Coniunctio interdum capitur generaliter.

¶ Sed aduertendum est, quod interdum coniunctio generaliter capitur, & comprehendit etiam re vel verbis coniunctionem, maxime cum agitur de iure accrescendi: vnde vsufructu legato ita inter fructuarios est ius accrescendi, si coniunctim sit vsusfructus legatus. l. 1. de vsufruc. accrescend. Ergo interest, an dicamus coniunctim factum, & comprehendit in materia generali etiam coniunctionem verbalem: secus si de coniunctis loquamur, vt tantum coniunctus re & verbis intelligatur, per tex. in l. Iulianus. ibi, & ideo coniunctim eos videri institutos. ff. de heredib. insti. l. liber homo. §. cum quis. & §. præceden. ibidem. & superius dixi.

Si de coniunctis fiat mentio, intelligitur de re & verbis.

¶ Ex quo infertur, quod si in statutis vel consuetudinibus fiat mentio de coniunctis, de illis qui re & verbis iuncti sunt, intelligitur, & non de aliis, qui dicuntur cũ adiuncto, & sic non proprie. Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de lega. 3. scripsi in interpreta. l. quod iussit. ff. de re iudica. Etiam per antonomasiam: sicut dicimus de iure in §. sed ius quidem. Insti. de iure natural. Quamuis Ias. & alij recentiores dicant coniunctum verbis etiam comprehendi. Ita Paul. Castren. intelligit illum tex. in l. plane. §. si coniunctim. ff. de lega. 1. licet verius intelligi possit in re & verbis coniuncto.

¶ Limitatur, quando aliter de mente constaret: aut si materia subiecta etiam hos comprehenderet, per l. vnam. §. is ita. cum §. seq. C. de caduc. tollend.

Coniunctio triplex: re.

¶ Item quando primo fuisset expressus coniunctus verbis cum adiuncto, & postea simpliciter, tunc intelligi debet de illo coniuncto, de quo est proxime locutus. d. l. re coniuncti. in fi. secundum vnum intellectum. Et ista conducent ad intelligendum ea, quæ statim dicentur in hac l. valde difficili.

¶ Nempe triplex hic describitur coniunctio. Quædam enim est cõiunctio re, per se: & hi re coniuncti vocantur in l. re coniuncti. ff. de lega. 3, nam & hos coniunxit ad societatẽ non consensus, sed res. tex. in l. heredes. §. non tantum. ff. famil. erciscund. Ideoque per se coniuncti vocantur, vt dixi de vsufructu in l. recte dicimus. supra eod. l. bona fides. §. latro. ibi, si per se dantem & accipientem intueamur. ff. depos.

Coniunctio re & verbis. ¶ Altera est coniunctio re & verbis. & hos re & verbis coniunctos vocat Iurisconsul. in d.l.re coniuncti. quos in medio descripsit. nam medium ab extremis capit: sicut participium partem ex vno, partem ab altero. quos superius cõiunctos dici simpliciter diximus.

Coniunctio verbis tantum. ¶ Alia est coniunctio verbis tantum. & qui sic cõiunguntur, vocantur coniuncti verbis tantum: de quibus infra. Quæ trimembris diuisio reduci potest ad bimembrem, vt quidam dicantur re per se coniuncti, quidam verbis tantum, & mixtum sub his simplicibus veniat, sed doctrinæ gratia hęc tria expressit. Ita sæpius apud Iurisconsultum reperies bimembrem diuisionem, vt in l.2.ff.de verbor.obligatio. & in l.1.& 2.de vulgar. De modo dicam in l.maiore. infra eod.

Complecti quo modo capiatur. ¶ *Nec dubium est, quin coniuncti sint, quos & nominũ & rei complexus iungit.* Illi enim proprie & sine dubitatione coniuncti dicuntur, per istum tex. quos & nominum & rei complexus iungit. Complecti est simul amplecti, continere. nec potuisset Iurisconsultus propriore vocabulo loqui, veluti scripsi in l.1.in fi. supra eod.

¶ Et quamuis plerasque definitiones huc conentur afferre doctores, eam tamen omnium optimam definitionem coniuncti re & verbis esse putarem, quæ hic inseritur, eamque pro omnibus satisfacere. An vero lex edi possit de re non dubia, dixi in l. inter publica. supra eod.

¶ *Veluti, Titius & Meuius ex parte dimidia heredes sunto: vel ita, Titius Meuiusque heredes sunto: vel ita, Titius cum Meuio ex parte dimidia heredes sunto.* Hic tria subnectuntur exempla de coniunctis re & verbis: primum de dictione, Et: secundum de dictione, Que: tertium de dictione, Cum. Et ista tria coniungunt, vt infra dicetur. Et secundum exemplum nõ exprimit de dimidia parte hereditatis, eo quod in primo & tertio mentio est habita dimidiæ partis, vt tenet Zasius. nam quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur. l. Titia. ff. de verbor. obliga. l. item quia. §. fi. ff. de pact. sed exemplum medium etiam de dimidia intelligetur, secundum eum. Sed hoc mihi non placet, quod suppleamus dimidiam, nempe cum Iurisconsul. in duobus exemplis repetat dimidiam, ita in secundo repetiisset si voluisset, maxime in exemplis quæ facilioris tantum interpretationis causa introducuntur. sed ideo non expressit dimidiam ibi, quia vult demonstrare coniunctionem re & verbis posse fieri tam in dimidia parte hereditatis, quam in tota: ideo ponit exempla de dimidia, videlicet primum & tertium, & vnum de tota hereditate, vbi nihil exprimit de parte, at simpliciter dicit, Titius Meuiusq; heredes sunto. Et sic erit coniunctio in tota hereditate: & re & verbis coniuncti in ea dicentur. Idem in sequenti exẽplo de soluta: nempe tunc etiam intelliguntur coniuncti in tota herecitate. veruptamen erit differentia. nam vbi fit mentio dimidiæ, heredes duo coniuncti non habebunt nisi dimidiam hereditatis partem: sed vbi non est mentio dimidiæ, vt Titius Meuiusque heredes sunto, tunc ipsi coniuncti totam hereditatem ex institutione habebunt. Siquidem in dubio videtur quis in totum in stitutus. l.1. §. si ex fundo. ff. de heredib. insti.

Quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita censentur.

Ita dictio. ¶ *Ita.* Hæc dictio denotat Sic, quasi verbis sequentibus. Et denotat modum. l. Titio centum ita vt fundum emat, legata sunt. & §.1.ff.de manumiss.testam. quod est verum, si iungatur dictioni Vt, sic dicendo: Pamphilus liber esto, ita vt filiis meis rationem reddat. Secus si iungatur dictioni Si, vt Labeo scribit: Si mihi bibliothecam ita vendideris, si decuriones Campani mihi vendidissent. l. Labeo. 3. ff. de contrah. emptio. Interdum ita est, pro idem est. l. fructus. in fin. ff. soluto matrimo. ibi, & ita est. vbi glo. exponit pro similiter.

Ita demum. ¶ Ita demum, id est non alias, quam hoc certo modo: vulgo dicimus *non autrement*. l. si quis ex argentariis. §. ex hoc edicto in id quod interfuit, actio competit: vnde apparet hoc edicto ita demum teneri, si ad eum pertineat. ff. de edend. Et si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauerit, ipse eo iure vtatur, ita demum si per postulationem eius hoc euenerit. l.3.ff.quod quisque iur.

Videamus, & videndum est, per hæc verba quærunt Iurisc.

¶ *Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas, Et, Que, Cum, interdum tamen coniunctos accipi oporteat.* Hic quærit, an soluti, vel sub soluta oratione vocati possint cõiuncti dici: quod non videbatur, cum coniunctio per Et, Que, & Cum fiat. sed tex. iste dicit interdum: & exponit Zasius, id est interim. quę expositio non placet mihi. Ideo dicerem, quod soluta interdum, non semper coniunctim accipitur, quemadmodum sequentia declarant exempla: quod vero etiam separatim capiatur, patet in l. sæpe. supra eod. & posui regulam in l. alienationis. in fi. supra eod. Ponderemus igitur hoc verbum Interdum in tex. positum, innuens solutam huiusmodi orationem non semper coniunctionem denotare, sed in hoc sequendam esse mentem testantis, vt in l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstra. & docui in l. alienationis. supra eod.

¶ Item quamuis Iurisconsul. interrogatiue procedat, hic tamen quæstionem decidit. Et est phrasis Iurisconsul. propria, vt sępius per verbum Videamus, vel aliud Videndum est, quærant, & nil aliud decidant: sed tunc eo modo quo quæritur affirmatiue vel negatiue per hoc verbum Videamus, censetur responsum prout quęsitum fuit, vt hic. Et idem in l. si. ff. de seruitutib.

rusticor. prædior. l. cum fundus. §. seruum tuum. si certum peta. l. in rebus. §. sed videndum. commoda. l. fi. de eo quod certo loco. l. quod sæpe. §. si res. de contrah. emptio. l. si indebitum, rem ratam haber. & l. venditor. 2. de heredita. vendi. Ias. in l. Barbarius. nu. 19. ff. de offic. prætor.

Iurisconsulti aliorum recensentes opiniones vltimæ censentur stare.

¶ Diuersum est, quando Iurisconsul. refert opinionem aliorum: tunc si nullam approbet, vltimæ stare videtur. tex. & ibi glo. in l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Trebell. l. bonafides. vbi Bar. & alij, depositi. l. si idem. de iurisdictio. omnium iudic. nisi prima esset æqua: tunc enim potius ei foret adhærendum. glo. in l. si cum exceptione. §. Labeo autem. in verb. omni modo. ff. quod met. causa. Alia de hoc verb. Videamus scripsi in l. ostentum. supra eod.

Articulus pro coniunctione.

¶ *Articulos.* Hic Iurisconsul. coniunctiones, seu dictiones articulos vocat, metaphora sumpta à rebus animatis. nam sicut in his iunctura iuncturæ additur, & vocatur articulus: ita per coniunctionem oratio connectitur, quemadmodum Cicero ad Herennium ait: Articulus dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur. Cæsa oratione pro dictione. in l. hoc articulo. ff. de heredib. inst. Capitur interdum pro casu, vel loco, seu capitulo. l. non possunt omnes articuli sigillatim comprehendi. ff. de legib. vbi pulchre Bal. Et in multis iuris nostri articulis deterior est conditio fœminarum, quam masculorum. l. in multis. de statu homi. Gomes. in c.2. nu.6. de rescrip. in 6.

Articuli apud dicanicos quomodo capiãtur

¶ Articuli etiam à dicanicis vocantur capitula, quæ prolixius ducunt & complectuntur actoris petitionem, necnon rei exceptionem. glo. & doct. in c.2. in verb. articulis. de testib. lib. 6. & formam horum articulorum conscribit Specula. in titul. de teste, §. nunc videndum. vbi Ioan. Andr. in additio. ait, quod ars articulandi inter causidicos summum tenet gradum in curia Roma. maxime in beneficialibus. Et caueant curiam intrantes, quantumcunque sint magni Iurisperiti, ne suo capite in principio suo hanc artem assumant, sed antiquis aduocatis adsistant, vel secum habeant procuratores expertos.

Articuli impertinentes qui.

¶ Hinc articuli quidam vocantur impertinentes, qui nil ad rem faciunt, vel contra ius concepti sunt, & non debent recipi. l. si duo. §. item Iulianus. vbi Bar. & doct. ff. de iureiur. l. ad probationem. C. de proba. c. 2. de testib. in 6. Alij sunt noui, vel primis contrarij, de quibus in l. per hanc. C. de tempor. appella. clem. 2. de testib. Bal. in margar. in verb. articulus.

¶ *Veluti, Lucius Titius, Publius Meuius heredes sunto ex parte dimidia.* Primum exemplum de soluta oratione, efficiente quem re & verbis coniunctũ in illa dimidia, ac si copula interuenisset, propter mentem disponentis. Et Zasius in huius legis interpretatione, quia tantum hic de media hereditatis parte dispositum esse videt, supplendum esse censet quendam in alio semisse heredem instituendum ad tex. parum esse necessarium existimarem: quinimo putarem Iurisconsultum hic non sine mysterio omisisse loqui de altera dimidia: nempe quod voluerit eam satis comprehendi iure accrescendi sub dispositione præfatæ dimidiæ in tex. expressę, ad ostendendũ ius accrescẽdi sequi coniunctionẽ.

¶ *Vel ita, Publius Meuius, Lucius Titius heredes sunto, Sempronius ex parte dimidia heres esto: vt & Titius & Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur.* Hic secundum est exemplum de soluta, demonstrans coniunctionem re & verbis inter Meuium & Titium in dimidia, licet nulla intercesserit copula. & quamuis tex. nil dicat de Sempronio, tamen arbitror quod is coniunctus sit re cum Meuio & Titio, eumque dimidiam partem hereditatis habere: sed non verbis coniunctus, vt Meuius & Titius: quia non est in complexu orationis, sed est in alia oratione: sicque non potest dici re simul & verbis coniunctus, vt in princip. huius tex. dictum extitit.

¶ *Lucius Titius ex parte dimidia heres esto, Seius ex parte, qua Lucium Titium heredem institui, heres esto, Sempronius ex parte dimidia heres esto: Iulianus dubitari posse ait, tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus sit. sed eo quod Sempronius quoque ex parte dimidia scriptus est, verisimilius esse in eundem semissem duos coactos, & coniunctim heredes scriptos esse.* Continuat hic Iurisconsultus declarare coniunctionẽ: nempe Lucius Titius & Seius sunt re & verbis coniuncti in vno semisse, id est in vna dimidia hereditatis parte: & hoc vult dicere tex. coactos, & ibi coniunctim heredes scriptos. nam licet non vnica oratione sint complexi, tamen in eadem dimidia per orationem solutam scripti sunt, vt patet ibi, *ex parte qua Lucium Titium heredem institui, heres esto.*

Coniunctio sine copula fit.

¶ Item his tribus exemplis vult probare Iurisconsul. coniunctionem sine copula fieri posse, ac si copula adiuncta esset: & hoc voluit glo. hic intelligendo totam hanc legem loqui semper de coniuncto re & verbis simul, non vero de coniuncto re tantum, aut verbis tantum.

¶ Nec censetur testator reuocasse Titij institutionem, sed Seium cum Titio ad eandem partem vocasse. l. Iulianus. ff. de heredib. instituend. idem si diceretur: quod Titio legaui, idem Seio do, lego. §. si eadem. de lega. in Insti. diuersum foret, si diceretur: quod Titio legaui. id Seio do, lego. nam hoc casu pronomen id, substantiue positum, efficit vt adempta res censeatur à primo: & cum ad totum referatur, non patitur ambos concurrere. l. sicut. ff. de adimend.

adimend. legat. Secus est in pronomine Idem, quod inclusam (teste Valla) habet copulam, & ad genus potius quam ad substantiæ speciem refertur. l. 3. vbi glo. C. de negot. gest. l. si dominium. de iniur. Alcia. refert in lib. 7. parerg. c. 8. Et per supradicta contextum huius legis alioqui difficilimum explicatum puto.

Vtilitates ex hac lege.

¶ Ex quibus inferuntur effectus & vtilitates huius coniunctionis sequentes. Prima, quod coniuncti vocantur in vnam & eandem portionem. l. Titius. 1. ff. de heredib. instituend. l. si quis Titio. ff. de vsufruc. accrescend. nisi fuerit dictum æquè, vel viriles partes habeant. l. interdum. ff. de heredib. instituend.

Coniuncti habẽtur loco vnius personæ.

¶ Secunda est, quod coniuncti loco vnius personæ habentur. l. plane. 1. in princip. ff. de lega. 1. vbi glo. hoc exponit, id est vt id solũ ambobus præstetur, quod vni soli præberetur.

¶ Et ideo cum hi litigant, tenentur omnes vnicum constituere procuratorem, & per vnum aduocatum postulare. l. quod si nolit. §. si plures. ff. de ædilit. edic. & ita seruat praxis Franciæ, vt scripsi in commentar. constitu. Regiar. in 1. tomo, tract. de liter. obligat. artic. 5. glo. 7.

Substitutio reciproca censetur facta secundum ordinem personarum.

¶ Tertia, quia substitutio reciproca facta censetur secundum ordinem coniunctionis. Vnde qui discretas portiones coniunctis pluribus separatim dedit, ac post omnem substitutionis ordinem ita scripsit: Quos heredes meos inuicem substituo: coniunctos primo loco vice mutua substituere videtur: quibus institutionum partes non agnoscentibus, ceteros omnes coheredes admitti. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulgar. pro cuius tex. intel lectu videte Alexand. consil. 66. in 2. vol. & Dec. consil. 186. & 304. post Bal. consil. 281. in 1. vol. ac Barba. consil. 35. col 3. in 1. vol. & Ias. consil. 143. vol. 4. ac in l. 1. C. de impuber.

Ius accrescendi habet locũ inter coniunctos.

¶ Quarta, quod inter coniunctos habet locum ius accrescendi, vt in d. l. re coniuncti. Alia dicam inferius ad intellectum huius materiæ.

Appellatio vnius in cõiunctis aliis prodest.

¶ Quinta, quando coniuncti sunt condemnati, vnius appellatio aliis prodest, vt in l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. appella. Sed octo requisita ad hoc tradunt Panor. & Præpos. in c. vna sententia. de appella. Quod tamen hodie non seruatur in Francia. Ita sententia lata pro vno in parlamento non proderit aliis, nisi parte quoque aduersa audita: aliam enim forte defensionem afferre potest, vt in stylo parlam. in 1. parte. titul. de contumac. §. item si plurium. vbi idem in præsentatione dicitur. Vnde porrigere vidi supplicationem senatui iunctam aresto in fauorem coniuncti lato, in qua supplicat coniunctus, vt illius aresto iuuari liceat: senatusque solet respondere, significetur parti, quæ veniat ad dicendum causas intra octo dies. Ita cum tres vnam domum possiderent pro indiuiso, & per sententiam condemnati fuissent, duo appellarunt, tertius non appellauit: fuit tamen hic tertius admissus ad prosequendum dictam appellationem, vt alij: nec interim fuit executio facta in istum, qui non appellauerat. quod est notandum. Quoniam sicut vnius appellatio non prodest alteri, ita nec sententia nocet, vt in procem. commentar. in constitutio. Reg. scripsi in glo. 5. in declara. tub. C. si vnus ex plurib. appellauer.

Alteri appellatio vnius non prodest, nec sententia nocet.

¶ Sexta, quod in coniunctis idem iudex debet iudicare, vt probat titul. ff. de quib. reb. ad cund. iudic. cat. pulchre scribit Felin. in c. super literis. col. 10. versic. an sua sit iurisdictio. nu. 19. de rescrip. tex. & ibi doct. in c. translato. de consti. vbi plene effectus connexorum & coniunctorum congerunt doct. & Ias. in l. sed si plures. §. filio. ff. de vulgar. Hippol. consi. 84.

Seruo duobus legato & postea occiso, vterque agit Aquilia.

¶ Septima, si duobus sit legatus seruus aut equus, qui fuerit occisus, vterque agere potest lege Aquil. nisi alter repudiauerit: quia tunc coniuncto retro accreuisse dominium videtur. l. si dominus seruum. ff. ad legem Aquil.

¶ Ex his infertur, qui sint re coniuncti: & declarat iste tex. eos esse, quos rei complexus iungit: vel cum separatim eadem res duobus, vel pluribus legatur. l. re coniuncti. ff. de lega. 3. vt Ttio domum lego, eandem lego Sempronio.

¶ Primum in definitione requiritur complexus, id est quædam colligatio & amplexus rei: quæ nisi coniunctio sit, non dicuntur coniuncti re, vt pote si res legata est à diuersis. l. penul. ff. de vsufruc. accresc. Nempe res debetur à primo, & æstimatio à secundo: siue à diuersis testantibus legetur. l. plane. 1. §. 1. ff. de lega. 1. l. si sub conditione. ff. quib. mod. vsusfruc. amitta. siue à diuersis heredibus. l. quid ergo. §. si duos. ff. de lega. 1. Requiritur enim ad coniunctionem, vt in eodem capite relinquatur. l. vxorem. §. fœliciſsimo. ff. de lega. 3.

Res legari debet in specie, non in genere.

¶ Rei etiam dicitur in definitione, non Rerum: quia in diuersis rebus non fit iste complexus, nec coniunctio. l. huiusmodi. §. quibus. ff. de lega. 1. Ias. consil. 214. in causa. col. 2. in 2. vol.

¶ Et quia sine rei expressione non fit coniunctio re per se. l. item quod Sabinus. §. 1. ff. de heredib. instit. ibi, nam quantum ad ius accrescendi non sunt coniuncti, qui sine parte instituuntur.

¶ Item Rei dicitur. nam in specie res legari debet, non in genere: quia si species vni relinquatur, & alteri genus, tunc non fiet coniunctio. l. vxorem. §. fœliciſsimo. ff. de lega. 3.

¶ Rei

Summa multiplicata in quantitatibus non videtur coniunctio.

¶ Rei etiam dicit, non quantitatis. nam in quantitatibus multiplicata summa videtur, non coniunctio facta. l. quinquaginta. ff. de proba. Quod verum est, si legetur à diuersis, vel ab vno in diuersis testamentis, & capitibus: secus si coniunctim legentur decem in eodem testamento, & oratione: tunc etiam vna summa debetur. l. plane. §. sed si non corpus. ff. de lega. 1. Bal. consi. 140. casus talis. in 5. vol. Ias. in consil. 87. clariſsimus. in 3. vol. Ius quoque accrescendi locum habebit in quantitate sic coniunctim relicta. l. si quis testamento. in princip. ff. de lega. 1. l. eum qui ita. de verbor. obliga.

Salarium debẽtum tribus, si vnus repudiet, alij totum capient.

¶ Vnde si testator cauerit centum tribus suis executoribus ratione salarij & laboris danda, vel tribus electis tutoribus: si vnus noluerit administrare, tota centum his qui administrauerunt, debentur: vt Bar. docet in d. l. re coniuncti. quem refert Aufrer. in decis. Tholosa. q. 293. item dati sunt.

¶ Nisi vnus capere non posset: tunc sola dimidia alteri debetur. l. si Titio. 1. ff. de lega. 2.

¶ Verbis coniuncti sunt, quos nominum complexus iungit, id est qui nominibus personarum in eadem re iunguntur: vt Titio & Seio lego fundum æquis portionibus. l. re coniuncti. ff. de lega. 3.

Æquis portionibus, hæc verba diuidunt.

¶ Et terminus communis inducit hanc coniunctionem, vt lego: & si bis repetatur, verbalem coniunctionem non inducit, vt consuluit Bal. consil. 363. quæritur. vol. 1. & consil. 211. in 2. vol.

¶ Itaque si quis dicat: Titio fundum do lego, & Seio eundem fundum do lego æquis portionibus: non dicentur verbis coniuncti, nec re quidem: quia non est nominum complexus in eadẽ oratione, nec complexus rei. nam illa verba Aequis portionibus, diuidunt.

Plures orationes impediunt cõiunctionem.

¶ Item si quis dicat: Titio & Meuio singulos seruos lego. d. l. penul. & l. huiusmodi. §. quibus. ff. de lega. 1. Et quamuis copulatiua coniungat, tamen quia non est nominum complexus, non videtur coniunctio verbalis. nec illud verbum Aequis partibus, vel singulis, iungit, sed diuidit: vt singuli æquas habeant partes, & singulos seruos, & sic res diuersas. Ergo non dicuntur etiam coniuncti verbis. l. si ita quis heredes. ff. de heredib. instituend.

¶ Breui dicerem, quod vbi plures sunt orationes, non erunt coniuncti verbis, etiam si esset dictio, Hoc amplius. de qua scripsi in l. verbum amplius. supra eod. vel cum est vna oratio, & est ibi apposita copula, non vt coniungat, sed vt celeriter quis loquereture. quod exprimit Iurisconsul. in d. l. si ita quis. facit l. si in æqualibus. ff. de heredib. insti. Et sic copula non coniungit quoad ius accrescendi, quando gratia coniungendi non fuit apposita. ita probat de Ripa in d. l. re coniuncti. quod est iuri conforme.

Re & verbis coniuncti qui sint.

¶ Re & verbis coniuncti sunt, quos nominũ, & rei complexus iungit: vt Titio & Gaio fundum lego. Et sic si re & verbis iunguntur, cõiuncti dicuntur, vt hic, & d. l. re coniuncti. Et coniunctim heredes instituti, aut coniunctim legari, hoc est totam hereditatem, & tota legata esse singulis data, partes autem concursu fieri. l. coniunctim. ff. de lega. 3.

Ius accrescẽdi ciuili iure inuẽtum.

¶ Habita elucidatione coniunctorum, sequitur breuibus aliquot conclusionibus ius accrescendi pertractare, quarum prima hæc est. Ius accrescendi à lege ciuili inuentum est. allegatur l. hac consultiſsima. §. ex imperfecto. C. de testam. sed hoc non probatur ibi: siquidem ante illam legem inuentum erat. Consequens tamen est, vt tolli possit à lege. l. eas. ff. de capit. deminutio. §. minus. Insti. de heredita. quæ ab intesta. defer. A testatore vero in institutione prohiberi non potest, glo. & doct. in l. si communis seruus ab extero. ff. de acquir. hereditа. Et hæc est communis sententia, secundum Alex. in l. si quis priore. ff. ad Trebellia. non potest enim ipse facere, quin leges habeant locum in suo testamento. l. nemo. ff. de lega. 1. Et vt decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de regul. iur. quamuis Bar. contrarium teneat in l. quotiens. §. si duo. ff. de heredib. insti.

Ius accrescendi inuito defertur

¶ Secunda conclusio, ius accrescendi inuito defertur. l. vna. §. is ita. C. de caduc. tollend. quia portioni, non personæ. Quod est verum in hereditate; secus in legatis. §. vbi. ibidem.

¶ Et si portio hereditatis fuerit adita, alteram non poterit repudiare contingentem per ius accrescendi: secus si non fuerit adita. lege, cum hereditate. ff. de acquir. heredi. lege vna, C. quand. non peten. partes. Antequam enim agnouerit partem, licitum est eam repudiare, non post. l. 1. ff. de acquir. hereditа. l. si duo. vbi doct. ff. de iuretur. Alia tradunt interpretes in d. l. re coniuncti. & in d. l. 1. vbi Alexand. dicit hoc etiam ius habere locum in ecclesia & fisco. idem tenet Bened. in repet. capituli, Raynutius. in verb. & vxorem. numero 94. de testam.

Ius accrescendi transit in successores.

¶ Tertia conclusio, ius accrescendi transit in successores: nam rei inhæret & portioni. lege, si ex pluribus. ff. de suis & legitim. heredib. d. l. vna. §. is ita. lege prima. §. primo. ff. de vsufruc. accrescend. lege, item quod. §. primo. de heredib. instituend. lege, si Titio. in fin. ibi, quoniam portio fundi, velut alluuio portioni, personæ vsusfructus accrescit. ff. de vsufruc.

¶ Transit quoque in singularem successorem. Vnde si quis vendiderit partem suæ hereditatis, & coheredes postea repudiauerint singuli partes suas, illæ accrescent portioni venditæ. & sic emptor consequetur lucrum, non vero heres, qui vendidit: & iam nil habet,

cui

cui accrescat, vt docent Bar.& Ias. in d. lege, re coniuncti. Et ista est communis opinio secundum Ias.ibidem, quam sequitur Bened.in d.verb.& vxorem,nu.98.

¶ Quod non procedit in vsufructu,qui personæ accrescit.d.lege,si Titio.& l.interdum. de vsufruc. accrescend. Et quia per mortem personæ extinguitur. §.finitur. de vsufruc.in Insti.sicque non transit ad successorem.

Vsusfructus finitur morte. Ius accrescendi quare inuentũ.

¶ Quarta conclusio,ius accrescendi inuentum est,vt voluntati testantium, seu contrahentium satisfiat. l. quo loco.§.1.ibi, hanc mentem esse testantis. ff. de heredib. instituend. lege, hac consultissima. §. ex imperfecto. ibi, certum est eam voluntatem defuncti liberis accrescere. C.de testam. & lege vna. de caduc. tollend. §.vbi.versic.& ideo,ibi,vt voluntati testatoris pareatur. Ideoque non habet locum contra testatoris voluntatem, teste Bal.in l. 1.C.de indicta viduita.tollend.

Accursius reprehenditur.

¶ In quo defecisse videtur glo.in l.si seruus communis.ff.de acquir.hered.dicens eo inuentum esse, ne quis pro parte testatus intestatusve sit. Quæ ratio concluderet tantum ex testamento locum habere: & tamen etiam ab intestato procedit. lege, si ex pluribus. ff. de suis & legit. heredib. Adhæc licet non possit quis à principio sic decedere, tamen postea sic. l.circa.ff. de inofficios.testam. Tum quia in multis casibus habet etiam locum in contractibus,vt tradunt doct.per tex.in lege,si mihi & Titio.ff.de verb.oblig. Addit Ias.in lege,re coniuncti.col.30.de testa. ea ratione inuentum esse, ne heres possit hereditatem diuidere, & partem accipere lucrosam,& partem oneratam repudiare,contra legem primam, & seq. ff.de acquir.heredit.legem,secundum naturam.de regul.iur. Vel quia heres non repræsentaret integre personam defuncti, si partem tantum amplecteretur. Et ratione vnionis,& contrarietatis vitandæ, ne quis habere dicatur heredem, & non habere, vt docet Areti. in lege secunda.ff.de acquir. hered. Et quia legis huiusmodi dispositio est voluntati testantis conueniens: vt si cui res legata fuerit,& omnino aliqua ex parte voluerit suam esse, totam acquirat,l.si cui.ff.de lega.2. Quæ simul rationes probabiliorem efficient hanc conclusionem,vt tradit Bened.vbi supra, nu.130.

Substitutus cõiuncto præfertur. Prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis

¶ Quinta conclusio, substituatus coniuncto præfertur. d.lege vna.§.in primo.& §.seq.& authen. hoc amplius. C. de fideicom. lege secunda, §. si duo. ff. de bonor. possess.secund. tabul.quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis: & expressum,tacitum.l.cum ex filio.ff.de vulgari.l.cum quid.si certum peta. & d.l. si duo.

¶ Nisi voluntas testatoris contraria esset, quæ ex coniecturis elici posset. lege, quidam testamento.ff.de vulgar. Vtpote si coniunctus magis esset dilectus testanti,quam substitutus, ratione forte consanguinitatis, aut alia.l. fin. C. de insti. & substitu. Lancel.Polit.in tract. substitutio. de vulgari. col. 91. Vel nisi vnus & idem esset substitutus & coniunctus: tunc si euanescat substitutio, poterit is per ius accrescendi venire, teste Bar. in d. lege, re coniuncti. Et sic consuluit Alexand. consil. 109.videtur prima fronte.in secundo vol.per legem penul.ff.de iniusto.glo.& doct.in lege,nec is.in fi.ff.de acquir. heredita.Bolog.consil.66.testator.

Cõiuncti disiunctis præferuntur. Inter coniunctos præfertur is,qui re & verbis coniunctus est. In coniunctis re deficiẽs portio accrescit aliis.

¶ Sexta conclusio,coniuncti disiunctis præferuntur.l.heredes sine.ff.de heredib.insti.§. si vero quidam.de caduc.tollend.

¶ Septima conclusio, inter coniunctos is qui re & verbis coniunctus est, aliis potior censetur. l. re coniuncti. ff. de lega.3. quia duo vincula sunt vno fortiora.c.1. de treuga.authen. post fratres. C.de legitim.heredib.

¶ Octaua conclusio, in coniunctis re deficiens portio accrescit aliis pro portione.lege, Meuio.ff.de lega.2.vel deficiens pars solida remanebit apud coniunctum.d.l.vna.§.vbi.versic. si vero nemo.vbi doctores asserunt hoc fieri per ius non decrescendi.allego tex.in lege, interdum.§. patersamil.versic. sed si alter ex quadrante,alter ex semisse heredes scripti sint, qui accedit quadrans,pro partibus hereditariis eis accrescit. Sed etsi excesserit in diuisione duodecim vncias, æque pro rata decrescet: vtputa si me ex duodecim vnciis heredem, te ex sex scripsit: ego bessem hereditatis habebo, tu trientem. Tamen etiam accrescere in coniunctis re, dicit Vlpia. in lege prima, §. interdum. ff. de vsufruc. accresc. & in d. lege, Meuio. ad cuius intellectum summopere insudant iuris interpretes: sed quod intelligi debeat de re coniunctis, probat ibi tex. quia separatæ sunt orationes de re eadem disponentes. dicit enim ibi tex. Meuio fundi partem dimidiam lego, Seio partem dimidiam lego, eundem fundum Titio lego. Isti sunt re coniuncti. Siquidem paria sunt dicere, dimidiam lego Seio,vel eandem dimidiam.per l.Iulianus. ff. de heredib. insti. idem vult Bar. in conjuncto re & verbis, vt ius potius decrescendi, quam accrescendi inter omnes vocetur. ita docet ipse in d.lege, re coniuncti. num. vigesimoquarto,vbi videri poterunt alij interpretes.

Ius accrescẽdi habet locum inter coniunctos verbis.

¶ Nona conclusio,inter coniunctos verbis etiam habet locum ius accrescendi. l.1. ff. de vsufruc.accrescend.l.re coniuncti.de legat. 3. quod est verum, quando non esset inter eos omnimoda disiunctio: vt fundum lego Titio & Meuio æquis portionibus. l. Meuius. §. duobus.

duobus. ff. de lega. 2. Diuersum foret, si omnino esset disiunctio in re: vt Titio & Meuio singulis singulos seruos do lego. At ius accrescendi hoc casu cessabit.per l. huiusmodi. §. quibus.ff.de lega.1.

Separatorum re tantum & verbis tantum pars quibus accrescat.

¶ Decima conclusio,quando sunt permixti coniuncti verbis tantum & re tantum, qui vocantur separati,tunc si pars coniunctorum deficiat, accrescet coniunctis:si vero pars separatorum,omnibus cedet.l.heredes sine.& l.quo loco.in fi.ff.de hered.insti.l.1.§.idem ait. & seq.de vsufruc.accrescend.Nisi aliqui sine partibus instituti fuerint: tunc enim pars deficientis omnibus accrescet, etiam si aliqui fuerint coniuncti, & alij separati. l. item quod Sabinus.§.1.ff.de heredib. insti. Ratio scribitur in d. §. his ita. versic.sinautem,ibi, hoc ita tam varie, quia coniuncti quidem propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus redacti sunt, & partem coniunctorum quasi suam præoccupant. Disiuncti vero ab ipso testatoris sermone apertissime sunt discreti; & suum quidem habeant, alienum autem non soli appetant, sed cum omnibus suis coheredibus accipiant.

Coniuncti partem deficientis accrescentẽ cũ onere suscipiũt, disiuncti non.

¶ Vndecima conclusio,coniuncti partem deficientis accrescentem suscipiunt cum onere,disiuncti vero sine onere:quia hi non alienum,sed suum recipiunt:primò enim tota res fuit eis legata.d.l.vna.§.vbi.versic.sinautem ad deficientis.ibi, ideo videtur testator disiunctim hoc reliquisse,vt vnusquisque suum onus,non alienum agnoscat.nam si contrarium volebat,nulla erat difficultas coniunctim ea disponere. Et sic coniunctus iure alieno venit ex dispositione legis, ideo ad onera tenetur, ad quæ alius tenebatur: sed re coniunctus iure proprio venit, cum ab initio solidum sit ei relictum.l.vtrum.de reb. dub. ff. Et lex dicit,ex meo legato,in l.si mihi & Titio.ff.de lega.1.Et ex propria causa.l.si mihi & Titio,de lega.2. Ideo sine onere isti complectuntur partem accrescentem.

Ius accrescendi cessat in parte acquisita.

¶ Duodecima conclusio,ius accrescendi cessat in parte acquisita.l.1. §. interdum. ff. de vsufruc.accrescend.nam postquam mea facta est,ad meos heredes peruenit,& non ad coniunctum, cum non dicatur amplius patrimonium illius, qui eam mihi donauit, vel me instituit, sed meum. lege prima. §. veteres. vbi glossa, & doctores. ff. de acquirend. possessio.

Pars decedentium sine herede in hoc Regno ad fiscum pertinet.

¶ Quod non procedit in vsu fructu. d. §. interdum. nec in libertorum assignatione. l. vtrum.ff.de assigna.libertor. nec in donatione Regali, vel Imperiali. l. vna. C. si socius liberal.Imperial.sine hered.decesser.lib.10. Quæ lex vix in Regno seruaretur.quia decedentis sine herede pars ad fiscum deuolueretur,qui in hoc Regno succedit exteris. l. vacantia. C.de bon. vacan.lib.10.hoc asserit Benedic.in reper.c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 816. de testamen. Cessat etiam in aliis casibus ius accrescendi, quos docto. numerant in d. l.re coniuncti.circa fi.

Ius accrescẽdi non habet locũ in contractibus.

¶ Vltima conclusio, ius accrescendi regulariter in contractibus locum non habet. l. si mihi & Titio.ff.de verbor.obliga. quia partibus imputetur,quæ apertius hoc poterant exprimere.l.veteribus.ff.de pact. Et plenior interpretatio fit in testamentis, quam in contractibus.l.in testa mentis.ff.de regul.iur. Adhæc non est hoc à iure statutum in contractibus, sed contrarium. Veruntamen limitatur hoc in nouem casibus,quos doct. tradunt in d. l. si mihi. & Benedict. in verb. & vxorem. numero 144. cum seq. & Soci. in tract. fallentiar. regul.214.

Intellectus l.re coniuncti.ff. de lega.3. Quæ requirantur in re coniũctis.

¶ Postremo quia materiæ conuenit, veniamus ad intellectum l. re coniuncti. ff. de lega. 3.Primo Iurisconsult.dicit,qui dicantur re coniuncti, sic dicens: *re coniuncti videntur, non etiam verbis,cum duobus separatim eadem res legata est.* vbi verbum *videtur* non denotat fictionem,sed decisionem,vt in l. naturaliter. ff. de acquirend. possess. Requiruntur autem in huiusmodi coniunctione re tantum sequentia.Primo, quod duobus legetur. nam in vno coniunctio fieri non potest,sed in pluribus.l.plane.de lega.1.l. Meuio. de lega. 2. Secundo requiritur,quod separatim & in diuersis orationibus.ibi,separatim.Tertio,quod non coniungantur verbis: tunc enim dicerentur re & verbis coniuncti. Quarto, quod eadem res legetur. nam in diuersis rebus non fit coniunctio, vt superius scripsi, & hoc probat tex. ibi, eadem res.

¶ Postea subiungit tex. *Item verbis,non etiam re: Titio & Seio fundum æquis partibus do lego.* Exempli gratia hoc tradit,non definiendo,vt in hac lege, Triplici.Et quamuis exemplum ponat in duobus, idem tamen est in pluribus, vt prædixi per §. si eadem. de legat. in Insti.

¶ Sequitur in tex.*quoniam semper partes habent legatarij*: & sic coniuncti verbis habent ab initio partes.d.l.1.§.interdum.Secus in coniunctis re, vt superius dictum fuit in vndecima concluſ.

Coniunctus re & verbis præfertur ceteris.

¶ Præfertur ergo omnino ceteris, qui re & verbis coniunctus est, scilicet tam coniunctis re tantum, quam verbis coniunctis. probat Iurisconsult. postea à sufficienti partium enumeratione, dicens: Quod si re tantum coniunctus sit, constat non esse potiorem re verbis: si vero verbis quidem coniunctus sit, re autem non, quæstionis est,an coniunctus

potior fit.& loquitur de coniuncto re & verbis simul.Et magis est,vt ipse mixtus præferatur.nempe quod in versic. præfertur, dixerat vtrinque coniunctum ceteris præferendum, postea probat, quod præferatur re coniuncto, & demum verbis coniuncto. Sicque videtur intelligenda d.l.re coniuncti. contra nonnullorum opinionem volentium eam intelligi de verbis coniuncto tantum:cuius contrarium eo solo patet,quia non præfertur coniuncto re,vt superius dixi per l.si ita quis heredes.ff. de heredib. instit. Et inter varios glo. & doct.intellectus hæc est conclusio Bar.& communis in d.l.re coniuncti.in 2.q.nu.31.& seq. quicquid dicat Alcia.lib.7.parerg.c.9.vbi verbis coniunctum affirmat præferri re coniuncto, nisi verbalis coniunctio imminuta imperfectaque sit, per l. si ita quis. ff. de heredib. instit.quæ non hoc probat.Reliqua,si hæc non sufficiant, plenius scribo in d. l. re coniuncti.quò vos reiicio.

VLPIANVS LIBRO NONO.

LEX CXLIII.

Id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem: habetur enim, quod peti potest.

¶ Primo ponit dictum, secundo rationem.secunda ibi, *habetur enim.* Et hoc vult,quod is videtur habere rem,pro qua actionem habet.nam illud quod peti potest,habetur.id est nobis quodammodo affectum est. A contrario amissum videtur, cum eius rei desino habere actionem.l.Labeo.1. in fi.supra eod.

¶ Notate,quod res quæ peti possunt, videor habere fictione iuris: sed actiones habere vere dicor,etiam apud me.ita dicit iste tex.ibi, *habetur enim, quod peti potest.* Alias reperi *habetur enim, quo peti potest.* vt relatiuum sit ablatiui casus. ita legi in quibusdam antiquis exemplaribus. Quomodo enim agere possem, nisi vere actionem haberem? Et sic loquitur l. qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur. inferius titul. proximo.

¶ In idem fere reincidit communis lectio text. *habetur enim, quod peti potest.* Tuncque dicimus, quod rem ad quam habeo actionem, videor habere. nam habetur per fictionem id,quod peti potest.siquidem breui quadam manu id habiturus sum: nempe possum exercere actionem,& demum res mihi adiudicabitur.

Duobus modis quis dicitur habere rem debitam.

¶ Ita duobus modis quis dicitur habere rem debitam: primum inspecto futuro euentu,cum per sententiam ei decernetur res,& interim vere actionem habet.d.l. qui actionem habet. plenius scripsi in l.rei.1.supra eod.

¶ Secundo per fictionem videtur eam rem habere,vt hic,ponderando verbum videtur, quod fictionem denotat.l. 1. §. videor. ff. de vi & vi arma. Sed minus est habere actionem, quam rem.l.minus.infra titul.proximo.

¶ Vnde exul non dicitur,cui gratia banni facta est, & qui actionem habet, vt cancelletur ab exilio.nam bannitum accipere debemus cum effectu.l.3. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. Hippol. consil. 55. in causa Nicolai. Et tutorem habere videtur, qui eum habere potest. l. si quis sub conditione.ff.de testam.tutel.iuncta glo.

Filius sub conditione institutus, qui in sua est potestate,nõ querelat testamentum.

¶ Etiam filius institutus sub conditione, qui in sua est potestate, testamentum patris per querelam rumpere non potest: quia hereditatem patris habere videtur.l. 2. ff. de heredib.instituend.l.si pater.C.de insti.& substi.Et nemo videtur re exclusus, quem prætor in integrum se restituturum pollicetur.l.nemo.ff.de in integr.restitu.

Possessor iuris quis sit.

¶ Imo possessor iuris dicitur in vniuersalibus,qui actionem vniuersalem habet,ad hoc saltem vt eam cedere teneatur.l.quod si in diem.§.Iulia.& §.seq.& §.penul.& l. idem Iulia. ff.de petitio.heredita.

Executio fit in actionibus & nominibus, sicut in rebus.

¶ Item executio fieri potest in actionibus & nominibus,sicut in rebus. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. Et qui amisit filios in bello, censetur eos habere. nam etsi moriantur,per gloriam viuere intelliguntur.§.1.Insti.de excusatio.tutor.

Actiones apud me esse non possunt.

¶ Non refragatur, quod actiones apud me esse non possunt. nam apud me esse dicitur, quod qualitercunque à me tenetur. l. penes. supra eod.sed ego non teneo actiones, cum sint incorporales.§.1.Insti.de reb. corporal. Respon. per istum tex. eas habere & tenere dicor,vt superius declaraui,cum eas exercere & intendere possim, per d. l. qui actionem habet.de regul.iur.

¶ Præterea si non nisi habens centum in bonis posset esse consul,& filiusfamil.quidem non haberet, sed eius pater, an sufficiat,scribit Petrus Anteol. de stricto iure quod sic, in tract.de minor.in 3.parte.versic.quid de quæstione.arg.l. sciendum. ff. qui satisdar. cogant. quia filius bona patris habere videtur,cum ei quasi debita sint.l.cum ratio.ff.de bonis damnator.

nator.l.3.vbi glo.C. de iuris & fact. ignoran. Vnde quasi dominus bonorum paternorum dicitur.l.in suis. ff. de liber. & posth. Tamen quantum ad collationem bonorum illud intelligendum est,filium in bonis habere id, quod deducto ære alieno supereſt.l. 2. §. 1. ff. de colla.bonor.vel deducto onere.l.non amplius. ff.de lega.1.

Rem recuperãs per in integrũ restitutionem, eam tamen vere non dicitur habere.

¶ Limitatur etiam in materia restitutionum: vt quantumuis alicui liceat rem suam per in integrum restitutionem recuperare,tamen eam vere non dicetur habere: nec in statutis computabitur inter habentes.Bar.in l.nemo. ff. de in integr. resti. doct. in l. postquam liti. per glo.ibi,C. de pact. Nam quod à Principis voluntate dependet,censetur impossibile. l. 4.ff.de fideicommissar.liberta. nimirum si quis id habere non censeatur.

Id quod dependet à Principis voluntate, dicitur impossibile.

¶ Ita inferemus ad declarationem primi §. de manda. apostolic. in concorda. in verb. habentem. vbi dixi, quod habens collationem decem beneficiorum vno potest grauari mandato, vt intelligamus quando vere habet: secus si habeat quidem sex beneficiorum collationes, vel nouem, & ad aliorum beneficiorum collationes actio competat, vel iam intentata sit contra alium, qui iam est in possessione conferendi, iuxta capitulum, consultationibus.de iure patronatus.quandoquidem eo casu grauari non poterit ne vno quidem mandato.

Donãs ea quæ habet. in Montepessulano, nõ donat actiones.

¶ Adhæc si donem vobis ea,quæ in Montepessulano habeo, non videor donare actiones, quandoquidem non circunscribuntur loco. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudic. Bal.in lege prima, col.prima. ff. de statu homi. dixi fusius in lege, rei. prima, supra eodem.

Non habens rem, in censum non deducit.

¶ Sic qui non habet rem in sua possessione, nequaquam tenetur eam in censum deferre,nec pro ea soluere,quamuis habeat actionem ad eam.l.forma.§.si cum ego.ff.de censib.Aut quæ quisque aliena in censum deducit, nihilo magis fiunt eius. l. quæ quisque. ff. de acquir.rerum domi.

Actionem ad rem immobilẽ habẽs satisfiat. Ius habens ad domum nõ gaudet priuilegiis ciuitatis.

¶ Insuper non releuatur à satisdatione, qui actionem ad rem immobilem habet, nisi rem ipsam possideat. lege, sciendum. §. si fundus. & ibi Iason plene. ff. qui satisdare cogantur.

¶ Item licet quis habeat actionem ad domum, non tamen gaudet priuilegiis ciuitatis, donec cum effectu habeat, vt dixi in lege, ædificia. & lege, qui in continentibus. supra eodem.

¶ Adhæc si fuerit facta diuisio hereditatis inter fratres,& omnium bonorum, quæ fuerunt propria testantis, actio tamen quæ ad retro uendendum acquisita erat, non censetur esse diuisa, nec prætextu acceptilationis remissa:tum quod propria tantum fuerint diuisa, & actiones personales non dicuntur propriæ.l. Quintus. §. argento. vbi Bar. ff.de auro & argen.lega.Bal.in rub.C.de verbor. significa. Tum quod habens actionem improprie rem habere dicitur,vt probat hic tex.per verbum videtur,vt supra dixi. sic consuluit Alexand. consil.75.viso.col.2.in 6.vol.

Actionem habens dicitur improprie rem habere.

¶ Item qui actionem quidem habet,sed absque exactionis effectu,rem habere non videtur.l.diuortio.in glo.quarta portio. & ibi Bar. & Ias.ff. solut. matrimo. Veluti cui propter inopiam aduersarij inanis actio est, nullam videtur habere actionem. l. nam is. ff. de dolo. Et minus habere videtur,qui habet actionem,quam si rem haberet,propter litium impensas. l. minus. ff. de regul. iur. de quibus scripsi in proœm. concorda. in verb. sumptibus. & seq.

Rem habere non videtur, qui habet actionem sine effectu exactionis.

¶ Notandum vero est hoc verbum habere,multis modis capi. siquidem aliquando importat necessitatem,pro tenere:vt iudex habet hoc facere, id est tenetur. l. in seruorum. §. qui ex causa.ibi,quamuis nondum in eum locum perducti fuerint,in quo operari habent. ff.de pœnis. Vnde Bar.in l.penul. §.fi.ff.de auro & argen.lega.decidit,quod si tempore belli omnibus nobilibus impositi fuerint equi, & deinde fuerit præceptum omnibus nobilibus habentibus equum ad bellum proficisci, quorum vnus non iuit, quia videlicet equum non habebat,& præceptum fuerat tantum factum habentibus,vt irent: an incidat in pœnam? & tandem concludit incidisse,cum hic habere teneretur equum.verbum enim habentibus intelligitur,id est habere debentibus. Et quando in materia necessaria refertur ad eos,qui parere tenentur, necessitatem importat.doct.in l.quod te. per illum tex. in fin. ff.si certum pet.

Habere,multis modis sumitur.

¶ Secundo quis dicitur habere rem,quando habet illius dominium.l. 2. §. 1. de religios. & in l.1. §. potestatis. de pecul. huiusque verbi propriam hanc esse significationem asserunt doct. vt significet dominium: sed in significatione larga & impropria comprehendit etiam possessionem & detentionem, vt d. §. potestatis. qui non loquitur de habente simpliciter,sed de habente in potestate.

Rem dicitur habere, qui illius habet dominiũ.

¶ Et sic verbum habere non solum dicitur de dominio, sed & detentione & possessione,etiam proprie.l.hoc senatusconsultum non solum ad eum pertinet,qui pecuniæ vsum-

Habere dicitur quia non solum in dominio, sed & in possessione.

fructum,vel ceterarum rerum,quas habuit,legauit,verum etiam si fuerint alienæ.ff.de vsufruc.earum rer.l.1.§.quod autem.ibi, hæc omnia habendi verb. continentur. ff. de vi & vi arma.vbi est verbum continetur, quod proprietatem denotat, vt scripsi in l. 1. supra eod. facit l. stipulatio ista. §. habere. ff.de verbor.obliga. sic dicens:habere dupliciter accipitur. nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum qui dominus quidem non est, sed tenet.

Rem depositam dicimur habere.

¶ Denique habere rem apud nos depositam solemus dicere. idem dicitur in l. habere. infra eod.attamen ibi non dicitur improprie.Nec igitur immerito Iurisconsultus vberioris nonnunquam elucidationis gratia exprimit dominium habere,vel non habere.l.1. §. si seruus bonafide.ff. de quæstio.

Habere dicitur, qui possessionem habet.

¶ Et sic habere dicitur, qui possessionem habet. Et parem esse conditionem oportet eius,qui quid possideat vel habeat,atque eius cuius dolo malo factum sit, quominus possideret vel haberet. l. parem. ff.de regul.iur.l.2.§.habere. ff. ne quid in loco public. fiat. vbi sic dicitur:habere eum dicimus,qui vtitur,& iure possessionis fruitur, siue ipse opus fecit, siue ex causa emptionis vel conductionis,vel legato vel hereditate,vel quo alio modo acquisiuit.l.vna.C.de naut. Tiber.lib.11.vbi Lucas.

Habere dicitur, qui habet custodiam.

¶ Tertio habere quoque dicitur,qui solam habet custodiam:vt depositarius, vel is qui pignori habet.l.1 §.quod autem.ff.de vi & vi arma. vbi sic Iurisconsul.ait,Quod autem ait prætor:quæque ibi habuit:sic accipimus,vt omnes res contineantur,non solum quæ proprie illius fuerunt, verum etiam si quæ apud eum depositæ sunt, vel commodatæ,vel pignoratæ, quarumque vsumfructum,vel custodiam habuerit,vel si quæ ei locatę sunt.Cum enim prętor dicat,habuit, hęc omnia habendi verbo continentur. facit l. officium. in fin. ff.de rei vindica.ibi,puto autem ab omnibus, qui tenent, & habent restituendi facultatem, peti posse.

Habet, qui ciuiliter possidet.

¶ Quarto dicitur quis etiam proprie habere,quando possidet ciuiliter & animo:quando vero naturaliter habet,dicitur possidere.l.si in emptione.§.omnium.ff.de contrah.emptio.Lucas de Penna in l.vna.de naut. Tiber. lib.11.C.Barba.consil.6.illud.col.15.in 4.vol. Alex.in l.3.§.ex contrario.nu.23.ff.de acquir.possess.Qui tex.etiam intelligi potest, venditionem omnibus in rebus consistere posse,quas habere possumus quoad proprietatem & dominium,vel etiam quas possumus possidere vel naturaliter, vel ciuiliter, etiam earum rerum quas prosequi valemus nedum via actionis, sed etiam persecutionis: veluti scripsi in l.actionis verb.supra eod. quippe Iurisconsul. postea declarat in illis rebus emptionem fieri non posse,quas vel natura,vel iusgentium, vel mores ciuitatis commercio exuerunt. Ergo si in commercio nostro sint, tunc eas habere possum: & sic possidere vel tenere ad nudum factum refertur.l. stipulatio. §. hæc quoque. ff. de verbor. obliga. Habere ad ius.l. officium.ff.de rei vindica.l.& vno.ibi,habes,tenes & possides.vbi exponunt quidam, habet de præsenti,tenet de facto,possidet iure.Solent etiam nostri dicere, *qu'il la tient & possede de present.*

Habet fictionē denotat, cum additur verbis atque,pro, & aliis fictionem denotantibus.

¶ Quinto denotat fictionem, si iungatur verbo atque: vt ita habendum est,atque si cum domino contractum esset.l.heres.§.apud. ff. de iudic. vel dictioni pro, & aliis fictionem denotantibus:vt absens habetur pro præsente.id est reputatur,fingitur,iudicatur præsens.l.1.§.si iusserim.ff. de acquir. possess. l. quod maior. ad municipal. l. prætor bonorum possessorem heredis loco in eodem casu habet.de regul. iuris. Scripsi in glo. concorda. in §.1.in verb.habeatur.de colla. c.2. de confess. l. ingenuum. ff. de statu homi. l. ordinata. §. non ordinato.de liberal.caus.l.hereditas.de acquir.rerum domi.l.1.§.si iusserim.ibi,pro traditis haberi.ff.de acquir.possess.Et habetur pro victo. l. fi. de præuaricator. Et pro eo habetur.l.ei.de appella.recipiend. Pro confessis. l. in fisci. de iure fisci.Proditores & transfugæ pro hoste habentur.l.proditores.de re milit.Et pro eo habetur. l.quod maior. ad municipal. Pro interrogato. l. si fine.ff.de interrogator.actio. Quod vitiose cautum est, pro non cauto habendum est.l.quotiens.qui satisdar.cogant.

Rem pro derelicto habere quid sit.

¶ Sexto rem habere pro derelicto, est rem ea mente abiicere, vt in'numero rerum suarum esse nolit. §. hoc amplius. Institu. de rerum diuis. & l. 1. & per totum titulum.ff.pro derelicto.

Tabulæ supremæ habentur.

¶ Septimo tabulę supremę habentur etiam solę.id est dicuntur, vocantur, estimantur, iudicantur.l.illa verba Optimus.infr. eod.Et ij abigei proprie habentur,qui pecora ex pascuis vel armentis subtrahunt.l.1.ff.de abigeis.Et qui promittit,reus promittendi habetur. l.1.de duob.reis.Et is habere precario videtur,qui possessionem vel iuris vel corporis adeptus est,ex hac solummodo causa,quod preces adhibuit,& precibus impetrauit,vt sibi possidere aut vti liceret.l.2.in fi.ff. de precario.

Quæstio est habenda.

¶ Octauo habenda est quęstio serui,id est seruus torquendus est. l.1. §. diui fratres. & l. patre.cum l.seq.& per totum.ff.de quęstio.& adhibenda torm enta,pro eodem.l. vnius. §. 2.ibidem.l.fi.de decurio.

¶ Nono

Fides inimicorum quæstioni non debet haberi.

¶ Nono ex adiuncto variatur verbi huius significatio: vt inimicorum quęstioni fides haberi non debet,id est credi.l.1.§.prętera.& seq.ff.de quęstio.& §.si quis vltro. & habere fidem de pretio,est credere pretium debitori ad tempus soluendum. §. venditę. de rerum diuis.in Instit.

Quod Principi placuit, legis habet vigorē.

¶ Decimo quod Principi placuit,legis habet,id est obtinet vigorem. §.sed & quod Principi placuit. Insti.de iure natural.gent.& ciuili.l.1.ff.de consti.Princip. Fœminæ suos heredes non habent.l.3.§.ad testamenta.ff.de bonor. possess. contra tab. quamuis glo. ibi aliter exponat.& in §.fœminæ.de adoptio.in Insti. §.ceteri.de hered.qualita.l.diuus.1.in fi.ibi,vt qui superesset,liberos haberet.ff.de falsi.l.fœminas.de procurator.

¶ Res tuas tibi habeto, diuortium notant.l. 2. ff.de diuortiis. scripsi in l. inter stuprum. supra eod.

Habet æstimationem damni.

¶ Vndecimo hæc clausula: habet æstimationem damni:pro continere scribit Iurisconsul.in l.ait lex.vbi glo. ff.ad legem Aquil.l.si quis cum aliter.in fi.de verbor.obliga.ibi, sed ipsa res habet in se dolum,& dolus habet in se vim.l.2.§.doli.vi bono.raptor.l.ex duobus. de negot.gest.

Habet quis quoad vsum.

¶ Duodecimo quis habere dicitur,quoad vsum:vt l.1.in fin. ibi, inter quos iurisdictionem non habuit.ff.quod quisque iur. Idem in præbenda & beneficio. c. cum M.de consti. glo.& doct.in c.possessiones.de reb.eccles.non alienand.& in c.fi.de pecul.clericor.

Habet quis quoad administrationem.

¶ Decimotertio quoad administrationem: vt episcopus res ecclesiasticas & dignitates habet,quoad administrationem c.2.de donatio.

Habere quis quoad signaculum.

¶ Decimoquarto quis dicitur habere,quoad signaculum:vt ordines,teste Archidiac.in cap. gratia.1.q.1.& probatur in titul.de tempor.ordinand.

Habere febrē.

¶ Decimoquinto febrem habere,id est pati febrem,laborare febre:vt in l.quæsitum.versic.igitur.ff.de re iudica.l.qui tertiana. de ædilit.edic. Et correptus febre dicitur, cum vno instanti accidit febris,à cum & rapio:quamuis ibi glo.aliter intelligat.

Habere creditores quis dicitur.

¶ Et habere creditores quis dicitur,quando eis obnoxius est. l. si quis cum haberet Titium creditorem.ff.quæ in fraud. creditor.

Aduocatum non habēti prætor dat.

¶ Et prætor non habenti aduocatum dat,si forte certis ex causis, vel ambitione aduersarij,vel metu patronum non inuenerit. l.1.§.ait prætor.ff.de postul.

Habere in sinu chirographum magnæ pecuniæ.

¶ Habere in sinu chirographum magnæ pecuniæ,in l.diuus.§.2.de bonis damnator.Notum est pro illa parte,quæ est intra pectoris brachiorumque complexum.Et aliquando in sinu habeo,id est in potestate,in occulto.l.qui testamentum.vbi etiam Budę. ff. de proba.

Habere filium ex aliquo.

¶ Decimosexto filium dicitur mulier habere ex aliquo, quando ab eo genuit & concepit:vt l.Titia.ff.de verbo.oblig.l.3.§.sed & si quis.ibi,si liberos habueris.ff.vsufructu.quemadmod. caueat. Iustum patrem non habet, qui ex iustis non est editus nuptiis: vt dicam in l.iusta interpretatione, infra eod.

Habere rem suo periculo.

¶ Decimoseptimo habet rem suo periculo, id est ipsi perit, & tenetur ad estimationem, si res pereat.l.4. ff.si certum peta.

Habere domicilium.

¶ Decimo octauo habere domicilium,id est habitationem.l.heres absens. §.1. de iudic. Placet etiam filiumfamil.domicilium habere posse, non vtique, vbi pater habuit, sed vbi ipse domicilium constituit.l.placet.cum l.seq.ff.ad municipal.Et Iurisprudentibus placuit duobus locis posse aliquem habere domicilium,si vtrobique ita se instituxerit,vt non ideo minus apud alteros se collocasse videatur.l.assumptio.§.iuris. ibidem.

Habere tale negotium.

¶ Decimonono is habebit tale negotium,id est ei committetur. l. item eorum. §. sed si ita.ff.quod cuiusque vniuersita.nomi.vbi sic dicitur:Sed si ita decreuerint, vt quęcunque incidisset controuersia,eius petendę negotium Titius haberet ipso iure,id decretum nullius momenti esse videtur: quia non potsit videri de ea re,quę adhuc in controuersia non sit,decreto datam persecutionem.

Habebo curæ.

¶ Vigesimo habebo curę,id est curabo. l. Quintus. ibi, vt vsuras eorum accipias, curę habebo.ff. depositi.

Legatum an sit vtile rei, quæ quotidie percipi non potest.

¶ Vigesimoprimo si vsusfructus legatus sit, qui quotidie percipi non potest, non erit inutile legatum,sed dies hi legatum habebunt.id est hi dies continebuntur in legato,quibus vti frui potest.l.1.§.1.ff.quand.dies lega.ced.

Habere, consequi.

¶ Vigesimosecundo habere,consequi.l.penul.in princip. ibi, quia nisi legatariis liceret cędere syluam & vendere,quemadmodum vsufructuariis licet, nil habituri essent ex illo legato.ff. de vsu & habita.

Habere actionem.

¶ Vigesimotertio habet actionem,id est competit ei actio.l.ita demum. ff. de arbitr. l. si pupilli.§.1.ff.de negot.gest.l.si is cuius.de interrogator. actio.

Habere suæ partis alienationem.

¶ Vigesimoquarto habet suę partis alienationem.l.si socius.ff.si certum peta.id est suam partem alienare potest.

Habendum est pro viri boni arbitrio.

¶ Vigesimoquinto habendum est pro boni viri arbitrio.l.in personam.in fine.ff. de regul. iur. id est conferendum est in arbitrium boni viri. exponit text.in l. hęc venditio. in

principi.ff.de contrah.emptio.

Habere actionem ad rem.

¶ Vigesimosexto qui habet actionem ad rem, ipsam rem habere videtur. id est cui competit actio ad rem recuperandam, & habendam, iuris fictione præsumitur ipsam rem habere. l. qui actionem. ff. de regul. iur.

Litem habere.

¶ Vigesimoseptimo habere litem, est litigare. l. qui cum vno. §. non omnis qui litem habuit. ff. de re militar. Et qui capitis sui litem vel omnium bonorum patitur, magnum horologium in cerebro gerit.

Certum habere.

¶ Vigesimooctauo certum habeo, id est certo scio, l. 1. §. fi. ibi, quem pretio accepto certum habeam libenter tali seruo cariturum. ff. de quæstio.

Deportati quæ habeant.

¶ Vigesimonono deportati in insulam nõ habent ea, quæ iuris ciuilis sunt: quę vero iurisgentium sunt, habent. id est retinent, durant. l. quidam. in fi. ff. de pœnis. l. eas. de capit. deminutio.

Habere insulas prouinciæ.

¶ Trigesimo habent insulas prouinciæ præsides, id est ad eius prouincię formas pertinentes, quas administrant. l. relegatorum. §. 1. ff. de interdict. & relega.

Habere honorem.

¶ Trigesimoprimo habeo honorem, id est honoro. l. 3. de priuileg. Veteranis & liberis veteranorum idem honor habetur, qui & decurionibus, ideoque honorari ac decuriones debent. l. sed si hac. §. prostituta. & §. qui manumittitur. ff. de in ius vocand. Et habere reuerentiam dicitur in l. capitalium. §. & vt generaliter. ff. de pœnis.

Habere necesse.

¶ Trigesimosecundo necesse habet, vel necesitatem. id est, est ei necesse, tenetur. l. 4. ff. de in ius vocand. Ita quisque litigandi causa necesse habet in iure, vel certo loco sisti. l. cum hi. §. qui transigit. de transactio.

Pro patrono non habebor.

¶ Trigesimotertio pro patrono non habebor, id est non ero patronus, non censebor patronus. l. adoptiuum. §. quemadmodum. ff. de in ius vocand. ibi, pro patrono non habebor, si contra me iudicatum est.

Habeantur pro sint.

¶ Trigesimoquarto habeantur, id est sint. l. semper. §. coloni quoque Cæsaris à muneribus ciuilibus, vel municipalibus liberantur, vt idoneiores prædiis fiscalibus habeantur. ff. de iure fisci. licet regulariter denotet fictionem, vt dictum extitit.

Habere voluntatem.

¶ Trigesimoquinto habere voluntatem, in l. Pompo. ff. de procurator. in procuratore dicitur, si non habeat contrariam voluntatem: sed is proprie dicitur habere voluntatem alicuius, si eius animi sententiam obtinet.

Habere empti seruũ fugitiuũ.

¶ Trigesimosexto habere emptum seruum fugitiuum, si deprehensus fuerit, id est erit tibi emptus. l. 2. ibi, vt si eam apprehendisset, eum emptum haberet. ff. de plagiar.

Aes alienum habere.

¶ Trigesimoseptimo habeo æs alienum, id est debeo. l. ex parte, in fi. ff. famil. ercis. ibi, pater inter filios diuisit bona, & eam diuisionem testamento confirmauit, & cauit, vt æs alienum, quod vnusquisque habet siue habebit, solus sustineret, &c.

Fundus quis dicatur.

¶ Trigesimooctauo fundus dicitur ille locus, quem fundi animo habuerimus. id est quem animo constituerimus, vt fundus sit. l. locus, supra eod. Alibi dicit Iurisconsultus, quod paterfamil. duos fundos vno nomine habuit. id est tenuit, & possedit, vt ibi in fi. exponitur, in l. Gaius. §. fi. ff. de lega. 2.

Res ita se habet.

¶ Trigesimonono ita res se habet. id est in eodem statu est res, vel ita verum est. l. lex Cornelia. §. hac lege. ff. de iniur. ibi, Sabinus ait, & ita res se habet. & verba rescripti ita se habent, id est ita descripta sunt, vel continent. l. 1. in princip. de quæstio.

Haberi inter infames.

¶ Quadragesimo non habetur inter infames. id est non computatur, non est infamis. l. fi. ff. de public. iudic.

Habere rem ratam.

¶ Quadragesimoprimo habere rem ratam, est ratificare, & comprobare quod gestum est: vt in rub. ff. rem ratam haberi. per totum, iuncta l. Paulus. ibi, dominus comprobans, &c. & in l. quo enim. ibi, habere ratum, hoc est comprobare, agnoscereque quod sit actum à falso procuratore, ibidem, & l. 1. ff. de appella. recipiend. & l. 2. de procurator.

Habere la est ratio temporis.

¶ Quadragesimosecundo debet iudex habere rationem temporis, ętatis, sexus, valetudinis, cum quis promiserit decem Romę daturum. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligatio. id est respectũ & considerationem ad ętatem, & ad alia habere debet: & sępius vtuntur Iurisperiti, vt declarat Cardi. Adria. de sermone Latino in hoc verb. facit l. 2. ff. de re iudic.

Habetur ratio ordinis.

¶ Quadragesimotertio habetur ratio ordinis, & gradus. l. non omnes. in princip. ff. de re militar. l. qui commeatus. ibidem.

Habenda ratio sumptuum.

¶ Quadragesimoquarto habenda ratio sumptuum. l. ex parte. ff. famil. ercis. & l. fundus. 2. ibidem. l. Titius. in fi. de vsufruc.

Vires habere.

¶ Quadragesimoquinto stipulatio vires habebit, id est valebit. l. stipulatio ista. §. si quis. ff. de verbor. obliga.

¶ Alia videre poteritis in l. nomen filiarum. & in l. habere. infra eod. & per Dec. in d. l. qui actionem. infra titul. seq.

¶ Postremo non est omittendum hoc verbum habeo, secundę coniugationis diuersum esse ab abeo, quarte. nam illud cũ aspiratione, hoc sine scribitur. Et significationes penitus

nitus sunt diuersæ. nempe abire est discedere: habere vero supra scriptas & alias habet significationes, quas tanquam faciles prætermitto, & his contentus supersedeo.

Abire magistratu quid.

¶ Item abire magistratu, est deponere, & dimittere magistratum. l. nec magistratibus. ibi, expectandum est, quod magistratu abeat. ff. de iniur.

Abire à societate.

¶ Abire à societate, est discedere, & societati renuntiare. l. si conuenerit. ff. pro socio. vbi prius ponit verbum abeatur, & postea renuntietur.

Abire ab emptione.

¶ Abire ab emptione, est ab emptione discedere. l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. vel mutare emptionem. nempe Iurisconsul. prius dicit abiri ab emptione, postea mutari & recedere. & in rub. ff. de contrah. emptio. scribitur, & in titul. quand. liceat ab emptio. discedere, & in l. 1. & 2. ibid. dicitur, abeatur à venditione.

Lex abit in desuetudinem.

¶ Abit lex in desuetudinem, quando est aboleta per contrarium vsum, vel consuetudinem. l. 1. ff. de interrogator. actio.

Abire dominium à nobis.

¶ Abire dominium à nobis, in l. non ideo minus recte quid nostrum esse vindicamus, quod abire à nobis dominium speratur, & conditio libertatis vel legati extiterit. ff. de rei vindica. pro recedere & auferre.

Res longe abit.

¶ Longe res abit, infinitatem respicit, & est pulcher dicendi modus per Vlpia. in l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ff. de re iudica. vbi Zas. pulchre explicat.

PAVL. LIB. X. AD LEGEM PAPIAM.

LEX CXLIIII.

Massurius scribit libro Memoralium pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus misceat: quosdam eam, quæ vxoris loco, sine nuptiis in domo sit, quam Græci παλλακὴν vocant.

Pellex olim ea dicebatur.

¶ Pellex olim ea dicebatur, quæ viuebat cum aliquo, illius tamen vxor nõ erat, vt testatur Massurius: sed hodie illa vocatur, quæ coit cum aliquo, cui vxor sit. Vel quidam dicunt esse illam, quæ in domo alicuius sit sine nuptiis: quia licet misceat corpus cum aliquo, non tamen dicitur eius vxor: sed illa vero nomine dicitur amica. Et sic verum nomen mulieris, quæ coit cum aliquo, dicitur amica: licet non tam amicitiæ, quam inanis cuiusdam petulantiæ gustu id fiat. Ita mariti solent suas vxores amicas nuncupare, quia pandunt eis exteriora & interiora: quod est idoneum amicitiæ argumentum. Sed quod ad rem attinet, scholastici vana nonnunquam spe ducti huiusmodi amicas vocant, licet non sic coeant. Quæ superius dicta amica, honestiore vocabulo concubina appellatur: cum concubinatus iure veteri permissus esset, & caste quis cum vna concubina viuere diceretur, cum pluribus odio fuit. §. consideremus. in authen. de trien. & semisse, colla. 3. Et infamia notabatur. §. si vero effusa. quib. mod. natural. effic. sui, colla. 7. Qua ex causa vidi quendam repulsum à testimonio ferendo. Cum igitur amicæ nomen generalius quascunque meretrices contineret, honestius existimatum fuit concubinæ nomen, quasi tantum rem permissam continens. Quamobrem dicit tex. hic, *paulo honestiore vocabulo*. Nempe eo veteres cõcubinas permittebant, vt iuuenes eis contenti pudicas mulieres, quæ raræ sunt, non sollicitarent, nec procurarent, vt hic dicit Alcia. facit glo. in c. laici. 33. distinct. Benedic. in repet. c. Raynutius. in verb. cuidam Petro. nu. 30. & seq. de testam. & Caius lib. 2. Insti. rub. de concubi. ait: Concubina ab vxore solo delicto separatur. Eo vero tẽpore, quo quis vxorẽ habet, concubinam habere non potest. Inde hæc pellex, quæ sic habebatur, lege à Numa Rege Rom. constituta puniebatur, qua sic cauebatur: PELLEX ARAM IOVIS NE TANGITO: SI TANGET, IVNONI CRINIBVS DIMISSIS AGNVM FOEMINAM CAEDITO.

Mariti suas vxores amicas quare vocent.

Concubinatus iure veteri erat permissus.

A testimonio ferendo is repellitur, qui habet plures meretrices.

¶ Sed hodie concubinæ tam iure diuino, quam canonico, & iure ciuili nouissimo prohibitæ sunt: & eas habentes, triginta pœnis maxime afficiuntur, quas scripsi in rub. de public. concubinar. in concorda. Et clerici possunt cogi ad dimittendum eas etiam à iudice laico, tanquam iusto executore illius præcepti iuris ciuilis, quod est, Honeste viuere. §. iuris præcepta. de iustit. & iure. Et ita expresse scribit Claudia. Aquen. in lege, iustitia. cod. titul. ff.

Clerici possunt cogi per iudices laicos ad dimittendũ concubinas.

¶ Et sic ex isto tex. colligite nominis significationem tripliciter elici. Aut enim ab antiquis, quia antiqui vsi sunt: & minime mutanda censet lex, quæ semper certam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legib.

Tribus modis elicitur nominis significatio.

¶ Secundo ex veritate nominis, quando vere significat hoc, vt hic tex. exprimit, quando dicit, *nunc vero nomine amicam appellari*.

¶ Tertio vulgus significationem vocabulo præbet, ibi, *nunc vulgo vocari*. & hæc significa

tio aliis præfertur,vt probat hic Iurisconsul. qui eam vltimam tradit: veluti etiam quando refert plures opiniones,vltimam in dubio approbare videtur.l.bonafides. ff.depositi.l.qui filium.in fi.vbi scripsi.ff.ad Trebel.

¶ Nec refragatur,quod postea dicitur aliam esse quorundam sententiam.nam addendo quosdam sic tenere,quodammodo infert vulgus in contrarium ire,minusque probabilem hanc esse opinionem: licet vltimam eam ordine inferat hic Iurisconsul.

¶ Et ad propositum redeundo,declarat Alcia.meretricem dici non posse,quæ cum vno aut altero,etiam pecunia accepta se commiscet: sed quæ palam & pluribus se prostituit. At ne erubescamus sine lege loqui, pro eius fulcienda opinione allego tibi tex.in l. palam. §. item quæ cum vno. ff. de ritu nuptiar. & in c. vidua. 34. distinct. sic dicitur: meretrix est, quæ multorum libidini paret. Tamen in c.meretrices.32.q.4. dicitur meretrix,cuius turpitudo publice venalis est.facit l.mariti.§. quæstum. ff. de adulter. ibi, siue enim sæpius, siue semel acceperit. Et vocatur meretrix à merendo,quia mercede suam exercet militiam.l. palam. ff.de ritu nuptiar.

Meretrix quæ, & vnde dicatur.

¶ Non prætermittenda hoc in tex. Floridi sententia in lib. de iuris ciuilis interpretibus, qui sequutus Vallam,ait Massurium & Alciatum grauiter errasse.Siquidem quod pellicem eam ab antiquis habitam scribit Massurius,quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat,quęque nunc vero nomine amica, paulo honestiore concubina appelletur, si Latinis auctoribus credimus, est singulare erratum. Quin potius eam esse pellicem, quę cum vxorem habente corpus miscebat, non veteres solum, sed & alij omnes testantur. nam & Sextus Pompeius de veter.verbor. significa. scribens, ita inquit: Atqui eam proprie pellicem nominabant,quę vxorem habenti nubebat. Quid est his verbis clarius,aut quid magis Massurij sententiæ contrarium? hæc Florid.

Pellex quæ.

¶ Ego vero miror hic Floridum, vt reprehendendi occasionem nanciscereturr, non perspecta legis tota decisione, truncata solum eius verba ponderasse. Siquidem Paulus isthius legis conditor referendo Massurium (de quo in l.Martius. ff. loca.) scripsisse libro Memoralium apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat,quam nunc amicã,vel concubinam appellamus: eius opinionem, vt ex sequentibus patet, non tam approbat, quam improbat. Subdit enim Flaccum aliter scripsisse, eam pellicem vulgo vocari, quæ cum eo cui vxor sit, corpus miscebat: eamque videtur opinionem amplecti.Refert tamen quosdam dixisse etiam pellicem eam esse,quæ vxoris loco sine nuptiis in domo sit.Et quamuis proprie dicatur illa, quæ retinetur cum vxore: tamen potest dici etiam large illa, quæ sine vxore. Et ita conueniunt, si recte intelligantur.

Pellex ea dicitur interdum, quæ sine nuptiis in domo est.

¶ Pellex autem dicitur à pellicendo: id est alliciendo & decipiendo: quia decipit eum, cum quo habitat:vel forte à pellendo:quod foras pellat & extrudat veram vxorem. Vnde alludunt versus sequentes:

Pellex vnde dicatur.

Non bene conueniunt,nec in vna sede morantur
Maiestas & amor: aut pellex ac simul vxor,
Continuum virus, domibusve horrentia bella.

Ad quod facit, quod sentit tex. in c.præcipue.11. q.3. & Lucas in l.si cohortalis.col.3. C.de cohortal.lib.12 & Bal.in c.1.col.2. vt lite non contesta. Huiusmodi pellicibus genus humanum corrumpi videmus,& ciuitates plurimas his venenis destrui.

¶ Floridus aliam afferens etymologiam, vult pellicem dici à Græca voce παλλὰξ, id est παλλακὴς, teste Aulo Gelio lib. 4. Ego vero potius censerem dici à nomine Hebræo *pelec*, seu *palah*.Hebræi enim hoc nomine *pelec* pro pellice vtuntur. Et cum hæc sit antiquissima lingua,verisimile est Græcos ab ipsa,& Latinos trãssumpsisse,vt est apud Munster.nã *pelec*, & *palah* Hebraice vocatur. ob id Latini sumpseruut Pellex à *pelec*, Græci vero παλλακὴ à *palah*. Quamuis Bud. in annota.priorib.in Pandec.in l.2.ff. de orig. iur. dicat eam proprie pellicem,quę cum eo consueta est,qui vxorem habet: quę vero cum cœlibe consuescunt, non pellices,sed παλλακαὶ dicuntur, verbo Græco.

Pellex potest à vicinia expelli.

¶ Addit quoque Alciat. solam huiusmodi posse è vicinia expelli, ne probis mulieribus malo sit exemplo. Aduertite proceres: lex est Regni à sancto Ludouico Rege quondam Francię edita, quę lex posita est in titul. *Que les ribaudes communes soyent botees hors des bonnes villes*.in qua sequentia præsertim statuit: primum voluit meretrices extra ciuitatem pellendas:secundo si postea ad ciuitatem reuertantur,spoliandas esse decreuit: tertio voluit eos, qui his inhonestis meretricibus domos locauerint, puniendos ad amissionem domus locatę pro illo anno, habitare enim hę debent in fundo Puteolano,de quo in l. Aemilius.ff. deminor.

Ordinatio diui Ludouici de pellicibus explicatur.

Lupanaria debent esse ad pomœria ciuitatũ non rurí.

¶ Intellige debere quidem expelli à ciuitatibus: nec tamen ruri locari debent, aut in locis hominum frequentia destitutis,ne lenones,alios illuc confugientes interficiant:sed ad pomœria ciuitatum sunt transferenda,vt videmus in Montepessulano,aut aliàs intra ciuitatem in loco remoto & segregato ab honestorum virorum consortio, à plateis & bonis vicis.

vicis.quod dei voluntati conuenire probatur apud Ezechiel.16.c. Aedificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis,& fabricasti lupanar tuum in capite omnis vię, & excelsum tuum fecisti in omni platea.& subsequitur: destruent lupanar tuum,& demolientur prostibulum tuum, &c. Idem fere censent statuta Sabaud. titul. de meretricibus public.

¶ Apud tamen Corinthios supra mille meretrices in templo Veneris assidue degebant, & inflammata libidine illic quæstu meretricio operam dare non verebantur, & velut sacrorum ministræ,sic deæ famulabantur,teste Alex.lib.genial.c.vlt.videte Cælium lib.8.c.4.

¶ Secundo intelligite, dum ita segregantur ab honestiori hominum consortio, quo etiam facilius dignoscantur & secernantur ,cogendas esse huiusmodi meretrices deferre quoddam insigne, quod eas omnino secernat à castis mulieribus.l. mimę.C. de episcopal. audien. vbi Bal.apud nos gestant ligam altero humero,secundum Boer.post consuetu.Biturs.ito. & Bened. in repet. c. Raynutius. in princip. nu. 61. de testam.Sed dicebat quidam vix forte posse tot inueniri ligas: nam ex omni forte tribu essent quamplures signandæ.

Meretrices quare segregantur.
Meretrices cogendæ sunt insigne deferre.

¶ Idem in leponibus disponit c. sancimus. in authen. de leno. colla. 4. vbi Imperator mandat lenones à ciuitatibus expelli, velut pestiferos & castitatis vastatores. Quippe (vt fertur) non essent fures sine receptatoribus. l. 1. ff. de recepta. & per totum: sic non essent tot meretrices sine lenonibus, & lenis. Sed hoc artificij genere puto maxime temporibus hodiernis defungi mulieres,quæ familiarius hoc officio abutuntur,in grauem multarum animarum perniciem.Et pœna fustigationis puniuntur ex constitutio. Sabaud.vt patet in lib.3.statut.in fine.

Lenones expellũtur à ciuitatibus.

¶ Antequam vero quis dicatur leno publicus,quatuor requiruntur:primo,quod puellas inuitas sumat.d.§.sancimus.Secundo,quod illas ad necessitatem peccandi adigat. Tertio,quod mulier decrei quæstum. Quarto, quod ipsas habeant pactis & conuentionibus obligatas ad dictam vtilitatem exercendam: & tales vltimo sunt plectendi supplicio, in d. §.sancimus.& per tot.de leno.Scribit Berber. in viator. iur. in rub.de adulter.circa fin.Ademq; pœna mulieres puniendę forent,si supradicta concurrerent,aut saltẽ fustigari deberent,& perpetuo inter bestias exulare,ne reliquas mulieres honestas amplius corrumpant.

Quatuor requiruntur, antequam quis dicatur leno.

¶ Sed quæritur in mulieribus inhonestis & impudicis,quæ postquam fuerunt expulsæ, nihilominus reuertuntur ad ciuitatem eis interdictam,quid iuris?respon.eas esse spoliandas, vt constat in ordinatio. Reg. Sed videtur hanc legem neutiquam esse recipiendam. Quia dicit Thomas in 4. Senten. distinct. 33. q. 1.artic.3.at in scriptis super Dionysium.4. lectio.9. col.5.in princip. refert Chassa.in Catalo.glorię mundi,in parte vltima,considera. 77.Quod lex puniens mulieres in lupanari est abrogata:quia ecclesia sub dissimulatione permittit ea propter grauiora mala vitanda.c.duo.c.nerui testiculorum.13.distinct. c. inter opera.de sponsalibus. Præpos. Alexand.in c. priuilegia.§.officium.3.distinct.Dicit Augustinus:Hoc facit meretrix in mundo,quod sentina in naui,vel cloaca in palatio. tolle cloacam,& replebis fœtore palatium:similiter de sentina.Tolle meretrices de mundo,& replebis ipsum sodomia.in li.13.de ciuita.dei. Et refert beatus Thomas in 4. Sententiarũ, de regimi.princip.distinct.14.& Ioan.Lupus in repet.c.per vestras.§.40.fol.23.de donatio. inter vir.& vxor. Solutio breuis est, quod hæc ordinatio non punit mulieres in prostibulo,sed tum demum cum degunt in ciuitate post expulsionem, contra præcedentem prohibitionem,ob vtilitatem publicam introductam. videte Panor. in c. quia. de vita & honesta. clericor.

Meretrices si tollas, replebis mundum sodomia.

¶ Item quod possint spoliari,probatur Ezechiel. 16.Et denudabunt te vestimentis tuis, vt auferant vasa decoris tui,& derelinquant te nudam,plenamque ignominia,& adducent super te multitudinem,&c. Ecce quomodo hæc ordinatio ex illo tex.elicita fuit,quam vi diseruari in Montepessulano. Non enim debet seruari honor illi, qui se in tantũ scelus deduxit.l.senatoris.ff.de ritu nuptiar. Et per hoc concludit Hippol.in l.vna.nu.34.C.de raptor. quod potest impune furtum committi in bonis meretricis.nam argumento ducto à maiori ad minus, si persona potest rapi,per d.l.vnam.quæ est dignior rebus.l.iustissime.ff. de ædilit.edic.ergo & bona surripi. Item quia iura loquentia in violentia,procedunt in furto.Iaſ.in l.si quando. C.vnde vi. Ego tamen contrarium arbitror. Quia furari generaliter prohibitum est,quæcunque bona sint,& cuiuscunque.in decalogo,Non furtum facies.ergo nec bona meretricis. Non igitur obstat,quod persona rapi possit:nempe quia in persona deliquit, coniiciendo se ad tam vile,& improbatũ mercimoniũ,quo sine fine peccare solet:nil mirum si quoq; in persona puniatur,& in eodem vsu,quo sibi talem viuendi modum delegit. Nec refragatur, quod iura loquentia de vi,procedunt in furto.hoc enim verum est quoad probationem,& in odium furis,non in odium domini.Pro qua opinione tibi sufficiat tex.in l.verum.arguendo à contrario,ff.de furt.

In bonis meretricis furtum impune committitur secundum quosdam: secus secundũ auctorem.

¶ Adhæc licet spolietur,non tamen committitur furtum:quandoquidem id fit iuris auctoritate. Vnde interrogatus in Montepessulano,an ipse restitui debeat,cum spoliatus ante omnia

Spoliatus iuris auctoritate, nõ restituitur.

omnia veniat restituendus, c. ex quæstione. de resti. spoliator. cum similibus. respondi non debere. nam cum quis est spoliatus auctoritate iudicis, legis vel ordinationis, non restituitur. gl. singular. in c. præsentium. 7. q. 1. & in c. nomine. verb. in audientia. 23. distin. & in summa 3. q. 1. Sequitur Feli. in c. dilectus. in 3. col. 1. & seq. de rescrip. c. si quando. col. 1. de offic. de lega. Iaſ. in l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. hereditа.

Meretricis vestes cuius sint.

¶ Sed cuius erunt hæ vestes, quibus spoliantur? videtur, quod spolientur in pœnam contemptus præcepti. Contrarium verius crederem. nam hæc spoliatio fit in pœnam infamiæ, vt superius dictum fuit apud Ezechielem c. 16. sub his verbis: vt auferant vasa decoris tui, &c. Quod si priuaretur suis vestibus, afficeretur duplici pœna. quod ius prohibet in c. at si clerici. §. fi. extra. de iudic. nec quidem vsque ad induſium spolianda est, sed tantum veste superiore, vt tex. dicit *iusques à la cotte, ou pelliſſon*, &c. Sicque ducetur spoliata per ciuitatem: tum demum vestis ei restituetur, interdum tamen apparitores vestes retinent: quod vere furtum appellarem.

Meretrices non omnes infames

¶ Intellige quoque: meretrices, licet turpes sint, non tamen omnes sunt infames. glo. in l. Pantonius. ff. si quis à parente manum. fuer. Sed tantum hę, quę publice sese prostituunt, secundum Alexand. consil. 11. in 1. vol. nec dominus lupanaris est infamis. glos. in cap. tolerabilius. 32. q. 5. Re tamen ipsa, & opinione hominum infamię notam istos haud effugere posse arbitror, per l. 2. ff. de obseq.

Iudex cogit meretricem è vicinia migrare.

¶ Sed nec spoliatio prefata obseruatur in hac patria consuetudinaria, quemadmodum nec expelluntur hodie meretrices à ciuitatibus, quibus in grauem hominum perniciem singulæ refertæ sunt ciuitates. Veruntamen si iudici constet visis informationibus mulierem impudice viuere, compellet eam è vicinia migrare. nec enim sufficeret querela vicinię sine informationibus, etiam si fuerit ex alio loco honesto expulsa: siquidem viuendi modum corrigere potuit, vt supra dixi. Et ita fuit pronuntiatum in senatu anno 1534. vltima die Iulij. Scripsi in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. in tract. de senten. prouiſio. in præſa. nu. 133. in 34. casu, in quo facienda est prouisio.

Meretrix quando emendata censeatur.

¶ Limitatur quando desiisset artem meretriciam exercere, & pœnitentia ducta cœpisset honeste viuere: tunc enim nec spoliari, nec vllo pacto eici posset, veluti probant Iaſ. & Bald. in l. arenam. C. de inofficios. testam. vbi mater à meretricio emendata potest meretricem filiam exheredare: quod alias ei non esset permissum. quippe attendenda est vltima consuetudo. l. Mela. §. penul. ff. de aliment. & cibar. lega. Peracta enim pœnitentia priſtinum recuperauit ſtatum, ac si nunquam deliquisset. l. Imperialis. in princip. C. de nupt. & ibi Bar. & Bal. Hippol. in d. l. vna. no. 2. c. fidelior. 50. distinct. Emendata vero præsumitur, cum tribus nouissimis annis continuis honeste vixit. tex. nota. in d. §. si vero is quidem. in authen. de monach. colla. 1. Roma. singul. 724. Corset. in singul. incipien. præsumptio. Alexand. in l. 1. col. 1. & ibi in additio. de edendo. & in l. 1. §. fi. ff. qui satisdar. cogan. & l. si prius. nu. 43. de noui oper. nuntia. Barb. consil. 40. in 3. vol. Bonus. de Curtili in tract. nobilita. in 3. parte, nu. 92. vbi nec tantum tempus requireretur.

Meretrix coniugata non expellitur.

¶ Adhæc limitatur in meretricibus coniugatis residentibus cum maritis: istæ quippe non sunt expellendæ à maritis. glo. in l. vna, in princip. C. de raptor. virgi. & ibi Hippol. post alios. quia præcipue maritorum interest. Quod si maritus esset vilis, & leno vxoris suæ, tunc cum vxore maritus expelleretur: & ita vidi seruari.

Maritus leno suæ vxoris expelli debet à ciuitate.

Lupanaria primo inſtituta fuere in Cypro inſula.

¶ Si quid autem de lupanari, origine & arte meretricia scire vis: primũ in Cypro insula hæc instituisse Venerem fabulantur auctores, teste Lactantio lib. 1. ex qua apud Cyprios (si Iustino credatur) mos inoleuit, vt virgines ante nuptias statutas dotalem pecuniam quæsituras in quæstum ad littus maris mitterent, pro reliquo pudicitiæ libamenta Veneri soluturas, &c.

Babyloniȷ filias adigebant ad quæſtum faciẽdum.

¶ Apud Babylonios quoq; fuit consuetudo, vt cum rem domesticam consumpsissent, vnusquisque plebeius ob victus inopiam filias suas adigeret ad quæstum corpore faciendum. auctor est Herodot. vol. 1. licet improbatum iure sit. in l. palam. §. non est ignoscendum. ff. de ritu nuptiar. c. si quis propter necessitatem. & ibi glos. ff. de furt. no. Polydo. in lib. 3. de inuentor. rerum, c. 17. At sanctius hic beatus Ludouic. instituit secundum ius diuinum. Dauid psalmo 5. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. Voluit ergo, ne hæ pessimæ mulieres, & iniustæ intra ciuitates degant

Personæ inhoneſtæ nõ debẽt esse in loco honesto.

ante oculos nostros: ne suo exemplo virgines, aliasve probas mulieres seducant. l. si qua. C. de spectacul. lib. 11. & ibi patruus meus Iacob. Rebuff. vbi sic dicit: In loco honesto inhonestas non decet esse personas. l. 2. C. de sacrosanct. eccles. & ibidem notat legem illam pro consuetudine, quæ seruatur in villis & ciuitatibus, quò tam viri quam mulieres turpiter viuentes ab honestis vicis pellantur, & seorsum habitare cogantur, etiam à propriis domibus. l. non aliter. ff. de vsu & habita. do. Chassan. in consuetud. Burgund. in rub. *des droicts*. §. 5. nu. 57. & seq. Romani quoque Veneris Hericinæ templum extra vrbem positum habebant, ne libido intra vrbem inualesceret, teste Alexand. lib. genial. 2. c. 4. Quamuis sæpe in multorum

rum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceantur. l. ancillarum. in fi. ff. de petit. hereditа. Sed non publica, verum secreta sunt: ideo tolerantur secundum Bonifac. in c. 1. nu. 36. de vita & honesta. clerico. Aut potius ea sunt intelligenda, quod interdum honestorum domus locantur, & conductores ibidem exercent lupanaria: & ita quadrat tex. dicenti, pensiones ex locationibus prædiorum, &c. non quod honesti viri lupanaria per se exerceant: alias esset contrarium in obiecto. Videte in consuetud. Neapol. titul. de prohibita habitatio. meretricis inter bonas mulieres. c. causam. col. 2. de probatio.

Meretrix vocatur ſcortum.

¶ Scortum pellis est testium aretum. Et meretrix scortum vocatur: quod vt hæ pelliculæ, subigatur. de his meretricibus & scortis loquitur l. si quis cum sciret. ff. pro empto. & l. verum. ff. de furt. Hinc scortator, meretricum sectator, vel amator. Et scortari, est meretricari. Et Diogenes solitus erat dicere scorta esse Regum Reginas: quod ab his quicquid collibuisset, peterent, & impetrarent, vt refert Plutarch. in Apophthegma.

De ſcortis Diogenis ſententia

¶ Tertium igitur est in præfata ordinatione, quod prohibentur domini domorum ipsas locare meretricibus publicis: alias amittunt pensionem domus nomine pœnæ vnius anni. ibi, *Et ſi aucun leur louoit maiſon, que le locateur fut tenu de payer à la iuſtice du lieu pour ce en nom d'amende, nutant que le louage de la maiſon monteroit par vn an.*

Lenonem patiens in ſua domo qua pœna puniatur.

¶ Ita si quis patiatur in sua domo quendam lenonem huiusmodi propositum operationis habere, & hæc denuntiata cognoscens, non ex domo sua expulerit: sciat etiam decem librarum auri sustinere pœnam, & circà ipsius periclitaturum habitationem. §. si quis autem. in authen. de leno. colla. 3. Idem in statutis Sabaudiæ, in fi. lib. 3.

¶ Intellige supradicta, quando locaret publicis meretricibus. Sed quæro, quæ dicatur communis meretrix? tex. in c. vidua. 34. distinct. ita declarat: meretrix est, quæ multorum libidini paret. dicit ibi glo. quia admisit plures, quam 23. milia hominum allegat c. disciplina. 45. distinct. vel quæ admisit 40. milia. c. latores. de cleric. excommunica. Sed omissis tanquam ridendis huiusmodi computationibus, censerem eam esse communem meretricem, cuius turpitudo publice venalis est. c. meretrices. 32 q. 4. Communis enim dicitur, quasi omnibus consentiens, & quasi cum munere, à con & munus: & sic quę palam quęstum exercet. l. palam. ff. de ritu nuptiar. Sicque non comprehenduntur hic concubinę scholarium, vel canonicorum, seu sacerdotum: cum non omnium sint communes, sed duorum tantum, *qui va, & qui veut.*

Cõcubinæ ſcholaſticorum & ſacerdotum nõ comprehenduntur ordinatione diui Ludouici.

¶ Postremo in tex. quid dicatur antiquum, vel nouum, arbitrio iudicis relinquitur, vt scripsi in l. sylua. §. noualis. supra eod. Antiquos tamen & senes & veteres differre ait Valla lib. 4. c. 5. quæ forsan apud grammaticos & rhetores seruari possunt: nos vero his promiscue vtimur. l. veteres. ff. de actio. emp.

¶ *Cum aliquo tamen viuebat.* Colligere quoque possumus ex hoc loco, quod viuere cum aliquo dicitur non solum, quando cum eo moratur, sed etiam si cum eo edat & bibat. verbum nanque viuere hæc comprehendit. l. quos nos. §. fi. infra eod. scripsi in l. verbo victus. supra eod. Ita matremfamil. accipere debemus eam, quæ non inhoneste in domo vixit. l. pronuntiatum. §. 1. supra eod. quod facit ad ea, quæ scribit tex. & ibidem doct. nu. 1. C. de lega. Ex quibus elucidatam puto nostram legem, necnon præfatam ordinationem sancti Ludouici de meretricibus expellendis. ibi reliqua forte scribam.

VLPIANVS LIBRO DECIMO.

LEX CXLV.

Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum est.

¶ Virilis appellatio significat interdum totum, vt in exemplo glo. Si duo sint instituti heredes in viriles partes, quorũ vnus decesserat, vel post decesit ante aditam hereditatem, totum superstes habebit. argu. l. 2. C. de heredib. instit. Sequitur gl & Alcia. mihi tamen non placet. nam vno non succedente, alter per ius accrescendi totum habet, vt diximus in l. triplici. supra eod. non ex vi illius verbi virilis, sed quia institutus in parte alio non succedente totum habet, quemadmodum etiam is qui in fundo institutus est. l. 1. ff. de heredib. instit. Quapropter si fingamus testatorem sic dixisse, Virilem partem bonorum meorum do Titio, non adiecto alio herede, vel donatario, dicerem eum totum habere: quia virilis appellatio totam interdum hereditatem continet pro subiecta materia, scripsi in l. sæpe. supra eo.

Alciati ſententia ſuper verbo virilis.

¶ Sed eam virilis appellationem impropriam esse vult Alcia. per verbum *contineri* in hoc tex. positum, & verbum *interdum*. quod etiam probat ex l. pater. §. filiam. ff. de lega. 3. vbi testator vult ædificium pertinere ad vernas: si dempto vno omnes sunt mortui, virilem partem ad superstitem pertinere asserit Iurisconsul. id est æqualem secundum eum, & non totum, quia hoc esset impropriе.

Auctoris opinio ſuper verbo virilis.

¶ Ego vero arbitror etiam proprie totum contineri: tum quod Iurisconsult. hoc dicat, nec

nec inferat verbum fictum *videtur*,& declarationi Iurisconsulti standum sit: tum quia verbum *contineri* hic positum proprietatem denotat,vt scripsi in l.1.& l.pecuniæ. 1. supra eod. per l.seq.& l. hominis. infra eod. Nec verbum *interdum* fictionem denotat, vt voluit Alcia. sed regulam in contrarium existere, videlicet quod regulariter sumatur dictio *virilis* pro parte: & sic non obstat quin aliquando totum contineat, etiam proprie, quamuis non ita frequenter.l.interdū.vbi dixi.supra eo. Veluti cum dicitur, Verbū quis denotat masculum, interdum tamen continet fœminam, hoc etiam erit proprie. l. 1. supr. eo.probat l.verbum erit. supra eod.

Interdum quid denotet.

Alciati intellectus ad §. filiā. reprehenditur per auctorem, & verus datur.

¶ Non refragatur,quod Alcia.intelligit in d.§.filiam.virilem partem proprie pro æquali.nam ex ordine contextus apparet prius heredem decessisse, quam legatarios: ob id statim ab eius morte,ipso iure virilis portio trāslata fuit.vnde quamuis alij decesserint,superstiti sola sua pars remanet:quoniam ceteri collegatarij legatum suum ad heredem transmittunt.non enim ipsi quicquam restituere grauati fuerant, sed filia. & licet prohibitio ne de nomine suo exiret,vim aliquam fideicommissi habere videatur,quia tamen nominauerat quibus legatum restitui vellet,satis est ipsis semel acquisitum fuisse.hæc ille.

¶ Ego veriorem esse putarem communem intellectum ad illum §. filiam. vt de toto intelligatur:tum quod testator ad vernas voluerit venire,& si non sit nisi vnus,nihilominus totum ad eum veniet.l.cum pater.§.libertis.ff. de lega, 2. Tum etiam quod de nomine suo exire noluit. Ergo vernæ transmittere non poterunt ad alios, qui non erant de nomine: quia testator non nominauit,noluit venire.Sed Iurisc.ideo dicit in fi.virilem partē, ne bis repeteret verbum Totum,& quia virilis appellatio totum etiam pro materia denotat.

¶ Ampliate virilis appellationem totum continere,siue separatim proferatur,vt virilem habeat,siue virilem partem,vt in d.§.filiam.

Virilis denotat frequentius æqualem partē. Virilis in legatis quid denotet.

¶ Frequentius tamen & regulariter æqualem partem significat.Pone duos esse,qui contra tabulas bonorum possessionem accipiunt contra tertium bona possidentem,& vnum esse ex liberis parentibusque:virilis tertia erit portio.sed si tres sunt,qui contra tabulas bonorum possessionem acceperint contra quartū:quarta erit virilis. Hoc idem & in legatis obseruabitur.l.virilis.ff. de leg.præstand. Ibi ergo accipitur pro parte æquali.Et idem regulariter tam in statutis,quam legibus.l.quoties.ff.ad Trebell.l.2.de fund.instruc.l.cum pater. §.hereditatē.de lega.2.l.statuliber.de statulib.ibi, viriles partes eis dandas. & l.qui pecuniā. & l.illud.si pars hereditæ.peta.l.aufertur.in fi.de iure fisci.l.reos.in fi.ibi, in partes viriles.de duob.reis.l.proinde.de stipula.seruor.ibi,nō pro virilibus acquirere.l.si plures.in princ.ibi, in virilem partem conueniatur.de fideiuss l.inter eos.ibi,solidum aut partes viriles.ibidem. l.Paulus.2.de solutio.l.vnum ex familia.§. si duos. de lega.2.

Virilis sexus. Dignitas maior in sexu virili.

¶ Item virilis sexus dicitur masculinus. l. 2. §. agnati autem sunt cognati virilis sexus ab eodem orti.ff.de suis & legitim.heredib.l.cognoscere.§.liberorum.sup.eo.l.1.de lega. præstand.l.idem est.de liberal.cauſ. Et maior est dignitas in sexu virili.l. 1. ff. de senator. Virilis animus.in l.fi.qui petant tutor. Virilis vigor.l.1.in fi.ff.de minor.ibi,nam post hoc tempus compleri virilem vigorem constat. Virilia vestimenta. in l.sed si vir.§.1. ff.de donatio.inter vir.& vxor.& l.vestis.de auro & argen.lega.

Virilis & virile pro eo, quod ad virum pertinet.

¶ Adhæc virilis & virile,quod pertinet ad virum. Vnde opera argentarij virilis est,id est ad virum pertinet.l.penul. ff. de edendo. Et tutelam administrare virile munus est,& vltra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est.l.1.C.quand.mulier tutel.offic. fungi possit. Et plerunque tutela est virile officium.l.tutela.ff.de tutelis.Et virilibus fungi officiis mulieres non debent.l.1.§.sexum.ff.de postuland Et virilia vestimenta, quæ ipsius patrisfamilias causa parata sunt.l.vestis.§.virilia.ff.de auro & arg.leg.Et vestis virilis,in l.vestis.sup.eo.

Mulieres virilibus officiis fungi non debent.

¶ Item viriliter exequi mandat Papa,id est fortiter & potenter, vt in c. officium.§.denique.de hæretic. in 6. Vnde Cicero in offic. ait: Quod viriliter animoque magno fit,id dignum viro & decorum videtur.

Viriliter exequi.

¶ Item virilia sunt verenda,& pudenda, quæ virū demonstrant.l.sed est quæsitum.in fi. ff.de liber.& posth.ibi,hermaphroditus maxime si in eo virilia præualebunt, posthumum heredem instituere poterit.quæ non debet quis abscindere sine causa.c.3.c.significauit.& c. ex parte M.de corpor.vitia.alioqui punitur,vt ibi,& scripsi in l.spadonum.supra eod.

Virilia quid.

¶ Item pro virili facere,est pro viribus & toto conatu: vtaduocatus pro virili clientem suum defendere debet,id est quantum potest,citra tamen animæ iacturam.l.quisquis.C.de postul.faciunt quæ scripsi in l.potest reliquorum.supra eod.

Facere pro virili.

Aduocatus pro virili debet clientem suum defendere.

TERENTIVS CLEMENS LIBRO SECVNDO.

LEX CXLVI.

Soceri & socrus appellatione auum quoque, & auiam vxoris, vel mariti contineri respondi.

¶ Socer

¶ Soceri & socrus appellatione continetur auus & auia mariti,vel vxoris. Interdum tamen distinguuntur ista nomina,quando Iurisconsultus ea diuidit, vt in l.non facile. §. ad fines.ff. de gradib. ibi, & quidem pater viri vxorisque socer, mater autem eorum socrus appellatur. Cum apud Græcos proprie viri pater ἑκυρὸς, mater ἑκυρὰ: & vxoris pater πενθερὸς, mater vero πενθερὰ vocetur.filij autem vxor nurus,filiæ vero vir gener appellatur.

¶ Socer ergo dicitur vxoris meæ pater, ego illius sum gener:socer vero magnus dicitur vxoris meæ auus,& ego sum illius progener:& retro pater meus vxoris meæ socer est,hæc illi nurus est:& auus meus,socer magnus est illi, illa pronurus.

Socer est pater vxoris meæ.

¶ Ita prosocrus mihi vxoris meæ auia est, ego illius sum progener: & retro mater mea vxoris meæ socrus est,illa huic nurus: & auia mea socrus magna est, & vxor mea illi pronurus est,&c.l. lex Cornelia. ff. de iniur. Et sic vbi in lege vel statuto socer magnus distinguitur à socero vel socru,appellatione soceri non venit auus vel auia vxoris mariti.per d. §.affines. Sic nec in ordinationibus,cum ex communi vsu loquendi soleamus addere magnum,*mon grand pere,ou ma grand' mere*:nisi subiecta materia conueniret etiam magno socero,vt quia eadem esset ratio in eo:siquidem tunc veniret etiam socer magnus,& socrus magna.l.cui.§.item Pompo.ff.de postuland.vbi sic scribit Vlp.item Pomp.appellatione nurus & generi,soceri & socrus,& vlteriores quibus pro præpositio solet accedere,contineri ait.

Prosocrus quæ.

Auus & auia appellatione soceri non venit, vbi socer distinguitur à socero.

¶ Ex quo infertur,quod lex prohibens matrimonium inter socrum & generum,extenditur ad auiam.tex.in l.adoptiuus.§.nunc videamus.ff.de ritu nuptiar.Et is qui potest postulare pro socero,& pro socru poterit,& pro auo & auia vxoris mariti.l.1.§.fi.ff.de postuland.& per hunc tex.

Matrimonium prohibitum inter socrum & generum extenditur ad auiā.

¶ Alias vtilitates descripsi in l.nurus.supra eo. Et an patrui appellatione veniat patruus magnus?& venire putant doct.non in odiosis,sed in fauorabilibus,dum sit eadem ratio in vtroque,& materia conueniat.l.1.C.de successor.edic.& Bal. consil. 411. considerato. in 2. vol.& consil.12.casus talis.in 3.vol.& consil.258.appellatione.in eodem vol.Roma.consil. 411.quatuor.in fi.Angel.in §.placebat,Insti.de legit.agnator.successs.

Patrui appellatione venit patruus magnus.

¶ Quod facit ad intellectum constitutionis Regiæ permittentis cedere fratrum nostrorum filiis, quos vulgo nepotes Gallice *neueus* vocant,vt idem quoque liceat in nepotibus fratrum.Et ita fuit prolatum arestum in hoc senatu anno 1535.die 16.Nouembris, vt plene scripsi in scholasticor.priuileg.177.vbi de cessione facienda scholasticis videre licet, & fusius in 2.tomo commentar.in consti.Reg.Gallic.tract.de cessio.artic. 2.

Arestum.

LEX CXLVII.

Qui in continentibus,&c.

¶ Hanc legem,quia fuit elucidata immediate post l.ædificia.supra eod.hic non declaro.

CAIVS LIB. VIII. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXLVIII.

Non est sine liberis, cui vel vnus filius,vnave filia est.hæc enim enuntiatio, HABET LIBEROS, semper pro plurali numero profertur,sicut & PVPILLARES & CODICILLI.

IDEM LIB. X. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CXLIX.

Nam quem sine liberis esse,dicere non possumus,hunc necesse est, vt dicamus liberos habere.

¶ Hæ leges ita propter materiæ connexitatem simul sumptę habent quatuor particulas. In prima ponit dictum, quod quis non dicitur esse sine liberis, qui vnum tantum habet filium,vel filiam.In secunda ibi,*hæc enim.* probat, quia hæc enuntiatio siue pronuntiatio, *habet liberos*, semper in plurali numero profertur:comprehendit tamen singularem numerum,& sic vnum tantum filium.In tertia ibi,*sicut & pupillares.*probat à simili,quod sicut tabulæ pupillares & codicilli in plurali proferuntur,& in vno locum habent,sic & dictio liberorum.Quarta ibi,*nam quem*,probat per rationem:nempe is necesse est vt dicatur habere liberos,qui sine liberis non est. Et istud operatur ratio naturalis, non stricta verborum significatio.Bal.in l.1.col.2.C.de heredib.instit.Alexand.consil.109.super prima.nu.12.vol.7. & sic habet communis vsus loquendi,teste Corneo consil.91.visa facti.col.2.in 1. vol. Sicque hoc duplici firmatur argumento, scilicet quod dictio liberorum in plurali semper proferatur:tum quod qui habet filium,non dicatur decedere sine liberis.

¶ Ampliate primum idem esse,si quis dicat,sine filiis:vt deficiat conditio per vnius existentiam,ex rationibus prædictis.sic consuluit Panor.consil.58.quidam Nicolaus.in 2.vol. & consil.55.visis.in 3.vol.quia non est sine filiis:nempe dictio sine excludit, & vim negati-

Sine filiis non est, qui vnum habet.

uæ habet,quæ totum negat,l.1.in fi.de pignoratit.actio.Alber.in authen.hocius.C.de procurator.l.si sic stipulatus.ff.de verbor.obligatio.scripsi in l.malum.§.viduam.inf.eod. Et quamuis dictio filius proferatur in singulari,& sic prima cesset ratio: tamen non cessat secunda,ideoque habebit locum decisio,per §.affinitatis.Insti.de nupt.Feli. in c. omnes leges.col.3.distinct.1.

Statuto prohibente fœminas succedere stãtibus liberis masculis, si vnus sit, succedet.

¶ Secundo si statutum vel consuetudo velit, quod stantibus liberis masculis fœminæ non succedant,licet vnus tantum sit masculus,succedet.Bal.in l.1.C.de cõditio.insert.cum eadem sit ratio in vno,quæ in pluribus,teste Dec.consil. 484. æquitate. plene Albert. Brunus in tract. de statu.excluden.fœmi.artic.12.q.13.

Tholosana consuetudo.

¶ Tertio ampliate etiam ad consuetudinem Tholosanam, qua cauetur, quod maritus lucretur dotẽ vxore decedente sine liberis,filiis vel natis: nempe vnum sufficit habere, vt excludatur maritus à successione. Quia naturalis ratio attenditur potius quam pluralis locutio,& quia non est sine liberis qui vnum habet,vt hic.Feli.scribit in c.omnes leges.col. 3.distinct.1.& cum dicitur,sine natis,tex. est in l.natorum.supra eod.

Naturalis ratio attenditur, non pluralis locutio.

¶ Quarto etiam si quis prægnantem vxorem reliquerit, non videtur sine liberis decessisse,quamuis ea tantum vnum gestaret in vtero.l.si quis prægnantem.infra titul.proximo. Feli.in c.sicut.in fi.de homicid. nam qui in vtero sunt, pro natis habentur. l. qui in vtero. ff.de statu homi.

Relinquẽs vxorem prægnantem non dicitur sine liberis.

¶ Quinto idem si dictum fuerit,si sine infantibus,vt vulgus Gallic.exprimit,*sans enfans masles*;vt tunc quoque vnus sufficiat:quia infantes dicitur habere,qui sine illis non est, vt in ista lege.nec in his diuersitatis ratio potest assignari:quamobrem idem ius erit.l.illud.ff. ad legem Aquil.

Sine infantibus.

¶ Sexto idem si dicat,sine propinquis,vel agnatis,seu cognatis:nam vbique vnus sufficiet,per istum tex.& Bal.in l.1.C.de conditio. insert.

Sine propinquis, vel agnatis, seu cognatis.

¶ Septimo idem eadem ratione,si sine descendentibus,*sans descendans de son corps*:sufficit enim quod vnum habeat.l.2.§.homines.& §.quod ait prætor.ff.vi bonor. raptor.

Sine descendentibus.

¶ Octauo cum dicitur,sine posthumis,vnum relinquere sufficit.Alexand.consil.109.super prima.col.1.in 7.vol.per l.ait prætor.§.homines.ff.vi bonor.raptor.l.3.§.negotia.de negot.gest.per istum tex.

Sine posthumis.

¶ Intellige,siue masculum,siue fœminam habeat:vt etiam qui filiam habet,non dicatur sine liberis decedere,per istum tex.& l.quisquis.infra eod.l.si quis.de testam. tutel. nisi expressum esset de masculo, vt supra dixi.Sufficeret quoque filia ex filio.l. 1. C. de conditio. insert.Alexand.consil.178.in 5.vol.& consi.38.perspectis his:col.1.in 6.vol.per tex.in l.si ita scriptum.ff.de lega.2.& Roma.consil.148.visis.in fi.nam masculinum dicitur comprehendere fœmininum,vt dixi in l.1.supra eod.sic etiam consuluit Soci.consil. 55. visis consiliis. in 3.vol.Corne.consil.91.visa facti.col.1.in 1. vol.

¶ Ex quibus notabis decisiones sequentes. primo si quis causa matrimonij donauerit filio vel filiæ,& voluerit bona redire ad fratres,si liberos non habuerint,sufficiet quod vnũ habuerit,per istum tex.licet fuerit mortuus.l.cum vxori.quand.dies lega.cedit.Et notandæ sunt verborum diuersitates:quia si testator dixerit, Si liberos habuerit:tunc sufficit habuisse,licet non viuant:nisi de contraria mente constaret.Et sic intelligitur d. l.cum vxori. Nempe in conditionibus respicimus initium.Bal.in l.precibus.3. oppositio. C. de impub. & aliis substi.Aut dicit,si moriatur sine liberis:& tunc requiritur,quod tempore mortis habeat filium vel nepotem.l.1.C.de conditio.insert.Paul. & alij in l.ex facto. §. si quis autem. ff.ad Trebellia.c.Raynutius.& c.Raynaldus.vbi glo.& doct. de testam.

Donans filio vel filiæ, & ordinans si sine liberis decedant, vt ad fratres donata redeãt, sufficit vnum habere.

In conditionibus initium respicitur.

¶ Item in substitutione facta,Si sine liberis decesserit:intelligetur etiam si vnum tantum habeat filium,vt hic,& l.iubemus.§.finautem.C.ad Trebellia.l.pater Seuerinam.§.1. Sufficit quoque naturalis filius.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad Trebell.

Substituta in facta,si sine liberis deced..t,quomodo intelligatur.

¶ Etiam si dixisset,sine liberis ex suo corpore natis:nepotes continentur,vel vnus:quia mediate nati ex corpore,dicuntur nepotes.Bal. in consil. 13. punctus talis.in 3. vol. & quia liberorum appellatione veniunt etiam nepotes.l.liberorum.infra eo. sic consuluit Roma. consil.148.visis.

¶ Ampliate etiam si is filius professus esset fratrum minorum religionem, aut alterius ordinis:nam licet mundo fictitie quodammodo mortuus dicatur,vere tamen & naturaliter viuit,bibit,& comedit.glo.in authen.idem.C.de bonis quæ liber.ac testificari potest.c. nuper.de testib. & quia dispositio erat facta ad commodum contrahentis religiosi, nimirum si contrahens dicatur decedere cum filio religioso. Quandoquidem licet religiosus non possit succedere,tamen alij consanguinei succedẽt, teste Petro de Anchara.consi.396. in vnum casum.post glo.& doct.in l.filiusfamil.§.cum quis.ff.de lega.1.

Professus religionem est in numero filiorum.

Religiosi non succedunt.

¶ Quamuis contrarium videatur tenere Bar. in l.filiusfamilias.§.cum quis. de lega. 1. & Bal.in l.cum acutissimi.C.de fideicommiss.plene Alexand. consil.13.circa.1.q.in 3.vol.Prima tamen seruatur, dum materia subiecta nõ repugnet: quia licet ipse frater minorita non succedat,consanguinei tamen proximiores succedent,nisi substitutus esset proximior testanti:

stanti:tunc enim religiosus non excludet substitutum,ex verisimili coniectura testantis. l. cum auus.ff.de conditio.& demonstra.vbi Soci.& alij.

¶ Item hæc verba,Si sine liberis decesserit:intelliguntur etiam si liberi non fuerint heredes.l.filiusfamil.§.cum quis.ff.de lega.1.Nec tamen per istam clausulam,Si sine liberis decesserit:censentur instituti liberi,sed tacite succedent ab intestato,vt docet glo.no.in l.Lucius. in magna.ff.de heredib.insti.vbi multa addidi.

Sine liberis nõ est quis,quamuis liberi non sint heredes.

¶ Adhæc filius vel filia facit deficere fideicommissum,etiam si postea moriatur.l. filiusfamil.§.cum quis.de lega.1.l.ex facto.§.si quis autem.ad Trebell.& l.fi.quand.dies lega. cedit.l.1.C.de conditio.insert.Adde etiam si sine liberis decesserit talis filius.Siquidem penitus extincta fuit huiusmodi substitutio per superuenientiam liberorum,vt docet Oldrad. consi.21.thema tale.& Dec.consi.287.in ciuitate.col.2.consi.291.visis.col.3.vt superius dixi.

Filius vel filia facit deficere fideicommissum.

¶ Imo etiam si quis haberet filium ad mortem condemnatum,sed qui appellauerat,interimque pater decesit, non dicetur pater absque liberis decedere: & ita vidi iudicari: licet post mortem patris statim moreretur: quia sufficit tempore mortis fuisse viuum. glos. & doct.in d.l.filiusfamil.§.cum quis.& l.quia latronibus. in fi. ff. de testam. Nempe qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi. l.in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. actio.Dec.consil. 187.in ciuitate. col. 2. Et ista poteritis trahere ad alios effectus.

Pater habens filium ad mortem condemnatum non est sine liberis.

¶ Non est etiam prætermittẽdum,quod si pater substituat filio, intelligitur si ipse filius decedat sine liberis:magis enim censetur dilexisse filios filij, quam alios. l.cum auus. ff. de conditio.& demonstra.l.generaliter.C.de instit.& l.cum acutissimi.de fideicommiss.

¶ Notandum est igitur,quod plurale resoluitur in singulare,quando eadem est ratio in singulari,sicut in plurali.l.falsa.§.fi.ff.de con ditio.& demonstra.Vnde si statutum disponat, quod superstitibus filiis masculis non succedat vxor, per vnicum masculũ excludetur soror:quia magis attendi debet naturalis ratio,quam pluralis oratio.Bal.in l.1.col.2.C.de conditio.insert.Alexand.consil.109.super prima.col.4. vol. 7. Et hoc quando eadem est ratio: secus si diuersa.Vnde si statuto cautum sit,puniendum graui pœna eum,qui cum homini bus armatis accesserit ad domum alterius: si cum vno tantum homine armato accesserit, non punietur eadem pœna.Grauior enim est injuria,quæ à pluribus fit.Bal.in l.iubemus. §.finautem.C.ad Trebellia.Soci.consil.43.visa prouisione.col.2.in 1.vol.

Plurale resoluitur in singulare.

¶ Secundo etiam resoluitur,quando resultaret absurdum in numero plurali.c. accepta. de appella.c.vt priuilegia.de priuileg.§.aut si libellario. & ibi Bal. quib.mod. feud. amitta.

Plurale in singulare resoluitur, si absurdũ resultet.

¶ Tertio quando veniret contra mentem statuti vel legis, si remaneret in plurali, tunc quoque sequendo mentem resolueretur plurale in singulare.tex. egregius in l.pater Seuerinam.§.1.ibi,ex voluntate vel vno filio relicto superstite.ff.de conditio.& demonstra.Bal. & Salice.in l.quamuis.C.de impub.glo.in l.hoc articulo.ff.de heredib.insti.Soci.d.consil. 43.col.pen.& consil.73.circa.col.4.vol.1.Lancelo.Pol.in tract.substitutionum, de vulgar. col.8. Et vt omnia comprehendatis,videte regul.pluralis. de reg.iur. in 6. & ibi no.per iurium interpretes,& Ias.in l.qui filiabus.§.1.ff.de lega.1.& consi.145.in fi. vol. 2.

Plurale continens mẽtem legis vel statuti, resoluitur in singulare.

¶ Quarto quando pluralis numerus diuersos respicit effectus, tunc in singularia debet resolui,per tex.in l.falsa.§.fi.ff.de cõditio.& demonstra. vbi Bar.& doct. sic consuluit Dec. consil.50.quia verba.col.2.

Pluralis numerus respiciens effectus diuersos, resoluitur in singulare.

¶ Postremo qui petit successionem alicuius,dicens eum decessisse sine liberis, intentionem suam habet iure communi fundatam. Quapropter aduersario incumbit onus probandi eũ,de cuius hereditate agitur,alias habuisse liberos,qui præsumentur semper viuere, & per consequens eum nõ sine liberis decessisse,nisi contrarium probetur. Bar.& alij in l. ex facto.§.si quis autem. ff.ad Trebel.Et ita concludit Anto. Capitius in decis.Neapolita. q.159.nu.11.Sed alias qui dicit liberos esse,probare debet,quia ponit.l.actor.C.de proba.

Petẽs alicuius successionem,dicens eum sine liberis decessisse,intentionem suam iure communi fundatã habet.

¶ Oppono ad tex. ibi,*hæc enim dictio, habet liberos, semper pro plurali numero profertur*, &c. Quod imo dictio Liberi proferatur etiam in singulari.tex.est in l.liber homo.ff.de verbor. obliga.l.inter stipulantem.§.sacram.de verbor.oblig.& alibi sæpe.Respon.ibi accipi in alia significatione liberum,scilicet pro ingenuo & habente libertatem, vt in l. proxime. de his quæ in testam.delent. ff. In qua significatione passim in iure videmus poni in singulari:seeus si pro filio accipiatur,vt hic.

¶ Veruntamen nonnunquã,& multis in locis probatur etiã in singulari pro filio accipi. tex.in l.ius autem agnationis.ibi,nolle suum liberum esse.ff.de pact.& l.1.§.fi. ibi, liberum, parentem,&c.ff.vbi pupill.educar.debeat.Ita Lauren. Valla lib.3.c.6.dicit liberum pro filio apud Quintilianum, Paulum Caiumque Iurisconsul,adnotasse, & refert Catellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. liberum. Imperator quoque, si eius auctoritas quoad elegantiam & proprietatem verborum sufficiat,protulit liberum pro filio in l.si quis prioris.§. in illo,ibi,talem liberum vel liberos. C. de secund. nupt. & in l. si quis in suo testamento maximam quidem portionem libero relinquat.de inofficios.testam.Alciat.etiam ita docet accipiin l. nemo prædo. §. locupletior non est factus, qui liberum acquisiuerit. infra titul. pròximo. Sed ego ibi sequendo glo. & doct. potius acciperem pro homine libero,quem-

Liber pro filio.

admodum ipſius textus ſenſus ſatisaperit dicentis, Acquirere liberum ſcilicet hominem non reddit aliquem locupletiorem: quia illum vendere, pignori dare, nec de eo diſponere poteſt, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verbor. obliga. Ideo non eſt in lucro, qui illum habet: ergo non dicitur locupletior. Dec. in l. ex pœnalibus, infra titul. proximo. Eumque verum eſſe arbitror intellectum illius tex. quicquid in contrarium dicatur. Et quicquid ſit, nobis ſufficiat regulariter & quam ſæpiſsime liberum in ſingulari numero pro liberæ conditionis homine accipiendum. Alias quot modis accipiatur liberum, vide in l. non tantum. infra eod.

Semper dictio capitur pro multoties.

¶ Et ſic dictio ſemper hic poſita accipitur pro multotiens, frequenter, plerunque; quia frequenter in plurali profertur dictiò liberi, interdum tamen & in ſingulari, prout docuimus. Et quod ſic capiatur dictio ſemper, probatur in l. ſemper in obſcuris. cum aliis legibus ſic incipientibus. infra titul. proximo. glo. in §. cum vero. in authen. vt determina. ſit numer. clericor. colla. 1. l. fi. ibi, ſemper ruſticitati conſultum. C. de teſtam. l. 1. §. ſemper autem ſatisdare cogitur cuiuſcunque ſit dignitatis, vel facultatum quarumcunque heres. ff. vt legator. ſeu fideicomm. nomi. caueat. vbi glo. in verb. ſemper. dicit: fallit in caſibus, &c. facit l. ſcire oportet. §. fi. de tutor. & curator. dat. ab his. ibi, ſemper autem maxime hoc obſeruent magiſtratus. l. Scæuola. infra eod.

Semper pro omni tempore.

¶ Alias dictio ſemper exponitur pro omni tempore, & omni caſu. l. 1. ibi, dotis cauſa ſemper & vbiq; eſt præcipua. ff. ſoluto matrim. vbi gl. ſic docet. Et eccleſia ſemper iure minoris debet illæſa ſeruari. c. 1. de in integr. reſti. & l. quia ſemper certa eſt mater. ff. de in ius vocand. & quando negatiua præcedit, regulariter ſic ponitur, vt in l. nomen. §. portionis nomen non ſemper dimidium ſignificat. infra eod.

Semper pro quotidie, vel aſſidue.

¶ Quandoque dictio ſemper temporis continuationem denotat pro quotidie, vel aſſiduè. l. 1. §. perenne eſt, quod ſemper fluit. ff. de fluminib. & exponi ſolet pro continue, vel perpetuo. l. ſemper in ciuitate noſtra veneranda fuit ſenectus. ff. de iure immunita. l. Gaio. §. Imperator. de alimen. & cibar. lega. Et monachus ſemper deferre debet habitum. c. ſanctimonialis. 23. diſtinct. vbi glo. Et ſi detur alicui res, vt ſemper habeat, intelligitur perpetuo. l. 1. vbi Lucas de Penna. col. 4. C. de caſt. mini. pala. pecul. lib. 12. l. 1. ff. de iure dot. l. fi. ff. de parricid. l. lex quæ tutores. §. ante omnia. ibi, ſemper in hereditate, & domo retineantur. C. de adminiſtra. tutor. l. quiſquis. §. filij. ibi, infamia eos paterna ſemper comitetur. ad legem Iul. maieſta.

¶ Intelligere debemus tunc actum continuum denotare, quando actui iungitur, qui continuo fieri poteſt: vt caſtitas ſemper à ſacerdotibus ſeruanda eſt. c. ſacerdotibus. 31. diſtinct. l. 1. ff. ſolut. matrimo. Si vero alteri actui iungatur, qui non fit perpetuo, tunc intelligetur pro tempore congruo. glo. in c. ſi quis voluntate homicidium fecerit, ad ianuam eccleſiæ catholicæ ſemper iaceat. 50. diſtinct. vbi glo. dicit horis ſtatutis. l. Aquilius Regulus. ibi, qui cum patre meo ſemper fuiſti. ff. de donatio.

Teſtis deponẽs ſe vidiſſe aliquem ſemper poſſediſſe, quomodo intelligatur.

¶ Vnde ſi teſtis deponat ſe vidiſſe Titium ſemper poſſediſſe, vel ita ſemper audiuiſſe, intelligitur congruis temporibus. Bar. & alij in l. 1. ff. ſoluto matrimo. Panor. & Feli. in procem. decretal. Alexand. conſil. 173. viſo. vol. 6. Soci. conſil. 54. nu. 10. in 4. vol.

¶ Aut ſi dicatur, quod ſemper maſculus erit heres. declarat Boer. in deciſ. Burdegal. q. 158. quæritur quid iuris.

¶ Item facit regulam, & æquipollet vniuerſali. Boer. d. q. 158. nemo enim tam perpetuo tamque continue ire agere poteſt, vt nullo momento poſſeſsio eius interpellari videatur. l. ſeruitutes prædiorum. ff. de ſeruitutib. Et quando negatio præcedit, facit æquipollere ſuo contradictorio. l. ſolent. in fi. ibi, neque omnino, nec ſemper, nec ab omnibus. ff. de offic. proconſul. l. 1. non ſemper compelleris, vt aduerſus abſentem pronunties. C. quomod. & quand. iudex. l. quod ſi minor. §. non ſemper. ff. de minor. l. binas. §. qui binas. de ſeruitutib. vrbanor. prædior.

¶ Niſi appareret de contraria mente teſtantis. l. legitimos. §. in legitimis. vbi glo. & doct. ff. de legitim. tutor.

Semper, continue, perpetuo, nunquam, intelligitur pro ſubiecta materia.

¶ Et ſic iſtæ dictiones, ſemper, continue, perpetuo, nunquam, & aliæ ſimiles pro ſubiecta materia ſunt intelligendæ. tex. in c. nunquam de manu tua vel oculis tuis liber pſalterij diſcedat. de conſecra. diſtinct. 5. vbi glo. exponit nunquam, quaſi excludens horas congruas. doct. in procem. decretal. glo. in c. ſacroſancta. 22. diſtinct. glo. in verb. mox. in §. fedebunt. in authen. de iudic. colla. 6. & in pragma. ſanctio. in titul. de cauſis. in verb. iugiter. De verb. aſsidue tex. eſt in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Semper proſæpe capitur.

¶ Itaque cum iſte tex. dicit, quod ſemper proferuntur plurali numero, exponendum eſt pro ſæpe. nam (vt diximus) etiam aliquando in ſingulari, verum ſæpius in plurali: quemadmodum alias etiam codicillum in plurali inueni: ſed id forte ex quadam licentia Imperiali, vt in l. generali. C. de ſacroſanct. eccleſ. & l. non codicillum. de teſtam. ſed non apud Iuriſconſul. Ideoque dicit hic ſemper. Sic in l. 3. ff. de exceptio. dicitur exceptiones peremptorias

ptorias ſemper opponi poſſe: & tamen poſt ſententiam regulariter non opponuntur. l. per emptorias. C. ſenten. reſcindi non poſſe. Sed poteſt intelligi ſemper, ſcilicet ante ſententiam definitiuam. c. exceptionem. de exceptio.

Proferre ſententiã pro enũciare.

¶ *Profertur*, id eſt enuntiatur, pronuntiatur, dicitur. nam quod primo dicit *hæc enuntiatio*, poſtea dicit *profertur*. Inde proferre ſententiam dicimus, id eſt pronuntiare. l. 1. §. 1. ibi, protulerit iudex ſententiam. ff. de feriis. l. cum qui. in fi. de iudic. l. Pomponius. & l. inter pares numero iudices ſi diuerſæ ſententiæ proferantur. de re iudica. & in rub. C. quomod. & quand. iudex ſenten. proferre debeat. & in rub. de ſenten. quæ ſine certa quantita. profer. & rub. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer. & plenius ſcripſi in l. pronuntiatum. ſupra eod.

¶ Inde prolata ſententia, id eſt pronuntiata. l. prolatam. C. de ſenten. & interlocutio. omnium iudic.

Codicilli prolati.

¶ Prolati codicilli, id eſt denuntiati & oſtenſi. l. ſi cum teſtamento. ibi, & poſtea prolatis codicillis veſtem quoque mihi legatam appareat. ff. de exceptio. rei iudica. l. non eſt. §. ſi tamen poſtea codicilli proferuntur. de tranſactio.

Proferre pro producere, edere, promere.

¶ Proferre interdum pro producere, edere, promere. l. 3. §. tacite autem fideicommiſſa frequenter ſic deteguntur, ſi proferatur chirographum. ff. de iure fiſci. l. in fraudem. §. quoties. 1. ibi, quod ſi ea acta aliter proferantur, is qui ita protulit, à cauſa cadat. ibid. l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. in fi. ibi, vel codicem proferret. iuncta l. 1. §. edere. ff. de edendo. l. 1. §. ſufficit autem extare tabulas, etſi non proferantur. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. Caius. de pignoratit. actio.

Proferre pro exhibere, oſtẽdere.

¶ Proferre, exhibere, oſtendere. l. qui vas. in princip. ibi, cum actor vas maius fuiſſe diceret, fur vas protulit. ff. de furt. l. tale pactum. §. poſt diuiſionem. vbi glo. de pact. Et in inſtrumentis quæ quis non exhibet actori, permittitur in litem iurare, quanti ſua intereſt ea proferri. l. in inſtrumentis. ff. de in litem iurand. l. fi. iuncta rub. ff. de tabul. exhib. Inde Iuriſconſultus ait, differantur & proferantur cuſtodiæ. l. vnius. in fi. ff. de quæſtio. vbi differuntur in breue tempus, id eſt prolongantur, & proferuntur longius. Siquidem proferre ſignificat procul ferre, & in longum protrahere. Sed ego dicerem propterea, id eſt propter defenſionem habendam, differantur ad tempus, & proferantur, id eſt producantur, & offerantur rei, & cuſtodiæ, id eſt cuſtoditæ perſonæ eo die dicto à iudice, quo voluit ſe auditurum cuſtodias: & tempus hoc iudicis ſuper hoc arbitrio pendet. dicam fuſius in intellectu ad illam l. Et interdum dicit Iuriſconſ. longius proferatur, in l. ſed ſi manente. ff. de precar.

Differri in breue tempus.

Proferre, differre, dilatare, protẽdere, prorogare.

¶ Proferre, differre, dilatare, protendere, prorogare. l. diem proferre. ff. de arbitr. l. quo caſu. ibi, ſi poſsit dies compromiſsi proferri, proferatur. Eodem modo intelligendum eſt in l. ſi à debitore. ff. de falſ. vbi ſic ſcribitur: ſi à creditore prolato die pignoris obligatio mentiatur, falſi criminis locus eſt. Et quamuis glo. intelligat in vendente & aſſerente nulli eſſe obligatum, non tamen conueniret tex. quia aſſerendo profert tunc diem. Ideo ſecundo intelligit, quando antecedenti die factam obligationem dicit. Et tunc in text. legendum eſſet prælato die, vt Alber. ibi teſtatur. nam hodie debitor Calendis Maij obligauit prædium, & extat inſtrumentum obligationis: tamen poſtea aliud eſt inſtrumentum, in quo dicitur quod obligatum erat prædium die prima Ianuarij: tunc quia pignoris obligatio mentitur prælato die à debitore, id eſt ante lato, criminis falſi locus eſt. Vel poſſumus intelligere, quod Titius obligauit prædium ſuum Calend. Iunij conſtante inſtrumento, poſtea profert, id eſt dicit die altera obligaſſe, eo quia obligatio pignoris mentitur, poſtquam dies eſt prolata à debitore, tunc falſi crimen eſt: ſiue cum colludente creditore factum fuerit. l. ſi creditor. C. de falſ. ſiue alias ad fraudandum primum creditorem. l. repetita. ff. de fide inſtrumen. prolato teſtamento. l. 3. in fi. ff. de tranſactio. l. de ætate. §. ex cauſa. de interrogator. actio.

Proferre eſt palam facere.

¶ Alias proferre, id eſt palam facere. l. de ætate. §. ex cauſa. ibi, reſpondeat ſe heredem eſſe, mox prolato teſtamento inuentus ſit exheredatus, æquiſsimum eſt ſuccurri ei. ff. de interrogator. actio. & ibi, quid enim ſi occultatæ tabulæ & remotæ poſtea prolatæ ſunt? l. 2. ibi, vel codicilli diu celati prolati fuerint. ff. de condict. indeb. & l. 4. ibidem.

Res prolatæ quæ.

¶ Adhęc prolata ſeu res prolatę dicuntur illę, quas paterfamil. ex vrbe rus adduxit, vt vſui ſibi dum ruſticatur, eſſent. Modeſti. in l. Aurelio. ff. de libera. lega. ſi tex. non corrupte legatur, vt docet Alcia. in lib. 6. parerg. c. 23. quæ lectio etſi poſsit ſuſtineri, mihi tamen communis ſemper magis placuit, vt ſeparatim à verbis teſtatoris inferantur hæc verba, re perlata, id eſt quæſtione tali propoſita, Modeſtinus reſpondit, &c. ſic enim & in antiquis, & modernis codicibus inueni. Proferre quoque pro commemorare ſumitur.

Pugillares tabulæ.

¶ Sequitur in tex. *pugillares*. alij legunt *pupillares*. Si legatis pupillares, intelligatis tabulas. Nempe in plurali dicuntur pupillares tabulæ pro ſubſtitutione pupillari, non in ſingulari. l. ſi mater. & l. qui plures. in fi. ff. de vulgari. l. pupillares. quemadmod. teſtam. aperiant. l. ſi mater. in princip. de exceptio. rei iudica.

¶ Et generaliter res pupillares,id est ad pupillum pertinentes,dicit tex.in l.si creditores. ff.de priuileg.creditor.

Tabulæ secundæ pro substitutione.

¶ Item vocantur aliquando secundæ tabulæ,substitutiones pupillis factæ. in l. Papinianus. §. si quis impuberi filio substituit secundas tabulas faciendo. ff. de inofficios. testam. l.2.§.interdum.& l. si filius qui patri. ff. de vulgari. l. in tabulis. quemadmod. testam. aperiant.l.pater.de captiuis,& l.seq.ibidem.

Tabulæ in plurali & singulari.

¶ Præterea tabulæ etiam in plurali proferuntur,vt in titul. de bonor. possessio. secund. tabul.& in rub.de bonor.possessio.contra tabul.& De tabul.exhib.& in l.qua ratione.§. 1. de acquir.rerum domi.Inuenitur etiam interdum in singulari.in l. qui tabulam æream. ff. ad legem Iul.pecula.Sed non pro testamento,eo forte quia communius plures tabulæ describebantur in testamentis.

Scribens in tabulis publicis dolo malo,tenetur crimine læsæ maiestatis.

¶ Inde in tabulis publicis falsum conscribens dolo malo, læsæ maiestatis tenetur. l.2.ff. ad legem Iul.maiesta.de tabulis cereis loquitur l.1.§.qui in rationibus.ff.de falsi.

¶ Aliquando Iurisconsul.solum exprimit in supremis, non addendo tabulis : intelligi tamen & suppleri debet,vt in l.3.§.fi.ff.de munerib.& honor.ibi, si is qui duos filios reliquebat , nil de expediendis muneribus alterius filij ex communi patrimonio supremis suis cauit.

Pugillares , tabulæ cereæ.

¶ Itaque alij legunt *pugillares*,& sunt tabulæ cereæ vel alterius materiæ , in quibus stylo scribimus,eo dictæ quod pugno comprehendantur:vel à pungendo , quod stylo ferreo in his pungendo scribatur.Gallic.*tablettes* vocamus.de quibus loquitur tex. in l.in commodato.§.sicut.ff.commodati.& in l.6.de supellect.lega.Interdum etiã in singulari numero reperitur,vt Luc.1.circa fi.ibi,& Zacharias postulans pugillarem.Et per Ausonium poetam, *bipatens pugillar expedi.*Et Græci proprie vocãt πινακίδιον: licet σφαιρίδιον vocari Græce dicat Alcia. Enchiridion enim generale nomen est,& Græce idem significat,quod manuale Latine: quod ὁ χειρ, id est in manu contineri possit. Et dicitur libellus , qui in manu teneri possit. Sed melius videtur conuenire tex.*pupillares*,quemadmodum inueni in antiquis libris abbatiæ sancti Victoris Paris. & magis est vsitatum & frequens , quam pugillares. quandoquidem semper pupillares tabulas dicimus in plurali. l. qui tabulas. & l. quidam tabularum.ff.de furt.

Pupillares tabulæ.

Pugiles qui dicantur.

¶ Pugiles athletæ dicuntur, qui pugnare consueuerant , vt in l. qua actione. §. si quis in colluctatione.ff.ad legem Aquil. ibi, vel pugiles dum inter se exercentur.

¶ Sensus ergo huius tex.erit,quod sicut dicimus in plurali,habet liberos: ita pupillares tabulas,vel codicillos.

Argumentum sumitur ex lege loquẽte negatiue.

¶ Ex quibus duabus legibus ita simul sumptis notare possumus , quod ex lege negatiue loquente potest sumi argumentum à contrario affirmatiue: & sic qui nõ est sine liberis, ergo liberos habet , & idem econtrario. Sic igitur bonus Iurisperitus duo solet elicere ex lege negatiue loquente;vnum expresse scilicet negatiue,alterum tacite affirmatiue,& econtrario:lexque dicetur vtrunque.l.qui testamento. §.per contrarium.ff.de testam. doct.in l. 2.C.de condict.insert.vbi glo.l.cum mulier.ff. solut. matrimo. quod tamen limitatur à Iaf. & aliis in l.1.ff.de offic.eius cui manda.est iurisdict.

IDEM LIB. VIII. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CL.

Si ita stipulatus à te fuero: QVANTO MINVS A TITIO CONSECVTVS FVERO, TANTVM DARE SPONDES? non solet dubitari , quin si nihil à Titio fuero consecutus,totum debeas,quod Titius debuerit.

¶ Seius promisit mihi soluere,quanto minus à Titio fuero consecutus. dicit tex. quod si nihil à Titio consequar,ad totum quod Titius debet,tenetur Seius.quia minus solutum dicitur,etiam si nihil solutum est.l.minus. supra eod.istis enim verbis etiam totum conuenit contineri.l.amissi.in princip.de fideiussor.ff.facit l.si decem.de solutio. l. Imperatores. §.1. de transactio. Si vero quicquam exegero à Titio, in hoc liberatur Seius , qui promisit quanto minus:si vero totum à Titio exegero , liberatus etiam est in totum Seius. per tex. in l.fi.ff.si certum peta. Siue dicam quanto minus,siue quod minus consecutus fuero. Bal. Alex. & alij in d.l.fi.Si vero egero cũ Seio , & eo tempore quo iudiciũ acceptum est,minus poteram à Titio exigere , forte decem , illa à Seio consequi potero , licet inceperim agere prius contra Seium,quam contra Titium , qui reperitur minus decem soluere posse, quæ potero consequi ab illo Seio,licet egero contra eum , antequam Titius fuerit conuentus; quia postea apparuit illum non fuisse soluendo in decem. Iste videtur intellectus huius tex.quamuis doct.alios tradant,& tex. huc illuc contorqueant. pro cuius intellectus confirmatione facit tex.in l.si decem.ff.de solutio.ibi,sed si cum Seio prius egero,Titius in nullam partem liberabitur:incertum quippe est,an omnino Seius debiturus sit.& tex.in d.l.fi. ac l.

ac l.si quis alicui.in fi.ibi,sed si cum Titio egeris,ego quidem non liberabor:sed in id duntaxat obligatus ero,quod aliter seruare non poteris.ff.manda.vbi quod in d.l.fi.dicit consequi,in d.l.si quis.dicitur seruare.

Fideiussor obligatur , si reus antequã interpelletur,moriatur.

¶ Quæro an creditor prius debeat conuenire Titium,antequam exigat à Seio promissore? Respon. sic. Alias non potest sciri, quanto minus ab illo consequi possit. Idem si aliquis promiserit, si Titius non soluerit. per tex.in l.fideiussor obligari. §.fi.ff. de fideiussor. Sed & si reus antequam interpellaretur,decessisset,fideiussor obligatus erit.ibidem.Requiritur etiam,quod heres interpelletur,vt glo.ait ibi.quod declaro in fideiussore procedere: secus in expromissore,vt non requiratur interpellatio.in meis no.interpre.ad illam legem. videte l.si decem.ff.de verbor.oblig. & l.si decem obligari.ff.de solutio.& Bal.consil.416.in 5.vol. Si tamen à Seio primo fuerit petitum , & ipse nil opposuerit , proculdubio condemnandus erit.nam hoc iudicium non datur,nisi postulatum fuerit.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infecto.

Promittens,si talis nõ soluat, aut soluere non poterit,non tenetur,si creditor sit negligẽs petere.

¶ Concipitur ergo multipliciter hæc stipulatio:vt si debitor non soluerit.d.l. fideiussor obligari. §. fi. Et tunc prius est excutiendus reus vt soluat , saltem interpellandus , vt ibi. Aliquando promittitur sic:quando Titius non soluerit,aut soluere non poterit. Et in hoc casu si debitor sit soluendo,creditore negligente ab eo exigere & petere post denuntiationem fideiussoris,non tenebitur Seius promittens, quanto minus. per tex.in l.si fideiussores in id.ff. de fideiussor.quem no.Bal.in d.l.fi.& Alexand.in l.decem.ff.de verbor.obligatio.& Iaf.in §.item si quis in fraudem.col.penul.nu.120.Insti.de actio. Diuersum est,vbi quis simpliciter fideiussisset:tunc enim denuntiatio fideiussoris creditori facta nõ prodest. l.si fideiussor creditori. ff. de fideiussor. quemadmodum scripsi in meis nouis interpretat. ad illas leges. Alias etiam quandoque promittitur reddi,quo minus vendentur pignora, vt in l.inter creditorem.ff. de fideiussor.

Principalis prius est discutiendus , quam fideiussor.

¶ Ex prædictis resultat regula , quod principalis prius est conueniendus,quam fideiussor.c.2.de fideiussor.authen. præsente. C. illo tit.Etiam si vnus emerit, & alter fideiusserit. Aufrer.decis.23.Et dicitur principalis,qui suo nomine conuenitur.Bal.in authen.principales.C.de iureiur.propter calum.dand.Dec.consil.268.conclusio.in 2.col.vel si sua principaliter intersit.l.de vno. ff. de re iudica.

In fideiusione tacita principalis prius conueniendus.

¶ Secundo procedit etiam in fideiusione tacita à iure introducta.tex.in l.1.C.de decurio.lib.10.vbi si pater consenserit filio gerenti magistratum , vice fideiussoris accipitur. Et non potest conueniri,nisi propriis filij rebus excussis.l.2. ff. ad municipal.

Fideiussor principalis prius est conueniendus vere,non fictè.

¶ Tertio intellige,quod etiam vere principalis prius est conueniendus , quam fideiussor: secus si iuris fictione, vel in defectum. Alber. in tract. statutor. in 2. parte, q.166. item Thomas,&c.vbi dicit quod si duo receperint frumentum ciuitatis,& quilibet dederit si de iussorem:si quicquam alter debeat,prius erit conueniendus fideiussor illius,quam alter debitor.per l.Lucius.2.§.1.& §.cum testamento.ff.de administra.tutor.singul.secundum Roma.singula.296.scis quod.l.1.l. Imperatoris. & l. quid ergo. ff.ad municipal. l.quoniam.de conueniend.fisci debitor.lib.10.C.

Pignorum discussio fieri debet, si pignora data sint.

¶ Quarto extenditur, vt discussio quoque pignoris fieri debeat , si debitor pignora derit,antequam ad fideiussores perueniamus.docet Iacob.de Bello Visu,& Bar.in §.1.in authen.de fideiussor.colla.1.per authen.hoc si debitor. C.de pignor.& hypothec.nam pignora sunt bona debitoris,quæ prius vendi debent,quam vt conueniamus fideiussorem:alias non fieret plena contra debitorem excussio.doct.in d.authen.præsente. Ideoque si illa pignora possideret fideiussor, super illis conueniri posset, non facta alia excussione, vt inferius dicetur.Et sic debet discuti an sit idoneus in toto, vel in parte principalis.

Fideiussor si fecerit suum debitum,adhuc tamen principalis est excutiẽdus.

¶ Quinto etiam si fideiussor constituerit se principalem debitorem,debitum proprium suum faciendo , adhuc debitor prius est excutiendus , quam fideiussor. glos. singular. in verb.fideiussorem.in authen.de fideiussor. colla.1. quam probat Guid. Pape q.570. dominus.in decisio.Delphi.& singul.611.Angel. in §. si plures.col.3.cod.titul. Insti.Et fuit decisum Tholosæ,vt refert Aufrer.in suis decisio.q.8.si aliquem,&c.nam potest intelligi,quod constituit se principalem debitorem post primum,vel principalem auctoritate iuris:videlicet si primus debitor non soluat,ego soluam.teste Iacobi.in l.in personam.§.fi.ff.de pact. & sic quoad effectum est fideiussor, vt consuluit Carol. Ruynus consil.99.ad euidentiam. col.1.in 5.vol.Licet contrarium teneat Aufrer.sibi contrarius in decis.23.& Barba.in c.peruenit.de fideiussor.Quod est verum,quando animo nouandi hoc faceret.Alexand.consi. 32.in causa.col.penul.in 4.vol.Alias secus.Et sic conciliabitur vtraque sententia,vt inferius dicetur in limitatio.

Mortuo debitore prius excutiendi heredes, quã fideiussor.

¶ Sexto etiam habet locum debitore mortuo,& in mora constituto,interpellatis heredibus:quandoquidem tunc etiam fideiussor non poterit conueniri ante discussionem. Bal. in l.penul.col.7. nu. 24. C. de conditio. insert. Licet contrarium teneat Aufrer. in decisio. Tholosa.q.130.quidam.& corrupte allegat Bal. hoc tenere, cum contrarium scribat in d.l.

penul. nempe interpellatio non eſt diſcuſsio, quam oportet facere, antequam fideiuſſor conueniatur. per d. authen. præſente.

Fideiuſſor principalis prius eſt diſcutiendus, quam bonorum poſſeſſores.

¶ Septimo debet quoque prius diſcuti principalis fideiuſſor, quam bonorum poſſeſſores. authen. hoc ſi debitor. C. de pignor. & ſic ante litem conteſtatam debet exceptio opponi, teſte Anchar. conſil. 294. ex prædictis. ſcripſi abunde in tract. meo exceptio. videte Guido. Pape conſil. 109. domina. col. 2. Et iudex pronuntiare debet bona debitoris fuiſſe diſcuſſa, antequam contra extraneos poſſeſſores agatur. Guido Pape conſil. 231. & Anchara. conſil. 126. & conſil. 294. Conſuetudo tamen recipit ius Codicis, vt creditor eligere poſsit, aut perſonalem, aut hypothecariam.

Promittens ſimpliciter non diſcutitur ante principalem.

¶ Octauo procedit etiam ſi quis promitteret ſimpliciter, & ſine aliqua exceptione: nam hæc verba non excludunt exceptionem iuſtam, qualis eſt hæc ordinis, per c. ex parte. 2. de offic. delegati. hoc expreſſe tenuit conſulendo Roma. conſil. 211. allegationis. col. 1. & ſeq. vbi etiam dicit idem, ſi promitteret ſe ad creditorum voluntatem velle ſoluere: quippe hæc verba non videntur eam exceptionem, quæ venit ex natura actus, tollere. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. vbi ſcripſi, & in c. fine exceptione. 12. q. 2.

Fiſcus prius eſt conueniendus, quam ad bonorum poſſeſſores veniamus.

¶ Nono etiam conueniendus eſt fiſcus, qui habet bona delinquentis, & excutiendus antequam ad bonorum poſſeſſores peruenire poſsit: tum quia in locum debitoris ſubrogatur, ideoque ſicut debitor eſſet conueniendus & diſcutiendus, ita ei ſubrogatus: tum etiam quia ſuccedit in actionibus paſsiuis. l. qui in ius. ff. de regul. iuris. & eod. titul. in 6. & vtitur eo iure, quo extraneus heres. gl. & doct. in l. 1. in fi. C. de bonis libertor. & Bar. in l. eum qui. ff. de interdict. & relegat. tex. in d. authen. præſente. iuncta l. non recte. ibidem. vbi probatur idem iuris eſſe in fiſco, quod in alio: ergo idem quoque erit. Et ita expreſſe conſuluit Roma. conſil. 93. viſis. col. 1. & Barba. in c. peruenit. col. 2. de fideiuſſor.

Fiſcus prius cõueniendus quã fideiuſſor.

¶ Decimo procedit etiam in fideiuſſore fiſci, vt prius quoque fiſcus quam eius fideiuſſor ſit conueniendus. glo. ſingul. in l. ſententia. C. de fideiuſſor. ſecundum Roma. ſingular. 635. ſeq. quod hodie. & Franciſc. Cremenſ. ſingul. 43. an fideiuſſor fiſci. Quod intellige, vt dicetur inferius.

Excuſsio bonorũ fieri debet, quæ debitor habet in loco contractus.

¶ Vndecimo debet fieri debitoris excuſsio, & bonorum quæ habet in loco contractus, necnon illorũ quæ habet in loco domicilij. ita Bar. & Bal. in l. fi. §. 1. ff. ſi certum peta. quod limitant ibi doct. eum ille locus domicilij eſſet extra iuriſdictionem illius Principis, ſeu (vt dicunt Galli) reſſortum: quia tunc ob difficultatem conueniendi non oportet facere diſcuſsionem illorum bonorum, quæ ſunt extra iuriſdictionem parlamenti. arg. l. 2. ff. qui ſatisdar. cogant. Abſurdum enim eſſet, quod actor cogeretur peregrinari. l. ſed & hæ. §. non ſolum. ff. de procurator. facit quod no. in l. fin. C. de principib. agent. in reb. lib. 12. Sic conſuluit Alexand. conſil. 84. in cauſa. col. vlt. in 3. vol. Et quia veriſimile eſt, quod creditor recepit fideiuſſorem in hoc reſſortu, vt non teneretur quærere reum, nec ſua bona extra ſenatus iuriſdictionem, quemadmodum videntur docere doct. in l. fi. ff. ſi certum peta.

Excuſsio debet fieri, ſi bona de nouo perueniant ad debitorẽ

¶ Duodecimo poteſt etiam opponi, quod fiat excuſsio, ſi bona de nouo perueniant ex ſucceſsione, aut alias ad debitorem principalem, eo prius reperto non ſoluendo: quippe tunc poterunt ſucceſſores bonorum, contra quos forte agitur, opponere. nam exceptio dilatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam poteſt de nouo opponi. c. inſinuante. de offic. delega. Sic tenet Alexand. conſil. 100. diſcuſsis. col. penul. in 5. vol. Hippol. in rub. de fideiuſſor. nu. 24. doct. in c. paſtoralis. de exceptio. ſcripſi in tract. de exceptio. in diuiſio. exception.

Tribus correis exiſtentibus, is eſt prius diſcutiendus, qui pecuniam cepit.

¶ Decimotertio procedit in tribus correis, inter quos vnus recepit pecuniam, vt ille prius debeat diſcuti. per tex. in l. vnde quæritur. ff. commoda. vbi quando vnus ex reis conuentus probat pecuniam peruenisſe ad correum, & petit illum prius conueniri ſuo ſumptu & periculo, quod debet audiri: quia alij ad quos vtilitas contractus non peruenit, cenſentur fideiuſſores. l. ſed Iulia. §. 1. & §. item ſi duos. ff. ad Macedo. glo. in §. 1. in authen. de fideiuſſo. colla. 1. Sic tenet Bar. in l. 3. §. fi. in 7. q. ff. de duob. reis. Angel. & Imol. in l. reos. ibid. Et ſi pro rata peruenerit vtilitas ad vnum, pro illa rata debet teneri: ſi nihil peruenerit, in nihilo tenebitur, niſi vt fideiuſſor. Etiam ſi illa qualitas, videlicet ſuo ſumptu & periculo, ſit omiſſa: quia non eſt talis, vt alterare poſsit naturam exceptionis, nec vitiat libellum: prout cõſuluit Ioan. de Anania conſi. 60. in q. & Barba. conſi. 43. ſempiterna. col. 4. in 2. vol.

Fideiuſſor quia eſt, quando obligatus eſt ad ſoluendum.

¶ Vbi non eſt omittendum aliquem in effectu fideiuſſorem eſſe, quando obligatus eſt ad ſoluendum debitum alterius. per tex. iuncta glo. in l. Titia. §. penul. ff. de verbor. obliga. Bar. in l. ita ſtipulatus. §. poſſum. ibidem. & Alexand. in l. vbi autem. §. illud. ibidem. refert & ſequitur Carol. Ruynus conſil. 99. ad euidentiam. col. 1. vol. 5. & probat Iaſ. in l. ſingulari 4 col. 13. nu. 38. ff. ſi certum peta.

¶ Vere tamen & proprie, præfati non dicuntur fideiuſſores, ſecundum eundem Barba. per glo. Bar. & alios in d. l. reos. in princip. & in l. vir vxori. §. penul. & vlt. ad Velleia. & C. de duob. reis. per totum, ac in l. cum in plures. §. teſtamenta. ff. loca. Idem erit, ſi ad vnum fideiuſſorem tantum pecunia peruenerit. Paul. in l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commoda. vt refert Boer. in deciſ. Burdegal. q. 255. quæritur. nu. 5.

¶ Poſtremo etiam habet maxime locum in fideiuſſore indemnitatis. l. 1. C. de conueniend. fiſci debitor. lib. 10. etiam ſi renuntiaſſet. authen. præſente. nam hoc denotat natura promiſsionis. Roma. conſil. 211. allegationes. & Alexand. conſil. 32. in cauſa. col. 1. in 4. vol. & conſil. 29. clariſsime. col. 2. in 7. vol.

Reo abſente datur dilatio fideiuſſori ad deducendum reum.

¶ Limitatur autem præfata regula: primo quando reus eſſet abſens, vt d. authen. præſente: & tunc datur dilatio fideiuſſori ad deducendum reum: quem ſi non adduxerit, ſoluere cogetur, ceſsis tamen actionibus, vt ibidem dicitur. Quod ſi non acceperit dilationem, & poſt acceptum iudicium per fideiuſſorem reus reuertatur, fideiuſſor ordinis exceptionem opponere non poterit, teſte Salic. in d. authen. præſente. q. 8. ſequitur Aufrer. q. 81. in deciſ. Tholoſ. nam lite conteſtata hæc exceptio dilatoria non eſt opponenda, vt dictum fuit ſuperius. Idem ſi reus non poſſet conueniri, vt pupillus vel ſeruus, teſte Ioan. Fab. in d. authen. præſente. qui allegat l. in eadem. ff. ex quibus cauſis maio. quod eſt verum in ſeruo: ſed in pupillo conueniendus eſſet tutor. nam ex perſona heredum non debet immutari obligatio. l. 2. §. ex his. ff. de verbo. oblig.

Principalis debitor ſi ſe occultet, tunc fideiuſſor conuenitur.

¶ Secundo limitatur, quando principalis eſt quidem præſens, ſed ita ſe occultat, vt nuſquam poſsit apparere, nec citari: tunc quoque poterit fideiuſſor conueniri, antequam principalis. glo. ſingul. in authen. de fideiuſſor. in glo. præſentes. colla. 1. ſecundum quam fuit iudicatum in parlamento Gratianopolitano, vt refert Guido Pape deciſ. 570. dominus. Et idem, ſi vterque ſit abſens, fideiuſſor tamen eſt proximior: tunc hic prius conueniendus erit, arg. l. ſi longius. ff. de iudic. Ioan. Fab. in d. authen. præſente.

Bonafides inter mercatores reſquiritur.

¶ Tertio vitiatur regula inter mercatores. nam inter eos agitur bonafide: ideoque iſta exceptio non opponitur. doct. in l. bonafides. ff. depoſiti. Bar. in l. Quintus. ff. manda. ſic conſuluit Guido Pape conſil. 103. videtur. col. 2. Sed cum hæc exceptio non ſit contra bonam fidem, forte poſſet dici regulam etiam in illis habere locum: quia leges omnibus communes ſunt. l. leges. C. de legib. nec debent excipi mercatores à legibus aliorum, niſi quatenus ipſis iuribus ſunt excepti: & bonafide agere cenſentur, etiam opponendo exceptionem diſcuſsionis, quæ iuris eſt: & inſequens iura, bona fide agere videtur. l. quemadmodum. à contrario. Cod. de agricol. & cenſit. libr. 11. gloſſ. & doct. in lege 1. Cod. de fide inſtrument. libr. 10.

Fideiuſſor laſſo termino cõuenitur.

¶ Quarto quando fideiuſſor iuraſſet ſoluere certo termino, tunc eo lapſo non facta diſcuſsione conuenietur, teſte Aufrer. in deciſ. Tholoſa. q. 130. ne ſit periurus. & probatur in c. ad noſtram. 1. de iureiur. & melius in c. ex reſcripto. vbi Bal. de iureiur. Barba. conſil. 43. col. 7. in 2. vol. & conſil. vlt. col. 21. in 3. vol. & Ioan. Lupus in repeti. c. per veſtras. col. 2. de donatio. inter vir. & vxor. de Petrucia in tract. de virib. iuramen. in 6. effectu.

Iuramentum debet intelligi ſecundum naturam cõtractus.

¶ Contrarium tamen tenet idem Aufrer. deciſio: 139. Quia iuramentum debet intelligi ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur. l. fi. C. de non numera. pecun. nempe qua facilitate promiſit, & iurauit. quamobrem debet intelligi, vt excuſſo principali conueniatur: non alias. & ita ſeruatur in forenſi iudicio. Siquidem eſt veriſimile, quod is iurauit ſoluere, ſi debitor non ſoluerit. ergo prius erit excutiendus principalis: vt videtur in ſimili conſulere Alexand. conſil. 28. viſis. col. penul. in 1. vol. Sed ego duos hic conſtituerem caſus: primus eſt, ſi quis promiſerit ſoluere tali 3. die Ianuarij, ſi debitor non ſoluerit in tra illud tempus, tunc quia eſt in culpa, quod ante illum diem non interpellauerit debitorem ad ſoluendum, quemadmodum tenebatur: hoc caſu dicerem conueniendum fideiuſſorem abſque alia diſcuſsione. & ſic intelligetur deciſ. 130. Aufrer. per tex. in l. Lucius. ff. manda.

Promittens pro alio ſoluere, intelligitur ſi alius non ſoluat.

¶ Secundus caſus eſt, ſi quis promiſerit & iurauerit ſoluere pro tali non adiecto certo tempore, tunc intelligitur ſi alius non ſolueret pro tali non adiecto certo tempore: tunc intelligitur ſi alius non ſoluat. ergo erit debitor conueniendus: nec erit fideiuſſor periturus, ordinis exceptionem opponens: quia ſic videtur de natura ſuæ promiſsionis. per l. fi. C. de non numera. pecun. legem fin. qui ſatisdar. cogant. ff. Et ex his conciliabuntur contrariæ opiniones.

Exceptio ordinis eſt dilatoria.

¶ Quinto non procedit poſt litem conteſtatam, cum exceptio ordinis ſit dilatoria. Cinus & alij in d. authen. præſente. Aufrer. in deciſ. 166. quæ ſi non fuerit oppoſita ante litem conteſtatam, poſtea opponi non poterit. c. exceptionem. de exceptio.

¶ Nec poterit poſtea in cauſa appellationis hæc ordinis exceptio allegari, vt no. in l. ita demum, de procurator. C. ſic conſuluit Alexand. conſil. 34. conſultus. col. 1. in 4. vol. Tamen poſſet minor reſtitui in integrum ex iſtius omiſsione, literas Regias impetrando. Alexand. conſi. 114. viſo proceſſu. col. vlt. in 6. vol. vi quarum admitteretur etiam poſt tempus. At ſi non idoneus receptus fuerit ignoranter pro idoneo, quomodo ſuccurrendum ſit, docet Alexand. conſil. 60. conſideratis. in 5. vol.

Excuſſio ſit ex legis diſpoſitio

¶ Veruntamen nota excuſsionem fieri nonnunquam ex diſpoſitione legis, vt d. authen. præſente.

ne,& ex forma conuentionis.

præsente. Interdum ex forma conuentionis.l.fi.ff.si certum peta.& hic.Et vbi requiritur excusio ex legis dispositione,tunc ante litem contestatam opponi debet:sed vbi ex vi conuentionis,potest quandocunque opponi,vt hic Bal.in c.ex rescripto. de iureiur. post Bar. in l.1. C.de conueniend.fisci debitor. lib.10.

¶ Sexto restringitur in expromissore,cum primus non sit obligatus,expromissor prius conuenietur.glo.in verb.fideiussorem.§.1.in authen.de fideiussor.colla.1.sic consuluit Alexand.consil.159.circa.col.1.in 2.vol.Barba.in rub.de fideiussor.col.1. Aliquando tamen expromissor dicitur, etiam si pro obligato promittat, teste Ias. in l. 4.§.ait prætor.ff. de re iudica.Et tunc seruatur decisio d.authen.præsente.videte quæ superius scripsi in l. satisdatio nis,& in l.sponsio.Potest tamen fideiussor conuentus compensare id,quod sibi debetur.l. si quid.ff.de compensa.ita consuluit Carol.Ruynus consil.148.casus.col.1.vol. 1.

Exceptio ordinis non opponitur,quando summarie procedi mãdatur.

¶ Septimo perdit officium suum hæc regula, quando procedi mandatur summarie,& sola facti veritate inspecta.Quia tunc ista exceptio est de apicibus iuris,& dilatoria non opponetur,vt docet Alexand.consil.114.viso processu.col.penul.& seq.in 6.vol.Roma.consil.116. pro dilucidatione. Aretti. consil.127.in causa.Iacob. in l. nisi.in 2. lectura. ff. de pact. Quę nunquam vidi seruari,& non obstante hac clausula forte hæc exceptio opponeretur, sed breui decideretur:quia facti veritas iuris decisione suppletur. l. Arethusa. & l. idem iuris. ff. de statu homin.

Fideiussor conuenitur prius quam principalis, si renuntiauerit authen. præsente.

¶ Octauo flectitur,quando renuntiasset d.authen.præsente.Alexand.consil.29. clarissime.col.penul.in 7.vol. Et ibi, Quid si renuntiauit omni legum auxilio. quod non valeat, tenet Bal.consil.4.vol.1.argumen.l.sed & si.§.quæritum.ff.si quis cautio.Dec.consil.27. Et pro virili dicit sufficere,si renuntiauerit nouæ constitut. de fideiussor. quamuis non exprimatur authen.præsente. Et sic in specie sufficit renuntiare, licet non in individuo. Verum hodiernis temporibus notarij in suis formulis inserunt has omnes renuntiationes, quamuis eas crassa (quod dicunt) Minerua intelligant,veluti patet ex eorum instrumentis. Quę sunt notanda.

Fideiussor promittens animo debitum nouãdi, conuenitur prius principali

¶ Nono non procedit authen.præsente.quando fideiussor expresse animo nouandi debitum promisisset:hoc casu non facta excussione conuenietur.glo.notabilis in verb.fideiussorem.in authen.de fideiusso.colla.1.quam approbat Aufrer.in decis.Tholosa.q.196.& eam singulariter notat Alexand.consil.32.nu.12.vol.4.Quę nouatio nisi exprimatur, non præsumitur,nec locum habet.l.fi.C.de nouatio.Bal.in l.antiquæ.§.si minus.C. ad Velleia.

Fideiussor promittens illũ sistere in iudicio, qui obligatus non erat, habetur pro expromissore. Arestum.

¶ Decimo flectitur regula,cum fideiussor promisit sistere in iudicio illum,qui alias non tenebatur se sistere.nam tunc pro expromissore habetur,cum promittat pro non obligato. glo.in authen.de fideiussor.in princip. Secus si promiserit sistere eum, qui alias tenebatur: quia tunc etiam habebit locum authen.præsente.Barba.in rub.de fideiussor.col. 1. Tamen glo.& doct.in l.2.ff.qui satisdar. cogant.idem dicunt in eo, qui promisit sistere reum, vt ex natura fideiussionis teneatur non discusso reo.& ita seruat praxis curiarum Franciæ. Vnde anno 1537.die 11.Maij fuit dictum,quod iudices posthac non recipiant fideiussores de iudicio sisti,simpliciter de sistendo & comparendo iuti, sed ipsi se obligabunt sistere & præsentare reum totiens,quotiens requisiti fuerint,& se obligabunt ad certam pœnam,videlicet ad centum vel ad mille libras, vel ad aliam summam, quam tenebuntur soluere, si non sistant eum iuxta suam promissionem, & iudicatum soluere, non tamen id quod iudicatum erit in causa appellationis.per l. cum apud. ff.iudica.solui.Ita fideiussores tenebuntur se obligare,sicut principalis,etiam si in personam esset obligatus,vt fuit decisum anno 1537. die 2. Iulij.

Fideiussor conuenitur,quãdo debitor non est notorie solutꝰ Notorie nõ soluendo quando quis dicatur.

¶ Vndecimo non procedit,quando notorie debitor non esset soluendo.per glo.singul. in l.fi.ff.de reb.credit.& ibi plene doct.Nec in notoria paupertate requiritur excusio. Bal. in l.1.col.2.C.de reuocand.his quæ in fraud.creditor.nõ fit enim discussio,nisi vt res reducatur in liquidum:& cum est certum,non est opus alia declaratione. l.1.ff.de dote prælega. Et dicitur notorie non soluendo, quando cessit bonis, vel mendicat ostiatim. plene Angel.in §.item si quis in fraudem.col. 4. Insti. de actio.Ias.in d.l.fi.Idem si debitor erat condemnatus,& eius bona erant fisco applicata.Bal.in d.l. fi.aut probatur per librũ æstimatio nis bonorum, in quo nil descriptum reperitur ex eius bonis. Negusantius in tract. de pignor. & hypothec. in 1. membro 8.partis, nu. 15. vbi multa tradit de excussione,quæ licet ibi videre,post Bal. in authen. hoc si debitor.col.1.& seq.C.de pignorib.Multi sunt tamen non possidentes immobilia,qui soluendo sunt in mobilibus.

Debitore condemnato & eius bonis confiscatis fideiussor conuenitur.

¶ Duodecimo perdit officium regula, cum debitor esset rixosus, & litigare solitus, vt procurator annosus, calumnias praxis, & anfractus fori expertus: tunc non excusso principali fideiussor conuenietur,vt firmat Angel.& Roma.in l.fin.ff.si certum peta.Iacob.expresse in l.fi.col.vlt.C.de procurator.facit quod not.Bar.in l.2.in princip.ff.qui satisdar.cogant.Quippe citius claua ab Herculis manibus,quam ab his pecunia.

Fideiussor conuenitur, quãdo

¶ Decimotertio dum fideiussor successisset reo. doct. in l. debitori. C. de pact.per l. Stichum.

chum.§.quod vulgo.ff.de solutio.nam hoc casu principalis est,cum in eius locum successerit:& cum alius non appareat,exceptionem non opponet. *successit reo:*

Fideiussor ludi prius conuenitur.

¶ Decimoquarto modificatur in sponsore ludi pilæ,vel alterius permissi. is enim prius conueniri poterit, quam principalis: videlicet quia solent ij capere pignus à ludentibus, necnon quandoque præmium. quod si non ceperint, eis imputandum est: quemadmodum expresse voluit Pyrrhus in consuetud.Aurelianen.rub.de executione,c. 8. & sic fuit iudicatum Paris.à D.conseruatore priuilegiorũ vniuersitatis D.Clerico,conuocatis multis consiliariis ad decisionem illius causæ: inter quos cum ego interessem, quęsitum fuit à me,cur illa authen.alearum vsus,esset sita in titul.de religios. cum nil ad religionem ludus pertineat.Respon.quod sicut sumptus funerum priuilegiati sunt, vt ibi,ita & sumptus ludi.vel dicebat alius eo sitam ibi præfatam authen. quia sicut funus circa mortuos celebratur,ita circa ludentes:cum maiores fiant expensæ, frequentius occiduntur potissimum in ludis prohibitis huiusmodi lusores publici:& licet non interficiantur, pro mortuis habentur, veluti quia saltem infamiæ notam subeunt.Consideret ergo ludens circa funus suum, à ludo se retrahendo,memoreturque nouissima,& in æternum non peccabit.

Coram arbitratore exceptio ordinis non opponitur.

¶ Decimoquinto coram arbitratore non opponitur hæc exceptio. glo. in l. si mancipium.§.1.ff.de euictio.Iacob.in l.nisi.in 2.lectura.ff.de pact.Parum enim coram eo inspiciuntur hæ subtiles exceptiones,sed æquitas ipsa attenditur: vt superius dictum est in mercatoribus,vbi vide quæ dixi.

Promittens iudicatum soluere prius quam principalis conuenitur.

¶ Decimosexto limitarem in fideiussore iudicatum solui,qui propter ineptitudinem excussionis potest etiam ante principalem conueniri.Bal.in l.cum eorum.col.2.C.de senten. & interlocutio.omnium iudic.vt sit litium finis:tum quia natura verborum hoc vult,dum promittit soluere iudicatum rei,non ipsius fideiussoris.Adhæc quia hic fideiussor datur,vt valeat iudicium, & exequatur.ergo est pars intrinseca iudicij.l.1.ff.iudica.solui.Bal.in l.fi.§. vlt.col.1.C.de vsur.rei iudica.sicque fuit decisum Neapol. q. 318.in causa. Non tamen vltra iudicatum conueniri potest.per l.si ante.& l.iam tamen.vbi doct.ff.iudica.solui. sic consuluit Franciscus Curtius consil.36.habita.nu.4.col.2.& seq.

Fideiussor non conuenitur vltra iudicatum.

¶ Etiam si non renuntiaret beneficio authen.præsente.C.de fideiussor.siquidem hoc natura fideiussionis importat.Bal.in l.1.C.de reuocand.his quæ in fraud.creditor.sunt alienata,col.1.Sali.in l. 1.col.vlt.quod cum eo.Alexand.consil.32.in causa.in 4.vol.Et simul atque principalis fuerit condemnatus,poterit fideiussor qui iudicatum soluere promisit,in carcere trudi, etiam non discusso principali: vt senatui visum fuit in iuridic.conuentib.Turonens.anno 1533.habitis.Quicquid in contrarium consuluerit Carol. Ruy. consil. 98. quæritur.in 5.vol.nu.4.

Principali condemnato fideiussor conuenitur.

¶ Decimoseptimo moderatur,vbi quis fideiussisset pro tyranno.Bar.& Iacobi.in l.fi. ff. si certum peta. Et generaliter vbicunque principalis non posset de facto discuti, quia in loco munitissimo,vbi vix tuto executiones fieri possent, conuenietur fideiussor.Bar. in l. Marcellus.in fi.ff.de fideiussor. Aufrer. decis.196.Bar.in l.2.qui satisdar.cogant.

Fideiubens pro tyranno prius principali conuenitur.

¶ Decimooctauo flectitur,quando fideiussor negaret se fideiussisse:nempe si postea appareat, perdit beneficiũ excussionis propter mendacium.tex. singul.in l.si dubitet.§.1.ff.de fideiussor.secundum Aufrer.in decisio.Tholosa.q.196.facit l.sed hoc ita.§. fi.vbi addidi. ff. dere iudica.

Fideiussor negans se fideiussisse,perdit beneficium excussionis.

¶ Decimonono non procedit in patre fideiubente pro filio, hoc siquidem excussionis auxilium non esset ei profuturum,vt probat Vlpia.in l.3.§.sed vtrum.versic.proinde. ff. de minor.sequitur Aufrer.in decis. 196. & Barba. in c.peruenit.col.3.de fideiussor.sed contrarium tenui in d.§.sed vtrum.in meis no.interpreta.

Pater pro filio fideiubens debet prius conueniri.

¶ Vigesimo potest discuti fideiussor ante discussum principalem, quando principalis non erat nisi naturaliter obligatus,vt pupillus.l.Marcellus.vbi Bar.& Imol.ff.de fideiussor. Barba.in c.peruenit.col.3.de fideiussor.Sed hanc limitationem superius satis comprehendimus,cum loqueremur de expromissore.

Quando fideiussor discutiatur ante principalẽ

¶ Vigesimoprimo quando bona rei principalis essent penes fideiussorem, tunc etiam non facta alia discussione conuenietur fideiussor,teste Aufrer.in d.decis.q. 196. allegat tex. in l.si procuratorem.1.§.si ignorãtes.ff.manda.qui an probet,videte Barba.in d.c. peruenit. col.2.Quod tamen iustum esse,& æquum non negauerim.

Fideiussor prius conuenitur, si bona principalis sint penes eum.

¶ Vigesimosecundo qui pro Principe fideiusserit, non poterit exceptionem discussionis opponere;tum quia tacite videtur is renuntiare authen.præsente.quorsum enim præsumendum est creditorem petiisse fideiussorem, nisi quo facilius,& prius illum conueniret, quam Principem?Tum etiam,quid alias prodesset huiusmodi fideiusio, cum fiscus semper existat soluendo?l.2.de fundo dotali. ff.Et ita docet Bal. in l.1.col.3.C. de conueniend. fisci debitor.lib.10.& Alexand.in l.fi.col.2.ff.si cert.peta.refert Catellia.Cotta in 2.parte memoral.in verb. fiscus semper.

Pro Principe promittens nõ opponit ordinis exceptionem.

¶ Vigesimotertio idem in mensulario seu campsore,vt consuluit Franciscq.Curt.cons.6.

¶ Vltimo

Reus prius conuenitur fideiussore, si per statutum vel consuetudinem disponatur.

¶ Vltimo flectitur regula, quando statutum vel consuetudo disponeret, vt non discusso principali reus conueniretur, teste Pyrrho in consuetud. Aurelianens. rub. de execu. c. 8. Quia minime mutanda sunt, quæ semper certam habuerunt interpretationem. l. minime. ff. de legib.

Fideiussor agit cõtra eum, pro quo se obligauit.

¶ Postremo non est omittendum, quod si quis fideiusserit pro aliquo, & constituerit reditus super suis bonis, vel ad aliud se obligauerit, potest fideiussor agere contra debitorem pro quo se obligauit, vt redimat reditus, vel vt eum eximat ab obligatione. per l. Lucius. ff. mandat. c. fi. de fideiussor. sic pronuntiauit senatus pro Guillelmo Simone dom. de Ruce contra do. Danseruille, anno 1526. die prima Iunij. videre Cepol. in l. Latinus Largus. ff. de ædilit. edic.

Arestum.

TERENT. CLEMENS LIB. V. AD LEGEM IVL. ET PAP.

LEX CLI.

Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.

Hereditas delata, quid.

¶ Hereditas dicitur mihi delata, id est obuenta, allata, & deuoluta, cum eam adeundo possum consequi. hinc deferri hereditatem alicui, id est obuenire, Gallicè dicimus *aduenir*, vt hic. Non verò oblata, vt quidam dicunt: quia nullus est qui eam offerat. quamuis glo. in rub. C. de delato. exponat delata, id est oblata per l. 2. C. de Carboni. edic. quæ hoc nõ probat. Sed quod delata dicatur obuenta facit lex 2. ff. de castr. pecul. ibi Si filius familias miles decesserit, si quidem intestatus bona eius nõ quasi hereditas, sed quasi peculium patri deferuntur: iuncta l. lege obuenire. supra eod. l. filiifamilias militis puto peti posse hereditatem ex testamento nobis obuenientem. ff. de petitio. heredita. & deuolutam hereditatem dicit Iurisconsul. in l. quamuis. ff. de iudic. Et in l. qui precio. ff. de donatio. caus. mort. sic scribitur, nam quicquid propter alicuius mortem obuenit, mortis causa capitur, & sic obuenire dicitur: nisi dicas quod hereditas satis se offert cum alicui obuenit. Vestrum erit iudicare, præcedens ne expositio melior sit. Quoties vero duplici iure defertur alicui successio, repudiato nouo iure quod ante defertur, supererit vetus, l. quotiens duplici. ff. de reg. iuris. l. etiam si putauit heres eas res ex hereditate esse, quæ sibi delata est. ff. de petit. heredita. & l. sed & si lege. §. scire. & §. si quis re. ibidem.

Legis explicatio.

¶ Vult igitur tex. hic dicere, Quod hæc hereditas mihi delata est, id est allata & obuenta, quam possum adeundo consequi siue per me, siue per alium, dicit glo. Et adire contrarium est verbo repudiare. glo. in rub. ff. de acquirenda heredita. Et heres dicitur adire hereditatem, id est agnoscere, & pro herede gerere. l. 1. & 2. iuncta l. pro herede. ibidem scripsi in l. intestatus. supra eod.

Viuentis hereditas non dicitur deferri.

¶ Ex quo infertur quod delata non dicitur hereditas viuentis, quare eam repudiare non valeo. nam adeundo non possum eam consequi, l. qui superstitis. ff. de acquir. heredita. vno tamen casu viuus heredem habet. in l. bona. §. item. ff. de captiuis.

Delata non dicitur hereditas ante conditionem impletam.

¶ Adhæc non dicitur delata ante conditionem vel diem existentem, l. is qui heres. ff. de acquir. heredita. quia antea non possum eam adeundo consequi.

Repudiatio hereditatis acquisitæ in quo valeat.

¶ Insuper si hereditatem mihi iam acquisitam repudiauero, non exprimendo quod sim suus heres, non valet repudiatio. Quia non videor repudiare ius mihi iam acquisitum, sed acquirendum. Bar. in l. is qui putat. ff. de acquir. heredita. Alexand. consil. 126. viso processu. col. penul. & vl. in 7. vol. ideoque in repudiatione oportet exprimere se suum heredem. quod notandum asserit ibidem Alexand. nisi verba generalia forent in instrumento apposita, vt solent esse in instrumentis huius memoriæ, vt docet etiam Bar. in d. l. is qui putat. ibidem in fin.

Aduersus hereditatis transmissionem peti potest restitutio.

¶ Item in casibus in quibus transmittitur hereditas, transmissio fit hereditatis non tanquam aditæ, sed tanquam delatæ. lege, si quis filium. ff. de acquir. heredita. lege vna. C. de his qui ante apert. tabul. Tamen heres eius ad quem delata est hereditas, potest petere restitutionem in integrum aduersus transmissionem factam, propter non additionem ratione infirmitatis, aut alterius impedimenti causa omissam. l. Pantonius. ff. de acquir. heredita. Bologni. consi. 22. viso igitur, col. 2. licet contrarium teneat Corne. consi. 87. circa primum. vol. 1. eo quod in vita minor læsus non fuit, sed per mortem. At dico etiam in vita fuisse læsum, eo quòd eam non accepit hereditatem, nimirum si læsus esse censeatur, quia cepisse non videtur quod aliis non acquisiuit. l. cepisse. infra eod. ideoque in hoc Regno possent heredes minoris impetrare literas Regias nomine minoris qui non accepit hereditatem, nec eam adiuit in vita matris, ex iusta tamen causa. & Bologni. in d. consil. 22. multa allegat quæ ibi videri possunt.

¶ Adhęc scripsit Matheſillanus singul. 194. nota hoc verbum. &c. delatam &c. non propriè

priè dici, cum ignoranti defertur, vel cum est impedimentum in sua persona, vtpote quia est inhabilis, puta furiosus, infans, aut alius, per l. si infanti. & l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. & Bar. hoc probat in l. is potest. ff. de acquir. heredita. Et sic hanc hereditatem non aditam à furioso, vel alio non posse transmitti, maxime si statuto cautum fuerit hereditatem delatam non aditam, non transmitti, cum illud statutum sit exorbitans, & contra ius commune. l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. quod non puto verum. nam hereditas delata proprie dicitur, quam adeundo possum consequi, vt hic. Sed istam potest infans, & alius tutoris vel curatoris beneficio consequi, ergo proprie dicitur delata, per l. Si infanti. C. de iure delib. & l. licet. ibidem. facit l. Pantonius. ff. de acquir. heredita. Cui sententiæ subscribit Dec. ac Curt. in l. 1. C. qui admitti. multis comprobat egregius Nicol. Bello. in lib. supputa. secundo, cap. 16. eam dici delatam, quam possum consequi adeundo, id est si adierim. Et sic impedimentum & impotentia respectu hereditatis attenditur, non ratione personæ adire volentis, per legem, is potest. & legem, ventre ff. de acquirenda heredita.

Ignoranti prorie non defertur hereditas.

Damnosa hereditas.

¶ Damnosam tamen hereditatem tutor vel curator amplecti cum effectu non poterit adeundo, per legem primam. ff. de bonor. possess. fur. infanti. Nec etiã videtur quis hereditatem adire quam repudiauit, etiam recepta pecunia. lege, fuit quæstionis. ff. de acquir. heredita. Siquidem ad vnum effectum inducta, non operantur contrarium. l. legata. ff. de lega. 1. Idem si prætermitteret adire hereditatem. lege prima. 2. & per totum. C. Si quis omissa caus. testam. Secus vbi quis veneret hereditatem, quia tunc vendendo adire videtur, & gerere se pro herede. l. 2. C. de pact. & ita vidi iudicari & teneri, & iura contraria non faciunt in his terminis. Sic dixi de beneficio quod renuntiauit ante possessionem adeptam, & ante acceptationem, vt illud videar acceptare renuntiando, in prax. benefic. in tertia parte.

Non videtur quis hereditatẽ adire quam repudiauit.

Deferre quot modis sumatur.

¶ Insuper notandum est hoc verbum deferre multis modis in iure accipi, primò vt hic, & in l. lege obuenire. & l. ex illa parte. infra eod.

Deferre appellationi.

¶ Secundò deferre appellationi est admittere appellationem, nempe iudex eam recipiendo dicitur deferre appellationi. cap. cum appellationibus. de appella. in sexto, & ibi Archidiaco.

¶ Tertiò per appellationem causa dicitur delata ad superiorem, id est deuoluta. c. Romana. §. Si verò vocatis. de appella. in 6. vnde etiam bona fisco delata dicimus. l. 1. ff. de successor. edic. vel potest exponi vt superius, obuenta.

Deferre pro denuntiare. Delatores.

¶ Quartò, deferre pro denuntiare, l. intra quatuor. ff. de diuers. & temporal. præscriptio. l. vna. C. de his qui se defer. lib. 10. & in titul. de delator. ibidem. vbi glo. in rub. exponit pro denuntiare. Inde delatores, id est denuntiatores bonorum vacantium, vel alicuius criminis vocantur, in l. 1. ff. de iure fisci, vbi addit ex quibus causis bona ad fiscum deferri possint, & quæ personæ prohibeantur deferre, id est denuntiare. l. deferre. eod. & l. edicto. ibi, antequam causa eius ad ærarium deferatur. iuncto §. cum ante. ibi, cum quis se nuntiat. ibidem. & l. res. in fi. ibidem. vel indicare, l. deferre. §. sed communem causam sibi cum fisco quis deferre potest, hoc est indicare. ff. de iure fisci, licet quidam tex. hic non corrupti habeant vel vindicare. Et delator non est qui protegendæ causæ suæ gratia aliquid ad fiscum denuntiat, l. delator. ff. de iure fisci. ergo qui denuntiat gratia fisci dicitur delator. l. 3. ff. de edendo. & sic intelligenda est rub. de delator. lib. 10. C. & dicitur delator eo quod detegat, & deferat illud quod latet, quasi occultus accusator, teste Luca in d. rub. de delator. cap. licet. de accusatio. inde prædia delata. in l. milites prohibentur. ff. de re militar. Et ideo deferri debet quod latet, non id quod fisci est, id est illud quod iam fiscus possidet non debet nuntiari. l. edicto. §. nihil. ff. de iure fisci. & illum censitor relenare debet qui in publicis tabulis delato modo frui certis ex causis non possit. l. forma. §. illam. ff. de censib. Et Budæ. sic ait in primis annota. Delatorum enim appellatione intelliguntur sycophantæ, id est criminatores.

Deferre pro accusare.

¶ Quintò deferre quandoque accipitur pro accusare, criminari: quia nuntiando accusabatur. l. hi tamen. §. ab alio delatum alius deferre nõ potest ff. de accusatio. l. qui de crimine. C. illo titul. Hinc delator accusator dicitur, in l. is qui reus. ff. de public. iudic. l. famosi. §. serui quoque deferentes audiuntur. vbi glo. ff. ad legem Iul. maiesta. l. deferre. §. penul. ff. de iure fisci, licet quidam dicant deferri absentes, accusari præsentes. Et sæpius apud rhetores deferre nomen alicuius de aliqua re, est accusare. Hinc Delatus reus, id est accusatus, l. reus delatus. ff. de munerib. vbi honores petere prohibetur ante sententiam, nisi in casibus positis per Roma. singul. 438. Incipien. l. fi. ff. de præuaricator.

Deferre honorem.

¶ Sextò deferre honorem est tribuere, conferre. l. honorem sustinenti munus inferri, vel imponi non potest: munus sustinenti honor deferri potest. l. vt gradatim honores deferantur. & l. honor. §. de honoribus. ibi, imprimis consideranda est persona eius cui de-

fertur honor. ff. de muneribus & honoribus. lege, presbyteri. prima. Cod. de episcopis & clericis.

Deferre pro offerre.

¶ Septimo deferre capitur pro offerre, inferre: & dicitur iuramentum deferri, & delatum, id est oblatum. l. 1. ff. quar. rerum actio non detur. & l. nam postea. §. si is qui. & seq. ff. de iureiur. l. delata. & l. si quis. C. de reb. credit. & iurare quis dicitur delata conditione, quando aliquo offerente ei iuramentum, ipse iurat, & præscripto modo, vt sibi delatum est. l. 3. ff. de iureiur. ita supplicans dicitur deferre preces, id est offerre. l. 1. C. de precib. Imperator. offerend. iuncta rub.

Deferre, de loco ad locum ferre.

¶ Octauò deferre est de loco ad locũ ferre, vel leui cursu ferre, id est portare, vehere. Inde nauis dicitur ictu fluminis, & aduersa tempestate delata. l. nauis. ff. ad legem Rhod. de iactu. Lucas in rubr. C. de delator. col. 2. per text. in lege, hoc amplius. §. 1. ff. de damno infecto. vbi primò dicitur importata, postea delata, seu deferre. l. penul. ibi, Sed etiam furti agitur de pecuniis, quas seruus ad eam mulierculam detulisset. de seruo corrupto. & ne piscatores lumine ostenso nocte fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, prohibetur in l. ne piscatores. ff. de incend. Et miles præcipua debet habere, quæ detulit secum in castra, concedente patre, l. miles. 1. ff. de castren. pecul. l. Celsus. §. sed & si ratis delata sit vi fluminis in agrum alterius. ad exhibendum. l. Iulia. §. glans. ibidem: & deferre vtensilia in ciuitatem, in l. 2. ff. de nund.

Deferre bonorum possessionem.

¶ Nonò deferre bonorum possessionem est concedere, & dare, l. 1. in princip. ff. de successor. edic. ibi, bene igitur prætor putauit præstituere tempus his, quibus bonorum possessionem detulit, id est dedit & concessit. inde actio dicitur delata, in l. si verò. §. dabit autem quod ad eum peruenisse accepimus, siue iam exegit, siue exigere potest, quia actio ei delata est. ff. soluto matrimo.

Deferre in censum.

¶ Decimò, in censum deferre, est profiteri, l. forma censuali. §. item syluæ cæduæ omnia ipse qui defert, æstimet. ff. de censib.

Deferre in ærarium.

¶ Vndecimò deferri in ærarium, seu in principis commentarium, est describi, regestrari. l. abesse. ibi, qui ad ærarium delati, aut in commentarium principis relati sunt. ff. ex quib. caus. maior. & ibi Budæ. elucidat l. senatus. de iure fisci. ibi, si quis debitorem subiecerit, tantum in ærarium deferat, quantum præmij nomine delator ipse consecutus fuisset, si vicisset. & §. senatus. ibidem.

Deferre in publicum.

¶ Duodecimò, deferre in publicum est publicare, palam facere, l. bona fides. ff. depositi, vbi prius vtitur verb publicare, postea in publicum deferre. Et deferre ad senatum, vel ad principem, pro referre.

Consequi pro assequi.

¶ *Consequi* pro assequi, vel acquirere, adipisci accipitur hic, & in l. argentarius. §. quod autem. ibi, id ipsum quod ita perdiderit, hac actione consequatur. ff. de edendo. l. si autem. §. 1. ibi, ampliores quam oportuit fructus fuero consecutus. de negot. gest. Alibi scribitur, A principe fuerit consecutus. in l. nisi ex magna causa. de minorib. l. 1. §. item si quis. Ex quib. caus. maior. l. nihil. de inofficios. testam. l. si pecuniam, §. plane. de condict. caus. data. Et in lege Aquilia damnum consequimur, id est damni æstimationem: & amisisse dicemur, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur. l. si seruum. in fine. ff. ad legem Aquil. Et consecutam sententiam, l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. l. item videndum. de petitio. hereditat. l. non possumus. Si pars hereditat. peta.

Consequi libertatem.

¶ Consequi libertatem, pro acquirere, in l. sed si hac. §. 1. ff. de in ius vocand. l. quod autem. de seruitutib. vrba. prædior.

Consequens.

¶ Inde Consequens est dicere, quasi proximè accedit, cohærens, insequens est, accommodum est, non est diuersum: qua phrasi sepius vtuntur Iurisconsul. l. 1. §. 1. ibi, consequens est dicere sententiam nullius esse momenti. ff. de feriis. l. 1. Si pars hereditat. peta. ibi, consequens fuit. videte in lege, quibus. §. fina. supra eod. lege, frater. de condict. indeb. ff. l. qui vsumfructum. in fin. de vsufruc. l. constitutionibus. Ad municipal. lege, si non fuerit. de iureiur.

Consequentia.

¶ Consequentia, connexum, consecutio: vnde Iurisconsul. ait: quod contra rationem iuris receptum est, non est trahendum ad consequentiam. l. quod verò. ff. de legib. & l. quod contra. ff. de regul. iur. Vult dicere tex. id quod rationi non est conueniens, non debere ad alios protrahi, & extendi casus, & ad sequentia. facit l. moris, 1. ibi, per consequentiam. ff. de pœnis. l. si autem §. sed & is. de rei vindica. Et quamuis dicant nonnulli dictionem hanc Latinam non esse, tamen & Iurisconsul. & Cicero de diuin. & ad Herennium, Aulus quoque Gellius vsi sunt.

Consequenter.

¶ Consequenter, conuenienter, apte, commode. lege, his consequenter. ff. familiæ erciscund. lege, & tantum. §. his consequenter. de seruo corrupto. lege, sed & si. §. finali, de vsufruc.

CAIVS

CAIVS LIB. X. AD LEGEM IVLIAM PAPIAM.

LEX CLII.

Hominis appellatione tam fœminam quam masculum contineri non dubitatur.

Hominis appellatione quid cõtineatur.

¶ Appellatione hominis tam masculus quàm fœmina propriè continetur, & siue seruus, c. ex antiquis, 54. distinct. l. in lege censoria. infra eod. siue liber, siue ingenuus, siue libertus, siue pubes, seu impubes sit, l. 3. ff. de liber. homi. exhib. etiam si esset monstrosus, Bal. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posth. l. seruis legatis. de lega. 3. l. 1. §. prætor. de minor. c. quicunque. 75. distinct. §. per occasionem. in authen. de nupt. colla. 4. cum distinctione facta in l. quæreret. supra eod.

Hominis appellatione venit etiam fiscus.

¶ Ampliate etiam vt veniat fiscus, glo. singular. in l. eos. C. de vsur. vnde si quis promiserit me aduersus omnes homines defendere, tenetur etiam contra fiscum me defendere, teste Barba. in clem. 1. col. 2. de electio. & consil. 47. glo. penul. in 4. vol. Iaf. in l. fi. in princip. col. 2. C. de iure delib.

Item clerici & laici, &c.

¶ Item veniunt tam clerici quàm laici, quia omnes homines sunt. c. sacramenta. de consecra. distinct. 1. c. duo sunt genera. 12. q. 1. & hoc quando materia vtrisque congrueret, alias secus. glo. singul. in c. fi. de temporib. ordinand. in 6. clem. 1. de electio. venit etiam episcopus. c. 1. de maior. & obedien. in 6. & c. 1. 11 q. 1. necnon capitulum, Panor. in c. nouit. 1. no. per illum tex. de his quæ fiunt à præla. Scripsi in §. præfatique ordinarij. de colla. in concorda. ita etiam Iudæi, c. fi solus. 8. distinct. & Sarraceni, c. quia te. 50. distinct. nisi materia hanc generalem significationem restringeret, vt inferius dicetur. Ex hoc infertur, quod iustissime ædiles noluerunt hominem ei rei quæ minoris esset accedere, ne qua fraus aut edicto aut iuri ciuili fieret, & propter hominum dignitatem. l. iustissime. ff. de ædilit. edicto. §. in pecudum. Instit. de rerum diuisio.

Venditor hominis quid præstare debeat.

¶ Secundò, venditor hominis præstare emptori debet quanti eius interest hominem venditoris fuisse, l. venditor. ff. de euictio. Et intelligendum est de seruis, quandoquidem liber homo vendi non potest, nec stipulari. l. sed Celsus. ff. de contrah. empt. l. liber homo. de verbor. obliga.

In hominis facie nõ debet aliquid index inscribere.

¶ Tertiò, in facie hominis iudex non debet aliquid inscribere vel imprimere, quia est ad similitudinem cœlestis pulchritudinis figurata. l. si quis in metallum. C. de pœnis, vbi glo. dicit quem non esse in fronte bullandum. Sequitur Feli. in c. significasti. col. 4. de homicid. licet quandoque viderim apud Gallos, etiam supremos iudices corruptos, iniquos, aut falsarios, in fronte signari flore lilij.

Interdictum contra detinentem hominem.

¶ Quartò, contra detinentem hominem liberum datur interdictum de libero homine exhibendo. l. 1. & per totum. ff. de liber. homi. exhib. quando ab homine priuato detinetur: secus si à iudice, Alexand. consil. 133. in 6. vol. & ideo si quis vxorem alterius detineat, agetur hoc interdicto, teste Specula. in titul. de conuers. infidel. versic. porro liber. Angel. & alij in §. summa. Instit. de interdict.

Contra hominis occisorem. Septem causæ quæ homines impellunt.

¶ Quintò, si quis hominem contra pacem constitutam occiderit, capitalem subeat sententiam, §. si quis hominem. de pace tenend. & eius violator. & dicit philos. lib. 1. politic. c. 10. quod quęcunque homines agunt, septem eos de causis agere oportet, fortuna, vi, natura, consuetudine, ratione, ira, cupiditate.

¶ Sextò, si tibi hominem dedero vt manumitteres, & postea fuisti à procuratore meo prohibitus ne manumitteres, si ex iusta causa procurator motus fuerit, & non acquieueris illius prohibitioni, teneris per tex. singul. in l. si hominem. ff. manda. vbi alia addidi, ampliora alibi tractaturus dum per otium detur.

Vassallus quid efficere debeat.

¶ Septimò, vassallus qui promisit defendere dominum aduersus omnes homines, debet etiam defendere aduersus fœminas, & hermaphroditos: nam homines sunt, vt hic. no. in §. fin. de prohibi. feud. aliena. per Federic. l. quæritur ff. de statu homi. facit l. non dubium. ff. de custod. reor. c. ego N. de iureiur.

Instructa taberna.

¶ Octauò, instructam tabernam accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata est, l. instructam. infra eod. cum aliis multis quæ huc adducipossent.

Hominis appellatio quãdo ad masculos tantum referatur.

¶ Flectitur autem præfata regula, primum quando homo & mulier separatim exprimerentur. tunc enim expressum excludit tacitum, Genes. 1. Creauit hominem deus ad imaginem suam. & c. hæc imago. 33. q. 5.

¶ Secundò vitiatur, quando materia non conueniret mulieri: vt si diceretur, quod in episcopum eligatur homo, de rationabili intelligetur non de furioso, c. si homo. 27. q. 1. vbi qui ratione caret non dicitur homo. vnde Chrysostomus de homine pulchrè ait: Cum recalcitres vt asinus, ferias vt equus, luxurieris vt mulus, carnem tuam impingues vt vitulus, rapias vt lupus, in ira frendeas vt leo, pungas vt scorpio, venenum infundas vt aspis,

proximum lædas vt vipera, qualiter te hominem iudicabo? cum nullam charitatem in te reperio. Lucas refert in l. iudices. col. 5. C. de dignita. lib. 12. vbi plus dicit, Sicut perfectum omnium animalium homo est, sic & separatum à lege, & iustitia, pessimum est omnium. & dicitur à philoso. homo animal rationale mortale. glo. in authen. de monach. in princip. colla. 1. Bal. consil. 176. in 1. vol. & natura hominis scire desiderat; l. legatis. §. ornatricibus. de lega. 3. Alias qui discere contemnit, membrum diaboli dicitur. c. fi. 38. distinct. & partus hominis dicitur in l. quæret aliquis. supra eod.

Posthumus nõ est homo.

¶ Tertiò, limitatur in posthumo. nam fieri homo speratur, ergo non est, l. cum inter. C. de fideicommissar. liberta. Barba. in repet. l. cum acutissimi. col. 53. C. de fideicommiss. tex. in l. in lege Falcidia placuit. in fi. ff. ad legem Falcid. vbi sunt talia verba, quia partus nondum editus, homo non recte fuisse dicitur. Quantum tamen ad commodum illorum pro natis habentur, l. qui in vtero. ff. de statu homi. dicetur in l. quod dicimus. infra eod.

Mortuus non est homo.

¶ Quartò, non procedit in mortuo, qui potius cadauer quàm homo dicitur, c. cum Christus. & ibi Panor. de hæretic. l. qui mortui nascuntur. supra eod. vnde qui promisit domum quam vendit, aduersus omnes homines defendere, non comprehenditur spiritus: qui si tumultum inferat in domo vendita, non tenetur venditor, si nesciebat: alias hoc in venditione exprimere tenetur l. 1. in fi. ff. de actio emp. Christophor. Porc. in §. fin. Insti. de loca. vbi dicit conductorem non teneri ad soluendum pensionem solitam, si discedat metu malorum spirituum, quos in domo audiebat.

Spiritus non est homo.

Homo separatim positum de muliere non dicitur.

¶ Quintò, licet homo & fœminam comprehendat, tamen non debet dici sola hæc dictio homo. de muliere, veluti si diceremus, Quod Titia est bona homo. non enim reciperent hanc locutionem grammatici. quod enim commune est ad solam fœminam referendum est, vt dicit Alcia. in lib. 7. Parerg. c. 7.

Hominis appellatio quãdo ad seruũ vel liberũ referatur.

¶ Vltimò si velitis scire an hominis appellatione veniat seruus, vel liber, respicere oportet materiam: nempe si conueniat solis seruis tunc hominis appellatione seruus veniet, vt in legato hominis, quia liber homo legari non potest. l. Legato. ff. de lega. 1. Et idem si hominem vendam, vel alias disponam, vt in titul. ff. ad legem Aquil. & de noxal. actio. & similib. & homo liber non vindicatur l. 1. §. per hanc. ff. de rei vind. videre casum sing. in l. 1. C. si seruus exportand. veneat. Si vero materia congruere possit liberis hominibus tantum, & tunc de liberis intelligetur, vt in actibus ciuilibus, & officiis, & aliis, in quibus serui non recipiuntur: quia nil sunt quod ad ius ciuile attinet, l. quod attinet. ff. de regul. iur. Si autem materia vtrisque conueniat, tunc & de homine libero, & de seruo intelligetur, l. 2. §. homines. ff. vi bonor. raptor. vbi sunt serui quemadmodum in Hispania, & apud barbaras nationes. sed in hoc Regno Franciæ quia vix est reperire seruos, parum vtilis foret hæc materia: quamobrem breuiter perstringamus.

¶ De homine fit mentio in tredecim locis huius tituli, quos hic inseruissem, ni breuitati potissimum in re tam facili consulerem.

Minus digna nonnunquam præponi.

¶ Ex hoc tex. colligi potest, minus digna nonnunquam præponi. nam hic Iurisconsul. præponit fœminam masculo, ratione videlicet maioris dubitationis nam dubitatio maior erat in fœmina quam in viro, ideo expressit præponendo. Alias regulariter digniora sunt præponenda, vt plene doct. scribunt in c. 2. de iudic. & ego ipse in Concorda. in §. monemus. in verb. à nobis.

Dubiũ & ambiguum quid differant.

¶ Dubium & ambiguum differunt. nam ille dicitur in dubio esse qui nescit, & animo hæret, incertus quid dicat, sentiat aut faciat, glo. & doct. in l. de statu suo dubitantes. ff. de testam. & in rub. de iuris & fact. ignoran. Ambiguum autem est vbi opinionum est conflictus, & iura videntur varia. c. 1. de iudic. hæc tamen differentia sæpius confunditur.

TERENT. CLEMENS LIB. XII. AD LEGEM IVL. PAPIAM.

LEX CLIII.

Intelligendus est mortis tempore fuisse, qui in vtero relictus est.

Qui in vtero est pro nato habetur.

¶ Is videtur fuisse tempore mortis qui iam erat in vtero: vnde si testator singulis filiis qui erunt tempore mortis suæ legauerit centum, is qui in vtero erat, habebit centum: nempe qui in vtero est pro nato habetur, l. qui in vtero. ff. de statu homi. Item legitima, si fuerint liberi quatuor, vel infra, est triens: si quinque vel vltra, semis. iam fingamus quatuor esse natos, & quintum adhuc esse in vtero: an legitima semis erit? Respon. hoc casu pro culdubio legitimam esse semissem, quia fuisse tempore mortis intelligitur, l. cum quæritur. & authen. nouissima. C. de inofficios. testam. facit l. 2. C. ad Orficia.

Posthumis tutor dari potest.

¶ Adhæc permissum est patri, tutores dare filiis in sua potestate existentibus tempore mortis, ac nepotibus, dum non sint recasuri in patris potestatem. §. permissum. Instit. de tutel. Certe intelligemus fuisse in potestate etiam tempore mortis, qui in vtero erant: sicque

posthumis tutor dari poterit, vt ibidem dicitur, in §. cum autem. & l. 1. ff. de testam. tutel.

Posthumis substitui potest.

¶ Idem est dicendum cum pater substitueret pupillariter illi filio, quem in potestate habet tempore mortis. l. 2. ff. de vulgari. l. precibus. C. de impuber. vt eodem modo posthumis substituere valeat, l. fi. C. de insti. & substitutio.

Qui in vtero est fictione iuris pro nato habetur.

¶ Verum ne quis hallucinetur in huiusmodi relictis in vtero, fictione tantum iuris eos pro natis haberi censendum est, vt satis colligi potest ex hoc verbo intelligendus, quod fictionem denotat. §. 1. Inst. de excusa. tutor. dixi in l. dedisse. supr. eo. §. 1. de excusatio. tutor. hoc addito, quod viuus nascatur l. qui mortui. supra eod. quódque iam natus fuerit, vt hîc probat verbum fuisse. Alias adhuc existens in vtero non rumpit testamentum, l. posthumo. C. de bonor. possessio. contra tab. Nec enim ante natiuitatem partem hereditatis haberet, sed in tempus quo nascetur omnia ei integra iura reseruantur. l. antiqui. ff. Si pars hereditа. peta. l. sed si restituatur. §. fi. de iudic. Quod etiam restringit glo. verum esse quando ageretur de suo commodo, secus si de odio illius qui est in vtero, veluti etiam doct. no. in d. l. qui in vtero. & ego non prætermittam in l. quod dicimus. infra eod. Et an valeat donatio facta posthumo, & quomodo sit insinuanda & acceptanda, scripsi in l. subsignatum. §. attestari. supra eod. & 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. titul. de donatio. insinuand. artic. 2.

Tempore mortis, & tempore ipso quo decedet, quid differant.

¶ Differentiam autem inter aliquid fieri tempore mortis, vel tempore ipso quo decedet vel morietur, videte per glo. in l. si peculium. §. fi. ff. de lega. 2. & Bar. in l. quod de pariter. in fi. de reb. dub.

Vterus quid. Vterinus.

¶ Planius autem veniendo ad verba de quibus in tex. Vterus dicitur locus continens puerum, seu vulua inter vesicam, & rectum intestinum sita, vt medici dicunt, & Iurisconsul. sæpius hac dictione vtuntur, vt in l. quod dicimus. infra eod. Et vterinus est qui eodem vtero conceptus, natusque est, vt in titul. de consangui. & vteri. fratrib. colla. 6.

Venter quid, & quot modis.

¶ Venter autem generalius, & multis modis capitur, primum pro ea hominis parte quę & vterum & intestina continet: idque propriè, vt in titul. de ventre inspiciend. custodiendóque partu, vbi si mortuo marito vel diuortio facto mulier se prægnantem dicat, tunc matronæ ventrem mulieris aspicere debent, an prægnans sit, necne. l. 1. illo titul. & §. fin. Et Hieronym. ait, venter & genitalia sibimetipsis vicina sunt, vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum. Et, Venter cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. in summa. 44. distinct. & c. fi. ibidem. venter pinguis crassum sensum generat. Et ventri tutor dari non potest, sed curator. lege, ventri. ff. de tutor. & curator.

Venter pro fetu.

¶ Interdum etiam Iurisconsul. ventrem improprie accipiunt pro fetu, qui in vtero & ventre continetur, vt in titul. Si ventris nomi. mulier in possessio. missa. & titul. seq. Si mulier ventris nomi. in possess. calumniæ causse esse dicat. Docet Specula. in titul. de eo qui mittitur in possess. §. 1. vnde solent Iurisconsul. dicere ventrem mitti in possessionem, instituì, exheredari, bonorum possessionem dari, l. 1. & l. vbicunque, & per totum. ff. de ventre in possess. mittendo. & l. ventre præterito. de acquir. hereditа. l. non est ambigendum. de bonor. possessio. & in titul. de liber. & posth.

Venter μεταφορικῶς.

¶ Aliquando capitur μεταφορικῶς, vt in l. si quando. ff. Si seruit. vindicet. Si quando (ait Iurisc.) inter ædes binas paries esset, qui ita ventrem faceret, vt in vicini domo semipedem aut amplius procumberet. declarat Alcia. lib. parerg. 6. c. 7.

MACER LIB. I. AD LEGEM VICESIMAM.

LEX CLIIII.

Mille passus non à muro vrbis, sed à continentibus ędificiis numerãdi sunt.

Miliariũ quid.

¶ Mille passus à suburbiis & continentibus ædificiis computantur, non à muro vrbis, vel castri. vnde præfectus vrbis habet cognitionem, non modo infra vrbem, sed etiam vsque ad centesimum miliare, sic computandum vt hic. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb. l. 1. Si quis cautio. licet Augustin. non à miliario vrbis legat, & planius. erat autem miliarium columna in capite fori Romani, in qua singulæ viæ conscriptæ erant, à qua omnes Italiæ viæ incipiebant, & in quam omnes desinebant, vt dixi in l. in itinere. supra eod.

Quid colligatur ex legis textu.

¶ Item confert ad plerasque Regni consuetudines, quibus cauetur quod primogenitus nobilis habeat vnum arpentum terræ contiguæ castro, vt huiusmodi arpentum mensurandum sit non à muris castri, sed à continentibus ædificiis, vt hic. Ponderanda tamen erunt verba consuetudinis quomodo loquantur, & secundum ea iudicandum, per l. non aliter. ff. de lega. 3. Adhęc colligitur, Quod si quis prohibeatur tenere porcos intra ciuitatem Montispessulani, & circum per iactum lapidis, computandum erit à continentibus

ędificiis,vt hic.videte quę ſcripſi in l.in itinere.ſupra eod.

¶ Limitatur quando aliter conſtaret ex verbis,vt ſi dicatur, quod intra villam, nec extra per miliare liceat habere capras: tunc enim ab vrbe computabitur. Secus ſi dicat prope Pariſios,neque extra per vnam leucam,tunc computatio fiet à continentibus ędificiis, vt no.Alcia.& dixi in l.in itinere,ſupra eod,Et vide de quodam prohibito à ciuitate Pariſienſi per decem leucas, vt computatio facienda ſit ſecundum noſtrum tex. De dietis dixi in l. 2. ſupra eod. vbi ſi loquamur de leucis & dietis, fiet computatio regulariter ſecundum vulgarem modum,vt in c.nonnulli,de reſcrip.

In dietis & leucis computatio fieri debet ſecundum vulgarem modum.

LICINIVS RVFINVS LIB. VII. REGVLAR.

LEX CLV.

Proximi appellatione etiam ille continetur qui ſolus eſt.

Proximus quis.

¶ In l.proximus,ſupra eod. fuit dictum quis ſit proximus, videlicet quem nemo antecedit: nunc declarat hęc lex, quod vnus ſolus contineatur appellatione proximi. Vnde ſi proximus ex linea paterna debeat ſuccedere, & illo deficiente, alij ex linea materna: ſi vnus tantum ſit ex linea paterna,is ſuccedet,excluſis aliis,per iſtum tex,& ſcribit Bald.con ſil.469.ſtatuto in 1.vol.Sed frequentius de pluribus dicitur,l.1.§.proximus.ff.vnde cogna. vbi ſic ſcribitur:Proximus autem accipitur, etiam qui ſolus eſt, quamuis proprie proximus ex pluribus dicatur.

Proximus in bonorum poſſeſſione quis dicatur.

¶ Et proximum nos accipere oportet eo tempore quo bonorum poſſeſsio defertur, vel quo mortuus fuit is de cuius hereditate agitur.§.proximus.de legitim.agnator.ſucceſſ. in Inſti.Et ſi plures gradus agnatorum ſint,aperte lex 12.tabularum proximum vocat. itaque ſi verbi gratia ſint defuncti frater,& alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habebitur: & quamuis ſingulari numero vſa lex 12.tabular. proximum vocet, tamen dubium non eſt quin ſi plures ſint eiuſdem gradus,omnes admittantur.nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur, non habita ratione pluresne ſint in illo gradu, vel pauciores.§.ſi plures.ibidem.

Proximi nomē de agnatis & cognatis dicitur.

¶ Adhæc notandum eſt quod proximi appellatione, Gallicè *des prochains*,ſine adiuncto veniunt tam agnati quàm cognati, §. 1. & d. §. proximus.de legitim. agnator. ſucceſsio. in Inſti.§.eos.cum ſeq.de ſucceſſ.cognator.Et hoc caſu vocatur proximus,id eſt coniunctus & conſanguineus,teſte Barba.in repet.l.cum acutiſsimi.col.54.C.de fideicommiſſ.vnde ſi conſuetudo diſponat retractum eſſe concedendum proximis,*au plus prochain lignagier*,intelligitur de conſanguineo proximo & illius lineæ qui admitti poſsint.l. dudum. C. de contrah.emptio.Bertrand.conſil.30.punctus quæſtionis.col.2.vol.1.ſecundum no.editio.

Proximiorem ſe dicenti,onus probandi incūbit.

¶ Aduertendum eſt tamen quod dicenti ſe proximiorem, incumbit onus probandi: alias ſuccumbit tanquam deficiens in fundamento ſuæ intentionis,vt docet Alexand.con ſil.124.viſo proceſſu. col. 1. vol. 7. allegat Specula.in titul. de teſtam.§.penul. verſic. eſt & alia bonorum poſſeſsio.facit l.cum ita.§.fi.de lega.2. ff. & quomodo hoc probandum ſit, docet Dec. conſil.321.in cauſa.

Proximus ratione præſtiti beneficij.

¶ Aliquando poteſt dici proximus ratione præſtiti beneficij, vt in euangelio de eo qui incidit in latrones,Lucæ 10.&.§.ſi quis de prędictis.verſic.Sed ſi aliqui.in authen.vt iudic. ſine quoquo ſuffragio.col.2.

Proximi omnes fideles,

¶ Adhæc omnes fideles proximi noſtri ſunt,c.charitas.2.§.item proximos,& ſeq.de pœniten.diſtinct.2.

Proximus ratione loci, & adminiſtrationis.

¶ Proximus etiam dicitur ratione loci,vel adminiſtrationis,qui propius in adminiſtratione Regij officij accedit ipſi Regi. vnde proximi ſacrorum ſcriniorum vocantur, qui Regi proxime adſunt in ſcriniis & conſiliis, vt ſunt libellorum magiſtri & ſecretarij.docet Budæ.in anno. ad l.nec quicquam.ff.de offic.proconſul.& Pyrrh.in tract. de magiſtra.Roma.vt in rub.C.de proxim.ſacror.ſcrinior.lib.12. Lucas de penna in rub.dicit etiam aliquem proximum ætate dici,vt proximus pubertati,qui habet tredecim annos cum dimidio,l.non tantum.in princip.ff.de excuſa.tutor.l.heredibus.in fi.de dolo.

Proximi ſacrorum ſcriniorū.

Proximus ratione ætatis.

¶ Alio modo vocatur proximus per glo. in §. pupillus. de inutilib. ſtipula. in Inſti. Et in matrimonio relinquitur arbitrio iudicis, teſte Philippo Peruſino in c. vno. §. 1. de deſponſa.impub.in 6.Panor.& Præpoſit.in c.continebatur.eod.titul.

Proximus agnatus,cognatus.

¶ Interdum ei adiungitur dictio,vt proximus agnatus,vel proximus cognatus,& tunc is dicitur quem nemo præcedit.l.proximus.ſupra eod.titul.& l.2.§. hereditas. ff. de ſuis & legitim.heredib.Dec.in l.2.in princip.C. qui admitti.

Primus quis.

¶ Adde in verb.primus,vt etiam is dicatur qui ſolus eſt,& poſtremus.l. 2. §. legitima. ff. de ſuis & legitim. heredib. Legitima (inquit Iuriſconſul.) hereditas tantum proximo defertur:nec intereſt vnus ſolus ſit,an ex duobus prior,pluréſve:an duo pluréſve ab eodem gradu

gradu venientes,qui vel ceteros antecedant,vel ſoli ſint,quia is eſt proximus quem nemo antecedit,& is vltimus quem nemo ſequitur.Et interdum is eſt primus poſtremúſque,qui ſolus occurrit.hæc ſunt verba tex.

Primogenitus quis.

¶ Idem in verb. primogenitus, vt etiam is dicatur qui primo natus fuit, licet alius non fuerit natus,c.Ioſeph.ex.eod.vel ante quem nullus natus fuit.vnigenitus quem nullus ſequitur.Boer.q. 204.quæritur.in deciſio.Burdegal.vbi dicit medium inter omnes, nouiſsimum poſt omnes.

Proximorum vel propinquorum appellatione qui contineantur.

¶ Ita propinquorum, vel proximorum appellatione venient tam deſcendentes, quam aſcendentes, teſte Philippo Peruſino in c. ſi pater.col. penul. de teſtam.Sic conſuluit Bertrand.conſil.30.punctus quæſtionis.col. 2. in 1.vol. ſecundum nouam impreſsionem.Alia multa ſcripſi in l.proximus.ſupra eod. Et ſtatuto dictante quod proximus ex linea paterna ſuccedat,admittetur ad ſucceſsionem quantumuis remotus,dum ſit ex hac linea,excludétque alios quantumuis proximiores ex linea materna, aut alia. §.proximus, de legitim. agnator.ſucceſſ.Bal.conſil.469. ſtatuto cauetur. in 1. vol. Sic quoque proximorum, vel propinquorum appellatione non veniret vxor aut nurus.l.1.C.vnde vir & vxor.vbi plene doct.& in l.exigendi.de procurator.Doct.in l.cum alienam.de lega.

Proxima cauſa ſtipulationis Proximo anno cum dicimus, qui intelligatur.

¶ Proxima cauſa ſtipulationis dicitur quæ adhibita eſt ad hoc vt fieret ſtipulatio, ſeu bona ſeu mala fuerit,vt turpitudo,vis,metus,& alia,l.penul.ff.de condict.ob turpem cauſ.

¶ Proximo anno dare ſpondes? A quo tempore computetur annus declarat Iulia. in l. tali facta.ff.de iure dot. Et breuiter in hoc varietatem cauſarū inſpiciendam eſſe cenſerem, vt varie quoque proximus annus vel menſis intelligatur,vt modo de præcedenti, modo de ſequenti intelligatur,l. 2. & l.ſi ſeruus ſeruum. §. tertio autem capite. ff. ad legem Aquil. & no.in l.ſi. C. de poſth.heredib.inſtituend. Vnde ſi vendidero tibi domum centum aureis & tibi concedam vt in anno proximo ſoluas, hic annus incipiet currere à die traditæ domus,& impleti contractus,non à die conuentionis,& inſtrumenti,ſeu celebratæ venditionis & liquidationis,per d.l.tali. vt docet Bar. in l.ſi cum legetur.ff.de lega.1.& Areti.in conſil.94.conſideratis.in fi. Idem volunt quidam in anno retractus,vt computetur à die perfecti contractus,per d.l.tali.& ſic dicanici firmant computari à die ſaiſimenti quo dominus approbauit venditionem, & miſit emptorem in poſſeſsionem,& non antea, ſi cenſualis ſit fundus: alioqui à die perfecti contractus.

¶ Ita ſi arbiter intra annum proximum,ferre debet ſententiam,computabitur ille annus à die acceptationis arbitri.alias enim perfectum non eſt arbitrium,cum recuſari poſsit,l.2. & ſeq.ff.de arbitr.ſic docet Bal.in l.ſi cum dies. in princip. illo tit.vt refert Iacobi.in d.l.tali. de iure dotium.

¶ Quæ doctrina limitatur in ſententia lata ſub conditione vel die:quippe appellandum eſt à die latæ ſententiæ. Reſcindi ſiquidem etiam illud debet quod in ſpe nocere poteſt, l. illud.§.fi.cum l. ſeq. ff.de bonor. poſſeſſ. contra tab.Et cum eſſet dies expreſſa,tunc ab illo die fiet computatio,Bal. in rub. C. de contrah. emptio. q.23.Alexand. conſil. 61.viſo proceſſu in 5.vol.& Iaſ.plene in d.l.ſi cui legetur.in fi.

IDEM LIB. DECIMO REGVLARVM.

LEX CLVI.

Maiore parte anni poſſediſſe quis intelligitur,etiam ſi duobus menſibus poſſederit:ſi modò aduerſarius eius aut paucioribus, aut diebus nullis poſſederit.

De interdictis Vtrubi,& vti poſſidetis.

¶ Hæc lex declarat quando quis dicatur poſſediſſe maiore parte anni, is videlicet qui duobus etiam tantùm menſibus poſſederit,maiore parte anni poſſediſſe cenſebitur:dummodo non poſſederit aduerſarius illo anno, vel paucioribus diebus. Et ſic intelligetur l. vna. ff. vtrobi. Sed hodie tam in hoc interdicto, quàm in interdicto vti poſsidetis,ſufficit quem poſsidere litiſcontestatę tempore,l.1.§.fi.ff.vti poſsidet.§.ſed hodie.Inſt.de interdict. Dummodo nec vi, nec clam, nec precariò poſſederit. vnde rub. illam vtrobi, id eſt apud quem,exponit glo.in d.l.vna.& Alcia. hic, vtro in loco. Sed non conuenit tex.vt aſſerunt doct.& gl.in c.licet.de proba. videte an potius debeat in hac rub.dici *vtrumvi*. ſicut inueni in lib.5.Iulij Pauli Sententiarum,his verbis:Retinendę poſſeſsionis gratia comparata ſunt interdicta, per quę eam poſſeſsionem quam iam habemus retinere volumus: quale eſt vti poſsidetis,de rebus ſoli,& vtrum vi,de re mobili.Et in priore quidem is eſt potior qui rediti interdicti tempore nec vi, nec clam, nec precario ab aduerſario poſsidet. Quia prętor ſecundum iſtos rubricam poſuerat interrogatiue vtrumvi,ſcilicet poſſederit,nempe qui vi vel clam, aut precario poſſederit maiore anni parte, nihilomagis erit potior:quamobrem dicebat prætor vtrumvi poſſederit.&c.Elige cui dicas,tu mihi ſola places. Alibi maiorem eſſe partem creditorum non pro modo debiti, ſed pro numero perſonarum placuit Papinia.in l.maiorem.ff.de pact.Quod ſi æquales ſint in cumulo debiti,tunc plurium numerus

creditorum præferendus est. ibidem.

Maiores superiores à tritauo. ¶ Interdum maiores superiores à tritauo Iurisconsultus existimat, in l. 4. §. 1. ff. de in ius vocand. & in l. Iurisconsul. §. parentes. de gradib. affinita. de quibus scripsi in l. appellatione parentis. supra eod. vbi nouam assignaui declarationem, vltra iurium interpretes.

Maior ætate, &c. ¶ Adhæc notate, quod maior quis dicitur ætate, scientia, nobilitate, honore, potentia, officio, & diuitiis, c. super eo. 2. vbi Doct. de testib. plene consuluit Barba. consil. 30. sacro. col. 1. & seq. vol. 2. & in repet. l. cum acutissimi. col. 48. C. de fideicommiss. Felin. in rub. de maiorita. & obedien. vbi plenè.

Maiore anni parte quis possedisse dicatur. ¶ Intelligamus verò hanc legem, quoad illum titulum vtrumvi, vt maiore anni parte is possedisse dicatur, qui plus possederit quàm eius aduersarius. Sed regulariter in alia materia maior pars anni dicitur potior vltra sex menses: veluti dicitur is maiore parte anni habitasse in ciuitate, qui vltra sex menses habitauit, ad hoc scilicet vt priuilegiis gaudeat ciuitatis, l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. instruc. quem tex. singul. dicit Ludouic. Roma. singul. 669. communiter. scripsi in l. qui in continentibus. supra eod. & ille dicitur quotidie celebrare de vno sancto, qui quanto frequentius potuit de eo celebrauerit, c. significatum. vbi scripsi. de præb.

Si modo dictio quid significet. ¶ *Si modo*, id est dummodo, id est Si alius non diutius possederit. & sic conditionaliter sumitur, in l. Si quis ex argentariis. §. pertinere ad me videtur ratio, si modò eam tractaueris me mandante. ff. de edend. l. rescriptum. ibi, Si modo valet pactio. de pact. l. quantum. ibi, Si modo certum sit. Quod met. caus. l. arboribus. in fi. ibi, Si modo mihi aliquid stipuletur. de vsufruc. l. 2. in fi. Si pars heredita. peta. l. vtiles. & l. si quo. de petitio. heredita. l. fistulam. in fi. & l. in re communi. de seruitu. vrbanor. prædior. l. indebitam. de condict. indeb. l. quæritur. §. puerperam. de ædilit. edicto.

Dummodo quid. ¶ Dummodo, hæc dictio modum facit, & restringit, & interdum pro materia conditionem facit, l. cum ab eo. ff. de contrah. emptio. Bar. in l. quibus. §. Thermus. nu. 4. ff. de condit io. & demonstratio. facit l. cuius ædificium. ibi, Dummodo inferiora ædificia non grauiore seruitute oneret. ff. de seruitu. vrbanor. prædior. l. impuberibus. in princip. de suspect. tutor. ibi, Adolescentibus permittitur curatores suos suspectos facere: dummodo ex consilio necessariorum suorum id faciant.

Dummodo, cũ modum facit. ¶ Vtilitas ex his resultat: nam si faciat modum regulariter valet actus, etiam si illud quod restringebatur non fuerit factum. Vnde si papa vel legatus in vnione ecclesiæ statuerit vt monasterium habeat reditus talis ecclesiæ, dummodo in illo monasterio fuerint sex religiosi ad seruiendum diuinis, & orandum pro anima fundatoris, si hoc non seruetur, valebit nihilominus vnio. Et idem in dispensatione facta, dummodo intra annum hoc fiat, vt decidunt glo. & Doct. in c. non potest. de præb. lib. 6. & Do. de Rota decis. 231. ordinatio. in no. ego quoque scripsi in praxi beneficial. Et si quis in ciuem fuerit receptus, dummodo soluat collectas, si non soluat, erit nihilominus ciuis. At commoda ciuium non habebit, nisi quousque soluendo purgauerit moram, vt pulchre docet Bald. in c. dudum. 2. col. 6. nu. 26. de elect. per l. quæro. §. inter. ff. loca. & l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. eccles. quippe verbum hoc dummodo regulariter non facit conditionem, sed modum: & modus obligat ad sic faciendum quidem, sed non annullat aut impedit actum. Bar. in l. 1. & l. quibus. §. fi. ff. de conditio. & demonstra.

Dummodo, cũ conditionem facit. ¶ Cum verò facit conditionem non valet actus, nisi conditio fuerit adimpleta, l. qui heredi. ff. de conditio. & demonstra. & Bal. in d. c. dudum. ait, Quod modus impleri debet per viam compulsionis, si expediat domino: sed conditio debet impleri per modum exclusionis: id est si nõ impletur, excluditur quis ab exordio, & initio, ac vtilitate contractus, l. qui fundum ff. de contrah. emp. l. fi. §. emptor prædiorum. de rescind. venditio. l. 1. C. de conditio. quæ sub mod. vbi glo. & doct. Ias consil. 104. renuntiatio. col. 4. in 4. vol. & Paul. Paris. consil. 47. Si consideramus. col. 1. & consil. 57. ad resolutionem col. 3. nu. 15. in 3. vol.

Dummodo, quid faciat, pro qualitate causæ dignoscitur. ¶ Verum pro qualitate causę & materię dignoscitur quando faciat conditionem, vel modum, l. dummodo. ff. de procurator. Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. *des successions des bastards*, artic. 5. glo. *& au regard.* in consil. nu. 19. vnde consuluit Guido Pape consil. 205. circa processum, quod impetrans literas ad rescindendum contractum, dummodo habeat dispensationem à suo prælato, non potest vti literis, nisi prius dispensationem obtinuerit ab episcopo. nam tunc id verbum Dummodo, Gallicè *pourueu que*, facit conditionem. Sequitur Do. Andr. Tiraquel. in tract. de vtroque retrac. §. 8. glo. 8. *pourueu.* quippe satis declarat materia secundum quam est iudicandum, adiecto tamen nonnunquam & inspecto modo loquendi: vt si dicatur, Dummodo illa facere teneatur, Gallicè *pourueu que le dit tel sera tenu de faire cela, &c.* ad hęc cogi poterit. Si verò dicatur, Dummodo hoc fecerit intra mensem, alias nil habeat, Gallicè *pourueu que s'il ne fait cela dedans vn moys, qu'il ne reçoiue rien*, tunc conditionem important. Et prædicta notanda sunt, quia Doct. varij hactenus super his fuerunt.

¶ *Quo*

Quo modo. ¶ *Quo modo*, qua forma, qua ratione vel causa, seu moderatione, vt in titul. C. quomod. & quand. iud. l. Nepos. supr. eo. Et sæpe interrogatiue ponitur, sicut dictio Quemadmodum, vt in titul. ff. quemadmod. seruit. amittant. & ff. & C. quemadmod. testam. aperiant. & quem admod. ciuil. muner. indic. lib. 10.

Quoquomodo. ¶ Quoquomodo, id est quomodocunque, l. si extraneus pro muliere dotem dedisset, & pactus esset, vt quoquomodo finitum esset matrimonium, dos ei redderetur, & c. ff. de condict. caus. data: vel quocunque casu, l. si cum dotem. ff. solut. matrimo. l. his solis pecunia condicitur, quibus quoquo modo soluta est, non quibus proficit. de condict. indeb. Et est dictio vniuersalis, vt docet Bar. in l. generali. §. vxori. ff. de vsufruc. lega.

Hoc modo. ¶ Hoc modo, id est hoc moderamine, hoc temperamento, l. hoc modo. ff. de conditio. & demonstra.

Simili modo. ¶ Simili modo, pro similiter. l. quod quidem simili modo. ff. ex quib. caus. maior. l. si seruo. de vsufruc. l. item veniunt. §. simili modo. de petit. heredita.

Solummodo. ¶ Solummodo, l. 1. ff. commoda. scripsi in l. pratum. supra eod.

Triplici modo. ¶ Triplici modo, pro tripliciter, l. triplici. supra eod. vel tribus modis, vt in l. munus tribus modis. supra eod.

Tantummodo. ¶ Tantummodo, pro solum, limitat & restringit, l. sed & si lege. §. scire autem ad se non pertinere is tantummodo videtur, qui factum scit. ff. de petit. heredita. dixi in lege, pratum. supra eod.

Modus pro mẽsura. ¶ Modus interdum pro mensura capitur, vt in rub. ff. Si mensor falsũ mod. dixerit. iuncta l. 2. vbi quod in rub. vocauerat modum, in l. 2. & l. si mensor. in fi. mensuram. vnde si modus agri minor inueniatur, pro numero iugerum auctor obligatus est: qui vbi minor modus inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui non extat, l. si seruum. §. 1. ff. de actio. empti. l. litora. de contrah. emptio.

Modus pro cumulo, vel quantitate. ¶ Modus pro cumulo vel quantitate capitur, in l. maiorem esse partem pro modo debiti, non pro numero personarum placuit, iuncta l. seq. ff. de pact. l. si quis reum. de custod. reor. vbi prius nominatur quantitas, & postea modus. Sic etiam ait Vlpia. in l. cum hi. §. modus. ff. de transactio. modus quoque pecuniæ, qui in transactionem venit, æstimandus est, vtputa quantitas transactionis. nam ex modo fides transactionis æstimabitur. facit l. Mæuia. in fi. ff. de annuis lega. & l. qui occidit. §. 1. ff. ad legem Aquil. ibi, vsq; ad modum debiti habebit Aquiliæ actionem: vulgo *iusques à la concurrence du debte.* l. 3. ibi, modum autem patrimonij spectare videtur, cum alimenta decernit. & ibi, in amplis tamen positis patrimonus, non cumulus patrimonij, sed quod exhibitioni frugaliter sufficit modum alimentis dabit. Sed si non constat quis modus facultatum sit, & c. ff. vbi pupill. educar. debeat. & l. quod conditionis. in princip. de dona. caus. mort. ait, Quod conditionis implendæ gratia datur, licet non ex bonis mortui proficiscatur, capere tamen supra modum non poterit, id est vltra quantitatem vel formam constitutam à iure, vt postea declarat tex. is cui certum modum ad capiendum lex. ibi, is cui certum modum ad capiendum lex concessit pro modo possessionum. & in l. Imperatores rescripserunt aquam de flumine publico, pro modo possessionum ad irrigandos agros diuidi oportere. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. Sic pro modo prædiorum omnes pecuniam tributi conferant. l. cum possessor. ff. de censib. & pro modo agri, in l. si partem. ff. de seruitutib. rusticor. prædior.

Pro mensura agri. ¶ Iurisconsultus aliquando dicit pro mensura agri, l. fi. §. præterea. ibi, pro mensura agri per singulos annos præbeant. ff. de munerib.

Modus pro qualitate. ¶ Pro modo, pro qualitate, l. ne quid. §. de his. ibi, vt pro modo culpæ, vel vincti, vel sub fideiussoribus ad præsidem remittantur. ff. de incend. ruin. naufrag. lege, milites. versic. alioqui pro modo culpæ in eos statuendum est. & in l. fin. §. 1. ibi, pro modo culpæ, vel castigantur vel militiam mutant. ff. de custod. reor. Et pro delicti siue criminis qualitate, l. milites. §. mulier. in fi. ibi, vindicari debet pro admissi criminis qualitate. ff. de adulter. l. eos. in fin. ibi, pro admissi qualitate grauissime puniendus est. de Falcid. idem in l. 3. ad Turpillia. pro modo delicti idem, l. 3. §. qui stationis munus relinquit plusquam emansor est: itaque pro modo delicti aut castigatur, aut gradu militiæ deiicitur. ff. de re militar. l. 1. de obseq. Pro modo admissi actio dabitur in circulatores, qui serpentes circũferunt, l. fi. ff. de extraor. criminib. & in l. pen. ibi, dicitur pro mensura admissi, id est delicti. Interdum pro mensura delicti Iurisconsulti etiam scribunt, in l. Diuus ff. de falsi. vbi sic habetur: Diuus Pius Claudio rescripsit: Pro mensura cuiusque delicti constituendum in eos qui apud iudices instrumenta protulerunt, quæ vera probari non possunt.

Pro modo litis ¶ Pro modo litis, id est pro qualitate, seu quantitate, *pour la grandeur de la cause*, l. 1. §. in honorariis. ff. de variis cognitio. ibi, in honorariis quoque aduocatorum ita versari iudex debet, vt pro modo litis, proque aduocati facundia, & fori consuetudine, & iudicij, in quo erat acturus, æstimationem adhibeat.

Pro modo pecuniæ. ¶ Pro modo pecuniæ, id est pro quantitate, l. pupilli. §. penul. ff. de solutio. ibi, precium eorum

eorum pro modo pecuniæ cuiusque contractus creditor accepto facere debet. l. si quis reum. de custod. reor. ff. ibi, præses de modo pecuniæ quæ inferri debet, statuet.

Pro facultate patrimonij. ¶ Alibi Iurisconsul. ait pro facultate patrimonij, l. cum plures. in fi. cum l. seq. ff. de administra. tutor. vbi in l. seq. dicitur, Tutor secundum dignitatem, facultatesq; pupilli modum seruorum æstimare debet, qui circa eum futuri sunt: id est pro facultate patrimonij debet æstimare & arbitrari quanti serui, seu quot sint necessarij.

Modus pro forma. ¶ Modus pro forma, seu pro moderatione, vt in rub. C. de modo mulctar. quę à iudicib. infliguntur. iuncta l. fi. ibi, in qua forma etiam Comes. Et ibi, nec tamen ad huius legis moderationem pertinere se credant. l. cum eorum. C. de sentent. inde Iurisconsul. ait, modum adiici seruitutibus posse constat, veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti vt equo duntaxat, vel vt certum pondus vehatur, vel vt res illæ traducantur, aut carbo portetur, in l. 4. §. 1. ff. de seruitu. Albert. Brunus in tract. de form. & solemnit. actus. rub. ex quibus consistant forma, & solemnitas. versic. 47. dicitur forma.

Intra modum. ¶ Intra modum, l. pater. 3. ff. de castren. pecul. ibi, pater qui castrense peculium retinebit, æs alienum intra modum iure prætorio soluere cogitur, id est quatenus patitur peculium, & non vltra ipsius vires, & æstimationem. glo. ibi.

Modus pro casu vel causa. ¶ Modus pro casu vel causa, vt in rub. ff. quib. mod. vsusfruct. vel vsus amitta. l. 1. ibi, ipse vsus eisdem modis constitui solet, quibus & vsusfructus. de vsu & habita. Et in rub. quib. mod. pignus vel hypothec. soluit. nam quod alicui deberi cœperit, certis modis deberi desinit l. obligationum fere §. placet. ff. de actio. & obliga. & doct. illum tex. allegant, quod tempus non est modus inducendi vel tollendi obligationem, qui tex. hoc non probat, vt alibi dixi.

Modus pro ratione seu moderamine. ¶ Modus, ratio seu moderamen, vt in l. item apud. §. Sed & si iussu domini quęstionem habeat, modum tamen excesserit, teneri eum debere Labeo ait. ff. de iniur. l. fi. de operis seruor. ibi, Cum de serui operis artificis agitur, pro modo restituendę sunt. Inde dicit Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de conditio. & demonstratio. Quod modus est moderatio quędam dispositioni adiecta, eum qui honoratur aggrauans in tempus dispositionis perfectę: vt, Lego tibi centum vt instruas filium meum, gl. in rub. ff. de conditio. & demonstra. & cauf. & mod. eorum quę in testam. scrib. Etiam dicit modum à conditione differre. nam hic fit per vt, conditio per si. Et hoc modo loquitur rub. C. de his quæ sub modo lega. vel fideicom. relinquuntur. & rub. de dona. quæ sub mod. vel conditio. vel cert. tempor. conficiuntur. Alia multa de modo tractat Bal. & Soci. in d. rub. ff. de conditio. & demonstr. & in d. §. Termilius.

Modus pro forma. ¶ Modus, id est forma, *maniere, façon.* l. quæstionis modum magis est iudices arbitrari oportere. ff. de quæstio. l. 2. de termi. amoto. ibi, De pœna tamen eorum modus ex conditione personæ & facientis mente statui potest.

Modus pro militari modo. ¶ Item officium tribunorum est milites in castris continere, & ad exercitationem perducere, claues portarum suscipere, & delicta secundum suæ auctoritatis modum castigare, l. officium, in fi. ff. de re milita. vbi glo. modum exponit pro militaribus modis.

Modus pro rectitudine rerū. ¶ Modus est rectitudo rerum sedésque virtutum, teste Aristo. quem refert Lucas de Penna in l. pręcipit. col. 2. de cano. largitio. tit. lib. 10. plus dicens quod est medium, & conseruatiuum in esse, limes iustitiæ, ornamentum ordinis, & via morum.

Modus obligationis. ¶ Modus autem obligationis est cum stipulamur decem aut hominem. nam alterius solutio totam obligationem interimit, nec aliter peti potest vtique quandiu vtrunque est, l. obligationum fere. §. modus. ff. de actio. & obliga.

Modò aduerbium pro nunc ¶ Alias modò sumitur aduerbialiter, & significat nunc, vt in l. quod sępe. §. in his quę pondere, numero, mensurave constant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modò easeruantur quę in ceteris, vt simulatque de precio conuenerit, videatur perfecta venditio: modò vt etiam si de precio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio quàm si admensa & adpensa adnumeratave sint. ff. de contrah. emp. vbi videte si citius conueniret exponere pro dummodo.

Modò si, pro modò. ¶ Interdum dictio modò prędedit dictionem Si, vel sequitur, & accipitur pro dummodo, & pro si modo, vt in l. diem functo legato Cæsaris salarium comitibus residui temporis præstandum est, modò si non postea comites cum aliis eodem tempore fuerint, ff. de offic. assessor.

Modò pro aliquando. ¶ Modò pro aliquando, interdum, l. redhibitoria. ff. de ædilit. edic. ibi, redhibitoria actio duplicem habet condemnationem. modò enim in duplum, modò in simplum condemnatur venditor.

Aduersarius in iudicio, & ante iudicium, quis dicatur. ¶ *Aduersarius* dicitur repugnans, oppositus, & is qui mecum in iudicio vel extra contendit, siquidem mihi repugnare videtur, vt hic, & in l. si idem. §. 1. ibi, ne in potestate calumniosa aduersarij mei sit, an apud eundem litigare possim. ff. de iurisdictio. omnium iudic.

Barba.

Barba. consil. 80. col. 7. in 4. vol. Dicitur etiam aduersarius ante inchoatum iudicium, is videlicet qui mecum litigare intendit, l. Si is qui §. si seruus. ff. de vsucapio. ibi, qui se aduersarium præparauerit. c. ceterum. de rescrip. Lucas in l. vna. col. 3. De his qui se deferunt, lib. 10. C. imprope tamen secundum de Ripa in c. 1. 2. no. de iudic. nam generaliter is qui contradicit intentioni alterius, dicitur propriè aduersarius, secundum Panor. in c. in literis. de testi. spoliator. Sed qui non adhuc contradicit, non potest aduersarius propriè dici, cum possit deliberare an velit contendere. l. 1. ff. de edendo. Ego dicerem generaliter aduersarium dici etiam propriè ante ceptum iudicium, dummodo opposuerit se petitioni meæ, vel interpellatus extra iudiciū noluerit mihi soluere, quia mihi repugnat, & est oppositus, l. quidam Hiberus. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior. Et qui non est mecum, contra me est. Et qui non colligit mecum, dispergit, vt est in Euangelio. quodammodo eligit qui non reiicit, l. vna, in fin. ff. furti aduers. naut.

Aduersarius etiam index. ¶ Itaque verba sunt inspicienda. nam si dicatur, Qui se præparauerit aduersarium, tunc rectè dici potest etiam ante iudicium, vt d. §. si seruus. Si verò dicatur, quòd aduersarius recusari possit ante litem contestatam, non dicetur aduersarius, quandoquidem non constat de repugnantia: & quia deliberando cedere potest, d. l. 1. ff. de edend. nisi, vt dixi, generaliter. Et tunc iudex quoque post sententiam contra me latam dici potest aduersarius, l. si appellationem. cum glo. C. de appella. Et actor aduersarius etiam post litem contestatam dicetur l. prævaricatores. infra eod.

Aduersarius lite finita. ¶ Ita quoque lite finita dicitur aduersarius, l. cum postea. C. de pact. Et tunc intelligi poterit aduersarius, scilicet olim, vel quondam, vel de præterito, siue de futuro.

Aduersarius etiam is, qui subrogatur in lite. ¶ Subrogatus in lite vocatur etiam aduersarius, in l. petitor. ff. de libera. lega. l. item si res. in fi. ff. de alienatio. iudic. plene de Ripa in c. 1. de iudic. in 2. no. Et an hic recusari possit, ne testis sit, iudex decernet. §. si vero dicatur. in authen. de testib. colla. 7. & authen. Si testis. C. de testib.

Aduersaria. ¶ Aduersaria, in l. 1. C. de edendo, ibi vide, & Spiegel. Aduersaria verò & calendaria tanquam eadem accipimus, quæ eo dici aduersaria arbitror, quod aduersa etiam parte scriptis implerentur, & per transuersum quoque: siquidem negligenter admodum conficiebantur, quia delebantur statim. etenim menstrua erant, tabulæ verò æternæ. Aduersaria denique parui temporis memoriam, tabulæ perpetuæ existimationis fidem, & religionem amplectebantur. hæc sunt deiecta, illæ in ordinem confectę. in iudicium aduersaria protulit nemo: codicem protulit, tabulas recitauit. has differentias describit Cælius lib. antiquar. lectio. 12. c. 21. Alias aduersaria dicuntur tumultuarię quædam tabulę quę ante tabularum confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, vt ex his postea tabulę iustę & æternę fierent. videte recentiores in l. 1. C. de edendo. vbi datur nouus intellectus, & alibi dixi an sustineri possit.

Aduersaria arestorum & sententiarum. ¶ Aduersaria arestorum & sententiarum, Gallicè *dictons d'arrests & sentences.* Budę. in foren. & aduersaria vulgo dicimus, *minutes.* De aduersione scripsi in l. Labeo. 1. in fin. supra eodem.

AELIVS GAL. LIB. I. DE VERB. QVAE AD IVS PERTINENT SIGNIF.

LEX CLVII.

Paries est, siue murus, siue măceria est.

Paries à pariēdo. ¶ Ista lex declarat parietem πάρεδρον significationem habere, dicens continere murum, & maceriam. & via continet semitam & iter. diciturque paries, quasi pariens securitatem, & commoda multa, vt quidam volunt.

Maceria quid. ¶ Maceria verò est paries sine calce, gypso & cæmento factus, quasi macer, & sine conglutinatione: probatur in l. si precario. ff. communia prædior. l. vlt. finium regundor. & l. æde. de contrah. emptio. Et huius quatuor sunt species, prima quæ fit ex lapide, altera ex lateribus coctilibus, alia ex lateribus crudis, qui in sole diutius permanserant vt desiccarentur, alia quæ ex terra & lapillis compositis informis, teste Beroal. in annota. in Columellam. In exemplaribus antiquis ista lex sic incipit: *Quantum ad iuris pertinet largam significationem, paries. &c.* Ex quibus verbis colligunt quidam probari distinctiones Doct. dicentium, Large hoc procedit, secus si stricte. Quemadmodum cum dicimus pecuniam largè pro omni patrimonio capi, l. pecuniæ. supra eod. strictè pro pecunia numerata, gl. in l. 2. §. fi. ff. Si certum peta. Et communius Doct. hanc afferunt distinctionem, Large, vel strictè, seu proprie. ita recordor Romanos pragmaticos, si quam magnam velint extorquere pecuniam, solutos esse dispensationem concedere vel aliam gratiam ad largam, vt ipsi vocant.

Largè procedit. strictè procedit.

Strictum quid. ¶ Strictum vero est oppositum verbo largū, veluti stricto iure pro summo iure dicimus, l. si quis duobus. ff. de consti. pecun. Et contractus bonæfidei & stricti iuris, in §. actionum, de actio. in Instit.

¶ Largus

Largus quis. ¶ Largus dicitur à largior largiris, & ille est qui facile donat & profundit. & ait Cicero primo officiorum: omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales. Et largus tenet medium inter prodigum & auarum, vt glos. docet in cap. ex parte. de consuetud. facit l. 1. ff. de curator. furios. Igitur largiri est ample donare: & species furti est seu lucri ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi acquirere. l. Si pignore. §. 1. ff. de furt.

Largiri quid.

Largius. ¶ Inde largius, l. plenum. §. Iubentius. ff. de vsu & habita. ibi, aliquando enim largius cum vsuario agendum est pro dignitate eius cui relictus est vsus. Et largius tempus parentibus liberisque petendæ bonorum possessionis tribuitur in honorem sanguinis. l. 1. §. largius. ff. de successor. edic.

Largitiones. ¶ Largitiones dicuntur ea quæ prouinciales fisco largiuntur, & dependunt. glo. in rub. C. de canon. lagition. titul. lib. 10. Aut secundum Lucam de Penna in lege fin. de his qui ex public. ratio. ibidem, Largitio est præmium vel merces quam subditi debent principi, ob labores innumeros quos pro republ. gubernanda suffert. Et huiusmodi largitiones quas tributa, seu collectas vocamus, ex timore potius præsumuntur quàm mera liberalitate præstari. Et verius, vt inquit, prophanæ exactiones dicerentur, vel sacrilegæ extorsiones quàm sacræ largitiones. hæc ille.

Largitiones quæ principi fiunt.

Largitiones sacræ. Sacri cur dicantur Imp. vel Rex. ¶ Sed verius dicuntur sacræ largitiones, quę Imperatori vel Regi (qui sunt sacri) tribuuntur. Et vocantur sacri vel à sacra vnctione, vel à suprema potestate eis à Deo tributa. Lucas in lege prima, de pala. & domib. domi. lib. 11. sicque omnia illorum bona dicuntur sacra, & largitiones sacrę. Lucas de Penna in lege fin. C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. vt etiam quod ipsi donant dicantur sacrę largitiones. lege secunda, §. finali. de cupressis, lib. 11. C.

Comes sacrarũ largitionum. ¶ Et largitionibus prę ficitur comes sacrarum largitionum, quem Thesaurarium generalem Pyrrhus vocat, in rub. C. de canone sacra. largitio. lib. 10. & in rub. C. de offic. comit. sacrar. largitio. lib. 12. per l. 1. C. illo titul.

Largitas sponsalitia. ¶ Sponsalitia largitas dicitur id quod sponsus sponsę largitur, vt declaraui in l. alienatum. §. donationis. supra eod.

Paries pro muro. ¶ Adhęc nota, quod licet paries domorum propriè, & de priuatis dicatur id quod inter vnam domum, & alteram interiicitur, l. penul. infra eod. Tamen largè capitur indistincte pro muro, siue is fuerit priuatus siue publicus. probatur per hunc tex. ibi, siue murus. frequentius verò maximè in plurali respicit publicum, vt inferius patebit.

Muros ciuitatis transcendens qua pœna puniatur. ¶ Vnde qui muros ciuitatis transcenderit, pœna capitali plectendus est, l. fin. ff. de rerum diuis. & apud Lucanum lib. 1. *Fraterno primi maduerunt sanguine muri.* quod verum est facta à iudice prohibitione & proclamatione, ac tempore belli, & in ciuitatibus fortibus & limitrophis, propter pericula illic imminentia: tum quia muri sancti sunt. §. sanctæ. Insti. de rer. diuis. Secus forsan in aliis, & alio tempore: pœna siquidem tantum arbitraria puniendus foret, qui tempore pacis murum transcenderet, teste Luca in l. vna. col. 5. C. de colon. Illyric. lib. 10. & Angel. in d. §. sanctę. Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des iustices.* glo. *& droicts d'icelle.* nu. 46. quod declarat Bened. in c. Raynutius. in verb. in eodẽ testamento. 1. nu. 161. de testa. Et ita Burdegalę decisum fuisse asserit Boer. in decisionibus suis q. 232. transcendens, quamuis Ludouic. Roma. in singul. 736. quęstio. dicat eum capite puniendum qui etiam vallum transcendit, per l. 3. §. in bello. ff. de re militar. qui §. loquitur in milite tempore belli, qui debet se continere intra suam custodiam. is igitur si transcendat vallum post prohibitionem, capite punietur. Diuersum est si quis pacis tempore vallum castri vel ciuitatis transcendisset. sicque iura conciliari possunt.

Alciati opinio improbata de muri significatione. ¶ Minus placet mihi quod firmat Alcia. hic. Quod murus proprie dicatur publicus qui vrbem munit, & mœnia continet, impropriè priuatus: quia loquitur contra hunc tex. & l. fi. ff. finium regundor. vbi paries priuatus à Iurisconsulto vocatur simpliciter murus, & verbis propriis Iurisconsul. vtitur. facit d. l. 3. §. in bello. ibi, Si quis vallum transcendat, aut per murum castra ingrediatur, capite punitur. ff. de re militar. Nempe murus à muniendo dictus est, quia etiam munit, sicut publicus. Ego verò, vt scientię veritatem de fonte quęramus, magis quàm de riuulis hauriamus, c. ieiunii. 2. distinct. distin 76. dico quod videlicet muri communius in plurali vocãtur publici, & ciuitatum siue municipiorum, l. sanctum. lege, sacra. & lege fin. ff. de rerum diuisio. l. penul. & fi. ff. ne quid in loco public. fiat. lege 2. supra eod. l. penul. de oper. public. & §. sanctę. Insti. de rerum diuis. l. ad portus, & l. turres. de ædific. public. ac 4. regul. c. vl. & in summa 44. distinct. & d. c. ieiunium. l. si quis posthac. C. de ædific. priua. l. fi. de quib. muner. lib. 10. Interdum etiam in singulari, sed rarius pro publico. lege, mille passus. supra eod. lege, nam quod §. si ita. ff. de penu lega. l. vt Alphenus. supra eod. ibi, muro tenus æstimari. Et Cicero in offic. ait, Aries murum percussit. Sed in singulari frequentius dicetur murus priuatus, videlicet domus aut alterius ædificij, vt d. l. fi. ff. finium regundor. & ipsemet ait Cicero: insula Delos parua sine muro nihil timet.

Muros ciuitatis transcendens qua pœna puniatur. *Muri in plurali quid denotẽt.* *Murus à muniendo.*

Ita communis vsus loquendi vocat *murs* siue *murailles*, ciuitatum muros, & villam muratam, muris instructam, §. statuimus. 2. de colla. in concorda. vbi scripsi. Et mœnia publica dicuntur, in l. pupillus. §. oppidum. infra eod.

Mœnia, publici muri.

Murus, metaphoricũs. ¶ Aliquando murus capitur metaphoricũs, vt l. si quemquam. C. de episcop. & cleric. ibi, profecto enim quis locus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si veneranda dei templa pecuniis expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei prouidebimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? lege secunda. §. cumque hæc. ibi, quasi quodam muro vallatum nihil extra se habeat. Cod. de veter. iure enucleand. Et Cicero, ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur.

Muri ciuitatis sancti. ¶ Adhæc non licet ædificare iuxta ciuitatis vel castri muros, nec supra illos aliquid facere, nec immittere. l. 2. & fin. ff. ne quid in loco public. fiat. Bar. quæst. 232. in fin. Veteres vrbium mœnia, summa religione substruere consueuerunt, quando non contenti illa excitasse altius latiusque, etiam numinis alicuius potentiæ consecrata volebant. & Iurisconsul. sancta ea vocat, & diuini iuris, l. 1. ff. de rerum diuisio. quod nulla ratione humana mortalium res satis à quoquam regi, dispensarique posse videantur, in tanta hominum perfidia, teste Cœlio lib. antiquar. lectio. 14. c. 32.

Muros ciuitatis quibus reficere liceat. ¶ Imo Barones vel Comites, quamuis habeant merum imperium, quod vocamus altam iustitiam, non possunt permittere sine consensu Seneschalli, vel Bailliui, vt quid in muris ædificetur, vel immittatur, teste Ioan. Fab. in d. §. sanctæ. tradit Iacob. Rebuff. in l. fin. C. de vendend. reb. ciuita. lib. 11. addit tex. in l. fi. sine permissu principis concedi non posse. & text. in l. sacra. ff. de rerum diuis. dicit, muros autem municipales nec reficere licere sine principis, vel præsidis auctoritate. declarat Lucas de penna in lege 1. de diuers. præditis, lib. 12. & hodie seruatur, quod ciuitates fortes nec quidem reficere liceat, nisi cum principis auctoritate: in aliis sufficit præsidis auctoritas, dum non fuerint in limitibus Regni.

Parietem ædificandum qui conduxit, an liceret maceriã construẽs. ¶ Sed quid si quis promiserit ædificare parietem, an liceretur maceriam construendo? breui respon. si nil aliud inter partes conuentum fuerit, inspiciendum esse pretium, vt si quantitas pretij possit satisfacere muro cũ calce construendo, teneatur ad hoc conductor, per glo. singul. in l. 1. §. 1. in verb. agendo. ff. de superficieb. Adhæc loci qualitas & operis æstimanda est, nempe si quis promiserit construere parietem circa vineam aut pratum, tunc quoque patriæ consuetudo inspicitur, arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. 1. exempli gratia, si apud Lemouices quis tantum promisisset claudere pratum, vt plerunque fit, ad prohibendum feris aditum, intelligeretur id lignis, iuxta eorum consuetudinem, peragendum esse: si in Vasconia, terra vel luto: & sic in cæteris locis, prout regionis consuetudo patietur.

¶ Legunt aliter nonnulli tex. nostrum: *siue murus, siue materia.* & sic potest intelligi, nempe sicut paries est murus, videlicet ex lapidibus constructus, ita ex alia materia quacumque, siue ex terra, vt dixi, siue ex alia materia. quemadmodum enim vineæ ex lapidibus, ita & spinis, terra, ac lignis, & alia materia. sed in text. communius habetur maceria, quod est verius.

Intergerinus paries. ¶ Adhęc intergerinus paries appellatur paries medius à vicinis constructus, gerens onus vtriusque vicini, communis & medius murus, quasi inter eos gerens onus domus, quem tenentur ipsi communibus expensis reficere. Alias si monitus cessauerit per sex menses, paries erit ędificantis, l. si vt proponis. Cod. de ędific. priuat. plene Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. in 6. parte q. 4. & Gallic. *mur moitoyen* vocatur, de quo in l. parietem, & l. quidam Iberus. ff. de seruitu. vrbanor. prędior.

Concratitius paries. ¶ Paries concratitius dicitur ex ligno ad modum cratis factus, in cuius mediis lateres, vel terra, seu alia materia locatur: de quo Iurisconsultus in lege, si fratres. §. item Mela. ff. pro socio, & plene ibi Budę. etiam de aliis multis nominibus parietum. & per Cattel. Cottam in secunda parte memor. in verb. concratitius, & hoc genus parietis nouerunt Tholosates.

Pariter pro simul, &c. ¶ De aduerbio pariter pro simul loquitur l. si pariter. ff. de liber. caus. l. 2. communi diuid. l. 1. pro dote. l. si fundus. §. si duo. ff. de pignor. l. quod de pariter. de reb. dubiis. Aliquando pariter pro similiter, ęqualiter, vicissim. Actuum 2. l. si qui. in fi. ff. de donat. caus. mort. licet in principio ponatur pro simul. Hostien. in summa de electio. §. fi. verse. tu dic. Panor. & ibi in additio. in c. bonæ. 2. no. 1. de postula. prælator.

§. Item via est, siue semita, siue iter est.

Via quid. Semita vnde. ¶ Via comprehendit semitam & iter. est enim generale nomen, & dicitur semita, quasi semi iter, quod dimidiam viam contineat & stricta sit. vulgo, *sente ou sentier, ruelle.* l. si ex

plagis. §. tabernarius in semita noctu supra lapidem lucernam posuerat ff. ad legem Aquil. & in l. non satis. §. si verò quemadmod. seruitu. amittant. ibi, nec si forte inciderit vt semita quę per alterum duntaxat fundum ierit vteretur.

Semita metaphoricè. Semitarius.

¶ Aliquando Papa metaphoricè se dicit æquitatem sequi, in c. quærenti. de offic. deleg. & semitam erroris reuocat, in c. inter opera. de sponsal. & semitam tutiorem sequi vult, in c. ad audientiam. de homicid. inde semitarius appellatur qui percurrit vias, vt nonnulli sunt scholastici, quos vix ad frugem peruenire videas, vt scripsi in tract. de scholasticor. priuileg.

Trames quid.

¶ Trames vero dicitur semita transuersa, τριμμὸς, siue vt Alcia. dicit ἔκκλισις, sed μεταφορικῶς accipitur in procem. Insti. ibi, per legitimos tramites, vbi glo. & doct. exponunt. & §. 1. in procem. ff.

Iter quid.

¶ Iter est ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum, ab eundo dictum, §. 1. Insti. de seruitu. & de itinere loquitur l. 3. & l. recte. supra eod.

Actus quid.

¶ Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum, ab agendo dictus, quòd per illum homines agant, id est iumentum vel equum ducant, seu abigant: de quo scripsi in l. Labeo. 2. supra eod.

Via strictè quid.

¶ Via specialius sumpta est ius eundi & agendi, & ambulandi: nam iter & actum via continet, l. 1. ff. de seruitu. rusticor. prædior. quam à vehendo dici putat Varro, quòd per illam homines veherentur. Et quamuis ibi idem continere videatur actus & via, tamen est differentia, vt patet in lege, qui sella, & lege seq. ff. illo titul. angustior siquidem est actus, quàm via.

Actus & iter quid differant.

¶ Inter actum quoque & iter nonnulla est differentia. iter enim est quo quis pedes vel eques commeare potest: actus verò vbi & armenta trahere, & vehiculum ducere liceat, l. inter actum. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. igitur via continet iter. & actum, ibi, dum dicit eundi & agendi: & præterea ius ambulandi, vt is qui viam habet, animi causa in via ambulare possit, etiam cum socio: quod vix concederetur huic qui solum iter haberet vel actum. Et sicut actus comprehendit iter, ita & via vtrunque, sicque non superflue ponitur, vt dicam in d. l. 1. si operæpretium fuerit.

¶ Vsufructu legato via etiam præstanda est vsufructuario. l. 1. §. 1. ff. si vsusfru. peta.

Viarum genera.

¶ Adhæc viarum quædam publicæ sunt, quædam priuatæ, quædam vicinales, l. 2. §. viarum, ne quid in loco publico. viam publicam dicimus eam cuius etiam solum publicum est: via enim priuata, solum alienum est: ius tamen eundi & agendi nobis competit.

Via publica, Via priuata.

Priuatæ viæ dupliciter accipi possunt, vel hę quę sunt in agris, quibus imposita est seruitus, vt ad agrum alterius ducant, vel eę quę ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de via consulari: & sic post eam excipit via, vel iter, vel actus ad villam ducens, d. l. 2. & ex lege duodecim tabularum vię latitudo in porrectum, id est in extensum, quod ad seruitutem attinet, octo pedes habet: in anfractum, id est vbi flexum est, sexdecim, l. vię latitudo. ff. de seruitu. rusticor. prędior. latior tamen vel angustior constitui potest, l. via constitui. ibidem.

Viæ latitudo.

Viæ vicinales.

¶ Vię vicinales sunt quę in vicis sunt, vel quę in vicos ducunt, d. l. 2. aut vię vicinales quę ex agris priuatorum collatis factę sunt, quarum memoria non extat, publicarum viarum numero sunt, l. fi. ff. de locis & itinerib. public.

Viatores qui.

¶ Inde viatores olim in Regio comitatu erant, qui quotiens senatus cogendus esset, ex agris senatores aduocarent, contumacesque citarent, & arriperent. Quippe cum priscis temporibus proceres ciuitatis in agris morarentur, si quando concilium publicum cogendum erat, à villis accersebantur in senatum: vnde qui sic eos aduocabant, viatores dicti, quod in viis frequentiores essent, teste Alexand. lib. Genial. 1. c. 27. qui habuit à Cicerone de senect. dicente: Qui à villa in senatum senatores accersebant, viatores nominati sunt. l. magis puto. §. ne tamen. ibi, dareq; viatorem, qui ei renunciet. ff. de reb. cor. §. tripli. Insti. de actio. vbi Ferretus ait interdum accipi pro commissario, vt l. fin. ff. de iudic. vbi sic scribitur: Nonnunquam solent magistratus populi Romani viatorem nominatim vice arbitri dare: quod raro, & non nisi re vrgente faciendum est, sed communiter viatores apud nos dicuntur apparitores, Gallicè *sergens*. quibus interdum committitur aliquod negotium, & vocari illi commissarij poterunt: & hoc solent gaudere nomine.

Viator, qui iter agit.

¶ Potest accipi quoque viator pro omni, qui iter peragit, & ambulat per vias, Gallicè *voyager*, l. vna. in fin. ff. furti aduers. nautas. ibi, viatorum autem factum non præstat hospes. l. heres. §. at si quis. de iudic. l. licet. §. in factum. nautæ, caupo. stabular. notandum est Romę pro varietate temporis quatuor viros constitutos fuisse, qui curam agerent viarum, l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iuris.

Viatorius.

¶ Viatorius adiectiuum pro eo quod ad viam pertinet, vt viatoria cubilia, vestes, vasa, & alia, quę rusticando & eundo conferunt.

Viaticū quid.

¶ Viaticum fere idem, quod itineris peragendi causa necessarium est, seu sit pecunia, siue

siue vinum, seu cibus ad victum expendendus, l. si fratres. §. si quis ex sociis. ff. pro socio, veluti pecunia scholastico data, qua se in studio alat, ac eundo & redeundo quandiu absens fuerit, viaticum appellatur, l. cum filius famil. ff. si certum peta. l. Titio. ad municipal. impensa viæ atque itineris subsidium viaticum dicitur, aut viaticulum, in l. si longius. in fi. ff. de iudic. Et idem in pecunia data Legato gratia expendendi in itinere, vt viaticum seu legatiuum dicatur, l. fi. §. Legati. ibi, quia viaticum quod legatiuum dicitur, interdum solet accipere. ff. de munerib. & honorib.

Viaticulum. Legatiuum quid.

¶ Interdum via sumitur pro remedio, ratione, in l. rescriptum. §. 1. ff. de pact. ibi, vtraque via vti posse. & l. si mulier. in fi. quod met. caus. ibi, si coactus hereditatem repudiem, duplici via prætor mihi succurrit, aut vtiles actiones quasi heredi dando, aut actionem quod metus caus. præstando, vt quam viam ego elegero, hæc mihi pateat.

Via pro remedio & ratione.

¶ Viam aperire, est ad veterem altitudinem, latitudinémque restituere. sed & purgare refectionis portio est. purgare autem proprie dicitur ad libramentum proprium redigere, sublato quod supra eam esset. reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in pristinum statum deducunt, l. 1. ff. de via public.

Viam aperire. Viā purgare.

¶ Aperire puteum est facere, excauare, l. fluminum. in fi. ff. de damno infecto. & Putearios, puteorum excauatores appellat Cælius lib. 6. c. 17.

Aperire puteum. Putearij.

¶ Quandoque via pro modo, forma, instituto, methodo accipitur, vt l. viam veritatis ignoras. C. de loca. & Imperator in princip. dicit se inclytam viam eruditionis præbere. in procem. ff. in princip.

Via pro modo, forma, &c.

¶ Viam determinare pro designare, definire, l. certo pignori. §. 1. ff. de seruitu. rusticor. prædior. ibi, igitur arbiter dandus est qui vtroque casu viam determinare debet.

Viam determinare.

¶ Adhæc quilibet tenetur reficere, & purgare viam publicam, & ad hoc compelli potest à iudice iuxta domum suam, & pro domus amplitudine, l. penul. §. studeant. ff. de via public. quod si dominus domus soluendo non sit, vicini contribuere tenentur, glo. in l. fin. ibidem. quam sequitur de Ripa in tract. de peste. §. transeo ad alia remedia, versic. habemus. Et quamuis Benedict. in repet. c. Raynutius. in verb. & vxorem. nu. 439. de testam. dicat delictum in via publica perpetratum ad Regis cognitionem tantum spectare, verum tamen contrarium fuit in hoc senatu iudicatum pro domino de Guise anno 1528. die 11. Ianuarij, quia Rex concedendo imperium & iurisdictionem alicui domino, quem altum iusticiarium vulgus nominat, & nil sibi reseruando, videtur concessisse ad quemlibet locum intra huiusmodi Baroniam vel Ducatum. Siue quis igitur delinquat in itinere publico, siue in priuato, iudex in his habebit iurisdictionem. quamuis enim tex. in cap. vno. quæ sint regalia, dicat vias publicas esse de regalibus, tamen hoc non videtur verum, nisi certis in locis Armandiæ & Romandiolæ, de quibus expresse loquitur ille text. firmat Petr. Iacobi. in sua praxi. titul. de iurisdictio. in fin. dicens fatuum esse dicere illa quæ in illo titul. continentur de iure pertinere ad aliquem Regem, nisi in illo Regno de quo loquitur ille tex. quamuis, maximè dolendum, nostra memoria quidam adulatores principum in grauem animarum perniciem hæc & longe plura his tribuant, imò omnia.

In via publica seu priuata delicti perpetrati cognitio ad quē pertineat.

CELSVS LIB. XXV. DIGESTORVM.

LEX CLVIII.

In vsu iuris frequenter nos vti Cascellius ait singulari appellatione, cum plura generis eiusdem significare velimus. nam multum hominem venisse Romam, & piscem vilem esse dicimus. item in stipulando satis habemus heredi cauere, SI EA RES SECVNDVM ME HEREDEMVE MEVM IVDICATA ERIT. & rursus, QVOD OB EAM REM TE HEREDEMVE TVVM. nempe æquè si plures heredes sint, continentur stipulatione.

¶ Elucidat Iurisconsul. hic vsum iuris, qui est vt sæpius singulari numero pro plurali vtatur, quod quatuor probat exemplis, duobus in stipulatione, & aliis duobus extra. primò cum dicit multum hominem Romam venisse, & multum piscem Romæ, vel Parisiis in quadragesima venditum. si itaque promisero restituere rem, si secundum me heredémque meum iudicatum fuerit, intelligitur siue vnus, siue plures heredes sint. rursus si quis promittat se heredemque suum rem venditam defensurum, intelligitur de pluribus etiam heredibus, licet in singulari numero cautio fuerit concepta: & proprie propter verbum significare, quod proprietatem denotat, vt dixi in l. illa verba. in fi. supra eod.

Explicatio textus.

Iuris vsus à quibus declarandus.

¶ Vnde potest etiam inferri vsum iuris esse declarandum à iuris interpretibus, instar

Iurisconsul. hic, non verò à grammaticis, qui superficie tenus satis esse putant quædam iuris vocabula interpretari, nullum inserendo iuris vsum, quem penitus ignorant: quales sunt audaculi quidam ex nostris nepotericis, Laurentium Vallam præ se ferentes. At melius agerent si iuris vsum ex verbis adhiberent, non separantes hæc duo, quorum vnum sine altero deficit. finis enim & scopus theorices praxis est: vt proculdubio longe præferendus sit qui vtrunque calleat, ei qui tantum alterum habet. Quippe duo vincula sunt fortiora vno. c.1. de treuga & pace, vide quæ dixi in d.l. vt Alphenus. supra eod.

Ordo iuris interpretũ quis esse debeat.

¶ Ordinem verò iuris interpretum probarem laudaremque, primum difficilia iuris vocabula elucidare, demum ad vtilitates & effectus illorum accedere, & materiam quæ se offert quam breuiter perstringere. Quod an ego obseruauerim, vestrum esto iudicium.

Vsus loquendi & vtendi.

¶ Vsus autem loquendi & vtendi quomodo probetur, docet Bar. in l. Labeo. ff. de supellectil. lega. & in l. 2. C. quæ sit longa consuetud. Scripsi in 3. tomo Commentar. in constitu. Reg. Gallic. titul. de consuetud. quem vsum iuris percalluit noster hic Cascellius magni nominis Iurisconsul. vt testatur Pompo. in l. 2. §. fuit eodem tempore Trebatius. ff. de orig. iur. ibi, ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius vtroque doctior. Cascellij scripta non extant, nisi vnus liber Bene dictorum, cuius meminit etiam Iabole. in l. cum ex filio. ff. de vulgar. & in l. quæsitum. §. si in agro. de fund. instruc. ac in l. 1. §. item sciendum. de aqua pluuia. & in l. qui vestem. de supell. lega. & Valer. lib. 8. c. 13. his verbis: Mucius Scæuola Pontifex maximus clarissimus legum vates & certissimus extitit, qui quotiescunque de iure prætorio consulebatur, ad Furium & Cascelliũ, quia huic scientiæ dediti erant, consultores reiiciebat: quo quidem facto moderationem suam magis commendabat, quàm auctoritatem minuebat, ab his negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius vsu callebant. Sic quoque in dies videmus si de quapiam re Iurisconsulto minus cognita controuertatur in foro, protinus deferri negotium ad magistros in quaque arte.

Cascellius Iurisc. Trebatius Iurisc. Ofilius Iurisc.

Quæ frequentius accidũt illa docenda.

¶ Secundò colligitur ex hoc tex. illa esse docenda quæ frequentius accidunt. facit l. 3. & l. seq. ff. de legib. quod vix contingit nisi his qui longo & diuturno vsu praxim in foro didicerint.

Singulare sæpius pro plurali.

¶ Tertiò ex isto tex. elicitur, quòd singulare sæpius pro plurali ponitur. Et lex loquens in singulari habebit locum etiam in pluribus. l. 2. §. negotia vnum vel plura. ff. de negot. gest. l. 1. §. item hoc edictum licet singulariter scriptum sit, si tamen plures interuenerint, qui tutores non erant, locum habere debere Pompo. scribit. ff. quod falso tutore auctor. gestum erit. Scripsi in §. præfatique graduati, in verb. nominationis. de colla. in concorda. quippe necesse contingit aliquando vti singulari, licet de pluribus loquamur, si pluralis in vsu non sit, vt grammatici testantur: verbi gratia multiplicem fumum Parisiis vidisse dicam, non in plurali. & multum pro multiplici capitur in l. sciendum est heredem etiam per multas successiones accipi, supra eod. vnde si promittam restituere nummum pro me impensum, si plures impensi sunt, ad eos tenebor, l. si vt proponis. C. de ædific. priuat.

Multum de quibus dicatur.

¶ Quartò notatæ qui dicantur multi, videlicet interdum duo, l. 1. ff. de iure personar. Interdum tres. l. 2. in fi. ff. de bonor. possess. secund. tabul, Aliquando decem vel plures, l. 2. §. turbam. ff. vi bonor. raptor. itaque dicendum est multum tempus, vel multos homines dici pro subiecta materia, quod arbitrio iudicis committitur. glo. in c. latores. de cleric. excommunica. Lucas de Penna in l. nominationum. col. 2. C. de decurio. lib. 12. & Ioan. de Terra Rubea in tract. contra rebell. Regum, artic. decimo tract. tertij, versic. an autem. conclusio. 7. & seq. facit l. cum quærebatur. ibi, multi putabant. infra eod.

Plurale pro singulari.

¶ Quintò econtra plurale pro singulari sæpius accipitur. l. non est sine liberis. supra eod. Tradit Alber. in tract. statu. in 2. parte. q. 28. Rauenna in Alpha. in verb. falsum. Lucas de penna in l. nemo. C. de cursu public. 13. q. lib. 11. & Feli. in c. omnes leges. 1. distinct. Iaf. in 1. l. singularia. col. 2. ff. si certum peta. & in l. Gallus. §. quid si is. col. 2. de liber. & posth. in lectur. ac Albert. Brunus in tract. de statut. excluden. fœmi. artic. 12. q. 13. Alia infinita possem adducere, quæ tanquam vulgata, ne vestras aures obtundam, missa faciam, remittens vos ad ea quæ plene de his tractabo in regul. pluralis, de regul. iur. in 6.

Finitus numerus pro infinito.

¶ A simili Iurisconsulti sæpius numerum finitum pro infinito tradunt, vt in rub. C. de secund. nupt. licet plures sint quam duę, ibi, significantur. glo. ibi. & pactum est duorum in idem placitum & consensus. l. pactum. ff. de pollicita. siue tres siue plures paciscantur simul nil interest, quominus dicatur pactum. l. 1. vbi doct. ff. de pact. Et substitutio est secunda institutio, siue in secundo gradu, siue in pluribus facta sit. §. fi. Insti. de vulgari. glo. & doct. in rub. ff. de vulgari.

Conuentio facta cũ testatore prodest heredibus.

¶ Sextò elicitur quòd testator censetur velle prouidere suis heredibus, non solum vni, sed & omnibus: imò etiam si heres non fuerit expressus, nihilominus conuentio facta cum testatore proderit heredibus, quam nobismetipsis cauemus. l. si pactum. ff. de probatio. & dictio plerunque facit ibi regulam, vt Iaf. plene probat in l. Iurisgentium. §. prætor ait. 8. no. ff. de

ff. de pact. scripsi in l. interdum. supra eod. siue promissio consistat in dando, siue in faciendo, siue in vtroque, etiam ad heredes transeunt. l. veteres C. de contrah. & committend. stipula. l. fi. ff. de prætor. stipula.

Stipulationes negatiuæ trãseunt ad heredes.

¶ Imo etiam stipulationes negatiuę transeunt ad heredes, vt si promittam aliquem non impedire, obligabitur etiam heres meus. l. si sic. & l. stipulatio ista. in princip. ff. de verbor. obligatio. Bal. & Angel. in d. l. Iurisgentium. §. pactorum. de pact. censetur enim heres vna & eadem persona cum defuncto, tex. in authen. de iureiur. à morien. præsti. §. 1. colla. 4. Et ideo qui dicit contrarium, videlicet heredem non obligatum, hoc debet probare, per d. l. si pactum.

Heres vna & eadem persoua censetur cũ defuncto.

¶ Non procedit autem hæc regula in casibus sequentibus, primò quando natura rei in contractum deductæ hoc impedit: vt si quis vsumfructum promittat Titio, heres eum non habebit, quia morte vsusfruc. finitur. §. finitur. Insti. de vsufruc. siquidem personæ conceditur. quòd si vsusfructus expresse daretur Titio & suis heredibus, de primo tantum herede intelligetur, ne proprietas inutilis euadat erga dominum, per tex. in l. antiquitas. C. de vsufruc.

Limitationes. Natura contractus rem mutat.

¶ Secundò limitatur, cum id forma verborum non patitur: vnde si à te solo non petere promittam, ab herede petam. l. qui in futurum. §. fin. ff. de pact. siue adiciam negatiuam, siue non, dummodo appareat heredem excusum. l. eum qui ita. §. qui ita. 2. respon. ff. de verbor. obliga. Bal. consil. 112. de generali. in 2. vol.

Forma verborũ rem mutat.

¶ Tertiò, idem si forma contractus non transit ad heredes, vt societas, tunc heres ea non vtetur, & quia morte contrahentis dissoluetur. l. actione. §. morte. ff. pro socio. Alexand. consil. 60. in causa. 7. vol. Ancha. consil. 94. dubium est.

Forma contractus rem mutat.

¶ Quartò vitiatur, cum mentem contrahentium aliam fuisse probari posset, quippe foret hæc sequenda, vt scripsi in l. nominis. §. verbum, supra eod. pulchre consuluit Ancharа. consil. 327. discurrit. & Soci. consil. 24. præsens consultatio. col. 2. in 3. vol. vbi probat actiones tam actiuas quam passiuas transire in heredes. l. pro hereditariis. C. de hereditar. actio. & Panor. consil. 80. casus, in 2. vol. vide alia in l. annalibus. C. de legat. & Iacob. in d. lege, si pactum. de proba.

Mens contrahentium rem mutat.

¶ Sequitur in tex. *secundum me*, id est ad meam vtilitatem, pro me, l. sciendum. §. si fundum, ibi, cum secundum te esset iudicatum. ff. qui satisdar. cogant. l. & post edictum. ibi, & pronuntiabitur non vtique secundum præsentem. ff. de iudic. l. penul. de petitio. hereditа. l. sed & si possessori. §. fi. ibi, id consequi debeo quod haberem, si secundum me de hereditate pronuntiatum esset. de iureiur. & l. admonendi. ibi, secundum eum iudicare. ibidem, l. 2. §. fi. ibi, secundum me iudex pronuntiaret. de condict. ob turp. caus.

Secundum me.

¶ Alias secundum, id est prope, iuxta, l. duo cum secundum Tiberim ambularent. ff. de præscrip. verb. l. quidam. ibi, secundum parietem communem. de seruitutib. vrbanor. prædior. l. fistulam. ibidem. in cuius principio Iurisconsul. vtitur verb. secundum, postea iuxta. l. si quando. §. secundum cuius parietem vicinus sterquilinium fecerat, ex quo paries madefiebat. si seruit. vindicet. l. si seruus §. si furnum secundum parietem communem haberes. ad legem Aquil. l. cum quærebatur. infra eod.

Secundum pro iuxta.

¶ Secundum locorum consuetudinem, l. item eorum. §. sed si ita ff. quod cuiusque vniuersita. no. Gallicè, *selon la coustume*. & secundũ propositionem, in l. fugitiuus. in fi. inf. eo.

Secundum locorum consuetudinem.

¶ Secundum consuetudinem domini, id est pro consuetudine, vel vsque ad eum modum quem dominus ei præstare consueuerat, l. 3. §. proinde. ff. de in rem verso.

Secundum consuetudinem domini.

¶ Secundum voluntatem patris, idem. l. qui aliena. §. quamquam mater filij negotia secundum patris voluntatem pietatis fiducia gerat. ff. de negot. gest.

Secundum voluntatem patris.

¶ Secundum consensum, l. quamuis. ff. de iudic. ibi, necesse habere secundum consensum dare, vbi consenserint.

Secundum consensum.

¶ Secundum riuum, id est infra, vel sub. l. si mihi. §. 1. ff. de seruitu. rustic. prædior. licet ibi glo. exponat pro iuxta, & in l. refectionis. ff. communia prædior. ibi, & ideo nec secundum riuum, nec supra eum. sed ego primæ adhærerem sententiæ. vnde Bar. in l. eum qui. §. Iulianus. ff. de consti. pecunia, dicit, quod si iudex condemnauerit aliquem ad dandum par caponum, secundum quod prædecessores consueuerunt, illa verba nõ faciunt conditionem, quin censeatur condemnatus simpliciter: nec est opus probare prædecessorum consuetudinem, Boer. q. 247. nunc ad secundam, in decis. Burdegal. per l. si testamentum. C. de insti. vbi Iaf. in 2. no.

Secundum riuum.

Secundum quod prædecessores consueuerunt.

¶ Imò fortius iudicatum fuit Burdegalę, prout refert idem Boer. in decisio. suis q. 16. dubium. quod si aliquis fuerit restitutus ad locum cõtentiosum, & in statum in quo erat defunctus, non esse necesse probare in quo statu erat defunctus: sed illa verba, *in statum*, causaliter esse posita, videlicet quia in tali statu erat defunctus, ideo ad eum locum restituimus. videte Bar. in extrauag. qui sint rebelles, in verb. prout. Iaf. in l. admonendi, col. 7. nu. 37. ff. de iureiur. & doct. in c. abbatæ Sancti Siluani. eod. tit.

In statum restituti, quid.

¶ *Æque continentur.* idem in lege, bonorum. prima. supra eod. & in lege, carbonum, infra eodem.

VLPIA. LIB. I. AD SABINVM.

LEX CLIX.

Etiam aureos nummos æs dicimus.

Aeris appellatione quid contineatur.

¶ Nummi aurei etiam vocantur æs. Aeris igitur appellatione continentur nummi aurei, necnon argentei. l. si quis pignore. §. fin. ff. de pignoratit. actio. æs quippe generale nomen est. ita quoque Hebræi argenti nomine pecuniam comprehendunt, dicentes in singulari *Chesseph*, in plurali *Chessapim*, & sæpius in libris bibliorum inuenitur, vt Genes. 17. c. & 43. & Esaiæ 52. vbi est translatum, cum argento redimemini. & 55. vbi semper vtitur dictio. *Chesseph*. & psalm. 12. nec vero habent Hebræi nomine auri aliam pecuniam, quamuis nonnulli in contrarium nitantur auctoritate noui testamenti Hebraismum probare; contra quos sufficiat nouum quod allegant testamentum non fuisse Hebraicè conscriptum, sed Græcè.

¶ Generalitas autem huius nominis æs ab ipsius æris antiquissimo vsu emanasse creditur: quippe fuit primum signata & sculpta moneta in ære, nimirum si posteaquam etiam auro & argento cudi cœperit, tamen æris nomen pristinum retinuerit: quemadmodum satis firmat Plinius in lib. 33. c. 3. quem sequitur Polydor. Virgil. lib. 2. c. 20. quod ad sequentia conducere potest.

Fabricans falsam monetam qua pœna plectatur.

¶ Nempe si quis fabricauerit falsam monetam in ære, punietur pœna fabricantis aliud numisma argenteum, vel aureum, dummodo hoc vsuale sit. lege finali. Cod. de falsa monet.

¶ Adhæc qui seruum alienum, quadrupedem vel pecudem iniuria occiderit, quanti id in eo anno plurimi fuerit, tantum æs dare domino damnas esto, id est tantam pecuniam, scribit l. 2. ff. ad legem Aquil.

Aerarii quid.

¶ Inde ærarium dicitur pecunia publica, quod Galli *deniers communs ou threfor* vocant, quam pecuniam si quis intercipiat, & in suam rem vertat, lege peculatus tenetur l. 1. & per totum. ff. ad legem Iul. pecula. Aerarium etiam vocatur locus in quo reponitur hæc pecunia, l. cum eo, ibi, pecuniam quæ penes se esset ad ærarium professus retineret. ff. ad legem Iul. pecula. l. Arrianus, ibi, apud ærarium remanere oportet. de iure fisci, quod Romani in æde Saturni habuerunt, vt probat Alexand. lib. genial. 2. c. 11. refert etiam lib. 4. c. 9. æs in Cypro gigni, quod auro absimile non est. vnde si conscissum in frusta minutissima fuerit, & ab agricolis satum, ad pluuiam mox oriri, & coalescere, & ad iustam maturitatem peruenire, & postea recolligi, & recondi: quod ego fabulosum arbitror.

Aerarius faber.
Aerarij tribuni.
Præfectus ærario.

¶ Inde faber ærarius dicitur qui ex ære opera fabricat, vel ærea opera conflat, l. fin. ff. de iure immunita. quorum fabrorum multiplices sunt species. hinc quoque descendit Aerarius adiectiuum, significans id quod ex ære est: vnde ærarij tribuni à tribuendo ære, & præfectus ærario, quæstor: hos hodie vocamus generales financiarum. de quibus scribit Iurisconsul. Paul. in l. edicto §. 1. ff. de iure fisci, & Vlpia. in l. cum ij. §. transactiones, de transactio. l. 1. §. tutores. de falsa. & ærarij milites, ab ære, quod stipendium facerent. æs enim stipem dicebant, vt superius dixi in l. ager. & Plinius lib. 34. cap. 1.

Aeris quot genera.
Aes regulare, siue ductile.
Aes coronarium.

¶ Propriè verò æs metalli genus est, quod in tria diuiditur genera, siue species: primùm dicitur regulare, siue ductile, quod cordarum instar trahatur, ac facile ducatur, videlicet quo fenestras cooperimus vitreas, Gallice *erain* vocamus. Alterum æs coronarium dicitur, eo quod coronarum instar in opus deducatur, quod vulgo *loton* vocamus, veluti quo fiunt candelabra, de quibus Plinius lib. 34. c. 3. & l. Labeo lib. posteriorum, de contrahen. emp. de auricalco & de candelabro, l. in rem. §. si quis rei suæ. de rei vindica. de auro coronario videte in titul. de auro coronario. lib. 10. C. & quod scribit Alcia. lib. 6. parerg. c. 4.

Aes caldarium.

Postremò est æs caldarium, quod funditur tantum, & malleis fragile est, vulgus nostrum vocat *Cuiure*, de quo & Plinius: hocq; nostri vtuntur Pessulani ad componendum colorem viridem, Gallice vocatur *vert gris*, ex æris videlicet ærugine.

Textus explicatio.

¶ Vult ergo dicere tex. quod non solum hoc triplex æs venit appellatione æris, sed etiam vsu communi loquendi nummos aureos dicimus, & vocamus æs, quamuis ex proprietate sermonis aliter dici posset, vt inferius explicabitur.

Aeris appellatione quid contineatur in legibus vel statutis Latinè conscriptis.

¶ Ne igitur diutius vagemur, præsertim in re tam frequenti, rem omnem aliquot conclusionibus perstringamus.

¶ Prima est, quod æris nomine à legibus vel statutis Latinè conscriptis venit quodlibet æs, & quiuis nummus, dum materia congruat. Sicque debent animaduertere ij qui conscribunt glossemata ad consuetudines vel statuta siue Latina seu Gallica, vt secundum communem

communem loquendi modum interpretentur. glo. & Bar. in l. Si quis filiabus. ff. de testam. tutel. iuncta l. seq. glo. in verb. commode. de electio. in 6.

¶ Limitatur quando esset separatum, & vtrunque nominatum, l. æquissimum. §. proinde ibi, auri & argenti, & sulphuris, & æris & ferri & ceterorum fodinas. ff. de vsufruc. l. idem Pomponius. §. Sed si plumbum. ff. de rei vindica.

¶ Secundò non procedit quando materia conueniret alteri significationi, vt in l. item veniunt. §. simili modo. ff. de petitio. heredita. ibi, æris exsoluendi gratia, vbi æs accipitur pro debito, licet frequentius dicamus cum adiuncto æs alienum, vt supra dixi. pro re igitur & materia hoc iudicandum est.

Auri appellatione & argenti nummi non continentur.

¶ Secunda conclusio, auri appellatione vel argenti non veniunt nummi, l. cum aurum. & l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. nempe aliud nomen specificum seu indiuiduum. Ob id solent notarij in Francia exprimere, *Argent monoyé, ou non monoyé.* quod probat Dec. consil. 281. viso, col. 1.

Denarij & dupli argenti appellatione continentur.

¶ Hoc non procedit quando vsus loquendi, vel consuetudo nummos auri numero, vel argenti haberet. tex. in d. l. Quintus, 2. §. 1. ibi, non facile enim quisquam argenti numero nummos computat. Ergo si facile quis computat, vt quando est vsus, secus erit, maxime in Francia, vbi Galli Hebræos sequentes, argenti nomine comprehendunt nummos & aureos & argenteos, & æreos. Ideoque venient etiam denarij & dupli quos vocamus, qui ex ære conficiuntur. Sic tenet Do. Tiraquellus in tract. de iure retrac. in 1. parte. §. primo, glo. vigesima.

¶ Secundo etiam limitatur regula, cum euidenter appareret testatorem vel disponentem contrarium sensisse, d. §. 1. & l. Quintus, & l. cum auri, ibidem.

Auri appellatione neque argentum neque æs venit.

¶ Tertia conclusio, auri appellatione non venit argentum neque æs, l. quid tamen. de contrah. emptio. iuncta l. in venditionibus. ibidem: vt si quis promiserit dare pignori vas aureum non liberatur dando argenteum etiam auratum. l. 1. ff. de pignoratit. actio. vbi quinum dederit pro altero, incidit in crimen stellionatus. nec enim id admittit communis vsus loquendi, vt auri nomine veniat argentum. itaque si quis promittat decem aureos solares, non liberabitur soluendo æstimationem in argento, inuito creditore, l. Paulus. 2. vbi Bar. & Imol. ff. de solutio. l. cum quid. Si certum peta. nam aliud pro alio inuito creditore solui non potest, l. 2. §. mutui datio. Si certum peta.

Librarum appellatione quid contineatur.

¶ Quarta conclusio, Librarum appellatione venit pondus illud quod libra nuncupatur: quemadmodum late declarat Budæ. in tract. de asse. An vero de argentea vel aurea intelligatur, si nil expressum fuerit, intelligatis esse decidendum pro qualitate circunstantiarum: vt fauore religionis venit libra argenti, l. Titia. §. fi. de auro & argen. lega. quem tex. passim allegant Doct. ad id quod fauore religionis in dubio intelligitur id quod est maius. quem tex. cum aliquando legerem, omnino contrarium probare vidi, quemadmodum pleraque alia falso reperiuntur allegari. Species eius tex. est talis: Seia voluit signum, id est sculptile Dei fieri ex centum libris, in tali forte Saturni templo: & quod si ei liceret per humanam conditionem & fragilitatem, ipsa faceret: si ipsa non posset, volebat heredem id facere. ipsa mortua quærebatur, signum Dei ex qua materia fieri deberet. Respon. Iurisc. ex argento, ea scilicet ratione, quia in templo illo non erant nisi dona aurea, vel argentea. non igitur venit maius fauore religionis, vt ipsi volunt. Siquidem veniret aurum: at tantum ex argento tanquam mediocri tribuendum est. Ita si quis legauerit calicem alicui ecclesiæ, intelligendum esset de calice argenteo secundum consuetudinem deaurato, non de aureo, vt in interpreta. ad illam legem dixi.

Interpretatio l. Titia. 6. fin. ff. de aur. & arg. leg.

Libra Parisiensis.

¶ Verùm de consuetudine generali Regni Franciæ librarum appellatione, Gallicè *liures* venirent solum viginti solidi Turonen. excepta ciuitate Parisien. vbi libra Parisiensis continet viginti quinque solidos Turonen. vnde si alia Parlamenta damnent aliquem ad triginta libras, intelligendũ erit de libris Turonensibus, nisi referrent se ad ordinationem loquentem de Parisiensibus. Econtra Senatus Parisiensis condemnans ad certum numerum librarum, censetur intellexisse de Parisiensibus, nisi referret se ad ordinationem de Turonensib. loquentem. Sed ad fugiendum omnem scrupulum solent id Curię supremę exprimere.

Testamentum per æs & libram.

¶ De testamento per æs & libram facto loquitur Imperator in §. 1. Insti. de testam. & Gelius lib. 15.

Aurei appellatione in Gallia quid contineatur.
Aurei Tholosæ quantum valeant.
Aurei Aquilæ.

¶ Quinta conclusio, Aureorum appellatione in hoc Regno venit aureus Regis, tanquam magis hic frequens: siquidem & in hoc & in aliis intelligendum est de moneta, Regis auctoritate excusa. Nisi consuetudine aliud sit inductum, aut de communi vsu loquendi, nempe Tholosę cum loquuntur de aureis, intelligunt de paruis aureis, quorum valor est 27. solidorum cum dimidio. non desunt qui aureos solis pro varietate regionis appellent aureos Aquilæ, vt in Lotharingia, qui nisi fuerint iusti ponderis recusari possunt, l. 1. vbi Rebuff. de veter. numisma. potesta. lib. 10. C.

Aureus in iure quid. ¶ Vbi verò in iure fit aureorum mentio, vt in l. propemodum, & l. Nepos. supra eod. & in l. hæc enumeratio. infra eod. intelligitur de illis quorum septuaginta duo libram auri constituunt, l. quotiens C. de susceptor. Præpositi. & Anchar. lib. 10. Bud. in tract. de asse li. 5.

Ducatus Romæ quid. ¶ Romæ Ducati nomine venit Ducatus de Camera, qui ibi cuditur, & vsui esse solet.

Solidus in iure quid. ¶ Sexta conclusio, solidi appellatione in iure plerunque aureus intelligitur, l. libertus. 1. vbi glo. ff. de in ius vocand. l. vna. C. de colla. æris. lib. 10. l. Sancimus. de donatio. §. fi. de pœna temere litigant. in Insti. Doct. in c. conquerente. de offic. ordinar. l. qua vulgo. ff. de ædilit. edic. vide quæ scripsi in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iud. Tamen de consuetudine loquendi in Francia appellatione solidi venit moneta, quæ solidus vocatur, valens 12. denariis, quos vocamus Turones, quia prius ibi fabricari cœptus. At in ciuitate Parisi. intelligitur de solido valente 15. denariis. vulgus tamen licet promittat solidum Parisi. intelligit de Turonen.

Solidus in Gallia quid.

Aurifodina seu auraria quid. Argẽtifodina. ¶ Aurifodina siue auraria est locus ex quo extrahitur aurum: Argentifodina, ex quo argentum, l. 1. §. 1. ff. quod cuiusque vniuersita. ibi, paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora: vt ecce vectigalium publicorum sociis permissum est corpus habere, vt aurifodinarum, vel argentifodinarum, vel salinarum. de Salinis scripsi in l. inter publica. supra eod.

Aurarius faber. Aurificina. ¶ Aurarius faber, siue artifex, qui in auro operatur, Gallicè *Orfeure*. l. Quintus Mucius. ff. de auro & argen. legat. Et Aurificina dicitur taberna ipsius aurificis, Gallicè, *boutique d'orfeure*.

IDEM LIB. II. AD SABINVM.

LEX CLX.

Ceterorum & reliquorum appellatione etiam omnes continentur: vt Marcellus dixit circa eum cui optio serui legata est: ceteri Sempronio. nam tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere.

Explicatio textus. ¶ Primò Iurisconsultus hic censet ceterorum & reliquorum appellatione omnia contineri. Secundo ibi, vt *Marcellus*, probat hoc Marcelli auctoritate inquientis Quod si cuiquam Titio serui optio legata sit, ceteri serui legati sint Sempronio: si Titius non optet, omnes ad Sempronium pertinebunt. nam dictio Ceteri omnes continet. De verbo reliquorum plene docuimus in l. potest reliquorum, supra eod. Verum quoad dictionem Ce-

Ceteri & Cetera, quomodo vsurpetur. tera notandum est eam duobus scribi modis, interdum extense sic, cetera, & tunc capitur pro reliquo, l. 1. §. veteres. ibi, posse me per vnum reliquorum acquirere possessionem. ff. de acquir. possess. vbi in principio dicit Ceteri, postea reliquorum: facit l. inter fideiussores, de fideiussor. ibi, ad ceterorum onus respicit. & l. si cõtendat fideiussor ceteros soluendo esse, ibidem. l. sæpe. supra eod. & interdum accipitur pro alia, vt l. inter cetera quę ad ordinanda testamenta necessario desiderantur. ff. de liber. & posth. l. quibus, supra eod. l. ex persona. de fideiussor. l. 3. de transact. vbi priuatis pactionibus non dubium est non lædi ius ceterorum. l. 3. in fi. pro soluto, ibi, nec potest pro emptore vsucapere, qui non emit, nec pro soluto, sicut in ceteris contractibus. l. verum. §. 1. pro socio. l. cum duobus. §. quidam. & l. si fratres. §. idem respondit socius.

Cetera ad res relatum. ¶ Et aliquando refertur ad res. l. ex persona. ibi, & cetera rei commoda. & tunc communius accipitur, vt dictum fuit superius: & probatur ff. de fideiussor. l. cetera. de lega. 1. l. cetera supra eod. l. propemodum.

Ceteri ad personas relatum. ¶ Interdum ad personas, & ita significat reliqua, vel alia, vt in sequenti dico. l. pronuntiatum. §. fi. supra eod. l. quibus. l. generi. l. plebs. ff. isto titulo. facit l. Pomponius, ibi, ceteri autem consentiant. de re iudica. l. pronuntiatum. ibi, matremfa. à ceteris fœminis mores discernunt. l. quibus, supra eod.

Ceteri idem quod omnes. ¶ Quandoque significat idem quod omnes, vt docet Iurisconsul. in l. si cum exceptione §. pen. & fi. cum l. seq. ff. quod met. caus. vbi cum in vno loco dixerit omnes, in alio ait ceteros. c. vt constitueretur. 50. distinct. vbi glo. l. non magis etiam quam pulli aut cetera animalia, quę in fundo sunt. ff. de actio. empti.

Cetera pro reliqua omnia. ¶ Alias significat reliqua omnia, authen. ex causa C. de liber. præterit. vel exheredat. ex causa præteritionis ait, ruptum est testamentum quoad institutionem, cetera firma permanent. l. si rem mobilem. ff. de acquir. possess. ibi, cuius corpore ceteras quoque res possumus possidere. l. item quæritur. §. exercitu, loca. scripsi in §. prefatique ordinarij. in glo. ceterorum. de colla. in concorda. tamen Iurisconsultus ad vberiorem elucidationem exprimit quandoque cetera omnia, vt in l. cui muneris. ff. de muner. & in l. sanctio. de pœnis. ibi, in cetero omni iure.

¶ Aliquando tamen Iurisconsul. ad tollendam dubitationem declarat cetera: vt si quis iurauerit

iurauerit me ei vendidisse rem centum, ex empto agere poterit, vt ei cetera præstentur, id est vt res tradatur, & de euictione caueatur, l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. de iureiur. Et communiter in plurali dicuntur cetera, sicut liberi. Alias tamen etiam in singulari scripsit Vlpia, ceteram partem, in l. cancellauerit. ff. de his quę in testam. delent.

Ceteri & cetera dictio etiam in singulari vsurpata.

¶ Ceterum pro sed, l. locus. supra eod, l. collegarum, & l. absentem. infra eod, l. si id quod §. 1. vers. ceterum si id actum dicatur. ff. & l. Si socius pro filia. pro socio. l. alioqui. de contrah. emptio.

Ceterũ pro sed.

¶ Ceterum pro alioqui. in l. Si finita. §. postea. ff. de damno infecto, & l. iam tamen. vbi glo. iudica. solui.

Ceterum pro alioqui.

¶ Adhæc non est omittendum hanc dictionem cetera, vt plurimum referri ad similia, l. 1. §. Ofilius. ff. ne quis eũ qui in ius voca. est vi eximat, ibi, veluti parens, & patronus, ceteræque personę. l. si fugitiui, iuncta glo. C. de seruis fugitiuis, & c. fedes. vbi amplè Doct. de rescrip. vt etiam diuersa in substantia includantur, & amplientur, dum ea sint eadem in specie vel similia, glo. & Doct. in c. fi. de summa trinita. & Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de lega. 2. & l. pater. §. quindecim. de lega. 3. & consil. 216. Addelandus. circa fi.

Cetera ad similia relatum.

¶ Ad maiorem quoque expressionem additur nonnunquam, Et cetera similia, de quibus in l. quę dotis. vbi Ias. & alij. ff. soluto matrimo. allegantes l. iurisgentium. in princip. ff. de pact. ibi, & ceteri similes contractus.

Et cetera similia.

¶ Limitatur quando ratio subiectæ materię non conueniret, vt in l. non solum. §. quęritur. vbi glo. ff. de procurator. Doct. in clem. 1. de rescrip.

¶ Quandoque verò hęc dictio & cetera, pro more notariorum quibus est perfamiliaris, scribitur per compendium hoc modo, &c. quod quam sit hominum societati perniciosum testatur vulgatum satis apud nos prouerbium Gallicum, *Dieu nous garde de cetera de notaire & de qui pro quo d'apothicaire*. Ad quę notariorum compendia dignoscenda, quando, & quo pacto possint extendi, regula sit, notario permissum esse extendere illud &c. circa negotij circunstantias, & ea quæ sunt de consuetudine illius instrumenti & actus tantum, non circa substantiam negotij. Bal. & alij in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de liber. & posth. Specula. in titul. de instrumen. editio. in §. ostenso. versic. Sed quid si in abbreuiatura.

Et cetera in instrumento appositum quam sit perniciosum & vbi apponẽdum, & quomodo extendendum.

¶ Limitatur non procedere in contractu qui in scriptis celebrari debet, vel in alio actu, cui nil vltra scriptum addendum est, l. contractus. C. de fide instrumen. nec quidem à iudice. nam actui iam perfecto nil est addendum, argumen. à contrario in l. fi. C. de his quib. vt indignis. veluti rei iam demonstratæ frustra fit demonstratio, l. 1. in fi. ff. de dote prælega. At si consuetudo notariorum esset recipiendi omnes contractus in scriptis, quemadmodum generaliter in Francia, etiam per dictionem &c. tunc quoque notarius extendere poterit consuetas clausulas, non alias, teste Ioan. de Imol. in c. cum P. tabellio. de fide instrumen. & Ias. in d. §. item credendum. Barba. consil. 9. col. 8. in 4. vol. Quam consuetudinem oporteret probare illius esse notarij qui conscripsit instrumentum, nec sufficeret probare eam esse generalem aliorum notariorum consuetudinem, secundum Anchar. consil. 339. pro maiori. col. 5. versic. ad secundam rationem. Alexand. consil. 196. col. 3. versic. quia dicti testes, & refert Aymo. Cruet. consil. 34. proponitur. col. vl. Sed hoc non seruamus in Francia: quinimo ex consuetudine omnium notariorum extenditur, vt dicam in fi. Alias quippe daretur materia committendi falsum.

Actui iam perfecto nihil addẽdum.

Cõtractus omnes in Gallia in scriptis excipiuntur.

Extendi dictio & cetera à quo debeat.

¶ Secundo limitatur in alio notario, qui non recepit instrumentum, quippe non poterit extendere, siue viuus fuerit notarius qui scripsit, siue mortuus, teste Lanfranc. in repet. c. quoniam contra falsam. in verb. instrumentorum. col. 6. versic. attendite tamen. de probatio. & Hippol. singul. 123. in iure. & Petro Gerard. singul. 41. vult no. Bal. Intelligite nisi de mandato iudicis ex præcedentibus vel sequentibus extendere vellet. nam hoc ad examinationem iudicis spectat. Bar. & alij in d. §. item credendum. Bal. in rub. C. de fide instrumen. q. 4. non potest enim successor voluntatem prædecessoris declarare. l. Pomponius scribit, si frumentum. §. 1. ff. de rei vindica. Scripsi supra in l. nomen. §. instrumentorũ. quando hoc possit. Alias ergo debet notarius ad verbum transcribere, quod in originali inuenit: & ita seruatur in forensi iudicio, per Bal. in l. 1. in princip. per illum tex. ff. de excusatio. tutor. facit tex. in §. illud. in authen. de tabellio. colla. 4. Etiam si clausulas consuetas extenderet, vt talis non vi &c. quod potest secundum Bar. in l. argentarius. in princip. ff. de edendo. & Specula. in §. ostenso. versic. Quid si in breuiatura, in titul. de instrum. edit. Feli. in c. cum P. tabellio. q. 7. de fide instrumen.

Notarius qui instr. non recepit, particulã &c. in instr. additam extendere nõ potest.

¶ Tertio regula perdit officium suum quando notarius semel tradidisset exemplum siue copiam parti. tunc enim extendere nil poterit, etiam secundum consuetudinem & stylum suum. Bar. & Bal. in l. Imperatores. 1. ff. de statu homi. Sic scribit Francis. Marc. in decis. Delphi. q. 278. in 1. parte.

Exemplo contractus parti à notario tradito particulã &c. extendere non potest.

¶ Quarto non potest extendere ad derogationem: vt si in testamento fuisset dictum, Et hoc suum testamentum vult valere &c. teste Imol. & Alexand. in l. Gallus. §. idem credendum.

Etc. particula non potest extendi ad derogationem.

dum. & Alexand. in l. prætor. in princip. ff. de noui oper. nuntia. Siquidem hæc clauſula vult valere iure teſtamenti, vel alterius cuiuſlibet vltimæ voluntatis, non verò ad derogationes. Si tamen in teſtamento diceretur non obſtan. &c. tunc ad ſolitas notariorum derogatorias extendere poterit, videlicet non obſtante alio quolibet teſtamento antea per me facto: etiam ſi de eo fieri ſpecialis mentio debeat, vt docet Bar. in l. ſi quis. in principio. col. 2. ff. de lega. 3.

Pœnæ reſtringendæ, non extendendæ. Notarius ſuum &c. non poteſt extendere ad minorē ætatē.

¶ Quinto, vt pœnam quis incurrat non poterit hoc notarius extendere. nam pœnæ reſtringendæ ſunt non extendendæ, l. interpretatione ff. de pœnis.

¶ Sextò, non poteſt extendere ad minorem ętatem: vnde ſi minor contrahat & iuret non contra venire, &c. non excluditur quin poſsit ratione ætatis contra venire: niſi fuerit habita mentio ætatis. ideoque notarij ſolent dicere, talis iurauit non contra venire, etiam ratione minoris ætatis, &c. teſte Claud. Seiſell. in d. §. etiam, d. l. Gallus. per l. r. ff. de minor. nam hęc ętas requirit expreſsionem, vt dixi.

Inceptas clauſulas per ſuum &c. extendere poteſt, nouas addere non poteſt.

¶ Septimò, aduertendum eſt notarium poſſe extendere clauſulas inceptas, alias verò nouas addere non poteſt. nam hęc dictio, &c. denotat aliquam truncationem precedentium, atq; præ ſe fert aliquod antecedens, Ergo continebit ſe notarius in clauſulis inceptis, vel ab his dependentibus, ſecundum aliorum notariorum conſuetudinem. verum vt cautius agatur, ſolent inſerere notarij principium cuiuſq; clauſulę in ſcheda ſeu breui (Gallicè *breuet* vocant) illudque demum extendere: quemadmodum Romanę curię pragmatici ſolent extendere ſignaturam. de qua ſcripſi in praxi beneficial. in 1. parte formę ſignaturę.

Exemplum in inſtrumenti conſcribēdi, & quæ clauſulæ per &c. ſubticęantur.

¶ Exempli gratia, noſtrates notarij ſolent ita conſcribere inſtrumentum: *Iehan tel de tel eſt at, demeurant en tel lieu, qui de ſon bon gre*, &c. extendit nempe notarius *ſans contrainčte*, &c. Sicut Latinis verbis. *Item confeſſe debuoir à tel de tel eſtat, demeurāt en tel lieu la ſomme telle, pour pur, vray & loyal preſt d'argent à luy fait à ſon beſoing & neceſsité, ſi comme*, &c. Ecce clauſulam inceptam & imperfectam, quam notarius perficit ex cōſuetudine ſua, ſic videlicet, *ſi comme ledict Iehan debteur diſoit*, & ſubſequitur alia clauſula, *Dont*, &c. & ſic extendunt, *dont il ſe tient pour content, preſens leſdicts notaires*. & alia quæ in vſu ſunt. *promettant*, &c. *obligeant*, &c. *renonceant*, &c. Has igitur & huiuſmodi clauſulas inceptas poſſunt notarij extendere, alias verò non inceptas addere non poſſunt. Et iſta breuis eſt reſolutio ſecundum Doct. & ſecundum quam ſępius vidi iudicari in forenſi iudicio.

Circa pro apud &c.

¶ *Circa eum*, id eſt apud, vel quantum ad eum, iuxta. ita hęc dictio circa accipitur pro apud, quantum, iuxta, vel erga, vt in l. ſeq. Gallicè *touchant*. l. & poſt rem. ibi, circa alimentorum tranſactionem. ff. de tranſactio. l. 4. ibi, circa ſcientię verbum. de noxal. l. 2. in fi. de condictio. indeb. l. libertus. §. ſola. ibi, circa priuilegium. ad municipal. l. extat. de iure fiſci. ibi, circa delationes fiſcales. l. ſi ſeruus. 2. §. circa commodatum aliud ęſtimandum. de furt.

Circa pro circā

¶ Communiter circa accipitur pro circum, Gallicè *enuiron*, & ſic accipiendo interdum iungitur tempori, vt circa finem temporis ſtipendia redduntur. l. penult. ff. de re militar. & tunc quantum tempus ſignificet relinquitur arbitrio iudicis. Doct. in c. atteſtationes, de deſponſa. impub. qui iudex ad ſummum arbitrabitur vſque ad ſex menſes, & non vltra, per glo. ibi. vnde ſi quis dicat ſe conſtitutum in vigeſimo quarto anno ætatis vel circa, intelligendum eſt, vel ante vel poſt: id eſt quod adhuc non peragit. 24. annum, ſed eſt prope, vel agit vltra. Sic Alexand. conſil. 88. quoniam, nu. 15. in 5. vol. Scripſi in glo. pro expreſsis. in forma manda. & in tract. nominatio. q. 11. in fin. & plenius in praxi beneficial. in 2. parte bullæ diſpenſationis, vbi ſcripſi non valere tempus ſtudij, ſi quis dicat ſcholaſticum ſtuduiſſe quinquennio vel circa: aut poſſediſſe 30. annis, ſeu circa, vt in l. Celſus. ff. de vſucapio. non excuſat tamen à petitione pluris, vt docet Guido Papa in deciſ. 290. libello. Iacob. in l. & ſi poſt tres. col. 3. ff. Si quis cautio. Bal. in l. r. ff. de offic. præfec. vigil.

Non valet tempus ſtudij, ſi quis dicat ſcholaſticum ſtuduiſſe quinquēnio, vel circa.

¶ Alias reſpicit perſonam, vt hi qui circa principem ſunt occupati, l. verum. §. ex facto. ff. de minor.

Circa pro prope.

¶ Interdum quoque reſpicit locum, & capitur pro prope, vt circa templum in prouincia: vel circa dicit tex. in c. r. in fi. de offic. ordinar. in 6, l. iter. ibi, quod facere circa prædia vrbana etiam neceſſarium eſt. ff. communia prædior. l. r. de offic. præfec. vigil. vbi Bal.

Circa pro iuxta.

¶ Circa pro iuxta, ſeu circum circa, Gallicè *alentour*. l. qui duo. ibi, circa eam aquam late decem pedes exceperat. ff. de ſeruitu. ruſticor. prædior. l. principalibus. ibi, ne hi qui circa eos ſunt. ſi certum peta. l. penul. §. ſtudeat. ibi, circa domos. de via public.

Circa pro in.

¶ Circa etiam pro in accipi poteſt, vt hic, & in l. ſeq. ac in l. circa inofficioſi querelam euenire plerunque aſſolet. de inofficio. teſtam. l. ſed & ſi quemcunque. §. iniuriam autem hic accipere nos oportet non quemadmodum circa iniuriarum actionem contumeliam quandam. ad legem Aquil. l. ſingularia ſunt quędam præcepta circa pecuniam creditam. ff. ſi certum peta. l. r. §. diuus. de iure fiſci, ibi, circa annotatorum bona. l. ex conſenſu litigantium circa compromiſſum. de appella. l. ſi alius. §. idem & in vineis. ibi, circa arbores. quod vi aut clam. l. ſi quis fumo. ad legem Aquil.

¶ Circa

Circa pro aduerſus.

¶ Circa pro aduerſus, contra, l. 4. vbi primo ponit aduerſus, poſtea dicit ibi, quod plerunque faciunt maligně circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, nouercalibus delenimentis inſtigationibuſve corrupti. ff. de inofficioſ. teſtam.

Circa pro ad.

¶ Circa pro ad, l. ſi ſeruus. §. idque euidentius, quod non fuit diligentior circa monendum qualem ſeruum deponeret. ff. de furt. veſtrum erit iudicium exponere quando magis alteri conueniet, & pro varietate materiæ interpretationem adhibere.

Vltra & citra oppoſita.

¶ Citra, cui opponitur vltra, Gallicè *deca*, vltra *dela*: inde citramontani qui citra montes degunt, & vltramontani qui vltra: ita reciprocè vocamus Italos vltramontanos, & ipſi nos.

Citra pro ſine vel prater.

¶ Citra impedimentum exceptionis, l. ſi bonęfidei. ff. de petitio. heredita. pro ſine impedimento. ita citra appellationem dicimus. l. r. ff. de feriis. Citra prouocationem, l. r. §. r. quæ ſenten. ſine appella. reſcindan. iungendo rub. cum l. r. ibidem. Citra auctoritatem prætoris tranſactio facta ſuper alimentis non proficit, l. & poſt rem. ff. de tranſactio. l. cum ij. §. eam verſic. quid ergo. & §. ſi cum lis, ibidem. Citra indignationem principis, l. 2. §. hoc amplius. ff. de his qui no. infam. Citra pretij æſtimationem, l. fi. ff. de calumniator. Citra in integrum reſtitutionem, l. in cauſæ, 2. in princip. ff. de minor. Citra adoptionem, l. Papinianus §. ſi quis impubes. ff. de inofficioſ. teſtam. Citra edicti pœnam. d. l. Papinianus. §. quarta. in fi. Citra periculum, l. fi. ff. de public. iudic. id eſt extra periculum, id eſt ſine periculo. Citra principis auctoritatem, l. legatam. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertinen. Citra veniam abolitionis. l. ſpurij. §. qui iudicis. ff. de decurio. Citra iuſſum patris, l. 2. miles filiusfam. ff. de caſtren. pecul. Citra pœnam exilij bona fiſco adiudicari non oportet, l. bona. ff. de iure fiſci. Citra pœnæ metum, l. vim paſſam. §. mulierem. ff. de adulter. Citra ſeruitutem, l. quem admodum. §. r. ff. ad legem Aquil. Citra ſpeciem legati, l. ſi vni. ff. famil. erciſcund. Citra ſcientiam domini, l. cum ſeruus. ff. ad exhib. Citra abolitionem deſtiterit, l. r. §. pręuaricatorem. §. deſtiterit. ff. ad Turpillia. Quod vſui eſſe poteſt, vt ſi dicatur citra abolitionem quidpiam fieri non poſſe, vel conſenſum tutoris, aut citra quadrageſimam, non valebit quod factum erit ſine abolitione, vel conſenſu tutoris, vel extra quadrageſimam, l. qui in fraudem. ff. qui & à quib. & in iurib. ſupra allega. facit quod pulchre ſcribit domi. Gemi. in conſil. 18. quia copioſe. col. 2.

Citra abolitionem quid fieri quando dicatur non poſſe.

Tentare quid.

¶ *Tentat*, à verbo tento: eſtque quaſi rem incertam, & dubitabilem aggredi, vel frequenter tenere, & aſſerere, vt demonſtrat hoc verbum tentat, quod eſt frequentatiuum à teneo: vel tentat, id eſt conſtanter tenet, l. is qui. §. quod ait prętor. ibi, quod Iulianus tentat. ff. quod vi aut clam. l. his conſequenter. §. ſed & cum. famil. erciſcund. ibi, idem tamen tentat. l. ſicut. quibus mod. vſusfruct. amitta.

Tentare pro conari.

¶ Aliquando exponitur pro conatur, vt Pompo. belliſsime dicere tentat. l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſemper. §. negotiatio. ibi, ſi publicis muneribus ſubtrahere tentant. ff. de iure immunit. l. Si non mortis. ibi, Reſcindere teſtamentum tentet. de inofficioſ. teſtam. l. ſi duo. §. idem Iulianus. in fi. ibi, nec pati eum iudex debet, ſi cœperit is tentare furem eum eſſe probare. ff. de iureiur. Et tentare pro facere quæſtionem ſtatus. l. fi. pro derelicto.

Tentare pro intendere.

¶ Interdum tentat, quaſi intendit, & intentat, experitur, l. ſi expilatę hereditatis crimen teſtatur. ff. de crim. expil. heredita. iuncto §. r. ibi, intendi, &c.

PAVLVS LIB. II. AD SABINVM.

LEX CLXI.

Illa verba, OPTIMVS MAXIMVSQVE, & in eum cadere poſſunt qui ſolus eſt. ſic & circa edictum prætoris ſupremæ tabulæ habentur etiam ſolæ.

Expoſitio textus.

¶ In nouis exemplaribus poſt l. ceterorum. inſeritur l. non eſt pupillus. verum ego ſequendo antiquam lectionem, hanc legem interpretandam aggredior, quæ duas habet partes. in prima dicit iſta verba, *optimus maximuſque*, etiam pertinere ad eum qui ſolus eſt. in ſecunda, ibi, ſic & circa, probat hoc edicti prætoris exemplo, in quo ſupremæ tabulæ dicuntur etiam ſolę. l. r. §. ſupremę enim hæ ſunt, non quæ ſub ipſo tempore mortis factæ ſunt, ſed poſt quas nullæ factæ ſunt. ff. de bonor. poſſeſsio. ſecund. tabul. & §. ſi quis in duobus. & §. ſeq. ibidem.

Prætorū mos in edictis proponendis vt mutatus.

¶ Notandum eſt prætores olim Romæ in ingreſſu officij, qui calendis Ianuarij erat, multa variaque edicta proponere ſolita, quæ annua erant, & ius ſecundum ea toto in anno reddebatur: & alij poſtea noua edicta ſtatuebant: quæ licentia inducebat, vt multa edicta tum ad lucrum, tum ad gratiam, tum ad affectionem cuiuſq; ſic dictarentur, ipſumque ius prætorium ob edictorum varietatem conturbatum pene eſſet. quare ne ius ita varie diceretur, quod prætoribus indecorum, litigantibus incommodum erat, Cornelius tribunus pleb. C. Calphurnio Piſone & M. Acilio Glabrione Coſſ. legem tulit, vt perpetua edicta prętorum

prætorum essent,& prætores ex edictis suis perpetuis deinceps ius dicerent:quę res gratiam ambitiosis prætoribus qui ius varie dicere solebant minuit,vt tradit Ascon.Pedian.& Ioan, Zasius in catal. leg. antiq. & tanta deinde fuit edicti perpetui auctoritas, vt si ex eo aliquid decerneretur, quominus id fieret, non permitteretur appellare,l. fi. ff. de appella. recip.vel non.& omnia hęc edicta Saluius Iulianus I. C. congessit,in ordinemque redegit mandato Imperato.Adriani,eaque interpretatus est.

Superlatiuum etiam de uno, nonnunquam dicitur.

¶ Vendere vel donare fundum vti optimus maximusque est quis potest,quamuis illum solum habeat. Et superlatiuum interdum suam non retinet vim,vt de pluribus dicatur,sed tantum de vno, vt supra scriptum extitit in l. proximi. quidque significent illa verba, vti optimus maximúsque est,docui in l.qui vti,supra eod.

Dictiones, quæ plures significant,& nõnunquam vnum denotant.

¶ Ita quoque videmus nonnunquam dictionem plures significantem, vnicum tantum denotare, vt supremus & optimus. Scripsi in l. in vsu,supra eod. Quemadmodum etiam pluralis in vno locum habere potest,vt hic,supremę tabulę,& negotia intelligit Iurisconsul. siue vnum siue plura.l.3.§.negotia.ff.de negot.gest.dixi in l.non est sine liberis, supra eod. Alcia. plura docuit in d.l.proximi.quamobrem ad alia transeo.

Edictum quid.

¶ *Edictum* lex est à prętore edita,vt in l.pronuntiatio.in fi.versic.seruientium.& l.ex illa. infra eod.quod interdum ius honorarium vocatur,in §.edicta.Inst.de iure natur.l.creditores,supra eod.l.nam & ipsum.ff.de iustit.& iure.

Edictum pro quolibet decreto.

¶ Aliàs edictum,id est decretum: & quælibet lex edictum vocari potest,ab edicendo, id est statuendo,decernẽdo,vel vt Theophil.placuit,ab edicendo,quod prædicere significat, & obuiam ire rebus,quæ si contingant,damno aut dolori sunt subditis futuræ,in §.Sed & quod principi.Instit.de iure natur.facit l.iurisgentium.§.Sed si fraudandi causa factum dicatur,nil prætor edixit.ff. de pact. l. si familia alicuius album corruperit, non similiter hoc edicitur.de iurisdictio.omni.iudic.l.3. §. hæc verba. ibi, de quo fuit necessarium edicere. de negot.gest.l.1.§.prætor edicit.de minor.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter prætor edixit. Ex quib.caus.maior.& in l.Diuus.§.causa.ibi,prætor edixit.de petitio.heredit.l.Barbarius. de offic.prætor.l.si filia.alias incipit,Papinianus ait.§.item Papinianus scribit.ff.famil. erciscund.ibi,nisi aliud testator edixerit.Inde edictum,quod edicitur,idque à decreto differt,vt in l.1.ff.de offic.assessor.Quæ prætorum edicta cum ab initio essent annalia,Instit. de perpetu.& temporal.actio.l.in honorariis.ff.de actio.& obliga.postea facta sunt perpetua.quippe ne iuris dicendi ratio arbitraria prętoribus esset,& pro illorum libidine subinde mutabilis, lata est lex de edictis perpetuis, vt deinceps edicta prætorum perpetua essent, & per ordinem scripta fuerunt,l.2. ff. de statu homi. vbi Budæ. Ex quibus edictis perpetuis prætores ius dicebant. Postea lege à Cornelio lata, hoc tantum extitit: tũncque Saluius Iulianus Iurisconsultus omnia prætorum edicta collegit, & in ordinem redegit.lege secunda, ff. de statu homi. ac sub congruis titulis posita interpretatus est: & tunc cœperunt prætores à Iuliano congesta sequi,non autem noua proponere, vt scribit Alcia. lib. secundo disputatio.c.27.Et de hoc edicto perpetuo loquitur lex,edita actio.C.de edendo,& alię fere leges de edictis perpetuis loquentes.

Edicti ab interdicto quid differat.

¶ Interdictum vero ab edicto differre dicit glo. in lege, prętor. §. primo ff. de noui oper. nuntia.edictum enim lex generalis est,lege, leges. C.de legib.& superius dixi,interdictum est lex prętoris prohibens: vel interdictum, vt dicit Bar. in d. lege prima, in princip. illo titul.est edicti species,sic dictum quod inter duos dictum sit.Alcia. verò Parerg. lib.3. cap. 15. ait, interdictum duobus modis accipi, primum quod prohibitorium est. nam interdicere prohibere est; hincque etiam si qua causam proprietatis habent, interdicta dicuntur.

Interdicti quid

Interdictum duob. modis accipitur.

¶ Secundò etiam dicitur interdictum,quo prętor aliquid iubet vel vetat,non perpetuo, sed ad tempus, donec pleniore indigio de iure peritorij quęratur,quasi interim dictum, vt est apud Paul. lib. Senten. 5.interdicere enim est interim dicere. Et interdicere dicimus, sicut interloqui. Siquidem interlocutoria sui natura finem principalis controuersię non imponit, aliamque expectat post se sententiam. hęc ille. Cuius sententiam est sequutus Do.Ioan.Corras.in interpretatione l.naturaliter. §. nil commune.nu. 20. & seq.ff.de acq. possess.ego latius differo in meis no.intellectibus.

Interdicere.

Interlocutoria.

Auctoris opinio de edicto & interdicto.

¶ Interim videre num edictum pro qualiber lege possit accipi,vt superius probatum extitit:interdictum vero specialius pro lege prętoris quę maximè adhibetur super possessione, vt in toto libro interdictorum. ff. Interdum Iurisconsultus vtroque promiscuè vtitur & interdicto,& edicto,in l.1.& per totum.ff.ne vis fiat ei.lege secunda. §. primo,& §.plane si edictum. ne quid in loco public. de quibus iterum vos reiicio ad meas nouas interpretationes.

§. Pueri appellatione etiam puella significatur. nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu: & *παιδία* Græcè communiter appellantur.

¶ Tres

Expositio textus.

¶ Tres particulas continet hic §.in prima pueri appellatione puellam significari testatur. in secunda ibi, nam & fœminas. rationem reddit, quia puerpera vocatur recens ex partu,& non puella pera. Tertia ibi,& *παιδίας*. comprobat hoc auctoritate Græci sermonis qui communiter *ὁ καὶ ἡ παῖς* appellant. Summarium autem esse potest, etiam si dicatur puer filius,puella comprehenditur,l.in tabulis.ff.de statuliber.ibi,ne puer filius rescindat patris testamentum.sic pupilli nomine comprehenditur pupilla.l.hæc autem.ff.de adoptio.

Alciati opinio de verbo puer.

¶ Alciatus verò hic ponit os in cœlum,dicens istas rationes Iurisconsulti non consistere.primò cum puerpera,quam Græci *λεχὼ* vocant,& *λοχείαν* puerperium,ac partus curationem *λοχείαν*, non à puero, sed à puera vocabulo antiquo,& puella nomen est diminutiuum à puera deductum. nec exemplo Græcorum quicquam moueri potest, quod apud eos *παῖς* puer, commune sit nomen. At Latinorum nemo puerum genere fœminino protulit.Contra quem nostri officij esse putaui Iurisconsultum ab hac labe tueri. intelligendus vero sic videtur, pueri appellatione significari puellam: puerpera quippe dicitur siue pariat puerum siue puellam,vt dictio puer capiatur & pro puella, cum puerpera significet recentem ex partu pueri, vel puellæ.

Alciati opinio impugnatur.

¶ Et respondendo Alciato,non refragatur eius dictum,quo vult puerperam dici à puera:quinimo,salua pace tanti viri,à puero & pario dicta est, quasi pueri para, sicut deipara. Et componitur hæc dictio ex duobus corruptis, videlicet ex dictione pueri & pario puerpera,quæ puerum peperit: & sic illa vocatur quæ recens est à partu, vt dicit hic Iurisconsul.siue puerum peperit siue puellam.Alias sequendo opinionem Alcia. comprehenderet mulierem recentem ex partu fœmineo tantum, non ex masculino. appellatione enim pueræ non venit puer, l.seruis legatis.ff.de lega.3.nisi sub partu fœminino velis comprehendi:quod turpissimum vocat Iurisconsul.in l.si ita scriptum.de lega.2. Nec me mouet quòd nemo Latinorum puerum fœminino genere protulit: fateor enim duo esse vocabula,videlicet puer & puella,nihilominus appellatione pueri comprehenditur etiam puella:vt si pueri sint immunes, puellæ eiusdem iuris erunt: & si pueri non possunt contrahere,nec puellæ:& generaliter pueri nomine puella continebitur. Nec alias vult dicere Iurisconsul.fœminam vocari puerum, sed nomine pueri comprehendi puellam, quia videlicet masculinum concipit fœmininum, l.1.supra eod.

Puerpera vnde.

Pueri appellatione comprehenditur puella.

¶ Limitatur quando in lege vel statuto puer & puella exprimerentur,vt in l.de pupillo. §.1.ff.de noui oper. nuntia. vel quando contrario nomine puer exprimeretur, ad excludendam puellam. Iurisconsul. in l. pueri. infra eod. quod aliquando ad maiorem expressionem fit.l.ciuitatibus.in princip.ff.de lega.1. ibi, pueris puellisque relictum sit. l. nam & plerique pueros puellasque tabernis præponunt. ff.de institor.

¶ Non procedit etiam vbi diuersa esset ratio,vel contrarium à iure exprimeretur, vt in testamentis, l. qua ætate. ff. de testam. vbi pueri ætas exprimitur, & diuersa puellæ.idem in nuptiis.§.1.Insti.de nupt.sic in venia ætatis.l.2.C.de his qui veniam ætа.impetrauer.& aliis casib.à iure expressis.

Puerpera priuilegiis vtitur valetudinariorum.

¶ Vtilitas est, quòd puerpera Græce *λεχὼ* quamuis sana dicatur, si modo nil extrinsecus acciderit quod corpus eius in aliquam valetudinem immittat,l.quæritur.§.puerperam. ff. de ędilit.edic.tamèn quasi valetudine teneatur,fere priuilegiis competentibus valetudinariis & infirmis si possint illi conuenire, vtetur, per tex.in l. 2. §.si non propter.ibi,si tamen post partum decubuerit,probandum erit quasi valetudine impeditam.ff.si quis cautio.illa priuilegia scripsi supra in l. morbus. Et tempus decumbentium mulierum quadraginta dierum esse dicit gl.& Bar.in l.prægnantis.ff.de pœnis. Sequitur Ias. in d.§.si non propter. sed hoc diceremus hodie regi pro consuetudine locorum, & qualitate personarum.illustres enim & delicatæ longius decumbunt, quàm robustæ,aut rusticæ, seu aliæ quæ ob pudorem partus decumbere non audent: & tunc fieri solent communia puerperialia, vt apud Romanos erant solita, de quibus meminit Iulius Capitol.in vita Clod.Albini.

Tempus decumbentium mulierum.

Puerperialia communia.

¶ Postremò hoc verbum significatur denotat proprietatem,videlicet propriè pueri appellatione puellam contineri:quod etiam probat l.fi.§. fructus. ff. quæ in fraud. creditor. ibi,prætor significet.l.in vsu.supra eod. l. si pignore. §. teli autem appellatione & fustis, & ferrum,& lapis,& denique omne quod nocendi causa habetur,significatur.l.qui domum. in fin. de adulter. ibi, appellatione domus habitationem quoque significari palam est. & lex, materfamilias, ibidem, vbi sic dicitur:mater autem famil.significatur non tantum nupta,sed etiam vidua.facit l.quibus.§.materfamil.supra eod.scripsi in l.1. in verb. complectitur.supra eod.

Significare pro proprietatem denotat.

VLPIANVS LIB. VII. AD SABINVM.

LEX CLXII.

Non est pupillus qui in vtero est.

Pupillus is non dicitur qui in vtero est.

¶ Hæc lex sic continuari potest. supra dictum fuit pueri appellatione puellam contineri. sed dubitari potest an qui in vtero est, puer, vel pupillus dicatur. Respondet hic Vlpia. non esse pupillum qui in vtero est, cum nondum sit editus, & mortuus nasci possit, vt supra scriptum fuit in l. qui mortui. & quia antequam edatur, matris portio vel viscerum est, l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de ventre inspiciend. vnde si detur præmium capienti lupum, & capiat lupam prægnantem, nō maius habebit præmium: siquidem antequam nati sint, non sunt lupi, vt docet Angel. in §. cum autem. Inst. de tutel. & Vincent. Hercula. in l. in lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcid. nisi hoc exprimeretur, vt solet fieri.

Is qui in vtero est matris condemnationē nō patitur.

¶ Cum autem mater prægnans condemnatur ad mortem, non debet mori is qui in vtero est: sed mors differenda est, donec in vtero erit, l. prægnantis. ff. de pœnis. imò si non inueniretur nutrix, seruanda esset mater ad suum alendum partum. Bar. ibidem. ita si exilio mulier prægnans data sit, partus non erit exul, quin ad ciuitatem redire possit, in qua non peccauit. Bal. in lege, & seruorum. ff. de statu homi. vbi etiam firmat excommunicata muliere, non excommunicari partum qui non deliquit: nec euicto partu agetur de euictione, quia partus venditus non est. l. si prægnans. ff. de euictio. Igitur firma manet text. nostri decisio, quod scilicet dispositio loquens de pupillo non intelligetur de eo qui in vtero est, per prædicta: sicut necdum editus homo non recte fuisse dicitur. lege, in lege Falcidia placuit. ff. ad legem Falcid. ideoque non computatur heredi in Falcidiam antequam natus sit, l. in quantitate. ibidem.

Qui in vtero est, in fauorabilibus pro nato habetur.

¶ Limitatur hęc regula in fauorabilibus. tunc enim pro nato habetur, l. qui in vtero. ff. de statu homi. & per fictionem pupillus esse creditur. Tutor etiam posthumo dari poterit, §. permissum. Insti. de tutel. substitutio quoque pupillaris illi fieri potest, lege secunda. ff. de vulgari. necnon donatio posthumo fieri potest, vt dixi in l. subsignatum. §. attestari. supra eod.

POMPONIVS LIB. II. AD SABINVM.

LEX CLXIII.

In vulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, heres substituitur, recte substitutū etiam vnico intelligitur: exemplo legis duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus etiam solus habetur.

Expositio textus.

¶ Substitutio vulgaris facta ei qui supremus morietur, valet, etiam si solus institutus sit: quod lege duodecim tabularum probatur, quę vult ad proximum agnatum hereditatem deferri, qui licet solus sit, eam tamen habebit. hoc dicit prima huius text. pars vsque ad §. si quis ita. sed istum text. intelligunt doct. & post eos Alcia. in eo qui filium iam natum, & quoscunque habiturus esset instituit, & ei qui supremus morietur substituit Sempronium, vt valeat quidem hęc substitutio, licet nullum alium habuerit filium, quia supremus de vno solo intelligitur, l. illa verba. supra eodem. lege, qui duos. ff. de reb. dub. qui intellectus est contra istum text. loquentem de vulgari substitutione facta ei qui supremus morietur. quod si his verbis fuisset concepta, quibus iuris interpretes intellexerunt, contingeret non esse vulgarem expresis verbis factam: vnde glo. existimat eam esse pupillarem, si fieret pupillis: ratione tamen eius qui substituit, dici vulgarem. quod non est verum, imò si conciperetur, vt dicunt doct. esset potius fideicommissaria quàm vulgaris. Tanquam igitur minus conueniens huic text. loquenti de vulgari, reiiciendus est hic intellectus, per l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebellia.

Doct. & Alc. opinio improbatur in expositione huius leg.

¶ Præterea nullum esset dubium supremum eum appellari qui vltimus ex pluribus filiis decessisset. Quamobrem alias verum indagando text. huius intellectum, sic plane meo iudicio intelligi debere putaui, non secundum doct. de testatore plures instituente filios, sed vnicum habente quem instituit: & si non sit heres ei qui supremus morietur substituit Caium, hanc valere dicit Iurisconsul. substitutionem vulgarem. nempe dubium erat propter verbum supremus, quod est superlatiuum, & plures videtur supponere, cum non esset nisi vnicus. quare decidit tex. hoc casu recte substitutum vnico. idque intelligi exemplo legis duodecim tabularum, ex quibus proximus agnatus etiam solus habetur. facit quod scripsi de supremo in l. illa verba. supra eod. & text. est ad hoc expressus in d. l. qui duos. de reb. dub. ibi, nam & qui vnicum filium habet ipsi supremo morienti substituit, non videtur inutiliter substituisse.

Vulgaris substitutionis appellatione simplici, expressa continetur.

¶ Nec refragatur quod Alcia. dicit, ante aditam hereditatem substitutum ex vulgari admitti, post aditam verò antequam sit pubes ex pupillari, vnde à principio ea substitutio potest vulgaris appellari: quia respon. licet vulgaris expressa pupillarem tacitam comprehendat, & econtra, veruntamen cum simpliciter loquimur de vulgari, haudquaquam intelligetur de vulgari tacita, sed expressa: sicque noster tex. loquens simpliciter de vulgari, procul dubio intelligetur de vulgari expressa, l. cum ex filio. ff. de vulgari. arg. §. sed ius quidem. Insti. de iure natural.

Glossæ opinio improbata.

¶ Minus approbarem glo. in eo quod exponit dictionem vulgaris, pro pupillari, quia hoc esset reprehendere Iurisconsultum, qui si de pupillari loqui voluisset, certe dixisset in pupillari, & non in vulgari. postremo vult glo. ratione quidem substituti dici vulgarem, eo quod substituere potest quilibet: sed ratione eius cui substituitur pupillarem appellandam. Ad quod solutio patet ex superioribus, quia simpliciter loquendo de vulgari, intelligitur de expressa: quemadmodum videre potes in specie facti superius inserta, & Bar. in l. ff. de vulgar.

Obiectionis solutio.

¶ Verum dicet quis, nonne sufficiebat dicere in substitutione vulgari, si heres non erit filius meus, talem substituo, absque eo quod apponatur, si moriatur supremus, vel primus? Respon. vulgarem quidem substitutionem rectè concipi sine hac dictione supremus: tamen ad tollendum dubium quod emergere potest ex varia testamentorum conceptione, adducit Iurisconsult. huiusmodi facti speciem, cum scilicet substitutio concepta fuit sub his verbis, *si non fuerit heres is qui supremus morietur, substituo talem*: vt valeat talis substitutio, vnico etiam existente filio. alia si quis plenius videre voluerit in hac materia substitutionum, infiniti extant tracta. & repetitiones. & communiter doct. ff. & C. de vulgari. scripsi ego quoque in compendio hęc substi. & plenius in dicto titul. de vulgar. quò vos reiicio.

Fastuosa legum allegatione vtēdum non est.

¶ Sequitur aliud notandum ex his verbis, *vnico intelligitur exemplo*, quod non est vtendum fastuosa, & onerosa iurium allegatione, dum vnico exemplo res intelligi potest, vt hic Iurisconsult. ait, & in lege, ita vulneratus. §. penul. ff. ad legem Aquil. scribit, vnum interim proposuisse contentus ero: & in lege, si quis obrepserit. de fals. non minus tamen laudarem ego iuris interpretem qui facilioris disciplinæ gratia plures textus fideliter allegaret.

Exemplum pro forma.

¶ *Exemplo.* Exemplum pro forma capitur in l. si legatum. ff. de edendo, vt testatur Valla lib. 6. c. 33. vbi sic ait Iurisconsul. si legatum petatur non iubet prætor verba testamenti edere: ideo fortasse quia heredes solent habere exemplum testamenti. de hoc dixi in meis no. interpreta.

Exemplū pro transcripto seu copia.

¶ Exemplum pro transcripto accipitur, quod vulgus dicit copiam siue duplum, l. exempla instrumentorum etiam sine subscriptione edentis edi posse receptum est. ff. de edendo. & l. 1. de interdict. & relega. l. ceteræ famil. erciscund. in §. fi. ibi, heredem enim exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipsum tenere. lege secunda, de fide instrumen. ibi, quicunque à fisco conuenitur, non ex iudice, & exemplo alicuius scripturæ conueniendus est, sed ex authentico: & per illum tex. reprobatur executio quæ fit vi exempli contra aliquem, vt scripsi in tract. de liter. obligator. in primo tomo commentario. in constitu. Reg. Gallic.

Exemplum descriptum. Descriptum facere.

¶ Hinc descriptum exemplum & recognitum, quod nos dicimus, *copie collationee à l'original*, l. si quæ sunt. ff. famil. erciscund. & descriptum facere pro dare copiam. ibi, si quæ sunt cautiones hereditariæ, eas iudex curare debet vt apud eum maneant qui maiore ex parte heres sit, ceteris descriptum & recognitum faciat cautione interposita, vt cum res exegerit, ipsæ exhibeantur.

Exemplum panni venditi.

¶ Sic quoque dicimus exemplum panni venditi, Gallicè, *pour la monstre du drap.*

Exemplum pro similitudine.

¶ Exemplum pro similitudine, l. si quis diuturno, ibi, exemplo ceterarum seruitutum. ff. si seruit. vindicet. & construere monumentum ad exemplum eius quod est in via Salaria, l. in testamento. ff. de conditio. & demonstra.

Exempli quædā formulæ.

¶ Exemplo hereditatis, l. filius famil. in fi. ff. de castren. pecul. Exemplo serui, l. sed & si quis alias incipit, adhuc. in fin. ff. de vsufruc. Exemplo interdicti. l. 1. §. penul. ff. de superficieb. Exemplo rei, l. si fur. de vsufruc. alias incipit, arboribus. §. Iulianus, ibi, exemplo rei sub conditione legatæ. Exemplum legatorum, l. secunda. ff. de Publicia. in rem actio. Exemplo rescissoriæ, l. necnon. §. penul. ex quib. caus. maior. Exemplum præsentium, l. rescriptum. in princip. ff. de pact. Et exemplo iuris legitimi, l. si in adoptionem. de bonor. possessio contra tabul. Exemplo furis, l. in heredem. §. 1. ff. de calumniator. Exemplo furti, lege 1. in fine. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuer. Exemplo relegati. lege, ordine. ad municipales.

Exemplum pro probatione aut auctoritate.

¶ Exemplum quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ causa: vnde pars probationis probatur ab exemplis, vt Valla no. lib. 6. c. 33. aut forte pro auctoritate vel documento. l. 1. §. casum ff. de postuland. ibi, extat quidem exemplum eius qui gessit. l. qui se dicit. de iudic. ibi, exempla senatusconsultorum ad fideicommissariam libertatem pertinentium in-

duci oportet,l.rescriptum.ff.de pact.ibi,exemplum aliorum sequi.Exempla præceptorum sequenda sunt,vt Paul.ait se fuisse secutum in l.an manumittere.ff.de manumiss. vindic.& aliis consuluisse.

Exempli gratia.

¶ Exempli gratia,l.actionum.in fi.ff.de actio.& l.1.§.proinde.de ædilit.edic.& alia scripsi supr.in l.impensæ.dico exemplo vt manifestius fiat.l.prætor.§.Iulianus.ff.de collа.bonor.

Exemplo opus est.

¶ Exemplo opus est,l.aut facta.in fi.ibi, nonnunquam euenit vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quotiens nimium multis personis grassantibus exemplo opus est.ff.de pœnis,videlicet vt pœna vnius metus sit multorum,l.fi.C.ad legem Iul. repetundar. & vt conspectu deterreantur alij ab iisdem facinoribus.

Exempli mali res,

¶ Exempli mali res dicitur,si offendiculum præbeat.l.si quis. 2. §. qui abortionis. ff. de pœnis.l.3.de sicar.Alias Iurisconsul,ait,iniqui exempli,l.obseruandum.ff. de iudic.

Exemplis non esse iudicãdum.

¶ Exemplis non est iudicandum,sed legibus,l.nemo,C.de senten.& interlocutio.omni.iudic.Lucas de penna in l.exemplo.C.de decurio.lib.10.

Sine exemplo subuenire.

¶ Sine exemplo subuenire,ne in consequens trahatur,Gallicè *sans tirer en consequence*,l. 1.ff.de constitu. princip.§.sed & quod principi.Insti. de iure natural.

Exempla non arctant regulã.

¶ Exempla non arctant regulam,l.penul.ff.de iur. & facti ignoran.l.4.de penu lega.sed ea quæ exempli gratia subiiciuntur omnibus adaptantur.l.scire. §. qui non iuste. ff. de excusa.tutor.

Exemplum & exemplar quid differant.

¶ Inter exemplum & exemplar Valla differentiam tradit in d.c.33.lib.6. & Bar.in l.Sempronius Proculo.ff.de lega.2.ac interpretes in authen. si quis in aliquo. C. de.edendo:sed interdum promiscuè Iurisperiti vtuntur.

Exemplarium pro exemplari.

¶ Exemplarium pro exemplari,in d.l.Sempronius Proculo.

Agnati qui.

¶ *Agnatus*.Sunt autem agnati qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre cognati,veluti frater eodem patre natus,fratris filius,nepósve ex eo: item patruus & patrui filius,nepósve ex eo,l.sunt autem.de legitim.tutor.ff.& §.1.de legitim.agnator.tutel. & in §.1.Insti.de legiti.agnator.succesio.

Cognati qui.

¶ Cognati autem vocantur quasi ex vno nati,vt ait Labeo,& quasi commune nascendi initium habuerint, l. 1. ff. vnde cogna.vel ab eo dici putantur quod quasi vnà communitérve nati, vel ab eodem orti progenitíve sint,l.non facile. §. cognati. ff. de gradib. vbi cognationis substantia bifariam apud Romanos intelligitur.nam quædam cognationes iure ciuili,quædam naturali continentur:nonnunquam vtroque iure concurrente, & naturali & ciuili copulantur,&c. ibidem.

Cognatio naturalis & ciuilis.

Cognati & agnati quid differant.

¶ Inter agnatos igitur, & cognatos hoc interest quod inter genus & speciem. in agnatis quippe & cognati continentur,in cognatis non vtique agnati:verbi gratia frater patris id est patruus,& agnatus est & cognatus, matris autẽ frater, id est auunculus cognatus est, agnatus non est,l.inter ff.vnde legit.videte l.Iurisconsultus.§.inter. ff. de gradib. & de cognatis l.patri. ff. de minor. & cognatio quandoque pro coniunctione quadam naturæ quam homo ad hominem habet,vt in l.vt vim.ff.de iustit.& iure.

Cognatio & pro quadã tantum coniũctione.

§.Si quis ita in testamento scripserit, SI QVID FILIO MEO ACCIDERIT DAMAS SERVVS MEVS LIBER ESTO: mortuo filio Damas liber erit. Licet enim accidat & viuis, attamen vulgi sermone etiam mors significatur.

Explicatio textus.

¶ Relicta libertas seruo, si quid acciderit filio, eo mortuo illi debetur. nam etsi multa accidant viuis,tamen vulgi sermone per hęc verba,si quid acciderit,mors significatur,quę est grauissimum omnium quę accidere possunt.Etiam ratione incertitudinis nullius momenti esset libertas, cum in dies nobis accidant multa incommoda, & de quo intelligeretur ignoraremus,quę describit Plinius lib.naturalis historiæ.7.in procemio. & sic deberet libertas post mortem filij,quamuis idem Plinius eod. lib. c.50.scribat Xenophilum musicum quinque & centum annis vixisse sine corporis incommodo: & pauca incommoda habent musici & mimi,quæ non vino dissoluantur.Imò intelligetur tantum de morte naturali, non ciuili: vt si Titius deposuerit centum aureos apud aliquem, volens vt si quid eidem contigerit, vel acciderit, quod reddantur tali ecclesiæ, vel Caio: postea ille Titius fuit captus ab hostibus,vel exilio datus:certe hæc pecunia non restituetur Caio,nec ecclesiæ,donec Titius mortuus fuerit.& ita concludit Bal.in rub.depos. C.in fi.per l.Publia. ff. depositi. quod intelligerem verum, nisi eadem ratio notari posset tam in morte naturali, quàm ciuili,per ea quæ scribunt Doct.in l.Gallus.§.& quid si tantum.ff.de liber. & posth. l.si vendita.de pericul.& commod.rei vend.

Xenophilus centum annis vixit sine incommodo.

Si quid humanitus acciderit.

¶ Aliquando Imperator dicit,si quid humanitus accidisset.§.1.de donatio.Insti.& l.alumnę.§.Seia.ff.de adimend.lega.tuncque intelligitur etiam de morte,vt hic.

¶ In rebus

Qui natus est in rebus humanis est.

¶ In rebus humanis is dicitur qui natus est,l.nomen.in princip.infra eod. & econtrario in l.2.quæ senten.sine appella.non rescindant.

Si mihi per humanam conditionem contigerit.

¶ Idem cum dicitur,si mihi per humanam conditionem contigerit, l. Titia.in fin. ff. de auro & argen.lega.Et ratio humanitatis haberi debet,l. si cui. in fine. ff. ex quib. caus. major. Et si quid humanum mihi contigerit, l. Publia.in princip. ff. depositi. l. vxorem. §. Seium.de lega.3.

Si deus faciat aliquid de filio.

¶ Idem docet Bar. in tali dispositione, si deus faciat aliquid de filio, volo quod omnia bona ad Sempronium deueniant, vt de morte filij intelligi debeat. l. Publia. in princip. ff.depositi.

Si quid contingit,relatum ad res, quid denotet.

¶ Igitur si prefata verba,vel quodpiam illorum, ad hominem referantur, intelligentur de morte vt superius:verum si ad res respiciant significabunt contingere,venire, accidere. probat Imperator in §.illud.Insti.de rerum diuis.ibi,multa accidere solent,vt eam non capias.Et prouerbio vulgari dicitur,multa accidere solent inter calicem,supremáque labra, vt Beroaldus declarat in suis orationibus.

Accidere simpliciter prolatum.

¶ Idem cum simpliciter profertur,vt in l.2.§.ex his.versic.ex quo quidem accidere posse Pompo.ait.ff.de verbor.obliga.l.hoc iure.ibidem.l.si seruum.§.1.versic.sed & si sit.ibidem. l.triplici.supra eod.

Vulgi sermone in contractibus attendi debet.

¶ *Vulgi sermone*. Ex hoc tex. colligi potest, in elucidatione verborum sermonem vulgi attendendum esse. Et sic in dubio debemus exponere vocabula tam contractuum quam vltimarum voluntatum secundum vulgarem loquendi modum,l.Massurius,& l.si calum nietur. §. telum vulgo quidem id appellatur. infra eod. & l. dimissoriæ. supra eod. Et si quis promiserit artificem,sufficiet talem esse, quales vulgo artifices dicuntur. l. sciendum. §.illud.ff.de ædilit.edic.Et sæpe audiui rusticos senes dicentes,&c.Iurisconsul. in l. si chorus. ff. de lega. 3.Ita dictæ sunt intelligendæ vulgares, non legales. cap. præsenti.de præb. lib.6.glo.in c.cupientes.in verb.commode, de electio. in 6. quod est intelligendum in sermone prolato vulgariter. sed sermo prolatus à lege regulariter exponitur secundum interpretationem legalem,glo. & ibi Bar. in l. quod si nepotes. ff. de testam. tutel. Alexand. consil.44.videretur.col.2.nu.5.in 5.vol.l.si dictum.ibi,non tamen vt vulgus opinatur.ff.de euictio.Barba.consil.43.clementissimum,col.4.vol.4.& Iurisconsul.in l.1.§.non tamen.ff. de var.cognitio.ait,vt vulgari verbo vtar.

Dictæ intelligẽdæ sunt vulgares, nõ legales.

Vulgò concepti,qui.

¶ Vulgo concepti dicuntur quos mater vulgò libidinem exercens conceperit, l. quia. ff.de in ius vocand.l.1.ad municipal. aut vulgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, vel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet: qui & spurij appellantur,l.vulgo concepti.ff.de statu homi.& vulgo quæsitam filiam pater vxorem ducere prohibetur,l.adoptiuus.§.1.ff.de ritu nuptiar.

Spurij.

Vulgo dicitur.

¶ Vulgo dicitur,l.idem iuris.ff.ad legem Aquil.

Vulgo iter facere.

¶ Vulgo iter fiat per priuata loca, l. si putator, ibidem. l. 4. de euict.& l. vulgo receptum est.de vsur.

Vulgaris substitutio.

¶ Vulgaris substitutio vocatur quod vulgo fiat,id est omnibus,& ab omnibus, glo. in §.qua ratione.Insti. de pupill.iuris interpretes in l. 1. ff. de vulgar. ego alias dixi publice in hac percelebri vniuersitate Parisiensi,repetendo c.Raynutius,de testam.vulgarẽ dici quasi vulgatam,qua vulgus maxime vtatur,& quod ante alias vulgata fuerit,vel quod vulgaris sit, id est trita & facilis: ibidem 72. conclusiones sustinui. videre quoque liberum erit compendiolum quod in eadem materia edidi.

Vulgaris quæstio.

¶ Vulgaris quæstio,communis,quotidiana,vulgata,l.vulgaris est quæstio.ff. de fur. l. 1. §.1.ibi,& est quæstio vulgata pro dote,vulgatum est.l.dotis promissio,de iure dotium.

Vulgaria tectoria.

¶ Vulgaria tectoria,idem.l.quidam.in fi.ff.de seruitu.vrbanor. prædior. vbi vulgaria tectoria non pluris æstimantur, quam pretiosissima facta in pariete communi. Vulgare artificium. lege, ancillarum.in princip.ff.de pecul.quod declarat lex, ne quis. C. de dignita. lib.12.

Vulgare artificium.

Vulgaris persona.

¶ Vulgaris persona dicitur vilis,abiecta,humilis,l. legitimos ff. de legitim. tutor. ibi, si autem patroni persona vulgaris aut minus honesta sit.iuncta l. sed & si. §. filiofamil. de iniur.& l.humilem.C.de incest.nupt.

Vulgaris vxor.

¶ Vulgarem vxorem vocat Vlpia. meretricem, eam tamen intelligite quæ ante nuptias prostituta meretricio more fuit,in l.si vxor.ff.de adulter.prout docet Accurs.ibi.sed Budę. intelligit vulgarem pro plebeia, quæ matris famil. nomen obtinet. sed tunc non esset dubium quin maritus adulterij agere possit, quia leges latæ sunt tam plebeiis, quam aliis, & quia nec soli Atrides vxores suas amant. vnde Alcia. intelligit, quæ ex aduentitio vulgo, non ex ciue Romana fuit.sed eadem ratione reprobari potest qua altera, imò minus dubitationis habet, quia ciuibus Roma. iura non sunt tantum constituta.dicam in meis interpretationibus abundantius.

Vulgares actiones.

¶ Vulgares actiones dicuntur vulgatæ & vsitatæ ac communes, l.1. ff. de præscrip. verb.

ibi, nonnunquam euenit vt cessantibus iudiciis proditis, & vulgaribus actionibus, cum proprium nomen inuenire non possumus, facile descendamus ad eas quæ in factum appellantur. nam cum deficiant vulgaria atque vsitata actionum nomina, præscriptis verbis agendum est. l. 2. ibidem. l. quidam. in fi. de heredib. instituend. & quia formula in illis olim proponendis actionibus obseruabatur, vt constat in titul. de formul. C. ob id Iurisconsul. interdum formulam pro actione accipit, in l. si seruus nauem exerceat non voluntate domini, de eo quod ibi periit, vulgaris formula in dominum danda est. ff. de fur.

Vulgatum ius.

¶ Vulgato iure, idem. l. cum hic status. §. si inter virum & vxorem societas causa donationis contracta sit, iure vulgato obligatio nulla est, id est iure communi & vsitato. ff. de donat. inter vir. & vxor.

Vulgaria vasa.

¶ Vulgaria vasa exponit Paul. quæ non proprie essent loco attributa, l. 3. ff. de supellectil. lega.

Vulgari modo legare.

¶ Vulgari modo legare, est vulgato, communi, & modo vulgi legare, sine expressione iuris. l. si quando. ff. de lega. 1. l. cum vulgari modo. de dote prælega.

Vulgaria verba.

¶ Vulgaria verba, aperta, plana, ac vsitata dicit Iurisconsul. per quæ libertatem fideicom. dari posse, in l. libertates ff. de fideicommissar. liberta. Exempla quæ sequenda sint docet Lucas de Penna in l. exemplo. C. de donatio. lib. 10. Alia plenius tractanda confero ad ea quæ dictu rus sum eodem titulo de verbor. significa. C. & in decretal. si per ætatem liceat.

Mors duplex, naturalis & ciuilis.

¶ *Mors.* Mortem duplicem, naturalem scilicet & ciuilem esse dicunt iuris interpretes, in l. Gallus. §. & quid si tantum. & alibi. ff. de liber. & posth. Sed ciuilem mortem in iure non inueniri, mortisque nomine venire tantum interitum, non verò deportationem, exilium aut alium casum, quem ipsi mortem ciuilem appellitant, nisi eadem insit ratio, scripsi abunde in meis no. interpreta. quibus celebriores iurium aliquot elucidationes perstrinxi. De morte infiniti sunt tex. interim videre poteris l. alienatum. in fin. & l. etiam ea. & legem, intelligendus. l. licet capitalis. isto titul. & in titul. de bonis eorum qui ante senten. sibi mortem conscinet.

Mori ad res animatas & inanimatas refertur.

¶ Mori verò non solum ad res pertinet animatas, & tam ad liberos quàm ad seruos, & filios, lege prima. §. alienatio. ff. quando actio de peculio sit annalis: sed interdum quoque ad res inanimatas, vt viam intermori dicit Paul. in l. fina. ff. de locis & itinerib. public.

Mori lis quo modo dicatur.

¶ Mori litem pro extingui, idem Paul. in l. cum lite mortua. ff. iudica. solui. l. 3. §. 1. quæ in fraud. creditor.

Morituras.

¶ Moriturus. lege, ita vulneratus est seruus, vt eo ictu certum esset eum morituram. ff. ad legem Aquil.

Mortuus pro occiso.

¶ Mortuus, l. sed si priore iudicio. ff. ad legem Aquil. vbi primum dicit mortuo, postea occiso seruo, pro extincto capitur: idque siue naturali morte, seu quia fuerit occisus, mortem obierit, facit l. qui mortui. & l. si quis sic. supra eod.

Morticinia.

¶ Hinc morticinia, l. penul. §. fin. ff. de via publica. ibi, non autem permittunt rixari in viis, neque stercora proiicere neque morticinia, id est res mortuas, corruptas. ibi quoque prohibetur quis iacere catum mortuum, gallinam, aut aliam rem mortuam in viam publicam.

Mortalitas pro morte.

¶ Mortalitas pro morte, in l. fi. ff. ad legem Iul. maiesta. ibi, extinguitur crimen mortalitate. iuncta l. defuncto. ff. de public. iudic. l. penul. ibi, subtractis mortalitate.

Seruitus mortalitati comparatur.

¶ Seruitutem mortalitati comparamus, l. seruitutem. ff. de regul. iur.

Mortalis res.

¶ Mortalem rem, l. verum. §. sciendum. de minorib. ff. ibi, neque enim est captus minor emendo sibi rem necessariam, licet mortalem.

Mortiferus.

¶ Mortiferum, mortem ferens, l. qua actione. §. sed & si quis seruum. ff. ad legem Aquil. ibi, sed & si quis seruum ægrotum leuiter percusserit, & is obierit, recte Labeo ait lege Aquilia eum teneri, quia aliud alij mortiferum esse solet. d. l. ita vulneratus. §. 1. versic. igitur si quis seruo mortiferum vulnus inflixerit, id est lethale. ibidem. & mortiferè vulneratus. l. ait lex. ff. eod.

VLPIA. LIB. XV. SENATVSCONSVL.

LEX CLXIIII.

Nomen filiarum & in posthumam cadere, quæstionis non est, quamuis posthumæ nomen non bene cadere in eã, quæ iam in rebus humanis est, certum sit.

¶ Hæc lex vtilis est, tres continens partes, prout tria dicta complectitur. 2. ibi, portionis. 3. ibi, habere.

Explicatio textus.

¶ Prima pars vult appellatione filiarum venire posthumã, licet posthumę nomine iam nata non contineatur. Ratio dubitandi sumi poterat ex l. non est pupillus. supra eod. vbi non est pupillus qui in vtero est. Adhęc licet decisum fuisset filij nomine contineri posthumum,

posthumum, quædam tamen esse poterat dubitatio an quoque filiæ nomine posthuma comprehenderetur. Quamobrem Iurisconsul. hoc dubium tollere volens, dicit, quod sicut nomen filius comprehendit posthumum, sic nomen filia, posthumam. hoc confirmat Imperator in §. fi. qui testam. tutores dari possunt, sic inquiens: Si quis filiabus suis, vel filiis tutores dederit, etiam posthumæ vel posthumo dedisse videtur: quia filij vel filiæ appellatione, & posthumus & posthuma continetur. Quod poterit conferre ad intellectum tex. in fœminino sexu loquentiũ, vt l. posthumam. ff. de liber. & posth. Insuper aduertendum est quod licet nomine posthumæ, iam nata non contineatur, quia posthuma non est, tamen si quis posthumis tutores dederit, ijque eo viuo nascantur, vtilis datio fiet. l. Si quis ita. in fi. ff. de testam. tutel. ea ratione quod de his testator sensisse videtur, & quod post humi dicantur, id est post testamentum patris nati, vt statim dicetur. nec obest l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthumis. quia hoc est propter testantis ignorantiam, secundum doct. Ego verò dicerem ibi id ea ratione inductum, quia testator scripsit heredem illum, qui in vtero erat, nesciens iam natum: vnde si natus sit, ratione præsumptæ voluntatis testantis erit institutus. Adhæc ibi non est vsus testator verbo posthumus, quicquid dicant doct. sed tantum scripsit, id quod in vtero erat, vt liquidò apparet ex verbis textus.

Posthumi etiã dicuntur, qui post patris testamentum nascuntur.

Explicatio l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth.

Posthumi appellatio de legitimo & naturali intelligi debet.

¶ Notandum est tamen posthumi appellationem intelligendam esse de legitimo & naturali, tex. singul. in l. placet. in fi. ff. de liber. & posth. quod declarat Alexand. & Hercula. in l. ex facto. §. 1. col. 18. ff. ad Trebellia. & Benedict. in verb. & soboles. nu. 14. c. Raynutius. de testam. Non refragatur lex, quod si nepotes. in fi. ff. de testament. tutel. ibi, plane si posthumis tutores dederit, tam filij posthumi quam ceteri liberi continebuntur, videlicet nepotes nascituri, non vero nati, vt exponit ibi glo. & in §. fi. qui testam. tutor. dari possunt, quod suadetur ex verb. ceteri liberi, non dicit ceteri filij, ad hoc vt demonstraret etiam nepotes nascituros venire sub nomine posthumi, & noluisse illo verbo ostendere filios natos comprehẽdi. Et hoc declarat Theophil. in d. §. fi. vbi dicit, quod si testator dixerit, posthumis tutorem do, tunc quicunque postea natus fuerit, siue filius siue nepos sub eo tutore qui datus est erit. hodie in libris recentioribus comperio sic, Plane si posteris, & non posthumis. Ac appellatione quidem posterorum non erit dubium ex gemina sua significatione posthumos venire. l. 1. ff. de iure immunita. Sed magis videtur esse primus intellectus.

Posterorũ appellatione etiã posthumi veniunt.

¶ In summa notandum est, quinque modis posthumum dici. Primum dicetur posthumus, id est natus post humum, id est mortem patris: & vere ac proprie, l. 3. ff. de iniusto. & per totum fere titul. de liber. & posth.

Posthumus quot modis dicatur.

¶ Secundò natus post testamentum patris, ante tamen eius mortem, d. l. 3. ff. de iniusto. & l. filius à patre. §. 1. ff. de liber. & posth. & aliis modis quos superius retuli: & videre potestis glo. ordinariam in rub. de posth. heredib. instit. C. Ioan. Maria Riminaleus in l. posthumo. col. 1. C. de bonor. possessio. contra tabul. Vnde infertur, quod si quis tutorem filiabus dederit, & posthumis dedisse videatur, quia filiarum appellatione, & posthumæ continentur. l. Si quis filiabus. ff. de testam. tutel. nisi dixerit, filiabus quę tutoribus indigent, illis tutores do: cum non egeant tempore testamenti, dedisse non videtur: vt consuluit sub dubio tamen Bal. consil. 472. illa verba. in 5. vol. Sed ego dicerem illud verbum præsentis temporis accipi etiam pro futuro, vt scripsi in l. verbum oportebit. supra eod. vt testator censeatur his filiabus dedisse, quę nunc indigent, & his etiam quę postea indigebunt, & quandiu egebunt: nempe etiam ventri datur curator, eadem ratione posthumo, si egeat, vt in l. Si ventri ff. de curator. bonis dand. Si enim hoc casu interrogatus fuisset testator, verisimile est quod ita respondisset, vt docet l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posth. Sed & si quis filię dederit tutorem, & posthumę: sed non pluribus dedisse videtur, l. Herennius. vbi scripsi, supra eod.

Posthumus pro eo qui post testamentum patris natus est.

Filiabus tutorem qui dat, & posthumis dedisse videtur.

¶ Ita quoque si quis legauerit filiabus, & posthumis legasse videtur, l. qui filiabus. ff. de lega. 1. quem tex. intelligunt iuris interpretes, si testator mentionem posthumę fecerit in aliqua parte testamenti: alias non. Ego verò dicerem vtroque casu, quod siue testator fecerit mentionem posthumę, siue non, filiarum appellatione posthuma continebitur, vt hic.

Filiabus qui legat, & posthumis legasse videtur.

¶ Nec refragatur d. l. qui filiabus. ibi, Si mentionem aliquam in parte testamenti posthumę fecit, videtur in filiarum legato & de posthuma sensisse. Ergo dicunt doct. à contrario, si non habuerit mentionem, non continebitur posthumus. Resp. sępius & in multis iuris articulis cessare argumentum à contrario, vt scribit Ias. in authen. ex testamento, per illum tex. C. de collatio. Per subauditiones enim, & repetitiones tacitas iura non sunt reuocanda. glo. singul. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de electio. in 6. Argumentum vero à contrario, subauditus est intellectus, l. 2. vbi glo. & Doct. C. de condit. insert. Ias. in l. 1. ff. de offic. eius. Et demus in illo tex. argumentum à contrario procedere, nec tamen adhuc obstaret: quippe dum dicit tex. testatorem videri sensisse de posthuma, si mentionem fecerit, ergo nisi habuerit mentionem non sensit, fateamur. igitur filiæ nomine posthuma non veniet: non sequitur. nam posthuma venire dupliciter potest, nempe vel ex testantis expressa voluntate, vt cum de ea facta est mentio in aliqua parte testamenti, quemadmodum in nostro

Argumentum à contrario sæpe in iure cessat

tex. Aut ex expreſſa legis diſpoſitione, vt hic quoque, & in l. Si quis filiabus. & aliis iuribus ſuperius allega. Sicque plura poſſunt iura conciliari à noſtris hactenus interpretibus valde controuerſa. Aliter Alcia. lib. 8. Pareg. c. 13. diſſoluit, cauſando Iuriſconſultum ſecundum ſua tempora locutum eſſe. Sed quod ſuum videtur ſatis intellectum reprobare, eſt, quod ibi in legato dando non agebatur de exheredatione filiæ, vel de obliuione, ſeu de inſtitutione, vt ipſe aſſerit. Veſtrum erit iudicare. Ad noſtræ confirmationem opinionis id ſufficiat, quippe dum ex legis expreſſa diſpoſitione veniat poſthuma, intantum hæret tacita defuncti voluntas, vt videatur id diſpoſuiſſe quod lex vult, l. Si duo. ff. de acquiren. hereditа.

Alciati opinio improbata in l. qui filiabus.

¶ Ita ſicut nato poſthumo irritatur teſtamentum, l. poſthumo. C. de bonor. poſſeſsio. contra tabul. ſic & impeditur libertas data: veluti Si nullus filius erit mihi cum moriar, Stichus liber eſto. nam ſi poſthumus naſcatur, impeditur libertas. l. Neratius. ff. de manumiſſ. teſtam. quamuis libertas ſit fauorabilis, l. libertas. ff. de regul. iur.

Libertas poſthumo nato impedita.

¶ Adhæc ſi quis operas ſit ſtipulatus ſibi liberiſque ſuis, ad poſthumos pertinet ſtipulatio, l. Si quis operas. ff. de oper. libertor. & grauatus reſtituere hereditatem, ſi deceſſerit ſine filiis, ſi poſthumum habuerit, non tenetur reſtituere. lege, iubemus. §. Sinautem. C. ad Trebellia.

Stipulatus ſibi liberiſque ſuis, de poſthumis etiã intelligit. Conditio ſi decedat ſine filiis, non extat poſthumo relicto.

¶ In legatis etiam quod filiarum appellatione veniant poſthumæ, conſuluit Soci. conſil. 301. circa preſentem, in 2. vol. licet non reſpondeat ad contraria: quibus ex prædictis ſatis facere poteris. Sic ergo generaliter appellatione filiorum vel filiarum veniunt poſthumi & poſthumę. quod amplia in aliis diſpoſitionibus, exceptis his quæ inferius dicentur.

Poſthumæ in legatis filiarum appellatione veniunt.

¶ Eadem ratione ſi emphyteuſis aut feudum datum fuerit Titio & filiis, etiam poſthumi intelligentur, vt hic, & propter emphyteuſis naturam. glo. in l. etiam. 2. ff. de minor. Bal. expreſſe in c. inquiſitioni. in fin. de appella. dicens idem in indulgentiis conceſsis Titio & filiis. nam quatenus perſonæ patiuntur præſumitur conceſsio realis, lege, voluntas. C. de fideicommiſſ.

In emphyteuſi & poſthumi loco filiorum veniunt.

¶ Præterea notarem quod ſicut appellatione liberorum venit poſthumus, etiam ſi diſpoſitio loquatur de liberis in poteſtate. l. 1. & fi. ff. de aſsignatio. libertor. Sic appellatione filiarum poſthumi & poſthumæ continebuntur, d. l. Si quis filiabus. ff. de teſtam. tutel. & ſic authen. ex cauſa. loquens de filiis, habebit etiam locum in poſthumis. Bar. & alij in d. authen. ex cauſa. C. de liber. præterit.

¶ Vnde ſi filij admittendi ſint ad retractum, & poſthumi admittentur poſtquam nati fuerint, vt pulchre docuit Do. Tiraquel. in ſuo tract. de retract. §. 1. gl. 9. nu. 78. & ſeq. reprehendens Decium contrarium tenentem. Et ita generaliter dicerem in aliis diſpoſitionibus appellatione filiorum poſthumos & poſthumas contineri.

Poſthumi etiã ad retractum admittuntur.

¶ Ne tamen fallat te generalitas regulę: primò non procedit cum eſſet diuerſa ratio inter poſthumum & iam natum. Bar. & alij in d. authen. ex cauſa. vnde filius iam natus exheredari poteſt, quando cauſam ingratitudinis commiſit. §. aliud quoque. vt cum de appella. cognoſcit. col. 8. diuerſum eſt in poſthumo qui non poteſt cauſam ingratitudinis committere: vnde propter rationis diuerſitatem, abſurdum viſum fuit eum exheredari qui non deliquit, licet iure Digeſtorum aliud cautum ſit.

Limitationes quibus poſthumus filij nomine non venit. Filiis exheredatis propter ingratitudinem poſthumus non continetur.

¶ Secundo ſi propter benemerita legaretur aliquibus natis non venirent poſthumi vel poſthumę: ſiquidem mereri non potuerunt, Bar. in d. l. qui filiabus. Cum igitur huiuſmodi ratio eſſet in contrarium, vel coniectura vel abſurditas, proculdubio filiarum appellatione poſthumę non venirent: alias ſecus. ideoque allegans cauſam contra poſthumum, eam probare debet. Et ſic intelligenda eſt illa deciſio Aufrerij q. 190. & deciſ. communis, teſte Curtio in d. authen. ex cauſa. nu. 15.

Legatum quibuſdam propter benemerita relictum, ad poſthumos non extenditur.

¶ Tertio quando conſtaret de contraria mente, d. l. qui filiabus. de lega. 1. vbi Doct. & ego ſuperius explicaui: vnde quando teſtator dediſſet tutores filiis iam natis, poſthumo dare nequaquam cenſetur, cum in contrarium conſtet voluiſſe dare natis tantum: quemadmodum ſi pro meritis id egiſſet, vt ſuperius dictũ fuit. facit l. qui quartam, in fin. ibi, vt etiam de poſthuma ſentiret. ff. de lega. 1. Si ergo non ſentiret de poſthuma, & de illa mente appareret, non veniret poſthuma, d. l. qui filiabus. §. 1. ibi, niſi euidens ſit contraria ſententia teſtatoris,

Filij nomine poſthumus non continetur, ex mente teſtatoris.

¶ Quartò vitiatur in odioſis: vt ſi quis ſe obligauerit ad pacem ſeruandam pro ſe & filiis, non intelligitur de poſthumis, l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutel. Bal. in d. c. inquiſitioni. in fi. de appella. quamuis enim fauorabile videatur ſeruare pacem, ſecundum Corſet. in ſuo tract. de poteſta. Regia. in q. de priuileg. pacis, tamen odioſum eſt reſpectu obligantis ſe ad tantam rem obligare. Sed familiarius exemplum eſſe poteſt, vt ſi ſtatuto cautum ſit, quod filij homicidæ in exilium pellantur, intelligetur odij ratione de natis homicidij tempore: niſi aliter fuerit expreſſum, non vero de naſcituris, vt in l. quiſquis. §. 1 C. ad legem Iul. maieſta. alia de poſthumis plenius videre poteritis in titul. de liber. & poſth.

In odioſis filij nomine poſthumus non continetur.

¶ *Quamuis*, hic pro licet, etſi, & in l. verbum illud pertinere. & l. pronuntiatio. infra eod.

§. Portionis

§. Portionis nomen non ſemper dimidiam ſignificat, ſed prout adiectum eſt, poteſt enim iuberi aliquis, & maximam partiri, poteſt & viceſimam, & tertiam, & prout libuerit: ſed ſi non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur.

¶ Portionis appellatione venit dimidia, niſi alia expreſſa fuerit, vt tertia, viceſima, vel alia quælibet pars.

¶ Cum idem ſit portio & pars, vt probat Papinia. in l. Si Titio. ff. de vſufruc. vbi primò vocat partem, poſtea portionem: & l. fi. de exceptio. rei iudica. l. ita liber. de ſtatuliber. l. Sed non eſſe. de iniur. & portionem damni vocat Iuriſconſul. in l. 2. §. 1. Ad legem Aquil. igitur idem iuris cenſendum erit in parte quod in portione, per l. etiam. ibi, Si tamen non ſit ſpecialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. ff. de vſufru. l. Si ex duobus, iudica. ſolui. l. Si ſeruus communis. §. 1. de furt. c. vnic. de feud. aliena. vbi ſic dicitur: Si, clientulus voluerit partem ſuam feudi alienare, id eſt mediam. Vlpia. in l. is qui in puteum. ff. quod viaut clam. Et qui decem debet, partem ſoluendo in partem obligationis liberatur, & reliqua quinque ſola in obligatione remanent. l. Si ſtipulatus. §. 1. de ſolutio. l. Aemilius. ff. de minorib. vbi in princip. dicit partem venditam, poſtea dicit partem mediam.

Portio & pars idem.

¶ Ratio patet, quia principium videtur eſſe dimidium totius. glo. in l. 1. ff. de orig. iuris inquiens: Dimidium facti qui bene cœpit habet. hoc tradit Do. Tiraquel. in repetit. l. Si vnquam. in verb. omnia. nu. 8. de reuocand. donatio. Aut quia nulla pars eſt magis æqualis quam dimidia. Bal. & Iacob. in l. de ætate. §. ſi interrogatus. ff. de interrogator. actio. Siquidem pars dicitur à pari, quod partes ſimul iunctæ pares ſint, vel æquales toti, vel quod à toto parta ſit, & ſic à pario deducitur, teſte Iſidor. lib. 17. Etymolog. in fi. vt refert Lucas in l. 2. col. 2. de meta. & epid. lib. 12. C. Vnde iuſſus rem inter aliquos partiri, intelligitur vt per medium diuidat, l. vbi. §. 1. ff. ad Trebellia. niſi dicat partiri decimam, vel tertiam partem aut aliam. c. maiores. vbi glo. 16. q. 7.

Principium dimidium totius.

¶ Ex quibus inferuntur ſequentes effectus: vt primò Si quis petat in libello partem bonorum Titij, intelligatur de dimidia. l. Si in rem. in gloſ. totam. ff. de rei vindica. in praxi tamen inſtante parte cogeretur actor declarare (ne in incerto vagetur) quam partem peteret.

Pars vnde.

Partẽ petens, quid intelligi debeat petere.

¶ Secundò, Si teſtator legauerit mihi partem domus, vel hereditatis, intelligetur de dimidia, l. plane. 1. §. fi. iuncta glo. ff. de lega. 1. & multiplex eſt pars, vt docet Philoſoph. lib. 5. metaphyſic. & Bar. in l. ſi mater. §. Si quis iter. ff. de exceptio. rei iudica. & Dec. in regul. in toto. de regul. iur. Superius dixi in l. recte.

Parte domus vel hereditatis legata, quid intelligatur.

¶ Tertiò procedit etiam in pœnis: vt cum dicitur, Qui filiũ ſuum ſubtrahit militiæ bellitempore, exilio, & bonorum parte mulctandus eſt, l. qui cum vno. §. qui filium. ff. de re militar. & qui abortionis cauſa poculum dant amatorium, etſi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam amiſſa parte bonorum relegantur, l. Si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis.

Parte bonorũ damnatus, quid ſoluere debeat.

¶ Quartò depoſitio teſtium deponentium de parte, intelligitur de dimidia: niſi aliter fuerit declaratum. ita conſuluit Bal. conſil. 54. caſus breuis. col. vl. in 1. vol. quamuis teſtes plane deponere debeant, & eam partem declarare, ne ſit in ambiguo. Iaſ. in l. non hoc. C. vn de legitimi. plene Decius in c. in præſentia. de probatio. Scripſi in tract. de reproba. & ſalua. teſtium.

De parte deponentes, quid intelligantur exprimere.

¶ Quintò, intellige etiam ſi teſtator non habeat niſi dimidiam partem domus, & legaret partem ſuæ domus, vt tunc quoque videatur illam ipſam dimidiam legaſſe: ſi de alia mente non conſtaret. Bar. & alij in l. ſerui electione. §. cum fundus. ff. de lega. 1. vbi de Ripa, quia bonum eſt argumentum de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vindica. l. Lucius. iuncta glo. de lega. 1.

Partem domus dimidiam qui habet, ſi partẽ leget, quid exprimat.

¶ Sexto etiam hoc intelligitur in ſtatutis, conſuetudinibus, & ordinationibus, vt no. Bal. per illum rex. in d. c. vno. 2. no. de alienatio. feudi. & Iaſ. in d. l. plane. 1. §. fi. ff. de lega. 1. vn de ſi dicatur in ordinatione, quod bona alicuius applicẽtur partim fiſco, partim parti, diuidentur huiuſmodi bona per dimidium. Adhæc ſi pars condemnata ſit ad viginti libras, quarum pars fiſco, pars altera parti applicetur, eodem modo diuidetur. Sicut videmus in conſtitutionib. Regiis nouiſſimis eſſe cautum: *Que la moitié des eſpices des procés de commiſſai reſera baillee par l'une des parties, & l'autre partie par l'autre: & non pour l'extraict du rapporteur.* Et ita fuit concluſum anno. 1514. die. 26. Iunij inter Comitẽ de la Val, & Renatum Charbot. Sicque nonnullis in parlamentis, ac certis eorum elaſsibus ſeu cameris eſt conſuetum, vt litis enarrator dimidiam ſalariorum partem habeat, altera media diuidenda inter ceteros Conſiliarios.

Pars in ſtatutis &c. pro dimidia.

Salaria quæ ſummis curiis dantur, quomodo diuidi debeant.

¶ Septimò quoque locum habet, ſi in lege vel ſtatuto diceretur, Certam partem ſoluat, vt intelligatur de dimidia, l. Si qui. C. de poſtulan. d. vbi glo. quia dimidia certa eſt, per iſtum tex. vnde vidi per hoc adiudicari dimidiam partem cuiuſdam hereditatis pauperibus, in quorum

Certam partẽ ſoluere dãnatus, quid ſoluat.

quorum fauorem testator ita disposuerat, Volo certam bonorum meorum partem ab executoribus meis dari pauperibus. Gallicè, *ie veux que certaine partie de mes biens soit donnee aux pauures de l'hostel dieu par mes executeurs.* Ias. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de oper. noui nuntiatio.

Certa pars, id est aliqua.

¶ Interdum pro qualitate materiæ, certa, id est aliqua, l. cum in eo. ibi, tutor cum plerisque creditoribus decidit vt certam portionem acciperet. ff. de pact.

Nuntians opus nouum in parte intelligitur de dimidia.

¶ Octauò qui nuntiat opus nouum in parte, intelligitur de dimidia: sicut quando in re nuntiat intelligitur de tota, l. de pupillo. §. qui nũtiat. ff. de noui oper. nũtia. vbi Ias. & alij.

Pro parte heres, id est pro dimidia.

¶ Nonò, interrogatus an sit heres, si respondeat se pro parte heredem esse, intelligetur de dimidia, l. de ætate. §. si interrogatus. ff. de interrogator. actio. Bar. consil. 124. punctus quæstionis talis est, Domina P. in 1.q.

Coheres pro parte dãnatus.

¶ Decimò, si coheres fuerit condemnatus soluere partem impendiorum, intelligitur de dimidia, si duo erant: si plures, pro virili. l. inter. §. fi. ff. famil. erciscund. vbi etiam Floria. hoc asserit.

Solutio facta pro parte.

¶ Vndecimo, si in instrumento dicatur solutionem esse factam pro parte, intelligitur de dimidia, vt consuluit Bolog. consil. 42. pro tanto viso. col. vl. per istum tex.

Electus ab vna parte.

¶ Duodecimò, se dicens electum ab vna parte, intelligetur de dimidia. glo. in c. si priusquam. 28. distinct. vnde alias in forensi iudicio fuit decisum, Quòd si sententia vel aresto caueatur sic, *L'vne partie ou portion sera appliquee au Roy, l'autre aux pauures*, intelligetur de dimidia.

Pars dimidia.

¶ Sæpe verò Iurisconsul. ad maiorem elucidationem exprimere solet partem, siue portionem dimidiam: aut si hoc necessarium sit, vt in l. Lucius. §. filiam. ff. de lega. 2. Vt igitur facilius res intelligatur, hoc sæpius fit, vt Iurisconsul. ait in l. insula. in fi. ff. de acquir. rerum domi. & in l. qui habebat. de manumiss. testam. & Papa in clem. vt hi qui. de ætate & qualita. l. Aemilius ff. de minor. l. si pœnæ. §. si falso. ibi, partem dimidiam. de condict. indeb. l. r. in fi. de Salu. interdic. l. r. in fi. de bonis damnator. l. penul. de iure fisci.

Media pars.

¶ Interdum media pars exprimitur, l. 3. §. si in locis fiscalibus vel publicis thesauri reperti fuerint, Diui fratres constituerunt, vt media pars ex his fisco vindicaretur. ff. de iure fisci. §. thesauros. Insti. de rerum diuis. & in l. triplici. supra eod.

Pars nonnunquam pro toto.

¶ Restringitur verò hæc regula certis casibus, primò Cum quis esset rogatus portionem suam restituere, quia tunc intelligetur de tota sua parte, quantacunque sit, nec non præceptiones continebuntur. l. Marcellus. §. quidam. ff. ad Trebellia. quem no. Roma. singul. 172. tu habes tex. facit tex. in l. alimenta. in fi. ibi, pro sua parte. ff. de alimen. & cibar. lega. etiam totum continebitur, per l. pater. §. filiam. ibi, virilem partem. de lega. 3. vt scripsi in l. virilis. supra eod.

Portio sua.

¶ Nisi expresse diceret quis portionem suam ex parte, vt in l. stipulationum. §. fi. ff. de verbor. obligatio. ibi, portionem suam ex sorte soluerit: & tunc intelligetur de parte quæ eum contingit pro numero personarum & debiti.

Portiuncula, id est minima portio.

¶ Secundo limitatur, cum diceretur de portiuncula: tunc enim non veniret media, sed minima etiam particula sufficeret, l. 4. §. r. ibi, vt portiuncula contentus sit. ff. de vsu & habita. l. si quis deserta. C. de omni agro deserto. lib. 11. intelligatis pro qualitate negotij.

Particula, idē.

¶ Idem in dictione particula. l. si quis fundum. ff. de acquir. possess. & l. 2. vbi Bar. C. quand. & quib. quarta pars debeat. lib. 10. & Corset. singul. incipien. pars. l. si autem. ff. de aqua pluuia arcend. l. inciuile. de legib. interdum addit Iurisconsul. minimam portiunculam. l. & si non totam. ff. si quis omissa caus. testam. vel ait, particulatim, vt in l. tutor. §. 1. ff. de vsur.

Particulatim.

Pars quantacunque.

¶ Idem si diceret quantamcunque: de minima enim intelligetur, l. domum. §. fi. ff. de contrah. emptio. ibi, si vero quantacunque pars ædificij remaneat, stare venditionem, & venditorem emptori quod interest restituere. vel si diceretur quantulacunque vel modica particula. l. si finita. §. sed & si in plures. ff. de damno infect. ibi, ceterum si modica particula

Pars paruula. Pars vlla.

ædium amplissimarum vitium faceret. ita si dicatur de parte paruula. l. habitatores. ff. loca. ibi, aliquam partem paruulam incommodi sustineret: vel si dicatur vlla pars, tunc etiam & de qualibet minima intelligetur, l. recte dicimus. supra eod.

Pars aliqua.

¶ Idem quoque si diceretur aliqua pars, vt tunc etiam minima contineatur, l. locus. supra eod. authen. habita. vbi plene scripsi. C. ne filius pro patre. l. & ideo hæsitatur si aliqua pars insulæ facta sit, deinde incendio consumpta. ff. de verbor. obliga. glo. singul. in clem. vna, de foro competen. & ibi addidi, facit l. si ex asse. ff. famil. erciscund. Bal. in lege prima. col. penul. C. de inofficios. donatio. Panor. in cap. super eo. no. 2. de eo qui cognouit consangui. vxoris suę.

Pars quælibet.

¶ Idem si diceretur quælibet pars. l. si cui. ibi, videlicet per quamlibet eius partem ire, agere licebit. ff. de seruitu.

Pars reliqua.

¶ Aut si diceretur, reliqua pars, l. si mihi. §. fi. in fi. ff. de lega. 2. l. cum empto. §. 1. de damno infec. l.

infec. l. emptor. pro emptore. Seu reliqua portio. l. fi. C. de debitor. ciuit. lib. 11. l. Lucius. ff. de iure fisci: vel alia pars. l. ostentum. supra eod.

Portio reliqua Pars alia.

¶ Adhæc si diceretur, eam partem quam intrauerit quis, tantum possideat: tunc solum de eo quod occupauerit intelligetur, l. quod meo. §. fi. ff. de acquir. possess. vel pro portione suæ partis habeat, & in l. 4. §. fi. ff. de verbor. obliga.

Pars ea quam intrauerit quis

¶ Vel si diceretur virilis, æqualis intelligetur, in l. Paulus. 2. ff. de re iudica. vt dixi in l. virilis. supra eod. l. inter eos. in princip. de fideiussor.

Pars virilis.

¶ Idem si quota pars, l. & suum. in fin. ff. de pact. ibi, declarauerint quota parte debiti contenti sint.

Pars quota.

¶ Idem si dicatur ea sola pars, l. argentarius. §. edi. ff. de edendo, ibi, sed vt ea sola pars rationum inspiciatur. &c. Idem si sola pars, l. qui cum tutoribus de sola portione administratæ tutelæ suæ egerat. ff. de transactio.

Pars sola.

¶ Idem si diceretur rata portio, vel pars, l. si seruus. §. fin. ff. Si quis cautio. ibi, pro rata portione. l. adhuc. de vsufruc. ibi, pro rata portione pretij soluti.

Rata portio.

¶ Idem si pares partes, lege fin. ibi, pares partes prosequuturos heredes. ff. si famil. furt. fecisse dica.

Pares partes.

¶ Tertiò non procedit, quando lex prohiberet totum & partem, tunc etiam minimam videtur comprehendere. l. ea quæ in partes diuidi non possunt, solida à singulis heredibus debentur. ff. de regul. iur. tex. in c. auaritiæ. iuncta glo. in verb. pro parte. de elect. in 6. licet doct. aliter intelligant. vnde electo prohibetur ante confirmationem administrare, d. c. auaritiæ. ne gerat totum episcopatum, in quo electus est, nec partem etiam minimam: dicit ibi glo. allegans l. si seruum. §. si quis seruus. ff. de acquir. hereditа. quia negatiua totum negat. l. hoc genus. ff. de conditio. & demonstra. vbi glo. no. in l. Si sic stipulatus. vbi Ias. de verbor. obliga. comprobat etiam l. recte. & l. sequens. supra eod.

Pars toto adiecta quid contineat.

¶ Quartò flectitur regula, cum de contraria mente proferentis appareret: vt si quis duas partes rei petierit, tunc facienda erit diuisio rei in tres partes. tex. expressus nondum ad hoc ponderatus in l. nominationum. C. de decurio. li. 10. l. Neratius. ff. de religios. & l. veluti. ibidem. c. in demutatibus. §. si vero. de elect. in 6. vbi Ancha. & alij. & idem Ancha. in c. extirpandæ. de præb. vbi dicit quod appellatione quartæ partis, venit quarta pars totius rei. Barba. in c. r. col. 4. de testam. Perus. in c. 2. §. r. in fin. de decim. in 6. Quamuis contrarium Bar. teneat, vt petens duas partes, videatur petiisse duas ex duodecim. l. interdum. §. 1. ff. de heredib. instit. & in l. qui non militabat. §. Lucio. ibid. Baner. in §. hereditas. col. 1. de heredib. instit. in Institut. refert communem mundi consuetudinem seruare contra decisionem Bar. nempe solent cauti dicanici sic distinguere, Peto duas partes ex tribus totum conficientibus: Gallicè, *dont les trois font le tout*: quod ego probarem ad euitandam huiusmodi ambigui tatem. Si tamen simpliciter diceretur, adhærerem primæ sententiæ, vt de duabus partibus intelligeretur quod tres totum facerent. l. 3. & seq. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi. l. pars. de acceptila.

Partis nomen ex mẽte proferẽtis intelligendũ Duæ partes cũ petuntur, quid v̄niat. Quartæ appellatione quid ueniat. Cautela dicani corũ in partis nomine vsurpando.

¶ Sextò non procedit ratione incertitudinis: vt si testator leget eã partem domus, quam solitus est inhabitare, tota domus solita inhabitari veniet: si videlicet incertum sit quam partem inhabitauerit. verisimile enim est quod totam inhabitabat dum nullus alius ibi degeret. l. vxori. in prin. ff. de lega. 3. Philip. Perus. in d. c. 2. de decim. in 6. Aluaro. in c. cum autem. col. 2. de controuers. inuestit. vt potius actus valeat quàm pereat. l. quotiens. de reb. dub. Alexand. & Ias. in l. serui electione. ff. de lega. 1.

Pars domus ratione incertitudinis quid comprehendat.

¶ Septimò restringitur, cum in lege vel statuto portio vel pars illa declararetur: vt potè si diceretur, minor dimidia, vel portio 11. vt in l. domum. ff. de contrah. emptio. vel maior, l. 3. supra eod. in fi. & l. maiore parte anni. ibidem. l. Aemilius. ff. de minor. vel tertia pars, l. r. de priua. aut decima pars exprimeretur, l. Athales. ff. de fals. l. penult. C. de metal. lib. 11. idem si alia pars exprimeretur, l. r. de impub. §. & si ex disparibus. Insti. de vulgar. quamuis Ias. in d. §. qui nuntiat. dicat illum tex. in d. l. domum. & §. fi. Insti. de vulgar. loquit in parte visibili, in qua non venit dimidia. secus in parte inuisibili. Sed contra hoc sunt multi tex. primò tex. in l. non intelligitur. §. fi. ff. de iure fisci, loquens de thesauro, qui repertus, est res visibilis. De re quoque visibili loquitur l. edicto. in princip. & §. 1. ibidem. & omnes fere tex. superius allegati, de re visibili loquuntur, & l. quotiens. ff. ad Trebellia. l. si patronus. de donatio. aliaque infinita iura. Idem si diceretur quinta portio, vel pars, vt nec tunc intelligamus de dimidia, l. sororibus. ff. si pars hereditа. peta. vel tertia pars, vt in l. cum emancipatus. §. si pater. vbi ter vocat tertiã portionem. ff. de bonor. possess. contra tabul. & in l. r. §. si pater. 3. de coniung. cum emancipa. liber. & in §. inter. & seq. Iurisconsul. exprimit dimidiam partem, & alibi decimam: item quintam in l. ex pollicitatione. ff. de pollicita. & hoc casu expressum facit cessare tacitum. l. cum ex filio. ff. de vulgari. vt supra dictum fuit.

Partis nomen ratione materiæ accipi debet.

¶ Octauò ratione subiectæ materiæ, quando materia etiam minimæ parti, vel maiori parti conueniret. l. appellatione rei & pars continetur, scilicet quælibet. supra eod. & l. malum nauis

nauis esse partem,scilicet aliquam.infra eod.l.voluit.ff.de interrogator. actio. Et insulæ Italiæ pars sunt Italiæ, & cuiuscunque prouinciæ. ff. de iudic. l. insulæ. vbi pars verificatur in qualibet parte. & l. etiam. in princip. de vsufruct: & l. 1. de receptator. vbi qui subreptorum partem recipit,tanquam receptator puniendus est:intelligendum est etiam si mediam partem non receperit,sed minimam.l.fin. ibidem. & l. vlt. de coniungend. cum emancipa, liber.l.& per iusiurandum. §. 1. de acceptilatio. l. forma. §. illam. de censib.l.tres fratres.in fin.de pact.l.tale.§.post diuisionem.& §.seq.ibidem,l.cum hi. §.si vni.de transactio.l.si quis cum.§.1.de procurator.l.Sed & si proprietatis. ad legem Aquil.l.nõ solum.de liberali caus. §.adeo. Insti.de loca.l.1.C.de iure emphyteu.l.3. §. penul.& l.penul.ff.de separa.l.si paterfamilias.de heredib,instituen.l.res hypothecæ.ff.de pignor.l.2.§.1.de curatore bonis dando. §.fin.Insti.de vulgari.l.4.de vsufruc,l. qui autem. §. sciendum. quæ in fraud.creditor,l. ex his.ibidem,l.recte dicimus. supra eod.l.malum.infra eod. l.1. §.diem. de edendo.l. fructus, de rei vindica.l.de ætate.§.1.de interrogator.actio. l. 1. & 2.ff.de acquir. hered. l. legatarius. de lega.1.l.cum filius.de lega.2.

Pars nonnunquã pro quarta

¶ Aliquando intelligitur de quarta,vel alia,pro materiæ qualitate, l.debitorem. quæ in fraud.creditor. vnde si tres sint heredes qui opus insolidum facere teneantur,si vnus fecerit,aget alius pro parte contra alios coheredes,videlicet pro virili.l. fideicommissa. §. fin. de lega.3.l.prætoris.§.1.de damno infecto.l.si cui legata.ibi,si largiatur portio.de fideicommissar.liberta.lege,fraudati.in fin.de publica.facit lex prima, §. si quis,ibi, portio legis Falcidiæ.ff.quor.legator. lex, si quis cum totum. & lex, an eandem. de exceptio. rei iudica. l. fin. §.ex quadrante.de doli exceptio.l.fideiussores.de fideiussor.lex, inter. ibidem. l. illud. de solutio.l.1.de bonis damnator.l.si idem.in fin.de iurisd.omn.iudic.l.sciendum. §. 1. qui satisdar.cogant.l.1.§. veteres. de acquir. possess.

Pars magna aut maxima.

¶ Nonò limitatur, si adiiceretur maxima pars, aut magna: veluti si dicatur, magna pars bonorum,vel maxima,vel bona pars distribuatur pauperibus:tunc enim vltra dimidiam continetur,arbitrio iudicis.lege,qui lancem.ff.de auro & argen.lega.Lucas de Penna in l.2.col.2.C.de meta.& epide.lib.12. Idem si diceretur plurima pars, l. propter litem.ff. de excusatio.tutor.ibi,nisi forte de omnibus bonis aut plurima parte eorum. Aut si dicere tur de maiore parte,c.1.de restitu.spoliator.

Pars minima nonnunquam pro quarta.

¶ Cum verò dicitur de minima,aliquando intelligitur de quarta,l.fi.C.quand. & quib. quarta pars debeat.lib,10.firmat Lucas de Penna in d.l.2.col.2.C.de meta.lib.12. Ego putarem pro qualitate materiæ id esse arbitrio iudicis committendum.

Partes singulæ

¶ Decimò non procedit,cum diceretur,singulæ partes, vt in l. miles.§.1.de re iudica. ff. vel diceretur portiones hereditariæ, vt in l. qui pecuniam. ff. de statuliber. vel si dicatur communis pars,l.vxori.ff.de legat.3.

¶ Postremò vbi mentio facta est mediæ partis, si postea mentio partis habeatur, de minori dimidia intelligetur,l.cum filius.§.pater.ff.de lega.2. Aluaro.in §.cum autem.col.2. de controuer. inuestitu. nisi appareret de illa dimidia intelligi debere: quod pro subiecta materia iudicabitur. Aliter verò Paulus mediam rem intelligit in l.in summa.§.1. ff.de condict. indeb.sic dicens:Quod transactionis nomine datur,licet res nulla media fuerit,non repeti tur. Rem mediam vocat pecuniam,aut quid aliud, quo mediante inita est transactio.

Res media.

¶ Notandum est igitur quod portio & pars variis sic modis capiuntur: tamen sæpius & regulariter pro dimidia, vt superius abunde probatum fuit: sicque dicetur portio quasi partio,id est pars: vnde partus antequam edatur, portio viscerum matris dicitur, l. 1.§. ex hoc.ff.de ventre inspiciend.& purgare refectionis portio est,l.1.ff.de via public.vbi glo.exponit pro specie, ergo pro parte:nempe reficere dicitur qui aperit & purgat, vt ibid. idcóque purgatio dicitur, & pars refectionis, id est portio: quemadmodum & portio ædificij scribitur in l.librorum.§.plane.ff.de lega.3.portióque agri videtur,aqua viua. l.is qui in puteum.in princip.ff.quod vi aut clam.

Partus vnde.

Aqua viua, agri portio.

Portio pro similis,secũdũ gloss.

¶ Capitur etiam portio pro simili, l. si vero. §. hoc edictum prioris est portio, ff. de his qui deiecer. vel effuder. vbi glo. exponit simile: sed male: nam ibi quoque portio pro parte accipitur.

Portio pro rata & virili.

¶ Præterea capitur portio pro rata,& pro virili,l.x.ibi,detrimentum pro portione communicetur.ff.ad legem Rhod.de iactu,& per totum illum titul.& l.quicquid.in fin.ibi, pro portione rei.de acquir.rerum domi. l. Lucius. §. 1. ad Trebellia.l.si finita.§.cum plures. de damno infecto.

Portio pro quarta.

¶ Ita quandoque portio accipitur pro quarta,l.1.§.si quis. ff. quorum legator. ibi, quia portio legis Falcidiæ apud heredem ipso iure remanet.ideoque ratione adiuncti fit declaratio: siquidem portio legis Falcidiæ est quarta.idem si diceretur portio Trebellianica.

Pars pro toto. Pater pars corporis filij.

¶ Adhæc partis appellatione totum aliquando continetur,l.appellatione.supra eod.interdum pars ecclesię dicitur præbenda,in c.quicumque.1.q.5.eo enim quod multæ prębendę sunt in vna ecclesia, vna dicitur pars ecclesię:quemadmodum pars corporis filij dicitur esse

esse pater,l.cum scimus.§.in omnibus.C.de agricol.& censit.lib.11.& senatores sunt partes corporis principis, l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. vnde committitur in illis crimen læsæ maiestatis,vt ibi videre potes.

Partes corporis principis sẽ natores.

¶ Pars etiam ponitur pro loco,vt in multis partibus iuris,hereditas pro domino habetur,l.hereditas.ff.de acquir.rerum domi.& l.relegatorum.§.item in partem. de interdic. & relega.sic capitur in concorda.tub.de friuol.appel. §. si quis vero. Et in omnibus partibus iuris is qui reuersus non est ab hostibus, quasi tunc decessisse videtur, l. omnibus. ff. de captiuis.

Pars pro loco. Hereditas pro domino hereditatis.

¶ Pars anni & mensis, in l.qui hoc anno. ff. de verbor. obligatio. Adhæc pars pro principio sumitur,secundum do. Tiraquel.in interpreta.l.si vnquam.in verb.omnia.nu. 9. C. de reuocand.donatio.vbi suam confirmat opinionem auctoritate Virgilij lib.7.Aeneid. *Pars mihi pacis erat dextram tetigisse tyranni.* Ego, quia versamur in iure, maximi facio Iurisconsultorum auctoritatem.

Pars anni & mensis. Pars pro principio.

¶ Partem facere est concurrere cum altero pro sua portione: vt si res tribus legata sit, quilibet facit partem,id est legatum in tres partes diuidetur,l. plane.1.§.si coniunctim.& §. inde dicitur.ff.de lega.1.plene Doct.in l.re coniuncti.ff.de lega.3. & aliquando qui facit partem, non admittitur ad partem,vt ibi.

Partẽ facere.

¶ Interdũ pars sumitur pro persona, vulgò dicimus *partie*,vt pars actoris scribitur in l.2. & l.generaliter.ff.de exceptio.sic pars aduersa actori dicitur reus,& econtrario,c. cũ super. de conces. præb. Doct. in c.1.maxime de Ripa.de iudic. Et in plurali partes dicuntur actor & reus litigantes:vnde dicitur partibus conuocatis,&c.c.accedens. 2. vt lite non contesta. c.præsentium.de testib.in 6.Et actor siue syndicus partibus fungitur procuratoris, l. item eorum.§.fi.ff.quod cuiusque vniuers.nom. Eodem pene significatu vocatur pars diuersa.l.ita demum. circa medium.ff.de arbitr.

Pars pro persona. Pars diuersa.

¶ Longe alia significatio est,cum dicitur,Pars præsidis est ius vnicuique suum reddere, id est officium, & munus.l.2.ff.de his qui sunt sui vel alie.iuris.

Pars pro officio.

¶ Inde partibus suis fungi pro eodem sumitur.l.tutor qui repertorium. §.1.ff.de administratutor.l.& si prætor.de offic.eius cui manda.vnde cum plenissimam proconsul iurisdictionem habeat,omnium partes qui Romæ,vel quasi magistratus,vel extra ordinem ius dicunt,ad ipsum pertinent.l.si in aliquam.in fi.ff.de offic.proconsul.l.1.§. penul. ibi, cessant partes prætoris vel præsidis.de variis cognitionib.l.& suum.in fi. de pact.l.3.ff.de offic.eius cui manda.est iurisd.l.si priusquam.de noui oper.nuntia.ibi,& prætor,& præses partes suas debet accommodare,id est officium suum impartiri.l.generaliter.ff.de offic.præsid.l.si qua. C.famil.ercisc.und.l.seruos. ff. de manumiss. testam. &'is qui rem defendit sustinere partes defensoris dicitur,l.de pupillo.§.penul.ff.de noui oper. nuntia. & l. non solum. §. si cum possem. ibidem. & actor partes petitoris sustinere dicitur apud Iurisconsul. in l. si priusquam.ibidem.& l.libertis.§.fi.de libera.caus.l.exitus.de acquir.possessio.Et partibus actoris fungi,in l.fi.ff.si libert.ingen.esse dicat.l.quidam §.nihil.ibi,cum in locum & ius succedant argentarij,partibus eius fungi debent.ff. de edendo.

Partibus actoris fungi.

¶ Adde partim aduerbialiter sumi pro parte: vt omnes populi qui legibus & moribus vtuntur,partim suo proprio,partim communi omnium iure vtuntur. l.omnes populi. ff. de iustit.& iure.& in Insti.de iure natura.§.ius autem ciuile. & solet geminari in oratione, vt ibi, & l.is qui.§.hoc interdictum. ibi, partim vi, & partim clam. ff. quod vi aut clam. lege,nam absurdum.de bonis libertor. Particulatim,in lege,via constitui.in fi.ff.de seruit. rustico.præd.

Partim aduerbium.

¶ Vocare ad portionem, in l.cum in eo. ff. de pact.in fi.ibi, respondeo cum tutorem qui ceteros ad portionem vocaret.

Ad portionem vocare.

¶ Partiarius colonus est qui partitur fructus cum domino, l. si merces.§. vis maior.ff. loca.& alibi scripsi.

Partiarius colonus.

¶ *Adiectum est*,id est additum, adiunctum,l.in rem.§.item quæcumque aliis iuncta,siue adiecta.ff.de rei vindica.l.1.§.deinde adiecit prætor.de postuland.l.4.de seruitu.l.1.in fi.principe.de his qui deiecer.vel effuder.l.si defensor.§.1.de interrogator.actio.l 3.de seruo corrup. l.cum fundus.in fi.si cert.pet.l.lecta.versic.dicebam.ibidem.l.si duo. §. Marcellus. ibidem. l.1.§.si quis simpliciter.ibi,cum adiicit aliquid,vel detrahit obligationi.ff.de verbor.oblig. Detrahere verò contrarium est verb.adiicere.alia dicam in l.hæc adiectio.infra eod.

Adiectum est.

Detrahere.

¶ Addicere est rem plus offerenti adiudicare,& regulariter iudicem respicit, vt ipse addicere dicatur.l.à diuo Pio.§.si pignora.ff.de re iudica. & in diem addicere,vt in titul. de in diem addictio.sed adiectio pretij respicit partem,vt probat l.necesse,l.fundo,& aliæ multę leges.ibidem,& l.fi.de iure fisci,vt abunde scripsi in meis no.interpreta.ad illum titul.de in diem addictione.

Addicere quid. Addictio quid.

¶ Adiacens prędium,quasi iuxta iacens,& adhęrens.l.1.§.ex incendio.ibi, proinde si ex adiacentibus prędiis.ff.de incend.ruina,& naufrag. l.si finita. §.sed & si in plures.de dam.

Adiacens prædium.

no infec.ibi,item quid dicemus si insula adiacens domui vitium faciat?

Iubere pro disponere vel statuere.

¶ Iubere pro disponere, vt hic. Alias iubere,id est statuere,vt l.iubere cauere:pro statuere vt caueatur.ff.de iurisdict.omnium iudic.l.2.ibi,venire iube. de his qui sunt sui vel alieni iur.l.dicere.de arbitr.& l.sed interpellatur.§.1. ibidem.& regulariter cum ad iudicem refertur,sic potest accipi,quia iudex statuit iubendo,vel arbiter.

Iubere pro præcipere seu imperare.

¶ Iubere,præcipere,imperare,maximè quando refertur ad eum qui hoc ius habet, vtpote ad patrem, vel dominum serui.l.liber homo.2.ff.ad legem Aquil.ibi, actio legis Aquiliæ cum eo est qui iussit,si modo ius imperandi habuit.

Iussus, nomen pro præcepto.

¶ Inde iussus,vt in rub. ff.quod iussu:& licet nonnulli grammatici dicant non inueniri præterquam in ablatiuo: Vlpia.tamen in l.si quis id quod.ff.de iurisdictio.omnium iudic. vtitur in nominatiuo,sic dicens:iussus à prætore.& in l.si quis mihi bona.§. iussum. de acquir.hereditа.dicit vtrumqs, iussum in neutro,& masculino iussus:vel iussus,præceptum. l.1.§.quoties.ff.de vi & vi arma.ibi,non enim excusatus est qui iussu alicuius deiecit,magis quam qui iussu alicuius occidit.Est tamen differentia,vt ait glo. & doct. in d.l.si quis mihi bona.§.iussum.& l.boues.§.inter.& l.coram.infra eod. & in c.eam te. de rescrip. ego quoque superius dixi in l.sæpe.§.fi.

Iussus prætoris.

¶ Iussus prætoris,id est mandatum,decretum,l.electio.in fi.ibi,iussu enim prætoris ductus in bonis sit eius qui duxit,l.electio.in fi.de noxal.actio.l.2. in fi. si ex noxali caus. agatur.l.fi. communi diuid. Et interdum iussum iudicis pro eodem dicit Iurisconsul. in l. de eo.§.si iusta ex causa.ff.ad exhibend.l.non videtur.§.qui iussu.ff.de regul.iur.iuncta regul. in 6.quod quis mandato.

Iniussu.

¶ Iniussu,id est sine iussu,l.sacrilegij.2.in fi.ibi, qui & iniussu eius, qui & rei præerit. ff. ad legem Iul.peculа.

Iubere bona possideri.

¶ Iubere bona possideri,pro constituere vt bona possideantur,l.is cuius.ff.si seruit.vindicet. ibi, Respondi oportere prætorem causa cognita iubere bona aduersarij possideri.l. harum.ibid.ibi,vt iubeat aduersarium iudex emendare vitium parietis,& idoneũ præstare.

Iubere iudicare.

¶ Iubere iudicare,id est delegare,l.eum qui iudicare iubet, magistratum esse oportet.ff. de iurisdictio. omniũ iudicum. Et ibi, qui prouincias regunt iudicare iubere eo die, quo priuati futuri essent, non possunt. vbi iuris interpretes ita exponunt: sed contrarium ibi dico in interpre.meis.

Iubere pro cogere seu decernere.

¶ Iubere pro cogere,seu decernere,l.si quis ex argentariis.§.prætor ait, ibi,causa cognita edi iubebo.& l.veluti.ff.de edendo.iuncto §.cogentur.ibidem.& l.prætor.vbi in vno loco dicitur iubetur,& in alio cogitur.

Iussus principis,seu iussio.

¶ Iussus principis,seu iussio,idem.l.ossa.in princip.ff.de religios. & sumptib. funer, vbi quod dixerat iussum principis, postea iussionem appellat.

Iussit senatus.

¶ Iussit senatus,pro censuit,l.sacrilegij.2.in fi.ff.ad legem Iul.peculatus.iuncta l.senatus ff.de contrah.emptio.dixi in l.censere.supra eod.

Iussus principis excusat à dolo.

Iudicis præceptum excusat.

¶ Iussus autem hęc esse potest vtilitas, vt qui iussu principis vel iudicis aliquid egerit, excusetur à dolo,quia parere necesse habuit.l.non videtur.§.qui iussu. ff.de regul. iuris,l. si quis id quod.de iurisdictio. omnium iudic. Aut si quis sub pœna fuerit obligatus ad persoluendum decem intra mensem,qui propter iudicis præceptum ea defierit soluere,excusabitur à pœna,nec est periurus, per tex.in l.fi.ff.de lege commissor.c.venientes.de iureiur. doct. in d. §. qui iussu. nisi huiusmodi obligatus & debitor fraudulenter curasset hoc sibi fieri præceptum.doct.in c.de causis.de offic.delega.per §.item tria onera.Inst.de excusatio. tutor.& quę ibi addidi.

Libere quid.

¶ *Libuerit*,importat liberam voluntatem,id est,prout libere voluerit.Bar.in extrauag.ad reprimendum,in verb.videbitur.quomod.in lęsę maiesta.crimi.proceda.probat Mathesilla.no.15.& Barba.consi.59.col.12.in 2.vol.De his verbis & aliis denotantibus arbitrium boni viri tradit Iason in lege, si sic. ff. de legatis primo, & in §.in bonæfidei. Institutionibus, de actionibus.

§.Habere,sicut peruenire,cum effectu accipiendum est.

Explicatio textus.

Habere quis dicatur.

¶ Ex hoc tex. elicitur verba habere, & peruenire cum effectu accipienda esse. effectum intellige non momentaneum,sed alicuius vtilitatis,vt infra dicetur,quod videlicet verè habeat,l.sed & si.§.item si iurauero.de iureiur.facit l.stipulatio ista. §. quęsitum, ff. de verbor. obliga.quemadmodum is habere dicitur,cui de iure licet habere,& à quo auocari non potest,l.non videtur.ff.de acquir.possessio.Specula.in tit.de emptio.§.1.verfic.ad euidentiam. Effectus igitur est vt rem habendo liceat de ea disponere:nempe qui in aliena sunt potestate,rem quidem peculiarem tenere possunt,habere autem & possidere non possunt, l. possessio.§.1.ff.de acquir.possess.& inanis est peritio quæ sine effectu foret,l.quod vulgo. in fi. ff.de bonor.possess.contra tabul.

¶Econtra

Excludere.

¶ Econtrario etiam excludere est cum effectu, vt ait Iurisconsul.in l.si non mortis.in fi. de inofficios.testam.ff.Et cum effectu non potest res distrahi donationis causa inter virum & vxorem.l.si res.1.ff.de iure dotium.

Peruenisse cũ effectu quando quid dicatur.

¶ Item illud peruenisse cum effectu dicitur non prima ratione:idcirco quod legatorum nomine quis præstiterit non videtur ad eum peruenisse:sed & si quid alieni æris est,vel cuius alterius oneris hereditarij,peruenisse meritò negabitur. l. 2. §. illud. ff. de heredita. vel actio.vend.

Arestum.

Vacatio sub iure regali facta, sine effectu.

¶ Verum peruenisse dicitur quando factus est locupletior,l.vtrum.in princip.ff.de petitio.hereditа.& superius dixi in l.aliud.§.fi.A simili possumus adducere quod anno 1368.die 7.Aprilis decisum fuit,vacationem subiure regali factam non fuisse cum effectu, iuxta c. generali. de electio. in 6. nam licet papa voluisset transferre episcopos Carnotens.& Suession. tamen translatio cum effectu facta non erat, quia translati non consenserant,vt patet in registris consilij Curiæ Parlamenti Parisiensis.

Ad clẽ. vnic. de offic.vic.

Parœcialis nõ dicitur quis, nisi habeat parœcianos.

¶ Ex quo infertur primò ad intellectum clem.vnic.de offic.vicar.volentis,quod si quis habeat ecclesiam parœcialem,eam per adeptionem vicarię perpetuæ vacare,quando illa ecclesia erat parœcialis actu, quia verbum habere cum effectu accipitur: vnde non dicitur actu parœcialis, nisi habeat parœcianos. Sicque per adeptionem secundi beneficij curati habitu non vacat primum, nec tenebitur is qui beneficium tale habitu tantum curatum habet, promoueri intra annum, iuxta cap. licet canon. de electio. in sexto: ita asserit Bonifacius Vitalis in clem. vnic. quæstione secunda, post Anchar. & alios. sic quoque parœciales ecclesiæ non habentes parœcianos, si sint in villis muratis, non sunt affectæ graduatis, vt scripsi in tract.nominatio.quæst.16.nu.23.quippe non sunt parœciales cum effectu.

Habere is dicitur, qui vere habet.

Collator quis mandato grauari nõ possit.

Clericus deferẽs vestem virgatam,suspenditur per annum.

¶ Secundò habere dicitur is qui vere,& cum effectu habet:ideo si per fictionem habeat, non dicitur habere.vnde mandato grauari non potest collator,qui nouem beneficiorum habet collationes, & actionem ad collationem decimi, vt scripsi per istum text. in §. 1. in verb.habentem.de manda.in concorda.

¶ Tertiò clericus deferendo vestem virgatam,vel partitam,si dignitatem habeat vel obtineat,erit suspensus per annum,clem.fi.verfic.dignitatem.de vita & honesta. clericor. intelliges,inquam,habere,quando titulum & possessionem habet,& sic cum effectu, vt dicit ibi Cardinal.q.2.

Habere hereditatem is non dicitur,cuius fidei est commissa.

¶ Quartò non dicitur quis hereditatem habere,quam est alij restituturus.lege,aliud.supra eodem. Et ideo si de hereditate quam quis habet, teneatur soluere gabellam, de hac non soluet.nec enim cum effectu eam habet.Bal.in l. data opera.col.9.nu.45.cum seq. verfic.Sexto.de accusationib.

¶ Quintò facit,quod si quis alere teneatur aliquem,donec habeat bona vel beneficium, intelligitur vt cum effectu habeat,id est percipiat fructus, vel percipere possit, teste Ioan. Andr. in cap. si tibi concesso. de præbend. in 6. allegat l. fidecommissa. §. si filio. de lega. 3. & Aret. expresse in lege, centurio. col. vlt. ff. de vulgar. Illo igitur anno quo nihil recepit non dicitur habere,quippe non habet cum effectu. Ita si quis velit relinquere domum rebelli,debet dicere:lego tali fundum vt cum habeat:tunc siquidem non debetur nisi cum factus fuerit capax.Cepol.cautel.122.nota tu. Et dispensatus vt habeat duo beneficia, intelligitur de primis, cum effectu tamen: vt scripsi in praxi benefic. in forma dispensatio. in verb. vel dissimili.

Habere intelligitur quis siue ex persona sua, vel alterius.

¶ Sextò intellige siue habeat ex persona sua, vel alterius,contra Alcia. ideóque habens ex persona filij vel serui dicitur habere cum effectu, quia patri vel domino acquiritur per eos,l.placet.ff. de acquir. hereditа.

Habere duplicitor accipitur.

Quod interest solum quadruplatur.

¶ Septimò habere dupliciter accipitur,l.habere. infra eod. vbi dicetur, & scripsi in l. id apud. supra eod. & vulgo dicimus *auoir reaument & de fait*, quæ verba declarauí in tract. de literis obligator.artic.1.in glo. *reaument*.

¶ Octauò Iulianus ait,quod interest quadruplari solum.Et ideo cum qui ex causa fidei commissi 40. debebat, si trecenta promiserit per vim, & soluerit, ducentorum sexaginta quadruplum consequuturum:in his enim cum effectu vim passus est.l.si cum exceptione. §.Iulianus.ff.quod met.caus.

Obligatio cum effectu accipitur.

¶ Nonò obligatio cum effectu accipitur,l.quamuis.§.si mulier.ibi, non immeritò cum non obligatæ cum effectu successerit.ff.ad Velleia.

Grauamen ab interlocutoria cum effectu reuocari debet.

¶ Decimò reuocari cum effectu grauamen ab interlocutoria debet, antequam iudex in causa procedere possit post appellationem. capit. si à iudice. in fine, de appellation. in sexto.

Ratificatio cum effectu intelligenda est.

¶ Vndecimò,si quis teneretur facere ratificare aliquem,facienda est hæc ratificatio cum effectu.glo.& doct.in l.huiusmodi.in princip.ff.de lega.1. si tamen promittens vere & bo-

nafide curauit vniuersitatem ratum habere, & quidem habuit, sed decretum non fuit interpositum, non tenebitur, vt consuluit Areti. consi. 143. ex facto. col. 4. versic. venio igitur ad primum, refert & sequitur Anto. Capit. in decision. Neapolitan. quæstione nonagesimatertia, in 2. quæst.

Effectus & factum quid differant.

¶ Postremò inter factum & effectum differentiam tradit Iurisconsul. in l. si stipulatus, ff. de vsur. vide l. in hoc iudicium. §. fin. ff. pro socio. vbi effectu tollitur societas. Et effectume vsum habere dicitur in l. si vt certo. §. fin. ff. commoda. Adhæc si paciscatur socius ne partem suam petat, effectu tollitur societas. l. in hoc iudicium. in fin. ff. communi diuid.

Societas effectu quomodo tolli dicatur.

effectu nempe dicitur tolli societas, cum socius nulla communia habet bona, veluti contingit hoc casu, quo pactus est non petere suam partem.

POMPONIVS LIB. V. AD SABINVM.

LEX CLXV.

Venisse ad heredem nihil dicitur, nisi deducto ære alieno.

Venisse ad heredem quid dicatur.

¶ Venisse id dicitur quod deducto ære alieno supersit: vnde rogatus restituere quicquid venerit, aut peruenerit ad eum ex hereditate Titij, non intelliguntur venisse ea quæ creditoribus vel legatariis soluere oportuit: sed tantum id quod deductis oneribus pertinet, & remansit, lege, cogi. §. 1. ff. ad Trebellianum. lege, qui concubinam. §. 2. de legatis tertio.

¶ Ex quo infertur, quod in Regno in vim nominationis vel gradus non potest prouideri habenti ducentos florenos auri de camera deductis oneribus. Alioqui contra, vt scripsi in §. volumus. de colla. in concorda. & in tracta. nominatio. q. 9. quia venisse dicitur id quod deducto ære alieno supersit.

Beneficij valor intelligitur deductis oneribus.

¶ Adhæc cum tenetur quis exprimere verum beneficij valorem, licet non expresserit illud quod pro oneribus soluendum erat, gratia tamen non erit subreptitia, valebúntque nominationes. Iaf. & alij in l. non amplius. de lega. 1. plene docui in tract. nominatio. q. 9. nu. 35. quemadmodum vbi essent necessarij duo, vel tres clerici, vel sacerdotes, vltra rectorem, totum hoc esset in oneribus, teste Cassad. decis. 19. dubitatur. rubr. de præb. & scripsi in praxi benefic.

¶ Sic ad iudicandum an aliquis habeat beneficium ex quo commode viuere possit, consideranda sunt onera beneficij, & deductis his, oportet eum tantumdem habere quod viuere possit congrue, iura episcopalia soluere, & hospitalitatem exercere: alias congrua portio eidem erit assignanda, iuxta c. de monachis. de præbend. c. 1. illo titul. in 6. abunde scripsi in meo tract. de congrua portio.

¶ Sic quando prouidetur consiliario ex nominatione Regia de beneficio quod sit valoris ducentarum librarum, intelligitur oneribus deductis, & ære alieno, per istum tex.

Decima non soluitur de oneribus.

¶ Vltimò beneficiatus non tenetur soluere decimam papalem de oneribus: ideóque si dimidiam partem fructuum pro pensione debeat, non soluet nisi dimidiam partem, deducto scilicet ære alieno, vt consuluit Dec. consil. 156. statutum. Aut si soluerit, poterit deducere pensionario id quod soluit pensionis ratione. videte alia quæ scripsi in l. subsignatum. §. bona. supra eod. & in tract. de pacific. possessor.

Venisse pro obuenisse.

¶ Venisse, pro obuenisse potest hîc accipi, vt nil ad heredem obuenisse seu peruenisse censeatur, nisi deducto ære alieno.

Mulctam ex arbitrio iudicis venire.

¶ Venisse ex arbitrio iudicis mulctam dicit Iurisconsult. in lege, aliud est fraus. §. 1. supra eod.

Venire pro admitti.

¶ Venire pro admitti, l. triplici, ibi, vt & Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. supra eod.

Venire diem.

¶ Venire diem, pro eo quod est cedere terminum, quo pecunia peti possit, l. cedere. infra eodem.

Venire rem in potestatem domini, quomodo accipiatur in lege Atin.

¶ Venisse rem in potestatem domini in lege Atinia videtur, & si eius vindicandæ potestatem habuerit. l. potestatis. in fi. infra eod.

In hoc ventum est.

In hoc ventum est, ad hoc peruenimus, hoc concluſimus, l. munus. 2. infra eod.

Venire in ciuitatem.

¶ Venire in ciuitatem notum est in l. 2. §. deinde cum placuisset. ff. de orig. iuris. ibi, post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est & alius prætor qui peregrinus appellatus est, &c.

Venire in rem præsentem.

In rem præsentem venire. l. rei appellatio. 1. supra eod.

Venire in iudicium.

¶ In iudicium venire est ad iudicium accedere, & contra se agendi potestatem aduersario præbere. l. si eum. in fi. iuncta l. & si post tres. ff. si quis cautio. & res in iudicium venisse dicitur, quando super ea agi poterat & accedit. l. non potest videri in iudicium venisse id quod

quod post iudicium acceptum accidisset. ff. de iudic. l. solemus. ibidem. l. item videndum. in fi. de petitio. hereditа. l. item veniunt. ibidem.

Venire in mentem. Euenire.

¶ In mentem venire, in l. maxime. ff. de administra. tutor. notum est quid significet.

¶ Euenire, contingere esse. l. pronuntiatio. §. 1. ibi, idemque euenit in eo qui emancipatus est. infra eod. l. vt vim. ff. de iustit. & iure.

IDEM LIB. VI. AD SABINVM.

LEX CLXVI.

Vrbana familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur. potest enim aliquis dispensator non esse vrbanorum seruorum numero: veluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, & non multum absit à villico. insularius autem vrbanorum numero est. Videndum tamen est, ipse dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ, & vicariis apparebit.

Explicatio textus.

¶ Hæc lex duas habet partes, in prima declarat quæ dicatur vrbana familia: in secunda verbum pernoctare. secunda ibi, pernoctare. Igitur vrbana familia discernitur à rustica non loco, sed genere, id est conditione eius qui administrationi præest. id verò dignosci poterit, si dominus eum negotiationi rusticæ præposuerit, & ex vicariis eius: hoc dicit. De vrbana familia fit mentio in l. quæsitum. § idem respon. domo. ff. de fund. instruc. quod prodesse potest. nam olim domini familiam vrbanam vni legare vel dare solebant, alteri rusticam. quæ igitur vtraque sit explicatur hoc loco. Nostris quoque temporibus incidit quæstio non absimilis de donatione facta à quodam ciue ruri moriente, qui ad ornatum celebrandarum nuptiarum pleraque bona mobilia rus detulerat, quæ præfatus ciuis valetudine pressus donauit: videlicet neogamo supellectilem rusticam, vti villicari eidem foret librum: alteri vrbanam supellectilem. Quomodo igitur hæc sint distinguenda monstrat hic tex. & l. quemadmodum. de supellectil. lega.

Quæstio de quadam donatione facta.

¶ *Familia.* Familiæ appellatione quid cõtineatur, elucidabimus in l. pronuntiatio. in fi. eo.

Conciliatio l. i. de capit. ciui. cens. eximend. & l. 1. ne rust. ad vll.

¶ *Et rustica, non loco.* Ex his verbis tex. elicitur, quod licet seruus domini cubicularius ruri degat, non tamen ex hoc dicitur rusticus, nec in familia rustica continebitur. Et quoad tex. in l. 1. C. de capita. ciui. censib. eximend. lib. 11. & in l. 1. C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocen. eod. lib. qui tex. multum obstant, dicendo habitantes extra vrbis muros, rusticos dici. Quibus respondet Lucas de Penna in d. l. 1. de capita. hoc esse quantum ad casum illius legis, quæ loquitur de plebe vrbis Romæ, quia proprie vrbani dicuntur, ceteri oppidani. Allegat Isidor. lib. Etymolog. 11. quod postea reprobat allegando l. 3. C. de feriis. nam de omni ciuitate intelligitur.

Rustici qui. Vrbani qui.

¶ Ego vero dicerem rusticos vel rusticanos, ruri degentes vocari: vrbanos autem qui in vrbibus quibuscumque, & ciuitatibus, dummodo sint liberi, per d. l. 3. ibi, omnes iudices, vrbanęque plebes, &c. l. 2. §. initium. in fi. ibi, vrbana plebs. ff. de orig. iur. nam voluntas & habitatio constituunt domicilium, l. eius. in fin. ff. ad municipal. Et serui non habent voluntatem, sed dependent eorum voluntas à domini voluntate, sicut religiosi ab abbate, c si religiosus. de elect. in 6. quod est verum, si ibi degant, & domicilium habeant, aut opera rustica exerceant: secus si tantum ad tempus ibi morati fuissent.

Voluntas & habitatio constituit domicilii.

¶ Non igitur inter seruos dicitur familia vrbana loco: sicuti nec econtra locus vrbis reddit agricolam vrbanum, nec esse facit de familia vrbana: sed genus & conditio negotiorum facit aliquem inter vrbanam vel rusticam familiã connumerari. Quoniã igitur summa erat difficultas hęc dignoscere ex domicilio: quandoque enim seruus degebat ruri, quandoque in ciuitate: nil mirum si Iurisconsul. facilioris distinctionis gratia consideravit genus, opera & officia, quibus pręsunt: vt si pręsint officiis, vel operis aut aliis actibus rusticis, rustica dicatur familia: si autem vrbanis, vrbana: genusque ministerij cui prępositus est seruus, discernat vrbanum à rustico. vnde Iurisconsul. his verbis inquit: seruis vrbanis legatis quidam vrbana mancipia non loco, sed opere separant, vt licet in prędiis rusticis sint, tamen nisi opus rusticum exerceant, vrbani dicantur. Sic itaq; vrbani intelligendi sunt quos paterfamilias inter vrbanos annumerare solitus est: quod maxime ex libellis familię, item cibariis, deprehendi poterit. l. seruis vrbanis. ff. de lega. 3. vbi glo. exponit libellis, id est panibus albis, quo pane non vtuntur rustici, sed grosso. gl. in l. iudices. C. de episcopal. audien.

Familia vrbana in quo differt à rustica.

Libelli familiæ qui dicantur.

¶ Ego verò putarem libellos ibi accipi pro paruis libris, quos vulgo vocamus regesta, quibus scilicet erant descripti serui. probat tex. dicens, quod illa familia est vrbana, quam pater inter vrbanam connumerare solitus est. quando verò solitus sit connumerare, respon. maximè id dignosci ex libellis familię, id est ex libris, vt superius exposuimus. soliti

enim erant veteres amplam habentes familiam seruorum & ancillarum, eorum nomina in libris, id est rationibus describere, l. Titia, ibi, quarum nomina in rationibus meis scripta sunt. ff. de manumiss. testam.

Libellus rerũ vxoris. ¶ Igitur si in libro familiæ vrbanæ descriptus fuerit seruus, in familia vrbana computabitur: si verò in libello rusticæ familiæ, inter rusticanos habebitur: sic intelligitur l. si ego. §. planè. ff. de iure dotium. vbi libellus rerum vxoris dicitur pro quodam inuentario rerum ipsius: licet multis aliis capiatur modis, vt per Doct. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, ff. de offic. proconsul. per Soci. & alios in rub. de libelli oblatio. & tex. no. in l. falsus. §. qui alienum. versic. plerique. ff. de furt. docet aliquem vt à furti actione excusetur, postquam inuenit rem, vt libellum proponat continentem se inuenisse talem rem, & redditurum ei, qui desiderauerit. ibi igitur accipitur pro parua scriptura.

Cibariorum appellatione quid contineatur. ¶ Item ex cibariis deprehendi poterit: cibariorum appellatione omnia quæ esui, & potui, victuique necessaria sunt, veniunt. l. victus. supra eod. Et sic non esset necesse in illa l. seruis vrbanis, nominare libellis, si pro pane acciperentur: nempe quia satis alias comprehenderentur sub hoc verb. cibariis. panis enim tam albus quàm alius cibariorum nomine comprehenditur, vt scripsi.

¶ Adhæc quo pacto melius sciri potest in qua familia eum seruum computet paterfamilias, quàm per scripturam, in qua descripti sunt omnes serui? ita videtur intelligi text. dicens: Videndum tamen est ipse dominus quorum loco quemquam habuerit: hoc apparebit ex numero familiæ, ex vicariis, & maxime ex libellis, id est paruis libris, quibus descripta est familia.

Libellum neut. gen. quid. ¶ Non tamen negarim quin libellum neutri generis sit panis, seu verius, genus cibi dulcis ex farre, melle, & butyro, seu oleo confecti, Gallic. vocari potest *vn gasteau*, à libo, vt Accursius ibi sentit in d. l. iudices. C. de episcopal. audien. Alcia. in lib. Parerg. 1. c. 17. à libra deductum vult, dicens apud Athenienses libellum fuisse mensuram tritici quantum quisque vno die comederet: quæ omnia satis conuenire videntur tex. plurimum tamen proprietati verborum conferre videtur Alcia. sententia.

Familia plebeia. ¶ Plebeia familia, in l. moris. §. sed vtrum. ff. de pœnis, ibi, omnes omnino liberi etiam in plebeia familia suscepti. dicitur plebeia familia, nata à plebe, antequam aliquis adeptus fuerit decurionatum, vel aliud officium liberans parentem à conditione plebeiorum.

¶ *Sed genere distinguitur*, intelligit glo. genere, id est ministerio, vel vsu, secundum Alex. per l. quemadmodum. ff. de supellectil. lega. quæ sic habet: quemadmodum vrbanus seruus, & rusticus distinguitur non loco, sed genere vsus. Vel intelligi forte potest genere officiorum: vt cum paterfamil. habet multa seruorum officia, genere officiorum & operum quibus præponuntur, cognoscuntur, & distinguuntur. nempe si vnus sit coquus, ex vrbana familia: si agricola sit, ex rustica computabitur: aut si carbonarius sit, id est conficiat carbones: secus si miniculator fuerit, quorum ars in ciuitatibus exercetur, per consequens inter vrbanos connumerandus, Miniculator autem is est qui literas primas, & maiusculas siue capitales in libris iam scriptis minio tingit, vt psalmus à psalmo, vel lex à lege, seu paragraphus à paragrapho separetur: sicque intelligendus est tex. in l. vt iurisiurandi. §. dabitur. ff. de oper. libertor. & in l. fin. de liber. caus.

Miniculator quis.

¶ Minium verò dicitur fructus exiguus, & rotundus, ad rubrum colorem faciendum aptissimus, qui maxime nascitur in prouincia Narbonensi, quod genus fructus vernaculè appellant *vermillon*. Vide quæ de genere scripsi in l. tigni. supra eod.

¶ *Distinguitur*, id est secernitur, dignoscitur, definitur, vt hic, & l. peculium nascitur. ff. de pecul. ibi, ita veteres distinguunt. l. fin. §. si mulier. ibi, & puto rem ita distinguendam. ad Velleia. vel expone vt inferius.

Distinguere. ¶ Distinguere, diuidere, separare, l. non distinguemus in compromissis minor an maior sit pœna, quàm res de qua agitur. ff. de arbitr. l. 1. §. cum arietes. si quadrupes pauper. fecisse dicat. l. at si quis. §. sed interdum. de religios. l. in duobus. §. si ei qui. de iureiur. Hinc distinctio pro diuisione, l. qui venenum. infra eod. l. de qua re etiam constitutio extat diuorum fratrum, quæ huiusmodi distinctionem admittit. ff. de inofficios. testam. l. 4. in fi. ad legem Rhodiam de iactu.

Distinctio pro diuisione.

Dispensare. ¶ *Dispensator.* Dispensare est distribuere, ministrare, procurare, disponere. inde Iurisconsult. idcirco quod eæ arbores colligant aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coercentur. l. saccularij. in fi. ff. de extraordinar. criminib. Interdum significat variè expendere: vnde sunt dicti dispensatores qui æs pensantes expendebant, necessaria in familiam distribuebant. Vnde dispensatorem ordinarium magistrum hospitij, Gallic. *maistre d'hostel* vocant, siquidem dispensator est qui impendia domus curat, & victui præest. Alias in euangelio vocatur Architriclinus, dictio Græca ex tribus composita ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, quod Græcè principium seu magistratum vel principatum Latinis reddit, & τρίκλινος, quod componitur à dictione τρεῖς & κλίνη, ης. τρεῖς autem dictio numeralis est, & κλίνη

Dispensator.

Architriclinus.

lectus

lectus. Solebant enim veteres locum in quo cœnare volebant tribus ornare lectis, in quibus cibum capientes discumberent, quem triclinium vocabant, l. fistulam. & l. foramen. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior. l. si vt certo. §. si de me. ff. commoda. & l. fi. C. de his quib. vt indig. hinc Horat. lib. 1. sat. 4. *Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos.* & Cornelius Nepos tradit ante Syllæ victoriam duo tantum triclinia Romæ fuisse argentea. refert Plin. lib. 33. c. 11. *Triclinium.*

¶ Et triclinaria vestimenta vocantur quibus in tricliniis vtebantur, l. apud. ff. de optio. lega. Et triclinarius minister, qui in huiusmodi triclinio ministrat. *Triclinaria vestimenta.* *Triclinarius minister.*

¶ Et sepulchra triclinia, Imperator in l. pergit. C. de sepulchro viola. & in hoc lecto stare solebant serui pocillatores, discerptores, & qui sputa ex pauimentis verrebant, alij denique qui murmur compescebant, ac etiam puellæ, quæ vinum & potus genera afferre solitæ erant, ad fulcra thori adstabant, teste Las. in lib. 3. de repub. c. 3. pag. 371.

¶ Est igitur architriclinus præpositus huic cœnæ, in qua fœminas cum viris cubantibus sedentes equitasse firmat Cœlius lib. 14. c. 58.

¶ Et sternere triclinium quid sit, scripsi in l. in stratum. supra eod. Huic itaque dispensatori obsonatores parent, coci, & id genus serui. Sunt enim obsonatores qui obsonio emendo præpositi sunt, l. legatis seruis. de lega. 3. quicquid ibi dicat glo. quam reprobat Cattellia. Cotta in 2. parte memor. in verb. obsonatores. Græci ὀψάριον vocant: hinc ὀψαρίω, id est obsonium emo. Quo verbo vsus est Plautus, obsonaui, id est obsonium emi. Est autem obsonium id omne quod vltra panem & vinum in cibum additum est, Gallicè *viande, pitance.* l. sed si vir. in fin. ff. de donatio. inter vir. & vxor. vnde motus Alcia. dispensatoris nomen dixit ab expendendo pecuniam, vel quod rationes dispensat, id est procurat & considerat, calculúmq; ducit. Ex quo manifeste apparet huiusmodi cocos inter vrbanos cõnumerandos esse. quid enim in pagis opus est tanto obsoniorum apparatu? Ego verò putarem eos sic esse dictos non quod in vno solo negotio eorum consistat cura, sed pluribus, cum totius domus curam gerant, ideóque dispensare varia solent, id est diuersa pensare & meditari tam circa culinam, quam ad cibariorum emptionem, apparatum, & alia necessaria. Qui dispensator generale mandatum in gerendis negotiis, & exigendis à debitoribus habet. l. dispensatorem. & l. dispensatori. de solutio. l. fin. §. si inter. de verbor. obligatio. & de hoc dispensatore loquitur etiam l. item apud. §. etenim. de iniur. & l. nominatim. de manumiss. testam. l. Caij Cassij. de fideicommissar. liberta. l. Thais. §. herede. ibidem. l. Labeo. de statuliber. l. 1. de auro & argen. lega. l. penult. de seruo corrupto: licet pro procuratore exponat glo. in l. illa tæ. C. de fide instrumen. l. in lege Censoria. infra eod. *Triclinium sternere.* *Obsonator.* *Dispensatoris nomen vnde.*

¶ Dispensatores ab ære impendendo nomen acceperunt. nam apud veteres Rom. dum asses librales erant, appendebantur: vnde scilicet expensæ, compendia & dispensatores nominati. Et sunt in duplici differentia: quidam sunt dispensatores publici, seu ταμιαχὰι: vnde tamiaci fundi, qui publico dispensatori annuos fructus præstabant, quibus ille exinde in domo Imperatoria dispensabat annua alimenta, vt Lamprid. in Alexand. scribit: aurum & argentum tarò cuiquam nisi militi dimisit, nefas esse dicens vt dispensator publicus in delationes suas & suorum cõuerteret id quod prouinciales dedissent. Et vocabatur ordinarius dispensator. Dispensatores verò priuati serui vel amanuenses dicuntur, qui domibus priuati cuiusque rem familiarem curabant, vt docet Las. in lib. de repub. Rom. secundo, cap. 13. in fin. pag. 311. *Tamiaci fundi.* *Dispensator ordinarius.* *Dispensatores priuati.*

¶ Dispensationes autem vocant Pontifices iuris relaxationes, c. de multa. in fin. de præb. De his scripsi in gl. dispensationum. in forma manda. in concorda. & in praxi beneficial. in 2. parte. titul. de dispensatio. Et dispensationes rerum nonnunquam cogunt, parum quidem à debito rigore quosdam exire foras, vt maius aliquid lucri faciant, c. dispensationes. 1. q. 7. Addit Spiegel. cum qui dispensat ius suum cuique distribuere, & curare ne cui fiat iniuria, neve quis lædatur. quod summũ iustitiæ munus est. Cui vix consentirem, ni iuribus probet. nam si dispensans legibus soluat, quo pacto ius suum videtur cuique distribuere? at potius destruere. *Dispensationes Pontificis.*

¶ Hinc dispensator etiam dicitur qui sua prodigit ac consumit bona, quasi dissipator qui bona sua dilacerando, & dissipando profundit, l. 1. de curator. furiosi. *Dispensator pro decoctore.*

¶ *Tamen multum abest à villico.* Hoc loco varie legitur tex. alij siquidem literam habent affirmatiuam, videlicet Tamen multum abest à villico. Alij negatiuam sic, non multum abest à villico: & vtraque sustineri potest. in vetustis exemplaribus Sancti Victoris est negatiua.

¶ Villicus à villa dicitur, qui ruri præest, & agriculturam, rusticasque operas curat, in eisque secundum domini vtilitatem præcipit. huic serui ipsi agricultores subiiciuntur, teste Alcia. Dicetur ergo meo iudicio villicus esse, villę, id est ruris gubernator, qui præst villę & ruri, & totius rei rusticę curam habet. vnde Iurisconsult. ait in l. instrumenta. in princip. ff. de fundo instruc. villicum esse qui homines ad agros colendos exercet, præpositusque his *Villicus quis.*

est, quorum numero sunt villici,& vinitores, seu monitores,&c. Quorum villicorum sæpius habet mentionem Iurisconsul. vt l. cum de lanionis. §. cum de villico. ibidem, & l. Thais.§.herede.ff.de fideicommissar.liberta.l.Sticho.§.item quæro.de statuliber.Et alibi Iurisconsul.ait,si cum villico alicuius contractum sit, non datur in dominum actio, quia villicus propter fructus percipiendos, non propter quæstum præponitur.l.si cum de villico. ff.de institor.actio.l.1.in princip.de seruis fugit.quem villicum nonnulli Galli vocant *clausier*,& de hoc loquitur Iurisconsul.in l.in lege Censoria.& l.liberorum.infra eod.

Villicus.

Dispensator à villico quid differat.

¶ Adhæc inquit tex. *multum abest dispensator à villico*, nempe dispensator impendia domus curat, & victui domini præest: villicus autem omnia ruris negotia tractat, & sic affirmatiuè legendo. Secundum autem aliam lecturam, *non multum abest à villico*, nam vterque curat & tractat negotia, ille vrbana, hic villicus rustica,& villæ: sicque non multum abest vnus ab altero.

Villicari. Villicatio. Villica.

¶ Inde villicari est in villam animi gratia recreandi secedere : & villicatio,rustica negotiatio. Et villica vxor villici vocatur,in l.Thais.§.herede.ff. de fideicommissar. liberta. ibi, December dispensator meus,Seuerus villicus,& Victorina villica Seueri contubernalis,in annos octo liberi sunto, &c.

Insularius quis

¶ *Insularius autem vrbanorum numero est.* Insularius vocatur insulæ custos, id est domus, l.si ita.§.1.ff.de vsu & habita. vbi sic dicitur, dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario ædes per insularium custodire potest:quem Gallicè *conserge* vocamus: quales solent vtplurimum esse in domibus principum, quæ ad instar insulæ solent esse distinctæ à domibus priuatorum.De hoc insulario loquitur tex. in l. fi. ff.de offic. præfecti vigil. vbi glo.exponit pro domino ædium, nimis sane generaliter: facit l.in lege Censoria. infra eod. & tex. in l. cuicunque.in princip. ff. de institor. actio. Adhæc secundum Cælium lib. antiquar.lectio.quarto,in fin.insularij & apolides dicuntur viles serui,ac pessimi,sine ciuitate,& in insulas deportati,vel in publicũ opus. Sed frequentior est prior significatio insularij pro eo qui domum custodit:quem nil vetat interim ibi libros scribere,vel alias operas exercere.nec enim debet ociosus in domo morari,tex.in l. duorum. ff. de operis libertor.quem singularem docet Ludouic. Roma. singul. 218. item fui heri interrogatus.insula quid sit scripsi in l.impensæ.supra eod.

Insularij & apolides serui.

Vrbana familia à rustica quid differat.

¶ *Videndum tamen est,ipse dominus quorum loco quemque habuerit.* Vt cognoscatur vrbana familia à rustica, videndum erit quorum loco dominus eam habuerit. nam si eam pro rustica tenuerit,& rusticæ operę preposuerit,rustica erit:si autem operi vrbano,vrbana,intelligendo tex.ibi,*in quorum loco*,id est conditione,numero,& officio,vel opera,vel quomodo eam familiam locauit dominus:nempe si eam scripsit in libello familiæ rusticæ,annumerabitur in familia rustica: si verò in libro vrbanæ familiæ descripta fuerit, censebitur esse vrbanæ familiæ, vt supra dictum extitit. vnde etiam Iurisconsul. ficait in l. 1. §. æstiua. ff. de aqua quotidia.Ego probandum puto ex proposito vtentis, & ex natura locorum dignosci posse.

Numerus pro societate vel loco.

¶ *Quod ex numero familiæ.* Vult dicere Iuriscons. Quo in loco dominus familiam habuerit discernitur ex numero familiæ,id est apparet, quia si computetur in numero familiæ vrbanæ,erit vrbana:si in numero rusticæ,rustica.

¶ Numerum exponit hic Alcia.pro ordine,ego clarius exponerem pro societate vel loco in quo repositus est,l.certe.ibi,non debere arboris numero haberi.ff.arbor.furtim cęsar. l. 2. ibi, bestiæ eo numero non sunt. ff. ad legem Aquil. nempe ex societate familię in qua numeratur perpenditur,in quorum loco paterfamil.computet istam familiam. facit l. 1. in fin.ff.de rerum diuisio.ibi,eodem numero.

Numerus pro ordine. In numeris esse quid. Matricula.

¶ Alias etiam numerus sumitur pro ordine militum,in l.vna.in fin.ff.de bonor. possess. ex testam. milita. ibi,si miles ex vno numero translatus fuerit in alium numerum,vel in numeris sit,in numeris enim esse vocamus, Gallicè *en bandes*. vnde ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari,ex quo in numeros relatus est,ante non:proinde qui nondum in numeris sunt,nondũ milites sunt:debent enim in numeros referri, id est in scripturam, quam communi vocabulo matriculam vocamus.l.ex eo tempore. ff. de militar.testam.l.2. §.exercitum. de his qui no. infam. Et in numero hostium haberi, est inter hostes censeri.l. postliminium.§.sed & si.ff.de captiuis.Interdum Iurisconsul.dicit in numero vel ordine.l. Diuus.ff.de pœnis. Et miles si causam prosequatur communem, omnis sui numeri procurator esse potest, Gallicè *de toute sa bande*.l. filiusfamilias.§.milites. ff. de procurator.

In numero hostium haberi.

Numerus proprié.

¶ Alias numerus accipitur propriè,in l.1.§. Trebatius. cum amplior numerus pecoris ad aquam appelleretur.ff.de aqua quotid.& æstiua.l.si quis vxori.§.si linea margaritarum surrepta sit,dicendus est numerus.ff.de furt.l.2.ibi, adoptiui filij in numerum non proficiunt liberorum.ff.de excusatio.muner.& postea ibi, numerus enim liberorum postea impletus non liberat. & numerus mensium,in l. lecta. ff. si certum petat. lege, pali.& l. vinaria. infra eodem.

¶ Sic

¶ Sic etiam pro quantitate accipitur, vt magnus numerus frumenti. Adhæc numerus singularis,& pluralis.l.non est sine liberis.l.in vsu.supr.cod.Interdum quoque pro honore,æstimatione & conditione. *Numerus pro quantitate.*

¶ Inde numerare, Gallicè *compter*,& pro soluere capitur,in l.officio iudicis.ibi,ei numerari cui legata sit.ff.famil.erciscund.scripsi in l.in lege censoria.infra eod. *Numerare.*

¶ *Et vicariis apparebit.* Vicarij sunt qui vices alterius gerunt,qui in iure adiutores dicuntur,& apud historiographos.l.fin.de iure immun. & in l. si in re communi.§. fin. ff. de noxal.facit rub. C. de offic. eius qui vices alterius gerit, & l. vna, C. vt nullus ex vicariis pro alio vicario debitis teneatur,lib.11.licet aliquando ibidem legatur,vt nullus ex vicanęis.de his meminit Cassiodo.lib.7.variar.rer. *Vicarij qui.*

¶ Inde vicarius iure Pontificio dicitur qui Archiepiscopi seu Episcopi, vel alterius prælati vices gerit.titul.de offic.vicar.in decretal. ac in 6. de quo plene tractatur in praxi beneficiali.titul.de vicar.Archiepisco.&c. *Vicarius in iure Pontificio.*

¶ Ita seruus vicarius dicitur ille quem seruus ordinarius substituit,& qui ordinarius seruit.l.si seruus meus ordinarius vicarios habeat.ff.de pecul. sicque vicarius dicitur seruus seruus.l.si Stichus.ff.communi diuid.inde Martial. ait: *Esse sat est seruum,iam nolo vicarius esse. Qui Rex est, Regem Maxime non habeat.*l. Seruos.in fi.ff.de lega.3.l.si peculium.§.vicario.& l.si seruus.de pecul.lega.& l.si peculium.ff.de manumiss.testam.l.1.§.in potestate.de exercitor. actio.l.iustissime.ff.de ædilit.edicto,l.seruos.in fin. ff. de lega.3. *Vicarius seruus.*

¶ Vult igitur dicere tex. vrbanam familiam dignosci ex seruis qui gerunt vices illius serui de quo agitur : vt si ordinarij serui vicarius gerat vices in domo custodienda, quod est proprium vrbanorum, vrbanus quoque ipse & ordinarius seruus dicetur: quemadmodum & econtra si ille cuius vices gerit rusticas exerceat operas, has quoque vicarius exercebit. Ex quibus ergo vicariis seruis cognoscetur, an in vrbana vel rustica familia connumerandus sit ordinarius, iuncta l. quemadmodum. ff. de supellectil. legat. vbi declaratur quis seruus vrbanus vel rusticus habeatur.

¶ Ordinarij vero serui dicuntur,secundum Alcia.quibus peculium dominus concesit negotiarique finit. Ego verò putarem ordinarium esse,cui principaliter à domino administratio quædam est concessa,etiam peculium non habenti. Vicarius autem est,qui substituitur in locum huius principalis,& accessorie.Sicque videtur declarandum quis ordinarius dicatur & quis vicarius, ad interpretationem infinitarum legum de huiusmodi seruis loquentium.Fingamus verbi gratia,seruum culinæ prepositum,ordinarium dicemus: qui si coquum alterum habeat sub se,is dicetur vicarius,qui substituitur coquo: nempe solebant interdum ij ordinarij alios sibi asciscere seruos,quos forte comparauerant ex peculio:vnde huiusmodi vicarij peculiares vocabantur,l.si Sticho. ff.de pecul. legat. Alij vero ordinarij dicebantur,quod ordinem suum quique in re domini haberent,quem non habent vicarij: sed mandatis omnium etiam ordinariorum parent. Quamobrem vacuum ministerium habere censebantur,certo carentes ministerio ad subeundas operas.l.si pendentes.§.si serui ibi,ministerio vacuo.ff.de vsufruc.quamuis aliter exponat ibi glo. peculiaréque dicebantur,vt superius dictum fuit,per l.si Sticho.ff.de pecul.lega.per quem tex.elucidatur l.si habitatio.§.fin.ff.de vsu & habitatio.& l.lex quę tutores.C.de administra.tutor.& l. 1. de priuileg.eorum qui in sacro palatio militant. lib. 12. l. peculium.in princip.ff. de lega.2.At quoniam interdum quoque peculium ij vicarij habebant, quo serui alij continebantur, dicebantur etiam vicarij vicariorum, l.penul. ff.de pecul.lega. *Serui ordinarij*

¶ Ordinarij vero dicũtur ab ordine quo domui, aut tabernæ,aut negotiationi regendæ præsunt,quibus datum erat peculium.& de his tex.est in l.item apud.§.etenim. ff. de iniur. & l.quis sit fugitiuus.§. Cęlius quoque scribit. ff.de ędilit. edic. Sub quorum peculio contenti appellabantur vicarij, neque suorum numero erant, tanquam serui ordinariorum. l. suorum.ff.de lega. 3.l.si Stichus.communi diuid. alia de ordine & extra ordinem dicentur in l.pupillus.§.munus publicum.infra eod. *Ordinarij serui vnde dicantur.*

¶ *Apparet* hic accipitur pro ostenditur, patet, constat, vt etiam glo.sentit.Et aliquando ex re ipsa apparet,quanta sit.ideo si promittam talem fundum,quanti esse apparet, intelligimus sicut est : Gallicè,*comme il se comporte*.facit l.si qua pœna,ibi,ex hoc quoque apparet. infra eod.l.Arethusa.de statu homi.& lex,idem Pompon.in fi. de rei vindica.l.Nesennius. in fin. de negot.gest. *Apparet. Quanti esse apparet.*

¶ Aliquando ex altera re, vt ex vicariis apparet, an ordinarius seruus sit in familia vrbana vel rustica,vt hic:facit l.mouentium.supra eod.& l.inter hęc verba quanti. & l.si qua. infra eodem.

¶ Apparere quoque potest ex testibus,instrumentis, pręsumptionibus & aliis probationibus,vt probat cap. si à sede. iuncta glo. de pręb. in 6. lex, licet.de lega. 1.cap. scribam. de præsumptio. *Apparet ex testibus,&c.*

¶ Apparet pro videtur interdum accipitur, vt, *Apparent rari nantes in gurgite vasto*, apud *Apparet pro videtur.*

apud Virgil.lib.primo Aeneid.

Non apparere. ¶ Vnde dicimus non esse & non apparere paria esse. l. in lege.ff.de contrah.emptio. vel idem iudicatur de eo quod non est, & quod non apparet. lege, duo sunt Titij. ff. de testam.tutel.

Apparitores qui. ¶ Apparitores dicuntur viatores,magistratus ministri,Gallicè *sergents* vocamus, quod partes in iudicio apparere curent,eas citando : dictique secundum quosdam alios ab apparendo, quòd appareant, & præsto sint magistratibus, & illis obsequantur. l. si pignora veneant per apparitores. ff.de euictio. De his scripsi in tit. de apparitoribus seu seruientibus, in constitutio. Reg.

Apparitores præfectorum prætorio, &c. ¶ Alij quoq; sunt apparitores præfectorũ prætorio,vel senatus,quos Gallicè vocamus *huissiers* ab ostio seruando, quia ostiis Senatus consistere debent : vt scripsi in constitutio. Reg.qui forsan magis proprie forent ostiarij dicendi. De his quoque extat titul. de apparitor.præfect.prætorio.lib.12.vbi etiam de apparitoribus præfecti vrbis,magistrorum militum,& aliorum conscribitur.

Apparitores pro ministris Regiis. ¶ Apparitores etiam capiuntur pro his ministris Regiis qui lateri Regis astant,& corporis stipatores sunt,quos Gallicè *Archiers de la garde* vocamus, de quibus Alexand. lib. genial.primo. cap. 27.

Apparitio. ¶ Hinc apparitio pro apparitoris officio,vel officij præstatione, l.vlt.in fin.ff.quod met. caus. ibi, si quis quod aduersario non debebat delegante eo, per vim, apparitione præsidis interueniente, sine mentione iudicis coactus est, &c. de cuius tex. intellectu dixi in meis no. interpreta.ad illam l.

Apparere pro comparere. ¶ Alias apparere pro comparere, si ad personas referatur, sæpius accipitur, vt in l. in eadem.ff.ex quib.caus.maior.ibi, vt sine dedecore in publico apparere non possint.

§. Pernoctare extra vrbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. Per enim totam noctem significat.

Pernoctare. ¶ Pernoctare extra vrbem est tota nocte ab vrbe abesse. vnde ait Iurisconsul.quod præsidi non licet pernoctare extra vrbem,nisi gratia soluendi votum.l.illud.ff.de offic. præsid. vbi idem significat verbum abnoctare. Et præfectus vigilum per totam noctem vigilare debet,l.3.§.Sciendum.ff.de offic.præfect.vigil.sicque non sufficiebat excubias agere vsque ad mediam noctem,sed tota nocte coerrare debet,vt ibi verum hodie pro varietate regionum clementius aliquando agunt consuetudines cum huiusmodi præfectis,mittendo eos post mediam noctem discedere dormire, aut alias: qui custodes an teneantur de amissis videte in d.l.3. & quoad eos qui permittente statuto secesserunt post mediam noctem,an teneantur de his amissis? non teneri docet Alberic. in tract. statutor. in 2. parte.q.158. si ex forma. quod enim iure permittente fit pœnam non meretur. lege, Gracchus. C. ad legem Iuliam de adulter.

Præfecti vigilum an teneantur de amissis.

Maritus mulierem pernoctantem foris sine iusta aut probabili causa repudiare potest. ¶ Et maritus mulierem eo inuito pernoctantem foris sine iusta aut probabili causa,olim repudiare poterat de iure Codicis,l.consensu.§.vir quoque. C.de repud.facit c.veniens. 2. de sponsal.cap.si constiterit. de accusatio. Sic dicitur luna pernox, quod tota nocte lucet. Et Christus ad montem ascendit sæpe,vt in oratione pernoctaret,vt est in Euangelio,& in c.plerunque.§.his ita.2.q. 7. Quam deus fecisse videtur ad requiem & dormitationem animantium.humanum quippe est & mirè accommodum per silentia noctis dormire.l.si seruus seruum.§.si fornacarius.ff.ad legem Aquil. Contra quam à natura præstitam requiem nonnulli vertentes diem in noctem, & noctem in diem, huc illuc discurrunt & vagantur, multa subeuntes pericula,vtpote vrinam vel aquam fœtidam suscipientes,proiectam forte nullo clamore præmisso , idque impune. l. penul. ff. de his qui deiecer. vel effuder. Aut quod acerbius est,verberantur,occiduntur,infiniteque rixæ interueniunt.l.si ex plagis.§.1. ff.ad legem Aquil.

Luna pernox.

De his qui nocte vagantur.

Per dictio duo significat. ¶ Notandum est insuper dictionem per, duo significare, scilicet perfectionem actus, & temporis continuationem,teste Ioan.Andrea in additio.ad Specula. in tit.de teste. §. nunc videndum.in 1.additio.Bal.in rub. de exercitor.act. C.col.1.& in §.si quis per triginta.si de feud.defuncti content.fuerit inter domi.& agnat. vassal. scripsi in §. præterea. in verb. stu-

Per triennium id est completo triennio. duerint.de collatio.in concorda.vnde glo.in regul.Cancel.33.dicit per hunc tex.de eo qui possedit beneficium pacificè per triennium cum titulo colorato cum dicitur non posse molestari,intelligi debere,completo triennio, vi huius dictionis per. Illud quoq; tempus triennij debere esse continuum non interpolatum, prout fusius scripsi in tract. de pacific. possessor. & tex.in proœmio ff. aut in §.& si quis , quod doctores libros ff. perlegere festinent, vt sit eis aliqua vltra discipulos peritia. Et infinitis aliis verbis hæc particula adiecta

Persoluere. significat integritatem quandam,vt persoluere est totum soluere,licet aliquando Iurisconsul.ad maiorem elucidationem dicat vniuersum pretium persolueretur,l.ea quæ.ff.de precario,ibi,quoad vniuersum pretium persolueretur.

¶ Peragere

Peragere litē. Peragere reū. ¶ Peragere etiam litem dicimus , id est perficere, l. si quis rem. ff. de arbitr. ibi, lite apud iudicem suo ordine peragenda. Et peregisse reum quis alias non videtur , nisi & condemnauerit,l.2.in princ.ff.de adulter.pulchre Soci. in l.non putabam.ff.de conditio.& demonstra. per illum tex.dicit, peruenisse ad vicesimum annum dicitur qui compleuit, nisi æquitas aliud suadeat,vt in filio docet Iurisconsul.in l.qui filium. §. fin. ff. ad Trebellia.

Per omnia. ¶ Per omnia exæquata sunt legata fideicommissis, id est in totum, in omnibus.l.1.ff. de lega.1.l.quid ergo.§.ex compromisso.de his qui no.infam.ibi, quia non per omnia sententia est,per omnia similis.l.si mulier.in fin.ff.de vsufruc.accrescend.l.& si fine.§.si autem. de minor.ibi,non per omnia verum.l.huic stipulationi. in fin. vsufructuar. quemadmod. caueat.ibi,per omnia imitari.

Per pro valde. Per territus. Per fluxit. Perraro. ¶ Interdum pro valde , vt in l. in omnibus causis pro facto accipitur id , in quo quis alium perhorrescit quo minus fiat.ff.de regul.iur.id est valde timet. Alibi dicit Iurisconsul. perterritus,in l.fin.§.1.ff.quod met.caus. Perfluxit,l.qui fundum.ff.quemadmod.seruitut. amittant. ibi, Quare fortius & si aqua per riuum suum sponte perfluxit. Perraro, l. 3. in princip.ff.de minor.ibi,ipsi autem principes perraro minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt.

Per se agere. ¶ Per se agere significat , vt non possit per alium exerceri. l. 2. ff. quemadmod. seruitu. amittant.ibi,nam ire quoque per se eum posse qui actum haberet : nisi diceretur per se,vel per alios,vt in l.2.ff.de petitio.heredita.videte quæ scripsi q. 10. in tract.nominatio. Et contrarium est per procuratorem agere,l.1.ff.de procurator.

Per procuratorem agere.

Per te factum. ¶ Per te factum erit , quasi dicat non per alium , l. quod te. ff. si certum peta. id est tuo facto res mihi non est tradita. Et quod per te non stat, tibi non est imputandum. l. si cum fundum.ff.de pact.& l.in iure.tit. proximo. Et per emptorem steterit, l.ea quæ.ff.de precar. Vel per te , id est tua causa, vel tuo nomine.l.peruenisse ad te recte dicitur, quod per te ad alium peruenit.infra cod. vnde inferunt Doct. ad saluandos testes qui deposuerunt talem contractum fuisse factum per talem partem , cum esset initus per proxenetam , vt intelligi debeat per eum,id est eius nomine,vel ministerio eius.Do.Geminia.per illum tex.in cap.1. de testib.lib.6. & Cepol. hic.

Per manus tradere. ¶ Per manus tradi quando dicatur,elucidaui in l.mulieris.§.res abesse.supra eod.

Per iudicem cauere. Per iudicem petere. Per iudicem recuperare. ¶ Per iudicem cauendum,id est sententia iudicis,auctore iudice,mediante iudice,apud iudicē, vel à iudice.l.si cum exceptione.§.quatenus ff.quod met.caus. Per iudicem petitum,l.vinum.si certum peta.licet Doct.aliter ibi exponant. Per iudicem recuperare,l.cum multi.si pars heredita.peta. Per iudicem transferre,l.fin.de rei vindica. Per iudicem absolutus,l.si quis adfirmauerit.in fin.ff.de dolo.

Per magistratus factum. ¶ Per magistratus factum ita accipiendum est,si ius non dixit : & alia docet tex.in l. Sed & si per prætorem.§.ait prætor.ff.ex quib caus.maior.

Per dementiam. Per locationē. Per vinum aut lasciuiā lapsus. Per causam tigni possidere. ¶ Per dementiam contradicere non potest,l.2.in fin.ff.soluto matrimo.id est ratione,vel occasione dementiæ. Per locationem retineo possessionem. l. si pignus. ff. de pignoratit. actio.l.si per imprudentiam iudicis,aut errorem,emptor rei victus est.de euictio.l.si quis id quod.& l.si per errorem.de iurisdictio.omnium iudic. Per vinum,aut lasciuiam lapsus.l. omne delictum.§.per vinum.ff. de re militar. Per causam tigni possideo, l.seruitutes. de seruitutib. vrbanor. prædior. Per alluuionem videtur adiici, declarat Iurisconsul. in l. adeo.§.1.ff.de acquir.rerum domi. & Imperator in §.præterea. Insti. de rerum diuisio. Nec per liberos suos rem suam maturius à curatoribus minores recipiant.l.2.ff.de minor. Adire iudicem per procuratorem.l.Papinia.ibidem.

Per alluuionē adiici. Per liberos suos recipere.

¶ Aliæ sunt infinitæ phrases huiusmodi in toto iure, quas breuitatis gratia prætermitto.

VLPIANVS LIB. XXV. AD SABINVM.

LEX CLXVII.

Carbonum appellatione ait Ofilius materiam non contineri. sed an lignorum? Et fortassis quis dicet,nec lignorum.non enim lignorum gratia habuit. sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant,vtrum ligno an carboni, an suo generi annumerabimus? Et magis est vt proprium genus habeatur.

Carbones quid proprie. ¶ Carbonum appellatione non continetur materia, id est lignum ex quo fiunt carbones, nec lignorum nomine carbones continentur. Carbones enim non habentur gratia lignorum. itaque titiones, & alia ligna cocta , ne fumum faciant, appellatione carbonum veniunt,& genus habent proprium. facit l. 4.§.penul. ibi,aut carbo portetur.ff.de seruitu. vnde qui donat carbones aut vendit, non intelligit de lignis , etsi ex lignis carbones fiant: quemadmodum ex chartis libri , tamen legando libros vel donando,non videtur donare papyrum albam,ex qua libri fiunt,per istum tex.& l.librorũ.ff.de lega.3.& tex.in l.fi.ibi,qui

arborem

arborem cædunt,ac torrent.ff.de iure immunita.

¶ Hæc lex ad verbum est descripta in l.ligni.cũ l.seq.ff.de lega. 3. Græci carbonem ἀνθρακα vocãt,à verbo ἀνθρακίζω,id est exuro,siue asso,& ἀνθρακεὺς carbonarius, ἀνθρακιὰ pruna, ἀνθρακίας ater vt carbonarius,titionarij faciem habens.ita Bud.in comment.linguę Greccę.Lignorum autem species sunt ergasima ligna quibus vtuntur materiarij in operibus, & causima quæ igni sunt destinata,inter quę cocta ne fumum reddant annumerarem,quę alias acapna dici possunt,habentur & ligna erepsima tectis cõcinna, vt docet Cęlius lib.lectio. antiq.13,c.18.

Ligna ergasima & causima. Acapna ligna. Erepsima ligna Materia.

¶ Materia vulgo dicitur, quę ad edificandum,fulciendumque necessaria est:vnde Iurisconsul.ait,conductor ex fundo fiscali nil transferre potest, nec cy presi vendere materiam vel oliuę,non subst itutis aliis.l.in fraudem.§.conductor. ff.de iure fisci, l. tigni.supra eod. ac l.seq. cum l. vrbana.eod. Lignum autem vocatur quicquid comburendi gratia paratum est:Iurisconsul.definit in d. l.ligni. de lega. 3. Alia multa de materia & forma scribit Albert. Brunus in tract.de forma & solemnita.actus,rub.de general.cognitio.formę.fol.10.Dicitúr que materia quasi mater rei:vnde quicquid gignit seu generat potest materia dici,teste Bal. in l.ius ciuile.col.1.in fi.de iustit.& iure.

¶ Ex prædictis iuncta l.ligni.ne per incerta vagemur,totam hanc materiam aliquot conclusionibus resoluerem,quarum prima hæc erit:si quis donauerit mihi ligna,aut vendiderit,illa quę comburendi causa parata sunt venient,per d.l.ligni.& hic.Ex meis autem lignis nequaquam poterit facere carbonariam ad carbones efficiendos. nec enim ei dedi carbones genus habentes proprium,sed comburere ligna ad suum vsum permisi.

Venditis lignis quid veniat.

¶ Secunda conclusio,si ligna quę in nemore erant,legata sint,aut vendita, si iam succisa erant, illa tantum venient quę gratia comburendi scissa erant. Arbores verò materię causa succisę non debebuntur, quę forte ędificiorum, vel alterius operis gratia fuerant euulsę, per d.legem,ligni.Et sic consuluit Barba.consil.trigesimosexto.Sapienter.in secundo vol. de commendatario qui locauit omnes fructus nemorum, vt secundum eum non videatur locasse nemus ad opera, videlicet quia solitus erat ipse locator incidere. quæ quidem fuit opinio Mucij in d. l.ligni. de lega.tertio, postea tamen ibidem improbata ab Vlpiano, dicente omnia ligna venire nisi voluntas refragetur:siquidem indefinita ęquipollet vniuersali.l.si pluribus.ff.de lega.secundo,cap.vt circa. de electio. lib. sexto.Sed excusandus forte Barba. quod ecclesię fauore tale protulerit consilium. At in hoc Regno Franciæ distinguendum est secundum constitutiones Regias, vt si ligna scissa non sint, illa seruentur quæ sunt ibi statuta:si vero scissa fuerint,omnia ligna debeantur.

Lignis legatis quæ in nemore erant,quid veniat.

¶ Tertia igitur conclusio erit,præcedenti quodãmodo contraria,Ligni nomine omnia comprehendi quę alio nomine non appellantur,d.lege.ligni.ibi,Offilius,&c.veluti virgæ, carbones,nuclei oliuarum,quibus ad nullam aliam rem,nisi ad comburendum vti possit: & quamuis proprio nomine vocentur carbones & virgæ, tamen veniunt ligni nomine. nam ad comburendum,& ad nullam aliam rem destinata sunt,si verò ad aliud quis vti possit quàm ad comburendum,ligni nomine non venient,vt pali,& pedamenta.patet in lege, seq. & l. pali. de lega.3. Et sic si pali præ vetustate seruire non possent, nisi ad comburendum,ligni nomine venirent.

Ligni nomine continentur virgæ, carbones,nuclei olia. &c.

¶ Quarta conclusio, ligno ex nemore tali legato veniunt arbores nondum consciſæ, destinatæ tamen ad lignum faciendum : ideoque fructiferæ non deberentur. At si omnes essent fructiferæ, forte glandiferæ, tunc deiectæ arbores,id est in terram vi forte ventorum demissæ,debebuntur:de quibus deiectis arboribus loquitur d.l.ligni.& l. arboribus, ff. de vsufruc. scripsi in l.sylua.§.stipula.supra eod.

Ligno ex nemore aliquo legato,quid veniat

¶ Quinta conclusio,lignorum appellatione ea continentur, quæ consuetudo regionis pro ligno habet: nimirum si arundines, & herbulæ quædam ligni appellatione veniant, vt in Aegypto ex consuetudine,d.l.ligni.versic.lignorum:edituſq; boum,ab edendo,id est emittendo : sicut edere puerum & librum dicimus, vt scripsi in lege, boues. §. inter.supra eodem : sic quoque sarmenta,id est ligna de vitibus ex consuetudine venient appellatione lignorum,Bar.in d.lege,ligni.licet tex.ibi,de iure dicat non venire sarmenta, nisi adsit voluntas,quæ probetur ex consuetudine. Quemadmodum nuclei oliuarum vbi ad nullum alium vsum destinantur,quàm ad comburendum:alias contra , vt inferius dicetur.

Ligni appellatione id continetur quod consuetudo regionis pro ligno habet. Editus boum.

¶ Sexta conclusio,voluntas disponentis in hoc maxime attendenda est, eáque veniunt appellatione ligni,quæ paterfamil.pro ligno habebat,& vtebatur,d. l. ligni. Et ideo si quis legauerit ligna ad comburendum in suo memore,illa debebuntur quæ lignorum nomine disponens habebat. igitur illa colligi poterunt quæ viuus paterfamil. colligere solebat, & pro lignis vtebatur.

Ligni appellatione id venit quod paterfamil. pro ligno habet.

¶ Septima conclusio,hodie ex communi vsu loquendi Gallico, cum diuersis & distinctis nominibus vtamur,non venient appellatione ligni carbones,nec quidem materia ex qua fiunt carbones:vnde si quis promiserit dare ligna, Gallicè *du bois pour son chaufage*,non tenebitur dare carbones:cum ex vsu communi loquendi nunquam intelligamus, *par bois, charbon.*

Ligni appellatione apud Gallos quid veniat.

quippe non debent actus agentium operari vltra intentionem.l.non omnis.si certum peta. ff. Et per hoc declaratur ordinatio Regis secunda, in titulo *des eaus & forestz*, artic.45.& seq.

¶ Vltima conclusio,habens priuilegium capiendi ligna ex nemore, vel vsum talem habens, non potest alteri concedere,nec vendere ligna:quia vsus personalis est, nec ad alium transferri potest, §.item is. Insti. de vsu & habita. sicut priuilegium personale non egreditur personam,per regulam iuris: nihilominus poterit dominus proprietarius nemoris alteri ligna concedere,prout concludit Cepol.in tract. de seruitutib. rusticor. prædior. rub. de montibus.q.9.dum ligna vtrique sufficiant. Allegat l. 2. §. fin. ff. de seruitutib. rusticor. prædior.& l. Lucio.de aqua quotidia. & æstiua. His consona est ordinatio Regia *des forestz*. ordinatione secunda, articulo octogesimooctauo , dicens quem non posse cedere vsum Regij nemoris, vel transferre ad alios quàm ad heredes, qui non poterunt largius vti,quàm cedens.

Ligna capienda priuilegium habens, alius non potest concedere.

¶ Si tamen heres ipse,vel alius vti non posset,alteri cedere posset, teste Ioan. Fabr. in §. minus.Insti.de vsu & habita.per l. plenum. §. pomis. ff. de vsu & habita. licet contrarium seruari dicat:& Chassa.in consuetud.Burgund.rub.*des forestz*.§.2. tamen sic quoque obseruatione dignum esse putarem, dummodo largius non vtatur cessionarius quàm par sit:nec quidem hoc prohibet ordinatio prædicta. quo etiam casu dominus prohibere potest vsuarium , si ligna non sufficiant , nisi domino tantum:& in dubio præferendus est ipse vsuario.nam charitas bene ordinata,&c.l.præses. C. de seruitutib. & aqua. nec valeret in contrarium consuetudo,teste Chassa. vbi supra, qui allegat Curtium, corrupte tamen, plus dicens , nemoris vsum acquiri per triginta annos. hodie vero tempus requiritur , de cuius initio non sit memoria in contrarium, per ea quæ no.Cepol. in dicta rubr.de montib.quæstio.13.

Nemoris vsus acquiritur per 30. annos.

¶ *Adnumerare* verbum dicite accipi hic pro adscribere,adiungere, ad numerum addere, computare.& idem in l.bonorum.1. ibi , quæ bonis adnumerabitur. supra eod. videte in l. in lege censoria.infra eod.

Adnumerare pro adscribere.

§. Sulphurata quoque de ligno æque eandem habebunt definitionem. Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa:nisi hæc fuerit voluntas.

¶ Sulphurata eandem habent definitionem , id est decisionem , quam carbones. sicut enim carbones ligni nomine non veniunt,ita nec sulphurata.

¶ Et sic definire est decidere,quasi finem dare. inde vulgo dicimus *determiner*.

Definire,pro decidere.

¶ Item definire est materiam finitione describere. Definitioque est periculosa & rara quæ non possit subuerti.l. omnis definitio. ff. de regul. iur. nam constare debet genere & differentiis , quæ cum non sine magna difficultate inueniantur, vtimur descriptionibus, teste Rodolpho Agricol.in suo lib. de inuentio. dialectic.alia scribam in l.pupillus.§.territorium.infra eod.

Definitio periculosa.

¶ Sulphurata sunt ligna tenuissima , sulphure ab vtraque parte intincta , ad incendendum ligna accommoda,vel lucernas : ea Gallicè vocamus *allumettes* : quæ cum proprium nomen habeant,& propriam definitionem,appellatione ligni non comprehenduntur.Et hic cum dicat sulphurata ligna non contineri lignorum appellatione, multo minus si fuerit papyrus sulphurata,vel alia materia.vnde si quis donet ligna alicui in hyeme,non tenetur dare sulphurata,quæ in ligno non comprehenduntur.

Sulphurata quid.

¶ Inde sulphuraria dicitur locus,in quo inuenitur sulphur,seu vena sulphuris,l.si quis vxori.§.si sulphurariæ.ff.de furt.& alibi dicit Iurisconsul.in calcariam quoque,vel sulphurariam damnari solent delinquentes.l.aut damnum.§.solent ff.de pœnis. vbi glo. exponit calcariam,id est opus calcandi terram,quod est ridiculum. Quamobrem dicite calcariam esse fornacem in qua decoquitur calx , & calcatorium etiam vocatur : & calcarius,qui calcem coquit:& calcata ædificia,id est calce polita, de qua inferius scribo.

Sulphuraria. Calcaria. Calcatorium. Calcarius. Calcata ædificia.

¶ *Ad faces quoque parata non erunt lignorum appellatione comprehensa.* Ex hoc patet ligna ad faces parata lignorum appellatione non contineri : vnde qui legauerit ligna Titio , non continebuntur ligna ad faces,id est baculi illi qui facibus adhibentur , ad sustinendam ceram,aliàs nimis mollem & reflexilem, Gallicè vocamus *flambeaux* , *ou torches* : quippe aliud nomen sortiuntur hi baculi,ad aliámque rem vtimur quàm ad comburendum, nil mirum si ligni nomine non veniant, d. l. ligni.de lega.3. intelligamus in his regionibus in quibus huiusmodi lignum adhibetur:aliàs enim fax est tota cerea, vt Cathurci, vbi non procederet hæc decisio:vel nisi voluntas disponentis hæc fuerit,vt sequitur.

¶ *Nisi hæc fuerit voluntas*, contraria scilicet: vt si quis donaret Titio ligna ex nemore suo ad omnem & qualemcumque vsum:tunc enim attenta voluntate venient & ligna ad faces,

Voluntas testatoris , si de ea constet,semper attendenda.

necnon ad carbones parata. siquidem voluntas prius inspicienda est, l. in conditionibus. ff. de conditio. & demonstratio. alias nisi de ea constet, non est recedendum à verbis, l. non aliter. ff. de lega. 3.

§. Idem etiam de nucleis oliuarum, sed & de balanis est, vel si qui alij nuclei sunt. De pinu autem integri strobili ligni appellatione continebuntur.

¶ Ligni appellatione non continentur oliuarum nuclei: nec enim tantum parantur causa comburendi, sed custodiuntur, vt in patria Occitana porcis ad comedendum, licet optime ardeant. Qui ergo donat vel legat ligna, nucleos istos legare non videtur, nec donare: secus in aliis nucleis ad comburendum tantum destinatis, sumendo argumentum à contrario huius tex. quod argumentum est in iure validum, l. 1. ff. de offic. eius. c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla.

Balani, seu dactyli.

¶ *Sed & de balanis.* Græcè βάλανος genus glandis est, proprie significans fructus ex palma, quos dactylos vocamus, fructus suauissimi gustus. tales igitur nuclei appellatione lignorum non veniunt, vt hic. Alibi Iurisconsultus hos dactylos, & palmarum fructus, caricas vocat, seu cariotas, licet in aliquibus differant, & inter dulcia computat Iurisconsult. in lege fin. ff. de tritico, vino & oleo legat. palmámque ibi pro fructu accipit, licet frequentius pro arbore accipiatur. Cuius quadraginta nouem esse genera asserit Plinius lib. 13. cap. 4. ciúsque naturæ esse, firmat vt ponderi non cedat, sed renitatur: quamobrem datur in signum victoriæ.

Palma pro fructu palmæ.
Palmæ quot genera.
Palmariũ pro victoria.
Fructus palmæ vassalli recognitio annua erga dominũ.
Calendæ Ianuariæ, magistratus ineũdi dies.

¶ Et palmarium pro victoria capit Iurisconsul. in lege prima. §. si cui. de variis & extraordinar. cognitio. ff. ibi, & si nomine palmarij cautum sit, sic tamen vt computetur id quod datum est, cum eo quod debetur. Imo cliens, quem vassallum vocamus, fructum palmæ patrono suo offerre solebat in recognitionem annuam, quam in ipso anni initio faciebat, id est Calendis Ianuariis, quibus & magistratus inire moris erat, de quo Iurisconsult. in l. Publius. ff. de conditio. & demonstr. & merito hos fructus dulces antiqui reseruabant, vt clientem ad dulcia seruitia, & non ad rebellionem, quæ dura est, incitarent.

Balanus pro herba vnguentaria.

¶ Balanus etiam dicitur herba vnguentaria, ex qua exprimitur vnguentum odoriferum quo veteres tingebant capillos, & illam scribit Horatius pro vnguento myrobalano, teste Cattellia. Cotta in secunda parte memor. in verb. balanus: tradidit Plinius in 12. lib. natural. historiæ, cap. 23.

Balanus pro suppositorio.

¶ Balanus etiam vocatur id genus pharmaci, quod alui subducendæ causa clysteris loco subditur: Gallicè vocatur *suppositoire.*

Balani genus castanearum.

¶ Balani quoque genus castanearum excellens, de quibus Plinius lib. 15. c. 23. vel balanitis fœminini generis, ibidem: Gallicè *des marrons* vocari possunt.

Strobilus quid.
Pinearum nucum genera.

¶ Strobilus siue strobulus est nux pinea, cuius etiam interdum nuclei vocantur strobili: hic tamen capitur pro nuce, vt lignorum appellatione contineatur, si nux pinus sit integra, quia belle ardet: & integra dicitur etiam extracto fructu. Nucum autem pinearum quatuor genera scribit Plinius lib. 15. cap. 10. dicam in l. qui fundum. infra eod. Vel strobilus dicitur arbor ex pinastrorum genere, teste Plinio lib. 16. cap. 10. vel est flatus reuolutus ex inferiori loco sursum versus, vt docet Cælius lib. antiquar. lectio. 20. c. 19. vbi etiam sic dicit, strobili quoque sunt limacæ, ac marini ceryces.

PAVLVS LIB. IIII. AD SABINVM.

LEX CLXVIII.

Pali & perticæ in numerum materiæ redigendi sunt: & ideo lignorum appellatione non continentur.

Expositio textus.

¶ Pali & perticæ in numero materiæ sunt: ideoque appellatione ligni vel lignorum non continentur. vnde si quis ligna mihi donauerit ex suo nemore, quibus domi vtar, non potero capere palos vineis affigendos, nec perticas. idem si vendiderit, lege, fundi. in fine. ff. de actio. empti.

¶ Idem quoque si legata sint ligna, vt pali non comprehendantur, l. pali. ff. de lega. 3. quippe sunt aliò destinata quàm ad comburendum, nomenque habent speciale vltra lignum, vt superius l. proxima scripsi.

¶ Quod non procedit cum ego donarem omnia ligna talis nemoris, vt omnium arborum ligna excidere possit. tunc enim iuxta conuentionem posset ligna excidere, siue essent ligna ad palos, siue perticas, aut alia, ratione generalitatis, quæ omnia comprehendit, l. Iulianus. ff. de lega. 3. cui limitationi conformis est phrasis Gallici sermonis, vt si quis apud nostrates

nostrates vendat ligna talis nemoris, Gallicè *le bois de telle forest*, omnes arbores continebuntur quæ sunt in illo nemore, siue ad comburendum, siue ad palos, ad faces, vel ad alia opera sint accommoda. si vero dictum fuisset ligna ad calefaciendum, Gallicè *de bois pour son chaufaige*, non venirent huiusmodi materiæ ad palos vel ad faces, vt proxima lege dictum fuit, quippe non solemus his calefieri.

¶ Indistincte vero tigni appellatione, & pali & perticæ continentur. lege prima. ff. de tigno iniuncto.

Palus quid.
Palare pro sepire.
Palari pro vagari.
Palaris silua.

¶ Dicitur autem palus pali lignum acutum in vno capite, quod solet in terram defigi claudendis vineis, hortis, & aliis terris: hinc palare sepire significat, & quasi palis rem munire. Palari etiam est vagari: vnde palati seu palatæ (quibus vocabulis vtitur sæpius Liuius) dicuntur vagi milites, & dispersi. sed frequentius palare dicitur quasi palis alligare. vitis enim alligari solet palis, ne hic inde vagetur, & dispergatur. vnde quoque palaris silua, ex qua pali capi solent, l. item si fundi. in fin. ff. de vsufruc.

Pertica, quid.

¶ Pertica dicitur baculus oblongus, quo variis in rebus vtimur tam in furno quàm in ducendo nauiculam, aliisque in rebus plurimis: quemadmodum sæpissime videre licet apud Iurisconsul. vt in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commoda. Festus ait perticam etiam esse lignum, quo diuiduntur agri.

Pedamentum.

¶ Pedamentum dicitur sustentaculum vineis, aut arboribus adhibitum, ne flectantur: vnde Iurisconsul. ait, vt pedamenta in vineis non desint, lege, veluti. circa fin. de seruitutibus rusticor. prædior. Adhæc seruitutem imponi posse, vt pedamenta ex vicini prædio sumantur, lege tertia. in princip. ibidem. Et vites illæ iunctæ pedamentis pedatæ vocantur, aut characatæ: nempe χαράκιον Græce, pedamentum seu fulcimen in vineis dicitur.

Pedatæ vineæ.
χαράκιον.

Statumen.
Ridica.

¶ Alias vocatur statumen, ridica, palus, vt per Columel. lib. 4. c. 13. Alexand. lib. 2. genial. cap. 10. de qua ridica loquitur Iurisconsul. in l. is qui in puteum. §. si quis in vineas meas venerit, & inde ridicas abstulerit, hoc interdicto tenebitur. ff. quod vi aut clam. firmat Alcia. in lib. 2. parerg. c. 27.

Nouelletæ vineæ.
Pedamentorum genera.
Pedamentorum materia.

¶ In patria Occitana pedamentis huiusmodi non vtimur, nisi in vineis nouiter plantatis, quas nouelletas dicimus. in Francia verò consuetudinaria passim his vtuntur pedamentis, quæ Gallicè vocant *eschalas*. horum quatuor genera describit Varro lib. 1. de re rustica c. 8. & Columel. lib. 4. c. 12. vnde vero sumenda sint Iurisconsul. docet in l. ex silua. ff. de vsufruc. sic dicens: ex silua cædua pedamenta & ramos, ex arbore vsumfructuarium sumpturum. Ex qua lege videmus depromptam Regiam illam constitutionem volentem pedamenta vinearum esse facienda ex virgultis: per hæc verba, *que les eschalas seront de bois rond, non de quartier*, ne videlicet depopulentur arbores, & nemora consumantur: sed reseruantur magnæ ad maiora opera, vt ad ædificia, aut quid aliud, quemadmodum scripsi in dicta ordinatione.

Pedamenta furripiens qua pœna puniatur.

¶ Surripiens autem hæc pedamenta ex vineis & viridariis, punitur in duplum, ne culturæ vinearum turbentur, l. 1. ff. de tigno iniuncto: quod si fuerit pauper & non soluendo, quia tamen fur est, pro qualitate personæ fustibus cædi solet, per illam regul. qui non habet in ære luat in corpore. l. fin. ff. de in ius vocand.

IDEM LIB. QVINTO AD SABINVM.

LEX CLXIX.

Non tantum in traditionibus, sed etiam in emptionibus, & stipulationibus, & testamentis, adiectio hæc, VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE EST, hoc significat, vt liberum præstetur prædium, non vt etiam seruitutes ei debeantur.

Explicatio textus.

¶ Hæc lex regulam præscribit negatiuam, videlicet, quod hęc verba, *vti optimus fundus maximúsque est*, non significat vt seruitutes debeantur illi, sed vt liber à seruitute ager promissus præstetur. Et hęc clausula adiici potest in traditionibus, venditionibus, stipulationibus, & testamentis, vt dicit iste tex. qui fuit elucidatus in l. qui vti. & in l. si cum fundum, & l. illa verba. supra eod.

¶ Intelligẽdus ergo erit hic tex. siue in traditione rei fuerint hęc verba adiecta, dabis tale prædium vti optimum maximumque est: siue conuentum fuerit in emptione, & in stipulatione rei. cum enim transferatur dominium per traditionem, l. traditionibus. C. de pact. nil mirum si quędam qualitas addi possit nedum cõtractui, sed etiam traditioni rei, vt hic, & in l. & qui duas areas habet, alteram tradendo, seruam alterius efficere potest. ff. de seruitutib. vrbanor. prędior. quod, ne hallucineris, intellige sane quando contractus eo momen

to perficitur,quo traditur res,vt tunc in traditione rei posit adiici qualitas:secus vbi contractu iam perfecto, venditor ex postfacto vellet quidpiam addere. hoc siquidem non erit ei liberum, l.pacta. ff. de contrah. emptio. nisi hoc de nouo fieret per stipulationem, l. si vnus.§.pactus.ff.de pact.

A contractibus ad vltimas voluntates duci potest argumentum.

¶ Ex nostro tex.colligi potest, bonum esse argumentum de contractibus ad vltimas voluntates: & statuta in contractibus, locum habent in vltimis voluntatibus, secundum Bar.in l.pactum.ff.de pact.& l.receptum.communia prædior. maxime cum à iure foret expressum,vt hic.

¶ Quod limitarem non procedere, quando inter contractus & testamenta diuersa esset ratio,vel materia non conueniret,vt plene scribit Ias. in l.quæ de legato.ff.de lega.1.

Liberum prædium.

¶ Liberum autem prædium dicitur non seruum,sed à seruitute exemptum,vt hic: & liberum fundum ait l.si cum fundum.supra eod. Inde liber populus,in l.non dubito.ff.de captiuis.ibi,liber populus est is qui nullius alterius populi potestati subiectus est.

Liber populus.

Libera persona.

Libera persona,l.1.per quas perso.nobis acquirit.l.1. de acquir.possess.

Libera facultas.

Libera facultas, l. item si vnus.§.idem Pompo.ff.de arbitr. ibi, & puto tale non valere in quo libera facultas arbitri sententiæ non est futura.

Libera voluntas.

Libera voluntas,l.atqui.§.si libero.ff.de negot.gest.

Libera administratio.

¶ Libera administratio dicitur cum is potest exercere ea quæ dominus, etiam si specialem mandatum requirant,l.procurator cui generaliter libera administratio rerum concessa est. ff.de procurator.c.qui ad agendum.illo tit.in 6.

Libera potestas.

Libera potestas,l.ante litem contestatam libera potestas est vel mutandi procuratoris, vel ipsi domino iudicium accipiendi. ff. de procurator.

Libera legatio, & affectata.

¶ Libera legatio,l. qui libera. ff. de legatio.est quæ ornamenti tantum causa impetratur. Budæ.ibi,& alibi affectata vocatur:sicut tutela, §. item tria. Institutionib. de excusationib. tutorum.

Liberum solum.

¶ Liberum solum,non impeditum, nec occupatum,l.fi.ff.de seruitutib.ibi, quia cœlum quod supra id solum intercedit,liberum esse debet.

Liberæ ædes.

Liberæ ædes,non seruæ.l.loci corpus. §.competit.ff.si seruit.vindicet.& l.qui vti optimè supra eod.Alias apud rhetores dicuntur liberæ,quibus quis vti potest tanquam suis.

Liber prospectus.

¶ Liberum prospectum declarat Iurisconsul.in l.inter.ff.de seruitutib.vrbanor.prædior.

Liberum tempus.

Liberum tempus ad soluendum, l. quod in diem.ff. de solutio. dicitur quando est in promissoris facultate soluere quando volet.

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium elucidaui in l. illa verba. supra eod.

Liberæ partes.

¶ Liberç partes,non affectæ seruitute,l.certo.§.1.ff.de seruitutib.rusticor.prædior. Liberæ veneunt ædes,id est non seruæ nec aliqua seruitute affectæ,l. si quis ædes. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior. Libera potestas & absoluta dicitur omnimodo voluntaria,l.3. §.1. ff. de arbitr. ibi, quoniam hæc res libera & absoluta & contra necessitatem iurisdictionis posita.

Liberum est mihi.

¶ Liberum est mihi,id est possum,licet,l.paterfamil. §. fi. ibi, liberum non est, &c. ff. de priuileg. creditor.l.si minor 25.annis secum.de minor.l.stipulatio ista.§.inter. & l.quicquid. de verbor.obligatio.l.si is qui.si quis cautio.l.duos reos.de duob.reis.l.2. de solutio.l.liberum. de religios.

Liberalia studia.

¶ Liberalia studia, l.1. ff.de variis & extraordinar.cognitio.dicuntur,quæ Græci ἐλευθέρα μαθήματα appellant.scripsi in proœmio concordator.in verb.disciplinis.

Liberalitas.

¶ Liberalitas, munificentia,l.2.ff.de operib.public. vbi primò dicit liberalitatem,postea munificentiam.& ex sua liberalitate non est quis conueniendus,l.diuus.ff.de regul.iur.

Liberalitas principalis.

Liberalitas principalis, id est principis.l. qui excubias. ibi, nisi hoc ei specialiter liberalitas principalis indulserit.ff.de re militar. vt enim imperialis fortuna omnes supereminet alias, ita oportet & principales liberalitates culmen habere præcipuum,l.cum multa.C.de bonis quç liber.

Precarium liberalitatis genus.

¶ Ita precarium dicitur liberalitatis genus,in l. 1.ff.de precar.

Liberalitas captiosa.

¶ Liberalitas captiosa vocatur quando quis ea deciperetur, vtpote quando transactio extenderetur ad ea de quibus inter partes non est cogitatum: quam liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit,l.cum Aquiliana.ff.de transactio.

Liberale iudicium.

¶ Liberale iudicium,quando agitur de statu hominis,& sic de libertate,l.si quis libertatem.ff.de petitio.hereditа.vbi primo dicit iudicium de libertate,postea iudicia liberalia.l.3. de feriis,l.1.§.si aduersus.de vi & vi arma.& in titul.de liber.caus.

VLPIANVS LIB. XXX. AD SABINVM.

LEX CLXX.

Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis

verbis non sint expressi.

Heredis appellatione quid cõtineatur.

¶ Omnis successor venit heredis appellatione, licet alias verbis propriis non fuerit expressus.vnde si quis grauet heredes suos dare centum, omnis successor censetur grauatus,seu de iure prætorio succedat, siue de iure ciuili,per glo. hic, & in lege, hereditatis. supra eodem.heredis quippe tanquam domini generale nomen est.lege, item Mela. §. legis. ff.ad legem Aquil.§.fina.Insti. de hered.qualita. Et cum plures sint heredum species, omnes etiam proprie sub suo genere comprehenduntur. l. item legato. §. item interest. ff. de lega.3.Bal.in l.1.C.de iure aureor. anul. & Decius consil. 294. in testamento. col. 1. heredes quoque extranei in infinitum continentur.l.si pactum ff.de probatio.l.viam. C. loca. lege fin. de heredib. instituend. sic consuluit Bal. consil. 114. quædam moniales. in primo vol. etiam proprie tanquam species sub suo genere, licet contrarium teneat Decius in regul. qui per successionem.ff.de regul. iuris,post glo.hic. Et quia hic tex.vtitur verb. significari, quod proprietatem denotat, vt scripsi in lege prima, in fine. supra eodem. ita quoque de ceteris successoribus intellige,per l.quæsitum.§.1.ibi,ergo & à ceteris successoribus habere quis dicitur.ff. de precar.

Heredis appellatione an cõtineatur fideicommissarius.

¶ Heredis tamen appellatione proprie non venit fideicommissarius, l. si filiusfamilias. §.fin.ibi,effectu enim quodammodo heres est, ff.quod cum eo. l. 1. §. quamquam. & §. de illo.& l.postulante.§.penul.ibi,heredis loco.ff.ad Trebellia. §. restituta. Insti.de fideicommissar.hereditа. docet Barba.in repet.l.cum acutissimi.col.56.C.de fideicommiss.& §.inordinatum.ibi,ad similitudinem heredis.in authen.de trien.& semisse,colla.1.l.item veniunt. §.fin.ff.de petitio.hereditа.

¶ Intelligatis,nisi materia conueniat fideicommissario, & sit eadem ratio in eo, quæ in herede.tunc enim etiam in herede statutum,haberet locum in fideicommissario.vnde sicut heres non conficiens inuentarium,tenetur vltra vires hereditarias, l. scimus C.de iure deliber.ita & fideicommissarius,qui effectu heres est,d. l. si filiusfamil. §. fina. Bar. in lege, in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem Falcid. & pactum heredi factum, ei quoque proderit cui restituta est hereditas.l.sicut §.1.ff.quib.mod.pignus vel hypoth.soluit. Et consuetudo generalis Franciæ volens defuncti possessionem continuari in heredem sine apprehensione,habet quoque locum in fideicommissario, ex sententia Bened.in cap. Raynutius.in verb.mortuo,secundo. numero 72. de testam. allegantis arestum, quod ante eum Berber. scripserat in 4.parte sui viatorij iuris, quicquid dixerit Alexand. consil. 51. perspectis. vol. sexto,& Bertrand.consil.21.in primo vol. secundum nouam impressionem. abunde scripsi ego in tract.de mater.possessor.artic.9.in tertio tomo commentar. ad constitutio. Reg. Gallic.

Arestum.

Heres quomodo dicatur fiscus.

¶ Ita etiam fiscus si ex successorio edicto veniat, heres dicetur: at loco tantùm heredis habebitur,si per confiscationem bonorum viuentis,Bal.in l.penul.§.fin.numero 4. C. ad Trebellia.tex.in l.habere licere.ff.de euictio.glo.& ibi Alexand.in l.ex facto.§. fin.col.penul.ff.ad Trebellia.Qui fiscus succedens tenetur legata soluere, l. si seruus. §. si quis ante. vbi Ias.de lega.1. l. cum fisco.de senatusconsul. Silan. l.etiam.C.ad legem Falcid.Tenetur quoque ad fideicommissum vniuersale.l.recusare. §. sed si fisco.ff.ad Trebellia. l. Papinianus. §. meminisse. de inofficios. testam. Adhæc cum onere seruitutum confiscantur res, quippe non nisi cum sua conditione & causa res publicantur, l. viam constitui. §. si fundo. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. quamobrem si quis ab huiusmodi oneribus velit quempiam heredum eximere, eum nominatim exprimat oportet. lege, si plures.de lega. tertio.

Fiscus quomodo teneatur æs alienum soluere bonorũ,quæ ad eum deferuntur.

¶ Adhæc fiscus tenetur æs alienum soluere,l.vna.C.pœnis fiscal.creditores præs.lib.10. quod non procedere censerem, dum illa bona tanquam vacantia caperet. tunc enim ad onera legatorum vel fideicommis.non teneretur,nec quidem ad libertates,l.quod diuo.ff. de manumiss.testa.l.4.§.cadẽ.de fideicommissa.libertatib.Et ista sententia communiter recepta est,teste Alexand.in l.recusare.§.sed si fisco.ff. ad Trebel. quod extendunt nonnulli ad eum casum quo Rex in hoc Regno iure albinagij,vt Regales vocant,quandam hereditatem sibi applicaret, vt quoq; nil tunc soluere teneatur. Cuius contrarium probatur per tex.in l.quidam testamento.§.quotiens.ff.de leg.1.qui tex. procederet nisi bona soluendo non essent, vt dicit Bened.de Plumbino intelligendum illum tex.in d.l.quod diuo.facit l. vna.in fin.C.de caduc.tollend.ibi,scientes etiam fiscum nostrum vltimum ad caducorum vindicationem vocari:tamen illi nec pepercimus,nec augustum priuilegium exercemus: sed quod communiter omnibus prodest, hoc priuatæ nostræ vtilitati præferendum esse censemus,nostrum esse proprium subiectorum commodum imperialiter existimantes.

Bonis albinagij iure vindicatis an teneatur Rex soluere æs alienum.

¶ Secundò ampliant alij fiscum non teneri ad onera,quando bona confiscantur ex delicto testatoris:secus esse censentes cum ex delicto heredis,l.cum filius.§.fin.ff.de lega.2.de Ripa in l. ex facto. §. ex facto.in 4. no. ff. ad Trebellia. Sed contra hanc opinionem quod

imò,etiam si ex delicto testatoris procedat delictum, nihilominus teneatur fiscus, facit lex secunda.ff.ad legem Iul.de vi public.iuncta ratione d.legis vnic.in fin.C.de caduc.tollend. & legis,non puto.de iure fisci. nec enim in d. §.quoties. apparet vlla talis distinctio culpæ. imò in lege,dicitur,de iure fisci,sic scribitur: nullam habet rationem quin fiscus teneatur, cum ex quibuslibet aliis causis fisco vindicatis hereditatibus libertates & legata maneant, facit l.in facto,in fin.ff.de conditio.& demonstratio. ibi,fiscus sicut iisdem conditionibus parere debet,quibus persona,à qua id ipsum quod relictum est peruenit:sic etiam cum suo onere hoc ipsum vindicat.probat §.si verò nulla,& §.seq. in authen. de heredib. & Falcid. colla. 1. vbi cum onere hereditas applicatur substitutis & aliis,qui si nolint, ad fiscum deuoluitur hereditas, secundum datam obseruationem, complentes vbique deficientium legitimas successiones.Ergo & fiscus si in bonis vacantibus succedat,cum onere succedet. adde l.cum fisco.ff.de senatusconsul.Sillan.l.item.§.ait senatus.de petitio.hereditа. Quippe non possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt.id enim bonorum cuiusque esse intelligitur, quod ære alieno supereſt, l. non possunt. ff. de iure fisci,quicquid adulatores quidam nitantur in contrarium.

Fiscus non confecto inuentario nō tenetur vltra vires hereditatis.

¶ Tertiò fiscus licet non confecerit inuentarium, non tenetur vltra vires hereditarias, teste Bar.in l.1.§.an bona.ff.de iure fisci,Bal.& Ias.in l.fin.in princip. col. 2. C. de iure deliber.vbi idem in ecclesia asserit: quandoquidem non conuenitur tanquam heres, sed tanquam possessor. ergo non debet teneri nisi quatenus possidet, teste Ancha. consil. 294. ex prædictis,col.vlt.& consil.322.visa.

Fiscus quomodo teneatur, cum ex institutione heres fit.

¶ E contrario si fiscus non ex confiscatione veniret,vel ad bona vacantia,sed ex institutione,& tanquam heres,teneretur insolidum vt heres,& ex quasi contractu,sicut alius.§.fi. ibi,in omni persona.in authen.de heredib.& Falcid.colla.1. nisi restitueretur,quemadmodum facillime restituitur.

Fiscus quando improprie heres.

¶ At quando fiscus venit in defectum omnium, improprie dicitur heres: quippe tunc bona capit non tanquam heres, sed loco heredis ad bona vacantia recipitur. l. vacantia.& per totum. C. de bonis vacant.Paul. & de Ripa in d.l.ex facto.§.fin.ff.ad Trebellia.nec refragatur lex prima. C. vnde vir & vxor. nam ibi fiscus non vocatur per aliquod edictum, nec est in iure edictum,vnde fiscus,sicut vnde liberi,sed cum incerta bona ad eum spectent, deficientibus consanguineis & vxore, ne bona iuut vacantia, admittitur fiscus, vt alibi diximus de oberrantibus.

Heres etiam dicitur substitutus.

¶ Stet ergo regula firma nostri text. heredis scilicet appellatione omnes significati successores: quæ procedet etiam in substitutionibus: vt si testator dixerit, instituo heredem meum Titium,& quando ipse decesserit, volo bona mea venire ad heredes Ioannis:tunc venient omnes heredes in infinitum.l.paterfamilias. ff. de vulgar. l. si quis filium. §. fin. ff. de acquir.hereditа.l. qui per successionem.de regul. iur. sic consuluit Alexand. consil. 49. viso themate.in 6.vol.heres enim heredis,testatoris est heres,l.fin.C.de heredib. insti. Roma,singul.683.heres heredis.

Successoris appellatione omnis successor includitur.

Succedere in locum.

¶ Amplia etiam in successore,vt successoris appellatione generaliter omnis successor includatur: de vniuersali successore probatur in lege, quædam.§.nihil. ff. de edendo. quod etiam singularis successor, qui scilicet vnam rem habet, veniat appellatione successoris, tex.in l. fluminum.§.adiicitur.ff.de damno infecto,l.1.§.illud.ibi,in locum successisse accipimus,siue per vniuersitatem,siue in rem sit successum.ff. quorum legator. l. fin. de exceptio.rei iudica. Guido Pape decis.458. in dispositione. intelligatis dum materia eis conueniat,nec aliud suadeat contraria ratio. Alias contra,vt docet Felin.in c. quia V. col. penul. de iudic.Alexand.& Ias.in d.l.quidam.§.nihil.vnde consuluit idem Ias. consil. 89. in præsenti.vol.3.Quod immunitas concessa alicui & suis heredibus, non extenditur ad singularem successorem.

¶ Et vltra id dicerem præfatam regulam non procedere, quando fit mentio de herede testatoris disponentis: vt tunc solum veniat primus heres, l. qui liberis. §.hæc verba. ff. de vulgar,tex,in l.sciendum.vbi scripsi,supra eod.

Heredis nomē ad alios heredes non extenditur,si natura rei repugnat.

¶ Secundò cum natura rei repugnat, vtputa quia de re non transitoria ad heredes loquimur:veluti in vsufructu legato Titio & heredi:quo casu de primo tantum intelligetur, per l.antiquitas. C.de vsufruc.ita consuluit Soci.consi.57.in causa.col.3.in 3.vol.& Alexand. consil.49.viso.col.2.in 6.vol.post Bar. & alios in l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posth. & Bal,in l.liberti.C. de oper.libertor.Alioqui resultaret absurditas, quod proprietas inutilis remaneret penes proprietarium:de quibus scripsi in l.sciendum. supra eod.Sic quoque ad feudum concessum alicui & heredibus,non veniet nisi primus heres masculus,c. 1.de successio.feud. Ex consuetudine tamen Regni Franciæ, dum alias non sit limitata concessio, feudum transit ad quoscumque. nam instar bonorum patrimonialium feuda sunt redacta,vt scripsi in arbore feudorum post Ioan.Fabr.in l.1.C. de summa Trinita.

Feuda in Gallia ad instar sunt bonorum patrim.

Heredis nomen

¶ Tertiò non procedit ratione impossibilitatis:vt si actus de herede viuentis loqueretur, tunc

tunc cum sit impossibile viuentem,heredem habere.l.1.ff.de heredita.vend.l.qui superstitis. de acquir.hereditа.vt valeat potius quàm pereat huiusmodi dispositio, intelligetur de descendentibus,primum gradum tenentibus.l.si quis Titio.cum l.seq.secundum vnum intelectum.ff.de vsufruc.accrescend.ita consuluit Soci.consil.57.in causa.col.2. vol. 3.

alios heredes non comprehendit ratione impossibilitatis.

¶ Quartò idem cum dispositio repugnaret, aliasque inutilis esset: vt si quis substituat filio si sine herede decesserit, intelligitur de liberis. tex. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebellia. Alex.d.consil.49.col.3.vol.6.Guido Pape in decis.Delphi.q.591.verbum,heres.imò tali stante dispositione,si filius meus decedat absque herede legitimo, substituo talem: tunc substitutus excludit patrem instituti pueri,teste Guido.Pape in decis.suis.q.457.mater filium.

Heredis nomen ad liberos relatum.

¶ Quintò si dicatur,volo quod hoc palatium,aut quæpiam huiusmodi res veniat de herede meo in heredem, intelligentur hæc verba de liberis testatoris, de vno scilicet filio in alium, vt consuluit Soci. consil. 57. in causa. col. 2. & seq. in 3. vol. & non generaliter de quibuscunque successoribus. Quemadmodum etiam prohibitio alienationis facta suis heredibus, intelligitur facta filiis tantum, & non nepotibus,ratione odij. §. nos igitur. in authen.de restitutio.fideicom.colla.9.

Heredes mei qui.

¶ Sextò, quando testator grauaret suos heredes, ita dicendo, Grauo meos heredes ad tale quid præstandum,primi solum heredes continebuntur.nam hoc pronomem meorum & suorum ad priores tantum institutos pertinet. l. si ita. ff. de auro & arg. lega. sic expresse docet Alberic.in rub.ff.de vulgari.col.65.versic. quæritur an debeant. facit §.1. Insti.de pupill.substitu.

Heredis nomine singularis successor non venit.

¶ Septimò,non venit singularis successor,veluti legatarius.Bal.in l.si adducta.col.1.C.de furt. & superius dixi.

Heredis masculi nomen si exprimatur, fœminas excludit.

¶ Octauò, non venirent appellatione heredis quicunque successores, si de contraria mente appareret: verbi gratia dictum fuit, Volo,bona mea venire ad heredes meos masculos,tunc quia limitatum fuit, non venient fœminæ nec extranei, licet masculi. Ioan. Auer. in additio. ad Specula. titul. de testam.in rub.circa fin. Refert Claud. Aquen.in §.forsitan. l.Gallus.col.3.ff.de liber.& posthum.Alia multa dixi in l. heredis.1.supra eod. quæ ne repetam,illic videre poteris.

Expressum duobus modis dicitur.

¶ Postremò dicitur in tex. *Et si verbis non sunt expressi.* Vbi sciendum est expressum duobus modis dici,verbis,vt hic: quod tribus modis subdistinguitur. Aut enim verbis expressum est in genere, vel specie,vel indiuiduo, vt docet Bar.in l. 1.in 2.q.principal. nu.7. Alias dicitur exprimi voluntas facto vel factis,l.de quibus. ff.de legib. c. dilecti. de appellatio.Et quando expressum faciat cessare tacitum,docet l.cū filio.§.filio.ff.de vulgari. Et an tacitum plus prosit expresso,vel contra,multa congerit Ias.& alij in l.cum quid.ff.de reb.credit.Ias. in l.prætor.de noui oper.nuntia.& Dec.in l.expressa.de regul.iur.Quantumque prosit hæc clausi.pro expressis haben.scripsi abunde in concorda.Franciæ.in forma manda.ac in praxi beneficial.in form. signat. Alia hic non exprimam, vt ad alia perueniam.

Expressum quādo faciat cessare tacitum.

POMPONIVS. LIB. XVI.

LEX CLXXI.

Peruenisse ad te rectè dicitur, quod per te ad alium peruenerit: vt in hereditate à liberto per patronum filiumfamil.patri eius adoptiuo acquisita responsum est.

Explicatio textus.

¶ Peruenisse ad me dicitur,quod per me alteri est acquisitum:vnde ad filiumfamil.censetur hereditas peruenisse,quæ patri adoptiuo fuit acquisita:veluti ad libertum quoque peruenisse eodem casu dicitur in l.cepisse.vbi scripsi,supra eod.idem est in verb.cepisse.

Hereditas filij adoptiui,soluta adoptione redditur.

¶ Vtilitas & effectus huius legis est, vt soluta adoptione paterfamil. illam hereditatem filio adoptiuo restituere teneatur, iuxta l.non enim. & l. Si arrogator.ff. de adoptio. quem putatem verum esse legis sensum, quicquid hic dicat glo. Alias qua de causa loqueretur hic tex. potius de patre adoptiuo quàm de alio? quippe naturalis pater non restituit acquisita per filium, l.placet.ff.de acquir.hereditа. vbi iurium interpretes.

Precium ex re debitum, quod peruenit, quomodo restituatur.

¶ Ita maritus soluto matrimonio debet vxori restituere quod ad eum peruenerit per vxoris seruum aut libertum,l.si verò. ff. soluto matrimo.

Quod ex iniquitate defuncti ad heredem peruenit, restitui debet.

¶ Adhæc precium ex re debitum peruenisse dicitur ad hoc, vt restituere teneatur. l. si possessor. §. ait Senatus. ff. de petitio. hereditа. sed fructus ex re perceptos restituere quis non tenetur, l.quod his.ff.de lega.3,intellige tamen vt in l.fructus.ff. de rei vindica. & in c. grauis. de restitu.spoliat.

¶ Heres quoque restituere tenetur quod ad eum ex iniquitate defuncti peruenerit, l. 3. in fin.& l. si plures.ff.de vi & vi arma.l.quod diximus.in fin.cum l.seq.quod met.caus.c. fi. de sepultur.l.1.in fi.depositi.Et peruenisse quando dicatur,docet Vlpia.in l.2.§.peruenisse.

ff.de heredita.vel actio. vend.

Peruenire quot modis dicatur.

¶ Commune autem verbum est hoc verbum peruenire, quod duobus modis capitur, directè & obliquè.in directa significatione accipitur in l.2.§.peruenisse.ff.de heredit.vend. l.heredes mei.ad Trebellia. In obliqua,l.fideicommissa.§.hæc verba.ff.de legat.3.& d. l. heredes mei.§.cum ita.& ita docet Bar.& alij in l.Centurio.in fin.ff.de vulgari. Ioan. de Ana. consil.46.Circa.& ibi in additio.& Alexand. consil. 43. Ex narratis. in 5.vol. nisi addatur verbum Eo ipso peruenia:tunc erit directum,teste Bal.in l.fin.col.vlt.C.de sacrosanct.eccles.plene de Ripa & alij recentiores in d.l.Centurio.

¶ Amplius de verb.peruenit habes in l.sæpe. in fin.l.aliud.§.1.l. nomen.in fin.ac l.pecuniæ.2.§.munus.l.littus.& l.seq.hoc titul.Et si dicatur,quando peruenerit ad vigesimum annum,an requiratur completus,vel cœptus,videte in l. non putabam.ff.de conditio. & demonstratio. & quæ scribat ibi Soci.

Adoptiuus pater.

¶ *Patri adoptiuo.* Pater autem adoptiuus dicitur qui legitime quemdam in filium suum accepit,siue adoptauerit,siue arrogauerit, l. adoptio dicitur. & pater adoptiuus. l. 1.& 2.& l.si paterfamil.ff. de adoptio. qui filius habet iura descripta in suo instrumento adoptionis vel arrogationis,& alia iura ciuilia,quæ ius ei præbet ratione filiationis,vt in l.si arrogator. & per totum.ff.de adoptio.& Insti.illo titul.& C.

De eo qui susceptus est pro filio.

¶ Idem in eo dicemus qui promisit aliquem obseruare & tractare vt filium, vt etiam is succedere promissori ex testamento possit,& alia iura filiationis huic conuenientia habere,l.quidam cum filium.ff.de verbor.obliga.vbi Bar.& plene Doct.tractant,Alexand. consil.141.viso instrumento.in 6.vol.& Ias.consil.141.circa primum.col.3.nu.5.in 4.vol.

Adoptiuus ex causa ingratitudinis exheredatur.

¶ Veruntamen posset hic filius adoptiuus,quemadmodum alius naturalis & legitimus ex causa ingratitudinis exheredari, argumento à minori ad maius, cum minus iuris habeat adoptiuus quàm naturalis.§.aliud quoque. & 5. causas. in authen.vt cum de appella. cognos.colla.8.& in d.l.quidam.valet siquidem plus veritas quàm fictio.

Pater naturalis pro non legitimo.

¶ Alius est pater naturalis qui nulla matrimonij solemnitate interueniente suam insequeas libidinem,genuit filium scilicet ex concubina. de quibus loquitur titulus de naturalib. liber. qui licet de iure possent in quadam hereditatis portione succedere, etiam existentibus legitimis.authen.licet.C.de natural. liber. hodie tamen ex consuetudine Franciæ naturales huiusmodi filij quos bastardos appellamus,nullo modo succedunt parentibus, nec econtra parentes illis,nisi fuerint à principe legitimati,teste Bened.in repetit.c.Raynutius.in verb.& vxorem.nu.109.cum seq. de testam. quem sequitur Chassan. in consuetud. Burgund.rub.*des bastards*.§.1.& §.3.in glo.*ab intestat*.

Naturales filij, pro spuriis.

Pater naturalis,pro iusto patre.

¶ Alius est pater naturalis & legitimus,alias iustus pater vocatus,vt dicam in l.iusta. infra eod. qui scilicet ex legitimo matrimonio filios procreauit: de quo loquitur l. si quis à liberis.& totus titul,ff.de liber.agnoscend. & ff. de suis & legitim. heredib.& alibi infinitis in locis.

Pater pro magistratu.

¶ Pater etiam dicitur magistratus.nam princeps & magistratus vt patres erga subditos se habere debent:sicque nominantur in iure,vt in rub. C.de ratiocin. oper. public. & de patrib.ciuita.& l.3.de his qui sponte munera publica subeunt,lib.10.Quemadmodum etiam Hebræi appellant principem, reique alicuius auctorem, vt Iahel pater fuit habitantium in tentoriis,Genes.c.4.Et Reges Palæstinorum vno eodemque nomine Abimelech appellabantur à dictione Hebraica *abi*, id est pater meus, & *melech*,id est Rex: quia Rex debet esse omnibus pater, vt in lib. Geneseos habetur. De multiplici patre scripsi in Scholasticor. priuileg.67.

Abimelech dictio Hebraica quid denotet.

Peruenire, pro ad locum constituti venire. Acquiri quomodo dicatur hereditas.

¶ Dicitur is quoque peruenire qui ad locum constitutum venit,exempli gratia: Capuæ certum olei pondus dari quis stipulatus est, eius temporis æstimatio fit cum peti potest: peti autem potest cum primum in locum peruenire poterit, l. idem erit. ff. de verb. oblig.

¶ Sequitur in tex. *Acquisita*, id est quæsita, parta: vnde quoties acquiritur hereditas,aut quid aliud per alterius potestati subditum, confestim acquiri dicimus ei, cuius est in potestate: ita vt neque momento aliquo subsistere videatur in persona eius per quem acquiritur,l.placet.ff.de acquir.hered.facit l.si filius.§.fi.ibidem.Et cepisse quis intelligitur,quamuis aliis acquisierit,l.cepisse.supra eod.vbi scripsi.

Acquirere quo modo dicatur communis seruus.

¶ Communis seruus etiam si ex re alterius dominorum acquisierit,nihilominus id erit commune.l.communis.1. Communi diuid.

Acquirere dominium.

¶ Acquirere dominium dicitur,in l.fin,in princip.ff.de eo per quem fact.erit. l. si creditores.de separatio.

Acquirere seruitutem.

¶ Acquire reditus,l.impensæ.supra eod.

Acquiritur ei & ad quem rei commodum respicit.

¶ Acquirere seruitutem proprietarius potest, imponere minimè, l. sed & si quid. §. sed nec seruitutem.ff.de vsufruc.l.1.communia prædior.

¶ Acquiri quoque dicitur ei ad quem rei commodum respicit, l. si extraneus. in fin. ff. de iure dotium.

¶ Rem

Acquirere rē vsu.

¶ Rem vsu acquirere est rem vsucapere,præscribere.l.ait prætor.§.penul.ff.ex quib.caus. maior. & in toto titul.ff.de vsucapio.cum tit.seq.

Acquirere exceptionem.

¶ Iureiurando dato vel remisso reus quidem acquirit exceptionem sibi, aliisque, actor verò actionem acquirit,l.nam postea.§.1.ff.de iureiur.

Impensæ vtiles

¶ Vtiles impensas Fulcinius ait ex quibus reditus mulieri acquiratur, l. impensæ. supra eod. si quas alias huiusmodi phrases addere velitis, videte quæ scripsi in lege, alienationis. supra eod.

Conquirere quid. Conquæstus.

¶ Conquiro,quasi simul cum aliquo acquiro, vel vndequaque: inde conquæstus siue quæstus dicuntur ea quæ socij seu maritus & vxor durante matrimonio acquisierunt, l. quæstus. ff.pro socio.facit l.ab accusatione.in fin.ibi, Aliudve quid conquisisse. ff. ad Turpillia. Vel conquiro,id est diligenter inquiro, l.4.ibi,mandatis autem cauetur de sacrilegiis, vt præsides, sacrilegos,latrones,plagiarios conquirant.ff.ad legem Iul. pecula. l. congruit.de offic.præsid.

Exquirere quid.

¶ Exquirere pro perquirere,perscrutari milites.ibi,quoties quis custodiam militum euaserit,exquiri oportere vtrum nimia negligentia militum euaserit,an casu.ff. de custod.reor. l.de his controuersiis,quę ex testamento proficiscuntur neq; transigi neque exquiri veritas aliter potest,quàm inspectis,cognitisque verbis testamenti.ff.de transactio.l.Diuus.2.in fin. de custod. reor.

Inquirere quid

¶ Inquiro,inuestigo, l. 1. §. hoc autem. ff. de seruis fugit .vbi primo dicit inuestigare, & demum inquirere. l. 4. ibidem,l. æquissimum. §. proinde venas quoque lapidicinarum,& huiusmodi metallorum inquirere poterit.ff.de vsufruc. Et inquirere,id est perquirere, vel informationes in aliquē facere. inde dicimus ad crimen per inquisitionem procedi, quod acta & gesta penitius inquiri soleant in informationibus. c. qualiter. de accusatio. docet Bar. in verb. inquisitionem, in extrauagan. ad reprimendum, quomodo in læsæ maiesta. crimi. proceda.

Inquisitiones.

Requirere reū.

¶ Requirere reum, pro exquirere, vt absens copiam sui faciat, idem pene significans quod inquirere seu exigere. sic intelligitur totus titul. ff. de requirend. reis. & l. requirendi. C.de seruis fugitiu.l.in rebus.§.possunt.ff.commoda.ibi,de impensis videlicet agi potest in valetudine serui factis, quæve post fugam requirendi, reducendique eius causa factæ essent.l.qui petitorio.de rei vindica.l.de pretio.de Publicia.in rem actio.

Requirere pro petere & desiderare.

¶ Alias requiro,id est peto,supplico, desidero,interpello,quemadmodum frequentius in iure Pontificio accipitur,vt c.Requisiuit tua.f.de ordina.ab episc.qui renuntiauit. c. requisiuit.de in integr.restitu.c.requisisti.de testam.c.requisiuit.de sponsal.l. item ait prætor. in fin.ff.ex quib.caus. maior. quo verbo solet vti procurator Regius in hoc Regno,videlicet Requiro pro Rege.

VLPIANVS LIB. XXXVIII. AD SABINVM.

LEX CLXXII.

Liberti appellatione etiam libertam contineri placuit.

Intellectus ad multas rub.

¶ Liberti appellatione nedum libertus venit,sed & liberta.Ratio traditur, quia masculinum concipit fœmininum. Scripsi plenius in l. 1. supra eod. Et per hanc legem declaratur titulus Inst.de succeff.libertor.& de assignatio.libertor.ac de assignand.libert.ff.& de libertis vniuersitatis. Et de bonis, ac de operis libertor. & omnes aliæ infinitæ leges de liberto facientes mentionem,vt quoque libertam videantur continere. Quandoq; tamen vterque exprimitur,vt l.filij libertorum libertarumq;.ff.ad munic. &alias,vt fuse scripsi in l.1.sup.eo.

Appellare pro nominare.

¶ Appellare significat vocare, nominare, dicere: veluti sponsio appellatur. lege,sponsio. supra eod. Et cum qui vectigal populi Romani conductum habet, publicanum appellamus. supra eod. Et telum appellatur quod ab arcu mittitur, l.si calumnietur.§. telum. infra eod.& l.munus.1.l.ager.l.quibus. l. frugem. l. boues. l.qui mortui.& aliis pluribus in locis.supra eod.Et superficiarias ædes appellamus,&c.l.fi.ff.de superficieb.& Iurisconsult. sit ait:indignus militia iudicandus est qui patrem & matrem à quibus se educatum dixerit, maleficos appellauerit.l.1.in fin.ff.de obseq.licet glo. ibi exponat pro accusauit. sed illa expositio extranea est ad tex.facit l.1.in fi.ff.quor.bonor. ibi,& appellatur quorum bonorum. & l.1.quor. legator. & l. ex maleficiis. §. 1. ibi, quas appellamus negotiorum gestorum. de actio.& obliga. Inde appellatio pro nomine,vocatione,vel nominatione:vt Iurisconf.ait, heres & hereditas tametsi duas appellationes recipiant,vnius personæ tamen vice funguntur,in l.heres.ff.de vsucapio. quamuis duplici nomine vocentur heres & hereditas, tamen vice vnius funguntur, videlicet testantis defuncti. facit §. hereditas. Insti. de heredibus instituend.

Appellatio pro vocatione & nominatione.

¶ Et fundum sine propria appellatione nominare est simpliciter illum vocare, vt lego fundum non adiiciendo Cornelianum aut Sempronianum.l.vbi.in princip.ff. de verbor. obliga.

obligiunctal.si quis in fundi vocabulo.de lega.1.facit l.Diuus.§.pannicularia.ibi,vt & ipsa appellatio ostendit,ff. de bonis damnat. In eisdem terminis quamplures habemus leges in hoc ipso titulo, in l.vrbis appellatio.l.pecuniæ appellatione. cum l. seq. & l,nominis & rei appellatio.& l.mulieris appellatione.& l.rei appellatione.2.l.recte. in fin. ibi,partis appellatione.& l.detestatio.§.familiæ appellatione.l.armorum appellatione.& l.seq.l.cetera.& l.bonorum appellatio.& l.locus.& l.natorum.l. vestis appellatione. l. spadonum generalis appellatio est.l.generi appellatione. & l.hereditatis.& aliis plerisque in locis.

Appellare pro in iudicium vocare.

¶ Secundò appellare pro in iudicium vocare,vel interpellare accipitur: vt qui prior appellat, prior agat,l.qui prior.ff.de iudic.id est qui prius alium vocat in iudicium, seu interpellat,debet prius agere, id est actus iudiciales prosequi, quam alius posterior. probat l. fideiussor obligari.in fin.ff.de fideiussor.vbi prius dicit appellat,postea interpellat.

Appellare pro attentare alterius pudicitiã. Affectari quid Appellare de bitorẽ creditor quomodo dicatur.

¶ Tertiò capitur nonnunquã pro blanda oratione alterius pudicitiam attentare. Aliúdque est appellare, aliud affectari. appellat enim qui sermone pudicitiam attentat: affectatur qui tacitus frequenter sequitur. Assidua etiam frequentia quasi præbet nonnullam infamiam,l.item apud.§.appellare.ff. de iniur.

¶ Quartò dicitur appellare creditor debitorem,cum ab eo reposcit quod debetur.l. quidam Hiberus.ff.de seruitutib.vrbanor.prædior.

Appellare pro prouocare ad maiorem.

¶ Quintò appellare est prouocare ad maiorem scilicet. Est enim appellatio à minore ad maiorem iudicem facta prouocatio,c.anteriorum.§.illo.2.q.6.& per totum titul.ff.& C.de appella.nec in contrarium valeret consuetudo, quod ad parem vel minorem appellaretur, esset enim contra substantiam appellationis.glo,singul.in c.2.in verb.officiali. de consuetud.lib.6.& scripsi in 3.tomo ordinario.trac. de appella.licet Doct.in cap.cum sit Romana. de appella.dicant prouocationem esse extra iudicium,appellationem in iudicio, & Ias. in l.1.col.1,de noui oper.nuntia.quæ differentia passim confunditur.Et sæpius vtuntur Iurisc. verb.prouocationis indistinctè & appellationis,siue à sententia appelletur, siue ab actu extraiudiciali,Vlpia.in l.1.ff.de appella.l.qui Romæ. §. penul.de verbor.obliga.l. 2.de pœnis. Et res per appellationem extrahitur, l. si filius qui patri. in fin. ff. de bonis libertor. lege 1. quando appell. sit.

Appellans.

¶ Inde appellans, qui appellat, l. iudici ab appellatoribus conuitium fieri non oportet: alioquin infamia notantur. ff.de iniur. idem appellator etiam dicitur in l.1. §. dies. quando appelland.sit,l.vna,si pendente,appella.mors interuener.

Appellandus.

¶ Appellandus quoque dicitur is ad quem appellatio emittitur,l.1.§.solent.ibi, ipse erit appellandus.ff.quand.appelland. sit.

Appellatoria tempora.

¶ Appellatoria tempora vocat Iurisconsul.appellationis tempora.l.ei.in fin.ff.de appella. plura ex praxi contuli in 3. tomum commentar. in consti. Reg. Gallic. titul. de appella. quæ possunt ibi videri.

Appellere pecus.

¶ Appellere pecus,in l.vnam.in fi.ff,vt in flumine public.nauigar.liceat.l.1. §. Trebatius. de aqua quotidia. l.vna. §. hoc autem.de fonte. Est autem appellere animalia ad aquam,ea ad adaquandum conducere,vel adducere: vnde dicitur seruitus, pecoris ad aquam appulsus,ipse accessus & conductus. de quo in l.1.ff.de seruitutib.rusticor.prædior.l.pecoris. ibidem.plene Cepol.in rub.de seruitu.pecoris ad aquam appuls.in tract. de seruitutib.

Placere quid denotet.

¶ *Placuit.*Per hoc verbum fit legis decisio,quando ab Imperatore vel alio legis condendæ potestatem habente prolatum est. nam quod principi placuit, legis habet vigorem, l.1. ff.de constitutio.princip. §. sed & quod principi.de iure natur. in Insti.declarauit in rub. de Regia faculta. in concorda. principi tamen nihil placere debet nisi quod iustum & honestum sit.animal quippe est rationale,secundum Bal.in l. princeps.ff. de legib.

Placere verbũ religiosis non conuenit.

¶ Quo verbo priuantur omnes religiosi, nisi sint Abbates seu Episcopi: quia tunc ab ipsis prolatum in religiosos est metuendum.cap.ad nostram.de appella.cap.si religiosus.de electio.in 6.

Placet, mulier si dicat, turpe est.

¶ In ore quoq; mulierum hoc verbum placet, turpe est:quia placitum mulieris residere in ore viri debet, cum ipsæ sint in potestate maritorum, maxime in Francia, quemadmodum constat ex omnibus consuetudinibus eiusdem Regni, nisi sint interuersæ, vt scripsi in l.mulieris.supra cod.

Placet denotat arbitrium boni viri.

¶ At verbum hoc placet, denotat arbitrium boni viri.l.Thais.§. sorore. ff. de fideicommissar.liberta.*Si* verò diceretur beneplacito tuo quidpiam reliquit, intelligendum esse videretur de libera voluntate, vt docet Guido Papa in suis decisio. q. 475. in iure. & Panor. in c.verum.col.1.de foro competen. & Bar. in extrauag.ad reprimendũ. in verb.videbitur. adducit verba denotantia meram voluntatem,vel arbitrium boni viri.Ias.in §.in bonæfidei. Insti.de actio.l.si fic.de lega.1.Tamen in forensi iudicio notandum omnia verba quantumuis liberam voluntatem denotantia,restringi ad limites rationis & causæ: quemadmodum expertus ego vidi executorem testamenti non obstante plenissima potestate concessa à testatore disponendi pro libito,& erogandi quasdam pecunias, vt vellet, nihilominus recte

Verborum amplia significatio quomodo restringatur.

conuentum

conuentum ad reddendas rationes: ne scilicet pro effrenata cuiuspiam libidine meretricibus aut aliis turpibus vsibus consumere pecuniam liceat.facit l.quidam decedens.ff.de administra. tutor.

Verba in dubio quomodo intelligenda.

¶ Et in dubio verba sunt intelligenda secundum arbitrium boni viri, vt consuluit Alexand.consil.58.habita.in fin.vol.3.per l.cum filius.§. pater. vbi Bar. ff. de lega.2. vnde si quis promiserit sarcire damnum ad voluntatem & beneplacitum tuum, intelligetur secundum arbitrium boni viri, & non de nudo placito, vt docet Masuer. in practic. sua titul. de obligatio.§.item si offensor.Dec.in l.in personam.§.1.in fi.ff.de regul.iur. id esse intelligit quod in rebus suis quis faceret,aut vellet sibi fieri.Ego verò intelligerem arbitrium boni viri esse quod bonus vir,id est iudex arbitraretur,videlicet ex bono & æquo,nõ habita ratione propriæ voluntatis.Sicque omnia huiusmodi verba ad voluntatem alicuius collata debent intelligi de voluntate rationi consentanea,quemadmodum in dies moderari videmus.

Aresta quid denotent.

¶ Ita mihi summopere videntur errare,qui Græcam affectantes analogiam verbum Gallicum aresta supremæ curiæ interpretantur placita: nempe curiæ supremæ non pro placito, sed secundum iura iudicant,adactę scilicet iureiurando seruandis constitutionibus Regiis. non potest ergo magis hoc dici curiæ supremæ quàm alterius placitum: sed solius hoc est principis,non alterius.l.1.ff. de constitu. princip. Et quod senatus censet, vocatur senatusconsultum, Insti. de iure natur.sicut docui in tract. vt contrac.testamen.artic.1.glo.2.in 2. tomo commentarior.

Placitum conuentum. Conuenta, pro volentate.

¶ Alias placitum conuentum dicitur id quod placuit,l.4.ff.de seruitutib.ibi,per pacti vel doli exceptionem occurretur contra placitam seruitutem vindicanti.& in l.tutor.in fin. de vsufruc. Conuenta dicitur voluntas in l. 1. ibi, placitum & consensus. ff. de pact.placitum quoque pro decreto seu senatusconsul. scribit Budæ.

IDEM LIB. XXXVIII. AD SABINVM.

LEX CLXXIII.

Collegarum appellatione ij continentur qui sunt eiusdem potestatis.

Collegæ qui dicantur.

¶ Ista lex duas habet partes, prout duo dicta continet. Secunda ibi, qui extra. Collegæ dicuntur Græcè συνάρχοντες,qui eiusdem sunt potestatis,hoc est dignitate pares:ab eligendo, quasi in idem munus electi: vel à colligendo, quod ad idem munus & officium collecti sint.vnde præsides inuicem collegę sunt,l.solent.ff.de custod.reor.ibi,solent etiam præsides prouinciarum in quibus delictum est,scribere ad collegas suos,vbi factores agere dicuntur & desiderare vt cum persecutoribus ad se remittantur. Inde collegium,collegarũ societatem appellamus,vt collegium Doctorum,& Aduocatorum,§.penul.in authen.vt defuncti seu funera.colla:5. Sic collegium tutorum. l.1,C.de diuiden.tutel.l.3.de probatio. & collegium pistorum,de quo in l.1.§.item collegia. ff. quod cuiusque vniuersita. nomi.

Collegæ eiusdẽ sunt dignitatis.

¶ In hac lege sequentia possunt esse notabilia:primum,quod collegæ sunt eiusdem potestatis,dignitatis,& auctoritatis,tam iunior,quam antiquior,licet quandam antiquior vltra alios habeat præeminentiam,sed non iurisdictionem, cum par in parem non habeat imperium,l.nam & magistratibus.ff.de recept.arbitr. vt in consulibus ait tex.in l.1.ff.de offic.consul.& in prætore.l.apud filium famil.§.1.de manumiss.vindic.

Collegiati.

¶ Idem in collegiatis,quos alias bursarios vocamus,vt Theologus etiam antiquior nullam habeat in alium iurisdictionem, etiam qui tantum elementa grammatices disceret. paris enim sunt potestatis per hunc tex.sed ad priorem vel primarium spectat eos corrigere, nisi ex statuto data fuerit quoque potestas collegis, & iurisdictio: vt puta quod collega deficiens in lectione mulctetur à collegis:tunc ratione statuti hoc poterunt:quemadmodum plerisque nostris statutis cautum vidi, sed quæ non exercere mihi contigit apud officiosos meos collegas,potissimum tantæ auctoritatis viros,quales habui Cathurci Do. de Petrucia,virum equidem eximium:apud Bituriges Do.Alciatum,virum omnium votis satis celebratum: nunc quoque in academia iuris Canonici Parisiensi, viros egregios dominum Claudium Fabrum, Petrum Clericum, Petrum Parpalium, viros dico tum scientia tum exercitatione præditos, quos nobis incolumes Deus seruet.

Collega antiquior quid possit.

¶ Adhæc antiquior absente vel recusante superiore aut decano potest congregare collegium,l.2.vbi Doct.de decurio.lib.10.C. Et quod à maiori parte factum fuerit,habendum est ac si ab omnibus esset factum.l.quod maior.ff.ad municipal.vbi alia addidi.

Collega supplet officiũ collegæ.

¶ Ita collega supplet officium collegæ valetudinarij, vel alia iusta de causa præpediti, vt sæpius feci.d.l.vna.ff. de offic.consul.Et si magistratus creatus appellauerit collegam eius, interim vtriusque officium sustinere debere scribit Iurisconsul. in l.Imperatores. §. 1. ff. de appella.seque habere debet collega erga collegam sicut frater erga fratrem: licet nonnunquam maior & durior inter collegas inuidia sit, quàm inter extraneos.Et collega in magistratu quod teneatur pro collega,tex.est in l. 2. §. ius reipub.ff. de administra.rerum ad ciuita.

uita. pertinen. postea repetiturus quod pro ipso soluerit, vt ibidem probatur. De Episcopo verò qui in degradatione clerici vocare debet collegas, id est Coepiscopos, loquitur tex. in c. si autem. 15. q. 7. vbi communis est opinio Doct. & c. non potest. de re iudica. in degradatione clerici tres requiri Episcopos, & in presbytero degradando sex, vltra proprium Episcopum, per c. si quis timidus. cum seq. 15. q. 7. Tamen in Francia dicũt nonnulli ex consuetudine tres Episcopos sufficere tam in degradatione clerici quàm presbyteri, interpretantes præfata iura loqui de Episcopis audientibus delinquentes, & cognoscentibus de causis clericorum, sed non de degradatione, vt in c. degradatio. de pœnis, lib. 6.

In clerici & presbyteri degradatione, quot requirantur Episcopi.

¶ De ecclesia collegiata scripsi in §. voluimus. in verb. collegiatis. de colla. in concorda. & de collegio videte quæ scripsi in l. Neratius. supra eod.

Collegiata ecclesia.

¶ Et quamuis interpretes in iure dicant generaliter duas partes ex tribus adesse debere in l. nominationum. C. de decurio. & in l. cum omnes. de consti. hodie tamen inualuit fori consuetudo, vt quod maior pars vniuersitatis constituerit, id ratum habeatur, per l. quod maior, ff. ad municipal. c. 1. & per totum, de his quæ fiunt à maiore parte capitul.

Quod maior pars vniuersitatis cõstituit, id ratum haberi debet.

¶ Adhæc non est omittendum quod vbi sunt plures collegæ, si tempore depositi officij quispiam illorum desierit esse soluendo, tunc alij pro eo tenentur: at si omnes fuerint soluendo, quilibet tunc pro virili tenetur. ideoque probandum est collegam fuisse soluendo tempore depositi officij, l. Imperator. ff. ad municipal. Bal. per illum tex. in l. ex persona collegæ. C. de probatio. l. bona. ff. de iure fisci: quippe tenetur collega negligentiæ ac pœnæ causa, d. l. Imperator. & Boer. in decis. Burdegal. q. 60.

Collega quomodo pro collega teneatur.

¶ Postremò non omittenda videtur hic differentia quędam inter collegam, & alia quę sequuntur symbolisantia nomina: quod videlicet collega dicitur esse in officio, socius in quæstu, comes in itinere, sodalis in mensa: veluti docet Lucas de Penna in l. 1. C. de pericul. nominat. lib. 10. quæ differentiæ licet non semper obseruentur à Iurisperitis, conferunt tamen ad proprietatem verborum. videte in l. 1. ff. de colleg. illicit.

Collega, socius, comes, & sodalis quid differant.

§. Qui extra continentia vrbis est, abest: ceterum vsque ad continentia non abesse videtur.

¶ Is abesse videtur qui extra vrbis continentia est: & sic qui non est in vrbe, nec in suburbiis, dicitur abesse: ob id eius procurator si petat rem ratam dominum habiturum satisdare debet, l. mutus. §. is qui. & glo. in l. præsens. ff. de procurator. Et is debet citari qui est in continentibus, & alij effectus exerceri, qui præsentibus conueniunt. Quod facit etiam ad illum qui est vicarius constitutus, quoties Episcopum abesse contigerit: vt si profectus sit Episcopus extra vrbis continentia, etiam si prope ciuitatem sit, quod abesse censeatur. Sic quoque nominatus pro nominationibus insinuandis non tenetur Episcopum absentem sequi, vel ad illum ire: sed vicario insinuare sufficiet, & ab eo vacans beneficium requirere, vt plene scripsi in tract. nomina. q. 14. multa de hoc verb. abesse scripsi in l. mulieris. §. abesse supra eod. & reliqua dicam in l. absentem. infra eod.

Explicatio textus.

Absente Episcopo cui insinuentur nominationes.

¶ De continentibus quoque dixi in l. notionem. §. 1. supra eod. De dictione extra in l. rei appellatio. 1. supra eod.

IDEM LIB. XL. AD SABINVM.

LEX CLXXIIII.

Aliud est promittere furem non esse, aliud furto noxáque solutum. Qui enim dicit furem non esse, de hominis proposito loquitur: qui furto noxáque solutum, nemini esse furti obligatum promittit.

¶ Olim dum vendebantur serui moris erat in vendendo, cauere fures eos non esse, furto noxáque solutos. quoniam igitur hoc frequens erat, Iurisconsul. elucidat, dicens hæc differre. nam aliud est promittere quod seruus non est fur, vel quod furto noxáque solutus est. nempe qui dicit furem non esse, loquitur de proposito hominis, quod propositum furandi non habet. ideoque si venditor pronuntiauerit vel promiserit furem non esse, tenetur ex sua promissione, si seruus furtum faciat. esse autem hoc casu furem non tantum eum intelligimus, qui extraneo, sed & qui suo domino quidpiam furatur. l. quod si nolit. §. 1. ff. de ædilit. edicto. itaque si furtum domino venditori seruus fecisset, non hoc foret necessario in venditione prædicendum, nec ex hac causa redhibitio fieret: verum si dixerit hunc furem non esse, illa parte tenebitur, quod dixit promisitve. l. si furtum. ff. de ædilit. edic. Qui etiam addit seruum furto noxaque solutum, tunc nemini esse obligatum promittit furti vel alterius noxæ nomine, vt l. ex empto. §. etiam si ignorans. ff. de actio empti. vbi

Explicatio textus.

vbi venditor etiam ignorans hoc debet promittere, nempe qui furtum committit obligatur domino saltem ad rei restitutionem, §. 1. Instit. de obligat. quæ ex delic. & ad vindictam publicam, vt puniatur. §. fin. Insti. eod.

¶ Sed dominus liberari potest dando seruum pro noxa, l. 1. & per totum ff. de noxal. actio. si ergo dominus soluerit pro seruo, vel alias transegerit vt nihil ab eo petatur, seruus erit solutus furto & noxa, vt nec quidem amplius teneatur eum in noxam tradere: nimirum si possit exprimere seruum furto noxaque solutum: significans seruum quidem iam furtum fecisse, noxa tamen solutum, id est noxali iudicio non esse subiectum. facit l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt. ff. de ędilit. edic. idem in permutatione solere promitti testatur Iurisconsul. in l. fin. ff. de rerum permuta.

Dominus quomodo pro noxia serui liberetur.

¶ Vbi se offert quæstio, an dominus furem liberare possit, dicendo furem voluntate sua, scilicet domini rem accepisse: & breui respondeo non posse. nam ex furto acquiritur actio fisco ad vindictam. l. licitati. §. quod illicitæ. ff. de publica. non ergo nocet illa confessio reipublicæ, vel fisco. Alias quilibet posset euadere, & à manibus curiæ fures eripere: quod permittendum non est.

Furem an dominus liberare possit.

¶ Ita si fur dicat se putare dominum permissurum ei, non credetur, nisi ex verisimilibus coniecturis. §. furtum. vbi glo. & doct. Insti. de obligatio. quæ ex delict. nascuntur. Lucas de Penna in l. fin. col. 2. C. de censib. lib. 11.

Fur quomodo à furti actione liberetur.

¶ Verisimilis autem coniectura colligitur ex quibusdam indiciis pro isto dominij consensu, vtpote quia fur erat consanguineus, vel magnus amicus, vel res erat parua, vel erat consuetus talia illi concedere. Bar. in lege, inter omnes. §. recte. col. prima. ff. de furt. Angel. in tract. de malefic. in gloss. comparent dicti inquisiti. versiculo, quid si compareat dominus.

¶ Vltimò verbum promittere non solum ad nudam refertur pollicitationem, sed etiam ad stipulationem, l. sciendum. §. dictum. ff. de ædilit. edic. scripsi in l. sponsio. supra eod.

Promittere verbum quid denotet. Ad l. sed & si quis. §. quæsitum.

¶ De promissione deserta loquitur (secundum glo. & doct.) l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. sed Alcia. videtur nouus loquendi modus, ideoque legit diserta. ego vero in meis no. interpretationib. legi, de certa, quæ lectio melius videtur quadrare literæ.

¶ Compromittere est causam arbitro decidendam committere, inde compromissum, finiendarum litium remedium, ad similitudinem iudiciorum est redactum, quod nullam parit exceptionem, sed pœnæ tantum exactionem si fuerit apposita, l. 1. 2. & per totum ff. de arbitr. est ergo compromissum, conuentio per quam aliquem gratia finiendi controuersiam tanquam iudicem inter nos recipimus. hæc autem clauf. Diem compromissi proferre, nullam aliam dat arbitro facultatem, quàm diem prorogandi. l. Labeo. ibidem.

Compromittere.

Compromissum quid.

¶ Compromissa pœna, id est promissa in compromisso, l. non distinguemus. §. 1. iuncta l. litigatores. §. quod ait prætor pecuniam compromissam accipere nos debere, non si vtriq; pœna nummaria, sed & si alia res vice pœnæ interuenerit. & §. idem Iulianus. cum §. seq. ibidem, & d. l. non distinguemus. §. si mulier alieno nomine compromittat, non erit pœna compromissa propter intercessionem. ibidem, id est non videtur. glo. ibi. nam quantum ad effectum actio non datur contra mulierem pœnam alieno nomine promittentem. l. 2. ff. ad Velleia. ergo pœna promissa non censetur.

Compromissa pœna.

¶ Compromissarius, in quem compromittitur. c. si compromissarius. de electio. in 6.

Compromissarius.

¶ De repromissione dixi in l. satisdationis. supra eod.

¶ *Nemini.* Sub hoc nomine comprehenditur tam masculus quàm fœmina, & tam maiores quàm minores. l. proximus est quem nemo antecedit, supremus est quem nemo sequitur. & l. soluendo. supra eod. imò etiam quandoquè pro subiecta materia comprehenduntur serui, vt l. hæc verba ille. ibi, nemo potest simul vtrumque facere. supra eod. l. quos nos. in fin. infra eod.

Nemo, dictio est communis.

¶ Aliquando tamen restringitur ad certas personas, vt nemo ex eo genere. l. fin. in fi. eod. Ita quoque sine vlla taxatiua secundum rem subiectam certos solum comprehendit, scilicet iurisperitos aut alios pro varietate orationis: vt cum apud nos dicimus, nemo est qui ignoret, videlicet iurisperitus. l. pecuniæ. 2. in princip. infra eod. l. nemo est qui nesciat. de duob. reis. & nemo est qui dubitet. l. cum quis. ff. de dote prælegata.

POMPONIVS LIB. XXIII. AD SABINVM.

LEX CLXXV.

Faciendi verbo, reddendi causa etiam continetur.

¶ Sub verbo faciendi comprehenditur reddere, vt in edicto prętoris, rub. ff. quæ in fraudem creditorum: facta scilicet in fraudem creditorum restitui debent: sic & redditum per fraudem. nam si vir vxori ante tempus dotem in fraudem creditorum reddiderit, hoc in edicto comprehendetur: siquidem in fraudem fecisse censetur, id est reddidisse. lege, omnes.

Facere verbum quid comprehendat.

in fine.ff.quæ in fraud.creditor.

Pecunia mutua per vim reddita, retraditur.

¶ Ita qui per vim compulit reddere pecuniam ſibi traditam, illam amittit: ſicut ſi pecuniam ſibi debitam ſine iudicis auctoritate exigeret.l.extat.ff. quod met. cauſ. Et ex hoc edicto reſtitutio talis facienda eſt officio iudicis: vt ſi per vim res tradita eſt, retradatur, l.metum §.ex hoc edicto,ff.quod met.cauſ.

¶ Adhæc tutor rem pupilli meliorem facere poteſt, l. lex quæ tutores.C. de adminiſtra. tutor.ita ſi rem pupilli habeat,eam reddere debet: melior ſiquidem res pupilli fieri dicitur, dum res eidem redditur,l.non exiſtimo.ff.de adminiſtra.tutor.vbi iurium interpretes,facit tex.in l.2.§.ius reipubl.ff.de adminiſtra.rer.ad ciuita.pertinen.

Iudicatum qui facere debet, in quo teneatur.

¶ Et qui iudicatum facere debet,rem ſententia comprehenſam reddere tenetur,vt dicam in l.verbum facere,infra eod.vbi alia huc pertinentia tractabuntur.

VLPIANVS LIB. XLV. AD SABINVM.

LEX CLXXVI.

Solutionis verbo ſatisfactione m omnem accipiendam placet. ſoluere eum dicimus,qui id facit quod facere promiſit.

Solutionis verbum quid contineat.

¶ Solutionis verbo omnis ſatisfactio continetur. nam is ſoluere dicitur, qui facit id quod facere promiſit.multa dixi in l.liberationis.ſupra eod.alibi ait Iuriſconſul.ſolutionis verbum ad omnem liberationem pertinere, quoquomodo factam, magiſque ad ſubſtantiam obligationis,vel vt quidam legunt,ad ſubiectum obligationis refertur,quàm ad nummorum ſolutionem,videlicet vt ſolui potius dicatur obligatio, quàm nummi, l. ſolutionis.ff.de ſolutio.

Satisfactio quid.

¶ Satisfactio tamen non eſt proprie ſolutio,ſed pro ſolutione habetur,l.ſatisfactio.ibid. ſatisfactum autem accipimus,quemadmodum voluit creditor, licet non ſit ſolutum,Vlp. in l.ſi rem.§.omnis.ff.de pignora.actio.ſcripſi in l.ſatiſdationis.ſupra eod.

Solutum intelligitur, etſi quo quomodo ſatisfactum ſit.

¶ Ex his ſequentia inferuntur: primũ, quod ſi ſtatuto vel ordinatione cautum ſit quod non poſſit opponi contra inſtrumentum obligatorium niſi exceptio ſolutionis, tamen opponi poterit liberatio, quocumque modo fuerit ſatisfactum debitori, per hunc tex. Et hoc expreſſe decidit Alberic. in d. l. ſolutionis. Quod facit pro curiis rigorum, vbi non poteſt opponi niſi exceptio falſi,pacti de non petendo,& ſolutionis,vt ibi: nihilominus liberationis exceptio poſſit opponi. nam is qui ſatisfecit dicitur ſoluiſſe, quemadmodum ſatis norunt practici curiarum parui ſigilli Montiſpeſſulani, & conuentionum Nemauſi.

¶ Secundò, ſi quis monitus fuerit ſoluere intra decem dies, alioqui termino elapſo ſit excommunicatus,vitabit excommunicationem,dum interim aliquo modo ſatisfecerit, & liberatus fuerit,quia ſubſtantia obligationis ſublata eſt,c. præterea. 2. de appella. vbi Doct. & Specula.in titul.de ſolutio.§.nunc aliqua. verſi.quid ſi contra te.Alberic.in l.reſcripto.§. debitores.ff.de munerib.

¶ Tertiò,ſi quis in pœnam incidere debeat,ni ſoluerit intra menſem, non incidet in eam ſi alia interuenerit ſatisfactio vel liberatio. Bar. & alij in d. l. ſolutionis. per hunc tex. quia nil intereſt verum quis nummos ſoluerit creditori,vel an debitorem liberauerit,l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.manda.

Acceptilatio vice liberationis eſt.

¶ Quartò,ſi quis in articulis dicat ſe ſoluiſſe, & probet ſe liberatum acceptilatione, vel ſatisfeciſſe,ſufficiet,teſte Bal. conſil. 457. factum ſic proponitur. lib. 4. per hunc tex. & l.ſi rem.§.omnis.ff.de pignoratit.actio.de Ripa in d. §. ſoluiſſe.l.4.ff.de re iudica.

Compenſatio, ſolutio eſt.

¶ Quintò,qui compenſauerit, ſoluiſſe videtur.l.ex cauſa. C.de compenſa.l.ſi debitor. ff. qui potior.in pignor.habeant.l.ſi peculium.§.1.de ſtatuliber.l.amplius.ff.rem ratam haberi. & Alexand.conſil.12.viſo themate.col.4.in 2.vol.Aufrer.deciſ.93.item ſi coram.

Creditore inuito aliud pro alio ſolui non poteſt.

¶ Sextò,intellige ſolutionem,omnem aliam quamcumque ſatisfactionem comprehendere, cum fit de voluntate creditoris. nempe aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt,l. 2. §. 1. ff. ſi certum peta.& tunc imputare ſibi debet creditor qui talem ſatisfactionem vice ſolutionis admiſit.l.item liberatur.§.1.ff.quib.mod.pignus vel hypothec. ſoluitur.itaque procurator conſtitutus ad recipiendum ſolutionem, non poteſt nocere creditori,recipiendo aliud pro alio,niſi habita ſpeciali poteſtate à domino.l. ſi debitorem. ff. de nouatio.& l.non abſtulit.C.eod.titul.quia nouatio vice ſolutionis fungitur, & ſolutio non eſt. l.quamuis,§.interdum.ff.ad Velleia.l.ſi rem.§.ſi duo.de nouatio.ſic conſuluit Alex. conſil. 95.ponderatis.in 3.vol.Areti.conſil.4.& Barba. conſil.36.col.penul.in 4.vol.Corne.conſil. 111.videtur. vol.4.

Deponere pecuniam, ſoluere non eſt.

¶ Septimò, deponere pecuniam, non eſt ſoluere, l.item liberatur. §.1.ff. quib. mod. pignus vel hypothec.ſoluitur,vbi quoque ſatisdare non eſſe ſoluere Bar.arbitratur,ſicut nec fideiubere.Et qui ſoluere teneturnon liberatur volens hæc prædicta facere,quamuis etiam vellet pignora dare,l.promiſſor.§.conſtituto.ff. de conſti. pecunia. & lege, prætoriæ. 3. de prætor.

Satisdatio & fideiuſſio, ſolutio non ſunt.

prætor. ſtipula. ne obligationes ex obligationibus oriantur. lege 4. §. ait prætor. ff. de re iudica.

Limitationes in quibus ſolutionis nomen ad alias ſatisfactiones non extenditur.

¶ Primò limita quando ſolutio proferretur cum adiuncto, vt ſoluere pecuniam: tunc o nre ciperetur alia ſatisfactio.ſecus vbi ſimpliciter ſolutio proferretur.l.4.§.ait prætor.ff. de re iudica.l.ſolutam.de ſolutio. Alexand.conſil. 95. ponderatis.in 3.vol. l. cum putarem. ibi,ſoluerit pecuniam. famil. erciſcund. vnde conſtituto ſatis non facit qui ſoluturum ſe conſtituit,ſi offerat ſatiſdationem: Iuriſconſult. in l.promiſſor. prima, in fine. ff. de conſti. pecunia.

¶ Secundò non procedit quando materia ad pecuniæ tantum numerationem referretur.d.l.4.§.ſoluiſſe.vbi doct.ff.de re iudica.

Ad ſolutionem quomodo quis cogi poſſit.

¶ Tertiò,cum vtrumque exprimeretur,l.1.in princip.ff.de migrando.ibi,ſoluta,eóve nomine ſatisfactum eſt. ideoque pronuntiant iudices, quod pars ſoluat, vel alias ſatisfaciat: vt d. §. ait prætor. Et quomodo quis cogi poſsit ad ſolutionem ſcripſi abunde in tract. de liter. obligatoriis ſigillo Regio, vel alio authentico ſignatis,in 1. tomo commentar. in conſti.Reg.Gallic.

Soluere quot modis in iure ſumatur.

¶ Notandum eſt igitur quod ſoluere variis modis in iure capitur.

Soluere pro ſatisfacere.

¶ Primò vt hic,ſoluere eſt ſatisfacere, & deſiderium creditoris implere,ac liberare, l. decem.ff.de verbor.obliga.& l.ſi cui. in fin. ac l. minus.& l. liberationis.lege,verbum exacte. l.verbum facere.iſto titul.Vel ſoluere eſt pecuniam numerare,vt Iuriſconſul.ait in l.Aemilius. ff.de minor. l. 2. §. ad frumenti.de adminiſtra.rer.quamuis ibi glo.exponat pro reddi: ſed non conuenit, quia ad ſolutionem debitores pecuniæ coguntur. ibidem,& §.frumentaria. & in §. ius reipub. dicitur ſolui,non reddi: at qui ſoluit bene reddit pecuniam.interdum tamen dicitur quis reddere, licet non ſoluat: vt depoſitum quis reddere dicitur, non ſoluere. lege 1. & per totum.ff.depoſ.l. cum fundus. ibi, cauſa omnis reſtituenda ſit: id eſt omne id quod habiturus eſſet actor, ſi litis conteſtatæ tempore ſolutus fuiſſet. ff. ſi certum peta.

Soluere votũ.

¶ Secundò ſoluere votum eſt adimplere,vel reddere votum,Iſaiæ 19. ibi,vota vouebunt domino,& ſoluent.iuncto eo quod Dauid ſcribit pſalmo 21. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum.& pſalm.60. Vota mea reddam de die in diem.& 64. Tibi reddetur votum in Hieruſalem.facit c.licet.& c.magnæ.de voto & voti redemptio.

Soluere pro diſſoluere.

¶ Tertio pro diſſoluere,tollere,in titul.quib. mod.ius patriæ poteſta. ſoluit. in Inſti. vbi adoptione,emancipatione,& aliis modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. Et ſocietas ſoluitur morte,§.ſoluitur. Inſti.pro ſocio.l.verum. §. ſocietas. ff. pro ſocio. Et lex duodecim tabularum non permittit ſoluere tignum furtiuum ædibus iuunctum.l.1.ff. de tigno iuncto. ſic capitur in rub. ff.& C. ſoluto matrimo. l. cum quærebatur. infra eod.& declarat l. 5. ibi, diſſolui matrimonium.de bonis damnator.l.cura.in fi.de munerib. Et ſolutus pons, id eſt fractus, diſſolutus,l.2.§.vim fluminis. ff. ſi quis cautio. l. rerum mixtura. verſic. tertium vt corpora plura non ſoluta.ff.de vſucapio. Et precarium ſoluitur quando libuerit reuocare. ff.de precario.l.1. Et acceptilatione vnius tota ſoluitur obligatio,l.2.ff.de duob.reis.l.ſi vnus §.ſed ſi ſtipulatus,ff.de pact. Et morte rei iudicium ſoluitur.l.in ſenatuſcon. §. ſi propter. ff. ad Turpillia.

Soluere pro re ſoluere.

¶ Quartò ſoluere pro reſoluere:vt,prout quidpiam contractum eſt,ita & ſolui debet: vt cum re contraximus,re reſolui debet,veluti cum mutuum dedimus, vt retro pecuniæ tantumdem ſolui debeat.l.prout.& l. Stichum.§.fin. ff. de ſolutio. iuncta l. ab emptione. ff. de pact.ibi,quæ pertinent ad reſoluendum.& lege, voluntate. in fine. ff.quib. mod. pignus vel hypoth.ſoluũ.ibi,reſoluta venditione.& l.cum autem.§.iubent ædiles.ibi,reſoluta emptione.de ædilit.edic.

Soluere legibus.

¶ Quintò, ſoluere legibus aliquem teſte Budæ. eſt cum aliquo diſpenſare ne obſtrictus legibus ſit.hinc dicimus principem legibus ſolutum,id eſt non teneri ſuis legibus, eſſe ſupra leges,l.princeps.ff.de legib.l.digna vox. C.illo titul.l.ex imperfecto.de teſtam.Iuriſconſul.in l.iuriſiurandi.ff.de iureiur.dicit iuramenti gratiam facere,pro eo quod eſt diſpenſare ſuper iuramento,remittere iuramentum.Imperator quoque in l.2.dicit veniam ætatis concedere. veniam autem impetrare eſt reſtitutionem ſeu literas reſtitutionis impetrare,vt in l. 1.§.penult.ff.de ſeparatio.

Soluere pro abſoluere.

¶ Sextò, ſoluere pro abſoluere:vt ſoluere excommunicatum, id eſt abſoluere, c. ad hoc. & ca.cum deſideres. de ſententia excommunicationis. Vnde miles qui cum adultero vxoris pactus eſt,ſolui ſacramento,deportarique debet, l. miles. ff. de adulter. Et ignominioſa cauſa eſt cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur.l. milites agrum. §. ignominioſa ff.de re militar,& l.fin.ibidem.l.2.de priuileg.vetera. Et cauſaria miſsio eſt quę propter valetudinem laboribus militię ſoluit.lege ſecunda,§.eſt cauſaria.& §.miles.ff.de his qui notantur infamia.

Soluti ius teſta-

¶ Septimò,ſi nemo ſubiit hereditatem,ſoluitur ius teſtamenti,l.ſi nemo. ff. de regul. iur.

menti quomodo dicatur. id est non incipit, secundum glo. ibi. ego vero interpretarer, id est extinguitur, non valet. Et quod ius testamenti extinguatur nō adita hereditate, probat l. si nemo. 1. ff. de testamen. tutel. sic inquiens: si nemo hereditatem adierit nil valet ex his quæ testamento scripta sunt. & l. sed & si plures. §. si ex asse. ff. de vulgari. §. 1. de hereditatib. quæ ab intesta. deferunt. Alij dicunt: omnis vis testamenti soluitur, id est testamentum vires amittit, quod in idem reincidit.

Soluere vinculis. ¶ Octauò, soluere vinculis est leuare, & remouere vincula: vt solutus vinculis, id est leuatus, l. qui neque. §. solutum. supra eod. vbi scripsi.

Solui noxiis. ¶ Nonò, solutus noxiis dicitur nemini ex delicto obligatus, l. aliud est promittere, supra eod. & l. hæc stipulatio. infra eod. & aliis variis modis pro ratione adiuncti capitur.

Solui ab obligatione. ¶ Decimò, solui ab obligatione, id est liberari, l. verbum erit. supra eod.

Solui actione. ¶ Vndecimò, solutus actione, idem, l. 1. §. idem si quis. ibi, actione qua solutus est. ff. ex quib. caus. maior.

Solui iudicium quomodo dicatur. ¶ Duodecimò, soluitur iudicium, id est iurisdictio iudicis finitur, vetante eo qui iudicare iusserat, l. iudicium. & l. si à me. ff. de iudic. vbi doct. sic exponunt.

Soluendo quis sit. ¶ Decimotertiò, soluendo dicitur qui potest solidum soluere, l. soluendo. supra eod. vbi abunde scripsi.

¶ Decimoquartò, soluta oratio vocatur quæ nec coniunctionem, nec disiunctionem habet; vt quod dare facere oportet, Titius, Ioannes, Seius heredes sunto. l. sæpe. & l. triplici, supra eodem.

IDEM LIB. XLVII. AD SABINVM.

LEX CLXXVII.

Natura cauillationis, quam Græci σοφισμεα appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris per breuissimas mutationes disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, perducatur.

Sorites quid. ¶ Alcia. sophisma legit, Augusti. lib. 4. c. 16. Emend. iuris docet legendum, quam Græci σωρείτω appellauerunt. Alij σοφισικὴν vocant: Valla scomma. sed vtcumque: nam in idem reincidit. σωρείτης enim syllogismus accrualis vocatur, exempla traduntur & materia in l. ea est natura. infra titul. proximo, vbi videte Dec. post glo. ibi addit Alcia. hic cauillari variis modis sumi. Cauillatur enim qui calumnioſe agit, Cauillatur qui breuiter aduersarium sermone captat, aut irridet. Cauillatur qui sciens vt suam sententiam tueatur, falsa prodit: sed nihil probat, iuberem cum macte probationis esse. Adhæc qui per subterfugia triennium prorogat litem, calumniatur. c. venerabilis. de iudic. Cauillatur etiam is, qui ab euidenter veris ad euidenter falsa per breuissimas mutationes perducit; vt quæ in nullius bonis sunt, occupanti conceduntur. §. nullius. Inst. de rerum diuisio, sed res sacræ in nullius bonis sunt, vt ibi: nunc sequitur breuissima mutatio ad euidenter falsa. ergo res sacræ conceduntur occupanti, quod est falsum. res quippe dicitur nullius in bonis esse multis modis, vt per glo. in §. ferę. Insti. de rerum diuis. veluti feræ bestiæ, quæ occupanti conceduntur: secus si censenda res sit in nullius bonis, vt res sacræ. Multa & varia fiunt huiusmodi argumenta: vt vacantia fisco applicantur, l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. Et vidua dicitur vacans, l. qui cœtu. §. qui vacantem. ff. ad legem Iul. de vi public. ergo fisco applicabitur. at quot mulieres viduas haberet fiscus? sed in his dialecticus vitam finiret. Nos autem ad vtiliora transeamus, postquam de sophista apud Diogenem acumen ingenij ostentare cupiente, locuti fuerimus. is cum Diogeni argumentum sic proposuisset: quod ego sum tu non es, ego sum homo, igitur tu non es homo. Cui Diogenes, A me incipe & recte collegeris: quemadmodum inter apophthegmata Diogenis legere licet. alia dicam in lege, si calumnietur. inf. eodem.

Cauillari quot modis sumatur, secundum Alc.

Diogenis apophthegma.

Mutatio facti iuris decisionem mutat. ¶ Ex hoc tex. colligitur, quod breuissima facti mutatio iuris decisionem mutat: vnde Iurisconsul. ait, ius in causa positum & ex facto oriri, l. si ex plagis. §. in cliuo. ff. ad legem Aquil. Quamobrem summopere partes & aduocati aduertere debent, vt factum liquidum pronuntient, & verum. nam ex breuissima mutatione facti mutabitur iuris decisio: quippe ex facto intelligitur quid iuris sit, l. 1. ff. de doli exceptio. vnde Imperator ait, monendum clientulum esse, quod facti veritatem aperiat, vt responsum congruum accipere possit, l. vt responsum. C. de transactio, l. precibus. C. de impub. Et tres sunt personę quibus veritas celanda non est, prima, presbyter confessiones audiens, medicus, & iurisperitus: nempe si cui illorum cauillati fueritis, vos ipsos decipietis, irritumque negotium facietis, & incommodum fere irreparabile: testis est nobis ipsa experientia, & Specula. in titulo de aduoca. §. nunc tractemus. in princip. hinc frequentissima inter aduocatos opinionum antinomia, iuste

Personæ quibus veritas celari non debet.

iuste quandoque pro vtraque parte consulentium.

Euidenter. ¶ *Euidenter*, clarè, apertè, dilucidè, & apertissime dicit Iurisconsul. in l. si locuples. in fin. ff. de manumiss. testam. l. si extraneus. in fin. ff. de condict. caus. dat.

Euidens. ¶ Euidens est quod lucide & plane videri potest, l. licet, ibi, si non fuerit euidens diuersa voluntas. ff. de lega. 1. quem text. allegauit Barba. in cap. Raynaldus. col. 144. de testam. ad hoc quod illud dicitur euidenter apparere, quod etiam ex coniecturis constat, dummodo illæ coniecturæ sint expressæ, & à iure approbatæ, ac perspicuæ. ita probatum euidenter dicitur adulterium, si per fortes coniecturas probatum fuerit, c. si cuius. & ibi Præpositi. 34. distinct. probat Hippol. in princip. suæ practic. nu. 14. dicens, probationis nomine venire coniecturalem, dummodo lex habeat illam coniecturam pro veritate, adducit l. Lucius. ff. de conditio. & demonstra. facit pulcher tex. in l. 1. §. folent. ff. de offic. præfec. vrb.

Euidenter apparere quid.

Euidentissimæ probationes. ¶ Euidentissimis probationibus, in l. qui se liti. ff. de petitio. hereditа. pro apertissimis exponit Iurisconsul. in l. fin. ff. quod met. caus. Legitimis probationibus vtitur, l. cum de indebito. ff. de probatio. & l. si extraneus. de condic. caus. data.

¶ Qui euidentissime locupletem datum fideiussorem recusat, illi iniuriam infert. l. si verò. §. fin. ff. qui satisdar. cogant.

¶ Adhæc non datur actio de dolo nisi ex magna & euidenti calliditate, l. & eleganter. §. fin. ff. de dolo. Et dolo malo quis videtur facere, si euidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, l. si filius famil. ff. de iudic.

Euidens exceptio. ¶ Euidens exceptio, de qua aperte constat, l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. ibi, & si qua tam euidens sit vt facile repellat agentem, debere possessorem absolui. l. hæc venditio. in fin. de contrah. emptio.

Euidens vtilitas. Euidens vtilitas, l. 2. ff. de consti. princip.

Euidentius. ¶ Euidentius, in l. deposui. §. Stichus. ff. de pecul. l. cum emptor. de rescind. venditio. l. in suis. de liber. & posthum.

Euidentia. ¶ Euidentiam pro notorio & manifesto vocat ius canonicum, c. euidentia patrati sceleris non indiget clamore accusatoris. de accusatio. iuncto c. manifesta. 2. q. 1. declarant doct. in c. vestra. de cohabita. cleric. licet plus contineat euidens quàm manifestum, l. quoniam. ibi, manifestum atque euidens est. C. de iure deliber.

Cauillatio iuris. ¶ Cauillatio iuris, l. Titia. ff. de conditio. & demonstra. l. 1. de regul. Catonia.

Verum quid. ¶ *Veris*, & non falsis. Verum enim dicitur quod non est falsum, fictum vel adulteratum, l. verum est. infr. eo. Et interdum solum verbum est, l. mouentium. & l. quod dicimus. l. plebs l. pignus. infr. eod. interdum iunctum, vt verus procurator: & verum procuratorem accipere debemus eum cui mandatum est, vel specialiter, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est. l. vero. ff. de solutio.

Verus procurator quis.

Vera rei æstimatio. ¶ Veram rei æstimationem, l. inter hæc verba quanti. infra eod. Aliæ sunt huiusmodi infinitæ phrases, quas vt faciles prætermitto.

¶ *Breuissimas mutationes*, quæ vt dicunt medici, generant morbos: & frequentes etiam hospitiorum mutationes arguunt inconstantiam, c. quæ dignior. 24. q. 1. vbi glo. Et dum breuis fieri laboro, obscurus fio, dicit Horat. quem glo. sequitur in §. illud. in verb. compendium. in proœm. ff. & Bal. in l. si pignori. in princip. ff. famil. erciscund. sic orditur: ista lex quia nimis breuis est, ob id obscura. de qua breuitate alia dicenda confero in constitutio. Reg. titul. de aduocat.

Producere quid. ¶ *Producatur.* Quidam text. habent producatur, alij perducatur. Producere pro extendere, dilatare, prorogare, quasi procul vel porro ducere accipitur. l. epistola. in fin. ibi, produci ad perpetuam præstationem id pactum postulabatur. ff. de pact. l. qui occidit. §. in hac. ibi, vel subita vis venti longius ignem produxit. ad legem Aquil. l. seruitutes. §. si antea. ibi, quia in nostro magis incipit cadere, produci non potest. de seruitutib. rusticor. prædior. l. 1. §. merito. quando actio de peculio est annalis. ibi, sufficiebat vsque ad annum produci obligationem. lege tertia, §. penultimo, de itinere actuque priua. ibi, hoc est ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat. lege prima, §. sed ad nutritia. de variis cognitio. ibi, & nutritia eo vsque producemus quoad infantes vberibus aluntur. & regula iuris, quod contra iuris rationem receptum est, non est producendum ad consequentiam. ff. de regul. iur. & nulla ratio iuris patitur vt ea quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra commodum ipsorum producamus ad seueritatem, l. nulla. ff. de legib. & stillicidium produci non potest, l. seruitutes. §. stillicidium. de seruitutib. vrba. prædior. l. ossa. §. in hanc. de religios.

Producere aduersarium. ¶ Producere aduersarium, edere, exhibere. l. 1. §. eum quoque edere Labeo ait qui producit aduersarium suum ad album & demonstrat. ff. de edendo.

Producere testes. ¶ Producere testes est adhibere & proferre testes iudici, vt deponant. l. produci eum aliis. ff. de testib. iuncta l. patre, ibi, testibus prolatis, & l. maritus. ibidem. l. 1. §. ad quæstionem. ibi, non esse producendos eos ad quæstionem quos accusator de domo sua produxerat. ibid.

Producere instrumenta. ¶ Producere instrumenta, idem, quasi apud acta deponere, cap. imputari. de fide instru-

men. Producere vero magis propriè refertur ad testes, quàm ad litis instrumenta, teste Budæ. in annota. in Pandec. l. 2. ff. de orig. iuris: nos tamen in curiis promiscuè vtimur, tam in testibus, quàm in instrumentis.

Producere in publicum.

¶ Producere in publicum est palam facere, & exhibere, l. 3. §. ait prætor, exhibeas: exhibere siquidem est in publicum producere, & videndi, tangendique hominis facultatem præbere. ff. de liber. exhibend.

Ἔκθεσις.

¶ Idem si quis ad notandum, & infamandum aliquem, produxerit scripturam siue ἔκθεσιν aliudve quidpiam, &c. l. lex Cornelia. in fin. ff. de iniur. est vero ἔκθεσις quędam impositio in scripturam redacta, qua afficiebatur quis infamia. Alij legunt ibi epigrammata: iudicate.

Producere obligationem.

¶ Producere obligationem est eam perpetuare, l. si seruum. §. an filius famil. qui iussu patris promiserit, occidendo seruum producat patris obligationem, videndum est: Pompo. producere putat. ff. de verbor. obligatio. iuncto §. præceden. qui dicit perpetuare, id est durare facere perpetuo.

Producere ex custodia.

¶ Producitur ex custodia, id est exhibetur, & extra carceres ducitur, rub. ff. de custod. & exhibit. reor. maxime in l. non dubium est quin cuiuscumque est prouinciæ homo qui ex custodia producitur cognoscere debeat is, qui ei prouinciæ præest in qua prouincia agitur. & legis Iuliæ de vi priuata crimen committitur, cum cœtum aliquis & concursum fecisse dicitur, quominus quis in ius produceretur, l. legis. ff. de vi priua. l. penul. §. docere. ne quis eum qui in ius vocatus est *vi* eximat.

Productio quid.

¶ Hinc productio dicitur ipse actus producendi, vel prorogatio: de prima significatione dicitur in c. quoniam contra. in verb. instrumentorum productiones. vbi plene Doct. de proba. cap. vltra tertiam. de testib. extra. & sępius in iure pontificio, maxime per Lanfranc. in d. c. quoniam. Etiam productio tyronum & equorum munus personale est. l. fin. §. 1. ff. de munerib.

Perducere quid.

¶ Perducere autem est ad locum vel ad finem vsque adducere, l. in seruorum. ff. de pœnis. ibi, qui ex causa in metallum dati sunt, & post hoc deliquerunt, in eos tanquam metallicos constitui debet: quamuis nondum in eum locum perducti fuerint, in quo operari habent. l. si quis. in princip. ibi, aut in locum te perducet, aut descriptas rationes dabit. ff. de edendo.

Perducere pro per vim ducere.

¶ Perducere, per vim ducere, l. diuus. 2. §. igitur. ibi, & si per literas missi fuerint, vel etiam per irenarchas perducti. ff. de custod. reor. l. postliminij ius. §. 1. ibi, intra præsidia sua perduxerunt. de captiu.

Perducere actionem.

¶ Perducere actionem, prosequi, & ad finem ducere, l. si petitor. ff. de iudic. ibi, nec enim quisquam alienam actionem in iudicio, inuito coherede perducere potest.

Perducere ad irritum.

¶ Perducere ad irritum, est annullare, nihili facere, l. pupillus. §. 1. ibi, rebus soli ad irritum perductis. ff. quæ in fraud. creditor.

Perducere ad exercitationẽ.

¶ Perducere ad exercitationem, adducere, vel conducere, l. officium §. officium tribunorum est, vel eorum qui exercitui præsunt, milites in castris continere, & ad exercitationem perducere. ff. de re militari.

Perducere pro trahere, extendere.

¶ Perducitur, trahitur, extenditur, l. in iure ciuili. ibi, quod ad libertatem & legata, & ad heredum institutiones perducitur. ff. de regul. iur. l. auxilium. §. in delictis, ibi, nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem perduxerit. ff. de minorib.

Perducere ædificium.

¶ Perducere ædificium, protendere, l. seruitutes. in fin. ff. de seruitutib. vrban. prædior. ibi, qui in area in qua stillicidium cadit ædificat, vsque ad eum locum perducere ædificium potest, vnde stillicidium cadit.

Perducere ad libertatem.

¶ Perducere ad libertatem est manumittere, l. 1. ibi, in perpetua vincula damnatos ad libertatem perduci nõ posse, iuncta rub. C. qui non possint ad liberta. peruenire. l. si militi. in fin. de castren. pecul. interdum proprietarius ad libertatem perducet. ff. quib. mod. vsusfruc. amitta. l. si hominem. in fin. ibi, quamuis ad libertatem eum perduxerim. manda. l. penul. de probat.

¶ De verbis ducere, abducere, inducere, & aliis scripsi in l. qui neque sequantur. supra eodem.

IDEM LIB. XLVIII. AD SABINVM.

LEX CLXXVIII.

11. **Pecuniæ verbum non tantum numeratam pecuniam complectitur, verum etiam omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora. nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo est qui ambigat.**

¶ Hæc lex quatuor dicta principalia & diuersa continet. Et sic quatuor partes habere potest, quas hic per paragraphos distinxi. 2. ibi, hereditas. tertia ibi, actionis. 4. ibi, hoc verbum debuit. Quoad primam partem, quia superius amplè satis elucidaui, non repetam hic, sed qua breuitate potero, perstringam quæ huc pertinere videbuntur.

¶ Notandum

Pecuniæ appellatione quid cõtineatur.

¶ Notandum est igitur imprimis, quod pecuniæ appellatione venit omnis pecunia tam numerata, quam non numerata, scilicet quæ pondere, numero, mensurave consistunt, nec non omnia corpora, id est res corporales, vt abunde scripsi in l. pecuniæ. supra eod. De triplici corpore in l. ostentum. supra eod. De hac quoque phrasi, nemo ambigit, ignorat, & aliis docui in l. inter publica. supra. Et verbum hic generaliter pro dictione accipi, tractaui superius in nostra rub.

Omnino profuditus, prorsus, &c.

¶ *Omnem omnino.* Hoc dicendi colore vtitur Iurisconsul. in §. fin. & in l. verbum facere. infra eod. & Vlpia. in l. 4. ff. de transactio. l. 1. de offic. præfec. vrbis. & l. in tantum. de liber. caus. Et Hermogen. sed negatiue in l. fin. ff. de pericul. & commod. rei vend. Et quia perfamiliaris est Iurisconsultis harum particularum vsus, & in communi colloquio frequentissimus, qua breuitate potero, earum vim & naturam explicabo.

¶ Primùm igitur duo membra faciemus aut duos casus, primus erit: si verbũ hoc, omnino, iungatur orationi affirmatiuæ accipietur pro funditus, prorsus, indistincte, præcise, ipso iure, omni casu, in totum, sine exceptione, dispensatione, vel dilatione si ad tempus referatur: quod ex sequentibus apparebit, primò per tex. in l. non omnis. in fin. ff. si certum peta. ibi, nam omnino qui alienam pecuniam credendi causa dat, consumpta ea habet obligatum eum qui accepit. l. non erit. ff. de iureiur. ibi, omne enim omnino licitum iusiurandum per quod voluit quis sibi iurari, idoneum est. Et si ex eo fuerit iuratum, prætor id tuebitur. l. cum heres. §. fin. de acquir. hereditа. ibi, qui ex parte heres institutus est pure, ex parte sub conditione solus, etiam si pendente conditione adierit hereditatem, ex asse heres erit, quia solus futurus est heres omnino. nisi habeat in conditionalem partem substitutum, l. plerunque. ibi, æstimationem omnino maritus præstabit. l. cum de indebito. §. si autẽ pro parte. ibi, ipsum omnino hoc ostendere. ff. de probatio. extra. susceptі. & ibi glo. de elect. in extrauag. Ioan. 22. c. si beneficia. & c. si nulla. de præb. lib. 6. vbi Ioan. Andre. dicit pro totaliter, vulgò *totalement* dicimus, c. duobus. de rescrip. in 6. facit l. 1. §. 1. ff. de postuland. iuncto c. infames. 3. q. 7. vbi in l. 1. scribitur, in totum, & in c. infames, omnino. ergo omnino recte sic exponi potest. Vnde qui omnino prohibitus est postulare, non poterit nec pro se nec pro alio, Felin. in d. c. ex parte. 1. de offic. delega. cum in totum sit prohibitus. Aquiliana stipulatio omnino omnes præcedentes obligationes nouat, & perimit, ipsaque perimitur. l. 4. ff. de transactio.

Omnino ipsum ius denotat.

¶ Secundò infertur quod si constitutio dicat hæreticum, vel emphyteutam cadere omnino vel priuari beneficiis, intelligetur ipso iure sine ministerio hominis, & sine sententia priuationis: allegatur glo. in l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. depos. Sed in tex. ibi est omni actione, & non omnino, vt dicunt Doct. Sed ponderatur tex. in §. præterea. 1. ibi, quia pacto conuento obligationes non omnino dissoluuntur. Insti. de exceptio. l. si non sortem. §. indebitum. de condict. indebi. l. 2. vbi Ias. nu. 15. C. de iure emphyteu. quamuis loquatur ille tex. in dictione omnimodo. sed idem fere est. hoc docet Ludouic. Roma. singul. 1. & Mathesilla. no. 112. no. quod vbicunque. magnam ad hoc Doct. congeriem adducit Do. Tiraquel. in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 76. de reuocand. donatio.

Omnino pro præcise.

¶ Vnde vult glo. in §. quia verò. de public. concubinar. in pragma. non esse opus declaratione, quippe natura dictionis omnino est, denotare præcisam executionem, allegat glo. in clem. 1. in verb. omnino. de vita & honesta. clericor. & Bar. in l. 1. ff. iudica. solui, & Bal. in l. super rebus. C. de contrah. emptio. facit c. si religiosus. de electio. in 6. sed ibi est verbum ipso facto viribus vacuetur omnino. hoc probat tex. in c. vlt. in fin. ibi, omnino decernimus irritum & inane. de offic. delega. in 6. ego tamen non excluderem declarationem per c. cum secundum leges. de hæretic. in 6.

Obligatus omnino facere, per alium facere nõ potest.

¶ Tertiò infertur, quod si dicatur quem omnino teneri hoc facere, tunc præcise cogi potest ad factum, nec succedet obligatio ad id quod interest, vt alias regulariter. l. si quis ab alio. ff. de re iudica. Sic docet Roma. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbor. obligatio. prout eum allegat Felin. in c. ex parte. 1. de officio delega. Vincen. Hercula. in l. 1. col. 5. ff. de lega. 1. §. fi. de fideicommissar. heredita.

Iuramentum omnino seruari quomodo dicatur.

¶ Quartò, si quis obligatus sit ad faciendum omnino, non poterit facere per alium, si industria requiratur, vt in simili dicit glo. in l. stipulatio. §. opus. ff. de noui oper. nuntia. & l. stipulationes commodissimum. de verbor. obliga. quia postquam est conuentum quod ipse omnino faciat, excluditur alius, l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis.

¶ Quintò, si dicatur iuramentum omnino seruandum, excluditur facultas impetrandi dispensationem, c. quamuis. de pact. lib. 6. Panor. in. c. qualiter. 2. col. 3. de accusa. sequitur Imol. in c. cum contingat. de iureiur. & glo. in §. nec non. in verb. omnino. de publicis concubinar. in pragma. Doc. in c. at si clerici. nu. 9. de iudic. Areti. & Feli. in c. qualiter & quando. 2. de accusa. idem Felin. in c. de regularibus. de simo. probat glo. in cap. licet canon. in verb. carere. de electio. in 6. quod intelligerem vt inferioris dispensatio prohibeatur, videlicet episcopi seu archiepiscopi, sed non Papæ, per glo. in clem. vt ij qui. de ætate, & qualita. quia

semper intelligitur excepta superioris auctoritas. c.venientes. de iureiur.l. fin. qui satisdar. cogant. Et de consuetudine Regni recipitur dispensatio etiam Episcopi post literas Regias impetratas, vt docet Guido Pape in decis. Delphin. q.224. item fuit.

Omnino, id est sine pactione & conditione.

¶ Sextò, hæc dictio omnino exponitur, id est sine pactione, conditione, & modo, in c.ex parte.1. iuncta glo. de offic. delega. si respiciat beneficia & spiritualia, à quibus omnis conditio, pactio, & modus abesse debent, cap. quam pio. 1. q. 2. cap. dudum. de conuersio. coniugat. c. cum pridem. de pact. & sic exponitur omnino, id est libere, absolute, & simpliciter, vt docet Oldrad. consil. 324. factum tale. col. 4. nu. 5.

Omnino, id est libere, absolute.

Omnino faciendum est.

¶ Septimò, cum quid omnino faciendum est intra certum tempus, & factum non fuerit, non admittitur purgatio moræ, l. vl. & ibi gl. & Angel. C. de fideicom. Alexand. & alij in l. si insulam. ff. de verbor. obligatio. Do. Tiraquel. in d. verb. reuertatur. nu. 81. allegans Felin. in c. vlt. col. 23. in fin. de rescrip. super quo cap. non in meo saltem libro scripsit Felin. sed coniicio voluisse allegare in c. Rodulphus. de rescrip.

Omnino carere impetratis.

¶ Octauò, si dicatur quod impetrans omnino careat impetratis, tunc mandatarius vel alius non poterit iuuari etiam possessione recepta in vim istius impetrationis: quod si receptus sit in ecclesia, non dicetur receptus auctoritate apostolica, tex. in c. duobus. in fin. vbi Archidiac. & Dominic. de rescrip. in 6. sic consuluit Oldrad. consil. 143. thema tale. nu. 2.

Omnino credi iuramento, quid sit.

¶ Nonò, si omnino credendum sit iuramento, contrarium probari non poterit. l. duobus. §. quæ iurauit. ibi, & omnino hoc obseruandum est. ff. de iureiur. asserit Rom. & Areti. in l. si duo. ff. de acquir. hered. per glo. in clem. vna, in verb. omnimodam. de foro competen. & Soci. in tract. fallen. regul. 380. in vlt. limita. Marsi. in l. 1. §. si serui. col. 1. ff. de quæstio. facit text. in §. vlt. Insti. de tutel. & lex, antiquæ. iuncta glos. C. ad Velleia. l. quotiens. in princip. ff. de noxal.

¶ Istud tamen non est verum, quia licet omnino credendum sit iuramento, probari tamen potest contrarium. l. admonendi. ff. de iureiur. sicut videmus in plena probatione, cui standum est: probatio tamen recipitur in contrarium, & non potest hæc probatio plus operari quàm si auctoritate legis plena esset, l. cum de indebito. in fi. ff. de proba. ibi, tunc enim stare eum oportet suę confessioni, nisi euidentissimis probationibus ostendere paratus sit. Sufficit ergo quod omnino credatur, quousq; scilicet probetur contrarium, & quod iuramentum sit eo casu legitima probatio, vt tractat Dec. in c. proposuisti. de proba. vbi respon. contrariis. ibi videte.

¶ Decimò, si maritus omnino fecerit adulterij criminis commemorationem, id est si aliquam fecerit mentionem. l. denuntiasse. §. quid ergo ff. de adulter.

Omnino pro sufficienter, & perfectè.

¶ Vndecimò, interdũ exponi potest omnino pro sufficienter, perfecte & abunde, vt in §. 1. Inst. de leg. ibi, sed cũ omnino de testamentis & heredibus qui testamento instituuntur locuti sumus, &c. vel secundum gl. ibidem interpretantem Omnino, id est diligentissime.

Omnino continuum denotat effectum.

¶ Duodecimò, continuum denotat effectum, vt firmat Felin. in d. c. ex parte. 1. de offic. delega. vbi alia videre poteritis, sed non forsan ita exacte tractata.

¶ Limitadum subiecta materia refragaretur, vt in l. cum heres. in fi. ff. de acquir. vel omit. hereditа. vbi ponitur limitatio ad glo. & doct. in c. 1. de desponsa. impub. & dicit tex. in l. ius iurandum & ad pecunias. §. non semper. ff. de iureiur. quod non semper est consonans voluntas. ideo ex diuersitate personarum vel rerum quibusdam emergentibus, quæ varietatem inducunt, iudicis officio aliter prouidebitur.

Omnino orationi negatiuæ iunctum.

¶ Secundus casus est, cum dictio omnino respicit orationem negatiuam, vt tunc accipiatur pro nullo modo, nullo casu, præcisè, indistinctè, per tex. in l. de ætate. §. 2. & seq. ff. de interrogator. actio. ibi, & qui omnino non respondit, contumax est. Omnino non respondisse posteriores sic acceperunt, vt omnino non respondisse videatur, qui ad interrogatum non respondit: & ibi, vel omnino cum heres non esset. l. 1. in fi. ibi, sine quibus omnino vti non posset. si vsusfruct. peta. l. loci. in fin. si seruit. vindicet. ibi, omnino altius tollere non liceat. l. duobus. §. si ei qui. ibi, omnino non promisisse. de iureiur. l. in summa. in fin. de condict. indeb. l. aliquando. in fin. ad Velleia. l. si prædio. ibi, omnino heres non existat. de in diem addictio. l. seruus. de actio. emp. Et seruus qui omnino manumitti non potest ex constitutionibus. l. quis sit fugitiuus. §. penul. de ędilit. edic. & omnino dos peti non possit. l. cum pater. in fin. de pact. dotal. Et ne sit omnino matrimonium. l. 3. §. 1. de donatio. inter vir. & vxor.

Omnino non respõdere quid.

Omnimodo, quomodo accipiatur.

¶ Postremò idem fere dicendum est de dictione omnimodo, vt etiam pro præcisè, omni modo, omni casu, in totum, idque tam negatiuè quàm affirmatiuè possit exponi. l. si cum exceptione. §. Labeo. 2. & §. quatenus. ibi, res quidem omnimodo contineatur. ff. quod met. caus. l. 3. §. 1. ibi, at hoc edicto hospes qui recepit tenetur, etiam si sine culpa eius res perierunt: & sic hospes tenetur res ab aduenis receptas restituere omni casu, & omnimodo, nisi fato pereant. de his hospitibus scripsi in tract. de hospitib. in 2. tomo commentar. in constitutio. Reg. Gallic. Paciſci contra edictum ędilium curulium omnimodo licet, siue in ipso

ipso negotio venditionis gerendo conuenisset, siue postea. ff. de pact. itaque si acceptolata sit tibi pecunia, omnimodo cum herede tuo agetur, l. itaque. ff. de dolo. Et si quidem omnia integra sint minori, omnimodo audiendus est. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. & l. patri pro filio omnimodo præstanda restitutio est, licet filius restitui nolit. ibidem. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ibi, ceterum si postea susceperit, iste quoq; omnimodo sententiam ferre debet. ff. de arbitr. l. cum hereditas. ibi, fructus quos possessor accepit, omnimodo restituendos. de petitio. hereditа. l. finautem. ibi, omnimodo condemnandus est. ff. de rei vindica. l. hæc autem. ibi, non omnimodo pereunt. de seruitu. vrbanor. prædior. Alia sexcenta huiusmodi iura possem adducere, quæ breuitatis gratia prætermitto.

§. Hereditas nomen iuris est, quod & accessionem & decessionem in se recipit. hereditas autem vel maximè fructibus augetur.

Hereditas quid

¶ Hereditas nomen est iuris scilicet ciuilis: bonorum possessio verò prætorij. Et significat vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis, l. nihil aliud. supra eod. & recipit augmentum & diminutionem, vt inferius dicetur: quo etiam verbo damnosa continetur hereditas. l. hereditatis. 1. supra eod. Et hereditas cum solo iuris nitatur ministerio, quippe nomen iuris est, intelligitur absque corpore; vt sit successio in vniuersum ius quod habet defunctus tempore mortis: ideóque non augmentum vel diminutionem accipere dicitur hic, sed accessionem & decessionem, denotans hereditatem non consistere in facto, quemadmodum possidere, l. 1. §. si vir. ff. de acquir. possess. de Ripa in rub. de causa possess. & proprieta. l. consilio. ff. de curatore furiosi. vnde si petam hereditatem ab eo qui rem vnam possidebat, de qua sola controuersia erat, etiam id quod postea possidere cœperit restituet, l. 4. ff. de petitio. hereditа. Alia docui superius in l. hereditas. quæ hic non repetam.

Accedere quid Accessio.

¶ *Accessionem.* Accedere est aduenire, accrescere, adiũngere: inde accessio, id est augmentum: quod satis innuit tex. hic, fructibus augetur: primumque vtens verb. accessio, postea vtitur verbo augeo. l. si in emptione fundi dictum sit accedere Stichum seruum, neque intelligatur quis ex pluribus accesserit. ff. de contrah. emptio. Et comprehensum erat in lege venditionis dolia septuaginta accessura: cum essent centum in venditoris fore potestate responsum est, quæ vellet dare, l. comprehensum. ibidem. l. si cum fundum. & l. fistulas emptori accessuras in lege dictum erat. ibidem. l. Iulia. §. si Titius. de actio. empti.

Decessio.

¶ *Decessio* verò diminutionem significat à verb. decedo, probat l. vicinus. in fin. ff. de aqua pluuia arcend. vbi vicinis non licet in lacu facere accessionem, neque decessionem. idem in l. si hereditas. ibi, & accessionem, & decessionem. ff. de statuliber. l. si cui. ibi, alteris ædibus hic accedit, alteris decedit. ff. de lega. 3. l. si quis putans. §. si quid. ff. communi diuid. l. fin. quand. actio de pecul. est annalis.

Adiectio & diminutio simul posita.

¶ Interdum Iurisconsul. dicit adiectionem, & diminutionem pro eodem, in l. & an eandem. ff. de exceptio. rei iudica. ibi, nulla adiectione diminutioneve facta. sed adiectio pro communi vtilitate accipitur.

Augmentum & diminutio simul posita.

¶ Aliquando augmentum & diminutionem pro eodem dicit Iurisconsul. vt in l. si cum testamento. §. 1. ibi, aucto vel diminuto numero gregis. ff. de exceptio. rei iudica. l. vbi, in fi. de edendo. ibi, neque ad augmentum neque ad diminutionem.

Accessio pro fideiussore.

Accessor pro fideiussore.

¶ Accessiones, id est fideiussores exponit Iurisconsul. in l. si seruum. §. si seruum. §. nunc videamus. in fin. ff. de verbor. obliga. ibi, accessionibus suis, id est fideiussoribus. Et accessores dicit in l. ex persona. ff. de fideiussorib. vbi pro sponsore & expromissore, & aliis quæ obligationi accedunt capi potest, non pro mandatoribus, vt ibi glo. scribit, nec pro successoribus, quia non conueniret tex. facit lex, ij qui accessionis loco promittunt. de fideiussoribus.

Accessio temporis.

¶ De accessione temporis videte l. Pomponius. ff. de acquir. possess. & l. obligationum fere. §. accessio. de actio. & obliga. vbi accessio in obligatione aut personæ aut rei fit: personæ, cum mihi aut Titio stipulor: rei, cum mihi decem aut Titio hominem stipulor.

Accessio possessionum.

¶ Accessio possessionum est quando vna possessio coniungitur alteri possessioni: vt si Titius possederit quinque annos rem immobilem, eo mortuo heres eius possidet quinque: an primi quinque accedere ac coniungi aliis quinque annis debeant ad præscriptionem implendam? Et de hoc loquitur l. Pomponius: ff. de acquir. possess. & rub. de diuers. & temporal. præscrip. & de accessionib. possessio. & l. si seruus communis. §. idem dicendum. ibi, accessiones & fructus emptor restituere cogitur. ff. de furt.

Accessorium.

¶ Accessorium, quod principali adiungitur, regul. accessorium est. de regul. iur. in 6. vel quod sequitur principale, Vlpia. in l. cum principalis. ff. de regul. iuris.

Accedere pro euenire.

¶ Accedere pro euenire, contingere. l. quæret aliquis. in fin. supra eod. ibi, neque quod fataliter accesit matri damnum inuingere debet. l. cum qui. in fin. de in diem adiectio.

Decedere pro mori.

¶ Decedere pro mori sumitur in l. qui à latronibus. in fin. ff. de testam. hinc decessus, id est mors: qua dictione frequenter vtuntur summi Pontifices, vt dicetur explicando titul. de

de verbor.significa.in decretal.

Decessor, pro prædecessore.

¶ Decessor verò dicitur qui è prouincia successore veniente & finito officio discedit. l. obseruare. §. recte. ff. de offic. proconsul. l. præses. de minorib. quem Vlpia. antecessorem vocat in l. quamuis. ff. de reb. eorum. & vulgus prædecessorem.

Hereditas ex quib. augetur.

¶ Cum igitur hereditas accessionem & decessionem in se recipiat, nunc declarat ex quibus hereditas augeatur, dicens: *hereditas autem vel maxime fructibus augetur.* Siquidem fructus hereditatis ipsam augent, siue ante aditam, siue post acceserint, l. item veniunt. §. fructus. ff. de petitio. heredita. l. 2. C. illo tit. l. in lege. alias incipit, in ratione. ad legem Falcid. sic & fructus augent dotem, l. si marito. in fi. soluto matrimo.

¶ Verùm ideo addit maximè fructus augere hereditatem, quia non solum fructus, sed gregis fœtus & pecorum, ac partus ancillarum, quamuis in fructu non sint, & pensiones quæ ex locationibus prædiorum vrbanorum perceptæ sunt, etiam hereditatem augent, l. sed & si lege. §. fin. cum l. ancillarum. ff. de petitio. heredita.

Hereditatē quæ minuant.

¶ Quæ verò sint illa quæ minuunt hereditatem, docet Iurisconsul. in l. in ratione. 2. in princip. ff. ad legem Falcid. sic dicens: mortes seruorum, ceterorúmq; animalium, furta, rapinæ, incendia, ruinæ, naufragia, vis hostium, prædonum, latronum, debitorum facta peiora nomina, in summa quodcunque damnum, si modò culpa legatarij careant, heredi pereunt. hæc igitur sunt quę hereditatem minuunt: sicut econtra lucrum hereditati accedens eam auget, vt ibi dicitur.

Dos impensis vt minuatur.

¶ Ita quoque impensę diminuunt dotem ipso iure. Sed quod diximus ipso iure dotem impensis minui, non ad singula corpora, sed ad vniuersitatem erit referendum, l. 1. de dote prælega. Et ad quem spectet augmentum & diminutio, tex. est in l. secundum naturam. ff. de regul. iur. l. in quantitate. ad legem Falcid. intelligitur autem augmentum secundum naturam rei cui additur. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignora. actio. l. inter. §. cum inter. de pact. dotal. l. etiam. C. de iure dotium: quod non procedit in 12. casibus, quos Albert. Brunus scribit in tract. suo de augmento, in quinta conclus. prin. exactè præ aliis hanc materiā tractans.

§. Actionis verbum & generalé & speciale est, nam actio dicitur omnis siue in personam, siue in rem sit petitio. sed plerunque actiones personales solemus dicere: petitionis autem verbo in rem actiones significari videntur.

Actionis nomē quid comprehēdat.

¶ Actionis verbum est generale, comprehendens omnes actiones tam in rem quàm in personam: specialiter tamen intelliguntur personales tantum, vt scribit etiam Ioan. Crispus in arbor. exceptio.

Petitionis verbo quid significetur.

¶ Petitionis verbum significat actiones in rem, siue vt dicunt reales. vnde dicit text. in l. procurator. 3. ff. rem ratam haberi, procuratorem qui recipit pecuniam, & promisit dominum rem ratam habiturum, ac eum ad quem ea res pertinebit, si alius non procurator iterum petat, nō teneri hunc procuratorem, quia is nec actionem nec petitionem habebat. l. 1. ff. ad Macedo. ibi, placere ne cui, qui filiofamil. mutuam pecuniam dedisset, etiam post mortem parentis eius cuius in potestate fuisset, actio petitióque daretur: id est non dabitur actio personalis, nec realis alicui qui filiofamil. mutuauerit.

Actionis nomē generale & speciale.

¶ Non refragatur, si quis dicat actionem non posse dici generale nomen & speciale. nec enim absonum in iure videtur idem modò in genere, modò in specie sumi: quemadmodum de iurisdictione dicunt Doct. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. vbi dum iurisdictio generale nomen est, comprehendit omnem iurisdictionem: quando verò speciale, continet iurisdictionem tantùm inferiorem, quam Galli *iustice basse* vocant. Idem in adoptione dicimus. est enim generale & speciale nomen, §. 1. Instit. de adoptio. idem ergo erit in actione, vt hic, & scripsi in l. munus. supr. eod. vnde Vlpia. sic ait: Actionis verbo continetur in rem, in personam, directa, vtilis, præiudicium, stipulationes etiam quæ prætoriæ sunt, quia actionum instar obtinent, vt damni infecti, legatorum, & si quæ sunt similes. interdicta quoque actionis verbo continentur, l. actionis verbo. ff. de actio. & obligatio. etiam Imperator in l. fi. C. de hered. vel actio. vend. docet actionis nomen generale esse omnium siue in rem siue in personam actionum.

Iurisdictionis nomē generale & speciale est.

Adoptionis nomen generale & speciale.

Actionis nomē & petitionis quid differant.

¶ Item quandoque actio pro personali, & frequentius capitur: petitio autem pro actione in rem, l. actio. ff. de actio. & obligatio. quæ sic habet: actio in personam confertur: alij habent, infertur. petitio in rem, persecutio in rem vel in personā, rei persequendæ gratia. Alias etiam personalis actio dicitur à Iurisconsul. personalis petitio, vt l. sciendum. §. diuersa causa. ff. qui satisdar. cogant. Et actio specialis in rem vocatur in l. 1. in princip. ff. de rei vindica. per quam scilicet rem nostram quæ ab alio possidetur petimus. in personam verò est, qua cum eo agimus qui nobis obligatus est ad faciendum aliquid, vel dandum, & semper aduersus eumdem locum habet, l. actionum genera. ff. de actio. & obligatio. personalisque vocatur actio, quia is cum quo agitur est agenti obligatus: & actio est ius persequendi in iudicio

Actio in rem specialis.

Actio in personam.

in iudicio quod sibi debetur. §. 1. Instit. de actio. in rem verò dicitur eo petitio, quia res petitur ab eo qui eam tenet, qui nec est obligatus agenti. d. §. primo. multa in hanc rem scribunt Doct. in titul. de actio. Instit. & potissimum Ias. & Gomes. in §. omnium. quos si non grauemini videte. plura alia vocabula ex Gellio desumpta connectit hic Alcia. quæ multum conferre possunt. Et sic qui donat vel cedit generaliter actiones suas, tam actiones in rem quam in personam transferre videtur, per hunc tex. Quando autem specialiter vel generaliter capiantur, ex qualitate materiæ dignoscitur. vnde caute notarij in hoc Regno ad euitandam huiusmodi ambiguitatem in instrumentis euictionis siue garentiæ dicunt: *A promis garentir de tout ce dont on luy pourroit faire demande, action & poursuyte, ores ou par le temps aduenir:* vt si materia ad vtramq; actionē referri poterat, ita promissio extendatur: & sic generaliter capiendo præiudicium etiam contineat, id est actionem præiudicialem, de qua in §. præiudiciales. Insti. de actio. Acceptiones etiam octo huius nominis actio videre potes per Ias. & Gomes. in §. supereſt. 1. Insti. de actio.

Actiones qui suas cedit, vtrasque cedere videtur.

¶ Postremò in fin. tex. ibi, *personales actiones,* colligite idem esse, dicere actiones personales, vel in personam; aut seruitutes personales, vel in personam. l. 1. ff. de seruitu. quemadmodum reales actiones indifferenter, seu in rem dicimus. frequentius tamen Iurisconsul. vtuntur actione in rem, seu in personam, l. actionum genera. ff. de actio. & obligatio. l. fin. & per totum. De exceptio. rei iudica.

Personalis actio, seu in personam, idem.

Reales actiones, seu in rem, idem.

§. Persecutionis autem verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, vt puta fideicommissorum, & si quæ aliæ sunt, quæ non habent iuris ordinarij executionem.

Persecutionis nomine quid cōtineatur.

¶ Persecutionis appellatione venit persecutio extraordinaria: vt persecutio fideicommissorum, & aliæ quæ non habent iuris ordinarij persecutionem: id est quæ non possunt ordinariis actionibus prosequi: veruntamen nonnunquam ex abundantia Iurisconsul. extraordinarias persecutiones exprimit, quamuis satis per se persecutio extraordinaria dicatur, vt l. creditor. ff. de actio. emp.

Persecutio & actio quid differant.

¶ Sic igitur persecutio non dicitur simpliciter actio, sed extraordinaria petitio; verum actio proprie dicitur cum aliquid debetur ordinarie & iure obligationis & actionis. Quando verò quispiam aliquid potest persequi, in quo iudicum officium consistit, tunc extra ordinem agitur. Et illud quod quis sic persequitur, iuris ordinarij non habet executionem, cum videlicet nulla datur à iure actio. plura de his videte per Doct. in l. à diuo Pio. ff. de re iudica. iuncta l. aliud est fraus. in fin. supra eod. scripsi in 1. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. De publica executione loquitur tex. in l. hæc stipulatio. infra eod.

Iudicis officiū obligationem non præsupponit.

¶ Ex quo inferunt Doctores, quod officium iudicis non præsupponit obligationem, per l. qui per collusionem. §. fin. ff. de actio. empti. l. Quintus. ff. de annuis lega. scripsi in l. creditores. in verb. persecutione. supra eod. vbi tria sunt videnda: primum, an id quod quis officio iudicis (vt dicunt) persequi potest, debeatur: secundum, an officium iudicis contineat obligationem: tertium, an fideiussor accedere possit. quas quæstiones differo tractare in §. seq.

Actionis nomē generaliter & specialiter sumptum quid denotet.

¶ Nunc breuiter accedendo ad notabilia nostri tex. iuncto §. præcedenti, colligitur primo, actionem generaliter sumi pro quacunque actione, specialiter autem pro actione in personam: quemadmodum diximus in verb. rei, quod licet generaliter sumendo personas denotet, & actiones, & alia, vt in l. rei. 1. supra eod. tamen quando rem diuidimus à persona & actione, vt l. 1. de statu homi. cum diuiditur omne ius in personas, in res & in actiones: proculdubio patet eo loco, rem non complecti personas aut actiones, sed ab eis distingui. Alias superflua vel inepta esset hæc Iurisconsul. diuisio. fusius dicam in meis no. interpreta.

Petitionis nomen generaliter & specialiter quid.

¶ Secundò notate petitionem etiam accipi generaliter pro quacunque petitione, vt plene scripsi in l. in generali. supra eod. in specie verò pro actione in rem, vt hic.

Persecutionis nomen generaliter & specialiter sumptum quid.

¶ Tertiò eadem ratione persecutio generaliter & specialiter sumitur. Generaliter dicitur persecutio, vbicunque quis ius suum nedum in iudicio prosequitur, vt §. 1. Insti. de actio. sed etiam cum extra ius, vt dixi in l. actionis verbo. supra eod. facit l. si tibi. 3. in fin. ff. loca. specialiter autem persecutio vocatur extraordinaria persecutio, vt hic. vide quę de eadem persecutione scripsi in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. tract. de restitu. attic. 2. glo. 5.

¶ De verb. Extra ordinem tractabo in l. pupillus. §. munus. infra eod.

§. Hoc verbum DEBVIT, omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria sit persecutio.

Debere verbū quid comprehēdat.

¶ Debere quis dicitur, ex quacunque actione quis teneatur, siue sit ciuilis actio, siue prętoria, nec non si fideicommissaria fuerit persecutio. Et sic prima quęstio soluitur, vt id quod

quod quis poteſt perſequi dicatur deberi, ſiue debitum. nempe verbum deberi, generale eſt per iſtum tex. & glo. in §. 1. Inſti. de actio. ſiue actu debeatur, ſiue habitu, vt docet Zaſ. in §. 1. nu. 2. Inſti. de actio. quippe ſi deberi ſperetur litem conteſtando, quis hoc perſequi poterit. l. ſi Titius. ff. de verbor. obliga. vel in populari actione. l. 1. de popularib. actio. & per totum, vt ſcripſi in l. ſi cui. ſupra eod. l. deberi C. de fideicommiſſar. liberta. Et debitor dicitur à quo inuito pecunia exigi poteſt, l. debitor. ſupra eod. & in quem certa competit actio. vnde Iuriſconſul. in l. nec ſeruus. ff. de pecul. ait, quod ſeruus non poteſt quicquam debere, nec ſeruo deberi. Quod ſi quandoque verbo hoc abutamur, factum magis demonſtramus, quam ad ius ciuile referamus obligationem: verbi gratia licet ſeruus non ſit obligatus iure ciuili, tamen ex facto ſuo obligatur obligatione naturali: cuius facti eo vſq; rationem habemus, vt ex hoc dominus quoque teneatur quatenus eſt in peculio, vt ibidem & per totum dicitur. Ita res mihi legata dicitur mihi deberi. l. non amplius. ff. de lega. 1. veluti in actionibus is debere dicitur qui ad decem tenetur. §. 1. Inſti. de actio. & ex quacunque cauſa, etiam officio iudicis: nempe ſi iudicis officium porrigatur ad cogendum eum qui tenetur ad ſalarium vel ad aliud, præ ſe fert debitum: alioqui iudex perperam ageret, qui non debitum alicui adiudicaret, & ad ſolutionem indebiti cogeret.

Debere ſumptum κατα χρησιν.

Iudicis officiũ præſupponit obligationem, & continet. Officium iudicis mercenariũ Nobile.

¶ Quod verò iurium interpretes volunt officium iudicis non præſupponere obligationem, vel non continere: ego puto contrarium, ſiue ſit officium mercenarium, quod ſecundum eos actioni deſeruit, & ſic obligationi, doct. in l. 1. ff. de iuriſdictio. omni. iudic. ſiue ſit officium nobile, quod ipſi vocant, & ego reprobaui in l. actionis verbo. ſupr. eod. nempe ſi rei perſecutionem habeam, & mihi debeatur, iudex adſtringitur ratione ſui officij mihi iuſtitiam adminiſtrare. l. fin. §. iudicandi neceſsitas. ff. de munerib. & honorib. & mihi debitum adiudicare. Alioqui poteſt appellari tanquam à denegatione iuris, vt ſcripſi in l. actionis verbo. ſupra eod. Iaſ. in §. 1. Inſtit. de action. probat l. 1. iuncta l. ſemper. §. in hoc. ff. quod vi aut clam, vbi vi vel clam factum opus reſtitui debet. Et is qui opus ſic fecit obligatus eſt ad reſtitutionem, quæ reſtitutio fit officio iudicis. d. §. in hoc. & lege, ſi alius. §. belliſsime. ibidem. facit l. fin. de precar. l. carceri præpoſitus. de cuſtod. reor.

¶ Sed ratione eius qui tenetur officio iudicis non eſt obligatio perſonalis, niſi ſit contractus, vel quaſi, delictum, vel quaſi: veruntamen obligatus dicitur eo quod ſe exceptione tueri non poteſt. lege, vel obligatus. §. 1. ff. de liber. cauſ. ſic qui debet officio iudicis ſalarium eſt obligatus: quandoquidem ſe tueri non poteſt exceptione, quin ſoluat. Et hanc obligationem oriri ex quadam æquitate aſſerit Alcia. li. Paradox. 2. c. 10. poſt doct. in §. primo, Inſt. de obliga. & in l. Iulia. de condict. indeb. videte quæ ſcripſi in l. creditores. cum l. ſeq. & l. actionis verbo. ſupra eod.

Intellectus nouus ad l. qui per colluſionẽ. ff. de act. empti

¶ Non refragatur tex. in d. l. qui per colluſionem. in fin. ff. de actio. emp. vbi ſic dicitur, pretij ſorte licet poſt moram ſoluta, vſuræ peti non poſſunt, cum hæ non ſint in obligatione, licet officio iudicis præſtentur. Ecce textus perperam hactenus ad hoc inductus: nempe ſi quis petat pecuniam quam ei debeo, poſt moram teneor iure Digeſtorum ad vſuras: ſi tamen pecuniam, id eſt ſortem debitam ſoluam ſine vſuris, creditor poſtea non poterit ad eas agere, quia illæ vſuræ non erant in obligatione principali, ſed acceſſorie veniebant. quamobrem extincto principali per ſolutionem, extinctum eſt acceſſorium, videlicet vſuræ, per l. cum principalis. ff. de regul. iuris. Accipiens ergo ſortem, quodammodo acceſſorium remittere videtur, nimirum ſi poſtea vſuræ peti non poſsint, nec iure quidem actionis, nec officio iudicis, cum vt dixi fuerit extinctum acceſſorium. probat l. 4. C. depoſiti. ibi, non enim ſunt duæ actiones, alia ſortis, alia vſurarum: ſed vna, ex qua, condemnatione facta, iterata actio, rei iudicatæ exceptione repellitur: ſicque vnica eſt actio ad vtrunque & ad ſortem & ad vſuras, ergo & obligatio. §. 1. Inſti. de actio. Patet igitur officium iudicis continere obligationem vt ibi, ſumendo argumentum à contrario, quia dum extinctum eſt non continet obligationem, vt ibi: ergo quando non eſt extinctum continebit obligationem. facit lex, ædiles. 1. §. item ſciendum. verſic. ceterum. de ædilit. edic. vbi ſic dicitur: ceterum poſt iudicium acceptum tota cauſa ad hominem reſtituendum in iudicio verſatur, & tam fructus, quàm id quo deterior factus eſt, ceteraque veniunt. iudici enim ſtatim atque iudex factus eſt, omnium rerum officium incumbit, quæcumque in iudicio verſantur: ea quæ ante iudicium contingunt non valde ad eum pertinent, niſi fuerint ei nominatim iniuncta. ſicque iudicis officium extendit ſe ad omnia quæ debentur etiam quoad perſecutionem.

Obligatio quid.

¶ Adhæc confirmatur à definitione: ſiquidem obligatio eſt iuris vinculum quo neceſsitate adſtringimur alicuius rei ſoluendæ gratia. §. 1. Inſti. de obliga. ſed in ſalario debito patrono cauſarum, procuratori, medico, vel aliis, ſeu in alimentis debitis officio iudicis, neceſsitate adſtringitur quis ad illa ſoluendum. Cum igitur conueniant definitio & definitum, non video quominus dicatur obligatus. Alias ſi non eſſet obligatus, quomodo poſſet cogi? ſi cogatur, quomodo non erit obligatus? vel ſi debeat, prout dicit hic text. quomodo nulla

nulla erit obligatio? Interdum ait Iuriſconſult. per iuriſdictionem præſidis prouinciæ id præſtabitur. l. ſi res obligata. in fin. ff. de lega. 1.

¶ Minus obeſt l. Quintus. de annuis lega. ibi, nempe licet illa quæ ad ſcribentis auctoritatem duntaxat referuntur, nullam pariant obligationem nec actionem, vt ibi: tamen illa omnino non eſt ſpernenda auctoritas, neque omnino obſeruanda eſt: ſed interuentu iudicis hæc omnia debent, ſi non ad turpem cauſam referuntur, ad effectum perduci. Ecce igitur quod interuentu iudicis iſta ad effectum perducuntur, niſi ad turpem cauſam referantur. Eſt ergo obligatio. l. hereditas. ff. ſi pars heredita. Si verò ad turpem cauſam referantur, nulla erit obligatio, nec quidem iudicis officium: nec ibi dicitur quod iudicis officio illa ad effectum perducantur, ſed iudicis interuentu. nam iudex interuenit dum cauſa non ſit turpis, ſed honeſta: quibus viſis, & cauſa honeſta reperta, oritur obligatio, & ſic iudicis officium accommodum parti perſequenti rem, vt ſcripſi in l. actionis. ſupra eod. Ideoque præfata l. Quintus. dicit nullam parere obligationem, antequam conſtet an illa auctoritas ſit turpis necne. Atque ſi iudex interuenit, & ad effectum perducit, requiritur partem ad hoc eſſe obligatam, vt prædixi.

¶ Nec me mouet §. omnium. Inſti. de actio. vbi in actione reali nullo iure quis eſt obligatus: verum eſt ex conſenſu vel contractu: nihilominus dicetur obligatus, eo quod exceptione tueri ſe non poteſt, quominus reſtituat: vt ſic duobus modis quis dicatur obligatus, primùm ex contractu vel quaſi, maleficio vel quaſi: qua ratione obligatus minime dicitur qui rem meam detinet, ſecundum d. §. omnium. Secundo verò dicitur quis obligatus eo quod nulla exceptione tueri ſe poteſt, túncque rem meam iniuſte detinens quodammodo mihi dicitur obligatus: & ita loquitur d. l. vel obligatus. & §. 1. Inſti. de obligatio. dixi in l. creditores. ſupra eod. ſicque diuerſis reſpectibus intelligendum eſt quem eſſe obligatum, & quem non eſſe obligatum.

Obligatio duobus modis conſideratur.

¶ Sed quantum ad praxim attinet, huiuſmodi difficultates nullius aut parui ſunt emolumenti. nam quomodocumque pars cogatur ad dandum vel faciendum, ſemper agitur & pars perſequitur, nec quæritur an iure actionis vel obligationis, at ſufficit quod pars cogi poſsit, & quod debeat. Differentiæ tamen & doctrinæ gratia non inficior officium tunc iudicis (quod vocant Doct.) oriri, quando ius ſpecialem non introducit actionem, ſed hanc quadam æquitate conſiderata confert ad officium iudicis: quemadmodum ſcripſi in l. actionis verbo. ſupra eod.

Praxis in obligationibus perſequendis.

¶ Vnde Iaſ. in l. centum Capuæ. ff. de eo quod certo loco. firmat pro debito officio iudicis poſſe accedere fideiuſſorem per iſtum tex. & l. fin. ibidem, quia largo modo præſupponit obligationem dicens hoc ex tex. noſtro colligi, ſi ſubtiliter ponderetur. & Bar. in l. Marcellus. 1. ff. de fideiuſſor. nam fideicommiſſa iure ciuili Digeſtorum non petebantur iure actionis, ſed officio iudicis, quæ tamen hic text. dicit eſſe debita. proinde omni debito poteſt accedere fideiuſſor, per d. l. Marcellus. iuncta l. 1. ibidem: per conſequens & obligationi naturali, d. l. 1. quam obligationem naturalem patet impropriè & abuſiue dici debitum, lege, ſi is cui. §. Flauius. ff. de fideiuſſor. ſic igitur large ſaltem & improprie iudicis officium præſupponet obligationem. glo. & Doct. in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ff. de verbor. obligatio.

Fideiuſſor peti poteſt pro debito, officio iudicis.

Fideicommiſſa olim iure actionis non petebantur.

Obligationi naturali fideiuſſor accedere poteſt.

¶ At quod fideicommiſſa iure ff. tantum officio iudicis peterentur, non iure actionis, falſum eſſe Gomeſ. aſſerit in §. 1. in fin. Inſti. de actio. per tex. in l. ſi res. ff. de lega. 1. Et iſtam ſententiam tenuit Bar. & alij in l. 1. ff. de lega. 1. & Iaſ. ſibi contrarius ibidem. ſed Iaſonis opinio prima defendi poteſt, vt primis temporibus nemo inuitus teneretur præſtare id de quo rogatus erat: ideo id temporis omnia fideicommiſſa infirma erant. §. primo. Inſti. de fideicommiſſar. hereditа. ſed poſtea à diuo Auguſto, & Iuſtinia. approbata fuerunt, vt ibi, & in lege prima. ff. ad Trebell. & tunc quoque datæ fuerunt actiones, vt d. l. 1. de lega. 1.

¶ Notandum eſt igitur illud deberi quod quis perſequi poteſt, vt hic, & l. creditor. §. inter. ff. de actio. empti. vbi in ſalario quod officio iudicis præſtari ſolet. l. 1. §. in honorariis. ff. de actio. & obliga. & d. §. inter. oritur actio extraordinaria ratione pacti appoſiti, iuxta contractum venditionis militiæ, vt ſoluatur emptori pretium militiæ, quod iam debebatur venditori. hoc probat tex. ibi, & quod ex huiuſmodi pacto etiam ratione ceſsionis factæ: probat ibi tex. vt ſalarium quod debebatur ab illa perſona emptori cederet. ſic igitur ſalarium etiam non promiſſum actione extraordinaria petitur, vt dico in intellectu illius text. Ex quibus patet quoque fideiuſſorem accedere poſſe, quoties aliquid debetur, & pars illud perſequi poteſt. & ſic aſſentitur Bar. in d. l. Marcellus. ff. de fideiuſſor. vbi etiam ſi obligatio reſtitui poſsit, accedere poterit fideiuſſor, vt aſſerit African. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. illo titul.

Illud debetur quod quis perſequi poteſt.

¶ De hoc verb. Debere ſcripſi in l. debitor. ſupra eod.

¶ Sequitur in fin. tex. *ſiue ciuilis ſiue honoraria.* Quid ſit honoraria perſecutio patet ex ſuperioribus.

Honorarium ius. ¶ Honorario iure, l. creditores. supra eod.

Honorarius successor. ¶ Honorarios successores, in l. sed & eius. ff. famil. erciscund. vbi glo. exponit Trebellianicos: ego vero potius exponerem, id est successores de iure prætorio.

Honorarius tutor. ¶ Honorarius tutor, in l. Paulus. vbi docui, infra eod.

IDEM LIB. LI. AD EDICTVM.

LEX CLXXIX.

Inter hęc verba, QVANTI EA RES ERIT: vel, QVANTI EAM REM ESSE APPARET, nil interest. in vtraque enim clausula placet veram rei æstimationem fieri.

Explicatio textus. ¶ Hæc verba, quanti ea res erit, vel quanti eam rem esse apparet, non differunt, sed veram rei æstimationem significant, vt hic, iuncta l. hæc verba, quanti eam rem apparet esse, non ad id quod interest, sed ad rei æstimationem referentur. infra eod. quod poterit conferre ad

Quanti ea res est, in multis ll. explicatum. intellectum infinitarum legum in iure sub his verbis loquentium.

¶ Vnde Iurisconsul. sic ait in l. 2. in fin. ff. qui satisdar. cogant. in fideiussorem qui aliquem in iudicio sisti promiserit, tanti quanti ea res erit actionem dat prætor: quod vtrum veritatem contineat, an verò quantitatem videamus: & melius est vt in veram quantitatem fideiussor teneatur, &c. facit l. 3. ibidem, & l. vna. §. hoc iudicium non ad id quod interest, sed quanti ea res est concluditur. ff. si quis in ius voca. non ierit. l. si plures. ibi, quod si vnus quanti ea res est præstiterit, puto adhuc ceteros liberari, ff. de dolo. l. si seruus seruum. §. si quis alteri, ibi, quanti ea res erit in diebus. 30. proximis, tantum æs domino dare damnas esto. ff. ad legem Aquil. l. Iulia. in fin. Ad exhib. l. stipulatio. §. opus. ibi, Quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit. ff. de noui oper. nuntia. idem habetur in l. 1. in princ. si cui plus quam per leg. Falcid. facit l. quod si possessor. de rei vindica. & Vlpia. ait his verbis non pœnam, sed veritatem contineri. l. nouissime. §. 1. quod falso tuto.

¶ Idem si quis dixerit, Quanti ea res erit, vel est. nam licet de futuro loquatur, comprehendit tamen presens, vt dixi in l. verbum oportebit. supra eod. l. si seruus. §. idque euidentius. ibi, quanti ipse seruus sit. ff. de furtis. lege, si mortis. ibi, quanti est. ff. qui & à quibus.

Quanti ea res est, de damno intellectum, quid comprehendat. ¶ Verùm non procedit hic tex. in casibus sequentibus: primo cum in lege, vel statuto diceretur, tantum damni restituat, quantum fecerit, per istum text. à contrario: nempe tex. hic dicit, quanti ea res erit, secus ergo si diceretur, Quantum damni, quippe in damno consistit interesse. l. vna. vbi abunde scripsi. C. de senten. quæ pro eo quod interest proferunt. probat l. si seruus communis. §. idque euidentius. ibi, non oportet cuiquam plus damni per seruum euenire, quàm quanti ipse seruus sit. ff. de furt. & l. si cum exceptione. §. Labeo. ibi, quadruplatur autem id quanti ea res erit, id est cum fructibus & omni causa. ff. quod met. caus.

¶ Idem si dicatur ad duplum quanti res erit condemnetur: quia tunc intelligetur, vt veræ æstimationis duplum præstetur, & non sola rei æstimatio. l. prætor. 2. §. in hac actione. ff. vi bonor. raptor. ibi, in hac actione intra annum vtilem verum pretium rei quadruplabitur, non etiam quod interest.

Quanti interfuerit. ¶ Secundò non procedit in verbis sequentibus, quæ scilicet magis id quod interest, quàm rei veram æstimationem significant: vt quanti interfuerit, l. quod si heres. ff. de vsufruc. l. in instrumentis. de in litem iurando.

Quanti plurimi fuerit. ¶ Aut si dicatur, quanti plurimi fuerit, l. ait lex, quanti is homo in eo anno plurimi fuisset: quæ clausula æstimationem habet damni quod datum est. ff. ad legem Aquil. l. 2. & l. inde §. Iulia. ibidem. l. inficiando. §. infans. de furtis.

Quanti actor in litem iurauerit. ¶ Idem si dicatur, quanti actor in litem iurauerit, l. qui restituere. §. 1. ff. de rei vindica. ibi, Quantum aduersarius in litem sine vlla taxatione in infinitum iurauerit. & ibi, quanti aduersarij interfuit. l. ei qui. in fin. de furt. Et tunc est singulare interesse. l. tenetur. in fin. si quid in fraud. patro. quod vsque ad duplum esse potest. l. vna, C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. vbi scripsi, & declaraui nostri Regni communem obseruantiam non pati huiusmodi singulare interesse, nec peti solet per ordinationes Regias nouissime ad id prolatas: sed commune quidem & conuentum debetur. lege, harum. in fine. si seruit. vindicet.

Intereſſe ſingulare in Gallia peti non ſolet.

Inquantum religioni iudicantis videbitur. ¶ Ita si dicatur, inquantum religioni iudicantis videbitur, vel visum fuerit, vt l. fin. ff. de variis & extraordinar. cognitio. nempe hoc arbitrio iudicis ex bono & æquo relinquitur: sicque poterit veram excedere æstimationem, si æquum & iustum fuerit.

Quanti deterior res facta sit. ¶ Idem si dictum fuerit, quanti deterior res facta sit, id est quanti depretiata sit. l. in hac. ff. de triticar. in vtroque autem si post moram deterior res facta sit, Marcell. scribit lib. 20. habendam

habendam æstimationem, quanti deterior res facta sit, &c. Idem si dicatur, iudex æstimationem faciet damni, lege, si tertius. in fin. ff. de aqua pluuia arcend. secus si rei, vt dictum extitit.

Quanti ea res est, ex decisione legis nonnunquam exponendum. ¶ Tertiò non habet locum huius tex. regula, si in lege vel statuto aliter exprimerentur hæc verba, quanti ea res. tunc enim standum est decisioni legis, vt in l. 4. §. in eum. ff. de damno infecto, vbi ista verba habentur, in eum qui quid eorum quæ supra scripta sunt non curauerit, quanti ea res erit, cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudicium datur: quod non ad quantitatem refertur, sed ad id quod interest, & ad vtilitatem venit, non ad pœnam. l. Stichum. ibi, quanti est, quem necesse habeo dare, id est quanti mea interest. ff. ad legem Aquil. l. 3. §. in hoc interdicto. vti possidetis. ibi, quanti ea res est. sic accipimus, quanti vniuscuiusque interest possessionem retinere. l. procurator. 2. §. hoc interdictum. ne quid in loco public. Et sic forte conciliari possunt leges duæ: prima in l. fin. ff. si quis in ius voca. non ierit, iuncta l. 2. in fin. & l. 3. qui satisdar. cogant. ff. vel forte potest d. l. fin. intelligi in eo qui promisit se sistere, & l. 2. in fideiussore, quod suadent verba rub. si quis in ius voca. non ierit, quæ loquitur in parte. Adhæc l. fin. dicit, cum quis in iudicio sisti promiserit, videlicet seipsum sisti, non potest intelligi sisti alium. Et postea dicit, si status non esset, scilicet promissor, tunc cum eo agendum ad id quod interest, vt sic ad partem semper referatur. Dicam in meis no. interpretationibus. Aut soluite, esse phrasim seu elegantiam, quemadmodum scribam in d. l. hæc verba. infra eod.

Quanti ea res erit accipiendi nonnunquam pro ratione materiæ. ¶ Quartò limitatur pro ratione materiæ, veluti si quis promittat dolum malum abesse super aliqua re, & si non absit, quanti ea res est, tunc pœna significatur. l. nouissima. ff. iudica. solui. Et illa verba, quanti ea res, non referuntur solum ad rem principalem, sed ad litem sic æstimandam. & ita cum dictum fuerit, si restitutio rei non fiat, condemnetur reus quanti ea res erit: tunc siquidem non veram æstimationem rei significat, sed quanti iurauerit actor taxatione iudicis interueniente, vt plene tradidi in l. arbitrio. ff. de dolo. l. in bonæfidei. de pecul. l. qui restituere. de rei vindica. Et sic quando ista verba, quanti ea res, referuntur ad rem principalem, tunc veritatem & veram æstimationem significant: si verò referantur ad litis quoque æstimationem, tunc id quod interest, vt supra dixi: atque per hoc declarantur plurimę leges superius à nobis adductæ, in quibus respicere oportet ad quid referatur.

¶ Adhęc si dictum fuerit iurandum in litem, quanti ea res sit, æstimatio quoque tunc refertur ad interesse & ad totam rem æstimatam per contumaciam, l. 3. §. in hac. ff. commoda. Et sic prout subiecta materia exposcit, exponerem, vt in l. penul. §. in eum. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. l. fin. de prætor. stipula. l. stipulatio. §. fin. de oper. noui nuntia. l. 1. in princip. iuncta l. si quis seruum. in fi. de seruo corrupto. Ex re ergo apparebit quomodo sumenda sint hæc verba, iuxta l. sæpe. vbi annotaui, supra eod. & his casibus semper vera æstimatio significatur, quoniam æstimatur lis, quanti vere sit taxatione iudicis, dicta lege arbitrio.

Quantum ad numerum relatum. ¶ Quantum aliquando refertur ad numerum more Græcorum, pro quot, vt in l. si ita. ibi, in tantos quanti inueniantur. ff. de lega. 1. & quandoque relatiue, aliquando interrogatiue, vel indefinite accipitur, vt ex sequen. discerni poterit.

Quantum relatiue, interrogatiue & indefinite sumptum. ¶ Quanta pecunia, l. qui concubinam. §. cum ita. 2. de lega. 2. & quantas summas ait Iurisconsul. in l. quisquis. de lega. 3. l. si qua. ibi, quia eius iudicis potestas est quantam dicat. in fin. infra eod. interdum ad pondus, vel mensuram refertur, l. cum stipulamur. vbi no. supra eod. facit l. vinum. & l. respiciendum. si certum peta. Quantum iunctum cum tanto, in l. 1. ibi, si verò viuet, nocitumque ei esse dicetur, quanti ob eam rem æquum iudici videbitur, eum cum quo agetur condemnari, tanti iudicium dabo. de his qui deiecer. vel effuder. & l. fin. ibi, quantum profunditatis habuerint, tantum spatij relinquito. finium regundor. l. communi diuid. §. inter. ibi, sed in tantum duntaxat quantum ea parte debetur. ff. commu. diuidun. l. de eo. §. si post. ff. ad exhibend.

Quanti relatiè ad pretium. ¶ Sæpissime verò genitiuus quanti respicere solet ad pretium, licet non sit expressum, l. si seruum. ibi, quanti eum patri vendere possit. ff. ad legem Aquil. l. si pignore. in fin. de pignoratit. actio. l. hæc venditio. §. huiusmodi. de contrah. emptio. Quanti locare potui. l. in summa. circa fin. ff. de condict. indeb. Quanti seruus est, l. qui restituere. ff. de rei vindica. l. si ex duobus. De noxal.

¶ Quanti res æstimata ab actore fuerit, non veram rei æstimationem significat, sed pœnam, l. penul. §. in eum. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat.

¶ Quantum ad iuris pertinet largam significationem, l. quantum. supra eod. aliàs incipit, Paries.

Quantum facere poterat. ¶ Quantum facere poterat, l. quod si maritus. ff. de consti. pecunia. quæ phrasis declaratur per l. sunt qui in id quod facere possunt conueniuntur, id est non deducto ære alieno. ff. de re iudica.

Quanto deterior factus est. ¶ Quanto deterior factus est per iudicem habebitur ratio,l.non solum.ff.de rei vindica, l.in hac,de triticar.

Quanto locupletes. ¶ Quanto locupletes ex ea re facti fuerint,l.cum autem. ff. de rei vindica. quanto pluris pignus sit quàm pecunia credita, tanti iudex condemnet. l. si quis putans. §. Iulianus, ff. communi diuid.

Quanto pluris.

Quàtominus. ¶ Quantominus elucidatur in l.si ita à te.infra eod.

Quanto minoris actio Prætoria. ¶ Quanto minoris actio prætoria datur, cum animal vitiosum est ignoranti venditum, vt reddatur id,quãto minoris fuisset empturus,si vitium declaratum fuisset: vnde si emero equum viginti aureis, quem non fuissem empturus nisi decem,si vitium scissem, petam hos mihi decem aureos restitui:vel si nullo modo eram empturus, totum condicam pretium.l.quod si nolit.§.si plures,in fin.& l.ædiles.2.ff.de ædilit.edic.l.minus.supra eod.& hęc datur intra annum,redhibitoria intra sex menses,l.sciendum,in fi.ff.de ædilit.edicto,l. 2. C. de ædilit.actio.quod limitat Francisc.Cremen.singul.159.& 164.

Actio quanto minoris ciuilis. ¶ Est & actio quanto minoris ciuilis quę durat 30. annis,Insti. de perpetu. & temporal. actio.vt docet Petr.Iacob. in sua praxi. titul. de actio. ex empto quanto minoris ciuili, vbi dicit dari tam pro vitiis & morbis animalium,quàm pro seruitute ignorata. l. quotiens. ff. de ædilit.edic.l.qui vti optimum.supra eod.l.1.& l.Iulia.de actio.empti,vbi est glo. no. in §. item qui furem. Alia de ista actione videte per Specula.in titul.de emptio.& vendit. §.nunc dicendum.

¶ Aliæ infinitæ phrases huius verb. Quantum patent: vt tormenta habenda sunt non quanta accusator postulat,sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant.l. de minore,§.tormenta.ff.de quæstio.

Quantum pro quoad. ¶ Frequenter etiam accipitur pro quoad: vt quantum ad accipiendum iudicium familiæ erciscund.nihil interest possideat quis hereditatem, necne,l.heredes.§.1. ff. famil. erciscund.quantum ad crimen pertinet,l.tutor. §.1.de pignoratit.actio.

Quantumcumque. ¶ Quantumcumque pro tantum quantum,l.fin.ibi,sed cum Seio egero quantumcumque est quod minus à Titio exigere potero.ff.si certum peta. scripsi in l. creditorum. supra eodem.

Quacumque actione. ¶ Quacumque actione quis conueniatur,l.3.§.quacumque.ff.de iureiur.pro qualicumque.Alias huiusmodi phrases iudicio tuo relinquo.

POMPONIVS LIB. III. AD SABINVM.

LEX CLXXX.

Tugurij appellatione omne ædificium quod rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, quàm quod vrbanis ædibus, significatur. Ofilius ait tugurium à tecto,tanquam tegularium esse dictum:vt toga,quòd ea tegamur.

Expositio tex. ¶ Primo Iurisconsul. dicit, quid appellatione tugurij contineatur: secundò vnde dicatur tugurium,ibi, Ofilius. Imprimis tugurij appellatione significatur omne ædificium rei rusticæ custodiendę magis accommodũ, quàm ædibus vrbanis. Et sic pro qualibet domo rustica accipitur:Græcè καλιαν, seu καλιβην, seu συυτριβειον, & καλιὸς, casa:Gallicè tugurium *grange* dicimus,seu *granche*,à grano,quod ibi grana coaceruentur.

Tugurii quid, & vnde dictum. ¶ Dictum porrò tugurium à tecto,quasi tegularium,vel quasi tegurium à tegendo,mutato e in u:sicut à tegendo toga dicitur.Alcia.verò putat à tegulo tugurium deduci,contra Iurisconsul.traditam hic etymologiam,quod in eumdem sensum reincidit.

¶ Præterea intelligit hic Alcia. post Calepinum tugurium esse cum ita ædificatur, vt nec parietes habeat,nec luto crustata ędificia sint: sed stramentis vel arundinibus, alióve simili genere tegantur:nempe si parietibus lateritiis,& tegulis constet,tugurium nõ est,quale Virgilius describit,cespite contectum.sed cum hic Iurisconsul.non distinguat,nec ego, iuxta l. de pretio. ff. de Publicia. in rem actio. Quippe generaliter accipiendo pro omni ędificio quod rei rusticę custodiendę conuenit, prout capit Iurisconsult. multa sunt tuguria quę etiam parietibus lateritiis constant pro more regionis,& pro modo,& qualitate bonorum eius qui illud construit. Quamobrem regionis qualitas inspicienda est: alioqui nullum pene esset tugurium his in regionibus, in quibus propter aeris intemperiem & ventorum impetũ parietibus opus est vel lateritiis,vel lapideis.nec sequitur,cespite cooperta dicit Virgil. Plinius verò aquaticis arundinibus constructa tuguria. ergo sine his tuguria dicenda non sunt: quippe sunt hęc pro varia natura locorum intelligenda. at in essentia non refert qua materia sint constructa,sed ad quem vsum destinata sunt,vt si magis ad vsum rei rusticę fiant quam vrbanę dicantur tuguria,quę nos idiomate vulgari vocitamus *granges* indistinctè,siue cespites, seu paleę,lateres aut lapides fuerint ad construendum adhibiti.sin magis vrbanis ędibus conueniant,minime venient appellatione tugurij.

¶ Vnde

¶ Vnde si quis mihi venderet aut donaret tugurium, seu *la grange*, non videtur donare aut vendere domum separatam à tugurio, vsibus scilicet vrbanis destinatam,vt gratia inhabitandi forte paratam, aut alias, cum huiusmodi ædificium nil habeat commune cum tugurio,vt dicitur de possessione & proprietate in l.naturaliter.§.1.ff.de acquir.possess.dicam in l.vrbana prędia. infra eod.

Tugurium. ¶ Inde tugurium,id est paruum tugurium,quod si angustius sit, gurgustum nominatur,à gurgulione verme diminutiuum: Græci οἰκιδιον vocant paruum tugurium,& habitationem,& οἰκιδιὸν domesticus vocatur,οἰκία domus siue familia.

¶ Adhæc Metianus probat talem seruitutem constitui posse, vt tugurium mihi habere in tuo liceat,scilicet si habeam pascui seruitutem,aut pecoris appellendi:vt si hyems ingruerit,habeam quo me recipiam,l.veluti.in fin.ff.de seruitutib.rusticor.prædior.quæ significatio videtur esse diuersa à superiore.

Verborum significationis varietas. ¶ Nimirum significationes verborum variæ sunt. Aliæ siquidem sunt de iure naturali, vt tutela.l.tutelas.in princip.ff.de capit.deminutio.aut de iure gentium,vt manumissiones. l.manumissiones.ff.de iustit.& iure.Aut de iure ciuili,vt l.verbis ciuilibus.ff.de vulgar. seu de iure consuetudinario,vt hic,& l.vt Alphenus.supra eod.pulchre scribit Bal. in l. maximum.col.3. nu.6. C. de liber. præterit.vel exhereda. Quod ius consuetudinarium derogat omni verborum significationi,quare maxime insequendum.l.si chorus.ff.de lega.3. l. minime.ff.de legib.

¶ Adhæc quando plures sunt vnius verbi significationes, etiam propriæ dici possunt. nec enim imponuntur impropriæ nisi per vulgi abusum,quod nõ præsumitur, vixque discerni potest vtra magis sit propria. Et postquam Iurisconsul.fuerunt his vsi significationibus nostrum est eas amplecti,& tanquam proprias vsurpare, vt videtur notare Bar.in l. liberorum.col.4.infra eod.& in l.omnes populi.3.q.princip.de iustit.& iure.Alcia.in lib.1.de verbor. significa. col. 2. explicat. nec tamen negarim plerumque vnam propriam, alteram impropriam dici, tanquã forte longe petitam vel à vulgo. De his plura videte per Stepha. de Federic.in tract.de interpreta.legum.

IDEM LIB. XXXV. AD SABINVM.

LEX CLXXXI.

Verbum illud PERTINERE latissime patet. nam & eis rebus petendis aptum est,quæ dominij nostri sint:& eis,quas iure aliquo possideamus,quamuis non sint nostri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum causa sint,sed esse possint.

Expositio tex. ¶ Verbum pertinere generale est ad tres significationes quas hic tradit Iurisconsul. prima respicit dominium,vt si petam res quæ ad me pertinent,id est quarum sum dominus. l. si super. C. de transactio.tunc enim vere & proprie dicitur res ad me pertinere.l.liber homo ff.de acquir.rerum domi.& l.per seruum.versic sed quemadmodum.ibi,ita quod ex re quidem fructuarij acquisitum fuerit,ad eum pertinebit solum.Et quod ex re alterius communis domini seruus acquisierit,ad vtrumque dominum pertinebit.& patet in titul.de administra. rerum ad ciuita.pertinen.quamuis possit etiam latius ibidem accipi.

Pertinere verbum dominiũ continet. ¶ Adhæc pertinere dicuntur illæ res ad me iure quasi dominij,vt si à non domino emerim,per glo.hic:pro qua est tex.in c.abbate, ibi, iure dominij vel quasi, & cum suis finibus ex largitione Regis Aragoniæ ad ipsum monasterium pertinere.de re iudica.in 6.& per totum titul.ff.de Publicia. in rem actio.

Spectare verbum dominiũ continet. Competere dominium continet. ¶ Ita sicut verbum pertinere refertur ad dominium, sic quoque de verb. spectat dicendum est,teste Feli.in rub.de rescrip. col.penul.& Doct. in c. dilecto. de offic. archidiac. vel alias quomodocumque ad me spectet, vnde petam rem ad me spectantem.l. 1. in princip. vbi no.ff.de offic.eius.Idem in verb.competere, vt plene tractaui in l. conditionales. supra eod.Siue in totum siue in parte pertineant.l.omnes.C.de colla.fundor.lib.11. vnde si quis, vt vulgo dicimus, exposuerit clamorem pro re seu iure ad se pertinente, sufficiet rem pro parte pertinere, per illum tex. Et ibi hoc expressim scribit patruus meus Rebuffus per tex. in l.Lucius.§.filiam.ff.de lega.2.& per alia iura ibidem adducta:quod facit ad praxim curiæ parui sigilli Montispessulani.

Pertinere possessorium comprehendit. ¶ Secundo pertinere dicitur res quoad possessionem,per istum tex.ibi, & eis quas iure aliquo possideamus.& glo.in l.si quis intentione.ff.de iudic.ideoque si mei decessores domo fuerint vsi,ego non abs re dicam illam ad me pertinere,teste Bal.in c.bonę.col.2.de appella.quod est verum si iure possidebant,vt hic:secus si de facto, licet aliquando facti possessio prosit,sed non quoad istum tex. l. 1. §. si vir. ff. de acquir.possessio. scripsi in tract. de mater.possessor.in 3.tomo commentar.in constitu.Reg. Gallic.

Spectare & competere verba possessionem continẽt.

¶ Et si iudex fuerit delegatus simpliciter vt cognoscat de re ad Titium pertinente, poterit ipse quoque de possessione cognoscere, teste Panor. in c.1.col.3.de sequestra.possess. & fruct.& Feli.in rub.de rescrip.col.3.nu.7.Et sic etiam verba spectare, competere & pertinere comprehendunt possessorium, teste Alexand.consil.43.visis.col.1.in 4.vol.& consil.98. visis his.col.1.vol.5.Francisc. Marc.decis. 66.in 1.parte.in decis.Delphinal.ideoq; si rem emero licet à non domino, nihilominus dicetur illa res ad me pertinere, quia iure aliquo possideo,& habeo Publicianam contra quemcumque, excepto domino.l.1.& per totum.ff.de Publicia.vt dictum fuit.

¶ Ita quoque valebit inquisitio facta contra Titium quod subtraxerit vestem ad me pertinentem, licet non fuerit additum iure dominij, aut alias ad me pertinere, prout requirere perperam videtur Hippol.singul. 275. statui.multa ibidem allegans, quibus omnibus satisfacit generalitas huius verbi pertinere.

Pertinere ius etiam comprehendit.

¶ Tertiò dicuntur ea quoque ad nos pertinere in quibus non dominium habemus nec possessionem, sed habere possumus ratione iuris competentis, per tex.ibi, pertinere ad nos etiam ea dicimus, quę in nulla eorum causa sint, sed esse possint, ratione iuris, forte pignoris vt dicit glo.hic. Sic igitur tribus modis res ad me pertinere dicitur. Aut enim ratione dominij, vel possessionis, vel iuris: quæ significationes pleraſque alias comprehendunt: facilioris tamen doctrinæ gratia non pigebit aliquot subnectere.

Pertinere ratione iurisdictionis.

¶ Quartò igitur pertinere ad aliquem dicitur ratione iurisdictionis: vt quicquid est intra vrbem videtur ad præfectum vrbis pertinere, l.1.§.cum vrbem.ff.de offic.præfec.vrb.vbi pertinere dicitur quoad iurisdictionem quam intra vrbem ipse præfectus vrbis habet.

¶ Quintò res ad actorem pertinere intelligitur, etiam si sit sibi debita, vt firmat Iacob. in d.l.si quis intentione.col.2.de iudi.ratione iuris quod in ea habet.

Pertinere ratione iuris patronatus.

¶ Sextò ad habentem ius patronatus in re quapiam, dicitur res huiusmodi ad eum pertinere.c.bonæ.vbi Bal.no.ex illo tex.de appella.arg.l.talem.§.fin.ff.de heredib.instit. ratione iuris, vt diximus. vnde patronus ecclesiam ad se pertinere petere poterit.

¶ Idem si alio iure pertineat, c.constitutis, de religios.domib.glo.& doct. in c.querelam, per illum tex. de electio.

Pertinet ad me ratio.

¶ Septimo pertinere etiam latius patet, nam pertinere ad me videtur ratio, si modo eam tractaueris me mandãte.l.si quis.§.pertinere.ff.de edendo.id est ad me attinet, mea interest, quemadmodum exponit glo.in l.mulier.ff.de popular. actio. vbi sic dicitur, mulieri à populo populares actiones non dantur, nisi cum ad eam res pertineat.facit tex.in l.3. ibidem. ibi, in popularibus actionibus is cuius interest præfertur.

Ad rem non pertinet.

¶ Octauò non ad rem pertinet, id est non facit, l.officium.ibi, nec ad rem pertinebit.ff. de rei vindica.l.malum.§.fi.infra eod.l.si quis locuples.ff.de manumiss.testam.l. naturalem. §. examen.de acquir.rerum domi.l.1.§.per eum.ff.de acquir.possess.l.nam origo. quod vi aut clam.l.eum qui ita.§.qui sibi. de verbor.obligat. l. libertus. ad municipal. l.cum fundo. de seruitu. rusticor. prædior.

Pertinet ad causam testamenti.

¶ Econtrario ad causam testamenti pertinere videtur id quodcumque quasi ad testamentum factum est, in quacumque materia fuerit scriptum, quod contineat supremam voluntatem.l.2.§.1.ibi, ad causam. ff. quemadmod.testam.aperiant.

Pertinet ad vniuersitatẽ.

¶ Et quæ singulorum sunt, aut ad vniuersitatem pertinent, vt interdictum quorum bonor.aut ad res singulas.l.1.§.2.ff.de interdict. l. hæc stipulatio. infra eod. l. verba contraxerunt,& gesserunt non pertinent ad ius testandi. supra eod.l.Paulus. 1. de re iudica. iunct.l. lege.1.de vi publica.& l.de minore.ff.de quæstio.vbi Iurisconsul.dicit attinet. l. vacatio. de munerib.

Pertinere pro attinere consanguinitate vel affinitate.

¶ Nonò pertinere pro attinere consanguinitate vel affinitate, l.vlt.ff.de recepta.ibi, non enim est par eorum delictum, videlicet consanguineorum, & eorum qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.lege 3. §. si tamen plures. ibi, ad quem res maxime pertinet. de liber.homi.exhib.vbi etiam declarat ex fide, coniunctione & dignitate dici rem pertinere.

Ad quem bona non pertinent, ea retinere non potest.

¶ Decimò non pertinere bona dicuntur ad eum qui ea retinere non potest, l. non possunt vlla bona ad fiscum pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sint. id enim bonorum cuiusque intelligitur, quod æri alieno supereſt.ff.de iure fisci.

Pertinere ad aliquẽ res quot modis dicatur.

¶ Vndecimò pertinere ad aliquem dicitur, siue de iure communi, siue speciali, siue de consuetudine, priuilegio, vel præscriptione spectet.tex.vbi glo.no.in c. fi.de electio.in 6.& in c.constitutus.de religios.domib.Iacob.in l.solemus.ff.de iudic.

¶ Itaque postquam aliquis in iudicio dixit rem ad se pertinere, deduxisse videtur omne ius quod in re habet, per hoc verbum.glo.no. in c. inter dilectos. in verb. pertinere. de fide instrum.quam sequitur Petr.de Ferrar.in forma libelli in actio.reali, in verb. spectat. etiam si ex præscriptione pertineret. capitulo, cum contingat. de decimis. gloss. & Doct. in capitulo fina.de regul.in sexto, Specula. in titul. de caus. possession. §. sequitur. versic. aliæ sunt reales.& in titul.de libello. conceptio.§.iuxta. versic. quid si in libello. vnde consuluit Decius

Decius consil.128.facit in casu, Quod si summus Pontifex concesserit episcopo ea quæ ad Legatos pertinent, intelligetur concessisse etiam ea quæ ex speciali priuilegio Legatis competunt: ideoque beneficiorum collatio ad eum spectabit, vt plenius ibi.facit quod consuluit Bertrand.consil.87.in 3.vol.ex 1.editione.

¶ Duodecimò pertinet, id est pertinere possit. l. si posthumus, in princip. ff.de liber.& posth.vbi glo.sic exponit,& perperam, meo iudicio. proprie siquidem pertinebat hereditas ad heredes, donec posthumus ab eis auocarit.& l.non oportet.ff.de lega.2.

Pertinentes articuli. Impertinentes articuli.

¶ Decimotertiò articuli pertinentes dicuntur illi qui etiam modicum conferunt ad causam.tex.singul.secundum Bal.ibi, in c.1.& 3. de testib.Bar.& alij in l.si duo.§.idem Iulianus. ff. de iureiur. Econtrario impertinentes, qui nil ad causam faciunt, nec ad rogatum respondent, quales etiam in ordinationibus Regiis vocantur supplicationes impertinentes, in rub.*des requestes*,artic. 1.

Rem cum pertinentiis petere. Pertinentiæ quid.

¶ Decimoquartò, rem cum pertinentiis potest quis petere.cap.cum ad sedem. de restitu. spoliator.& Specula.in titul.de religios.domib. versic.qualiter. & seq. nam pertinentiæ dicuntur ea quæ ex statuto, lege vel consuetudine deputata sunt, vt accedant, teste Innocen. ibi,& Dec.consil.516.quoniam.col.penul. vbi accessoria dicit venire pertinentiarum appellatione.quod enim summi Pontifices vocant pertinentias, Iurisconsul.vocant accessiones vel accessoria, vt superius probaui in l.pecunię.proxima.facit l.2.ff.de pecul.lega. Vnde empto castro vel domo cum pertinentiis, poterit emptor incidere nemora quæ ibidem venditor accessorie ad domum habebat, vt docet Soci.in l.1.no.3.ff.de reb.dubiis. Tamen non veniunt res speciales, quæ non sunt de iurisdictione castri, licet sitæ sint in territorio, vt docent Imol.& Alex.in l.3.ff.de acqui. possess.

Pertinere & directè & obliquè in substitutionibus vsurpatur. Hæc verba, is ad quem ea res pertinet, quem denotent.

¶ Decimoquintò, verbum pertinere commune est in substitutionibus, & directam & obliquam significationem respiciens. Bar. Areti. & alij in l. Centurio. ff. de vulgari. & l.fideicommiss. §. si filio. de lega.3. Iaſ.in l.licet.vlt.no.nu.14. C.de pact. Doct.in l.si quis intentione. ff. de iudic.

Pertinere pro extendere.

¶ Decimosextò, hæc verba, is ad quem ea res pertinet, referũtur ad dominum & heredes eius, non autem ad creditores. Vlpia.scribit in l.non solum.§.quæritur ff. de procura. l.1. §. penul.de noui oper.nuntia.de his plenius scripsi in l.sciendum.§.fi.supra eod.

Pertinere pro competere.

¶ Decimoseptimò verbum pertinere accipitur pro extendere, l.1. §. conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens.l. idem & in duobus.ibi, personale pactum ad alium non pertinere, quemadmodum nec ad heredem. ibid.& in l.3.ff. quib. ad liberta. proclam. non licet, ibi, quæro an & ad eos qui ex mulieribus quæ sese passæ sunt venire nascuntur, ista senatusconsulta pertineant? Et iniuriarum actio lite contestata aduersus successores pertinet.l.iniuriarum.§.1. ff.de iniur.l.1.§. 1. ff. de bonor. possess.contra tab.l.2. §.solet,ibi, abolitiones ex senatusconsulto factas ad huiusmodi seruos non pertinere. de custod.reor. l.1.in fin.de iure immunita. vbi immunitates datæ generi & posteris, non pertinent ad eos qui ex mulieribus nati sunt. l. si quis operas.de oper. libertor.

Pertinere pro competere.

¶ Decimooctauò pertinere pro competere vel spectare, vt is qui non est certus querelam ad se pertinere.l.qui cum tutoribus. §. fin.ff.de transactio.l.in executione.§.prima species.ff.de verbor. obligatio.

Pertinere, tendere, respicere.

¶ Decimononò si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit iniuriarum tenetur.l.lex Cornelia.§.si quis librum.ff.de iniur.ego exponerem pertinentem, id est tendentem, respicientem.l.penul.de decret.ab ordi.faciend.

Pertinere, id est affici.

¶ Vigesimò sumitur pro affici, l.1.ff.de abigeis, ibi, attamen qui honestiore loco nati sunt non debent ad hanc pœnam pertinere, id est hac pœna affici non debent, nec sic puniri.

Pertinere pro dirigere, extendere.

¶ Vigesimoprimò quod ait prætor pertinet, hoc significat quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet: id est dirigitur, extenditur, peruenit.l.1.§. quod ait prætor. ff.de cloac.l.doli. de verbor. obliga. l. Sanctio.de pœnis.l.1. ne quid in loco sacro fiat.l.locus. supra eod. l.3. quib.ad liberta.proclam.non licet.l.mercis.infra eod.l.3.§.1. de vi & vi arma.

Pertinere pro transmittere.

¶ Vigesimosecundò stipulatio vti frui ad heredem non pertinet, id est non transmittitur,l.stipulatio ista, §.si quis ita.ff.de verbor. obliga.

Ad me pertinet, id est mei est officij.

¶ Vigesimotertiò pertinere accipitur pro eo quod dicitur, mei est officij, muneris, partium mearum, non est alienum, me attingit: vt culpa est se immiscere rei ad se non pertinenti,l.culpa,ff.de regul.iur.

Pertinere verbi significatio apud Gallos vsitata.

¶ Sexcentos alios modos, phrases, aut significationes huius verbi pertinere adducere possem: sed quæ omnes comprehenduntur sub præfatis, frequentissimus tamen horum omnium vsus nostratum est, vt referamus hoc verbum pertinere, Gall. *appartenir*, ad dominium: sicque simpliciter dictum, interpretatur vsus forensis. verum si non simpliciter, sed cum quadam qualitate dominium velimus significare, addimus illam qualitatem: Gallicè enim dicimus, *comme s'appartenant à moy quant à l'vsufruict, ou quant à la iurisdiction*, aut alias.

VLPIAN. LIB. XXVII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXII.

Paterfamilias liber peculium habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona.

Peculiũ quid, & vnde dictũ.

¶ Paterfamilias vocatur qui ſui iuris eſt, bonorum ſuorum liberam habens adminiſtrationem, & dominium. De quo vide l. pronuntiatio. & l. in lege cenſoria. & l. latæ. infra eod. l. nam ciuium. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Cum igitur ipſe bonorum habeat dominium, non poteſt habere peculium, quod proprie dicitur id quod dominus ipſe à bonis ſe parauit, ſuam ſubſtantiam à ſerui ratione diſcernens. l. peculium. 1. ff. de pecul. aut ſi mauis, id quod ſeruus domini permiſſu ſeparatum à rationibus dominicis habet. l. depoſiti. eod. & in l. peculium. ff. de pecul. dicitur: peculium & ex eo conſiſtit quod parſimonia ſua quiſque parauit, vel officio meruerit à quolibet ſibi donari: idque velut proprium patrimonium ſeruum ſuum habere quis voluerit. & ſic peculium proprium eſt patrimonium ſerui vel filiifamil. & eorum qui in poteſtate aliorum ſunt, quale non poteſt ſibi ipſi dominus conſtituere. Ratione igitur contrarietatis paterfamil. non poteſt huiuſmodi peculium habere. Et dictum eſt peculium quoad iſtam ſignificationem quaſi puſilla pecunia, ſiue puſillum patrimonium, d. l. depoſiti. ff. de pecul. nec enim ſolebant domini ſeruis omnia bona in peculium dare, ſed tantum modicam partem, ne forte nimium expenderet filius famil. aut ſeruus: nil mirũ igitur ſi puſilla hæc dicatur pecunia, ratione totius patrimonij habita.

Seruus omnia domino ſuo acquirit.

¶ Sic non poteſt ſeruus habere bona, quæ beant. l. bonorum. ſupra eod. nam ſeruus quicquid acquirit, domino ſuo acquirit. l. placet. ff. de acquir. hereditа. hæc igitur ſolus habere dicitur paterfamil. & ad eum referuntur: peculium vero ſeruum aut filium famil. reſpicit.

¶ Vnde patet hoc loco peculium accipi pro eo quod dominus à ſua ſubſtantia ſeparauit, & ſuo ſeruo conceſsit. d. l. peculium. & per totum. ff. de pecul. vel quod ſeruus ex ſua acquiſiuit parſimonia. facit l. inter publica. ſupra eod.

Peculium pro ſalario.

¶ Secundo peculium pro ſalario capitur, l. ordinariorum. C. de cohortalib. lib. 12. ibi, nec integro peculio ſub hac occaſione lętentur. vbi glo. exponit. videte & iudicate. Adhæc quæ Græci παράφερνα dicunt, Galli peculium appellant. Vlp. in l. ſi ego. §. dotis. ff. de iure dotium.

Peculiũ Gallis pro donis paraphernalib.

Peculium pro bonis liberi hominis.

¶ Tertiò quandoque peculium vocatur patrimonium, & bona liberi hominis, vt in l. cogi. in princip. ff. ad Trebellia. ibi, quia plerique patrimonium ſuum peculium dicunt. facit l. vna, in fin. C. de col. Thrac. lib. 11. l. ſi quis presbyter. in fin. C. de epiſcop. & cleric. ſic itaque paterfamil. peculium habere dicetur. in rub. de pecul. clericor. & per totum in decretal. vbi pro patrimonio capitur, & paſsim in iure canonico, nec non pleriſque in locis Iuſtinia. Cod. ex qua varietate ſignificationum conciliari poterunt iura allegata à Laurent. Valla lib. 6. cap. 40. quæ multum alioqui pugnare videntur.

Peculium pro pecunia quæ ſeponitur.

¶ Alios ſignificandi modos tradit glo. in rub. ff. de pecul. Alibi Iuriſcon. in l. ſi chorus. ff. de lega. 3. dicit pecuniam eſſe fragilem, id eſt facile frangi, & conſumi poſſe ſine peculio, id eſt ſine pecunia, quæ præſidij cauſa ſeponitur, id eſt ſeorſum ponitur, ſegregatur. nam ſemper quicquam anno finito ſupereſſe debet ex reditibus, l. ius alimentorum. de alimen. pupill. præſtand. ff. quæ quidem peculij ſignificatio nõ minus congruere videtur ingenuis quàm ſeruis. At ego ſic iſta conciliarem, quòd in priori ſignificatu ſeruus tantum dicatur habere peculium, ſeparatum inquam à rebus domini, quod paterfamil. habere non poteſt. eo enim ipſo quod habet, peculij nomen amittit, nec amplius puſilla pecunia dicitur, ſed confuſa cum patrimonio toto. Quandoq; verò inſtar huius peculij proprie ſumpti dicitur improprie quodammodo peculium, ea etiam pecunia quam ſolẽt nonnulli diligentes patres familias ſeorſum & ſeparatim à communibus expenſis ſegregare præſidij cauſa, id eſt ad ſublenandum periculum, ſi quod aliis rebus contingat, augendúmque patrimonium, cum res ſe offeret. ſicque videtur intelligendum patrimonium eſſe fragile, id eſt facile conſumi poſſe ſine peculio, id eſt ſine pecunia præſidij cauſa ſepoſita.

Peculij tres ſpecies.

Peculium caſtrenſe.

¶ Peculium autem propriè ſumptum in tres præcipuas ſpecies diuiditur. Aut enim eſt caſtrenſe, aut aduentitium, aut profectitium. Caſtrenſe dicitur quod à parentibus, vel cognatis in militia degenti donatum eſt: vel quod ipſe filius familias acquiſiuit, quod niſi militaret acquiſiturus non fuiſſet, l. caſtrenſe. ff. de caſtren. pecul. & per totum. l. filius familias. de donatio. & l. 1. §. nec caſtrenſe. de collatio. bonor. Et ſi ex illa pecunia caſtrenſi prædium aliquod emit, dicitur caſtrenſe, per l. 1. in fin. C. de caſtren. pecul. milit. lib. 12. itaque ſi filius familias miles deceſſerit, ſi quidem inteſtatus, bona eius nõ quaſi hereditas, ſed quaſi peculium patri deferuntur: ſi autem teſtamento facto, tunc pro hereditate habetur caſtrenſe peculium. Vlpia. in l. 2. ff. de caſtren. pecul.

Peculiũ quaſi caſtrenſe.

¶ Cui multum affine eſt quod dicimus quaſi caſtrenſe peculium, videlicet quod miles cæleſtis,

cæleſtis, id eſt clericus ex ſua induſtria, vel alius ex officio publico acquirit: vel quaſi caſtrenſe eſt quod quilibet filius familias, iure quaſi militũ vtens, veluti ſi doctor, & aduocatus quidpiam ex huiuſmodi profeſsione, vel ipſius ſtudij occaſione acquiſierit, l. fori. C. de aduoca. diuerſ. iudicior. l. fin. qui teſtam. facer. poſſunt. l. cum multa. de bonis quæ liber. Alexand. conſil. 2. in 6. vol. l. iubemus C. de ſilentiar. lib. 12. vbi Lucas de Penna col. 2. dicit vocari caſtrenſe. Sed contra eum patet caſtrenſe peculium ſimpliciter illud eſſe, quod miles acquirit in caſtris, aut ratione militiæ, quemadmodum ſuperius dictum fuit. itaque ſi pater vel propinquus aliquid dederit filio familias proficiſcenti in militiam, caſtrenſe peculium erit. l. 1. C. de caſtren. pecul. milit. & præfect. annonæ, lib. 12. Sic igitur continget etiam à patre profectum, matre, & aliis conſanguineis, dici caſtrenſe.

Peculium caſtrenſe palatinorum ſeu aduocatorum.

¶ Aliud quoque eſt peculium caſtrenſe palatinorum, vel aduocatorum, ita cum adiuncto dictum, quòd palatini Curiales, aut labore aut donatione principis, in palatio, & curia morantes acquirunt, vt in rub. de caſtren. omn. palati. pecul. lib. 12. iuncta l. vna. ibidem, ibi, non dicitur ſimpliciter caſtrenſe. ſic in Theodo. C. in l. 1. de aſſeſſor. ſcribitur, & in l. velut. in Cod. Iuſtinia. velut caſtrenſe peculium filij familias. aſſeſſores poſt patris obitum vindicent, qui conſiliis propriis adminiſtratores adiuuare cõſueuerunt, ſi quid licitis honeſtiſque lucris coadunare potuerint. Idemque dici poſſet de eo quod acquiſitum erit ex officio publico. l. fin. C. de inofficioſ. teſtam. vt conſulari vel alio. d. l. iubemus. C. de ſilentiar. lib. 12. & l. 2. in fi. de priuileg. eorum qui in ſacro pala. militant, eod. lib. Ita quoq; ſi mulier acquirat ex donatione principis, dicitur quaſi caſtrenſe, l. cũ multa. C. de bon. quę liber. quod procederet niſi eidem eſſet donatum ex turpi cauſa. quippe delictum caret priuilegio, l. 1. C. vbi ſenator. l. 1. & per totum. de condict. ob turpẽ cauſ. Quia verò plura dubia ſuper huiuſmodi donationibus à principe emanatis contingere vidi, potiſsimũ an hæc bona connumerarentur inter conquæſtus, quorum videlicet media pars acquiritur vxori, & an ad heredes tranſeant, ſolitus ſum in his tres caſus facere: Primus eſt cum princeps caſtrum aut aliam rem ſimpliciter cuipiam donat, vt nequaquam acquiratur dimidia pars vxori, aut econtra viro cum vxori donatum eſſet. l. cum multa. C. de bonis quæ liber.

Peculiũ quaſi caſtrenſe, quod mulier ex Principis donatione acquirit.

Princeps cum donat ſimpliciter marito vxori nihil acquiritur.

¶ Secundus caſus eſt, cum Rex donat alicui & heredibus, tunc vxor dimidiam huius doni tanquam conquæſtus habebit in patria conſuetudinaria. poſtquam enim princeps voluit ad heredes tranſmitti, ſic quoque ad vxorem: quippe ſecundum loci conſuetudinem videtur diſpoſuiſſe, l. ſi duo. ff. de acquir. hereditа. quemadmodum fuit iudicatum in hoc Senatu, vt patet in regiſtris Curiæ lib. 12. fol. 131.

Princeps cum donat alicui & heredibus, vxor quid conſequatur.

¶ Tertius caſus, ſi donatio facta fuerit Secretario, vel alteri à Rege & ſuis heredibus ex ſuo corpore deſcendentibus: tunc vxor non habebit conquæſtum ex intentione principis, quæ veriſimiliter debet attendi. c. mandatum. de reſcrip. c. commiſſum. & cap. dilecti. de decim.

Donatione à Principe facta alicui ſecretario & ſuis heredibus ex ſuo corpore deſcendentibus vxor excluditur.

¶ Caſtrenſes creditores dicuntur facti ex peculio caſtrenſi, videlicet poſtquam filius militare cœpit: ſecus ſi ante, l. 1. §. ſi filij familiæ. ff. de ſeparatio. ibi, an ſeparatio fiat inter caſtrenſes ceteróſque creditores, videamus. ſimul ergo admittuntur, dummodo ſi qui cum eo contraxerint, antequam militaret, forte debeant ſeparari: quod puto probandum, &c.

Caſtrenſes creditores.

¶ Caſtrenſis ſeruus, in caſtris acquiſitus, l. ſi quis hac lege. ff. qui & à quib. §. ſed ſi caſtrenſem ſeruum: vel ex peculio caſtrenſi quæſitus. de acquiren. rer. domi. l. in eo quod caſtrenſi ſeruo ante aditam hereditatem filiifamil. militis legatur.

Caſtrenſis ſeruus.

¶ Caſtrenſiani, ſeu caſtrenſiarij erant qui caſtris principis præerant, glo. & Doct. in rub. C. de caſtrenſia. lib. 12. & qui habebant curam caſtrorum, id eſt tentoriorũ, Lucas de Penna ibidem. Et hodie legitur illa rub. ab Alcia. de caſtrenſib. miniſtris. vtra lectio melior ſit vobis iudicandum relinquo, & an quatuor Mareſchalli Franciæ vocari ſic poſsint.

Caſtrenſiani.

¶ Aduentitium peculium, quod nobis aduenit aliunde quàm ex caſtrenſi vel quaſi, ſeu profectitio: vt ſi quid acquirat filius familias à matre, vel ex artificio, ſeu à quocunque alio etiam dando, l. filiæ dotem. C. de collatio l. paterfamilias. §. idem. ibi, quia id quod ex aduentitio acquiſitum eſt, non per patrem ad eum peruenit. ff. de priuileg. creditor. l. dotem. ibi, nam hereditas aduentitio iure quæritur. de caſtren. pecul. & aduentitium lucrum dicit Iuriſconſul. in l. non debet actori. in fin. de regul. iur. Et generaliter aduentitium lucrum ibidem appellat Iuriſconſul. quod nobis aduenit ex lucratiua cauſa, quæ declaratur in l. 1. C. de imponend. lucrati. deſcrip. lib. 10. quemadmodum aduentitiam neceſsitatem vocat Imperator vbicunque repente quidpiam eſt peragendum, quod ad vtilitatem publicam ſpectet, l. placet. in fin. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Peculium aduentitium.

Neceſsitas aduentitia.

¶ Profectitium autem peculium eſt quod à patre profectum, vel à domino eſt, ſeu patris contemplatione vel domini. Doct. in l. frater. ff. de condict. indeb. l. ſed ſi plures. §. arrogato. de vulgar. l. profectitia. de iure dotium. plene Hoſtien. in ſumma de pecul. clericor.

Peculium profectitium & aduentitium,

¶ Et horum vtrunque ſcilicet profectitium & aduentitium vocat Imperator paganicum in l. fin. C. de inofficioſ. teſtam. quia pecuniam illam habent pagani, id eſt non milites: ſicuti

cur paganicum dictum.

cuti capitur paganus in l. Centurio. ff. de vulgari, & dicetur inferius in l. pupillus. §. oppidum.

Peculium intricare.

¶ Peculium intricare vocat Iurisconsul. onerare, & æri alieno subiicere. l. 1. in fin. ff. de seruo corrup. Et peculium nascitur, crescit, & decrescit, & moritur, l. peculium nascitur. ff. de pecul.

Peculiaris, are. Peculiaria debita. Peculiares nummi. Peculiaria dolia. Peculiares creditores. Serui peculiares. Peculiaria mancipia. Peculiariter acquirere. Peculiaris pro speciali.

¶ Inde peculiaris & peculiare dicitur id, quod est peculij proprium, vel peculio deputatum, aut quod pertinet ad peculium. Et peculiaria debita in l. fin. ff. de nouatio. l. non plures. ff. de pecul. l. quotiens. de contrah. emptio. & Peculiares nummos ait Iurisconsul. in l. 3. §. 1. ff. de statuliber. & peculiaria dolia in l. qui fundum. §. fin. de contrah. emptio. Peculiares creditores in l. his consequenter. §. si filius famil. famil. erciscund. ff. l. si seruo manumisso, de pecul. lega. serui peculiares, in l. si Sticho, ibidem. Peculiaria mancipia, l. Athletas. §. Pompo. de his qui no. infam.

¶ Peculiariter acquirere, id est ex peculio vel causa peculij, l. 1. in fin. ff. de acquir. possess. l. 3. §. saltus. ibi, quas serui peculiariter comparauerunt. ibidem.

Peculiaria mancipia. Peculiariter acquirere. Peculiaris pro speciali.

¶ Alias peculiaris & peculiare dicitur etiam speciale, proprium seu præcipuum, vt peculiares missæ, id est speciales. c. 2. de celebra. missar. quæ in publico diebus festis dici non debent, vt populus missas dici audiat attributas. c. & hoc attendendum. de consecra. distinct. 1. licet hoc non seruent ignari presbyteri. facit l. 2. de tribut. l. vl. C. de comiti. rei militar. lib. 12. Et peculiari fauore præstamus, id est speciali, dicit Imperator in l. peculiari. C. de proximis sacror, scrinior. lib. 12.

Peculiare vinũ

¶ Quandoque peculiare pro re seruili capitur, vt si peculiare vinum legatum sit, id contineri quod serui habuerunt. l. si quis vinum. §. penul. ff. de tritic. vino & oleo lega.

Peculiaris merx. Peculiaris argentaria. Peculiatus seruus. Peculio, as. Peculatus crimen.

¶ Peculiaris merx, quæ peculio annumeratur, in l. mercis. infra eod.

¶ Peculiaris argentaria, id est de peculio profecta, facta. l. prætor. §. sed & si seruus. ff. de edendo. ibi, si seruus peculiarem faciat argentariam, dominus de peculio, vel de in rem verso tenetur.

¶ Peculiatus seruus, qui peculium habet, l. Iulia. §. si venditor. ff. de actio. empti.

¶ Inde peculio, as, peculiare, est peculium auferre, seu pecunia mulctare. Peculiari est furari ea quæ ad principem, seu ad rempublicam pertinent: & crimen peculatus, Græcè κλέμμα, est pecuniæ principis, aut sacræ vel publicę furtum. ff. ad legem Iul. pecula. & §. item lex Iulia pecula. Insti. de public. iudic. facit l. fi, C. de his qui ex public. ratio. lib. 10. Ob pecuniam tamen ciuitati subtractam actione furti, non crimine peculatus agitur, l. ob pecuniam. ff. de furt. quia ciuitates loco priuatorum habentur, vt superius scripsi in l. eum qui vectigal. Qua terminorum elucidatione præmissa, quia peculiaris hæc materia sterile parit aduocatis peculium, cetera de peculio dicenda ad proprios locos remitto.

IDEM LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXIII.

Tabernæ appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium, non ex eo quod tabulis claudatur.

Taberna pro ædificio. Καπηλεῖον. Κάπηλος, & καπηλικὸς. Καπηλὶς.

¶ Tabernæ generali appellatione omne vtile ædificium ad habitandum continetur. Græci Ἀγοραμίον vocant, vel καπηλεῖον tabernam seu cauponam. inde κάπηλος seu καπηλικὸς dicitur caupo vel tabernarius deceptorius, quod vt plurimum decipiant, & καπηλὶς, id est caupona. sicque taberna generaliter hic capitur, & ita potest capi in l. 2. in fin. & l. vl. ff. si quadrup. & l. tabernam. de fund. instruc. & in l. item apud. §. idem & si. de iniur. l. qui bona, §. qui damni. de damno infec. quod prodest ad sequen.

Tabernam qui vendit quid vẽdat.

¶ Nempe qui tabernam vendit, locum ipsum, si ad eum non spectet, vendere non videtur, sed ius quod habet: si verò solum ad eum spectat, & ius & solum. l. qui tabernas. ff. de contrah. emptio. declarat Alexand. consil. 95. diligenter, in fi. vol. 5. quando emptor sciebat, & consil. 63. nu. 9. in 6. vol. & Bolog. consil. 2. col. 4. versic. pro quo facit tex.

Tabernam qui hypothecæ nomine dat, quid supponat.

¶ Sic qui hypothecæ nomine dat tabernam, Gallicè dicimus, *obligeant sa boutique*, vtrumque etiam pignori dare videtur, & merces contentas & ipsam tabernam, per l. cum tabernam, ff. de pignor. Bar. & Ias. in l. si domus. §. fin. ff. de lega. 1. & abunde Anto. Negus. in tract. de pignor. in 2. membro. 2. partis principal.

Tabernæ argẽtariæ.

¶ Tabernæ argentariæ erant deputatæ argentariis nummulariis, & mensulariis, quales olim in publico erant constructæ. d. lege, qui tabernas. Et elucidat Budæ. in l. si hominem. ff. depositi.

Taberna pro loco vbi merces venduntur.

¶ Secundò & generalius tabernæ dicuntur vbi merces disponuntur ad vendendum, Gallicè vocamus *boutiques*, l. si pendẽtes. §. 1. ibi, si dominus solitus fuerit tabernis ad merces suas vti, vel ad negotiationem. ff. de vsufruc. l. heres absens. §. at si quis. ibi, tabernas vel officinas

cinas. ff. de iudic. l. cum tabernam. de pignorib. vbi Bar. l. 1. in princip. de exercitor. actio. l. 3. & l. sed & pupillus. §. proscribere. ff. de institor. actio. vnde Iurisconsul. ait Virginium ciuem Romanum cultro de taberna lanionis arrepto filiam suam interfeciſſe, in l. 2. §. initium. ff de orig. iuris. l. seruus. de vsu & habita. l. instructam. infra eod. l. procuratoris. §. si plures. de tributor. actio. & plerique pueros, puellasque tabernis præponunt. l. nam & plerique. ff. de institor. actio.

Taberna pro loco in quo vinũ venditur.

¶ Tertiò locus in quo vinum venditur taberna vocatur. l. palam. ff. de ritu nuptiar. quæ significatio recipitur vsu communi. Addunt & nostrates Galli differentiam quandam, horum simpliciter tabernã dictitantes qui in caupona vendendo vinum admittunt hospites quoscunque: aliorum verò honestiorum in hoc significatu tabernam habentium non simpliciter tabernam, sed cum adiuncto Burgensem tabernam vocant, eorum scilicet qui absque illa hospitum promiscua & vili receptatione vendunt vinum. Quorum omnium dolos & fraudes tacere præstat, quàm recensere.

Taberna quid differat à caupona.

¶ Differentiam addunt alij inter tabernam & cauponam, quod taberna dicatur locus quem Gallicè vocamus generali vocabulo *tauerne*, in qua scilicet equites hospitantur. glo. in d. l. palam. ff. de ritu nuptiar. Caupona verò Gallic. *cabaret* significat eam in qua diuertunt pedites, vel ipsam quæ vendit vinum. tex. in l. quæ adulterium. C. de adulter. quæ differentia licet confundatur sæpissime: paulo tamen verisimilior est ea quam tradit glo. in l. taberna. de fundo instruc. & Alberic. in verb. taberna. Huiusmodi verò tabernas ingredi prohibentur clerici, clem. 1. de vita & honesta. clericor. nisi quandiu peregrinantur. c. nulli. & c. clerici. 44. distinctione. cap. si constiterit. de accusa. cap. clerici officia, de vita & honestate clericorum.

Taberna cafearia. Taberna purpuraria. Tabernarij qui Caupones qui.

¶ Adhæc tabernam caseariam, vbi casei aut fiunt aut venduntur, tex. iuncta glo. in l. sicuti. §. Aristo rescripsit non putare se ex taberna casearia fumum in superiora ædificia iure immitti posse. ff. si seruit. vindicet. & tabernam purpurariam ponit Papinia. in l. prædiis. §. pater. de lega. 3.

¶ Inde tabernarij vel caupones, qui tabernas tenent, & in eis esculenta & poculenta præbent transeuntibus, aduenasq; & peregrinos recipiunt, l. si ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad legem Aquil. & in rub. ff. furti aduers. nautas, caupo. quod officium tabernariorum est clericis prohibitum d. clem. 1. de vita & honesta. clericor. quippe tabernarij & tabernariæ sunt abiectæ personæ, si per se exerceant. l. humilem. C. de incest. nupt. & improbi, secundum Bal. in l. dissolutæ, de condict. ex lege, & Alexand. in l. 1. C. de edendo, per tex. in l. 1. §. 1. ibi, cum nec nunc quidem abstineant ab huiusmodi fraudibus. ff. nautæ, caupo. stabular. vnde Hora. sic ait:

Perfidus hic caupo, miles, nautæque per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,
Aiunt, cum sibi sint congesta cibaria.

Rapaces quoque eos esse censet Bal. in l. 1. col. vlt. C. loca. nimirum ditantur statim, eorum verò diuitię caducę, teste Angel. in l. 1. §. fin. ff. furti aduers. naut. fluxęque sunt, quemadmodum à fluendo & infundendo vinum in aquam partę sunt. c. ciiciens. 88. distinct. loquor de improbis. multos quippe reperias in singulis ordinibus suo fungentes officio, vt plenius scripsi in tract. de hospitib. in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. vnde Iurisconsul. pulchre sic ait: nauta & caupo, & stabularius mercedem accipiunt non pro custodia: sed nauta, vt traiiciat vectores: caupo, vt viatores manere in caupona patiatur: stabularius, vt permittat iumenta apud eum stabulari. Et tamen custodię nomine ex locato tenentur. nam fullo & sarcinator non pro custodia, sed pro opera mercedem accipiunt, & tamen custodię nomine ex locato tenentur. l. nauta. ff. nautæ, caupones.

Taberna argentaria.

¶ Tabernæ igitur elucidatur significatio ex adiuncto, vt taberna argentaria, in qua mensa argentariorum exercetur, Gallice *la boutique d'vn changeur*, l. qui argentarias. ff. de contrah. emptio. dixi in l. boues. §. inter. supra eod. & sic de similibus.

Taberna cauponia, ferraria, vinaria.

¶ Taberna cauponia. l. tabernæ. ff. de fund. instruc. taberna ferraria, vbi ferrum venditur, l. Lucius. antepenul. §. quisquis. 1. ff. de lega. 2. vinaria, & sic de reliquis.

Vtile quid.

¶ Sequitur in tex. *Omne vtile ad habitandum*, phrasis apud Iurisconsultos perfamiliaris, diuersimode tamen accipienda, pro subiecto materiæ: hic sumitur pro conducibili, accommodo: cui multum affine est quod dicitur vtilitatis gratia vel causa, vt in l. oratione. ff. de feriis. l. inter. in princip. ff. manda. Alias sumitur vtile pro eo quod æquum & bonum est, vt cum dicitur vtile interdictum, vtilis stipulatio, in l. si rem meam sub conditione stipuler vtilis stipulatio est. ff. de verbo. obligatio. l. si ita. de pact. dotal. vtiliter ad petitionem admittetur, l. si debitor. ff. de pact. l. si dominus. de vsufruc. l. pen. communia prædior. vtiliter acturum, l. fi. ff. de exercito. alibi dicit efficaciter, l. si vnus. §. sed si stipulatus. ff. de pact. vtilius est dicere, l. fiue generalis. de iure dotium. vtile est fideicommissum, in l. vtrum. §. 1. ff. de reb. dub. cuius

Vtiliter acturũ. Vtilius est dicere.

loco

loco in §.fin. dicit consentaneum esse. De vtili actione, exceptione, iudicio, anno, & aliis scripsi in l. cum prætor. supra eod.

¶ In fine dicit tex. *non ex eo quod tabulis claudatur*. Alij codices habẽt hic affirmatiuam loco negatiuæ sic, *nempe ex eo quod tabulis claudatur*. ego primæ lectioni adhærerem, quod scilicet taberna non ex eo solo quod tabulis claudatur appellanda sit, sed quasi trabena à validioribus trabibus quibus insignia sunt suspensa. Alij quoque legunt cludatur, non claudatur: sed idem est sensus, varietate solum existente in antiquo illo verb. cludatur pro claudatur. sic enim veteres vti solebant.

Cludere pro claudere apud veteres.

PAVLVS LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXIIII.

Inde tabernacula, & contubernales dicti sunt.

¶ Tabernacula generaliter accipiuntur pro omni habitaculo, dicta à taberna: & cõtubernales, in vno tabernaculo habitantes: quemadmodum domestici & familiares contubernales vocari solent, l. liberorum. infra eod. vt inferius dicam.

Tabernaculum generaliter quid.

¶ Secundò tabernaculum Saluatoris dicitur ecclesia secundum Hieronym. in c. ne forsitan. de pœnit. distinct. 1. aut etiam domus alias Deo dicata, c. 1. de re iudica. in 6. per Archidiac. col. 2. §. 1. de consecra. distinct. 2. ita Diuus Petrus dixit Christo in transfiguratione: Faciamus hic tria tabernacula. Matthæ. 17. c.

Tabernaculum pro ecclesia.

¶ Iurisconsultus Principia Principum militiq; habitacula vocat, in l. officium. in fin. ff. de re militari, quod Principem capiant: contubernium verò militum cohabitatio, & propriè decem militum sub vno tabernaculo degentium intelligitur.

Principia quid.

Contubernium quid.

¶ Aliquando generalius accipitur contubernium pro societate, cohabitatione & sodalitate, & quandoque pro habitatione contubernalium, vt in l. non omnes §. à barbaris. ibi, Extra contubernium agens, id est extra habitationem & tabernacula. ff. de re militar. Inde Contubernales, domestici & familiares, in eodem tecto seu tabernaculo & tentorio habitantes, l. rem mihi. in fin. ff. commoda. l. vlt. in princip. de auro & argen. lega. l. Thais. §. here. de. ff. de fideicommissar. liberta. l. liberorum. infra eod. l. si seruo. de statuliber. Græcè ὁμοτέχνοι, seu ὁμοδέμνοι dicuntur ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ, quod est vna vel simul, & ῥοφέω sorbeo, quod in vna sorbeant domo: & ὁμόσιτος conuictor, qui vna vescitur, vel ὁμοτράπεζος commensalis, & conuictor. Aristo. tamen lib. 1. politic. cap. 1. hos vocat iuxta Epimenidis sententiam ὁμοκάπνους, seu ὁμοσκήνους, secundum Charond.

Taberna cum instrumento quid.

Contubernium in seruis quid.

¶ At contubernium in seruis est id quod in liberis matrimonium, l. Titia. ff. de manumiss. testam. glo. in §. 1. Insti. de patria potesta. per l. cum ancillis. C. de incest. nupt. instar cuius etiam iure canonico, contubernia dicuntur matrimonia contracta per sacerdotes, & alios qui de iure contrahere non possunt, c. sane. 2. de cleric. coniug. licet Imperator accipere videatur pro societate concubinali in l. nuper. C. de natural. liber. ita contubernales seruorum dicuntur vxores, & nati. l. quæsitum §. contubernales. ff. de fund. instruc. & l. liberorum. infra eod.

Contubernia, matrimonia contracta per sacerdotes.

Contubernales seruorum vxores.

¶ Et sic tabernaculum accipitur pro tentorio, quod Gallicè vocamus *pauillon*, & est multiplex, videlicet prætorium, ducum, pellitum, laureatum, tapeticum tensum, quę declarat Las. in lib. 4. de republ. Roma. c. 5. pag. 488. & seq.

Tabernaculum pro tentorio.

VLPIANVS LIB. XXVIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXV.

Instructam autem tabernam sic accipimus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis constat.

¶ Postquam superius elucidauit Iurisconsultus, quid taberna, & tabernacula significent, nunc quę instructa vocetur: & instructam tabernam dicit, quę & rebus & hominibus parata est ad negotiationem. nec enim diceretur instructa, quæ homines non haberet ad vendendum merces in ea repositas, vel ad operandum, l. cuicumque. §. sed & cum fullo. ff. de institor. ibi, sed & cum fullo peregre proficiscens rogasset, vt discipulis suis, quibus tabernam instructam tradiderat imperaret, &c. Contra est si taberna cum instrumento dicatur: quippe tunc institores non venient. at si dicatur instructa, sic, l. tabernæ. de fund. instruc. quippe non sunt homines instrumenta fundi, sicut non sunt fructus fundi. §. in pecudum. Insti. de rer. diuis. nil mirum si appellatione instrumenti non contineantur homines, quia iustissime ædiles noluerunt hominem ei rei quæ minoris esset accedere, propter hominum dignitatem. ridiculum enim esset fundum tunicæ accedere, multo minus hominem fundo. l. iustissime. ff. de ędilit. edic.

Taberna instructa quid.

Taberna cum instrumento quid.

Homines non sunt fundi instrumenta.

¶ Eodem

¶ Eodem modo si domus instructa legetur, venient homines, quibus ipsa instruitur: sed si domus cum instrumento simpliciter legetur, nequaquam venient: siquidem instrumenta domus, aut fundi non dicuntur: quem puto verum esse intellectum ad istum tex. licet Alcia. adhibeat distinctionem: institores quidem non venire, sed alios seruos sic: cuius differentiæ rationem haud video. Et quod indistincte sit intelligendum Augusti. docet in tract. de emenda. iur. lib. 2. c. 4.

¶ Verum si quis legaret cauponam cum instrumento, venient etiam institores: siquidem cauponæ nomen est genus negotiationis. non mirum igitur si veniant serui illi qui negotiantur in ea. sed nomen tabernę est loci nomen, cuius appellatione homines nõ continentur: & ita videtur intelligendus ille tex. d. l. tabernæ. quicquid ibi dicant glo. & Doct. & Alcia. At quo facilius d. l. taberną intelligatis, verba illius subijcio: tabernæ cauponiæ instrumento legato, etiam institores contineri Neratius existimat. sed videndum est ne inter instrumentum tabernæ, & instrumentum cauponæ sit discrimen: vt tabernæ non nisi loci instrumenta sint, vt doliaria vasa, vectiones, ancones, calices, trullæ, & phialæ, quæ circa ahenum solent traiici, item vrnæ æreæ, congiaria, sextaria, & similia. Cauponæ autem cum negotiationis nomen sit, etiam institores. Sensus igitur eius legis est, quod si quis legauerit instrumenta tabernæ cauponiæ, id est cauponariæ, Neratius Iurisconsul. arbitrabatur etiam institores contineri: Paulus tamen dicit videndum esse, an sit aliquod discrimen inter instrumentum tabernæ, & cauponæ, vt instrumenta tabernæ non sint nisi instrumenta loci, id est quæ sunt in illa taberna: sed instrumenta cauponæ sunt negotiationis nomen: ideoque institores qui in illa negotiantur, veniunt. De cuius legis intellectu latius dicam in meis no. interpretatio.

Caupona cum instrumento, quid.

Ad l. tabernæ. ff. de fund. instru.

¶ Quæ verò dicantur vasa doliaria, scripsi in l. vasa. infra eod. Vectiones, vt puto, Iurisconsul. ibi vocauit vasa quibus vehi potest, quippe tunc sunt instrumenta loci à vehendo: vnde quoque vectiarium dicit Vitruuius esse torcular, si non cochleis torqueatur, sed vectibus, & prælo prematur, quadraginta pedum longitudine constituatur, vt sit vectiariis spatium expeditum ad vehendum. refert Cęlius lib. antiq. lectio. 11. c. 29. vt velit dicere tex. vasa doliaria quæ deferri regulariter non solent, non tantum inter instrumenta loci deputantur, sed etiam vectiones, id est instrumenta quæ vehi possunt, vt torcular quod videmus per vicos rotis agitari & perferri.

Vectiones quid.

Vectiarium.

¶ Ancones, vasa sunt cubitalia. ἀγκὼν enim Græcè, cubitus, aut curuus Latine dicitur, teste Cattellia. in 2. parte memora. in verb. ancones. & Nebricen. eod. verb. in dictio. ad leges.

Ancones quid.

¶ Trulla secundum quosdam est vas in quod proluuies alui infunditur, quod scaphium quoq;, & lasanum Latinè dicitur: quemadmodũ videtur intellexisse Iuuenal. dicens: *Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.* quod improbat Alexand. lib. genial. 3. c. 10. vbi docet esse potius vas potorium: quod equidem hic probari potest, & d. l. tabernæ. vbi postquam nominauit calices, subsecutiuè postea nominat trullas & phialas. sic in l. Seiæ. ff. de auro & argen. lega. dicit, trullæ, scyphi. ex quo tex. colligitur etiam verisimiliter connumerari trullam inter pocula potoria: nec tamen necessario sequitur, quin aliquando pro diuersitate locorum variè accipiatur.

Trulla quid.

¶ Alias enim dicitur quoque portus felicis Arabiq, vt est apud Ptol. quem refert Nestor.

Trulla, portus felicis Arabiæ.

¶ Adhæc trulla accipitur pro instrumento cęmentariorum ad poliendum, & linicndum muros, teste Alberic. in l. & si non sint. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Gallic. *truelle.*

Trulla, instrumẽtum cæmentariorum.

¶ Congiarium, mensuræ genus est: alias etiam dicitur Imperatorum munus, teste Cattellia. in 2. parte memoral. in verb. congiarium. videte quæ scripsi in l. vinaria vasa. infra eod. vbi alia quoque vinaria vasa descripsi.

Congiarium, quid.

¶ Verum ad nostrum tex. redeundo in verb. instruere non erit alienum phrases eius aliquot & significationes subnectere, à Iurisconsultis depromptas.

¶ Primum instructus procurator appellatur qui est institutus & edoctus cum mandato, & munimentis omnibus ad causam necessariis, c. 1. in fi. de appella. in 6. c. cupientes. §. quod si per 20. versic. insuper. de electio. eod. lib. c. 1. de procurator. vbi sic scribitur: instructam personam cum mandato legaliter facto, & presbyterorum testimunque subscriptionibus roborato, gestisque ex more indicto transmitti, &c. ab instruendo scilicet, id est docendo, vel ostendendo, vt instruere discipulos, c. 1. in fin. de offic. primiceria. c. ponderet. 50. distinct. l. 1. §. si præses. 2. ff. de magistratib. conueniend. l. si pure. in fin. ibi, item de singulis instruere. de fideicommissar. liberta. l. notionem. in fin. infra eod. hinc quoque instructa causa dicitur, omnibus necessariis munita, c. ex parte. 3. de rescrip.

Instructus pro curator.

Instructa causa.

¶ Alias instruere est apparare, ornare, munire, l. in lege censoria. infr. eod. vt instruere nauem, fundum, domum, & alia, quę prout docet Cardinal. Adria. in tract. de sermo. Latino, nil aliud significant quàm comparare in naui, fundo & domo necessaria, vt nil quod vsui aut ornamento sit, illis desit, per l. nauis. ibi, instruendę magis nauis, quàm conseruandarum mercium gratia factum esse. ff. ad legem Rhodiam de iactu, cuius dicta multum videntur consonare huic tex.

Instruere, apparare

Instrumẽtum, quid.

¶ Inde instrumentum est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus exerceri nequiret possessio, l. quæsitum. ff. de fundo instruc. & instructus fundus, qui ea habet instrumenta, sine quibus fundi exercitium inutile esset. l. 1. & per totum. ff. de fundo instruc.

Fundo legato, quid contineatur.

¶ Si quis autem simpliciter legauerit fundum vti est, censetur eum legare instructum, per l. quæsitum. §. peto. ff. de lega. 3. l. prædia. §. penul. & l. Seiæ. §. fin. de fundo instruc. in hoc tamen legato non veniunt reliqua colonorum, id est illa quæ debebant coloni, d. §. peto. & sic consuluit Alexand. consil. 68. quia consultationem. 1. q. vol. 6.

¶ Ita si quis promiserit tradere collegium instructum, aut fundare, non sufficit præstare collegium etiam supellectilibus ornatum, sed oportet quod homines regentes habeat: alias collegium mutum esset, nec diceretur instructum. idem in eo qui promisit tradere scholas instructas. Et sic per istum tex. respondi conductori collegij. Vnde domo instructa legata responsum est supellectilem legatam, non etiam vina, quia domus vinis instructa intelligi non potest, Pompo. in l. si ita §. 1. ff. de fundo instruc.

¶ Adhæc cum hic text. generaliter loquatur de hominibus, comprehenditur tam vir quàm mulier: vt si locus indigeat muliere, non sine ea dicatur instructus, per l. hominis. supra eod.

IDEM LIBRO XXX. AD EDICTVM.

LEX CLXXXVI.

Commendare nil aliud est quàm deponere.

Commendare pro deponere.

¶ Commendare deponere est, vt hic, & in l. Lucius. ff. depositi, ibi, quid enim aliud est commendare quàm deponere. c. ne quis. 22. q. 2. inde res commendatæ depositæ dicuntur, id est fidei alicuius commissæ, l. Publia, in princip. ff. depositi. l. cum hereditas. C. illo titul. Cum vero tex. ait, *nil aliud esse commendare quàm deponere*, intelligendum est sane in hoc significatu: quippe aliis etiam capitur modis: vt cum Papa dicit se beneficia quibusdam personis commendare, id est fidei illorum & administrationi committere, quam commendam vocamus, c. nemo. vbi glo. de elect. in 6. Ruseus in tract. commend. scripsi in tract. de pacific. possessor. in 5. amplia. nu. 35. cum seq. nempe si quis habeat vxorem non datur ei alia, sed potest ei aliqua commendari. sic habenti beneficium, potest ei aliud committi & commendari: sed non forsan absque graui animarum dispendio.

Commenda quid.

Commendare suspectum, est reddere.

¶ Secundò, commendare aliquem suspectum, est reddere, ostendere, vel facere illum suspectum. inde Iurisconsultus ait, callida conuersatio tutoris suspectum commendat. l. si creditores. §. 1. ff. de priuileg. creditor, vbi glo. exponit, id est accusat: quod mihi parum arridet. nec enim delictum accusat, sed homo: quapropter adhærerem priori expositioni.

Commendare pro allegare.

¶ Tertiò commendare pro allegare, siue producere capitur in l. laudabile nomen. C. de aduoca. diuersor. iudicior. ibi, gestis interuenientibus commendari, & ibi glo.

Commendare dispendiis, subiicere.

¶ Quartò, commendare dispendiis, est subiicere & dare, c. 2. de consti. ibi, vt dispendiis præterita non commendet.

Commendare pro cõmittere.

¶ Quintò, si verbum commendare ad personam referatur, tunc capitur pro committere, & quod vernacule dicimus, *recommander*: vt Hypatium tibi commendo, l. verba. ff. de alimen. & cibar. lega. quamuis ibi glo. exponat pro rogo: sed parum bene mea sententia. Et ita capitur in prima significatione in l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. ff. manda. l. si in aliquam. de offic. proconsul. l. vna. §. sed scimus. C. de Lati. liberta. tollend. quæ commendatio non obligat commendantem, si is cui fuit commendatus ei mutuauerit pecunias: siquidem non tenetur commendans pro illo quem commendauit, d. l. si verò non remunerandi. §. cum quidam. & §. si quis mandauerit. ff. manda. nisi dixerit, Periculo meo illi crede. Inde vulgo dicimus, *recommander de bouche ne nuit ne touche*. his enim commendationibus abundant nostrates, præcipue curiales: sed caueant ne fines commendationis excedant. obligarentur enim. Sic igitur ea quæ commendandi causa in venditionibus dicuntur, si palam appareant, venditorem non obligant: veluti si dicat seruum speciosum, domum bene ædificatam. At si dixerit hominem bene literatum, vel artificem, hoc præstare debet. nam hoc ipso pluris vendidit, l. ea quæ. ff. de contrah. emptio. facit l. sciendum. de ædilit. edic. l. fin. C. quod cum eo. Bar. in l. Lucius. ff. de fideiussor.

Commendans non obligatur pro facto eius quem commendauit.

Commendare fideicõmissum non inducit.

¶ Sextò, verbum commendare fideicommissum non inducit: vnde si quis ita scripserit, illum tibi commendo, diuus Pius rescripsit fideicommissum non deberi. aliud est enim personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis heredibus insinuare, l. fideicommissa. §. si ita quis. de lega. 3. Et hæc commendatio non imponit necessitatem heredibus libertatem dandi, sed arbitrium remittit. l. Thais. §. Lucius. ff. de fideicommissar. liberta. l. ex verbo. C. illo titul.

Commendare pro laudare.

¶ Septimò, commendare, laudare est, quando habet alterum accusatiuum cum dictione apud, vt docet Valla: vt si dicam, Commendo te apud Regem, commendat te probabile testimonium

stimonium prælatorum. c. in Lateranen. in fin. de præbend. glo. in d. c. nemo. de electio. in 6. text. in l. obseruare ff. de offic. proconsul. glos. in d. l. ex eo. C. de fideicommissar. liberta. l. quotiens. famil. erciscund. vel commendat falsa pondera. l. arbitri §. de eo. ff. de dolo, id est laudat tanquam bona, & iusta.

Commendatitiæ literæ.

¶ Inde commendatitiæ literæ sunt, in quibus aliqui commendantur, l. si epistolam. §. 1. ff. de acquir. rerum domi. quibus Cicero, & alij rhetores vsi sunt. Et has literas commendatitias nonnunquam solet vniuersitas Parisiensis his qui bellissimè rectoris officio functi sunt concedere: de quibus literis plenius scripsi in l. dimissoriæ. supra eod.

Deponere pro amittere.

¶ Sequitur in tex. *Deponere*, quod variis modis sumitur: primum pro amittere: vt deponere possessionem quis animo non potest, l. si me in vacuam. ibi, quia animo deponere, & mutare possessionem non posse. ff. de acquir. possess. iuncta l. quemadmodum. & l. possessionem. ibidem.

Deponere ædificium, pro construere.

¶ Secundò, deponere ædificium, pro apponere, seu construere, Iurisconsul. in l. fin. in princip. ff. de vsucapio. ibi, si quis ædificio funditus diruto, quod in littore deposuerat: videre potes, intellectum ad illum tex. in meis no. interpretatio.

Deponere ædificium, pro demoliri.

¶ Alias, etiam contrariam habet significationem, deponere ædificium pro demoliri, destruere. l. si arborem. §. per contrarium, si deponas ædificium, vel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam, cœpit sole esse plenus, non facit contra seruitutem. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior. l. & si forte. in princip. & l. sicuti. si seruit. vindicet. Et depositio ædificij pro destructione, demolitione, in l. metum. magna. §. sed licet. in fin. ff. quod met. caus. l. 4. §. sed & si quis. finium regundor.

Depositio ædificij.

¶ Ita deponere tigna, separare, dimouere. l. inter. §. sacram. in fin. ibi, sicuti de ædibus deposita tigna, ea mente vt reponantur, ædium sunt: sed si vsque ad aream deposita sunt, licet eadem materia restituatur, alia erit. ff. de verbor. obligatio.

Deponere affectum accusandi.

¶ Et deponere affectum & animum accusandi, idem. l. ab accusatione. ibi, non ab accusatione desistit qui affectum, & animum accusandi deponit. & l. destitisse. ff. ad Turpillia. l. fin. de requir. reis.

Deponere, id est tollere.

¶ Tertiò, patria potestas quæsita per adoptionem finita ea deponitur, id est tollitur, admitur. l. in omni fere iure. ff. de adoptio. Et neque paupertor sit qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo deposuit, l. si sponsus. §. si maritus. 2. ff. de donatio. inter vir. & vxor.

Deponere lugubria.

¶ Quartò deponere lugubria, id est demere, auferre, relinquere, l. genero. ibi, Labeo ait ipso die, & sumere eam lugubria, & deponere. ff. de his qui no. infam. sicque sumere & deponere sunt contraria: sicut imperium accipere & deponere, in l. fi. ff. de offic. proconsul. vbi proconsul portam Romæ ingressus deposuit imperium: quæ dimissio interdum fit ratione temporis finiti, vt ibi, interdū ex causa, vt ff. de excus. tut. & l. verum. §. ex facto. ff. de minor.

Depositio pro priuatione.

¶ Alias quis propter delictum deponit dignitatem: quia priuatus est per sententiam. sic loquitur l. aut damnum cum infamia, aut dignitatis alicuius aliquam depositionem. ff. de pœnis: & tunc capitur depositio pro priuatione.

Deponere magistratum.

¶ Quintò, deponere magistratum, est abire à magistratu, quemadmodum exponit Iurisconsul. in l. nec magistratibus. ff. de iniur. vbi quod in principio dixerat, deposito magistratu: postea dicit, à magistratu abierit. Et honore deposito, id est dimisso, l. Imperator. ff. ad municipal.

Deponere tutelam.

¶ Sextò, tutelam deponere, id est deserere, dimittere, Gallicè *delaisser*, l. verum. §. ex facto, ibi, cum susceptam tutelam non alij soleant deponere quàm qui trans mare reipub. causa absunt. ff. de minor. & l. 1. §. tutores. de fallis. iuncto §. & qui potestatem. Insti. de excusatio. tutor. l. quod sæpe. §. veneni. ibi, de his vero quæ mixta aliis materiis adeo nocendi naturam deponunt, &c. ff. de contrah. emptio.

Deponere gratia temporis.

¶ Septimò, deponere gratia temporis, est ad tempus dimittere, l. si quis eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde alio postea transferre, magisque temporis gratia deponere, quàm ibi sepelire. ff. de religios. & sumptib. funer.

Deponere in ædem sacram.

¶ Postremò deponere in ædem sacram, est reponere, Gallicè *mettre, deposer*, l. ait prætor. §. 1. versic. sed hodie solet pecunia in ædem sacram deponi. ff. de minor. l. ceteræ. famil. erciscund. l. moris. §. solet. de pœnis. l. senatusconsulto. in fin. de offic. præsid. quæ significatio multum conformis est nostro tex.

Depositi quid.

¶ Hinc depositum est quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo quod ponitur, iuncta præpositione de, quæ auget, vt ostendat totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet, l. 1. ff. depositi. l. sequester. supra eod. De qua actione scripsi in meo tract. de actio. & exceptio.

Depositarius.

¶ Et depositarius is dicitur cui res custodienda traditur, l. 1. §. si pecunia. & passim in toto titul. ff. depositi.

¶ Quas omnes huius verbi significationes proprias esse intelligemus. vocabulum enim plura significans ea ex æquo proprie significat, vt non magis vnum quàm aliud proprium

esse intelligatur: nisi lege fuerit expressum quadam in significatione verbum esse improprium; sicuti firmat Alciatus libro primo de verborum significatione, cui lubenter assentio.

IDEM LIB. XXXII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXVII.

Verbum, EXACTAE PECVNIAE, non solum ad solutionem referendum est, verum etiam ad delegationem.

¶ Exacta pecunia duobus modis dicitur, primò quæ soluta est, secundò per delegationem. quo loco sequendo tex. ordinem primùm verbor. exigere, postremò delegare, & quæcumque super his notatu digna occurrent, qua facilitate poterimus, discutiemus. Ad primum igitur condescendo.

Exigere, pro requirere.

¶ Exigere pluribus modis accipitur: primùm exigere pro requirere, l. 1. §. proponitur. ff. de superficieb. vbi primum vtitur verb. exigit, & postea requirit. l. 1. §. illud notandum est, prætorem hic non exegisse. de migrando. l. penul. de diuers. & temporal. præscriptio. l. si quis ita stipulatus fuerit decem, de verbor. obliga. & alibi, mandatum non exigitur, id est non requiritur, l. 3. §. sed & si forte. ff. iudica. solui. l. si quis cum haberet. ff. quæ in fraud. creditor. & l. item veniunt, §. petitam. ff. de petitio. heredita. ibi, à quo denuntiatum est, senatus non exigit. c. 1. 57. distinct. l. cum nepos. ff. de adoptio. l. 4. §. toties. de damno infecto. l. sequitur. §. Labeo. ff. de vsucapio. l. debitoribus. ff. de re iudica. l. certum. §. in pupillo. de confessis. l. 1. §. hæc actio. ne vis fiat ei. l. cuincta. de petitio. heredita.

Exigere pro iniustè extorquere.

¶ Secundò, exigere est iniustè extorquere, vt in rub. C. ne operæ à colla. exigant. lib. 10. vnde exactiones, quas prælati faciunt reprobantur, in c. quia cognouimus. 10. q. 3. verum apud nostrates si quid iniustè exigant, solemus nos appellare tanquam ab abusu ad senatum, qui reformat abusum exactionum, secundum §. quia vero. vbi dixi, de public. concubinar. in concorda.

Exigere pro expellere.

¶ Tertiò, exigere, expellere, & extra agere, Græcè ἐκβάλλειν, Gallicè *chasser hors*, vt exactis Regibus consules creati fuerunt, l. 2. §. exactis. ff. de orig. iuris, & Titus Liuius ab vrbe condita lib. 2.

Exigere pro perficere.

¶ Quartò, exigere est perficere, & finire, l. at qui natura. ibi, exactum tempus. ff. de negot. gest. l. diuortio. §. illud exactis sex mensibus perire. Inde exacto tempore, id est completo & finito. l. Paulus. §. fin. ff. de libe. caus. l. anniculus. 2. supra eod. ibi, incipiente plane, non exacto. Et exactio operum sine cautione non debet committi, l. fin. §. Imperator. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinent.

Exigere vindictam à reo.

¶ Quinto, exigere vindictam à reo, vel pœnam, est eum punire. l. 1. C. de precib. Imperat. offerend. & in §. si verò aliqui. 2. in authen. de quæstore. colla. 6. Et exigere mulierem in exilium, in l. si mulierem. ff. de ficar. ibi, si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partum abigeret, constiterit, eam in exilium præses prouinciæ exigeat: id est mittet, seu damnabit, l. si quis aliquid. §. qui abortionis, ibi, honestiores in insulam relegantur, aut in exilium mittuntur. & §. iudices, ibidem.

Exigere in exilium.

Exigere debitum.

¶ Sextò, debitum exigere, est debitum à debitore repetere, Græcè ἐπιπράττειν, facit l. debitor. supra eod. Inde exactio operarum, l. sciendum. supra eod. Et exigendi tributi munus inter sordida munera non habetur: & ideo decurionibus quoque mandatur, l. libertus. §. exigendi. ff. ad municipal. per quem tex. fuit in magno consilio iudicatum anno 1543. in fi. contra Ruthenensem ciuitatem pro quodam secretario, ex eo quod non exegisset collectas quas tallias dicunt, amisisse priuilegium. nec enim computatur exactio inter sordida munera, sicut illa quæ describuntur in l. 2. C. de excusatio. artific. lib. 10.

Extorqueri aliquid ab inuito dicitur, & non instituta actione, & instituta.

¶ Siue instituta fuerit actio, siue non: vnde glo. & doct. dicunt exigere dici ab inuito extorquere, nempe licet quis soluat non instituta actione. Tamen postquam ab eo inuito potest exigi, dicitur inuitus, quia vix soluetur si cogi non posset. nemo enim præsumitur velle iactare suum, l. cum de indebito. ff. de proba. & sic nolens vult & inuitus ratione actionis, quę in eum competit: veluti dicimus in episcopo, qui in sui promotione dicit, Nolens volo, interius verò non solum optans, sed ardens. Et ita conciliari possunt opiniones doct. quod exigere est ab inuito extorquere: altera verò opinio, quod à volente. Et illa voluntas, potest dici quodãmodo coacta, ratione actionis, l. si mulier. §. si metu. ff. quod met. caus.

¶ Vnde procurator constitutus ad exigendum pecuniam à debitoribus, poterit voluntariam solutionem sine actione præmissa factam recipere, teste Bal. in l. falsus. col. 2. C. de furt. l. non solum. vbi doct. ff. soluto matrimo. quam videlicet ni soluat, intenderur actio in eum. nec mirum igitur si metu huius actionis, inuitus quodammodo & volens soluere dicatur. nec intendit donare, si non debeatur, & sic perdere. l. filius familias. ff. de donatio. nec est

est verisimile quod si compelli non potuisset, soluisset, quemadmodum ait Salicet. in l. 1. C. de condict. indeb. quod hodie non soluitur indebitum, quia vix debitum. Et sic exigi dicitur non solum quando nolens debitor soluit, & per iudicem coactus, verum etiam si volens.

Intellectus ad multas ll.

¶ Et ita sunt intelligenda iura sequentia: primò tex. in l. fideicommissa. §. si rem suam. ff. de lega. 3. & l. soluendo. de negot. gest. l. sed & si lege. §. quod ait senatus. de petitio. heredita. l. cius. de reb. credit. l. non solum. vbi Iaf. ff. soluto matrimo. l. Thais. §. libertatem. de fideicommissar. liberta. l. cum eo. Ad legem Iuliam pecula. glo. in l. debitor. supra eod. l. falsus. C. de furt. l. 1. vbi Lucas. C. in quib. caus. colo. cens. dom. lib. 11. c. 2. de cenſib. in 6. glo. in extrauag. vnic. de senten. excommunica. in extrauag. Ioan. 22. & Bal. in Margarita, in verb. exigere. Bonifac. in clem. præsenti. col. 1. de cenſib. vbi dicit publicanum etiam tunc exigere, dum aliquo modo transitum impedit.

Exigere satisdationem.

¶ Et exigere satisdationem dicit tex. in l. si creditores. ff. de priuileg. creditor. id est ab inuito extorquere. Eandem quoque voluntariè dicemus exigi, veluti iam diximus.

Exigere, pro iniustè extorquere.

¶ Interdum quoque exactionem iniustam pro materia significat, cum videlicet eam ius reprobat: veluti cum iure disponitur ne quicquam exigatur à scholasticis. authen. habita. C. ne filius pro patre. sed cautius forsan his subueniretur, addendo verba, vt non exigatur aliquid iniustè etiam à volentibus: quippe tunc omnis exactionum prętextus foret sublatus, vt si in contrarium exigeretur exactio proculdubio iniusta præsumeretur, l. si per impressionem. C. quod met. caus. arg. c. postulasti. de rescrip.

Exigere collectam quando possit dominus.

¶ Quando verò dominus possit imponere & exigere collectam à suis subditis, scribit Alexand. in additio. ad Bar. in l. placet. C. de excusa. muner. lib. 10. post Alber. in verb. dominus. & Masuer. in practic. sua in rub. de talliis. vide quæ addidi ad Alberic. in dictionar. in d. verb. dominus.

Cessio non est exactio.

¶ Adhæc si vxor relicta sit vsufructuaria, donec dotem exegerit: si vxor cesserit actionem superdote, non perdit legatum vsusfructus, quia cessio non est exactio. Bar. in authen. hoc locum. in fin. C. si secundo nupserit, secus vbi cessionarius exegerit, per Alexand. in l. amplius. in fin. ff. rem ratam haber.

Exactum iuramentum.

¶ Exactum iuramentum, l. eum qui. §. in popularibus. & l. admonendi. cum l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiur. dixi in meis no. interpreta. intellectum ad d. l. admonendi.

Exactores qui. Exactio.

¶ Exactores quoque dicuntur qui pecuniam exigunt, nos receptores vocamus. Et dicuntur exactores tributorum, qui tributa exigunt & collectas, vt in titul. de exactorib. tributor. lib. 10. & in titul. de exactor. & executorib. lib. 12. Inde exactio, actus ipse exigendi, l. si quis quemquam. ff. si quis cautio. ibi, licet enim difficilior exactio sit. l. & heredem. §. fin. ff. de pact. ibi, in his qui eiusdem pecuniæ exactionem habent, l. sciendum. supra eod.

Delegare quid.

¶ Supereſt in fin. tex. hoc verbum delegatio, à verb. delegare, quod significat vice sua alium dare reum creditori, vel cui ipse iusserit, l. delegare. ff. de noua. vnde & delegatus debitor, in l. inter. §. abesse ff. manda.

Delegatio quo modo fiat.

¶ Fit autem hæc delegatio, vel per stipulationem, aut per litis conteſtationem, l. delegare. ff. de nouatio. l. Nesennius. de re iudica. l. penul. in fin. ff. de institor. l. nec interest. ad Velleia. Et quod alicui debetur, alius sine eius voluntate exigere non potest. l. soluendo. ff. de negot. gest. Et sicut pecunia exacta iterum exigi non potest, l. bona fides. ff. de regul. iuris. ita nec data per delegationem, vt hic, quippe censetur exacta: quod est vtile.

Qui delegat, soluit.

¶ Nempe qui debitorem suum delegat, tantam pecuniam dare intelligitur quanta ei debetur: ideóque fideiussor qui delegauit suum debitorem, statim mandati agere potest, quia soluisse videtur, l. qui debitorem ff. de fideiussor. quandoquidem intelligitur abesse pecunia fideiussori, etiam si debitor ab eo delegatus sit creditori, & is soluendo non fuerit: quia bonum facit nomen creditor admittendo debitorem delegatum, l. inter. §. abesse. ff. manda.

¶ Veruntamen qui vendidit pignus, debet superfluum pretij cum vsuris restituere, nec audiendus erit volens emptorem delegare, l. penul. ff. de pignoratit. actio.

¶ Sic etiam cui administratio peculij data est, delegare suum debitorem potest, l. libera. ff. de pecul.

¶ Sed mulier quæ pro alio intercesit, si debitorem suum delegauerit, potest condicere, non minus quàm si pecuniam soluisset. soluit enim & qui reum delegat, l. quamuis. §. interdum. ff. ad Velleian.

Delegationem procurator recipere non potest.

¶ At procurator ad exigendum constitutus, non potest hanc delegationem recipere: tum quia verbum exigere significat realem exactionem, & ex communi vsu loquendi non vocamus delegationem exactionem: ideóque non potest etiam confiteri se recepisse, quod non recepit: quandoquidem confessio non est solutio, l. qui recte. & l. si debitorem. ff. de nouatio. Bal. in l. falsus. col. 2. illo titulo. tum quod aliud pro alio inuito creditore solui non potest. l. 2. ff. si certum peta. Et sic procurator non potest fines mandati excedere, lege, diligenter. ff. manda.

¶ Verum an sit liberatus delegans tradit Bar. & alij in l. singularia. ff. si certum peta. dicunt liberatum, si debitor delegatus promiserit creditori, aliàs non. Dec. consil. 421. plene. col. vl. nec postea conueniri poterit primus debitor, si secundus creditori promiserit, teste Dec. consil. 107. in causa. col. 2.

Exactū, quod exigi potest.

¶ Exactum quoque dicitur, quod exigi potuit, licet nondum exactum sit, l. si possessor. §. 1. ff. de petitio. hereditа.

¶ Adhæc postquam consensu vtriusque debitoris & creditoris facta est delegatio, non est qui possit conqueri, sed imputandum est partibus ista sic transigentibus: maximè si effectus fuerit debitor non soluendo, l. si fideiussores in id. ff. de fideiusso. Carol. Ruinus consil. 45. viso. in 5. vol.

Delegata pecunia.

¶ Alias delegatam pecuniam vocat Iurisconsul. assignatam, & commissam ad aliquos actus, l. lege Iulia de residuis tenetur qui publicam pecuniam delegatam in vsum aliquem retinuit, neque in eum vsum consumpsit. ff. Ad legem Iuliam pecula.

Delegare pro mandare. Delegatus iudex.

¶ Delegare etiam pro mandare, iudicem dare, vel committere accipitur, l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. hinc delegatus est iudex, cui mandata fuit iurisdictio, & qui nil proprium in iurisdictione commissa habet, sed fungitur vice eius qui eum præfecit, d. l. 1. in fin. Qui vero iudicem dare & delegare possint probatur in l. cum prætor. ff. de iudic. & per Specula. in titul. de iudic. delega.

¶ Ita si cum ego tibi, cum esses mensor, mandauerim vt mensuram agri ageres, tu id Titio delegaueris, & ille dolo malo quid in ea re fecerit, tu teneberis: quia dolo malo versatus es, qui tali homini credidisti, l. 2. ff. si mensor fals. mod. dixerit: vbi quod dixerat, delegauit, postea dicit credidit, id est commisit.

Delegatum munus.

¶ Vnde quoque delegatum munus, pro commisso dicitur in l. si quis. §. funus. ff. de religios. ibi, sinautem de hac re defunctus non cauit, nec vlli delegatum id munus est.

IDEM LIB. XXIII. AD EDICTVM.

LEX CLXXXVIII.

Habere duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere sine interpellatione id quod quis emerit. Cautum intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit.

Habere quis dicitur duobus modis.

¶ Hæc lex habet duas partes, prout duo dicta continet. prima declarat habere duobus modis sumi. Primò rem habere dicor iure dominij, cum dominus illius rei sum: secundò rem habere dicor quam obtineo sine interpellatione. quod variè potest intelligi: primum videlicet in emptore qui emit à non domino, ideoq; non dicitur illam rem habere iure dominij, sed eam habere dicitur, id est obtinere antequam interpelletur à vero domino, aut alio, vt per totum titul. ff. de Publicia. in rem actio.

Habere iure dominij. Habere sine interpellatione quid.

¶ Vel alio modo, quod scilicet habere dicar eam rem sine interpellatione, quam quidem vendidi, emítque alius, sed nondum tradidi, quia non fui interpellatus, nec refragatur quod venditor ante traditionem sit dominus, l. traditionibus. C. de pact. Et cum iure dominij habeat, superuacuum sit dicere eum alio modo habere, id est obtinere sine interpellatione. Resp. quamuis sit dominus, quia tamen rem habet necesse tradere, ac si sit dominus, transferre dominium, §. item pretium. Insti. de emptio. abunde scripsi in interpreta. l. vnic. in glo. quantitatem. C. de senten. quæ pro eo quod interest profer. licet vbique contrarium teneat Alcia. cui ibi respon. Et quia tale dominium momentaneum est, leges eius venditoris qualecumque dominium distinguere volentes, eum duntaxat obtinere sine interpellatione voluerunt, id est quousque fuerit interpellatus ab emptore. siquidem ea res quæ tam cito mea esse desinit, iam mea non videtur esse, l. penul. ff. de testam. militar. & l. lecta. si cert. peta. vt nec quidem alteri vendere possim, quin incidam in crimen stellionatus, aut falsi. l. 3. ff. de crimi. stelliona. l. qui duobus. de fals. vnde falsus dicitur venditor in l. falsus. ff. de furt.

Venditor rem venditam, necdum traditam, iure dominij non habet.

¶ Aut dicit Alcia. quod si in venditionibus quis emptori promittat habere licere, intelligetur vt sine interpellatione emptori liceat obtinere quod emerat. Quæ omnia cum possint quadrare, vestro relinquo iudicio.

Habere cum effectu intelligitur.

¶ Habeo verò dicitur quasi habito, id est retineo, quandoquidem habere cum effectu intelligitur. l. nomen. §. fin. supra eod. sic asserit Lucas de Penna in l. vna. C. de nautis Tiber. lib. 11. Cui non assentio. sed quoad eius verbi significata remitto vos ad ea quæ scripsi in l. id apud. supra eod. vbi quoque videbitis vtilitates.

Interpellare pro admonere.

¶ Sequitur in tex. *sine interpellatione.* Interpellare est admonere, requirere, petere: sic exponit lex, magnam. C. de contrah. stipula. lex, siue. lex, mora. ff. de vsur. ibi, si interpellatus opportuno loco non soluerit. lex, traiectitiæ. vbi Iurisconsultus quinquies hoc verbo vtitur. ff. de actio. & obligatio. l. non potest videri in iudicium venisse id quod post iudicium

cium acceptum accidisset: ideoque alia interpellatione opus est. ff. de iudic.

Interpellare pro requirere.

¶ Secundò pro requirere, & iustitiam postulare, l. libertus. 1. ibi, præsidem prouincię frequenter interpellat. ff. de in ius vocand. l. sed interpellatur. de arbitr. lege, si quis sepulchrum de religios. l. diffamari. C. de ingenuis & manumiss.

Interpellare pro conuenire.

¶ Tertiò pro conuenire, & petere, in iudicium vocare, l. Labeo ait: si nemo sit qui pro parte promissoris interpellari traiectitię pecunię possit. ff. de nautic. fœn. l. traiectitię. de act. & obligatio. l. qui Romę. §. coheredes. de verbor. obligatio. l. qui decem. & l. qui stipulatus. §. 1. de solutio. Et si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit, mei vexandi causa, potero iniuriarum experiri, l. iniuriarum actio. §. si quis. ff. de iniur. vbi glo. exponit interpellauerit pro citari fecerit, vel conuenerit. facit l. si creditor. ibidem. l. si quis obrepserit. ff. de falsis, l. Lucius. Ad municipal. l. ergo. §. 1. Ex quib. caus. maior. quæ tres significationes licet in idem reincidere videantur, facilioris tamen doctrinæ gratia tibi distinguere volui.

Interpellare possessionem.

¶ Quartò interpellare possessionem est interrumpere, l. seruitutes. magna. ibi, vt nullo momento possessio eius interpellari videatur. ff. de seruitu. l. de eo §. 1. ff. de acquir. possess. l. non solum. §. qui pignori. & §. si rem. de vsucapio. ibi, interpellabitur vsucapio. & l. 2. §. vl. ac l. qui fundum. §. procurator. pro empto. l. penul. ibidem. l. 2. pro herede. ibi, non interpellat possessionem. l. quamuis. 2. ibi, non interpellari iam vsucapionis ius. ff. de furt. l. neque. in fin. ff. de fideicommiss. liberta. l. 1. circa fin. ibi, vsucapiones interpellantur. de munerib. l. 1. in fin. ibi, cum posset vsucapionem interpellare, neglexit. ff. vsufructu. quemadmod. caue. l. si rem alienam. de pignoratit. actio. l. idem in tradendis. in fin. ibi, interpellari eam. ff. communia prædior. l. si fundum. de fundo dotal.

¶ Inde interpellata vsucapio, id est interrupta, l. si ædes. 1. ibi, qui altius ædificatum habebat, ante statutum tempus ædes possidere desiit, interpellata vsucapio est, l. si ædes. in fin. ff. de seruitutib. vrbanor. prædior.

Interpellare puellam. Interpellatores matrimoniorū.

¶ Quintò interpellare puellam vel mulierem est pudicitiam eius attentare. Et hoc perfecto flagitio capite punitur delinquens, imperfecto in insulam deportatur, l. 1. ff. de extraordi. crimin. b. c. sollicitatores. de pœniten. distinct. 1. quos interpellatores matrimoniorum vocat d. l. 1. in princip. quam intelligit gl. de his qui mulieres interpellant, vt sint vxores illorum, licet esse non possint. ego intelligerem de sollicitatoribus alienarum nuptiarum, & interpellatoribus alienorum matrimoniorum, per hæc verba, item vt si sollicitent alienas vxores, & aliena matrimonia interpellent, & corrumpere intendant, extra ordinem puniuntur. Quod vitium eo vsque proripuit apud nostrates, vt propter frequentiam nullo pene vitio ducatur.

Interpellare pro intercedere

¶ Sextò, interpellare est pro quodam intercedere, c. ipsi sacerdotes pro populo interpellant. 1. q. 1. & Valla in Rauden. dicit interpellare apud veteres pro rogare, inueniri, vt d. c. ipsi.

Interpellare pro prohibere.

¶ Septimò interpellare, prohibere, impedire, significat. l. si hominem. ibi, si procurator iustam causam habuerit interpellandi manumissionem serui. ff. manda. vbi cum prius dixisset prohibuit, postea dicit interpellandi. l. eo quod à multis. C. si certum peta. quamuis glo. exponat pro remouetur.

Interpellare ius, interrumpere.

¶ Adhæc interpellare ius pro interrumpere, l. si quis alia. §. fin. ff. quemadmod. seruitu. amittant. ibi, non potest videri vsucepisse vicinus tuus libertatem ædium suarum qui ius tuum non interpellauit, id est interrupit, vel nil non fecit, dicit l. hæc autem iura. de seruitu. vrba. prædior. forte ædificando, glo. in d. §. fi.

Interpellare pro denuntiare

¶ Octauò interpellare pro denuntiare. l. sed & interpellatur quominus sententiam dicat. ff. de recept. arbitr. vbi glo. sic exponit; sed vide num melius conueniat quod superius dixi pro requirere intelligendum.

Interpellare diem.

¶ Alias tamen dicimus diem interpellare, id est admonere, denuntiare & quasi requirere pro homine: vt si promisero dare decem die Paschatis, ille dies quodammodo admonet me, & quasi requirit vt dem creditori id quod debeo, l. magnam C. de contrah. & committend. stipula. l. si Stichus certo die. ff. de verbor. obligat. Ideo dicitur admonere & interpellare, vt lapsa die possim te conuenire sine alia denuntiatione, & interpellatione. Doct. in l. vinum. ff. si certum peta. Ante verò diem, etiam si à creditore interpellatus sim, non ero in mora, quia non venit dies, l. cedere. infra eod. Et ideo si post illam interpellationem non iure factam moriatur equus promissus sine dolo & culpa debitoris, tamen ante diem præstitutum solutioni, non tenetur debitor. l. cum filiusfamilias. §. fin. ff. de verbor. obligatio.

Interpellat dies pro homine. Emphyteuta quando iure priuatur.

¶ Et sic patet requiri quod dies interpellat pro homine, siue interpellationis vice fungitur: quod procedit non solum in die ab homine præstituto, sed etiam à lege, vel ordinatione, l. si mora ff. soluto matrimo. ideóq; emphyteuta priuati sine alia interpellatione iure suo ni soluat priuatur, elapso triennio, quod est tempus à lege statutum, l. 2. C. de iure emphyteu. vbi in emphyteuta ecclesiæ biennium tantum statutum est, in c. potuit. de locato. authen. qui rem C. de sacrosanct. eccles.

Interpellat hora pro homine.

¶ Secundò etiam amplia in hora vt pro homine interpellet, si sit actui apposita, teste Bal. in d.l.magnam.2.q.& in l.vna, C.ne liceat tertiò prouocar.no.2. quemadmodum hora sexta matutina & hora prima pomeridiana interpellant consiliarios ad conueniendum in curia, vt patet in ordinatio.Regiis, artic.2.& seq.rub. *de la court de parlement*.

¶ Tertiò procedit in quolibet momento adiecto dispositioni, l. ratio. §. fin. ff. de actio. empti, vbi mora contrahitur ab eo momento quo vinum quis tradere tenebatur. & in l. vinum.ff. si certum peta. Bal. in margar. in verb. dies.2.q. siquidem hora & momentum sunt partes diei. l.2.§.fin. supra eod.& quod in toto statuitur, & in eius parte, l. quæ de tota. ff. de rei vindica. c. pastoralis. §. item cum totum. de offic. iudic. delega. sic quoque idem in anno inferius dicetur.

Promittens die Paschatis soluere, aut cum ei placuerit, quomodo teneatur.

¶ Quartò idem si quis promiserit se soluturum die Paschatis, & postea cum interpellauerit creditor, aut ei placuerit, vt tunc etiam dies Paschatis interpellet, l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. ibi, arbitrio meo. vbi Bar. ff. de verbor. obligatio. Bal. in c.1. in fin. An ille qui interfecit fratrem dom. nam illa adiectio, & postea cum placuerit, non aufert vim interpellationis diei, quin ab illo die teneatur, vt consuluit Alexand. consil.157. viso themate. nu.4.& seq. in 6. vol.

Creditor non ante præstitutum diē petere potest.

¶ Idem iuris est si dies præstitutus sit creditori ad petitionem, vt non ante talem diem petere possit: quod deinceps igitur possit. d.l. cum stipulatus sim mihi. ff. de verbor. obligatio. l. si duo. in fi. vbi glo. & l. promissor. 1. §. 1. de consti. pecunia. & Bal. in rub. C. illo titul. 3. q.

Intra annum facere qui promittit, quando teneatur.

¶ Quintò si quis promiserit intra annum facere & curare, quod fiat aliquis actus, anno finito non alia requiritur interpellatio quam dies vltimus anni, c. licet canon. de elect. in 6. l. fin. §. præterea. C. de iure dotium. Alexand. consil.157. viso themate. col.2. vol.6. Idem in mense. Vnde si Papa mandet Capitulo, recipere quemdam intra mensem, eo mense transacto in mora dicitur esse: vnde partes erunt executoris exequi, facta tamen petitione. Bal. in cap. mandatum. de rescript. scripsi in forma liter. executor. in concorda. Franciæ.

Dies appositus in oblig. in fauorem debitoris, expectari debet.

¶ Sextò si dies fuerit appositus in fauorem debitoris, non constituitur in mora ante diem præfixum: vt si creditor promittat non molestare debitorem vsque ad calendas Martij, tunc ante diem illam calendarum non poterit creditor petere, sed tantum ea transacta. Bal. in l. fin. §. præterea. col. 3. C. de iure dotium. Ias. & alij in l. vinum. 3. no. ff. si certum peta. Nec quidem statim post diem molestandus est debitor, sed modicum ex æquitate expectandum est tempus, de quo in l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solutio. vt dicam inferius in prima limitatio.

¶ Septimò idem si dies esset apposita in statutis vel consuetudinibus aut ordinationibus. Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des fiefs*. §.4. glo. *dedans quarante iours*.

¶ Octauò etiam in foro poli procedit, teste Angel. de Clauas. in summa Angelic. in verb. mora. §.1. & ibi Siluester Prierius: quia debitor elapso termino retinet inuito domino, sicque peccat, l.1. ff. de furt. & promissa non restituit, vt debet, in c.1. de pact. l. vna, C. de sūfrag. Ias. in l. si ex legati. nu.14. versic. tertio singulariter. ff. de verbor. obligatio.

¶ Nonò procedit etiam si debitor vel heres eius sit ignorans, l. ad diem. ff. de verbor. obligatio. Bal. in d.l. vinum. in fi. si certum peta. Sans. in consuetud. Turonen. in rub. *de bailler rente par assiette*, artic.1. post Soci. consil.107. vt in quæstione. col.1. in 1. vol. Et sic dies interpellat tam debitorem quam heredem etiam ignorantem: intellige dum alias sciant se debere, antea non. l. cum ancillis, ibi, vel postea cognitum. vbi Bal. C. de incest. nupt. Bar. in consil.230. domine Iacobe. Ias. in l. vinum.3. no. nu.10. De debitore probat Chassa. in consuetud. Burgund. in titul. *des droicts & appartenances à gens mariés*. artic. 23. glo. *dés le terme*. facit tex. in clem. causam. de electio.

Interpellatio dici plus valet, quam hominis.

¶ Et sic plus valet dici interpellatio, quàm hominis. quippe hæc constituit debitorem etiam ignorantem in mora: at hominis interpellatio per se hoc habet, vt debitori notificanda sit, quòd videlicet sciat debitor se debere, per l. quod te. ff. si certum peta.

Dies statim in mora constituit

¶ Decimò dies statim in mora constituit sine alio temporis spatio: secus in hominis interpellatione, d.l. promissor. §.1. ff. de consti. pecu. l. ratum. de solutio. nam vbi dies est certa, poterat debitor se præparare ad soluendum: secus vbi ex improuiso fit hominis interpellatio: quippe non antea præuidere potest debitor aut diuinare creditorem voluisse eum interpellare. l. si quis domum ff. loca. probat Ias. in l. si ex legatt. col. 3. nu. 12. ff. de verbor. obligatio.

Dies licentiam migrandi præbet.

Testes citati in criminalibus quādo discedāt.

Conductores an teneantur

¶ Vndecimò dies licentiam migrandi præbet, vt si quis diebus certis remanere debet, post illos dies facultatem habet discedendi: velut si testes non fuerint auditi intra quindecim dies, postea liberū est eis discedere. l. si quando. C. de testib. sed ex consuetudine Franciæ testes in criminalibus non recedunt ante permissionem iudicis. ita doctor conductus ad triennium, postea discedere poterit. doct. in l. diem functo. ff. de offic. assessor. & conductor domus finita locatione, l. qui ad certum. ff. loca. nec domino tenetur denuntiare ante terminum: satis enim hic terminus locationis denuntiat, vt docet Ias. in d. l. si ex legati. quod est verum

est verum nisi aliter consuetudine caueatur: vt in Francia tenetur conductor antequam migret certo prius tempore prædicere, vel & reciproce dominus locator ipsi priusquam eum possit expellere.

locatori denunciare se migrare velle.

¶ Duodecimò idem iuris est in die appositā in rescriptis principum, veluti quibus datur ne debitores conueniantur intra annum, vt postea conueniri possint, l. quoties. C. de precib. Imperator. offerend. plene scripsi in tract. dilat. annal. & quinquennal. in 2. tomo commentar. in constitu. Reg. Gallic.

¶ Decimotertiò procedit tam in die tacita quàm expressa: vnde si promiserim ædificare domum inest tacitè tantum tempus, quo illam construere possim, quæ dies lapsa interpellat. l. si ita stipulatus essem abs te. & l. interdum. ff. de verbor. obliga. Corne. consil.77. placet col.1. in 3. vol. Iacob. in l.2.§. quod diximus ff. si quis cautio. quippe tantum in hoc operatur tacitum quàm expressum. Ias. in l. cum quid. in 2. lectur. in princip. si certum peta. & l. quoties ad diem. de verbor. obligatio. & Curtius in d.l. vinum. col.2. sic intelligitur communis Docto. sententia, volens in obligationibus facti non requiri interpellationem, videlicet ex pressam. d.l. si ita. & l. existimo §. ex hac. ff. de verbor. obliga. Sed tacita requiritur.

Interpellatio non requiritur in facti obligationibus.

¶ Decimoquartò habet locum in die appositā miserationis, vt dicunt, gratia: vt condemnatus ad soluendum, post quatuor menses est in mora. glo. in l. si mora. ff. soluto matrimo. Purpura. in l. vinum. col.3. ff. si certum peta. Ias. in §. plus. nu.27. Inst. de actio. Gomes. in §. sic itaque. in fin. Insti. de actio. sic miserationis gratia tempus quatuor mensium dicitur, in l. 2. C. de vsur. rei iudica. Quod tamen est intelligendum, quando tempus esset à iudice declaratum, vel dictum, intra tempus legitimum, per d.l.2. ff. de re iudica. Diuersum esset vbi iudex sine tempore condemnasset ad soluendum: quia tunc non valeret sententia tanquam incerta, quapropter nec quidem vlla intelligeretur interpellatio, l.1. & totum. C. de senten. quæ sine certa quanti. proferunt. doct. in §. curare. Insti. de actio. sic reperies inter intellectus meos nouos ad d. l. si debitori. ff. de iudic. quam legem alias magno cum auditorum applausu publicè interpretatus sum in percelebri studio Tholosano.

Tempus quatuor mensium miserationis causa expectatur.

¶ Decimoquintò procedit etiam si dies esset incerta, quando, vt cum ad diem mortis præfixa est: veluti si quis promiserit restituere post mortem Titij centum, mortuo Titio est in mora, prout consuluit Bal. consil. 479. factum super. in fin. vol.1. secus si esset dies penitus incerta, an & quando, vt die quo talis creabitur Episcopus, secundum Bar. in l. ita stipulatus. col. penul. ff. de verbor. obligatio. Dec. consil.2.& pro tenui. col.3.& Barba. consil.51. scripsit. in 1. vol. quod inferius in limitatio. reprobatur.

Interpellat dies etiam incerta apposita.

¶ Decimosextò procedit in pupillis heredibus institutis propter vim conuentionis, vt etiam dies interpellet eos, per l. si Valerianus. C. de restitutio. milit. l. Aemilius. ff. de minorib. Soci. d. consil.107. col.2. vol.1. tamen quoad moram per eos contractam restitui poterunt, vt ibi, & scripsi in tract. de restitu. in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallicas.

Interpellat etiam dies pupillos propter vim conuentionis institutos.

¶ Decimoseptimò procedit etiam in iuramento: vt si aduocatus iurauerit defendere ecclesiam, teneatur etiam sine interpellatione. c. breui. vbi doct. de iureiur. Barba. consil. 74. omnia. in 3. vol. de Petrucia *in* tract. de viribus iuramen. in 24. effectu. alias periurus est, ex quo scit ecclesiam sua defensione egere. quod igitur vt sciat certiorandus est ab ecclesia, secundum doct. ibi.

Iurans defendere ecclesiam, etiam tenetur sine interpellatione.

¶ Primo limitatur in die conditionali. talis enim dies non constituit debitorem in mora sine interpellatione. Bar. in l. ita stipulatus. 2.& 3.q. ff. de verbor. obliga. quia non debet vna dies inducere obligationem & moram simul. arg. l. quod diximus. ff. de solutio. Carol. Ruynus consil.33. quæstio. nu.7. in 3. vol. Et ideo pater qui promisit facere ratificare filium, cum erit legitimæ ætatis, non constituetur in mora ante interpellationem. nam probabiliter in ea potuit errare. Bal. in l. si pacto. col.3. C. de pact. & Barba. consil. 51. scripsit. col. penul. vol.1.& consil.74. col.2. in 3. vol. quamuis alias contrarium consuluerit, vt supra dixi. sed primam opinionem approbat Dec. consil.2.& pro tenui. & eam confirmat vsus forensis, vt requirendus sit pater, quia dies non est effecta liquida & certa, vt ex superioribus requiritur.

Dies conditionalis morā non constituit sine interpellatione

¶ Secundo, non procedit cum dies esset nimis breuis, Bal.& Vincen. in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos. ff. de lega.3. per illum tex. Soci. in tract. fallen. regul.90. dies, &c. quod videlicet impossibile foret intra tam breuem diem promissum impleri: vt si cum essem Lutetiæ promiserim hodie Lugduni soluere decem. Alias contra. Corne. consil.26. in hac consultatione. col. penul. in 1. vol. quia mora cadit in delictum. l. si mora. ff. soluto matrimo. sed non est delictum vbi est impossibilitas, teste Iacob. in l.2.§. quod diximus. col.2. ff. si quis cautio. Felin. in c. licet Heli. col. 3. de Simo. siquidem impossibilium nulla est obligatio, l. impossibilium. ff. de regul. iur.

Dies nimis breuis moram non efficit sine interpellatione.

Mora cadit in delictum.

Impossibilium nulla obligatio.

¶ Tertiò quando non apparet persona cui debet fieri solutio: ideoque emphyteuta non priuatur re, si is qui dedit decesserit absque herede, nullúsque superstit cui soluendum sit. l. pecuniæ. §. fin. & l. cum quidam. §. pupillo. ff. de vsur. & l. si prædio. de in diem adiectio. Din. in regul.

Mora non efficitur, quādo nō apparet cui sit soluendum.

in regul. cum quis. de regul. iuris, in 6. Bal. in l. 2. in fin. C. de iure emphyteu. Alexand. consil. 72. visis, & opportune. col. pen. in 2. vol. Corne. consi. 210. in hac q. 1. vol. 1. nam quod per me non stat, mihi non est imputandum, l. in iure. ff. de conditio. & demonstratio.

Debitor non erit in mora ante declarationem creditoris

¶ Quartò non procedit quando locus non esset adiectus solutioni, sed debitor promisisset soluere in festo Paschatis, vbicunque vellet creditor: tunc ante declarationem creditoris vbi velit solutionem fieri, non erit in mora debitor. per creditorem enim stare videtur quod non declaret locum, l. item illa. vbi no. ff. de condit. pecunia. sic consuluit Alexand. consil. 45. in causa. col. penul. in 5. vol. Boschus Codecha, in c. 1. col. 58. in 4. conclus. de iudic. sicut diximus in præceden. limita.

Debitor quando nõ constituitur in mora, si diuersi fori sit.

¶ Quintò addunt nonnulli, quod si locus fuerit adiectus solutioni, non constituitur in mora debitor, si sit diuersi fori à creditore: nisi creditor probet se in termino solutionis adfuisse in loco solutioni destinato paratum recipere solutionem, idque denuntiauerit. l. arbiter calendis. ff. de arbitr. Bart. in l. continuus. §. cum ita. de verbor. obligationib. ff. Alexand. consil. 90. viso processu. in fin. vol. 5. & consil. 210. ponderatis. col. 1. vol. 6.

Debitor tenetur ire in prouinciam creditoris.

¶ Ego verò indistinctè dicerem, diem constituere in mora, siue contrahentes sint vnius iurisdictionis, seu fori, siue non: quippe nec inuenitur contrarium iure cautum: quinimo tenetur debitor ire ad prouinciam creditoris solutum ei, l. 1. & 3. ff. de eo quod certo loco: alias si non iuerit, vbique poterit conueniri, vt ibi, & in l. vna. C. vbi conueniat. qui certo loco dar. promisit. l. talis. in fin. de conditio. & demonstra. Ceterum si creditor non moretur, aut non reperiatur in loco solutioni destinato, neutiquam debitor eum sequi tenebitur, sed sufficit quod in illo loco requirat creditorem, paratus illi soluere, l. quod nisi. §. fin. ff. de oper. libertor. vnde si postea creditor moram debitoris incuset, probare tenebitur se adfuisse in loco solutioni adicto, vt docent interpretes. Et sic dies interpellat debitorem, quantumuis alterius fori.

Infra triginta dies soluere quid.

¶ Sextò non procedit cum dies esset appositа finiendæ obligationis gratia: vt si moriatur equus infra triginta dies volo teneri: dies illa trigesima finiet quidem obligationem, sed non interpellabit, l. emptorem. §. denique. ff. de actio. empti. glo. in c. vno, an ille qui interfec. fratr. domi. feud. amitt. siquidem inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari. l. legata. ff. de lega. 1. sic expresse firmat Soci. in d. regul. 90. dies. quam obligationem intellige extingui per exceptionem, non ipso iure. l. cum qui ita. §. qui ita. ff. de verbor. obligatio.

Quando magnum imminet præiudicium, debitor etiam sine mora interpellari potest.

¶ Septimò, quando magnum imminet præiudicium: vt si ageretur de priuatione hereditatis ob non solutionem legatorum in piam vel aliam causam: tunc enim ante priuationem opus esset interpellatione, §. si quis autem pro redemptione. in authen. de ecclesiastic. titul. colla. 9. Iacob. in l. quod te. ff. si certum peta. Addunt alij exemplum ex l. 1. §. licet ff. de pericul. & commod. rei vend. de venditore vini, qui cum emptori certum esset præstitutum tempus ad dimetiendum, necdum venisset, vinum effundere prius non poterit, quàm testatò denuntiet emptori, vt aut tollat vinum, aut sciat futurum, vt vinum effundatur. Areti. Iaf. & alij in d. l. si ex legati causa. Ego verò intelligerem illum §. licet. Diem ibi quoque interpellare: alias quo pacto die elapsa vinum effundere posset, quemadmodum ei permittitur postquam denuntiauerit? nec obstat illa denuntiatio quam desiderat ibidem Iurisconsul. ad fugiendum incommodum effusionis, quin dies interpellasse dicatur, vt condemnetur emptor ab illo die tanquam morosus. ob quam moram poterit venditor, aut alij vendere vinum, vel dolia conducere si indigeat: nec vinum restituet donec quanti sua interierit, receperit, vt docet ibi tex. & iste verus est intellectus ad illum §. licet. At in d. §. si quis autem pro redemptione. non erat dies certa statuta, etiam quia ibi statuitur quod duplex interueniat monitio: ideoque illi decisioni standum est, diuersum est in ista regula.

In iudicialibus, etiam si quis in mora sit, tamen interpellari debet.

¶ Decimò non procedit in iudicialibus: vt si promiserim iudici præsentare Titium intra decem dies, illis elapsis non ero in mora, nisi fuerim interpellatus. Feli. in c. si autem. col. 2. de rescrip. Iaf. in d. l. si ex legati causa. in vlt. limita. Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des fiefs*. §. 4. glo. *dedans quarante iours*. quippe forsan illo tempore cessauit iudex à iure dicundo, quapropter hodie frustra præsentaret Titium, nimirum si requiratur interpellatio ad eum diem, quo ventilabitur causa in iudicio. Et ne vos hic diutius remorer, alias videte limitationes in locis prælegatis.

Interpellatio duplex.

¶ Quæ omnia vt sub breui diuidendi methodo complectamur, duplex est interpellatio, quędam hominis, altera temporis: de temporis interpellatione proximè dictum extitit, quia tempus, id est dies interpellat, & vicem interpellationis habet. Interpellatio hominis quędam fit extra iudicium, quædam in iudicio: quas doctorum communis schola iudiciales & extraiudiciales vocat.

Interpellatio extra iudicialis & iudicialis quæ.

¶ Extraiudicialis est quę fit extra iudicium, vt in l. quod te. ff. si certum peta. & l. si ex legati causa. de verbor. obligatio. iudicialis, quæ in iudicio: de quibus ordine dicamus.

Interpellatio extra iudicium facta constituit in mora.

¶ Quoad primum constituatur regula, quod interpellatio seu requisitio extra iudicium facta,

facta, constituit in mora, lege, mora. ff. de vsuris. l. Titia. 2. §. vsuras. de lega. 2. & aliis legibus superius allegatis.

Mutuum nisi reddatur post interpellationẽ extraiudicialẽ constituit in mora.

¶ Extenditur hæc regula vt procedat tam in contractibus bonæfidei, quàm stricti iuris: vt in mutuo, quod si non reddatur post interpellationem extraiudicialem, constituit in mora, l. vnum. vbi glo. & doct. si certum peta. & in stipulatione loquitur l. qui Romæ. §. coheredes. de verbor. obligatio. & quamuis nonnulli contrarium teneant, hæc tamen est communis docto. sententia.

Idem in stipulatione.

¶ Secundò ista interpellatio constituit in mora, etiam si fiat per hæc verba: desidero vt des, vel egeo pecunia, indigeo, vel alias quibuscunque verbis creditor ostendat suam voluntatem debitori, l. & eo modo. vbi Bar. ff. de lega. 1. & l. si quis mihi bona. §. pater Seio. de acquir. hereditа. hæc enim est humilitas, aut potius ciuilitas creditoris, vt quamuis non teneatur, ciuilitatem hanc tamen exerceat erga debitorem, cui forsan nõ vult morosus apparere, aut non audet: quamobrem ei succurrendum est, arg. l. quæ sub. ff. de conditio. insti. facit l. Paulus. §. quæro. ff. de bonis libertor. vbi notificatio debiti loco interpellationis habetur. Bal. in d. l. vnum. in fin. Et hoc etiam in parte debiti firmat Matthæ. no. 188. no. quod vbi. Imo in foro conscientiæ tenetur offerre debitor videns creditorem timidum, vel sui iuris ignarum, vtpote quia heres est: alias quoad deum est in mora, prout firmat summa Angelic. in verb. mora. §. 1. quippe modestus in petendo, laudandus potius quàm vt damnum sentiat, ne videlicet deterioris sit conditionis modestia, quam rusticitas, arg. l. Domitius Labeo. ff. de testam. l. Seruius. ff. quod vi aut clam.

Interpellationes aliquot moram constituentes.

Notificatio debiti loco interpellationis.

Pro creditore timido.

¶ Tertiò vnica sufficit interpellatio, l. Titia Seio. §. vsuras. ff. de lega. 2. glo. in verb. proposita. cap. cupientes. §. quod si per 20. de elect. in 6. sic consuluit Alexand. consil. 81. stantibus. in 4. vol. Dec. in cap. cum causa. col. vlt. de offic. delega. Feli. in c. ex literis. col. 4. & seq. de rescrip. in extraiudicialibus enim vnica interpellatio vim habet peremptorij. glo. in cap. si Episcopus. 18. distinct. clem. 1. de hæretic. glo. in l. si tempora C. de fide instrum. lib. 10. quam tex. in l. Aemilius. ff. de minor. dicat denuntiationibus sæpe datis. & in d. l. qui Romæ. §. coheredes sæpius testatò conuenerit. quippe non ibi negatur vnicam sufficere interpellationem, prout alia iura loquuntur: sed ad ostendendum in maiori mora constitutum, dicit quidem plures interuenire interpellationes. ita eatus, quibus vna citatio sufficiat, scribit abunde Socinus in tract. de citatio. artic. 27.

Vt quis in mora sit, vnica sufficit interpellatio.

Vnica interpellatio in extraiudicialibus vim habet peremptorij.

¶ Quartò ampliatur, siue interpellatio fiat per creditorem, siue procuratorem, vel negotiorum gestorem, l. si quis solutioni. §. mora. ff. de vsur. l. prohibere. in princip. quod vi aut clam. protestatio quidem procuratoris ita facit incidere in pœnam, sicut protestatio domini. Bar. per illum tex. in l. cum satis. col. 2. C. de agricol. & censit. lib. 11. quod procedit quando procurator ostenderet mandatum. Bar. in l. si quis inficiatus. ff. depositi. l. qui in alterius. vbi Decius. ff. de regul. iur. Alioqui si debitor dicat se paratum soluere, constito sibi de mandato, non constitueretur in mora, nisi mandato ostenso. Bauer. in d. tract. de mora in 1. parte. in 2. ampliatio. intelligite quando procurator vel negotiorũ gestor denuntiaret vt debitor solueret domino, tunc in mora constituitur debitor, etiam non apparente de mandato: secus dum negotiorum gestor denuntiaret vt sibi solueretur, cui soluendum non est absque mandato, l. si hominem. §. si nullo. & l. hoc iure. ff. de solutio.

Interpellatio per procuratorem, aut negotiorum gestorẽ facta quid efficiat.

¶ Quintò si processus nullus pronuntiaretur, tamen vim interpellationis extraiudicialis habebit, tum quod per verba ciuiliter & vrbanè in processu prolata interpellatio contineatur, tum quod confessio coram iudice incompetente habet vim confessionis extraiudicialis coram competente. Doct. in l. cum scimus. C. de agricol. & censit. lib. 11. & in c. at si clerici. de iudic. Et hoc firmat Bal. in c. 1. col. 3. de milite vasallo. sic consuluit Areti. consil. 150. visis diligenter. col. penul. ideoque renouato processu si condemnetur debitor, condemnabitur tanquam ex mora contracta ad soluendum interesse vel reditus, à die prioris iudicij incepti, cum ab illo tempore fuerit in mora constitutus. Et ita vidi seruari, quicquid dicat Iaf. in l. si ex legati. ff. de verbor. obliga. & Chassa. in consuetud. Burgund. in rub. *des droicts*. §. 23. glo. *sera suffisamment*, vt licet nõ valeat tanquam iudicialis, valeat tamen vt extra iudicialis interpellatio. quamuis enim actus nullus nullum producat actum vtilem, scilicet quoad se vt ipse actus valeat: tamen hic consideramus quod cum huiusmodi interpellatio nuda sine processu valuisset: ergo iuncta processui non vitiabitur, per regulam, vtile. de regul. iur. in 6. quemadmodum in dies seruatur, vt scripsi in l. quod iussit. ff. de re iudica. in 2. notab.

Proceſſu nullo pronuntiato etiam interpellatio fit.

¶ Iam post ampliationes veniamus ad limitationes. Primum flectitur regula in his quæ iudicis officio nobili debentur. nam tunc interpellatio extra iudicium facta non constituit in mora, sed per iudicem fieri debet. l. cum postulassem. in princip. ff. de damno infec. Iaf. in l. 1. col. 5. ff. de iurisdict. omnium iudic. nam hoc officium nullam præsupponit obligationem, l. qui per collusionem. §. fin. ff. de actio. empti, quam rationem reprobaui satis in l. pecuniæ. 2. §. actionis. supra cod. & latius videre poteris in meis interpreta. ad l. cum postulassem,

Interpellatio extraiudicialis in his quæ officium iudicis requirunt, non constituit in mora.

ſtulaſſem. de damno infecto, quòd imo iudicis officium continet obligationem aut perſecutionem. Quamobrem ſimpliciter inſequendo noſtram limitationem dicemus, quod in his quæ deſiderant officium iudicis, extraiudicialis interpellatio non ſufficit: quia duo requiruntur, quorum vnum deeſt, videlicet officium iudicis, quod pro forma debet interuenire, & qua deficiente corruit actus, lege, cum ij. §. ſi prætor. ff. de tranſactio. cap. cum dilecta. de reſcrip.

Notarij non tenentur edere inſtrumenta, niſi iudicis decreto.

¶ Quod prodeſſe poteſt ad notarios & alios qui tenentur edere inſtrumenta officio iudicis. glo. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. vt ſola interpellatio extra iudicium facta non conſtituat notarios in mora, niſi iudex hoc decreuerit. Alexand. in l. 1. in fin. C. de edendo, & Dec. in c. 1. col. 33. verſic. ſecundo principaliter. de probatio. ſic conſuluit Carol. Ruynus conſil. 184. viſo puncto. col. 3. nu. 8. in 2. vol.

Interpellatio extraiudicialis non conſtituit in mora, niſi ſit facta congruis loco & temp.

Interpellatio ante diē facta non conſtituit in mora.

¶ Secundò perdit officium, cum illa interpellatio non fuit facta congruis loco & tempore, l. ſi ſoluturus. ff. de ſolutio. l. vſuras. vbi glo. C. eodem. Doctores in l. quod te. ſi certum peta. aut ſi fuit ei facta qui non poteſt in mora conſtitui, veluti pupillo forſan, & id genus hominibus, l. cum filius. §. in hac. ff. de verbor. obligatio. plene Bauer. in tract. de mora in 3. parte in princip. quamobrem licet ex iuſtiſsima cauſa facta, ſi tamen ante diem, non conſtituit debitorem in mora. l. ſi Stichus. & l. cum filius famil. in fin. ff. de verbor. obligatio. Adhæc iuſta cauſa excuſat à mora, etiam poſt interpellationem, l. ſciendum. ff. de vſur. Purpura. in l. quod te. nu. 107. ff. ſi certum peta. vbi plus addit modicum ſpatium dandum debitori poſt interpellationem, per glo. in l. Aemilius. in verb. reſtitui. ff. de minorib. Alexand. in l. 1. §. item ſi ita. col. 2. ad legem Falcid. vt ſuperius dictum fuit.

Iuſta cauſa à mora excuſat.

Debitor creditori offerens poſt interpellationem, quando nō eſt in mora. Adl. ſed ſi alia. ff. de conſt. pec.

¶ Tertio non procedit cum debitor poſt interpellationem illi factam offert creditori debitum, qui recuſauit accipere. nam hæc vltima oblatio, & quaſi ſecunda interpellatio tollit priorem moram debitoris, teſte Bar. in d. l. Aemilius. ff. de minor. Alexand. & Iaſ. in l. cum procurator. §. dominus. de noui oper. nuntia. facit quod docet Bar. in l. ſi. ff. de diſtract. pignor. ac tunc ſi creditor velit rurſus conſtituere debitorem in mora, deſideratur iudicialis interpellatio, ita doct. per l. ſed ſi alia. ff. de conſti. pecun. hoc tamen reprobat Alexand. in lege, qui inſulam. in fin. & in lege, qui Romæ. §. coheredes. col. 4. ff. de verbor. obligatio. per legem, Celſus. §. fin. cum lege ſeq. de arbitr. cui ſententiæ adhærerem, quippe licet creditor id temporis recuſauerit ſine iuſta cauſa recipere: tamen ſi poſtea creditor etiam extra iudicium petat, reincidit in moram debitor: niſi in iudicio vſque ad tempus iudicij incepti non nocebit mora. ita intelligitur d. lex, ſed ſi alia. ſicque ſeruatur. Hæc tamen oblatio non habet vim complementi in contractibus innominatis, niſi eſſet factum promiſſum, & in aliis caſibus per gloſſam & doctores conſcriptis in lege, iuriſgentium. in princ. ff. de pactis.

In interpellatione extraiudiciali quando litis conteſtatio requiratur.

¶ Quartò reſtringitur cum interpellatus debitor non poteſt ſoluere, vel non ſine magna difficultate. tunc enim litiſconteſtatio requiritur. glo. in lege, vinum. ff. ſi certum peta. vbi Purpura. dicit tutius & æquius eſſe hoc tenere, licet alij contrariū teneant. Et ſeruatur in forenſi iudicio: quia difficultas non excuſat debitorem, l. continuus. §. illud. ff. de verbor. obliga. niſi tanta ſit quæ impoſsibilitatem arguat. l. cum heres. §. 1. ff. de ſtatuliber. Alias quilibet ad fraudandum creditores allegaret ſe non eſſe ſoluendo. Quamobrem iurium interpretes impoſsibilitatem huiuſmodi pro difficultate accepiſſe videntur, tuncque procedet limitatio, vt ſuper hoc requiratur conteſtatio, quo appareat de huiuſmodi impoſsibilitate, ſitne talis quæ nedum excuſet à mora, ſed penitus abſoluat à debito.

Duabus vel tribus interpellat. quādo opus ſit.

¶ Quinto, quando ius aliter diſponit, videlicet tres requiri, vel duas interpellationes, vt in l. ſi conuenerit. ff. de pignoratit. actio. doct. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui oper. nuntia. Soci. in tract. citatio. artic. 27. in 6. q. princip. quippe ſtandum eſt deciſioni iuris & declarationi.

Magiſtratus ius dicere nolens non poteſt in mora conſtitui, niſi ter requiſitus.

¶ Sextam limitationem afferunt alij, cum inferior vellet ſuperiorem conſtituere in mora, tunc tres interpellationes requiri: allegant ſingularem caſum in c. 1. de ſupplend. negligen. prælator. quem tex. ego paulo ſpecialius intelligerem in his quæ ſpectant ad officium ſuperioris, ad hoc inquam vt ſua negligentia notari poſsit, tres requiri interpellationes: veluti ſi magiſtratum velim conſtituere in mora, & incuſare negligentiam, quod noluerit ius dicere, probandum eſt ter ad hoc fuiſſe requiſitum. at ſi agatur de debito, vel de alio priuato negotio extra ſuperioris officium, tunc habetur hic ſuperior tanquam priuatus, l. 3. ff. de offic. præſid. nec alia requiritur ſolemnitas quàm vnica interpellatio, ſicut in aliis: quippe ius eſt generale, l. leges. C. de legib. quinimo quo maior eſt & ditior, eo citius debet & poteſt ſoluere: quod ſi differat maior ineſt & grauior culpa, quam in ceteris viris plebeiis & indigenis.

De iudicialib. interpellationibus, & quot requirantur ad conſtituendum aliquē in mora.

¶ Supereſt nunc ad interpellationem iudicialem venire, quot ſcilicet huiuſmodi requirantur interpellationes ad conſtituendum aliquem in mora. Et communis in hoc eſt ſententia requiri tres iudiciales interpellationes, quemadmodū olim tres denuntiationes requirebantur

quirebantur, l. tres denuntiationes. C. quomod. & quand. iud. l. ad peremptorium. ff. de iudic. vnde ante litiſconteſtationem doct. dicunt quem non conſtitui in mora, etiam per libelli oblationem. Bar. in l. denuntiaſſe. ff. de adulter. glo. & doct. in l. quod te. & l. vinum. ff. ſi certum peta. l. cum fundus. ibidem. Iaſ. in l. properandum. in princip. C. de iudic. in 6. no. nam qui libellum offert, non videtur interpellare debitorem vt ſoluat: ſed vt interim deliberet reus an cedere vel contendere malit, l. 1. ff. de edend. authen. offeratur. C. de litiſconteſta. Ego dicerem vnicam interpellationem iudicialem ſufficere ad conſtituendum debitorem in mora, tum quia iudicij calor debet aliquid operari, l. ſiue apud acta. C. de tranſactio. tum quia duo concurrunt hic vincula, videlicet iudicis & partis, quæ vno præualent, c. 1. de treuga. Et argumento ducto à minori: ſi vnica extraiudicialis interpellatio conſtituat in mora, multo fortius iudicialis, qua ſicut ipſe creditor extraiudicialiter, ſic apparitor exequens iudicialiter petit, nimirum ſi mora vtroque caſu conſtituatur: quamuis doct. hic deſiderent litiſconteſtationem, ea motiratione quod ante illam debitor erat incertus quid ab eo peteretur, & antea non dicitur quis petere, ſed petere velle: quorum argumentum eſt ſolutum per quotidianam apud nos obſeruationem in libellandis citationibus, prout edictis Regiis cautum iamdiu fuit. quibus igitur cum inferatur libellus, ſatis debitori conſtat quid & quantum ab eo petatur. concluditur enim ad ſoluendum, aut quid aliud agendum pro varietate negotiorum. ſic ergo ne ignorantiæ cauſam habeat interpellatur: quamobrem vel ſoluere ſtatim, aut iudicium ſuſcipere debet, lege, ſi reus paratus. ff. de procurator.

Debitor in mora conſtituitur quibuſcumque verbis habilibus citatus.

¶ Faciunt quæ ſuperius diximus, quod quibuſcumque verbis ad hoc habilibus poteſt debitor conſtitui in mora extra iudicium petendo, fortius in iudicio: nempe dum apparitor citat inſtante tali Titio, poteſt ipſe debitor ſcire quod debet, & requiritur vt ſoluat, valebitque ſaltem vt extraiudicialis interpellatio, cum iam per eum citatum & per citationem libellatam ſatis interpellatum ſtare videatur. nec enim facile euenire poteſt quin ante iudicis ſententiam mora interueniat, l. in fideicommiſſi. ff. de vſur.

Oblatio libelli in iudicio facta in mora conſtituit.

¶ Adhæc per oblationem libelli in iudicio factam alicui præſenti, conſtituitur quis in mora, teſte Dec. in d. l. vinum. col. 5. & ſeq. ſi certum peta. actus quippe factus in iudicio, potentior eſt ſecundum eum, quàm extra iudicium, arg. l. pacta nouiſsima. C. de pact. & d. l. ſiue apud. Et debitoris erat dum vidit libellum & petitionem, ſoluere, aut capere præceptum de ſoluendo, iuxta l. ſi debitori. ff. de iudic. Alioqui ſi tantum à die litiſconteſtatæ quis eſſet in mora, melioris conditionis eſſe litigans, & differens litiſconteſtationem, quàm alius agnoſcens bonam fidem, contra legem, Seruius. ff. quod vi aut clam, & daretur anſa deliquendi debitori, vt quo tardius poſſet litem conteſtaretur, contra legem, conuenire. ff. de pact. dotal. & protelaret litiſconteſtationem ad longum tempus, ſicut referunt doct. in c. venerabilis. de iudic. vidiſſe cauſam duraſſe vſque ad 30. annos ante conteſtationem.

¶ Non refragatur l. denuntiaſſe. §. quid ergo. ff. de adulter. quia reſpondet Dec. ibi, denuntiationem talem requiri pro forma, & ſtrictè interpretari, ne matrimonium impediatur. & illa accuſatio reſpicit vtilitatem publicam: ſecus vbi libellus offertur parti. vel ibi non ſufficit quidem libellos accuſatorios dediſſe ante citationem & ſine forma iudicij, vt ait ibi textus non videri tunc ei denuntiatum, & non poſſe accuſatorem ab ea incipere: ſed citatio cum libello ſufficit ad conſtituendum in mora, cum hæc ſit forma iudicij.

¶ Idem pene reſpondet idem Dec. ad d. l. libertus. ff. de in ius vocand. quod ſcilicet loquitur de libello oblato iudici: ſecus ſi parti, quia tunc pars ignorare non poteſt, ideóque liti cedere vel contendere debet: quod ſi non fecerit, in culpa eſt, & ſic in mora.

Moram facit qui litigare maluit quàm reſtituere.

¶ Adhæc moram feciſſe videtur qui litigare maluit quàm reſtituere. l. nemo. in fin. ff. de verbor. obliga.

¶ Non obſtat quoque l. ad peremptorium. cum ſeq. de iudic. ſiquidem ambæ loquuntur in citationibus, quæ olim fieri debebant antequam ad peremptorium edictum peruenirētur. ſed minimè negant quin ex prima citatione etiam conſtitueretur in mora, cum petitio inſerebatur in prima citatione: quemadmodum fit hodie, & ex conſuetudine Regni firmata legibus Regiis citationes in Francia peremptoriæ ſunt, vt ſcripſi in tract. de citatio. in 3. tomo commenta. in conſti. Regias.

Citationes in Gallia peremptoriæ ſunt.

¶ Olim ergo tres illę decernebantur citationes ad hoc vt debitor non comparens cauſa caderet, cum tantiſper in mora fuiſſet conſtitutus: quorum trium loco ſucceſsit hodie vnica citatio libellata, per quam debitori liquidò conſtet quid & quantum ab eo petatur, nimirum ſi conſtituatur in mora. Et ſi res pereat, ipſius periculo perit, adhibita diſtinctio. legis, quod te. vbi glo. & doct. ff. ſi certum petatur, & ab eo tempore tenetur ad reditus & alia, & hoc tam in actionibus ſtricti iuris, quàm bonæfidei, nec expectatur litiſconteſtatio. ſed ne longiori tempore differatur, quoad hoc pro facta habetur. l. ſi eum. §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. Alia ne longius euadam de interpellatione miſſa facio.

Edicta tria olim cur dabātur.

Obtinere pro occupare, tenere.

¶ Ceterum ne quid prætermittamus est in text. verbum, obtinere, quod significat hic quadam asinina possessione occupare, tenere, seu retinere: quemadmodum in l. clam possidere. in princip. ibi, non enim ratio obtinendæ possessionis, sed origo nanciscendæ exquirenda est. ff. de acquirend. possess. quod etiam alias plerasque phrases habet pro varietate materiæ.

Obtinere pro agere, & recuperare.

¶ Vt obtinere sumitur pro agere, obserua re, in l. Imperatores. ff. de iure fisci, ibi, obtinendum est, &c. itidem pro recuperare, in l. 2. in princip. de decurio.

Obtinere pro vincere.

¶ Obtinere pro vincere, assequi, l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo, ibi, siue quis condemnatus sit, siue quod perierit non obtinuerit. l. 3. §. etiam. ibi, obtinuit enim mater. de liber. & posth. l. duobus. ibi, egit posterior cum priore pignoratitia, & obtinuit. de exceptio. rei iudica. & l. penul. ibidem. ac l. de accessionibus. de diuers. & temporal. præscriptio. Cui multum affine est quod dicimus, obtinere in causa, l. deferre. §. sed communem causam. ff. de iure fisci, ibi, nec per hoc famosus est, licet in causa sua non obtinuerit, id est non fuerit secundum se iudicatum.

Obtinere in causa.

Obtinuit hæc sententia.

¶ Obtinuit hæc sententia, id est inualuit, l. 4. in fin. ff. de in ius vocand. ibi, & meritò obtinuit. l. vna. ibi, sed obtinuit vim eius exæquatam fuisse. vtrobi. l. lecta. in fin. ibi, quamuis sententia diuersa obtinuerit. si certum peta.

Obtinere pro præualere.

¶ Obtinet constitutum pro libertate, quando iudices sunt numero pares, id est valet, præualet. lege, inter pares. ff. de re iudica. sic obtinere beneficium dicitur is qui ius habet in re, vt si fuerit eidem collatum, aut alias habeat ius in eo, vt docet Archidiac. in capitulo, si gratiosè. col. 1. de rescrip. in sexto. videte quæ scripsi in glo. obtinet. in form. mand. in concorda.

§. Cautum intelligitur, siue rebus, siue personis cautum sit.

Explicatio textus. Alciati opinio improbata.

¶ Intelligit post alios hunc text. Alcia. vt cauisse quis dicatur, siue det fideiussores, siue pignora: quia verbum cauere significat securum facere. is autem securus est, cui vel pignore vel fideiusione consultum est. sed huic sententiæ refragatur l. sancimus. C. de verbor. significa. vbi cautionis appellatione venit nuda promissio, non rebus nec fideiussoribus munita. Respon. idem Alcia. quoties lex ea causa postulat caueri quod securiorem reddere creditorem velit, existimarem simplicem stipulationem non sufficere. si verò eum quem adhuc non constat esse debitorem, cauere velit, secus est. hæc Alcia. quæ sententia cum nullo iure probetur, nec quidem mihi probata videri potest. siquidem nonne semper quis ea ratione petit sibi caueri, vt securior sit in omni causa? ideoque secundum eam appellationem cautionis, veniret cautio cum fideiussoribus vel pignoribus: at semper obstat d. l. sancimus.

¶ Adhæc quomodo petitur caueri ab aliquo, si non sit debitor? nempe in l. creditores. supra eod. diximus creditores etiam sub conditione vocari creditores, licet dies nec cesserit nec venerit. Aut ex qua causa petitur cautio ab eo qui non est debitor? hoc ab Alcia. scire cuperem. Et doct. hic dicunt præfatam l. sancimus. loqui, quando lex vel testator caueri præcipit, vt tunc nuda sufficiat cautio, secus si lex prætoria: quia tunc fideiussores & pignora exiguntur. Et ita dicunt istum tex. intelligendum in stipulatione prætoria. Quibus etiam non consentio, quia tex. iste generaliter loquitur, & vocabuli generalem significationem declarat. ergo non intelligetur de stipulatione prætoria solum, sed simpliciter per l. 1. ff. de legat. præstand. Et vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. de pretio. ff. de Publicia. in rem actio. quemadmodum verisimile est, hoc si voluisset, expressisset: quamobrem alius à nobis quærendus est intellectus.

Cauendi verbum generaliter sumitur & specialiter.

¶ Et quoad significationem huius verbi cautum, siue caueo, aduertendum est hoc generale esse verbum, comprehendens omnes modos quibus securitas datur, siue pignoribus, fideiussoribus, verbis, literis, seu quouis alio modo, l. illicitas. ff. de offic præsid. l. quotiens. qui satisdar. cogant. potest etiam specialiter sumi pro nuda promissione, d. l. sancimus. sicut videmus in iurisdictione, quæ generaliter capitur, & specialiter, in l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. vbi iuris interpretes, & ego. de actione dixi in l. pecuniæ. 2. §. actionis. supra eod.

Cauere pignoribus, aut fideiussoribus.

¶ Igitur caueri dicimus, primò pignoribus aut fideiussoribus, & cautio vocatur in l. si dubiter. in princip. ff. de fideiussor. quæ manifeste vocat cautionem satisdationem. facit l. si Stichum §. idem Celsus. de nouatio. & l. rescripto. §. plane. de munerib. vbi sit dicitur: plane vice solutionis sufficit vt quis aut pignoribus aut fideiussoribus idoneis caueat. facit l. fin. §. prætor. ne vis fiat ei. iuncto princip. illius legis, vbi cautio, & promissionem nudam, & satisdationem comprehendit. scribit Iacob. in lege, in omnibus. ff. de iudic. sic Vlpian. in lege prima. §. iubet. ait, & reis & pignoribus recte de collatione caueri. ff. de colla. bonor. vbi reos fideiussores vocat.

¶ Præterea

Caueri dicitur etiam stipulatione.

¶ Præterea cautum stipulatione dicitur, & sic verbis. tex. est in l. filio. & l. si à te. ff. vt legator. no. caueat. lege quarta. §. Cato. ff. de verbor. obliga. rub. quemadmodum vsufruct. caueat.

Cauere dicitur quis etiam literis.

¶ Cauetur etiam nobis literis: inde cautio dicitur chirographum vel schedula. l. lecta. ff. si certum peta. & iureiurando, vt in rub. ff. qui satisdar. cogant. & l. vl. in fi. de priuileg. scholastic. lib. 12. C.

Cautio pro chirographo, & iureiurando.

¶ Item in prætoriis stipulationibus oportet cauere, l. penult. ff. de prætor. stipula. & tamen prætoriæ stipulationes personas desiderant prò se interuenientium. Et neque pignoribus quis, neq; pecuniæ vel auri, vel argenti depositione in vicem satisdationis fungitur: verba sunt Iurisconsulti in l. prætoriæ. in vl. ff. de prætor. stipulatio. Cum igitur tot modis sumatur hoc verbum cauere, prout variè iungitur, mancus & deficiens esse videretur noster tex. intelligendo secundum doct. in ablatiuo, quod vocant grammatici, instrumentaliter posito, videlicet cautum esse alicui personis, id est fideiussoribus, siue rebus, id est pignoribus: quia tunc Iurisconsultus hic generalem verbi significationem assignare volens, plurium significationum duas tantum referret, ceteras omittendo, quod non est verisimile, nisi sub his tanquam præcipuis omnia præcedentia comprehendere voluisset: quod non tam esset interpretari, quàm nos ad primam illam, & generalem iuris diuisionem redigere, sine certa aliqua doctrina: vel etiam si cautum respiceret & fideiussoriam, & pignoratitiam cautionem, frustra diceretur idonea cautio, vel satisdatio. de qua in l. satisdationis. supra eodem & scripsi in §. 1. titul. de sentent. executorial. in primo tomo constitutionum Regiarum, & lege penultima, de petitione hereditatis. Atque alia quamplurima obstarent contraria.

Cauetur in prætoriis stipulationibus.

Auctoris sententia in hac lege explicanda.

¶ Quamobrem arbitrarer ego melius, saluo meliori iudicio, hunc tex. intelligi posse in datiuo, vt cautum censeatur siue personis, id est ad vtilitatem personarum, vel propter ipsas personas: siue rebus, id est pro rebus, vel ob ipsas res caueatur. de personis est rub. ff. qui satisdar. cogant. lex, venditores, ibi, emptori pro euictione cauerant. de verbor. obligatio. veluti, cum quis insidiatur mihi, possum petere vt caueat me non offensurum: quemadmodum in securitate videmus, quam dicanici vocant saluagardiam. lege, præsenti. §. si cubi. C. de his qui ad eccles. confugiunt: & sic personis cauetur. De rebus patet rubr. ff. rem pupilli saluam fore, vbi cauetur ob res pupilli, & in rub. seq. & in lege, fideiussor. §. fin. ibi, si satisdatum pro re mobili non sit. ff. qui satisdar. cogant. lege, à te. ibi, & si in rem esset concepta stipulatio, vt legat. no. caueat. sed & de pecunia recte caueri oportet, l. 2. ff. de vsufruc. ear. rer. quæ vsu consu. l. cauere. §. fin. ibi, de vitio operis caueri aduersario debet. ff. de itinere. Et tunc intelligitur cautum, siue cautum sit personis, siue rebus. Et siue caueam ad vtilitatem personarum, siue rerum, vel pro rebus, vel pro personis, l. si communes. ff. de negot. gest. Ita cauere iunctum datiuo sumitur pro attendere, prospicere, prouidere, c. 1. vbi Archid. de re iudica. in 6. c. caue. 28. q. 1. & l. pro socio arbiter prospicere debet cautionibus in futuro damno vel lucro pendente ex ea societate. ff. pro socio.

Cautio quomodo personis detur.

Cautio quomodo rebus detur.

Cauere pro attendere.

¶ Nec refragatur l. 3. & l. cum rem saluam fore pupillo caueatur. ff. rem pupilli saluam fore, vbi cauetur pupillo & rei. Respon. licet ibi pupillo caueatur, tamen ob res pupilli etiam cauetur. l. & si ad species curator datus sit, rem saluam fore stipulatio interponetur, ibidem. & l. cum pupillus à tutore stipulatur rem saluam fore, non solùm quæ in patrimonio habet, sed etiam quæ in nominibus sunt, ea stipulatione videntur contineri, &c. lege, iam tamen. §. nunc videamus. ibi, committeretur ista stipulatio ob rem non defensam. ff. iudica. solui. & §. penul. & l. iudicatum solui stipulatio tres clausulas in vnum collectas habet, de re iudicata, de re defendenda, de dolo malo. ibidem. Ecce quomodo cautio datur ob res. Et quia principaliter datur pro re pupilli, vel alterius, ideo rebus dari dicitur. nam id quod principaliter fit, attenditur, l. si quis nec causam. ff. si certum peta. nec valeret illa cautio siue personis, l. postquam. vt lega. or. nomi. caueat. Potest & dari rebus alicuius, & erit cautum personis & rebus simul: sed sub simplicibus mixtum continebitur, l. 2. ff. de verbor. obligatio. §. omnium. Insti. de actio. nec iste tex. negat quin possit caueri simul personis & rebus. Aut si cautum sit rebus separatim vel personis, cautum nihilominus intelligitur per hunc tex.

Caueri potest rebus & personis simul.

¶ Vult igitur hic tex. dicere, quod cautio potest interponi tam pro personis quàm pro rebus. possum enim cauere pro persona, vt eam in iudicio sistam, vel pro ea soluere promittam iudicatum. ff. qui satisd. cogant. & rub. iudica. solui. sic possum pro re minante ruinam meæ domui cauere. ff. de damno infecto, per totum titul. & vt res pupilli salua sit. rub. rem pupilli saluam fore. & lege, sancimus. §. omnem. Cod. de administratione tutoruni, vel curatorum.

¶ Ita quoque dicere possumus instar pactorum quasdam esse cautiones in rem, quasdam in personam, l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pact. vt seruitutes reales, & personales, l. 1. ff. de seruitutib. & actio in rem & personam, l. actionum genera. ff. de actio. & superius dixi in l.

pecuniæ.§.actionis. Cautum ergo dicitur siue personis ipsis cautum sit, siue rebus, aut simul rebus & personis,argum.l.certi condictio.§.quoniam.ff.si certum peta.& Iurisconsul. alibi ait me fundum petere posse, licet mihi traditus sit, si ius quoddam cautionis superet,l.etiam.de solutio.

Cauere generaliter quid comprehendat.

¶ Per quæ tamen non negatur generalitas huius verbi cauere, comprehendens (vt dictum fuit) satisdationem,& promissionem nudam,& stipulatione vallatam,l. prætor ait.§. deinde.& seq.ff.de noui oper. nuntia.ibi,& si satisdatum sit,cautum tamen non perseueret. facit l.stipulatio.§.1.& vlt.ibidem.siquidem hoc verbum cautio generale est, forsan ab antiquo verbo cautio,id est securum facio, quo verb. teste Nestore veteres vtebantur. Et intelligitur siue fiat pignoribus,siue fideiussoribus, vt dixi in l. satisdationis. supra eod. siue simplici promissione,& hæc etiam dicitur cautio in d.l.sancimus. túncque specialiter accipitur,sicut dicimus de iurisdictione.doct.in d.l.imperium.ff.de iurisdictio.omnium iudic.

Cautio, quid.

Stipulationes sui natura cautionales sunt.

inde Iurisconsul.ait, omnes stipulationes natura sui cautionales esse. siquidem hoc agitur in stipulationibus,vt cautior quis sit & securior,interposita stipulatione.l.1. §. communes. ff.de prætor.stipulatio.

Cauere, id est sancire.

¶ Alias etiam dicitur cautum lege,id est sancitum,constitutum,expressum,dictum,l.senatusconsulto cauetur.de offic.præsi d.l.1.ibi, lege Rhodia cauetur. ad legem Rhodiam de iact.l.diui.ibi,mandatis cauetur.de pœnis,& l.nil in hac parte cauit prætor.de coniungend. cum emancipa.liber.& lege municipali cauetur,l.3.de decret.ab ord.faciend.& fœdere cautum,l.in bello.§.item in pace.ff.de captiuis,l. qui agnitis. de exceptio. l. apud. §. contra.de doli exceptio.edicto cauetur,l.1.ff.in ius voca.vt eant.

Cauere testamento.

¶ Sic cauere testamento dicitur,in l.Titia. ff. de inofficios. testam. pro disponere in ipso testamento.

Cauere pro cõfiteri,seu promittere.

¶ Frequenter etiam cauere pro confiteri seu promittere,l.maritus. 1. ff. soluto matrimo. ibi,quia non numeratam pecuniam cauerat.& ibi glo.exponit,id est confessus fuerat se accepisse.l.1.§. si cui cautum est honorarium, id est promissum. ff. de variis cognitio.iuncta l. vna. C.de suffrag.& in titul.de cauta non numera.l.& eleganter.§.non solum.de dolo.l.fin. §.si fœnerator.quod met.caus.l.ex empto.§.animalium. & §. ex empto. de actio. empti. l. si ex pluribus. de solutio. Et cauere de euictione, id est promittere, l.si duo patroni.§.si quis iurauerit. ff. de iureiur. ibi,ex empto agere poterit,vt ei cetera præstentur,id est vt ei res tradatur,& de euictione caueatur.& in titul.de euictio.

Cauere pro cautionem accipere.

¶ Econtrario quoque interdum cauere pro cautionem accipere,l. quod ad heredem. ff. de magistratib.conueniend.ibi,si verò cauit,& tunc idonei fuerint,& postea defierint:sicut & ipse magistratus probe recusaret hanc actionem,ita & heres,& multo iustius.

Cauere, pro vitare.

¶ Cauere etiam pro vitare,fugere,l.item quæritur.§.si fullo. ff. loca. ibi, quia debuit ab hac re cauere.

Cauere,pro exprimere.

¶ Cauere pro exprimere,dicere:vt si cautum sit in seruitute constituenda, hoc seruetur, l.3.§.fieri.ff.de itinere.l.quoties.de actio. & obliga.l.doli clausula. de verbor. obliga. l. quid de creditore.de damno infecto.l.si cum duos. de arbitr.l.cum venditor fundi in lege ita cauit.ff.de lege commissor.nominatim cauere, l. id quod. in fin. de pericul. & commod. rei vendi.

Cauere obsidibus.

Cauere capite.

¶ Cauere obsidibus est dare obsides vel exigere:quemadmodum diximus cauere pignoribus. Et cauere capite dicitur ille qui corpus & bona obligat, quia periculo capitis se obstringit,id est personę,vt docet Bud.in secund.interpreta.ad l.si scientiæ.de parricid.addens interdum cauere nec stipulantis,nec promittentis esse,sed iurisprudentis hominis,qui consultori suo rationem præscribit,formulámque dictat paciscendi,aut contrahendi,& monitis consilióque instruit,ne conditionem suam faciat deteriorem.vnde Iurisconsul. ait, neminem ius publicum remittere posse huiusmodi cautionibus, id est his testamentorum formulis,atque conceptionibus verborum,l.quidam decedens.ff.de administra.tutor.Priuatorum (ait Papinia.) cautiones legum auctoritate non censeri,l.fin. ff. de suis & legitim. id est scripturæ & dispositiones priuatorum vim legis non habent. inde cautores vocantur dicanici,seu pragmatici solertes & versuti,secundum eundem Budæ.in foren.

Cautores, dicanici.

Cauere idonee.

Cauere pro prouidere.

¶ Cauere idonee est cum fideiussoribus, vel pignoribus promittere,l.sed & hæ.§.defendere.ff.de procurator.iuncta l.si mandato.2.§.fin.ff.manda.

¶ Cauere,prouidere.l. si mercedem. §. 1. ff. de actio. emp. ibi, parum est eo nomine tibi cautum.

Cauere officio.

¶ Cauere officio dicitur qui magistratui cauet,l.eum pro quo.ff.de in ius vocand.vt dicam in meis no.interpreta. ad illam legem.facit l.si fideiussor.§.si satisdatum.ff.qui satisdare cogant.

Cautio pro nuda promissione.

¶ Cautio pro nuda promissione,id est sola, sine fideiussoribus, & pignoribus. l. sancimus.C.de verbor.significa. & l.diuus. de petit.hereditа.l.verum.§.id quod. pro socio.Cautiones interponendæ, l.omnes.ff.pro socio.& in titul.ff.si quis cautio.

¶ Cautio

Cautio duplex.

¶ Cautio duplæ dicitur cum duplum promittitur re euicta, l. pacta ff.de contrah. emptio.l.2.& aliis multis legibus.ff.de euictio.

Cautio pro chirographo.

¶ Cautio pro chirographo seu instrumento obligationis,l.Labeo.ff.de pact.

Cautio indemnitatis.

¶ Cautio indemnitatis est qua aliquis alium indemnem reddere promittit,l.liberto. §. 1. ff.de iure fisci.l.1.C.de conuenient.fisci debitor.lib.10.l.si vnus.ff.pro socio.

Cautio domestica.

¶ Cautio domestica est scriptura priuata, quæ fit à parte parti, in qua aliquid cauetur,de qua loquitur Iurisconsul.in l.3.§.quæri autem.ff.de iure fisci.ibi,neque testamento, neque codicillis rogaretur, sed domestica cautione & chirographo obligaret se ad præstandum ei,qui capere non potest.l.2.de pact.

Cautio surrepta.

¶ Cautio surrepta,l.Argentarius.in fin.ff.de edendo.ibi,sic enim & de cautione surrepta, aut corrupta competit condictio,& damni iniuriæ actio.

¶ Cautio extorquenda,l.si cum exceptione.§.quatenus.ff.quod met. caus. & l. metum. vlt.§.sed ex facto.ibi, cautionem pollicitationis extorsisset.ibidem.

Ad l. sancimus. C.de verbor.signifi.

¶ Cautionis autem nomen generaliter prolatum quàm late pateat superius diximus, & quod tam fideiussores quàm pignora cõprehendat, satis indicat tex.in d.l.sancimus.C. de verbor.significa.ibi,nisi enim vel generaliter de satisdatione,vel de fideiusione specialiter nominatum sit. vbi sub nomine cautionis venit nuda promissio, nisi verbum cautio generaliter proferatur.ergo cum generaliter profertur,venit omnis cautio, nisi quoque specialiter sit fideiusio nominata.& ita venit ille tex.intelligendus, malè hactenus meo iudicio intellectus.

Cautionales stipulationes.

¶ Cautionales stipulationes declarantur ab Vlpiano in lege prima. ff. de prætoriis stipulatio.

Cauta.

¶ Cauta dicuntur chartulæ in quibus eorum descripta sunt nomina qui excusationem iure officij sui habent:sic dicta quod ideo scribantur vt eis magis cautum sit,l.vna.§.fin. de collegia.lib.11.ibi,quod autem supra numerum,qui in cautis breuibus continetur.

Recauta.

¶ Recauta verò dicuntur apochæ & confessiones quibus satisfactum sibi creditor affirmat,vt docet Alcia.lib.pareg.8.c.17.

Cautela pro captione.

Cautela pro cautione.

¶ Hinc cautelam pro captione dictionem Latinam,& non barbaram esse firmat Spiegel. verum apud Iurisconsul. videtur mihi cautelam accipi pro cautione,in l.si debitori. de iudic. ff. vbi scripsi. l. si defunctus. in fin. de procurator. ibi, duplici cautela interponenda. l. quamuis. ibi, prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda. de pignoratit. actio. Alia multa conscripsi in l.satisdationis. supra eod. & si per ætatem liceat vberius dicam in d.l.sancimus.C.eod.

IDEM LIBRO XXXIIII.

LEX CLXXXIX.

Facere non oportere,& hanc significationem habet, vt abstineat quis ab eo facto quod contra conuentionem fieret,& curare ne fiat.

Expositio textus.

¶ Dupliciter legitur hic tex.sed magis communis,& antiquitate librorum comprobata lectura est cum negatione,quemadmodum hic legimus,facere non oportere.& sensus est: quod si quis promisit non facere, vtpote non te turbare, non solùm oportet abstinere, ne ipse contra hanc conuentionem faciat te turbando,sed etiam quod procuret ne quis alius hoc faciat.Et sic quod promissor non turbet,atque procuret ne alius turbet.Hinc dicit Iurisconsul.in illa stipulatione,per te non fieri,non hoc significatur, nil te facturum quominus facere possim,sed curaturum,vt facere possim,l.in illa.2.ff.de verbor.obligatio.vbi intellige non hoc significatur,tantum,vt dicam in l.hęc verba.infra eod.Ita qui spondet dolum malum abesse abfuturúmque esse,non simplex abnutiuum,id est abnegatiuum spondet, id est non simpliciter negat à se dolum abesse, & abfuturum, sed curaturum se vt dolus malus absit,l.inter stipulantem. in princip. ff. de verbor. obliga. Abnuere verò cum b, significat negare signo capitis,& differt:quod etiam oculis & manibus fieri potest:dictum ex ab & nuo:nuere autem veteres pro velle ponebant.

Abnuere quid

Nutus.

¶ Inde nutus est signum illud quod oculis capitéve, aut manibus fit: de quo Iurisconsul. in l. nutu. ff. de lega. 3. vbi legatum & fideicommissum relinqui potest, dummodo is nutu relinquat,qui & loqui potest.Et assignare potest quis libertum suum quibuscumque verbis vel nutu,l.1.§.assignare.ff.de assignatio.libertor.

Annuere, quid.

¶ Annuere vero cum nn. duplici est signo capitis, oculorum, vel quo alio corporis signo assentire,de quo Iurisconsul.in l.1.§.si quis ita.ff.de verbor.obligatio.

¶ De verbo abstinere scripsi in l.intestatus.supra eod.

¶ Sed redeundo ad rem quæret aliquis, cum quibus vel erga quos teneatur curare? Re-

Cum quibus vel erga quos teneatur quis curare.

spondeo teneri curare quoad omnes pro viribus, ne fiat contra promissionem: tamen non tenebitur ratione huius stipulationis de extraneis, quos prohibere non potest, sed de filiis, seruis, mercenariis, procuratoribus, & aliis quos prohibere potest, intuitu quorum tenetur, ac si ipse faceret, per l. si fundus. ff. loca. pulcher tex. in l. fluminum. §. quamquam. de damno infecto. Executióque fiet contra obligatum ad factum vel non factum, licet ipse non egerit, sed eius mercenarij, cum ipse eorum nomine teneatur, glo. & doct. in d. l. inter stipulantem. in princip. & l. 1. ff. de publica.

Vassallus non debet cõtra dominum quid facere.

¶ Ex quibus inferuntur vtilitates sequentes: primò non oportere vassallum facere contra dominum quidpiam, quod vergat in sui corporis præiudicium, aut contra honestatem domini, atque curare ne iniuria ab aliis inferatur. rub. de forma fidelitatis, in feudis, & in rub. seq. & c. de forma. 22. q. 5. vbi glo. in verb. consilium. vnde si in sua domo violetur vxor domini, tenetur vassallus. Addit glo. in d. c. de forma, quod si quis promiserit syluam non cædere, vel non vrere, teneri quoque prohibere, impedireve alium, ne cædat vel vrat. l. in lege. ff. loca. Lucas de Penna in l. iudicibus. C. de curs. public. lib. 12. facit glo. in verb. cuique. in l. iustitia. ff. de iustit. & iure, dicens non sufficere si quis alium non lædat, sed & adiuuare eum debet: nec sufficeret à malo abstinere, nisi fiat quod bonum est, d. l. in illa. 2. de verbor. obligatio. c. de forma. 22. q. 5. clem. cupientes. de pœnis. Veruntamen fuit in hoc senatu pronuntiatum pro do. Ioanne Canart patrono in hac suprema Curia, quòd postulare posset contra Remensem archiepiscopum suum dominum, eo quod non ageretur de honore præfati domini Remensis, nec contra personam suam. quamobrem vassallo fuit pro Scabinis Remens. postulare permissum contra suum dominum in causa ciuili.

De eo qui tenetur syluam nõ cædere, vel vrere.

Non sufficit à malo abstinere nisi fiat quod iustum est.

Qui non potest alienare, non debet occasionem præstare alienationi.

¶ Secundò qui non potest alienare aut vendere Titio, non debet occasionem præstare, propter quam in Titium fiat alienatio, imò id ne fiat, curare debet, l. quotiens. vbi Bal. no. C. de fideicomm. l. si ita quis. §. ea lege. ff. verbor. obligatio.

Debitorem liberans, quid teneatur præstare.

¶ Tertiò qui liberando suum debitorem, eidem sub pœna promisit amplius non petere, incidit in pœnam, si procurator eius etiam generalis petat, quia debebat curare ne procurator peteret, per hunc tex. & certiorandus erat procurator ne peteret, l. si fideiussor. 1. §. 1. ff. manda. Bar. expresse in d. l. in illa. si tamen dominus ratam non haberet illam petitionem procuratoris, quod Gallicè dicimus *desaduouer*, vt in c. fin. de reb. eccles. non alienand. in 6. non putarem dominum in pœnam incidisse: sed procurator eo casu nomine proprio ad expensas condemnaretur. secus si specialis procurator esset ad petendum constitutus, post dictam, liberationem, & promissionem de non amplius petendo. Alexand. in d. l. in illa. quamuis Ias. teneat dominum non incidere in pœnam. debitoris enim erat ostendere acceptilationem, & vi illius peremptoriam exceptionem pacti opponere in procuratorem: quam si non opposuerit imputetur ei; l. procurator. ff. rem ratam haber. Tamen hoc etiam casu dici promissorem incidere in pœnam, si ratam habuerit petitionem. Quamobrem foret citandus promissor an ratam & gratam haberet talem petitionem necne, vt si non ratam haberet, appareat eum non incidisse in pœnam: sic tamen vt teneatur interim facere cessare procuratorem, ne peteret: alioqui teneretur, nec sufficeret denegare instrumenta procuratori, sed oporteret quod promissor susciperet in se causam stipulatoris contra suum procuratorem, & concluderet coram iudice in eum, vt cessaret: quemadmodum fit in forensi iudicio. Alias incidet in pœnam.

Procuratore petente contra promissionem debitori factã, quid obseruandum.

De aluminibus in Galliam nõ deferendis.

¶ Quartò consuluit Soci. consil. 26. in præsenti. in 3. vol. promissores incidisse in pœnam, eo quod non curauerant ne deferrentur alumina in Franciam, & ne nauigaretur, cum hoc promisissent. Ex quo infert, quod contrahentes sic negatiue, promitto non facere hoc, non poterunt agere ratione illius contractus, quem non obseruarunt, per l. ædiles. §. fin. vbi glo. & Bal. ff. de ædilit. edic. & l. Iulia. §. offerri. de actio. empti. sic emptor seu altera partium potest à contractu recedere, quem alter contrahentium non seruauit, l. cum te. vbi Salicet. C. de pact. inter emptor. & venditor.

Promittẽs per se aliquid, si quis furetur, non tenetur.

¶ Adhæc promittens per se non fieri, quominus homo, vel alia res detur, si quis illam surripuerit, non tenetur promissor. l. si is qui rem. 2. §. fin. ff. de furt.

Caupones de damno à suis dato tenentur.

¶ Quintò non sufficit caupones non nocere aduenæ & hospiti, sed & curare debent ne quis alius ei damnum inferat, l. 1. & per totum. ff. nautæ, caupo. stabular.

In furto vel iniuria tenetur quis de mandato & cõsensu.

¶ Intellige prædicta cum negatio haberet implicitam affirmatiuam, vt hic in verb. facere non oportere. Diuersum est in alia negatione: vt si promiserim non ingredi fundum vel templum: aut non furari, vel te non verberare: quippe tunc non teneor curare ne quis alius te verberet, dum non mandem, vel consentiam huic facto: sicut docet Bar. in lege, ne quid. ff. de incend. & in lege prima. §. si familia. ff. si familia furt. fecisse dicat. doct. in lege prima. §. familiæ. de publica. & vectigal. & in dicta lege, in illa. de verbor. obligatio.

Promissor quãdo curare teneatur.

¶ In hoc ego dicerem quod si negatiua respiciat commodũ vel incommodum stipulantis, eo casu tenetur etiam curare promissor, vt hic dicit tex. si verò non respiciat partis vtilitatem, non tenebitur curare: & hoc breuiter ex superioribus colligo.

¶ Alij

¶ Alij tex. hunc legunt affirmatiue, videlicet, facere oportere: vt facti appellatione non factum contineatur, §. si vxor. in fin. Inst. de nupt. doct. in l. 2. ff. de verbor. obligatio. Dec. in l. id quod nostrum est. de regul. iur. dixi in interpreta. l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod interest. sed ita legendo affirmatiue (quemadmodum reperi in recentioribus quibusdam codicibus) non video quo pacto conuenire possit tex. & minus rationi naturali. nam si promisit facere, non oportet quod abstineat, vt dicit hic tex. quinimo facto opus est. Aut quoque si ponas affirmatiuam in principio, addendæ forent negatiuæ in sequentibus, hoc modo: *facere oportere & hanc significationem habet, vt non abstineat quis ab eo facto quod contra conuentionem non fieret.* Quæ quidem omnino peruerterent ordinem, sensum, & communem iamdiu approbatam lectionem huius tex.

Promittens facere q. modo teneatur curare vt alius faciat.

Promissio alieni facti non valet.

¶ Adhęc si quis promiserit facere, non tenetur etiam curare vt alius faciat: nisi hoc promissione cautum & expressum sit, quemadmodum in dies exprimunt notarij, Quod Titius promisit se facturum, & curaturum. Et tunc ratione pœnę adiectę valet promissio facti alieni. l. stipulatio ista. §. si quis alij. & §. alteri. ff. de verbor. obliga. alias stat communis regula, promissionem alieni facti non valere, vt ibidem cautur, nisi æquitate prętoria sustineretur vt facti etiam alieni promissio valeat, l. quotiens. ff. de verbor. obligatio. & l. qui autem. §. 1. de consti. pecun. declarat Ias. in §. in personam. nu. 31. Insti. de actio.

Æquitas canonica maior æquitate prætoria.

¶ Ita etiam de æquitate canonica, quę maior est quam æquitas prętoria, per glo. in cap. quotiens cordis. 1. q. 7. Anto. in c. ex literis. 2. de sponsal. licet Panorm. ibi dicat hoc ratione iuramenti, glo. & doct. in cap. sicut. illo titul. de sponsal.

Promittens facere constituitur in mora sine interpellatione.

¶ Adhęc qui promisit facere & curare, constituitur in mora absque alia interpellatione. sufficit enim sola scientia. Bal. in c. domino guerram. §. adhęc hic finitur lex. per l. 1. C. de priuat. carcerib. & argum. legis, in lege. ff. loca. Refert Alexand. consil. 157. viso themate in 6. vol.

Promittens alium ratificaturum, in quo teneatur.

¶ Prętereà si quis promiserit se facturum & curaturum quod Titius ratificabit, vel quid aliud, & promiserit pœnam, non incidit in eam, dum suo in hoc functus sit officio in suadendo illi, de quo promisit vt ratificet, sed ille noluerit, per l. quod te. ff. si certum peta. l. fin. §. idem iuris. ff. ad legem Rhodiam de iact. sic consuluit Dec. consil. 313. promisit dominus Ioannes. & Soci. consil. 288. circa primam. col. 14. in 5. q. vol. 2. Et ista sunt in iudiciis frequentissima: sicque iudicatum fuit Neapoli, vt refert Matth. de Afflictis in decis. Neapol. 295. magnificus. de quodam qui promiserat cum pœna vxorem (quę durę ceruicis erat) ratificaturam, quę tamen recusauit, non teneri ad pœnam, si fecerit quod potuit erga Proserpinam suam. Et idem concludit in patre qui promiserat se facturum quod filius consentiret, & ratificaret ab eo gesta.

Facere multis modis dicitur.

¶ Dicitur autem quis facere multis modis, quos scribit Lucas de Penna in l. iudicibus. in fin. C. de curs. public. lib. 12. nam hoc verbum est valde generale, vt scripsi in l. verbum faciendi. infra eod.

VLPIANVS LIB. XXVII. AD EDICTVM.

LEX CXC.

Prouinciales eos accipere debemus qui in prouincia domicilium habent, non eos qui ex prouincia oriundi sunt.

Prouincia, quid.

Prouinciales legati.

Prouincia, regio Galliæ.

¶ Prouinciales dicuntur qui domicilium & habitationem habent in prouincia, non qui in prouincia sunt oriundi: dicti quippe sunt prouinciales à prouincia, quæ proprie dicitur locus à Romanis bello longe acquisitus, quasi procul victa. inde prouinciales legati, missi ex prouincia, in l. tutor. in fin. ff. de iureiur. hinc adhuc nostra memoria nomen illud generale prouinciæ retinuit apud Gallos regio dicta Prouincia omni genere frugum referta, necnon in literatura perbelle florens.

Domicilium quid.

Domicilium trẽplex.

¶ *Domicilium* Græci vocant οἴκημα, siue οἰκητήριον, ἀπὸ τῦ οἰκεῖα, quod est habito. inde οἰκία domus, vel οἰκίον seu οἴκησις, & οἰκητὴς vel οἰκήτωρ habitator, incola, inquilinus, siue colonus.

Domicilium naturale.

¶ Triplex est domicilium, naturale, accidentale, & commune, vt Bar. & alij scribunt in l. 1. ff. ad municipal.

¶ Naturale dicitur locus propriæ originis, vel paternæ, l. 1. & l. assumptio. ff. ad municipal. §. filius. quod videlicet nobis à natura, ratione originis comparatum est, quamobrem ita vocatur. l. penul. ff. de Senator. glo. in c. accedens. 2. vt lite non contesta. c. cum nullus, de temporib. ordinand. in 6.

Domicilium accidentale.

¶ Accidentale, quod sibi quis constituit, vt ibi perpetuo habitet, & quot modis constituatur, pulchre tradit Bar. in l. 1. ff. ad municip. & dicetur in l. in lege, & in l. pupillus. §. incola. infra eod. quod iterum sub diuidi potest in voluntarium & necessarium, secundum Soci. in c. fin. de foro competen. Et sola domus possessio quæ in aliena ciuitate comparatur,

non facit domicilium,l.libertus.§.fola.ff.ad municipal.

Domicilium ac cidentale volũtarium.

¶ Voluntarium dicitur quod quis ſua voluntate conſtituit,re tamen & facto,l.domicilium.& l.filij.§.municipes.ff.ad municipal.& l.eius.2.§.1.ibidem.

Domicilium accidentale neceſſarium.

¶ Neceſſarium eſt quod de neceſsitate conſtituitur, vt Relegatus eo loci in quem relegatus eſt,interim neceſſarium habet domicilium, d. l.filij. §.relegatus. & l. eius.2.in fi.ibid.

Domicilium cõmune.

¶ Poſtremò commune domicilium eſt communis patria, vt Roma, & Pariſij, l. Roma. ff.ad municipal.

A loci domicilio quis denominatur.

¶ Nunc ſupereſt tria ex hoc tex.elicere:primo quod habens domicilium Pariſiis dicitur Pariſienſis, & Lugduni Lugdunenſis, & in prouincia prouincialis,vt Maſsiliæ Maſsilienſis,l.1.ff.ad municipal.l.obſeruare. ff.de offic. proconſul. l. obſeruandum. de offic. præſid: ibi, obſeruandum eſt ne præſides prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant, l. obſeruare. ibi, magni enim faciunt prouinciales ſeruari ſibi conſuetudinem.de offic.proconſul.declarant doct.in c.ſignificante.ac c.Rodulphus.de reſcrip.licet contrarium hic aſſerant doct. ſupplendo ad tex. quæ ſuppletiones exoſæ ſunt. Quemadmodum igitur prouincialis dicitur habens in prouincia domicilium : ſic qui domicilium habet Pariſiis,poteſt vocari Pariſienſis,c.dilecti.de foro competen.vbi vocat Anglicos omnes incolentes Angliam : & vltra mare etiam ſi fuerit Gallus origine,Anglus tamen vocabitur ex domicilio.

Denominatur quis ex loco originis.

¶ Secundò Pariſiis ortus etiam dicitur Pariſienſis, & Tholoſæ natus dicitur Tholoſanus,l.1.ff.ad municipal.& l.qui ex vico ortus eſt.ibidem.c.ex parte.vl.de reſcrip.glo.in verb. vnam dictam. in cap. ſtatutum. §. cum verò. de reſcrip. Et ſic tam orti in prouincia quàm incolæ.& ibi domicilium habentes,dicuntur prouinciales, d.l.obſeruare.& l.ſi in aliquam ff.de offic. proconſul.

Officia quis nõ habebat olim in ea prouincia in qua ortus erat.

¶ Hinc dicimus in ea prouincia in qua orti ſunt non poſſe habere officia,propter fauores quos habere præſumuntur erga incolas.l.ſi in eadem.ff.de offic.aſſeſſor.l.fi.C. de crimi. ſacrileg.quod in Francia non ſeruatur:ſiquidem fauores olim Romæ domicilium habentes,primo necdum relicto elegerunt in Francia.

Denominatur quis à loco domicilij, non alæo in quo maiores habitarunt

¶ Tertiò non dicitur quis Tholoſanus, quamuis pater vel alij ſui maiores illinc originem traxerint,dum ipſe alibi domicilium habeat,vel alibi fuerit ortus:hoc probat verbum in hoc tex.conſcriptum, ibi,ex prouincia,non dicit,in prouincia: & verbum oriundi, & l. aſſumptio.ff.ad municipal.nempe dicitur quis oriundus, vbi ſui maiores orti ſunt:& propter maiores non dicendus eſt prouincialis,vel Pariſienſis.quod decepit hic iurium interpretes. & tunc ſecundum gloſ.legitur negatiue. Interdum eſt dictio negatiua duntaxat : & tunc dictio oriundus accipietur pro dictione ortus,vt in l.ſi quis officium. ff. de ritu nupt. Sed intelligite vt dixi,quod ortus in Montepeſſulano,Peſſulanus dici poſsit,ſed oriundus ibi, non poteſt ſic nominari.

¶ Aliquando pro ſubiecta materia vnum accipitur pro alio,vt in l.Senatores.ff.de Senator.d.l. aſſumptio. & l. de iure.ad municipal. l. 1. §. ſi quando,de magiſtratib. conueniend. glo.in c.1.de vſur.in 6.Iaſ.conſil.77.placet.in 3.vol.l.Diuus,ff.de tutorib. & curator. dat.ab his.l.relegatorum.§.vnde.cum §.mentio. & ſeq. vbi glo. de interdict. & relega. & §. ſi quis. ibidem.vbi optime declaratur.& l.3.de aſſeſſor.

Pignorationes ſeu repreſſaliæ.

¶ Vnde infertur quod ſi pignorationes,ſeu repreſſaliæ conceſſæ fuerint contra Pariſienſem,non comprehendi natos Aureliæ,vel incolas,quamuis ſui maiores nati fuiſſent Pariſiis,ſed tantum Pariſiis degentes, & ibi domicilium habentes. c. vno, de iniur. in 6. Atque dicit hic Alberic.ita fuiſſe conſultum. Siquidem hę pœnę imponuntur propter delinquentes.at qui ibi non degunt,non quoque dicentur illic deliquiſſe:nec ergo comprehenduntur. Et idem in muneribus, vt habitatores tantum munera perſonalia ſubire debeant, vbi degunt,de conſuetudine Regni,licet de iure etiam originis ratione. l.1. & per totum, C. de municipib.& origi.lib. 10.

Munera perſonalia qui ſubeant.

Filius patriæ patris nomine non cenſetur.

¶ Non refragatur d. l. aſſumptio. vbi licet filius patris originem ſequatur, non tamen eius patriæ nomine cenſetur,quando aliò pater habitatum conceſsit,& liberos ſuſtulit,teſte Alcia. Et ſic quamuis filius ſequatur originem patris nati Aureliæ,non tamen filius Aurelianenſis vocatur, ſi pater habitauerit Pariſiis, & hic filius Pariſiis ortus fuerit, honores tamen Aureliæ poterit habere,l.honores.& l.penul.ff.de ſenator.aut vide,an ibidem oriundi pro ortis ponantur.

Scholaſtici à locis in quibus ſtudent, denominantur.

¶ Nec etiam obeſt c. in cauſis. de procurator. vbi ſtudentes Pariſiis, vocantur Pariſienſes. Et tamen ibi non habent originem,nec domicilium,cum ſemper ſint in via,vt in l.cum filiusfamilias.ff.ſi certum peta.reſponde hoc eſſe fauore ſtudij, vt ſcripſi inter ſcholaſticor. priuilegia, nu. 92. quia interim habitationem in loco ſtudij cenſentur habere, non cauſa perpetuæ moræ,ſed durante ſtudio,& ciuium priuilegiis gaudent,per authen.habita.C.ne filius pro patre.vnde ſi priuilegia ciuium obtineant, merito dici tales quoad effectum poterunt,l.à nullo.C.de feriis.

¶ Perditur

Domicilium quot modis perdatur.

¶ Perditur autem domicilium tribus modis, primò cum quis expellitur cum ſua familia,l.cum quis.ff.de dolo. Secundò iure, quando quis deportatur aut relegatur vltra decem annos,l. amiſsione. §.qui deficiunt. ff.de capit.deminutio. Tertiò conſenſu:vt cum propriis dimiſsis laribus nouos conſtituit,amittit antiquum,& nouum acquirit, l. vna.ff. de migrando. l. domicilium. ad municipal. videlicet quando recedit cum familia & rebus. Bar. in d.l.aſſumptio. & Bal. in rub.C.ſi à non competen.iudic. & l.in lege Cenſoria.infra eodem. Vtilitates dicam in l.pupillus.§.incola.infra eod.De domicilio pleraque alia ſcripſi in tract. de domicil.electio.in 3.tomo commentarior.ad conſtitutio.Reg. Gallic.

PAVLVS LIB. XXXV. AD EDICTVM.

LEX CXCI.

Inter diuortium & repudium hoc intereſt, quod repudiari etiam futurum matrimonium poteſt.non rectè autem ſponſa diuertiſſe dicitur,quando diuortium ex eo dictum eſt,quòd in diuerſas partes eunt, qui diſcedunt.

Repudiare & diuertere, quid differant.

¶ Repudiari dicitur tam vxor quàm ſponſa:ſed diuertiſſe tantum vxor dicitur, quia diuortium dicitur quòd in diuerſas partes eant, qui diuertunt, quod ſponſis minus conuenit.Alia abundantius tractaui in l.inter ſtuprum.§.fi.ſupra eod.

Repudiari hereditas quomodo dicatur.

¶ Hereditas vero delata proprie repudiari dicitur, antequam ſit acquiſita,vt C. de repudiand.heredita.glo.& doct.in l.1.ff.de pact.& quid differat à verbo abſtinere ſcripſi in l. inteſtatus.ſupra eod.

Repudiatio.

¶ Inde repudiatio quærenda magis quàm quæſita reſpicit. nam quod nondum eſt acquiſitum repudiari non poteſt,l.1.§.decretalis.ff.de ſucceſſor.edicto:quemadmodum ea repudiare non poſſum quæ non licet habere, & econtrario.l. qui poteſt. §. quod quis. ff.de regul. iur. Siquidem is repudiare poteſt qui acquirere, lege, is poteſt. & l.is qui heres.ff. de acquir. heredita.

Refutatio & remiſsio.

¶ Addendum his,quod iſta verba,refuto,renuntio,& remitto idem ſignificare videntur, licet qualis qualis aſsignetur differentia, nempe refutatio & remiſsio nõ valent,niſi iuſtam cauſam, vel titulum contineant, ſicut nec ceſsiones,c.ſi cautio.de fide inſtrumen.Specula. in tit.de pact. §.1. vbi plus dicit,quod renuntiatio eſt proprię rei vel iuris ſpontanea refutatio,c.ſuper hoc.de renuntiatio.multa ſcripſi de hac in 3.parte prax. benefic. tit.de renuntia:

Renuntiatio.

¶ Supereſt in fin. text. verbum *Diſcedunt*, qui ſcilicet in diuerſas partes eunt,l. 2.ff. de diuort. vbi ſic ſcribitur, diuortium autem, vel à diuerſitate mentium dictum eſt, vel quia in diuerſas partes eunt,qui diſtrahunt matrimonium, pro eo quod tex. hic ponit diſcedunt.

Diſcedere pro finiri,extingui.

¶ Diſcedere eſt immutare,finiri,extingui,amitti,l.Titio cum morietur vſusfructus inutiliter legari intelligitur,in id tempus videlicet collatus quo à perſona ſua diſcedere incipit. iuncta rub.& l.2.§.penul.ff.quib.mod.vſusfruct.amitta.ibi,neque enim poteſt dici eo momento quo quis amittit vſumfructum,& reſumit.& §.fin. ait, morte quoque amitti vſumfructum non recipit dubitationem. iuncto §. finitur.Inſti.de vſufruc.

Diſcedere ab emptione.

¶ Diſcedere ab emptione eſt reſilire,recedere, l.2. de in diem adiectio.l. Sabinus.ibidem, ac l.1.& per totum titul.C.quand.non liceat ab emptio.diſceder.& Iuriſconſul.in l. ab emptione.dicit recedere,vbi quoque dicitur,diſcedere à negotio,à contractu diſcedere.l.ſi ex duobus.de in diem addictio.l.cum duo. & ſeq.ibidem. lege, ſi mulier. §. ſi metu.1.ff. quod met.cauſ.

Diſcedere à cõtrouerſia.

¶ Diſcedere à controuerſia per arbitri ſententiam ſolet,l. dicere. ibi, diſcedere eos à tota controuerſia velit.ff.de arbitr.

Diſcedere in partes alicuius.

¶ Et qui in alterutrius partes diſceſsiſſent,vice hoſtium non ſunt eorum inter quos iura captiuitatum,aut poſtliminiorum fuerint,l.ſi quis ingenuam. §.fin.ff.de captiuis. Sic igitur hæc dictio perſonas reſpicit aliquando & res, vt res à venditore ſecunda vel tertia adiectione diſcedat,l.quod autem.ff.de in diem adiectio.

VLPIAN. LIB. XXXVIII. AD EDICTVM.

LEX CXCII.

Hæc adiectio,PLVRISVE, nõ infinitam pecuniam continet,ſed modicam duntaxat. Adiectio hæc,SOLIDORVM DECEM, PLVRISVE, ad minuſculam ſummam refertur.

Dictio plus quid denotet.

¶ Iſta dictio Plus infinitam pecuniam non denotat, nec magnam, ſed exiguam.idem ſi dicatur, plus minusve.l.Publia.in fin.ff.depoſ. vbi Bar. Et quantum ſignificet pro qualitate perſonæ

ce personæ, & causæ, & rei quantitate, arbitrio iudicis relinquitur, l. 2. ff. de re iudica. cap. statutum. §. insuper. de rescrip. in 6. glo. in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. qui iudex ex bono & æquo debet arbitrari, l. si vero non remunerandi. §. si mihi. in fin. ff. manda.

Venditore decepto vltra dimidiam si addatur, si res pluris esset, se donare, quid comprehendatur.

¶ Vnde primum infertur, quod si quis vendiderit rem suam in qua fuerit deceptus vltra dimidiam, hoc adiecto, si res pluris esset, se id donare, refertur hæc donatio ad modicum, per istum tex. Bar. in l. si quis cum aliter. in fin. ff. de verbor. obligatio. tex. & glo. in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. Sequitur Bal. & alij in l. 2. C. de rescind. vendit. ideóque deceptus vltra dimidiam in vno nummo poterit agere, non obstantibus his verbis, quia minimum dare censebatur per istum tex. nec oberit si dicatur donatum minimum, videlicet illum nummum vltra dimidiam. Ergo non erit deceptus vltra dimidiam. Respondeo, quod si non fuisset deceptio vltra dimidiam, potuisset donatio locum habere: sed quia vltra dimidiam excesit, nil videtur nunc donatum. Alias excluderetur remedium d. l. 2. vt plenius scripsi in tract. de rescis. contract. in verb. *a'outre moytié de iuste pris*, in 2. tomo commentar. in constitu. Reg. Gallic.

Illud plus omne & quicquid plus valet, in instrumento appositũ, quid contineat.

¶ Secundò si in instrumento diceretur, illud plus omne & quicquid plus valet, remitto, & dono, locum adhuc in magna summa haberet d. l. 2. cum scilicet dimidiam excederet: tum quia nemo præsumitur iactare suum. l. cum de in debito. ff. de probatio. tum quia non cogitauit de tanto rei valore. Et quia verba sunt notariorum, qui effuso plerunq; sermone loqui solent. sicque vidi seruari in praxi, quamuis Alexand. consil. 150. in 63. vol. contrarium teneat: & Pantha. Calderi. in repet. d. l. 2. amplia. 15. C. de rescind. venditio.

Iurans rem valere centum, si plus valeat, periurus nõ est. Plus dictio nihil operatur in testibus.

¶ Tertiò qui rem iurat valere centum, si plus valeat, non est periurus, quia quo res pluris est, vtique tanti est. l. cum furti. ff. de in litem iur. l. si is cui. in princip. vbi glo. quemadmod. seruitut. amittant.

¶ Quartò ista dictio plus nihil operatur in testibus, si deponant talem N. possedisse fundum per annum & plus, cum incertum sit, & probatio debeat necessario concludere. cap. in præsentia. de probatio. Bar. & Ias. in d. l. cum furti. ff. de in litem iurand. per glo. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maior. Iacobi. & alij in l. & si post tres. ff. si quis cautio. Quod limitant doct. nisi indeterminatum, & incertum sufficeret, vt in testibus deponentibus valere centum & plus, sufficienter probatur deceptio vltra dimidiam, si res tantum quinquaginta fuisset vendita. idem in interdicto vti possidetis, si testes vnius partis dicant possedisse per decem annos & plus, & alij dicant solũ per decem annos, tunc illa pars obtinebit quæ produxit testes deponentes de decem & plus, per l. si duo. vbi Bar. ff. vti possidet. his tamen interuenientibus quæ scripsi in titul. de annatis in concorda. in fin. Et doct. in cap. licet. de probatio.

In nominationibus dicto seu plus adiita, quid comprehendat.

¶ Idem in nominationibus dixi, cum testes deponunt Scholasticum studuisse per quinquennium & vltra, seu plus, vt sufficiat etiam vno tantum die vltra quinquennium studuisse, prout no. in §. præterea. de colla. in concorda.

Plus vel modicum apud Principes quo modo sumatur

¶ Quatuor ad hanc rem limitationes scribit Ioan. Francis. Balb. in repet. l. Celsus. col. 50. ff. de vsucapio. vbi dicit posse tales testes repeti per iudicem ad declarandum id quod obscurè, & indefinitè deposuerunt, ca. cum clamor. de testib. Ias. & alij in d. lege, & si post tres. si quis cautio.

¶ Quintò intelligite hanc legẽ inspecta qualitate personæ: nam si Rex vel Imperator concederet alicui bona confiscata valoris decem milium & pluris, valebit talis donatio, etiam cum foret quindecim milium. Apud enim Principes plus vel modicum latius & liberalius extenditur, quã penes infimæ conditionis homines, vt probat glo. in l. sed & si susceperit. §. penul. ff. de iudic. de Comitissa Matilda, quæ donando terram amplissimam ad triginta vsque miliaria, fuit tamen vsa his verbis, Concedo modicum terræ. Siquidem vni modicum est, quod est alteri magnum: quippe fræno restringenda non est liberalitas Principis. sint verba Bal. quæ probat per l. si quando. C. de bonis vacan. lib. 10. maxime cum non sit legibus ligatus, l. Princeps. ff. de legib. Cum tamen in immensum procedunt huiusmodi liberalitates Principum, nonnunquam opus est declaratione Principis, an de illo immenso voluerit intelligere: aut etiam si interesset plenissima Regis voluntas, interdum etiam, imò frequenter restringuntur ab his, quos magistros computorum vocamus, vsque ad certam summam legibus Franciæ præstitutam.

Arestum.

¶ Sic anno 1550. in magna camera, & in mense Martio. declarata fuit voluntas testantis qui disposuerat se legare pauperibus ducentos aureos & plus, secundũ arbitrium heredis & executoris, qui recusabant in hoc suum proferre arbitrium. Curia iniquam censuit illud plus ad alios ducentos aureos trahendum: sicque damnarunt heredem ad quadringentos aureos pauperibus erogandos.

Plus etiam absurditatis vitã declinans refertur ad infinitũ.

¶ Sextò vitiatur absurditatis vitandæ ratione. tunc enim hæc dictio plus etiam vltra modicum refertur ad infinitum: vt proposito edicto, quod si quis habeat centum in bonis & plus, teneatur equum & arma habere in bello, si quis plus habeat, verbi gratia viginti milia, fortius

fortius tenebitur. Alias sequeretur absurdum quod solum habens centum aureos, & vnum vel duos, ad plus grauaretur quàm ditissimus: veluti firmat expresse Alberic. in tract. statu. in 1. parte q. 173. item quæro. Refert Euerard. in locis legalibus in argum. ab absurdo: vel si quod aliud indicatur onus pecuniarium habenti mille & plus, si habeat centum milia, etiam tenebitur.

Pluris vel minoris.

¶ Infinitas autem huius verbi pluris, phrases afferre possumus, vt iudex in arbitrariis potest pluris vel minoris condemnare, l. verbum oportere. infra eod. Et hæc enuntiatio quæ fuit pluris aureorum 30. simul & quantitatis, & æstimationis est significatiua. l. hæc enuntiatio. infra eod. l. si remunerandi. in fin. ff. manda. l. præterea. ibidem. lege, si plura. ff. de ædil. edic.

Pluris esse. Pluris venire. Pluris emere, fœnerare, consequi. Plurimi. Plurimum apparatum.

¶ Interdum quoque personas respicit, vt l. palam. supra eod. l. 1. §. si plures. de exercitor. actio. sed frequentius ad res pertinet, vt pluris esse, l. 1. & d. l. cum furti. ff. de in litem iurand. pluris venire, l. 3. de pignoratit. actio. pluris emisti, l. præterea. manda. pluris fœnerare, l. si remunerandi. eod. pluris consequi, l. si plura, ff. de ædilit. edic.

¶ Plurimi, l. 2. & l. quemadmodum. in fin. l. ita. §. 2. ff. ad legem Aquil.

¶ Plurimum apparatum, l. 4. in fi. ff. de nautic. fœnor. Plurifariam, l. 1. ff. de in integr. resti. l. semper. §. penul. ff. de iure immunita. Alias huiusmodi phrases ex iure passim quisque poterit colligere, aut ex his petere quæ notaui in l. proprie. supra eod.

Adiectio, adiunctio, vel additio pro iisdem capiuntur.

¶ *Adiectio*, adiunctio, vel additio pro iisdem capiuntur, in l. non tantum. supra eod. & quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eandem adiectionem iudicantes, cum quibus bellum esset. l. quos nos. infra eod. l. & qui data. ibi, sed hæc adiectio doli mali ad reipubl. causa absentes referrur. ff. ex quib. caus. maior. vsucapio est acquisitio, vel adiectio dominij. l. 3. ff. de vsucapio. vt scripsi in titul. de præscriptio. in princip.

Adiicere.

¶ Adiicere, adiungere, apponere, quasi iuxta addere, l. qui venenum dicit, adiicere debet vtrum bonum esset, an malum, infra eod. l. pupillus. in fin. ibidem. l. 3. §. 1. ibi, nec frustra adiicitur. ff. de iureiur. l. 1. §. non tantum. de dolo. l. non dubito. §. item. de captiu. de his scripsi supra in l. nomen. §. portionis. & in no. interpreta.

Adiectum, id est additum.

¶ Inde adiectum, additum, adiunctum. l. impensæ. in fin. ibi, horreum insulæ dotali adiectum. supra eod. l. si cum fundum. & l. nomen filiarum. §. 1. supra eod. l. inter illam. in fin. ibi, nil præterea fuisset adiectum. supra eod. Adiectione superetur, l. si in emptionem penes se collatam, minor adiectione ab alio superetur. ff. de minor. pro adiecto debet accipi in l. 3. §. hæc verba. in fin. ff. de negot. gest.

Adiecta pœna. Adiecto die.

¶ Adiecta pœna pro apposita, l. diem. §. fin. ff. de arbitr. Adiecto die, l. prætor. in princip. ff. de edend. Adiecta causa, l. 1. §. 1. ff. de rei vindica. & adiicere modum seruitutibus, l. 4. §. 1. ff. de seruitutib.

Abijcere.

¶ Abiicere cum b, quodammodo contrarium verb. adiicere, significat proiicere, repellere, vt in l. qui leuandæ. ff. ad legem Rhod. de iact. vbi primò dicit proiicit, postea abiicit.

Abiecta persona.

¶ Abiecta persona pro contempta, seu contemptibili, humili & vili, l. sed & si vnius. §. interdum. versic. vtputa si patris persona vilis, abiectaque sit. ff. de iniur. vbi pater vilis non potest remittere iniuriam filio factam. glo. & Doct. in l. in personam. ff. de pact.

¶ Verbi deiicere phrases conscripsi in l. Sylua. §. 1. supra eod.

Eijcere pro partum deiicere. Eiectus partus.

¶ Eiicere, in l. si seruus seruum. §. si mulier eiecerit. ff. ad legem Aquil. & ibi exponitur pro partum extrahere, expellere, deiicere.

¶ Inde partum eiectum pro abortiuo capit Budæ. ibi.

Iniicere rem.

¶ Iniicere rem, in l. qui alienum fundum donationis causa excolit, nullam retentionem propter expensas faciet: quia domini res ab eo iniectas continuò efficit. ff. de donatio. id est colens fundum causa donationis, nullas expensas repetit. Quinimo eas factas, illatas, & immissas statim facit domini.

Iniicere manus.

¶ Manus iniicere quid significet declaraui in l. mulieris. §. 1. supra eod.

Traiectæ merces. Traiectitia pecunia.

¶ Traiectæ merces. l. 4. ff. ad legem Rhod. de iactu, id est trans mare vel flumen ductæ, vectæ.

¶ Traiectitia pecunia est quæ trans mare vehitur, l. 1. ff. de nautic. fœnore. l. traiectitiæ. de actio. & obligatio.

IDEM LIB. I. AD EDICTVM.

LEX CXCIII.

Hæc verba, QVANTI EAM REM PARET ESSE, non ad id quod interest, sed ad rei æstimationem referuntur.

¶ Legem hanc quia materiam illius superius elucidauimus in l. inter hæc verba, paucis hic perstringam, videlicet quia præcipua vis huius tex. est circa particulam, sed, aduersatiuam,

Sed, particulæ vſus apud Iuriſconſ.

tiuam, aduertendum eſt hanc loquendi phraſim apud Iuriſc. eſſe perfamiliarem, vt cum poſt negatiuam orationẽ interſerunt hanc aduerſatiuam ſed, ſubintelligant vtplurimum dictionem taxatiuam, tantum, vel ſolum: veluti paſsim videre licet in hoc titulo, primò in l. recte dicimus. ibi, quia vſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitus eſt, id eſt non tantum eſt pars dominij, ſed eſt ſeruitus. idem in §. fin. ibidem. facit l. verbum oportere. l. cognoſcere in fin. l. locus. ſupra eod. & l. abſentem. in fin. infra eod. facit tex. in l. in illa. 2. ff. de verbor. obliga. cuius verba ſunt: in illa ſtipulatione, per te non fieri, non hoc ſignificatur, nihil te facturum quominus facere poſsim, ſed curaturum vt facere poſsim. hic niſi intelligeretur tantum, directè pugnaret l. facere non oportere. iſto titul. vbi quis debet abſtinere à facto, quod veniret contra conuentionem, & curare ne aliùs veniat. ſic & in d. l. in illa. non ſolum ſignificatur te nil facturum, quominus facere poſsim, ſed curaturum vt facere poſsim. & lege, lex Cornelia. §. domum. ff. de iniur. ibi, domum accipere debemus non proprietatem ſed domicilium, id eſt non ſolum proprietatem, ſed & domicilium: quod poſtea declarat ibi, Quare ſiue in propria domo quis habitauerit, ſiue in conducta, vel gratis, &c. & l. quod ſi nolit. §. culpam. ff. de ædilit. edic. l. ob id. ad legem Aquil.

¶ Sic etiam intelligi poteſt l. fin. ff. de ædilit. edic. ibi, dum dicit veteratorem non ſpatio ſeruiendi dici, ſed genere: id eſt non ſolum veterator dicitur ſpatio ſeruiendi, quando longo ſpatio ſeruierit, ſed genere & cauſa. & ſic conciliabitur l. præcipiunt. illo titul. quam Laurent. Valla dicit eſſe contrariam in lib. 6. c. 59. quamuis Alcia. lib. 4. de verbor. ſignifica. aliter diſtinguat. Sed nos tuebimur in hoc auctoritatem Iaſonis in d. l. in illa. de verbor. obligat. dicentis, quando poſt aduerſatiuam eſt dictio etiam, vel copula Et, ſubintelligitur taxatiua ſolum, vel tantum: vt Cicero non eloquens fuit, ſed etiam iuſtus, vel ſed & iuſtus, id eſt non ſolum. facit lex, metum. magna. §. penultimo. ff. quod metus cauſa. lex, ſi eius. de rei vindic. ibi, perceptionem fructuum accipere debemus, non ſi perfectè collecti, ſed etiam cœpti, &c.

IDEM LIBRO XLIIII. AD EDICTVM.

LEX CXCIIII.

Inter donum & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. nam genus eſſe donum Labeo ait, à donando dictum: munus ſpeciem. nam munus eſt donum cum cauſa, vtputa natalitium, nuptiarum.

Donum & munus quid differant.

¶ Hæc lex differentiam inter munus & donum aſsignat, hanc videlicet quæ eſt inter genus & ſpeciem, vt donum genus ſit, indiſtincte cum cauſa vel ſine cauſa quodcunque donum comprehendens, à donando dictum: munus autem ſpecies, quæ non niſi cum cauſa intelligitur. ideoque Iuriſconſul. interponit alternatiuam inter donum & munus, in l. ſolent. in fin. ibi, ne donum vel munus ipſe proconſul accipiat. ff. de offic. proconſul. vbi prohibendo facilioris elucidationis gratia hæc duo diſtinguit. Donum etiam loquitur l. munus. 1. & l. ſæpe. ſupra, & l. munus. infra eod. Et quoad Alciã. opinionem volentis donum propriè non eſſe genus, ſcripſi in l. Tigni. ſupra eod. apud Iuriſconſultos accipi genus pro ſpecie. tunc igitur erit genus multa indiuidua continens.

Natalitium.

¶ Sequitur in tex. *natalitium*, quod ſignificat datum natiuitatis gratia: quemadmodum etiam apparet in Euangelio Matth. 2. cap. de tribus Regibus, qui Chriſto in natiuitate obtulerunt aurum, thus & myrrham. hinc dies natalitius ſiue natalis, quo quis natus eſt: & dare natalitia, inquit Cicero in 2. Philippica: hodie non deſcendit Antonius. Cur? dat natalitia in hortis. nos Gallicè dicimus, *payer ſa tartre, ou la feſte de ſa natiuité.*

Natalitius dies

Natales.

¶ Et natales in plurali, teſte Valla, conditionem familiæ & ſanguinis ſignificant, vt natales generoſi vel obſcuri, l. 1. C. de natalib. reſtituend. l. pronuntiatum. in fin. ſupra eod. vbi dixi. Atque diem quo quis natus eſt, l. cum biſſextus. ſupra eod. Aut dicuntur natales, ſcripturæ natiuitatis continentes annum, menſem, & diem. lege, neque natales. vbi glo. C. de probatio. Et natale ſanctorum, dies mortis eorum vocatur, quia videlicet ad gloriam naſcuntur, glo. in §. fi. Inſti. de ingenuis & liberti. & l. cum quidam. ff. de annuis lega. Reſtituere natalibus quid ſit ſcripſi ſuperius in l. reſtituere. 1.

Nuptiarum donum.

Sponſa an teneatur poſt mortem ſponſi reſtituere quæ ei donata ſunt.

Nuptiale munus tutori non imputandum.

¶ Poſtremum eſt in tex. verbum *nuptiarum*, dicendo, munus cum cauſa intelligi, veluti donum nuptiarum, quod adhuc exerceri ſolitum eſt erga ſponſos. Et an donata à ſponſo ſponſæ fiant propria, vel teneatur ea reſtituere poſt mariti mortem, declaratur in lege prima, & lege, ſi mater. & lege, cum veterũ. C. de donatio. ante nupt. Ioan. Lupus in repetit. c. per veſtras. paulo poſt princip. de donatio. inter vir. & vxor. quia verò parum eſt neceſſarium hoc nuptiale munus, ideo non imputandum tutori, lege prima. §. præterea. ff. de tutel. & ratio. diſtrah. plura in hanc rem declarata vocabula ab Alcia. petere licebit, quæ huc transferre ſuperfluum eſſe duxi.

IDEM LIB. XLVI. AD EDICTVM.

LEX CXCV.

Pronuntiatio ſermonis in ſexu maſculino ad vtrumque ſexum plerumque porrigitur.

Sermo quilibet prolatus in maſculino, refertur ad fœmininum.

¶ Huius principium legis fuit elucidatum cum ſua materia in l. 1. ſupra eod. quod videlicet ſermo prolatus in maſculino refertur ad vtrumque ſexum, nempe maſculinum & fœmininum. Et ſic colligitur ex hoc tex. cum indefinitè loquatur, quòd ſermo quilibet prolatus in maſculino, refertur ad fœmininum, non habita ratione vnius vel alterius dictionis, dum materia patiatur extenſionem ad fœminas, vt plene ſcripſi in l. 1. ſupra eod.

¶ Colligitur etiam quod dictio plerumque hic deſcripta facit regulam, licet alias contra, vt ſcripſi in l. interdum. ſupra eod. ſiquidem hoc iure cautum inuenitur, in d. l. 1.

¶ Verbum pronuntiatio, elucidaui in l. pronuntiatum. ſupra eod.

Porrigere.

¶ Tertiò notant quidam verbum Porrigitur denotare extenſionem, videlicet id quod extenditur: & ſic non proprie ſecundum doct. Poteſt allegari tex. in l. 2. ff. de liber. cauſ. ibi, ad iniuriam noſtram porrigitur. & l. cum in adoptiuis. verſic. quæ in filio diximus, hæc ad filiam extendimus. C. de adopt. hoc expreſſe Dec. tradit in l. 2. nu. 96. infra tit. proximo. facit lex, non videbitur. de ſtatuliber. l. inter. de damno infecto. l. ſi quis id quod. ibi, ſententiam edicti porrigendam eſſe. de iuriſdictio. omni. iudic. l. nominis. §. fin. & l. nurus. ſupra eod. l. 4. vſufructuar. quemadmod. caueat. ſed quia Iuriſconſultus ipſe hoc extendit, poteſt dici propriè, niſi alias vtatur verbo improprietatem denotante, vt dicam in l. iuſta. infra eo. Iuriſconſul. ait, Liberorum appellatio ad nepotes extenditur, in l. 2. §. non ſolum. ff. de excuſa. tutor. cum tamen proprie liberorum nomine contineantur nepotes, l. liberorum. infra eod. vnde patet hoc verbum extenditur proprie accipiendum, cum hęc extenſio fit à Iuriſconſul. vel ab Imperatore, qui legis condendæ poteſtatem habet, l. nurus. infra eod. l. natorum appellatio ad nepotes extenditur. ſupra eod. idémque dicemus in hoc verb. porrigitur, quicquid hactenus ſcripſerint iurium interpretes.

Extendi quomodo accipiatur apud Iuriſc.

Porrigere radices.

¶ Ita dicimus porrigere radices, in l. ſi plures. ff. arbor. furtim cæſar. porrigendum edictum, l. 1. §. 1. de tributor. actio.

Porrigere edictum.

¶ Alias etiam porrigere ſignificat offerre, præbere, in l. qua actione. §. Celſus. ff. ad legem Aquil. ibi, vnde aſſerit eum qui venenum pro medicamento dedit, cauſam mortis præſtitiſſe, quemadmodum & qui furenti gladium porrexerit. item ad ſimilia porrigendum, l. ſi in emptione. in fin. de contrah. emptio.

Porrigere pro præbere.

Porrigere manus.

¶ Et porrigere manus iudices non debent, id eſt vltra procedere, l. à diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudica. vbi tex. exponit.

¶ Viæ latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum (id eſt in extenſum) octo pedes habeat, in anfractum (id eſt vbi flexum eſt) ſexdecim. l. viæ latitudo. ff. de ſeruitut. ruſticor. prædior.

§. Familiæ appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem variè accepta eſt. nam & in res & in perſonas deducitur. in res, vtpote in lege duodecim tabularum his verbis: ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO. Ad perſonas autem refertur familiæ ſignificatio, ita, cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ: IN EA, inquit, FAMILIA. & hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat.

Familiæ nomẽ quot modis ſumatur.

¶ Hæc dictio familiæ, *διαλαϐ* Græcè, multis capitur modis, quemadmodum octo ſcribit hic Iuriſconſul. vnde æquiuocum eſſe hoc verbum aſſerit Bertrand. conſil. 32. certum. vol. 2. ex ſecunda editio. Et quod varie accipitur, eius veritas communiter ignoratur. l. in ambiguo. ff. de reb. dub. glo. in c. 1. de conſti. in 6. vbi addidi. quamobrem impenſius hic Iuriſconſultus hoc verbum explicare nititur ad tollendas dubitationes: quas vtinam in ceteris tam exacte examinaſſet. nec enim eſſent tot altercationes. ἔχετε δὲ τὰ τοῦτο ὡς ἐν προθεωρίᾳ. Familiam autem à verb. famulari dictam Alcia. exiſtimat. Et famulum non à famulor, ſed à famul; quæ origo ab Oſcis dependet, apud quos vernaculè famul nominatur, vt legitur apud Ennium lib. 8. ſeruũ mortalẽ ſummũ fortuna repente reddit, vt ſummo Regno famul optimus eſſet. & inde famulor verbum, auctore Neſtore: & familia, & familiares, qui ex eadẽ familia ſunt.

Familiæ nomẽ vnde dicatur. Famul, quid.

¶ *Nam & in res & in perſonas deducitur.* Hic inſeritur bimembris familiæ diuiſio, quod ſcilicet diuiditur in res, & in perſonas, vt inferius elucidabitur, ſequendo videlicet philoſophum dicentem, omnem diuiſionem bimembrem eſſe debere, aut reducibilem ad bimem

Diducere. Deducere.

brem. Ceterum veniendo ad tex. communis est lectio talis, nempe, *verbum familiæ & in res & in personas deducitur*, quamuis Alciat. legat, diducitur, id est diuiditur: quod fere in idem reincidit. nam sicut ex lana deducitur filũ, & *carmina deducta* dicit Virgil. quod quasi filum de inuentione ducantur: ita Iurisconsul. hic voluit dicere familiæ verbum in res deduci, & in personas, id est deriuari. sic in l. 1. ff. de rerum diuis. ait: summa rerum diuisio in duos articulos deducitur. Plura alia de hoc verbo scripsi in l. qui neque. supra eod.

Familia pro hereditate.

¶ *In res, vtpote in lege duodecim tabul. his verbis: agnatus proximus familiam habeto.* Exemplum scribitur hic quando familia pro rebus accipiatur, & pro substantia exponit Imperator in l. fi. C. de verb. sign. Et in lege 12. tab. lex sic lata erat, intestatorum hereditates, primò suorum heredũ velint nolintve sunto: his deficientibus agnatus proximus familiam habeto: id est hereditatem, substantiam defuncti. inde familiæ erciscundæ, id est hereditatis diuidendæ iudicium appellat Iurisconsul. in rub. ff. famil. erciscund. & C. eod. titul. quod interpretantur nonnulli dictum esse à verbo Græco ἐρκέω, id est diuido, quod non inueni: cogitare num melius dici possit, familiæ ericũdę, id est hereditatis diuidendæ, à verb. ἔρδω, id est seco, scindo, diuido. sicque dubitarem corruptum esse vocabulum, & positum erciscundæ loco ericundę: nisi dicamus ab erciscere verbo antiquo, à quo erctum, quod est citum, & fit inter consortes: vnde erciscundæ, & erciscі. Citum autem vocatum est à ciendo, vt Festus auctor est. Addit Zas. in §. quædam. col. 2. Insti. de actio. ab arceo erciscor deriuari, quod alterutra vel vtraque pars ab alterą arceatur, id est separetur. vestrum in hoc iudicium adhibere licebit, cui velitis adhærere.

Familiæ nomẽ quando ad personas, & quando ad res refertur.

¶ Ad personas autem refertur familiæ significatio, cum verba & dispositio dirigitur familię, vtpote si relinquatur vel donetur familię. l. fin. vbi Bar. in fi. C. de verbor. significa.

¶ Si verò de ipsa familia disponatur, vt familiam relinquo tali, tunc ad res dicitur referri, vt in hoc tex. & l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebellia. ratio est, nam cum personę liberę sint in familia, non potest disponi de ipsis: intelligetur ergo de rebus de quibus paterfamil. disponere potest.

¶ Nisi de contraria mente disponentis appareret: vt si dicat testator, volo familiam meam apud matrem alumnam esse, vel apud alium: quandoquidem res non aluntur, intelliget de personis. Ex precedentibus igitur & sequentibus cognoscitur an ad personas vel ad res referatur, vt deciditur in l. si seruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1.

Vtpote, pro vt puta.

¶ *Vtpote*, pro verbi gratia, vtputa, quemadmodum exposui in l. expensę. supra eod.

¶ Non obstat quod nonnulli contra tex. hunc obiiciunt, malè seruari hic ordinem ab Imperatore præstitutum in §. fin. Insti. de iure natur. gent. & ciuili, quod scilicet prius tractandum sit de personis tanquam dignioribus, quàm de rebus, cuius omnino contrarium seruatur hic: nempe quia non instituit hoc loco tractare de personis nisi distinctionis & facilioris interpretationis gratia, præmisit in hac diuisione tractationem rerum, de quibus præcipue dicturus est.

¶ *Ita cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ: ex ea, inquit, familia.* Exemplum hic traditur quando familię appellatio ad personas referatur, & vario modo legitur hic text. primum ab Alcia. sic: *ita cum de patrono & liberto loquitur lex: ex ea familia, inquit, in eam familiam:* volens dicere, & ex ea familia vnde Titius manumissus est, in eam familiam adscribatur. Et tunc pro singularibus personis ipsorum accipitur verbum familię, nec iura cognationis cum aliis habent. Ob id distinguitur hic. Oldendorpius autem legit ita, *Cum de patrono & liberto loquitur lex familiæ: in ea, inquit familia*, &c. Et hic quoque de singularibus personis legem loqui constat. & sensus erit, quod quando lex loquitur de patrono & liberto, tunc si dicat in ea familia sit libertus, in qua patronus, tunc de singularibus personis intelligitur, id est de patrono & liberto, & non de tota familia, id est non de corpore totius familiæ. & hic sensus magis congruit tex. qui dicit cum de patrono & liberto loquitur. ergo de singularibus personis intelligitur.

¶ *Et hic de singularibus personis legem loqui constat.* Cum igitur familiæ verbum ad personas refertur, interdum singulares respicit personas, aliquando corpus familiæ. sed hic de singularibus tantum personis loquitur, nam cum de singularibus personis loquimur, verbum familiæ ad singulares personas refertur: quando verò de corpore, tunc corpus significat. Et ita, vt puto, vult dicere tex. nempe cum dicimus libertum esse de familia Titij, de singularibus personis Titij & liberti loquimur, non de cognatis vel agnatis patroni & liberti, vt sit libertus Titij, non aliorum agnatorum vel cognatorum.

§. Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut cõmuni vniuersæ cognationis continetur.

Familiæ nomẽ ad corpus relatum.

¶ Familiæ igitur in secunda significatione appellatio non solùm intelligitur de singularibus personis, sed etiam refertur ad corpus, id est ad societatem & multitudinem personarum:

nempe sicut corpus ex artubus & membris compactum est, ita familia ex multitudine personarum. sic de corpore mystico, quod est Regnum, cuius caput est Rex, & subditi membra. sicut de episcopo dicit tex. in c. nouit. de his quæ fiunt à præla. & pulchre elucidat Ioan. de Terra Rubea in tract. contra rebelles Regum artic. 3. tract. 3. scripsi in concorda. Franciæ in rub. de conclusio. literar. concilij in princip.

¶ Ceterum aduertendum est hanc non tam esse nouam significationem, quàm membrum præcedentis significationis: scilicet ea familia quæ refertur ad personas, vel ad singulares prout dixit pertinet, vel ad corporis cuiusdam significationem, id est non ad singularitatem, sed multitudinem personarum: quod rursus membrum subdiuidit, dicendo *quod aut iure proprio ipsorum, aut communi vniuersæ cognationis continetur.* demum ordine prosequitur interpretationem horum membrorum: primò quo pacto iure proprio familia comprehendat plures personas, dicendo prout sequitur.

§. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub vnius potestate aut natura aut iure subiectæ, vtputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quíque deinceps vicem eorum sequuntur: vtputa nepotes & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet: rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat: non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus. Denique & pupillum patremfamilias appellamus. Et cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere. singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt. idémque eueniet in eo qui emancipatus est: nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet.

Familia iure proprio quid.

¶ Proprio igitur iure quomodo sit accipiendum elucidat hic Iurisconsul. variis modis. nam paterfamilias hanc sibi propriam habet, vel à natura, vel à iure, vt suo nomine patrisfamilias comprehendatur familia: vel exponit Alber. iure proprio, id est appropriato singulis de illo corpore. nam diuersimode prout diuersæ sunt personæ cum hac adiectione familiæ nominantur: quod non videtur. nec enim reperias seruum dici seruumfamilias, nec nepotemfamil. hocque sequens diuisionis membrum confunderet. quamobrem potius inhærendo verbis Iurisconsul. explicemus exemplum de familia quæ iure proprio continetur, videlicet quando sub vnius potestate plures sunt, vt plures filij, serui, & vxor: & natura sub patris potestate est filius, tum quod ab eo procreatus, tum quod vocetur à patre meus filius, tum etiã quod patri obedire teneatur, ad Colossens. 3. c. filij obedite patribus vestris, ad Ephesios 6. & naturale est: ob id mutari non potest. §. sed & naturalia. Insti. de iure natural. & sic per pactum fieri non potest quin patri sit obediens. imò licet filius liberetur de iure ciuili in quibusdam casibus à patria potestate, l. fin. C. de decurio. lib. 10. tamen adhuc patri subditus est. quod exemplo Christi probatur, qui & deus & homo erat. Et tamen legitur in Euangelio, quod erat subditus illis, Luc. 2. c. nec potest ergo liberari filius quin sit patri subditus ex præcepto dei. Alij patriæ potestatis effectus, & ipsa patria potestas est de iure ciuili, vt patet in rub. de patria potesta. in Inst. nil mirum si contrario iure tolli possunt, l. eas. ff. de cap. deminutio. quamuis gl. aliter intelligat, videlicet de coniunctione naturali, & Alciat. de æquitate naturali, vt vxor marito ex æquitate naturali subdita sit. vestrum erit diiudicare cui velitis adhærere. Et de hac familia loquitur l. 1. §. si pater. 2. ff. de coniungend. cum emancip. liber. & Aristot. ait lib. 1. politic. c. 1. quotidiana igitur societas secundum naturam constituta, domus est.

Filius quomodo in patris potestate est.

Filius post vigintiquinque annos censetur emancipatus.

¶ Interea non est omittendum, quod licet glo. singul. in l. fi. §. 1. ff. de verbor. obliga. dicat filios etiam sexagenarios permanere in patris potestate, nisi fuerint emancipati: tamen de consuetudine generali Regni post vigintiquinque annos censentur emancipati. ideoque possunt esse in iudicio sine patris auctoritate, & alios actus facere, prout testatur Boer. in §. 2. de consuetud. iur. status personar. in consuetud. Bitur. & Bauer. in §. 1. quib. non est permiss. facer. testam. nec acquirit patri vsumfructum, etiam si fuerit institutus, dum esset ætatis vigintiquatuor annorum: si tamen post 25. annum adierit, per l. non dubium. vbi doct. C. de iure delib. tempus enim additionis inspicitur, l. si solus. §. fi. ff. de acquir. hered. Bar. & alij in l. si is qui pro emptore. 5. q. princip. ff. de vsucapio. vbi dicunt consuetudinem fingere huiusmodi emancipationem, ita quod non possit contrarium probari, quod videlicet pater non emancipauerit, per glo. in l. fin. ff. quod met. caus. scripsi in meo tract. de fictionibus. veruntamen vidi ego contrarium seruari in patria Occitana, patrem semper habere vsumfructum bonorum aduentitiorum filij, etiam sexagenarij, & quamdiu pater viuit, nisi in casibus à iure exceptis.

Additionis tempus inspici debet.

Filius etiam nanus sexagenarius patri vsumfructum acquirit.

Filiusfamiliæ vbi per matrimonium liberatur à patria potestate.

¶ Adhæc generali Regni consuetudine filiusfamilias per matrimonium liberatur à patria potestate, & emancipatus fingitur: quam etiam consuetudinem vigere in Hispania testatur Ioan.Lupus in c.per vestras.§.43.& §.73.de donatio.inter vir. & vxor. facit glo. in c. mulier. 22. quæstio. secunda. Et in multis locis Italiæ, secundum Anchar. consil. 213. pro isto patre.

¶ Si tamen fuerit minor,& lædatur, restitui poterit, vt singulariter probat glo. in l. vna. C.si de momenta.possess.fuerit appella.quam ibi doct.approbant,& Alexand.in consil. 80. in 7.vol.docui plenius in tract.de restitu. in glo.2.artic.2.in 2. tomo commentar. in consti. Reg. Gallic. Quippe fingit solum consuetudo eum emancipatum, non verò maiorem. Emancipatus ergo si contraheret restitui posset,ita quoque hic ficte emancipatus. l. & si. §. sed & quod Papinia.ff.de minorib. Bal.in auth. si captiui. col. 2. C.de episcop. & cleric. & consil.337.in 1.vol.Et sic in hoc senatu sæpius audiui iudicari.vide in l.mercis.infra eod.

Serui quo iure dominis subiiciantur.

¶ *Aut iure subiectæ sunt.* Iuregentium seruus domino subiectus est.seruitus enim illo iure probatur adinuenta.§.1.Insti.de iure personar.l. 1. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. iure quoque ciuili filij & nepotes sunt in potestate patris, §. 1. Insti. de patria potesta. sicque ius ciuile naturam secutum est,atque eodem iure ciuili filij adoptiui subiiciuntur adoptanti,l. cum in adoptiuis. C.de adoptio. & Insti.illo titul. vt sic proprie familia patris natura dicatur filius,iure verò seruus, vt sequitur.

Filij quo iure patris potestati sint subditi.

Subiicere.

¶ *Subiectæ*,à verb.subiicere, quod significat se iurisdictioni alterius committere, supponere,l.est receptum,eóque iure vtimur,vt si quis maior vel æqualis subiiciatur iurisdictioni alterius.ff.de iurisdictio.omnium iudic. l.1. de iudic. & non suppositum iurisdictioni scribit Iurisconsul.in l.1.ff.si quis ius dicen.non obtempera.

Subiectus alterius iurisdictioni. Arestum.

¶ Hinc subiectus alterius iurisdictioni, id est qui in dominatu vel iurisdictione alterius est,l.penul.ff.de iurisdictio.omni.iudic.ibi,ad viri matrimonium alterius iurisdictioni subiecti. vnde si quis vocatus à curia suprema, causetur se subiectum Regi, an possit puniri, fuit dictum, & in mente curiæ retentum quod sic, contra magistrum Ludouicum Cadot generalem Franciæ,anno 1418.die 21.Augusti.

Subiectus, potestati alicuius subditus.

¶ Alias paulo generalius capitur hoc nomen subiectus, non referendo ad iurisdictionem,sed aliam priuati quamdam præ se ferens potestatem,vt hic,& in l.in bello.§.ideo.ibi, eorum verò qui per subiectas iuri suo personas possidebat. ff. de captiuis,l. incola. ad municipal.ibi,nec enim municipali iurisdictioni in vtroque municipio subiectus est.l.item ait prætor.§.1.ex quib.caus.maior.l.1.de pecul.

Subiicere aliquem, pro alterius loco ponere.

¶ Plerunque etiam vtimur hoc verbo subiicere,pro alium alterius loco ponere,l. at qui natura.§.cum me.ff.de negot.gest.ibi,sed si antequam vsucapias,cognoscas rem meam esse, subiicere debes aliquem qui à te petat meo nomine, nec videris dolum malum facere in hac subiectione.Hinc subiectus,pro supposito,in l.1.§.ad quæstionem.ff.de quæstionib.ibi, nec facile credendum subiectam eam esse quam ambo parentes dicunt charam filiam habuisse.Et quod quis suo nomine exercere prohibetur,id nec per subiectam personam agere debet,l.2. §.1.ff.de administratio.rer. & ibi,subiectis aliorum nominibus. ibidem. Et subiectus partus dicitur, in l.1.C.de falsis.

Subiectus partus.

Subiici pœnis.

¶ Interdum subiici pœnis,pro pœnis addici,affici,l.ordine.ff.ad municipal.ibi,quo crimine damnati huiusmodi sententiam meruerunt.durioribus etenim pœnis affectos,ignominia,velut transacto negotio postea,liberari:minoribus verò quam leges permittunt subiectos, nihilominus inter infames haberi.Et subiectas flagellorum ictibus personas, l. eos. de decurio.ibi,inhonestum tamen puto esse huiusmodi personas flagellorum ictibus subiectas in ordine recipi,

Subiectus, pro appositio.

¶ Subiecta pacto pœnæ stipulatio,pro adiecta & appositia,l.rescriptum. §.si pacto subiecta sit pœnæ stipulatio.ff.de pact.

Subiectum pactum.

¶ Subiectum pactum,appositum,l.lecta. versic. pactum autem quod subiectum est. ff. si certum peta.l.1.§.1.Ad Turpillia.Et transactum accipere quis potest non solum si Aquiliana stipulatio fuerit subiecta, id est interposita: sed & si pactum conuentum fuerit factum. lege 2.ff.de transactio.

Subditus pro suppositio. Paterfamilias.

¶ Subditus,suppositus,adiunctus,l.cum essent, ibi, maxime si pacto stipulatio subdita sit,ff.de seruitutib.rusticor.prædior.

¶ *Vt puta patremfamilias*,&c.Paterfamilias dicitur quasi familiæ pater,quod sit pater & caput totius familiæ,& filiusfamil.quasi familiæ filius.ideo cum dicimus patremfamilias,intelligimus nedum ipsum,sed & vxorem, filios & seruos. Et sic vbi familiæ relinquerentur alimenta,deberentur & capiti familiæ, & eius vxori, necnon filiis,seruis, & ancillis: quia familia comprehendit plures personas in eadē potestate existentes,& caput,vt in l.fi. C.eo.

Macedonianū S. C. ad quos pertineat.

¶ Sic igitur per hunc tex.patet,exceptionem Senatusconsul.Macedo.competere filiofamil.& sic illi qui est in potestate patris,non vero alteri,qui solutus sit patria potestate: quia non dicitur filiusfamil.sed paterfamil.quæ no.ad illum titul. ad Senatusconsul. Macedon.

¶ Et

Sub potestate patris qui dicā tur.

¶ Et natura filiusfamilias est sub potestatē & familia patris:sed isti nepotes,pronepotes, alijque deinceps, iure quodam potius accessionis quàm natura subiecti sunt. postquam enim patres illorum sunt sub potestate,ergo & nepotes, qui vicem illorum sequuntur, & pronepotes,& deinceps vsque in infinitum per lineam rectam descendentes.sed & descendentes ex filiabus, & neptibus familiam patris sequuntur, vt inferius patet. sic immunitas quæ liberis & posteris alicuius data est,ad eos duntaxat pertinet qui eius familiæ sunt,l.vacatio.ff.de munerib.vbi familia accipienda est vt hic.

¶ *Pater autem familias appellatur qui in domo dominium habet.* Hic quoque clarius elucidat Iurisconsul.quid sit paterfamilias,describens eum esse qui in domo sua dominium habet, id est auctoritatem & præeminentiam. nam sicut dominus dicitur is qui domi præest, & qui domus imperium habet,cuique omnis familia paret:itaas dicitur habere dominium,id est imperium domus,& illam potestatem.

Domus pro familia.

¶ Sic ergo domus hic capitur pro familia, & contentum pro continente, vt in l. penul. ff.de testib. & l.cum vnus. ff. de alimen. & cibar. lega. Ceterum in dubio præsumitur quis paterfamil.l.Titia.ff.soluto matrimo. Bar. consil. 42. visa, quod ego intelligerem mortuo patre,secus eo viuente.l.nam ciuium.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris:nisi esset filia coniugata quæ transiret in alienam familiam,de qua loquitur d.l.Titia.alias sequeretur patremfamilias non habere dominium & carere auctoritate in domo & familia propria: quod aperte falsum est, cum hic dicatur, in domo dominium habet, non autem simpliciter dominium domus habere dicit.

His verbis, his qui de domo sint, quid eom prehendatur.

¶ Sic itaque domus accipitur hic pro familia & habitantibus in domo: quod poterit conducere decidendis pluribus in iure quæstionibus, vtpote si testator legauerit alimenta Titio, & his qui de domo sua erunt, comprehendetur familia tam filiæ quàm filiifamil. necnon bastardi & omnes degentes cum Titio:quippe de familia sunt,l. cum vnus.in princip.vbi glo.& doct.ff.de aliment.& cibar.lega. sic capitur in l.vna. C. si quacumque præditus potesta.vbi si quis subiectam sibi ratione iurisdictionis per metum acceperit in vxorem punitur decem librarum auri mulcta, & tam mulier quàm eius domestici eximentur à iurisdictione illius magistratus.l.1.C.ne liceat potentiorib.Bar.in l.tutelas.ff.de cap.deminutio. quo loco intelligas domesticos seu de domo censendos, quamdiu permanent in domo.quapropter si filia alibi nupta fuerit,minime comprehendetur.nam vt etiam ex nostro tex.intelligi potest,qualitas iuncta verbo,debet intelligi secundum tempus verbi, l. in delictis.§.1.ff.de noxal. actio. & priuilegium datum scholasticis & famulis suis, intelligitur de famulis quamdiu cum scholastico habitabunt.auth. habita. vbi scripsi. C.ne filius pro patre.l.tria.& l.diximus.in fin.ff.de excusatio.tutor.

Domus appellatione comprehenditur ij qui portant nomē & arma domus.

¶ Si verò dispositio respiceret nobilitatem aut aliam qualitatem, tunc appellatione domus venirent & intelligerentur ij qui portant nomen & arma domus: vt docet Bar. hic, & consuluit Alexand.consil.213.ponderatis.col.1.in 6. vol. de eo qui debebat distribuere bona illis de domo de la Turre, vt tantum agnati & ij qui nomen & insignia domus gestant continerentur.idem Barba. in repet. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. col. 58. versic. quid autem si testator.facit l.cum ita.in fin.ff.de lega.2.Alexand. consil. 125. viso processu. in 7.vol.

Domus pro domicilio.

¶ Communiter etiam domus pro habitatione seu domicilio accipitur,l.in lege Censoria.infra eod.ita dicitur domus tutissimum esse refugium in l.plerique.ff.de in ius vocand. & l.lex Cornelia.§.domum. de iniur.l.qui domum suam præbuerit vt stuprum vel adulterium cum aliena matrefamilias fieret, quasi adulter punitur. Et appellatione domus habitationem significari palam est. ff. de adulteriis: cum aliter nulla domus tutissima esse posset nisi periculo capitis sui domini custodiam tam à domesticis quàm ab extraneis præstare serui cogantur. l. 1. ff. de senatusconsul. Silan. Et ius occidendi filiam adulteram patri conceditur domi suæ, licet ibi filia non habitet, vel in domo generi.sed & domus pro domicilio accipienda est,l.nec in ea.ff.de adulter. Carol.Ruinus consil.81.in quæstione. col.2. in 2.vol.

Domus pro patrimonio.

¶ Interdum quoque domus accipitur pro patrimonio, in l. 1. C. de ingenuis & manumiss.ibi,ea quæ de domo manumissoris habent,ea ibi relinquant. Et ibidem Salicet. docet de vxore relicta vsufructuaria totius domus,sic intelligi.probat Iacob.in l.1.nu.8. C. ne liceat potentior.plus dicens consuluisse de quodam qui disposuerat,quod bona sua irent ad maiorem de domo, vt intelligatur de maiore ratione ætatis: siquidem verba naturaliter sunt intelligenda,l.ex ea parte §.insulam.de verbor.obligatio.l.fin.de his qui veniam ætatis impetrauer. Alias plures quæstiones de domo scribit Benedic. in repet. c. Raynutius.in verb.domum.de testam.Secundum rem ergo & materiam discerni poterit quomodo accipiatur domus.

Patersamilias cur dominus dicatur.

¶ Adhæc colligitur ex hoc tex. Quod omnes subditi patrisfamilias rectè vocant eum dominum, cum ipse dominium habeat,vereque dominus sit.Et sic à familia dominus vo-

cari debet: quod facit ad consuetudinem Franciæ, vbi promiscue fere omnes vocamus dominos, Gallicè *meßieurs*, vt scripsi in proœmio concordator. in verb. dominus.

Vxor est de vi familia.

¶ Præterea colligere possumus, quod vxor est de familia viri. Et in favorabilibus si vir cum sua familia ali debeat, vxor etiam aletur: secus in odiosis, vt si Titius cum familia debeat expelli de ciuitate Parisiensi, non expelletur vxor, teste Alberic. hic & in tract. statu. in 4. parte. q. 110.

Pater familias etiam quis dicitur, etsi filium non habeat.

¶ *Rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filium non habeat. non enim solam personam eius, sed & ius demonstramus.* Pater correlatiue respectu filij dicitur, quando simpliciter profertur pater: sed si diceretur paterfamilias, non respicimus solum personam patris, sed & ius, & auctoritatem quam in familia habet. Et hoc vult dicere tex. quod paterfamilias dicitur familiæ pater, licet non habeat filium. aliam quippe familiam habet, vt vxorem, seruos, & ancillas, dominium obtinens in domo. & sic contingit patrem dici, videlicet cum adiuncto familias, licet filium non habeat. licet enim regulariter valeat argumentum à correlatiuis, l. fin. C. de indicta viduita. l. 1. & 2. de cupresis. lib. 11. tamen non procedit cum est diuersa ratio. ideo spurius dispensatus vt patri succedere possit, & consanguineis, illis succedet: veruntamen ipsi parentes succedere non poterunt: quia non est eadem ratio, cum ipsi peccauerint eum procreando, quod non admisit filius, c. nasci. 56. distinctio. nec igitur ita facile princeps cum illis dispensasset, nimirum si penitus excludantur à successione. facit tex. no. in l. curatorem C. de interdic. matrimo. vbi doct. & sic consuluit Benedic. Capras. consil. 1. vt refert Euerard. in locis legal. in argumen. à correlatiuis. A simili nec quidem monachi seculares effecti succedent parentibus: quia per consuetudinem Franciæ successiones erant acquisitæ per expressam consanguineis: quamobrem ab illis non auferendæ, l. id quod nostrum est. ff. de regul. iuris. nec potest eis consanguineis consensus Papæ vel Regis præiudicare, vel aliis quorum interest non vocatis. l. de vno. ff. de re iudica. solum enim interuenit consensus circa spiritualia, & alia quæ in bulla continentur. alibi tamen plenius dicam, dum operæpretium fuerit, quia hoc est eis odiosum.

Argumentum à correlatiuis.

Monachi seculares effecti nõ succedunt parentibus.

Paterfamilias etiam dicitur pupillus.

¶ *Denique & pupillum patremfamilias vocamus.* Vult dicere quod pupillus, etsi impubes sit, & sic filios habere non possit, tamen recte paterfamilias dicitur. sic igitur probat hic tex. patremfamilias vocari posse, licet filios non habeat, quippe dicit tex. in l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. patresfamilias esse qui suæ sunt potestatis, siue puberes, siue impuberes: solummodo filiosfamilias & filiasfamilias quæ sunt in potestate aliena, quamuis filios non habeant.

¶ *Et cum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere: singuli enim patrumfamilias nomen subeunt.* Intelligite locum hunc, quod si paterfamilias moritur, singuli ei subiecti ratione patriæ potestatis, vt filij & filiæ, incipiunt habere familias. sicque filius quilibet mortuo patre vocabitur paterfamilias, & filia materfamilias. secus autem auo defuncto, qui & filios & nepotes & in infinitum descendentes sub sua potestate habebat: quia tunc licet moriatur auus, nihilominus recasuri sunt nepotes in potestatem sui patris, §. 1. quib. mod. ius patriæ potesta. soluit. l. nepotes. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. 2. ff. de vulgari. Ceterum si subiecti essent ratione dominicæ potestatis, vt seruus, remanerent in familia filiorum, etiam mortuo patrefamilias. l. seruos. ff. famil. erciscund. l. in ratione. 2. ad legem Falcid. Et ita intelligitur patre mortuo singulos filios vocari patresfamilias, & filias matresfamilias: si tamen filiæ nubant, transeuntin familiam illorum quibus nubunt. Quod verò dicit tex. *Quotquot capita*, id est singulæ personæ tam filij quàm filiæ subeunt nomen patrumfamilias, vt intelligamus etiam matrumfamilias. siquidem masculinum concipit fœmininum. Caput quot modis sumatur, scripsi in l. licet capitalis. supra eod.

¶ *Idemque eueniet in eo qui emancipatus est. nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet.* Alio modo vult dicere tex. efficitur, & dicitur quis paterfamilias, vt videlicet etiam viuo patre nouam incipiat habere familiam, vbi scilicet emancipatus est filius, id est extra manum & potestatem patris positus. Et de ista emancipatione loquitur Imperator in titul. quib. mod. ius patriæ potesta. soluitur, in Insti. & in titul. de emancipa. liberor. C. & l. pupillus. in princip. infra eod.

Emancipatus an familiæ nomine contineatur.

¶ Verum notat Alciat. cum hodie emancipati instar suorum redacti sint, in favorabilibus appellatione familiæ continentur, per l. meminimus. C. de legitim. heredib. quod non arbitrarer verum, quando emancipatus seorsum à patre habitaret. tunc enim data alimenta patri & suæ familiæ nequaquam extenderentur ad hunc emancipatũ seorsum habitantem. siquidem aliam facit familiam & propriam, nec vocatur de familia patris: quemadmodum probatur ex §. filiusfamilias. de obligatio. quæ ex quasi delicto. l. tria. & l. seq. in fin. ff. de excusatio. tutor. faciunt quæ scribunt consuetudinarij, maxime do. Ferron. in consuetudi. Burdegal. in rub. 1. artic. 2. post Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. matrem. nu. 25. Et in verb. si absque. in 2. nu. 45. rub. de pupillari, de testam.

¶ Præterea

Emancipatus quis.

¶ Præterea voluerunt nonnulli emancipatos quoque dici qui aliorum fiunt, quorum vtrunq; emancipatione fit, vt emancipo me tibi, id est me tuæ potestati trado. Festus Pompe. Sic emancipatus idem est quod deditititius, & veluti in mancipium ad scriptus.

Filiusfamilias in castrensibus vice patrisfamil. fungitur.

¶ Adhæc filiusfamilias in castrensibus, licet non sit emancipatus, vice tamen patrisfamilias fungitur, l. 2. ff. ad Macedo. & idem in quasi castrensibus, de quibus scripsi in l. paterfamilias. supra eod.

§. Communi iure familiam dicimus omnium agnatorum. nam etsi patre familias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes qui sub vnius potestate fuerunt, recte eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem gente & domo proditi fuerunt.

Agnati qui. Cognati qui.

¶ Hæc est quarta pars huius tex. explicans aliud membrum diuisionis, vt cum superius satis explicauerit, quando iure proprio dicatur vna familia, cum videlicet plures personæ sub vnius potestate sunt: iam sequitur videre quo pacto itidem iure communi. dicit ergo quod iure communi omnes agnati sunt vna familia. Agnati vero sunt descendentes ex sexu masculino. Cognati autem ex fœminino sexu, §. 1. Insti. de legitim. agnator. successio. Et cognati non sunt eiudem familiæ. nam fœminæ transeunt in illas familias quibus per matrimonium iunguntur, vt superius dictum extitit. sed iure Codicis cognati etiam comprehenduntur familiæ appellatione, l. fin. C. eod. Aequaliter enim illo iure succedunt cognati cum agnatis. §. 1. de heredib. ab intesta. venientib. colla. 9. Et hodie nulla inter eos in successionibus, vel admodum exigua est differentia, vt ibi dicitur: at quoad præsentem materiam, & vim significandi, iura remanent integra.

Prodere.

¶ Sequitur in fin. huius §. verbum *proditi*, id est propagati, qui scilicet processerunt ex eadem gente, à prodo prodis, & pro hoc est tex. in l. 2. §. 1. Deinde ibi, Dictatores proditi sunt. de orig. iur. l. ex maleficiis. §. 1. ibi, proditæ sunt actiones. de actio. & obligatio. Et sic elegánter elucidat hic tex. differentiam quando iure proprio dicimus familiam, vel iure communi: nempe cum iure proprio familia dicitur, vna tantum familia vnius patrisfamilias intelligitur, quæ nempe sub illius potestate est. Quando vero iure communi, eo casu familia pro agnatione ponitur, vt doct. asserunt. & sic nominamus familiam omnes qui propagati ab vno genere, & processerunt ab illo, etiam si plures fuerint patresfamilias, vt Iuliorum, Deciorum, & Lentulorum familiæ. l. cum vnus. ff. de aliment. & cibar. legat. Quippe propria familia, siue iure proprio est, quando sub vno, qui familiam complet ex coniuge, & seruis & filiis. iure communi verò est, quando plures familiæ coniunguntur agnatione & consanguinitate, vt Parisiis Clericorum familia.

Familiæ nomẽ iure proprio & iure communi.

Gentis nomine quid veniat.

¶ Gentis autem nomine quid veniat, habes in l. 1. ff. de probatio. vbi Iacobi. & Barba. in cap. eam te. col. 4. nu. 16. de rescrip. & in repet. l. cum acutissimi. col. 51. C. de fideicom. facit quod no. Bar. in l. prætor. 2. ff. de vi bonor. raptor. & accipitur multis modis, primò pro omnibus hominibus, vt ius gentium, in l. 1. ff. de iustit. & iure: secundò pro hominum collectione, turba. in l. prætor. ff. vi bonorum rapto. & pro cognatione hic: item pro hominibus vnius prouinciæ. l. ex hoc iure ff. de iustit. & iure, vbi dixi post Bal. in d. l. 1. Gentilium etiam nomine qui veniant dictum fuit in l. sæpe. supra eod.

§. Seruitutum quoq; solemus appellare familiã, vt in edicto prætoris ostendimus sub titulo de furtis: vbi prætor loquitur de familia publicanorum: sed ibi non omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur, eius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa.

Domino delicti familiæ imputatur.

¶ Dupliciter intelligi potest hic §. primò familiæ nomine quoad propositum venire tantum ipsum corpus & collegium publicanorum: vt verbi gratia, si quis eorum deliquerit in exigendo, aut alias, familia publicanorum id egisse intelligatur. Aut & secundò intelligatur de seruis & aliis hominibus huic officio deputatis ab vno eorum publicanorum, vt cum dicitur publicanum teneri de sua familia, venient omnes serui, & ministri ad hanc artem parati. De aliis autem alibi destinatis non tenetur. ideoque tex. dicit non omnes seruos sed corpus demonstrari, videlicet præfectum huic operi publicanorum. siue igitur liberi sint, siue serui alieni, qui publicanis in eo vectigali ministrant, hoc edicto continebuntur. verba sunt Iurisconsulti in l. 1. §. familiæ. ff. de publican. Erit igitur regula quod quando familia deliquit in illo officio in quo ministrat & cui eam præposuit dominus, ipse dominus ad hoc teneatur: quippe domino debet imputari cur talem familiam elegit, d. §. familiæ. sicut socio imputatur, quod socium negligentem elegit, §. finali, Institutionib. pro socio. Quod si non elegerit, sed fuerit ei data familia à principe, non tenetur publicanus, teste Bal. consil. 385. Casus. in fin. vol. 1. Ex quo dicto liberaui quendam Thesaurarium, eo quod à Rege Commissus eidem erat datus, qui postea deliquerat, sed Thesaurarius con-

uentus pro delicto sui commissi à Rege dati, fuit absolutus.

Hospes pro famulorũ furto, & delicto quo modo teneatur

¶ Idem dicemus in hospite, vt pro famulorum furto teneatur, l. licet. §. in factum. ff. naute, caupo. & Insti. de obligatio. quæ ex quasi delicto. §. item exercitor: & idem si famulus hospitis vulnerauerit hospitem aduenam in taberna, vel hospitio, vt semper dominus teneatur, secundum Alcia. hic: quia factum illorum hospes præstare tenetur, l. vna. ff. furti aduers. nautas. Consuluit tamen Ioan. de Anania consil. 2. hospitẽ non teneri nisi de furto familię, nam ipse quodammodo elegit, qui non reiicit, d. l. vna, in fin. sequitur Ias. in l. 1. col. 3. C. de seruis fugitiuis. Sed quia publicè interest homines tuto hospitari, si dominus cum sciret eum aduenam malum & rixosum, nihilominus retinuit, putarem teneri: quia si pro damno rerum tenetur, à fortiori pro damno personarum. aliquatenus enim culpæ reus est hospes vtens opera malorum hominum, l. ex maleficiis. §. fin. ff. de actio. & obligatio. Scire verò præsumitur hospes, an alios læserit hic aduena sæpius aduentare solitus, aut si alias verberibus infra tabernam aliisve iniuriis quosdam socios est prosecutus, maximè si eum longo tempore aluit, illiusque opera vsus fuerit.

Hospitis in famulis eligendis diligentia.

¶ Ceterum quoad famulos quos adhibet hospes, explorare debet eos cuius & fidei & innocentiæ sunt. l. fin. §. seruorum. ff. naut, caupo. stabular. cum de eorum facto teneatur, l. 1. ibidem. Quos si probauerit communi opinione reputatos bonos & fideles, excusaretur, teste Alexand. in l. si cum dotem §. 1. col. 2. ff. soluto matrimo. probat Ioan. Faber in §. fin. Insti. pro socio. Bal. in l. & ita. §. at hoc edicto. nautæ, caupo. argum. l. Barbarius. ff. de offic. prætor. ac Ioan. Lupus in repet. cap. per vestras. in tex. versic. Septimo infertur. fol. no. de donatio. inter vir. & vxor. Ita quoque si hospes non potuit prohibere, & famulus non erat talia assuetus, vix est vt teneatur, per prædicta. Alias contra, vt scripsi in 2. tomo commentar. in consti. Regias titul. de hospitio.

Nauta, caupo, stabularius quomodo de furtis & delictis famulorũ teneantur.

¶ Idem in nauta, caupone, & stabulario. rub. ff. furti aduers. nautas, caupo. & stabular. idem & in institore, l. 1. in princip. ff. de institor. actio. & l. 1. de exercitor. sic etiam tenet Bar. in d. §. familiæ. de publica. rectores terrarum, duces exercitus, & capitaneos teneri de delicto familiæ quam secum ducunt, per l. si post depositam. C. de assessor. per quod dictum Bar. vidi multos duces & capitaneos armigerorum damnatos. facit tex. in authent. vt iudices sine quoquo suffragio. colla. 2. §. eos. Et idem in vicariis vel officialibus delinquentibus in visitatione, vel officio, vt de eorum excessibus teneantur Episcopi, teste Archidiac. in c. si Episcopus. de offic. ordinar. plene Felin. in cap. Petrus. col. 2. de homicid. vbi videte regulam cum limitationibus. Et Aegidium de Bella Mera consil. 4. vtrum, &c. Eodem modo pro vxore tenebitur proconsul, & alius officialis, l. obseruare. ff. de offic. proconsul.

Rectores terrarum, duces exercitus, & capitanei quomodo de delicto suorum teneantur.

Episcopi quomodo tenẽtur de excessibus vicariorum.

Proconsul quo modo pro vxore tenetur.

¶ Intellige præfatos quidem teneri ciuiliter, non autem criminaliter. l. ne quid. vbi Bar. ff. de incend. Aufrer. in decis. Tholosa. q. 164. Panor. & alij in cap. 1. de resti. spoliator. Roma. consil. 11. & consil. 15. Bal. in l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconsul.

¶ Secundò sufficit duci, capitaneo, alterive habenti officium publicum, exhibere delinquentem, d. §. familiæ. & l. cum si exhibuissent. ff. de public. Secus in hospite & aliis non habentibus officium publicum: quia tunc est in optione damnum passi contra quem velit suam actionem dirigere, an contra hospitem, an contra familiam, teste Aufrer. in decis. 195. ne videlicet fraudem committant hospites, exhibendo pauperrimum famulum & non soluendo, qui sic eludat quoscunque aduenas. Adde si de voluntate, aut mandato domini fuisset perpetratum delictum, aut alias ratum habuisset hospitem nequaquam exhibendo liberari. Floria. in l. is cuius. in fi. ff. si seruit. vindicet. & in l. si seruus seruum. §. si fornacarius. per illum tex. ad legem Aquil. Felin. in d. cap. Petrus. col. penult. & in l. 1. ff. quod iussu.

Dominus non tenetur, si famulus extra officium delinquat.

¶ Tertiò non tenetur dominus, si famulus extra officium delinquat, l. quotiens. ff. de noxal. actio. l. 1. §. familiæ. de vi & vi arma. Et hoc in foro iudiciali: sed in conscientia dominus familię tenetur, si familiam non correxerit, siquidem error cui non resistitur, approbatur, c. error. 88. distinctio. & Aufrer. d. 4. 164.

Famulus quo modo probetur quis esse.

¶ Quartò probabitur quis esse famulus publicani, eo ipso quod est cum aliis famulis, & seruiebat quemadmodum alij, quamuis nulla scriptura interuenerit, l. fin. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. Doct. in l. 1. ff. nautæ, caupo. adhęc probari potest eum fuisse prępositum huic officio, eo quòd officium exercuit domino sciente: quia tunc dominus cum videtur pręposuisse, l. 1. §. magistrum. ff. de exercitor. actio. Bar. in d. §. familię. Sic igitur is qui agit contra alium ratione familię, tria probare debet: primò illum fuisse de familia, & prępositum illi officio, & in eo deliquisse, teste Bal. d. consil. 385. Casus est hic talis. col. 1. vol. 1. Corne. consil. 4. viso processu. col. 1. & seq. in 1. vol. Floria. in l. si seruus. §. si fornacarius. ff. ad legem Aquil.

Qui agit cõtra aliquẽ ratione familiæ, quid probare debeat

Dominus pro famulo quid soluens, eidem retinere potest.

¶ Quintò, si cum dominus teneretur pro familia, soluerit quidpiam, id à famulo repetere potest, vel eius nomine salarium eidem retinere, pro virili portione soluta, secundum Specula. in tit. de iniuriis & damno dato. §. si. circa fin. Faber & Angel. in §. item exercitor. de obligat. quæ ex quasi delicto. Cum enim seruus tanquam principalis teneatur, & eius nomine

nomine dominus soluerit, l. si familia. vbi doct. ff. de iurisdictio. omn. iudic. nil mirum si repetere possit. Est igitur familię talis in hoc §. significatio, vt familia cõtineat omnes seruientes patrifamilias generaliter tam liberos quàm seruos homines, aut familiares, aut mercenarios per hoc verbum generale seruitutum, in tex. positum. alij legunt, *seruientium*, vt quoscunque in nostro ministerio existentes comprehendat, sicuti scripsi in l. detestatio. supra eod. quam significationem Iurisconsul. probat in titul. furti aduersus nautas. l. vna, & in tit. si familia furt. fecisse dicatur. & Paul. Iurisc. in edicto prætoris, tit. de furtis scripserat, quam hic allegat. sed hodie habemus in tit. de publicanis, quia sic cõpositores locauerunt. Vnde consuluit Bertrand. consil. 32. Certum est. in 2. vol. ex noua editione, quod priuilegium datum monetariis, & familiæ eorum, intelligetur etiam de seruientibus ipsis. quod verum est quando conueniret, & adaptari posset ipsis seruientibus monetariis: veluti cum certi iudices dati sunt monetariis & familiæ, intelligi poterit etiam de ipsis ministris & seruientibus, per tex. in authen. habita. vbi scripsi in scholasticor. priuileg. C. ne filius pro patre. Sed hodie in Francia huiusmodi exemptionis priuilegium tantum datur patrifamilias & bonis ipsius & vxoris, non verò bonis filiorum, nisi exerceant artem, vt patet in rub. *des monnoyeurs & monnoyes*. in consti. Regiis. videte quod consuluit Alexand. consi. 178. in 6. vol. officiales tamen Regij sunt exempti ab oneribus & impositionibus cum familia, vt dictum fuit die Iouis post S. Barnabam anno 1311. vt est in lib. viridi.

Monetariis datum priuilegiũ, an ad seruientes eis extendatur.

¶ Pręter supradicta igitur colligemus ex hoc tex. ibi, titul. de furtis, sufficere allegare titulum: intelligite cum allegamus legem famosam: alias dicatis, vt abunde scripsi in procemio concordator. in verb. iura citare.

In legib. famosis sufficit allegare titulum.

¶ Secundò colligitur etiam quod non sufficit allegare, nisi allegatum inducatur: quemadmodum inducit hic Iurisconsultus, dicendo vbi prætor loquitur: nempe tota vis stat in inductione. l. non solum. §. qui primipilum. ibi, quam adaptans recte omnibus similibus capitulis, &c. ff. de excusatio. tutor. Et istum tex. adducit Roma. singul. 637. nunquid. & 651. Tu scis. contra multa allegantes, & nihil inducentes: vt à Iurisconsulti doctrina longe absint, parumque lectiones illorum scholasticis profint. nam scire leges non est verba illarum tenere, sed vim & potestatem, l. scire leges. ff. de legib.

¶ Adhæc titulus hîc & aliàs frequenter accipitur pro inscriptione libri. Iulius autem Paulus indifferenter titulum & rubricam pro eodem dicit, in l. 2. §. 4. de interdict. Et alibi multas alias significationes docet glo. in rub. de ecclesiastic. titul. colla. 9. in authen. & glo. in cap. vt singulæ. de offic. Archipresbyter. & Lucas de Penna in l. absit. C. de priuileg. dom. Augustę, lib. 11. Ioan. de Pla. in rub. de cano. largi. titul. libro 10. C.

Titulus pro libri inscriptione.

§. Alia autem parte edicti omnes serui continentur: vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum: item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius. Et interdicto vnde vi, familiæ appellatio omnes seruos comprehendit: sed & filij continentur.

¶ Iurisconsultus hic prosequendo suum institutum soluit dubium, quod resultare quodammodo videbatur ex postrema significatione huius dictionis, familiæ. Siquidem cum in priore parte edicti fuerat interpretatus familiam pro quodam corpore publicanorum tam liberæ conditionis, quàm seruæ, facillime labi quis potuisset, eodem modo intelligendo aliam & sequentem partem eiusdem edicti: cuius dubitationis tollendæ gratia dicit alio modo sumi in alia parte eius edicti, nempe omnes seruos contineri, quæ significatio conformis est his quæ circa principium nostræ legis dixit.

Familiæ nomen in tit. vi bon. rapt. quomodo sumatur.

¶ Affert demum exemplum, vt de hominibus coactis, & vi bonorum raptorum, cũ aliis pluribus exemplis: quibus liquidò patet prætorem longe aliter accepisse hoc nomen familiæ, quàm cum esset locutus de familia publicanorum: nempe comprehenduntur hic omnes serui, necnon etiam qui liberi esse proponantur aut alieni bonafide nobis seruientes, dum in ministerio fuerint, l. 2. §. familię. ff. vi bonor. raptor. facit l. 3. §. si quis noxali. ff. ad exhibend. vt si cum hominibus coactis bona alicuius rapta fuere, non solum is qui eos collegit, sed omnes teneantur actione vi bonorum raptor.

Coacti qui dicantur.

¶ Coacti verò sunt hi qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati. Cicero in oratio. pro A. Cęcina: & Vlpianus ait, homines coactos accipere debemus ad hoc coactos vt damnum daretur, neque additur quales homines. & in §. dolo. ibidem dicit, collegit armatos vt damnum det, bonave rapiat. Et sic Iurisconsultus cogere homines pro colligere intelligit. idem in l. prętor. 2. §. si quis adueniente. ibi, turbę cogendę. ibidem. l. in eum. ibi, hominibus coactis. de accusatio. Et illa decreta quę non legitimo numero Decurionum coacto facta sunt non valent, per l. 2. ff. de decret. ab ordi. faciend. l. is cui. §. qui legatorum. vt in possessio. legator. vbi primò dicit cogere, & postea colligere. facit l. triplici. in fin. supra eod. Et si quis coegerit arma telave domi suę agrove, pręter vsum venationis, lege publica de vi tenetur, l. 1. ff. de

Cogere pro congregare.

l.1.ff.de vi publica. vbi glo. exponit coegerit, id est habuerit. Sed melius exponendum videtur pro congregauerit. Et coactis odoribus ait text.in l.quicquid. §.1.ff.de acquir.rerum domi. & Iurisconsul. ait quod aqua plerunque hyeme cogitur,id est colligitur,& congregatur.l.vna.§.stagnum.ff.vt in flumi. public. nauig. liceat.Et sæpe fit vt emptor fructus suo nomine cogat, l. si seruus communis. §. locaui. ff. de furt. & fructus coactos in l. seruus si heredi.§.1.ff.de statuliber.& villicus cogit fructus,l.3.§.si quis seruum.ibidem.

Cogere milites.

¶ Ita cogere milites dicimus pro colligere, Gallicè *leuer & amasser gens d'armes.* facit lex, qui mittuntur.ff.quib.ex caus.maior.l.2.§.dolo.vi bono.rapt.

Cogere senatū ad quē spectet.

¶ Cogere senatum est ipsum congregare, conuocare, Gallicè *assembler*: quod ad præsidem spectat,& eo absente ad antiquiorem,l.2.C.de decurio.lib.10.

Cogere pecuniā aut stipendium.

¶ Cogere pecuniam publicam vel stipendium dicitur Thesaurarius, Gallicè *leuer les tailles,ou les impositions*,l.1. C. quemadmod. ciuilia munera.lib.10.inde coactores receptores dicuntur.l.Sticho.§.fin.ff. de statuliber.

Cogere collegiū illicitum quis dicatur.

¶ Et qui coegisse dicitur collegium illicitum,apud præfectum vrbis accusatur.l.1. in fin. ff.de offic.præfect.vrb.Et cum in eadem naue mercatores varia mercium genera coegissent, id est congregassent,l.2.§.cum in eadem.ff.ad legem Rhodiam de iactu.l.3.§.si quis seruum. de statuliber.

Cogere pro cōpellere.

¶ Præterea cogere compellere est, l.sed & partus. l. sed mulier. & per totum.ff.quod met. caus.l.prætor.§.fi.ff.de oper.noui nunt.& l.euenit.de damno infec.& §.his igitur.in procem. ff.& penuria coactum dicit Iurisconsultus in l. si seruos. ff. de pignoratit.actio.c.1.23.q.5.

Cogere pro premere.

¶ Cogere,premere.inde coactam vindemiam,in l,si vsufructuarius messem. §.spicam.ff. quib.mod.vsusfruct.amitta.

Cogere pro redigere & incorporare.

¶ Cogere,redigere,& vt ita dicam,incorporare, l. fin. ff. de requirend.reis,ibi,mandatis cauetur intra annum requirendorum reorum bona obsignari, vt si responderint,& sepur gauerint, integram rem suam habeant: si neque responderint, neque qui se defendant habuerint,tunc post annum bona in fiscum cogantur. nam lapso anno illa bona requisiti rei congregantur cum bonis fisci,& incorporantur fisco (vt vulgo dicimus)& cum illius bonis.facit l. in fraudem §. eius. ff. de iure fisci. vbi sic scribitur: eius bona qui sibi mortem conscíuit non ante ad fiscum coguntur, quàm prius constiterit cuius criminis gratia manus sibi intulerit.

Familiæ nomē in redhibitoria quomodo sumatur.

¶ *Item redhibitoria*, &c. Subnectit hic aliud exemplum de familiæ nomine aliter sumpto, quàm in præfato prætoris edicto,quo de familia publicanorum loquebatur. Exemplum igitur in redhibitoria est huiusmodi: Quod si emptor seruum vel equum emptum deteriorem post emptionem traditionémque fecerit, siue familia eius, tenetur venditori agenti redhibitoria contra eum, ratione vitij serui quod inerat ante venditionem. l. ædiles. 1. in princip.& §.1.ff.de ædilit.edic. Familiæ enim appellatione omnes qui in seruitio sunt continentur, etiam liberi homines,qui bona fide ei seruiunt, vel alieni,necnon ij qui in potestate eius sunt,d.§.familiæ. ibidem. Et sic familiæ appellatione comprehenduntur tam filij quàm filiæ,tam serui quàm ancillæ.

Redhibere quid

¶ Redhibere autem est facere vt rursus habeat venditor quod habuerat:& quia reddendo id fiebat,idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio, l. redhibere,ff.de ædilitio edic.

Redhibitoria actio.

¶ Hinc redhibitoria actio est quæ emptori competit contra venditorem,qui rem latenti vitio affectam vendidit,vt venditor eam rem redhibeat, id est quasi rehabeat, Debet tamen emptor cauere quod deteriorem rem non reddiderit,nec ipse nec familia,vt d.lege,ædiles. quod si res deterior facta reddatur,emptor tenetur. & hoc vult dicere tex. iste.Et hæc actio nisi intra sex menses intentata fuerit,finitur.Actio verò quantò minoris,anno durat,l.2.C. de ædilit. edic. hodie pro varietate locorum & consuetudinum varium præstituitur tempus,modò longius,modò breuius.

Familiæ nomē quomodo in interdicto vnde vi sumatur.

¶ *Et interdicto vnde vi.* Additur hic aliud exemplum in interdicto vnde vi, quod competit deiecto ex aliquo loco immobili.nēpe sic ait prætor:vnde,id est ex quo loco vi cum deiecisti, aut familia tua deiecit, de eóque quod æquè ille tunc ibi habuit, tantummodo intra annum, post annum verò de eo quod ad eum qui vi deiecerit, peruenerit, iudicium dat prætor. in l.1.ff. de vi & vi arma.vbi quoque dicitur:familiæ appellatio seruos continet & eos quos seruorum loco habemus. parui ergo refert,an quis suis manibus eiiciat,an verò per alium.quare & si familia mea deiecerit ex voluntate mea,ego videor deiecisse,d.l.1.§. deiecisse. Et familia capitur tam pro seruis quàm pro his quos loco seruorum habemus, videlicet pro famulis,& pro filiis,siue sint in potestate, siue sui iuris: siue cum patre habitent,siue seorsum,si tamen vim intulerint,vel cum violento,tempore vis illatæ,fuerint,d.l. 1. & 3. de vi & vi arma. Sic igitur in vtrisque & rebus soli,& rebus mobilibus exemplum familiæ tradidit: nempe in rebus mobilibus supra, cum est loquutus de vi bonorum raptorum, quæ in rebus mobilibus locum habet:nuncautem in immobilibus per interdictum vnde vi,quod pro rebus soli tantum & immobilibus competit, lege prima.§.hoc interdictum.

terdictum.2.& §.seq.ff.de vi & vi arma.

§. Item appellatur familia plurium personarum, quæ ab eiusdem vltimi genitoris sanguine proficiscuntur, sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memoriæ.

Familiæ nomē & omnes descendentes ab vno fonte continet.

¶ Præter significationes prædictas inserit hic Iurisconsultus aliam familiæ significationem,vt quando dicimus familiam Iuliam,aut nobilissimam apud Gallos Vendomiam,intelligimus omnes qui ab vno genitore, quasi à quodam fonte profecti sunt. intelligunt doct.quando ob antiquitatem originis isti nullo gradu se contingunt: aut alias inquiunt accipi pro agnatione.Ego verò sine hac distinctione intelligo tex. hunc,vt videlicet familia Vendomia comprehendat omnes qui ab ipso illustri fonte Vendomiæ profecti sunt, siue sint consanguinei, siue non, & siue sint masculi,siue fœminę. Sed quando accipitur pro agnatione, tantum capitur pro illis qui ex vnius persona descenderunt, & pro masculis tantum,vel ab illis descendentibus.ita in versic.communi iure.dicitur ibi,qui ex eadem domo & gente proditi sunt, vel ex eadem progenie, eodem fonte. Verg.*Iulius à magno demissum nomen Iulo.* metaphoricè accipiendo fontem, non propriè, vt est titul. ff. de fonte.

Vendomia familia.

Familiare funus.

¶ Adhęc agnati vsque tantum ad decimum gradum, familia in infinitum extenditur, vt hic,& §.fin.Insti.de legitim.agnator.succesio.& de familia funesta loquitur Iurisconsul.in l.si ex re domini.§. fin.ff. de stipula. seruor. & dicitur ea quę funus, & exequias exercet, vel ducit,vt l. 2. ff. de in ius vocand. vbi familiare funus appellatur quod quis agit pro familia.

Familia adoptiua.

¶ Familia adoptiua,quę ex adoptione procedit,siue arrogatione.l.sed si hac.§.sed & si filius.ff.de in ius vocand.

Familiaris. Familiaria sepulchra.

¶ Inde familiaris,ad familiam pertinens: vel si capiatur substantiue, dicitur is qui ex eadem est familia,vel est amicus & domesticus patrisfamilias.glo.& doct.in summa. 3. q. 5. & cap.in literis. de testib. Et familiaria sepulchra dicuntur quæ sibi & familiæ suæ quis constituit,l.familiaria.ff. de religios.

Familiaritas pro proximitate.

¶ Familiaritas pro proximitate, vel similitudine accipitur, in l. 2. ff. loca. §. adeo autem familiaritatem aliquam habere videtur emptio & venditio. item locatio & conductio, &c. Insti.illo titul.

Familiaritas pro conuersatione.

¶ Familiaritas pro consuetudine etiam seu conuersatione sumitur:vnde Callistratus ait obseruandum esse ius reddenti,ne in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittat.nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.l.obseruandum.ff.de offic.præsid. & familiaritas parit contemptum inter fatuos, sapientes verò plus honoris tribuent.glo.in c.quando.86.distinct. Ampliores effectus huius familiaritatis alibi congessi, vt superuacaneum videatur hîc repetere.

¶ *Memoriæ.* idem in l. liberorum. infra eod.

¶ Memorialium, l.Massurius.supra eod.

§. Mulier autem familiæ suæ caput & finis est.

Mulier quomodo dicatur suæ familiæ caput esse & finis.

¶ Mulier quumprimū nupta est,initium familię suę est & finis.nam in ea finitur agnatio, nec ad illam extenditur prior familia,ex qua fuit progenita:veluti fingamus neptem meam vel sororem nuptam Solatio.hęc proculdubio neptis finis est nostrę familię Rebuffeę, intelligamus quoad ipsam, simulque est initium & caput nouę familię penes Solatios. nec enim dicit tex. quod sit initium familię ad quam transit.fuit enim antea forsan per ducentos aut plus annos. quamobrem intelligendum est esse caput & principium suę & nouę familię, vt ex huiusmodi matrimonio imposterum nati non amplius dicantur esse ex Rebuffea familia,cuius hęc mulier fuit finis,sed de Solatia.hęc exempli gratia dicta sufficiant.

Priuilegium cō cessum alicui & suis descendentib. masc. & fœm.an extendatur ad filias nuptas.

¶ Vnde infertur quod si priuilegium concessum fuerit Titio, & suis descendentibus masculis & fœminis, non extendetur ad filias nuptas,quę sunt fines familię Titij, & caput alterius nouę familię, per istum tex. & pro hoc allegatur tex.in l.fin.C.de priuileg.scholastic.li.12.vbi hoc notant doct.& Corset.in singul.incipien.priuilegium.2.& Barba.in clem. 1.col.3.de electio.& in repet.l.cum acutissimi.col.62.C.de fideicommiss.

¶ Contrarium tenet Decius in l.2. nu.92.cum seq. ff. de regul.iur. cuius etiam sententiæ plures subscribunt,primùm Alexand.consil.125.viso numero. 6.in 7.vol. & de Ripa in respon.3.rub.de rescrip.cōfirmat Do.Tiraquel.in tract. de legib.connubial.in 1.fol.7.plerosque alios in suam sententiam trahens. Quorum opinioni ego quoque adstipulor,videlicet priuilegium concessum Titio, & suis descendentibus, competere fœminis etiam nuptis, maximè cum fuisset dictum masculis & fœminis, tum quia sunt ex descendentibus. Cum igitur verba conueniant,& dispositio.cap.indemnitatibus. §. supradicta. de elect. in 6. sed ab eis descendentibus non, quia non descendunt à Titio, sed à quodam alio extraneo: & sic conciliarem, alias dum operæpretium fuerit plura scripturus: nempe filia Titij licet

licet nupta, dicitur de genere & agnatione Titij, lege 1. §. fi. ff. de iure immunita. l. 1. in fin. de iniur. secus in filiis filiæ, vt ibi, & idem Iacobi. in l. cum quædam puella. in fin. 2. lectur. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Et sic ex verbis priuilegij foret iudicandum.

Caput familiæ. ¶ Veruntamen per hunc tex. dicerem quod si princeps præcipiat, vt caput cuiuscunque familiæ (Gallicè vocamus *chef de maison*) teneatur mittere frumentum ad exercitum: si mulier sit vidua, quia dicitur caput suæ familiæ quoad regimen, tenebitur mittere, per istum tex. & ita no. Bal. in l. vna. col. 3. C. quando non peten. partes peten. vbi quod dicit mulierem non posse dici caput familiæ nisi abusiuè, nec facere domum aut cognominare filios, intelligi potest viuo marito, vel antequam nubat: secus postea. cap. Raynutius de Clera. de testam. Quo mortuo potest dici caput, & filij sunt in sua potestate & tutela quoad regimen. cap. ex parte M. de appella. Fallit quando esset pauper, quia tunc gauderet priuilegiis miserabilium personarum. C. quomod. Imper. inter pupil. & cap. significantibus. de offic. delega.

Finis pro exitu seu extremo. ¶ Postremò in text. dicitur finis pro exitu seu extremo, Græci τέλος vocant. & in l. hæc verba, ille. ibi, cum eo propositis finibus, id est extremis. supra eod. & quod opponitur exordio finis est, §. discipuli. in proœm. ff. & in proœm. Insti. & in l. expugnatur. ff. de incend. inde finiendas lites ait Iurisconsul. in l. 1. ff. de arbitr. l. 1. de iureiur. l. 1. de re iudica. & finiri à prætore oportet, l. quæ omnia. §. 1. de procurator. & finiri actionem, pro tolli vel extingui docet Vlpia. in l. metum. magna. §. licet. quod met. caus. lege finita, id est definita, & constituta, l. non statis. §. nec video. ff. quemadmod. seruitut. amittant.

Finitum negotium, matrimonium. *Finita societas.* ¶ Item negotium finitum dicit Iurisconsult. pro perfecto, & consummato, in l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. matrimonium finitum pro dissoluto, in l. si extraneus. ff. de condictio. caus. data. societas finita, l. si id quod. §. fi. & l. actione. §. item si alicuius. pro socio. & finita emptio, in l. 4. de lege commissor.

Finis pro limite. ¶ Finis pro limite, id est termino. l. locus. in fin. ibi, sed fundus quidem suos habet fines, supra eod. & in toto titul. ff. de termino amoto. & in l. 1. si mensor falsum mod. dixerit. l. 2. §. viæ autem publicæ. ne quid in loco public. l. postliminium. §. 1. ff. de captiuis. l. Titius. 2. de actio. empti.

Finium regundarum actio. ¶ Hinc datur actio finium regundorum, vt fines regantur, id est statuantur in agris controversis: & fundus dicitur regi finibus suis, vt sciamus quantus sit: quemadmodum dicimus homines præceptis & regulis regi: sic finalis quæstio dicitur cum agitur de agri finibus, & limitibus. l. in finalibus quæstionibus. finium regundor. & l. fin. de termi. amoto.

Finalis quæstio. *Finis pro intentione.* ¶ Finis etiam pro intentione seu scopo ad quem omnia referuntur, vt ait Cicero: finis est quem referri ad omnem rationem oportet: vnde finis legis charitas, secundum Paul. Alias Cicero videtur vocare extremum, id est artis effectionem. De multiplici fine iuris ciuilis & canonici quare homines studeant, scribit Hostien. in princip. suę summę. §. fin. & Ioan. Faber in proœm. Insti. & Archid. in c. nonne. 37. distinct. & ait Cicero: finis bonorum, quo referuntur, & cuius causa facienda sunt omnia.

Finis pro certo modo. ¶ Adhæc finis pro certo modo, vsque ad quem compensatio induci possit, l. in insulam §. 1. ff. soluto matrimo. ibi, sumptus verò necessarios & vtiles in prædia quæ dotalia videbantur factos compensatis fructibus perceptis, ad finem superflui seruari conuenit. & idem in l. alteri. ff. de adimend. lega. sic docet Alcia. lib. Paterg. 10. c. 17.

Finis pro forma. ¶ Fines mandati diligenter sunt custodiendi, l. diligenter. ff. manda. alibi Iurisconsul. in l. si quis pro eo. ibidem ait, à forma mandati non esse recedendum. cap. cum dilecta. de rescrip. finem pro forma accipiendo.

Confinis, vicinus. ¶ Confinem vicinum appellat Iurisconsul. in l. quod sæpe. in fin. ff. de contrah. emptio. ibi, si quis in vendendo prædio confinem celauerit, quem emptor si audisset empturus non esset, teneri venditorem dicimus. Et alibi Neratius ait: sæpe enim cõfines fundos etiam supra iustam æstimationem interest nostra acquirere. lege, si cui fundus. ff. de lega. 2. & l. penul. finium regund.

CAIVS LIB. XVI. AD EDICTVM PROVINCIALE.

LEX CXCVI.

Familiæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur.

Familiæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur. ¶ Caput familiæ seu princeps illius quis sit ex superioribus patet: nunc docet Iurisconsultus illum quoque sub familiæ appellatione contineri. vnde si familia Titij fuerit exempta ab omnibus muneribus publicis, æqualiter, & à fortiori exemptus erit paterfamilias. siquidem familia nomen est collectiuum, quod capite & membris constat: ideo ea comprehendet. sic per istam legem dicit Porcus in §. affinitatis. Insti. de nuptiis, quod ita caput affinitatis vt vxor erit affinis, quemadmodum princeps familiæ est de familia. cui sententiæ repugnant

pugnant communiter alij interpretes. Ego vero conciliando opiniones dicerem, vxorem quoad consanguineos viri affinem dici, & affinium appellatione vxorem venire in fauorabilibus. Et idem in viro, vt consanguineis vxoris sit affinis: ita vt reciprocè prohibeatur matrimonium inter virum & consanguineos vxoris, & inter vxorem & consanguineos viri: quippe sunt affinitatis initium & caput.

Affinitas. ¶ Affinitas enim dicitur quasi ad vnum finem vnitas, quę est in viro & vxore quoad procreationem. nempe Geneseos 2. c. in fi. dicitur: & erunt duo in carne vna. etiam duæ cognationes quæ diuersæ inter se sunt per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit: namque coniungendæ causa fit ex nuptiis, l. 4. §. affines. ff. de gradib. nec tamen inter se sunt affines vir & vxor, alias coniungi non possent, sed ipsi sunt aliis (vt prædixi) affines.

Princeps familiæ quis dicatur. ¶ Cum autem loquitur hic text. de principe familiæ, non intelligatis de principibus, id est de primis nobilibus, & Regia stirpe procreatis, quales vos estis egregij principes, de quibus loquitur tex. in clem. vna. de baptismo. & Lucas de Penna in l. contra. C. de re militari, lib. 12. sed intelligitur hic text. de principe familiæ, id est de cuiuslibet familię capite. & sic non simpliciter princeps, sed cũ adiuncto princeps familię, id est caput dicitur: iuxta quod Ioan. Faber in proœm. Insti. ait: quod licet quilibet imperet in domo sua, non tamen ob hoc Imperator dicetur.

Familiam suã quilibet corrigere debet. ¶ Cum igitur quilibet dicatur caput, & princeps suę familię, eam corrigere potest & debet, vt patet in rub. & in l. vna. C. de emenda. propinquor. Et postquam est immediatus princeps suę familiæ prohibere potest etiam Imperatori ne sua abutatur familia, vt docet Bal. in l. quod ex liberta. C. de operis libertor. scripsi in vlt. q. tract. de congrua portio.

Imperator venit militum appellatione. ¶ A simili dicit glo. militum appellatione venire Imperatorem, tanquam militum caput, & quia seipsum vocat commilitonem, in l. 1. ff. de militar. testam. Et vniuersitatis appellatione rector comprehendetur in fauorabilibus, prout docent doct. in proœmio decretal.

¶ An verò capituli appellatione veniat caput, vtpote decanus, archidiaconus, vel alius: & an sufficiat exprimere capitulum in mandatis & nominationibus, scripsi in tract. nominatio. q. 8. in fi.

Princeps delicti. ¶ Interdum à Iurisconsultis auctor delicti princeps delicti vocatur, l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrupto.

Princeps ciuitatis. ¶ Adhæc magistratus ciuitatis vocatur princeps in l. spadonem. §. si ciuitatis princeps, id est magistratus. ff. de excusationib. tutor. & principem senatus vocat Cicero ad Attic. prę fidem, vel qui primæ est sententiæ.

Princeps senatus. *Principalis, id est præcipuus.* ¶ Inde principalis, id est præcipuus, in l. si quis nec causam. ff. si certum peta. Bar. in l. ambitiosa. & ibi addidi. ff. de decret. ab ordi. faciend. scripsi in tract. de senten. prouisio. artic. 1. glo. sexta. Principalis etiam auctoritas dicitur, id est principis. l. hereditas. in fi. ff. de petitio. heredita. ibi, quamuis enim stricto iure nulla teneantur actione heredes ad monumentum faciendum, tamen principali vel pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis.

Principalis auctoritas. *Familiæ nomẽ quomodo pro materia subiecta exponendum.* ¶ Verum cum tot sint & tam diuersæ familiæ significationes, quæro si reperiatur hoc verbum familiæ in iure, vel in statutis, ordinationibus, seu aliis constitutionibus, quomodo accipietur? Respondeo multum esse difficile singulos casus separare: quamobrem inspicienda erit materia, & secundum eam interpretandum familiæ verbum. nempe si testator voluerit domum in familia remanere, comprehenduntur tam agnati quàm cognati, habita ratione proximitatis. l. fi. C. eod. & de hac intelligetur familia, vt probat Alexand. consil. 113. vol. 6.

¶ Adhæc si quis maritum filiæ suæ alere promiserit duos annos cum sua familia, intelligetur de personis marito & vxori necessariis, vtpote de famulis, ancillis, & nutrice, si filium anniculum habeant, non quod quotidie possit inuitare exteros, sicut nec conuictor. doct. notant in d. l. finali, & Barba. in repetitione l. cum acutissimi. colum. 59. Cod. de fideicommissis.

¶ Et sicut hic paterfamilias debet prouidere familiæ in cibo corporali, sic in cibo spirituali. Et si quis suorum maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior, 1. ad Timoth. 5. c.

¶ Idem si quis concessit Titio vt ex nemore lignum capere possit pro se & familia, intelligitur pro necessariis sibi personis, & cohabitantibus, vt scribunt doct. in §. æque. Insti. de actio. Cepol. in tract. de seruitu. vrbanor. prædior. q. 50. idem dicentes in eo qui promisit coquere pro Titio & familia. notant Moder. in c. cum ecclesia. de caus. possessio. etiam vnus familiæ nomine continetur, l. 1. §. sed verius. ff. de vi & vi arma. l. fin. C. de verbor. significa. Boer. in decis. Burdegal. q. 213. dominus de Stissago, scripsi in l. detestatio. §. fi. supra eod. Et valet statutum quod pro delicto vnius de familia omnes teneantur, vt alij prouideant: tex. vbi Bar. & patruus meus Rebuff. in l. iure. C. de fabricen. lib. 11. vbi plenius videte.

§. Fœminarum liberos in familia earum non esse palam est: quia qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur.

Liberi de familia matris nō censentur.

¶ Liberi non sunt de familia matris, sed patris: & qui nascuntur, familiam patris, non matris sequuntur. ex quo tex. pater quod postquam de familia matris non sunt, nobiles dici non possunt ex parte matris, si pater non fuerit nobilis. siquidem nubendo plebeio perdidit nobilitatem, l. fœminæ. ff. de senator. non potest. ergo mulier dare quod non habet, l. nullus. & l. exemplo. C. de decurio. tractaui plenius in §. cum vero. de collatio. in nostris commentar. ad concordata.

Filij non debēt à matre nominari.

¶ Secundò filij non debent à matre nominari, sed à patre, c. Raynaldus Peponis filius. de testam. Doct. no. in c. Raynutius. ibidem.

Fœminæ non habēt filios sub potestate.

¶ Tertiò liberi non sunt in potestate matris: quia fœminę non habent filios sub potestate, §. fœminæ. Insti. de adoptionib.

Patris priuilegiis & honore filij gaudent.

¶ Quartò filij gaudent priuilegiis & honore patris, l. ne diutius. vbi patruus meus Rebuff. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. filiam. ff. de senatorib.

Filij sequuntur patrē quoad originem.

¶ Quintò quoad originem filij sequuntur patrem, nisi concessum aliud fuerit ex priuilegio. l. 1. ff. ad municipal. Et nisi fuerint illegitimi, qui matrem sequuntur. l. cum legitimę. ff. de statu homi. quia mater est certa, l. quia. ff. de in ius vocand.

Filij matrem sequuntur quoad conditionē.

¶ Sextò filij sequuntur matrem quantum ad statum & conditionem: quippe si fuerit mater serua, filij quoque eius serui erunt, §. 1. Inst. de ingenuis. l. partum. C. de rei vindica. Et in aliis casibus traditis per Bened. in repet. c. Raynutius. in princip. de testam. vbi plene videre licet.

Familiæ publica & priuata.

¶ Postremò non est omittendum in hac materia familiæ, quondam apud Romanos duplicem habitam fuisse familiam, publicam scilicet & priuatam. Publicam, quæ circa portus & muros erat dispositа, in cuius locum suffectus est hodie magister portuum & limitum apud nos, de quo dicam in l. vinculorum. infra eod. Alteram priuatam, quæ rebus priuatis præficiebatur, vt incendia vel mercede vel gratia extinguerent. l. 1. ff. de offic. præfect. vigil. alia scripsi in l. detestatio. §. familiæ. supra eod.

VLPIANVS LIB. II. AD EDICTVM.

Lex cxcvii.

Indicasse est detulisse, arguisse, accusasse, & conuicisse.

Indicare pro demonstrare.

¶ Indicare est quasi indicere, demonstrare, denuntiare, arguere, accusare, conuincere.

Indicium, pro mercede data indicationis causa.

¶ Primum ergo indicare significat demonstrare, comprobat l. solent qui nouerunt seruos alicubi celari, indicare eos dominis. ff. de præscrip. verb. l. qui vas. §. qui furem nouit, siue indicet eum siue non indicet, fur non est. ff. de furtis, vbi postea dicit, multum interesse, furem quis celet, an non indicet: qui nouit, furti non tenetur, qui celat hoc ipso tenetur. facit l. quos nos. ibi, indicantes. inf. eo. Vnde indiciū dicitur merces data indicationis gratia, l. 4. §. si tibi indicium dedero vt fugitiuum seruum meum indices. ff. de condict. ob turpem caus. vnde per illum tex. colligunt doct. quod non tenetur quis indicare furem aut alium delinquentem. ideóque licitum est accipere mercedem pro indicando: nec turpiter dicitur quis accipere: quamobrem nec ab eo repeti potest. secus si acceperit vt non indicet: tunc enim ab eo qui accipit repetitur per condictionem ob turpem causam: siquidem turpiter accipit, d. §. si indicium. & l. seq. ibidem. Alias indicium frequentius accipitur pro coniectura, præsumptione, vel argumento, vt doct. no. in l. de minore. §. tormenta. & l. fi. vbi Hippol. & Anto. Blanc. ff. de quæstio.

Indicare furē quādo quis teneatur.

¶ Ceterum perdit officium hæc regula, quod quis non teneatur furem indicare, scilicet quando factum esset præceptum à iudice, & proclama vt quilibet teneretur indicare hæreticum, furem, aut alium scelestum hominem: tunc enim obtemperandum esset & indicandum. glo. & ibi Ias. in d. §. si tibi indicium. Quemadmodum ab officialibus conceduntur monitiones de occultis contra scientes, & non reuelantes. itaque tunc qui sciens non reuelat excommunicatur, per c. si sacerdos. de offic. ordinar. & c. fi. de constitu. in 6. vbi plene Philip. Probus de his monitoriis tractat. verum ante istam monitionem non indicans furem non tenetur etiam de iure canonico: licet contrarium teneat glo. in c. qui cum fure. de furt. & in c. quod quidam. 1. q. 1. & Ias. in d. §. si tibi indicii. nec quidem in foro conscientiæ peccat furem non indicans: quippe non hoc præcipitur, nisi forte quis seruare voluerit monitionem euangelicā. nam si monitus eo casu pertinax fuerit in suo peccato, monentis est denuntiare ecclesiæ iuxta c. nouit. de iudic. licet gl. in c. nemo. de simon. contrarium tenere videatur, quę debet intelligi quærente possessore, vt in d. c. qui furem. si quis enim quærenti domino mentiatur, peccat ratione mendacij: sed nemine quærente, non tenetur indicare.

¶ Quod

¶ Quod tamen intelligerem non procedere in enormibus, vtpote hæresis, maiestatis, & proditionis criminibus: in quibus sciens delictum hoc committendum reuelare tenetur, propter magnum periculum, teste Bar. in l. vtrum. ff. de parricid. & l. 1. §. occisorem. ad senatusconsul. Silan. secus in commisso, nisi plene valeat probari. d. l. vtrum.

Pretium pro re inuenta non potest quis licite accipere.

¶ Ceterum pro re inuenta non potest quis licite pretium accipere, nisi gratis illi & mera liberalitate datum sit: sed pro re quærenda & inuenienda fic. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. vbi Bar. l. nauis. §. sed si nauis. ad legem Rhodiam de iactu, Angel. in §. fin. Insti. de rerum diuis.

Indicare pro æstimare.

Indicatio pro æstimatione seu assertione.

¶ Indicare quoque significat pretium constituere, æstimare, quod vulgò dicimus appretiare: inde indicatum vinum, id est appretiatum. Et indicatio, æstimatio est atque probatio. l. Iulianus. §. quod autem. in fi. ibi, non debuit facilis esse ad temerariam indicationem. vbi Budæ. ff. de actio. emp. dicens indicare vendentis esse, mercari & liceri emptoris. Ego verò non improbarem quidem in hoc auctoritatem Budæi, quin hæc sit significatio & frequentissima apud rhetores, nec tamen ita videtur accipienda in illo §. quod autem. sed pro assertione indicatio sumetur. siquidem ibi venditor rem suam æstimando non temere agit. nam potest emptor detrahere ex illo pretio, alias non emere, l. si voluntate. C. de rescind. venditio. sed male facit asseuerando quod ignorat, ideóque Iurisconsul. ibi dicit, non debere esse facilem ad temerariamē indication, id est assertionem, vt latius dicam in meis no. interpret.

Indicere.

¶ Est tamen differentia inter indicare primę coniugationis, & indicere tertię: quia indicere est denuntiare, vt indicere bellum: etiam indicendo statuere, vt iudex indicit mulctam, l. aliud est fraus. §. fi. supra eod. & Rex indicit pecuniam populo, quasi statuendo præcipit pecuniam dare. Et indicit supplicationes Episcopus Clero, id est denuntiando præcipit vt fiant. Hinc indicere operas seruo, id est imponere, quales operas præstari sibi vult dominus, & eas præcipere soluendas, l. vt iurisiurandi. l. libertus. & l. imponi. ff. de oper. libertor.

Indicere viduitatem puellæ an posit testator.

¶ Et testator si indicat viduitatem, id est præcipiat legando puellæ, seu vxori ne nubat, non valet præceptum: sed tollitur in titul. C. de indicta viduita. tollend. Bened. in repet. c. Raynutius. in verb. cuidam Petro. in princip. de testam.

Indictiones & indicta.

¶ Inde indictiones, seu indicta collectæ vocantur, l. indictiones. de anno. & tribut. lib. 10. & in rub. de indictio. ibidem.

Superindicta.

¶ Superindictum, quod vltra indictum imponitur, vt in titul. C. de superindicto. eod. lib. vbi vocatur tributum auctū. multa super hoc iactant doct. in rub. C. de anno. & tribut. li. 10. & do. Ioan. Maurit egregius consiliarius in senatu Burgundiæ in repet. l. vnic. C. quo loco mulieres munera subire soleant. lib. 10. pag. 40. versic. affertur.

Indicta causa damnati.

¶ Alias indicta causa damnati dicuntur qui absentes non auditi sunt condemnati, teste Budæ. in annota. posterio. ad l. 2. ff. de custod. & exhibitio. reor. non ab indico, sed à supino dictum dictu. indicta enim causa dicitur quasi non dicta.

¶ De verb. inducere scripsi in l. qui neque. supra eod.

Reus, quis.

¶ Sequitur in text. *reum.* Reos dicimus teste Nonio Marcello non solum crimini & culpæ obnoxios, sed etiam honestę rei, vel voti debitores promissi, à re quam debent deductum. l. nihil. in fin. ibi, eiusdem pecuniæ reus fuerat. ff. de inof. testam. l. 1. ff. de duob. reis. vnde Iurisconsul. ait confessum reum in criminalibus, l. cuiusque. in fin. ff. ad legem Iul. maiesta. sic & in ciuilibus pecuniæ reum. l. seruus si heredi. in fin. ff. de statuliber. l. heres. §. cum tu. & l. Vranius. §. 1. de fideiussor.

Reus pro debitore.

¶ Reum à re quam debet etiam vocat tex. in l. si debitori. ibi, post condemnationem reis indultum est. ff. de iudic. vbi scripsi. facit l. fi. in princip. ibi, & si reus non ignorauerit. quæ in fraud. creditor. l. delegare. de nouatio. l. Iulianus. in fi. de verbor. obligatio.

Reus pro fideiussore.

¶ Reum heredem pro debitore vocat l. heres. §. quod si stipulator. de fideiussorib. Et fideiussorem loco rei. l. si plures. in fi. & l. ex persona. ibidem. Sic etiam fideiussor vocatur reus, in l. 1. §. iubet. ff. de collatio. bonor. ibi, & reis & pignoribus recte de collatione caueri. iuncta l. habere. §. cautum intelligitur, siue personis siue fideiussoribus cautum sit. supra eod. & l. 1. §. exceptiones. quarum rerum actio non datur.

Reus stipulandi.

Reus promittendi.

¶ Et non solum re dicitur reus obligatus, sed etiā verbis, l. & per iusiurandum. §. & si fideiussorem. ff. de acceptila. l. penul. iudica. solui. l. quod dictum. de pact. inde cui promittitur reus stipulandi dicitur, & is qui promittit reus promittendi habetur, in l. 1. ff. de duob. reis. & l. stipulatio non valet, & l. ex ea parte. §. in insulam. de verbor. obligatio. l. amissi. de pignor. l. si fideiussorem. de condict. indeb. & passim per totum titul. ff. C. & Institutio. de duob. reis.

Promissor. Stipulator.

¶ Sic promissor qui promittit, & cui stipulatur, stipulator. l. 4. in fi. & l. seq. in fi. ff. de verbor. obligatio. Ad promissor verò dicitur fideiussor, l. in omnibus. ff. de solutio. dixi in l. sponsio. supra eod.

Duo rei stipulandi.

¶ Adhæc si res mihi & tibi promittatur, dicimur duo rei stipulandi, vt in titul. de duob. reis stipuland. & l. si duo rei stipulandi. ff. si quis cautio. si verò duo insolidum eandem pe-

Duo rei promittendi.

cunſtam promittant,duo rei promittendi ſunt,ſecus ſi ſeparatim,vt in §.1. eod.l.1.& 2.ff.rem fatam haberi.d.l.ſi duo.§.1.ſi verò duo credant,duo rei credendi ſunt.l. ſi duo. ff. de arbitr.

¶ Puto verò duos vocari etiam ſi tres vel decem promiſerint,aut ſi viris centum promiſ ſum ſit.§.1.& ſeq.Inſti.de duob.reis, firmat glo. in rub. ff. eod. ſicut dicuntur ſecundæ nuptiæ omnes poſt primas:vt in rub.C.de ſec.nupt.& in rub.de vulg.per iurium interpretes.

¶ Hinc quoque duo rei debendi vocantur qui rem eandem inſolidum debent, l. ſi duo. in fi. ff. de arbitr. tuncque poteſt eorum quilibet inſolidum conueniri ac condemnari,per totum titul.ff.& C.de duob.reis.

Reus ſatiſdandi.

¶ Item reus ſatiſdandi dicitur qui ſatiſdedit pro aliquo,vel eius fideiuſſor extitit,vt ſcripſi in l.ſatiſdationis.ſupra eod.& reciproce reus ſatis accipiendi qui promiſſores alieni debiti,vel facti,& fideiuſſores accepit.l.qui hominem.§.quidam.ibi,dici poteſt quotiens reus ſatiſdandi reo ſatisaccipiendi heres extiterit. ff. de ſolutio.

Reus ſatiſaccipiendi.

Reus criminis.

¶ Dicitur etiam reus criminis , criminoſus , ſceleſtus, l. defuncto eo qui fuit reus criminis,&c.ff.de public.iudic.l.ſi quis reum criminis.de cuſtod.reor.

Reus capitis.

¶ Reus capitis,id eſt accuſatus de capitali crimine,ſeu notatus,l. penul. ff. de accuſatio. l.ſed & ſi quis.§.illud.ſi quis cautio.ibi,illud ſciendum eſt eum qui idcirco non ſtetit , quia capitis reus factus eſt. l. capitis.de fideiuſſor. Alias vocatur reus capitalis criminis. in l. qui cum vno.§.reus.ff.de re militar.l.bonafides. depoſiti.

Reus homicidij.

¶ Reus homicidij,pro homicida,l.ſi.circa fin.ff.de cuſt. reor. vel qui accuſatus eſt homicidij.& idem in aliis dicemus,vt reus lenocinij.l.2.§.ideo.ff.de adul.l.proſpexit.qui &à quib.

Reus lenocinij.

Reus ſepulcrorum violatorum.

¶ Reus ſepulcrorum,qui ſepulcrum violauit.l.ſi.ff.de ſepulcro viola.

Reus falſi.

¶ Reus falſi,l.cum falſi reus.de falſ.Reus ſtellionatus,l.3.§.ſed & ſi quis. ff.de crimi. ſtelliona.l.cum quidam.de iure fiſci.Reus culpę,l.idem iuris.in princip.ff.ad legem Aquil.qui videlicet in culpa eſt.

Reus ſtellionatus.

Reus culpæ.

Reus, de cuius re diſceptatur.

¶ Et generaliter apud veteres dicebantur rei hi omnes,de quorum re diſceptatur,vt Cicero de Oratore teſtatur.vnde reus ſtipulandi & reus promittendi.hinc & conuentionales ſtipulationes ſunt quę ex conuentione reorum fiunt , reorum appellatione contrahentes intelligens , l. quinta. ff.de verbor. obligatio. ſed & quandoque Reus pro atrocitate facti ſumitur , ſecundum Alcia.in lib.2.Parerg.c.10.

Stipulationes conuentionales.

Reum dare.

¶ Reum dare eſt aliquem debitorem delegare , id eſt debitorem concedere creditori ad ſoluendum id in quo debitor obligatus eſt,l.ſi rem.§.omnis.ff.de pignoratit.actio.l.delegare.de nouatio.l.apud Celſum.§.item quæritur.3.de doli exceptio.l. cum ſeruus. ff. de verbor.obliga.& l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in fi.ibidem.ſuperius dixi in l.verbum exactę.

¶ Reum accipere dicitur creditor qui alicuius obligationem recipit,l.ſi vero.§.1.ff.ſoluto matrimo.ibi,ſed & ſi reum maritus acceperit,expromiſſorem ve. Aliis præterea modis vocatur Reus pro qualitate adiuncti,quod facillime ex prædictis intelligere licebit.

Reatus pro culpa.

¶ Inde Reatus deducitur , qui ſumitur interdum pro crimine , ſiue culpa : quemadmodum accipit Imperator in l.1.C.de Iudæis,& in l.1.C.vbi ſenator.vel clariſsimi, dicens reatum excludere omnem honorem.Et ſic frequentius capitur in iure canonico. c. 2. de foro competen.c.teſtimonium.de teſtib.c.per veſtras.de donatio.inter vir.& vxor.c.illa.de accuſatio. vbi Feli. inter culpam & reatum aſsignat differentiam , vt reatus delictum cum dolo denotet.Culpa autem ponitur pro negligentia non doloſa: quod tamen non putarem ſimpliciter eſſe verum.ſiquidem culpa generale nomen eſt,teſte Bart.in l.quod Nerua.ff.depoſiti:ob id comprehendit tam dolum quàm negligentiam.reatum ergo continebit tanquam ſpeciem culpæ.ſic etiam culpa reatum parit , vt plenè ſcribam in l. latæ culpæ. infra eod. Et aliquando reatum pro veniali peccato exponit gl. in c.teſtamentũ.6.diſt.videte & iudicate.

Reatus & culpa quid differant.

Reatus pro defectu.

¶ Interdum pro defectu,in c.innotuit. de electio. iuncta glo. ibi,ſed reatus ſemper culpa eſt.ideo ſufficit prima expoſitio.

Reatus pro cõditione reorũ.

¶ Quandoque reatus dicitur ſtatus ſeu conditio reorum , & qualitas , quaſi ratus reus, id eſt arbitratus,quod eſt quando quis accuſatur,interim eius ſtatus & conditio reatus appellatur:& in reatu eſſe , id eſt in ſtatu reorum. ſic in reatu conſtitutus bona ſua poteſt adminiſtrare,l.aufertur in reatu. ff. de iure fiſci. Et ſi pater in reatu criminis eſt , filiis impedimento ad honores eſſe non debet.l.3.§.quod ſi pater.de munerib.& honorib.

¶ Adhæc ſi diutino tempore quis in reatu fuerit,id eſt in ſtatu,& conditione rei,vtpote in carceribus,& in ſqualore carceris,aliquatenus pœna eius ſubleuanda erit,id eſt alleuianda, quod poſtea tex. declarat. ſic etiam conſtitutum eſt non eodem modo puniendos eſſe, qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti ſententiam accipiunt,l.ſi diutino.ff.de pœnis.eſt autem Reatus habitus ipſe reorum, vt cum ſqualidi prolixa barba de ſalute litigant,& rerum ſuarum anxij ſatagunt,Alcia.lib.1.ſupra,& in lib.2.Parerg. c. 10. vnde dicit Papa in c.cum dilecti. de accuſa. ibi,ex labore tamen & pudore punitus,quos propter hanc cauſam incurrit,huiuſmodi leuis,culpa leuiter ei valeat indulgeri.

In reatu qui de cedit , integri ſtatus decedit.

¶ Item is qui in reatu decedit, integri ſtatus decedit, l.ſi.ff.ad legem Iul.maieſta.fraudis §.fraudis. de bonis damnator. vbi ſic ait:fraudis autem cauſa adoptio facta videtur , etiam ſi non in reatu,ſed in deſperatione rerum per conſcientiam metu imminentis accuſationis quis adoptet in hoc,vt ex bonis,quę ſe amiſſurum cogitat,portio detrahatur.Et ita demum bona eius qui in reatu mortem ſibi conſciuerit,fiſco vindicanda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit,vt ſi damnaretur, morte aut deportatione afficiendus eſſet. ergo ante damnationem eſt in reatu.l.ſi.§.1.de bonis eor.qui ante ſenten.mortem ſibi conſciuer. & idem habetur in §.fin.ibi,in reatu deceſſerit.& in l.fin.C.illo titul.ſic intelligit Budæ. in ſecund. annotatio. in Pandect. dicens Iuriſperitos erraſſe qui reatum pro crimine acceperunt , idem confirmans in commentar. linguæ Græcæ in princip. quem ſequitur do.Corraſ. lib. 2. Miſcella. c.20.ſed videte iura C.in contrarium.

Reatus pro pœna.

¶ Interdum quoque reatus pro pœna accipitur, in authen. de inceſtis nupt. in princip. collа.2.ibi , vt neceſsitas ſit eos quidem qui peccant ſine reatu eſſe , eos autem qui innoxij ſunt,tanquam peccantes puniri:vbi glo.ſic exponit.

Inter reos receptus, quis dicatur.

¶ Receptus inter reos dicitur tunc reus,quando reiectis exceptionibus declinatoriis dilatoriiſque iudex in cauſa procedendum eſſe pronuntiat , teſte Bar. & aliis in l. is qui reus. ff.de public.iudic.vbi in criminalibus loquimur de reo,intelligimus de accuſato,vel de delinquente, l.veſtem ſordidam rei nomine. ff. de iniur. ſi verò in ciuilibus , intelligimus de debitore vel de conuento in ius,l.ſtipulatio iſta.§.ſicut. ibi , ex parte rei , ibidem. & l. eum qui.in fin.ibidem.l.properandum.C.de iudic.

Rei nomen in criminalibus, & ciuilibus quomodo ſumatur.

¶ Et reus principalis dicitur ad differentiam fideiuſſoris,vel alterius,qui alieno nomine ſe obligat.l.minor.6.ff.de minor.

Reus principalis.

Deferre reum.

¶ *Detuliſſe.* Deferre reum eſt denuntiare , accuſare , l. delator. & l. deferre ff. de iure fiſci. abunde ſcripſi in l.delata ſupra eod.

Arguere.

¶ *Arguiſſe* , id eſt argumentis & probationibus reum conuiciſſe. Arguere ſiquidem eſt demonſtrare & argumentis probare crimen commiſſum,l.licet.§.fin. ff. nautæ,caupo. ſtabular.ibi,vt certi hominis factum arguamus.l.2.ad legem Iul.repetund.& l.de tutela. C. de in integrum reſti.l.3.de adulter.ibi,niſi pater maritum infamem arguat.l.deſiderium.C.depoſiti.l.ſi voluntate.C.de reſcind.venditio.l.ſi filius familias.ibi,euidens arguatur eius ſententia.ff.de iudic.l.cum mater.in fin. ibi, nam cum inofficioſum teſtamentum arguitur. de inofficioſ.teſtam.l.ſolent.in fi.ff.de præſcrip.verb. & quod liquido conſtare non poteſt argumentis cognoſcitur.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re militari.l.denuntiaſſe.§.fi.ibi , falſis argumentis.de adulter.

Arguere quis non dicitur, niſi conuincat.

¶ Quod facit ad quæſtionem ſequentem : ſi ſtatuto cautum fuerit vt ſi quis arguerit aliquem de hæreſi,conſequatur certum præmium,ſi quidem denuntiauerit , at non probauerit , non habebit præmium : quippe non dicitur arguere,niſi quoque eum conuincat , l. ſi quis in graui.§.ſi ex ſtipulatu.ff.de ſenatuſconſul. Silan. l. 2. C. quib. ex cauſ.ſerui pro præmio.vbi Alberic.& in l.diuus Adrianus.col.2.in glo.1.ff.de cuſtod.reor.vbi dicit generalem conſuetudinem ita interpretari,quæ in iudiciis ſeruanda eſt,& ſic debet intelligi.

Arguere pro reprehendere.

¶ Interdum arguere pro reprehendere,monere, c.qualiter & quando.2.de accuſa.verſic. & quia non poſſunt omnibus complacere , cum ex officio ſuo teneantur non ſolum arguere,ſed etiam increpare.

Arguere pro accuſare.

¶ Arguere pro accuſare ponitur,vt hic declaratur,& probat l.diuus.2. circa medium. ff. de cuſtod.reor.ibi,ſi quis erit qui eum arguat.l.lege.§.item diuus.de ſicar.§.impuberes.Inſt. de ſuſpect.tutor.

Arguere pro argumentari.

¶ Etiam arguere eſt argumentari : inde argumentum dicitur quaſi argute inuentum, quòd argute inuentum ſit. Et de iure ciuili duo debet habere , quòd ſcilicet concludat neceſſariò,& generaliter.neceſſariò , vt in l.neque natales. C. de probat. cap. in præſentia. de probatio. Generaliter verò concludere debet,l.ſi remunerandi.§.ſi cui.ff.manda.l.non omnium.ff.de legib.teſtis eſt Alber.in verb.argumentum.Iure autem canonico ad hoc vt concludat argumentum exigit tria:primò quod religioni conueniat: ſecundò quod diſciplinæ congruat: tertiò quòd ſaluti proficiat.text.in c. conſuetudo.1.diſtinct. & quibus modis arguatur in iure ſcribit Bal. in l. conuenticula. C. de epiſcop. & cleric. & Euerard. in locis legalib.ac Cantiuncula in topica,& Hegendorph.in dialect.legali,ac Petrus Andræ Gamarus in ſua dialect.legali.

Argumentum duo debet habere de iure ciuili.

Argumentum vt concludat iure canonico quid exigat.

Conuincere.

¶ Sequitur in tex. *Accuſaſſe & conuiciſſe.* Et ſic qui debet aliquem accuſare, debet eum denuntiare,accuſare & conuincere. Conuincere autem aliquem eſt teſtibus vincere,vt no. glo.in l.fin.C.de compenſ.facit tex.in l.2.C.quor.appel. non recipiant.tamen glo. dicit hic poſſe cõuinci per confeſsionem, per iudicia,aut alias,vt probat iſte tex.Panor.& alij in c.at ſi clerici.de iudic.Hinc dicimus conuictum, Gallicè *attaint & conuaincu.* Et proprie per teſtes,inſtrumenta,& alia argumenta,non per confeſsionem:ſiquidem per confeſsionem ſuperatus alio nomine & vſu communi loquendi dicitur confeſſus . quod ſubſeruiet ad declarationem multarum ordinationum Regiarum.

Confeſſus.

Præmium indicanti quomõ do detur.

¶ Insuper est notandum quod si detur præmium indicanti bona alicuius, quod is qui ea demonstrat, probare debet ad illum pertinere, & sic cõuincere illum super his bonis: alio qui non habebit præmium. doct. in l. 4. §. si tibi. ff. de condict. ob turpem caus. vbi plene doct. Sic igitur hæreticorum delatores consequi debent tertiam partem bonorum, veluti cautum est in consti. Reg. in titul. *des Lutheriens.* ordi. 9. artic. 31. intelligendo vt hic.

IDEM LIB. II. DE OMNIBVS TRIBVNALIBVS.

LEX CXCVIII.

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, non solum ea, quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si prætoria voluptati tantum deseruientia: quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia.

¶ Omnia ædificia tam in ciuitatibus quàm in oppidis, vel in villis cõstructa, etiam si stabula, vel voluptatis gratia facta sint, dicuntur vrbana prædia, & horti in ędificio superstructi: secus si horti consistant in reditu, vt linarij & olitorij. hoc in summa vult tex. declarando quæ superius dicta sunt in l. vrbana familia. supra eod. nempe quod ibi generaliter dictum fuerat rustica prædia ea esse quæ ruri sunt, vrbana quę in vrbe, declarat iste tex. hortos nihilominus contineri appellatione vrbanorum, cum videlicet in reditu non consistunt: alias inter rustica connumerantur, vt inferius dicetur.

Ædificium quid.

¶ *Ædificium* ab æde & facio dictum existimat Varro. Et sic omne ædificium gratia vsus hominis factum, vrbanum prædium vocatur. sic & tabernæ appellatione declarat Iurisconsul. omne vtile ad habitandum ædificium venire, l. tabernę. supra eod.

Ædes in plurali.

¶ Et ędium appellatione continetur omnis species ędificij, l. qui ędes. in fi. ff. de incend. ruina, & naufrag. l. ambitiosa. de decret. ab ord. faciend. l. tigni. supra eod. l. eleganter. §. non solum. ibi, ędificia diruit. de dolo. l. & si forte. ibi, deposuerit ędificium. si seruit. vindicet. Lucas de Penna in l. maximarum. col. 2. C. de excusatio. muner. lib. 10. Adhęc appellatio ędificij aut superficiem significat, aut solum quoque, cui ędificium superpositum est, l. si fundum sub conditione. §. qui fundum. ff. de lega. 1.

Ædes in singulari.

¶ Sed quamuis ędes prędia vrbana dicantur, interdum tamen Iurisconsul. exprimit ędes, & vrbanum prędium, scilicet elucidationis vberioris gratia, l. eorum. in fi. ff. de damno infecto. sicuti licet ędes in singulari pro sacra dicatur communius, nihilominus Iurisconsul. etiam ędem sacram dicit, in l. æde sacra. ff. de contrah. emptio. & in l. si reus. ibi, in æde sacra deponi. de procurator. l. stipulatio ista. in fi. de verbor. oblig. Et ędes sacras, in l. si in aliquam ff. de offic. proconsul.

¶ Aedem quoque in singulari numero etiam pro domo sæpe apud auctores probatos inueniri testatur Alexand. in lib. Genial. sexto c. 9. videte l. 1. §. apud Iulia. ibi, oportere igitur rem deponi in ędem aliquã, donec de hereditate iudicetur. & l. ei apud. in fi. ff. depositi.

Ædicula.

¶ Diminutiuum autem est ædicula, id est ædis sacræ appendix, vt docet Budæ. per illum tex. in l. sacrilegij. 2. in princip. ff. ad legem Iul. pecula. sed in meis no. interpreta. clarè demonstro vix id sustineri posse.

Ædificare.

¶ Hinc verbum ædificare est proprie ędes facere: veruntamen interdum ponitur & refertur ad quoduis aliud genus constructionis, veluti nauem ædificare dicit Iurisconsul. in l. aufertur. §. quod à præside. ff. de iure fisci. & sepulchrorum gratia ędificare non solum qui nouum opus molitur intelligendus est, verum is quoque qui vult reficere, l. 1. in fi. ff. de mortuo inferend. Adhęc insulam, id est domum ędificare, in l. sinautem. §. penul. ff. de rei vindica. & l. si ego. in fin. de Publicia. Ampla ędificia ędificare, in l. ex duobus. de negot. gest. Altius ędificare, l. 4. de seruitutib. vrba. prædior.

¶ *In oppidis.* quid sit oppidum Iurisconsul. docet in l. pupillus. §. oppidum. infra eod. vbi etiam scribam.

Stabulum pro hospitio.

¶ *Sed & si forte stabula sint.* A stando stabula dicuntur, & sunt diuersoria & hospitia in quibus peregrini longo tempore fessi stant, quæ veteres stabula dicebant, vulgo tabernę vocantur. l. si pecuniam. in fi. ibi, à ruina in stabulo oppressus, vel vehiculo obtritus. ff. de condict. caus. dat. l. lex Cornelia. §. tantum. ff. de iniur. ibi, tantum igitur ad meritoria vel stabula non pertinebit. §. item exercitor. de obliga. quę ex quasi delicto nascunt. Instit. Potest igitur capi stabulum etiam pro quacumque statione, seu habitatione, & pro loco in quo aliquis stare consueuit, Græci σταβλεῖον vocant: vnde & prostibulum dictum, locus ante stabula positus, in quo meretrices quęstus gratia copiosioris habendi, ex concurrentibus illuc aduenis manebant. hinc mulieres illę dictę sunt prostibulæ.

Prostibula.

Prostibulæ mulieres.

Stabulum, pro statione equorum.

¶ Alias verò & frequentius stabulum dicitur equorum, & aliorum animalium statio & locus, in quo degunt: & quamuis moderni vix in hac significatione putent reperiri apud Iurisconsultum,

Iurisconsultum, pluries tamen ego reperi, nempe in l. æquissimum. in fin. ibi, stabulum, quod erat domus iumentis & carrucis vacans. ff. de vsufruc. l. fi. ibi, qui à stabulo abegit domitum pecus. de abigeis. l. palam. ff. de ritu nuptiar. vbi glo. & l. fundi. § 1. ibi, nec interest in stabulo taceat sterquilinium, vel stramenta, an aceruus sit. de actio. emp. l. Seiæ. §. Tyrannæ. de fund. instruc. l. in omnibus. C. de curs. public. lib. 12.

Hara.

Equile.

Bouile.

Ouile, seu caula.

Caprile.

Stabulare.

¶ Præter hoc tamen generale stabuli vocabulum, specialia quoque nomina habent huiusmodi animalium loca pro vario animantium genere, scilicet quo sues concluduntur, hara dicitur: vbi equi, equile: vbi boues, bouile: & oues, ouile, siue caula: caprile à capris, Græcè ἔπαυλις vocatur, vel ὄπαυλις. Quæ quidem capræ sunt culturæ, potissimum arborum inimicę ac veneno, vt docet Varro lib. 1. de re rustica cap. 2.

¶ Et Græcè stabulare vel stabulari dicitur, ἐπαυλίζομαι, alias stare vel habitare, vel in stabulo collocare: vnde stabularius is est qui stabuli animalium curam exercet, vel hospes qui alios recipit, l. 1. §. caupones. & l. nauta. & in rub. ff. nautę, caupo. stabul. & in rub. furti aduers. nautas, caupo. stabularios. l. athletas. §. ait prætor. de his qui no. infam.

Meritoria loca

¶ Sequitur in tex. *vel alia meritoria.* Meritoria dicuntur loca quæ gratia quæstus locantur, & multoties pro tabernis seu hospitiis, in quæ viatores diuertunt. Dicta sunt autem meritoria à mercede, teste Valla lib. 4. cap. 10. facit l. lex Cornelia. §. tantum. ff. de iniur. Et cum constituto tempore ex habitatione cum suis rebus discedunt inquilini, migrare dicuntur, vt in l. 1. ff. de migrando. Et conductoribus olim erat consuetum Calendis Quintilibus, id est Iuliis migrare. is enim dies conductionum erat primus, vt vult Cicero lib. 2. ad Quintum fratrem. & sic intelligetur l. cum in plures. ff. loca. & l. qui balneum. qui potior. in pignor. habeant. quod elucidat Budæ. in l. vlt. ff. de Senator. & Augusti. de emenda. iuris lib. 4. cap. 14. dixi ego in primo tomo commentar. in consti. Reg. in tract. de liter. obligator. artic. sexto.

Migrare.

Dies migrandi olim constitutus.

Taberna meritoria.

¶ Adhæc taberna meritoria est hospitium mercenarium, quo licet cuilibet danti mercedem introire. inde equi meritorij, qui locantur gratia quæstus. vnde Iurisconsul. in l. æquissimum. §. fin. ff. de vsufruc. sic ait: item si domus vsusfructus legatus sit, meritoria illic facere fructuarius non debet. Quod autem dicit meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diuersoria, vel fullonica appellantur: diuersoria capiens pro hospitio, vulgo *logis,* & fullonica, quæ ad fullonem spectant, vt ars fullonica: volens dicere non posse locari exercenti illam artem fullonicam vilem & fœtidam.

Merere, pro mercede alicui inseruire.

¶ Nempe merere est mercede alicui inseruire & operari. inde miles ibi domicilium habere videtur, vbi meret, id est vbi stipendiis militat, etsi nihil in patria possideat. l. municeps. ff. ad municipal. mandatis milites prohibebantur in ea prouincia in qua stipendia mererent vxorem ducere. l. præfectus. & l. eos. ff. de ritu nuptiar. De hoc verbo loquitur Iurisconsul. in l. 3. §. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxor. & l. miles. & l. item miles. de re iudica. Ita quoque meretrix à merendo, quod mercede suam exerceat operam, cap. meretrices. 32. q. 4. mereor autem mereris alias significat dignum esse, vt mereris excusationem, id est dignus es excusatione. l. verum. §. ex facto. ff. de minorib. inde meritum pro beneficio præstito, sicuti innumera extant exempla apud Cicero. & refert Valla lib. 5. c. 99.

Meretrix à merendo.

Mereri, id est dignum esse.

Merũ imperiũ.

¶ Merum imperium alias dicitur quasi purum, id est ab omni separatum mistura, l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. sic stipulationes prætoriç dicuntur, quę à mero prętoris officio proficiscuntur, hoc est solius prętoris iurisdictioni relinquuntur, non alterius iudicis, l. 5. de verborum obligationibus, Alciatus in lege prima, de prętoriis stipulationibus.

Prætoriũ pro loco, in quo Prætor ius dicit.

¶ Sequitur in tex. *vel si prætoria voluptati tantum deseruientia.* Prætorium locus est in quo prętor ius dicit, vt in Euangelio, non introierunt in prætorium vt non contaminarentur, sed manducarent Pascha. glo. in lege, omnes. C. de Episcop. & cleric.

Prætoriũ pro domo Prætoris.

¶ Secundò prætorium etiam vocatur domus in qua prætor habitat. & prætoris appellatione magistratus omnes continebantur, cui exercitus pareret, vt est apud Feneſtellam de magistratib. Roma.

Prætoris appellatio quid cõtineat.

Prætoriũ pro domo ampla & Regia.

¶ Tertiò prętorium significat domum amplam, magnificam, Regiam seu Imperialem. l. nulli iudicum qui prouincias regunt in ciuitatibus in quibus sacra palatia, aut prætoria sunt, liceat his relictis priuatorum sibi domos ad habitandum, veluti prætoria vindicare, sed sacratissima modis omnibus inhabitare palatia seu prętoria cogantur, vt hac necessitate compellantur eorum reparationi prouidere. C. de offic. rector. prouinc. Inde qui his pręsunt, præfecti prętorio vocantur, qualis est magnus magister hospitij Regij, teste Budęo in rub. ff. de offic. præfect. prętor. & prętorium etiam tabernaculum ducis exercitus dicitur, vt est apud Liuium & alios.

Præfectus prætorio.

Prætoriũ pro ducis tabernaculo.

¶ Quartò domus etiam priuatorum magnifice in agris constructa vocatur prętorium, l. plenum autem vsum habere debet, si & ville & prętorij ei relictus est. ff. de vsu & habita. l. 2. de seruitu. rusticor. prędior. l. prędiis. §. 1. de lega. 3. l. Titia. §. Gaius. ibi, prętorium vxoris vo-

Prætoriũ pro domo priuatorum magnifice constructa in agris.

tat.de lega.2.l.iniuriarum actio.§.si quem.ff.de iniur.ibi,ante prętorium meum piscari pro hibeam:vbi accipitur pro domo magnifica iuxta mare:quas domos ita magnificas in agris constructas vocant Galli *folies*. siquidem stultum est ruri tam culta ædificia habere sine reditibus.plus enim eis reficiendis impenditur,quàm possint emolumenti afferre.l.mediterranęę. C. de anno.& tribut. lib.10.

¶ Vrbana etiam castra dicit idem quod prætoria Iurisconsul. in l. si maritus. §. legis.vbi Budæ.ff.de adulter.

Prætoria via. ¶ Item via publica dicitur prætoria seu consularis,in l.2.§.viarum.ff.ne quid in loco publico,ibi, publicas vias dicimus quas Græci basilicas, nostri prætorias,alij consulares vias appellant.

Prætorius. Prætoriè ius. ¶ Inde prætorius quod est prætoris, seu quod ad prætorem pertinet, vt ius prætorium quod prætores introduxerunt,quod interdum honorarium dicitur, in l.ius autem. §. fin. cum l.seq.ff.de iustit.& iure,& in §.prætorum.Iusti.de iure natur.

Materia quid. ¶ Sequitur in textu, *Quia vrbanum prædium non locus facit, sed materia.* Materia dicta est quasi rei mater, quod ex ea efficiatur, Græcè ὕλη teste Luca in lege, maximarum. colum. secunda. C.de excusationib. muner. lib.10. vnde vult dicere text. hic, quod locus in quo ædificium constructum est, non facit vrbanum prædium, quippe non refert ruríne sit locus an in ciuitate ad discernendum vrbanum à rustico: sed materia, id est ædificium facit vrbanum prædium. Qualem autem materiam hic intelligere debeamus, nonnulli perperam interpretati sunt vrbanum prædium, intelligentes ex ea materia qua regulariter constant ædificia,lapidibus scilicet, calce,arena,gypso,& cæmentis,etiam si ruri cõstructa sint: si verò fierent ex materia rustica, vtpote ex terra, arundinibus, stramentis, & alia simili materia, ex qua regulariter construuntur villæ rusticæ, putarunt tunc demum dici rusticum. Sed econtra vanam eorum esse distinctionem patet: vt si appareat contrario modo quem ex hac materia rustica ædificium habitandi causa construxisse, nihilominus dicendum erit vrbanum ædificium,teste Alcia.quia non tam materiam inspicimus quàm patrisfamilias animum & ipsius destinationem. Sic igitur intelligemus locum solum seu aream etiam in ciuitate non facere vrbanum prędium, sed materiam, id est ędificium, seu ędificatum.nam eo ipso quod factum est ędificium, vrbanum vocatur prędium,per istum tex. dicentem, omnia ędificia vrbana dici prędia.

Vrbana prædia omnia ædificia dicuntur. ¶ Vnde regulam generalem eliciemus, omnia ędificia dici vrbana prędia. quippe cum totum dicat tex.nil excipit.quamobrem huic decisioni standum est, argum. legis, Iulia.ff. de lega.3.

¶ Amplia,etiam si illud ædificiũ esset solum,& ab aliis prorsus separatum, vt in via forte vel ruri, dum habitationis gratia factũ sit:quicquid in contrarium iactent recentiores.cum enim ait tex.*in oppido & villis*,non ita præcisè sunt hęc intelligenda, vt excludat cetera ędificia aliis in locis constructa.quid enim si in ciuitatibus? quamobrem interpretabimur hęc gratia exempli fuisse posita, non negando quin solę tabernæ etiam in loco prorsus ab aliis remoto dicantur ędificia vrbana, argum.authen.cassa. C. de sacrosanct.eccles.

¶ Nec refragatur nobis sententia contraria dicentium, non satis esse ędificia habitationis hominum gratia facta, nisi & ea iuncta sint continentibus ædificiis, per §.stabula.iuncto hoc tex.ibi,*in villis & vicis*:quia respondeo d.§. stabula.loqui in stabulo concludendis animalibus destinato: quemadmodum & in simili tex. noster hic loquitur de hortis quos præcipue gratia reditum inde cõligendorum habemus. Ceterum in aliis ędificiis contrarium patet ex hoc tex. & aliis in hac materia allegari solitis, vt l.cum prętor. ff. de iudic.

¶ Addunt ipsi locum non facere ędificium vrbanũ,sed materiam,scilicet continentium ædificiorum: vt si in continentibus ædificiis sint, statim vrbana dicantur. quod manifeste reprobatur per istum text. dicentem generaliter vrbana prędia omnia ędificia esse, non solum quæ sunt in oppidis, sed & in villis, & in vicis. siquidem villa proprie domus est extra vrbem etiam sola, prorsus separata, & ruri constructa.

Villa quid. ¶ Alias etiam sequeretur maxima absurditas, quod nulla prætoria aut etiam palatia principis (quæ passim videmus,& decet Regiam maiestatem separari à domibus priuatorum) vocari possent vrbana prædia,sed rustica, quemadmodũ etiam domus instar insulæ.

¶ Econtra etiam contingeret aliud absurdum, quod si ædificium iunctum esset horreis, vel aliis domibus rusticis, hæ domus rusticæ ratione illius continuitatis quam allegant, efficerent vrbanum prædium: quod quam ridiculum sit, patet. nam rusticum non potest facere vrbanum, argum.l.quod si nolit.§.qui mancipia. ff. de ædilit.edic.vbi glo.

Stabulum quo modo prædium vrbanum sit & rusticum. ¶ Quamobrem adhærendo primæ regulæ, eam quoque ampliabimus secundum nostrum tex. in stabulo gratia habitandi parato, vt tunc dicatur vrbanum prędium vbicumque situm fuerit, etiam si non in continentibus ædificiis. verum quoad stabulum solum concludendis animalibus paratum, intelligas non esse prędium vrbanum, nisi domui sit contiguum.l.eo iure.§.stabula.ff. quib. caus.pignus vel hypoth.tac.contrah.cuius

text.

tex. verba refero: stabula quę non sunt in continentibus ædificiis, quorum ea prædiorum numero habenda sunt,dubitari potest.& quidem vrbanorum sine dubio non sunt, cum à ceteris ædificiis separata sint.ratio naturalis est, quia stabulum sic acceptum fit gratia pecorum, quæ sunt in fructu & reditu.ideoque dicitur rusticũ,quando separatum est:sed quando contiguum,eo quod vrbano adhæret,vrbanum dicetur. l.quę religiosis.ff.de rei vindica. Et huius est sententiæ Cepol.in tract.de seruitu.vrbanor.prædior.cap. 11.& Alcia. hic,& communiter Doct.

Ædificia rustica quæ dicantur. ¶ Limitantur prædicta cum ædificia principaliter forent constructa fructuum & redituum gratia. nam argumento ducto ab hortis circa fin.text. ibi, *plurimum in reditu sunt*, ista quoque ædificia dicentur rustica. Idem si ad vsum rusticum esset constructum ædificium, per l.quemadmodum.ff. de supellectili lega. vbi sic scribit Labeo: Quemadmodum vrbanus seruus & rusticus distinguitur non loco, sed genere vsus: ita vrbana penus & supellex ad vsum vrbanum, nõ ad locum vrbanum, aut peregrinum dirigenda est:multumque interest penus & supellex ea quę in vrbe sit an vrbana legetur,vel promittatur.vnde supellex vrbana dicitur quę ad vsum vrbanum parata est, rustica quæ ad vsum rusticum.

§. Proinde hortos quoque siqui sunt in ædificiis constituti,dicendum est in vrbanorum appellatione contineri. planè si plurimum horti in reditu sunt (linarij forte vel etiam olitorij) magis hæc non sunt vrbana.

Hortus vnde. ¶ Horti dicuntur quod in eis semper aliquid oriatur.vnde inter octo agrorum genera vtiliorem putat hortum Lucas de Penna in l.vsum aquæ. col. penul. C. de aquæductu,lib. 11. Alias etiam veteres hortum latius accipiebant pro villa,quod ibi orirentur qui arma capere possent.vnde Plinius lib.19. c. 4.sic ait:duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa,semper in ea significatione hortus,in horti verò significatione heredium.

Hortus pro villa.

Hortus propriè quid. ¶ Propriè verò sumendo hortos quidam fiunt animi gratia tantum,& ad delectationem, l.æquissimum.§.fructuarius,ibi,& si forte voluptuarium fuerit prædium,viridaria,vel gestationes, vel deambulationes. ff.de vsufruc. Inde hortorum delicias, quod homines magnopere in eis sicut in studio docti delectentur, vocat Imperator in l. vsum aquæ. C. de aquæd.li.11.Et quia ex his hortis domus redditur salubrior & amœnior,si sint in ædificiis, id est intra ædificia, vel contigua, ob id inter vrbana computantur prædia, vt hic, & in l. prædiis.§. qui domum. ff. de lega. 3.vbi vendita domo venditur hortus intra continentia domus existens. Alias domum etiam ornatissimam sine hortis non domum, sed ergastulum,& tenebricosum carcerem, appellandam existimat Francisc. Crapald. lib. 1. de partib. ædium cap. 5. Quorum tamen hortorum inopiam excusarem apud Parisios ob hominum frequentiam. Et plenius de his hortis Bened. in cap. Raynutius.in verb. & hortum. de testam.quos primus perhibetur instituisse Epicurus philosophus voluptatis amantissimus, vt nobis testatur Cicero in lib.de natura Deorum.Et in hac significatione solet scribi cum aspirationis nota,ad differentiam verbi ortus,quod originem significat.

Hortos quis primus instituit.

Hortus in singulari, & horti in plurali, quid differant. ¶ Addunt alij differentiam,quòd hortus in singulari & plurali pro hortis olitoriis accipitur:in plurali verò pro arboribus consitis, teste Valla lib.3.c.9.quæ differentia non exacte seruatur.

¶ De his hortis loquitur tex.in l.1.§.adeundi.ff.quand. appelland. sit,& l.cum vsumfructum.Quib.mod.vsusfruc.amitta.& l.penul.de donatio.inter vir.& vxor.

¶ De viridariis scripsi in l.impensæ. in fin. supra eod.

¶ Sequitur in tex.versic. *plane si plurimum horti in reditu sunt, linarij forte, vel etiam olitorij*, &c. Tripliciter legitur iste tex.primò linarij à lino:quippe si hortus sit linarius, id est linum producens, hortus ille describendus est inter rustica prædia, quia principaliter ad reditus augendos colitur, vsuique rustico destinatus est. Alij habent lignarij, id est etiam si hortus sit lignarius, præcipuè videlicet ad reditum lignorum paratus, inter rustica connumerabitur,vt scripsi in l.carbonum. supra eod. l. ligni. de legat. 3. Interdum quoque legitur, vinearij, in quo scilicet est vinea. Sed vtcunque legatur si principaliter ad reditum augendum factus sit, vrbanus non est.

Vt horti vrbanorum appellatione contineantur, quot requirantur. ¶ Sic igitur duo requiruntur hîc,antequam vrbanorum appellatione contineantur horti: primò quod in ædificiis sint, id est intra ædificia, vel in continentibus ædificiis: & ita prorsus à domibus separati non continentur inter vrbana, vt patet ex principio huius §. proinde. id quidem in hortis intelligendo, non in ceteris ædificiis, quantumuis separatis & disgregatis: quippe locus non facit vrbanum prædium, sed materia, id est ædificium quod in hortis non est: alias ratione ædificij vrbanum est prædium.

¶ Secundò requiritur quod in reditu non sint, quemadmodum sunt olearij, linarij, olitorij, vel alij id genus,per hunc tex. in versic. plane si plurimum horti in reditu sunt:& tunc non sunt vrbana prædia.

¶ Olus

Olus. ¶ Olus oleris dicitur omnis herba quæ in vſu cibarij exercetur, ab alendo,a,in o,mutata dictum,eo quod veteres oleribus alerentur, antequam fruges vel carnes eſſent in vſu. Et de his oleribus loquitur tex.in l.plenum.§.Iubentius,alias Iuuentius.verſic. pomis autem *Olitor.* & oleribus, & floribus & lignis videndum.ff.de vſu & habita. inde olitor qui ortum colit, & exercet olus ac vendit: de quo extat parœmia, ſæpe olitor eſt opportuna locutus: & in *Hortulanus.* Euangelio nominatur hortulanus.

Olitorius. ¶ Olitorius adiectiuum,quod ad olera pertinet,vt hortus olitorius,in quo olus creſcit: & forum olitorium,in quo olus venditur, quod Romæ diu macellum vocitatum fuit. facit l.æquiſſimum. §. fructuarius. ibi, vt forte hortos olitorios faciat, vel quid aliud, quod ad reditum ſpectat.ff.de vſufruc.

¶ Nec omittendum lecturæ quoque diuerſitatem eſſe in princip. verſic. plane. & ſecundum antiquos libros lego ſic: *Plane ſi plurimum horti in reditu ſint.* cui lectioni melior congruit ſenſus, nempe ſi delectationis gratia magis quàm reditus hortus fiat, inter vrbana prædia computetur:ſecus ſi plurimum in reditu conſiſtat,per d.§.fructuarius.

¶ Alio modo legitur, *ſi plurium horti*: quæ lectio mea ſententia licet in idem reincidat, minus tamen quadrare videtur: imò quodammodo ſuperflua.quamobrem primæ adhærendum,legendo,plurimum,ſicut etiam legit Cepol.in tract.de ſeruitutib.vrbano.prædior.c.11.

¶ Hanc vero legem ne quis infructuoſam, aut ſolis hærentem verbis arbitretur, oſtendam non mediocris eſſe vtilitatis:ſiquidem primò ſeruiet ad declarationem titul. ff.de ſeruitutib. vrbanor. prædior. & ruſticor. prædior. Quod illę dicuntur ſeruitutes vrbanę ſiue *Seruitutes vrbanæ quæ.* prędiorum vrbanorum, quę debentur vrbanis prædiis: ruſticæ verò,quæ ruſticis prædiis. Quippe ſeruitus omnis denominatur à prædio dominante, tanquam à digniori. glo. & Doct.in verb.computanda.l.1.ff.de ſeruitutib.ruſticor.prædior.l.quæritur.ff.de ſtatu homi. Cepol.in tract.ſeruitu. vrbanæ. cap.11.Iaſ. in §. eque. col. 3. Inſti.de actio.Vrbanum autem prędium ſecundum noſtrum tex.appellamus omne ędificium,etiam ſi ruri ſit, vt patet hic, & l.1.ff.communia prædiorum.& §. prędiorum. Inſtit.de ſeruitu. l. et qui.in fin.de petitio. hereditа.

Prædium pro ædificio. ¶ Interdum quoque Iuriſconſul. vocat ædificium prędium, in l. ancillarum. in fin. ibi, nam & in multorum virorum prædiis honeſtorum lupanaria exercentur. ff. de petitione hereditа.

Seruitutes ruſticæ quæ. ¶ Ruſticæ ſeruitutes ſeu ruſticorum prædiorum ſunt, quæ ruſticis prædiis debentur, & per hoc intelligetur rub.ff.de ſeruitu. ruſticor. prædior. ſciendo prædium ruſticum id eſſe quòd gratia percipiendorum vel colligendorum fructuum fit, vel plurimum eſt in reditu, vt hic,& l.locus.in fin.ſupra eod.& ego ſcripſi in arbor.ſeruitutum. Alias Iuriſconſul.vocat ruſticas res,& ædes vrbanas,in l.tugurij.ſupra eod.

Horreũ,prædiũ vrbanum. ¶ Sic igitur horreum dicitur prædium vrbanum.l.ſi horreum.ff.in quib. cauſ.pignus vel hypothec.tacitè contrah.videte in l.impenſæ.in verb.horreum.ſupra eod.

Nauis vrbano prædio cõuenit. Molendinũ inter vrbana prædia computatur. ¶ Adhæc nauis vrbano prædio magis conuenit quàm ruſtico, vt in l. penul.§. fin. ff. de his qui deiecer.Bal.in l.certi iuris.col.2. C.loca.

¶ Molendinum verò quia plurimum eſt in reditu, computatur inter vrbana prædia, ſecundum Cepol.in d.cap.11.De quo molendino Papa loquitur in cap.cum olim.1. de offic. de lega.& de molendino ad ventum,in cap.tranſmiſſa.De decim.

Ruſticorũ prædiorum poſſeſſores magis idonei quàm vrbanorum. ¶ Idem cenſet in furno rurali Bal.in l.certi iuris.col.2. C.loca. quod facit ad intellectum titul. C.de diuerſ.prædis vrbanis & ruſticis,lib.11.& l.fin.de debitorib.ciuita.lib.11. vbi patruus meus Rebuff.in vlt.no.dicit per illum tex.poſſeſſores ruſticorum prædiorum magis idoneos quàm vrbanorum: quia ſubiacent vrbana maioribus periculis, vtpote incendio, ruinæ,& aliis,quàm ruſtica:vt no.in l.2.ff.ſolut. matrimo.

In vrbano prædio quis capi nõ poteſt. ¶ Secundò prodeſt hoc ſcire, quod in vrbano prædio, id eſt in domo quis pro debito capi non poteſt,l.plerique.cum lege ſeq. ff.de in ius vocand. Sed in ruſtico prædio ſic. §. ſi duo fratres.de fra.de nouo benefic.inueſti.Cepol.in d.cap.11.circa fin.lege,nemo de domo. ff.de regul.iur.

Vrbana villa. ¶ Tertiò per hunc tex.intelligetur quæ vrbana villa appelletur, videlicet ea pars domus quam ſibi dominus ruri retinet, quæ prætorium dicitur in l.plenum.ff.de vſu & habita.ſcilicet quia amœnius,elegantiuſque ſolet ædificari quàm ruſtica:ideo ſolet vrbano decorari *Ruſtica villa.* nomine,quaſi vrbani nitoris & elegantiæ.ruſtica verò villa eſt illa villæ pars quam villicus colonus ſibi habitandam obtinet,& ſuæ familię.lege,videamus. §. inter conductorem. vbi Budę.ff.loca.

Villa trifariã dicitur. ¶ Trifariam igitur villa diuiditur: prima vrbana eſt illa quam dominus ſibi habitandam elegit,d.l.plenum.ſecunda eſt ruſtica,quam villicus ſibi ad habitandum recipit.l.videamus. in ſi.locati. Tertia eſt fructuaria,in quam fructus vehuntur,Gall. *la grauche*,à grano: vnde à *Villa à vehendo.* vehendo villam dictam cenſet Varro li.1.c.2. de re ruſtica, quod à villico in eam conuehantur fructus,& euehantur cum veneunt. De familia ruſticana,& vrbana dixi in l.vrbana familia.

lia.ſupra eod.vrbana mancipia, & ſerui vrbani in l.is qui natus eſt.infra eod.

Villa ſuburbana. ¶ Quarto dicitur etiam Suburbana villa,quę eſt iuxta vrbem,l.1.§. adeundi. ff. quand. appelland. ſit, & Suburbanum vocatur prędium quod eſt iuxta ciuitatem, vt horti in ſuburbiis,l.1.§.1.ff.de reb.eor.qui ſub tutel.ſunt.& l.ſi prędium.C.de pręd.minor.& ſuburbana poſſeſsio dicitur quę iuxta vrbem eſt,in l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.3.Et Imperatoris Seueri oratione prohibiti ſunt tutores & curatores prędia ruſtica, vel ſuburbana diſtrahere, l.1. in princip.ff.de reb.eor.l.3. C. ſi quis ignorans res minoris. *Suburbanum prædium.* *Suburbana poſſeſſio.*

Suburbia. ¶ Quo pacto dicuntur ſuburbia ciuitatum vici iuxta ciuitatem,cap.ſi ciuitas.de ſenten. excommunica.in 6.ſcripſi in l.2.ſupra eod. inde ſuburbani vocantur incolę qui degunt in illis ſuburbiis.l.2. C.vbi ſenator.& clariſsimi.l.in defenſoribus.de defenſorib.ciuita.ibi,ruſticos, ſuburbanóſque non patiaris affligi.

Vrbicus,a,um ¶ Quintò declaratur l.nam quod.§.lata.ff.de penu legata,vbi dicitur vrbana penus,quę vrbico vſui eſt deſtinata.vrbicus enim adiectiuum,id eſt quod ad vrbem pertinet,vel quod vrbis eſt,vt ibi,& in l.quemadmodum.ff.de ſupellectil.lega.l.ſed milites.§.ſcribit.de excuſa. tutor.l.fin.§.ſed cum antiquitas. ibi, apud vrbicam pręfecturam. C.de curator.furioſ.& via *Vrbica via.* vrbica,id eſt vrbis,in l.2.§.interdictum.ff.ne quid in loco public.& vrbicam procurationem in l.verum.§.ex facto. ff. de minor.

Vrbana plebs & ruſtica. ¶ Sextò vrbana plebs, quę degit in vrbe; ruſtica,quæ ruri,l.vna.C.de capita.ciui.cenſib. eximend. lib. 11. & in eodem lib. vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat ruſticos vel vicos eorum, ibidem.

Prætor vrbanus, & peregrinus. ¶ Inde prætor vrbanus qui in vrbe inter vrbanos & ciues ius reddebat: peregrinus qui inter exteros,l.2.§.deinde cũ poſt aliquod.ff.de orig.iuris.l.1.§.1.de reb.eor.qui ſub tutel. Et quatuor tribus Seruius Tullius adiecit, quas vrbanas appellauit: in quas manumiſſos, ſi reipublicę Ro.participes eſſe vellent,vt vna cum ciuibus cenſerentur,diſtribuit.in has poſt ea quatuor vrbanas Q. Fabius Rullus omnem forenſem factionem poſtea excretam cenſor coegit: quod adeo populo gratum fuiſſe dicunt, vt ex hoc maximi nomen aſſequi meruerit, teſte Alexand.lib.1.Genial.c.17.inde ſanctum eſt vt vrbani magiſtratus ab omni ſorde ſe abſtinerent, néve plus doni muneriſve in anno accipiant, quàm quod ſit aureorum centum, l. eadem. in fin. ff. ad legem Iul. repetund. vrbanicos milites pro vrbanis dicit Iuriſconſul, in l.qui mittuntur. §.præfectus.ff.ex quib.cauſ.maior. *Vrbanæ tribus* *Vrbanici milites.*

Vrbanæ arbores, & ſilueſtres. ¶ Vrbanę quoque dicentur arbores quæ non ſunt ſilueſtres, id eſt mites arbores, quæ fructu, aut aliqua dote, vmbrarúmve officio humanos iuuant, & quia opera hominum fiunt,non improbe dicentur vrbanę: ſilueſtres verò quæ ſine opera hominum producuntur,teſte Plinio lib.16.c.19.

Vrbana habitatio. ¶ Vrbana habitatio, item quia. ff. de pact.vrbanæ ædes,in l.tugurij.ſupra eod.

Vrbanæ ædes, Vrbanus pro facero. ¶ Frequenter etiam vrbanus dicitur facetus,diſertus, qui ſcilicet in verbis, geſtu, & vſu quendam præ ſe fert vrbis morem. Et plus honorandi ſunt ciues etiam mediocres nobilis ciuitatis & magnæ, quàm alij ruſtici vel ciues alterius ciuitatis mediocris aut infimæ, vt ait text. in l.vna. vbi ponderat Rebuff.C.de Alexand.prima.lib.11.Alia vrbana dicere ſupersedeo, quia multa ſuperius diximus in l. vrbana familia.

PAVLVS LIB. VIII. AD EDICTVM.

LEX CXCIX.

Abſentem accipere debemus eum, qui non eſt in eo loco in quo petitur. Non enim trans mare abſentem deſideramus. Sed ſi forte extra continentia vrbis ſit,abeſt. Ceterum vſque ad continentia non abeſſe videtur,ſi non latet.

Abſens quot modis dicatur. ¶ Cum ſuperius in l. mulieres. §.1.cum l. ſeq.fuerit declaratũ quando res dicatur abeſſe, hic de perſona: ad cuius intellectum præmittendum eſt quem pluribus modis abſentem dici. Primò in iudiciis,vt abeſſe videatur qui in iure non eſt.lege 4.§.prætor,ff.de damno infecto: vnde cum cauſa damni infecti ſit per iudicem expedienda, quia celeritatem deſiderat,l.1.& ſeq.ibidem;abeſſe is intelligetur qui à tribunali abeſt, l.non tantum. §. abeſſe. ff.de fideicommiſſar.liberta. vt hic procedi poſsit etiam ad receptionem teſtium tam in ciuilibus,l.ſi quando. C.de teſtib.cap.2.illo titul.quàm in criminalibus.nam licet de iure abſens damnari non poſsit,ſecus per contumaciam de iure & conſuetudine Regni, vt refert Boer.in deciſ.Burdegal.q.63.minor contumax. *Abeſſe intelligitur, qui à tribunali abeſt.*

¶ Adhæc ſi vocatus ad oſtenſionem rei litigioſæ faciendam, quod noſtri pragmatici *ſalve veue* dicunt,ſi non interſit eo loci, in quo demonſtratio fieri debet,abſens dicetur, c. 1.& 2.de libelli oblatio.l.ſi irruptione.ff. finium regundor.

¶ Item in diſtributionibus quotidianis habendis abſens dicitur qui non eſt in eo loco in quo dantur,licet alibi forſan in eccleſia eſſet,cap.1.& per totum.de cleric.non reſid.illo titul.

titul.in 6.scripsi in glo.concordat.Franciæ.§.1.de collatio.in verb.distributionum.Et scholastici quando possint in absentia distributiones quotidianas recipere,docui in scholastic. priuileg.31.

Absens quomodo dicatur episcopus.

¶ Absens præterea dicitur Episcopus qui non est in domo Episcopali,cui forte desideramus quidpiam insinuare,vel alios actus penes illum tanquam Episcopum exercere,vt scripsi in tract.nominatio.q.14.Et alius quilibet beneficiatus quando nõ debitam præstat residentiam in suo beneficio. Sic etiam Theologus quando non residet in sua præbenda Theologali,glo.residentiæ.& glo.absens.de collatio.§.1.in eisdem concorda.

Absens vt dicatur officialis regius.

¶ Eadem ratione dicetur Officialis regius absens,qui non est in loco in quo habet officium:vnde cautum est ordina.Regia,vt quilibet officium obtinens regium residere debeat in loco officij:& generaliter quando necessaria est ad aliquem effectum præsentia personæ, nisi illa præstetur, habetur absens quoad illum effectum, vt infinitis aliis comprobari potest exemplis.

Absens, qui extra vrbis cõtinentia est. Absens reipublicæ causa.

¶ Alio modo & proprie secundum nostrum tex. absens dicitur qui extra vrbis continentia est, etiam si non sit trans mare, dummodo sit extra ciuitatem. idem fuit dictum in l. collegarum.§.fin.supra eod.his verbis: *Qui extra continentia vrbis est, abest.* Ceterum vsque ad continentia non abesse videbitur.Et alibi Iurisconsul.ait:Abesse reipublicæ causa intelligitur is qui ab vrbe profectus est,licet nondum prouinciam excesserit.l.abesse.ff.ex quib. caus.maior.& absentia eius qui reipubl.causa abest,neque ei neque alij damnosa esse debet, l.absentia.ff. de regul.iur.

Absens quoad præscriptionẽ.

¶ Absens etiam dicitur quoad præscriptionem, is qui non est in prouincia,nempe inter præsentes præscriptio currit per decem annos, inter verò absentes per viginti, §. primo Institutionib. de vsucapio. & l. fin. Cod. de præscriptio. longi temp. Et eadem prouincia dicitur seneschallia, bailliuia, seu gubernamentum, quando is contra quem præscribitur est in eo regimine & districtu.Alias absens.glo. in d.l.fin.in verb. in vna, quam ibi Faber & alij approbant,& ego scripsi Faber & alij in §.1.col.2.Insti. de vsucapio.hodie moribus nostris potissimum in hac patria consuetudinaria sunt huiusmodi præscriptiones fere omnes reductę ad præscriptionem triginta annorum, vt scripsi in tit. de præscriptio. abunde quoque in meis interpreta.ad ius canonicum.

Præscriptiones in Gallia quot annis præscribantur.

Archiepiscopatus prouincia est.

¶ Sed quoad declarationem prouinciarum non est omittenda canonistarum opinio,volentium Archiepiscopatum dici prouinciam in c.fi.vbi Card. in 2.no.de maior.& obed.& doct.in c.de quarta.col.fi.de præscriptio.Alexand.in disputa.incipien.Sigismundus.col.16. & Ias. in l.imperium. col.7. nu. 19. ff. de iurisdictio. omni. iudic. Cui sententiæ adhęrendo putarem ego quoq; in eadem prouincia censeri illum qui est in eodem Episcopatu,quoad præscriptionem,vt plene scribit Aufrer.in decis. Tholosa.q. 42. & Ioan. Francisc. Balb. in tract. de præscriptio.in prima parte quartæ partis principal.q. 2.

Absens & is est, qui extra diœcesim est.

¶ Adhęc pater absens dicitur qui est extra diœcesim, ad hoc vt filius sine eius consensu agere possit,quamuis alias sit in patris potestate,l.si longius.§.fin.ff.de iudic.l. cum filiusfamil.viaticum.ff.si certum peta.Aufrer.in decis.Tholos.q.42. Alioqui in iudicio sine patris consensu stare prohibetur.l.fin.§.necessitate.C.de bonis quę liber. nisi in quibusdam casibus,quos glo.& doct.colligunt in l.lis nulla. ff. de iudic. & Soci.regu.151.incipien.filiusfamil. in iudicio.

Absens,qui nõ est in sua domo

¶ Præterea dicitur absens qui non est in sua domo,l.denique Cinna scribit:eum qui absentem accepit vxorem (forte in domo patris puellæ, vel in domo aliena, vt hic Parisiis) deinde rediens (hic vir) à cœna (extra domum suam habita) iuxta Tiberim periisset, ab vxore lugendum responsum esse,respondet Vlpia.ff.de ritu nuptiar. Sic igitur constat,absentem vocati quæ aberat à sua domo, quamuis aliter hunc tex.intelligant doct.

Absens, qui vbi sit ignoratur.

¶ Ita dicitur absens ille qui ignoratur vbi sit, & an sit,l. si ita pater absit,vt ignoretur vbi sit,& an sit.ff.de ritu nuptiar.hinc dicit glo.in cap.non oportet,de consecra.d.4.can.5.quod beneficium illius conferri poterit: sed eo reuerso collatio erit nulla, vt scripsi in praxi benefic.in titul.de reproba.benefic.viuen.impetra.in 8.pœna.nu.21.

Absens quoad stipulationem quis dicatur.

¶ Item quoad stipulationem dicitur absens,qui vocem alterius nõ exaudit,& nil respondet.l.1.ff.de verbor.obliga.vbi Bar.& doct.§.1. Insti. illo tit. & §.fin.de inutilib.stipula.ibid. l.inter absentes. C.illo titul.dicetur in l.coram. infra eod.c. auditis & intellectis. de electio.

Absens heres, qui extra territorium ius dicentis est.

¶ Item heres absens dicitur qui est extra territorium ius dicentis,l.heres absens.ff.de iudic.Bar.in l.3.§.fi.q.penul.de duob.reis.& ad hoc vt fideiussor possit conueniri non discusso principali.§.1.in authen.de fideiussor.colla.1.vbi glo.in verb.præsentes glo.& doct.in l. fi.ti certum peta.

Furiosus & loco absentis est, & loco absentis non est.

¶ Furiosus tamen absentis loco non est habendus,vbi requiritur illius voluntas: siquidem in eo deest animus,sic intelligitur l.2.ff.de procurator.at vbi filius aliquid operari potest absente patre,vel eo non contradicente, aut negotium eo absente geri, quod non potest facere eo præsente, vt iniuriarum mouere actionem: tunc pater furiosus loco absentis habetur.

habetur.l.sed si vnius.§.filiofamilias.ff.de iniur.ibi, nam & hic pater eius loco absentis est. l.2.in fi.soluto matrimo.l.vbi non voce.in fi.de regul.iur.Et absentes dicuntur quoad consensum præstandum,& vt aliquid coram eis fieri possit.l.diem proferre. §. coram. ff. de recept.arbitr.

¶ Aliis etiam modis quis dicitur absens, prout subiecta dictat materia, vt in l. 2. §. si absens. ff. si ex noxal. caus. agat. l. profectitia. §. sed si proponas. ff. de iure dotium, l. 2. §. voluntatem. & lege, si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. l. vbi absunt, vbi Bal. de tutor. & curator. dat. ab his. l. quotiens. in fin. ad municipal. Alexand. in l. 1. in 2. no. de verbor. obliga. l. fin. de in integrum restitu. & l. testamento. de aliment. & cibar. lega. l. quia absente. C. de procurator. l. ea quæ. C. quomod. & quand. iudex. cap. quia propter. c. coram. & c. dudum. 2. de electio. vbi Panor. & alij in c. licet. de foro competen. c. causam. de dolo. c. potuit. de locato. c. si delegatus. de offic. delega. clem. vt hi qui. de ætate & qualita. Et Maleret. in tract. de electio. fol. 85.

Cardinales quomodo absentes dicantur.

¶ Sic absentes dicuntur Cardinales quoad Papæ electionem, qui scilicet extra ciuitatem sunt, vel continentia illius vbi Papa mortuus est, c. vbi periculum. §. 1. de electio. in 6. facit tex. in l. fi. C. de legat. lib. 11. vbi Rebuffus inquit, quod ad consilium ciuitatis vocandi sunt qui sunt in ciuitate, nec expectandi, nec quidem vocandi sunt absentes extra vrbem, & continentia ciuitatis, vt hic.

Præscriptio decennalis & viceannalis.

¶ Infinitisque aliis in iure articulis subseruire potest: verbi gratia, quoad præscriptionem decennalem inter præsentes & vicennalem inter absentes, vel etiam ad restitutionem minoris, dum ipse ab hereditate abstinet, quia vocandi sunt qui in vrbe sunt. Absunt verò qui extra sunt, authen. si omnes. vbi glo. C. si minor se ab hereditа. abstinuerit. & in l. subsignatum §. attestari est absenti denuntiare. supra eod.

Canonicus quo modo absens dicatur.

¶ Adhæc absens dicitur canonicus qui extra vrbis continentia est, vt ad electionem vocati debeat, si commode possit, c. cum in ecclesiis. de præbend. in 6. si tamen alij canonici viderent quod Papa vel Legatus posset eos prœuenire, interim dum vocarent absentes, liceret tunc etiam non vocatis absentibus procedere. Hostien. in §. qualiter. versic. quid si timeant. de electio. quem refert glo. in verb. non valeant. §. visam, de collatio. in pragma. sanctio.

Trans mare.

¶ Sequitur in tex. *trans mare*, id est vltra mare, l. verum. §. ex facto. ff. de minor. ibi, cum susceptam tutelam non alij soleant deponere quàm qui trans mare reipub. causa absunt. l. vtique. in fin. ff. de rei vindica. ibi, trans mare misit. l. si mulieri. quib. mod. vsusfruc. amitta. ibi, trans mare profecta, l. 3. §. cum extaret. de Carbo. edic. ibi, qui forte trans mare abierat. & l. 1. de nautic. fœnore.

Trans flumen.

¶ Trans flumen, l. 4. in princip. ff. de noxal. ibi, quid si contemnat dominum, vel cum trans flumen sit, seruus videnter quidem sed inuito domino noxam noceat.

¶ Interdum hæc dictio componitur, vt transfiguratę res, de quibus scripsi in d. l. mulieris. §. 1. supra eod.

¶ Transferri elucidaui in l. vinaria vasa. & l. in conuentionibus. infra eod.

¶ Transisse, l. Herennius. supra eod.

¶ Transigere, l. transacta. cum l. seq. infra eod.

Transiungere.

¶ Transiungi in l. ędiles. 2. §. quęsitum. ff. de ędilit. edic. vbi de mula quę non potest transiungi vt sana non sit, id est si non patiatur se mutari de vno loco quadrigę in alium, quadrigam vehendo. Traiicere, vide in l. hęc adiectio. supra eod.

¶ *Desideramus.* De verbo desideramus scripsi in l. sępe. supra eod.

¶ *Forte.* Scripsi etiam de verbo forsan & forsitan in glo. concordator. in verb. dispensationum. dicens interdum esse notam assertionis. adde quę scripsi in l. ostentum. supra eod.

Vsque ad tempus relatum.

¶ *Vsque.* In huius dictionis interpretatione quibusdam ex nostris satis visum fuit dubiam eam esse dicere. alij alios citando altercantur, nil certi afferentes. ego verò pro virili significationem eius ex intimis Iurisconsul. responsis inquirendo, rem omnem pro varietate subiectorum distinguendam esse censui, hoc quo sequitur modo. Nempe interdum hæc dictio vsque respicit tempus, vt vsque ad biennium quis promoueri non teneatur, & tunc biennium includitur, scilicet quod infra illud tempus promoueri non teneatur, vt scripsi in formul. dispensa. de non promouendo, in praxi beneficial. facit l. 1. in fin. ff. de minorib. iuncta l. 3. & sic capitur in citationibus & dilationibus, si termini sint compatibiles, vt docet Bald. in §. & quia. col. 7. versic. extra no. de his qui feud. dare possunt. allegat no. in c. 1. de ordina. à non suo epis. l. & puto. §. vsusfructus. ff. famil. erciscun. l. sicut. quib. mod. vsusfruc. amitta. Et qui promisit vsque ad Calendas Iulij, ipsæ quoque continentur, l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verbor. oblig. & qui vsque ad aduentum successoris administrare potest, ipse aduentus expectandus est, l. meminisse. ff. de offic. proconsul. l. emptor. in fi. de pac.

Vsque ad personam relatiũ.

¶ Interdum respicit personam, in l. post duos. C. de aduoca. diuersor. iudicior. ibi, à primo vsque ad sexagesimum quartum Imperialibus beneficiis censemus perfrui. l. fi. de senator. ibi, senatores autem accipiendum est eos qui à patriciis, & consulibus vsque ad omnes

viros illustres descendũt.l.2.ibi,vel si quis alius vsq; ad Centurionẽ.ff.de his qui no.infam.

Vsque ad numerũ relatum. Ad actum.

¶ Alias respicit numerum,vt vsque ad duos aureos.l.id est,ff.de dolo.Aliquando respicit actum,vt vsque ad infinitum,l.nuptiæ consistere.ff.de ritu nuptiar.& vsque ad mortem voluntas durat.l.cum hic status.§.si sponsus.de donatio.inter vir.& vxor.l.1.de sacrosanct.eccles.& ambulatoria est defuncti voluntas vsque ad mortem.l. 4. ff. de adimend. lega. vsque ad certum modum capere,l.qui testamentum.ff.de proba.

Vsque inclusiuè accipitur.

¶ Regula igitur ex præmissis resultat,dictionem vsque accipi inclusiue,verbi gratia fideiussor si promittat vsque ad centum aureos, vt centum etiam videatur promittere. l. rogatus.ff.manda.ibi,nam vsque ad eam summam in qua rogatus erat fidem eius spectasse videtur qui rogauit. d.l.id est vsque ad duos aureos. ff. de dolo. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod met. caus. Et periculum subire venditor vini debet vsque ad degustationem, ipsa quoque degustatio includitur.l.1.§.1.ff.de pericul. & commod. rei vend. Longinus ex equestri ordine ad præturam vsque peruenit,id est prętor etiam extitit,l.2.circa fi.ff.de orig. iuris.Alias etiam vitium corporale vsque ad animum peruenire scribit Vlpia. in l.1.§.interdum.ff.de ædilit.edic.& l.ob quæ vitia.ibidem,l.cum quidam.in fi.ibi,vsque ad tertiam centesimæ pendent.de vsur.Bar.in d.l.meminisse.de offic.proconsul.& ibi plenè Alber.

¶ Maximè quando non ponitur respectiuè, vt dicit Bar.in d. §. liberto. vt si lex dicat se tueri institutum vsque ad partem virilem, & in ipsa virili tuebitur. l. nam secundum. ff. de legat.præstand.Et emancipatum tueri prætor debet vsque ad dimidiam,cum alius est filius in potestate,l.1.in fi.si tabul.testam.nullæ extab.

Vsque quando non accipiatur inclusiue.

¶ Limitate primùm regulam præfatam non procedere quando lex aliter disponeret: vt si vsque ad sententiam fideicommissarius commoda percipere debeat,non includetur sententia,per l.3.in princip.& §.1. ff. de vsuris. l. 1. §. finautem. an per alium caus. appella. reddi possint.ita si committatur causa vsque ad sententiam,non includetur ipsa sententia, l. à iudice.& authen.ibi posita. C.de iudic.vbi doct.l.Mela. de aliment.& cibar.lega.ff.

¶ Secundò non procedit,cum de contraria mente constaret,vel absurdum resultaret, vt in l.filius famil.§.1.ff.de lega.1.vbi libertus ab intestato decedens potest à patrono fideicommissum relinquere vsque ad partem debitam, siquidem pars debita patrono non cadit in fideicommissum:nec quidem in illa parte grauari poterit.

Vsque ad diem dominicam.

¶ Tertiò idem si quis vsque ad diem dominicam comparere debeat. dies enim dominicus excludetur,l.2.C.de tempor.appella.absurdum quippe esset illo die iudicium exercere, l. fin. C. de fer. Et si quis promiserit dare capones vsque ad quadragesimam, excludetur ipsa.nec enim licet eo tempore carnes edere,c.quadragesima. de consecra.distinct.5.authen. quod locum.C.de dote cauta non numera.

Vsque rebus limitatis iunctum.

¶ Quartò vitiatur regula cum hæc particula vsque respiceret res limitatas, vt tunc etiam stet excluſiuè, veluti si quis vendat vsque ad talem viam, eam non censetur vendere, sed tantum suum prædium certis limitibus præfinire, l. quædam testamento. ff. de lega. 2. ita si quis vendat prædium vsque ad certum flumen,non continebitur flumen, l. 1. ff. de fluminib.l. fin. de via public. facit l. quæsitum. de tutel. intelligite nisi illa limitatio esset de fundo,vt si vendat vsque ad ripam,ripam quoque vendidisse censeatur, lege,riparum. ff. de rerum diuis.& si vendam vsque ad talem arborem quæ est de fundo,& ipsa arbor vendita censetur,l.arbor.communi diuid.quemadmodum & præfectus vrbis iurisdictionem habet inclusiue vsque ad centesimum lapidem,l.1.ff.de offic.præfect.vrb.quod melius ex coniecturis dignoscitur, veluti si quis vendat fundum vsque ad domum, tunc demum censebitur vendita domus cum pretium fuerit æquipollens & fundo & domui,text.iuncta glo. in l.1. in verb.agendo.ff.de superficieb.& l.semper in stipulationibus.de regul.iur.

Vsque in odiosis non accipitur inclusiue.

¶ Quintò non habet locum in odiosis,glo.in l.id est vsque ad duos aureos ff.de dolo.l. si cui.de accusatio. quod reprobat Bar.in d. l. patronus. ideo dicerem intelligendum cum hoc diceretur in lege,vt in l.sacularij.§.sunt quędam.ff.de extr.crim.ibi,hanc rem præsides exequi solent grauiter vsque ad pœnam capitis,quia & ipsa res mortem comminatur;postquam declaratur ibi crimen comminari mortem. Ergo vsque ad pœnam capitis intelliget etiam de pœna capitali,& propter verbum grauiter exequi.idem in c.quicumque.§.hæretici.de hæretic.in 6.vbi hæretici & fautores ad nullum beneficium ecclesiasticum vel officium publicum admitti debent,nec filij eorum vsque ad secundam generationem,& secundum gradum in linea paterna declarat Papa,in materna primum gradum in c. statutum. 2. ibidem,& sic declarationi Papæ standum est.

Vsqueadeo.

¶ Interdum hęc dictio vsque iungitur alteri dictioni,vt vsqueadeo,l.1.ff.quib.mod.vsus fruct.amitta.circa fi. ibi, vsqueadeo autem capitis deminutio eum demũ vsumfructum perimit, qui iam constitutus est, vt si in singulos annos vel menses, vel dies legatus sit, is demum amittatur qui iam præcesit.l.item veniunt.§.eos.ff.de petitio. heredita. l. 1. §. ait prætor.de dolo,l.scriptus. de religios.

Vsquequo.

¶ Vsquequo,l.si suspecta.§.1.ff.de inofficios.testam.ibi,& ideo datæ in eo libertates atque legata

legata vsquequo Falcidia permittit, suam habent potestatem, id est quousque, donec.l. si mulier.1.ff.de iure dotium.

¶ Pleraque alia conscribit Bar.in d.l. patronus.§. liberto. ff.de lega. 3. & ibi Gofred. Salignac.& remissiue do.Andreas Tiraquel. in tract. de vtroque retract.§.1.glo. 11. multos suo more congerit doct.ego quoque de hac dictione scripsi in tract.de senten.prouisio.artic. 2. glo.3.in 1.tomo commentar. in consti. Regias.

Latitare.

¶ Sequitur in fi.tex.*si non latitet*.Latitare est cum tractu;id est spatio aliquo latere, Vlpia. in l.Fuluius.§.latitare.ff.ex quib.caus.in possess.catur.igitur qui latitat,& se occultat,quamuis sit intra vrbis continentia, potest domi citari, quia pro absente habetur,vt hic: nec tamen per horam solum continendo se domi,latere vel latitare dicendus est:sed spatium aliquod temporis oportet interesse iudicis arbitrio relinquendum.

Reum latitantẽ quomodo fideiussores defendant.

¶ Secundò reo latitante post litem contestatam, ita demum fideiussores eum defendere videbuntur,si vel vnus ex his eum pro solido defendat,vel omnes,vel quidam ex his vnum procuratorem dederint,in quem iudicium transferatur,l.licet.in fi.ff.de procurator.

Citatio domi facta, valet in Gallia.

¶ Tertiò de generali cõsuetudine Regni Franciæ valet citatio domi facta; etiam si prima fuerit ad totam causam,cum scilicet ibi non inuenitur citandus, solétque apparitor referre non potuisse illum reum inuenire, & eapropter domi citasse. nec est hodie sub iudice lis, vt dicebat glo.in l.ex consensu.§.1.ff.de appella.Et huius consuetudinis meminit Ioan.Faber in §.fi. de pœna temere litigant.in Inst.& Aufrer.in stylo parlamen.in 1.parte rub.de appella.§.& supradictæ.& ego plene scripsi in tract. de citatio.in 3. tomo commentar. in constitutio.Reg.

¶ De verb.latere scripsi in l.locus.supra eod.

§. Abesse non videtur qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur.

¶ Captus ab hostibus non videtur abesse, secus in illo qui à latronibus detinetur. ratio traditur in glo.nam captus ab hostibus pro mortuo habetur,cum sit seruus hostiũ.§.seruitus.& §.seq.Inst.de iur.perso.Et sic procuratorem habere non potest.l.ab hostib.in prin.ex quib.caus.maior.Alcia.hanc rationẽ impugnat.nam etiam qui mortui sunt abesse dicuntur l.mulieris.§.fin.supr.eod.igitur secundum eum verius est aliter secundum materiam subiectam accipi.ita cum hic respectu petitionis loquamur,non poterit captus ab hostibus, neque tanquam absens vocari citatione in domum suam delata:sed eius successor vocandus erit.in capto verò à latronibus aliud est, licet ei propter iustam causam prætor succurrat, l. succurritur.supra,ex quib.caus.maior.hęc Alcia.

Alciati opinio improbata.

¶ Alij verò, quibus ista minus satisfacere videntur, tex. ipsum contorquent, & legunt absq; negatione:sic videlicet,abesse videtur qui ab hostibus captus est.sed his omnibus rectis tex.negatiue legendo,prout cõmuniter legitur,illius germanum hunc esse intellectum putarem:nempe cum superius eum absentem dixisset qui est extra continentia loci quo petebatur:resultabat dubium in eo qui captus est ab hostibus, aut à latronibus detentus, an isti inquam eodem modo censerentur abesse, cum maxime extra continentia viderentur esse.Quod dubium soluendo Iurisconsul. distinguit & separat hos duos casus,contrariam in singulis ferendo decisionem: quod videlicet ab hostibus captus absesse non censeatur: à latronibus vero detentus sic. Diuersitatis autem rationem, vt quæ omnem hoc in loco parit difficultatem,paucis aperiam. Captus enim ab hostibus aut redit à bello, aut moritur in eodem. primo casu cum fictione iuris postliminij semper fingatur fuisse in ciuitate, nequaquam potuit hic dici abfuisse, nisi cum maxima legum omnium antinomia introducentium huiusmodi fictionem iuris postliminij in fauorem eorum qui profecti sunt ad militiam:quemadmodum multoties econtra fingit lex eum qui præsens est abesse, veluti pupillum & furiosum.lege,coram.vbi scripsi,supra eod.Bar.in lege,si is qui.ff.de vsucapio. Et aliis quoq; casibus absentem habet pro præsenti.l.quæsitum. ff.de lega.3.scripsi in scholast. priuil.11. Aut & secundo casu moritur captus in bello,& tunc etiã propter fictionem legis Corneliæ fingentis eum decessisse prima hora suæ captiuitatis, aut etiam absque illa fictione cum verè mortuus sit, perabsurdum esset contra mortuum absentię incommoda iudicare. quod enim dicitur eum ab humanis abesse, idem est quod mortuum dicere:non autem quod absens in sui vel suorum prędiudicium esse censeatur,aut alias simpliciter absens, prout vult noster tex.siquidem multum interest dicere quem simpliciter abesse, aut secundum quid,vtpote si loquamur de præsente, id est eo qui est intra continentia vrbis Parisiensis,nihilominus secundum quid poterimus eum quantumuis præsentem,alio quodam respectu dicere absentem,videlicet à ciuitate Romana,vel absentem à domo, vel ab ecclesia cui deseruire tenebatur,& aliis infinitis modis, qui tamen non illam arguunt absentiam quam noster tex. explicat. Aut si velimus hæc omnia omittere, possumus dicere nostrum tex.non loqui de mortuo in bello,sed tantũ de capto, vt licet ille vere sit extra continentia

A latronibus captus absens cur dicatur, nõ verò ab hostibus captus.

Præsens pro absente.

vrbis, tamen iuris fictione succurrit lex, ne talis vsquã vel absfuisse vel absens esse censeatur.

A latronibus captũ cur non eodem fauore prosequitur lex quo ab hostibus captum.

¶ Ceterum quoad detentum à latronibus, licet re vera non magis absit quàm ab hostibus captus, non tamen æquali fauore prosequitur eum lex qui propter priuata forte negotia inter latrones incidit, quo scilicet amplectatur illum qui tuendæ reipublicæ gratia ese hosti obiiciendo succubuit. nec mirum quoque si contrariam isto casu ferat decisionem hic Iurisconsul. relinquendo eum qui detinetur à latronibus, sub nudis iuris terminis, & absque vllo fauore, vt quemadmodum alius quiuis, ita hic abesse censeatur.

Absenti quomodo succurratur.

¶ Sic igitur notandum est eum qui captus est ab hostibus, quumprimum reuertitur, omnia bona recuperare, ac si nunquam fuisset post limites patriæ. §. si filius familias. quib. mod. ius patriæ potest. soluit. in Insti. & in titul. ff. & C. de captiuis. quamdiu verò abest, succurritur ei non tanquam absenti, sed tanquam capto, veluti satis declarat, si recte ponderetur, l. 1. ff. ex quib. caus. maior. dicens absenti succurri, si quid de bonis eius diminutum erit, siue in vinculis sit, vt captus à latrunculis: siue in seruitute hostiúmque potestate sit. siquidem tres hic aut quatuor casus introducit tex. quibus prætor etiam maiori subuenit, eumque restituit: primùm si absens fuerit, & si in vinculis apud latrones; siue in seruitute hostiúmque potestate sit. hęc igitur casuum diuersitas denotat ab hostibus captum nequaquam absentem censeri. facit l. item ei. ff. eod. ex quib. caus. maior. quamobrem non tanquam absens, sed velut captus cẽsendus est: intellige quoad absentię damnum euitandum: nempe quoad lucrum nil aut parum ei proderit. vnde videmus eum nil per vsum sibi dum captus est, acquirere posse, nec cœptam possessionem implere, lege, ait prætor. §. is autem. ff. eodem.

Iura belli, captiuitatis, & seruitutis aliter hodie obseruata atq; olim.

¶ Verum hodie iura hęc belli, captiuitatis & seruitutis cessant inter Christianos, secundum Bar. in l. hostes. ff. de captiuis. & dicam in l. quos nos. infra eod. Quamobrem asserunt nonnulli immutata quoque ea quę dicuntur hic, vt hodie captus à Christianis censeatur absens, quemadmodum à latronibus detentus: vnde tutius esset ei quoque procuratorem constituere, sueque absentię aliis omnibus modis prouidere, vel etiam curatorem dare suis bonis, ne dissipentur interim: vt docet Alberic. in d. l. ab host. per tex. in l. 1. in fi. ff. de munerib. & honor. Quę de absentibus dicta conferre possunt ad statuta, teste Ioan. And. & Dom. in c. vbi periculum. §. 1. col. vl. de elect. in 6. refert Felin. in c. quoniam. col. vlt. princip. vt lite non contesta. dixi in §. 1. in verb. residentiæ. de collatio. in concordą.

Statutum vel ordinatio, vt absens damnari possit, an valeat.

¶ An verò statutum vel ordinatio valeat, vt absens damnari possit, valere decidit Bal. in l. ne diu. C. de pœnis, quia eum non posse damnari est de iure positiuo, & non de iure naturali, teste Bal. in l. absentem. C. de accusatio. & no. doct. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. multa scripsi in d. l. mulieris. §. 1. & seq. supra eod.

Detinere ad personas & res refertur.

¶ Postremò examinando verba tex. finale verbum est *detinetur*, quod varie refertur, ad personas videlicet, vel ad res, alias etiam ad iura: nempe dicitur persona detineri siue retineri, pro eo nonnunquam quod Iurisconsul. dicit publica custodia coerceri. in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. facit l. ab hostibus. §. 1. illo titul. & in l. qui commeatus. ibi, vel à latronibus detentum. ff. de re militari.

¶ Res autem detineri dicuntur, cum eius non sunt qui tenet illas, sed eas forte depositi nomine aut alio de facto retinet. l. 3. §. 1. ff. de tabul. exhibend. ibi, agendum. sic dixi de verb. tenere, vt ad nudum factum regulariter pertineat: vt seruus tenet vestem seu detinet: ad differentiam verbi possidere, quod ad ius respicit. l. stipulatio ista. §. hæc quoque. ff. de verbor. obliga. scripsi in tract. nominatio. q. 9. nu. 10. vbi alia videri possunt.

Detinere ad ius relatum.

¶ Interdum quoque hoc verbum detinere refertur ad ius, vt detentionem seruitutis dari. l. vna, in fi. ff. de remissio.

IVLIANVS LIB. II. DIGESTORVM.

LEX CC.

Hæc stipulatio, NOXIS SOLVTVM PRAESTARI: non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam executionem & coertionem capitalem habent.

Noxa solutus quis dicatur.

¶ Elucidat hic Iurisconsultus noxæ appellationem, ad priuatam referri & non ad publicam coercitionem. exempli gratia is qui vendidit seruum, promisitque noxis solutum esse, tenebitur de noxis priuatis. sic etenim interpretatur Vlpianus in §. quod aiunt. lege, quis sit fugitiuus. de ædilitio edicto: quod aiunt ædiles, noxa solutus non sit, sic intelligendum est, vt non hoc debeat pronuntiari, nullam eum noxam commisisse: sed illud

Noxali iudicio quid agatur.

noxa solutus est, hoc est noxali iudicio subiectum non esse. ergo si noxam commisit, nec. permanet noxa solutus videtur. Noxas autem accipere debemus priuatas, hoc est

est eas quę committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus. l. quis sit fugitiuus. §. quod aiunt. de ædil. edi. ff. ergo si quis promiserit seruum quem vendidit noxis solutum esse, intelligetur quod iudicio noxali agi non possit contra dominum, vtpote pro furto serui, vel damno dato. Et ista vocat Iurisc. noxam priuatam, & aliud omne delictum quod potuerit seruus commisisse, vel damnum extra publicum crimen: noxa publica est, quæ ex publicis oritur criminibus, vt pro homicidio, adulterio, lęsę maiestatis, & aliis similibus. l. 1. 2. & per totum. ff. de pub. iudi. vnde cum ędiles distinxerint inter noxam publicam & priuatam, contrahentes videntur se ad illam legem retulisse, vt videlicet venditor teneatur, si seruus dederit aliquod damnum, ratione cuius dominus noxali actione conueniri posset, vt supra de noxal. acti. patet: imò si venditor promiserit duplam eo nomine, scilicet noxis solutum esse, non conuenietur propter noxas publicas ad duplam. l. Lucius. lege, Cum in venditione. ac lege, si emptori. ff. de euicti. quod facit ad intellectum legis, qui decem. §. qui hominem. ff. de solutio. legis tertiæ, si familia fur. fec. dica.

Noxa priuata & publica.

¶ Sed is qui vendit seruum capitali fraudi subiectum, prædicere hoc emptori debet: quod si non fecerit, alia parte edicti ędilium tenetur, lege prima. §. item si quid mancipium. & lege, cum autem. §. excipitur. ff. de ædilit. edicto: sed non ex sua promissione noxis solutum.

¶ Igitur actione noxali agitur pro noxa priuata, non pro noxa publica, d. l. quis sit fugitiuus. §. noxas ff. de ędil. edic. vbi sic dicitur, noxas accipere debemus priuatas, hoc est eas quæcumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus.

¶ Ex priuatis autem noxis oritur damnum pecuniarium, si quis forte noxæ datæ nolue rit, sed litis æstimationem sufferre.

Priuata delicta.

¶ Priuata delicta dicuntur in quibus id quod nostra interest prosequimur, nobisque aliquid dari aut applicari debere pro delicto in nos commisso petimus, vt in rub. ff. de priuat. deli. vbi per Azon. in summa, veluti ex furto, rapina, damno, iniuria, & similibus. Multa scribam de priuatis in l. pupillus. §. munus publicum. infra eo.

Coertio.

¶ *Coertionem*, id est castigationem, punitionem seu correctionem, sic accipitur in l. aliud est fraus. §. inter. ibi, pœna est omnium delictorum coertio, supra eod. & rei capitalis condemnatum accipere debemus qui morte exilioue coercitus est, l. sed si quid. §. 1. ff. si quis cautio. l. 2. de in ius vocan. ibi, magistratus qui imperium habent, qui & coercere aliquem possunt, & iubere in carcerem duci. Et plenissimam habet coertionem dominus proprietatis in seruum, cuius vsusfructus alienus est. l. locum. §. ex eo. ff. de vsufru. & iurisdictio sine modica coercitione nulla est, l. fi. ff. de offi. eius. & coercetur qui positum habuit protectum siue nocuit siue non nocuit, l. si verò. §. prætor. ff. de iis qui deiece. & hæc actio etiam aduersus fatentem in duplum est, quamuis Aquilia inficiantem duntaxat coerceat, l. doli. §. penul. de seruo corrup. l. 3. de seruis fugi. l. 1. §. hæc actio. de interrog. act. l. elegantes. in fin. de pign. act. l. magistratibus. de iurisdict. omn. iudi. Et alij habent coercitionem: sed idem significat.

Coercere.

¶ Coercere ex con & arcere fit, n. litera deposita, & a in e mutato: & significat refrenare, reprimere, comprimere, compellere, impedire. l. 2. §. dictę sunt autem. ibi. solum relictum est eis, vt coercere possent, & in vincula publica duci iuberent. ff. de orig. iur. licet quidam ibidem exponant coercere, pro imperio agere. sed illa expositio est aliena à sensu. Cum enim consules sine consensu populi in caput ciuis animaduertere non possent: tamen eos refrenare & reprimere poterant verbo, & in vincula publica coniicere, dummodo in eos non animaduerterent: ergo non licebat imperio agere: vel poterant sic coercere, vt custodire & conseruare eos possent, postquam in carceres coniecti erant. vide quæ scripsi in l. fin. ff. de offic. eius.

Coercere aquã.

¶ Coercere aquam est continere sic ne defluat vel dilabatur, l. vnic. §. deinde. & sequenti, §. coercere. ff. de fonte. ibi, coercere aquam est continere sic ne defluat vel dilabatur. l. 1. ff. de eo per quem fact. erit. æquissimum putauit prætor dolum eius coercere qui impedit aliquem iudicio fisti. Et principalibus cõstitutionibus ea res coercetur, paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora. lege prima. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. lege, metum. magna. §. cum autem hæc actio in rem sit scripta, nec personam vim facientis coerceat, sed aduersus omnes restitui velit. ff. quod me. causa. id est actio quod metus causa non tantum comprimit personam vim facientem, sed quemcumque: ob id contra quemcumque actio quod metus causa datur.

¶ Quid appellatione coercitionis seu coertionis veniat declarant iurium interpretes in l. fin. ff. de offi. eius. & in l. imperium. de iurisdictio. omnium iudi. & videte quæ scripsi in l. aliud est fraus. supra eodem.

LEX CCI.

Iusta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filij sicuti filium familias contineri respondimus, ita & nepos sæpè videatur comprehendi: & patris nomine auus quoque demonstrari intelligatur.

Filij appellatione & filia continetur.

¶ Tria dicit lex. primum est, quod filij appellatione filia continetur: quia masculinum complectitur fœmininum, l.1. supra eo. vbi scripsi. inde Iurisconsul. ait, quod si pater filiis non petat tutorem punitur vtique & filiabus non petendo, l.2.§. quod si pater. ff. ad Tertul. l. si quis ita in prin. ff. de testa. tute. facit l. si ita scriptū. de lega.1. l. sed si hac. §. liberos. vbi Alex. ff. de in ius voc. Socin. consi.73. capiendo. in 4. vol. vnde in literis Papæ, quas vocant Significauit, in quibus dicitur quod nonnulli iniquitatis filij, &c. etiam filiæ continebuntur: vt testatur Probus in additio. ad Ioan. monachum in c. fi. col.3. de constitu.

Filij nomine quando filia nō continetur.

¶ Primò non procedit quando testatoris vel disponentis voluntas aliter se haberet, vt dicit tex. in l. liberorum. infr. eod. quia primum locum obtinet defuncti voluntas, l. in conditionibus. ff. de conditionibus & demonstrationibus: vt si forte locutus est de filiis masculis; Bar. in l. fi. ff. ad Trebel. Alex. consil.38. perspectis. in 6. vol. Deci. consi.15. & pro tenur. & consil.48. in casu, & consi. 480. in casu. col.2. & consi. 495. viso eleganti. & consi.514. satis. & consi.567. in casu, col.1. & seq. & consil. seq. Hippolyt. singu.317. filiorum.

¶ Secundo vitiatur in materia odiosa. vnde si filius fuerit exheredatus, non erit exheredata filia, l.1.§. sed si incertum. ff. de vent. in posses. mitten. Bar. in l. si ita scriptum. de lega.2. & si filij exulum in ciuitate morari prohibeantur, non prohibebuntur filiæ. Bal. in l. quicumque. col.3. riu.13. & sequen. de seruis fug. quia filiæ minus ausuræ sunt quam filij, l. quisquis. ff. ad leg. Iul. maiest. sic consuluit Barba. consi.50. in fin. vol.4. videte tamen quæ scripsi in l.1. supra eodem.

¶ Tertio non habet locum quando per statutum vel consuetudinem filiæ non admitterentur cum filiis: tunc enim hęrendū est verbis expressis statuti vel consuetudinis, vt filiæ non comprehendantur. Bal. in l. tres fratres. ff. de pact. sic consuluit Alex. consi.14. in 4. vol. plene Alber. Brunus in tract. de statu. exclud. fœmi. per totum, post Bar. in l. liberorum. infra eod.

¶ Quartò quando materia non congrueret mulieribus, & esset in ipsis diuersa ratio: vt si quis reliquerit feudum pro se & filiis, non venient fœminæ, quæ à feudis excluduntur, c. vnic. de feudi succes. si. Alex. in d.l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. Sed hodie de consuetudine generali Franciæ comprehendentur: quia feuda sunt nobis patrimonialia in Regno, vt scripsi in arbore feudorum.

Fœminæ à feudis non excluduntur in Gallia.

¶ Quintò non procedit quando filius & filia simul in lege vel statuto exprimerentur, vt in l. liberos. ff. de senat. l.1. de accusa. ibi, filij filiæve. l. filij. §. senatores. ad municip. l. si ita scriptum. de lib. & posthu. & l. Titius. ibidem. & l. quid. §. si quis. ff. de iis qui not. infa. aliæ limitationes poterunt haberi ex l.1. supra eod.

¶ Sextò indefinite de filio loquitur lex, sciendum. l. filij appellatione. & l. quisquis. & l. Herennius. lex etiam 1. supra eod. & l. liberorum. infra eod. Iurisconsul. in l.2.§. non solum. ff. de excusa. tut. dicit: nunquam enim facile est inuenire quod de filiis loquatur constitutio, sed de liberis.

¶ Secundum colligitur ex hoc tex. ibi, *& nepos videatur comprehendi*, quod filij appellatione sæpe nepos comprehendi videtur: & sic ex interpretatione Iurisconsulti: dicam an proprie in l. liberorum. infr. eod. vbi statuam regulam negatiuam cum limitationibus. Nepotes hic & fere in iure dicuntur filij filiorum, l.1. ff. de gradi. & interdum ex communi loquendi vsu filius fratris dicitur nepos, vt refert Barba. in repetitione l. cum acutissimi. col. 16. C. de fideicom. qui allegat tex. in §. quarto gradu. de gradi. cogna. qui text. parum facit: sed videte tex. in l. similiter. quibus mod. feud. amitt. Bar. in l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testa. & ibi in additio. ad eum. Nepos interdum pro dissipatore & consumptore accipitur, à nepa scorpione. Nempe multi nepotes nescientes quo labore parta sint bona à patruis, solent alla dispergere & prodigari. vnde nepotari est luxuriose & prodigaliter viuere: sicut nepotes quidam viuere solent post mortem patrui diuitis.

Nepos proprie filius filij.

Nepos interdū pro filio fratris.

Nepos pro dissipatore.

Patris appellatione auum cōtineri.

¶ Tertium elicimus ex hoc tex. ibi, *& patris nomine auus quoque demonstrari intelligitur*, quod patris appellatione auus quoque continetur: & hoc ex interpretatione. Et Iurisconsul. ait: omnia admissa in patrem, propinquum, maritum, vxorem, ceteráque necessitudines grauius vindicanda sunt, quam in extraneos, l. capitalium. §. omnia. ff. de pœnis. Not. Alberi. hic, & Bar. in l. liberorum. in fin. infra eodem, Alex. consil.198. perspectis. in fi. vol.6. per verbum intelligitur in tex. positum, quod fictionem denotat. §.1. de excusa. tut. in Institu.

Et sic

Et sic improprietatem, Bar. in authen. ex testamento. C. de secun. nup. Bal. in l. scimus. q. 7. C. de inoffi. testam. Georg. Nathan in repeti. cap. Quamuis pactum. 16. q. col.35. de pact. in 6.

Auus patris nomine propriè intelligitur.

¶ Ego vero puto etiam propriè, cum ex iusta interpretatione Iurisconsul. veniat, vt hic dicitur. Et Iurisconsul. non dixisset ex iusta interpretatione, si impropriè: quia impropria significatio iusta vocari non solet. Vnde Iurisconsul. ait interpretatione legum pœnas mollien das. ff. de pœn. & facit lex, pupillus. in princ. infra eodem. Nec obest verbum intelligitur: quia non simpliciter dicit intelligitur, sed demonstrari intelligitur. Demonstrare autem ea possumus quæ sunt proprie. Alias non *demonstraretur iusta interpretatione*, vt hic Iurisconsul. ait. Probat etiam c.2. eodem tit. vbi dicit, appellat. Et ista Iurisconsul. assumpta interpretatio & ab Imperatore approbata est: ergo est lex Imperatoris, & proprie dicitur. sicut etiam patet in l. vltimum supplicium solam mortem interpretamur. ff. de pœn. Et hæc de eorum interpretatione qui legis condendæ potestatem habent. Cęterum ab ea differt longe interpretatio doctorum, quæ scilicet non est necessaria, glo. in l.1. C. de legib. c.1. de postula. prælat. Sed Iurisconsulti sic, §. responsa. Instit. de iur. natu. Et ideo quandocunque inuenimus interpretatum ab Vlpiano vel aliis Iurisconsul. non dicemus esse impropriè, sed proprie. Alioqui fere omnes prætoriorum edictorū interpretationes essent impropriæ: quod non est dicendum. Et hoc decepit iurium interpretes: quod est notandum: quia non ita elucidatum. si tamen Iurisconsul. vteretur verbis impropriis, tunc impropriè diceremus, vt habeatur pro tali: vt declarauí in l. mercis. 2. supra eodem. vel abusiue, in l. item apud. §. verberasse. ff. de iniur. l. bona ciuitatis. supra eodem. & sic solet loqui Iurisconsul. quando improprietatem denotat. Et sic licet ex interpretatione Iurisconsul. hoc sit: tamen hoc non est impropriè, vt loquitur Alci. nisi forte dicatis dupliciter proprium dici posse, vel ex vocabuli natura, & non potest dici proprie hic: vel ex ipsa interpretatione Iurisconsul. & eo casu proprie dici poterit, quatenus Iurisconsultus proprie loquitur.

Interpretationes Iurisconsultorum propriè accipiēdæ sunt.

Auia matris appellatione venit.

¶ Item matris appellatione eadem ratione venit auia. allegatur lex, nonnunquam. iuncta glo. ff. de colla. bono. quæ parum probat: quia in parente loquitur: vnde statutum excludens matrem, à fortiori videtur excludere auiam: quia fortior ratio est excludendi eam, quam matrem. Bal. in l. illam. in princ. C. de colla. & l. 2. de bon. mater. sic consuluit Deci. consi. 656. iuridicam. in prin. & ideo pater qui potest suo filio cedere, comprehendit auum, & mater auiam, vt plene de hoc in scholastico. priuilegio 177. scripsi, & in tract. de cessi. in 2. tomo commenta. in constitu. Reg. Gallic.

Auus & auia quando patris & matris appellatione non contineantur.

¶ Primò vitiatur in pœnalibus & odiosis, l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupti. vbi patris appellatione non venit auus: sic nec matris appellatione illo casu venit auia, l. patri. cum l. sequen. ff. de adul. quia odia restringi debent per regulam iuris, & l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. nam tunc iusta non esset interpretatio, nec æqua: & hic tex. admittit iustam tantum interpretationem. vbicunque igitur iustum non erit facere hanc interpretationem eam reiiciemus, per hoc verbum iustum: quod ad multa seruire potest.

¶ Secundò flectitur regula quando ex mente legis vel statuti aliud appareret: quia menti deseruiemus, l. nominis. §. verbum ex legibus. supra eodem. sic consuluit Alex. consil.198. perspectis. col. vlt. in 6. vol. vbi consuluit quod si statutum loquatur de bonis quæ proficiscuntur ex dote matris, non comprehendetur auia, quia immediate non proueniunt ex dote: sed ex successione & aliis etiam modis probat.

¶ Tertiò non procedit quando pater & mater, auus & auia exprimerentur, per l.1. ff. ad leg. Pompe. de parrici. in authen. matri & auiæ, C. quando mulier tute. offi. fungi deb. l. Nesennius. ff. de nego. gest. l. alimenta. illo tit. C. quia expressum facit cessare tacitum. l. cum filio. ff. de vulg.

¶ Quartò quando lex diceret mater & filius, tunc non comprehendetur auia, quæ non est mater: & filius non potest dici ratione illius, sed nepos, l. si vsumfructum. §. fi. ff. de libe. cau. licet quandoque auia vocet nepotem filium, vt scripsi in l. liberorum. infra eod. & per illum tex.

In correctoriis non est licita extensio.

¶ Etiam limitatur hæc lex in correctoriis. nam lex correcta in ecclesia non censetur correcta in ecclesiis. authentica, quas actiones. iuncta lege finali, Cod. de summa trinita. quia in correctoriis non est licita extensio, vt ibi glos. & docto. firmant. nam per subaditos intellectus non inducitur iurium correctio, glo. in cap. cupientes. §. quod si per viganti. de elect. lib. 6. Matth. Mathesila. in suo trac. extensio. & si maior sit ratio in alio casu, adhuc extensio fieri non debet, d. authen. quas actiones. l. tam his. §.1. ff. de donat. textus in authen. de admi. in sacris palat. colla. 3. Bar. & alij in l. si constante. in 9. q.1. partis. ff. solu. mat.

¶ Quintò non habet locum quando esset diuersa ratio in auo & in patre vel matre, vt not. docto. in d. authen. matri. glo. & Dec. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. reliqua nunc reiiciam ad l. liberorum. infra eo. ne plura.

Iusta interpretatio.

¶ *Iusta interpretatio*, vera, communis, æqua, & propria, vt hic, & l. sed & si alia. ff. de consti. pecu. & in l. sequenti, in §. quod adiicitur. dicit pleniorem interpretationem.

Iusta imperia. ¶ *Iusta imperia*, id est secundum naturalem rationem vera, & in omnibus reipub. partibus absoluta, receptáque à sapientissimis hominibus communi consensu: quibus proinde velut bonorum morum ac instituendæ vitæ parentibus ciues libenter pareant, non tam metu pœnarum quam honestatis amore. hæc omnia sub appellatione huius verbi iusta comprehendit Oldendor. in interpretatione l. 12. tabul. Ego putarem iusta imperia, id est iure approbata & habita: verum quia multæ sunt super hoc Iurisconsl. phrases, ideo iuste putaui eas in ordinem alphabeticum redigere.

Affectio iusta. ¶ AFFECTIO IVSTA, id est rationabilis, honesta, non ex voluptatibus procedens, sed ex causa, l. illud. ff. de manumiss. vindi. ibi, nec enim delicijs, sed iustis affectionibus se dedisse iustam libertatem lege Aelia Sentia credendum est. l. nec ei, in fin. ibi, vel affectio honesta. ff. de adoptio.

Accusator iustus. ¶ Accusator iustus, qui iustam accusandi rationem habet, l. 2. in fin. ff. de adult. ibi, sed & quotiens alij qui post maritum & patrem accusare possunt, ad accusandum profiluerint, lege expressum est vt is cuius de ea re notio est, de iusto accusatore constituat.

Accusatio iusta. ¶ Accusatio iusta, ex ratione & causa procedens, non ex odio, l. non ideo minus crimine, siue atrocium iniuriarum iudicio tenetur is qui in iustam accusationem incidit, quod dicit alium se huiusmodi facti mandatorem habuisse. C. de accusa.

Actiones iustæ & lites iustæ. ¶ Actiones iustæ, quæ ex vero debito competunt: & iustæ lites, quæ ex vero debito vel re fiunt, licet ante tempus introductæ sint. l. iustas etiam & quæ locum habent fisci actiones præcipimus concremari, ob hoc solum, quod suis temporibus probatæ non sunt, vt iam calumniæ priuatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites subire præcipimus. C. de iure fisc. libro 10. Et Imperator vocat iustam persecutionem, actionem in §. 1. de excepti. in Instit.

Agere iuste. ¶ Iuste agere est communes sequi vtilitates ac consuetudines, parere legibus, priuatáq; pacta seruare. hæc Aristoteles in fine Rhetori. nos autem dicimus iuste agere, pro iure & rite agere.

Æstimatio iusta. ¶ Æstimatio iusta, pro iure facta & vero valore, l. si res æstimata. §. si mulier. ff. de iure dot. ibi, Marcellus ait magis æstimationem præstandam non iustam, sed eam quæ facta est. facit cap. bene quidem. versic. plane. 96. distinct.

Ætas iusta. ¶ Ætas iusta vigintiquinque annorum in contractibus: tamen in contractu matrimonij duodecim in muliere, & quatuordecim in masculo sufficiunt. & dicitur iusta ætas legitime sufficiens ad illum actum perficiendum, l. ait diuus. ff. de iure fisc. ibi, non interest cuius ætatis sit is qui se defert vtrum iustæ an pupillaris, l. 2. in princ. ibi, ad munera siue honores eroandis iusta ætas seruanda est. ff. de excusa. tut. l. quod Seruius. ibi, quorum altera non dum iustam ætatem habebat. de condict. cau. da.

Bellum iustū. ¶ BELLVM IVSTVM, quod edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa, c. iustum. cum sequen. 23. q. 2.

Causa iusta. ¶ CAVSA IVSTA, id est iure probata: vel æquitati seu rationi consona, l. 1. §. item Labeo. ff. quod vi aut clam. l. 1. pro suo, l. 3. §. proinde. de libe. homi. exhib. l. vlt. in princ. de appella. l. senatus. de iure fisc. l. penul. circa fin. de vaca. mune. l. 1. §. sed si quidem. de pollici. l. prætor. de iurisd. omn. iudic.

Iusta causa possidendi. ¶ Iusta causa possidendi est idem, quando iussu iudicis possideo, vel alio iure. l. & generaliter. in fin. ff. de noxa. l. fundus. 2. in fin. famil. ercisc. iusta causa interdum est in personam. §. 1. de pact. ff. iusta causa conuentionis l. si conuenerit. ff. de pact. iusta causa dominio translato, l. non solum. §. 1. de aliena. iudi. ff. iusta causa l. 1. §. 1. ff. de dol. l. Celsus. §. 1. ff. de arbi. l. item veniunt. §. eos. ff. de peti. heredi. l. si eum seruum. §. idem iuris. de fideicom. liberta. l. & si sine. in fin. de muner. l. iusta. de manumiss.

Causa probabilis. ¶ Causa probabilis pro iusta, & econtrario, l. non vt à patre. in fi. ibi, nulla causa probabili interueniente. ff. de capt. l. 2. §. ceterum. ibi, nisi certis & receptis probabilibus causis, de vac. & excusa. muner. l. qui in alterius locum. de regul. iur. l. 4. ibi, iusta causa exemptionis.

Causa iusta excēptionis. ne quis eum qui in ius vocatus est. l. 1. in fi. de eden. l. vel hereditas. de procura. iusta causa remotus, l. sed & hæ. §. præter. l. Pomponius. in prin. l. vel si longinquo. & l. sequen. ff. de procura. l. debitor. de nego. gest. constat autem omnis ætatis hominibus restitutionem eremodicij præstari debere, si doceant se ex iusta causa abfuisse, l. sed & si sine. in fi. ff. de minor. & ideo non videtur iustum statutum quod hoc prohibet, videlicet impetrationem aut concessionem, l. sed & si lege. §. de eo. de peti. heredi.

Causa iusta remotus.

Eremodicij restitutio quando detur.

Causa iusta & rationabilis. ¶ Interdum Iurisconsultus dicit causam iustam & rationabilem, l. 3. §. si mecum. ff. ad exhi. ibi, elegánter igitur definit Neratius iudicem ad exhibendum hactenus cognoscere an iustam & probabilem causam habeat, propter quam exhiberi sibi desideret.

Iusta causa, id est habilis. ¶ Iusta causa, id est habilis ad dominij translationem, l. 1. ff. de Publi. §. sed iustæ. de acti. in Insti. & ex iusta causa subuenit prætor. lege prima. ff. ex quib. cau. maio. l. moris. §. sed & damnari. de pœn.

¶ Iustior

Causa iustior. ¶ Iustior causa medicorum est, quod hi salutem hominum agant, illi studiorum curam. Vlpia. in l. 1. in prin. ff. de variis & extraordi. cogniti.

Causa iustissima. ¶ Iustissima causa, in l. 1. de libe. exhib. & l. 2. §. circa. de dol. excepti. l. 1. ex quib. cau. maio. l. quæcunque. de public. l. 3. §. si plures. de sepul. viol.

Cōuentio iusta. ¶ Conuentio iusta, iuri & æquitati conformis, l. tale. §. 1. ff. de pact. ibi, iustam conuentionem iudex veluti confessi sequetur. l. cum emptor. in fi. de rescind. vendi. vel iusta conuentio dicitur, quando aliqua causa est apposita. l. si quis cum debitore ff. de iureiur. ibi, est enim iusta conuentio, si quælibet causa in conditione iurisiurandi deducta fuerit.

Colonus iustus. ¶ Colonus iustus, qui rem conductionis validæ causa tenet, l. colonus. ff. loca. licet quidam ibi habeant istum colonum, non iustum. ego tamen in meo libro habeo iustum.

Contradictor iustus. ¶ Contradictor iustus, est cuius interest, l. 3. ff. de collus. deteg. vide Bar. & alios in l. fin. C. de edic. diui Adriani tollen.

Contractus iustus. ¶ Contractus iustus, per se subsistens, & iure conceptus. l. 1. C. de iure emphyt. ibi, iustum esse validúmque contractum.

Contemptor iustus. ¶ Contemptor iustus, qui auctoritate iuris parere non tenetur alicui præcipienti, vel aliquid facere, l. fin. C. de arbi. ibi, vt ex ea electione nulla pœna, nulla pacti exceptio aduersus iustos earum contemptores habeatur.

Dominiū iustū. ¶ *Dominium iustum*, pro vero, in l. penul. ff. de Publi. in rem act. ibi, Paulus notat, exceptio iusti dominij Publicianę obiicienda est. l. mandatum distrahendorum. ff. manda. ibi, cum exceptio iusti dominij causa cognita detur.

Dubitatio iusta ¶ Dubitatio iusta, id est non friuola, nec modica. l. Vrannius. §. 1. ff. de fideiuss.

Deliberatio iusta. ¶ Deliberatio iusta, in l. ille à quo. §. 1. in fi. ff. ad Trebel.

Deliberare iuste quomodo dicatur heres. ¶ Deliberare iuste dicitur heres, qui intra tempus à iure vel consuetudine statutum, deliberatan heres esse velit necne, l. & quia ff de interroga. actio.

Dolor iustus. ¶ Dolorem iustum difficile est temperare, l. si adulterium. §. Imperatores. ff. de adult. l. si quis in graui. §. si maritus. de senatus. Silan. ibi, si iustum dolorem exequenti domino non restiterunt. iustum dolorem vocat vxoris adulterium. Et omnis dolor ex causa rationabili inductus potest iustus vocari: sed ille maxime qui caput & sobolem tangit.

Defensio iusta. ¶ Defensio iusta pro legitima & iure approbata, l. miles. §. defuncto. ff. de adult. l. si præses. C. quomo. & quan. iud.

Decretū iustum ¶ Decretum iustum, secundum ius interpositum, & præcedente solemnitate requisita, l. in ambiguis. 1. ff. de regul. iur. iuncta l. 1. C. de fid. instru. & iure hastæ fisca. lib. 10.

Excusatio iusta ¶ *Excusatio* iusta, pro legitima & probabili, l. vani timoris non est iusta excusatio. ff. de regu. iur. l. non cogendum. in princ. de procura.

Exheredationis iustæ causæ. ¶ Exheredationis iustæ causæ sunt à iure conscriptæ & approbatæ, & aliæ quæ rationi conueniunt, §. causas. in authent. vt cum de appell. cogno. col. 8. glo. in cap. Quinta vallis. de iureiur.

Exigit iuste. ¶ Exigit iustè, id est non malignè, exponit glo. in l. pupillus ff. quæ in frau. credi. Sed potest dici iuste non per gratificationem, sed iure, id est iuris vel actionis necessitate.

Exactio iusta. ¶ Exactio iusta, quæ iure fit & legitime, l. cum quidam. ff. de vsur. ibi, præsidem prouinciæ adi, qui stipulationem de cuius iniquitate quæstus es, ad modum iustæ exactionis rediget.

Exceptio iusta. ¶ Exceptio iusta, l. Marcellus ait, definit debitor is esse qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. ff. de regu. iur. & ibi, iustam vocat rationabilem & naturali æquitati non dissonam. sic in l. 1. §. denique. ff. quod vi aut clam. ibi, nam aduersus vim vel quod clam factum est nulla iusta exceptione se tueri potest.

Error iustus. ¶ Error iustus, non vanus, l. iusto errore. ff. de vsucap. l. 2. de in integ. resti. l. de ætate. §. qui iusto errore ductus. de interroga. actio. l. si id quod. in fi. de rescinden. vendi. l. 1. §. 1. ad Turpil. & infra dicitur, iusta ignorantia.

Expensæ iustæ. ¶ Expensæ iustæ, in cap. dilecti. de for. compe. Dicetur infra in verbo sumptus iusti.

Filius iustus. ¶ *Filius iustus*, ex nuptijs iustis procreatus, vel legitimus factus, vt in rub. & l. fin. C. de natu. lib. l. 3. §. si emancipatus. de bono. possessio. contra tabu. §. quibus. de heredi. quæ ab intest. defer. in Instit. Iurisconsultus. in l. 4. in fin. ff. de in ius voc. & iustos liberos vocat Imperator in l. generaliter. in fin. ff. de institu. & substitu. & iustam sobolem ibidem, pro eodem. & non iustus filius, qui extra iustas nuptias natus est; & non est legitimus, l. Paulus. ff. de sta. hom.

¶ Vnde is qui adoptat interrogari solet, an velit eum quem adoptaturus sit, iustum filium sibi esse, l. 2. ff. de adopti. Et iustum filium ibi vocat omnibus partibus (vt ita dicam) filiationis veri filij vicem obtinentem: naturalis & legitimi filij loco sedentem, vt placuit Budęo.

¶ Filius dicitur etiam iustus is qui ab vxore & marito ab hostibus captis ibi natus fuerit, iuraque omnia aliorum filiorum habet, si reuersus fuerit, l. diui. ff. de capti. quæ iura connumerat glo. in §. 1. de patria potest. in Institu.

¶ HEREDITAS

Hereditas iusta

¶ HEREDITAS IVSTA pro legitima, quæ iure sanguinis nobis obuenit, l. 3. in fin. ff. pro socio, vbi Budęus.

Iudex iustus.

¶ IVDEX IVSTVS, non corruptus, l. at si quis. §. Et quid si testator. ff. de religio. ibi, & generaliter putp iudicem iustum non meram negotiorum gestorum actionem imitari: sed sollicitus æquitatem sequi debet. iure autem disceptare est iuste iudicare. Non enim est iudex, si non est in eo iustitia, c. 1. in 23. q. 2.

Impedimentũ iustum.

¶ Impedimentum iustum vocatur legitimum, in cap. cupientes. §. quod si pro viginti. & cap. si quis iusto impedimento. de elect. in 6. scripsi in §. 1. in verb. impedimento. de colla. in concord. & plenius in tract. de excusa. in 3. tomo comme nta. in constitu. Regi. quod an sit iustum, relinquitur arbitrio iudicis, vt ibi plene probaui.

Ignorantia iusta.

¶ Ignorantia iusta, non affectata, sed ex causa vera interueniens, l. vlt. §. fin. ff. de lega. 3. lege, qui in alterius locum succedit, iustam habet ignorantiã. de regul. iur. & probabilis vocatur, vt in l. fin. ff. pro suo. l. penul. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. l. penul. de peric. tut. C. & cap. eos. de tempori. ordin. in 6. Et vocatur iustus error.

¶ Indignatio iusta, iure & æquè inducta, l. 1. §. hoc edictum summam habet æquitatem & sine cuiusquam indignatione iusta. ff. quod quisque iur. id est iure quis indignari non potest.

Iusta facere.

¶ Iusta facere est sacrificia mortuorum & exequias celebrare, l. 2. in fi. ibi, iustaue mortuo facientem. ff. de in ius voc. Licet quidam ibi legant busta facientem.

Lex iusta.

¶ LEX IVSTA, æquitati & rationi consona, l. quia actionum. ff. de præscrip. c. erit autem lex. 4. dist.

Litigandi iusta causa. Ab expensis quando litigans excusetur.

¶ Litigandi iustam causam vocant iuris interpretes id quod Iurisconsultorum rationem, in l. qui solidum. §. etiam. ff. de lega. 2. vnde dicunt iustam litigandi causam excusare ab expensis: & iustam causam dicunt quando à iurisperitis consilium quis obtinuit, Bar. & Alex. in l. in bonorum. ff. de bono. possess. Guido Pape dec. 277. opinio. Panor. & alij in cap. primo de postul. præla. quod limitatur in sex casibus in interpretatione auth. habita. in verbo examinatione, in scholastico. priuileg. hodie parũ in Francia obseruatur, propter ordinationem Regiam, quæ statuit succumbentem in expensis condemnandum: quam intelligunt etiam si iustam habuerit litigandi causam, vt aliquid iuri addat. vidi autem in senatu plerosque excusari propter iustam litigandi causam.

Libertas iusta.

¶ Libertas iusta, id est data ex rationabili causa, non ex deliciis: sed ab eo qui dare potuit, l. illud. ff. de manumis. vindi. vel iusta libertas, non dedititia, nec Latina, sed plena, qua ciues Romani donabantur. l. si eum seruum. §. eorum. & l. cum quasi. in fin. de fideicom. liber. l ge neraliter. qui. & à quib.

Metus iustus. Timor iustus.

¶ METVS IVSTVS, non vanus nec leuis timor, sed qui in hominem constantem cadere possit: vt est timor mortis & cruciatus corporis, l. metum. cum l. sequen. & l. nec timorem. in fin. & l. fin. §. 1. ff. quod met. cau. l. in hanc. de dam. infe. l. si quis fumo. in fin. ad leg. Aquil. & c. si iustus metus. de appella. Dec. in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur. l. interpositas. C. de transact. vbi doct. declarant. & alias quando iustus dicatur arbitrio iudicis relinquitur, vt ibi: & interdum à Iurisconsul. vocatur iustus timor, in l. 3. ff. ex quibus causis maiores.

Nuptiæ iustæ.

¶ NVPTIAE IVSTAE sunt, quas ciues Romani, id est homines liberi secundum præcepta legum coeunt, §. 1. de nup. in Institu. l. 1. de bon. damna. ff. l. pater filium. in princ. de lega. 3. ff. & l. 1. §. 1. de assignan. libe. & §. 1. de seruili cogna. in Institu. l. seruorum. §. 1. ff. de stat. homi. l. si qua illustris. C. ad Orfic. inde & Iurisconsultas nuptias legitimas vocat in l. Imperator. cum l. sequen. ff. de sta. homi. & iustum matrimonium, quod stat & est contractum secundum præcepta legum, l. Claudius. ff. de iis quib. vt indig.

Matrimonium iustum.

Odium iustum.

¶ ODIVM IVSTVM, causa rationabili inductum, l. vel quæ paterfamilias. §. exheredatis autem, nisi specialiter testator iusto odio commotus eos vetuerit humanitatis tantum gratia sepeliri. ff. de religio. & sumpti. fune. Et quod Iurisconsultus vocat iustum odium, Imperator vocat causas exheredationis in authen. vt cum de appel. cognosci. §. causas. colla. 8.

Pater iustus.

¶ PATER IVSTVS, ex iis iustis nuptiis factus, l. eius. l. 1. ff. ad municip. Etiam si non habeat filios in potestate l. lege Iulia. 2. §. 1. ff. de rit. nupt.

Persona iusta.

¶ Persona iusta in litibus est idonea, & ad agendum legitima, l. in vniuersis litibus placet non prius puberem iustam habere personam, nisi prius interposito decreto aut administrandi gratia aut in litem fuerit curator datus, & c. C. qui da. tut. poss.

Præstatio iusta

¶ Præstatio iusta, l. quod debetur. in fi. ff. de pecu. ibi, delegatio pro iusta præstatione est, id est delegatio habetur ac si pecunia debita soluta esset & præstita.

Possessio iusta. Possessio precaria.

¶ Possessio iusta, non vitiosa, non vi, non clam, non precario habita, l. 2. & 3. ff. vti possi. l. duo in solidũ. de preca. l. quęcumq;. §. 1. de Publi. in rem. precaria tamen possessio iusta quidem est, sed non pergit ad iudicij vigorem, l. communi diuidundo. §. inter. ff. com. diui. §. ex iis.

iis. per quas perso. nobis acqui. in Inst. & iuste possidet qui auctore prætore possidet, l. iuste. de acqui. possess.

Possessor iustus. Possessor bonæ fidei.

¶ Possessor iustus, qui verum habet titulum, etiam à non domino. l. eum qui. §. 1. ibi, est enim iustus possessor, & petitor qui liberalitatem accepit. ff. de Publiciana. Dicitur etiam bonæfidei possessor, l. si quid possessor. §. 1. de petiti. heredi. ff. sic etiam iustus petitor est qui titulum in rem quam petit & iustam petendi causam habet, d. l. eum qui. §. 1.

Petitor iustus.

Pretiũ iustum.

¶ Pretium iustum, verum pretium, non immoderatum, nec iniustum, sed rei æquiualens vocat Iurisconsul. in l. si possessor. §. quod si post. ff. de peti. hered. & in l. si res. de in rem verso. iuncta glo. & in l. 1. §. sed si rem. ff. si quid in frau. patro. l. 1. §. cura carnis. de offi. præfe. vrb. & in l. item quamuis. ibi, in communi diuidundo iudicio iusto pretio rem æstimare debet iudex. ff. com. diuid. l. si quis sepulchrum. versic. præses etiam compellere debet iusto pretio iter ei præstare. ff. de religi. l. cum quasi. §. si plures. de fideicom. liber. & l. alieno. in fi. ibidem, l. si fundus. in fin. de pigno. l. qui concubinam. in fin. de leg. 3. & Imperator in l. 2. C. de rescin. vendi. l. vl. in fi. de administra. tuto. & Iurisc. verum pretium dicit in l. si fideiussor. §. fin. ff. de lega. 1. Alibi æquum pretium in l. annonam. §. 1. de extraord. crimi. & iusta pretia non ex præterita æstimatione, sed ex præsenti constituenda sunt, l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fis. Oppositum est iniustum pretium, l. nec quasi. de rei vindic.

Pretiũ verum. Pretiũ æquũ.

Procurator iustus. Procurator falsus.

¶ Procurator iustus, verus, cui legitimum mandatum est, vel specialiter, vel cui omnium rerum administratio mandata est, l. vero. ff. de solu. Cui opponitur falsus, l. licet. C. de procura. l. falsus procurator. de fur.

Pactum iustũ.

¶ Pactum iustum, vulgo vestitum dicimus, & stipulatione roboratum, l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. teste Alci. in l. obuenire. supra eodem. & opponitur pacto conuento. illud enim nuda conuentio est, hoc plenum solidumque pactum, hæc Ferret. in l. si vnus. §. pactus. ff. de pac.

¶ Ego dicerem iustum pactum illud dici, quod cum causa factum est, & à iure approbatum, non transit in aliud contractus nomen, sed in suo remanet nomine. ideo §. naturalis. intelligitur de pacto cum causa facto à iure non improbato: vtpote non facto à furioso vel à minore, vel à personis, quæ non possunt hoc facere: vel non est factum metu, vel dolo, vel non est contra bonos mores. sic intelligerem iustum ibi post glo. & doct. in d. §. naturalis. Nempe si dicatis, roboratum stipulatione, iam nõ erit amplius pactum, sed stipulatio. & sicut pactum vinculo æquitatis sustinetur, ita conuentionis æquitate dissoluitur: vt in d. §. naturalis. & in pacto liberatorio non requiritur vestimentum, l. si tibi. §. quædam. & l. si vnus. de pact. & de hoc pacto iusto loquitur l. Epistola. §. pactum. in fin. ff. de pact. vbi loquitur ex natura tituli de pacto, non de stipulatione. nam pactum sic accipimus, si pretio quantocunque pactus est, l. furti. §. pactus. ff. de iis qui notan. infa. & Iurisc. on. ait: si pacto stipulatio subdita sit, in l. cum essent. ff. de seruit. rusti. prędi. Et in §. fin. ibidem dicitur, nisi pactum, vel stipulatio. Ergo pactum non potest vocari stipulatio, nisi generaliter, in l. 1. ff. de pact. scripsi in l. iurisgentium, in meis no. interpre.

Possidere iustè

¶ Possidet iustè qui auctore prętore possidet, & qui iure & rite à prętore missus est in possessionem, l. iuste. ff. de acqui. possess. Et tam is qui pignori accepit, quam is qui precario rogauit, iuste possidet. Non tamen opinione domini possident. l. si seruus. §. 1. ff. de noxa.

Petens iusta.

¶ Petentibus iusta, id est rationi consona, non est denegandus assensus, l. 2. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. & §. vlt. eodem tit. in Institu.

Prouocatio iusta, & iniusta.

¶ Prouocatio iusta est quando quis fuit grauatus: iniusta quando sine grauamine appellatum fuit, l. qui Romæ. §. Scia. de verbo. oblig. ff. l. Imperatores. ibi, non iuste appellauerit. de appel. & si iusta sit appellatio, vel iniusta, pronuntiatur bene appellatum vel male, & sine grauamine, l. negotiorum. in prin. ff. de appel. l. 2. in princ. ibi, deinde tua appellatio iniusta fuerit pronuntiata. ff. quand. appell. sit. l. furti. in princ. de iis qui not. infa.

Pœna iusta.

¶ Pœna iusta, id est delicto conueniens, & à iure statuta citra temperamentum, l. absentem. in fin. ff. de pœn. ibi, ita refert & in maioribus delictis consulto aliquid admittatur, an casu, & sane in omnibus criminibus distinctio hæc aut pœnam iustam eligere debet, aut temperamentum admittere.

Pondera iusta.

¶ Pondera iusta & mensuræ, cap. 2. de empti. & vendi. Non falsa nec dolosa, sed recta & æqua, & probata, cap. non afferamus. 24. q 1. l. arbiter. §. de eo. ff. de dol. & Leuitici 19. cap. in fin. statera iusta & æqua sint pondera: iustus modius æquusque septarius. & Ezechiel. 45. c.

Modius iustus. Probatio iusta

¶ Probatio iusta, à iure probata, & legitima, lege 1. C. arbi. tut. l. cum de indebito. ff. de proba.

¶ Plus iusto onerare quid sit declarat tex. in l. qua actione. §. sed & si quis plus iusto onerauit. ff. ad leg. Aquil. & l. si seruus. §. si mulier. ibid. iuncta l. 1. §. quod si propter. si quadrupes paup. fecit. dic.

Querela iusta.

¶ QVAERITVR IVSTE, lege fin. ff. ex quib. cau. maio. Iusta querela, l. circuncidere. in fin. de fica.

¶ RETENTIO

Retentio iusta. ¶ RETENTIO IVSTA pignoris,quæ cum causa sit probabili, in l.vtique.ff.de damno infect.l.qui iniuriæ.in fin.de fur.Et quibus ex causis retentio fieri possit,scripsi in l. non potest videri.supra eodem.

Ratio iusta sumptuum. ¶ Ratio iusta sumptuum,moderata,pro modo facultatum facta,l.at si quis.§.æquũ. ff. de religio.ibi,sciendum est nec voluntatem testatoris sequendam,si res egrediatur iustam sumptuum rationem: pro modo autem facultatum sumptus debere fieri.

Ratio iusta. ¶ Ratio iusta,pro recta,æqua,vel probabili.l.penul.in fin.ff.de publi.iudi.lege 1.§.1.depo. ibi,iustam rationem habet,l.doli verbum.& l.nam & mali.de ser.corrup.alibi bona ratio dicitur:& probabilis in l.3.§.si quis volentem.ff.de libe.homi.exhib.

Rationibus iustis duci. ¶ Rationibus iustis duci,id est moueri rationibus bonis, non friuolis.lege 1.in fin. ff.de abige. l. inter. ibi, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur.de pub.iudi.l.filio. de lega.1.ibi,qui iustis rationibus noluit negotiis hereditariis implicari.

Recusare iuste. ¶ Recusare iuste,id est iure,l.in causæ.§.1.de procu.ibi,ceterum si velit quædam transferre,quædam relinquere iuste, procurator hanc inconstantiam recusabit.

Seruitus iusta. ¶ SERVITVTEM IVSTAM, pro vera glo.in §.1. Institut.de libert. exponit. cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in seruitute fuisse, & postea manumissum esse,§. fin. de inge.in Insti. & non potest iusta seruitute videri seruiuisse iis,qui liberum eum esse non ignorabant,l.si seruus ff.de stipu.seruo.sed in l.generaliter.ff.de noxa. iusta seruitute dicitur seruire bonæfidei possessori.& sic iusta potest exponi legitima,vt dicit glo.vel à iure constituta. nam si quis à latronibus captus sit, non est iusta seruitute detentus,d §.fi.& in l.hostes. ff. de capt.l.libertini. de sta.ho.

Sepulchrũ iustum. ¶ Sepulchrum iustum non facit qui in locum cuius vsusfructus alienus est, mortuum infert:nec iuste infert, l.sunt personæ. ff.de religi. & sumptib. funer. §. religiosum.Insti. de rer.diuisio.& iustum sepulchrum facit qui locum religiosum facit l.2.ff. de religio.ideo iustum sepulchrum facit is qui est fundi dominus & liberam eius habet dispositionem sine alicuius præiudicio. diui enim fratres edicto admonuerunt, ne iustæ sepulturæ traditum, id est terra conditum corpus inquietetur. videtur autem terra conditum corpus & si in arcula conditum.

Solicitudo iusta ¶ Solicitudinem iustam,rationabilem & æquam,l.non iustam gerere solicitudinem per fideicommissum relictæ portionis hereditatis perspicimus. C.ad Trebel. & iustum desiderium.l.iustam.C.de eden.

Seueritas iustissima. ¶ Seueritas iustissima, l.1.§.1.de incendio. pro austeritate pœnæ iuste inducta. ibi, huius edicti vtilitas euidens est, & iustissima seueritas. siquidem reipublicæ interest nil rapi ex huiusmodi casibus.

Sententia iusta ¶ Sententia iusta,id est perfecta & solemnis,l.1.ff.de testa.testamentũ autem est voluntatis nostræ iusta sententia,&c.ego dicerem iustam sententiam,id est iure factam,in qua nil iuris aut solemnitatum desit. sicque iusta debet esse testatoris sententia, non iniusta.argu.l. Lucius.ff.de iis qui not.infa.si autem disponeret quod filius non ingratus nulla sua bona haberet, vel quod interficeretur, non esset iusta sententia,ob id reiicienda. vnde dicit: est voluntatis nostræ iusta sententia. Nam facta quæ lædunt pietatem,existimationem, verecundiam nostram, & contra bonos mores fiunt,nec facere ea nos posse credendum est,l.filius & l.quidam.ff.de condi.instit.idem si non esset perfecta & absoluta, non potest iusta dici.l. hac consultissima. §. ex imperfecto. de testa. C. adhæc si solemnitas deficeret, d. lege,hac consultissima.& lege,nemo.ff. de lega. 1.

Sumptus iusti. ¶ Sumptus iusti, vere & ex causa impensi, lege, sorori. si pars heredi. pet. ibi, sumptus qui propter onera totius hereditatis iusti fiunt ei qui patroni iure portionem euicerit,pro rata computentur,l.per hoc.in fin. communi diuid.

Tempus iusti. ¶ TEMPVS iustum est illud quo quis commode iter vel negotium peragere potest, l.tempus.ibi,si quis tamen plus iusto tempore aut commoratus consumpserit.ff.de excus. muner.l.cum quidam.2.de lega.2.in fin.

Titulus iustus. ¶ Titulus iustus, pro habili ad translationem dominij, vel qui causam præscribendi habet, lege fin. nullo iusto titulo. C.ne de statu defunct.cap.peruenit.de empti.

Testamentum iustum. ¶ Testamentum iustum pro solemni exponit glo.in l.qui à patre.ff.de confir.tut.sed ego exponerem pro valido & iure facto: quia testamentum nuncupatiuum differt à solemni, per tex.in authen.hac consultissima. C.de testa.& tamen nuncupatiuum, si rite factum fuerit,iustum dici potest,l.si is ad quem.ff.de acqui.hered.iniustum verò testamentum vocant Iurisconsulti,contra iustitiam,formamq; rationis naturalis & officium pietatis factum,l.2. ff.de inoffi.testa.l.3.§.ex iis.versic.iniustum.de iniust.testa.

Vxor iusta. Vxor ignominiosa. ¶ Vxor iusta, quæ ducta est ex iustis nuptiis, id est ex solemnitate, l. filius.2.§.si quis.ibi, postea Titia vxor tibi iusta fuerit.ff.de libe.& posthu.l.si vxor. de adult.aliter ignominiosa dicitur, quæ dedecori sit tam ducenti, quàm patri. ac consanguineis: vt si illustris filiam tonsoris vel alterius artificij in vxorem ducat,l.3.§.si emancipatus.ff.de bono.possessi.contra tabu.

tra tabulas. & in summa vocari potest iustum, numeris omnibus absolutum, perfectum, & legitimum.

ALPHENVS VARVS LIB. II. DIGEST.

LEX CCII.

Cum in testamento scriptum esset, vt heredes in funere, aut in monumento aureos duntaxat centum consumerent, non licet minus consumere: si amplius vellent, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videantur.

Heres an contra testamentum faciat; si plusquàm iussit testator expendat. ¶ Heres iussus exponere centum aureos in funere, vel in monumento, tenetur illa centum consumere, & si velit, vltra, sed non minus. item iussus distribuere centum aureos pauperibus sub pœna priuationis hereditatis, si ducentos erogauerit, contra testamentum non facit, propterea non debet hereditate priuari: tametsi contrarium videretur: quandoquidem postquam testator taxauit, voluntas testatoris videtur huiusmodi:& sic sequenda. §. disponat itaque vnusquisque. in authenticis, titulo de nuptiis, collatione quarta.

In maiori summa minor ineſt ¶ Sed respondeo,non videtur contra testamentum facere, qui plus exponit, tum cum pluris expenditur, vtique & tanti expenditur, l. cum furti. ff. de in litem iuran. Tum quia in maiori summa minor ineſt.l.1.§.si stipulanti.ff.de verb. oblig. & quia in re propria quilibet est moderator,& arbiter.l.in re mandata. C. manda. & quilibet nedum re sua vti, sed etiam abuti potest,l.sed & si lege.§. consuluit. ff. de petiti. heredi. & sic vltra expendere poterit. nec facit contra testamentum, quamuis Alci.dicat hodie hanc legem non habere locum: ego tamen vidi in forensi iudicio seruari cum modificationibus quas inferius describam.

Quando non liceat plus exponere, quàm taxatum est à testatore. ¶ Primò perdit officium suum regula tex. nostri, quod liceat plus exponere, quam taxatum sit à testante,quando ipse prohiberet,& vetaret heredi,ne plus expenderet, quàm centum. tunc enim plus expendendo facit contra testatoris prohitionem: quia taxando vt in funere vel sepulcro tot aurei expendantur, hoc taxat,vt certo sciant heredes, quæ sit voluntas testatoris in funere, ne minus expendant: quia solent esse auari, & non curare post mortem testantis de eo, sed bona illius habent, & amplectuntur. sed quando prohibet ne plus consumatur in funere, vel hoc præcipit, diuersum est. nam quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat, pœnam habet. vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum', necessitas est seruientis, vt obediat, vel imperantis, vt ei obediatur. sunt verba Pontificis maximi Gregorij adducta in capitulo finali, decima quarta distinctione, quæstione prima: atque pro hoc videri potest textus expressus in l. naturaliter. §. penul.ibi, & non plus impendas in exigendo quam decem. ff. de præscrip. verb.

In eos qui sepeliri noctu volunt. ¶ Cuius tamen prætextu ego nequaquam probarem quosdam nostræ religionis in sepeliendo contemptores, qui plus volunt sapere, quam oporteat, iubentes se sepeliri noctu.nam qui male agit,odit lucem,vt est in Euangelio,& in cap.consuluit.de offi.deleg. & bona opera interdiu fieri debent: vt homines videant opera vestra bona, inquit Christus, & glorificent patrem vestrum, qui est in cœlis, vt habetur in Euangelio: & sic videtur sepultura contemni.

In eos qui sepeliri volunt sine pulsatione campanarum. ¶ Idem si aliquis velit sepeliri sine strepitu & pulsatione aliquarum companarum. nam is de præceptis ecclesiæ non bene videtur sentire: & quia contra generalem consuetudinem ecclesiæ facit, & retrahit homines, ne pro eo preces fundant. nam homines audientes campanas orarent pro illo. Et sic videtur esse contra bonos mores, quemadmodum docet Petrus Parisiensis consilio nonagesimo primo, Pro primi. columna secunda in quarto volumine. Nisi is homo tam scelestus esset, veluti vsurarius, contra quem insurgerent omnes,illi potius maledicentes quam bene, tunc melius est sine campanis & murmure sepeliri.

In vsurarios.

Hæretici curnoctu sepeliri velint. ¶ Et hæretici communius noctu sepeliri cupiunt, quandoquidem in tenebris vixerunt, & ad tenebras se præparant. vnde scribit Augusti. in c. quæ contra mores hominum sunt,flagitia sunt: & quod lege,aut ciuitatis consuetudine firmatum est,nulla ciuis aut peregrini libidine violetur. turpis enim est omnis pars vniuerso suo non congruens. c. quæ contra.8.dist. & sicut nullus propria temeritate debet relinquere tumulum suorum, multominus debet relinquere sepeliendi consuetudinem, vt interdiu sepeliantur. cano. pla-

cuit.13.q.2.hi autem oblationes negant ecclesiis,aut difficile reddunt: ideo tanquam egentium necatores excommunicandi sunt: nec credentes iudicium dei habendi sunt,vt est in conci. Carthaginiens.& Varen.in c.qui oblationes.ibidem.facit c.animæ.ibi,oberit pio vilis,aut nulla sepultura.ideo ista nocturna quę est vilis sepultura,illis oberit,consuetudinem ecclesiæ relinquentibus.

¶ Et quanti sumptus in funere sint faciendi, abunde scripsi in tractatu de sententiis prouisionalibus, in præfatione, numero quadragesimo nono, cum multis sequentibus, in primo tomo commentariorum in constitutiones Regias, vbi tractaui de conuiuiis funebribus.

Mens testatoris sequēda est.

¶ Secundò etiam non procedit quando ex testamento, vel alias de mente testatoris appareret: quia illa sequenda esset, lege, in conditionibus. de conditio. & demonstra. nam longa differentia est si testator affirmatiuè loquatur, & tunc videtur causa demonstrationis & declarationis fieri: secus si negatiue, quia negatiua totum negat, lege, hoc genus. vbi glossa,ff. de conditionib. institution. lege, si sic stipulatus. vbi Iason,de verbor. obligatio.

Heres quando excusetur, si minus quàm præceptum est faciat.

¶ Tertio flectitur, quando ad æmulationem heres hoc vellet facere, & magnificum sepulcrum in iniuriam aliorum construere, vel si materiam seditionis præberet: tunc prohiberi posset. sicut de opere dicitur in lege, opus.ff. de operibus publicis:imò si heredi præciperetur hoc fieri, magis laudandus est non obediens etiam voluntati testatoris,quàm vituperandus.lege, quidam in suo. ff. de conditi. institu. lege, at si quis. §. hæc actio. ff. de relig. ibi, sciendum est nec voluntatem sequendam, si res egrediatur iustam sumptus rationem. pro modo enim facultatum debet sumptus fieri: nec priuatur tanquam indignus hereditate, qui minus expendit quam fuerat iussus, lege, non oportet indignis heredibus successiones auferri. Cod. de his quibus vt indignis auferuntur hereditates, & ad Senatusconsult. Silanianum.

Taxatio filiis facta excedi nō debet.

¶ Quartò vitiatur etiam quando illa taxatio testatoris facta esset gratia filiorum, ne vltra quam deceat exponerent:tunc heredes filij vltra taxationem expendere non possent. & in dubio ista taxatio filiis vel nepotibus facta, videtur fieri in fauorem illorum: secus si extraneis, quia prouisio patris in dubio fauore filij fit, & ratione amoris paterni, quemadmodum scribo in lege, liberorum. infra eodem: argumento legis, isti quidem. ff. quod me.caus.

In extraneis heredibus taxatio curſiat.

¶ In extraneis verò taxatio fit causa demonstrationis, vt is qui habet bona testantis, saltem exponat centum in funere: non quod testator prohibeat plus consumi: quia scit neminem velle perdere, lege, filiusfamil. ff. de dona. & iactare suum, lege, cum de indebito. de proba. ff. & hodie nulli spargunt pecuniam seu aureos, quia titulus de non spargendis pecun.lib. 12.hoc prohibet: sed non habet locum inter magnos Principes, qui nesciunt qua opera, labore & sudore quærantur.

Executores funerum mandatum testatoris excedere nō debent.

¶ Quintò non procedit in executoribus, qui mandatum excedere non possunt testatoris: nec possunt de alieno largiri vltra summam taxatam. alioqui dicit textus speciem furti esse,& beneficij debitorem sibi acquirere,lege, si pignore. §. primo. ff. de fur. nec potest heres prohibere executori ne expendat vsque ad summam taxatam, lege, at si quis. §.idem Labeo. ff. de religi. & Alcia. hic vltra quàm deceat stomachatur contra sacerdotes Christianæ legis dicens eos inuenisse mille subtilitates, quas strophas vocat. quod si melius perpendisset, à testatoribus laudem appetentibus inuentas esse intellexisset: aut potius cum homo Christianus sit, ista conticere debuisset, hoc maxime tempore valde periculoso,vt scandalum magis inducentia quam salutem.

Expensæ funeris executoriæ sunt.

¶ Notandum est, quod expensæ funeris executoriæ sunt:nempe nō obstantibus appellationibus propter vtilitatem publicam condemnatus cogitur ad funus, lege, sunt personæ. ff. de religi. & sumpti. fune. Et in hoc Regno Franciæ extat lex Regia, super qua plene scripsi in tracta.meo de sentent. præiudici.seu prouisionali:in 2. casu prouisio.in præfat.videte tex.in l.Titius heredes.ff.de lega.3.

Quotuplex funus.

¶ Funus quadruplex est, quemadmodum per Lasarum in lib.3.de republica Roma.cap. 18.pagina quadringentesima vigesima.

Executor si plus impendat quàm taxatū sit, sibi imputet.

¶ Sextò idem si executor testamenti plus expendat quam à testatore taxatum sit, sibi imputet.illud enim ab herede repetere non poterit.text.singul. in lege,qui in aliena. §. primo. ff. de negotiis gestis.lege,hereditas. de petition.hered. si autem minus expenderit quam sibi traditum est, residuum commodo heredis cedit, vel expendere cogetur. lege, Lucius. §.1. de lega. secundo. & id condictione ob causam heredi restituere compelletur.l. si heres. vbi Iason. ff. de condict. cau. da. Baldus in Margarita in verbo executio. quæstio. trigesima nona.

¶ Si tamē legato vel alteri cōmissario data fuerit pecunia ratione oneris,vtpote pro quolibet die

bet die aureus, si totum non expendat, non tenetur residuum restituere, sed debet apud eum remanere ratione oneris: secus si daretur ratione expensarum, Imol. & alij in lege, Lucius.§.primo.ff. de lega.secundo.quod est notandum, vt sciatis quomodo conuentum fuerit.

Mandatarius si mandatū excedat residuum non poterit petere.

¶ Imo si mandauerim tibi, vt codicem, vel aliam rem emeres tali pretio, decem forte, & tu viginti emeris, residuum petere non poteris: antequam tamen tradideris, retentione vti licebit, nisi integrum pretium tibi restituatur, per dictum §. primum legis, qui in aliena. de negotiis gestis. ff. vbi Baldus: & expressim Franciscus Cremen. singulari septua gesimoprimo,si dedi.

Iussus impendere centum aureos, quales impēdere debeat.

¶ Sed quærendum est, iussus impendere centum aureos, quales exponere debeat, an solares aquilæ Regios, vel paruos? Respondeo, imprimis debet inspici de quibus testator in illo testamento mentionem fecerit: si nulla est adhibita mentio, tunc consuetudinem regionis esse inspiciendam, de quibus frequenter loquatur, vt hic de solaribus intelligatur, Tholosæ de paruis. l. si seruus plurium. §. fin. de leg.1. ff. vbi aliæ conscribuntur coniecturæ.

Cum pro quando.

¶ Verba text. elucidemus. *Cum.* hæc dictio alias copulatiua est, de qua in l. triplici. supra eodem tractaui:verum hic sumitur pro quando,vel quoties.

Monumētum.

¶ *Monumentum* est, quod memorię seruandæ gratia existit, lege secunda. §. monumentum. ff.de religi.& generaliter monumentum res est memoriæ causa imposterum prodita, in quam si corpus vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum: si verò nil horum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum, Græci κουοτάφιον appellant, id est aduenarum vel hospitum sepulcrum. lege, monumentum.de religiosis. lege,intantum. in fin. de rer. diuisione.

Munimentum sepulcri.

¶ Munimentum autem sepulcri id esse diuus Adrianus rescripsit, quod causa muniendi eius loci factum sit,in quo corpus positum sit,lege, funeris. 2. ff. de religio. & quid munimentorum nomine contineatur scripsi in lege, notionem. §. instrumentorum. supra eodem.

Centum.

¶ *Centum.* Dictio numeralis est,de qua in lege, propemodum. & lege, Nepos Proculo. supra eod.& quamuis hic tex.taxatiuè loquatur in centum,tamen idem erit in alia summa: quia exempli gratia tantum hoc descripsit,d.l.propemodum.

Consumere pro erogare, vel expendere.

¶ *Consumere* pro erogare vel expendere capitur. Nam qui expendit vel erogat, consumit, vt exponit textus in lege, qui in aliena. aliàs est lex, liberto. §. libertos. ff. de negotiis gestis.

Vſu consumere.

¶ Interdum vsu consumere accipitur pro vsu tollere, siue diminuere, vt in rubrica de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur.iuncta lege prima,vbi Iurisconsultus hunc in modum elucidat.

Consumere pro destruere.

¶ Item consumere, destruere,atterere, funditus euertere, & abolere, dissipare, l. videamus ergo si heres ad quem aliquid peruenit consumpserit. ff. quod metus cau. lege, votum.ibi,finge pretium acceptum vel perdidisse,vel consumpsisse, vel donasse.de petitione hereditatis. lege, si emancipatus. de bonorum possessione contra tabulas. lege, si reus stipulandi.de fideiussoribus.lege vnica,Cod. de famosis libellis.

Consumere pro profundere.

¶ Consumere,pro exponere,profundere,insumere.lege,Cassius.ff.de solu.ibi,sed si creditor eos nummos sine dolo malo consumpsisset.lege, si à furioso. & l. sequen. l. si ego. ff. si cert. peta.

Consumere in bonā partem.

¶ Quandoque in bonam sumitur partem,vt hic,ratione adiuncti:vnde dicendū est,obligationis partem esse consumptam, id est peremptam, extinctam, vt accepit Marcellus in l.cum debitore.ff.rem rat.hab.

¶ Idem Iurisconsul.ait incendio consumptam domum, in l. domum. ff. de contra. emption. & si quis cum sciret venditorem statim pecuniam consumpturum, seruos ab eo emisset, plerique responderunt eum nihilominus bonæfidei emptorem esse. idque verius est. Quomodo enim malafide emisse videtur qui à domino emit?nisi forte is qui à luxurioso & protinus scorto daturo pecuniam seruos emerit, non vsucapiet, Iulianus in l. si quis cum sciret.ff. pro emptore. vnde cum hoc verbum sit medium, bonum respicientis & malum, Iurisconsult. addere solet, male consumpsit. in lege, minor 25. annis adito. ff. de minor.

Consummare.

¶ Consummare verò est perficere. deum oro vt mihi concedat hoc opus consummare. & probat Iurisconsultus in lege, si in aliquam. ibi, si qua cœpta sunt opera publica, vt consummentur. ff. de officio proconsulis. lege, continuus. §. item qui insulam. ff. de verborum obligationibus. De his autem copiosius ego scripsi in lege, ædificia. supra eodem.

Consumere pu-

¶ Consumere publicam actionem, pro tollere, in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de

blicã actionem. iurciu. ibi, nãm & si quis egerit ita demum consumit publicam actionem, si non per collusionem actum sit.

Sumere pro assumere. ¶ Sumere frequenter pro assumere, accipere, capitur: vt dixi in l. aliud est capere, supra eodem. probat lex, heredes, §. de pluribus. cum §. sequenti. ff. famil. erciscund. vbi primò dicit sumere iudicium, postea accipere. inde sumere lapides & arma dicit Iurisconsult. in l. 3. §. plus dicitur. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. is cui. de lica. l. 3. de seruitu. rusti. prædi. l. 1. de quibus rebus ad eund. iudi. eat.

Ius non sumitur ex regula. ¶ Ius non sumitur ex regula, sed ex iure regula fit, lege prima, infra titulo prox. & ibi exponitur.

Sumere supplicium. ¶ Sumere supplicium de aliquo, est illum punire, l. magistratibus municipalibus supplicium à seruo sumere non licet. ff. de iurisd. om. iudi. l. 1. de effract. & sumere vindictam, in l. penul. si ex nox. cau. aga. ibi, quia aliter de seruo supplicio & verberibus satisfit: aliter de libero vindicta sumitur.

Sumere effectum. ¶ Sumere effectum, l. diuisionis placitum, nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem nulli prodesse poterit. l. diuisionis. ff. de pact. id est accipiat robur à traditione vel stipulatione.

Sumere, pro impendere. ¶ Sumere, erogare, impendere. inde sumptus, impensa, & id quod quis impendit, lege prima, in fi. princ. ff. de excusa. mune. l. semper. §. negotiatores. de iure immun. l. 1. §. patrimoniale vero est in quo maxime sumptus postulantur, de munc. lege tertia, in fin. & l. honor. ibid. l. generali. §. Lucius. de vsuf. lega. l. aut prætor. §. per hanc. quæ in frau. credi. lege secunda. §. restituas. ne quid in lo. publico. lege, qui Romæ. §. primo, de verbo. oblig. l. filio. & l. legatus. de legatio. l. prætor. in fi. de edend. l. sumptus. de pact. l. qui aliena. §. 1. de nego. gest. cum alius infinitis iuribus.

Sumptus necessarij, ac voluptarij. ¶ Sumptus necessarios ac probabiles Iurisconsultus vocat in l. qui in aliena. in fin. ff. de nego. gest. qui re vrgente facti sunt: voluptuarios qui nulla re vrgente, l. ex duobus. in fi. ibidem. l. si pecuniam. in princ. de condict. cau. dat.

Sumptus litis. ¶ Sumptus litis, expensæ litis dicuntur, in l. iam tamen. §. in hac. ff. iudi. sol. de quibus abunde scripsi in tract. de expens. damnis, & interesse, in tertio tomo commenta. in constit. Reg. Gallię.

Sumptus inanes. ¶ Sumptus inanes, inutiles, frustratorios, in lege prima. ff. de inofficio. testamento, vocat Vlpia. ibi, melius facerent si se sumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere spem non habeant.

Sumptus pro assumptus. ¶ Interdum pro materia sumptus dicitur, assumptus seu electus, receptus, datus: vt arbiter sumptus, lege, quid tamen si de pluribus controuersiis sumptus est nihil sibi communibus. ff. de arbi. lege, proponebatur ex his iudicibus qui in ea re dati essent, nonnullos causa audita excusatos esse, inque eorum locum alios esse sumptos. lege, si opus quod quis iussus est à iudice qui ex hoc edicto sumptus esset restituere. ff. quod vi aut clam.

Sumere iudicē. ¶ Sumendus iudex, l. Iulianus ait, si alter ex litigatoribus iudicem solum heredem vel ex parte fecerit, alius iudex necessario sumendus est: quia iniquum sit aliquem suæ rei iudicem fieri. ff. de iudi.

Summus. ¶ Summus, amplissimus, vnicus, perfectus, & in quo omnia insunt: de quo scripsi in proœmio concordia. in verbo summas.

Summa quæstionis. ¶ Inde summa quæstionis, principalis, præcipua pars quæstionis, l. obligamur. §. ex facto obligamur, cum in facto summa quæstionis consistit. ff. de actio. & obliga. & vult dicere nos ex facto obligari, quando principalis seu præcipua quæstionis pars in facto consistit: quod elucidatur in l. actionum genera. §. ex facto actio est quotiens ex eo teneri quis incipit quod ipse admisit: veluti si furtum vel iniuriam commiserit, vel damnum dederit. ibidem.

Summa reipubl. ¶ Summa reipubl. l. municipes intelliguntur scire, quod sciunt hi quibus summa reipub. commissa est. ff. ad municip.

¶ Summa rei est, lege, non distinguemus. §. si mulier. ff. de arbi. ibi, summa rei est vt prætor se non interponat, siue nullum sit compromissum, siue sit, sed pendeat an ex eo exigi possit.

Summus fundus. ¶ Summus fundus, l. tria. de seruitutibus rusticorum prædiorum, dicitur superior, oppositus imo fundo.

Summa terræ. ¶ Summa terræ, summitas terræ, vel ipsa superficies, l. cum vsumfructum horti. in fin. ff. quib. mod. vsusf. amitt. ibi, Labeo ait: nec si summa terra sublata ex fundo meo, & alia regesta esset, idcirco meum solum esse definit, non magis quam stercorato agro.

Summa pro quantitate. ¶ Summa aliquando pro quantitate accipitur: vt ea summa restituatur communis. l. 1. ff. commun. diuid.

¶ Summa

Summa egestas. ¶ Summa egestas, qua nulla maior, in l. fi. ff. de bon. damna.

Summa ratio. Summum periculum. ¶ Summa ratio est quæ facit pro religione, l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpti. fune. l. iis solis. de condic. indeb.

¶ Summum periculum, pro morte intelligit Iurisc. quo nullum aliud maius, in l. & eum qui. ff. de vi publ. ibi, motus querela eius, qua significauit filium suum ingenuum iuuenem admodum raptum atque conclusum, mox verberibus atque tormentis vsque ad summum periculum afflictum.

Summū supplicium. ¶ Summum supplicium videtur esse ad furcam damnatio, & viui concrematio, lege, capitalium. in prin. ff. de pœn. lege, si quis. §. abortionis. ibidem. lege penul. de condict. cau. dat.

Summatim. ¶ Summatim cognoscere, est breui & summarie de causa tractare, l. 1. in fin. ff. de præto. stipu. l. in lege Aquilia. ad leg. Aquil. l. si defensor. §. illud. de interroga. actio. declaratur in Clemen. sæpe. de verbo. signif.

Summates. ¶ Summates dicuntur ab Imperatore summi primates, seu primarij, ex ordine decurionum, l. quinque summates. C. de decurio. lib. 10.

Ob eam rem. ¶ Sequitur in tex. *Ob eam rem*, id est propter eam rem, l. in vsum. supra eo. l. qui proprio. §. penul. de procura. facit lex 1. §. de eo loquitur, non de ea. sed tamen & ob eam quæ est fœminini sexus dabitur. ff. de pecu. l. quotiens. ibi. ob eam rem domini.

Ob pecuniam. ¶ Ob pecuniam, l. si rem alienam. ff. de pignora. actio.

Ob pretium. ¶ Ob pretium, l. 5. §. si & quem. ff. de instito. acti.

Ob hoc. ¶ Ob hoc, l. mulieris. §. desinere. supra eodem. & hæc dictio ob significat causam remotam ex vero proximam, teste Bal. in l. non dubium. col. 2. de legi. C. vnde infert, quod condemnatus de mandato ob homicidium, non dicitur de homicidio condemnatus. facit quod idem Baldus notat in lege vni. in fine. C. si seruus extero. & in lege, ex arrali. Cod. de action. empti.

Ob particulā.

Mandati fines qui excedit, quãdo teneatur vel non teneatur. ¶ *Contra testamentum facere non videtur.* Et sic ex hoc tex colligitur, quod non facit quis contra testamentum, quando ea quæ iussus est facere implet, & aliquid facit vltra. vnde qui excedit fines mandati, meliorem domini conditionem faciens, non tenetur: quod est verum quando in eadem specie mandatum impleuit: quia dominus ex hoc queri non potest, l. si procurator. ff. de condict. indeb. l. si mandato meo. in prin. manda. secus si in diuersa specie. l. diligenter. vbi Francis. Curt. ff. manda. lege, si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. de acquir. hered. vbi Iaso. Dicam si operæpretium fuerit in constitu. Reg. titulo de procura.

Contra testamentum quando quis facere dicatur. ¶ Quæro, quando quis facere dicatur contra testamentum? respondeo, qui facit contra id quod in testamento cautum est: vt si testator iussit templum construi vsque ad mille libras, & is construxit castrum, ipse potest cogi ad hoc per iudicem ecclesiasticum & laicum, lege, hereditas. ff. de petit. hered. scripsi abunde in tract. de sentent. prouisio. in præfat. in comment. ad constitu. Reg. in 1. tomo. & contra defuncti voluntatem facere videtur qui contra disposita ab eo facit, siue contra verba siue contra mentem, lege, si peculium. ff. de statuliber.

Contra defuncti voluntatem quando quis faciat.

Contra legem quis faciat. ¶ Contra legem etiam facit, qui id facit quod lex prohibet. lege, contra legem. ff. de legibus. lege, Cæsar. de publica. lege, non dubium. C. illo titulo, vbi Baldus & Iason pulchra scribunt.

Cõtra ius mercari. ¶ Contra iura mercatur qui prohibente lege emit, vel comparat. c. contra iura. de regul. iur. in 6. Et malæfidei possessorem nullus esse ambigit qui contra interdicta legum mercatur, l. quemadmodum. in fin. C. de agrico. & censi. & ideo non præscribit, regul. possessor malæfidei. de regu. iur. in 6.

Contra seruitutem facere. Contra placitã facere. ¶ Contra seruitutem facere, est venire contra constitutam seruitutem, l. si arborem. ff. de seruit. vrba. præd.

¶ Contra placitum facere, est committere contra id quod inter partes conuentum est, l. penul. ff. de transact. & quomodo dicatur quis venire contra transactionem, docet tex. in l. si quis maior. C. de transact.

Contra commodum facere. Contra bonos mores quid fieri dicatur. ¶ Contra commodum facere, notum est, l. qui luminibus. ff. de seruit. vrba. prædi. l. 4. C. de sponsal.

¶ Contra bonos mores fieri dicitur, quando fit contra honestatem & vbi interuenit peccatum: & alias in regul. non est obligatorium contra bonos mores præstitum iuramentum. de regulis iuris in sexto. declaraui in interpretatione legis, si quis pro eo. ff. de fideiussoribus.

¶ De dictionibus contra, è contrario & per contrarium videte legem, verbum amplius. supra eodem.

Contradicere. ¶ Contradicere est allegare aliquid contrarium actui, lege, inuitum autem in seruituti-

bus accipere debemus, non ſolum eum qui contradixit, ſed & eum qui non conſentit. ff. de ſeruit. vrba. prædi.

Contra ius conſtitutionis. ¶ Contra ius conſtitutionis quando dicatur iudicatum, vel contra ius partis, docet tex. in l. 1. quæ ſenten. ſine appel. reſcind. Docto. in c. cum inter. de re iudi.

Ex natura actus procedès non venit contra diſpoſitionem. ¶ Notandum eſt vnum ſingulare, quod non dicitur venire contra diſpoſitionem qui aliquid facit vel petit ex natura actus procedens, per tex. in l. quæro. §. inter. ff. loca. vbi dixi in nota. interpret. & l. venditores. de verbo. oblig. vnde ſi venditor promiſerit non venire contra venditionem, & petat pretium: vel emptor petat cautionem euictionis, non dicuntur contra venditionem venire: quia hoc ex natura procedit, l. Iulianus. §. offerri. ff. de acti. empti, l. non dubitatur. C. de euict. Bart. & Bal. in l. ſi familiæ. C. famil. ercis. idem ſi teſtator priuaret heredem hereditate ſi veniret contra diſpoſitionem ſuam, & heres peteret cautionem ab vxore vſufructuaria, non eſſet heres priuandus, vt docet Bal. in l. 1. C. de vſuf. ſic conſuluit Carol. Ruyn. in conſi. 51. incipien. Primo videns. col. 5. nu. 15. in 1. vol.

IDEM LIB. VIII. DIGEST.

LEX CCIII.

In lege cenſoria.

¶ Duas continet partes. in prima ponitur lex, quæ erat in portu Siciliæ: ex qua elicitur quæſtio. in ſecunda reſponſio, vbi duplex deciditur quæſtio. ſed ibi reſpondet. Ex lege cenſoria portorium non debet ſolui de ſeruis qui domum ducebantur ad ſuum vſum. domus autem exiſtimari debet vbi quis ſedes habet & tabulas, & ſuarum rerum conſtitutionem fecit. ſuo vſu etiam ducere videtur quando ſui victus cauſa quis ducit, vel quando

Lex cenſoria. ſerui ducuntur, qui vſus gratia patris fa. parati ſunt. & lex cenſoria ſecundum glo. dicitur, quæ ſuper cenſu lata erat. ſed vos dicite melius dici cenſoriam quia à cenſoribus lata fuit, quorum munus erat portoria vectigaliáque locare, vt Budæ. hic firmat. & ſi diceretur à cenſu, diceretur cenſuria, potius quam cenſoria. ſcripſi in l. cenſere. ſupra eodem. alia hic non repetam.

Portus Siciliæ.

Siciliæ portus. ¶ Talis erat lex illius portus Siciliæ, vt ſequitur: quæ eſt de patrimonio beati Petri, cle. paſtoralis §. verum. de iureiur. vbi Bonifac. & alij: & quis ſit portus dictum extitit in l. portus. ſupra eodem.

Ita ſcriptum erat.

¶ Colligite quod vbi conſilium expetimus ex aliquo actu verbis concepto, afferre debemus verba ſuper quibus nobis conſulere volumus, inſtar Iuriſc. hic, ſiue dubitetur ſuper inſtrumentis teſtamentorum, ſiue contractuum, ſiue ſuper inſtrumentis collationum beneficiorum, inſinuationum, vel præſentationum mandatorum, ſiue ſuper ordinationibus, ſiue conſuetudinibus, vel aliis actibus. nam ex verbis veniemus ad reſponſionem quæſtionis, vt hic Iuriſconſult. ita nos docet Vlpia. maxime interpres edictorum, ſemper affert verba illorum, vt patet in lege prima. ff. quod me. cau. & lege prima, de dol. & alibi in infinitis locis.

SERVOS QVOS DOMVM QVIS DVCERET VSV SVO, PRO HIS PORTORIVM NE DATO.

Portorij pro ſeruis non ſolutum. ¶ Ita erat lex portus, vt non ſolueretur portorium pro ſeruis quos aliquis domum ad ſuum duceret vſum: & dubitatum fuit quando dicatur domum ducere. & reſpondet vt inf. quando ducit domum in qua habitat, & res ſuas conſtituit. & iſta eſt prima quæſtio.

Ad vſum ducere, quid. ¶ De verbo ducere ſcripſi in l. qui neque. ſupra eod.

¶ Secunda quæſtio erat, an ſolueretur vectigal pro rebus ad ſuum vſum delatis: & quando pro ſuo vſu ſeruos deferre quis dicatur. & reſpondet, quando victus gratia, vel vt eidem ſeruiant. Aliquando vſui eſſe accipitur pro eo quod eſt vtile, lege, poſtliminium. in fin. ff. de capt. Et vereor quod ſi quicquam permiſero quod in vſum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur, l. officium. §. 1. ff. de re mili. ſed non hic, vt in l. in vſu. ſupra eod. fuit dictum.

Portorij quid. ¶ *Portorium* dicitur vectigal, quod in portu ſoluitur, ſeu pro portu, lege 3. C. de publica. & vectigal. vel portorium, quod portitori datur.

Portitor quis. ¶ Et dicitur portitor hic qui portorium conducit, & à tranſeuntibus exigit. & aliquando etiam

do etiam vocatur redemptor, hic emptor ſeu conductor vectigalium, Gallicè *fermier* vocamus, l. in honoribus. ibi, Non alios fiſci vectigalium redemptores à muneribus excuſari placuit. ff. de excuſa. mune. l. Cum in plures. §. vehiculum ff. loca. dixi abunde in lege, ſæpe computatum eſt. ſupra eodem. videte Socin. conſil. 247. circa princ. in 2. vol. ad quem ſpectet ſoluere hoc vectigal.

Redemptor vectigalium.

¶ Vel dicitur portorium quod ſoluitur pro rebus quæ portantur, forte ſupra pontem tranſeundo, vt in l. cum in plures. §. penul. ibi, pontis portorium. ff. locat. Alibi Imperator vocat hoc onus ſoluendi vectigal pro portatis rebus, deportatorium onus, in l. 1. in fin. C. de vete. lib. 12.

Onus deportatorium.

¶ Etiam portitor eſt qui homines traiicit, & nauigio vehit, vel ad nauem de littore, vel de naui ad littus, vel de ripa fluminis ad alteram ripam. Virgil. portitor ille Charon. ius vero pontificium vocat tabellarios & latores literarum portitores, in cap. 1. de procura. & alibi frequentius.

Portitor pro nauta. *Portitor pro tabellario.*

¶ Ne pro non negatiue ſumitur, vt hic, & l. facere. ſupra eod. & eſt aduerbium prohibendi, vt dicunt grammatici, l. ſi cum fundum. ſupra eodem, & in rubr. ne quid in loc. ſac. & ibid. in multis aliis tit. ff. & C. & l. 1. ad Velleian.

Ne pro non.

¶ Ne pro an, vt in l. triplici. ibi, videamus etiam. ſupra eodem. & l. Nepos Proculo. ibid. & l. ſi mandato. 1. in princ. manda. & l. idem Pomponius. de arbitr. l. procurator. 3. rem ra. hab. Aliquando cauſam affert, vt ne cogatur mulier fundo aut mancipiis carere, l. impenſę. ſupra eodem. l. 2. in fin. quod iuſſu.

Ne pro an.

Quærebatur ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, vtrum pro iis hominibus portorium dare debeat, necne?

¶ Licet hæc quæſtio ſimplex ſit, tamen Iuriſconſultus duas ex hoc facto elicit quæſtiones. Sic debet facere bonus conſiliarius litis enarrator, ac quilibet conſultor, vt ex themate ſimpliciter narrato eliciat quæſtiones neceſſarias ad materiæ declarationem, inſtar Iuriſc. hic. quod ſi fecerit, Philida ſolus habeto.

¶ *Dare* pro ſoluere accipi poteſt. de hoc verbo abunde ſcripſi in l. Sæpe computatum. ſupra eodem.

Dare pro ſoluere.

¶ *Necne* accipitur pro annon, l. heredes. §. 1. ff. famil. ercis. l. quod te. & l. rogaſti. ſi cert. pet. & ſic interrogatiue ſumitur, ſicut interdum dictio ne, vt ſtatim dixi, l. penul. de probat.

Necne pro annon.

¶ Notandæ ſunt dictiones quæ interrogatiuè frequenter ponuntur. Primò dictio num pro an, in l. ſiquis qui in aliena. §. quod ſi ſeruus. ff. de acquir. rer. domi. l. pen. vbi deſcribitur bis, de probat.

Dictiones interrogatiuè ſumptæ.

¶ Item in dictione an, l. verbum erit. ſupra eodem. l. qui venenum. & l. cum quærebatur. infra eodem. l. creditor. de diuer. & tempo. præſcrip. l. videamus. quod met. cau. l. Iulia. 2. de rei vindi. l. videamus. loca. Dictio nunquid, idem. l. 1. ff. de pigno. actio. in dictione quid. l. ad ueſſus. de arbi. lege, videamus. de vſur. & hîc dictio vtrum, vt ſtatim dicam. idem ſi dicatur vtrumne, l. verbum erit. ſupra eodem. Nonne, cap. nonne, de præſumpt. l. ſi longius. in fin. ff. de iudic. Dictio quemadmodum, vt in rub. ff. quemad. teſtam. aperi. & in l. Pomponius. 1. ff. de nego. geſt. Idem in dictione quomodo, l. Pomponius. 1. ff. de negot. geſt. idem in dictione ne, l. triplici. ſupra eodem. l. in perſonam. de pact. ff. l. poſtquam. de peti. heredi. l. cum fundum. §. ſeruum. ſi cer. peta. l. nos videamus. loca. l. videamus. de ædil. edict. Alias dictiones quibus interrogatio fieri poteſt hic quilibet addere poterit.

Reſpondit duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones: prima quid eſſet DOMVM DVCERE: altera quid eſſet SVO VSV ducere.

¶ Duæ ſunt quæſtiones ex facto elicitę, rem ipſam tangentes, & ad ipſius explicationem maximè neceſſariæ. quod facit ad doctores legentes vel ſcribentes, vt rem textui accommodam ſcribant, vel doceant, non quæſtiones extrauagantes, vel ſubtiles, nil ad rem facientes: alioqui in vno libro quis omnes libros alios congereret. nempe neceſſaria tantum proſequi debemus & ad rem pertinentia. ſi hic vellem materiam ſuperaddere materiæ, decem volumina Didymi vel Cryſippi non ſufficerent, potiſsimum in hoc titulo, qui nullam in iure materiam intactam relinquit. multa tamen huic titulo conueniunt quæ alteri titulo non reſponderent: ideo volui hic multa addere.

¶ Lex ergo portus erat, Seruos quos domum ducet, &c. & ſic elicitur prima quæſtio, quando quis dicatur domum ducere: quia poteſt quis habere domum in ciuitate & ruri, de qua intelligatur, poſtea lex portus dicet. altera quęſtio elicitur, quando quis dicatur ad vſum ſuum ducere: nempe ſi ad vendendum vel ad donandum ſeruos ducit, non dicitur ſuo vſu ducere: quod elucidatur in ſequentibus. text. proſequor.

Igitur quæri ſolet, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in prouincia, ſiue in Italia, an duntaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe recte diceretur?

Igitur quomodo ſumatur.

¶ Hæc dictio *igitur* inceptiue ponitur, vt ſcribit gl. in l. ius ciuile. de iuſti. & iu. ff. ſed quomodo ſtet ibi videte. ego dicerem interdũ capi pro poſtea, deinde, vt in prin. de tute. in Inſt. & docet Alberi. & ibi non eſt dictio igitur, ſed eſt dictio ergo, de qua ſtatim dicam. ſed proprie infert & colligit ex præcedentibus, ſeu ratione confirmat: & ſic eſt dictio collectiua, l. munus. 1. ſupra eodem. l. 1. de conſt. Princi. ff. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. mand. idem dicitur de dictione ergo, §. 1. de tute. in Inſti. & l. ergo. quib. ex cau. maio. & l. ergo omne ius ff. de legib.

Solet.

¶ Solet quæri, id eſt aſſuetum eſt & vſitatum: quo verbo vtitur Iuriſconſult. in l. ſi quis donaturus. ff. de vſuf.

Solere, ad quot referatur.

¶ Solet hoc verbum habetur in l. ſolent. ff. de offi. procon. l. venditor. in fin. ff. de iudi. l. 3. in fin. ff. de vſuf. l. diuus. in fin. de in integ. reſtit. l. item. §. ſed ſi ita, ibi, ſolent ſecundum locorum conſuetudinem explicari. quod cuiuſque vniuer. nomine.

¶ Solet ad duo vel plura frequenter reſpicit, l. ſolet etiam meſsis vinde miarumque tempore ius dici de rebus quę tempore vel mora perituręſunt. ff. de fer. & l. præſides. cum l. oratione. ibidem, l. venditor. & l. ſolemus. de iudi. l. ſi negotia. de nego. geſt. l. venditor. §. 1. cum aliis multis. commu. prædi.

¶ Niſi quando ſubiecta materia intelligi poteſt in vno, vt lege fi nali. §. ſed quia. de iure delibe. C. & docet Bar. in l. Mela. per illum tex. ff. de aliment. & ciba. lega. & in l. 1. in fin. C. quomo. & quand. iudex. vbi dicit ſolitum in vno, verificari conſuetum in pluribus. quod conciliari ratione materiæ poteſt, vt dixi. ſequitur An gel. in §. eo non ſcripto. in fin. de iure natur. in Inſtitu. Alex. conſil. 5. ſi vera. nu. 10. in 5. vol. Corne. conſil. 28. in hac. in fin. vol. 3. Deci. conſil. 4. & pro tenui. & conſi. 441. præſens. col. penul. facit lex, cuicunque. §. idem Labeo ait. ff. de inſtito. act. Licet contrarium dicat rub. de conſue. vbi videndus eſt Curti. & idem Curt. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ſi cert. peta. Franciſ. in tract. feud. in 2. parte. q. 4. facit l. procuratoris. §. in tributum. de tribut. acti. l. ſed Iulia. §. proinde. ad Macedo. & d. l. Mela. non loquitur in verbo ſolet, ſed in verbo præſtabat, vt dico in meis nou. interpr.

Solet pro debet

¶ Item interdum ſolet pro debet, & eſt phraſis Iuriſconſ. frequens, quę in l. 1. probatur. ff. de cuſto. reo. & l. admonendi. de iureiur. l. ſi finita. §. ſi forte. de damno infect. Quod pro materia dignoſcitur.

Solitum à Iuriſconſultis pro iure habetur.

¶ Poſtquam ſcilicet Iuriſconſ. recitat quod ſolitum erat fieri, & hoc approbat, alij ita facere debent: quia illud ſolitum pro iure habetur, l. 2. §. portio. ff. ad leg. Rhod. de iact. ibi, porro autem pro æſtimatione rerum quę ſaluę ſunt, & earum quę conceſſę ſunt præſtari ſolet. ergo præſtanda eſt more ſolito, l. diuus. de in integr. reſtitu. ff.

Vtrum pro nũ quid.

¶ Vtrum hîc interrogatiuè ponitur pro an, nunquid, vt l. Nepos. ſupra eodem. lege ſi. in prin. ff. ad leg. Rhod. de iact.

Vtrumne.

¶ Vtrumne pro an, in l. verbum erit. infra eodem, & ſupra dixi.

Vter.

¶ Vter, ſeu vtrum de duobus dicitur, l. qui venenum dicit, adiicere debet vtrum bonum eſſet an malum. & l. pupillus. in fin. infra eodem. l. ſcientiam. §. 1. ad leg. Aquil. l. 4. §. cum autem. ad leg. Rhod. de iactu.

Putaſne.

¶ Putaſne, interrogatiue etiam capitur. l. Nepos Proculo. infra eod. idem in dictione quemadmodum, l. ſæpe. §. fin. vbi ſcripſi. ſupra eodem.

Vbi pro in quo loco.

¶ Vbi, id eſt in quo loco. ſic capitur in lege, ſciendum. & in l. pronuntiatio. circa fi. ſupra eodem. l. fin. ff. de noxa. ibi, ſerui quoque quorum noxa caput ſequitur, ibi defendendi ſunt vbi deliquiſſe arguentur. itaque ſeruos dominus eodem loco exhibere debet vbi vim intuliſſe dicuntur. & in l. Celſus. in fin. ff. ad exhib. l. ſi quis in legatione. de iudi. Quamuis glo. aliter dicat in l. 3. §. 1. de eo quod cer. loco. ſic capitur in l. nihil. ad municip. lege, quod legatur. de iudic.

Vbi pro apud.

¶ Vbi, id eſt apud quem, vt in rub. ff. & C. vbi pupil. educ. debe. & l. vbi. ff. de iudi. & communius in titulis C. vbi cauſ. ſtatus agi debeat, vt in rem actio, & in ſimilibus, vtpote in tit. vbi quis de curia, & ſequent. & vbi cauſæ fiſc. & vbi petan. tut. interdum exponitur vbi, id eſt in quo loco, interdum apud quem: quod ex materia cognoſci poterit per leges illorum tit. Interdum Imperator vtrumque exprimit, vt in rub. vbi & apud quem cognitio in integrum reſtitutionis agitanda ſit.

Vbi pro poſtquam.

¶ Vbi pro poſtquam, l. ſi cum dies. in fi. ibi, tempus quod vbi præterierit. ff. de arbi. & l. ſi poſtulauerit. de adul. l. poſtliminiũ. §. poſtliminio. de cap. l. 3. §. 1. de eo quod cert. loc. ibi, qui Stichum aut Pamphilum promiſit, eligere poſſe quem ſoluat, quamdiu viuunt: ceterum vbi alter deceſſerit, extingui eius electionem.

Vbi pro quãdo.

¶ Vbi pro quando, vel in quo caſu, l. vbi autem. ff. de verbo. oblig. l. ne quicquam. §. vbi decretum

decretum. de offi. procon. l. vbi. de condict. ob tur. cau. l. heres. §. at ſi quis. de iudic.

Vbicunque, in quocunque loco

¶ Vbicunque, id eſt in quocunque loco, l. penul. ibi, aut vbicunque vis. ff. de ſeruit. ruſt. prædi. l. omnem obligationem pro contractu habendam exiſtimandum eſt, vt vbicunque alius obligetur & contrahi videatur. ff. de iudic.

Vbicunque, pro quandocunque.

¶ Alias vbicunque, id eſt quandocunque, in quacunque parte iudicij. l. vbicunque iudicem æquitas mouerit, ęquè oportere fieri interrogationem dubium non eſt. ff. de int. act.

Vbicunque, & quandocunque.

¶ Interdum exprimitur vtrunq; lege 1. §. item. ff. de aleæ luſu. ibi, item notandum quod ſuſceptorem verberatum quidem & damnum paſſum vbicunque & quandocunque non vindicat: verum furtum factum domi, & eo tempore quo alea ludebatur, &c. vt denoter & locum & tempus.

Vbique pro in omni loco.

¶ Vbique, in omni loco, l. 1. ff. ſolu. matri. ibi, dotis cauſa ſemper & vbique eſt præcipua. ibi variè doct. exponunt: ſed iſta ſententia communior videtur, lege, lex Cornelia. §. ſi tamen. de iniur

Habitare vbi quis dicatur.

¶ Sequitur in text. *habitaret.* Habitare ibi dicitur quis vbi non momenti cauſa inhabitat ſiue moratur, l. lex Cornelia. §. ſi tamen. & §. ceterum. ff. de iniur. idque ſiue in ſuo, ſiue in conducto, ſiue in gratuito, l. 1. §. penul. ff. de iis qui deiece. vel effuder. vbi etiam dicit multum intereſſe inter habitatorem & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem & peregrinantem. ſiquidem hoſpes non habitat, ſed tantiſper hoſpitatur. facit l. vt Alphenus. & l. vrbana familia. ſupra eodem. & l. taberne, ibidem. & habitare dicitur qui maiore parte temporis habitat, l. cũ de lanionis. §. Sabinus. ff. de fund. inſtru. vbi Bar. vel vbi retinet familiam, l. 1. §. domum. ff. de libe. agnoſc. vbi Bar. Feli. in cap. quoniam. col. 1. de offi. ordi. & ibi munera ſubire debet, l. 1. & per totum. C. de municipib. & origi. lib. 10. Bar. conſi. 42. viſa inquiſitione. Habitare ſeorſum à muliere maritus iuſte poteſt, l. cum hic ſtatus. §. ſi mulier. ff. de dona. inter vir. & vxo. ſed caueat interim cornua.

Habitator, incola.

¶ Habitator, incola, is qui in loco reſidet, l. habitatores. ff. loca. & d. l. 1. §. pen. ac l. penul. ibidem: & eſt ille proprie qui cum ſua familia habitat, l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ. & Bar. in d. §. domum. Bal. in conſil. 198. ſtatutum. in 2. vol.

Habitatio.

Habitatio, id eſt mora, incolatus, domicilium, vt in tit. ff. de vſu & habit. vbi appellatione habitationis relictæ quoad effectum, videtur legatus vſus domus, l. ſi habitatio. ibidem. & l. cum antiquitas. C. de vſu & habit. l. ſi is qui. §. 1. ff. de pignorib. & in iure habitatio eſt ius vtendi domo aliena, ſalua eius ſubſtantia. Probatur hæc definitio in tit. de vſu & habi. & d. l. ſi habitatio. de habita. quæ ſub vna clave regebatur, loquitur Vlpia. in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Cœlium. de ædili. ed. habitatio, id eſt ædificium exponit Iuriſcon. in l. Seiæ. §. Gaio. ff. de fund. inſtr. Quomodo probetur habitatio docet Bar. d. conſil. 42. & Socin. conſil. 13. inſignis doctor. nu. 14. in 4. vol. & ſi quis non habitet in ciuitate, an gaudeat priuilegiis ciuitatis, videte Barb. conſ. 73. Magnanimus. in primo dubio. vol. 4. & ſtatuta contra habitantes non ligant ſcholaſticos, vt doct. no. in l. cum filiusfa. ff. ſi cert. pet. ſcripſi in ſcholaſticorum priuileg.

An qui in ciuitate nõ habitat priuilegiis ciuitatis gaudeat.

¶ *Domus.* Poteſt enim aliquis plures domos habere, & in prouincia & in ciuitate: de qua domo intelligatur tex. dicens, domum ducere. & hic reſpondet de domo vbi ſedes conſtituit & tabulas, id eſt vbi conſtituit ſe habitaturum, & domicilium elegit. Nam ſi duceret rus cauſa fundi inſtruendi, non cenſeretur ſuo vſu ducere, nec domum: quia ibi non eſt domicilium, vbi paterfamilias non firmauit ſedes & tabulas, vt ſequitur. De domo ſcripſi in l. pronuntiatum. in fin. ſupra eodem. Et domum accipere debemus hoſpitium, ſi in ciuitate maneat. Quod ſi non ſit in ciuitate, ſed in villa, vel municipio, illic vbi latem matrimonio collocauit, l. 1. §. domum. ff. de liber. agnoſc. & pro habitatione, & domicilio, l. 1. §. item. de aleæ luſu.

Domus vbi intelligi debeat.

Sed de eà re conſtitutum eſſe, eam domum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes.

Sedes pro ſedili

¶ Sedes vocatur ſedile, in quo ſedemus: & interdum cathedra vocatur, c. poſt tranſlationem. §. item ſi quis. de renuntia. clem. Dudũ. de ſepul. & l. 1. C. vt dignita. ordo ſeruet. lib. 12. vbi Rebuf. & Plate. dicunt: Cũ fueris inuitatus tali ſede, ſede: ne dicatur ſurge, recede. & in euangelio idem ſcribitur. Et ſedes non honorat hominem, ſed homo ſedem, c. Multi. 40. diſt. & Ioan. And. in cap. cum in diuerſis. de priuil. in 6. ait: ſi bona ſede ſedes, non debes quę rere ſedes. inde dicitur Cathedraticum illud ius quod debetur ratione cathedræ epiſcopatus in ſynodo, cap. conquerente. de offi. ordin.

Cathedraticũ.

Sedes pro conſiſtorio Papæ.

¶ Aliquando ſedes vocatur conſiſtorium Papæ, vel Principis, §. 1. in authen. de appel. & intra quæ tempora. colla. 4. vbi glo. Sæpius tribunal iudicum, in l. 1. vbi Budæ. de iudi. in 6. ſedes decurionum, in l. 1. ff. de decur. Interdũ ius canonicum vocat ſtallum ſedem canonici, vbi ſtare ſolet diuina audiendo, & cantando, in cap. 2. de renuntia. cap. pro illorum. in fi. de præben.

Stallum.

¶ A ſede

Sella curulis. ¶ A sede sella nonnunquam nominatur curulis, in qua magistratus Romæ vehi solebant: & erat hoc vectabulum quo magistratus sedentes portabantur, vt in l. qui sella. de seruitu. rusti. prædi. ff. vbi Budæ. & Cattellian. Cotta in 2. parte nemo. in verbo Sella. quicquid dicat glo. in d. l. qui sella. & Gallicè vocatur *lectiere*. & hæc ex ebore erat, insigne communè præfecturæ prætorianæ cum Imperatoribus, consulibus, proconsulibus, prætoribus, & omnibus maioribus muneribus, qualia erant ædilitas, & tribunatus plebis. vnde curules magistratus auctoribus historiarum subinde pro altioribus commemorantur, teste Laz. in lib. 2. de repub. Roma. c. 3.

Sedes pro dignitate. ¶ Item sedes pro dignitate capitur: vt sedes Apostolica nunquam moritur, ca. si gratiose de rescrip. in 6. §. sic igitur. in authen. vt iudices sine quoquo suffragio. colla. 2. nec potest esse mala, cap. pudenda. in fin. 24. q. 1. quia dominus pro ea orauit, ne ecclesiæ deficeret sedes, in summa circa fi. 21. distinct. vt etiam est in euangelio.

Sedes Apostolica. ¶ Et hęc sedes Apostolica petentibus se offert liberalem, ca. sedes. de rescrip. Non vt dicit ibi Ioan. Andr. eò quod dat plumbum pro auro: sed quia gratis peccata remittit, episcopatus, & alia beneficia petentibus libere confert, & alia, quę scripsit, donat: vt in regu. cancel. Apost. ita sedem Imperialem pro dignitate dicit tex. in cap. futuram. 12. q. 1. scribit Restaurus Castaldus in suo tract. de Impera. q. 87.

Exedra. ¶ Exedram dicunt locum ad sedendum constitutum, sellam studiariam, vel grabatulum ad meridianum accommodum: vulgo capitulum in cœnobiis dicitur, Bud. & alij. Accur. in l. si vero. §. sed & si quis ff. de his qui deiecer. pro fenestra accipit. videte si posit intelligi ibi pro studio, vel alio loco supra viam posito, vbi erant sedes positę, vt vulgo dicimus *galerie*, vel *cabinet sur la rue*. Ex quo loco poterat deiici in transeuntes: qui locus si demissus esset, non posset deiici in transeuntes in viam publicam. iudicate.

Sedes pro domicilio. ¶ Adde: sedes est domicilium, siue habitatio, vt hic, videlicet in qua quis sibi constituit maiorem partem fortunarum, vt sequitur. de multiplici sede tractat Ioan. Francis. Panor. in tract. de officio & potest. capi. sede vacan. in 6.

Tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset.

¶ Et sic ibi quis habere domicilium dicitur, quando constituit suas res, vel vbi maiorem partem suorum bonorum possidet, l. 2. C. vbi senat. vel clariss. vel vbi quis larem rerumque suarum ac fortunarum summam constituit, dicit tex. in l. ciues. C. de incol. lib. 10. & hoc

Domicilium accidentale & naturale. domicilium accidentale vocant iuris interpretes: naturale verò est locus propriæ originis vel paternę, l. 1. & l. assumptio. ff. ad municip. glo. in cap. accedens. 2. vt lite non contest. De quâ materia multa scripsi in tract. de domici. elect. in 3. tomo commentariorum in constitu. Reg. Gallię.

Domũ vbi quis habere dicatur. ¶ Ex quo infero ad glo. in clemen. vni. in verbo subditos. de foro compe. dicentem vocari quem propriè subditum ratione domicilij: sic propriè illa dicitur sua domus in qua domicilium & habitationem habet. Quod facit ad vtilitates maximas: videlicet vt actio iniuriarum ex lege Cornelia competat in eum qui vi domum meam introiuit. Domum autem accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium, l. lex Cornelia. §. 1. & §. domum. ff. de iniur. alias vtilitates scribam in l. pupillus. §. incola. infra eod.

§. Quid autem esset vsv svo, magnam habuisse dubitationem. Et magis placere quod victus sui causa paratum esset, tantum contineri.

De quib. solui non debet vectigal. ¶ Quia lex Censoria volebat portorium non esse soluendum de his quę domum quis vsus sui gratia duceret.

¶ Vsus sui gratia ducere dicitur ea, quę victus sui causa parata sunt. & ideo frumentum primum, lardum, & similia id genus victus causa ducuntur: & de iis non soluitur vectigal, etiam de iure. l. 3. §. fin. & l. si publicanus. §. 1. ff. de publ. l. vniuersi. C. de vectig. & commis. & ideo infert Bal. in l. 2. §. si cõseruatis. versi. sed si ex voluntate. ff. ad leg. Rho. de iact. quod de anulis in digitis delatis non debet solui vectigal. sequitur Lucas de Penna in tract. de priuil. fisc. de publica. versi. 36. vbi casus in quibus non est soluendum vectigal conscribit, ac glo. & docto. in d. §. 1. l. si publicanus.

Nouitia & mãcipia profiteri quis tenetur. ¶ Tamen profiteri quis debet & prædicere redemptori se deferre illa vsualia, licet non soluat pro illis tanquam priuilegiatis. ita intelligitur tex. in l. fin. §. quotiens. ff. de publica. vbi etiam nouitia & mancipia quis tenetur profiteri, licet pro illis non soluat: sed veterana non, quia iam erant cognita & professa.

¶ Nota ibi, *magnam dubitationem*, quod lex fit super magna dubitatione: de quo scripsi in l. sæpe. in fi. & l. triplici. supra eod.

¶ *Placet*

Verbũ Placet cuius sit. ¶ *Placet.* Colligite per verbum placet legem ferri posse, l. vinaria. infra eod. l. placuit. C. de iudi. & hoc est verbum Principis assignantis rationem: sic nobis fieri placet, l. 1. ff. de constit. Princi. & in literis Regis in hoc Regno sæpius hęc clausula describi solet: *car ainsi nous plait il estre faict*. & Principis voluntas iusta pro lege seruanda est: iniqua verò non, c. si dominus & cap. sequen. 11. q. 3. & hęc iusta voluntas legis habet vigorem & robur: non quod omnis Principis voluntas sit lex, vt quidam existimarunt in l. 1. ff. de constitutio. Princ. & in §. sed & quod Principi. Instit. de iure natu. sed est obseruanda vt lex, prout scripsi in concord. Franc. in tit. de Regia facultate primum mensem nominandi. in fin.

Itemque de seruis eadem ratione quæri, qui eorum vsus sui causa parati essent.

De omnibus his seruis vide per Laz. lib. 12. comment. de rep. c. 5. pag. 1067. ¶ Dubitari hic potest an soluatur portorium de seruis qui victus gratia sunt parati: quod videbatur. sed hic tex. respondet contrarium, videlicet de iis seruis non esse soluendum quos paterfa. ad vsum suum haberet, sed etiam in hoc dubitatur quando serui dicantur ad vsum patrisfa. Et cum omnes videantur in vsu suo esse, quia illis vti potest: tamen declarat illos tantum vsus sui causa paratos, qui ad corpus patrisfa. tuendum, & ad cultum eius corporis præpositi destinatique sint. Nempe licet quędam ex mancipiis venalia sint, ex eis venalibus vectigal quis soluere iure tenetur, l. fin. §. quoties quis mancipia. ff. de publican. vectigalibus & commissis.

Vsus causa patrisfam. serui parati qui dicãtur.

Vbi eadẽ ratio, eadem quæstio. ¶ Colligitur ex hoc tex. quod vbi est eadem ratio, ibi eadem esse potest quęstio, & decisio. l. illud. ff. ad leg. Aquil. l. seruus. in fin. ibi, eadem ratio efficiet. de in rem verso. l. fi. C. de fidei com. & ibi videtur cautum & statutum in quo eadem ratio reperitur, etiam si materia sit pœnalis, vt inquit Bal. in l. data opera. col. 8. C. qui accu. poss. & vbi est eadem ratio non dicitur similitudo, sed eadem lex. Bal. in l. iis solis. C. de reuocan. dona. & l. fin. de indict. vidu. tollen. & vbi est eadem ratio, non dicitur fieri extensio de vno ad aliud. Bal. in l. de quibus. ff. de legib. Et quando in pluribus casibus est eadem ratio, tunc vna & eadem ratio decidit omnes casus non per extensionem: imò sicut genus comprehendit species, sic generalis ratio diuersas species casuum emergentium. sed quando sunt rationes specie differentes, tamen similes, tunc illa est extensio, quæ est quædam progressio de termino ad terminum, teste Alex. in consil. 75. videtur in præsenti. col. prima, in 5. vol. Ias. consi. 63. circa prin. col. quarta, in 3. vol.

Ratio naturalis vice legis est. ¶ Et sic sufficit allegare rationem naturalem vbi non habemus legem, glo. in c. consuetudo. 1. dist. & in cap. ex eo. in verbo rationis. de elect. lib. 6. cum sit quasi lex quædam, in l. cum ratio. C. de bon. damna. quæ ita debet mouere iudicem ad iudicandum, ac ipsa lex, vt dicit Andre. de Isern. in proœm. feud. vltima col. vbi dicit id quod in ratione consistit, esse legem: ideo extirpandum est quod ratione caret, in c. cor episcopi. 68. dist. & magis est ratio attendenda quam verba: quia est anima legis: & verbum est sicut corpus. & ideo magis debet attendi intellectus quam vocabulum. docet Bal. in l. si quis seruo. col. fin. C. de fur. & in tract. statu. in verbo ratio. in 2. quæst. Barba. consil. 9. col. 3. in 3. vol. Ias. in l. de quibus. col. 1. ff. de legib. Deci. consi. 227. in casu. nu. 7. & consil. 372. visis. nu. 6. & leges extenduntur per rationem, sicut pellis. Barb. consi. 54. col. 10. nu. 16. in 1. vol. Ias. in l. non dubium. col. 1. C. de legib. Ange. consil. 68. incipiente Martinus Vincen. in l. qui quadringenta. nu. 2. ad Trebel. & per

Extirpandũ est quod ratione careat.

Per rationem leges extẽduntur.

viuam rationem interpretamur scripturas, l. 1. §. veteres. ff. de acq. possess. Barba. in repeti. l. cum acutissimi. col. 13. & 71. C. de fideicom. alias lex irrationabilis & nutritiua peccati perdit nomen legis, & appellatur pestis, tex. in cap. ad nostram & ibi Feli. col. 2. de probat. & ratio naturalis est optimus legis clypeus, Bal. in l. vni. §. in primo. in prin. C. de cadu. tollen. & Litera occidit, spiritus & ratio viuificat. Bal. in lege, commissoriæ. C. de pact. inter empt. & vend. eo quo quisq; magis ratione vtitur, eo maioris eius verba auctoritatis esse videntur, in §. 1. 20. dist. & homo qui non vult vti ratione, dicitur temerarius, & carere arbitrio boni viri. Bal. in l. solam. in fi. C. de testi. & bestia & non homo, glo. in authen. de mona. in verbo decentem. col. 1. & munus animi est ratione bene vti. Cice. li. 3. quæst. Tuscul. & in 5. Bene, inquit, adhibita est ratio: quod optimũ est, eligit. sic neglecta multis multiplicatur erroribus, & nihil sine ratione fieri debere ostendit. Et idem lib. 1. de legib. col. 3. in fin. Quid est autem non dicam in homine, sed in omni cœlo & terra ratione diuinius? & nihil est ratione melius. Estque par homini cum deo rationis societas. Et homines ratione vigentes & intellectu naturaliter domini sunt & aliorum rectores. Aristoteles lib. 1. polit. & videte Feli. in cap. tuanos. col. 2. de iureiu. & dicit Bal. in l. 2. C. de seruitu. quem refert Barba. in clemen. 1. col. 1. de elect. quod licet princeps non ligetur lege, tamen ligatur dictamine rationis: quia est animal rationale: & ibidem dicit, quia licet princeps sit dominus legum, non tamen est dominus morum & rationis: & correcta ratione legis, eius ratio potest allegari, quia non censetur correcta. glo. in cap. nouit. in verbo quicunque. de iudi. l. 1. in verbo prouidentia. de

Ratione vti animi munus est.

Ratione nihil nec melius, nec diuinius.

Princeps legi dominus, non morum & rationis.

legi.

legi.tut.ff.& ratio iuris eſt attendenda, in cap.abbate.de reſcrip. & leges Imperatorum non allegantur in curiis Principum aut Regum pro auctoritate, ſed pro ratione.Bal.in cap.1. §. iniuria. col. 5. de pace & iura. firman. & Francigenæ leges non allegant, ſed bene ſeruant rationem legis,nõ quia hoc lex dicit,nec quia Imperator hoc ſtatuit,ſed quia ratio ſic vult, & à ratione naturali nemo ſubduci poteſt.Bal.in lege,nemo.C.de ſentent.& interlo.omn. iudi.in prin.Iaſ.citat in l.illam.col.3.C.de collat.Benedi.in proœm.cap.Raynutius.col.5. in additio.& in verbo ſi abſque.in 2.de pupilla.nu.44.& domi.Boer.in additio.ad Benedi. de Plumbi in l.an apud. ff. de manumiſ. vindi. & qui rationem naturalem habet,non ob hoc artificium conſequitur.vnde licet multi homines naturali ratione præditi ſint, non tamen Iuriſconſulti ſunt:quia tantum materiã habent ſine artificio: vt ſi ruſticus maſſam auri habeat,vas tamen non conflabit.ſic rationem naturalem habens de iure non reſpondebit: vt pulchre dicit Cynus in l.1.col.2.C. de legib. & ratio naturalis quæ eſt apud doctum & indoctum tantum differt ſicut materia à forma.ideo oportet Iuriſperitum eſſe & ratione naturali præditum & legibus,vt materiam & artificium habeat.quod eſt notandum.

Frãcigenæ leges non allegãt ſed rationem iuris ſeruant.

Iuriſconſ. quæ debeant ineſſe.

¶ Rationabile eſt rationi inhærens,& conforme.l.Herennius.ſupra eodem.

Vtrum diſpenſatores.

Diſpenſator.

¶ *Diſpenſator* eſt qui impendia domus curat, & victui præeſt, de quo dictum extitit in l. vrbana familia. ſupra eodem.

Inſularij,villici.

Inſularius. Villicus.

¶ *Inſularius*, id eſt domus cuſtos: villicus, qui villæ & ruri præeſt, & ad agros homines exercet,l.inſtrumenta.ff.de fund. inſtru. de iis dixi fuſius in l. vrbana familia.ſupra eodem.

Atrienſes, textores.

Atrium.

¶ *Atrienſes.* Atrium eſt primus intra ædes aditus, mediam continens aream, in quam pluuia omni ex tecto collecta deſcendit: in qua veteres aperto oſtio epulari ſolebant, ibíque pecunias,ceteraque pretioſiora ſeruabant,teſte Vitruuio lib.6.in eoque atrio tria erant habitacula,veſtibulum:deinde ſportularum locus, vbi quæ danda eo die erant reponebantur, qui locus etiam ſportula dicebatur. Tertio erat culina. vnde atria dicuntur quaſi atra, quod ex culinæ fumo nigreſcere ſolebant: vel quod ab Atriatibus Etruriæ populis prius ſint inſtituta,teſte Varrone.refert Crapal.in tracta.de partibus ædium lib.1.c.atrium. vnde atrienſis ſeruus,cui huius atrij cura creditur,& cuſtodia,vt hic,& l.inſtrumenta.ff.de fund.inſtru.vel atriarius vocatur, in l.1.§.ceterum.ff.nau.caupo.

Sportula.

Atrienſis ſeruus & atriarius.

¶ Verum quia honoratiores ſerui ad hoc committi ſolebant, factum eſt vt hodie vocetur atrienſis ſeruus qui in magnis domibus aliis eſt præpoſitus ſeruis, & familiæ, teſte Beroaldo in enarratione ad Columellæ libros,quem Gallicè vocamus *maiſtre valet*: licet alij pro ianitore habeant. Etiam Iuriſconſ. meminit de atricis.Sunt autem atrici qui ad atrium excubant,& ad limina,& appellantur liminarchæ, quaſi limini præpoſiti, ſeu limenarchæ.

Atrici.

Liminarchæ.

¶ Liminarchæ etenim dicuntur præpoſiti cuſtodiæ limitum & confinium Regni, & hi milites limitaneos ſub ipſis habebant, lege, liminarchæ.ff. de ſeruis fugi.l.fin.ff.de muner.& hono.l.non idcirco,C.de libe. cau. Græci eos vocant λιμεναρχὰς, ἀπὸ τῶν λιμένων ἄρχειν, quod locis præſint maritimis. λιμὴν enim apud eos eſt portus: λιμεναρχία munus portuum curandorum vocatur.& ſic dicuntur portuum cuſtodes,quos in hoc Regno vocamus Gallicè *maiſtres des ports & paſſaiges*: & ſunt magiſtratus ad hoc præfecti, de quibus dicam in l. vinculorum.infra eodem.

Textores.

¶ Textores ſunt qui texunt,à texendo dicti:& de iis loquitur l.Titiæ textores.ff. de leg. 1.l.textoribus.de lega.3.

An operarij quoque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa haberentur.

¶ Etiam declarat tex.an ex operariis publicis ſit ſoluendum portorium, & an vſus ſui gratia eos ducere cenſeatur:quod magis eſt.

Opera.

¶ *Opera* eſt diurnum officium,l.1.ff.de ope.liber.& interdum pro facto,in l.pronuntiatio in fi.ibi,item redhibitoria,ſi deterior res reddatur emptoris opera aut familiæ.Et quandoq; pro perſona operantis capitur.l.plebs.§.fi.infra eo.Inde operarius, qui in aliqua re operam impendit.vnde in euangelio,Meſsis quidem multa,operarij pauci.ſed ex iis quidam operæ ruſticæ incumbunt:& inter ruſticos operarios varia ſunt negotia. ob id iſte text. addit,qui agrorum colendorum cauſa habentur. & per hunc tex. ruſtici operarij dicuntur qui agros colunt:alias agricolæ,in rub.de agrico.& cenſi.lib.11.

Operarius.

Operarij ruſtici.

¶ Operarius

¶ Operarius quandoque adiectiuum eſt, ſignificans id quod ad operatium pertinet:vel quod induſtria & opera fit: vt homo operarius, qui operatur, quem nos mechanicum vocamus: & vina operaria, quæ ad operarios pertinent, & quibus operarij vtuntur: & panis operarius, vulgò *de la deſpenſe*. & iſti artifices neceſſariam operam publicis vtilitatibus exhibere debent,& ad hoc cogi poſſunt, lege, ſemper. §. hoc idcirco. ff. de iure immunit. De iis operariis ſeu artificibus qui potiores eſſe dicantur, & à quibus muneribus excuſentur ſcribit tex.in l.1.per totum, de excuſa. artifi.lib.10. & Chaſſa. in cata. mundi. in 11.parte.Et ego in 2. tomo commentariorum in conſtitu. Reg.tracta. de magiſtratibus artificio. & de monopoliis prohibitis.

Operarius, a, um, adiectiuum. Operarius homo. Operaria vina. Operarius pœnis.

Ex quibus agris paterfa. caperet fructus, quibus ſe toleraret.

¶ Hic decidit operarios ruſticos in agris laborantes, ex quibus fructus paterfa. caperet, non duci ad vſum patrisfa. ſed tantum eos qui ad corpus tuendum,& ad corporis cultum præfecti eſſent.

¶ *Tolerare* eſt quandoque patienter ferre. vnde dicitur, Quod quiſquis malos non tolerat,ipſe per hoc ſibi teſtis eſt quod bonus non eſt,c.hæc autem.23.q.4.& tolerabile,quod poteſt tolerari,l.Imperatores.ff.de pollici. ibi, eſſe enim tolerabilia quæ vetus conſuetudo comprobat. & Iuriſconſ. vocat ſententiam tolerabiliſsimam in l. quæſitum. ff. de hered. inſti. item Gaius inquit: vis maior, quam Græci βίαν appellant, non debet conductori damnõ eſſe,ſi plus quam tolerabile eſt læſi fructus fuerint, lege, ſi merces. §. vis maior. ff. loca.& quis dicatur tolerari docet Panor. in c. veſtra. col. 2. de cohabi. cleri. & mulie. vlt. nota. vbi ſcribit, quod is tolerari dicitur quando non eſt confeſſus condemnatus, nec operis euidentiam contra ſe habet. & an tolerantia det ius in beneficio not. in c. literas. de ſupplen.neglig.præla.plene ſcripſi in tract.de pacifi. poſſeſſ.nu. 13. Interdum tolerare dicitur,viuere cum quadam parſimonia, vt hic, quaſi ſuſtentare. de quo dixi in l.victus. ſupra eodem.& Græci ἀνοσίως, ἀλιταρχοσάρξ, ſeu ἰσοτραπέζους τρέφεσθαι vocant.

Tolerare.

Tolerabile. Sententia tolerabiliſsima.

Tolerari quis dicatur. Tolerantia an det ius. Tolerare, cum quadam parſimonia viuere.

Omnes denique ſeruos quos quiſque emiſſet vt ipſe haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emiſſet vt venderet.

¶ Itaque concludit tex. non ſoluendum portorium ex aliquibus ſeruis quos quis emiſſet ad vtendum opera illorũ in aliqua re:ſed ſi emiſſet vt venderet, teneri. & ſic ex hoc tex. notandum eſt quod ſi quis rem emit vt illam vendat, pro illa re debetur vectigal:ſecus ſi ad proprium vſum emat:vel ſi ex ſuo agro fructus habuerit,dicta lege, publicanus. §. primo. niſi prius emiſſet ad ſuum vſum & poſtea audita morte patris neceſsitate preſſus, vel alia ex cauſa iuſta vendat,non tenetur aliquid ſoluere: vt docet Bar. & alij in l. cetera. in fin. ff. de lega.1.Berthachi. in tract. Gabellæ in ſecunda parte 8. partis: quia primum propoſitum inſpici debet,l.ſi quis.ff.ſi cert. peta. ſcripſi in ſcholaſt. priuileg. 13. ſic decimas non ſoluent Ciſtercienſes de prædiis,quę propriis manibus colunt:ſecus ſi locent:c.ex parte.1.& c.licet. de decim.

Pro re quæ ad propriũ vſum emitur, non debetur vectigal: ſecus ſi vt venditur.

¶ *Omnes* collectiuè hic capitur: ſed ſi proferatur in ſingulari, diſtributiue, l. Moſchis. ff.de iure fiſ.Bar.in l.hoc articulo.col.ſecunda,de here.inſti.facit glo.in c.1.in verbo omnes. de reſerua.in pragma. ſcripſi in interpretatione auth.habita.in verbo omnium. C. ne filius pro pat.

Omnis, dictio quomodo capiatur.

¶ *Denique* in fine regulariter orationis ponitur pro præterea, vel poſtremò, *finablement*, vt hic.

Denique pro præterea.

¶ Aliquando pro certè,vt in l.in omni.ff.de adopt.l.ſi filiusfa.vbi glo.ſi cer.pet. vbi conuenientius forte pro præterea. Videte & iudicate an ſic exponi debeat in l. mulier. in fin. ad Trebel.

Denique pro certe.

¶ *Ideo*,id eſt ob eam cauſam,*pour cela*. Ob id,ſcripſi in lege, ager. §.ſtipendium. ſupr.eod.

Ideo.

¶ *Vt*,hæc particula denotat hic cauſam finalem, quemadmodum alias ſæpius in iure, lege,ſi creditor.ff.de diſtr.pigno.lege,emptori.de euicti.l.4.de teſti. vnde ſi teſtator legauerit vineas libertis vt habeant vnde ſe paſcant, magis ad cauſam prælegandi, quam ad vſum conſtituendi pertinere,in lege penultima in fine ff.de alimentis & ciba.legat.

Vt denotans cauſam finalem.

¶ Vt etiam modum facit: vt Lego Titio decem vt illi nubat:tenetur illi nubere, & modum implere, l. 1. & 2. C. de donat. quæ ſub mo. glo. in rub. ff. de conditio. & demonſt. Bar.in l.quibus.§.Thermus. ibidem. Aliquando pro tanquam accipitur, lege, ſciendum. ibi,ingratum accuſare.ſupra eodem. Et quando exemplum denotat,l.Labeo. ſecunda.& l. impenſæ.ſupra eod.

Vt, modum denotans. Vt pro tanquam.

Et sibi videri eos demum vsus sui causa patremfam. habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipsius cultum præpositi destinatíque essent.

Serui vsus causa destinati qui dicantur.

¶ Illi serui vsus causa duci censentur, quiad corpus patrisfa. atque ad ipsius cultum præpositi sunt. Præpositi dicuntur præfecti ad hoc, vt elucidaui in l. hæc verba, ille aut ille. supra eodem. & ad cultum corporis & ruitionem, elucidaui in lege, cetera. supra eodem. ergo serui quos ducit rus, vt illos ibi destinet, non dicuntur vsus causa patrisfa. duci, vt sequitur.

Demum pro solum.

¶ *Demum*, pro solum & duntaxat hic accipitur, & in l. si cui. ff. de seruitu. ibi, verum constitit, vt qua primum viam direxisset, ea demum ire agere deberet. alias demum, id est ad extremum, tandem, *à la parfin*. l. regulariter. de petition. hered. l. nec ei. §. & ipsum. ibi, tertio cuius demum ætatis sit.

Demum, pro ad extremum.

Ita demum.

¶ Ita demum modificat, præcipuè, *alors*, *au moins*. l. 3. ibi, quæ dinumeratio ita demum colligenda erit. supra eodem. Vide in lege, Labeo. prima, supra eodem de dictione ita & itaque.

Tunc demum.

¶ Tunc demum, l. fideiussores. ff. de pact. ibi, conuentio cum alio facta prodest, sed tunc demum cum per eum cui exceptio datur.

Destinare pro designare, assignare.

¶ *Destinati*. Et sic sola destinatio patrisfa. attenditur, l. locus. vbi etiam scripsi. sup. eo. nam destinare hic capitur pro designare, assignare siue addicere, l. fideicõmis. §. fi. ibi, quid tamen si forte certis oneribus destinatum sit illud patrimonium. ff. de iudi. l. incola. 2. ibi, destinatus muneribus. ad municip. l. 2. §. ad frumenti. de administra. rer. l. inter publica. supra eod. l. silua. in fi. ibidem. interdum pro mittere: vt destinare literas, l. si longius. in fi. ibi, quod ad sumptus pater ei destinauit. ff. de iudi. & l. 2. §. legatis. ibidem.

Destinare pro mittere.

Destinare pro decernere.

¶ Aliquando pro decernere, deliberare, vt lege, is qui destinauit petere. ff. de rei vindi. l. cum hi. §. causæ. ibi, aut si destinet domicilium transferre. de transact. l. inde Neratius. §. sed & si seruus. ibi, de quo quæstionem habere destinaueram. ad leg. Aquil. lege, si quis eum de religi. & l. 2. §. sepulchrum. & l. scriptus. ibidem. l. Iulia. §. si tibi. §. quantum. ad exhib. l. 3. cum sequent. de fur. ff. Destinare, eligere, deputare, l. fin. vbi glo. sic exponit. ff. de verbo. oblig. lege, minor autem magistratus. §. penul. ibi, à principe qui iudicium destinauit. ff. de mino. Destinatio, l. in totum. de regu. iur. ff. ibi, in totum omnia quæ animi sui destinatione agenda sunt, non nisi vera & certa scientia perfici possunt. videte plene de hac destinatione, quando inspici debeat, per Feli. in l. cum adeo. de rescrip. vbi dicit quod destinatus ad clericatum vtitur priuilegiis tonsuræ. & sic laicus qui commisit homicidium, poterit euadere mortem, si dixerit se ante homicidium destinasse, & vouisse clericum, & remitteretur ad iudicem ecclesiasticum. hanc cautelam Ias. magni facit in l. cum quædam puella. de iurisd. omn. iudic. & in repeti. l. admonendi. col. 10. nu. 53. cum sequenti. ff. de iureiu. & Thomas Ferra. cautela 23. Bartholo. & Pet. Girar. singu. 51. sed hæc doctrina tam cauta videtur in praxi: & si quis nulla vota emiserit ante homicidium, omnia hæc reste ad collum posita complebuntur. alioqui omnes sic euaderent, quia clerici essent destinatione.

Destinare pro eligere.

Destinatio.

Destinatio quãdo inspici debeat.

Quo in genere vectores.

Vectores serui.

¶ Nunc tradit exemplum de seruis qui ad tuendũ corpus, vel ad cultum patrisfa. sunt destinati, vel præpositi: vt vectores, qui vehuntur, l. vnic. in fin. fur. aduer. nau. ff. vnde serui, qui iuxta dominum vehuntur honoris gratia, seu ad tuendum eum, vel alias in naui vehuntur, seu equo, vel curru, dici possunt vectores, l. 1. ff. ad leg. Rho. de iact. l. cotem. §. dominus. de publica. l. 1. in fin. l. 3. nau. cau. stabul. vel vectores seu vectarij dicuntur qui vehunt forte dominũ, vt lecticarij, qui lecticas ferebant, l. 1. §. igitur. de exercit. ff. & l. si ex toto. §. fin. de lega. 1. quamuis glo. exponat illic pro iis qui faciunt lecticas: sed alibi melius dicit in l. legatis. §. si ex officio. de lega. 3. ff. & Cicero lib. epistо. 4. epist. 12. & hic sensus magis videtur conueniens: quamuis vector dicatur & qui vehit & qui vehitur, vt dictum fuit.

Lecticarij serui.

Actores serui.

Alij in tex. legunt actores: ij serui erant qui negotia domini administrabant, & ob id rationes reddere debebant, l. fin. ff. de offi. præsid. l. Pomponius. 1. famil. erciscun. l. 1. in fin. de seruo corrup. scripsi de his in l. Labeo. 2. supra eod. & isti quia domini negotia curant, ideo sunt valde necessarij: & paterfa sui causa eos habere censetur. Communis lectio habet vectores: vtraque tamen sustineri potest. Sex. Decium vectationis modos Romanis inuenisse testatur Blondus lib. 9.

Vectationis modum Romæ quis primus inuenit.

Cubicularij.

¶ *Cubicularij*, ij sunt qui in cubiculo ministrant domino, & illi seruiunt, vulgo *chambriers*, l. fin. ff. de seruit. vrba. præd. l. legatis. ff. de lega. 3. ibi, cubicularios autem vel obsonatores vel

vel eos qui piscationibus prepositi essent, non videri negotiationis appellatione contineri.

¶ Cubiculum est locus in quo cubile, id est lectus sternitur: & quia in camera, vt vulgo dicimus, sterni solet, ob id cameras, *les chambres* cubicula vocamus. pro cubili, in l. seruus. ff. de seru. fugi. & cubiculum, in l. cum fuerit. ibi, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit. de conditio. & demonstra.

Cubiculum.

¶ Præpositus sacri cubiculi principis vocatur *le grand chambellan du Roy*, cui subsunt omnes alij cubicularij, vulgo *les chambellans*. Et hoc officio communius honestantur senescalli, & balliui in hoc Regno, teste patruo meo in rub. de præpo. sacri. cubicu. refert Chassa. in catalo. glo. mundi. 6. parte, consideration. 8. Cubicularij ergo dicuntur vsus gratia patrisfa. duci.

Præpositus sacri cubiculi.

Coqui.

¶ Is est coquus qui cibos coquit: & dicitur cocus coci, vel coquus coqui. Et hic inter artifices connumeratur, cum exquisite cibaria apparat, l. si quid. §. penul. ff. de ædi. edi. Quod si non exacte, sed vulgari quodam modo cibos apparat, & vulgares, tunc officium habere censetur, l. legatis. §. si ex officio. & §. sequenti. de legat. 3. ff. vbi Bar. & Alberi. vnde Martia. de isto sic scribit lib. vlt. Epigram.

Cocus.

Non satis est ars sola coquo seruire palato:
Namque coquus domini debet habere gulam.

Inde Gallice *coquin* dicimus amantem coquinam, eo quod titiones amans, & iners existens, pauper & egens est. & sicut coqui in popina nudi esse solent: ita & *les coquins*. hoc docet Carol. Bouil. in lib. de differen. vulga. lingua. & Gallici sermo. varieta. & popinam locum esse ad reddendum ius docet Iurisc. in l. si cum dies. §. sed & si in aliquem. ff. de arbi.

¶ Est autem Popina publica culina, à popa, locus est in quo obsonia publice & caro cocta venditur, ac comeditur, liguriréque ac helluari solitum est, teste Valla in Rauden. Gallicè potest dici, *cuysine, rostisserie, ou cabaret*.

Popina.

¶ Inde popino masculini generis, pro eo qui in popinis versatur: & popinari significat popinis indulgere ac helluari, *gourmander*.

Popino.

¶ *Administratores, atque alij qui ad huiusmodi vsum parati essent, numeraventur.*

¶ Aliqui habent administratores in tex. alij ministratores: sed in idem reincidit. Et administratores dicit Alcia. esse ministros ipsius patrisfa. in mensa. sic enim proprie ministrare accipimus, à manibus ducto sermone. Ego tamen puto quod administrator nõ solum dicatur qui in mensa ministrat, sed & qui alibi suggerit vel præstat operam: vt administrator belli, ciborum, vestium. Ob id vult dicere tex. quod hi serui dicuntur in vsu patrisfa. videlicet vectores, coqui, cubicularij & administratores, qui patrisfam. quocumque modo ministrant, & seruiunt corpori patrisfa. à verbo ministro, id est inseruio, præbeo, præparo, l. 1. §. familiæ. ff. de publica. & vectig. ibi, siue igitur liberi sint, siue serui alieni qui publicanis in eo vectigali ministrant hoc edicto continebuntur. & ibi, quæ publico vectigali ministrat.

Administratores qui.

Ministro.

¶ Inde ministerium dicitur ministri & serui opera, l. fin. ff. de ope. seruo. vbi sic dicitur: cum de serui operis artificis agitur, pro modo restituendæ sunt: sed mediastini secundum ministerium. & ita Mela scribit. facit l. non alias. ibi, vt si subducatur ministerium. ff. de iudi. & l. locum. §. ex eo. de vsuf. l. 2. de termi. amo.

Ministerium, pro serui opera.

¶ Interdum pro omni opera & seruitio, l. athletas. §. 1. ibi, Celsus probat, quod quia ministerium non artem ludicram exerceant. ff. de iis qui not. infa. & l. si cui. quibus mo. vsusf. amitt. ibi, proinde si histrionis vsumfructum esse dicendum est. vbi glo. exponit pro artificio. sed rectius pro seruitio & operatione. l. argentarius. in fin. de eden. l. cum si exhibuissent. ibi, quia debent bonos seruos ad hoc ministerium eligere. iuncto §. familiæ. l. 1. ff. de publica. l. 2. §. familiæ autem appellatio seruos continet, hoc est eos qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur: vel serui alieni bonafide nobis seruientes. ff. vi bon. rap. l. libertus. in prin. ad municip. l. fi. §. Camelasia. & §. mixta. de munerib. Aut damnum. §. in ministerium metallicorum fœminæ in perpetuum, vel ad tempus damnari solent. & l. in metallum. 2. de pœn.

Ministerium pro omni opera.

¶ Ministerium etiam pro ipsis ministris capitur. nam Iurisc. ait vrbica ministeria esse etiam ea quæ extra vrbem nobis ministrare consueuerunt, l. nam quod §. penul. ff. de penu leg. & in l. in eadem causa sunt quæ à militibus stratoribúsque, vel à municipalibus ministeriis obseruantur. ff. ex quib. cau. maio. l. athletas. §. 1. ibi, ceteráq; eorum ministeria qui certaminibus sacris deseruiunt. de his qui not. infam. probat l. plenum. §. vsus. ff. de vsu & habi. ibi, si vsus ministerij, id est serui, alicui relictus fuerit, ad suum ministerium, id est operationem & seruitium, vtetur, &c.

Ministerium pro ipsis ministris.

¶ Inde ministrans, seruiens, seruitium præbens, d. l. athletas. §. siue autem. ibi, vt puta si caupo fuit, vel stabularius, &c. mancipia talia habuit ministrantia, & occasione ministerij quæstum facientia. Idem in l. mutus. ff. de procura. sic dicitur: mutus & surdus per eum

Ministrans.

modum qui procedere potest, procuratorem dare non prohibentur: forsitan & ipsi dantur non quidem ad agendum, sed ad ministrandum.

Ministerium vacuum.

¶ Ministerium vacuum, quasi nullum, quia parum seruare & nil æquiparantur. in lege, si pendentes. §. 1. ibi, si serui vsusfructus legatus est, cuius testator quasi ministerio vacuo vtebatur, si eum disciplinis vel arte instituerit, vsufructuarius arte eius vel peritia vtetur: & sic exponit ibi Accur. vel ministerium vacuum, quasi nulli operæ dicatum, quam disciplinis vel arti addiscendæ.

Ministerium fraudis suscipere.

¶ Suscipere ministerium fraudis, in l. aufertur. §. 1. ff. de iure fis. ibi, qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit non solum rem in qua fraudis ministerium suscepit.

Minister pro executore.

¶ Inde minister pro executore accipitur, cui factum tacitum commissum est restituere, l. si quis Titio. ibi, nisi vt ministrum duntaxat Titium elegit. & ibi Bar. hoc docet, & glo. & doct. in cap. decreto. de re iudi. vbi docent executorem merum cui factum nudum commissum est, mixtum cui & causæ cognitio: & generaliter qui ministrat aliquid & peragit, l. ordine. ff. ad municip. ibi, tantumque alterum interdictæ rei minister de suis bonis cogitur soluere.

Executor merus & mixtus.

Ministerium, in iure Pontificio:

¶ Sic ministerium in iure Pontificio est terminus generalis omnia comprehendens beneficia administrationem habentia, vti officia. probat tex. in c. cũ in cunctis. §. inferiora ministeria. de elect. vbi Panor. & alij dicunt accipi pro officiis, & Deci. allegat tex. in l. item si serui. in fin. ff. de ædil. edict. vbi glo. ministerium verò dicitur sacramentum, cap. multi. 1. q. 1. glo. & doct. in 2. de concess. præben.

Administrare curam.

¶ Administrare curam, pro regere & gubernare, l. verum. §. ex facto. ff. de muner. ibi, hic cum curam administrasset beneficio Principis, &c. l. fin. ibi, partem hereditatis nomine patris absentis administrauerit. si pars heredi. peta. l. sed si. §. si quid. ibi, dolo eorum qui res eorum administrant. de dolo. & tutores qui in aliquo administrauerunt eodem loco defendere debent, l. neque. §. 1. de procura.

Administrare, pro tradere, dare.

¶ Administrare, tradere, dare, & restituere, l. si pars. §. fin. ff. de inoffi. testa. ibi, illud notissimum est eum qui legatum perceperit, non recte de inofficioso testamento dicturum, nisi id totum alij administrauit.

Administrare, pro gerere & gubernare.

¶ Administrare, gerere, gubernare, excercere. inde procurator is est qui aliena negotia mandato domini administrat, l. 1. ff. de procura. l. quædam. in princ. ibi, cum procurator res rationesve nostras administrauit. de eden. l. non solum. de pecu. l. adeo. ibi, sine quo societas administrari non possit pro socio.

Administrare pro suppeditare.

¶ Administrare, id est suppeditare, concedere, l. 1. ff. ad Maced. ibi, cum inter ceteras scelleris causas Macedo, quas illi natura administrabat, &c. etiam æs alienum adhibuisset, &c.

Administratio.

¶ Administratio, gestio, actus administrandi & gubernandi, in l. 1. in fin. ibi, nec autem rei suæ administratio eis committi debebit: quamuis rem suam bene gerentibus. & in rub. de administra. tut. & cura. l. seruum. §. cum verò qui de statu suo litigat, procuratorem habere posse non dubitamus, non solum in administratione, sed etiam in actionibus. ff. de procura. & lege 12. tabularum interdicitur prodigo rerum suarum administratio, l. 1. ff. de cura. furio.

Administrata negotia.

¶ Administrata negotia, id est gesta, l. eum actum. in fin. ff. de nego. gest. vbi dicit, negotiorum gestorum, postea administratorum.

Administratio mandata.

¶ Administratio mandata, id est commissa gubernatio & gestio, l. qui proprio. in fi. ibi, si duobus mandata sit administratio negotiorum. ff. de procura. Procurator cui generaliter libera administratio rerum commissa est, & potest exigere, l. procurator. ff. de pact. Alienare potest, l. si conuenerit. 2. in fi. de pignora. act. ff. l. si filiusfa. 1. ad Macedo. non habet tamen ius donandi, l. contra. in fi. de pact. vel administratio vniuersorum bonorum permissa, dicit Iurisc. in l. vel vniuersorum. ff. de pign. act. & libera peculij administratio non permanet neque in fugitiuo neque in furtepto, l. libera. ff. de pecu. item qui peculij administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod & specialiter permissurus est, l. qui peculij. ff. de pecul. l. obligatione. de pign.

Administratio libera bonorũ.

Administratio peculij libera.

Administrare & gerere.

¶ Interdum Iurisc. gerere & administrare ponit, in l. 3. §. in rem. ibi, cum seruus domini gerendi administrandive causa quid gessit. ff. de in rem verso. administrationi rerum ciuitatis præpositus, l. 4. ff. quod iussu.

Administrator.

¶ Administrator dicitur generaliter is qui alienas res gerit, siue in munere publico, siue priuato, l. solet. ff. de tut. ibi, qui magis administrator rerum quam curator esse intelligitur.

Administrator Reipub.

Administrator reipub. in rub. ff. de administ. rer. ad ciuita. pertinen.

Subministrare.

Subministrare est suppeditare, porrigere, l. 3. §. nemo. ibi, vel si quid ad turpes sumptus subministrauit. ff. de in rem verso. alia hic non subministrabo, ratus ista nunc sufficere.

Numerarentur.

Numerari pro computari.

¶ *Numerarentur*, id est computarentur, haberentur. ita accipi potest hic & in l. pecuniam. ibi, ita demum in hereditate patris numerari. ff. famil. ercis. Et connumerari dicit Iurisconsul. in l.

in l. edictum. ff. de iudi. l. non ex omnibus. de arbi. lege, si quis sic dixerit. cum lege sequen. infra eodem.

Numerare pecuniam.

¶ Numerare pecuniam est computando præsentem dare pecuniam, l. officium. ibi, pecuniam quæ ex pretio redacta est ei numerari. ff. famil. ercis. l. cum indebitum impuberis nomine tutor numerauit, impuberis condictio est. ff. de condict. indeb. l. fin. de condict. sine cau. l. 3. in fin. de in rem verso.

Numerare pro mutuare.

¶ Inde numerare pro mutuare, l. certi condictio. §. 1. ibi, numerauit tibi decem. ff. si cert. pet. l. 4. §. 1. ad Macedo. quia mutuando numerari solet pecunia, & res quæ mutuatur.

In numero pecudum esse.

¶ In numero pecudum sunt, id est computantur, numerantur, censentur. l. 2. ff. ad leg. Aquil. l. vinaria. infra eod.

¶ Consistunt in numero, vt pecunia. l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. §. 1. quib. mo. re contra. oblig. De numero scripsi in l. vrbana prædia. supra eod.

Numeratio.

¶ Numeratio pro mutuo, in l. omnia. ff. si cer. pet. omnia quæ inseri possunt stipulationibus, eadem etiam possunt numerationi pecuniæ, l. Labeo. 2. supra eod.

Dinumeratio pro numeratione.

¶ Dinumeratio pro numeratione seu computatione accipitur, in l. 3. supra eod.

Enumerare.

Numerata pecunia.

¶ Enumerare est numerare perfecte, Iurisconsul. in l. liberorum. infra eod. dicit quos nominatim numerarent, l. hæc enumeratio. infr. eod. Numerata pecunia est præsens pecunia, quæ facile numerari potest & computari, l. propemodum. infra eod. & l. pecuniæ. ibi, quod vulgo dicimus *argent contant*: & interdum pro computata. De verbo adnumerare scripsi in l. carbonum. supra eod.

PAVLVS LIB. II. EPITOMARVM ALFENI.

LEX CCIIII.

Pueri appellatio tres significationes habet: vnam, cum omnes seruos pueros appellamus: alteram, cum puerum contrario nomine puellæ dicimus: tertiam, cum ætatem puerilem demonstramus.

Puer pro seruo.

¶ Iurisconsult. hic tres pueri significationes elucidat, & vtinam sic in omnibus dictionibus fecisset: nempe nos multis subleuasset laboribus. Prima est vt omnes seruos pueros appellemus, l. finautem. §. fi. ff. de rei vindic. sic dicendo: sed & si puerum meum cum possiderem eruditisse, non idem obseruandum Proculus existimat: quia neque carere seruo meo debeam. quod in principio puerum vocauit, postea seruum nominat. probatur in l. vxorem. §. testamento. ff. de lega. 3. Bar. in l. seruis legatis. ibidem. & sic vocant Bononienses, per gl. hic, & Alcia. testatur hodie in vulgari idiomate esse in vsu: intellige in Italia, sed non in Gallia, in qua seruos vocamus *seruiteurs*: sed Hebræi, Græci & Latini in hoc conueniunt.

Pueri appellatione, quando puella comprehendatur, & quando non.

¶ Secundò puer dicitur contrario nomine à puella, quamuis regulariter pueri appellatione comprehendatur puella, l. illa verba. 2. §. pueri. supr. eod. tamen quando masculinum à puella separare volumus, contrarium dicitur nomen pueri à puella: vt in tutela. §. 1. quib. mod. tutel. fin. & de nuptiis, in princ. in Instit. & in l. 2. de iis qui ven. æta. impetra. & l. Mela. de alimen. & ciba. lega. ff. & alibi sæpius. Et tunc pueri nomine puella non continetur, vt superius dixi. facit l. stuprum. de adulte. l. 3. de vi publ. & l. & eum. ibidem.

Puer, proeo qui puerilis est ætatis.

Puerilis ætas.

¶ Tertiò puer dicitur ratione ætatis puerilis communius vsq; ad quatuordecim annos in masculo, & duodecim in fœmina, l. penul. §. 1. ff. de reb. eo. qui sub tute. glo. in l. fin. C. de infan. expo. & sic etiam infantes vsque ad illam ætatem comprehenduntur, l. fi. §. vbi autem puerilis ætas. C. de bonis quæ lib. c. 1. de delict. puero. c. puerita. q. 1. & c. pueri. 22. q. 5. l. cum hi. §. modus. ff. de transact.

Pubertas quo usque extenda tur.

¶ Limitatur, quando à lege aliter puritia taxata esset & expressa: vt si legentur alimenta quousque ad pubertatem peruenerit, intelligetur vsque ad decimum octauum annum, l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega.

Puer ad sacros ordines admitti non potest.

¶ Item in edicto prætoris, qui pueritiam à postulando excusauit: ibi, vsq; ad decem & septem annos completos taxauit, l. 1. §. pueritiam. ff. de postul. Ex hoc text. possunt elici effectus sequentes. Primò quod puer ad sacros ordines nullatenus admitti debet, c. pueri. 1. q. 1.

Puer beneficia curata habere non potest.

¶ Secundò nec beneficia curata habere potest, c. super inordinata. de præben. indecorum est ei committere beneficium qui non nouit regere seipsum, c. indecorum. de æta. & qualit. scripsi plene in tract. de pacifi. possess. in 2. limita. in qua ætate quilibet officium vel beneficium habere possit.

In puerum omne delictum cadit, excepto carnis delicto.

¶ Tertiò omne delictum in puerum cadere potest, excepto delicto carnis, c. 1. de delict. puero. punitur tamen mitius pro delicto, quam alius secundum Panor. ibi, & Hippol. in l. infans. ff. de sica. & de hoc est tex. in l. sacrilegi. 1. ff. ad leg. Iul. pec. ego vidi puerum non excedentem duodecim annos propter delictum suspensum, nõ per collum, sed sub brachiis: erat tamen restis in collo eius longior, & postea fuit fustibus cæsus per ciuitatem.

De puero suspenso sub brachiis ob delictum.

Puer clericum verberans absolui potest.

¶ Quartò puer qui clericum verberauit, ab episcopo absolui potest, c. fi. de senten. excommunica. scripsi in interpretatione c. si quis suadente. 17. q. 4.

Puer quando teneatur litigare super causa status.

¶ Quintò nō tenetur puer litigare super causa status, nec alius pro eo ante viginti annos, vt probatur in tit. & per totum de Carbo. edi. Et hodie in Regno Franciæ de consuetudine non tenetur super petitorio procedere ante illud tempus: nec eius tutor vel curator, vt fuit dictum in parlamento pro magistro Vrrolo Ebroyas milite contra Abbatem sancti Dionysij: & hoc si opponatur: & si non fuerit oppositum, restitui postea posset, si in causa victus fuisset, vel pars aduersa opponere poterit. Nec tenetur reassumere processum inchoatum contra patrem suum, sed dormiet interim, nec patietur eremodicium: nec post tempus requirentur literæ Regiæ ad illum processum prosequendum, vt quidam dicunt pragmatici, per l. properandum. in fin. C. de iudi. sed ego tamen vidi in forensi iudicio hos minores seu tutores eorum conuentos ad reassumendum processum post parentem.

Puer quando super petitorio procedit.

Arestum.

Puer an teneatur processum à patre inchoatum, post mortem eius reassumere.

¶ Sextò pueri contrahere non possunt: & si contrahant, restituentur, si lædantur, per totum tit. de minor. ff. & l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiu. scripsi abunde in tract. de restitu. in 2. tom. comment. in constitu. Reg. Gallic.

Puer contrahere non potest.

¶ Septimo iurare non cogitur ante 14. annos, c. pueri. 22. q. 4.

Puer iurare non cogitur.

¶ Octauò puero intimatio appellationis fieri non potest, nec alteri minori curatorem habenti: sed curatori facienda erit, vt fuit dictum in parlamento anno 1533. die 2. Maij. faciunt nota. in clemen. causam. de appel.

Puero non fit appellationis intimatio.

¶ Nonò non tenetur ad bellum ire ante decimumoctauum annum, vt firmat gl. singul. in verbo à decimooctauo. in §. 1. de pace iura. firm. in vsib. feudo. quam not. Roma. singu. 122. vltimo. Multa de hoc scribit Alex. lib. genial. 1. c. 2.

Arestum.

¶ Decimò puer non accipiens inuestituram per annum, non perdit feudum. c. præterea. 1. de prohib. feu. aliena. per Federi. firmat Bened. in repeti. ca. Raynutius. in verbo Adiectæ. col. 2. de testa.

Puer quando teneatur in militiam ire.

Puer non accipiens inuestituram per annū, non perdit feudum.

¶ Vndecimò hic non soluens per triennium canonem, res emphyteuticarias non perdit: secus in aliis, l. 2. & seq. vbi Ias. C. de iu. emphy. pulchre Guido Papa in decis. suis q. 435. vtrum contra.

Puer canonem per triennium non soluēs, res emphyteuticarias non perdit.

¶ Duodecimò testari non possunt pueri ante quatuordecim annos: fœminæ ante duodecim, l. qua ætate. ff. de testa. §. præterea. quibus non est permiss. fa. testa. in Institu. Alia scripsi arti. 2. d. tract. de restitu. glo. 4.

Pueri vel puellæ quando testari possint.

¶ Hinc dicitur pueritia, ipsa ætas puerilis, l. 1. §. initium autem fecit prætor ab iis qui in totum prohibentur postulare, in quo edicto aut pueritiā aut casum excusauit. ff. de postul.

Pueritia.

¶ Sequitur in tex. *vnam.* Vnam hic pro prima significatione accipimus: alteram pro secunda. facit l. fi. ff. de abige. ibi, vnum vel alterum pecus surripuerunt. l. penul. ibi, vnus aut alter. de plagia. Interdum vnus pro solo. l. non est sine liberis cui vnus filius vnave filia est. supra eod. vnus est principium numeri pro vnico. l. 1. & 2. ff. de lib. & posthu. l. sed & si. §. quotiens. ibi, vno minus die. quib. ex cau. maio. l. si in re. de noxa.

Vnus.

Vna, simul.

¶ Vna pro simul, l. milites. ff. de custo. reo. ibi, & vtrū vnus ex pluribus, an ex vna plures. plura de hoc scripsi in §. 1. in verbo vnū. de nomin. Reg. in concord. quæ ibi videri poterūt.

Ætates hominis sex.

¶ Colligite postremò, quod Iurisconsul. hic nominauit ætatem non simpliciter, sed cum adiuncto, videlicet puerilem. nam sex sunt hominis ætates, prima est infantia, quæ vsque ad septimum annum durat: & hæc ætas est præpedita omnibus agendis, vt vix idonea sit ad discendum prima elementa: ista tamen puerilis ætas ad fidem discendam instrui debet. aliæ ætates connumerantur in l. hereditatum ff. ad leg. Falc. & in procemio sexti.

IDEM LIB. IIII. EPITOMATORVM ALFENI.

LEX CCV.

Qui fundum vendidit, pomum excepit. Nuces & ficos, & vuas duntaxat duracinas, & purpureas, & quæ eius generis essent, quas nō vini causa haberemus, quas Græci πρεσσίμους appellarent, recepta videri.

Pomi significatione quid comprehendatur.

Ὀπώρα.

Ἀκρόδρυα.

¶ Qui vendidit fundum pomis exceptis, omnes fructus edendi causa ex arboribus promanantes excepisse videtur. Pomi siquidem generale nomen est, vt etiam nuces pomorum genere comprehendantur: & omnes alij fructus ex arboribus prouenientes, siue molles siue duri: comprehenditque quicquid apud Græcos nomen ὀπώρα continet, hoc est quicquid nihil habet exterius lignosum: nam quæ lignosa exterius sunt Græci ἀκρόδρυα vocant: qualia sunt malum punicum, pistacia, castaneæ nuces, vt docet Hermola Barba. & dicunt pomum dici quod potus vicem in cibis præbeat: vel quod potu, id est adaquatione eius insitio indigeat. etiam nucem pineam contineri, vt Martialis docet:

Poma sumis Cybeles, procul hinc discede viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

¶ Ex

Pomi nomine quid comprehendatur in Gallia.

¶ Ex communi tamen vsu loquendi Franciæ separata sunt vocabula: ideo qui excepit poma, *les pommes* Gallicè, nō videretur excipere pira, nuces, nec alios fructus, nisi poma tantum *les pommes*. quia communis loquendi vsus attenditur, l. Labeo. ff. de supelle. lega. Alioqui sub hoc pomi nomine decipererentur simplices, qui generalitatem non intelligerent. sed hoc pomi nomine tam poma curtipendia, à breuitate pediculi ex quo dependent dicta, quæ vulgo *cappendus* vocantur, ab Italis autem *calamila*, quasi omnium optima (vt Ruellius docet) quam passipoma & purpurea, etiam mala insana, quæ nos vocamus *pommes d'amours*: quia amor vehemens insanum hominem reddit aliquando: & alia omnia comprehendentur & venient pomi nomine, *des pommes*: & mitia poma, matura siue domestica, & dulcia: de quibus Virgil. eclog. 1. vidi etiam dubitari de piromelis, quæ vulgus vocat *pommes poyres*, & respon. venire pomorum appellatione. licet in arbore piro insita sint, & ibi crescant: tamen quia nomen pomorum primum habent, & poma sunt: ergo ea appellatione veniunt, non pirorum, arg. l. à nullo. C. de fer. alia pomorum genera scribit Plinius lib. 14. & 15. ac Ruel. eos poteritis videre.

Poma curtipendia.

Piromela.

¶ Inde pomariū, locus pomiferis arboribus consitus, l. ei qui à fisco. in fi. ibi, veluti quia vineæ, pomaria, horti, &c. ff. de peti. here. vel vbi poma reponuntur, teste Plinio lib. 15. c. 15.

Pomarium.

¶ Pomœrium dicitur locus iuxta muros ciuitatis, siue intra siue extra mœnia. l. cui pacto. ff. de ser. expor. vbi si sit interdictum pomœriū ciuitatis alicui, tota ciuitas ei interdicta censetur. facit c. si ciuitas. de senten. excommunica. in 6. & c. iudices. 1. q. 1. dictum est Pomœrium quasi post mœnium. & vt illi qui sunt intra vocant illud quod extra muros est, post: sic illi qui extra sunt vocant illud quod est intra post muros: ob id pomœrium recte vocitatū est.

Pomœrium.

¶ *Excepit*, id est excluſit sibi reseruando. inde exceptio quasi actionis exclusio, l. 2. ff. de excep. facit l. si quis binas ædes quas solas habet, vel fundum tradiderit, excipere potest id quod personæ non prædij est. ff. de vsuf. l. & eleganter. in princ. ff. de dolo. quicquid ibi glo. & docto dicant. inde exceptus obligatione dicit tex. in l. fi. ff. de duo. re. id est obligatione exclusus.

Excipere pro excludere.

Exceptio.

Exceptus obligatione.

¶ Secundò excipere sumitur pro assumere, subire, capere, suscipere, l. obseruare. §. 1. ibi, est enim congruens vt vnusquisq; in patria sua proconsulem excipiat. ff. de offi. procon. l. si Titius. ibi, ob ætatem si restituatur in integrum vnus fideiussor, an alter onus obligationis integrum excipere debet. ff. de fideiuss. sic etiam constitutum est non eodem modo punien dos eos esse qui longo tēpore in reatu agunt, quam eos qui in recenti sententiam excipiūt, l. si diutino. ff. de pœn. & l. eum qui bona vacantia à fisco comparauit, debere actionem quæ contra defunctum competebat, excipere. ff. de iure fis. l. 2. C. vbi in rem act. ibi, si actoris intentionem excipiat. l. interdum. in fi. ibi, non debet iudicium recusare negotiorum gestorum, sed actionem eum excipere. de iudi. l. non solum. de noxa. cap. fin. §. quod si super. vt lite non contest.

Excipere pro assumere.

¶ Tertio excipere pœnam est pati, accipere, l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ibi, si maritus vxorem in adulterio deprehensam impetu tactus doloris interfecerit, non vtique legis Corneliæ de sicariis pœnam excipiet. ff. de adult.

Excipere pœnā

¶ Quartò excipere, pro detrahere, deducere: vnde exceptis, deductis, detractis. l. heres. ibi, exceptis impensis. & ibi, sed & si quid circa furiosum necessariò fuerit expensum, & hoc excipiatur. ff. de peti. heredi. §. in secundo. in procem. ff. l. 1. §. accusationem. in fi. ad Turpil. ibi, omnes excepta muliere & minore. & in idem fere recidit cum prima significatione.

Excipere pro detrahere.

¶ Quintò excipere lumina nostra, id est recipere, l. 3. de seruit. vrba. prædi. ibi, luminum seruitute constituta, id acquisitum videtur vt vicinus lumina nostra excipiat. l. si arborem. in fi. ibidem. l. qua ratione. §. penul. ibi, ignorat enim quid eorum quisque excepturus sit: & tamen quia vult quod quisque eorum exceperit, eius esse, statim eum dominum efficit. ff. de acq. rer. domi. §. hoc amplius. de rer. diuisi. in Institu.

Excipere lumina.

¶ Sextò excipere actiones, pati vt agatur contra eum, & contra illas actiones se defendere & eas accipere. qui non cogitur in aliquo loco iudicium pati, si ipse ibi agat, ibi cogitur excipere. declaratur in l. 2. §. sed si agant. ff. de iudi. l. non solum. ff. de noxal. materiam exceptionum abunde scripsi in tract. meo excep. & eam ad praxim quantum potui redegi.

Excipere actiones.

¶ *Nuces & ficus.* Quamuis pomi nomine ista veniant de iure, tamen de Gallici sermonis vsu non, nec amygdala, nec auelanę: quamuis nuces à Plinio & aliis auctoribus vocentur: nec appellatione ficuum ista venient: nam diuersa sunt istorum fructuum vocabula. Ergo vnum alterius nomine non comprehenderetur, l. si idem. C. de codicil. maxime quia vsus Franciæ Gallicus hoc non recepit. Nec vnquam auditum fuit quod ficus nomine veniant cerasa, & alij fructus: quia ficus non sunt.

¶ *Et vuas duntaxat duracinas, & purpureas.* Pomorum nomine continentur vuæ duracinæ, purpureę, quas vini causa non habemus, sed vt edantur: quales Pessulani habent, & vulgari idiomate vocant *marroquins*. Alias etiā habent præcoces, quas Apianas vocant, vulgò *muscadetz*. sed ista ex communi loquendi vsu, vt dictum fuit, non venient pomorum nomine.

Vuæ duracinæ, purpureæ.

Vuæ Apianæ.

sicut nec vuæ agrestes,tum quia eas quasi aceti causa,non vini habemus:de quibus loquitur Plinius lib. 14. c. 1. habent & nostri alias multas vuas vinis conficiendis accommodas, quæ etiam pomorum nomine non veniunt:sed illæ tantum quas Græci ἐδώδιμους appellant, id est comestibiles.

Vua,morbus. ¶ Aliquando vua capitur pro morbo intra fauces, in l.quæritur. §. idem ait si vua, alias vena præcisa sit,aliàs prætensa,vt est in libris nouis.ff.de ædil.edi. vbi actio redhibitoria tol litur quando vua prætensa sit,siue præcisa:quia iam ad bonam valetudinem tendit.secus si vena præcisa esset.nisi diceres eam ad phlebotomiam præcisam. Et tunc etiam verus sensus elici posset,vt dicam in meis interpretationibus.

¶ Secundum est quod vinum ex vitibus procedit, siue prouenit ex racemis , ex quibus conficitur.Ob id qui vites exciderit,tanquam latro puniri debet,l.2.& 3.ff.arb.fur.cæsa.facit l.forma. §.si vites.de censib.& quia milites multi vino indulgent,& id libentius sequuntur, ob id vitis olim in acie fuit insigne centurionum,vt asserit Iurisco.in l.milites agrum.§.si vitem. ff.de re mili.vbi qui centurionis vitem tenuit,& impediuit ne expanderetur,mutare militiam debet:si verò fregerit, vel centurioni manus intulerit, capite puniri debet. sic scribit Forcatulus in penu iuris ciuilis, cap. 6. Ego tamen putarem fuisse gestamen & signum centurionis, quo milites ad signa sua cogebat, & interdū eos puniebat, & honorificentior erat pœna à centurione illata vite quam à lictore fustibus : & veteri de supplicijs lege Romana sancitum erat vt ciues non virgis euerberarentur , sed vitibus , quod à Lucio Floro ac T. Liuio lib.57.relatum scio, & à Scipione Aphricano, qui Numantiam fustulit, seruatum.docet Cæl.lib.14.c.33.Iuuenal. Saty.8.

Vitis, gestamē centurionum.

Nodosam posthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.

Vnde dicit ibi text. quod irreuerens miles est à centurione coercendus. nam qui restiterit illi eum castigare volenti,notatur infamia. si vitem tenuit, scilicet qua centurio volebat eum castigare,militiam mutat:si ex industria illam vitem fregit,ne amplius illa castigaretur, capite puniri debet:quia est duci inobediens,& alias ponderaui illum tex.contra quendam qui acceperat baculum magistri hospitij Regis, & illum fregerat, eo quod magister vellet eum è Regia expellere. Vnde pœna arbitraria castigari poterit , quæ aliquando ad mortem pro qualitate delicti extenditur. glo. in §. in summa. de iniur. in Instit. Multiplicia sunt vina,quę licet videre in l.vbi.in prin.ff.de verbo.oblig.& in tit.de triti.vino & ole.lega.illa deglutienda bibacibus & temulentis relinquo.

Recipere pro excipere. ¶ *Recepta*,id est excepta,& reseruata.quod enim in principio verbo excepit vsus fuit, in fine recepta dixit.hoc etiam probat l. qui duo. ff. de seruitu. rusti. prædi. nam primò vtitur verbo exceperat,& postea recepisset:pro eod.facit l.proprium.ibi, respondi seruitutem recipere nisi sibi,nemo potest excipere.ff.comm.præd.vbi recipere pro excipere capitur:quam uis glo.ibi aliter intelligat.probat ibi tex.dum dicit, Adiectio itaque vicini pro superuacuo habenda est:ita vt tota seruitus ad eum qui receperit pertineat,&c.& sic recipere seruitutem pro excipere capitur,vt Vlpia.docet in l.si in venditione.in fin.vbi vtroque verbo vtitur. ff. commun.prædi. & quicquid venditor seruitutis nomine sibi recipere vult, nominatim recipi oportet.nam illa generalis exceptio,quibus &c.l.quicquid.ibidem.l.qui vsumfructum §.1.de vsufru.vbi primò dicit exceptus,& postea reciperetur:& in l.1.§.quod autem.ibi,nisi causis receptis.ff.de offi.præfe.vrb.id est nisi in casibus exceptis.vnde in lege,emptorem. ff. de actio.emp.docet recipere accipi pro promittere,seu nominatim cauere.Item seruum receptitium & pecuniam receptitiam vocat Gellius lib.17. c.16.quæ doti data non est, sed danti excepta, & reseruata est. Dotes receptitiæ à Iurisco.sic accipiuntur in l.mortis causa capitur.§.1.ff.de dona.cau. mor. vbi is qui stipulatur dotem sibi reddi à marito, morte mulieris recepit sibi dotem,id est excepit. & dos receptitia vocatur ibidem.

Receptitius seruus.
Receptitia pecunia,dos.

Receptitia actio & de cōstituto quid differant. ¶ Receptitia actio,in l.penul. C.de consti.pecun. tunc dabatur quando argentarius constituebat se soluturum , quasi recepisset : actio verò de constituto contra eum qui constituebat : & hæc pro rebus in pondere , numero & mensura consistentibus.: receptitia verò pro omnibus rebus:sed hæ differentiæ reiectæ sunt,& omne ius receptitiæ translatum est in actionem de constituta pecunia,quæ in constituentem datur pro quibuscunque rebus,d.l. penul. & Theophil. in §. de pecunia. de actio. in Institut.

Recipere in carcerem. ¶ Recipere in carcerem est detrudere, prehendere,detinere, includere. vnde Proconsul æstimare de custodia reorum solet vtrum in carcerem recipienda sit, l.persona an militi tradenda.l. 1. ff. de custo. reo. & in eos qui cum recepti essent in carcerem, conspirauerunt vt ruptis vinculis,& effracto carcere euadant,amplius quā causa ex qua recepti sunt reposcit custodiendum est,l.in eos.ibidem.l.1.§.quid ergo.ibi,decurionem puniri præses prouincię permittere,non debet,sed recipere eum in carceres.ff.quan.appel.sit.

Recipere pro suscipere. ¶ Tertiò recipere,pro suscipere,accipere,l.qui vas.§:qui ex voluntate domini seruum recipit, quod neque fur neque plagiarius sit, plusquam manifestum est. quis enim voluntatem domini habens, fur dici potest? Quod si dominus vetuit,& ille suscepit,&c. ff. de fur. primò dicit recepit, postea suscepit.& sic capitur in toto tit. nau. caup.stabu. vt recepta restituāt:nempe caupones, stabularij & hospites suscepta & recepta ab aduenis restituere debent.& is qui incendij causa recepit,l.1.ff.de incend.& l.1.pro solut. & hereditas in se accessionem & decessionem recipit,id est capit augmentum & diminutionem.l.pecuniæ.2.§.1. supra eodem.

Recepta,ex tit. nau.caup.stab.

¶ Item Iurisconsul. ait actus legitimos non recipere diem neque conditionem,id est non accipere,l.actus.ff.de regul.iur.vbi in princ.dixit recipiunt,postea accipiunt. & vult dicere quod in actibus legitimis quibusdam non adiicitur dies,neque conditio,vt ibi elucidatur, & per glo.in l.actus.illo tit.in 6.& in c.2.de electi.in 6.

Actus legitimi quomodo dicantur non recipere neque diem, neque conditionem.

¶ Incorporales res traditionem & vsucapionem non recipiunt , id est tradi vel vsucapi non possunt, l.seruus.§.incorporales.ff.de acquir.rer.domi.

Recipere traditionem vel vsu capionem.

¶ Stipulationes diuisionem non recipiunt,id est non diuiduntur, non admittunt,non capiunt diuisionem.l.stipulationes non diuiduntur.ff.de verb.oblig.& res noxalis nō recipit diuisionem,l.si seruus seruum.§.item si seruus.ff.ad leg.Aquil.& quędam recipiunt prestationem partis,id est diuidi possunt,l.2.§.1.& §.ex his.de verbo.oblig.

Recipere diuisionem.

¶ Bona diuisa per separationem augmenta non possunt recipere,id est capere,accipere, l.si creditores.circa fi.ff.de separa. & apud Labeonem scriptum est, eum qui suum recipiat, nullam videri fraudem facere : hoc est eum qui quod sibi debebatur receperat, l. qui autem. §.apud.ff.quę in frau.credit.

Recipere augmenta.
Recipere suum.

¶ Aquam recipere,pro eodem exponit Iurisco.in l. 2. §.idem Labeo.ff.ne quid in loco pub.ibi,non immittat aquam,sed non recipit.& ibi,eam aquam recipere,&c.possessionem recipere,idem.l.Pomponius. §. si is qui. ibi , si tamen receperit possessionem. ff. de acquir. possess.interdum recipere possessionē est iterum accipere,recuperare,l.hi tamen, ibi, veluti si dicant se à possessione expulsos,scilicet vt non crimen in eos intendant,sed vt possessionem recipiant.ff.de accus.

Recipere aquā.
Recipere possessionem.

¶ Recipere hospites, est accipere,hospitium præbere, l.iis oneribus. & lege sequen. ff.de vaca.& excusa.mune.Quod de iure non tenentur præstare clerici armigeris,l.1.C.de epis.& cleric. Sed hodie pessimi plus grauant terram ecclesiæ & clericorum quam aliam , quia extra eam sunt.Et per vicos hospites ab omnibus recipiendi sunt,l.3.§.eos.ff.de mune.& in §. sequen. dicitur, munus hospitis in domo recipiendi non personæ , sed patrimonij onus esse. Item vsum domus habens,hospites recipere potest,vulgo *loger*.l.2.ff.de vsu,& habi. Magistris, doctoribus, medicis , rhetoribus , & philosophis indultum est ne hospites recipere teneantur,l.vlt.in fin.ff.de muner. Inde hospitio receptus,*receu,logé*. l.lex Cornelia. §. domum.ff.de iniur. ibi, siue hospitio receptus hæc lex locum habebit.

Recipere hospites.

¶ Recipit hanc significationem,id est accipit,habet hanc significationem, l.verbum reddendi. infra eod.

¶ In collegio recipi,id est *stre receu*,l.3.ff.de colleg.illici.ibi, seruos quoque licet in collegio tenuiorum recipere volentibus dominis, &c. Recipere arbitrium, suscipere & accepta re,l.3.ff.de arbi.vbi scribitur recipere,& postea suscipere.facit l. Pedius.& sequens, ibid. Recipere arbitrium is videtur qui iudicis partes suscipit, finemque se sententia sua interpositurum controuersiis pollicetur.& l.idem Pomponius.§.recepisse.ibidem.inde arbiter receptus,qui à partibus susceptus est, & acceptatus.sic capitur in rub. ff.& C. de recept. arbi. quamuis aliter glo.ibi explicet,& do.Ioan.Corras.in lib.Miscella.4.c.18.dicat legendum de receptis arbitriis. sed ego putarem posse etiam legi, vt dictum fuit. Nempe oportet partes imprimis recipere arbitrum,& postea opus est vt arbiter receptus arbitrium , id est sententiam dicat.Et quis debeat recipi in arbitrum vel reiici, ibi docet Iurisco. scripsi in l.illa verba arbitratu. supra eod.

Recipi in collegio.
Recipere arbitrum.
Receptus arbiter.
Ad rub. D. & C. de recep. arb.

¶ Item recipere seruum fugitiuum,est illum ad se suscipere, & est proprie recipere,refugium abscondendi causa prestare,l.1.§.quod autem prętor.ff. de seruo corrup. vnde receptor vel receptator dicitur,qui fures vel res ab eis subtractas recipit & seruat.& occultat. & pessimum horum genus vocat Iurisc. sine quibus diu fures latere non possunt, & perinde puniri debent atque latrones,l.1.& 2.ff.de recepta. Quia receptores non minus delinquunt quam aggressores,l.3.§.non tantum.ff.de incend.vbi additum est quando dolo malo recepit : quia non omnis qui recipit delinquit.quid enim si ignarus recepit vt custodiat rem & saluam faciat ei qui amiserat?vtique non debet teneri,d.l.3.& l.Metrodorum.ff.de pœn.Lucas de Penna in l.1.C.de deserto.lib.12.facit l.2.C.de his qui latrones, &c.

Recipere fugitiuum.
Receptor seu receptator.

¶ Receptaculum, locus est in quem refugimus, quasi quoddam refugium.inde domus est tutissimum cuique refugium atque receptaculum,l.plerique.ff. de in ius voc.

Receptaculum.

¶ Auditorium recipere est cognitionem causæ seu notionem sumere,l.cum lege, in fin. iuncta glo.ff.de arbi.

Recipere auditorium.

¶ Contractus quidam dolum malum recipiunt:quidam dolum & culpam,l.contractus. ff.de

Recipere dolum

ff.de regu.iur.id eſt continent, admittunt: & vult dicere quod in quibuſdam contractibus præſtatur dolus,in aliis culpa venit. Probatur in lege, ſi vt certo. §. nunc videndum. cum ſequen.ff. commod.

Recipere interitum. ¶ Vſusfructus recipit interitum,id eſt interit,perit,l.excepta.ff.quibus mod.vſuſf. amitt. vbi ſic dicitur:excepta capitis deminutione vel morte reliquæ cauſæ vel pro parte interitũ vſusfructus recipiunt:id eſt vſusfructus interit etiam pro parte in reliquis cãuſis & in omnibus excepta morte,& capitis deminutione,in quibus duobus caſibus in totum interit.

Recipere pro repetere. ¶ Adhæc recipere pro repetere,recuperare,ex re & capere,quaſi rurſum capere,l. qui ſic ſoluit vt recuperet,non liberatur:quemadmodum non alienantur nummi, qui ſic dantur vt recipiantur.ff.de ſolu.& poſtliminio reuerſus,ius ſuum recipit,l.poſtliminium.x.iuncto verſic.nam quod bello amiſimus,aut etiam circa bellum,hoc ſi rurſus recipiamus,dicimur poſtliminio recipere.ff.de capt.& in l.in bello.§.codicilli.& l.cum duo.ibi,& quod pater in funus filiæ impendit,aut alio agente ſecum funeraria iam præſtiterit, ipſe actione de dote à marito recipit,id eſt repetit.idem in l.contra.ff.de religio.& l.cum ex cauſa. de appel. l. epiſtola.§.pactum.de pact.l.ſi longius.in fin.de iudi.l.ſi poſſeſſor.§.reſtituere.de petitio.hered. l.Pomponius.x.de nego.geſt.l.vlti.in fin.ad Velle.lege,item ſi cum exceptione.§.quatenus. quod metus cauſa.

¶ Iuriſconſ.aliquando dicit, iterum eum recipiat, cauſa facilioris expreſsionis,in l.fin. ff.de aliena.iudi.vel rurſus recipiat,d.l.poſtliminium.x.recipere fundum à quo vi deiectus eſt poteſt ſpoliatus,& res ibi mobiles omnino recipiet,id eſt recuperabit,l.ſed ſi vi.ff. de vi & vi arma.

Recipere ſumptus. ¶ Recipere ſumptus pro eodem.l. ſi quis domum. §. penul. ibi, ſi ſumptus fecit in fundum,quaſi quinquennio fruiturus,an recipiat,& ait non recepturum.ff.loca.

Precariũ à donatione quid differat. ¶ Precarium diſtat à donatione,eo quod qui donat ſic dat ne recipiat: qui precario concedit, ſic dat quaſi tunc recepturus, cum ſibi libuerit.Precarium ſoluere,l.x.ff.de preca.& l. nequid. ibi, vt quicquid probauerint ademptũ ſibi naufragio id à poſſeſſoribus recipiant. de incendio,lege,ſi pignore. §.cum furti actio ad pœnę perſecutionem pertineat,condictio verò & vindicatio ad rei recuperationem, apparet recepta re nihilominus ſaluam eſſe furti actionem.ff. de fur. l. quamuis.in fin. debet admonere dominum vt ſuum recipiat, ad leg. Aquil.l.ex hoc edicto.in fin.de aliena.iudi.

Recipere naturalem libertatẽ ¶ Recipere naturalem libertatem dicitur fera beſtia quando primam libertatem recuperauit,l.3.& duabus legibus ſequen.ac l.quod in littore. ff.de acqui.rer.domi.§.illud.de rer. diuiſ Inſtit. & quod à lupo eripitur, noſtrum manet quandiu recipi poſsit quod ereptum eſt,l.Pomponius.de acquir.rer.domi.& l.Pomponius.x.in fi.famil.erciſ.

Recipere conſuetudinem concubinæ. ¶ Recipere conſuetudinem concubinę,pro recuperare.in l.ex parte.§.x.ff.de verb.oblig. ibi,ſi concubinæ tempore matrimonij conſuetudinem recepiſſet, nil cauſæ eſſe,&c.

Recipere pro probare. ¶ Recipere,probare & acceptare:vt leges nulla ex alia cauſa nos tenent, quam quod iudicio populi recepę ſunt: merito & illa quæ ſine ſcripto populus probauit tenebunt omnes,l.de quibus.ff.de legi.verſi.nam quod ipſæ leges.Facit tex.in §.x.in authen. vt factæ nouæ conſtitut.colla.v.ſcripſi in §.præfati graduati.de colla.in concorda.

Recipere dilationem. *Recipere appellationem.* ¶ Si res non recipiat dilationem non permittitur appellare: pro non capiat,vel non admittat,l.ſi.ff.de appel.recip.Et appellatio in certis caſibus recipi non debet, pro admitti,l.x. per totũ.ff.de appel.recip.vbi ſic intelligi debet,& l.conſtitutionib.de appel.nam interdum ſuperior non recipit,id eſt non admittit appellationẽ,imò interdum curia ſuprema profert appellantem non eſſe recipiendum.& vulgo *l'appellant ne fait à receuoir cõme appellant.* & probat l.ei qui.ff.de appel.recipien.l.emptorem.in fin.ibi, niſi forte inquit, ſi quis omnes iſtas ſuprascriptas conuentiones reciperet,quemadmodum recipitur,&c.ff.de acti.emp.

Recipere pro conferre. ¶ Recipere,pro conferre,ire,reducere,ſeu continere,vulgo *retirer*.l.veluti.in fin.ibi, vt ſi hiems ingruerit,habeam quo me recipiam. ff.de ſerui.ruſt.prædi.l.riparum.in fin. ff. de rer. diuiſ.ibi,in mari piſcantibus liberum eſt caſam in littore ponere,in quã ſe recipiant. l. littorum.illo tit.in Inſtitu.l.vulgaris.ibi,antequam fur ſe receperit quo deſtinauerat.ff.de fur. l. pupillus.§.incola.infra eod.lege x.§.quid igitur ſi conditio horæ effecerit vt ſe reciperet.ff. quan. appel.ſit.

Recipere tutelã ¶ Recipere tutelam is dicitur qui eam ſuſcipit adminiſtrandi cauſa:& non recipere contra,ſe excuſare à tutela,recuſare tutelam,l.qui ſuſpectum.ff.de appella.vbi ſic ait:qui ſuſpectum tutorem facit,& qui de non recipienda tutela agit, excuſationem alieno nomine agere intelligendus eſt.

Æſtimationẽ recipere. ¶ Liberum corpus non recipit æſtimationem,non capit,non admittit, l. 3. ſi quadrup. paup.feciſſe dica.

Recipere pro cõtinere. ¶ Recipere pro comprehendere,continere,l.Neratius. ibi, nam & verba edicti, quanti ea res erit,omne detrimentum recipiunt.ff.de ſeruo corrup.

Recipere in ſuã fidem. ¶ Recipere in ſuam fidem, eſt quem tuendum & conſeruandum ſumere,& vt vulgo dicitur,

citur,*en ſauuegarde*,teſte Budæo in l.Herennius. ff. de euicti. & fide tua venire, id eſt ſub tua ſecuritate.Ego vero puto quod ſi illud verbũ referatur ad perſonas,vt te in fidem meam accipio,intelligatur in clientelã meam, & vt dicimus vulgo ſaluagardiam, ſecuritatem, auxilium,protectionem,l.quiſquis.§.præterea.C.de poſtul. ibi, præterea nullum cum eo litigatore contractum,quem in propriam recepit fidem ineat aduocatus,nullam conferat pactionem.ſi verò referatur ad rem,vt penſiones quinquennij in meam fidem recipio, id eſt promitto,reſpondeo per fidem meam quinquennij penſiones,l.qui per colluſionem.ff.de act. empt.ibi,& quinquennij penſiones in ſuam fidem recipiat,&c.facit l.ita fidei.in fin.ibi,patronus ſi tacite in fidem ſuam recipiat,id eſt ſuæ committatur fidei.ff.de iur.fiſ.

Recipere dubitationem. ¶ Non recipit dubitationem, id eſt non dubitatur, l. 3. in fin. ff. quib. mod. vſusfructus amittatur.

Recipere ſeruitutem. ¶ Recipere ſeruitutem id quod diuini iuris eſt non poteſt,l.caueri.ff.commu.prædi, rei diuinæ non imponitur ſeruitus,cap.ſignificatum.de præben. vbi ſcripſi,& in §. x. in verbo onus.de colla.in concord.

Recipere fructus. ¶ Recipere fructus eſt recolligere.l. prætor.§.iis verbis.ibi, in fructibus recipiendis erogauerit.ff.de bon.auctori.iudi.poſſi.

Recipere pro intelligere. ¶ Recipere pro intelligere,l.Stichum.§.vſumfructum.ibi,recipi poteſt. ff.de ſolu.idque ita recipi poteſt,ſi pecunia in rem pupilli vel furioſi verſa eſt.

Recipere ſtillicidium. ¶ Recipere ſtillicidium,l.ſi domus.ff.de ſeruitu.vrba.prędio. ibi,& vt ſtillicidium ædificiorum meorum recipere debeat, id eſt pati vt ſtillicidia fluant in tuum locum.

Recipere & accipere quid differant. ¶ Recipere & accipere differentiam docet text.in l.cum quis.ff.de præle.ibi,dotem enim recepiſſe eam magis quam accepiſſe,ſaluo eo quod ex commodo repræſentationis ab ea fideicommitti potuit. vbi recepiſſe pro repetiſſe. Accepiſſe verò de nouo. quaſi velit dicere quod mulier dotem magis videtur repetiſſe quam accepiſſe à marito:ob id non tenetur ad fideicommiſſum, niſi ex commodo repræſentationis. Communius tamen pro eodem ſumuntur,in l.vlt.in fin.ff.de dona.

Recipere & ſuſcipere quid differant. ¶ Suſcipere etiam parum differt à verbo recipere,vt eſt tex.in cap licet.de procura. in 6. Licet quidam dicant Recipimus partem,ſuſcipimus totum.Aſconius Pedia.in diuina.Cicero. hanc tamen differentiam iuriſperiti non ſeruant, vt in cap. ad apoſtolicam. de regul. vbi Abbas ante annum profeſsionem nouitij recipere non debet: & ſic non dicitur in parte, quia profeſsio non fit per partem, vt ibi.

Receptio. ¶ Receptio dicitur actus recipiendi. inde receptio teſtium & examinatio,in cap.præſentium.de teſti.Receptio in canonicum,eſt duplex,iuris & facti,cap. duobus. de reſcrip. in 6. cap.illorum.de præben.eluciditatur in forma mandati apoſtolici,in glo.recipiatis.

Receptus inter reos. ¶ Receptus inter reos dicitur accuſatus poſt litem conteſtatam, quaſi reus factus, inter reos relatus,l.hos accuſare.§.hoc beneficio etiã inter reos recepti vti poſſunt.ff. de accuſa. nempe ea quæ inter reas adulterij recepta eſſet, abſens defendi non poteſt.id eſt,ea quæ eſt adulterij rea facta,& relata inter reas.ff.de aduit. l. ſi maritus. 2. §. præſcriptiones quæ obiici ſolent accuſantibus adulterij, ante ſolent tractari quam quis inter reos recipiatur.cæterum poſtquam ſemel receptus eſt,non poteſt præſumptionem obiicere.& ſic dicunt doct.in l.is qui.ff.de publi. iudi. illum inter reos receptum quando iudex reiectis exceptionibus declinatoriis procedendum eſſe dixit,per d.§. præſcriptionis.

Receptum eſt moribus. ¶ Receptum eſt moribus,id eſt introductum conſtitutum,vel approbatum,in l.x. ff. de dona.inter vir.& vxor.dicitur receptum in l.2.ff.de vulg. id eſt introductum. lege,in rebus §.penul.ff.de preca.l.ex maleficiis.§.longe. de actio.l.Scæuola.infra eod.Budæ.in l. ius ciuile.in fin.ff.de iuſti.& iure.facit l. qui bona.in fin.ff.de acquir.rer.domi.l.cum prætor.in fin. de iudic.l.ex facto.in magna.verſi.dicebam.ff.de here.inſt.l.illud.ff.de acq.poſſeſ.& l.quam ſis §.infans. & l.ſi.de eo §.x.& l.peregre.§.x.ibidem.l.iuſto §.eum.de vſuca.l.certo.de quæſti. l.x.§.quod in ſententiis.quan. ap.ſit.l.in iure ciuili receptum. ff. de regul.iur. l. quę propter. ibi.l.quod contra iuris rationem receptum eſt, non eſt ad conſequentiam producendum, l.quod contra.ibi,l.eſt receptum.de iuriſd.omn.iudi. & multa in iure ciuili contra ſtrictam rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta ſunt, l. ita vulneratus.§.pen.ff. ad leg. Aquil.l.vindicatio.de rei vindic.& ſemper receptum eſt,l.Scæuola.infra eod.

Receptæ auctoritatis homo. ¶ Inde dicitur homo receptæ auctoritatis, id eſt approbatæ. l. non debet.ff.de dolo. vbi Budæ.receptum dicit quod à pleriſque prudentium approbatum eſt.

Recepti ſerui. ¶ Receptos ſeruos dicimus qui virtute militari ſunt ſeruitute liberati,l.in bello.§.ſi quis ſeruum.ff.de capti.ius receptum,id eſt approbatum,l.in minorum C.ex quib.cau.in integ. reſti. non eſt neceſſ.

Recepta pecunia. ¶ Pecunia recepta,id eſt ſoluta,l.ſi is qui in aliena.§.fin. ff. de acquir.rer.domi.vbi glo. ſic exponit.Recipere & aliis modis apud rhetores capitur,ad quos vos reiicio:neque alia nunc à me recipietis.

¶ Iulianus

IVLIANVS LIB. VI. EX MINICIO.

LEX CCVI.

Vinaria vasa proprie vasa torcularia placet esse: dolia autem & serias tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent: cum sine vino esse desinerent, in eo numero non esse, quoniam ad alium vsum transferri possent: veluti si frumentum in his condatur. Eandem causam amphorarum esse, vt cum vinum habeant, tum in vasis vinariis: cum inanes sint, tunc extra numerum vinariorum sint, quia aliud in his condi possit.

¶ Et sic Iurisc. elucidat hic quę sint vasa vinaria, quę interdum donantur, venduntur, vel aliàs transferuntur. Vnde ex his intelligi poterunt, & hic erit legis effectus.

Vasorum genera. Colum niuarium

¶ Vasorum appellatio generalis est, Gręci vas σκεῦος, vel ἀγγεῖον vocant, vasculum σκευδάριον: & in multas species diducitur, & in vinaria vasa, vt hic, & niualia, l. & si non sunt. §. argento. versi. sed si cui. de auro & argen. lega. ff. quamuis in aliquibus libris legatur vasa naualia, & non bene, vt firmat Catelli. Cotta in 2. parte memorialium, in verbo colum niuarium, vbi dicit esse genus vasis lapidei, quo aqua ex niuibus colabatur: & sic ad bibendū præparatorium vas est, vt in l. in argento. ff. de auro & argen. lega. vbi sic dicitur: in argento potorio vtrum id sit duntaxat in quo bibi possit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti colum niuarium, & vtceoli: dubitari potest. sed propius est vt hæc quoque insint, &c. ergo vasorum generalis est appellatio, vt comprehendat tam vasa aurea, argentea, ærea, crystallina, stagnea, plumbea, vitrea, lignea, fictilia id est ex terra, quæ etiam figulina, seu figlina vocantur: lapidea vasa, ex lapidibus: escaria, in quibus escę in mensa reponuntur: potoria, in quibus potamus & bibimus: aquaria, olearia, culinaria: quam vasa vinaria, in quibus vina reponuntur. alia multa sunt quę pulchre congerit Lazar. Bayf. & post eum Carol. Stephanus in suis libellis de vasculis.

Vascularius. Vasarium.

¶ Inde vascularius; qui vasa aurea maxime & argentea facit, l. apud Labeonem. §. fin. de prę̃scrip. verb. vbi Bud. vnde vasarium, vasorum locus in quo reponuntur vasa: sacrarium in quo sacra vasa, quę extra sacerdotem & diaconum non licet alicui tangere: maxime mulieribus etiam monialibus. cap. non oportet. & sequen. & c. sacratas. 23. dist. Item in ligneis vasculis non licet alicui celebrare, cap. vasa. de consecra. dist. 1. & vasa sacra vetustate consumpta mandat Papa vt incendantur, c. altaris. de consecra. d. 1.

Vasa Corinthia Æs Corinthiū

¶ Vasa Corinthia quę sint, videre in l. heres. §. cui Corinthia vasa. ff. de lega. 3. sunt enim ex ęre Corinthio facta, cum quo auri quędam argentique portio cōmixta erat: ex quo maxime ęs Corinthium commendabatur: vnde factum est vt omnia vasa ex ęre elegantia Corinthia sint appellata. vnde Plinius lib. 34. ca. 2. sic ait, sunt ergo vasa Corinthia, quę isti elegantiores nunc ęs sculpendo transferunt, modò in lucernas, modò in trullas, modò munditiarum respectu. horum tria sunt genera, candidum argento nitore quam proxime accedens, in quo illa mixtura pręualuit: alterum, in quo auri fulua natura: tertium, in quo ęqualis omnium temperies fuit.

Torcular. Torcularius.

¶ *Torcularia.* Torcular siue torculare, vel torcularium, est instrumentum vuis premendis commodum, Gallicè *pressoir*. & torcularius adiectiuum quod ad torcular pertinet: vt vasa torcularia, de quibus hic. & torcularius masculini generis, qui vuas seu aliam rem torculari premit.

Torcularių genera.

¶ Quędam tamen sunt torcularia vinaria, quędā olearia, alia quędam pannaria, alia pilearia, in quibus pannus vel pilei premuntur: ac alia in quibus aliqua premuntur: à torquendo forte dicta. & ista vendita domo censentur cum domo vendita, si domi inhęreant, atque affixa sint: alioqui non. l. fundi. in prin. ff. de acti. emp. Gręci λίνοβιν vocant. nec potest dominus prohibere volente subdito facere torcular, nisi habeat priuilegium, vt consuluit Ias. consil. 161. in causa. col. vlt. in 2. vol.

Dolium quid, & eius genera.

¶ *Dolia.* Dolium proprie significat vas grande variæ amplitudinis, l. 3. §. penul. de trit. vino & oleo leg. Graeci πίθον dicunt. Columella triginta amphorarum dolium appellat. nō tamen eius est diffinita mensura, sed magnitudinem significat: & quia per magnitudinem facile moueri non potest, ob id legato vino non veniunt dolia, d. l. 3. & alibi scripsi. vide in interpreta. no. de istis doliis est tex. in l. 1. ff. de peric. & commo. rei vend. est etiam dolij appellatio generalis, vt quæcumque dolia, siue aquaria, siue vinaria, siue olearia, siue frumentaria magna & parua comprehendat: sed ex adiuncto eius demonstratur significatio: vt dolia vinaria, in quibus vinum reponitur, l. dolia. ff. de contra. empti. & hic, atque in l. dolia. ff. de fun. instru. & dicitur dolium à dolo dolas, id est complano, quod dolia bene dolata esse oporteat, ne vinum effundant. inde vinum doliare, quod est in dolio expectans infundi in

Doliū à dolo, as Doliare vinū.

cados

cados & amphoras: quod vinum postea diffusum vocatur, in l. 1. §. fin. ff. de peri. & commo. rei vendi. l. vinum. de tritic. & ole. lega. *le vin qui est en la cuue, & lon veut entonner*: ad differentiam vini pendentis, quod expectamus nondum compressis vuis, *celuy qui est en grappe*: & vindemiam pendentem scribit Iurisc. in l. qui pendentem. ff. de acti. emp. & qui hæc dolia facit, doliarius vocatur. & vasa doliaria magna, ad dolij similitudinem facta, l. tabernæ. ff. de fun. instru. & instru.

Vinū pendens. Doliarius.

¶ Doliarium etiam dicitur locus vbi sunt dolia, *la caue, ou cellier*, l. quod sæpe. §. penul. ff. de contra. empti. ibi, sed & si ex doliario pars vini venierit, veluti metretæ centum, verissimum est (quod constare videtur) ante quam admetiatur, omne periculum ad venditorem pertinere.

Doliarium.

¶ *Seria* est genus vasis vinarij magnum & oblongum: dicta est seria quia serio reponi solent vina, vel quod seris claudantur. & nunc in lingua Occitana sunt dolia magna, quæ nunquam tota aperiuntur, sed est quędā apertura, per quam mundātur, & illa apertura seris clauditur: & puto de his Iurisconsul. intellexisse. Vel dicuntur serię quod paulo serius vina ibidem relinquantur, cum melius ibi seruentur quam in aliis doliis: vel quod seriò ad hoc facta sint vt vina ibidem seruentur. Alij dicunt esse vas oblongum, in quo aquam adseruabant, vnde paccatio fieret, Gallicè *gerle*. sed si capias eo modo, iam inter vinaria vasa nō erit seria, vt hic docet Iurisc. esse, & Catellia. Cotta in 2. parte memora. in verbo seriæ. & quidam dicunt fuisse vas arbitrariæ capacitatis, formam habens certam non mensuram, de qua Iurisc. in l. sed & si quid. §. de quibusdam. ff. de vsuf.

Seria.

¶ Colligitur ex isto tex. ibi, tandiu in ea causa esse, quandiu vinum haberent, vasa tandiu dici vinaria, quandiu habent vinum. & argumento istius tex. scholasticus tandiu dicitur, quandiu in schola est, & studet. sic per istum tex. dixi in tracta. nomina. q. 16. nu. 23. in 5. limita. quod tandiu dicitur ecclesia parochialis quandiu habet parochianos: & sic quando per bellum essent destructæ domus incolarum, & nulli ibidem essent parochiani, nulla esset parò chialis ecclesia actu. nec in villa murata, si muri sint destructi, & populi, ob id non deberetur graduato & qualificato vacans in mense ordinariorum, iuxta §. statuimus. 2. de colla. in concord. Archidia. in cap. si apostolica. de præben. in 6. nisi esset spes quod de proximo reficeretur: nam quæ proxima sunt inesse videntur, l. lecta. si cer. pet. ff. vide Boer. in deci. Burdegalen. q. 44. quoad secundam.

¶ Tantisper, in l. 3. §. 1. ff. de tutel.

¶ Et sic ex hoc tex. elicitur, ibi, cum sine vino esse cœperint vasa, desinere in eo numero esse: quod si ad alium vsum non possent transferri, nec esset solitum ea ad alium vsum transferre: tunc semper computarentur inter vinaria vasa, & antequam transferantur, vt in monte Pessulo, & in patria vicina habent dolia vinaria fortia, & valde spissa, quibus nunquam vtuntur ad frumenta quandiu integra sunt. Ergo illa vasa dicuntur vinaria siue vinum insit, siue non, cum ad alium vsum non transferantur, vel transferri non sint solita, quandiu vino recipiendo apta sunt. Inde nauis vinaria qua traficitur & portatur vinum, de qua Iurisconsultus in l. vulgaris. §. sed si de naui. ff. de fur.

Vasorum denominatio vnde sumatur.

¶ Apotheca etiam dicitur cella vinaria in qua seruatur vinum & venditur, de qua Iurisconsultus loquitur in lege, vulgaris §. certe si proponas in apotheca amphoras esse vini. ff. de fur.

¶ Ex quo infertur, quod si aliquis venderet, legaret, vel donaret vasa vinaria, intelligeretur vt hic, videlicet vt illa continerentur, in quibus vinum est. Sed si sint vacua vino, & ad alium vsum translata, non veniunt. Ergo siue vino plena sint, siue non, dummodo ibi sint vacua, vt in vindemiis vino repleantur, semper dicentur vinaria. nam quæ de proximo instant, inesse cesentur. lege, lecta. versic. dicebam. ff. de reb. cred. Et sic sunt tres casus: primus vt vasa vinaria dicantur in quibus est vinum, vt hic: secundus vt vinaria etiam dicantur siue vinum insit, siue non, quando alia ibi condi non est solitum: tertius si condi sit solitum vasis frumentum, quando sunt vacua, tunc quandiu est ibi vinum, dicentur vasa vinaria: sic eis vacuis dum ibi conditur frumentum, dicentur frumentaria.

Transferre pro conuertere.

¶ *Transferri possint*, id est conuerti, destinari. facit lex, si cui. versic. Deinde & si histrionis reliquerit vsumfructum, & eum ad aliud ministerium transtulerit, ff. quibus mod. vsusfruamit.

Transferre pro mutare.

¶ Notandum est quod hoc verbum transferre significat transmittere, seu mutare, quasi de vno ad alium ferre, ire: & interdum respicit personas, vt lege penul. ff. de vaca. mune. nil enim tam conueniens æquitati naturali quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferri, ratam haberi, l. qua ratione. §. 1. in fin. ff. de acquir. rer. domi. l. 1. ff. de constitu. princi. Et Iurisconsi. in l. cum patrifamilias. ff. de vsur. dicit ad cæteros quoque deinceps transmittitur, l. non vult heres. ff. de reg. iur. Vnde perpetuæ sepulturæ corpora non posse transferri scribit Iurisc. in lege 3. §. non perpetuæ. ff. de sepul. viol. & in §. diuus Adrianus. ibi dicitur, tranferri corpus. & Iurisconsultus alibi sic ait: Esset enim absurdum quem præ-

tor manente patria poteſtate ad actionem admittendum probauerit, ei patrifam. vltionem iniuriarum ſuarum eripi, & transferri ad patrem, qui eum quantum in ipſo eſt omiſerit. l. ſed ſi vnius. in fin. ff. de iniur. & in §. ſed & ſi pater. ibidem ſic dicitur: ſed & ſi pater lite conteſtata cœperit abeſſe, vel etiam negligere executionem pater vilis, dicendum eſt cauſa cognita tranſlationem filio competere. facit lex, non diſtinguemus. §. quæſitum. ibi, aut in alios interdum inimicos agentium transferantur. & verſi. non autem. ibidem.

De tranſlatione legatorum.

¶ Item ſicut legatum adimi poteſt, ita & ad alium transferri: veluti hoc modo: quod Titio legauit, id Seio do lego, quæ res in perſona Titij tacitam ademptionem continet. Et tranſlatio legati fit quatuor modis. Aut enim à perſona in perſonam transfertur: aut ab eo qui dare iuſſus eſt transfertur, vt aliis det: aut cum res pro re datur, vt pro fundo decem aurei: aut quod purè datum eſt, transfertur ſub conditione, l. ſicut. & l. ſequen. ff. de adimen. vel transfe. legat.

¶ Quandoque reſpicit rempus, lege, ſicut. §. ſuperuacuum. ibi, doli mali exceptio inerit tranſlata ad præſens tempus. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. id eſt transmiſſa. facit lex, immunitates. ff. de iure immunit. & quando vnum feſtum ex cauſa transfertur in aliud tempus, non transferentur debita illo die, ſed celebratio feſti tantum. & ita dixi in palatio, nec ob tranſlationem feſti gaudeant debitores.

Tranſlatio feſti quid operetur.

Domicilium re & facto quomodo transferatur.

¶ Aliquando locum: & tunc transferre eſt de loco ad locum ferre, mutare, traducere, lege, cum hi. §. in cauſa. ibi, aut ſi deſtinet domicilium transferre. ff. de tranſa. quod domicilium re & facto transfertur, lege, domicilium. ff. ad municipal. re, per mutationem rerum & fortunarum, l. in lege Cenſoria. ſupra eodem. facto, quando quis alio iuit habitatum animo conſtituendi ibi domicilium, tunc facto domicilium transfertur. facit lex, in fraudem. §. conductor. ff. de iure fiſ. lex prima, §. penultimo. de vacatione munerum. in prouinciam transferatur. lege, ſed & ſi reſtituatur. §. ſed & ſi dies. ff. de iudi. lege, ſi cui. in fin. de ſeruitu.

Transferre aurũ & argentũ. Tranſfere inſtrumentum. Transferre merces.

& prohibent conſtitutiones Regiæ Galliæ ne quis transferat extra Regnum aurum nec argentum, in tit. *de ne tirer ne tranſporter hors le Royaume or, argent, ne billon.* Et Iuriſconſultus, exprimit in locum commodiorem licere transferre, lege, diui fratres. ff. de relig. Inde argentarius ſi inſtrumentum tranſtulit, id eſt de vno loco in alium locum tulit, commutauit. lege, prætor. in fin. ff. de eden. Transferre merces in aliam nauim, lege fin. in §. primo, ad legem Rhod. de iact. inde tranſlata arbor, lege, idem Pomponius. §. de arbore. ff. de rei vindica.

Transferre corpora.

¶ Transferre corpora, de loco in locum tranſmutare. Vnde ſi quis in inſulam deportatus, vel relegatus fuerit, pœna etiam poſt mortem manet: nec licet eum inde transferre aliquò, & ſepelire inconſulto principe, lege ſecũda, ff. de cadaue. punit. probat lex, cum in in diuerſis. de religioſis. & ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, neve prohiberentur quominus via publica transferrentur. ff. de religioſ. id eſt tranſuehe-rentur.

Transferre pœnam.

¶ Interdum reſpicit materiam, vt transferre pœnam, tranſmittere, commutare de vna in aliam. l. aut damnum. §. quiſquis. cum §. ſequen. ff. de pœn. vbi in vno §. vſus eſt verbo tranſmittere, in alio transferre.

Transferre in aliud nomen. Transferre iuriſdictionem.

¶ Transferre in aliud nomen, eſt delegare ſeu nouare. lege, parui. ff. de condictio. furt. ibi, in aliud nomen aliumque ſtatum obligationis transferatur.

¶ Transferre iuriſdictionem, eſt mandare, delegare, lege, nemo poteſt gladij poteſtatem ſibi datam in alium transferre. ff. de regulis iuris. iuncta lege, obſeruare. in fin. de offi. procon. vbi in vna eſt mandare, in altera transferre: & per totum titul. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.

Transferre litem.

¶ Litem transferre eſt tranſmittere, iudicium transfundere. Vnde poſt litem conteſtatam reus qui procuratorem dedit, mutare quidem eum, vel litem in ſe transferre inuito procuratore, vel in ciuitate manente, poteſt: cauſa tamen prius cognita, l. poſt litem. cum l. præceden. ff. de procura. l. quæ omnia. in fin. iuncta l. ſed etiam. cum l. ſequen. ibidem.

¶ Transferre iudicium. lege, in cauſæ. vbi ſexies repetitur, ff. de procu. lege, & eleganter. §. penultimo. de dolo. lege, ſi eum hominem. de fideiuſſ. lege, tam ex contractibus. de iudi. lege, prætor. de noxa. inde tranſlatum iudicium, lege prima, in fin. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.

Transferre vẽditionem.

¶ Transferre venditionem, pro reſoluere, lege, ſi is qui. §. ſi fundus. ibi, fundo enim in diem addicto & commodum & incommodum omne ad emptorem pertinere inquit, antequam venditio transferatur. ff. quod vi aut clam, iuncta l. 2. ff. de in diem adiect. antequam reſoluatur & in alium tranſmittatur.

¶ Omnia quæ de duobus reis dicta ſunt, & ad reum & ad fideiuſſorem, ſi ſoluerint, transferre licebit. lege, ſi reus. ff. de condict. indeb. id eſt dicta & ſtatuta in duobus reis, habent locum in fideiuſſore & reo, ſi ſoluerint. Et ſtatuta in reis duobus cenſentur in his ſtatuta.

¶ Querelam

Transferre querelam.

¶ Querelam ad heredem ſuum transferre, pro tranſmittere, l. poſthumus. in fin. iuncta l. ſequen. ff. de inoffi. teſta. vbi in vna lege eſt transferre, & in alia tranſmittere.

Transferre pignus.

¶ Transferre pignus, l. 2. ff. de diſtract. pigno.

Transferre dominium.

¶ Transferre dominium, idem. l. 3. ff. de doli excepti. lege, in omnibus. 2. ff. de actio. & obliga. lege, ſi quis à multis. & l. ſi noxale. in fin. ff. de noxal. acti. lege, traditionibus. C. de pact. l. voluntate. quibus mod. pign. ſoluit. transferendi dominij in l. ſi ſtipulatus. de vſur.

Transferre poſſeſſionem.

Transferre poſſeſſionem, lege, qui reſtituere. ibi, manu militari officio iudicis ab eo poſſeſſio transferatur, & l. fin. ff. de rei vindica. l. Iulia. ff. ad exhiben. & §. ſi quis rem. ibi, tranſlata in aliud corpus, ibid. vel interdum ſolam poſſeſſionem pignus transfert, id eſt tribuit. l. cum & ſortis. in fin. ff. de pignora. acti. Transferre conditionem, lege, obligationum fere. in fin. de actio. & oblig.

Transferre conditionem.

Transferre hereditatem.

¶ Transferatur hereditas ad fiſcum, id eſt applicetur, confiſcetur, lege penultima. ff. de iure fiſ. cum l. ſi ſequens. de ſenatuſcon. Silani. & tranſlata prædia fiſco vindicantur, l. ordine in fin. princ. ff. ad municip.

Transferre ius.

¶ Transferre ius, procedere. lege, non ſolum. ſecunda. ff. de noxal. l. item. cum l. ſequen. de aliena. iudi. ius tranſlatum ceſſum dicimus, lege, cum in fundo. §. ſi vxor. in fin. ff. de iure doti.

Trãsferre obligationem.

¶ Transferre obligationem, pro tranſmittere, transfundere, lege 1. de noua. l. & eleganter §. ſeruus. de dolo. ff. l. patri. §. ſi minor. de minorib. lege, ſi is cuius. de interroga. actio. l. eo tempore. §. etiam. ff. de pecul. lege, quamuis. §. Marcellus. ad Velleia. & l. vir vxori. ibidem. l. pater. §. ſi minor. ff. de minori.

Transferre actionem. Tranſlata pecunia.

¶ Transfertur actio, idem. in lege, ſi eum. in fin. ibi, hoc enim edicto non transfertur actio ſed adiicitur. ff. de exerci. actio. Tranſlata onera actionis, id eſt attributa, transmiſſa, l. plane. ff. famil. ercis. vbi prius dicit attributa, poſtea tranſlata: & tranſlata pecunia in lege, ſi pater 2. ff. de iure dot. transferre ſortis petitionem cenſetur qui hereditatem reſtituit, lege, ſi poſt. ff. de conſtit. pecu.

Transferre ſortis petitionem.

Nemo trãsfert plus iuris in alium, quam habeat.

¶ Item nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam habeat. regula iuris, nemo plus. & traditio nil amplius transferre debet, vel poteſt ad eum qui accepit, quam eſt apud eum qui tradidit, lege, traditio. ff. de acquir. rer. domi. & l. quod noſtrum non eſt, transferimus ad alium. ff. de vſuf.

Transferre regimen. Transferre pro vertere.

¶ Tranſlatis reipublicæ regimentis ad Imperatores, lege prima, in princ. ff. de offic. præfe. præto.

Tranſlatio pro metaphora.

¶ Transferre pro vertere, vt Græcos in linguã Latinam, vel Gallicos auctores transferre. lege fin. de colleg. illic. ff. ibi, & hæc videtur ex lege Solonis tranſlata. Et transferre apud Rhetores eſt cum propriam ſignificationem ad aliam vertimus: de quo Quintilianus libro primo.

¶ Tranſlatio, exornatio eſt, Græcè dicitur μεταφορὰ, cum verbũ in quandam rem transfertur ex alia re: quod propter ſimilitudinem recte videtur poſſe transferri. Vnde Cicero de oratore ait: Tranſlationes quaſi mutationes ſunt, cum quod non habeas, aliunde ſumas. & poſtea ait: tranſlata verba quaſi ſtellæ illuſtrant orationem. Alcia. lib. 1. parergon, cap. 10. & prætor decernere debet tranſlationem iudicij in ſtatu liberum fieri, lege, prætor. de noxal. actionibus. ff.

Tranſlatio quid ex iure Pontificio.

¶ De iure Pontificio tranſlatio eſt de vna in aliam eccleſiam legitimè facta mutatio, vt in rub. de tranſla. epiſ. iuncto cap. mutationes. 7. q. prima. de hac ſcripſi in praxi beneficiali. in 1. parte tituli de tranſla. epiſco. interdum de vno monaſterio monachus in aliud transfertur: & de hoc loquitur cap. cum ſingula. §. 1. de præben. in 6. & cap. ſi quis iam tranſlatus, 22. q. 2. Et tractaui de ea in d. praxi, tit. de tranſla. mona.

Tranſlaticum, vel tranſlatiuũ

¶ Tranſlaticum vel tranſlatiuum id dicitur vel quod transfertur, vel quod tranſlatum eſt. & Cicero de inuentione ait: Cum autem actio tranſlationis aut commutationis indigere videtur, cõſtitutio tranſlatiua appellatur. Vel tranſlatiuum dicitur vulgare & publicum, non eximium, ſed plebeium ac vſitatum. inde tranſlatiua officia, vulgaria vocantur & ab omnibus vſurpata, non ab intimis modò & his qui exquiſitè amicitiam colunt, teſte Bud. in annota. in Pandect. in l. ex empto. ff. de acti. emp.

Tranſlatiuè, pro defunctoriè

¶ Tranſlatiue, id eſt defunctorie, vulgari & non accurata diligentia. Budæ. vbi ſupra: ex. in l. 1. §. præuaricatorẽ eum oſtendimus eſſe qui colludit cum reo, & tranſlatiue munere accuſandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes diſſimularet, falſas vero excuſationes admitteret. ff. ad Turpil. & in l. 1. ff. de iure patro. dicitur: patronorum querelas aduerſus libertos præſides audire debent, & non tranſlatiue exequi debent, non negligenter, nec leuiter, ſeu remiſſe, vel perfunctoriè. ſed Tranſlatitiè legit Auguſti. in tit. qui pet. tuto. non tranſlatiue: quod verbum ſumptum eſſe ab edictis prætorum tranſlatitiis aſſerit, in quibus nullã curam adhibebãt. Hoc idem perfuſorie dicitur & luſorie, l. qui libertatis. §. ſed & ſi quis. ff. de quæſti. l. ſi ſeruus plurium. §. 1. de lega. 1. Vel tranſlatiue exequi eſt transferre

pœnam in leuiorem communemque modum qui ad illud delicti genus non pertineat. Oldra. in verbo executio. Ego primæ sententiæ inhærerem. facit l. si patroni §. qui fideicommissum. ibi, sed nec illud translatiuè est omittendum. ff. ad Trebell. id est sine decisione, *sans le toucher, sans decider, en passant en vne autre matiere.*

Addere pro imponere. *Addere pro adiungere.*

¶ *Addatur.* Veluti si frumentum in iis addatur, imponatur. ita capitur hic. Addere etiam pro adiungere capitur. Et est contrarium verbo demere vel detrahere, l. quod seruus. ff. depo. ibi, denique Sabinus hoc explicuit addendo. l. nil peti. de regu. iur. ibi, & cum soluendi tempus obligationi additur, addere non licet legi, neque detrahere. l. Gallus. ff. de libe. & posthu. Additicius dies, adiunctus. elucidatur in l. cum bissextus. supra eodem. additamentum, id quod additum est, l. Malum. infra eodem.

Additamẽtum.

Amphora.

¶ Sequitur in tex. *Eandem causam amphorarum esse.* Amphora est vinarij vasis genus, vt testatur Budæus in suo libro de asse, dicens amphoram esse octauam partem eius vasis quod modium vini dicimus Parisiis, trecenos sestarios nostros capit, secundum eum, de qua in l. quod sæpe. §. in iis. de contra. empti. l. 1. §. Sed & custodiam. de peric. & commod. rei vendi tæ. Sestarius autem continet octonas eas quas pintas dicimus, id est octo quartarios. & alia ibidem videre licet. Et de his amphoris loquitur etiam l. vbi. ff. de verbo. oblig. & l. inter §. sacram. ibidem. ac l. vulgaris. §. certe. de fur. & l. vinum. §. fin. ff. de triti. vino, & ole. lega. l. quod legatur. de iudi. Vinum enim in amphoras & cados hac mente diffundimus, vt in his sit, donec vsus causa probaretur, scilicet cum his amphoris & cadis id vendimus. & sic legato vino debentur hęc vasa ex testantis mente, l. si cui vinum. ff. de triti. vino, & ole. lega. nisi consuetudo regionis se habeat in contrarium, vt in Montepessulo. l. 3. ff. eodem tit. Et amphora quadrantal quoq; dicitur, & duas capit vrnas: huius capacitas vnius pedis quadrati esse dicitur sub figura. sic enim Palęmon ait, hoc est vt pedem lata, longa atque alta sit: & à qua figura ceterarum mensurarũ capacitas cognoscetur. hæc enim vicesima pars culei est. sesquiamphoram verò cadus capit. Augusti. in li. 2. de emenda. iur. c. 11. Et tunc veniunt illa vasa parua tantum, quibus vina solent deferri, & vendi. Bar. in d. l. si cui. §. fin. inde Iurisconsul. vocat amphorarium vinum, quod est intra amphoras reconditum, l. fin. in fin. ff. de triti. vino, & ole. lega. De amphora fit mentio in l. fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. & in l. quod sæpe. §. in his. ff. de contra. empt. & in l. quod legatur. de iudi. & l. sed & si quid. §. id & in seriis. ff. de vsufru. & in lege, stipulationum quædam. de verbo. oblig. Vnde ab ansulis quibus vtrinque gestari possint dictas existimat Cælius lib. 14. cap. 6. in fin. facit l. si quis vxor. §. si linea. ff. de fur. Metreta genus vasis vinarij vel olei est. l. quod sæpe. §. in his. ff. de contra. empti.

Sestarius.

Amphorarium vinum.

Metreta.

Cadus.

¶ *Vt cum vinum habeant tunc in vasis vinariis*, &c. Vasa vinaria sunt cadus, qui duas amphoras, & bessem capit, Gallicè *Caque*. l. cum vinum. & l. vinum. & sequen. ff. de triti. vino, & ole. lega. ff. nam primò in Alpibus, postea rustici cados ligneos circulis cultos excogitarũt. Et cados optimos nostri qui sunt materiarij, è quercu, robore, castanea producunt: quos circulis amerina salice ligatis cingunt: vietores dicti, quia viere, ligare est. Crapal. in tract. de partibus ædium, parte prima. loquitur l. sed & si quid §. de quibusdam. ff. de vsufru.

Congius.

¶ Congius quartarios continet quaternos, sestarium vocant veteres: tamen sestatio dimidio constare voluerunt. Congiaria in neutro genere protulit Iurisconsul. in l. tabernæ. ff. de fund. instru. dicitur etiam nummus Imperatorius.

Vrnare. *Vrinatores.*

¶ Vrnæ sexdecim modium Parisiensem constituunt, teste Budæo in tract. de asse. lib. 5 & aliquando etiam vrnalia vocantur in l. qui vinum in vrnalibus. ff. de triti. vino & oleo lega. & quidam vrnam dicunt vas aquarium, quod in aqua vrinet, vulgus vocat *cruche à porter eau*, collum habens strictum. Vrinare enim est in aquam mergi. vnde vrinantes & vrinatores, qui in aquam merguntur. Et inde si quædam ex iis mercibus proiectis in mare leuandæ nauis causa, per vrinatores extractæ sunt, dicit Iurisconsul. in l. naues. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. rationem aliorũ non haberi, qui cum alibi nauis summersa est, suas naufragio amiserũt. eorum enim merces non possunt videri seruandæ nauis causa iactæ esse, quæ periit. Crapal. lib. 1. de parti. ædi. cap. 2. in fin.

Brochus.

Brochus vero à verbo Græco βρέχω dicitur, quod fundo significat. est autem vas ad vinum fundendum accommodatum, Græci διυφέρην appellant, quod vino comportando aptum sit, vulgo *broc.*

Quadrantal.

¶ Quadrantal dictum est genus vasis quadrati, quod octo & quadraginta sestarios capit.

Cuppa.

¶ Cuppa, vas ligneum magnum, ad vinum condendum, *vne cuue.* l. instrumenta. ff. de fund. instru. & instru. lega. l. sed & si quid. §. idem & in seriis. ff. de vsuf. & Pessulani habent cuppas lapideas, *des tines* vocant. & alibi à Iurisc on. dicuntur machinæ, vasa vinaria, cuppæ, & dolia quæ in cella defixa sunt. l. Lucius. §. collegio. ff. de lega. 3. & quamuis sit vas vinarium, interdum est frumentarium, quando triticum clausum est in ea, lege, in naue. ff. loca. est etiam vas ad bibendum, in quo Germani interdum in conuiuiis solent vsque ad lacrymas bibere, *couppes.* De cuppulis, id est paruis cuppis loquitur Vlpia. in lege tertia, in fin. ff. de

ff. de tritico, vino & oleo lega.

Modius vini.

¶ Modius vini, *vn muy.* l. vbi autem. in prin. ff. de verbo. obliga. interdum dicitur modius frumenti, in l. quod sæpe. §. in his. ff. de contra. empti. & l. vulgaris. de fur. l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. eccle. in l. 1. de conditis in publi. horre. lib. 10. & l. fin. de anno. ciuili. lib. 11. vel modius tritici, l. si ita. 1. ff. de fideiusso. qui fuit æstimatus ad decem libras in singulis annis debitus pro reditu, arresto curiæ 1527. die 14. Augusti. Modius annonæ, lege 3. in fin. ff. de excusa. muner. Interdum modius terræ dicitur locus in quo seminari potest frumenti modius, cap. per tuas. vbi Cardi. de donat.

Arrestum. *Modius annonæ.* *Modius terræ.*

Modiatio.

¶ Modiatio ab Imperatore dicitur ipsa frumenti pensitatio, l. vlt. C. de naufra. lib. 11. lege vltima. de anno. ciuil. ibidem. Soluere autem subditi solebant frumenti quinquagesimam, ordei quadragesimam partem, vini & lardi vicesimam, l. modios. C. de suscept. lib. 10. & in rub. de annon. & tribu. ibidem.

¶ Moduli verò dicuntur vascula ad hauriendum aquam accommoda, iuncta rotę putei: quibus vtuntur Pessulani ad irrigãdos hortos. l. damni. 2. ff. de damno infec. Vitruuius sic ait: ita cum rota calcantibus versabitur modioli pleni ad summum elati, & rursus ad imum reuertentes infundent in castellum ipsi per se quod extulerunt. Catellia. Cotta in 2. parte memora. in verbo modiolos.

¶ Interdum dicitur modiolus, vas mensarium potui paratum, ad modij similitudinem factum, quod phialam seu Gallicè *gobelet* dicimus, de quo in l. Seiæ. ff. de auro, & argen. leg. & calices modiales dicuntur, continentes modium, teste Budæo in tract. suo de asse.

Cyphus.

¶ Cyphus, κύπελλον, κύφος, de hoc dixi in l. Labeo. supra eodem. Medimnus senos modios Romanos continet, quem minam vocant, Gallicè *vne hemine.* Boetius vero, Gallicè *vn boysseau*, minus hemina. Chœnix, semimodius vocatur à Budęo.

Culeus. *Pinta.* *Cheopina.* *Hemisextes.* *Fidelia.* *Phiala.* *Calix.* *Calix diatretus.*

¶ Culeus, *vne pipe*, vicenas amphoras continens, teste Budæo, de quo loquitur tex. in l. 3. in fin. de triti. vino, & oleo lega. ff. & l. vlt. in fin. ff. de pignor. actı. in fin. l. legatum. in fin. de annuis lega. Tamen in montibus Gaballitanis vtuntur his culeis coriaceis: quorum duo vel tres iuste equum onerant, vel mulũ: & ab eis sic vocantur. Pinta, Gallicè *vne pinte.* Cheopina, *chaupine.* hemixestos dicitur *demisextier*: & significat dimidium septem. fidelia Gallicè vocant *vne fueillete*: est dimidia pars pintæ. Phiala. l. tigni §. 1. ff. ad exhiben. Calix à calido dictus est, quod in eo caldum, id est calidum veteres bibebant: Varro. inde calicem diatretum vocat Iurisc on. cælatum, tornatilem, vulgò *œuures entaillez*, & *garnis d'orfeuverie*, l. si seruus seruum. §. si calicem diatretum. ff. ad leg. Aquil.

Lacænæ calices. *Lepastæ.* *Laphictæ.* *λάφυκτα.* *Oxybaphum.*

¶ Calices item quidam vocantur lacænæ, sicuti lepastæ: inde qui multa prodigunt vocantur laphictæ. λάφυκτα enim significat ampliter bibere, teste Cælio in lib. 27. c. 37. vbi multa vasorum vocabula elucidat, sic dicens: Oxybaphum pro acetario vase capit fere consuetudo. Lagena, in l. cum quis decedens. §. Seiam. ff. de lega. 2.

Vasa inania. *Sũptus inanes.* *Chirographum inane.* *Exceptio inanis.* *Obligatio inanis.*

¶ Alia multa vasorum nomina sunt quæ vsu potius dignoscuntur, & pro regionibus plus aliquando, quandoque minus, vt apud Tholosates plus continet quartarium & pinta vini ad mensuram Comitis Remundi quam aliæ communes mensurę. & apud Bituriges est magna mensura & parua: ex duodecim enim pintis fecerunt tredecim, vt hic decimatertia daretur ad vectigal soluendum, quod Trezenum vocant. & quia presbyteri vectigal non soluunt, nec scholastici, voluerunt eos compellere ad vendendum cum magna mensura, vel ad soluendum. sed in hoc senatu fuit pronuntiatum pro vniuersitate & priuilegiatis, vt communi mensura venderent & sine vectigalis solutione. alioqui daretur materia tollendi priuilegia, faciendo diuersas mensuras. & si in antiqua mensura venderetur, nullum haberent priuilegium: quod est absurdum. Et quamuis hęc vasa multotiens vinaria reperiantur, aliquando tamen aliis vsibus accommodantur, vt in lege fin. in fin. ff. de pignoratitia actione. & tunc non sunt vinaria, sed frumentaria vel aqualia, seu alterius generis: vt pocula oleagina, in l. qui concubinam. §. qui quatuor. ff. de lega. 3.

¶ *Cum inanes sunt*, &c. Intelligite vt supra dixi. Negotiatores, inquit Iurisconsultus, qui annonam vrbis adiuuant, immunitatem à muneribus publicis consequuntur, quandiu in huiusmodi actu sunt, l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunit.

¶ Colligite quod in scholasticorum numero, quandiu in actu studij & scientiæ sunt, scholastici censentur: si vero inanes & alieni prorsus à studio, tunc extra numerum sunt: per istum tex. iuncto d. § negotiatores. scripsi abunde in scholastico. priuileg.

¶ Sic inanes dicuntur vacuæ sine vino, l. 1. §. licet. ff. de peri. & commo. rei vendi. vbi glo. sic exponit. Sed forte etiam intelligentur inania vasa esse, quæ inania, id est sine commodo sunt. Inanes sumptus vocat Iurisc on. in l. 1. ff. de inoffi. testa. quando nihil prosunt & sunt inutiles. Inane chirographum fit solutione, id est inutile, l. solutione chirographo inani facto. ff. ad exhiben.

¶ Exceptio inanis, inutilis, & inefficax, lege penult. ff. de condict. ob turp. cau. Inanis obligatio, idem. in l. Stichum. §. aditio. ff. de solutio. lege, quamuis. §. Marcellus. secunda, ad

Actio inanis. Cautiones inanes. Actus inanis. Querela inanis

Velle. Inanis actio, l.nam & is, ff. de dolo, id est inutilis & inefficax. Inanis est actio, quam excludit inopia debitoris. ibidem. Inanes cautiones, idem.l.qui tabulas. ff. de fur. quod fit per solutionem, vt ibidem dicitur. Inanis actus, l.quæcunque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona initium obligationis sumant, inanem nostrum actum efficiunt. ff. de actio. & obligatio. Inanis querela, idem.in lege secunda, §. quod de frumentaria. ff. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. lege, quidam. ibi, inanis epistola. ff. de dolo.

Condere.

¶ *Condi*, id est includi, vt scripsi in l.portus. supra eodem.

APHRICANVS LIB. IIII. QVAESTIO.

LEX CCVII.

Mercis appellatione homines non contineri Mela ait. Et ob eam rem mangones, non mercatores, sed venalitiarios appellari ait: & recte.

¶ Duas continet particulas. in prima docet mercis appellatione homines non comprehendi: in secunda infertur ibi, & ob eam rem. ratio assignatur per Iurisc. in l. iustissime. de ædili. edi. ff. sic iustissime ædiles noluerunt homines ei rei quæ minoris esset accedere, propter hominum dignitatem. alioqui eandem rationem fuisse, & in ceteris rebus. ridiculum nanque esset tunicæ fundum accedere: sicut & mercis nomine hominem complecti. Item absurdum reputauit Imperator hominem in fructu esse, cum omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauerit. §. in pecudum. Institutionibus, de rerum diuisione. multomagis mercis appellationem non dicimus homines complecti: & quamuis quis haberet seruos, non tamen veniant, si quis vendiderit, vel donauerit merces, sub illius appellatione, vt hic. nam etsi mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet, vt l. mercis supra eod. vbi scripsimus tamen homines continet, vt hic. nec anulos, dicit glo. in l.2. §.1. ff. ad leg. Rho. de iact. quam ego intelligerem de anulis quos mercatores in digitis gestant: secus si negotiationis causa, vt ibidem dicitur in §. inde agitatum est.

Homo cur mercis nomine non contineatur.

¶ Nec refragatur l.seruos, §.fi. ff. de lega.3. vbi si venalitiariam artem in seruis exercens, legauerit suos seruos, non continentur quos cõparauit vt illico distraheret. mercis enim magis loco quam suorum habuisse credendum est. & sic serui sunt loco mercis. respondit glo. hic non obstare: quia aliud est loco mercis esse, vel mercem esse.

Mercem esse, & loco mercis esse differũt

¶ Sed aduertite ad istum tex. qui non dicit vt serui non sint merces, sed mercis appellatione homines non contineri. at bene loco sunt mercis: quia sicut quis potest vendere merces, ita & seruos, quos maximè sic emit vt venderet. & ideo loco mercis sunt. & sicut ex mercibus debetur vectigal, ita ex his seruis, si ex communibus rebus sit exsoluendum, quia rei appellatione venient homines, vt scripsi in lege, rei. prima, supra eodem. & sic putarem satisfactum esse legi primæ, ff. de tributoria actione. ibi, licet mercis angustior, &c.

Aliud est esse tale, & loco talis haberi.

¶ Ex ista glo. colligitur, & ad hoc semper allegatur, quod aliud aliud est esse tale, vel loco talis haberi. vnde aliud est creditorem esse, vel loco creditoris, l.creditores. & l. si cui. supra eodem. & vxorem esse vel loco vxoris, l.Masurius. ibidem. aliud est esse ciuem, & aliud pro ciue haberi, quia vnum verum est, alterũ fictum. ideo si ciues ad aliquid teneantur, non tenebuntur qui sunt loco ciuium. l. si maritus, 2. §.1. vbi Bar. ff. de adul. l. prætor. de no. op. nuntia.

Aliud est esse dominum, & haberi pro domino.

¶ Secundò, aliud est esse dominum, qui procuratorem constituit. lege prima, ff. de procuratorib. & debitum gratis remittere potest, l. si tibi. & lege, si vnus. per totum. ff. de pact. aliud est haberi pro domino, qui prædicta non facit, vt est tutor, qui loco domini est. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro empt. lege, interdum. 2. §. qui tutelam. de fur. idem in curatore & procuratore vniuersitatis, l.pactum curatoris. C. de pact. l. neque. de procura. idem in fructuario, qui quodad fructus attinet loco domini pene est, l.bonæfidei. ff. de acquir. rerum domi. & eum qui cauit vindicanti seruum domini loco habendum esse asserit Iurisc. in l.ex libero. in fin. ff. de quæstio. & procurator qui satisdedit, loco domini habendus est, l. Titius. ff. de procura.

Aliud est esse cõfessum, aliud haberi pro confesso. Confessus admittitur etiam appellans.

¶ Tertiò aliud est quem fuisse confessum: quia tunc appellare non potest, clemen. vnic. vbi glo. ampla. de dolo. Aliud est haberi pro confesso: quia tunc appellat, c. Romana. §. si autem. de appella. in 6. Hodie etiam confessus in hoc Franciæ Regno admittitur appellans, nec has in hoc iuris subtilitates seruamus, vt sæpius vidi in praxi: & hoc scribit etiam Auffret. in q. Tholo. 4. 176.

Aliud dolum esse, aliud dolo comparari.

¶ Quartò aliud est dolum esse, aliud dolo comparari. l. quod Nerua. ff. depo. scripsi in l. magna negligentia. infra eod.

Aliud est fructus esse, aliud loco fructuum.

¶ Quintò aliud est fructus esse, aliud loco fructuum, vt mercedes à colonis acceptæ, l. mercedes. ff. de petitio. heredi.

¶ Sextò

Aliud constitutum, aliud loco constituti.

¶ Sextò aliud est constitutum, aliud loco constituti, vt si memoriam hominum excedat, l.3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.

Aliud posthumum esse, aliud loco posthumi.

¶ Septimò aliud est posthumum esse, aliud loco posthumi haberi, §. posthumorum. de exhered. libe. Insti Notant doct. in l. Gallus. ff. de libe. & posthu. Barba. consi. 61. in 4. vol.

Aliud testamẽtum esse, aliud haberi pro testamento.

¶ Octauò aliud est testamentum patris esse, aliud haberi pro testamento patris, vt substitutio patris, l.patris & filij. & ibi Iaſ. in 1. nota. ponderat illum tex. ff. de vulg.

Aliud esse ingenuum, aliud haberi pro ingenuo.

¶ Nonò aliud est esse ingenuum, & aliud haberi pro ingenuo, l. penul. & fin. ff. de iure aure. anul. l.2. C. illo tit. & aliud est seruum esse, vel loco serui, vt famulus, l.1. §. familiæ. ff. de vi & vi arma.

Aliud absentẽ esse, aliud loco absentis.

¶ Decimo aliud est absentem esse, aliud loco absentis haberi, vt furiosus, l. si maritus. §. 1. ff. de adul. vbi Bar. & l.2. §. furiosus. ff. de iure codic. l. si à furioso. si cert. peta.

Aliud desertorem esse, aliud haberi loco desertoris.

¶ Vndecimò aliud est quem desertorem esse, aliud haberi loco desertoris, l.3. & l. qui commeatus. ff. de re milit.

Aliud patrem esse, aliud loco patris.

¶ Duodecimò aliud est patrem esse, vel loco patris, vt habetur socer, l.3. §. item is, de liber. exhib. ff. l. quia. ff. solu. matrimo. l. rei iudicatæ. §. fin. cum l. sequenti. de re iudi. & nouerca loco matris, §. socrum. Instit. de nup. & aliud patrem familias esse, & aliud loco patris fa. vt filius fa. in castrensi, l.3. ff. ad Macedo.

Aliud peremptorium esse, aliud loco peremptorij.

¶ Decimotertiò aliud est peremptorium, aliud loco peremptorij haberi, l. res denuntiationes. vbi Bal. & Salic. C. quomo. & quan. iud. & l.2. ibidem.

Aliud legitimum esse, aliud haberi pro legitimo.

¶ Decimoquarto, aliud est legitimum esse, & aliud haberi pro legitimo, l. etiam. vbi not. Salic. C. de appel. glo. in c. innotuit. de elect. in verbo coniugata. & aliud est liberum esse hominem, & aliud loco liberi esse, l. si cui. ff. de libera. cau.

Aliud litẽ contestatam esse, aliud haberi pro contestata.

¶ Decimoquintò, aliud est litem contestatam esse, aliud haberi pro contestata, Bal. in 4. C. quando libel. princi. obla. vide quod scripsi in l. locus. supra eod.

Aliud heredẽ esse, aliud loco heredis.

¶ Decimosextò hereditariarum actionum loco habentur & legata, quamuis ab herede ceperint, l. hereditariarum. ff. de acti. & obliga. Et aliud est heredem esse, & loco heredis, vt bonorum possessor, l. cum emancipatus. in prin. ff. de bonorum possessi. cont. tabul. l.1. §. bonorum. ad Trebelli.

Aliud esse intestatum, aliud haberi pro intestato.

¶ Decimoseptimò, aliud est esse intestatum, & aliud haberi pro intestato, l.1. ff. de suis & legi. here. scripsi in l. intestatus. supra eod.

Aliud arborẽ esse, aliud arboris loco.

¶ Decimooctauò aliud est arborem vel herbam esse, vel arboris seu herbæ loco, vt est tenera arbor, l. cæsæ. ff. arbo. fur. cæsa.

Aliud possessorem esse, aliud possessoris loco. Haberi & esse quãdo pro eodẽ sumantur.

¶ Decimononò aliud est possessorem immobilium esse, aliud loco possessoris, vt est tutor, l. sciendum. §. tutores. ff. qui satisda. cog.

¶ Vltimò aliud est possidere, & aliud haberi pro possessore, quia dolo desiit possidere: sed vterque damnatur, in l. parem. & l. qui dolo. ff. de regul. iur. & regula pro possessore. illo tit. in 6. Plerunque tamen in his & similibus casibus, licet veritas longe differat à fictione, nihilominus tamen idem fere indicant, maxime in sequentibus.

¶ Primò, quando lex vel ordinatio diceret, habeatur & sit ciuis, tunc ille vere ciuis erit, per tex. in l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicil. ibi, cum per omnia & in omnibus absentis & quiescentis loco habeantur. Quem singularem dicit Corset. in singu. incipiente, habeatur. quod licet verb. habeatur denotet fictionem, non habet locum, si dicatur in omnibus & per omnia. facit l. ius ciuile. ibi, neque per omnia seruit. ff. de iusti. & iure. Barba. in repetitio. l. cum acutissimi. col. 110. C. de fideicom. & Vincen. in l. 1. in 4. nota. ff. de lega. 1. & hoc est introductum propter gemination em, l. balista. ff. ad Trebel. Et pro ista sententia est tex. in l.1. §. fin. ff. quod quisque iur. Iaſ. in l. ait prætor. §. siue autem. nota. 1. ff de noui ope. nuntia. & in l. patris. nota. 1. de vulg. Et in l. si is qui pro emptore. col. 55. ac Crotus ibi col. 30. de vsucapio. & Cattell. Cotta in 2. parte memorialium in verbo, ciuem esse.

In his quæ iuris sunt, cum lex fingit, habetur pro veritate.

¶ Secũdò in his quæ sunt iuris, quæ possunt verè induci à lege, si lex fingat, habetur pro veritate: secus in iis quę sunt facti. Declarat Bar. in d.l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. & d.l. si is qui. pro emp. Lucas de Penna in l.1. C. de castren. & ministe. li.12. quem sequitur Bal. consi. 491. visa petitione. in 3. vol. Nempe si consuetudo vel statutũ dicat quod minor postquam duxerit vxorem, habeatur pro maiore: vel filius fa. mercator habeatur pro homine sui iuris: tunc vere erit sui iuris, vt in authent. constitutio quæ de dignitat. colla. 6. authen. sed episcopalis dignitas. C. de epis. & cleri. l. fin. de decurio. lib. 10. Ioan. de Platea in l.1. nota. 3. per illum tex. C. de iudic. Iaſon in l. lex Cornelia. nota. 1. ff. de vulg. quia tantum operatur fictio in casu ficto, sicut veritas in casu vero, l. filio quem pater. ff. de liber. & posthu.

Habitus pro maiore, si læsatur, restitui poterit.

¶ Is tamen qui pro maiore habitus est, si lædatur, restitui poterit: quia consuetudo non prohibet quin possit restitui. & ita fuit prolatum arestum in hoc supremo senatu, vt dixi in l. pronuntiatio. §. familiæ. vers. iuri proprio. supra eod. & interdum minor restitutiõnem petere non potest, sed appellatio erit tunc necessaria, l. illud. 2. ff. de appel.

Esse & haberi,

¶ Tertiò quoad effectum, nempe bonorum possessor loco heredis constituitur. §. quos

quoad effectū, paria sunt. autem.de bono.possessio.in Instit.& sic quantum ad effectum est heres.ita in aliis dici potest.Et paria sunt legem esse,vel pro lege obseruari, l. de quibus.& l.diurna.ff. de legi. dixi in l. intestatus. supra eod.

¶ Vltimò notate quod Iurisco. interdum duo verba improprietatem significantia iungunt,vt improprietas facilius intelligatur,vt in l.ad tempus.in fin. ibi, legatarius quodam modo quasi heres est.ff.de vsucapi. & in l. pignori. ibi, dicit pro alieno nos prorsus possidere rem pignori datam.

Mangones. ¶ Sequitur in tex.*mangones*.Mangones non solum seruorum venditores sunt, sed qui vt carius vendant res ornant. Nebrissen. in hoc verbo. Et dicuntur mangones quasi manuagones. Erant enim magistri formæ puerorum, mentiendi coloris artem callentes. solebant enim pueros puellasq;,quo facilius vendi possent, artificio componere,atq; fuco colorem ementiri, vt vendibiliores essent. scribit Quintilia.li.2.c.16.inde politores gemmarū vocat Plinius mangones.Mangones ergo generaliter dicuntur qui merces poliūt, vt pluris vendant. Quod Iudæi Auenionenses bene norunt,& interpolatores Parisienses,quos Gallicè dicunt *frippeurs*.à quibus si volueris aliquid emere,deo te commenda: quia vix ab eis euadere poteris quin decipiaris. Inde mangonisare dicitur ornare, & rem componere ad alliciendos emptores.& de hoc Plinius lib.23.c. 1. Et equos mangonisatos vendunt equorum venditores. Plinius lib. 9. c. 54. quod belle faciunt apud Parisienses equorum mangones, qui etiam patres suos in iis deciperent. Sic mangonisata oratio, est fuco & lenocinijs verborum potius quam veritate alliciens, fucata. & de aliis rebus etiam dicitur, maxime de mulieribus.testatur Hermola. Barb. & Seneca:mangones quicquid est quod displiceat aliquo lenocinio abscondunt.

Mangonisare. Mangonisati equi. Mangonisata oratio.

Dardanarij. ¶ Item in dardanarijs, qui annonam vt propolæ omnia premunt, vt eam postea carius vendant:dicti à Dardano quodam sceleste mago: à quo Dardaniæ artes, quas Columella magicas vocat:de quibus Iurisc. ait, Debebis custodire ne dardanarij vllius mercis sint: ne aut ab his qui coemptas merces supprimunt, aut à locupletioribus qui fructus suos æquis pretijs vendere nolunt,dum minus vberes prouentus expectant, annona oneretur, lege, annonā. § 1.ff.de extraordi. criminib.& vtinam isti grauibus mulctis,vt decet,afficerentur.

Mercatores. Mercari. ¶ *Mercatores* hi sunt qui opus mercandi exercent,à verbo mercari.Mercari enim nedum emere significat, l.eum qui ædes.ff.de vsuca. l.2.§.fi.de doli excep.l.testatrix.§. 1. si seruitus vindi,sed & vendendi mercaturam exercere,l.legatis.vbi Bar.ff.de leg.3.l.1.in fin.& l. licitatio.§.fin.de publica.d.l.annonam.de extraord.criminib.

Mercatus. Mercalis vxor ¶ Inde mercatus, participium, emptus. nomen autem verbale significat locum in quo res venduntur,& tempus,l.vnic.C.de nundi.inde & mercalem vxorem, venditioni expositam vocat Imperator in l.mercalem.C.de condicti.ob turp.caus.

Mercator quis propriè dicatur. ¶ Non ergo mercator dicitur qui huius rei notitiam habet: quia sic omnes fere mercatores dicerentur. sed hanc appellationem personæ ex vsu mercandi adiicimus, non ex vsu quolibet. Non enim qui propter eminentes necessitates mercatur, mercator dicitur: sed qui cum quadam perpetuitate se deputauerit ad hoc.verba sunt Bar.in tract. de testi.in verbo mercatorem.inde mensularij,quos Gallice *banquiers* vocamus,mercatores dici possunt, si credamus Guido.Papæ in decis.Delphi.q. 287. vtrum quilibet.vbi concludit, mensularium in Regno Franciæ non posse exercere officium sine auctoritate Regis. & ita cauetur ordinatione Regia.Ex communi tamen loquendi vsu appellatione mercatoris non venit mensularius: de quibus & bonis illorum loquitur tex. in l. si ventri. §.in bonis. de priuile. credi. Quæ requirantur ad hoc vt quis mercator vocetur, scripsi in 2.tomo commentario: in tract. de mercato. minutatim vendent.in constitu. Reg.

Negotiator, pro negotiorū gestore. ¶ Negotiator verò dicitur qui in alienis negotijs se exercet,d. l. legatis. ff. de lega. 3. vbi glo.exponit, obsonatores eos qui in lecto dominum custodiunt: vos dicite eum obsonatorem qui emit obsonia:vulgo dicimus, *vn despensier qui achete les viandes*. ὄψον enim Græcè,teste Bayfio,appellatur quicquid igne ad epulandum paratur:& obsonare est emere obsonium. & Cattellia.in 2.parte memoralium in verb. obsonatores.

Negotiator pro mercatore. ¶ Secundò dicitur negotiator qui negotia mercaturæ exercet, siue sibi siue aliis, vt in tit.C.negotia.ne milit.vbi Lucas sic dicit: negotiator proprie est mercator dispositus assidue ad emendum vendendumque,vt exinde quæstum agat.& sic debet intelligi ille titulus & c.eliciens.88.dist.& rubr.de monopo.& de conuen. ad negotia. Et talis negotiatio proprie consistit in rebus quæ sunt in commercio nostro. textus in §. idem iuris. vbi glo. de inutil.stipul.Et interdici negotiatione in pœnam plerumque solet vel negotiatio,l.merces. §.interdici.ff.de pœn.Adhæc negotiatores qui annonam vrbis adiuuant; item nauicularij qui annonæ vrbis seruiunt,immunitatē à muneribus publicis consequuntur.l.semper, §. negotiatores.ff. de iure immunit. & ad bene beateque viuendum in ciuitate negotiatores esse necessarios refert Iurisco.in l.2.ff.de nundi.

¶ Negotium in causis,tex.expressus in c. forum. §. negotium. de verbo.significa.l. inter stipulan-

stipulantem & promittentem negotium contrahitur.& §.sacram.ibi, nam negotium recte de his rebus gerimus quæ subiici vsibus dominioque nostro statim possunt. ff. de verbo. oblig.

Negotiatoris nomē latius patet, quàm mercatoris. ¶ Vnde negotiatoris verbum latius patet quam mercatoris, teste Felin. in proœmio decreta.in fin.& ad plures extendi potest,ad quos mercatorum nomen non pertinet,vt docet do. Ferronus in consuetu.Burdegalen. rub. de statu perso. §. 1.nempe locatores equorum negotiatorum nomine veniunt,teste Bar.in d.l.legatis.

¶ Muliones quoque,fullones,sarcinatores,pistores, textores, & alij nominati in l.1.ff.de tribu.acti.in prin.negotiatores dicuntur,non tamen mercatores.sic nec minutatim vendentes,laniones, caupones,nec alij descripti in l.fin. ff.de iure immunita.dicuntur mercatores, sed negotiatores.

Lucrio. ¶ Sic nec lucrio, qui dicitur ille qui vndique quæstum quæritat, quem possumus appellare *portepanier & gaignepetit*: de quo lucrione loquitur Iurisco. secundum nouam impressionem correctam in l.cum quis.§. pater. ff. de lega.3. Clericus exercens negotiationes seculares coram iudicibus secularibus respondere solet,c.2.ne clerici vel mona. Aufrer. regu.1.in 17.fallen.tract.de potest.secu.super eccle.perso.

Artifex à negotiatore quid differat. ¶ Aduertendum est quod negotiatores differunt ab artificibus. negotiator proprie est ille qui rem emit,& non mutata forma,illam vendit,vt lucretur,cap.paratum.88.dist.Archidia.in c.quanquam.de censib.Bertran.consi.214.Multæ sunt.col.2.vol. 2. iuxta nouam impressionem. & eos qui vtensilia negotiantur & vendunt licet ab ædilibus cædantur, non oportet quasi viles personas negligi,l.eos.ff.de decurio.De negotiatione est tex.in l.instructam. supra eod.

¶ Artifex verò est qui rem emit, & mutata forma illam vendit: vt is qui emit ferrum, & balistas facit,& enses,quos postea vendit, c.1.& per totum. 88. dist. ita intelligitur tit. C. de excusa. artifi. lib. 10. l. lacus. de acquir. rer. domi. Etiam hodie ex communi vsu loquendi Franciæ hos artifices mechanicos dicimus, Gallicè *artisans*. De quibus loquitur ordinatio Regia in tit. de magist. & monopoliis prohibitis in ordina.Regiis, vbi scripsi in 2. tomo commenta.Quos etiam vocamus Gallicè,*gens de mestier*. Et qui appellatione artificum veniant,& quæ priuilegia artificibus dentur,scribit l.semper §.quibusdā.ff. de iure immunit. & artificia esse deferenda scribit Iurisco.in l.forma.§.seruis. ff. de censib.

¶ Hanc differentiam tradit Federi.consi.207.in Christi,&c.nos Griffolus & Rom.in l.si publicanus. §.de rebus.ff.de publica.Alex.in additio.ad Bar.in d.l.legatis.de lega.3.& Boer. in §.4.glo.4.de consue.iure stat.person.vide Corne.consil.218.col.2.vol.1.

Negotiatio clericis cur prohibita. ¶ Vtilitas est,quia negotiatio est clericis prohibita,c. 1. ne cleri. vel mona. & per totum: vnde negotiatorem clericū & ex inope diuitem & ex ignobili glorioſum, quasi quandam pestem fugere suadet Hieronymus, in c. negotiatorem. 88. dist. sed artificium non prohibetur etiam sacerdotibus.possunt enim hi emere coriū,& sibi calceos facere, vt dicit gl.ibi.

Negotiatores militare non posse. ¶ Secundò negotiatores militare non possunt,rub.C.negotia.ne mili.lib.12.

¶ Tertiò,nobiles amittunt nobilitatem si negotientur, Bar. in l. 1. C. de dignita. lib. 12. Brunus de Curt.in tract.nobil. in vlt.parte. Alia docui in tract. de merca. minutatim venden.& in tract.de magist.artific.in 2.tomo commenta.in constitu.Regias Galliæ.

Candelarius quis. ¶ Vltimò,aduertendum est, quòd licet nauicularius possit dici tam ille qui facit naues, quam qui vendit: & candelarius tam ille qui facit candelas quam qui eas vendit:tamen ex communi vsu vocamus candelarios qui faciunt candelas,& habent officinam,in qua illas vendunt:illi vero qui illas non faciunt,sed tantum vendunt,dicuntur mercatores candelarum,vt firmat Bar.& patruus meus Rebuff.in rub.C.de nauicul.li.n.hodie omnes minutatim vendentes candelas candelarij dicuntur ex communi vsu:hodie vero apud nos non alij quam ipsimet artifices candelarum officinam habent.

Venalitiarij, pro seruorum reuēditoribus. ¶ *Venalitiarij* sunt seruorum reuenditores,& mercatores, de quibus in l.mandatum.2.ff. manda. & l. præcipiunt. in fin. ff. de ædili. edi. ibi, quia venalitiarij sciunt facile decurri ad nouitiorum emptionem: idcirco interpolant veteratores,& pro nouitijs vendunt.

Interpolare. ¶ Interpolare est immutare, ornare, & quasi nouam formam vetustis addere: dictum quasi interpolire.vnde interpolator dicitur qui vetera polit:vocamus Gallicè *frippeurs*.inde vestimenta interpolata,id est renouata, Gallicè *habillemens frippés* vocamus.vnde Labeo scribit:si vestimenta interpolata quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod intersit,si ignorans interpola emerit,l.Labeo.ff.de contra.empti.vbi legitur interpolata pro interpola in exemplaribus antiquis, adiectiue, ab interpolus interpola, &c. Et interpolatricem mulierem,reformantem vestimenta, vt facilius vendat,vocat Pompo. alibi.

Interpolator.

Venalitiarij, pro iis qui venalium rerum quæstum exercent. ¶ Item venalitiarij dicuntur, qui venalitiarum rerum quæstus gratia negotiationem exercent:hos reuenditores vocamus,de quibus Iurisco.in l.iustissime.ff.de ædili.edi. vbi sic dicitur:quam plerunque venalitiarij ita societatem coeunt,vt quicquid agunt videantur in

in commune agere,l.1.§.licet.ff.de tribut.Et ars illa dicitur venalitiaria,in l.seruos.§. fin. ff. de lega.3.

Venalitius.

¶ Venalitius etiam dicitur venditor, vel corpus venditum, vel locus vbi nouitij serui venduntur.l.fin.ff.de ædil.edi.l.vna.C.de nundi.Quamuis doct.& glo.ibi aliter exponant. facit l.si vir.in fin.ff. de dona. inter vir.& vxo. vbi de familia venalitiaria loquitur, id est ad vendendum destinata.venalitiariæ merces sic dicuntur in l.si seruus seruum.§.si nauem venalitiarum mercium perforasset, Aquiliæ actionem esse quasi ruperit, Viuianus scribit. ff. ad leg. Aquil.

Venalia mancipia, & vsualia.

¶ Item venalia mancipia,ad vendendum destinata:vsualia,quæ ad vsum nostrum.l.interdum.§.quotiens.ff.de publica.vbi etiam vtitur & mancipiis nouitiis,& veteranis,& in d.l. præcipiunt.ff.de ædili.edi.

IDEM LIB. QVARTO QVAESTIONVM.

LEX CCVIII.

Bonorum appellatio, sicut hereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulas res demonstrat.

Bonorum appellatio quid denotet.

¶ Hæc lex fuit elucidata in l. bonorum. 1. supra eod. Breui tamen colligemus quod bonorum appellatio significat vniuersa bona,non singulas res:vt si quis donet vel vendat bona sua,nisi in casu l.2.§.quod ait prætor.ff.vi bono.rapt. Et glo.ibi adducit alia iura similia, quæ possunt videri. Ex quo infertur, quod si quis vendiderit bona sua, ius patronatus transibit cum illa venditione:quia ius patronatus transit cum vniuersitate, c. ex literis. Panor.& alij de iure patro.sed bonorum appellatio significat vniuersitatem:ergo cum illa vniuersitate transibit.

Si quis vendat bona sua, an ius patronatus veniat.

¶ Limitatur quando dicit bona mea:quia tunc ius patronatus non transit, cum meum significet dominium, l. Quintus. §. argento. de auro & argen. lega. & nuncupatim docet Bal.in l.fin.col.penul.C.de edict. diui Adri.tol.

¶ Ego tamen putarem etiam hoc casu venire ius patronatus,quod transit cum vniuersitate,quæ est siue dicam bona mea,siue notarius scribat,vendidit bona sua.Nec inuenio statutum in contrarium. nec refragatur verbum meum, quia meum dicitur etiam ius patronatus: nempe habeo actionem ad illud. Aliquando etiam dicitur meum quod ego possideo,vt glo.firmat in l.2.in prin.ff.de origi.iur.Et dicitur meum non alienum,quia rem alienam non intendi donare,vt scripsi in l.meum.supra eod.

¶ Verum si quis nulla haberet bona,& venderet omnia bona, & intelligeret de iurepatronatus, non valeret talis venditio, imò esset simoniaca, per c.de iure.de iur. patro. Rochus de Curte in tract.de iure patro.in verbo ipse,vel is.q.23.scripsi in l.rei appellatio. 1. supra eod. & idem si quis donaret vel venderet omnia bona,quæ in tali loco haberet, tunc si ibi habeat vniuersitatem, venit iuspatronatus: alias non, teste Decio in cap. sedes. 2.nota. de rescrip.

FLORENTINVS LIB. X. INSTIT.

LEX CCIX.

Coram Titio aliquid facere iussus,non videtur præsente eo feciſſe,nisi is intelligat.Itaque si furiosus aut infans sit,aut dormiat, non videtur coram eo feciſſe. Scire autem,non etiam velle is debet: nam etiam inuito eo recte fit,quod iussum est.

¶ Quatuor particulas habet.in prima declarat Iurisconsul.non fuisse coram eo factum qui non intelligit quod fiebat.secunda ibi, itaque, infert.ideo si furiosus, infans aut dormiens sit, cum actus fit, non videtur coram eis factus. in tertia ibi, scire, assignatur ratio. scire enim quod fit debet is qui est præsens: sed furiosus, infans & dormiens nesciunt quid fiat: ergo coram eis fieri non dicitur.in vltima particula ibi,nam etiam,tollit dubium an coram Titio censeatur actus fieri, si ipse non consentiat. & text. ait recte fieri coram eo etiam inuito.& hæc huius tex.summa.

Coram aliquo quid fieri, quãdo dicatur.

¶ Et sic coram Titio censetur actus factus, quando sit eo præsente, & intelligente, licet ipse non consentiat. vnde notarius si dicat coram tali testamentum factum, debet intelligi scilicet in præsentia,& eo intelligente.

Dormiens fu-

¶ Ex quo infertur quod dormiens non dicitur præsens,quia non intelligit quid agatur, &

& furioso comparatur.clem.1.de homici.l.1.§.adipiscimur.ff.de acquir. possessi. & sic idem est dicere,coram eo facere,vel eo presente,per hunc tex.vbi in prin.dicit,coram Titio,posita, eo præsente: & Gallicè nos vtimur his verbis,*en presence*, vel si sint plures, *es presences*, &c.& solent notarij hoc scribere in instrumentis, *furent presens*, &c.

riosõ comparatur.

¶ Secundò furiosus aut infans præsentes non dicuntur, per istum tex. Et sic notarius non debet in instrumento dicere quod fuerit præsens, &c. si illi non intelligant: quia nil coram furioso fieri intelligitur,l.sed interpellatur. ff. de arbi. nisi ageretur de sola præsentia, vtpote quia datus fuit tutor tali infanti præsenti, aut furioso, tunc notarius hoc scribere poterit,vt inferius dicetur.& quamuis furiosus non dicatur consentire, nec velle, l. qui ad certum.ff.loca.l. in negotiis. de regu.iur.tamen reliquiæ voluntatis manent in furiosis, & ideo matrimonium retinetur,l.patre.de his qui sunt sui vel alie.iur.

Furiosus & infans præsentes non sunt.

¶ Tertiò vidi in surdo dubitari,quia notarius ignorabat an Titius esset surdus, & in instrumento dixit, fuit præsens, &c. Et ille erat surdus, an debeat præsens reputari? fuit dictum haberi pro absente: quia non intelligebat, licet ipse edoctus ab aliquo dicet, ita, *ouy*: tamen annullatus fuit contractus,qui coram eo per istum tex. non censebatur factus, cum non intelligeret.Doct.in d.clemen.vnic.de homici.

Surdum pro absente haberi.

¶ Sed an puniendus esset notarius,qui dicit, in præsentia alicuius esse factum, qui non intelligit? Respondeo,ex coniecturis actus intelligi debet, an & quando puniatur. quia si dicat eo præsente fuisse factum:& tamen sciebat eum non intelligere,vtpote surdum, dormientem,vel infantem:tunc arbitrio iudicis pro qualitate delicti resultantis,& coniecturis actus punietur,arg.l.1.ff.de effract.Docto.in l.2.§.voluntatem. ff. solu.matri. imò tanquam falsarius puniri potest is qui dixit dormientem beneficium resignasse, & in sua præsentia factũ.ideo dicit Bal. in l.1.C. de erro.aduoca. quod notarius debet vulgari sermone declarare actum,quando Latinis concipitur verbis:alioqui pars non intelligeret, & notarius esset falsarius.Soci.consi.189.col.3.in 2.vol. Refert Matth.in decisio.Neapoli.q.192. Hodie extat lex Regni Franciæ, vt omnes actus vulgaribus concipiantur verbis, vbi scripsi in tit.vt contract.testam.&c. in 2. tomo commentari.in constitu.Reg.

Notarius, si quem præsentẽ dixerit, qui surdus sit, infans, furiosus, aut dormiens, quomodo puniri debeat.

¶ Quartò si quis offensus coram suo iudice iustitię cõplementum habere non possit,ad immediatum superiorem habere recursum per appellationem poterit, §.1. de friuol. appel. & ibi coram exponi potest pro ante,*deuant*. extra. execrabilis.§.statuimus.in verbo, coram de præben.inter extra.Ioan.22.

Coram suo iudice.

¶ Quintò arbiter coram sententiam dicere videtur qui eam sapientibus dixit. Cæterum si coram furioso vel demente, non videtur dicere. item coram pupillo non videri sententiam dictam, nisi tutor præsens fuerit. Et ita de aliis omnibus Iulianus lib.4.Digestorum scribit,l.diem proferre.§.coram.ff.de arbi.facit c.1.de accusa.in 6.

Coram sententiã dicere,quid.

¶ Sextò si dicat testis,scio,quia fui præsens, vel coram me fuit actus factus, valebit eius depositio:quia non potest dici præsens,nisi intelligat,per istum tex.& l.testium.C.de testib. glo.in c.vt circa.de elect.in 6.Bar.in l.1.in fin.ff.de auctori.tut.plenè Feli.in c.cum causam.1. col.8.de testib.scripsi in tract.de reproba.& salua. testi.

Scio, quia fui præsens, quid importet.

¶ Septimò cum dictiones coram, & in præsentia significent præsentiam, & intelligentiam,non est necessariò facienda suppletio, vbi illa dictio prẽsens solum profertur:quia si fuisset necessaria alia dictio, Iurisconsillam adiunxisset,iuxta l.vni. §.finautem ad deficientis. C. de cadu. tollen. licet quandoque Papa etiam dicat, auditis & intellectis: quia etiam audire quis potest,& non intelligere, c.auditis.de elect. Potest etiam adstare quis,& tamen non videbit quod fit:quia alij ante eum erant: & sic dicit tex.multis adstantibus & videntibus in c.peruenit. 2. de testi. cogen. Et sic plus importat præsens quam adstans: quamuis Barba. dicat non posse dari responsum ad illum tex.in consi.17.deum.col. penul. in 3. vol. & est in 1.quia sunt duo consilia illius numeri.17. ideo aduertite.

Præsens non est, qui non intelligit.

¶ Octauò intelligite istum text. & alia iura loquentia de præsentia personæ, vt si in actu cõficiendo requiratur personæ presentia,non intelligitur quis præsens,nisi intelligat.& ita loquitur iste text.ibi, aliquid facere iussus. Bar. in lege prima. C. de erro. cal.& in l. 2. ideo constituitur procurator vel coram id est præsente eo,vel per nuntium,vel epistolam, lege prima. ff. de procurator. Et ideo si staturum requirat præsentiam duorum consanguineorum in actu faciendo, requiritur præsentia & intelligentia. Et ista præsentia cum sit facti, non præsumitur nisi probetur,teste Paulo in lege, illud. in fin. C. de sacrosanct. eccle. nisi in instrumento diceretur,quod Titius fuerit stipulatus, per glo. in lege, optimam. C. de contrah. stipulation. & ad tollendum dubium solent notarij inserere, *fuit present*, vel *presens*.

¶ Item si consuetudo velit vt mulier sine præsentia viri non possit testari,vel se obligare, debet intelligi vt hic:quod maritus sit præsens,& intelligat quid fiat.

¶ Et an sufficiat constituere procuratorem quando requiritur præsentia, docet Panor. in c.cum parati.col.prima,de appel.vbi ait non sufficere.quod limitat do. Tiraq.in quatuor casibus

Quando requiritur præsentia.

tia, an ſufficiat cõſtituere procuratorem.

casibus in tract.de legi.connubial.in glo.*conſentement*.

¶ Sic etiam arbitror in actibus, qui coram iudice fieri debent, vel in præſentia, vt non valeant,niſi is intelligat.

Coram iudice fieri quid dicatur.

¶ Et ideo ſi in præſentia ruſtici actus verbis Græcis vel Latinis conciperetur, & fieret, nec declararetur ruſtico,non diceretur coram eo factus,nec in præſentia, ad hoc vt valeat.

Coram ruſtico fieri non dicitur, quod verbis eiignotis cõcipitur.

Ob id bona eſt lex Regia, diſponens omnes actus fieri debere in hoc Regno Gallicè, vt vulgus intelligere poſsit,vt ibi ſcripſi.

¶ Si verò loquamur de præſentia perſonæ, non quod ipſa aliquid habeat agere, nec intelligere, nec coram ea etiam aliquid agi debeat: & tunc ſufficit dicere in præſentia: vt ſi dicatur actum factum domi, interrogatus notarius qui erant præſentes, ipſe dicet, omnes domeſtici illius familiæ.Et tunc recte loquitur, vt not. Bar. in lege prima, in fin. ff. de auctori.tuto.vbi dicit, ſi teſtis dicat aliquem præſentem, non tamen dicat eum intelligentem, ſed ſolam præſentiam refert. Sed ſi lex vel homo iubet aliquid fieri aliquo præſente, tunc debet accipi & eo intelligente vt hic,Floria. in lege, ob carmen. §. fina. col. vlt. ff. de teſtibus.

Ad reg.qui poteſt inuitis, &c.

¶ Nonò per iſtum tex. flectitur regula l. qui poteſt inuitis, multo magis abſentibus: vt non procedat quando actus in præſentia,vel coram aliquo fieri debet:quia tunc præſentia requiritur, licet eo præſente & inuito actus fieri poſsit, vt ſuper hoc pulchre ſcribunt Decius & Bart.in d.l.qui poteſt.infra tit.proximo,poſt glo.hic.

Furioſus & infans in negotiis contrahendis quid differant.

¶ Colligite ex hoc text. quod furioſus, infans & dormiens æquiparantur. in negotiis tamen contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum,alia eorum qui fari poſſunt,quamuis actum rei non intelligant.nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt:pupillus omnia negotia tutore auctore agere poteſt,l.in negotiis.ff.de regu.iur.vbi Dec.& alij.eos videre poteritis,ſi lubeat.

¶ *Dormiat.* Hoc verbum quamuis ad homines hic referatur tantum: tamen & ad animalia quandoque,& ad res inanimatas referimus.nam præſcriptionem currere,l. fin. C. in quib.cau.in integ.reſtit.& dormire dicimus tempore belli & peſtis,c.ex tranſmiſſa.de præſcrip.id eſt præſcriptio inchoata non currit id temporis,ſed ceſſat.glo. in c.cum non liceat. de præſcrip.Bar.in l.naturaliter. ff. de vſuca. Ioan.Fran.Balb.in tracta.de præſcrip. in 2.parte ſextę partis principalis.ſic & currere dicunt leges & literas, lege, excellentia. C. de eroga. mili.anno.Et armantur iura in ſceleſtos, l. cum vir nubit in fœminam. C. de adult. Actiones viuere & extingui,in l.ſicut.C.de præſcrip.trigin. anno. Et hereditas dicitur iacere,vel iacens,quando non eſt aliquis qui eam adierit & poſsideat,l.is cui.§.ceſſatum. ff. vt in poſſeſſ.lega.l.1.§.Scæuola.ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ.fue.Tranſactiones loqui, in l. fin. C. de fer. & cautiones, lege, cum de indebito. ff. de proba. Et iſta tranſlata verba multum venuſtatis orationi præbent, vt Cicero & alij oratores aſſerunt, & dixi in lege, vinaria. ſupra eodem.

MARTIANVS LIB. VII. INSTITVT.

LEX CCX.

Is quis natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus, in vrbanis ſeruis conſtituitur.

Expoſitio tex.

¶ Natus Pariſiis, & miſſus ad villam vt ibi nutriretur, inter vrbanos conſtituitur: & ſic non dicitur ruſticus. Alioqui omnes fere Pariſienſes, qui ſic nutriri ſolent, ruſtici eſſent: à quibus tamen omnis vrbanitas fluit. nam quæ ad tempus mittuntur, non cenſentur ibi eſſe,ſed in loco in quo eſſe conſueuerunt. Vnde qui ſtudiorũ cauſa abeſt ab eccleſia,in qua prębendam habet,non cenſetur abeſſe,l.quęſitum.in prin.ff.de lega.3. l. Seię. §. Pamphilo. ff.de fun. inſtru. ſcripſi in ſchola ſtico. priuileg. vbi dixi quando gratia ſtudij poſſet diſtributiones habere quotidianas. Item qui recreationis gratia ſe rus transfert, & ibi moratur, illic non ſepelietur,ſed in eccleſia parochiali ciuitatis,ſi non ibidem elegerit ſepulturam,c. is qui.de ſepult.in 6.

Studiorum cauſa qui abeſt ab eccleſia, non cenſetur abeſſe.

Vrbana ſupellex, licet rure ſit, non cenſetur ruſtica.

¶ Item ſi quis legauerit ſupellectilem quam in ciuitate habet, ſi in villam aliquam delata eſſet ob conuiuium,vel alias æſtiuo tempore, venit in legato, quamuis in ciuitate non ſit: quia ad tempus delata erat,in ciuitate eſſe cenſetur,vt docet Pau. & alij in l. 1. C. de verbo. ſignifi. Et ſi quis legauerit ea quæ ſunt in villa,non debentur ea quæ ad tempus illuc delata ſunt,niſi teſtator dixerit,ea quæ in villa quoquomodo ſunt,vel de præſenti ſunt dono.Bar. in l.generali.§.vxori.ff.de vſuf.lega.Reliqua ſcripſi in l.vrbana familia.ſupra eodem.quę ibi videri poſſunt.

Florentinus

FLORENTINVS LIB. VIII. INSTIT.

LEX CCXI.

Fundi appellatione omne ædificium & omnis ager continetur: ſed in vſu, vrbana ædificia,ædes:ruſtica,villæ dicuntur. Locus verò ſine ædificio in vrbe, area:ruri autem,ager appellatur: idemque ager cum ædificio fundus dicitur.

¶ Tres partes hæc lex habet.in prima quid fundi nomine veniat, elucidat: dicens omne ædificium, & agrum nomine fundi contineri. ſecunda ibi, ſed in vſu, inquit vrbana ædificia ædes vocari, ruſtica villas. tertia ibi, locus, demonſtrat locum in vrbe ſine ædificio aream dici, ruri agrum, eundemque agrum cum ædificio fundum dici.

Ædes,quid propriè. Villæ,quid propriè. Area,quid propriè.

¶ Itaque fundi appellatio generalis eſt, vt tam agrum quam omne ædificium contineat: ædificia vrbana, ædes dicuntur: ędificia ruſtica, villę. Area verò in vrbe dicitur locus ſine ędificio,ſed ruri vocatur ager, & idem ager cum ędificio fundus dicitur.

¶ Ex quo patet aream propriè dici in vrbe,tum quod ſit pars ędificij, lege, ſeruitutes. §. ſi ſublatum.ff.de ſeruitu.vrba.prędio.l.ſi res.§.aream. ff.de ſoluti. non metaphoricõs, vt ait Alcia. Tùm quod Iuriſcon. hoc exprimat hic, qui impropriè non loquitur. & hoc etiam dicitur in l.ſi area.ff.de condit. indeb. Et hanc vulgò plateam dicũt:& aream quaſi aridam, quod ſolis ardore & concurſu tranſeuntium arida fiat.

Area,pro loco vbi fruges teruntur.

¶ Secundò in rure area dicitur locus vbi teruntur & excutiuntur frumenta, & fruges, lege finali, in fine,Cod. de ſeruitutibus & aqua. lege, ſi in aream. & lege penultima. ff. de vſufructu.

Area pro curte.

¶ Tertiò area capitur etiam pro loco vacuo ſub dio intra domus ambitum exiſtente, quem Curtem vocant.textus in §.finali, quib. mod.feud.amitt. Gallicè *la court de la maiſon* vocamus.

¶ Alia ſupplebitis ex ſcriptis ad l.quęſtio.ſupra eodem,vbi inuenietis conciliationem ad iſta iura contra Vallam & illi adhęrentes.

VLPIA. LIB. PRIMO DE ADVLT.

LEX CCXII.

Præuaricatores eos appellamus qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei * concedunt: à varicando enim præuaricatores dicti ſunt.

** Al.cedunt.*

¶ In prima parte qui præuaricatores dicantur, docet Iuriſcon. hic. in 2. vnde dicti ſint, ibi, à varicando, &c.

Præuaricator.

¶ Præuaricator dicitur is qui cum aduerſa parte colludit, cauſamque ſuæ partis detegit aduerſario & donat. Vnde ex parte actoris in rei partẽ ire dicitur. Alibi tex.in l.1.ff.de præuarica.ſic ait,Præuaricator eſt quaſi varicator,qui diuerſam partem adiuuat, prodita cauſa ſua. cap. ſi quem. §. præuaricator. 2. q. 4. Vnde ſi reuelauerim ſecreta cauſæ procuratori meo,& ea ipſe parti aduerſæ prodat,& faciat pro eo,dicitur præuaricator.doct.in rub.C.de procura.vel dicit Iuriſcon.in l.1.§.præuaricator.ff.ad ſenatuſcon. Turpil. Præuaricatorem cum eſſe oſtendimus qui colludit cum reo, & tranſlatiue munere accuſandi defungitur, eo quod proprias quidem diſſimularet probationes, falſas verò excuſationes admitteret. & ſupra declaraui in l. vinaria.in fin.ſupra eodem, in verbo transferre.

Præuaricatoris nomẽ vnde.

¶ Et dicitur pręuaricator à varia certatione:quia qui pręuaricatur ex vtraq; parte cõſiſtit, quinimo ex altera, lege prima ff. de pręuarica. Nam qui pręuaricatur, varię certat, primo actorem iuuando, demum reum: & ſic conſiſtendo prima quidem facie in vtraque parte, ſed poſtea in altera & vltima parte conſiſtit: & eo modo dicitur varicari, id eſt in diuerſum ire.Et ſi bene inſpiciatur vtraque deductio,non meretur reprehendi: quia vna reſpicit originem,altera effectum: quamuis Alcia.vnam etymologiam,alteram abuſionem oſtendere dicat: & conetur reprehendere Labeonem dicentem pręuaricatorem à varia certatione deduci, quòd ratio ſyllabę refragetur, quę in pręuaricatore quandoque producitur, cùm varius primam corripiat. Sed parum me mouet hęc reprehenſio. Nam multa verba & nomina ſimplicia producunt primam vel alteram ſyllabam, & tamen in compoſitione eandem breuiant. Vnum exempli gratia referre ſufficiet.Prima verbi Rego breuis eſt, tamen prima nominis regula longa eſt, etſi à rego deducatur. & hoc probabo in lege, malum. §.viduam.infra eodem.& hanc Labeonis ſententiam citat etiam textus in lege, athletas. §. item prævaricator. ff. de iis qui notantur infamia. Ob id vtraque ſiue etymologia vocetur, ſiue alluſio,bona eſt. Vel dicunt quidam quod varicari ſignificat tranſgredi, quaſi varices

Varices. transcendere, & currendo præterire. Tractum à medicis qui dum varices curare non audent, eas transgrediuntur,& prætereunt. Sunt enim varices venæ multum intumescentes, & obtortæ in temporibus,ventre,inguine,teste, & maxime in cruribus:viros tantum contingunt,rarò mulieres,teste Plin.li.11.c.45.& Auicenna dicit varices cursoribus & onera bajulantibus ac diu stantibus accidere. Et qui has venas habet, rectus incedere non potest.sic

Varicosus. qui prævaricatur, recte non graditur. ego Iurisconsultorum sententiam amplector. & varicosum sanum non esse docet Vlpianus in lege, varicosus. ff. de ædili. edi. qui est is qui eo morbo tenetur.

Prævaricatoris punitio. ¶ Prævaricator extra ordinem punitur,l.1. & 2.ff.de prævarica.quę pœna etiam vsque ad mortem inclusiue extendi potest qualitate delicti considerata.glo.singul.in §.in summa.ff. de iniur.in Instit.& nota infamiæ afficitur, d.l.athletas.§.item prævaricator. & l.si is qui.ff. de prævari.

¶ Si tamen accusator de prævaricatione conuictus fuerit,sententia contra eum lata non nocebit reo,nisi is fuerit citatus vt causæ adesset,& auditus esset,per l.denuntiasse.§.fi.ff.de adult.glo.in l.cum miles.ff.ex quib.cau.maio.l.si duo.de iureiur.Bar.in lege secunda.ff. de prævarica.

Aduocatus qui partis secreta prodit, qua pœna puniatur. ¶ Aduocatus tamen non dicitur propriè prævaricator,qui audita causa sui aduersarij,& recepto salario, causam aduersarij prima derelicta adiuuat : sed pœna falsi puniri debet qui secreta partis reuelat,d.l.1.vbi Bar.ff.de prævari.per l.1.§.is qui deposita.ff.de fal. sed si accusando nocitura proferat,vel in defendendo profutura taceat,aut inutiliter dubieque mercedis gratia, tunc prævaricator dicetur, l. vni. C. de senten. aduer. fisc. latis retract. libro 10.sed hi omnes à Francia,vt arbitror, exules sunt : qui deo, & hominibus odiosi, & vtinam sint.

Calumniator, & quomodo puniatur. ¶ Calumniator autem,qui falsa crimina intendit,lege prima, ff. ad Turpil. in ordinariis criminibus similitudine supplicij,in extraordinariis arbitrio iudicis punitur.Ange.in §.1. in proœmio Instituta.

Tergiuersator, & quomodo puniatur. ¶ Et tergiuersator,qui in vniuersum ab accusatione desistit. Quomodo puniatur extra ordinem dixi in proœmio constitu. Reg. in 1. tomo commentà.

Causas in quib. contra fiscũ iudicatum est, quando retractari possint. Causa priuati intra 10. annos retractari potest,si prævaricatio arguatur ¶ Causas etiam,in quibus contra fiscum iudicatum est,intra triennium retractari posse, & post id tempus si prævaricatio arguatur,vel manifesta fraus probetur,notum est,d.l.vnica.C.de sententiam.aduer.fisc.lat.retract.lib.10.Posset etiam retractari causa priuati intra decem annos in hoc Regno, si prævaricatio argueretur, impetrando literas Regias, vt scripsi in tractatu de rescis. contract. & intra quod tempus peti debeant, in 2. tomo commentar. in constitu.Regias.

¶ *Concedunt*, accedunt, eunt, vt aliunde exposui in l. princeps bona. supra eod.in verbo concedendo.

IDEM LIB. I. REGVLARVM.

LEX CCXIII.

Cedere diem significat incipere deberi pecuniam: venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit.Vbi purè quis stipulatus fuit,& cessit & venit dies:vbi in diem, cessit dies,sed nondum venit. vbi sub conditione, neque cessit neque venit dies pendente adhuc conditione.

Cedere diẽ & venire quid differant. ¶ Hæc lex tradit differentiam inter cedere diem & venire.Et dicitur dies cedere quando incidit deberi pecunia. & accipe pecuniam hic pro omnibus rebus, vt in l.pecuniæ. supra eod. venisse verò dicitur quando res debita peti potest. Vnde si quis promiserit mihi centum aureos purè,id est sine die & conditione,cedit statim & venit dies,id est statim pecunia peti potest,l.in omnibus.ff.de iudi.si verò quis promiserit in festo Paschatis,cessit dies statim,sed non venit ante Paschatis diem. & si Rex promiserit vos nominare ad episcopatum, cum vacabit. Vbi autem sub conditione promiserit quis, ante conditionis euentum non cedit dies neq; venit : vt si promisero centum si Rex venerit,simul atque venerit cedit & venit dies. Et sic cedere diem est incipere deberi pecuniã,seu illud quod promissum est, vt hic,& in l.ordinata.§.1.ff.de liber.cau.& in l.vnic. C. de cadu. tollen. iuncto tit. quando dies lega.ced.Et in l.semper.§.hoc interdictum,quod vi aut clam.ibi,annus iam cedere incipit ex quo iam opus factum perfectum est, aut fieri desiit:& in tit.quand.dies vsusfr.lega. ced.l.stipulationes non diuiduntur. §. si quis ita. de verb. oblig. l. si maritus. 2. in prin. de adult.Lex tamen aliquando vberioris elucidationis gratia dicit, quod dies incipit cedere, in l.non quasi.§. hanc. ff. rem pupil. sal.for.& in stipulatione iudicatum solui post rem iudicatam statim dies cedit, sed exactio in tempus reo principali indultum differtur, l. 1. ff. iudi.sol.sic capitur in l.1.de oper.pub.ibi, post mortem eius cessit. vbi si acciperetur pro resignauit,

signauit, vnum impossibile contineret,quod post mortem quis cedere potest : sed intelligitur quod tempus cedere potest post mortem, id est euenire: Venire verò dicitur quando res peti potest, tex.in l.quotiens in diem.ibi,ex quo dies obligationis venit : tunc enim ab eo peti potest.ff.de verbor.oblig.Bal.in l.vnic.§.primo.C.de cadu.tollen.dicit quod cedere diem nil aliud est quam ponere rem in essentia : venisse autem importat quando præsens est exactio.Sed nostris terminis Iurisconsulti inhæreamus,& non aliunde quæramus:quia sæpius vocabula interpretum sunt obscuriora dictionibus Iurisconsultorum,& cauendum est maximè ne interpres interprete egeat.

Dies legatorum tribus modis cedit. ¶ Aduertendum est quòd dies legatorum dicitur cedere tribus modis. Primò quoad transmissionem,nempe si legatarius moriatur. Certa est conclusio,Quod dies legati puri, vel in diem certam cedit à morte testatoris, lege vni. §. Cum igitur. C. de cadu. tollendis. ideo si legatarius ante testatoris mortem decedat, nihil habebunt heredes legatarij. sed ad quem venire debeat deciditur in d.l.vni. §. in primo. & l.qui in fraudem.ff.qui & à quib.

Legatum puri vel in diem certam quando cedat. ¶ Si verò legatum in diem incertam sit,vel conditionale, non cedit antequam conditio aduenerit,sed postea purum dicitur, lege finali. §.primo. ff. de vulg. lege,si pupillus. ff. de condit. instit. Ob id si legatarius interim moriatur, heres ipsius nil habebit, d. lege vni. §. finautem aliquid sub conditione.Ludouicus Roma. consil. 480. in casu.

Legatum conditionale, vel in diem incertam quando cedat. ¶ Idem si tacitam haberet conditionem,lege,si dies.§.finali.ff.quan.dies lega.ced.glo.in lege, item quia. ff.de pact.& si ex die vsusfructus legetur, dies eius non cedit nisi cum dies venerit,l.vni.circa fin.ff.quan.dies vsusf.leg.ced.

¶ Primò vitiatur,quando illa conditio haberet causam necessariam:vt si aluerit nepotem meum toto tempore vitæ, tunc sufficit incepisse, quia eo ipso quod est inceptum, pro impleto habetur : secus in conditione quæ vno momento expeditur, vt consuluit Ioan. Anani.consil.septuagesimo quinto,visis his.& consilio 8.viso.& hoc confirmat Ludo.Bolog. in addi. ad eum.

De legato libertatis. ¶ Secundò non procedit in legato libertatis, quod propter sui naturam additionem heredis expectat,d.lege vnic.§.in nouissimo.versic.libertatibus.quia ante aditam hereditatem non est qui libertatem dare possit:ideo aditio hereditatis expectanda erit.

De legato vsus fructus. ¶ Tertiò in legato vsusfructus, quod non transmittitur etiam adita hereditate; quia natura eius inhæret personæ, & sine persona esse non potest, lege, vsusfructus. ff. de stipul. seruo. Et finitur morte, §.finitur.de vsuf.in Institu. Si tamen testator voluerit vt heres etiam vsumfructum habeat, in persona eius nouus erit vsusfructus, & noua cautio exigetur, vt in quolibet vsufructu,l.1.C.de vsuf.Bal.& Iacobi.in §. excepto.in d.l.vni. Et videte tex. in l.fundi.ff.de vsufr.lega.

De legato sub conditione, quã certum est extituram. ¶ Quartò non habet locum quando legatum esset relictum sub conditione, quam certum est extituram : vt cum moriętur.purum autem esse illud legatum dicit Iurisconsultus in l. heres. 2. ff. de cond.& demonstr. & tanquam purum transmittitur in heredes legatarij.

In contractibus conditionalibus spes conditionis ad heredes trãsmittitur. ¶ Quintò restringitur in contractibus conditionalibus, in quibus spes conditionis ad heredes transmittitur,§.ex conditionali.Institu.de verbo. oblig.Ias.in l.pecuniam.col.4.ff. si cert.peta.& in §.plus.de acti.in Institu.

Hereditas non adita transmitti non potest. ¶ Sextò hereditas non adita non transmittitur, d. §.in nouissimo. quia ante additionem nullum ius heres habet.ob id illud quod non habet transmittere non potest, l. traditio. ff. de acquir.rer.domin.

Fideicommissum vniuersale,etiã non adita hereditate,transmittitur. ¶ Secus in fideicommisso vniuersali, quod transmittitur ratione iuris quod fideicommissarius obtinet contra heredem,vt cogat eum adire & restituere, l.1.ff.ad Trebel.Guido Papa consi.122.& cõsil.132.& 137.& 148.& 210.Benedi.in repeti.c.Raynutius.in verbo si absque.nu.63.de substitutione fideicommissaria.& in verbo mortuo,2.nu.102.& 187. de testa. Alber.Brunus in tract.exclu.fœmi.arti.11.quæst.9. & arti.13.q.6.quæ addidi in d.§.in nouissimo. Et ideo fideicommissarius vniuersitatis dicit se saisitum in hoc Franciæ Regno, vt scripsi in 3.tomo commenta.in consti.Reg.tract. de nota. posse ff. arti.9.

¶ Septimo flectitur conclusio prædicta per tex.in l.si.ff.de conditio. institu.

Legatum quoad obligationes quando cedat à die aditæ hereditatis. ¶ Secunda conclusio est, Quod legatum cedit quoad obligationes, id est vt heres sit obligatus legatariis à die aditæ hereditatis:quia adeundo cum illis quasi contrahere dicitur & cum creditoribus,& antea non est qui obligetur,l.apud Iulianum.§.fin.ff. ex quib. cau. in possess.eat.l.ex maleficiis.§.heres.ff.de actio.& obliga.& §.heres.Instit. de oblig. quæ ex quasi contra. Scripsi in l. verba contraxerunt.supra eodem.Quod est verum quando legatum purum erat:secus si in diem,quia tunc licet cedat dies obligationis ab adita hereditate: tamen non poterit legatum exigi,nec peti ante aduenientem diem,l.si diem.ff.quand. dies lega. ced. Et si sub conditione relictum fuerit, dies obligationis cedit demum purificata conditione. & in hoc nulla est differentia inter cõtractus & vltimas voluntates,secundum docto.in d.l. vnic. nisi quoad regulam Catonianam, vbi non est differentia inter testatoris mortem & additionem,l.si optio.ff.de optio.lega.

Legatum purũ quando peti possit.

¶ Tertia conclusio, dies legati puri dicitur cedere vt possit peti adita hereditate, l. omnia ff. de lega. 2. sicut in contractibus puris. Nempe in obligationibus in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur, l. in omnibus obligationibus. ff. de regul. iur. & de iudi.

Legatum in diẽ vel sub cõditione quando peti possit.

¶ Si verò in diem vel sub conditione, ita demum cum dies vel conditio aduenerit, etiam in contractibus, l. cum qui calendis. ff. de verbo. oblig.

Pure & præsenti die quid deberi dicatur.

¶ Et sic regula est constituenda, Quod quando aliquid debetur pure & præsenti die, tunc cessit & venit dies: nempe obligatio & actio est statim orta. §. omnes. & ibi glo. adducit iura concordantia. de verbo. oblig. in Institu.

¶ Limitatur quando nulla esset vtilitas: vt si hodie mutuarem decem aureos, hodie non exigam: sed dato aliquo temporis interuallo, vt in eo qui promisit reddere ad beneplacitum creditoris. firmat Bar. in l. si pœnam. ff. de verbo. oblig. glo. in l. penul. C. commod. Panor. in cap. fin. col. 2. de preca. aliàs beneficio quis potius deciperetur, quam iuuaretur: quod improbat l. in commodato. §. sicut. ff. commo. nisi superueniret creditori aliquod inopinatum: vt si hodie mutuauerim alicui centum aureos, & statim Rex misit ad me vt centum aureos illi præberem: ego cum non haberem pecunias aliquas creditas, repetere potero. nam quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio, lege, de ætate. §. ex causa. de interro. action.

In eo quod purè debetur si dies tacite inest quid iuris.

¶ Item quando ex rei qualitate tacite inesset dies, vt in fructibus & partu, l. 1. §. fin. ff. de conditio. & demonstra. l. interdum. de verbo. obliga. tunc nata est obligatio, sed non actio, l. quotiens. ibidem. Bal. in d. l. interdum. quem sequuntur communiter interpretes, excepto Iaſ. ibi. Cui respondent Dec. & Pyrrhus in illa l. in omnibus obligationibus, ff. de regul. iur.

Ephesi dari purè stipulatus, quando exigere debeat.

¶ Idem quando dies tacite inesset ratione loci: vt si stipulatus sim Ephesi dari, inest tempus quo ibi adesse possim, lege, continuus. §. cum ita. ff. de verbor. oblig. §. loca. illo tit. in Institu.

Ex qualitate contractus obligationi dies vt insit.

¶ Præterea ex qualitate contractus inest dies tacite, vt in dote promissa puellæ, intelligitur quando erit illa nubilis ætatis. quia vbi non potest esse matrimonium, nec dos, l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. debe. & tunc cessit & venit dies, id est debetur dos contracto matrimonio per verba de præsenti, quamuis non fuerit traducta domum. ita consuluit Alex. consil. 42. Consideratis. in 7. vol.

In pensione ratione disciplinæ vel habitationis quomodo tacitè dies insit.

¶ Adhæc in pensione ratione disciplinæ vel habitationis persoluenda, tacite inest dies quo solutio fieri consueuit, l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quan. dies leg. ced. quod facit ad conductores domorum, vt non teneantur soluere nisi prout consuetum est, si aliud actum inter partes non sit: vt per quadrantes Parisiis, vt docui in interpetatione l. quæro. §. inter conductorem. ff. loca.

Cum commodũ erit, vel cũ poterit, qui promittit soluere, quãdo teneatur

¶ Sextò si quis promittat quando commodum erit, vel cum poterit, tunc etiam inest tempus: videlicet cum comm odum erit illi, vt scripsi in l. Nepos. supra eo.

Ex voluntate disponentis præsumpta, quomodo in eo quod purè legatur, tacitè tempus insit.

¶ Interdum ex voluntate præsumpta disponentis inest tacite aliquod tempus determinatum, l. fideicommissa. §. si filio. ff. de lega. 3. l. epistola. §. fin. ff. ad Trebel. Bar. in l. si legatarius. §. fin. de lega. 3. vbi dicit quod si relicti sint ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libræ vxori suæ singulis annis, sicut frumentum non debet solui in initio anni, sed eo tempore quo colligitur, l. Firmio. §. pater. ff. quan. dies legat. ced. vbi not. sic ex præsumpta voluntate defuncti decem libræ soluentur eodem tempore, propter coniunctionem quam habent simul, & vniformiter intelligi debent etiam ratione copulæ, vt dixi in l. coniunctionem. supra eodem.

Constitutum quando peti debeat.

¶ Etiam illud quod debetur statim, non tamen potest statim exigi, saltem in casibus in quibus à iure est expressum: vt in constituto oportet decem dies expectare, l. Promissor. ff. de consti. pecun. & alias arbitrio iudicis, §. fin. de inutil. stipul. in Institu. Et in re iudicata tempus arbitrio iudicis moderandum, vt scripsi in interpretatione l. si debitori. ff. de iudi. quam sum interpretatus Tholosæ, dum iter ad patriam haberem.

Res iudicata quando peti debeat.

Ante diem nõ potest quis agere cũ debitore ad interponẽdã cautionem.

Arestum.

¶ Adhæc in omnibus bonæfidei iudiciis, cum nondum dies præstandæ pecuniæ venit, si agat aliquis ad interponendam cautionem, ex iusta causa condemnatio fit, lege, in omnibus. ff. de iudi. Tradit Alex. in l. 2. col. 4. ff. solu. matrimo. Imò si agatur pro vno termino lapso ratione conductionis, & lite pendente veniat alter terminus vel plures, eorum condemnatio etiam fieri poterit, l. Quod si in diem. ff. de petitio. hered. l. finautem §. primo. ff. de rei vindica. sic fuit decisum Tholosæ, vt Aufrer. docet in q. 30. in suis decisio. Et si fuerit dictum quod vnus terminus non possit cumalio cumulari, tamen quia stat per debitorem, ob id condemnabitur ad omnes terminos, in quibus distulit. Alias daretur materia fugiendi & differendi solutionem per lites, contra l. conuenire. ff. de pact. dota.

¶ Etiam habet locum huiusmodi cautio in stricti iuris iudiciis, vt firmat Bar. & alij in d. l. 2. ff. solu. matrimo. Et ita fuit Neapoli conclusum, vt in decision. Neapolitan. quæstio. 108. scribitur.

Debitor, quẽ potest pœnitere,

¶ Limitatur, quando ille debitor in diem vel sub conditione pœnitere posset: quia tunc non

non potest compelli ad cauendum, l. Seia. ff. de dona. cau. mor. quem text. singularem dicit Roma. singu. 640. lex. in omnibus & quoad dominium fictè cedit legatũ purum à die mortis, sed vere à die hereditatis aditæ, l. à Titio. ff. de fur. l. si tibi homo. §. cum seruus. de lega. 1. vbi plene docto. Alia ne vos longa teneam ambage nunc missa faciam.

ad cauendum compelli non potest.

Ius alteri quæsitũ, quomodo intelligatur.

¶ Sic dum Papa in collationibus dicit quod non intendit tollere ius alteri quæsitum, intelligitur quando esset quæsitum pure & simpliciter, non sub conditione: quia illud ius non videtur reseruatum per dictam clausulam, per tex. in l. si ita scripsisset. de lega. 2. ff. sic consuluit Ro ma. consil. 256. approbo. Distinguit tamen duos casus in regul. de non tollendo ius quæsitum, q. 4. quos nunc non examino, quia video hanc legem satis magna one ratam dote, & quia hęc scripsi in praxi benefici. in d. regu. & in forma nouę prouisionis, in verbo dummodo tempore, &c.

Cedere pro incipere.

¶ Notandum est cedere aliis quoque & variis in iure sumi modis.

Cedit tempus.

Cedit dies.

¶ Primo igitur vt hic, pro incipere deberi pecũniam: & cedit tempus, id est venire incipit, in l. 1. ff. de iur. & fact. ignor. & cedit dies, idem. in l. regula. §. filiusfa. ibidem. & cedentem diem, in l. Herennius. 1. ff. de vsur.

Cedere pro resignare.

¶ Secundò pro resignare, & hoc maxime in iure canonico, vt cedere beneficio, cap. per tuas. 1. in fin. de simo. c. susceptum. de rescrip. in 6. c. 2. vt lite pendente, co. lib. c. quamuis. 2. & c. fi. de pręben. ibidem. clemen. vnic. de renuntia. vnde solet Papa in suis literis exprimere se conferre beneficium siue vacet per cessum, id est per resignationem, siue per decessum, id est per mortem: vt plene scripsi in forma mandat. in concord. Fran. & in praxi benefi.

Cedere pro remittere.

¶ Tertiò cedere pro remittere vel dimittere capitur, in l. promittendum. ibi, cedere. si pars heredi. peta. l. postliminium. §. si is qui emerit. ff. de capt. quamuis gl. aliter ibi exponat. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ibi, si cessit administrationem contutori suo. ff. de verbo. oblig. l. non solum. §. si mihi. de vsucap. l. seruus communis. §. 1. de furt.

Cedere causa donationis.

¶ Inde cedere causa donationis inquit Iurisconsultus in l. Seia. ff. de dona. cau. mor. l. 1. §. si vir vxori cedat possessionem. ff. de acquir. possessi. iuncta l. qui absenti. §. 1. ibidem.

Cedere bonis, quid.

¶ Quartò cedere bonis, relinquere bona creditoribus, vt ab eis non molestetur debitor, vt ff. & C. de cessio. bono. inde cessione pendente debent bona cedentis capi, & ad manus Regis reduci, vt per ordinem creditoribus soluatur: vt asserit Francis. Mar. in q. 202. in prima parte decisi. Delphi. & hoc in Francia fieri solet.

Cedere foro.

¶ Cedere foro est forum dimittere, discedere, & alio habitatum ire. hodie illum cedere foro vulgus dicit qui bonis cedit, & banquam ruptam facit, teste Budęo in l. si hominem. ff. de posi. & l. si debitor. ff. de cura. bon. dand. videre quę scripsi in l. pupillus. infra eodem.

Cedere loco.

Cedere peculio.

Cedere improbitati.

¶ Cedere loco, est locum relinquere, discedere à loco, dare locum, l. is cum quo. ff. de aqua plu. arcen. & cedere peculio, est illud dimittere, l. illud. §. 1. de tribut. acti. ff. & cedere improbitati dicit Iurisconsultus in l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de offi. proconsul. & lega. hinc dicit Iurisconsultum illum teneri maiestatis qui in bellis cesserit, l. 3. ff. ad leg. Iul. maiest. vbi glo. exponit pro recesserit: sed potest vt supra exponi.

Cedere pro transferre.

¶ Quinto cedere est transferre: vt cedere actiones. l. in depositi. de re iudi. ff. l. hac in factum. quę in fraud. credi. l. si creditor. de distract. pigno. l. 3 §. idem Labeo. de in rem verso. l. 1. §. 1. de superfici. l. quod si in diem. §. Iulianus scribit. ibi, quia habet interdictum vnde vi, quo victus cedere debet. ff. de peti. here. & §. sequenti, ibi, & vt his actionibus cedat. l. sua culpa. de rei vindi. l. 3. §. idem Labeo, de in rem verso. Ius nominis cedere, in l. mulier. ff. qui potio. in pig. habe. l. penul. & vlt. C. mand. vbi passim dicunt cedere & transferre. & idem in tit. C. ne lice. potentio. patro cin. litigant. pręst. vel actiones in se transferre. Et cedere nomina. l. fideiussoribus. ff. de fideiuss. l. si vsumfructum. de liber. cau. l. si merces. in fi. loca. l. possessio. §. fin. de acquir. possessi. l. si ita stipulatus fuero. in fin. §. Chrysogonus. de verb. oblig. l. Stichum. §. si mandato. in fin. de solu. Cedere vsumfructum potest qui non habet, l. quod nostrum. ff. de vsufr. & cedere auxilium restitutionis, l. quod si minor. in prin. ff. de minori. de hac cessione multa scripsi in tract. de cessi. acti. & transport. in 2. tomo commentarior. in constitu. Reg. Gall.

Ius nominis cedere.

Cedere nomina

Cedere vsumfructum.

Cædere.

Verberare & pulsare quid differant.

Cædes pro morte.

Cædere verberibus.

¶ Sextò cædere hominẽ est ferire, percutere: vt in Euangelio, quid me cędis? l. cædere. ff. arbo. fur. cæsa. Verberare tamen differt à pulsare: quia verberare est cum dolore cędere: pulsare sine dolore. l. lex Cornelia. §. verberare. ff. de iniur. l. fi. ff. de offi. præf. vig. & non omnes fustibus cędi solent, l. capitalium. §. non omnes. ff. de pœn. l. eos qui vtensilia negotiantur & vendunt, licet ab ædilibus cædantur, non oportet quasi viles personas negligi. ff. de decurio. inde Cædes mors dicitur in l. qui cædem. ff. de sicá. & Iurisconsultus sic ait: veteranus non damnatur ad bestias, nec fustibus cæditur, l. 1. & 3. ff. de priuile. vetera. Verberibus cædere etiam ait Iurisconsultus in l. 2. in fin. ff. de termi. amo. ac fustibus cædi, in l. in seruorum. in prin. de pœn. l. aut facta. ibidem, ac in l. 3. §. in bello. de re milit.

Cædere flagellis.

¶ Fustibus cæsus habetur in l. capitalium. §. solent. ff. de pœn. & in l. deferre. §. item damnati. de iure fis. scripsi in lege, armorum, supra eodem. flagellis cædere, in l. sed si hac. §. penul.

ff.de in ius vocand.& eſt differentia inter verbum cædere cum diphthongo & ſine, vt apud grammaticos conſtat.

Cedere vita.

¶ Septimò cedere vita,eſt decedere, mori,l.4.in prin.ff.de verb.oblig. de quo verbo Decedere ſcripſi in l.3.§.fin.ſupra eod.

Cædere arbores.

¶ Octauò cedere arbores,eſt ſcindere, frangere ſiue ſuccidere. ff. quod vi aut clam. lege, competit.& in tit.de arbori.cæden.& in l.duobus.§.colonus.de iureiur.l.denique. §. vnde. quod vi aut clam,& l.ſi immaturam.ibidem.& in tit. arbo.furtim cæſa. vbi in lege, cædere. ſic dicitur: cedere non ſolum eſt ſuccidere, ſed etiam ferire, & cædendi cauſa. inde ſyluam cædere,l.penul.ff.de vſu & habi.l.fructus.de vſur.& arbores cæduę,& ſylua cædua quæ cædi ſolet,l.ſylua.ſupr.eod.vbi plene de hoc ſcripſi.inde cædere lapides,*tailler* vulgo dicimus. in lege,venditor.in fin.ff.commun.prædi.lege, ſicuti §. Ariſto,ſi ſerui. vindi. vbi fragmenta partem lapidum fractorum vocat lex,& cæſæ arbores.in rub. arbo. fur. cæſ. ff. & lex, ob id. ad leg. Aquil.

Cæduæ arbores Cædua ſylua.

Circuncidere.

¶ Circuncidere eſt circa cædere,frangere,l.1.§. penul.ff.de arbo.cæden.inde circuncidere filios Iudęis tantum reſcripto diui Pij permittitur:in non eiuſdem religionis qui hoc fecerit,caſtrantis pœna irrogatur,l.circuncidere.ff.de ſicar.

Cedere pro concedere.

¶ Nonò cedere, eſt cõcedere,dare,l.Lucio.ff.de aqua quotid.l.ſi.ff.ſi ſerui.vindi.ibi,quia cedi poteſt vt aquam quæreres,&c.

Cedere & concedere,quid differant.

¶ Differt tamen concedere à cedere:quia cedere eſt ius prorſus in alium transferre: concedere verò continet ſimplex mandatum & exercitium,teſte gl.quam ibi probat Bar.in l.ſi. ff. de dona. quę tamen non probatur à Iuriſc. in l. ſi vſusfructus.ff.de iure dot. inde cedere ædes dicit Iuriſc.in l.idemque.de ſeruit.vrba.prędi.& iter cedere, in l.3.in fin.de ſeruit.ruſti. prædi.& l.qui per certum. commun.prædi.

Cedere ſeruitutem.

¶ Decimò cedere ſeruitutem,pro imponere,conſtituere, l. nemo.ff.de ſeruit vrba.prędi. iuncta l.Labeo.de ſeruit.ruſt.prędi.vbi primo dicit cõſtituere,& poſtea cedere.& l.ſequenti, & l.per fundum.& l.per quem locum.ibidem. facit l. fi. commu. prędi. & alibi multoties in illis ſeruitutum titulis : & aliquando pro transferre,vt inferius dicetur.

Cedo datiuo & accuſatiuo iunctum.

¶ Aduertendum eſt quod interdum cedo iungitur datiuo cum accuſatiuo: vt cedo tibi actiones:& tunc ſignificat in te transfero,vt in l.ſi de communi.ff. ſi ſerui.vindi. & inferius dicetur.

Cedo datiuo tãtum iunctum.

Cedere liti.

¶ Aliquando cedo datiuum tantum habet,vt cedo liti:& tunc ſignificat renuntio, remitto,diſcedo à lite,l.illud.§.1.ibi,ſed peculio vel mercibus cedere.ff.de tribu.iuncta l.poſtquã liti. C. de pact. Et qua quiſque actione agere volet edere debet. nam æquiſsimum videtur eum qui acturus eſt actionem edere,vt proinde ſciat reus vtrum cedere, an contendere vltra debeat,l.1. ff. de edendo. ſi tamen quis dicat quod cedat actiones petitori,hoc eſt dicere transferre in vtilitatem petitoris,vt in l.ſi à bonę fidei.ff.de rei vindi.& aduerſus debitorem, id eſt actiones quas contra debitorem habet cedit,l. Stichum.§ ſi mandato.ff.de ſolu.ibi,vt ei pupillus aduerſus debitorem actionibus ſuis cedat,l.non alienis.de interroga. acti.

Cedere pro recedere.

¶ Vndecimò cedere pro recedere capitur,l.qua actione.§.plane ſi cedentem, id eſt recedentem,glo.dicit.ff.ad leg.Aquil.non eſſet tamen malum exponere cedentem, id eſt quieſcentem ab exercitio,& tunc ſcribetur per ſ. alias per c,quando pro recedere. Bal.in marga. in verbo cedere:vide inter Cede hinc, vel ſede hic multum intereſt. primum diſcedere notat,ſecundum quieſcere.Et ſedere cum ſ,ſignificat etiam placere,videri, arbitrari.l.ſi fideiuſſor.in fi.ibi,apud officium deponi debebit,ſi hoc iudici ſederit. ff.qui ſatiſd. cogan.

Cedere & ſedere quid differãt Sedere pro videri,arbitrari.

Cedere pro accedere.

¶ Duodecimò cedere,id eſt accedere,l.id quod.§.fi. vbi ſexies repetitur hoc verbum. ff. de peri.& commod.rei ven.Quamuis glo.ibi exponat pro menſurare : quæ expoſitio non poteſt illi tex.conuenire.facit l.in rem.§.ſed & id.ibi,& rei cedendæ.de rei vindica.facit tex. in l.qui filium.in fi ff.de lega.3.& l.chartis.ibidem.& cedere legato ſeruum dicit Iuriſcon.in l. ſi peculium.§.fi.ff.de manumiſ.teſta.& cedere in modum,id eſt adiici ad menſuram ſolent littora,l.littora.ff.de contra.empti.

Cedere ſolo ædificium.

¶ Cedere dicitur ſolo ædificium , fere eodem ſenſu , id eſt eius effici ædificium cuius eſt ſolum.docet Iuriſcon.in l.adeo.§.cum in ſuo.& ſeq.ff. de acquir.rer. domi.l.qua ratione.in prin.& §.1.& l.ſed ſi.§.arbor.ibidem.l.3.§.ſed ſi ſupra,ibi, ſemper enim ſuperficiem ſolo cedere.ff.vti poſſi.& lucro cedere,l.vel inutilium.ff.de vſufr.l.penul.de flumin.l.reſcriptum. de diſtract.pigno. l.penul. de fun. dot.

¶ Alias cedere eſt lucrifacere, vel lucro accedere, vt dictum fuit. & facit l. Fulcinius. in fi.ff.quib. ex cau.in poſſeſ.eat.l.id quod. de ſolu.l.5.de bon.damna.

Cedere pro numerari.

¶ Decimotertiò cedere,computari,numerari dicitur, l.annus. ff. de calumnia. ſic dicendo,annus autem in perſonam eius qui dedit pecuniam ne ſecum ageretur ex eo tempore cedit ex quo dedit,ſi modò poteſtas ei fieret experiundi: vbi primò dicit cedit, poſtea numerari.l.necnon.§.ſi cum in prouincia.ex quib.cau.maio.l.inter.in fi.de adult.vel dic, vt ſupra in prima expoſitione capi,vt hic.

¶ Decimo

¶ Decimoquartò cedere loco beneficij , habere loco beneficij, ſuccedere loco beneficij: & cedere loco prædæ , id eſt haberi loco prædæ,l.ſi captiuus.ff.de capt. l. non omne.de ſtatuliber.Et iuſiurandum cedit loco ſolutionis,l.iuriſiurandi etiam.ff.de iureiur.iuncta l.ſeq. in duobus.ibi,quia in locum ſolutionis ſuccedit.ibidem.

Cedere loco beneficij.

Cedere loco ſolutionis.

¶ Decimoquintò cedere eſt accedere , euenire : vt quinta hereditatis portio relictis quatuor fratribus ſorori cedet, l.ſorori.ff.ſi pars here.peta. Alias dicitur, aliter res ceſsit quam putarem,id eſt euenit,l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.de verbo.oblig. Et accuſatori perinde cedat ac ſi cauſam egiſſet,& perdidiſſet.l.ſenatus.ff. de iure fiſci,l.3. §. in bello qui rem à duce prohibitam fecit,aut mandata non ſeruauit,capite punitur,etiam ſi res bene ceſsit. de re mi lit.vbi Budæ.

Cedere pro euenire.

¶ Decimoſextò cedet in præterita alimenta,id eſt imputabitur.l. cum hi.§.ſi quis de alimen.ff.de tranſact,vbi primò dicit imputatur,& poſtea cedet in §.ſi quis.idem in l. fideiuſſores.in fin.ff.de fideiuſſo.

Cedere pro imputare.

¶ In ſortem cedit,l.in his.§.Imperator.de ſolut.l. 4. de adult.

In ſortem cedit.

¶ Decimoſeptimò non cedit in partes , ſed in numerum, id eſt per partes non debetur, ſed numero fit diuiſio.l.in ſtipulationibus.ff.de verbo.oblig.

Cedit in partes.

¶ Decimooctauò cedit in ſolutum,l.ſub conditione.ff.de ſolu.eſt pro ſolutione,& loco ſolutionis habere, vt Iuriſconſult. ait : pro ſolutione cedit , lege, Stichum. §. aditio. ff. de ſolution.

Cedit in ſolutum.

¶ Vltimò ceſsim ire,id eſt retro ire,referre pedem,*ſe tirer en arriere,reculer*,l. ſi ex plagis. §. in cliuo.ff.ad leg. Aquil.ibi,interim ſuperius plauſtrum ceſsim ire cœpit,& in fin.ibi,& ideo plauſtrum ceſsim rediiſſet.

Ceſſim ire.

¶ Diſcedere,ſeu decedere,eſt recedere:vt decedere de poſſeſsione,l.de die.§.plane.ff.qui ſatiſd.cog.Scripſi in l.3.ſupra eodem.in fin.

Diſcedere.

¶ Excedere,in l.plebs.in fin.infra eod.

Excedere.

¶ Intercedere eſt alienam obligationem in ſe ſuſcipere,id eſt fideiubere,l.2.in fi. & l. vlt. in fin.& per totum ff.de ſenatuſcon.Velleia.l.1.de appel. recip. l. Titius. ibi , mulierem fruſtra intercedere.de fideiuſ.l.Stichum.§.aditio.de ſolut.ibi,mulier quę pro Titio interceſſerat.l.prior.in fin.de adminiſt. rer. ad ciu.ſi apud minorem mulier pro alio interceſſerit,non eſt ei actio in mulierem danda,l.ſi apud.ff.de minor.

Intercedere.

¶ Inde exceptio interceſsionis,l.exceptiones quæ perſonæ.ff. de except.& interceſſ. in l. non diſtinguemus.§.ſi mulier.ff.de arbi.l.ait prætor.§.non ſolum. 1. de minor.

Exceptio interceſſionis.

¶ Iuſtam cauſam intercedendi,in l.in perſonam. §. idem ſi iuſtam cauſam intercedendi. ff.de pact.

Intercedendi iuſta cauſa.

¶ Et ſenatuſconſultum de interceſsionibus,quod Velleianum appellatur,l.qui exceptionem.in prin.ff.de condict.indeb.iuncta l.2.& per totum,ad Velle.

Velleianum ſenatuſconſultũ.

¶ Interceſſor,qui pro alio promittit,l. 3. §. ſi filiuſa. ff. de pecu. vbi primò vtitur verbo fideiuſſoris,poſtea interceſſoris.l.venditor.de hered. vend. Alias vocatur intercedens , in l. tamen.ad Macedon.

Interceſſor.

¶ Intercedere pro interuenire,accidere:vt,Pietas genuina efficit ſine dolo malo retineri, niſi euidens dolus malus intercedat,l.3.§.ſi eum quis.ff.de libe.homi.exhiben.l.1.§. cautionales.de prætor.ſtipu.l.obligamur.§.re & verbis. de acti. & oblig.l.contractus.ibid.l.huiuſmodi.de verb.oblig.l.qui decem.§.idem reſponſum.de ſolu.l.non ſolũ.§.proinde.de iniur. l.in bello.§.codicilli.in fi.ibi,quaſi in medio nulla captiuitas interceſsiſſet.de capti.ff.l.conſilij. ibi,ceterũ ſi dolus aut calliditas interceſſerit.de reg.iur.l.quo tutela redit, eo hereditas peruenit,niſi cum fœminæ heredes intercedunt.ff.de regul.iur.l.ſi vnus.1.§.pactus ne peteret.ff.de pact.l. & poſt rem iudicatam tranſactio valet ſi appellatio interceſſerit , id eſt ſi appellatum fuerit.ff.de tranſact.l.ſi longius ſpatium interceſſum erit.de iudi.l. ex facto,in fin. prin.de vulg.l.penul.de fide inſtrum.

Intercedere pro interuenire.

¶ Interceſſerit,id eſt interim acceſſerit,euenerit,l.2.ibi,ſi non mors, ſed capitis deminutio interceſſerit.ff.quib. mod.vſuſ. amitt.l.ſi partem. ibi, & ſtatutum tempus interceſſerit. ff.quemad. ſerui.amit.

Intercedere,id eſt euenire.

¶ Dilucidioris interpretationis gratia, ſi hoc verbum referatur ad perſonas,vt aliquis de voluntate patris interceſſerit , accipitur pro fideiuſsione & ſponſione, l. ſed & ſi.in fin.& l. tamen.ad Macedo.ff.

Intercedere pro ſpondere.

Intercedere pro interuenire.

¶ Si verò referatur ad rem,tunc regulariter capitur pro interuenire : vt interceſsiſſet dolus,l.1.§.ſi rem.2.depo.l.ſolent.de præſcrip.verb.

Interceſſit ſtipulatio.

¶ Interceſsit ſtipulatio,l.venditor.2.de here.vend.intercedit mora,l.equis.de vſur.

Intercedit mora.

¶ Interceſsit mandatum, l.cum ſeruus. manda.ff. Intercedere conſenſum,l. in vendi tionibus. de contra.empti.

Interceſſit mãdatum.

¶ Intercedere exponit glo.in l.3.§.ſi filio. ff.de muneri. pro rogare & ſupplicare , ſcilicet vt filius excuſetur à munere ſubeundo,pater non habet ius intercedendi pro filio.

Intercedere cõſenſum.

Intercedere pro rogare.

Intercedere pro intereſſe.

¶ Si intercedat,id eſt interſit, adſit ſolum publicum, vel via publica, neque altius tollendi ſeruitutes impedit. l. fin. ff. de ſeruit. licet quidam habeant in lege prima de ſeruit. vrba.prædi.

Intercedere pro interponere.

¶ Intercedere pro opponere capit Budæ. in annot. in Pandec. Iuriſconſulti tamen frequentius vtuntur verbo interponere: patet in l. exceptio dicta eſt quaſi quædam excluſio, quæ interponi actioni cuiuſque rei ſolet, ad excludendum id quod in intentionem condemnationemve deductum eſt.ff.de excepti.plene explicui in tract.excepti. in 1. quæſt. nec memini apud Iuriſconſultos me legiſſe intercedere pro opponere, niſi in l.fi.ff.ſi quis aliquem teſta.prohibuer.

Procedere. Recedere, pro diſcedere.

¶ Procedere,l.ſi ſeruus legatus.ff.de adimen.lega.ſcripſi in l.3.ſupra eod.

¶ Recedere eſt migrare,diſcedere:vnde dicimus, à ſocietate recedere,l.actione.§.penul. ff.pro ſocio.

Recedere à priore contractu.

¶ Recedere à priore contractu,l.pacta.ff.de contra:empti.& in tit.C.quand.lice.ab empt. diſce. & in l.eum qui.de in diem adiect.§.cum igitur.iuncta l.quod autem.in fin.ibidem.

Recedere pro differre.

¶ Recedere pro differre,diſtare,l.veluti.§.1.de ſerui.vrba.prædi.ff.ibi, item longe recedit ab vſufructu calcis coquendæ,& lapidis eximendi,& arenæ fodiendæ. Interdum multi recedunt à patria propter æs alienum:videamus quid ſit, & quam graue.

¶ *Pendente conditione.* Quando conditio pendere dicatur:Reſpondeo, donec venerit intelligi pendere:latius dixi in l.eum qui.ſupra eod.

Perpendere.

¶ Perpendere,in l.in cauſę.1.§.cauſa.ff.de minori.

§. Æs alienum eſt,quod nos aliis debemus:æs ſuum,quod alij nobis debent.

Æs alienum, ſuum, meum, tuum.

¶ Aes alienum vocatur debitum quod nos aliis debemus: ęs ſuum ſimpliciter eſt quod ſibi debetur:æs meum quod mihi debetur:æs tuum quod tibi debetur.

Æs alienum patris.

¶ Sed ſi adiiciatur, æs alienum patris, intelligitur quod pater debet. æs alienum ſuum, quod ipſe debet,alij debitum,l.profectitia.§.ſi filiusfamilias.2.ff.de iure dot.ibi, non enim pro hereditate patris æs alienum ſoluit,ſed ſuum ęs alienum.

Æs alienum meum.

¶ Aes alienum meum,quod ego debeo,l.Stichum.§.1. ff. de ſtatulibe. ibi, Stichus liber eſto,quando ęs alienum meum ſolutum creditoribúsve meis erit ſatisfactum.

Æs alienum tuum.

¶ Aes alienum tuum,id quod tu debes,tuum debitum. ęs alienum dominicum, quod dominus debet, l.peculium.1.§.ſi ęre alieno dominico exhauriatur peculium. ff. de pecul.

Æs alienum dominicum.

ęs alienum filij,quod filius debet,l.filiusfa.ff.de in rem ver.l.paterfa.§.fi.de priuil.credi.Multa adducit in hanc ſententiam reuerendiſsimus Cardinalis Adrian.de ſermone Latino.

Æs alienum filij.

¶ Aes alienum hereditarium,quod hereditas debet,l.hereditarium.ff.de bon.auctori.iudi.poſsid.l.item veniunt.§.ſimili modo. de petit. hered.

Æs alienum hereditarium.

¶ Aes alienum graue,quod ex pœna vel vſura creſcit,l.1.ff.de cura.bon.dan.l. verum. §. Iulianus.de minori.ſcripſi in l.ſubſignatum.§.bona.ſupra eodem. de hoc ęre alieno ſcribit Ariſtophanes comœdia prima de eo qui adiuerat Socratem ad diſcendã eloquentiam, per quam ſuaderet nil creditoribus debere,cum tamen mole debitorum grauatus eſſet.

Æs alienum graue.

De eo qui perſuadere creditoribus ſuis volebat ſe nihil debere.

¶ Quęro,ęs alienum quomodo ſolui debeat,quando vnus in mobilibus ſuccedit, alter in immobilibus in hac patria conſuetudinaria?videte in l.1.C.ſi cer.pet.Et fuit dictum in ſenatu,quod debita teſtamentaria mobilia ex mobilibus ſoluentur,& ex conquæſtibus: alia verò debita extra teſtamentum facta, ſuper propriis, alia dicta ſunt anno 1502. die 21. Iulij, inter dominos de Thumeri & de la Porte conſiliarios huius curię.Et an.hodie fiat confuſio quando debitor ſuccedit creditori,vel è contrario,fuit deciſum negatiue anno 1519. die 21. Iulij,cõtra l.debitori.C.de pact.& l.Stichum.§.adtio.ff.de ſolu.ſed hoc fuit propter ſucceſsionem in diuerſis rebus.Quotiens verò duæ ſunt principales obligationes, alter alteri potius additur ad actionem,quam confuſionem parit, l. ſi duo rei. ff. de ſolu.iſta ſunt notanda,quia non vulgaria.

Æs alienum inter ſucceſſorem mobilium, & ſucceſſorem immobilium quo modo diuidatur.

Areſtum.

Creditor ſi debitori ſuccedat vel cõtra,quid iuris.

Areſtum.

¶ Aes alienum dotis, quod ex dote deducitur. impenſa enim funeris æs alienum dotis eſt,l.impenſa.ff.de relig.

Æs alienum dotis.

§. Lata culpa eſt nimia negligentia: id eſt, non intelligere, quod omnes intelligunt.

In lata culpa eſſe qui dicantur.

¶ Hæc materia tractabitur in l.latæ.infra eodem,& in l.quod Nerua.ff. depo.per Bar. qui hanc Iuriſconſulti deſcriptionem male & perperam reprehendit, dicens furioſum non intelligere quod omnes intelligunt,& tamen non eſſe in culpa,per l.diuus. ff. de offic. præſi. nam quæ ſenſu carent culpam committere non poſſunt, l.1.§.1.ff.ſi quadru.pau.pe.feciſ. dicatur,& l.qui iuraſſe.in prin. ff. de iureiur. Quamobrem reſpondebimus fundamento Bar. ſumpto ex hoc loco: nempe is qui non intelligit id quod omnes intelligunt, ſi ea non teneatur

neatur intelligere, non eſt in lata culpa, l. quod te.ff.ſi cer. peta. ſed infans & furioſus non debent intelligere. ergo non ſunt in lata culpa. Vnde ceſſat Bar. ratio. Et iſta dictio omnes reſtringitur, vt in l. inter omnes.ff.qui ſatiſd.cogan.& vt ſcripſi in interpretatione authent. habita.C.ne fil.pro pat.Nec refragatur quod ignorare medicinam lata culpa non eſt: & tamen medicus fœde errans in illa,eſt in lata culpa,l.illicitas.§.ſicut.ff.de offi.præſi. & idem ſi menſor errauerit. Reſpondeo, eos omnes teneri ſcire eam artem quam profitentur. verba huius tex.& d.l.latæ.referentur ad illos qui iſta ſcire debent.nam in medicis ignorare quod omnes medici intelligunt,eſt lata culpa:vt ſi medicus elleborum, quod inſaniæ purgandę commodum eſt,ad curandum ventrem pro rheubarbaro applicuerit. Et ſi menſor in profeſsione ſua errauerit. Sicut alias dicit Iuriſcon. turpe eſſe ignorare profeſsionem in qua quis verſatur,l.2. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de origi. iur. & Cicero lib.2. Tuſcula. Ideo ignorare medicinam non debet medicus,qui in illa verſatur.& ſi ignorauerit, culpa lata & ſupina eſt. & idem in menſore & aliis ſuam artem ignorantibus. ſed alij qui non ſunt eius artis ſeu profeſsionis non tenentur ſcire regulas alterius artis, & ignorando eas non ſunt in culpa aliqua.Et ſic debent iſta intelligi: quod etiam probat Barba. in c. 1. de commoda. Item qui tempore ventoſo ignem in ſuam ſtipulam immittit, quem non poteſt continere, ſcit vel ſcire debet & præuidere periculũ: ob id latæ culpę nomine tenetur,l.qui occidit.in fin.ff.ad le.Aquil.idem in nauta qui orta tempeſtate mare ingreditur,& ſine rectore, l. item quęritur.§.ſi ſic magiſter. ff. loca. idem in tutore qui pecuniam pupillarem menſulario dederit, poſtquam foro ceſſerit: ſecus ſi ante,l.ſi res pupillaris.ff.de adminiſt.tut.Alia dicentur in d.l.latę.

Medicus in medicina errans, an in lata culpa ſit.

MARCIANVS LIB. I. PVBLI. IVDIC.

LEX CCXIIII.

Munus proprie eſt quod neceſſariò ſubimus lege,more imperióve eius qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem proprie ſunt quæ nulla neceſsitate, iure, officio, ſed ſponte præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. Sed in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcunque munus,id donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

Munus,pro eo quo nos neceſſario adſtringimur.

¶ *Munus*, quando largitionem non reſpicit, eſt illud quo nos neceſſario adſtringimur: nempe ſi quis magiſtratus in municipio creatus,munere iniuncto fungi detrectet,per præſidem munus cognoſcere cogendus eſt remediis, quibus tutores quoque ſolent cogi ad munus quod iniunctum eſt agnoſcendum,l.ſi quis magiſtratus,& per totum tit. ff. de munere. & honori. vnde dicit tex.in l.1.C.de indicti. lib. 10. Nulla igitur domus, vel ſacri patrimonij,vel emphyteutici iuris, vel hominum priuatorum, etiam ſi priuilegium aliquod habere doceatur, ab hac neceſsitate ſeiuncta ſit, quę iam non extraordinarium, vt hactenus, ſed nobis ſancientibus canonicum nomen accepit. Et alibi Imperator Conſtantinus ait: omnes penſitare debent quę manus noſtrę delegationibus adſcribuntur nihil amplius exigendi vel remittendi poteſtatem eſſe,l.omnes.1.C.de anno.& tribut.lib.10. & ſic munera & indictiones neceſſario ſubire oportet.

Quibus remediis compelli debeant homines ad munera ſubeunda.

¶ *Lege.* Dixerat nos compellendos ſubire munera: nunc quibus remediis explicat: primò lege. Lex enim cõpellit ciues & municipes ad munera ciuitatis ſubeunda,ſiue munus ſit perſonale,ſiue patrimoniale.de quibus in l.1.& vlt.ff.de muner.& hono.vnde Imperator dicit:Omnes omnino ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri.lege enim noſtra ſignatum eſt,id eſt deſignatum,l.omnes.2.C.de anno.& tribu. lib. 10. item vectigalia & patrimoniorum onera ſolemnia omnes ſuſtinere oportet,l.2.in fin. ff. de priuile. vetera. & ſic per leges compelluntur homines ad ſubeunda numera à Rege vel Imperatore impoſita.

¶ *More*, id eſt conſuetudine quandoque inductum eſt vt munera ciuitatis quis neceſſariò recipiat.& decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oporteat,vt lege municipali pręcipitur,l.1. ff.de alb.ſcrib. & hęc per leges cuiuſque ciuitatis, & ex conſuetudine longa intelligi poterunt,l 1. ff. de muner. & honor.& ſic conſuetudo adſtringit ad munera illa quę quis neceſſario ſubire tenetur,vt dicit iſte tex.

Vectigalia vel collectæ inſtitui non debent incõſulto principe.

¶ *Imperióve eius qui iubendi habet poteſtatem.* Neceſsitate ſubimus munera imperio & iuſſu eius,vtpote Regis,qui iubẽdi habet poteſtatem. Vnde in hoc Regno nullus extra Regem, etiam domini ſenatores habẽt imponendi poteſtatem,vel cõcedendi vt noua imponantur ſubſidia,ſeu collectæ,tex.in l.vnic.C.de ſuperindict.lib.10.& ideo ſi ciuitas ex magna cauſa velit quicquã imponere, impetrat literas à Rege, vt ſibi permittatur:& ſolet Rex viſa cauſa concedere. ita vidi ſeruari, & Guido Papa teſtatur in deciſ. Delphi. q.197. domini. & non ſolent

solent noua vectigalia inconsultis principibus instituí, C. vectig. noua. per totum.

¶ Vnde glo. dicit quod coniunctim hæc oratio accipitur, quia soluta est quæ pro coniuncta habetur, l. sæpe. supra eod. Et sic lex est necessaria antequam munus imponatur, l. de his. C. de episc. & cleri. & consuetudo, C. noua vectigal. l. fin. & per totum. facit hæc dictio imperium: quia non nisi à principe peti potest, vel ab eo commissis, & nuntiis eius. sic in patrimoniali, in personali similiter, vt in tutela. nam lex duodecim tabul. agnatis defert tutelam, & mores. nam & ipsa lex 12. Tab. ex moribus est, & imperium maioris interponitur, si opus est, aliis modis, vt supra eod. l. munus. hæc Accurs. qui communiter reprehenditur: nempe sola lex est sufficiens ad coactionem muneris, nec requiritur nisi illius legis executio: item mores & consuetudines per se sufficiunt ad cogendum aliquem, vt in d. titu. C. noua vecti. l. fin. quando hoc fuit obseruatum per tantum tempus cuius initij non erat memoria, c. super quibusdam. de verbo. signifi. scripsi in bulla cœnæ domini, arti. 3.

Accursius reprehenditur.

¶ Item sæpius indicuntur munera à principe sine lege, & forte sine ratione prægnante. ob id non legerem coniunctim, sed separatim. Sed si consuetudo sit conformis legi, & imperium eius interueniat qui iubendi ius habet: tunc sustineri potest glo. quia tunc omnia ista coniunguntur: at licet non coniungantur, vnum sufficit, vt necessitas imponatur ad illud impositum subeundum munus. Ergo munus necessariò subire tenentur.

¶ *Iubendi habet potestatem*, id est præcipiendi, imperandi. Interdum iubere pro statuere, decernere, l. nomen. §. 1. ibi, potest enim iubere aliquis & maximam partem partiri posse, &c. supra eod. l. pupillus. §. 1. infra eo. l. quod iussit. ff. de re iudi. l. iubere. de iurisdict. omni. l. sed interpellatur. §. 1. de arbi.

¶ *Dona autem propriè sunt.* Vult dicere iste tex. quod munus necessario subimus: dona autem nulla necessitate subeunda sunt. nec aliquo iure adstringitur quis ad donum capiendum: inuito enim beneficium non confertur, nec donum, l. inuito. ff. de regul. nec potest liberalitas nolenti acquiri, l. hoc iure. §. non potest. de donat. Etiam nullo officio cogimur donum subire. vnde nec senatores vel alij ratione officij dona subire coguntur. ipsa itaque dona non cogitur quis sumere, l. nec emere, nec donatum assequi quisque compellitur. C. de iur. delib. sed nec quidem præstare. vnde dicit tex. sed sponte præstantur.

¶ Donum propriè dicitur quod sponte præstatur. nam donari videtur quod nullo iure cogente conceditur, l. donari. infra tit. proximo, l. donari. de dona. Et qui inuitus dat propter præsentem pudorem, & rem & meritum perdit. hilarem enim datorem diligit Deus, c. fin. 23. q. 16. Ius ergo non cogit donare, quod est perdere, l. filius familias. ff. de dona.

Donum quid.

¶ Ex quo infertur, quod nemo regulariter donare tenetur. & hodie seruatur rub. de non spargen. pecun. nempe quilibet suum custodit, nec pecunias spargit. hoc enim Regis est vel summi principis aut inferioris prodigi.

¶ *Officio.* Quid sit officium explicant docto. in rub. ff. de offi. eius, & in rub. de offi. dele. ac abunde Ioan. Fran. in tract. de offi. & potest. capitu. sede vacan.

Officium quid.

¶ *Sed sponte præstantur.* Illud sponte dicitur fieri quod nulla necessitate quis facere tenetur, vt hic l. 1. sponte vel ignorantia. ff. de legi. l. non distinguemus. §. item si quis. de arbi. l. 1. de fer. ibi, hique sponte ad iudicium venerint, l. sed & si quis. §. quæsitum. ibi, sponte renuntiatum. si quis cautio. Eius oppositum est coactus, l. sed & si restituatur. ibi, sponte vel coactus. ff. de iudic. Sic qua per riuum sua sponte perfluxerit, ius aquæ ducendæ retinetur, l. qui fundum. ff. quemadmo. serui. amit. sua sponte ibi fluere aquam dicitur, quando non adhibita industria. Et sua sponte siue coacte, in l. iudex. ff. de condict. indeb. ibi, sua sponte soluerit. in l. qui ratiario. ff. de pigno. acti. dicit sua voluntate. facit l. fin. ibi, sponte sua libertus mercedem patrono præstiterit. ff. qui & à quib. vnde obligatus naturaliter tantum, licet non cogatur soluere, tamen si sponte soluat, non videtur donare id in quo est obligatus. l. hoc iure. §. penul. de dona. ff.

Sponte fieri quid dicatur.

Sponte sua.

¶ Item sponte fieri dicitur sine vi, dolo, & metu. authen. sacramenta. C. si aduer. vendi. Bertran. consi. 337. viso consultationis. col. 2. in 2. vol. ex prima editione. Differentiam inter sponte & voluntarie docet Bal. in §. iniuria. col. penul. de pace & iura. firman. & in marga. in verbo notarius. q. 23. sequitur Barba. consi. 60. Sapienter. col. 8. in 1. vol. alibi illam doctrinam periclitari scripsi. quid sit Spontaneum scribit Aristotel. lib. 6. moral. 1. c. 13.

Sponte & voluntariè quid differant.

¶ *Quæ si non præstentur.* Ex isto tex. ergo patet argu. à contrariis, quod si est reprehensio in non donando, non dicitur donum. vnde cum collator non confert beneficium intra sex menses, reprehensio est, c. de multa. de præben. Igitur collatio donatio proprie non est: quamuis canonistæ aliquando vocent donationem, id est concessionem, c. proposuit. & sequenti, de concess. præben. sed donatio est ratione eius cui confertur: non est tamen proprie donatio, quia non habet requisita huius tex. glo. in c. relatum. de præben. & in c. quamuis. 1. illo tit. in 6. quæ sunt: primò quod nulla necessitate quis cogatur: sed collator de iure cogitur. c. de multa. de præben. c. 2. de conces. præben. Dona cum non præstantur nulla est reprehensio: secus in collationibus beneficiorum, vt ibi.

Collatio donatio non est.

¶ *Et*

¶ *Et si præstentur.* Laudatur quis ex donis plerunque & multotiens, vt scripsi in l. interdum. supra eod. ideo dicit plerunque: quia donare meretrici & lenoni non est laus, sed potius opprobrium & turpitudo, l. 4. §. sed quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cau. vel si datur aliquid calumniæ causa, vt quis quid faciat vel non faciat, non est laus, sed vituperium, l. 1. & per totum. ff. de calumnia. vnde Græci dicunt, Ἀνδρὸς πονηροῦ δῶρα ἀνωφελῆ, id est mali viri dona vtilitatem non afferunt. sed tunc laus inest quando quis donat id, quod ad ornatum honoremque ciuitatis pertinet: puta ad instruendum forum, theatrum, stadium, vel ad edendum munus, l. ciuibus. ff. de lega. 1.

Ex donis quando quis laudetur.

¶ Et sic tria considerat hic text. primò quod sponte præstetur nulla necessitate cogente: secundò quod nulla reprehensio sit, si non præstetur: tertiò quod præstando plerunque insit laus, si laudem vis consequi. Sic Græci, μᾶλλον ἀκούειν, μᾶλλον ἢ πάσχειν θέλε, id est bene audire magis quam ditescere velis. Et nota hic Iurisc. ter verbum præstetur repetisse, quater in l. oratione. ff. de fer. in l. 3. quod cuiusque vniuersi. nomi. in l. cum res. de leg. 1. 13. & septies in l. 3. ff. de furt. & l. fin. commun. prædi.

¶ *Sed in summa.* Et sic quodcunque munus non est donum, videlicet quando necessitate subimus illud munus: sed donum recte dicitur munus, quatenus munus largitionem significat: alioqui non, vt plene scripsi in l. munus. 1. supra eod.

Munus à dono quid differat.

PAVL. LIB. SINGV. AD LEG. FVSIAM CANINIAM.

LEX CCXV.

Potestatis verbo multa significantur: in persona magistratuum, imperium: in persona liberorum, patria potestas: in persona serui, dominium. At cum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam, facultatemque significamus. In lege Atinia, in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, & si eius vindicandæ potestatem habuerit, Sabinus & Cassius aiunt.

¶ Quinque huius verbi significationes docet hic Iurisconsultus. Primò quando potestas refertur ad magistratum, significat imperium.

Potestas pro imperio.

¶ Vnde ea quæ iure potestatis fiunt à magistratibus, ad iniuriarum actionem non pertinent, l. iniuriarum actio. §. quæ iure. ff. de iniur. & lege Iulia repetundarum tenentur, qui cum aliquam potestatem haberent pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum acceperunt, l. 3. ff. ad leg. Iul. repetun. vbi de omni iudice intelligitur, etiam si merum non haberet imperium.

A magistratibus quæ iure potestatis fiût, ad iniuriarum actionem non pertinent.

¶ Item si quis missus fuerit in possessionem fideicommissi seruandi causa, & non admittatur, potestate eius, id est imperio & iurisdictione inducendus est in possessionem, qui eum misit. Et postea dicit, iure suæ potestatis, id est iurisdictionis suæ: & ibidem licet glo. exponat pro officio, idem intelligi debet. tex. in l. vna. ff. si quis ius dicen. non obtemper. vbi sic dicitur: omnibus magistratibus non tamen duumuiris, secundum ius potestatis suæ concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio.

¶ Aduertendum est quod interdum magistratus seu iudex dicitur esse in potestate, id est in imperio, magistratu, vel officio, l. eum qui. ff. de iurisdi. omn. iudi. & alibi dicit, in magistratu esse, l. si rem. ff. iudi. sol.

In potestate esse.

¶ Interdum dicitur magistratus maioris potestatis, in l. 2. §. post deinde. ff. de orig. iur. vbi re exigente creabatur dictator, qui Regiæ dominationi par erat. imò etiam magistratus potestas vocatur, etiam in fœminino, in l. quis sit fugitiuus. §. penul. ibi, vel ab aliqua potestate damnatus. ff. de ædili. edi. l. si fideiussor impetrauit à potestate. de pigno. & l. 3. §. pignora. de rebus eo. & iure canonico vocatur potestas secularis, iudex secularis, seu magistratus, c. nouimus. de verb. sign. in Decret. & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. c. qui resistit. 11. q. 3. & sunt verba diui Pauli; nisi illicitum præciperet, c. Iulia. ibidem.

Maioris potestatis magistratus.

Potestas pro magistratu.

Potestas secularis.

¶ Et duplex est potestas, Pontificalis & Regalis, c. duo. 96. distinct. & ius vtriusque potestatis Christus actibus suis discreuit, c. cum ad verum. 96. dist. vnde alter alterum iuuare tenetur, c. principes. & sequen. 23. q. 5. Et omnis potestas à deo est, vel sinente vel iubente. c. quid culpant. 23. q. 1. Et omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, c. omnis. de censib. c. magnum. 11. q. 1.

Potestas duplex.

¶ Interdum Iurisconsult. magistratum & potestatem exprimit: & tunc magistratus pro officio accipitur. potestas verò pro imperio tam mero & mixto, quã simplici iurisdictione. vnde qui furere cœpit, & statum & dignitatem in qua fuit, & magistratum & potestatem videtur retinere, l. qui furere. ff. de statu homi. l. 1. §. 1. ibi, qui magistratum potestatemve habeat. de offic. eius cui manda. est iurisd. quicquid dicat ibi glo. l. tertia, in fi. ad leg. Iul. maiest.

Magistratus & potestas simul iuncta, quid denotent.

lege

lege prima, quod quisque iur.

Imperium & potestas simul iuncta quid denotent.

¶ Aliquando exprimit imperium & potestatem: & tunc pro imperio vult intelligere merum & mixtum, pro potestate iurisdictionem. l. nec magistratibus. in fin. ff. de iniur. ibi, qui sine imperio aut potestate sunt magistratus. l. 1. in fi. ibi, quive imperium potestatemve habeat. ff. ad leg. Iul. maiest. l. lege Iulia. 1. de vi publ. & l. qui dolo. ibidem, & l. 1. ad leg. Iul. repetun. & l. 1. ff. de constit. prin. vbi populus transtulit imperium & potestatem, id est tam imperium quàm iurisdictionem quam habebat: licet aliter ibi glo. exponat. Et hoc verbum potestatis ad iudicem refertur: vt iudex habet potestatem in sua prouincia, intelligetur tam de imperio quàm de iurisdictione, vt d. l. 1. & hic. Vel potest intelligi imperium, id est auctoritatem quam senatus habebat, & potestatem, id est populi maiestatem, l. 2. C. de silenti. lib. 12. sed ego primæ sententiæ inhærerem, vt exposui superius.

¶ Ista tamen pro subiecta materia quandoque limitantur, vt in l. non quicquid potestati iudicis permittitur, id subiicitur iuris necessitati. ff. de iudic. vbi docto. pro arbitrio potestatem exponunt, id est pro facultate.

Imperium pro iurisdictione.

¶ *Imperium* alias intelligit hic Alci. pro mero: ego verò pro mero, mixto, & iurisdictione, cum imperij nomine hæc veniant, vt in arbore iurisdictionum docto. probare nituntur. ego allego tex. in l. fi. ff. de offi. præfe. vrb. cum terminos vrbis exierit, potestatem non habet extra vrbem, id est imperium nec merum, nec iurisdictionem quidem aliquam contentiosam habet. Sed est tanquam priuatus homo, l. præses prouinciæ. 2. ff. de offic. prælid. vbi in præside idem dicitur, quod imperium in homines suæ prouinciæ habet: & tamen non solum habet merum imperium, sed mixtum & iurisdictionem, l. 4. & sequen. ac l. præses. & l. penul. ibidem. & præfectus Aegypti non prius deponit præfecturam & imperium quam Alexandriam ingressus sit eius successor, l. vna. ff. de offi. præfe. Augusti. probat l. 3. ibi, quoniam hæc res libera, & absoluta est, & extra necessitatem iurisdictionis posita: iuncto fi. ibi, quoniam in hos imperium non habet. ff. de arbi. vbi iurisdictionem vocat imperium. Ergo imperium hic accipitur etiam pro iurisdictione. Quod sic etiam ostenditur per tex. in l. 1. ff. de offi. procon. vbi proconsul vbique proconsularia insignia habet statim atque vrbem ingressus est: potestatem autem non exercet nisi in ea prouincia sola quæ ei decreta est. & ibi glo. exponit potestatem pro iurisdictione contentiosa, quam dicitur proconsul habere in prouincia sibi decreta. Certè non solum habet merum imperium, sed & iurisdictionem, vt patet in tit. de offi. proconsul. & per Fenestellam in tract. de magistra. Roma. rub. de officio proconsul. & per totum, ff. & C. de offi. proconsul.

¶ Item littora in quibus populus Romanus imperium habet, populi Romani esse arbitratur Iurisconsul. in l. littora. ff. ne quid in loco pub. & in littoribus iurisdictionem etiam populus habet.

Iurisdictio simplex.

¶ Et iurisdictio simplex interdum vocatur imperium, l. & si prætor. §. 1. ff. de offi. eius. & hoc docet ibi glo. & in l. fi. ibid. vbi mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merum, videtur mandari. Suadetur etiam: quia imperium tanquam genus continet merum imperium, mixtum & iurisdictionem, l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudi.

Imperiũ magistratus. Imperium pro iussione. Imperium merum.

¶ De imperio magistratus scribitur in l. pupillus. §. munus. infra eod. vbi exposui: & l. proxima, supra: & l. si qua. in fi. infra eod.

¶ Imperium interdum pro iussione capitur: vt, velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domini, l. velle. ff. de regul. iur.

¶ Imperium merum vocatur potestas, in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. sed potestatis verbo etiam iurisdictio venit, vt superius probatum extitit.

¶ Imperium etiam pro ipso regimine, vulgo *empire* dicitur, in l. cum ratio. §. si plures. ibi, cum ampliari imperium hominum potius adiectione quam pecuniarum copia malim. ff. de bon. damna.

Potestas, ratione patris.

¶ *In persona liberorum patria potestas.* Secundò capitur potestas, si de patre ad personam liberorum referatur, pro patria potestate, de qua in tit. de patria potest. vbi in potestate nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus. Et hoc ius potestatis in septẽ maximè consistit, quæ pulchre describit glo. in §. fi. ibidem in Institu. Et patria potestas in pietate debet, & non in atrocitate consistere, l. diuus. in fi. de parricid. ff. sic capitur in l. 1. §. 1. ff. de rei vindi. l. pupillus. in prin. infra eo. Et in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acqui. possess. etiam dicitur potestas in filio adoptiuo, quamuis illos effectus non habeat, l. adoptiuum. ff. de in ius vocan. Nec quoque talem pater habere potestatem censetur, vt auctoritate propria filium capere possit & auferre à priuato & magistro ante solutionem illi factam, si voluntate patris illi magistro erat traditus. Et in simili fuit quidam pater condemnatus ad reducendum filium ad ecclesiam, & Capitulum Parisiense cum indumentis quibus erat indutus filius, cum ibi in choro cantaret, & erat ibi receptus. Et quod cum temere pater auctoritate sua abduxerat, fuit pronuntiatũ in senatu Parisiensi anno 1522. die octaua Decembris: & etiam

De patria potestate, & quatenus extendatur.

sæpius pro magistris & primarijs collegiorum, quibus traditi sunt pueri ad discendũ, vt ab eis

eis auferri non possunt solutione contempta: quod si auferantur, reduci solent expensis accipientis.

Potestas pro facultate.

¶ Aliquando tamen potestas relata ad patrem capitur pro facultate, l. quod ait lex. ibi, voluit enim lex ita demum hanc potestatem patri competere. ff. de a dult. Et Iurisconsult. alibi sic dicit: Potestatis verbum non solum ad liberos qui sunt in potestate, referendum est, verum etiam ad eum quem redemit ab hostibus. Et quamuis placeat hunc seruum non esse, sed vinculo quodam retineri donec pretium soluat, l. qui testamento. §. 1. ff. de testa. & sic capitur in tit. de libe. homi. exhib. præcipue in l. 3. §. is tamen qui in potestate habet, hoc interdicto non tenebitur: quia dolo malo non videtur habere. & §. si eum quis. ibidem, & in l. 1. ff. de libe. exhib. vbi sic scribitur: ait prætor, Qui quæve in potestate Lucij Titij est, si is eave apud te est, dolove malo tuo factum est, &c. §. 1. & per totum, ibidem.

Potestas pro dominio.

¶ Tertiò capitur pro dominio, quando dicitur dominum habere potestatem in seruos, §. rursus. de actio. in Institu. licet gl. ibi aliter exponat. facit l. 1. ff. de pecul. & l. 1. & per totum. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iur. & l. Paulus. quibus ex causis maio. & hoc frequentius: licet possit quandoque pro materia accipi vel pro dominio, vel pro iure quod quis in seruos habet, vel pro ditione: & pro re discerni poterit, l. alimenta. in fi. ff. de lib. agnosc. vbi loquitur de libertis in potestatem domini redigendis: ob id seruus quicquid acquirit, domino acquirit, l. placet. ff. de acquir. heredi.

De potestate dominorum in seruos.

¶ *In persona serui dominium.* Et olim ista potestas dominorum in seruos erat tanta, vt dominus in eos vitæ & necis potestatem haberet, §. in potestate. de iis qui sunt sui vel alie. iur. in Instit. sed illa potestas hodie restricta est, vt ibi, & in l. 2. ff. eodem tit. & Iurisco nsult, ait, Potestatis verbum ad omnem seruum & omnes qui alieno iuri subiecti sunt porrigendum esse, l. 1. §. potestatis. de tributor. acti. & l. 1. §. in potestate. de exerci. actio. l. fi. de stipul. seruo. &. quãdo seruus manumittitur, à potestate domini liberatur, l. manumissiones. de iusti. & iur. & si procurator in hostium prædonum potestate sit, mutari potest, l. item si. cum præceden ff. de procura. spectat enim ad nos iniuria quę his fit, qui vel potestati nostrę vel affectui subiecti sunt. l. 1. §. spectat. ff. de iniur. vbi potestatem pro dominio accipit. affectus respicit filiosfamilias, & nepotes, ac alios quos in potestate habemus, ratione sanguinis: quia ad eos affectionem habere solemus, l. liberorum. infra eodem.

Potestatis verbũ, ad patronũ relatum, pro facultate.

¶ Si tamen verbum potestatis referatur ad personam patroni, vt potestas datur patrono tunc pro facultate accipitur: vt in l. sicut testamento facto decedente liberto, potestas datur patrono vel libertatis causa imposita petere, &c. de iure patro.

¶ Sicut dixi quando refertur ad iudicem & patrem, pro materia subiecta accipitur. Nam iste tex. in persona magistratuum, & in persona liberorũ, & in persona serui distinguit. ergo si referatur ad personam extra liberos, velut patroni, pro materia subiecta, vt superius dictum extitit, accipietur.

Potestatis verbum in noxæ deditione, pro facultate, seu copia.

¶ *At cum agimus de noxæ deditione, &c.* Quartò sumitur potestas, quando agitur de noxę deditione, pro facultate seu copia: nempe si dominus in potestate sua seruum habens, dolo malo fecerit quominus haberet, debet condemnari ac si haberet.

In potestate habere seruum, quoad noxæ deditionem, quid.

¶ In potestate sua habere, sic accipere debemus, vt potestatem & facultatem exhibendi eius habeat: cæterum si in fuga sit, vel peregre, non videbitur esse in potestate, l. quoties. §. prætor. ff. de noxa. & facultatem repetendi seruos dominus habere videtur, si habeat pecuniam ex qua seruus liberari potest, l. si seruus. §. 1. ff. eodem. & potestatem sui non facit qui ita agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat, quod si non latitet, sed absens non defendatur, nonne videtur potestatem sui facere? Iurisco n. l. 2. §. 1. ff. ex quib. cau. in possess. eat.

Potestas pro facultate.

¶ Et notandum est quod non solum in noxalibus, sed etiam sæpius alibi pro facultate potestas capitur, in l. 1. de diuers. & tempora. præscripti. vbi prius vocat potestatem, demum facultatem. l. pure. in fi. de doli except. & in l. quod quis aliquo anno dare promittit, aut dare damnatur, ei potestas est quolibet die eius anni dandi. ff. de actio. & oblig. l. 1. ibi, quo experiundi potestas fuerit. quæ in frau. credi. l. fi. §. penul. ibi, adeundi potestas non fuerit. ne vis fiat ei. l. tutor. ibi, intercipiendi potestas ei non datur. ff. de furt. l. si cui. de seruitu. & l. 1. §. fi. ff. ne vis fiat ei qui in possess. missus est. & l. fi. §. 1. ibidem. l. 1. in prin. ad leg. Fal. scripsi in l. verbis legis. supra eodem. c. si tributum. 11. q. 1. l. si decem heredi. ibi, dandi eo nomine seruo potestas esset. ff. de statulib. l. 1. & sequen. quod vi aut clam. l. si is qui heres. de excepti. rei iudi.

Licentia dictio Latina.

¶ Præterea Iurisco n. facultate pro licentia, & econtra vtitur, quamuis licentiam quidam Latinam negent dictionem esse: sed non viderunt Iurisc. in l. 1. §. 1. ibi, licentia extitit. ff. de appel. l. 1. ff. de liber. cau. l. 3. quibus ad liber. procla. non licet, & in l. si cum exceptione. §. hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam vsque ad sententiam restitutionem facere. ff. quod met. cau. l. 2. §. legatis. versic. ei quoque. ibi, licentiam domum reuocandi dandam. de iudi. l. fructuario. in fi. si vsusfructus petatur, l. imperium. de iurisdictione om. iudi. Et Cicero etiam sæpius vtitur, maxime in officiis, Pueris non omnem licentiam ludendi,

Facultas pro potestate.

¶ Est autem facultas, personæ commodum incommodumque, non rerum quæ promittuntur,l.continuus.§.illud.de verbo.oblig.ff.sicque facultas pro potestate, & potestas pro facultate passim accipiuntur,in l.1.§.quod ait. ff. quor. lega. l. penul. ibi, nihilominus procuratoris dandi facultas est.ne quid in loco publ,l.1.§.communis.in fi. de stipul.seruo. l. verbum oportere non ad facultatem iudicis refertur, sed ad veritatem. Et facultas dicitur libera potestas faciendi quod libet,quasi facilitas. Et à Græcis δύναμις vocatur.

¶ Fiat ei potestas,id est detur facultas,l.in fundo.versic.constituimus,ff.de rei vindica. Interdum Iurisc.liberam dicit facultatem,in l.fi.ff.de libe.exhib.Experiendi potestas,in l.annus.ff.de calumnia.& sic potestas pro possibilitate,potentia, *puissance*, seu facultate accipitur,l.verbis legis.ibi,latissima potestas tributa videtur.supra eod.

¶ *Defendit*.Defendere autem est id facere quod dominus in litem faceret,& cauere idonè:nec debet durior conditio procuratoris fieri quam est domini,præterquam in satisdando,l.sed & hæ.& §.sequen.ff.de procura.& alibi Caius ait: non videtur defendere non tantum qui latitat, sed & is qui præsens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem,l. non videtur.ff.de regul.iur.Defendere autem videtur qui per absentiam suam in nullo deteriorẽ causam aduersarij facit.nec dicitur defendisse, si nõ durer defensio.facit l.2.ff.quib. ex cau.in poss.eat.l.hæc autẽ.in fi.ibid.l.item.in fi.ex quib.cau.maio. Defensor, qui alium defendit,l.si defensor. de interroga. act. ff. siue cum mandato, siue sine:licet glo.in l.Pomponius.ff.de procura. & in l.proinde.ad leg. Aquil.dicat illum tantũ defensorem dici, qui sine mandato.Sed tex.est in contrarium in l.iusiurandum & ad pecunias.§.defensor muni cipum, vel cuiusuis corporis iusiurandum deferre potest, si super hoc mandatum habeat. ff. de iureiur. l. sed & hæ. §. defendere. de procur. l. fi. de in integrum restitu. Et defendere etiam ius naturæ permittit,l.vt vim.ff.de iusti.& iur.Cicero 1.offi.Principio generi animantium omni est à natura tributum,vt se, vitam corpusque tueatur. clement.pastoralis. de re iud.sed hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt declarat tex.iuncta gl.in l.1.C.vnde vi.

Præsens,quis.

¶ *Præsentis corporis*,non absentis.Is præsens dicitur qui non est absens,l.absentem. supra eo.ibi dictum fuit.inde præsentia personæ,l.notionẽ.§.instrumentorũ. sup.eo,l.fi.infr. eo.

Copia pro facultate & potestate.

¶ *Copiam*.Pro facultate & potestate sumitur,l.1. §.dies.ff.quan.appelland. sit,vbi optime declaratur,& in l.3.§.si ad diem.de re mili.l.2.quib.ex cau.in possess.ea.l.si seruus depositus. ff.de noxal.acti.ibi, in potestate eius est. maximè si copiam habeat recuperandi hominis,l. sed & si.§.ait prætor.ff.ex quib.cau.maio.ibi,sed & si magistratus copia non fuit,id est præsentia.l.1.ff.de eden.ibi,copiam describendi.& copiam recuperandi hominis pro facultate, in l.si seruus depositus.ff.de noxa.ibi,vno & alteto vtitur.& l. Pomponius.1.§.1, ibi, copia eorum fiat.famil.ercis.l.hæc autem.in fi.quibus ex cau. in possessi.cat.Pro exercitu & multitudine, l.ob negotium. ff. de compensa. dico in meis no. interpretation.ad illam legem. Copia pro abundantia,l.fin.§.si plures.ibi,cum ampliari imperium hominum adiectione, potius quàm pecuniarum copia malim.ff.de bon.damna.

De lege Atinia.

¶ *In lege Atinia in potestatem domini rem furtiuam venisse videri, &c.* Quinto lex Atinia ait,quod res furtiua non vsucapiatur, nisi in potestatem eius cui surrepta est, reuertatur,l. sequitur,§.quod autẽ.ff.de vsuca.& alibi ait Iabolenus:si quid est surreptum, vsucapi non potest,antequam in domini potestatem peruenerit, l,si quid.ff. pro solu. §. furtiuæ. Institu. de vsucap. & si tutor rem pupilli sui surripuerit, & vendiderit, vsucapio non contingit, priusquam res in pupilli potestatem redierit,l.qui fundum.§.si tutor.ff.pro empto.

In potestatem domini venire res quando dicatur verè, & quando fictè.

¶ In potestatem domini venire verè dicitur,quando dominus nactus est illam rem,& illam apprehendit,d.l.sequitur.§.Labeo.cum §.sequenti,& amittere eius possessionem non potest, l.mulieris.§.desinere. supra eod. Fictè etiam in domini potestatem venisse videtur, quando eius rei vindicandæ potestatem habuit. nempe qui actionem ad rem habet, ipsam rem.habere videtur,l.qui actionem.infr.tit.proxi. Cessent ergo difficultates glossæ,& Alci. intelligendo vt verè in potestatem venisse tunc dicatur,quando est à domino apprehensa: fictè verò,quando vindicandi facultatem habet,per hoc verbum videri hic positum,quod fictionem regulariter notat, l. naturaliter. ff. de acquir. possessi. scripsi in compendio ficti. tract.Et tantum operabitur facultas ista vindicandi,& sic fictio in suo casu,sicut veritas,l.filio.ff.de libe.& posthu.vt postquam dominus scit rem esse furto subtractam, & scit vbi res sit,& quis eam detineat,& is sit præsens:tunc ius vindicandi habet.si illam non vindicet,domino imputetur. Hæc est (vt arbitror) huius tex. sententia, quæ declaratur in d.l.sequitur.§. tunc.& per hoc declaratur l.pen.ff.ad leg.Iul.repet. quę prohibet venditas res contra l. Iul. repetundarum vsucapi,priusquam in potestatem eius à quo profectæ sunt vel heredis eius veniant.& facit lex sequens, ibid.& si res peculiaris surrepta in potestatem serui redierit,solvitur furti vitium, l.interdum. 2. §. sed & si nihil.ff.de fur.scripsi in l.partum. supra eodem.

Potestatis verbum vnde ducatur.

¶ Et dicitur potestas quasi potentiæ status, vel quasi patens status, si Lucæ de Penna in l.2.C.de silentia.lib.12.credatur. Et sic habetis quinque huius verbi potestatis significationes ex Iurisc.on.Quibus gratia facilitatis aliquot alias possumus addere.

¶ Sextò

¶ Sextò igitur in iure potestas sumitur pro auctoritate: vt tutor habet potestatem in pupillum,id est auctoritatem.l.1.ff.de tutel.& in authen.vt defunct.seu fune.in prin.colla.8.& is dicitur facere sua potestate,id est propria auctoritate,vt in rub.de auctori. tuto. hoc docet Alcia.hic:videte an sic ibi accipi possit,vel pro regimine.

Potestas pro auctoritate.

¶ Septimò pro æstimatione,seu valore,vt in tit. C.de vete. numis.potest.lib.11.iuncta l.2. quãuis ibi exponat Luc.pro auctoritate & honore:sed non videtur conuenire illi materiæ.

Potestas pro æstimatione.

¶ Octauò pro ditione: vt si dolo malo cuius factum esse dicatur, quominus hostes in in potestatẽ populi Romani veniant,læsę maiestatis tenetur,l.cuiusque ff.ad leg. Iul.maiest.

¶ Nonò vxor est in potestate viri,id est in subiectione,l.3. §.qui in eiusdem. ibi, verbum potestatis non solum ad liberos trahimus,verumetiam ad seruos.Nam magis est vt hi quo que qui aliquo iure subiecti sunt marito, donare non possint. ff. de dona. inter virum & vxor.& diuus Paulus ad Colossen.3. c. mulieres subditæ estote viris vestris, sicut oportet in domino.& primæ Petri 3.c.& c.satis.& sequen.33.q.5.& per totam quæstionem.plene scribit super hoc Boer.in §.3.de consuetu.iur.sta.persona.

Potestas pro subiectione.

¶ Decimò pro obedientia & arbitrio:vt monachus est in potestate abbatis,c.si religiosus de elect,in 6.glo.in l.cum prætor,ff.de iudi.& in §.rursus.de acti.in Insti.& hæc duo vltima in idem recidunt.

Potestas pro obedientia.

¶ Vndecimò pro voluntate,l.fi.ff.de stipula.seruo.ibi,quia potestas eius serui tunc cum hic contraheret nostra fuit:vel potest ibi exponi pro dominio.

Potestas pro voluntate.

¶ Duodecimo potestatem sui facere is intelligitur qui latitat,seu absens est: sed quando se exhibet,sui potestatem facit.l.2.ff.quibus ex cau.in possess. ea.

Potestatem sui facere quis dicatur.

¶ Decimotertiò pro administratione:vt episcopus habet potestatem rerum ecclesiastica rum,id est curam & administrationem,c.1. de reb.eccle.non alien.c.2.de dona.

Potestas pro administratione.

¶ Decimoquartò potestas dicitur accidens literæ. vnde Priscia. ait tria accidere literæ, nomen,figuram,& potestatem.Archidia. refert in c.magnum.11.q. 1. & Lucas de Penna in l.2.C.de exacto.& excep.lib.12.

Potestas pro accidente literæ.

¶ Decimoquintò, pro dignitate prelationis, c.magnum.11.q.1.& aliquando pro alia, vt supra dixi.

Potestas pro dignitate.

¶ Decimosextò, potestas legis est auctoritas, verba distorquens. Bal. in l.scire leges. ff. de legi.per tex.in l.veteres.de act.emp.quæ parũ facit: sed ego allego tex. expressum in l.1.§. 1.ibi,tamẽ legis potestas aduersus eũ exercebitur.ff.ad Turpil.iuncto tex.ibi,sed legis auctoritati reseruatur. Vis legis est significatio verborũ data ab intellectu ad significandũ proprie verba verò sunt vox formata ab intellectu,& ore prolata,vel scripta,l.Labeo.ff.de supel.leg.

Potestas legis.
Vis legis, quid.
Verba legis, quid.

¶ Decimoseptimò pro arbitrio,l.3.in prin.ff.de eo quod certo loco:vbi ea quæ insunt in stipulationibus non semper sunt in potestate rei,l.non quicquid.de iudi. & supra dixi.

Potestas pro arbitrio.

¶ Decimooctauò in potestatem meam dicitur peruenire res, id est in meam manum & dominium,l.quod in littore.ff. de contra.empti.

In potestatem meam peruenire.

¶ Decimononò pro virtute,robore & effectu,l.actio.in fin.ff. de nego. gest. ibi, maxime cum vtraque actio eiusdem potestatis est,eundemq; habet effectũ: & quando vtraq; dictio iungitur vis & potestas,vt in l.1.ff.de noxa.ibi, quarum actionum vis & potestas hæc est.

Potestas pro virtute,& effectu.

¶ Vigesimò,suæ potestatis dicitur filius, Græcè αὐτεξούσιος id est sui iuris,l.1.de iis qui sunt sui vel alie.iur.& tunc potest contrahere & obligari,l.obligari. ff. de actio.& oblig.

Suæ potestatis, quis.

¶ Vigesimoprimò in potestate res dicitur quando est in rerum natura, glo. in l.quod te. ff.si cer.peta.sed tamen paulo latius ibi acciperem, videlicet quod in potestate non dicitur esse quando apud hostes est, vel non est in nostro commercio:alioqui sic,l. inter stipulantem.§.sacram.ff.de verb.oblig.

In potestate res quando dicatur.

¶ Vigesimosecundò interdicta noxalia ea sunt,quæ ob delictum eorum quos in potestate habemus dantur. ibi potestas intelligitur de ea quam dominus habet in seruos: tamen si materia conueniret patriæ potestati,potestas vtraque comprehenderetur:vt qui in potestate sunt, testari non possunt. l. qui in potestate. ff. de testa. & sic est inspicienda materia, vt sciamus discernere,potestas quomodo accipiatur. l. heredem.ff. de regul.iur.l.fi.de interdi.

Potestas domini in seruos.

¶ Vigesimotertiò potestas pro electione sumitur,in l.sicut testamento,ff.de iur.patro.vbi primò dicitur potestas, postea electio:vel potest accipi ibi pro facultate.

Potestas pro electione.

¶ Vigesimoquartò potestas accipitur pro magistratu,l.fideiussor impetrauit à potestate. ff. de fideiuss.& maximè pro maiori habente merum & mixtum imperium, l. eum qui. vbi doct.ff. de iurisd.omn.iudic.hodie Itali vocant magistratus suos potestates,vt docet plene Ioan.Francis.in tract.de offi.& potesta.capi. sede vacan.in 4. prælud.& ius canonicum sæpius vtitur, ac ius diuinum.si alia iura fuerunt in potestate vestra, in quibus potestas aliter accipitur,hic adiungere poteritis.de his hactenus.

Potestas pro magistratu.

VLPIA. LIB. I. AD LEG. AELIAM SENTIAM.

LEX CCXVI.

Verum est,eum qui in carcere clauditur, non videri neque vinctum, neque

in vinculis esse, nisi corpori eius vincula sint adhibita: tamen ei succurri placet.

¶ Tres habet partes. in prima negatiue concludit: in secunda excipit ibi, nisi: in tertia ibi, tamẽ, decidit clauso in carcere succurri debere. Et hoc dicit, Qui in carcere clausus est, vere non videtur vinctus, neque in vinculis esse, nisi vincula sint suo corpori adhibita: tamen succurritur ei ac si vinctus esset. & licet in nostris libris non habeamus vltimam partem: ego inueni in libro vetustissimo. & verisimile est hanc legem esse truncatam, si sensum & verborum seriem inspiciatis. Cum enim Iurisco. dicit verum est, postea hoc restringere solet per coniunctionem tamen vel attamen, l. verum est, ff. pro soci. & l. verum est. 2. de furt. cum simil.

¶ Item hoc suadetur per verbum videri. Nam Iurisconsult. dicit verum est non videri vinctum qui est in carcere: tamen ei succurrendum docet. & hoc est conueniens l. 1. ff. ex quib. cau. maior. vbi Vlpia. statim succurrendum esse ei dicit, qui in vinculis esset. nec est verisimile quod hic contrarium statuisset.

¶ Item in l. succurritur. ibidem sic ait, Succurritur etiam ei qui in vinculis fuisset: quod non solum ad eum pertinet qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque qui à latronibus, aut à potentiore aut à prædonibus vi oppressus, vinculis coercebatur. Vinculorum autem appellatio latius accipitur. Nam etiam incluſos, veluti latumiis, vinctorum numero haberi placet: quia nil interfit parietibus aut compedibus teneantur. & facit l. in eadem causa. ibidem.

Vincula, quæ.

¶ Vnde si aliquis in carceribus existens, læsus sit, in integrum restitutionem petere poterit, d. l. 1. ff. ex quib. cau. maio. Vincula autem intelligemus siue cõpedes, siue manicas, siue catenas, siue mimellam qua detinentur ligati pedes, caput & brachia, *les ceps* Gal. vocamus.

Prehensio à parte parti, cũ incarceres vterque detrudebatur, reprobata. Arestum.

¶ Veruntamen fuit reprobata prehensio siue captio quæ fiebat à parte parti, *se vendant prisonnier contre quelcun*, & in carceres vterque detrudebatur. Sed is qui cautionem habebat, egrediebatur: quod erat scandalosum, & exemplo pernicioſum. Ob id fuit reprobatum à senatu, anno 1533. die 11. Nouembris. quod est notandum. Nam vilis potuisset sic incarcerare doctorem, nobilem, aut alium, in grauem eorum ignominiam, & absque vlla spedamni resarciendi.

Iudicis sententia non valet, qua ad simplicẽ partis requisitionem pronuntiat res saisiendas.

¶ Insuper ex hoc aresto & rationibus prædictis non valet sententia iudicis, qua ad simplicem partis requisitionem pronuntiat res arrestandas & saisiendas periculo partis, vt solet concedi in Castelleto, non sine graui litigantium incommodo: & ideo non concedendum. Et fuit à senatu reprobatum.

Condẽnatus ad perpetuos carceres, quomodo tractandus.

¶ Adde quod si quispiam à iudice ecclesiastico condemnatus ad carceres perpetuos fuerit, iuxta cap. quamuis. de pœn. in 6. non debet ibidem habere compedes, nec alia vincula, quemadmodum noster tex. ait: qui est in carcere non videtur vinctus, neque in vinculis. Sed sufficit quod sit clausus in carcere, cum pane tamen doloris & aqua mœroris, in cap. noujmus, eodem tit.

Compedes iudicis tantũ auctoritate imponi reis debẽt.

¶ Item male facere dicuntur commentarienses parlamenti Tholosani, qui compedes cuilibet carcerato tribuunt, cum hi iudicis tantum auctoritate imponi reis debeant, & non sine causa, l. 1. & l. si confessus, ff. de custod. reo. Quia carcer de iure ciuili ad custodiendos homines non ad puniendos habetur, l. aut damnum. §. solent. ff. de pœn. l. 1. C. de custo. reo. Et compedes non possunt esse homini sine magna molestia.

¶ Præterea diuus Pius rescripsit, non esse in vincula coniiciendum eum qui fideiussores dare paratus sit, nisi graue scelus eum admisisse constet, l. diuus Pius. 1. ff. de custo. reo. & tunc in vinculis causam dicere debet, l. 2. ff. de custo. reo. Et puto ibi vincula etiam pro carceribus accipi posse: & in l. si confessus. ibidem, vt scribam in l. vinculorum. infra eod. Videte quæ docui in l. qui neque. §. 1. supr. eod. Vel potest intelligi iste tex. ad præcedentem referendo, quod hic ponatur casus specialis ratione libertatis: videlicet quod si seruus ob delictum à domino vinctus fuisset, si postea manumissus fuerit, deditiam libertatem tantum consequebatur ex l. Aelia Sentia. Nempe seruus erat toto vitæ tempore, & in morte liber, §. fi. de liberti. in Insti. Nam delictum prohibet ne plenam consequatur libertatem. Sed Vlpia. hic elucidat quando vinctus dicatur quoad illam legem: & sic respondet, non videri eum vinctum, qui in carcere clausus fuit, nisi adhibita illic fuerint corpori suo vincula: & hoc fauore libertatis, vt plene liber sit, nisi vinctus fuerit. Et sic aliàs regulariter extra istum casum vinctus dicitur, qui est clausus in carcere. & hoc scribit August. in lib. de emenda. iur. c. 8. Cuius sententiæ facilè subscribere quis potest, si prima non placeat. Et sic vitabuntur contraria fortia posita per glo. & doct.

Verum pro sed.

¶ *Verum*, aliquando pro sed sumitur, in l. locus. supra eodem. l. Iulianus. ff. de in integr. resti. Verum etiam dicitur ad differentiam falsi, l. Paulus. infr. eodem. vel ficti, clemen. vna, de dolo, vbi glo. & ego abunde scripsi in tract. de contuma. in 3. tomo commenta. in constitu. Reg. vbi declaratur contumax verus & fictus.

¶ Vero

Verus procurator.

¶ Vero procuratori recte soluitur. Verum autem accipere debemus eum cui mandatum est vel specialiter, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est, l. vero. ff. de solu. Ergo falsus est qui non habet mandatum, vel est reuocatus, l. falsus procurator depositum recipiendo, vel æs alienum exigendo citra domini voluntatem, furtum facit, vbi glo. C. de fur. l. licet. de procura. cap. ex parte decani. de rescrip. c. 1. & c. ex insinuatione. de procura.

Verus tutor, & falsus.

¶ Verus tutor est, constitutus & datus tutor: falsus, qui tutor non est, l. 1. & per totum. ff. quod fal. tut. aucto. gestum esse dicetur. falsus creditor, hoc est is qui se simulat creditorem, si quid acceperit furtum facit, l. falsus. ff. de furt.

Falsus creditor.

Verũ pro æquo & iusto.

¶ Verum aliquando pro æquo & iusto accipitur, in l. omnes. ff. de in integ. resti. ibi, omnes in integrum restitutiones causa cognita à prætore permittuntur: scilicet vt iustitiam earum causarum examinet an verę sint, quarum nomine singulis subuenit: iuncta l. 1. in fi. ex quib. cau. maio. & l. si fideiussor. in fi. de lega. 1. ibi, vero pretio.

De dictionibus repetitis.

¶ *Neque*, hic bis repetitur: & Cicero lib. 1. offici. in vno cap. septies vnum verbum repetit. Sed de hoc videbitur in l. duobus. infra eodem. & quater repetitur in l. 1. depo. bis in l. alienationis. in fin. supra eodem. De hac dictione neque habetur in l. in strato. & l. sequen. & in aliis multis legibus huius tit.

De dictione nisi

¶ *Nisi*, quando oratio negatiua præcedit ponit, vt hic, & l. actione. C. de transact. lege 1. §. inde scribit. ff. depo. ibi, nec debere absolui, nisi restituat. facit l. sæpe. in fi. & l. aliud est fraus. in fi. & l. carbonum. supra eodem. Si verò affirmatiua oratio præcedat, tunc negat, l. 1. §. idem Neratius. ibi, condemnandum te nisi restituas. depositi. & probat l. liberorum. & l. Scæuola. infr. eo. abunde Bar. & alij in d. l. actione. vbi videte, & per Bal. in §. 1. per quos fiat inuest. & ibi Barba. in additio. ad eum. Alex. in l. 1. col. 3. ff. de offic. eius. Præpositi. in cap. præterea. 2. de appel. Ioan. Crotus in repeti. c. primi, in 6. nota. de censi. in 6.

Adhibere pro præstare, vel apponere.

¶ Adhibita, id est præstita & data, appositа, adiuncta. facit lex, qui venenum. ibi, quia eo nomine omne continetur quod adhibitum eius naturam cui adhibitum esset mutet. infra eo. l. pupillus. §. vrbis. ibi, quod in vrbe condita adhiberi solet. Sic adhibere diligentiam, l. socius socio. ff. pro soci. l. 3. & l. si vendita. de peri. & commo. rei vend. Adhibere moram, l. il Iud. ibidem. Adhibere procuratorem debet minor, si conueniat debitorem vt ei soluatur pecunia, id est afferre, adducere, adiungere, l. ait prætor. §. 1. ff. de minorib.

Adhibere pro accipere.

Adhibere metum.

¶ Adhibere pro accipere, admittere. l. fin. §. hac actione ff. nautæ, caupo. ibi, culpæ scilicet suæ imputaturus, qui tales adhibuerit. Adhibere metum, facere, inferre, in l. si cum exceptione. §. aliquando. & §. ergo. & §. fin. ff. quod met. cau. alibi dicitur vim adhibere in l. sed & partus. in fi. ibidem.

Adhibere pro conuocare.

¶ Adhibere pro conuocare, vel in ius vocare, l. nam ita. ff. de adoptio. inde adhibiti testes, rogati, conuocati, l. heredes. §. penul. & l. sequen. §. 1. ff. de testa. Adhibita manu, id est congregata multitudine, l. metum. magna. §. 1. ff. quod met. cau. adhibita vi, in l. ita vulneratus. in prin. ad leg. Aquil. videte in l. mulieris. §. 1. supra eodem.

IABOLENVS LIB. I. EX POSTERIORIBVS LABEONIS.

LEX CCXVII.

Inter illam conditionem, CVM FARI POTVERIT, &, POSTQVAM FARI POTVERIT, multum interest. Nam posteriorem scripturam vberiorem esse constat: CVM FARI POTVERIT, arctiorem, & id tantummodo significare tempus quo primum fari possit.

¶ Hæc lex duas habet partes, prout duo diuersa dicta continet. Secunda ibi, item data. Et prima dat differentiam inter hanc clausulam cum fari potuerit, & hanc, postquam fari potuerit. Posterior vberior est, prior autem arctior, & strictior: quod elucidat lex, si ita fuerit libertas. ff. de manumiss. testa. & l. Stichum. §. Damas. de statulib. lex, ex parte. §. seruo. ff. famil. erciſc.

Conditiones cũ fari poterit, & postquam fari poterit, quid differant.

¶ Duplex igitur vtilitas potest esse: quia si quis promiserit decem aureos Titio cum fari potuerit, si possit fari ante septem annos, legatum statim habebit cum poterit fari: sed si promittam postquam fari cœperit, debetur legatum non statim vt cœpit fari, sed postea arbitrio iudicis. Dicebant quidam addentes etiam primo casu deberi legatum cum fari poterit, licet non plane, sed tanquam puer loquatur: sed in secundo postquam fari potuerit, plene ac intelligibiliter loqui. sed hoc modo prima esset vberior, contra istum tex. & ideo glo. dicit quod differentia ista difficulter colligi potest. Et vtinam Tribonianus verba Iurisco. rectius & fusius nobis tradidisset, & facilius nobis fuisset mentem elicere. glo. adducit l. qui fundum. in 1. ff. de contra. empt. quæ parum facit: sed videte tres leges superius adductas, & faciliorem sensum colligetis.

¶ Secundò aiunt esse vtilitatem, si quis promiserit decem Titio, cum fari potuerit, debetur & legatum septimo anno completo, licet non loquatur: quia regulariter id temporis loquuntur pueri, l. si infanti. C. de iure deli. & intelligitur cum secundũ naturam fari poterit.

¶ Si verò promittam postquam fari cœperit, non debetur legatum, si iste nunquam loquatur, vt dicit Alber. hic, quem sequitur Bart. in l. 1. ff. de iniust. rupt. nempe dictio cum designat rem in potentia naturali, dictio postquam rem in actu existentem, secundum eosdem. Ista tamen vtilitas mihi non placet, quia conditio non videtur adimpleta postquam partus editus non loquitur: quippe legatum debetur cum potuerit fari. Sed is qui non loquitur non potest fari: ergo legatum non debetur, deficiente conditione. Et huius sententiæ est Alcia.

¶ Quid si testator deberi non vult, si non loquatur? ob id expressit cum fari poterit. nec consideratur hic illa potentia naturalis, quam docto. dicunt: imò actus debet attendi, quia verba cum effectu debent capi, l. 1. ff. quod quisque iur. Supra scripsi. & conditiones debent adimpleri in forma specifica, l. qui heredi, ff. de conditio. & demonstra. quod non fieret, si daret illi qui fari non potest, l. 2. ff. rem pupil. sal. fo. Item speciale est in libertate, vt debeatur etiam non adimpleta conditione: sed secus est in aliis rebus. tex. in l. si ita scriptum fuerit, cũ Titius. ff. de manumiss. testa. & l. Aristo. ibidem, & l. Thais. §. libertatem. de fideicom. libert.

¶ Videre si dici possit hanc clausulam, cum fari poterit, intelligendam vt legatum debeatur in ætate septem annorum, si fari puer possit, & non antea. illa clausula, postquam fari cœperit, denotat, vt simul atque fari cœperit, etiam ante septem annos legatum debeatur. Quod videtur probare d. l. si ita libertas. Et sic dicta clausula, postquam fari cœperit, erit verior, sic eam intelligendo. videte Bar. & alios in l. si cui legetur. ff. de lega. 1. & quæ scripsi in l. conditionales. supra eodem.

Arctus, id est strictus. ¶ *Arctiorem*, id est strictiorem. vnde Hermogenianus ait, Quod arctoris annonæ poterat seruus accusare dominum, l. vix certis. ff. de iudi. l. ideo. de compen. Et arctus, strictus. & mulierem ita arctam vt mulier fieri non possit, sanam non videri constat, l. quæritur. §. mulierem. ff. de ædil. edict. exposui in l. mulieris. supra eod.

Arcere pro prohibere. ¶ Arcere, prohibere, continere, coercere significat, in l. si quis fumo incendij arcendi gratia vicinas ædes intercidit. ff. ad leg. Aquil. l. si alius. §. est autem & alia. quod vi aut clam. arceri honore, l. penul. ff. de interd. & relega. l. vna. nil noua. appella. interpo.

Arctare. ¶ Arctare, sæpe vrgere, constringere, l. aut qui. §. 1. ibi, neque tam arctare aduersarium vt intra diem occurrere ad prohibendum non possit. ff. quod vi aut clam. & neque sic arctandus est quis, vt possit ei dici, Cur non multo ante profectus es quam dies promissionis veniret? l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio.

¶ Pœnam arctandam, l. aut damnum. §. quisquis. de pœn. iuncta l. interpretatione. ibid.

¶ Coercere quid sit & coercitio scripsi in l. stipulatio. supra eod.

Exercere, pro tractare. ¶ Exercere pro tractare, discutere, mouere: vt in tit. C. vbi in rem actio exerc. debe. iuncta l. fi. & l. capitalium. §. incendiarij. ibi, nam fortuita incendia, si cum euitari possent, per negligentiam eorum apud quos orta sunt, damno vicinis fuerunt, ciuiliter exercentur. ff. de pœn. l. 2. §. legatis. de iudi.

Exercere pro administrare. Seneschalli, bailliui, locum tenentes, quid obseruare debẽt in assumenda eor. iurisdict. Quid pedanei iudices. ¶ Exercere pro administrare, l. 1. §. caupones autem & stabularios æque eos accipiemus qui cauponam vel stabulum exercent, institores ve eorum, &c. l. fin. §. si plures nauim exerceant. ff. nautæ, caupo. & § proinde si seruus nauim exercuit. ibi, & in l. re communi, §. si seruus. de noxa. l. ea §. si is qui nauem. de exerci. & §. in potestate. ibidem. Ita dicimus quod donatus officio à Rege Franciæ, exercet officium suum: nec administrat antequam fuerit in parlamento receptus, & eius literæ ibi lectæ, publicatæ & registratæ, quoad eos qui iurisdictionem in prouincia ad parlamentũ immediatam habent: vt sunt seneschalli, bailliui, locum tenentes, ac eorũ iudices. alij verò pedanei iudices solent in sede apud præsidem prouinciæ, quẽ seneschallum, aut bailliuum dicimus, siue in proprio subsellio, possessionem adipisci, antequam iurisdictionẽ exerceant, l. Publius. ff. de conditio. & demonstr. vbi Paul. Castren. dicit quod potestas non debet exercere officium, donec iuramentum præstiterit, & fuerit ei decreta administratio, teste Francis. Marco in deci. Delphin. q. 251. in prima parte.

Exercere monetam adulterinam. ¶ Exercere monetam adulterinam, est eam cudere & fabricare, l. sacrilegij. 1. §. qui cum in moneta ff. ad leg. Iul. pecul. ibi, hi non videntur monetam adulterinam exercuisse, sed furtum publicę monetę fecisse.

Exercere, ad exercitium ducere. ¶ Exercere, ad exercitium ducere, l. 1. §. 1. ibi, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. nam vt Papinia. respondit, facti quidem quęstio in arbitrio iudicantis: pœnę verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur. ff. ad Turpil. l. ęquissime. §. proinde. ibi, vel quas lapidicinas paterfamilias instituit exercere poterit. de vsuf.

Exercere litẽ. ¶ Exercere litem, prosequi, l. non distinguemus. §. item si quis. ff. de arbi. iuncta l. 2. §. legatis, & l. si legationis. de iudi.

Exercere pœnam. ¶ Exercere pœnam, l. fi. ff. de priua. deli.

¶ Exercere

Exercere piscationem. ¶ Exercere piscationem, l. venditor. ff. commu. prædi. ibi, ne contra eum piscatio thynnaria exerceretur, id est fiat in sui præiudicium. Exercere actionem, mouere, intendere, l. 1. §. 1. ff. de seruo corrup. ibi, hanc actionem posse exercere opinamur. l. ita demum. de arbi. l. in factum. de actio. l. fin. ad leg. Iul. pecul.

Exercere iudicium. ¶ Exercere iudicium, idem. l. communi diuidundo. §. 1. ff. commu. diui. ibi, qui in rem Publicianam habent, & communi diuidundo iudicium possunt exercere.

Exercere figulinam. ¶ Exercere figulinam, l. veluti. ff. de serui. rusti. prædi. ibi, sed si vt vasa venirent figulinæ exercentur, id est ars illa figulorum tractatur, administratur & excolitur.

Exercere pro agere. ¶ Exercere pro agere, facere: Quod quis suo nomine exercere prohibetur, id nec per subiectam personam agere debet, l. 2. §. 1. ff. de admin ist. rer. ad ciuita. pertinen.

Exercere misericordiam. ¶ Exercere misericordiam, facere misereri, l. si hominem. ff. depo. ibi, intempestiuè misericordiam exercuit.

Exercere pro venari. ¶ Exercere, capere, venari, l. vsufructuarium. §. 1. ff. de vsufr. ibi, si viuariis inclusæ feræ, in ea possessione custodiebantur, quando vsusfruct. cœpit, num exercere eas etiam fructuarius possit.

Exercere tabernam, stabulum, negotiationem. ¶ Exercere tabernam, pro excolere, tenere, l. habebat. §. si duo pluresve tabernam exercebant. ff. de instit. acti. Stabulum, idem. in l. ex malefi ciis. in fin. ff. de actio. & obliga. Negotiationem, in l. sed & si pupillus, §. proscribere. de insti. acti.

Exercere appellationem. ¶ Exercere appellationem, prosequi, agitare, l. 2. §. legatis. ff. de iudi. ibi, ei quoque qui ipse prouocauit, non imponitur necessitas intra tempus prouocationis exercendæ Romæ, vel alio loco, vbi prouocatio exercetur, aliis pulsantibus respondere.

Exercere pro exercitare. ¶ Exercere pro exercitare, *exercer.* inde in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exerceri ait Iurisc on. in l. ancillarum. in fi. ff. de peti. heredi.

Exercere cœnacularium. ¶ Exercere cœnacularium dicitur, qui domos totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabat, vt inde quæstum faceret pluris in summam locando, *bailler à louage des chambres.* l. si vero. §. idem. ibi, nam & si cœnacularium exercens. ff. de his qui deiece.

Exercere fœnus. ¶ Exercere fœnus, fœnerari, sub vsuris mutuare, l. principalibus. in fin. ff. si cer. peta. vbi principalibus constitutionibus cauetur ne hi qui prouincias regunt, circave eas sunt, negotientur, mutuamve pecuniam dent, fœnúsve exerceant.

Exercere pecuniam. ¶ Exercere pecuniam est fœnori alteri mutuare, non in vsus suos conuertere illam, l. idemque. §. sed & si pecuniam. ibi, quod si non exercuerit pecuniam, sed ad suos vsus conuertit, in vsuris conuenietur. ff. manda.

Exercere vectigalia. ¶ Exercere vectigalia, id est conducere, exponit glo. in l. spurij §. decurio. ff. de decuri. ibi, decurio etiam suæ ciuitatis vectigalia exercere prohibetur. l. Imperatores. in fin. de pollicit.

Exercitor. Exercitor nauis. ¶ Exercitor, qui aliquam rem exercet. inde mensæ argentariæ exercitores exprimuntur in l. prætor. ff. de eden. Exercitorem etiam dicimus eum ad quem obuentiones & reditus omnes proueniunt, siue is dominus nauis sit, siue à domino nauem per aduersionem conducit, vel ad tempus vel in perpetuum, l. 1. §. exercitorem. ff. de exerci. acti.

Exercitoria actio. ¶ Exercitoria actio tunc locum habet cum quis seruum suum magistrum naui præposuerit, & quid cum eo eius rei gratia cui præpositus erit contractum fuerit. ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur ad quem quotidianus nauis quæstus pertinet, §. 1. quod cum eo. in Institu.

Exercitatio. ¶ Exercitatio, exercitium, tractatio, & vsus. inde officium tribunorum est, vel eorum qui exercitui præsunt, milites in castris continere, ad exercitationem perducere, claues portarum suscipere, &c. l. officium. §. officium. de re mili. ff.

Exercitus. ¶ Exercitus, militum multitudo, quod ab exercitatione nomen traxit, l. 1. in fi. ff. de testa. mili. Melior enim fit exercitus exercitatione. Et licet videre de militibus Hannibalis, qui postquam Campanorum deliciis deliniti fuerunt, pristinum robur viréque amiserunt, vt narrat Liuius de 3. bel. Punico. Et exercitum nõ vnam cohortem, nec vnam alam dicimus, sed numeros multos militum, l. 2. §. exercitum. ff. de his qui notan. infa. lege, rem mihi. commoda.

Primum. Prima fronte. ¶ *Primum* dicitur quod nullum præcedit, l. proximus. vbi scripsi, supra eod. prima fronte dicit Iurisc on. in l. quingenta. de probati. ff. pro eo quod prima facie protulit in l. cum vnus ff. de alimen. & cibaria lega.

§. Item ita data conditione, ILLVD FACITO IN DIEBVS, si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet.

Dictio, in diebus, quid denotet. ¶ Qui promisit dare vel facere in diebus, post duos dies tenetur: quia pluralis locutio duorum numero est contenta. regula pluralis. de regu. iur. Et audiui vnum officialem condemnantem post dies, debere intelligi post duos: nempe vbi numerus non adiicitur, in

dubio de duobus intelligitur, l. vbi. ff. de testi. vel arbitrio iudicis relinquendum, dicit gl. in c. statutum. §. insuper. de rescrip. in 6. Doct. in c. de causis. de offi. deleg. qui debet arbitrari, vt hic. vnde singu. glo. in l. vsuræ. C. de vsu. dicit Antichristum regnaturum per tempus & tempora & dimidium temporis: & exponit per tempus, id est per annum: per tempora, id est per duos annos: & per dimidium temporis, id est per medium annum. Quam glo. sequitur Barba. in c. ad nostram. col. vlt. de reb. eccle. non alie. c. ex literis. col. 12. nu. 48. de constitu. & consi. 19. col. 3. in fin. vol. 1. & illam l. vsuræ, interpretatur Budæ. in secundis annota. in rub. ff. ad leg. Iul. maiest.

Ad gloss. l. vsuræ. C. de vsur.

¶ Idem si quis promiserit decem post annos, intelligitur post duos annos, l. libertas, in fin. ff. de manumis. testa. Feli. in c. plerunque. de rescrip. idem si dicatur in illis diebus, intelligitur de duobus. glo. Bar. & alij in l. eum qui Calendis. ff. de verbo. oblig.

Clausula, post annos, quid denotet.

¶ Contrarium & verius firmat ibi Paul. Nam qui sic promisit, videtur se retulisse ad communem loquendi vsum, quo solemus in infinitum significare: vt in Euangelio, in illis diebus esse facta. Et sicut illud tempus est prolixum, & non plane omnibus certum, ita is qui sic promisit obligari noluit, nisi aliud appareat, vt infra dicam. sic qui promisit ad Calendas Græcas, noluit obligari, quia Græci Calendas non habent.

¶ Limitatur quando appareret de contraria disponentis voluntate: quæ si probari possit, valebit, l. libertas. §. fin. ff. de manumis. testa. si verò non possit probari, omissio actum vitiat, l. ita stipulatus. ff. de verbo. oblig. verbi gratia, si quis dicat in illo tempore, dum certum sit si probari possit, l. diuus. §. cum autem. ff. de offi. præsi.

¶ Secundò vitiatur ratione subiectæ materiæ: nempe si quis Romam in diebus ire promittat, non sic intelligitur, sed quando commode ire poterit, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. vel si loquamur de certis annis, intelligitur de tribus. glo. in l. aduersus. C. de vsur. l. si certus. de pact. C. & ideo iudex arbitrabitur pro qualitate materiæ, vt in odiosis actum non valere arbitretur, d. l. libertas. §. fin. ff. de manumis. testa. in fauorabilibus secus, ibidem.

Clausula, in certis annis, quid denotet.

¶ Tertiò non procedit quando aliquis promisisset in tribus terminis: tunc debet intelligi in tribus annis, teste Bar. in l. 3. in prin. ff. de annu. lega. per illum tex. Feli. in d. c. plerumque. de rescript.

In tribus terminis qui promisit, quando teneatur.

¶ Sed Alex. & Ias. in d. l. eum qui. ff. de verbo. oblig. & in l. qui bona. §. fin. ff. de dam. infe. dicunt intelligi de tribus diebus, veluti de tribus terminis magis proximis, d. l. eum qui Calendis: dicentes d. tex. in l. 3. nil facere pro Bar. sententia: quia loquitur de annua bima trima die, quod verbũ aliam habet significationẽ quam dictio terminus. Concludunt tamen Cuma. & Ias. in d. l. eum qui Calendis. arbitrio iudicis relinquendũ: quia si non inuenimus tempus declaratum à iure, stamus iudicis declarationi, l. 1. ff. de iure delib. Ego puto intelligendum de tribus terminis anni: ideo videndum erit quibus verbis stipulatio concepta sit. Si enim quis promittat soluere centum intra annum per tres terminos, *en trois termes*, tunc annus diuiditur per quatuor menses: & prima solutio fiet post quatuor menses, & sic aliæ. nisi conuentum fuerit quod prima solutio statim fiat: tunc secunda post quatuor menses etiam fiet & alia etiam post alios quatuor menses.

¶ Si verò dicatur, promitto soluere centum in quatuor terminis anni consuetis, *aux quatre termes accoustumés*, tunc intelligetur quod in primo termino, id est post tres menses soluat quartam partem, post alios tres aliam debiti partem, post alios tres aliam, & post alios tres reliquum. Et hoc est ratione consuetudinis, quæ habet has terminos assuetos: puta festum Paschatis, sancti Ioannis, diui Remigij, & Natiuitatis in hoc patria. Sic etiam dum aliquis diceret intra terminum iuris, vt in dote quam promisit restituere intra terminum, intelligitur intra terminum iuris, l. vnic. §. exactio. C. de rei vxo. actio.

¶ Et sic concludendum puto, quod si quis promiserit intra terminum, quod intelligitur de termino iuris, quando erat taxatus, clemen. 2. de appel. quia in dubio quis videtur cogitare de eo termino, quem lex statuit, arg. l. si duo. ff. de acquir. here. si verò non erat à iure taxatus, sed à consuetudine, intelligetur de termino consuetudinis. & si de his non appareat, tunc arbitrio iudicis res relinquitur, per d. l. 1. ff. de iure delib.

Intra terminũ soluere qui promisit, quando teneatur.

¶ Et si terminus taxatus fuerit à iure, & aliter à consuetudine, stabimus termino consuetudinis, quæ iuri derogat, l. de quibus. ff. de legi. De terminis vbis scribit l. fin. ff. de offi. præfe. vrb.

PAPINIAN. LIB. XXXVII. QVAESTIO.

LEX CCXVIII.

Verbum facere omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

¶ Verbum

¶ Verbum facere generale est, complectens omnem faciendi causam: estque in varias ductum significationes, vt inferius patebit. Et quod hic Iurisc. generaliter exprimit, postea sigillatim more boni oratoris recenset: imò etiam facti nomine & non factum continetur, l. qui non facit. ff. de regul. iur. & id quod nostrum est sine facto nostro à nobis auelli non potest. ibidem. & ibi, sine facto nostro intelligitur etiam non factum. scripsi in glo. prout. in interpreta. l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & in lege, facere. supra eodem.

Facere verbi quid complectatur.

¶ Itaque generaliter facta dicuntur furta cædesque, aut dicta, vt conuitia & infidæ aduocationes: aut scripta, vt falsa & famosi libelli: aut consilia, vt coniurationes: & generaliter omnia quæ fiunt. l. aut facta. ff. de pœn. c. aut facta. de pœniten. dist. 1.

Facti nomen generaliter quid comprehendat.

¶ Vnde factores vocat Iurisc. on. in l. solent. ff. de custo. reo. eos qui fecerunt delictum. & ibi dicit, debere præsidem scribere ad collegas suos, vbi factores agere dicuntur, & desiderare vt ad se remittantur cum prosecutoribus, id est cum aliquibus custodibus qui sequantur istos delinquentes. Persequi ibi pro perfecte sequi, licet aliter capiatur in l. actionis verbo supra eo. Factor etiam dicitur generaliter qui aliquid facit. inde deum factorem cœli & terræ dicimus.

Factores.

¶ Vnde qui præpositum suum non protexit cum posset, in pari causa factori habendus est: si resistere non potuit, parcendum ei, l. omne delictum. §. penul. ff. de re mili. id est milites qui non protexerunt suum Regem, vel præpositum, tenentur sicut illi qui delictum fecerunt, & in pari causa cum factore sunt, id est cum illo qui fecit delictum, & ita puniendi, vt postea subiicit ibi tex. sed in eos qui præfectum centuriæ à latronibus circunuentum deseruerunt, animaduerti placuit. Quem tex. allegaui contra apparitores, qui ex leui causa fugere & præpositum suum deserere solent.

¶ Factio pro secta: & factiones publicanorum, diuisiones & sectæ illorum sunt, l. quantæ audaciæ, quantæque temeritatis sunt publicanorum factiones, nemo est qui nesciat. ff. de publi. Duces factionum, id est conspirationum scribit Iurisc. on. in l. constitutiones. in fin. ff. de appel. Factiosam familiã, seditiosam & malam vocat Iurisc. in l. sed & hi. §. fi. de public.

Factio pro secta.
Factiosa familia.

¶ Seditio prærupta, & factio cruenta, pro seditione pernicioſa & coniuratione sanguinolenta, quę vitę multorum noxia est: scribitur à Iurisc. on. in l. si quis filio. §. hi autem. in fi. ff. de iniusto, &c. loquitur etiam in l. 2. §. & cum placuisset. de orig. iur.

Factio cruẽta.

¶ Factiosi, id est seditiosi, quasi ad factionem affecti. Et ex proposito delinquunt latrones, qui factionem habent, id est malam & pernicioſam societatem, l. respiciendum. in fin. ff. de pœn.

Factiosi.

¶ Factio etiam dicitur res quę fit, siue actus faciendi: vt testamenti factio, l. testamentum. & d. §. hi qui. in princ. quę est duplex, actiua, quando quis testamentum facere potest, l. pater. §. fi. ff. de capti. & l. in bello. §. codicilli. ac l. bona. ibidem. l. pater. §. fundum. de lega. 3. l. 1. §. si quis autem. de bono. possessi. contra tab. Passiuam testamenti factionem quis habet, quando in testamento institui heres potest. vnde dicit Imperator, testamenti factionem non solum habere videtur is qui testamentum facere potest, sed etiam qui ex alieno testamento, vel ipse capere potest, vel alij acquirere, licet non possit facere testamentum. & ideo furiosus & mutus & similes testamenti factionem habere dicuntur, §. testamenti autem. de hered. quali. & diffe. in Institu. l. eius. in fi. ff. de testa. l. relegatorum. §. siue ad tempus. de interd. & releg. l. fi. pro here. §. seruus. 3. de here. institu. Alias etiam ibidem interpretari potest facultas testandi, id est licentia, potestas seu ius testandi.

Factio, pro re quæ fit.
Testamenti factionem quis habere dicatur.

¶ *Dandi.* Primò verbum facere dandi causam complectitur: vt si heres iussus sit facere vt Titius habeat centum, cogendus est centum dare, l. si heres. ff. de lega. 1. hoc Alcia. firmat: sed longe petitum est. videre si dicamus, Iudicibus denegamus copiam faciendi, gratiam delinquendi, id est dandi. tex. in l. iudicibus faciendę cuictionis copiam denegamus. C. de cursu publi. lib. 11. vbi Lucas exponit faciendę, id est concedendę. Et iudex fecit dilationem parti, id est dedit. Facio tibi potestatem pecuniç, & facere potestatem dicendi, id est dare facultatem dicendi, Liuius lib. 5. bel. Punic. Alij in tex. habent donandi, alij dandi; sed vtraque lectio in idem recidit. Vel forte dici potest verbum facere dandi causam complecti. nam quod dolo malo factum est, per actionem de dolo restituendum est, l. 1. ff. de dolo. si aliquid datum dolo malo fuerit, actio doli mali dabitur, d. l. 1. & seq. ff. quę in fraudem credito. & sic verbum facere dandi causam complectitur.

¶ Idem dici potest in verbo soluendi, vt si quid solutum fuerit dolo, quod non debebatur, etiam sub verbo facta in edicto prætoris posita comprehendi. Et idem si dolo pecunia mutua data sit, & numerata. nam verbum facere & numerandi causam cõtinet. In his & aliis casibus dolus punitur, vt in titul. de dolo. Etiam quæ in fraudem creditorum facta erunt, rescindi debent, per totum titulum ff. quæ in fraudem credito. ideo & quæ data solutaue, numerata aut aliter gesta fraudationis causa erunt, actio à prætore dabitur, d. l. 1. 2. & seq. ac per totum, ff. quæ in fraudem cred.

¶ Ex

Obligationib. faciẽdi & dandi quid succedat.

¶ Ex hoc dicebant quidam subuerti posse communem opinionem, quæ habet quod in obligationibus faciendi succedit obligatio ad interesse: & in obligationibus dandi quis dare præcise tenetur, in l. stipulationes non diuiduntur. & l. vbi. §. fin. ff. de verbo. obliga. nempe postquam verbum facere comprehendit obligationem dandi, vt hic: ergo obligatus ad faciendum, obligatur ad dandum. & sic præcise tenetur is qui est obligatus ad faciendum, cum etiam dare teneatur. Et forte potest dici, quod quamuis verbum facere complectatur causam dandi, & significet dare, tamen quando ad dationem refertur, tunc est obligatio dandi, & non faciendi: & sic sequetur regulas obligationum dandi. Si verò ad factum referatur, tunc obligatio ad interesse succedit, sicut in aliis faciendi obligationibus. Et ita iudicari ex materia, vt si feci tibi mutuum, id est dedi, tunc dandi naturam sequetur, & est dandi obligatio. si verò promittam domum facere, est obligatio faciendi. Cogitate. Ex hoc subtilis conclusionem sustinere posset, In obligationibus facti quis præcise cogi potest, imò cogi non potest. & per prædicta vtraque vera est. quod est notandum. Etiam potest dici, quod si verbum habeat plures significationes, propria accipienda est, per tex. in l. mortis causa capitur. in prin. ff. de dona. cau. mor. cum plures habeat significationes, propria considerabitur, & non aliæ.

Facere, soluendi causam complectitur.

¶ *Soluendi.* Secundò verbum facere soluendi causam complectitur: vt si quis iudicatum facere promiserit, id est soluere id in quo fuerit iudicatus, vel condemnatus, l. fin. ff. si cert. peta. l. fideiussor. de fideiussori. l. argentarius. in fin. de iudi. vel facere iudicatum, est parere rei iudicatæ, satisfacereque iudicatis, l. decem. de verbo. oblig. Et si iudex cogat partem facere iudicatum, id est soluere & satisfacere id in quo est iudicatum, l. si feriatis. ff. de feriis. & l. & si condemnatus. ff. de noxal.

Quatenus facere potest.

¶ Alci. dicit istum tex. sic intelligi posse, l. sunt personæ quæ in id quod facere possunt conueniantur, id est soluere. ff. de re iudi. l. facere. solu. matri. l. donatione. & l. qui id quod. de dona. priora tamen exempla forte textui melius conuenient: nempe Imperator in §. item si de dote. de actio. in Instit. exponit, inquantum facere potest, id est quatenus facultates patiuntur, deducto ne egeat, d. l. sunt personæ. cum sequen. de re iudi. ff.

Facere, numerandi causam complectitur. Paria facere.

¶ *Numerandi.* Tertiò facere verbum comprehendit numerandi causam. sic intelligit Alci. videlicet facere numerare est. Vnde paria facere dicetur, qui pecuniam quam acceperat numerauit, & id quod debet reddidit. istud est ignotum per ignotius exponere. ideo ego puto rectius posse intelligi sic: videlicet verbum facere complecti causam numerandi: vt si dicam facio tibi copiam argenti, id est pecuniam numero, & mutuo. Plautus in Asinaria sic ait:

Facere contra ctum re.

hodie me orauit Argyrippus vt sibi amenti facerem argenti copiam. Et facere contractum re, id est numeratione, exponit tex. in l. certi condictio. §. 1. ff. si cert. pet. & facere mutuam pecuniam est numerare, vt ibidem.

Facere verbũ iudicandi causam complecti tur. Facere iudiciũ.

¶ *Iudicandi.* Quartò facere verbum iudicandi causam complectitur: vt cum dicimus factum esse eius iudicium, secundum Alci. vel potest dici facere iudicium est iudicare, vt Plinius, Si verum facere iudiciũ volumus. & Cicero, Vt primum iudicium perætatem facere. potueris. Hieremiæ c. 22. facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris. vnde Regum est officiũ facere iudicium & iustitiam, c. Regum. 23. q. 5. inde Galli dicunt *faire iustice pour iuger.* Censuram vini in epulis Regis facere, est gustare, probare: & quod vulgo dicimus, *faire l'espreuue & l'essay.*

Facere, ambulandi causam continet. Iter facere, & agere.

¶ *Ambulandi.* Quintò verbum facere ambulandi causam continet: vt iter facere, ambulare est, l. 3. supra eodem. l. heres absens. §. proinde. ff. de iudi. l. 1. §. 1. de iis qui deiece. ibi, quia iter facientibus prospicitur. l. cum in plures. §. vehiculum. loca. l. 3. §. fed si ex improuiso. de re mili. l. eius. in fin. ad municipa. l. 1. §. Iulia. de itin. actúque priua. Et interdum dicit Iurisconsiter agere pro ambulare, in l. vnic. ff. furt. aduersus nautas. Interdum iter facere est viam construere, de nouo facere, vel præparare viam, qua ambulari possit, *faire chemin*, in l. si iter legatum sit, quo nisi opere facto iri non possit, licere fodiendo substruendo iter facere, Proculus ait. ff. de seruitu. & melius in l. si partem. ff. quemad. serui. amitt. Et hę sunt quinq; significationes exempli gratia à Iurisconsulto descriptæ, quibus non erit alienum aliquot alias subnectere huius verbi phrases, & ordinem literarum sequendo facilioris doctrinæ causa.

Abortum facere.

¶ Primò ABORTVM facere, est puerum ante tempus eiicere, l. 3. in fi. ff. de statulib. Et quo modo puniatur abortum faciendo, docet text. in lege, si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn.

Accipientis facere.

¶ Accipientis facere, est transferre dominium in accipientem, l. eius. versic. & si tibi in hoc dederim nummos veteos Sticho credas, deinde mortuo me ignorans dederis, accipientis non facies. ff. si cert. peta. l. 3. §. subtilius. de condict. cau. data. l. 1. ff. de dona. nempe si quis rem alienam donat eam accipientis non facit, l. si tibi. ibidem, l. si peculium. §. 1. ff. de statulib. l. adhuc. §. 1. ff. de vsuf. ibi, nihil fecit accipientis. & quando quis commodat, non facit rem accipientis, l. 1. ff. de preca. & si pupillus soluat, non statim pecunia fit accipientis, l. quod si forte. in fin. ff. de solu. Actoris vsumfructum facere tenetur dominus proprietatis, dando seruum

seruum pro noxa, licet ipse fructus non habeat, l. si ex duobus. in fin. ff. de noxa. l. bonæfidei. ibi, non facit quidem actoris. ff. de noxal. Et quia exempla hic multa sunt, non adducam, propter breuitatem, iurisconsulto verba.

Acceptam facere stipulationem.

¶ Acceptam facere stipulationem, est eam remittere, l. 2. §. aliud. ff. de dona. vel accepto facere, est pro recepto habere, l. sane. ff. de acceptil. l. quod stipulatus. de solu.

Acceptum debitum facere. Acceptilatio.

¶ Acceptum debitum facere, est illud remittere, & pro accepto habere, ac debitorem liberare. inde Acceptilatio liberatio est per mutuam interrogationem, qua vtriusque contingit ab eodem nexu solutio, l. 1. ff. de acceptil. l. cum decem. §. fin. ff. de solu. dixi abundantius in l. aliud est capere. supra eodem.

Acetum facere.

¶ Acetum fecerit, notum est, l. si seruus. §. eum qui spurcauit, vel effudit, vel acetum fecit. ff. ad leg. Aquil.

Accessionẽ seu decessionem facere.

¶ Accessionem vel decessionem facere, est augere, vel diminuere, l. vicinus. in fin. de aqua plu. arcen.

Actionem temporalem facere.

¶ Actionem temporalem facere, notum est, l. 1. §. merito. ff. quando de pecul. actio est annal.

Adulterium facere.

¶ Adulterium fecerit, id est commiserit, l. denuntiasse. §. quid tamen. ff. de adult.

Agendi potestatem facere.

¶ Agendi potestatem facere, id est facultatem præbere & concedere agendi, l. 3. §. si plures. ff. de sepul. viol. l. 1. §. item si quis. ex quib. cau. maio. l. ait prætor. in fi. ibid.

Appellationem facere.

¶ Appellationem facere, est appellationem emittere, appellare, l. 1. ff. an per alium cau. appel. reddi possint.

Aquarios sulcos facere.

¶ Aquarios sulcos facere, est sulcos parare ad aquam fluendam, l. 1. §. de eo. ff. de aqua pluui. arcen. l. vicinus. ibidem.

Artificem facere.

¶ Artificem facere, est docere artificium, l. quod si artificem fecerit. ff. de rei vindi.

Argentariam facere.

¶ Argentariam facere, est officium seu artem argentarij & vsuram exercere, l. prætor. §. sed & si seruus. ff. de eden. Elucidaui in l. boues. §. fi. supra eod.

Artem ludicram facere. Ars ludicra. Ludicrum.

¶ Artem ludicram facere, est illam exercere artem, l. quædam. ff. de pœn. l. athletas. de iis qui not. infa. §. designatores. vbi quod dicit facere, postea exercere. l. lege Iulia. §. hoc capite ff. de vi publ. l. qui iudicio. de accusa. Et ars ludicra est ars histrionica, & scenica. Ludicrum etiam potest dici quodcunque ioculare ac lusorium.

Beatum facere.

¶ BEATVM facere, beare est, l. bonorum appellatio. supra eod.

Balneatorem facere.

¶ Balneatorem facere, l. sed & si quid. 1. §. 1. ff. de vsuf. ibi, mancipiorum quoque vsufructu legato non debet abuti, sed secundum eorum conditionem vti. nam si librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat, vel histrionem balneatorẽ faciat, vsufructuarius debet vti vsufructu histrionis ad ludos: & tamen si eum facit balneatorem balneorum, vide licet magistrum & rectorem, quibus balneis est omnino alienus, certè abutitur vsufructu.

Calix diatretus.

¶ Bonum seruum facere malum, est illum corrumpere, l. 1. §. penul. ff. de seruo corrup.

¶ Calicem diatretum facere, est calicem conflare. diatretum, foratile, pertusum, tornatile, aut torno factum exponit Bud. in l. si seruus. §. si calicem. ff. ad leg. Aquil. à verbo τρέω, quod perforo & pertundo significat. Inde calices diatreti, cælati & tornatiles vocantur, licet glo. in d. 1. si calicem. exponat facere pro reficere, cum longe aliud sit facere quam reficere, l. 3. §. penul. ff. de iti. actuque priua.

Cautionem facere.

¶ Cautionem facere, cauere est, cautionem præstare, l. minor. ff. de minor. ibi, & cautionem eidem debitori quasi creditæ pecuniæ fecerat.

Certam condemnationem facere.

¶ Certam facere iudex debet condemnationem, id est certam sententiam proferre, l. in summa. §. 1. ff. de re iudi. §. curare. de acti. in Institu. & in rub. C. de senten. quæ sine cer. quanti. vel in iudi. vel extra iudicium. l. 1. de abigeis. ibi, de quorum proprietate faciebat controuersiam. l. si fiscus. de iure fis. l. non distinguemus. §. illud. de arbi.

Certiorem facere.

¶ Certiorem facere est certum aliquem reddere, & illi actum notificare, l. qui absenti. in prin. ff. de acquir. posses. & l. si de eo. §. seruum. ibidem, l. ancillam. pro suo, l. stipulatio ista. de verbo. oblig. in prin. & §. 1. & l. ratum, de solu. Et quod Iurisconsulto alibi dicit certiorare, in l. 3. §. & si heres. ibi, partem debuit certiorare. ff. de minori. & in l. item veniunt. §. petitam. de petiti. heredi. l. si fideiussori. 1. manda. Et Iurisconsulto alibi dicit certiorari, in l. voluit. ff. de interrog. acti. & in l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiur. & in l. 1. in fi. de actio. empti.

Clam facere.

¶ Clam facere est furtim facere, secrete, l. 2. §. si in re. ff. vi bon. rap. iuncta l. faciendа. arbo. fur. cæsa.

Collegium facere.

¶ Collegium facere tres Neratius existimat, in l. Neratius. supra eod. ibi exposui.

Contumeliam facere.

¶ Contumeliam facere, id est iniuriam inferre, l. litigatores. ff. de arbit.

Conditionem meliorem facere.

¶ Conditionem meliorem facere, id est afferre meliorem conditionem, l. 1. & 2. ff. de in diem adiect. vbi in vna lege est vnum, & in altera est aliud. exposui supra nomen conditionis in l. conditionales.

Conditionem deteriorem facere.

¶ Conditionem deteriorem facere, est præiudicium afferre, lege prima. §. primo. ff. de separa.

¶ Constitutio

¶ Constitutio facit ciuem,id est lex efficit, seu reddit ciuem, l. in bello. §. manumittendo.ff.de capt.

Constitutionẽ rerum suarum facere.

¶ Constitutionem rerum suarum facere, id est constituere res suas in aliquo loco, vbi esse velit, l.in lege censoria.supra eodem.

Creditam facere pecuniam.

¶ Creditam facere pecuniam, est facere vt sit mutuum,l.si socius.ff.si cer.peta.ibi, secus si propriam pecuniam dederit,mutuam omnimodo pecuniam creditam facit.

Crimen peculatus facere.

¶ Crimen peculatus facere,id est crimen peculatus committere, l. sacrilegij. 2. §. eodem capite.ff.ad leg.Iul.pecul.ibi, non solum pecuniam publicam, sed etiam priuatam crimen peculatus facere,si quis quod fisco debetur, simulans se fisci creditorem accepit, quamuis priuatam pecuniam abstulerit.

Conuitium facere.

¶ Conuitium facere est iniuria quem afficere: vt declarat Iurisconsul.in l.item apud.§.fecit se conuitium non tantum is videtur, qui vociferatus est: verum is quoque qui concitauit ad vociferationem alios,vel qui submisit vt vociferentur.ff.de iniur.& l.si plures.ibid.

Copiam describendi facere.

¶ Copiam describendi facere,id est facultatem scribendi concedere,vt exemplum habere possit,l.1.ff. de eden.ibi, edere est etiam copiam describendi facere.

Copiam sui facere.

¶ Copiam sui facere,est se exhibere,& apparere, & occursum creditoris euitare. Cuius contrarium est latitare, l.Fulcinius.§.illud sciendum.cum §. latitare. ff. quib.ex cau. l.1. §. adeundi.ff.quando appel.sit.l.si legatario.de fideicom.liber. ibi,copiam sui non faciunt. l. eum qui.2.ff.de priuil. credi.& alibi pro eo Iurisconsul.scribit copiam sui præstare,l.1. in prin. ff.de requir.re.& sui potestatem facere,in l.mora ff.de vsur.

Contra legem facere.

¶ Contra legem facere,est facere id quod lex prohibet,l. contra legem. ff. de legi. Bal.& alij in l.non dubium.C.illo tit.& aduersus edictum dicit tex.in l.si opus nouum.ff.de noui oper.nuntia.& contra edictum l.ędibus.ibidem,& l.prętor.§.1.ibidem, l.2.ne quis eum contra testam.face.Et alia videte in l.cum in testamento.supra eod.

Cõtrouersiam facere.

¶ Controuersiam facere est litem mouere,seu quæstionem, l. diui fratres. §. 1. ff. de libe. cau.l.permittendum.si pars here.peta.l.3.§.hoc interdictum.vti posi.l.3.§.Iulianus.de libe. exhib.quicquid ibi dicat glo.vbi dicit excipiendo,facere ibi controuersiam.quod non est verum:quia pater agebat interdicto de liberis exhibendis, & filium in potestate dicebat:filius autem excipiebat.& sic pater mouebat controuersiam experiendo. Si verò simpliciter dicatur facti specie citata,controuersiam facit,id est dubium est,& dubitationem facit.

Cõparationem facere.

¶ Comparationem tutoris vel pupilli debitoris feciſſe,id est similitudinem,l. Stichum. §. si mandato. ff. de soluti. ibi, & ad hoc pertinet tutoris vel pupilli debitoris non feciſſe comparationem.

Damnũ facere.

¶ Damnvm facere,est damnum sentire,pati,l.Proculus.ff.de damno infe.ibi, quia non debebat videri is damnum facere qui eo veluti lucro quo adhuc vtebatur, prohiberetur: multúmque interesse vtrum damnum quis faciat,an lucro quod adhuc faciebat vti prohibeatur. Vel est damnum dare,l.quantæ.ff.de publica.ibi, item si damnum per iniuriam fecerit,& l. nemo damnum facit nisi qui id facit quod facere ius non habet. de regul. iur. l. si seruus.§.si quis alteri damnum fecerit,quid vsserit. ad leg. Aquil.

Debitum suum facere.

¶ Debitum suum facere,est id quod est ei debitum recipere, l. quod autem. §. sciendum ff.quæ in frau.credi.vbi glo.

Debitorem facere.

¶ Debitorem facere est debitorem constituere, acquirere sibi debitorem, l. nuda ratio non facit quem debitorem.ff.de dona.

Deductionem facere.

¶ Deductionem facere ex mercede,id est de mercede deducere,l.habitatores si non paulo minus commode aliqua parte cœnaculi vterentur, statim deductionem ex mercede facere oportet,ff.loca.

Demonstrationem facere.

¶ Demonstrationem facere,est demonstrare & ostendere,l.de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de noui ope.nunti.Et ideo Latine vti possumus,demonstrationem facere,pro eo quod nostri dicunt,*faire veuë*: & Budæ.in rem præsentem venire dicit.sed istud est proprius:quia in rem præsentem quis venire potest,& tamen demonstrationem non faciet,d.l.de pupillo.§. 1.vnde verba Iurisconsul.hoc demonstrant sic inquientis:Qui nuntiat,necesse habet demonstrare in quo loco opus nouum nuntiet,sciturо eo cui nuntiatum est,vbi posit ædificare, vbi interim abstinendum est. Totiens autem demonstratio facienda est, quotiens in partem fit nuntiatio. Cæterum si in totum opus fiat, non est necesse demonstrare. facit l. in actione. ff. de furt. facit l. sed si communis. in fin. ff. de contrahenda emptione.

Desertorem facere.

¶ Desertorem faciebat edictum Germani Cæsaris militem qui diu abfuisset,id est constituebat,decernebat,l.qui cum vno §.edictum.ff.de re mil.

Deteriorem facere.

¶ Deteriorem seruum facere, est illum corrumpere, peiorem reddere, lege prima, de seruo corrupto,idem in prædio, in lege, cum maritus. de pactis dotalib. ff. dicam in verbo meliorem.

Detrimentum facere.

¶ Detrimentum facere,quando respicit agentem, significat dare:si respiciat eum cui fit, pati,l.nam & seruus.§.mandato. de nego.gest.sic dixi de damnum, facere supra.

¶ Dictam

Dictam facere, lege, si cui. ff. quibus modis vsusf.amit. expone vt scripsi in legẽ tertia, supra eodem. *Dictam facere.*

¶ Diuortium facere,est matrimonium separare,l.3.ff.de pact.dot.lege,diuortio.de negogest.& l.diuortio facto.solu.matrimo. *Diuortium facere.*

¶ Derogationem facere,pro derogare.l.Bebius.in fi.ff.de pact.dota. *Derogationem facere.*

¶ Dolo facere est aliquid calliditate & astu agere,l.Aristo. §. fin. ff. de dona. vel malitiose,l.vbi ff. de eden.inde ait Iurisconsul. eum dolo agere qui petit quod restituturus est, lege, dolo.ff.de doli excep.l.si finita.§. potest. dè damno infe. & dolo facit quicunque id quod qualibet exceptione elidi potest petit,l. 2.§. & generaliter. ff. de doli excepti.idem si dicatur dolum facere,l.3.§.si exercitor.ff.de nego.gest. *Dolo facere.*

¶ Domicilium non facit sola domus possessio, id est domus in vno loco possessa non constituit domicilium, lege, libertus. §. sola domus. ff. ad municipal. l. in lege Censoria. supra eodem. *Domicilium facere.*

¶ Dominij tui facere est tibi acquirere dominium, in te dominium transferre. l. si tibi areæ.ff.de præscrip.ver.ibi,sed si forte puerum dominij tui fecero,idem se,quod in area, dicturum: quia dominium definit ad primum dominum pertinere. *Dominij alicuius facere.*

¶ Dotem profectitiam facit nomen parentis, declaratur in lege quinta, §. si pater, ff. de iure dot. *Dotem profectitiam facere.*

¶ Epistolam facere notum est,in l.pater. ff. de manumiſ. vind. *Epistolã facere*

¶ Erogationem facere,id est erogare,distribuere.l.fi.ibi,sed erogationem in honorem filij,cum esset senator,fecit.ff.de peti.here. *Erogationem facere.*

¶ Aestimationem facere ex rei veritate,est verè æstimare,hoc est eius damni quod apparuerit datum,l.si tertius.§.fin.ff.de aq.pluui.arcen.Aestimationem facere, æstimare est,lege, cum pater.§.pater qui filio.ff.de lega.2.l.si ex testamento.de excepti.rei iudic.ibi,quæ earum æstimationem in iudicio fecisset. *Aestimationẽ facere ex rei veritate.*

¶ Exigi facere,est procurare vt exigatur.vnde officiales qui tenebantur facere exigi,sunt liberati,si in iudicio petierint, etiam si non exegerint,vt consuluit Soci.consil.151.consideratis.col.penul.in 1.vol.l.periculum nominum. ff. de reb. credi. vbi etiam abunde tractant iurium interpretes. *Exigi facere.*

¶ Familiam facere,pro constituere.l.detestatio.§.familiæ appellatione vnicus seruus non continetur,nec duo quidem familiam faciunt.supra eo.vbi fusius tractaui. *Familiam facere.*

¶ Famosum facio,id est infamem facio,constituo.l.furti.§.penul. ff. de his qui not. infa. ibi,si te condemnauero,id est condemnatum reddo,famosum facio.

¶ Fortiter facere est notum, *c'est faire quelque beau acte de prouesse*. vnde si milites latrunculatoris (quem præpositum Marescha̅llum vulgus vocat) quid fortiter fecerint, inde donari eis solet,l.diuus. circa fin.ff.de bon. damna. & per illum tex. interdum vidi à Rege approbatam donationem latrunculatoris,quam fecerat suis militibus de bonis mobilibus cuiusdam magni grassatoris: quia fortiter contra illum dimicauerant, & demum prehenderant. *Fortiter facere.* *Præpositus Mareschallus.*

¶ Foueas facere quis nõ debet ad capiendos vrsos, lupos, vel alia animalia in itineribus, sed in aliis locis vbi solitæ sunt fieri, l.qui foueas. ff. ad leg. Aquil. *Foueas facere.*

¶ Fidem facere,ostendere,probare,l.ad fidem.ff.de testi. *Fidem facere.*

¶ Fraudem constitutioni facere, est quando saluis verbis legis sententiam eius quis circunuenit,l.contra.ff.de legi. lege secunda,in fine. ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. vtpote si lege prohibeatur extrahere frumentum aliquis,& farinam extrahit,is in fraudem legis facit: non intelligitur tamen fraudem legi feciſſe is qui rogatus est palam restituere, lege tertia. ff. de iure fisc.sed fraudem facere est dolum & malitiam committere, de quo in l. 1. & per totum.ff. quæ in fraud.credi.fa&ta sunt. *Fraudẽ facere.*

¶ Fugam facere,fugere est. Vnde si quis in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus propter exemplum, capite puniendus est.lege,omne delictum. §.qui in acie.ff. de re mili. *Fugam facere.*

¶ In fuga annum facere,est stare annum in fuga,l.seruus qui testamento.§.primo. ff. de statulib. *Annum in fuga facere.*

¶ Furem facere est sollicitare, vt fur fiat,l.non impossibile.ff.de pact. *Furem facere.*

¶ Fossas facere notum est quid significet in l.vicinus.ff.de aqua plu.arcend.lege secunda §. proinde & si fossam. Ne quid in loco publico,lege, nam & si ramos. §. fin. quod vi aut clam. *Fossas facere.*

¶ Fumum facere cremando lignum, est fumum emittere, l.carbonum. supra eodem. *Fumũ facere.*

¶ Funus facere est funus curare, sepelire, l. si quis sepulchrum.ff.de religios. & sumpt. fune.& lege,si possessor.ibidem.Declarat lex 2.ff. de in ius voc. *Funus facere.*

¶ Furtum facere,furari est,l.quantæ.ff.de publica. & in rubr.si famil. fur. fec. dic. & lege vnic.fur.aduer.nau.& l.si quis in seruiture. & lege,serui. ac frequenter in legibus illius tit. ff.de fur.l.si ex causa.§.nunc videndum.de minor.l.si communis.de noxa.lege,si seruus.de *Furtum facere.*

pignora.acti.l.inter.§.penult.manda.furtum faciunt omnes pro numero abactorum, declaratur in l.fi.ff.de abig.

Finem facere. ¶ Finem facere est finire, perficere, l. qui aliena.§.1.ff.de negot. gest. ibi, cum voluntas finem erogationis fecerit.

Fugitiuum facere. ¶ Fugitiuum facere est sollicitare vt fugitiuus fiat,l.non impossibile.ff.de pact.facit lex, fugitiuus.infra eodem.l.quis sit fugitiuus.de ædil.edi.

Generũ facere. ¶ GENERVM facere, est cum datur filia nuptui, & dos.ff.de pact.dotal.

Gratiam iurisiurandi facere. ¶ Gratiam iurisiurandi facere, est iuramentum remittere, l. remittit. & lege, iurisiurandi gratiam pupillus facere non potest.& l.Labeo.ff.de iureiu.l. fin. ad municip. & an princeps secularis gratiam iuramenti facere possit,scripsi in interpretatione legis,si quis pro eo.ff.de fideiusso.

Gratiã decreti facere. ¶ Gratiam decreti facere,idem.in lege prima,§.si quis vltro.ff.de quæsti.id est sententiam condemnationis remittere. gratiã dispensationis episcopus super residentia facere poterit, id est de nõ residendo dispensare, c. licet canon.in fi.de elect.in 6.& per totum tit.de cleric. non residen. vel gratiam facere alicui de aliqua re,est gratias agere de re illa. vel gratiam facere,est permittere, dare potestatem,& facultatem.

Heredẽ facere. ¶ HEREDEM facere,est hereditatem alicui acquirere.filius facit heredem suum patrem si fuerit institutus, & dominum seruus, lege,qui in aliena.§.interdum. & §.finali. ff. de acquir. hered.& procurator Cæsaris miscendo se hereditati opulentæ Cæsarem heredem facit,lege prima,in fin.C.de offi.procura.Cæsa.

¶ Secundò heredem facere est instituere; vt pater fecit filium heredem, lege, si seruus. de liber.caus. lege, si nepos. de coniungendis cum emancipato liber. lege, Lucius. de iure fis.l.Iulia.2.de iudi.ibi,iudicem solum heredem vel ex parte fecerit,l.heredes.§.1.famil. erciscu.l.Mæuius.ibidem.

Velut heredem facere. ¶ Tertiò velut heredem facere, est bonorum possessorem, vel fideicõmissarium vniuersalem constituere,vt prætor facit,l.1. ff.de possess.here,peti.ibi, ordinarium fuit post ciuiles actiones heredibus propositas, rationem habere prætorem etiam eorum quos ipse velut heredes facit. & isti non sunt heredes, sed quasi, & in effectu sunt, l. hereditas. vbi scripsi, supra eodem.§.quos.de bon.possessi.in Institu.

Iactum facere. ¶ IACTVM facere,est proiicere,iacere, l.1.& per totum. ff. ad leg. Rhod. vbi si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium tributione sarciri debet quod pro omnibus datum est,l.1.ibidem.Iacturam facere est damnum pati,l.nauis.ff.ad leg.Rhod. de iact. Illa verba, neque feciſſe, significant vt neque in diem in quem constituit fecerit, neque postea,l.sed & si, §. alia.in fi.ff.de consti.pecu.

Impedimentum facere. ¶ Impedimentum facere, impedire significat, lege, si filius. §. 1. ff. de fideicommissariis libertatibus.

Impensas facere. ¶ Impensas facere est impendere,in lege,cum postulassem.§.finali,ibi,impensas quas in refectionem fecerim. ff.de damno infecto. l. finali,§. mixta. de muneribus. lege, in summa communi diuid.

¶ Impensas in litem facere est in lite impendere,lege,actoris.ff.de procura.l.sed & hæ. §. defendere.ibidem.impensas superfluas facere in re aliena quis non debet, l.vtiles. in fin. ff. de peti.here.

Incendiũ facere ¶ Incendium facere,id est incendere,l.qui cœtu. ff. de vi pub. & l. fin. de incendio,ruin. naufr. Incendiarij de consuetudine Regni non vtuntur gratia,nec comprobatur eis.videte in tit. de incendio & ruina & naufra. Et si gratia incendij arcendi diruta fuerit domus vestra,an vicina teneatur,docet Ioan.And.in additio.ad Specul. in tit.de iniur. & damno dã. & hos impostores pro deceptoribus vocat Iurisconsul.in l.ob quæ vitia.§.1.ff.de ædil. ed. videte in l.sæpe.supra eodem.

¶ Impostura facere,pro decipere accipitur in l.3.§.idem.de crimine stellio.

Illicitam rem facere. ¶ Illicitam rem facere, notum est, lege, quidam heres. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.

Ingenuũ facere ¶ Ingenuum facere non potest patronus adoptando eum qui fatetur se libertinum, l. fin.ff.de statu homi. nam ingenuus est is qui ex libero & libera natus est,§.1.de inge.in Institu.quod non est is qui se vendi patitur: imò homo liber qui se vendi patitur ad pretium participandum, postea manumissus ad suum statum non reuertitur, quo se abdicauit, sed libertinæ efficitur conditionis,l.homo liber.ff. de statu. homi. Controuersia non facit ingenuum eum qui non fuit,l.diui fratres §.1.ff.de libe. cau. Et hodie in hoc Franciæ Regno non valeret venditio hominis liberi etiam ad pretium participandum, propter libertatem quæ in hoc Regno est.

Infamiam facere. ¶ Infamiam facere est condemnatum infamem constituere,infamare.l. quid ergo. §. ex compromisso.ff.de his qui not.infa.& infamem non ex omni crimine sententia facit, l. infamem.ff.de pub.iud.

¶ Iniuriam

Iniuriam facere. ¶ Iniuriam facere,est iniuriã afferre,l.1.in fin.ff.de seruo corrup.& l.1.§.1.nequid in flumi. pub.ibi,ne mutatus alueus vicinus aliquam iniuriam faciat.

¶ Iniustum testamentum facit filius superstes præteritus à patre: posthumus autem testamentum rumpit,l.1.& 3.de iniust.rupt.irritóque fact.test.Et tunc allegatur,quod eo casu fieri dicitur, cum testamentum non iure factum dicit, eo quod præteriri non debuerat, vt ibi per totum.

Incrementum facere. ¶ Incrementum facere, augmentum, lege 2. §. si indemnitas. ff. de administr. rerum ad ciuita.perti.

Initium facere. ¶ Initium facere, incipere,l.1.§. initium autem fecit prætor. ff. de postul. l.si maritus. in fin. de adult.

Insulã facere. ¶ Insulam facere balneariam,*faire vnes estuues*,lege,quidam Iberus.de seruitu. vrbanor. prædiorum.

Intestatum facere. ¶ Intestatum facere, est querelam inofficiosi, vel alias testamentum factum annullare, lege, posthumus. §. penultimo. ff. de inofficioso testamento. & lege, qui repudiant. ibidem.

Irritum facere. ¶ Irritas facit lex Iulia repetundarum omnes venditiones locationesve pluris minorisve eius rei causa factas,id est irritat,annullat,l.penul.ff.ad leg.Iul.repetun.Idem facere, l. vt certo.§.si de me. ff.commod.

Interpretationem facere. ¶ Interpretationem facere est interpretari,l.1.ff.de orig. iuris. ibi,facturus legum vetustarum interpretationem,id est interpretaturus leges veteres,

Iudicium secundum aliquem facere. ¶ Iudicium secundum aliquem facere,est iudicare pro eo.lege,is à quo.2.ff.de rei vindi. Iudicatum facere quidnam sit dixi in verbo soluendi.supra eodem.

Ius facere. ¶ Ius facere est constituere, decernere. lege, non ambigitur senatum ius facere posse. & lege penultima. ff. de legibus. Iure facere est iure agere, lege, vt vim. ff. de iustitia & iure.

Inutilem intentionem facere. ¶ Inutilem intentionem facere, est propositum & voluntatem agentis irritam reddere, lege penul.ff.commun.prædior. Inutilem stipulationem facere,pro irritare,in l.2.§.ex his in fi.ff.de verbo.oblig. Inutilem actionem facere idem,in l.sicut,§.si procurator. ff. quib. mod.pig.sol.

In plenum non facere. ¶ In plenum stipulatoris hominem non facere, l. Neratius.in fi.ff. de condict. indeb. id est non omnino dominium rei transferre: vt si quis seruum debeat, & statuliberum tradat, vel domum debeat,& eam subiectam fideicommisso præstet:tunc in plenum non facit eam stipulatoris.

¶ Iter facere dixi supra in verbo ambulandi.

Iure meo facere. ¶ Iure meo facere tunc dicor quando hoc sine reprehensione facere possum, & pro voluntate,l.Proculus.ff.de damno infe.qua phrasi sæpius Cicero & alij Rhetores vtuntur: & suo iure ac tuo iure iudicatum facere exposui supra in verb.soluendi.

Libertũ facere ¶ LIBERTVM patris facere,& non suum,est patri ius patronatus in libertum acquirere. lege,si filiusfa.ff.de bon.liber.

Liberum facere. ¶ Liberum facere est seruo iure libertatem dare,lege,illud.ff.de manumiss.vindi.in l.pater ibidem,l.in bello.§.manumittendo. de capti.

Locupletiorem facere. ¶ Locupletiorem facere & ditiorem reddere idem est, vt in l. mortuo. ff. de statuliberis, ibi,locupletiorem hereditatem tanta pecunia quantam dare iussus sit fecerit.

Lucri facere; ¶ Lucrifacere pro lucrari,l.naturalem.§.illud.ff.de acquir.rer.domi.vbi si bestiam vulneratam eo tempore quo eam persequor alius ceperit, vt eam ipse lucrifaceret, furtum videri nobis eum commisisse,l.fin.quæ in frau.credi.lucrum facere, idem,in l.sicuti.ibi,ita nec lucrum facere.ff.de regu.iur.l. fin.§.plane.de eo per quem fact.erit.l.ergo.§. fin. ex quib. caus. manumit.licet vel non,l.si & rem,in fin.de peti.heredi.l.si possessor.de peti. here. l. electio, de noxal.

Lenocinium facere. ¶ Lenocinium facit qui quæstuaria mancipia habet, siue principaliter hoc negotium gerat,siue alterius negotiationis accessione vtatur: vtputa si caupo,stabularius, vel balneator mancipia talia ministrantia habuit,occasione ministerij quæstum facientia. Et tales hospites omnes qui hoc permittunt notantur infamia, & illorum infinitus est numerus, vt homines ad hospitandum illic pelliciantur,l.1.& l.athletas.§.1.ff.de iis qui not.infam. lege, qui iudicio. ff. de accusa. lege, palam. §. lenocinium. de ritu nuptiarum. & per hoc vidi aliquem hospitem reprobatum à testimonio, quia lenocinium fecerat, & fuerat indicatus.

Contra lenocinia facientes.

Litem suam facere. ¶ Litem suam facere iudex dicitur cum dolo malo in fraudem legis sententiam dicit,l.si filiusfa.ff.de iudi.l.fi. de var.cogniti.

Lumen facere; ¶ Lumen facere est prospectum clarum reddere, l. si arborem. in fine. ff. de seruitu. vrba. prædior.

Literas facere. ¶ Literas facere, l. quidam ad creditorem literas huiusmodi fecit, id est declarauit, scri-

psit, ff. de consti. pecu.

Locum facere. ¶ Locum facere huic actioni notum est, in l. quod si nolit. §. illud. ff. de ædil. edict.

Maiorẽ facere. ¶ MAIOREM facere quid sit declaratur ex adiuncto: vt maiorem aquam facere, augere, domum, vel alia, l. 1. in prin. ff. de aqua plu. arcen.

Manifestum facere. ¶ Manifestum facere est explanare, & declarare, l. si pater. 2. ff. de adopti.

Magni facere. ¶ Magni facere notum est quid significet, l. obseruare. ff. de offi. procon. ibi, magni enim faciunt prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas.

Mẽtionẽ facere ¶ Mentionem facere, id est exprimere, l. vbi lex duorum mensium fecit mentionem. ff. de regul. iur. l. 1. de Publicia. l. si binarum, de seruitu. vrba. prædior. l. 1. §. 1. commoda.

Metum facere. ¶ Metum facere, est metum & timorem inferre, incutere, l. si cum exceptione. §. in hac. & §. eum qui metum fecit. ff. quod met. cau.

Matrẽfamilias quæ faciant. ¶ Matrem familię non faciunt nuptiæ, neque natales, sed boni mores, expositi in l. pronuntiatum, §. 1. supra eo.

Messes facere. *Sementẽ facere* ¶ Messes facere, est metere, & fruges colligere, l. si vsufructuarius messem fecerit. ff. quib. mod. vsusf. amit. l. 1. §. hoc autem edictum. ff. de noui ope. nuntia. Quamuis sementem facere pro seminare scribat Titus Liuius lib. 3. belli Punici in fin. & Cato de re rustica: sementem facito.

Mensuram facere. ¶ Mensuram facere, mensurare est, l. 1. in fin. ff. de peri. & commo. rei vend. ibi, veteres putauerunt per corbem venditorem mensuram facere.

Matrimonium facere. ¶ Matrimonium facere & nuptias contrahere, idem. l. 2. C. de repud.

Moram facere. ¶ Moram facere pro differre, l. lecta. in fi. ff. si cer. peta. Vnde si postquam pupillus ad pubertatem peruenerit, tutor in restituenda tutela aliquandiu moram fecerit, certum est fructuum nomine & vsurarum medij temporis tam fideiussores eius quam ipsum teneri, l. si postea. ff. rem pupilli sal. for. l. 3. §. idem seruus. de statulibe. l. si cum seruum. §. eorum. de fidei commis. liber. l. si pure. & l. si quis rogatus. ibidem. l. 3. §. idem seruus. de statulib. l. 2. §. 1. quorum lega. l. penul. de vi & vi arma. l. traiectitiæ. §. de illo. de actio. & oblig. l. si quis arbitratu. l. nemo. 1. in fi. & l. mora. de verb. oblig. l. si à colono, in fi. de fideiuss. l. impuberem. §. 1. de fal. l. 4. ne quis eum qui in ius. l. si pactus. de pact. l. fi. de arbi.

Morbũ facere. ¶ Morbum quædam non faciunt in iumentis, quæ in omnibus aliis faciunt: vt si mulus castratus sit, neque morbi neque vitij quid habere videtur, l. ædiles. 2. §. sed eum. ff. de ædilit. edi. iuncta l. si seruus seruum. §. & si puerum. ad leg. Aquil.

Munera facere ¶ Munera facere, subire siue exercere, l. 1. ibi, & propriè quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate vt munera nobiscũ facerent. ff. ad munic. l. pen. ibid.

Modum facere ¶ Modum facere, l. 3. ibi, neque enim exaggeranda fuit sententia quæ modum interdictioni fecerat. ff. de decur. id est certum tempus interdictioni præstituerat, & relegationi.

Manu facere, ¶ Manu facere, notum est in l. 1. in prin. ff. de aqua plu. arcen. & l. Athenis. ibidem: est manu construere: inde opus manu factum.

Manu facere, ¶ Meliorem aut deteriorem agrum vel domum facere, est meliorare vel deteriorare, l. 1. §. de eo. de aqua plu. arcen. ff. ibi, sic enim debere quem meliorem suum agrum facere, ne vicini deteriorem faciat. & §. idem ait. ibidem. Meliorare ait Iurisconsul. in l. si cuius. alias est l. æquissimum. §. inde est quæsitum. ff. de vsuf.

Meliorem, aut deteriorẽ agrũ facere. ¶ Monumentum facere pro construere, l. hereditas. ibi, si defuncto monumentum conditionis implendæ gratia bonę fidei possessor fecerit. ff. de peti. heredi.

Monumentum facere. ¶ NAVFRAGIVM facere est pati naufragium, l. deprecatio. ff. ad leg. Iul. de iact. ibi, domine Imperator Antonine naufragium facientes in Italia, &c.

Naufragium facere. ¶ Negotium facere est molestiam inferre, l. 1. ibi, in eum qui vt calumniæ causa negotium faceret. l. 3. & l. si quis. ff. de calumnia. l. qui iudicio. de accusa. Negotium tuum facit ratihabitio, id est constituit negotium tuum esse quod ab initio tuum non erat, sed tui contemplatione gestum. l. si pupilli §. item quæritur. ff. de nego. gest.

Negotiũ facere ¶ Necessitatem facere, est inducere ad necessitatem: vt si res sit indiuisibilis, vt iudici faciat necessitatem adiudicandi, vni soli totam rem eam adiudicare poterit, l. item Labeo. §. 1. ff. famil. ercis. l. arbor. §. de vestibulo. communi diuid. §. quædam. de actio. in Institu. §. pen. ff. de offi. iudi. ibidem.

Necessitatem facere. ¶ Nidum facere auium, pro construere nidum, & nidificare, l. naturalem. §. apum. ff. de acquir. rer. domi. & §. apum. de rer. diuis. in Insti.

Nidum facere. ¶ Nomina facere est debitorem comparare & acquirere mutuo, aut alias, l. Thais. §. fi. ibi, arcarius probante domino nomina facit. ff. de fideicommis. liber. l. peculium. 1. in prin. & l. ex facto. §. plane. 2. de pecu. l. nomen §. 1. de lega. 3. l. 2. de proxenet. ibi, si proxeneta interuenerit faciendi nominis causa, nil facere potest, id est soluere, in l. si decem. ff. de solu. & alias pro subiecta materia, l. nam & maritus. de condict. inde. & superius in verbo soluendi explicatum extitit. Vel nil facit ad rem, non pertinet ad rem, non pertinet ad rogatum, id est *non in ☉*, l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrogat.

Nomina facere. ¶ Notum

Notum facere. ¶ Notum facere est certiorem facere, l. Lucius. & l. ad eum. ff. de dona. ibi, hac epistola manu mea scripta notum tibi facio.

Notionẽ facere. ¶ Notionem facere, cognitionem præbere, l. si qui separatim. §. 1. ibi, quorum singulæ notionem Principis non faciunt. ff. de appel.

Nouum opus facere. ¶ Nouum opus facere, est de nouo ædificare, l. 1. §. inde. & l. non solum. in prin. ff. de no. ope. nuntia.

Nummos tuos facere. ¶ Nummos tuos facere, est nummorum dominium in te transferre, l. 3. §. penul. ibi, nam & cum tibi nummos meos quasi tuos do, non facio tuos. ff. de condict. cau. da.

Nuptias facere ¶ Nuptias facere consensum, non concubitum, ait l. nuptias. de regul. iur. id est consensu contrahitur matrimonium, non coitu, c. sufficiat solus coniungendorum consensus. 27. q. 2. l. quidergo. §. prætor. de his qui not. infam. l. Nepos Proculo. ibi, putasne nuptiis factis. supra eodem.

Offerentis rem facere. ¶ OFFERENTIS rem facit, qui agens commodati æstimationem litis suscepit, l. si vt certo. §. 1. ff. commod.

Opus facere. ¶ Opus facere est construere, l. si finita. §. sed cum locus. ibi, non erit necesse ibidem opus facienti de alio vitio satisdare. ff. de damno infe. l. 1. §. Neratius. de aqua pluuia arcend. & l. quanquam. & l. is cum quo. ibidem. l. fi. de interdi. l. 3. §. opus. de aliena. iudi. Opus publicum facere, in l. si sponsus §. cæterum. de dona. inter vir. & vxor.

Ordines facere. ¶ Ordines tres facere, constituere tres ordines, l. 1. in prin. & §. vt in initio tres ordines prætor facit. ff. de postul. *il a fait trois degrés.* Et ordines facere notum est, in l. ædiles. 1. ff. de ædil. edict.

¶ PACTVM facere pro paciscei, l. cum dos filiæ nomine datur, optimum est pactum conuentum cum vtroque genero facere. ff. de pact. dota. & l. fi. ibidem. vel pactionem facere, idem. l. falsi. 2. ff. de fal.

Palam facere *Partem facere* ¶ Palam facere, publicare est. l. seruus si heredi §. 1. ff. de statulib. versi. sed si heres. ibi, proscribat, aut etiam literis ad eum missis palam faciat. l. vnius. §. fi. de quæsti.

¶ Partem facere dicitur is qui in parte computatur, & facit vt collegatarius vel coheres non totum habeat, sed partem: licet interdum non admittatur ad partem is qui facit partem, vt in l. plane. 1. §. si coniunctim. & l. huiusmodi. §. si Titio. 1. ff. de lega. primo. Vnde Iurisconsult. ait, si ex tribus filiis vnus ab hostibus captus sit, duobus qui sunt in ciuitate bonorum possessio competit. Idem est in posthumo. nam quãdiu posthumus speratur, in ea causa est vt partem faciat, l. 1. §. 2. de bono. possessi. contra ta. Et liberi qui contra tabulas habere non possunt, nec partem faciunt, si per alios committatur edictum, l. si post mortem. §. liberi. ibidem. Et partem non facit hereditas eius quæ nondum est, l. si seruus communis. 2. de stipul. seruo. ff. l. Papinianus. §. quoniam. de inoffic. testa. declarat Zasius in intellect. nost.

Pauperiem facere. ¶ Pauperiem facere, est damnum dare. ff. si quadru. paupe. fecisse. dica. & in Institu. illo tit. superius scripsi damnum facere.

Paria facere. ¶ Paria facere quid sit declarat Iurisconsul. in l. Sticho. in fi. ibi, rationes reddiderit, pariáque fecerit. ff. de statuli. vt paria fecisse dicatur, qui quantũ accepit tantũ expositi. alibi exposui.

Peculium facere. ¶ Peculium facere, l. non statim. ff. de pecul. ibi, non statim quod dominus voluit ex re sua peculij esse fecit peculium, id est non est res statim peculiaris vt dominus vult.

Probe facere. ¶ Probe facere elucidatur in l. de pollicitationibus. in prin. ff. de polli. & hoc est planum.

Peiorem rem facere. ¶ Peiorem rem facere, & deteriorem, idem. l. 1. §. recte. ff. vsufruc. quemad. caue. scripsi sup. in verbo deteriorem, & in verbo meliorem.

Pecuniam creditam facere. ¶ Pecuniam creditam facere est mutuum verum constituere: vtpote si quis suam pecuniam mutuat, facit illam creditam: si alienam, non facit illam creditam: quia alienationem rei non suæ non habuit, l. si socius. ff. si cert. pet. & per totum tit.

Periculũ suum facere. ¶ Periculum suum facere dicitur quando res periculo illius perit, l. tutor qui repertoriũ §. si tutor. ff. de administra. tuto. ibi, si tutor cessauerit in distractione harum rerum quæ tempore depereunt, suum periculum facit. l. si seruus seruũ. §. si caliẽm. ff. ad leg. Aquil. Lucas de Penna in l. iudicibus. C. de cur. pub. lib. 12.

Perpetuam facere stipulationem. ¶ Perpetuam facere stipulationem notum, in l. si quis solutioni. in fi. de vsur. ff.

Piraticam facere. ¶ Piraticam facere, prædari est proprie in mari, l. seruus. 1. ibi, seruus piraticam fecisset. ff. de actio. & oblig. Pirata enim, qui in mari prædatur, & Græcè λῃστὴς, prædo Latinè dicitur.

Pirata. *Possessorem facere.* ¶ Possessorem facere declaratione non indiget, l. de pupillo. §. meminisse. ff. de noui ope. nuntia. ibi, cæterum operis noui nuntiatione possessorem eum faciemus cui nuntiauerimus. l. plus est. supra eod.

Potestatem sui facere. ¶ Potestatem sui facere, in l. neque infantes. ff. de fideicom. liber. dicitur qui id agit vt aduersarius eius sui copiam habeat. l. 2. ff. quib. ex cau. in possess. eat. l. pridie. de feriis. l. is cuius. si serui. vindi. supra dixi in verbo copiam sui facere.

Potestatem cõducedi domum facere. ¶ Potestatem conducendi domum facere, est dare facultatem domus conducendæ, l. quod si domus. ff. loca. ibi, idem iuris esse si potestatem conducendi habeat, vt pretium conductionis præstaret dominus. sed & si locator conductori potestatem conducendæ domus non fecisset, & is in qua habitaret conduxisset, &c. Potestatem facere tollendi rem suam, est concedere vt rem suam tollat, l. ratis. ff. de incend. ruin. nauf. Potestatem describendarum tabularum facere, in l. sacrilegij. in fin. ff. ad leg. Iul. pecul. l. qui repudiantis. ff. de inoffi. testa. pro eo quod diximus supra copiam describendi facere. Potestatem facit lex, id est permittit, l. fi. ff. de colleg. illici. ibi, his autem potestatem facit lex pactionẽ quam velint sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. lege 1. §. eleganter. de libe. agnos. l. filij. §. primi operis. ad municip.

Potestates describendarum tabularum.

Potestatẽ agendi facere. ¶ Potestatem agendi facere, est permittere vt quis agat, l. 3. §. 1. ff. de sepul. viol. ibi, potestatem agendi faciam, l. & si post tres. si qui cauti.

Pratũ facere. ¶ Pratum facere, de nouo pratum constituere, l. 3. §. si vicinus quia ruam solebat certo tempore anni irrigare, pratum illic fecerit. ff. de aqua plu. arcend.

¶ Prægnantem equam meam equus tuus fecit, meum esse partum non tuum asserit tex. in l. idem Pomponius scribit. ff. de rei vindic.

Pretiũ facere. ¶ Pretium facere, pro constituere, æstimare, l. arbor. §. de vestibulo. ff. commu. diuid. ibi, quod de vestibulo liceri cogitur, necesse habet interdum totarum ædium pretium facere, si aliis aditum non habeat.

Præsentiam facere. ¶ Præsentiam facere periculosam venienti, elucidatur in l. 2. §. pen. ff. si quis cauti. & permissam rem facere in l. quidam. ff. de seruit. vrba. prædi.

Præcisiorem se facere. ¶ Præcisiorem se facere, id est duriorem & intractabiliorem se præbere, præstare. l. qui cum vno. §. non omnis. ff. de re mil. & ibi Budæ.

Pretiosiorem rem facere. ¶ Pretiosiorem rem facere, est eam meliorem reddere, l. ait lex. §. in summa. ff. ad legem Aquil. l. si non sortem. §. libertus. de condict. indeb. scripsi supra in verbo meliorem.

Procuratorem facere. ¶ Procuratorem facere, pro constituere, creare, l. Lucius. 2. ff. de adminis. tut. & in tit. ff. de procura. & procurator ad actionem factus, id est ad agendum, l. sed & si. ff. de pact.

Proprium seruum facere. ¶ Proprium seruum facere Titio, est dominium transferre in Titium, l. in bello §. rursus ff. de capt. ibi, nisi constitutio eum proprium fecisset, vsucapi potuisset.

Promissa facere. ¶ Promissa facere, est satisfacere conuentis, & adimplere quod promissum est, vt docet Cardi. Adria. de sermone Latino, vbi alias phrases ad rhetores pertinentes adducit.

Propagationes facere. ¶ Propagationes facere, l. si in lege. §. si domus. in fin. ff. loca. ibi, vt opus aliquod efficerent, vel propagationes facerent, id est ampliationem, vt dilatarent, protenderent.

Quæstũ palam facere. ¶ QVAESTVM palam facere dicimus non tantum eam quæ in lupanari se prostituit: verũ etiam si qua (vt solet) in taberna caupona, vel qua alia pudori suo non parcit, l. palam. in princ. ff. de ritu nupti. lege, in liberæ. & lege, stuprum. ibidem. alia videte in lege, palam. supra eodem.

Quæstionem facere status. ¶ Quæstionem facere status, est controuersiam super statu mouere, l. cui necessitas. in fi. ff. de libe. cau. vbi dicitur, tutores pupillorum quorum tutelam & res administrauerunt, postea status quæstionem facere non possunt. facit lex fi. in prin. ff. de excep. rei iu'di. aliter accipitur in l. plures. ff. de damno infe. & quęstionem facit, id est dubitationem, pro dubitatur, l. penul. ff. de plagi.

Quatenus facere potest. ¶ Quatenus facere potest, id est quatenus facultates patiuntur, l. si quis crediderit. vbi Iurisc. exponit, ff. de pact. & in l. sunt qui. cum l. sequen. ff. de re iud.

Rapinã facere. ¶ RAPINAM is facere dicitur qui per vim seu cum furore & festinantia aliquid aufert, in l. penul. §. matre. ff. de lega. 2. & per totum tit. vi bon. rap.

Rem facere ad aliũ peruenire. ¶ Rem facere ad alium peruenire clarum est, in l. Iulianus. §. si quis rem fecerit ad alium peruenire, videtur dolo malo fecisse. ff. ad exhib. dixi supra dolo facere.

Rem meliorem facere. ¶ Rem meliorem facere, est meliorare, meliorem reddere, l. intra. in fi. ff. de minor. vt sup. dictum fuit in verbo meliorem.

Rẽ Titij facere. ¶ Rem Titij facere, est Titio dominium illius rei acquirere: rem meã facere, dominium mihi acquirere: rem suam facere, illi rem acquirere. probat Iurisc. in l. per seruum. in fi. ff. de acquir. rer. domi. & suos fructus non facere, est fructus sibi non acquirere, l. quæsitum. ff. de acquir. rer. domi. l. bonæfidei. ibid. & nemo commodando rem facit eius cui commodat, l. nemo. ff. commoda. qui in locum suum non alienum mortuum infert, locum religiosum facit: secus si in alienum, etiam si vsumfructum habeat, l. 2. in prin. §. si vsusfructus. de religi.

Remissionem facere. ¶ Remissionem facere, pro remittere capitur l. 1. §. soluit. ff. quando appel. fit, Gallicè *renuoyer*.

¶ Reddendi causa faciendi verbo continetur, l. faciendi. supra eodem. vbi elucidaui.

Restitutionem facere. ¶ Restitutionem facere, pro restituere, l. item si cum exceptione. §. hæc autem actio cum arbitraria sit, habet reus licentiam vsque ad sententiam ab arbitro datam restitutionem rei facere. ff. quod met. cau.

¶ Retentionem

Retentionem facere. ¶ Retentionem facere, id est retinere, l. qui alienum fundum donationis causa excolit, nullam retentionem propter impensas faciat. ff. de dona. l. in hoc iudicium. §. ceterum. com muni diuid. vbi primò dicit retinere, & postea retentionem facere.

Rectè facere. ¶ Recte facere, est iustè & bene agere, l. obseruare. de offi. procon. ff. ibi, recte autem & ordine faciet si edictum decessori suo miserit. l. 1. §. recte. vsufruct. quemad. caue. ff.

Reum facere. ¶ Reum facere est accusare, l. mariti. §. hoc amplius. ff. de adul. l. 3. §. sed si mulieri. de libe. homi. exhi. vbi non est permissum mulieri publico iudicio quẽquam reum facere, l. 1. ff. de accusa. Inde factus reus, accusatus & inter reos receptus, l. is qui reus factus est. ff. de publi. iudi. l. sciendum. ibidem. reum facere, in l. hi tamen. in fin. de accusa. & plures reos facere est plures deferre, accusare, postulare. l. diui. de accusa. & reum falsi facere, est falsi accusare, l. pen. ff. ad Turpil. vel reum facere, est obligare, l. 1. §. exceptiones. ff. quar. rer. actio non datur.

Reum falsi facere.

Securum facere. ¶ SECVRVM facere debitorem, est dare fideiussorem, vel pignora, l. 1. ff. qui satisda. cogan. Elucidaui in l. satisdationis. supra eodem.

Seruas facere ædes. ¶ Seruas facere ædes, est seruiturem ædibus imponere, l. si in venditione. & l. qui per certum. ff. commu. prædio. Seruum prædium facere, l. si tibi. ff. de actio. emp.

Seruum prædium facere.

Seruum facere redimentis. ¶ Seruum facere conuentio priuata non potest, l. conuentio. ff. de libera. cau. declarat l. liberos. C. illo tit. Seruum facere redimentis, id est redimens fit serui dominus, l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti.

Sacra facere. ¶ Sacra facere pro exercere, administrare sacra, l. 2. ff. de in ius vocan. vbi non potest quis citari dum sacra facit.

Sacrilegium facere. ¶ Sacrilegium facere, est committere, perpetrare. l. 2. ff. de condict. cau. da.

Saluas suas res facere. ¶ Saluas suas res facere notum est, l. seruare. §. nunc videndum. versic. proinde. ff. commu. prædio.

Sibi facere. ¶ Sibi facere videtur qui non operas eius locauit, sed opus quod conduxit expediit, l. plenum. in fin. ff. de vsu & habita.

Solemnia facere. ¶ Solemnia facere est iuris seruare solemnitatem, l. qui suspectum. in fi. ibi, milites solemnia si non fecerint postea non audiuntur. ff. de appel.

Stipulatoris hominem non facere. ¶ Stipulatoris hominem non facere, est si quis debeat hominem, & liberum vel seruum alienum dederit. sed non in plenum stipulatoris facere, est si debeat quis hominem, & statuliberum dederit: tunc quia liber homo esse debet adueniente conditione, ideo non plene stipulatoris fit, cum possit euinci, l. Neratius. ff. de condict. inde. Dictum fuit supra accipientis facere.

¶ Sponsionem facere, pro stipulari, l. in quibus rebus ex lege Titia & Cornelia etiam sponsionem facere licet. ff. de alea. vbi Budæ. explicat. docui in l. sponsio. supra eod.

Sterquilinium facere. ¶ Sterquilinium facere est locum & receptaculum instruere ad stercora, & alia purgamenta recipienda. Alfen. in l. si quando. §. fi. ff. si serui. vindi. ibi, secundum eius parietem vicinus sterquilinium fecerat, ex quo paries madefiebat.

Sterquilinium. ¶ Sterquilinium est locus stercoribus plenus, vulgò *vn fumier*: vel stercoris receptaculum, vt docet Cepol. in tract. de seruit. vrba. prædi. c. 18. rub. de sterquilinio.

Stellionatum facere. ¶ Stellionatum facere est crimen stellionatus perpetrare, committere, l. 1. in fi. ff. de pigno ra. actio. ibi, præter stellionatum quem fecit.

De stellionatus crimine. ¶ Stellionatus crimen committit qui rem duobus vel vendit, vel promittit, vel in solutum dat: vel qui merces supponit, aut corrumpit: & vt generaliter dixerim, deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet: nec est opus species enumerare. Quod enim in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio, l. 3. ff. de crimi. stellio. hoc crimen à Stellione dicitur: scribit glo. in l. 2. ibi, stellio autem lacertà est multis coloribus decorata & varia: sic hi qui notantur hoc crimine varij sunt, vt in exemplis supra positis. Et sic à varietate cognoscitur hoc crimen, sicut is qui pluries resignat, vt docui in praxi beneficiorum in 3. parte. Alcia. lib. 1. parergon c. 46.

Suam rem facere. ¶ Suam rem facere, est sibi rei dominium acquirere, & propriam sibi reddere, l. sed & si rem. ff. quæ in frau. credi. l. si ego. de nego. gest.

Suos fructus facere. ¶ Suos fructus facere notum est, in l. qui scit. ff. de vsur.

Suspectum facere. ¶ Suspectum facere tutorem, est illum suspectum accusare, & detegere, l. etiam. ff. de adminis. tuto. l. impuberibus, de suspect. tut. l. 1. §. si quis suspectum. ff. quando appel. sit. l. fin. rem pupilli sal. for. & l. qui suspectum, de appella.

Sumptus facere. ¶ Sumptus facere in re, est aliquid in re erogare, & expendere, l. Aristo. §. fi. de dona. l. si quis sepulchrum. §. prætor ait. ff. de religi. & sumpti. fune. l. 1. C. de suscepto. lib. 11. l. venditores. ff. de verbo. obliga. Et sumptum facere in negotiis publicis, est expendere aliquid pro negotiis publicis, l. sicut. quod cuiusque vniuer. no. ff. l. si cum mihi. de dolo. l. si quid possessor, §. penul. de peti. heredi. Societatem facere, coire societatem, contrahere, l. si duo. §. si quis iurauerit, ff. de iureiur. iunctis l. 1. & 3. & l. coiri. cum aliis multis legibus. ff. pro socio. l. contrahere societatem. l. societas contrahitur. pro socio.

Tollendi potestatem facere.

¶ TOLLENDI potestatem facere est permittere tollere, in l. hoc amplius. §. Neratius. ff. de damno infe. ibi, Neratius autem scribit si ratis in agrum meum vi fluminis delata sit, non aliter tibi tollendi potestatem faciendam, quam si de præterito quoque damno cauisses mihi.

Testamentum facere.

¶ Testamentum facere, testari est, l. tam is. ff. de dona. cau. mor. l. hereditate. §. quid autem. & l. fi. de castren. pecul. l. parricidij. de parricid.

Trãsactionem facere.

¶ Transactionem facere pro transigere capitur, l. cum hi. §. qui transigit. & l. controuersia ff. de transact.

Tumorem facere.

¶ Tumorem facere, l. si seruus. §. rupisse. ff. ad leg. Aquil. ibi, rupisse autem vtique accipiemus qui vulnerauerit, vel virgis, vel loris, vel pugnis ceciderit, vel telo, vel quo alio sciderit alicui corpus, vel tumorem fecerit. notum est Tumorem pro inflatione accipi.

Vasa facere.

¶ VASA facere, est vasa conflare, & formam illis dare, l. adeo. §. cum quis ex aliena materia. ff. de acquir. rer. domi. vbi quod in principio dicit facere, in fi. conflare scribit. Et sic pro eodem docet capi.

Verba facere.

¶ Verba facere, loqui, l. seruum. §. publice. ff. de procura. ibi, vbicunque itaque absens quis damnari potest, ibi quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam excusantem, audiri æquum est. Et significat ibi loqui vel defendere. l. si dolo acciderit eius qui verba faciebat, pro eo qui de libertate contendebat.

Verbosos commentarios facere.

¶ Verbosos commentarios facere, est rem prolixè tractare, l. 1. ff. de orig. iur.

Ventrem facere.

¶ Ventrem facere dicitur paries, qui se extendit in aliquem locum, & in vicini domum semipedem vel amplius procumbit, l. si quando. ibi, qui ventrem faceret, vt in vicini domum semipedem & ampliùs procumberet. ff. si serui. vindi.

Vim facere.

¶ Vim facere, est per violentiam aliquid moliri, l. si in meo. ff. de aqua plu. arcen. l. 1. §. hæc actio. ne vis fiat ei. l. si sic stipulatus sum. de verbo. oblig. & qui vim facit, dolo malo facit, l. 2. §. doli. ff. vi bon. rapt. l. penul. de vi priua. l. si quis. cum l. sequen. quod met. cau.

Vitium facere.

¶ Vitium facere, est propè corruere, & in ædibus dicitur. l. quod si domus. ff. loca. & quando domus sic vitiosa est, minari damnum in domum alterius dicitur, l. si finita. §. sed & si. ff. de damno infe. & antequam corruant ædes, necesse est cauere de damno infecto vicino habenti domum iuxta alteram vitiosam & ruinosam, vt declaratur in toto illo tit.

Vmbram facere.

¶ Vmbram facere, obumbrare, l. si arborem. ibi, quia vmbram facit. ff. de seruitu. vrba. prædio.

Vnitatem facere.

¶ Vnitatem facere dicitur terra cum agro meo, quando coaluit cum eo, & vnus efficitur cum eo, l. hoc amplius. §. Alphenus. ff. de damno infecto.

Voluntate mea facere.

¶ Voluntate mea facere, est quid agere ex animi mei sententia, & secundum meam voluntatem, l. Lucius. ff. de dona. ibi, idque ex voluntate mea te facere hac epistola notum facio tibi.

Vrinam facere.

¶ Vrinam facere est meiere: & qui in lecto facit vitio vesicæ, sanus non est: secus in eo qui vino somnoque pressus, vel pigritia hoc fecerit, l. quæritur. §. item de eo. ff. de ædil. edi.

Vsu facere suum.

¶ Vsu facere suum, id est vsucapere, & alterius rem per vsum acquirere, l. 1. §. item si quis. & l. item ait prætor. ff. ex quib. cau. maio.

Vtrumque facere.

¶ Vtrumque facere exponitur in l. hæc verba, ille aut ille. supra eod.

Venditionem facere.

¶ Venditionem facere, pro vendere, l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auct. iudi. posi. l. cum multi. si pars hered. peta.

Venenum facere.

¶ Venenum facere est illud præparare, l. 3. ff. de sica. vt in re sua facere, l. 1. §. cauere. ff. vsufr. quemadmo. caue. Quod seruit ad constitutiones procuratorum sic conceptas, Et facere ea omnia is potest quæ dominus in propria persona erat facturus, vt declarat tex. in c. fi. de dilatio. l. Creditor. §. penul. ff. manda.

Facere pro cõmodare.

¶ Facere pro commodare exponit Iurisc. in l. in commodato. §. sicut. ff. commoda. facere etiam dicitur qui seruitutem amittit & in fraudem, l. alienationis. supr. eod. Et factitare, frequenter facere, l. Fulcinius. § latitare. ff. quib. ex cau. in possessi. eat. Et facere etiam dicitur qui denegat, l. prætor edixit. §. 1. ibi, rectius fecerit prætor si huiusmodi actionem non denegerit. ff. de iniur. scripsi in interpretatione l. vnicæ. C. de senten. quæ pro eo quod inter. facit l. 3. §. 1. de condict. cau. data.

Factitare.

Facere dicitur & qui denegat.

Facinus.

¶ Facinus pro scelere & delicto accipitur, in l. seruus. 1. ff. de actio. & obliga. l. vna. §. fi. nil noua. appel. penden. l. 3. in prin. de re mili. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod met. cau. Sed facinus à flagitio differre tradit diuus Augusti. quod indomita cupiditas ad corrumpendum animum & corpus suum flagitiũ vocetur: quod autem quis agit vt alteri noceat, facinus dicitur, vt homicidia, rapinæ, furta. Quandoque facinus pro facto capitur, vt insigne & laudabile facinus: & tunc adiungi solet adiectiuum, quo sæpius rhetores vtuntur.

Facinus & flagitium quomodo differant.

Iuri prætorem non derogare sua sententia.

¶ Notate singulare dictum tex. in l. 1. ff. de feriis, vbi factum prætoris iuri non derogat, si aliter protulerit sententiam quam debeat. Tamen constitutio prætoris iuri bene derogat, l. ius autem ciuile. §. 1. ff. de iusti. & iure. Et feciſſe dolo malo non tantum is putatur qui suis manibus,

manibus, vel per suos retinuerit, verum qui alios quoque rogauerit vt eum detinerent, vel adducerent ne iudicio sistat, l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact. erit.

Stipulationum diuisio.

¶ Stipulationum quædam in dando consistunt, quædam in faciendo, l. 2. ff. de verbo. oblig. in dando, vt cum decem dari stipulamur, §. 1. ibid. in faciendo, veluti fossam fodi, domum ædificari, vacuam possessionem tradi: in non faciendo, veluti per te non fieri quominus per fundum tuum ire agere liceat, l. vbi. §. qui id quod. ff. de verbo. obliga. Videtis per prædicta quomodo verbum facere omnem omnino causam complectatur. igitur non potui tam amplam materiam breui coarctare. vos boni consulite. imò Hebræi omnes actiones opportunas ad præparandum aliquid ad esum, verbo faciendi significant, vt patet in c. 18. Genes. in Græco exemplari.

Conficere pro efficere.

¶ Inde conficere pro efficere, vt cõficere rationes, l. prætor. §. 1. ibi, nam cum singulorum rationes argentarij conficiant, æquum fuit id quod mei causa confecit, meum quodammodo instrumentum mihi edi. & l. argentarius. in fi. prin. ff. de eden. ibi, vt actus sui rationem diligenter conficiant, l. 1. de tute. & ratio. distra. Et falsas rationes confecisse in l. si hominem. ff. manda. quæ est valde singularis, vt forte super ea conscribam. Conficere negotium, l. mandasti. ff. de nego. gest.

Confectum compromissum.

¶ Confectum compromissum, l. si compromissum sine die confectum est. ff. de arbit.

Deficere pro deesse.

¶ Deficere pro deesse, cessare, nõ habere locum, l. de quibus, de legi. l. 2. §. cum in eadem. ad leg. Rhodi. deficit conditio, l. in lege Aquilia, si debetur. l. id quod. de consti. pecu. l. solutum. §. 1. de pignora. actio. deficit actio, id est non datur, vel cessat, vel deest, l. 1. de instit. acti. l. ex facto. §. quid ergo. de pecul. & quoties deficit actio, vel exceptio, vtilis actio vel exceptio danda est, l. quotiens. ff. de præscrip. verb.

Deficere quomodo dicantur debitores.

¶ Deficere dicuntur debitores, qui sunt non soluendo, in l. 3. §. multa. ff. de iure fis. inde facultatibus deficiens, in l. cura. ff. de minor. sic bona deficere dicuntur, quando nulla extant, vel etiam in remotis collocata sunt: sicut de debitore dicitur in l. fi. ff. si cert. peta, Ias. & Zas. in l. commodius. in fi. ff. de re iudi.

Deficere ad subditos relatum.

Deficere dicuntur etiam qui ab iis quorum sub imperio sunt desistunt, & in hostium se numerum conferunt. & hi qui deficiunt capite minuuntur, l. amissione. §. 1. ff. de capi. deminut.

Defecti ætate.

¶ Defecti ætate dicuntur viri valde senes, qui alterum pedem in cimba Charontis habere dicuntur, & morti vicini, l. si quis ingraueſcente. §. ignoscitur. ff. de senatusco. Silan.

Efficere perfectionem denotat.

¶ Efficere capitur pro facere, in l. sciendum. in fi. supra eod. l. item si obstetrix. §. si seruum ff. ad le. Aquil. l. item Mela. §. item cum eo. ibid. l. si in re. §. 1. de noxal. l. iusiurandum. vlt. de iureiur. l. nos videamus. loca. Et pleriq; dicunt perfectionem frequentius notare. Vlpia. in l. 1. ff. de iusti. & iure sic ait: Bonos non solùm metu pœnarum, verum etiam præmiorum exhortatione efficere cupientes. facit l. Arethusa. ibi, incipiente igitur partu existens conditio efficit vt ex libera edatur. de statu homi. l. Barbarius. ibi, seruum liberũ effecisset. de offi. præto. l. locus. supra eod. Aequitas exhibitionis efficit, l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. Sepultura vnius non potest plura sepulchra efficere, l. cum in diuersis. ff. de religi. Homo qui se vendidit manumissus efficitur libertinæ conditionis, l. homo. ff. de statu homi. Liberum est quem efficere sui iuris l. liberum. de adopti. l. arrogato. ibid.

Effectus pro vtilitate, virtute & perfectione.

¶ Effectus pro vtilitate, virtute, vel pro perfectione, vt illo in loco: Pars autem quæ membrorum humanorum officia ampliauit alicuius videtur effectus: & ideo inter liberos connumerabitur. & inanis est petitio quæ sine effectu foret, l. quod vulgo. in fin. ff. de bono. possessio. contra tabu. Effectum iurisiurandi sequendum arbitratur Iurisc. in l. sed & si possessor. §. item si iurauero. ff. de iureiur. effectu vsum vehiculi commodati posse duos habere, l. si vt certo. §. fi. ff. commo. de effectu beneficij cogitatum, l. si venditor. ff. de seruis exportan. Et verba cum effectu accipienda. l. 1. ff. quod quisque iur. multa scripsi in l. nomen. §. fi. supra eodem.

Perficio, pro absoluo, vel cõficio.

¶ Perficio, absoluo, conficio, expleo, l. penul. infra eodem. inde perficere mandatum, l. si mandato. 1. ff. mand.

Perficere negotium.

¶ Perficere negotium, l. metum. magna. §. sed quod prætor. ff. quod met. cau. ibi, aut imperfecta res est aut perfecta.

Perfectũ quid.

¶ Perfectum dicitur quod ex omnibus suis partibus constat, l. 1. ff. de origi. iur. & quando nil addi vel diminui potest, l. fi. de his quibus vt indig. & perfectum nihil est quod finem non habeat, teste philosopho. scripsi in l. 5. in fi. & in l. ædificia. §. perfecisse. supra eod.

Proficere.

¶ Proficere, prodesse, refertur ad alicuius vtilitatem, l. 1. de in rem verso: ibi, proficere hoc ei. l. 3. ff. de iureiur. vbi prius dicit proderit, postea proficiet, ibi, matris igitur iusiurandum partui non proficiet, neque nocebit, si mater detulerit, & iuretur ex eo prægnans non esse. facit l. si duo. ibid. pro futuram exceptionem dicit tex. in l. 2. in fin. ff. de pact. & ad actionem proficit in l. iurisgentium. §. adeo. ibidem.

¶ De verbo reficere dixi vobis in l. propemodum. supra eod.

Idem

IDEM LIB. II. RESPONSORVM.

LEX CCXIX.

In conuentionibus contrahentium voluntatem potius quam verba ſpectari placuit. Cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad heredes eius qui ſuſcepit pertineret, ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit.

Voluntatem contrahẽtium verbis ſemper præferri.

¶ Iſte tex. duas habet partes. prima dictum ponit: in ſecunda infert ponens exemplum. ſecunda ibi, cum igitur. Itaque ſic dicit tex. in contractibus & quibuſlibet conuentionibus voluntas potius quam verba inſpicitur. Nempe ſicut anima præfertur corpori, ita voluntas verbis. c. ſedulo. 38. diſt. glo. in c. intelligentia. de verbo. ſignifi. cum enim manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat, l. ſi quis. C. de libe. præter. Barba. in repeti. c. Raynaldus. col. 3. de teſtamen. & conſi. 39. col. 5. in 3. vol. ac conſil. 54. col. 9. ibidem. & mens & ratio iudex eſt actus humani magis quam rerum vocabula. Bal. in l. eidem. col. 3. C. loca. Feli. in c. humanum genus. col. 3. diſt. 1. multa ſcribit Georg. Nathan in repeti. clemen. ſæpe. not. 1. col. 12. princ. de verbor. ſignifi. & D. Tiraquel. in repeti. l. ſi vnquam. in verbo libertis. C. de reuocan. dona. intelligo tam in contractibus bonæfidei quam ſtricti iuris per iſtum tex. ſimpliciter loquentem, & etiam in aliis conuentionibus. Conuentionis enim verbum generale eſt, l. 1. §. 1. ff. de pact. imò non ſolum in contractibus, ſed etiam in vltimis voluntatibus.

¶ Nempe in conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, l. in conditionibus. de condition. & demonſt. ff. vbi addidi alia iura: & regulariter in omnibus actibus, vt plenè ibi ſcripſi. Sed quomodo voluntas dignoſci poſsit ſine verbis? Reſpondeo, plene docui in l. nominis. §. verbum ex legibus. ſupra eod.

Voluntas cur potius ſequenda, quam verba.

¶ Ratio eſt cur mens potior ſit quam verba: quia potior eſt finis quam ea quæ ſunt ad finem, teſte philoſopho: ſed verba ad mentem ſignificandam, non mentem ad verba natura conceſsit, l. Labeo. ff. de ſupelle. lega. c. ſecundo requiris. de appel.

¶ Item quæ per ſe ſubſiſtunt potiora ſunt his quæ ab alio dependent: & verba à mente dependent, non mens à verbis, d. l. in conditionibus. ff de conditio. & demonſtra. c. intelligentia. extra. eodem. Et perfectius & certius firmius eſt ſed mens eſt perfectior. nam mente multa intelligimus quæ verbis exprimi non poſſunt, l. ratum. ff. de ſoluti. l. quo enim. §. Iulia. rem ra. hab. Quia plura negotia ſunt quam vocabula, l. natura. ff. de præſcrip. verb.

¶ Mens etiam certior eſt verbis, quæ nec falli poteſt, nec fingi: verba ſic, l. fraus. ff. de legi. l. non dubium. C. illo tit. & l. imaginaria, tit. ſequen. Et plus valet quod agitur mente quam quod ſimulatè concipitur verbis, rub. plus valere quod agitur, &c.

Mens ſine verbis eſſe poteſt.

¶ Adhæc mens ſine verbis eſſe poteſt, l. mutu. ff. de lega. 3. extra ſtipulationem, l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verbo. obliga. Non verba regulariter ſine mente, l. 3. ff. de reb. dubi. vnde ea quæ per ſe ſubſiſtere poſſunt, erunt potiora his quæ ſine alio eſſe non poſſunt. hæc tradit Stepha. de Federi. in ſuo tract. de interpreta. legum prima parte in prin. & ſic mens & voluntas potius quam verba eſt inſpicienda & amplectenda.

Verba nonnũ quã menti præferuntur.

¶ Primò limitatur quando mens ſiue voluntas non tranſiuit in diſpoſitionem, nec elici poteſt, l. quidã cum filium. de verb. oblig. ff. l. quidam. de hered. inſt. vnde ſi ea mente & animo decem tibi dederim, vt poſtea repeterem, ſi nil diſponam, non repetam, l. ſi reperendi. C. de condict. ob cauſam dat. l. in ambiguo. vbi Socin. in vlt. nota. ff. de reb. dub. & l. Paulus. ibidem. Alex. in l. ſi quis filium. C. de libe. præter. Et ſic de mente conſtare debet. Alias eſt abortiua, vt ſcripſi in glo. concord. Frãc. in verbo ſubire voluerit. §. 1. de colla.

Animus pro mente.

¶ Interdum Iuriſcon. animum pro mente, ſeu intentione accipit, vt in l. 1. §. pen. ff. de calumnia. ibi, nam & tractari poteſt, ſi aduerſarius non per calumniam, ſed tranſigendi animo pecuniam accepit, an conſtitutio ceſſet. Et puto ceſſare. l. quæ vtiliter. §. Titius. de negoceſtis.

¶ Et idem ſi dicatur ea mente, l. mandaſti. eodem tit. & oportet illam mentem declarari, vbi lex dicit ea mente, eo animo intelligere oportet, l. ſed & ſi lege. §. de eo. ff. de petitio. hereditvbi exponit Iuriſc. mente prædonis, id eſt doloſe: quia non poteſt prædo non habere malam mentem, l. 1. ff. de fur. id eſt animum furandi. l. ſi quis teſtamentũ. in fi. ad leg. Aquil. & vbi Iuriſcon. ſtatuit aliquid de mente, intelligitur ſi probetur illa mens: alioquin nil parit, ſicut nec mula.

Si mens verbis non conueniat.

¶ Secundò flectitur regula quando mens verbis non conueniret: vt ſi quis vellet veſtis appellatione aſinum contineri. tex. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1. l. cum pater. §. cum imperfecta. de lega. 2. l. ſi alij. de vſufr. lega. §. 1. de verbo. obliga. in Inſti. Niſi res eſſet præſens. glo. ſingul. in l. quæ extrinſecus. ff. de verbo. oblig. vt ſi conſtituerem Titium præſentem aſinum meum ad agendum, &c. volens ſignificari procuratorem: quia inſtar aſinorum ſunt

ſunt procuratores, quoad onera cauſarum quibus præſunt ferenda: tunc valeret, teſte Panor. in c. petitio. per illum tex. de procura. l. ſi inſulam. de præſcrip. verb. vbi Iaſon.

¶ Tertiò non procedit, quando lex vel ordinatio diceret verba ſimpliciter intelligenda, prout ſonant & iacent: tunc verba attenduntur, teſte Bal. in l. 2. C. de conditio. inſtitu. Hippolytus refert in l. 3. ff. ad leg. Pompe. de parricid. col. penul. Alioqui non intelligeremus prout verba ſonant.

¶ Quartò quando mens iniquitatem induceret, abſurditatem, vel peccatum. arg. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. l. conuenire. de pact. dotal. alia multa ſcribit Feder. in d. trac. de interpreta. iur. quẽ videre poteritis.

Legatarium in re heredis non nunquam frui.

¶ *Cum igitur.* Iſta eſt ſecunda pars huius tex. quæ ſic intelligi poteſt: conuentio partium talis erat: municipes locauerũt fundum vectigalem Titio, ea lege vt ad heredem illius poſt eius mortem fundus pertineret: iſte Titius fundum legauit Sempronio, an illud ius Sempronij obtinere poſsit quæſtionis eſt: quia non videtur heres cui legata res eſt, ſed legatarius. Tamen tex. reſpondet Sempronium fundum obtinere poſſe: quia ante omnia inſpicienda eſt contrahentium voluntas, l. ſemper in ſtipulationibus. infra tit. proxi. Et quia eadem ratio videtur in legatario qui dicitur ſucceſſor, ſicut in herede, l. ait prætor. 2. cum l. ſeq. ff. de iureiur. vt ſcripſi in l. heredis. & l. ſciendum. ſupr. eodem. Et quia locatio ad heredes tranſit, l. viam. C. loca. Et quia nil præiudicij ſit reipub. per hoc, cum ita ſit conuentum.

Fundi vectigales.

¶ *Fundum vectigalem.* Fundi vectigales ij vocantur qui in perpetuum locantur, id eſt hac lege, vt quandiu pro iis vectigal pendatur, tandiu neque ipſis qui conduxerunt, neque his qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eis liceat, l. 1. ff. ſi ager vecti. Et quamuis conuentio iſta loquatur de herede, & heredis appellatio intelligatur de vniuerſali ſucceſſore, l. heredis. ſupra eod. tamen etiam hic intelligetur de herede ſingulari, id eſt de legatario, vt patet in hoc tex. & hoc ex mente, vt dicit tex. quia ſine heredis expreſsione locatio tranſit ad heredes conductoris, l. viam veritatis. Cod. loca. Ergo iſta expreſsio debet de aliquo operari, vt etiam intelligatur de eo qui in aliqua re ſuccedit, vt eſt legatarius, arg. l. ſi quando. ff. de lega. 1.

Ius excipiendi in ſingularem ſucceſſorem tranſit.

¶ Secundò ius excipiendi bene tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem, l. fi. ff. de excep. rei iudi. l. etiam. vbi Alex. de iureiur. ſcripſi in l. ſciendum. in fi. ſupra eodem.

Beneficia principũ etiam ad legatarios extenduntur.

¶ Tertiò etiam in beneficiis principum in quibus latiſsima interpretatio fieri debet in præiudicium concedentis, c. cum dilecti. de dona. c. ex parte. 3. de deci.

¶ Quartò quando quis acquiſiuit emphyteuſim pro ſe & heredibus quibuſcunque, tunc etiam comprehendetur ratione illius dictionis, quibuſcunque, ſingularis ſucceſſor, vt plene ſcribit Iaſ. in d. l. quædam. §. 1. ff. de eden. vbi alia videri poſſunt. Notandum eſt quod fundi vectigales à fiſco recepti poſſunt ſalua lege fiſci donari, l. 1. C. de fund. patrimo. lib. 11. & alij etiam emphyteuticarij, iuxta l. fi. C. de iure emphy. Alia de vectigalibus ſcripſi in l. eum qui vectigal. ſupra eod.

Conuenire.

¶ *Conuentionibus.* Conuenire dicuntur qui ex diuerſis locis in vnum locũ colliguntur & veniunt, & qui ex diuerſis animi motibus in vnum cõſentiunt, id eſt in vnam ſententiam decurrunt. l. 1. §. conuentionis. ff. de pact. vbi conuentionis verbum generale eſt, ad omnia pertinens de quibus negotij contrahendi tranſigendique cauſa conſentiunt qui inter ſe agunt. Et adeo eſt generale vt nullus ſit contractus nullaque obligatio quæ in ſe non habeat conuentionem, ſiue re ſiue verbis fiat. nam conuenire poſſe vel re, vel per epiſtolam, vel per nuntium inter abſentes quoque poſſe: ſed etiam tacito conſenſu conuenire quis intelligitur. l. 2. ibidem. Et conuentionum tres ſunt ſpecies, l. conuentionum. ibidem.

Conuenit aliquem.

¶ Conuenire aliquem, eſt illum in ius vocare, l. iis conſequenter. §. penul. ff. famil. erciſ. inde conuentus, in ius deductus, l. & poſt rem. §. 1. ſi fideiuſſor conuentus & condemnatus. ff. de tranſact.

Spectare.

¶ *Spectari*, id eſt inſpici, & conſiderari, l. 3. in fi. ff. de minor. l. fi. §. penul. ad Velleia. l. 2. circa fi. de bon. libert. plura de hoc ſcripſi in l. cum ſtipulamur. ſupra eod.

Ea lege.

¶ *Ea lege*, ea conditione, eo pacto. Et interdum dicitur lege hac, in l. 1. §. ſi pecunia. prima. ff. depo. inde dominus legem remittere poteſt: quia propter domini ſecuritatem cuſtoditur lex, ne periculum ſubeat, l. 1. ff. de ſeruis export. & l. 3. ibidem.

Lex pro conſtitutione.

¶ Lex pro conſtitutione, vt in toto tit. ff. de legi. & in Inſtitu. de iure natur. gen. & ciuili, & in l. ſciendum. & l. munus. 2. ſupra, & l. lege. ibidem. ac l. ſequenti. & l. ſi qua pœna. infr. eo. & l. inter ſtuprum. ſupra eod. l. duobus. infra eo. licet lex & conſtitutio differant, §. lex. & §. ſed & quod principi. de iure natur. in Inſti. Conſuetudo etiam dicitur lex municipalis, l. 1. ff. de albo ſcriben. l. item. quod cuiuſque vniuerſit. nomi. & l. ſemper. §. legem cuiuſque loci reſpici oportet. de iure immunit.

Conſuetudo pro lege municipali.

Lege agere.

Lege licebit.

¶ Inde lege agere, id eſt legitime, iure, docui in l. Labeo. 2. ſupra eod. Lege licebit, id eſt à lege permittetur, l. 1. ff. ad leg. Iul. pecul.

Legitima hereditas, conuentio.

¶ Legitima hereditas dixi in l. obuenire. ſupra eo. Legitima conuentio, quæ lege firmatur;

tur,l.legitima.ff.de pact.

Legitimè. ¶ Legitimè,id est secundum legem,l.de pollicitationibus.de pollici.ff.scripsi in l.obuenire.supr.eod.

¶ Legem certam contrahentibus dare vel dicere,id est certum modum præscribere, l. 1. §.igitur.de exercit.acti.l.contractus.de regul.iur.l.si quis duas.commun.prædi.l.si cum fundum.supra eod.

¶ Legem suam habere,l. 2. ff. de administra. rer. Pro modo legem contractus seruare decet,l.venditor.comm.prædi.l.ædium.l.eum.de seruit.vrba. prædi.l.locationis.1.de superfici.Lege Quiritum,l.1.§.1.ff.de rei vindic.l.1.ff.de constitu.prin. in Institu. alias phrases quia faciles sunt, & ad idem tendunt,omitto.

Suscipere vnde Suscipere voluptatem. Suscipere aduocationem. ¶ *Suscipere* ex seorsum & capere quidam deriuati existimant: & tam ad animum quam ad corpus referri:vt susceptr consilium fugiendi à domino, l. fugitiuus. infra eod. Suscepi voluptatem ex tuis scriptis,vel onus. Et susceptę aduocationis officium dicit tex.in l.cum prętor.in fi.de iudi.ff.Et pro recipere & sumere capitur hic,& in l.officium.§.fi.ibi,officium tribunorum est claues portarum suscipere.ff.de re milit.probat l.3.iuncta l.1.nautæ, caupo. vbi in vna lege dicitur suscipere,in alia ad recipere. & in rub.eiusdem tit.l.sacrilegij.1.ff. ad leg.Iul.pecul.ibi,pecuniam traiiciendam suscepit.& l.Titio.ad municipa.l.3. C.depo.l.1. in prin.de minor.l.si mandasses.manda.l.si pupillus.in fi.ibi,defensionem eius suscipiat. ff. de priuil.credi.l.qui autem.§.hoc edictum.ff.quæ in fraud.credi.l.quidam cum filium.de verbo.oblig.& l.quidam.in fi.Et suscipere fidem tacitam,est promittere secreto se impleturum quod alius secrete disposuit,vt restituere bona incapaci,l.edicto. §. cum ante.& l. aufertur. §.1.ff.de iure fis.

Suscipere puerum de baptismo. ¶ Suscipere puerum de baptismo,est eum in sacro fonte tenere. inde suscipiens vocatur vel susceptor,Gallicè *parrin*,patrinus, c.1.& vlt.de cogna. spiritu. in 6.

Suscipere actionem fideicommissi. ¶ Suscipere actionem fideicommissi,id est pro fideicommisso se defendere, l. actionem fideicommissi.ff.de rudi.& tunc actionem suscipere dicitur quando exceptionem declinatoriam non opponit,sed iudicium accipit,& se defendit ibi,& l.si vsusfructus mihi.§.illud cogendum esse fructuarium cauere aut actiones suscipere.vsufruct.quemadmod. caue. l.3. in fi.de vi & vi arm.l.non videtur defendere.de regul.iur.

Suscipere procurationem. ¶ Suscipere procurationem,acceptare onus procurationis,l.fi.ff.de inoffi.testa.ibi,si exheredatus petenti legatum ex testamento aduocationem præbuit,procurationemve suscepit,remouetur ab accusatione.Suscipere iusiurandum,l.remittit.ff.de iureiur.

Suscipere iusiurandum. Suscipere iudicium. ¶ Suscipere iudicium defuncti non tenetur heres ex dolo defuncti ante litem contestatam:quod nostri dicunt,reassumere arramenta causæ ante contestationem non cogitur heres,si agatur doli,l.cum autem.ff.de rei vindic.l.quotiens.ff.de noxal. Suscipere iudicium, non declinare,sed in iudicio se defendere,l. 1. ff. ne quis eum qui in ius voca. l. 2. §. legatis. de iudi.

Suscipere annonam. ¶ Suscipere annonam,exigere & recipere,l.fi.§.qui annonã suscepit ff.de muneri.& hon.

Suscipere liberos. ¶ Suscipere liberos est procreare.l.apud heredem.l.cum filius.§.pater.ff.de lega.2.l.emancipatio.& l.fi.de coniungen.cum emancip.lib.vbi dicit procreare.Et suscepti liberi,progeniti,procreati,l.moris.§.sed vtrum.ff.de pœn.& l.apud hostes susceptus filius.de capti.l.in bello.§.medio.& l.si quis ingenuam.in prin.ibidem.l.semper.§.hoc circa.de iure immunita.l.4.in fi.& l.sed si hac.§.si filius.de in ius vocan.l.tale.in fi.de pact.l.si vnquam.C.de reuocan.dona.

Suscipere cognitionem. ¶ Suscepit omnem curam rei vsufructuarius,notum est,l 1.in fi.vsufru.quemad.caue.ff.

¶ Suscipere cognitionem,quod dicitur per litis contestationem.l.inter.iuncta glo.ff. de publ.iud.

Suscipere litem ¶ Suscipere litem,accipere litem,contestari,non declinare iudicium, l. penul. de iurisd. omnium iudi.

Suscipere tutelam. ¶ Suscipere tutelam dicitur tutor qui eam acceptat,& non recusat,l.1.§.tutores.ff. de fal.

Suscipere munus. Suscipere magistratum. ¶ Suscipere munus,pro subire,l.2.ff.de priuil.vetera.l.3.§.quamuis.& §.vitricus.ff.de muner.& l.penul.ibi,subire officia.ff.de excusa.mune.l.si vni.§.1.famil.ercisc.ibi,sed si qua munera post mortem patris susceperit ab his, patris heredes soluti sunt. Alias incipit l. si filia nupta. Et suscipere magistratum,l.vt gradum.§.1.ff.de muneri.l.eos.de decurio.

Suscipere onus æris alieni, ¶ Suscipere onus æris alieni,est recipere curam soluendi debita alterius,d.l.si vni.§.idem Papinianus.ibi, videlicet vt coheres qui onus æris alieni susceperit,officio iudicis legatum consequitur.ff.famil.ercis. & quidam habent §. sub l.si filia nupta.

Suscipere vota. Suscipere rei periculum. ¶ Suscipere vota,in l.si calumnietur.§.1.infra eod.vbi dicetur.Suscipere is dicitur periculum rei,qui vult teneri quomodocunque res pereat,etiam si casu fortuito,l.si quis nec causam.ff.de reb.cred.l.si vt certo.§.nunc videndum. commod. l. item quæritur. §. si gemma. loca.quicquid glo.& doct.dicant.Dixi in l.aliud est capere.in fi.supra eod.

¶ Notandum est tamen hoc verbum ex adiuncto declarari,vt susceptio causæ, susceptio hostis

hostis fugientis,l.Metrodorum.ff.de pœn. d. c. susceptum. de rescrip. in 6. suscipere pecuniam,l.procurator in rem.ff.de procura.Susceptor is dicitur qui aleæ luforem susceperit, vel alium,l.1.§. 1. de aleato. susceptores tributorum, sunt coactores seu receptores, vel thesaurarij,vt in tit.C.de exacto.tribu.lib 10.& de suscept.præposit.& arcar.ibidem. *Susceptor. Susceptores tributorum.*

¶ Susceptio vestium, erat officium quod vni committebatur ad exigendum tributum, quod præstabatur pro militum vestibus,l.humilioribus.de suscep.lib.10.C.idem in susceptore vini,l.fi.§. patrimoniorum. ff. de muner. *Susceptio vestium.*

¶ Inde susceptum iudicium, acceptum.l.item veniunt.§. idem recte. ff. de petiti. heredi. l.si plurium.in fi.ff.de noxal.vbi quod vocauit acceptum,postea dicit susceptum:& in l.penul.ibidem.scripsi in l.aliud est capere. supra eodem. *Susceptum iudicium.*

¶ Susceptum munus, pro acceptato, in l. eundem. ff. de lega.ibi,ante legationem susceptam si cui negotium moueatur,etiam absens defendi debet: suscepta verò legatione, non nisi iuncto munere fungatur.& sic legi debet, licet aliter glo.legat,videlicet, nisi:sed non conuenit.& sic legi in quodam exemplari antiquo. *Susceptum munus.*

¶ Susceptio hospitum,munus est suscipiendi hospites,l.1.de pala.sacr.largi.lib.12. C. Et qui hostem fugientem susceperit, depottari iubetur in l. Metrodorum. ff.de pœn.suscepta obligatio,nata exponit glo.in l.in commodato.§.sicut.ff.commoda. *Susceptio hospitum.*

CALLISTRATVS LIB. II. QVAESTIONVM.

LEX CCXX.

Liberorum appellatione nepotes,& pronepotes, ceteriq; qui ex his descendunt,continentur.hos enim omnes suorũ appellatione lex 12.tab.cõprehendit.

¶ Ex hoc tex.elicitur,quod appellatione liberorum nepotes, & omnes alij ex his descendentes continentur,etiam in infinitum,vt infra dicetur.inde dicit Iurisc.quod in potestate nostra sunt liberi nostri,quos ex iustis nuptiis procreauimus:liberos intellige filios,nepotes,& ceteros deinceps.l.item in potestate.cum l.seq.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris.& cum legitimę nuptiæ factæ sunt, patrem liberi sequuntur, vulgo quæsitus matrẽ sequitur. l.cum legitimæ.ibidem. & liberos senatorum accipere debemus,non tantum senatorum filios,verumetiam omnes,qui progeniti ex ipsis,vel liberis eorum dicuntur.l. liberos. ff. de senato.& quamuis glo.ibi restringat in priuilegiis concessis patri & liberis,vsque ad pronepotes tantum extendi, tamen verum non est: quia priuilegium large debet interpretari in præiudicium concedentis.glo.in cle.penul.de præb.Panor.in c.olim.isto titul.Ias. in l. beneficium.ff.de constitu.princ.etiam in materia priuilegiorum verba sunt in propria significatione accipienda,nec sunt vltra propriam eorum significationẽ restringenda, c.ex parte. 3.vbi Panor.de priuileg.& l.cum lege.vbi Areti.de testa.& hoc expressim docuit Ioan.Crotus in repeti.l.omnes populi.col.51.vers.sexto priuilegium.ff.de iust.& iure. *Liberorum appellatione qui contineantur.*

¶ Item qui iurisdictioni præest,neque sibi ius dicere debet,neque vxori, vel liberis suis, l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.omni.iudic.liberorum autem & parentum luctus impedimento nuptiis non est.l.liberorum.ff.de his qui notan.infa.l.athletas.§.ait prætor.ibidem.& hæ personæ procuratorum debebunt defendere,quibus sine mandato agere licet,vtputa liberi,licet sint in potestate.l.sed & hæ.ff.de procura. & interest nostra animum liberorum nostrorum non corrumpi,l.vt tantum.§.1.ff.de seruo corrup.

¶ Nuptiæ etiam consistere non possunt inter has personas, quæ in numero parentum, liberorumve sunt,l.nuptiæ.& l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.& liberorum nomine veniunt filij, etiam ante conuentionẽ nati.l.fi inter.ff.de pac.dot. & liberos istos ali statutum est, & ad nepotes extendi vult Iurisc.in l.3.§.1. ff.de liber. agnoscend. & in titul.de obseq. à liber. præstand.& intelligitur dictio liberi,vt hic.

¶ Liberis non licet vocare parentes suos in ius sine venia:liberos intellige etiam vltra trinepotem,vt hic, & l.sed & si §.liberos. ff. de in ius vocand.& alibi Iurisc. ait:si quis patrem,patronum,liberos,aut parentes patroni in iudicium vocabit,qualiscunque fideiussor iudicio sistendi causa accipiatur: liberos accipimus etiam ex fœmininо sexu descendentes liberos.l.2. §. prætor. qui satisda. cogan. & liberorum appellatione continentur non tantum qui sunt in potestate,sed omnes,qui sunt sui iuris, siue virilis,siue fœminei sexus sint, ex fœmineove sexu descendentes,l.eognoscere.§.liberorum. supra eod.

¶ Notate qui principes estis, & filij principum, vobis à iure datum priuilegium, in cle. vna. de baptismo. vbi principes possunt domi liberos suos baptisare; quod debet intelligi vt hic, etiam in aliis descendentibus. *Principibus licere filios suos domi baptisare.*

¶ Etiam liberos eius,cui assignatus est libertus, accipere debemus non solum filios,verumetiam nepotes,& deinde descendentes,ac etiam posthumos.l.1.& 3.§.fi.ff.de assignand. liber.& generaliter parentes & liberos prætor, nec gradus liberorum parentumve enumerauit:in infinitum igitur eis præstabitur.l.1.§.1.ff.de lega.præstand.facit l.1.§.liberos.de coniungend.cum emancipa.liber.Item vt semel dicam, liberos non tantum filios accipere de-

bemus,verum omnes liberos,l.moris.§.liberos.ff.depœnis. & cum quæſierimus de liberis patroni,ſcire oportet, quoniam appellationem hanc non in primo gradu ſiſtimus,hoc eſt filium & filiam non tantum comprehendimus,ſed & nepotes ex vtroque latere,& eos qui ſunt deinceps.ff.de excuſa.tutor. liberi tamen non ſunt qui contra formam humani generis conuerſo more procreantur, veluti ſi mulier monſtroſum, aut prodigioſum enixa ſit, l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu homi.l.quæreret.ſupr.eo.inferius ſtatuam regulam cum limita-

¶ *Lex 12. tabularum comprehendit.* Iuriſconſ. probat hic omnes inferiores liberorum appellatione contineri, eo quod lex duodecim tabularum omnes comprehendit: & vult Alcia. legem 12. tabul. primam ſucceſsionis cauſam eſſe, & de omnibus intelligebat.extat lex vna ſucceſsionis ſic dicẽs, Tutores liberis in poteſtate teſtamento parentes danto.& de iſta habetur mentio in l. 1. ff. de teſta. tutel. ſed oportet Iuriſconſ. legem referenti credere, quia non habemus omnes 12.tabul.leges,vt probat glo.in l.admonendi.vbi plene iuris interpretes.ff.de iureiurand.item Alex.lib. genial.1. c. 15. dicit eſſe in commentariis Caſsij ita ſcriptum : Qui legem duodecim tabular.interpretatus,tam in ſenatuſconſultis,quam prætorum edictis, nomen parentis ad ſuperiores, & liberorum ad inferiores ad vtrunque ſexum, & in infinitum extendit:nec modo liberorum, ſed natorũ nomen ad idem producit: liberoſque habere non eum dicit ſolum,qui plures,ſed qui vnicum habeat filium.Ecce igitur quod Caſsius Iuriſc. interpretatus legem 12. tabula.extendit verbum liberos ad nepotes in infinitum : probat hoc verbum omnes, per quod proprie veniunt etiam vltra trinepotem,& per hoc verbum comprehendit,quod & proprie ſignificat,vt dixi in l.1.ſup.eod. in verbo complectitur, & inferius in regula abundantius dicetur.

Parentum & liberorũ appellatione quid cõtineatur ex 12. tab.

Totiens enim leges neceſſarium dicunt cognationem ſingulorum nominibus vti,veluti filij,nepotis,pronepotis,ceterorũve,qui ex his deſcendunt,quotiens non omnibus,qui poſt eos ſunt præſtitum voluerint,ſed ſolis his ſuccurrent, quos nominatim enumerant: at vbi non perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtatur,ſed omnibus,qui ex eodem genere orti ſunt,liberorum appellatione comprehenduntur.

¶ Probat hic Iuriſcon.liberorum nomine omnes venire deſcendentes, ea ratione. nam ſi velimus prodeſſe vni cognationi, vtimur nominibus illius cognationis,vtpote ſi deſideremus rem præſtari filiis, eos filios vocamus, ſi nepotibus, nepotes nominamus: vt filiis meis relinquo domum,aut nepotibus,his tantum ſuccurrere volumus,quorum cognationem exprimimus : ſed vbi non certis perſonis, nec certus gradibus res præſtatur, ſed omnibus,qui ex eodem genere ſunt, iſti omnes liberorum appellatione comprehenduntur.

¶ Et ſic Iuriſc. hanc tradit doctrinam,quando liberorum appellatio comprehendat omnes deſcendentes,tunc videlicet,quando lex vel homo non vult præſtare rẽ certis perſonis, vel gradib. perſonarũ,vt liberis primi gradus:tunc ſi ſimpliciter de liberis loquatur,liberorũ appellatione comprehendentur omnes deſcendentes,vt hic:& ſic poteſt eſſe hic limitatio, cum numerantur gradus, vel perſonę,tunc numeratæ tantũ veniunt,vt probatur in limita-

Gradus cognationis.

¶ *Gradibus.* Gradus ſunt, per quos ad altiora aſcendimus, vel deſcendimus,à gradiendo, dicti,quod per eos eatur: vnde quia in cognationib.ſunt maiores & minores,ideo dicuntur gradus cõgnationis,vt ff. de grad.& Inſt.& gradus cognationis alij ſuperioris ordinis ſunt, alij inferioris,alij ex tranſuerſo,ſiue à latere:ſuperioris ordinis ſunt parentes,inferioris liberi,ex tranſuerſo ſiue ex latere fratres,ſorores,liberiq; eorum.l.1.ff.de grad. Gradus autẽ dicti ſunt ad ſimilitudinem ſcalarũ locorumve procliuium,quos ita gradimur, vt à proximo in proximum,id eſt in eum,qui quaſi ex eo naſcitur, tranſeamus.l.Iuriſcon.§.gradus.ibidem.

Gradus pro ſtatu & honore.

¶ Interdum gradus capitur pro ſtatu, honore, loco, vel dignitate. vnde Modeſtinus ſic ait in l.3.ff.de re milita.Pœnæ militũ huiuſcemodi ſunt,caſtigatio pecuniaria, multa, munerum indictio,militiæ mutatio,gradus deiectio,ignominioſa miſſio,&c. deiectionem gradus vocat,quando tribunus,præfectus cohortis,centurio,aut alius à ſuo ſtatu deponitur,& inter pedites relinquitur ſine aliquo ſtatu,honore,& præfectura.vnde ibidem ſcribitur,qui ſtationis munus relinquit, pluſquam emanſor eſt, itaque pro modo delicti aut caſtigatur, aut gradu militiæ deiicitur,vt ſi erat tribunus,deinceps non erit.Et ibidem,qui aliena arma ſurripuit, gradu militiæ pellendus eſt.& ibi,qui ſeditionem aliorum militum conetur, capite punitur, ſi intra voiferationem, aut leuem querelam ſeditio mota eſt, tunc gradu militiæ deiicitur.Cingulo ſpoliari etiam miles debet, qui coadunatis turbis de fide Chriſti arma publice tractare conatur.l.nemo clericus. C. de ſumma trinita.& l.ſi.ff. de cuſtod. reo, dicit,in extremum gradum militiæ detrudi.

Gradus pro magiſtratu.

¶ Notandum eſt in magiſtratibus & officiis eſſe gradus,ſicut inter milites,l.Titio.§.ſi.ff. ad municipal. vbi glo. gradus pro magiſtratu exponit, qui aliquo in gradu ſunt. Nam alij ſummum honoris locum habent,vt dictator,l.2.ff.de orig.iur.& Liuius lib.1.ab vrbe condita: alij magiſtratus ſecundum locum,& deinceps honoris & dignitatis obtinent,l.qui.eædem.ff.

dem.ff.de ſicar.ibi,qui ſecundo gradu ſunt.vt ſcribit Accurſ.in l.1.ff. de offic. eius. dixi in l. ſpecioſas.ſup.eod.facit l.vl.ibi,ſi in aliquo gradu exiſtentes id fecerint,capite puniũtur.ff. de incend.ſunt etiam gradus in pœnis.l.capitalium.ff.de pœnis.idem in muneribus publicis.l.3.§.munus.ff.de munerib.in ætatibus ſunt gradus, l. hereditatum. ff. ad legem Falcid. glo. in procemio ſexti. Alios gradus nunc non ſuſcipiam.

Sed & Papyrius Fronto lib.4.reſponſorũ ait, prædio cũ villico & contubernali eius,& filiis legato,nepotes quoq; ex filiis contineri:niſi voluntas teſtatoris aliter habeat.filij enim appellatione ſepe & nepotes accipi,multifariam placere.

¶ Idem ſcribit Scæuola in l.vxorem.§.concubinæ.ff.de lega. 3. fundum in Appia cũ villico ſuo,& contubernali eius,& filiis dari volo.quęſitũ eſt, an nepotes quoq; villici & contubernalis eius teſtator ad concubinã pertinere voluerit? Reſpõdit nihil proponi,cur non deberentur.ecce quod filiorum appellatione ibi voluit nepotes comprehendi,ergo multo fortius liberorũ:ſed ibi quia ſine magno incõmodo ſeparari non poſſunt,vel pietatis ratio offenditur,l.plerunque.ff.de ędil. edic.nam dura eſt ſeparatio conſanguineorũ.l.poſſeſsionum.C.communia vtriuſque iudic.vnde ne filius à patre,vel nepos ſeparetur,filij nomine nepotem contineri vult.pietas enim offendi videretur.

¶ Qui ſint cõtubernales,dixi in l.inde tabern:ſup.eo.de villico in l.vrbana famil.ſup.eo.

¶ *Niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat.* Papyrius Fronto nepotes in hac ſpecie contineri ait,niſi voluntas teſtatoris refragetur,vtpote ſi teſtator vni legaret filios,alteri nepotes, hoc caſu filij nomine nepotes non venient.facit l,ſed & ſi.§. de quibuſdam.ibi,niſi ſit contraria voluntas. ff.de vſufruc.l.2.de heredib,inſtituend. l.verbum erit. ſupra eod.

¶ Aliquando voluntas ſimpliciter ſine adiũcto ponitur,& intelligitur de vltima,quãdo dicimus in cõtractu hoc fieri,& in voluntate.l.de acceſsionib.ff.de diuerſ.& temp.præſcrip. idem ſi adiungatur vltima voluntas,vel voluntas teſtatoris,vt hic:alias regulariter voluntatem capimus pro intentione,& mente:vt iſta eſt mea voluntas,vt in l.proxima,ſupra eod.

Voluntas ſine adiuncto quid denotet.

¶ *Filij enim appellatione.* Iuriſc. aſsignat hic rationem, cur in ſpecie à Frontone poſita veniant nepotes filij nomine, & adiicit, quia ſæpe appellatione filij nepotes accipiũtur. vnde per iſtum tex.conſtat filij nomine non contineri nepotes regulariter,ſed ſæpe, id eſt in aliquibus caſibus.l.ſæpe. ſupra eod.nam filium eum definimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur. probatur etiam ex iſto tex. in verb.totiẽs. vbi dicit nomen filij,nepotis & pronepotis eſſe nomen ſingulare cognationis,prouidens vni cognationi tantum : nomen vero liberorum eſt nomen generis, omnes de illo genere continens.item aliter filij,aliter nepotes appellantur.l.quod ſi nepotes.ff.de teſta.tutel. filij enim hi ſunt,ex quibus nepotes oriuntur.l.2.§.deinde ſextus.ff.de origi.iur.

¶ Et ſic per iſtum tex.conſtituenda erit regula negatiua,videlicet filiorum appellatione nepotes non comprehendi per ſupradicta.quod facit ad vocabulum Gallicum *fils*, vt hoc mõdo intelligi debeat, vbicunque inueniatur. & huius eſt ſententiæ etiam hic Bartolus in princ.licet poſtea diſtinguat:quę diſtinctio ex his & ſequẽtibus ſuperflua relinquitur,& alia doctor.doctrina ſuper hoc,ſiue à lege proferatur,ſiue ab homine,quia lex non habet aliam ſignificationem ab homine.Iſta regula limitatur hic,niſi ratio pietatis aliud oſtendat,vt in verſ. ſed & Papyrius Fronto. nam ſi quis matrem & filios Titio donet, nepotes continebuntur,ne dura illorum fiat ſeparatio, vt ibi,& ſup. dixi,

Filiorum appellatio non comprehendit nepotes, regulariter.

Filiorum appellatio quando comprehendat nepotes.

¶ Etiam non procedit in caſibus à iure expreſsis,l.filium. ff. ad Macedo. vbi ſic dicitur: filium habeo,& ex eo nepotem, nepoti meo creditum eſt iuſſu patris eius:quæſitum eſt an contra ſenatuſcon. fieret:dixi etiam ſi verbis ſenatuſcon. filij continerentur, tamen &in persona nepotis idem ſeruari debere. idem in l. ſenatuſconſulto ; quo cautum eſt, ne tutor pupillam vel filio ſuo,vel ſibi nuptum collocet,etiam nepos ſignificatur. ff.de ritu nuptia. cum aliis ſuperius adductis. & l. ſi quis filium. C. de in offic. teſta. vbi patres habere exiſtimantur filios & nepotes paterna affectione & imitatione.

¶ Etiam quando eſt eadem ratio in nepotibus,quæ in filiis,tunc nepos filij nomine cõtinetur,ſi materia vtriſque conuenire poſsit,l.teſtis idoneus.pater filio,aut filius patri non eſt.ff.de teſtib.l.at ſi quis.§.plerique. de religioſ.l.2.§.ſi mater.ad Tertull.

¶ Et quando conſtat de voluntate diſponentis,per iſtum tex.ibi, niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat:alias regulariter contra,vt firmat glo.in l.filij,ſup.eod.Deci.conſil.95.& pro tenui.q.2.qui alios plures adducit hanc ſententiam ſuſtinentes,& ego allegarem vobis hic pluſquam centum conſilia varia in hac materia, quæ hic congeſſeram : ſed ne ſcripta mea onerem allegationibus, ea omiſi.

Filiorum appellatio quando nepotes comprehẽdat, & quando non.

¶ Præterea & ea quæ natura præſtanda ſunt filiis,& nepotibus deneganda non erunt,vt alimenta,l.1.ff.de iuſtit.& iure,l.ſi quis à liberis.ff.de liberis agnoſcend.& in quibus nos docet natura,in his filiorum nomine cõtinentur nepotes.ita tex.in verſ.præter hęc quoque. & in his caſibus filiorum nomine nepotes contineri non negarem: at regulariter non, nec in reſcriptis, nec in priuilegiis, contractibus, nec in aliis actibus.

¶ Et in quibus casibus nepotes comprehenduntur nomine filij, non est disputandum an proprie, vel impropriè: quia postquam lex declarauit, habebit locum illa declaratio in statutis, & in aliis actibus, in quibus lex declarata, vt scripsi in l.1.supr. eod. alioqui reincremus legem, quod non est permissum; imò leges ab omnibus seruari debent, l. leges. C. de legib. & interpretatio Iurisconsulti est lex, l. iusta. supra eod. ideo superflua est hæc disputatio: quia siue proprie, siue ex interpretatione Iurisc. nepos comprehendatur, illa interpretatio in omnibus declaratis habebit locum, sicut aliæ leges.

Ad l. filij appellatione.

¶ Nec refragatur l. filij appellatione omnes liberos intelligimus. supra eod. quia dicit omnes liberos intelligi, id est omnes filios, non verò nepotes: sed omnes filij continentur, tam sui iuris, quam emancipati, & cuiuscunque sexus sint, siue filij siue filiæ, l. cognoscere. §. fi. supr. eo. nec obest quod Iurisc. dixerit omnes liberos, quia noluit idem per idem exponere: videlicet filij appellatione omnes filios intelligimus, sed dixit omnes liberos, tam maiores quam minores, sed non alios inferiores deinceps: & illic Iurisconsult. tantum vult ostendere numero singulari Titij omnes liberos contineri.

¶ Nec me mouet l. iusta interpretatione. supr. eod. ibi enim iusta interpretatione filij nomine venit filia, & nepos videtur comprehendi. Respondeo, in casibus à iure expressis, & inueni in quibusdam exemplaribus antiquis l. iusta. sic conceptam: Iusta interpretatione recipiendum est, vt appellatione filij sicuti filiam familias contineri respondimus, ita & nepos sæpe videatur comprehendi. & sic conueniret cum nostro text. dicente sæpe nepotes contineri filij nomine.

¶ Etiam non obstat hic tex. dicens naturam docere, vt omnes contineantur. Respondeo naturam docere parentes ad nominandum nepotes etiam filios, propter dilectionem quam habent ad eos: & illa loquendi consuetudo esset probanda, qua probata fatendum hoc esse: alias propter nominationem vnius, non mutabitur ius, vt in l. non epistolis. cum l. seq. C. de proba.

Nepotis appellatione quando venit pronepos.

¶ Appellatione etiam nepotis venire pronepotem docet hic Bar. quia sicut nurus appellatione venit pronurus, ita nomine nepotis venit pronepos, l. nurus. l. generi. & l. socer. sup. eod. Doc. in l. Gallus. §. instituēs. supr. eod. quibus Virgil. assentit dicens: *Forte recensebat numerum carosque nepotes.* Ego tamen dicerem in illis casibus hoc esse à lege declaratum, & apud rhetores transeat; sed nepos est, qui nascitur ex filio, pronepos ex nepote. l. nam ciuium, ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. Iurisconsultus. ff. de gradib. & nepos est nomen singulare vnius cognationis, non duarum, vt dicit iste tex. ergo non comprehendet (sicut de filio dixi) pronepotem. nec enim hoc inueni lege cautum. Bar. hic adducit statutum, quo cautum est, quod filiis extantibus masculis filia non succedat. quomodo intelligatur, hoc non prosequar, quia Albert. Brunus super hoc edidit vnum tractatum vtilem & amplissimum, ideo ad eum vos reiicio. Alia quæ Bar. hic docet, per ista, & quæ inferius dicam, erunt expedita: prosequar tex.

Diuus quoque Marcus rescripsit, non videri sine liberis defunctum, qui nepotem suum heredem reliquit.

¶ Nunc probat negatiue auctoritate diui Marci sententiam, quam supra docuerat, videlicet nepotes & deinceps liberorum appellatione comprehendi: quia non videtur sine liberis defunctus, qui nepotem suum reliquit: sicut non dicitur sine liberis, qui vnum tantum filium habet, l. non est sine liberis. supra eod. ergo si non est sine liberis, qui nepotem habet, liberorum appellatione nepos continetur. vnde qui statuit, vt hereditas perueniret ad Titium, si sine liberis filius decederet, sufficit nepotem superesse. tex. in l.1. C. de condit. insert. vbi Bal. & alij plura scribunt. illos, si non grauemini, legite. sic consuluit Roma. consil. 148. visis.

Rescribere.

¶ Rescribere quot modis accipiatur, Bude. in annota. prioribus ad l. si vir vxori. ff. de præscrip. verb. docet, & ego plenius scripsi in tracta. de rescrip. in princ. in 2. tomo commenta. in constitu. Reg. quæ nunc minime repetam.

Præter hæc omnia natura nos quoque docet, parentes pios, qui liberorum procreandorum animo & voto vxores ducunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt contineri. Neque enim dulciori nomine possumus nepotes nostros, quam filij appellare.

¶ Iurisconsul. vltra prædicta probat nepotes contineri liberorum nomine, & hoc docente natura. ipsa enim parentes docet liberorum procreandorum causa vxores ducere, & filiorum appellatione omnes ab eis descendentes habere, & ipsi parentes natura vocant nepotes filios: natura eos equidem docuit, sic eos vocare, docetque eos alere. l. r. ff. de iust. & iure, §. 1. de iure natural. in Institu. l. 2. ff. de dona. inter virum & vxor. & quamuis parens ali à filio

ratione

ratione naturali debeat, tamen æs alienum eius non esse cogendum exoluere filium rescriptum est. l. si quis §. parens. ff. de liber. agnoscend. Specula. in titul. de executio. sententiæ. §. sequitur. vers. quid si filius familias. dicit idem in patre. & natura nescit mentiri sicut probitas, vt dicit Bal. per illum tex. in l. maximum vitium. nu. 8. col. 4. C. de liber. præter.

Æs alienū patris filius non cogitur soluere.

¶ Colligitur ex isto tex. quod parentes debent esse pij in filios suos, sic filij in parentes. vnde Iurisc. alibi vocat filios pios, in l. in testamēto. ff. de fideicom. libert. & ij pietatis opera erga illos exercere debent, & nō minus parentibus quam liberis pie relinqui debet, l. nam & si. ff. de inoffic. testam. & multa exempla pietatis filiorum erga parentes docent Valer. & Baptista Fulgos. in lib. 5. de pietate erga parentes.

Patrem in filios pium esse debere, filiumque in patrem.

¶ Quæreret quis, in quo consistant hæc pietatis opera? Respondeo, primum, vt parentes filios bonis moribus & dilectione Dei instruant. nam primum animas, deinde linguas eruditas fieri oportet, vt habetur in procœmio ff. vnde cū pater docuisset suum filium nondum septennē Deum blasphemare, ob rei magnitudinem filius isse inter vlnas patris à diabolo raptus, & ad inferos fuit delatus, vt scribit diuus Gregor. in dialog. & recitant doc. in c. vno, de delic. puero. Etiam filios suos scientiam docere debet vel artificium, in cap. fi quis reliquerit proprios filios, & eos non aluerit, & quod pietatis est necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit. 30. dist. & sapiens Cato ait: *Cum tibi sint nati, nec opes, tunc artibus illos Instrue, quo possint inopem defendere vitam.* & lege Solonis sancitum erat, filium ad alimenta necessaria patri non teneri, quando pater eum nullam artem docuisset. imo audite quid Heli contigerit, qui sacerdos sanctus fuit. ipse enim, quia filios suos non erudierat in omni disciplina, & correctione, supinus cecidit, & mortuus est. verba refero Hiero. in c. legant episcopi 37. dist. & 1. Reg. c. 2. ac in c. licet Heli. de simon. scripsi in scholastico. priuileg. 53. quod pater possit compelli ministrare impensas filio suo, volenti studere. multa scribit Lucas de Penna in l. vnic. col. vlti. C. nulli licere in frenis. lib. 11. & ego docui in scholastico. priuileg. 53. vbi plene probaui.

In quo cōsistāt patris in filium pietatis opera.

De puero qui ob blasphemiā à diabolo raptus est.

De filiis Heli sacerdotis.

¶ Secundum colligitur ex hoc tex. quod homines matrimonium contrahunt vt liberos procreent, & sic est bonum matrimonij inter tria quæ scribit Ioan. Andre. in summa de sponsal. videlicet fides, proles, & sacramentum. & sic videtur quod verbum liberos intelligitur non tantum de filiis, sed & de nepotibus: quia sicut ipsi patres ducunt vxores, vt liberos habeant, sic filij eorum ducent, & procreabunt alios, & ita in infinitum protrahetur hæc cognatio, si bona fuerit: mala autem cito peribit, vt docet Dauid psal. 36. Et Valer. lib. 2. de censor. nota sic scribit de Camillo & Posthumio: Natura enim vobis quemadmodum nascendi, ita gignendi legem scribit, parentesque vos alendo nepotum nutriendorum debito (si quis est pudor) alligauerunt: æraque pœnæ nomine eos qui ad senectutes cœlibes peruenerant, in ærarium deferre iusserant. Inde Plato dialog. 4. de legib. scribit legem: Vxorem quisque à trigesimo anno vsque ad trigesimum quintum ducat: si non duxerit, pecunia mulctetur, atq; dedecore tali, videlicet exprimendo quanto & quali dedecore afficiendus sit. Dicit præterea neminem esse qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere: & genus hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat, quod filiorum filios relinquendo vnum & idem semper per generationem immortalitatem adipiscatur. nefas autem est immortalitate seipsum sponte priuare: hac vero ex animo ille se priuat, qui filios & vxorem negligit.

Cōtra cœlibatum.

¶ *Filiorum appellatione omnes.* Igitur natura docet omnes, qui ex nobis descendunt, filiorum appellatione contineri, vt sequitur, & hic promiscuè liberorum & filiorum nomine vtitur, vt vnum per aliud declaretur: & in l. si quis ita. §. 1. ibi, liberis tutores dederit, vel filiis. de testa. tutel. ff.

¶ *Descendunt.* Descendere pro oriri, gigni accipitur. nam sicut descendere dicitur proprie de loco superiore ad inferiorem ire, sic filij ex patre dicuntur descendere: & pater & auus ac alij superiores vocantur ascendentes, filij & inferiores, descendentes. l. Iurisconsul. ff. de gradib. l. cognoscere. in fin. sup. eod. & dicitur descensus ratione computationis graduum, vt est videre in arbore consanguinitatis, & per totum tit. de gradib. in Institu. & ff. & amor consanguineorum plus descendit, quam ascendat. l. isti quidem. ff. quod met. causa: nempe filium plus diligit pater, & in eum descendit amor paternus, quam amor filialis ascendat in patrem: quia non tam filius patrem diligit, quam ab eo diligitur.

Descendere pro oriri.

Ascendētes & descendentes.

¶ Et sic per istum tex. excluduntur adoptiui, qui liberorum nomine non continentur: quia non descendunt ab adoptantibus, nec ab his gignuntur, vt requirit iste tex. nec natura docet eos sic vocari: quia natura nihil in eis operatur, sed leges, vt §. 1. & §. minorem. de adoptio. in Institu. probat Iurisc. in l. fideicommissum à filiis relictum, si quis ex his sine liberis diem suum obierit, adoptionis commercio non excluditur. ff. de cond. & demonstra. doc. in l. si quis posthumos ff. de liber. & posthu. doc. in interpreta. l. si vnquam. C. de reuocand. dona. limitatur in l. 1. ff. de bonorum possess. contra tabul. & l. 1. ff. si tabulæ testa. nullæ extab. §. liberos.

Adoptiui liberorum nomine non continentur.

ff.de religios.ibi,liberis etiam cuiuscunque sexus,vel gradus, & filiisfamilias & emancipatis idem ius concessum est, siue extiterint heredes, siue abstineant sese. Exheredatis autem, nisi specialiter testator iusto odio commotus eos vetuerit,humanitatis gratia tantum sepeliri,non etiam alios præter suam posteritatem inferre licet.Idem si confirmetur status in eo matrimonio quæsitorum,vt nepotes & alij non comprehendantur. l. qui in prouincia. in fin.ff.de ritu nuptia.Idem quando diceretur de liberis in potestate,tunc alij excludentur,si non sunt in potestate.l.1.ff.de liber.exhibend.

Si liberi nominibus propriis nominati sint.

¶ Tertiò quando nominati essent liberi in dispositione nominibus propriis, eo casu ad nominatos videtur voluntas restricta;vt Titio,Caio, & Petro liberis meis hereditatem relinquo:non intelligitur de aliis quàm expressis.l.si communis seruus,vlt.ff.de stipula. seruo.l.nonnunquam,ad Trebel.c.si pater.ibi,præfatæ filiæ.de testa.lib.6.consuluit Alex.consil.37.viso themate.col,2.in 6. vol. & idem quando nominatus esset vterque. nam eo casu expressum facit cessare tacitum.l.cum quid.ff.si certum peta.

Si actus requirat liberos & heredes.

¶ Quartò si actus requireret liberos & heredes, hoc casu nepotes non comprehendentur.l. Gallus.§.etiam.ff.de liber.& posthu.vbi Bar.& alij,Ias. consil.118. contra donationem. col.2.in 4.vol.quia ad veritatem copulatiuę requiritur vtramque partem esse veram.l.si heredi plures.ff.de condi.institu.scripsi in l.coniunctionem.& l.sæpe.supra eod.

Si diuersa ratio.

¶ Quinto vbi esset diuersa ratio in filiis & nepotibus, seu aliis.nam vbi est diuersa ratio diuersum ius statuendum est,l.illud.ff.ad legem Aquil.l.iurisgentium. §. adeo.de pac. l.fin. C.de fideicom.

Si resultet absurdum.

¶ Sextò quando resultaret absurdum.§.instituens.l. Gallus.ff. de liber. & posthu. Alex. in l.sed si hac. §. liberos.de in ius vocando.vnde si data est emphyteusis, vel feudum Titio & liberis masculis, non comprehendentur nepotes ex filia;quia absurdum esset, quod filia excluderetur,quæ est proximior,& eius filij admitterentur.doc.in d.l. Gallus.§.etiam.

Si consuetudo sit in contrarium.

¶ Septimò,si consuetudo esset in contrarium,vel communis loquendi vsus,qui attendi debet,l.Labeo.ff.de supellect.lega. Alex.consil.26.videtur.col.1.vol.3.glo. & doc.in §.fi.qui testa.tutor.dari poss.Socin.consil.73.capiendo.col.6. in 4. vol. Barba. consil. 88. sapienter. col.3.in 4.vol.

Nomine filiorum ex Galliæ consuetudine quid contineatur.

¶ Vnde putarem in hoc Regno Francię,si quis diceret,meis filiis do tale castrum,Gallico vocabulo,*mes filz*,non venirent nepotes:quia ex consuetudine Regni licet quandoque vocemus *mes filz* nepotes, quoad nomen, & dilectionem, non tamen quoad dispositionem.imò si velimus quicquam relinquere nepotibus, eos nepotes nominare solemus, & hoc frequentius seruari vidi.

Nomine enfans quid Gallis comprehendant.

¶ Insuper habemus vocabulum *enfans*, quod licet de iure denotet filium minorem septennio. l. si infanti. C.de iure deliber. tamen de communi vsu loquendi Franciæ, *enfans*, vocamus omnes filios,siue masculini sexus,siue fœminini.l.Arethusa.ff.de statu hom. sed nepotes sub hoc vocabulo vix comprehendentur : quia nomine diuerso vocantur, *enfans & nepueus*: & si idem essent codicilli & testamentum,non essent diuersa nomina, l. si idem. C.de codicillis.

¶ Tamen quando eadem esset ratio in nepotibus, quæ in filiis ,etiam ratio traheret nepotes,vt in ordina.Reg.tit.*des maistres des requestes.* artic.4. vbi consiliarij supplicationibus præfecti non possunt cognoscere de causis eorum, nec *de leurs enfans*,sed causæ remittendæ sunt ad magistros libellorum hospitij Regis.verum quia hoc casu eadem est ratio in nepotibus,quæ & in filiis,ne ipsi sibi ius dicant, nec filiis, tunc non poterunt cognoscere etiam in causa nepotum in recta linea:cui conuenit l.qui iurisdictioni.ff.de iurisd.om.iudic. quæ loquitur de liberis:& ordinatio quæ ex illa lege elicita est,debet ampliari ad illos, qui liberorum appellatione comprehenduntur,licet loquatur *des enfans*.nam quando redimus ad ius commune per interpretationem lex ampliari debet : quia hoc fauorabilius est, vt ad suam naturam redeat,glo.singul.in c.statutum. de præbend. in 6.& ibi addidi alia iura huic sententiæ conuenientia.

Enfans & filz quid differant.

¶ Itidem intelligetur artic.2.ibidem loquens etiã *des enfans*, & consuetudines de his loquentes,& sic se habet vsus loquẽdi,*sont les enfans*,id est filij.paulo latius tamen in vulgi vsu loquendi patere videtur *enfans*,quàm *filz*,sed non sicut liberi.etiam apud Hebræos omnis filius in parentis comparatione infans vocatur,teste Hieron.c.20. Genes.& ibi,lippoma.

Infantes dicuntur & filij principum,durante vita patrum.

¶ Dicuntur etiam infantes filij Regum & principum etiã maiores,durante vita patrum, *les enfans du Roy*.tex.in extrauagan.1. de Iudæis,in extra.Ioan.22.& sic se habet etiam Hispaniarum communis vsus,vt ibi docet glo.infantes.

Suorum appellatione qui veniant.

¶ Vltimò dicendum est, qui suorum appellatione veniant.tex. in §.1.Institu.de heredi. quæ ab intesta. defer. sic dicit : sui autem existimantur,qui in potestate morientis tempore mortis fuerint,vt nemo eos præcedat:quia suitas est tam nobilis,& generosa, vt prior semper esse velit.doc.in l. si filius qui patri. ff.de vulga.l.1.ff.de suis & legit.hered. l.fi. de bonis damna.l.in suis.de liber.& posthu.

¶ Hodie

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

¶ Hodie tamen ex communi loquendi vsu Franciæ suorum appellatione,*des siens*, omnes descendentes venient,& sic solent dicere notarij,*tel à prouis à Iean & aux siens*, & tunc comprehendentur nepotes etiam in infinitum,sicut liberorum nomine.hoc docet Guido Papæ in decisio. Delphinal. q. 230. Petrus. & tam pater quam mater suos habet, hoc communi loquendi vsu,id est descendentes & liberos, vt firmat idem Guido Papæ q. 548. mulier.& consil.133.Antonius.col.1.ac Benedic.in repe.c.Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 177.& seq.de testa.Bertrand.consil.138.pto faciliori.in fi.vol.3.ex nouis.qui communis vsus loquendi attendi debet. l. Labeo. ff. de supellect. lega. & pro hac consuetudine facit text. quem ipsi non allegant,in l.penul.ff.de preca.sic dicens:cum precario quis rogat, vt ipsi in eo fundo morari liceat,superuacuum est adiici ipsi fuisque. nam per ipsum suis quoq; permissum videtur.in quo tex.pro domesticis seu familia accipitur, & sæpius, vt in l.sed cum fructuarius.ibi,suorumque facto.ff.de vsufruc.& l.plenum.§.idem Nerua,quod ad victum sibi suisque sufficiat sumpturum. de vsu & hab.& in l.pen.in fi.ibi,suam suorumq; culpam præstare debet,de his qui deiecer.vel effuder.& l.3.§.sed si mulier.ibi,suas suorumque iniurias exequitur.ff. de liber.hom. exhibend. suorum iniurias vsque ad septimum gradum declarat glo.singul.in l. si fœmina. C.ad Turpil. quam ibidem plene in meo antiquo C. notaui.facit l.inter causas.§.non omnia.ff.manda.cle.causam.§.verum.de electio.Curt. senior consil.41.super processu.col,3.l.1.ff. de eo per quem factum er.

¶ Etiam quando est habita mentio de suis heredibus, *de ses heritiers*, generaliter intelligitur de quolibet herede descendente, quem quis habet à lege, vel consuetudine. Guido Papę in decisio.Delphinal.q.230.Petrus.q.306.generale.

Sui nomen quo modo accipiatur.

¶ Nec obest l.Fulcinius,§.adeo.ff.quibus ex caus.in possessio. eat.vbi furiosus suus non est, id est suæ mentis compos, nec apud se: ideo non potest habere animum fraudandi, quem debet habere latitans.ibidem.facit l.in honoribus.in fin.ibi, apud suos excusatur. ff. de excus.mun.Et sic pro materia intelligitur,interdum de his qui sunt in potestate,& quandoque pro omnibus descendentibus & liberis,& nonnunquam pro familia,l.1. in prin. ff. de eo per quem factum erit:etiam si in ea extranei sint,per prædicta.& quot modis accipiatur suum,dicam in l.pupillus.§.fin.infra eod. alia nunc non adiiciam his contentus : boni, quæso,consulite.

PAVLVS LIB. X. RESPONSORVM.

LEX CCXXI.

Paulus respondit, falsum tutorem eum verè dici, qui tutor non est,siue habenti tutor datus est, siue non : sicut falsum testamentum, quod testamentum non est:& modius iniquus,qui modius non est.

Explicatio textus.

¶ Tres habet regulas:prima vnum dictum ponit:secunda illud elucidat ibi, siue : in tertia similia duo scribit ibi,sicut. & prima pars hoc dicit:is vere dicitur falsus tutor,qui tutor non est.nam tutor est, qui habet potestatem in capite libero ad tuendum eum,qui per ætatem se defendere nequit.§.1.& seq. Institu.de tutel.si non sit tutor,falsus est,nec habet hanc potestatem.

Tutoris nomen vnde.

¶ Tutores dicuntur à tuendo, quasi tuitores, atque defensores, §. tutores. de tutel. in Institu.l.1.ff.ille tit.ul.quia pupillos sibi creditos tueri debent:ideo causam pupillorum deferre non possunt,l. deferre.§.item eos.ff.de iure fisci.& de hoc verbo tueri loquitur Iurisc. in l.in lege Censoria.supra eod.hodie ab effectu dici quidam possunt tollitores,quia multi tollunt & furantur bona pupillorum,teste Alber.in d.l.1.& de his dici potest, ἀνθρώπων ἀνθρώπου λύκος, id est homo homini lupus,de quo Eras. in 1. centuria chiliad. 1. & tales expilantes pupillorum bona infames sunt, l.1. ff.de his qui no.infa.

Intutores bonorum pupilli expilatores.

¶ Et præsumitur quod bona pupillorum furari desiderent,cùm nummis tutelam expetunt vel processibus aut magnis amicis occupant,l.1.§.item solent.ff.de offic.prefec.vrb.& suspectus esse præsumitur, qui se tutorem ascripsit,quod tutelam vltro videatur affectasse, l. vxori. ff. de falsis. §. item trib.de excusa. tutor. hodie parum frequens est titul.de excusa. tutor. in tutela pupilli diuitis, sed in tutela pauperis sic.

Tutor testamentarius.

¶ Triplex traditur à iure tutor:primus est testamentarius, qui in in testamento datus est, & tutela eius testamentaria vocatur,vt patet in titul.ff.& C.de testa. tutel. & supra dixi in l. lege obuenire.

Tutores legitimi.

¶ Tutores legitimi sunt, aut senatusconsulto constituti, vel qui ex lege aliqua descendunt.Per eminentiam autem legitimi dicuntur,qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu propalam,quales sunt agnati : seu per consequentiam, quales sunt patrui. Vlpia. in titul. de tutel. si Vlpia. dici meretur. Et sic dicitur legitimus à lege datus : vtpote consanguineis, qui succedunt, defertur tutela, vnde ipsi vocantur legitimi tutores. lex enim eis

Tutores legitimi à quibus eligantur, quando succeſsio in duo latera diuidatur.

enim eis tutelam defert.l.1. & per totum. ff. de legi.tutor.& quando ſucceſsio partim defertur his qui ſunt in latere paterno, & partim his qui ex materno, tunc duo tutores dari debent, vnus ex vtroque latere, & hoc fieri debet conuocatis hinc inde conſanguineis, qui iſtos tutores eligent,& iudex ſolet eos approbare,vt cenſuit Senatus anno 1518.die 10.Martij pro Hilano Bouchard contra Iacobum le Lieuure, & anno 1528. die 1. Martij. facit l. fin. ff.vbi pupillus educa.debeat. & partes quæ iſtos tutores nominant, iurare tenentur, quod pupillo eligent vtiliorem, vt etiam fuit pronuntiatum anno 1522. die 9. Decembris. facit l. hac edictali. §. his illud. C.de ſecund.nupt.

Areſta.

Tutores datiui.

¶ Sunt & alij datiui, à iudicibus dati: ſupradictis autem deficientibus tutoribus iudex ſolet tutores dare,l.datiuus vel teſtamentarius tutor. ff. rem pupil. ſal. fore,& in titul. ff.de tutor.& cura.datis ab his.videte caſum ſingularem, in quo datus tutor teſtamento, adhuc à iudice confirmari ſolet,videlicet quando ipſe adſcripſerit ſe tutorem teſtamento, & idoneus adprobatus erit,per tex.in l.vxori.§.1.ff.de falſis.

Tutores honorarij.

¶ Sunt & alij qui honorarij tutores appellantur,ob honorem ſeu honoris cauſa dati, & ad hos etiam periculum tutelæ pertinet, l. quod ſi forte. §. 1. de ſolu. ff. vbi etiam dicit eſſe alios,qui rei notitiæ gratia dantur ad inſtruendos alios contutores:alij verò ſunt, qui dantur vt gerant,& hoc vel pater adiicit, vt vnus puta gerat: vel voluntate tutorum vni committitur geſtio:vel prætor ita decernit.tex.ibi ſolemnis,& in l.ſi quis tutor. §. quid ergo. ff. de ritu nuptia. & ſi parens declarauerit quem velit tutelam adminiſtrare,ille ſolus adminiſtret:ceteri ergo tutores non adminiſtrabunt, ſed erunt hi, quos vulgo honorarios appellamus,l.ſi plures.§.1.ff.de admi.tutor.

¶ Etiam tutor honorarius dicitur, qui à prætore datur, ſicut ius honorarium. Vlpia. in ſuis Inſtitu.rub.de cura.tamen honoris cauſa tutor datus non videtur, quem pater à ceteris tutoribus,quibus negotia curanda mandauit,rationes accipere voluit.l.iure noſtro. ff. de teſta.tutel.

Tutela,quid.

¶ Inde tutela dicitur illa vis & poteſtas,& pupillorum defenſio,l.1.ff.de tutel.& l.1.ff.de minor.vbi de tutela minorum loquitur.l. probrum.& l. ſæpe. ſupra eod. videte multa quæ ſcripſi in tracta.de ſenten.prouiſio.arti.3.glo.2.in conſtitu.Reg.in 1.tomo commenta.quantum ad praxim attinet.

Tutela pro defenſione.

Moderamen inculpatæ tutelæ.

¶ Etiam quælibet defenſio tutela vocatur: vnde iure euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit,iure feciſſe exiſtimetur, l,vt vim. ff. de iuſt. & iure.& cum moderamine inculpatæ tutelæ licitum eſt cuilibet ſe defendere,hoc elucidatur per glo.in l.1.C.vnde vi.& in d.l.vt vim.&l. ſcientiam.§.qui eum aliter.ff.ad legem Aquil.

¶ Item vt cloacę purgentur, & reficiantur,vtrunque ad ſalubritatem ciuitatum, & tutelam pertinet.l.1.§.1.ff.de cloac.

In ſuam tutelam quando dicatur peruenire ſe pupillus.

¶ Et in ſuam tutelam pupillus peruenire dicitur, quando ad tempus pubertatis peruenit,quo tempore defendere per ſe ipſe poteſt,l.cum filiofa.ff. de lega.3.l.hæc autem. §. prætor.ff.quib.ex cauſ.in poſſeſsio.eatur.l.pater filio.de heredi. inſtituend. Et iſta fere idem ſignificant, cum in ſuam tutelam, vel in poteſtatem peruenerit, cum ſui iuris factus fuerit, cum iuſtæ ætatis, cum legitimæ ætatis, vel maturæ ætatis,cum adoleuerit. his frequenter Iuriſcon.vtuntur.

Tutela pro tui tione ſeu defenſione.

¶ Alibi Iuriſcon.ait vtilitatem & tutelam,id eſt tuitionem ſeu defenſionem facientis ſpectari,l.1.§.plerunque.ff.ne quid in flumi.publico.ibi, oportet enim in huiuſmodi rebus vtilitatem, & tutelam facientis ſpectari ſine iniuria accolarum. Et quæ ad quotidianam tutelam pertineant dicit Iuriſcon. Scæuola in l. patronus. §. codicillis.ff. de lega. 3.& pecuniam, quæ in opera noua legata eſt,potius in tutelam eorum operum,quæ ſunt, conuertendam; quàm ad inchoandum opus erogandam, diuus Pius reſcripſit in l. finali ff. de oper. public.id eſt ad defenſionem operum factorum & refectionem potius exponenda eſt pecunia quam vt de nouo conſtruantur,quia non minor eſt virtus tueri, quam quærere: vt ſcripſi in praxi beneficia.in 2.parte in princ.

Tutela aſcendentium. Tutela nobilium.

¶ Item ſolent dicanici Franciæ vocare tutelam aſcendentium *garde*,& ipſos *gardiens*,per antonomaſiam,cum ipſi melius inferiores cuſtodiant,quam fratres & alij laterales.ſed tutela nobilium vocatur *bail*, vel cóllateralium, vt ſcripſi in 2. tomo commentariorum in conſtitu.Reg.in tracta. de dona.& aliis diſpoſ.tutor.& aliis, &c.glo.9. Et omnes iſti quoad effectum ſunt tutores,quocumque nomine vocentur.

Tutrix mater pro filiis tutorio nomine obligata, ſi in integrum reſtituantur, liberatur.

Areſtum.

¶ Notandum eſt perpetuò, quod ſi mater tutrix nomine filiorum tutorio & proprio ſe obligauerit, ſi filij ex illo contractu reſtituantur, non tenebitur mater nomine proprio: quia extincto contractu,& obligatio acceſſoria,l.cum principalis.ff.de reg. iur.& regula acceſſorium.illo titul. lib.6. nam & qui petit reſtitui contra contractum, videtur petere reſtitui contra pactum,vel clauſulam appoſitam in contractu,per l.1. C. ſi aduerſus dotem. Bal. in l.fundi partem.in fin.ff.de contrah.emp.ſic conſuluit Bertrand.conſil.69. puncti quæſtionis.in 1. vol. ex noua editio.& ſecundum hanc opinionem fuit in ſenatu iudicatum & pronuntiatum

pronuntiatum in vigilia Pentecoſtes anno 1539.& literę Regiæ per tutricem impetratæ com probatæ fuerunt.

In tutore quæ requirantur.

¶ Requiſita in tutore ſcribit Ludo.Roma conſil. 425. quoad primum: quia tutor datur perſonæ principaliter,ideo dicitur tuitor in §.tutorès.de tutel. in Inſtit.vnde in bonis moribus pupillum ſuum inſtruere debet, & præceptores ei tradere pro dignitate pupilli, & & amplitudine facultatum,l.tutor ſecundum dignitatem.& l.cum plures.in fin.ff.de admi. tutor.glo.in §.certe.qui teſta.tutores dari poſsint.

¶ Secundò tutor cuſtodire res pupilli, & cuſtodiam bonorum illius cuſtodiæ ſuorum bonorum præferre debet in rebus æqualibus.l.tutor ſecundum.§.1.ff. de adminiſtra.tutor. glo. in l.ſi vt certo.§.proinde.in verb.ſaluas.ff.commod.Roma.ſingul.698.attende.

¶ Tertiò quod omnimodo & ſine vlla dilatione defenſionē pro pupillis & adultis ſubire eos tutores neceſſe eſt.l.fin.§.omnem. C. de adminiſtra. tutor. quia tutoris præcipuum eſt officium,ne indefenſum pupillum relinquat, l.tutoris. ff. de adminiſtra. tutor. alioqui ſententia contra indefenſum eſt nulla.l.ſi præſes. C.quomodo & quando iudex.

¶ Quartò vbi expedire viderit,auctoritatem pupillo præſtare debet,l. 1. & per totum. ff. de auctori.tutor.

¶ Quintò omnium rerum pupilli inuentarium conficere debet,l.tutor qui. ff. de admi. tutor.l.tutores.2. C. illo titul.l.fin. arbitrium tutelæ.

¶ Sextò ſatiſdare debet,niſi in teſtamento datus fuerit,vt in titul.de ſatiſda.tutor.in Inſt. videte tamen quæ ſcripſi in trac.de ſenten.prouiſio.artic.3.glo.2.in 1.tomo conſti. Reg.

¶ Vltimò adminiſtrare res pupilli diligenter,& ex bono & æquo debet,vt in titul.de adminiſtra. tutor. & l. fin. de eo qui pro tutore. videte requiſita ſexdecim quæ ſcribit idem Roma.d.conſil.425. poſt Bal.in l.1.§.item ſolent.ff. de offic.præfec. vrb. vbi ſeptem tantum neceſſaria ſcribit.

In dando tutore quæ conſideranda.

¶ *Siue habenti tutor datus ſit, ſiue non,* Iſte tex. venit ad elucidationem dicti præcedentis, quod ille eſt falſus tutor,qui verè non eſt tutor, etiam ſi ille tutor fuerit datus habenti verum tutorem,ſiue non habenti.nam tutor etiam falſus dicetur,quando non erit tutor, l. 1, quod falſo tutore auctore geſtū eſſe dicetur.vnde dicit tex.in l.naturali.§.1.ff.de confirma. tutor.quatuor conſideranda,videlicet an hic dederit,qui dare potuerit,& ille acceperit,cui fuerat dandus,& is datus,cuius dandi facultas erat, & pro tribunali decretū interpoſitum.

Falſus tutor quis.

¶ Dicet quis,Quomodo poteſt eſſe falſus,ſi ſit datus? Reſpon. quando non eſt datus à teſtatore,vel à lege,nec à iudice,ſed datus eſt ab illo,qui dare non poterat habenti, vt patet in titul.in quibus caſibus tutor. vel curat.habenti,tutor, vel curator dari poteſt. C. etiam ſi dicatis non habenti datum ab eo,qui dare non poterat:ergo ille datus tutor ab illo, non eſt tutor,& ſic eſt falſus.idem ſi datus ſit in minus ſolemni voluntate quoad effectum, l. 2. C.de confirmand.tutor.

Tutorem habenti quando tutor dari poteſt.

¶ Et ſic falſus tutor etiam dicitur,ſi fuerit datus,ſed perperam:quia habenti tutorem datus eſt contra iuris prohibitionem,poſitam in §.interdum. de curato.in Inſtitu. plures tamen ab initio dari poſſunt,in titul.C.ſi ex pluribus tutor.ſed ſemel dato vno,eo ſuperſtite alter dari non poteſt, niſi in caſibus deſcriptis in tit. C. in quibus cauſis tutor. haben. tutor dari poſsit,maxime in l.licet.ibidem,& per glo.& doc.in d.§.interdum.& in quibus caſibus dari tutor iure non poteſt, falſus dicitur, ſi datus fuerit habenti tutorem, etiam ab eo qui dare poteſt.

¶ Item Iuriſcon.ſæpius in lege condenda ſic dicit,falſum hoc eſt,vt in l.frugem.in l.anniculus.1. in fin. ſupra eod. & l.ſi qua pœna. infra eod.& non eſt iniuriæ verbum, ſi adius referatur,ſecus ſi ad factum:Oldendorp.allegat l.penul.ff.de iniur.

Cum falſo tutore geſtum non valet.

¶ Animaduertendum eſt,quod iſta proſunt ad ſequentia:quia geſtum cum falſo tutore non valet,nec minori præiudicat, vt in titul. ff. quod falſo tutore auctor. geſtum eſſe dice. nam tria ſunt remedia ex illo titul. Primum, contra falſum & doloſum tutorem, vt quanti eares erit in tantam pecuniam condemnetur, l. nouiſsime. ibidem. Secundum eſt, quod datur actio contra illum,qui dolo fecit,vt non tutor, quem falſum hic vocamus,auctoritatem interponeret,l.1.& l.ſi falſo.& l.falſus.ac l.ſeq.ibidem. Tertium,quod contrahens cum pupillo reſtituetur in integrum.d.l.1.in fin.ibidem:declarat Rofred.in tracta.libello.in 3.parte hoc titul.

Tutoris nomine omnis tutor venit.

¶ Vltimò colligere poſſumus,quod tutoris nomine omnis tutor venit.l.bonæfidei. ſupra eod.& in titul.de admi.tutor.quia genus omnes ſuas continet ſpecies,& ſpecies ſua individua, vt dialecticis notum eſt.l.item legato. §.item intereſt.ff. de lega.3.

Falſum quid.

¶ Derogatur quando materia non conueniret,vt in l.Herennius.infra eod.

¶ *Sicut teſtamentum falſum,quod teſtamentum non eſt.* Quid ſit falſum, quæritur,& videtur id eſſe,ſi quis chirographum alienum imitetur,aut immutet,vel rationes interciđat,vel deſcribat,l.quid ſit falſum.ff.de falſis:vel eſt immutatio veritatis.§.1.in authen. de inſtru.cautel. & fide,colla.6.vel vt quidam volunt,verorum imitatio.

¶ Itaque

Testamentum proprie quid, & improprie.

¶ Itaque sicut falsus tutor dicitur, qui datus non est: ita falsum testamentum dicitur, quod non est. vnde Iurisconsul. ait, Testamentum illud proprie dici, quod iure perfectum est: sed abusiue testamenta ea appellamus, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta, l. 2. §. 1. ff. quemadmodum testa. aperiant. oportet enim esse aliquod testamentum, vel non iure factum, vt senatusconsulto locus sit. nam & falsum testamentum id demum recte dicetur, l. si quis legatum. §. 1. ff. de fal. & ex testamento falso nihil debetur, nec debet mitti executioni, vt verum solet, l. fi. C. de edic. diui Adria. tollend. scripsi in trac. de senten. præiudicia. seu prouisio. in præfa. nu. 69. & seq. idem in instrumento falso, scripsi artic. 1. glo. 9. de liter. obliga. in 1. tomo commenta. in constitu. Reg. Gallic.

Testamentum falsum.

Adulterinum testamentum.

¶ Adulterinum pro falso accipit Iurisc. in d. l. si quis legatum. §. 1. ff. de fal. ibi, nam & factum testamentum id demum recte dicitur, quod si adulterinum non esset, verum tamen testamentum recte dicetur. & lege Cornelia testamentaria obligatur, qui signum adulterinum fecerit, sculpserit. ibidem.

Adulterinum quid.

¶ Tamen adulterinum dicitur proprie fictum, fucatum, & ad similitudinem alterius factum: vt adulterinum signum vniuersitatis, quod est factum ad similitudinem signi vniuersitatis, c. tertio loco. de proba, vulgo dicimus *contrefaict, ou faux*. Et adulterinæ stateræ non iustæ vocantur in l. annonam. ff. de extraordina. crimin. ib. & alibi vocat non æqua pondera, in l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. Etiam falsi crimine tenetur, qui in aurum vitij quid addiderit, quíve argenteos nummos adulterinos cõflauerit. l. lege Cornelia cauetur. ff. de falsi.

Adulterinæ stateræ.

Adulterina moneta.

¶ Inde perbelle declarat quid sit adulterina moneta Iurisconsul. in l. sacrilegij, 1. §. qui cum in moneta. ff. ad legem Iul. pecula. sic dicens, qui cum in moneta publica operarentur, extrinsecus signant sibi pecuniam forma publica, vel signatam furantur, hi non videntur adulterinam monetam exercuisse, sed furtum publicæ monetæ fecisse, quod ad peculatus crimen accedit.

Adulterini, ex adulterio concepti.

¶ Item adulterinos, ex adulterio conceptos & natos dicimus. Christus enim non erubuit nasci ex adulterinis commixtionibus. c. dominus. 56. dist. quia vndecunque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, honesti & saluierunt, c. vndecunque. ibidem.

Adulterari. Adulterare.

¶ Hæc autem ab adulterare dicuntur. Adulterari autem est adulterium committere, vt in toto titulo de adulter. Adulterare verò est aliquid pro vero effingere, corrumpere, vitiare, l. 1. in fi. ff. de seruo corrup. ibi, vel si actori fuasit, siue verbis, siue pretio, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret. Et in titul. de adulter. nam sicut adulter semen suum fingit, semen mariti esse, sic & hi adulteratores. de quibus adulteratoribus monetæ loquitur l. aut facta. §. euenit. ff. de pœnis.

Notarius conficiens instrumẽtũ falsum quomodo puniatur.

¶ Notarius conficiens instrumentum falsum, si sit nullum, non punitur pœna falsi ordinaria, sed extraordinaria, videlicet iudicis arbitrio. idem in teste, qui dixit falsum non iuratus, & sic nullum erat eius testimonium, vt scribit Alberic. in 2. parte statuto. q. 147. & l. culpa. ff. de regul. iur. & Ioan. Andr. in regul. non est sine culpa. de regul. iur. in 6. vnde testis falsus non probat, sed reprobatur, vt scripsi in tracta. de reproba. testium, in verbo falsus testis: quia testis falsus non est testis. Bal. in c. licet. col. 5. nu. 19. de proba. quod est valde vtile ad constitutionem Regiam punientem falsarios pœna mortis.

Modius iniquus.

¶ *Et modius iniquus, qui modius non est.* Modius iniquus dicitur, quando non est æquus. nam cum mensura modij contineat triginta sex sextarios, hic modius, qui non illos continet, vocatur iniquus, non æquus, nec æquatus: & modius iniquus dicitur cum adiuncto, vt inferius dicam.

Mensurarũ ordinatio ad quos spectet.

¶ Sciendum est primam mensurarum ordinationem ad Principem spectare, per l. modios. C. de suscepto, lib. 10. & l. 2. de frumento Alex. lib. 11. & postquam mensuræ à Principe sunt institutæ, ad consules locorum, vbi alij domini speciales non sunt, vel ad iudices pertinet æquare mensuras ad illam à Principe statutam, quando aliquæ mensuræ huic priori similes de nouo fiunt. §. eos. in fi. in authen. de collato. colla. 9. facit l. arbitrio. §. de eo. ff. de dolo. & insignia his mensuris & ponderibus Regis vel domini loci pro consuetudine ciuitatis imponi decet. l. stigmata. C. de fabricen. lib. 11. arg. l. Quintus. 2. §. si autem aurum. ff. de auro & argen. lega. hoc expresse docet Ioan. Reynaud. in suo tracta. de mensuris. q. 1. & 2. & sic qui modium vini mihi vendidit, & tradidit modium iniquum, non liberatur, sed iudex debet frangere modium, & mensuras, & pondera iniqua, l. iubemus. C. de defenso. ciuita. l. item quæritur. §. si quis mensuras. ff. loca. Raynal. vbi supra: & scribitur Deuter. 25. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, nec habebis diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor, vt multo viuas tempore super terram. Et hi apud quos varia inueniuntur pondera, vel mensuræ, quomodo puniantur, scribit gl. ampla in l. arbitrio. §. de eo ff. de dol. & Ioan. de Plat. in l. 1. de ponde. & auri illatio, lib. 10. Bal. consil. 155. quæritur. in 1. vol. & decreto diui Adriani præceptum est in insulam eos relegari, qui pondera vel mensuras falsassent, l. penul. ff. de fals.

In ponderatores iniquos, & eos qui falsis mensuris vendunt.

Pecunia falsa pecunia nõ est.

¶ Item falsus denarius non est denarius, glo. in l. 2. vbi addidi. C. de hæretic. & ideo pecunia

nia falsa & reproba non liberat soluentem, l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. plene D. Tiraquel. in tracta. de vtroque retrac. fol. 153. glo. 20. §. 1. vbi firmat extraneum non teneri causa retractus dare proximo offerenti falsos, vel reprobos nummos: nec potest agere debitor solutis nummis reprobis pignoratitia, vt ei reddatur pignus, d. §. qui reprobos. Et postquam falsa est pecunia, nihil prodest ad solutionem, ideo in mora non constituit, vt consuluit Bertrand. consil. 213. viso casu. in 1. vol. ex antiq. Adhæc manus munitio, & de posito pecuniæ falsæ, & reprobæ, *garnir la main de iustice de faux argent*, non impedit quo minus executio fieri possit in debitorem: & clamor in curia sigilli exponi in eum potest, qui pecuniam reprobam dedit. nam quotiens vitiose depositum est, pro non facto habendum est, l. quotiens. ff. qui satisda. cogan.

Debitor reprobis nummis solutis non liberatur.

¶ Inde clericus, qui falsam fabricauit monetam in hoc Regno, alterius tamen Regis, Anglię forte, aut Hispaniarum, vel alterius principis, non vsitatam in hoc Regno, non poterit puniri à iudicibus secularibus huius Regni, dicentibus crimen falsæ monetæ esse priuilegiatum, vt ipsi cognoscant etiam contra clericos: quia debet intelligi, si clericus falsam monetam Regis Franciæ fabricaret: secus si aliam in Regno non vsitatam, in qua non cõmittitur læsæ maiestatis crimen, sicut in Regis moneta. l. 2. C. de falsa moneta. quia aliam cudendo non facit iniuriam Regi Francię: ideo ad eum cognitio non pertinet, teste Iacob. Rebuffo patruo meo in l. vlti. in fin. C. de veter. numisma. potest. lib. 10. & Berber. in viato. iur. titul. de crimine læsæ maiestatis. ac Alexand. consil. 104. statutum. in 1. vol. sequitur Benedic. in repe. c. Raynutius. in verbo & vxorem. nu. 435. de testa. & errant iudices seculares, qui in hoc casu cognoscere volunt, teste Ioan. Sanson in consuetu. Turonen. artic. 1. rub. *des crimes*. & Bonifac. in cle. 2. no. 4. de deci. facit l. 2. C. de eunuchis.

Clericus falsam monetam cudens, quãdo ad iudicem eccles. remittatur.

Casus in quo falsæ monetæ fabricatio crimen læsæ maiestatis non est.

¶ Adhęc falsa iustitia iustitia non est, c. vera. iuncta glo. 45. dist. vbi etiam falsum iudicem dicit non esse iudicem: & contractus inutilis contractus non est, ideo ex illo non debet solui gabella, licet ex omnibus contractibus solui oporteat. Bart. in l. vlti. §. finautem. C. commun. de lega. Alex. consil. 104. statuto. in 1. vol. & consil. 36. in 4. vol. Emphyteuta nullius alienans rem, dominium non amittit, nec re priuatur, vt plene Ias. scribit in l. fin. C. de iur. emphyteu. q. 22. post Franc. Cremen. singul. 112. statuto. & Guido. Papę consil. 192. ideo prohibitum fuit decreto senatus, ne quis supplicationes falsas, vel cum interlineaturis seu additionibus offerat: sed oportet quod plane scriptę sint, alioqui reiiciendę, propter vitium falsitatis fugiendum. an. 1519. die 22. Martij. Et falsum instrumentum nõ esse instrumentum asserit Bal. in l. si non sortem. §. indebitum. ff. de condic. indebiti: & ideo etiam si sit Regio sigillo sigillatum, non habet executionem paratam: vt abunde scripsi in tractatu de literis obliga. sigillo Regio vel authen. signatis. artic. 1 glo. 9 in 1. tomo comment. in constit. Reg.

Falsi nomen ad multa relatum pro inefficaci.

Arestum.

Falsum instrumentum.

¶ Prętera sententia falsa, & nulla, sententia non dicitur, nisi abusiue, cle. pastoralis. de re iudic. Barba. in repe. c. Raynutius. col. 95. de testa. & contractus nullus non dicitur simpliciter contractus, l. certi condictio. §. quoniam. ibi, quasi duobus contractibus interuenientibus. ff. si certum peta. & condemnatus non potest dici, qui rite condemnatus non est, l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. vbi doc. multa cumulant.

Sententia falsa non est sententia.

Contractus nullus.

Condemnatio irrita.

¶ Item falsus emptor non est emptor, l. eum qui. §. cum igitur. ff. de in diem adiect. & infamis homo, qui falsus est homo, nõ est homo. l. nec infames. vbi Lucas, C. de decur. lib. 10. & falsus procurator nõ est procurator l. falsus. C. de furt. & ibi doc. l. 3. §. falsus procurator. ff. rem rat. hab. l. si vendidero. §. si Titius. ff. de furt. Ioan. Baptista in sua vltima allega. posita inter Roma. singula. & qui non habet sufficiens mandatũ, dicitur falsus procurator, & aliis quatuor modis quos tradit Bal. & alij in l. licet. C. de procura. infinita hic similia adducere possem, quę Feli. congerit in c. ex tenore. de rescrip. & ideo falsus procurator non prodest, nec nocet domino. doc. in d. l. falsus. ob id requisitionem beneficij factam à falso procuratore, non nocere nominato consului.

Emptor falsus.

Procurator falsus.

¶ Intelligite falsa testamenta non esse testamenta, nec sententiam nullam posse sententiam dici proprie, sed abusiue sic, & cum adiuncto, scilicet sententiam nullam, testamentum falsum, per d. l. 2. ff. quemadmodum testa. aperian. vnde si quis sibi legatũ adscripserit, tenetur pœna legis Cornelię, quamuis inutile legatum sit. nam & cum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum est, vel etiam quod in initio iure non fiebat, legatum sibi adscripserit. hoc tamen tunc verum est, cum perfectum testamentum erit: ceterum si non signatum fuerit, magis est vt senatusconsulto locus non sit. l. si quis legatum. ff. de falsis. & ideo aliquot effectus habent etiam actus nulli & inutiles.

Actus nulli etiam effectum habent.

¶ Quippe sententia nulla producit effectum, vt iudex non possit amplius in illa causa, si iudex delegatus fuerit, iudicare: quia suo functus est officio. l. si vt proponis. 1. vbi doc. C. quomodo & quando iudex. Bar. in l. iudex. ff. de re iudic. etiam is qui habebat potestatem eligendi sibi alterius ministerio cõcessam, post suam electionem etiam nullam, functus est officio suo: adeo quod amplius eligere non poterit. Bar. & alij in l. serui electione. per illum text. ff. de lega. 1. & in l. 2. §. 1. de optio. lega. quia actus de primo intelligitur. in l. boues. §. hoc

sermone.supra eo.scripsi alia in interpret.l.quod iussit.2.no.nu.132. & seq.ff.de re iudic.quę hic non repetentur.

Ex actu nullo voluntas declaratur.

¶ Adiungere possumus, quod ex actu nullo voluntas declaratur, l. fi.vbi Bart.ff.de reb. eorum.& in l.in testamento.de fideicom. liberta.Bal.in.l. qui à patre.per illum tex.de confirma.tutor.l.obseruare.§.fi.ff. de offic. proconsul. & per illum tex. consuluit Deci. consil. 172. in causa. quod constitutio procuratoris facta à patronis, antequam vacaret beneficium,licet sit nulla, tamen habetur consensus & voluntas patronorum per eam: & si procurator sic constitutus præsentauerit, & patroni nihil dixerint intra tempus à iure præstitutum,sustinebitur institutio facta ista quali quali protestatione præcedente.

Ex actibus vel lis inducitur cõsuetudo.

¶ Etiam ex actibus nullis inducitur consuetudo, quia ex actibus inualidis elicitur populi consensus,sicut ex testamento non solemni,l.cum quis.C.de iuris & fac.igno.aliqui non confirmaretur,vt in l.sancimus.de testa.C.hoc plene probat Bal.in l.de quibus.col.5. vers.sed quæro ex actibus.ff. de legib.

Clericus etiam contrahens matrimonium nullum, vt cum nupta, an priuetur beneficio.

¶ Bellissime conuenit, quod si clericus contraxit matrimonium etiam nullum, forte cum consanguinea, vel habente alterum maritum, priuatur tamen beneficio, quia fecit quod potuit.glo.& doc.in c.vnico.de cleric.coniuga.in 6.Ias.in l.vbi.col.penul.C.de transact.quod est verum, quando illud matrimonium nõ esset nullum ob defectum consensus contrahentis: quia tunc non amitteret beneficium, alias contra,vt concludit Imol. in cle. gratiæ.col.penul.de rescrip.refert Ias.in l.causas.col.penul.C. de transac. & per hæc conciliantur opiniones contrariæ,licet Iason simpliciter opiniones referat:tamen licet consensus deficiat in muliere,quia non est ætatis legitimæ,c.1.de sponsal.lib.6.quando apparet de consensu viri matrimonium contrahere volentis, ille contractus facit vacare beneficium, quia tacite illud resignat,cum non conueniat psalterium cum cithara,c. diuersis. de cleric. coniugatis. Roma. consilio quadringentesimo octogesimotertio, dubitatur.colum. 2. & Hippol.singul.386.inualida.

Ex actu nullo in prohibitis incidit quis in pœnam.

¶ Nec est omittendum,quod in prohibitis ex actu nullo quis in pœnam incidit, quia licet actus nullus sit,fit tamen contra prohibitionem:vt si prohibeatur omnis actus de nocte iudicialis sub pœna decem, is qui actum faciet etiam nullum,punietur.Ias.in l. licet. C. de procura.& mulier quæ transit ad secundas nuptias de facto perdit tutelam filij, licet matrimonium non valeat. Bal.in cap.ex parte.secundo, nu. 20. de appellationib. probat Decius in capitulo, Abbate. vbi alium casum tradit, columna secunda, ibidem. alia videre poteritis,ne plura.

HERMOGENIANVS LIB. II. IVRIS EPITOMARVM.

LEX CCXXIX.

Pecuniæ nomine non solum pecunia numerata, sed omnes res tam soli quam mobiles,& tam iura quam corpora continentur.

Corpus triplex

¶ Huius legis materiam pertractaui in l.pecuniæ.1.supra eod. quæ pro repetita hic habeatur:& hæc lex docet appellatione pecuniæ non solũ numeratã pecuniam significari,verum etiam omnes res tam mobiles quam immobiles,& iura,id est seruitutes & alia iura incorporea, ac corpora,id est res corporales.de triplici corpore loquitur Iurisconsul.in l.rerum mixtura.ff.de vsucapio.& scripsi in l.pecuniæ verbum. supra eod. vbi etiam alia dixi. de hoc Hermogeniano habetis in l.vix certis.ff.de iud.

Solũ pro terra.

¶ Dictio solũ pluribus modis sumitur. Primò dum nomen substantiuum est pro re immobili, vt l.1.§.hoc interdictũ.ff.de vi & vi ar.ibi, & ad eos tantum qui de solo deiiciuntur, vtputa de fundo siue de ædificio, & ibi,& generaliter ad omnes hoc pertinet interdictũ qui de re solo cohærenti deiiciuntur.cum §.illud.facit l.1.§.hoc interdictum primo de soli possessore scriptum est. & §. hoc interdictum in omnibus etiam possessionibus quæ sunt soli sine dubio locum habebit,dummodo possidere possit.ff.vti posside. & in l.1.§.hoc interdictum ad ea sola opera pertinet quæcunque in solo vi aut clam facta fuerunt. ff. quod vi aut clam.sic accipitur in l.quæstio.supra eod.

Solus, a, um, pro vno.

¶ Interdum est adiectiuum:& capitur taxatiuè pro vno tantum,l. proximi appellatione continetur etiam ille qui solus est.supra eod.& l.fugitiuus.infra eod.l.illa verba, optimus: supra eod. & l.in vulgari.& l.liberorum.ibidem.

Solum, aduerbium.

¶ Quandoque est aduerbium, & significat tantum,vt hic, non solum, &c. & l. sponsio appellatur non solum quę per sponsi interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque. supra eodem. Et an excludat alios vel casus similes abunde scripsi in lege,pratum. supra eodem.

Paul.

PAVL. LIB. II. SENTENTIARVM.

LEX CCXXIII.

Latæ culpæ finis est, non intelligere quod omnes intelligunt.

¶ Hæc lex duas habet partes, prout duo dicta continet. secunda ibi, amicos. materiam cuius, tanquam frequentem, & in contractibus, & infinitis aliis iuris articulis, nec minus difficilem teste Bar.in repeti.l. quod Nerua. ff. depos. aliquot conclusionibus,qua potero facilitate,perstringam.

Culpæ nomen in genere sumitur & in specie.

¶ Imprimis igitur ne illotis (quod dicunt) manibus rem attingamus,præfabor,culpam in genere & in specie accipi, quemadmodum de iurisdictione dicunt interpretes in lege, imperium.ff.de iurisdictione omnium iudicum.Nempe in genere.culpa sumitur pro dolo, fraude,ac omni astutia, & negligentia. lege, magna negligentia culpa est, magna culpa dolus est.infra eodem. hinc ait Cicero in epistolis:sapientis est nil prestare nisi culpam.

Culpa pro dolo & fraude.

¶ Vnde infert Bar.in l.quod Nerua.ff.depos.eum qui promiserat sarcire damnum culpa famuli datum, teneri, etiam si ipse famulus furtum perpetrauerit. nam culpæ nomine dolus continetur.in lege,quod Nerua.col.4.ff. depos.probat l.1.in fin. cum lege sequenti. vbi depositarius non reddens depositum, committit dolum: si tamen fuerit alienatum,isque noluerit illud redimere, in culpa est: quia paria sunt nolle depositum reddere, vel postquam venditum est non redimere. lege, quod te. ff. si certum peta. si igitur vterque sit in dolo, cum textus dicat esse in culpa, necessarium erit ibi culpam pro dolo accipi, & sæpius alibi.

¶ Et hanc culpam multiplicem esse confirmat Cicero ad Attic. sic dicens: Omnem omnino culpam Domitius in Pompeium confert. & in Vatinium: in hoc genere omnes insunt culpæ. & Vlpian. in lege, quod si nolit. §. culpa. ff. de ædilitio edicto. ibi, Culpam omnem omnino accipiemus, non vtique latam. & in lege, à procuratore dolum & omnem culpam, non etiam improuisum casum præstandum esse, iuris auctoritate manifeste declaratur. C. manda. Culpam igitur vt genus diuidemus in dolum, & culpam in specie sumptam: rursus culpam sub diuidemus in latiorem, latam, leuem, & leuissimam: & de his duntaxat loquuntur Iurisconsulti. ita dolum diuidemus inferius in bonum & malum.

Culpæ diuisio & species.

Culpa in specie à dolo separatur.

¶ Et sic in specie culpa accepta separatur à dolo, lege,de ætate.§. qui iusto. ibi, sine dolo malo,culpa tamen,&c. de interrogator. actionib.Et eo casu culpa respicit desidiam,seu negligentiam. lege, electio.in fine, ff. de noxal. ibi,ne alterius dolus, aut desidia aliis noceat. §.fin.Insti.pro socio. lege, Socius socio. illo titulo, ibi, Socius socio etiam nomine culpæ tenetur, id est desidiæ, atque negligentiæ. Respicit quoque imperitiam, & infirmitatem, lege,idem iuris.ff.ad legem Aquiliam. ibi, mulionem quoque si per imperitiam impetum mularum retinere non potuit, & hæ alienum hominem obtriuerint, vulgo dicitur culpæ nomine teneri. idem dicetur, & si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, si infirmitas culpę adnumereretur, cum affectare quis non debeat, in quo vel intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alij periculosam futuram.Et alibi ait Iurisconsultus,imperitiam quoque culpę adnumerandam, & quod imperitia peccatum est,culpam esse.in lege, si quis fundum. §. Celsus. ff. locati. & Paulus ait culpam esse, quod diligenter prouideri potuerat, non esse prouisum. lege, si putator. ad legem Aquil.

Infirmitas culpæ adnumerata.

Dolus à culpa in specie sumpta quantum differat.

¶ Ex quibus patet,quantum differat dolus à culpa in specie sumpta: quippe dolus calliditatem,malitiam,versutiam,& fallaciam denotat.lege, iurisgentium. §. dolus. ff. de pact. lege prima,lege,& eleganter. in fin.de dolo.lege 3. §.1.de minor.l.3.de seruo corrupto. lege 3.§.sed si sic.de in rem verso.lege prima, in princip. Quod vi aut clam, vbi calliditas nominatur.& callidè circumuenire dicitur in lege, ita demum. ff. de arbitr. & callide facere,in l. si quis.in prin.ff.de dolo.callide versari,in lege secunda,§.verba.ff.ad Velleia. Culpa verò segnitiem animi respicit,rusticitatem, inertiam, simplicitatem, ineptiam, ignauiam, negligentiam,lege tertia,in fin.cum lege sequenti.ff.de suspect.tutor.lege, qui solidum. §. etiam. de lega.secundo.lege,cum vero.§.plerunque.de fideicommissar.liberta.lege, quid ergo. ad municipal.

¶ Sic dolus potissimum in faciendo consistit,culpa in negligentia,seu in non faciendo, vt docet Bar.in d.lege, quod Nerua. Tamen aliquando culpa etiam in faciendo consistit, vt in lege,si seruum.ff.de verbor.obliga.& in l.culpa est se immiscere rei ad se non pertineri.ff.de regul.iur.l.item quęritur.§.si gemma.ff.loca.l.quod si nolit.§.si mancipium.de ædilitio edicto. Quæ quidem culpa grauior est in faciendo, quam in negligendo, l. semel. ff. solut.matrimo.& in l.semper.§.in hoc.iuncta glo. quod vi aut clam. scripsi in interpreta. l. Diuus.in fi.ff.de Senatusco.Silania.

¶ Sed vera (vt reor) differentia est vltra prædictas, quod dolus in animo & affectu consistit maligno: culpa verò in negligentia, imprudentia, & aliis quæ superius enumeraui. facit l. vulgaris. l. in furti actione. §. ope, & l. qui ea mente. ff. de furt. l. sæpe. in fi. supra eod.

Culpa vna alia grauior.

¶ Adhæc notandum est culpam vnam alia grauiorem, vt docet Modestin. l. liber homo §. 1. ff. de acquir. rerum domi. ibi, vt tamen culpam in damno dando exigere debeamus grauiorem, nec tam leuem, quàm ab extraneo, forsan cõtra Stoicorum sententiam dicentium peccata æqualia esse, nempe vnum crimen aliud superat. ideóque latissimam culpam dolum verum vocat Bar. latiorem dolum præsumptum, latam comparari dolo, leuem, deuiationem ab eo quod bonum est, quod per diligentiam hominis diligentis, vel diligentissimi præuideri potuit: quæ, an duram Zasij mereantur reprehensionem, latius inferius disseremus. Igitur culpa grauior & maior est, quo magis ad dolum accedit, & illi proximior est. vnde latior culpa dolus est: quandoquidem bonafides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis existentibus meæ depositæ pereant. c. bonafides. de deposito, & d. l. quod Nerua. probat etiam l. milites. ff. de custod. reor. vbi pro modo culpæ statuendum est in delinquentes, nimirum si maior sit vna culpa & grauior altera.

Peccata æqualia esse, secundùs Stoicos.

Culpa latissima latior, lata, leuis.

¶ Itaque si quis tam supinè ac fœdè labitur, vel errat, vt quæsita quędam videatur negligentia: tunc culpa dolo proxima est, adeo vt nullo excusationis colore defendi possit. nam ignorare ea, quæ omnes intelligunt, vel intelligere debent, tunc quippe lata dicitur culpa, quæ vocatur nimia negligentia, in l. cedere. §. fi. supra eod. & d. l. milites. seu lata negligentia, l. impuberibus. §. 1. ff. de suspect. tut. & l. tutor qui. §. comperit, de administ. tutor. l. magistratus. de administra. rerum ad ciuita. pertinen. & magna negligentia, in l. 1. §. is quoque. 2. ff. de actio. & obliga. & dissoluta negligentia, quæ prope dolum est. l. si fideiussor. 1. in princ. ff. manda.

Culpa lata.

¶ Vnde Iurisconsultus sit ait, Nec supina ignorantia ferenda est factum ignorantis, nec scrupulosa inquisitio inquirenda. scientia enim hoc modo æstimanda est, vt neque negligentia crassa, aut nimia securitas satis expedita sit, neque delatoria curiositas exigatur. Quid enim si omnes in ciuitate sciant, quod ille solus ignorat? & recte Labeo definit scientiam, neque curiosissimi, neque negligentissimi hominis accipiendam: verum eius, qui eam rem diligenter inquirendo, notam habere possit. l. 6. & 9. ff. de iuris & fact. ignoran.

Ignorãtia quæ non ferenda.

¶ Magna ergo culpa dolus est: effusa seu nimia negligentia, culpa lata: sed negligentia, culpa leuis est: leuissima autem culpa minimam negligentiam respicit, seu neglectam diligentiam, d. l. milites. ff. de custod. reor. licet glo. & doct. aliter doceant in Instit. titul. quib. mod. re contrahi. obliga.

Culpa magna, lata, leuis & leuissima.

¶ Leuissimam autem culpam vocant regulariter Iurisconsul. diligentiam omissam, seu custodiam, quam diligens paterfamil. adhibuisset, & is culpæ reus neglexit, ideóq; tenetur. his igitur casibus quibus ad diligentiam quis tenetur de iure ciuili, ad eam præstandam & custodiendam hoc nomine adstringitur. l. si vt certo. §. nũc videndum. ff. commoda. l. magistratus. de administra. rer. ad ciuita. pertinen. l. si cum fundum. de contrah. emp. l. contractus de regul. iur. d. l. 1. de actio. iuncto c. 1. de commoda. Vel Iurisconsul. interdum dicunt quem teneri culpæ nomine, & diligentiæ. in culpa venire potest factum, in diligentia non factum: vt si non præstet custodiam, §. custodiam. d. l. si vt certo. vel quidam dicunt leuissimam culpam hoc nomine contineri. sed priori potius adhærerem.

Culpa leuissima.

¶ Quæ mihi quodammodo videntur esse correlatiua, vt culpam leuem dicamus respectu doli & latæ culpæ, & leuissimam quoque aliam ratione latæ & leuis, vt in §. seq.

Culpæ generali nomine quid cõtineatur.

¶ Culpæ vero generali appellatione venit omnis culpa, maxime cum lex negatiue de culpa loquitur, omnis excluſa censetur. Exempli gratia, iusiurandum in litem non est deferendum ex culpa, sed ex dolo, l. videamus. in fin. ff. de in litem iurand. ergo nec ex lata quidem culpa iurandum erit, cum omnis culpa remota esse intelligatur, l. in actionibus. ibi, sed in his omnibus ob dolum solum in litem iuratur, non etiam ob culpam. Et si caueatur nomine culpę quem non teneri, de quacunque culpa intelligetur, l. 1. in fi. commoda. l. qui furtum. de condict. furtiua. l. si prætor. in fi. ad legem Aquil.

¶ Et non negatur res deposita sine dolo. igitur in depositio iurandum est in litem, l. 1. §. in depositi. ff. depositi. nec tamen infamia notatur condemnatus ex lata culpa, sicuti si ex dolo, d. l. quod Nerua. Nec obest furtum committi lata culpa, nihilominus furti condemnatum esse infamem, vt dicit Zas. per tex. in l. falsus, §. qui alienum. ff. de furt. nam potius hic tex. probat contrarium dicens, qui furandi animum habet, licet ignoret cuius sit res, dolum committit: & in vi bonorum raptorum, & in injuria. non igitur dicit culpam committi, sed dolum. quod si contingeret præfatis etiam casibus committi culpam, nec tamen irrogaretur infamia, quicquid scribat Zas. hoc probat tex. in l. item. apud. §. appellat. de iniur. ibi, assidua enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam. ergo non alias esset infamia: quippe non hoc facit condemnatio, sed sola frequentia, quæ inurit quandam infamiam apud bonos & graues. l. 2. ff. de obseq. & contra eum facit d. l. igitur. §. potest. de liber. caus.

Ex lata culpa infamiam non irrogari.

vbi

vbi dicit sine calliditate & dolo. ergo vbi est dolus vel calliditas, non erit lata culpa.

¶ Adhæc facit §. suspectus. Instit. de suspect. tutor. vbi tutor suspectus ob dolum famosus est, si ob culpam non æquè, etiam si lata fuerit. Remoueri tamen potest ex culpa, sicuti ex dolo, integra semper remanente fama, l. 3. in fi. ff. de suspect. tutor. & in l. impuberibus. ibid. nam infamia æquiparatur morti. l. iusta. ff. de manumiss. vindic. & sicut in criminibus lata culpa non cõparatur dolo, ita nec quoad infamiam. Negatiua igitur totum excludet, l. hoc genus. iuncta glo. ff. de conditio. & demonstra. l. si quis ita stipulatus. de verbor. obligat. veruti si dicatur nulla culpa, lege, si seruus communis. §. idque euidentius. versic. hæc itaque. ff. de furt.

Dolus infamiã irrogat, culpa verò minime.

¶ Si verò lex affirmatiue loquatur, videlicet quem doli nomine obligari, vel teneri, tunc etiam de culpa lata tenebitur, quæ dolo proxima est, l. 1. §. hæc autem actio. ff. si is qui testam. liber esse iuss. fuer. Et sic intelligemus Iurisconsultum dicentem, Et dolum accipere debemus etiam culpam latam, l. is cui. §. dolum. ff. vt in possess. legator. Ac si quis absoluendus sit ob culpam, vel damnandus, intelligetur de leui & leuissima, l. de ętate, §. qui iusto. ibi, sed & si quis sine dolo malo, culpa tamen responderit, dicendum erit absolui eum debere, nisi dolo culpa proxima sit. de interrogator. actio. Et qui non tam idoneum hominem elegerit vt rectè rem commodatam perferret, culpam præstabit. lege, eum qui. §. fin. cum lege seq. ff. commodati. Et qui rem commodatam fecit culpa sua deteriorem, tenebitur. ibidem in princip.

Doli nomine quando culpa contineatur.

¶ Limita quando materia non conueniret, vel aliter à iure foret expressum, vt in l. 2. ff. vi bonor. raptor. vbi solo dolo cogere quis potest homines ad turbam faciendam, vix autem lata culpa hoc contingit. l. si mora. ff. soluto matrimo. vbi post moram vxoris maritus non tenetur ob culpam lęuem, aut leuissimam. nam culpa mariti cum mora vxoris conpensatur. l. viro. ibidem.

Culpa mariti cum mora vxoris cõpensatur.

¶ Obiicies verò forte, crimen lata perpetratum culpa impunitum fore. Respondeo nequaquam impunitum remanere. nam licet eadem non afficiatur pœna is, qui lata culpa commisit homicidium, sicut is qui dolo: punieturtamen, sed mitius, & extra ordinem: nempe is qui dolo occidit hominem, punitur lege Cornelia, l. in lege. ff. de sicar. & dolus pro facto accipitur: nec lata culpa in hac lege pro dolo capietur. vltimo quippe supplicio feriętur qui dolo interfecit: semper expectans quod fecit, l. 3. C. de episcop. audien. sed is qui lata solum culpa, & per lasciuiam hominem interfecit, in quinquennium relegatus fuit à proconsule Bæticæ, quod factum Diuus Adrianus comprobauit, vt refert Vlpia. in l. lege Cornelia, de sicar. Sic igitur delictũ lata culpa perpetratum minime relinquetur impunitum. per l. 1. §. hæc autem actio. ff. si is qui testam. liber esse iuss. fuer. licet non ea seueritate qua dolus puniatur.

Culpa latæ quo modo puniatur

¶ Insuper culpam latam diuidit Zas. iuxta præcedentia in culpam ignauiæ, & versutiæ. ignauiæ culpam adscribit supinæ negligentiæ: culpam autem versutiæ esse dicit eorum, qui versuto, & malo proposito, animóq; perfido, & exulcerato, alienas vel res, vel negotia affectata quadam improuidentia maligne, vel negligunt, vel dissimulant, cùm in rebus suis sint prouidi, & diligentes: & miratur non esse hactenus tactam, nec distinctam. ego verò miror à tanto viro tam male traditam. nam culpa versutię dolus est, nempe versutia est callidi tas, & malitia: & versutus est callidus & malitiosus, vt Cicero de natura deorum probat, dicens, Et Chrysippus homo sine dubio versutus, & callidus. Versutos appello, quorum celeriter mens versatur. & ibidem, malitia est versuta & fallax nocendi ratio. Vnde qui ex malo proposito, & animo perfido aliquid facit, dolo facere dicitur, l. 1. ff. de dolo. ergo dolus est, non verò lata culpa, quę licet dolo proxima sit, frequentius tamen ab eo separatur. Et tex. per eum allegati de hac culpa contrarium probant: primo d. l. quod Nerua, culpam quidem latiorem appellat dolum, sed de lata culpa nullum verbum. minus facit d. l. mulier. §. si heres. at melius forte faceret §. sed etenim. vbi qui cogitur restituere hereditatem, non tenetur reddere seruos, vel res, quæ perierint, nisi culpa eius perierint: culpam videlicet eam intelligit, quę dolo proxima sit, & sic de lata culpa. Et si distrahere debebat res, quas nõ distraxit, latæ culpę reddet rationem, non leuis. Et cum de consueta rebus suis negligentia loquimur, vellem à Zasio petere vbinam est hęc versutia? nam quamuis lata culpa dolo proxima sit, nec tamen reperiet versutiam in ea, vt superius dixi, vel calliditatem, sed tantum dissolutam, seu nimiam negligentiam. quę tanquam satis nota, pluribus fulcire non contendam.

Culpa latæ ignauiæ. Culpa lata versutiæ.

Versutus, & versutia.

¶ Nec igitur alias erit subdistinguenda lata culpa pro varietate subiectorum. siue enim procedat ab ignauia, siue à negligentia, siue à segnitia, imperitia, vel ex alia causa, eadem est, dummodo finis illius sit, & eo tendat, videlicet se non intelligere, quod omnes intelligunt: alioqui infinitę resultarent diuisiones secundum varietatem exemplorum, tam culpę, quam doli. Quod quam ridiculum sit nemo est qui nesciat, vt ait Iurisconsultus in l. nemo ff. de duob. reis. nam si versutię culpã dicas, cur non & imperitię, si ex ea proueniat: vel infir

mitatis,aut inertię,simplicitatis,aut rusticitatis,si ex illis causis procedat.

¶ Verum culpa versutię tendit ad calliditatem,& non ad ignorantiam eorum, quę omnes intelligunt: esset enim tunc lata culpa. hęc igitur versutia verè dolus appellabitur ex animo & affectu,qui probandus est.si enim in contrarium collitigans alleget ignorantiam, haudquaquam præsumetur dolus,aut fallendi animus,sed potius sinceritas.l.merito,ff.pro socio.si quoque fideiussor sciens doli exceptionem competere, eam non opposuit,putans se teneri,postquã obligatus est,dissoluta est ignorantia non opponentis,quę prope dolum est:tamen nisi ipse confiteretur se non opposuisse exceptionem, vt parti noceret, tunc esset dolus, & non negligentia, vel lata culpa,quia ex animo.sic intelligi debet l.fidęiussor.1.ff. manda. Cum verò hodie rei conuenti semper huiusmodi ignorantiam allegare soleãt,culpæ latæ nomine, & non doli condemnari solent. quæ igitur sententia eos non infamabit, vt doli,quemadmodum satis iam demonstrauimus.

Explicatio §. dolo. l. si procuratorem. mãd. contra Zasium

¶ Nec mihi persuadere poterit Zasius sub doli vocabulo exempla culpæ latę inferi, per legem, si procuratorem.§.dolo.ff.manda.vbi dolo facere videtur,qui id quod potest restituere,nõ restituit:vt si hominem me mandante emeris.sed & si dolo neglexisti emere,forte pecunia accepta alij cessisti, aut si lata culpa, forte si gratia ductus passus es alium emere,teneberis. Inter hæc exempla est differentia. Siquidẽ in doli exemplo inest animus fraudandi,& affectus in non restituendo,quod mea causa fuit emptum,vel alij pecunia accepta cessum. Ecce quomodo declaratur animus recipiendo pecuniam. Sed quando gratuito fit, non apparet animus fraudandi, sed tantum mentis negligentia: quamobrem culpa erit lata, non dolus.probat lex,dolus.vbi dolus est, si quis nolit persequi.ergo ibi erat animus non persequendi: idem in aliis exemplis, si quis hæc recte consideret.

Lata culpa vt dolo proxima sit.

¶ Ego tamen dicerem latam culpam esse dolo proximam, cognatã, & multum similem, necnon dolo equiparari: vt in casibus ferè quibus doli condemnatio fit, possit quoque latę culpę fieri,etiam si dicatur de solo dolo, lege, contractus. ff. de regulis iuris.lege, quęsitum.§.illum.ff. de precar.lege penultima,de incendio. lege secunda, §.fecisse.de heredita. vend. & similib. plene Bartolus in d. lege, quod Nerua. Lucas de Penna in lege secunda, col.3.C.de naufrag.lib.11.Soci.in tract.fallen. regul. 95. dolus.Ias.in lege,in actionibus, col. 5. de in litem iurand.& in lege, sororem. C. de his quib.vt indig.Iacob.Bolenc.in repet.§. famosos.legis,capitalium.ff.de pœnis. Hippolyt. in l. lege Cornelia. §. cum quidam. & in l.in lege,ff.de ficarijs,per Pyrrhum in d. lege, contractus. ac Zas. in intellect. singular. qui omnes hanc constituunt regulam:in ciuilibus latam culpam dolo comparari, in criminalibus non, quia pœnæ sunt molliendæ potius quam exasperandæ,vel extendendæ,l.interpretatione.ff. de pœnis.

In ciuilibus lata culpa dolo comparatur,in criminalibus minime.

¶ Quam limitarem in casibus à iure expressis,quos referunt Doct. videlicet quoad infamiam,iuramentum in litem, malam fidem inducendam, & quoad fructuum acquisitionem, de quibus supra dixi, & in aliis casibus huic iuri & rationi refragantibus. ampliora videre poteritis ab interpretibus tradita, quæ potius compendio quàm ampliatione mihi videntur egere.

Culpam ignauiæ dolo æquiparari contra Zas.

¶ Minus placet conclusio Zas.vt culpa ignauiæ dolo non equiparetur:latam enim culpam dolo equiparari satis superque probatum fuit superius: nec quicquam obstat l. mulier,§.si heres,ff.ad Trebellia. vbi hanc culpam ab alia, quę dolum refert,manifestè separari ait. quod ego posse elici non video; quinimo contrarium probatur in cad. lege, §. sed etenim. vbi Iurisconsultus idem statuit in culpa dolo proxima, & in lata: quod satis magnam arguit horũ affinitatem.Et quod non fiat alia distinctio quoad effectum,refero verb. textus:Si quis rogetur restituere hereditatem,vel serui decesserint, vel alię res perierint,placet non cogi eum reddere, quod non habet: culpę plane rationem reddere debet,sed eius quę dolo proxima est.sed si cum distrahere deberet,non fecit,lata culpa non leui,& rebus suis consueta negligentia, huiusmodi rei rationem reddet,&c.videlicet culpę latę non leuis. & sic idem statuitur in lata,quo in ea, quę dolo proxima est, vt sic interdum vocetur lata, interdum dolo proxima, vt ibi, & sępius in iure probatur.

¶ Et quamuis iniusta causa excuset à dolo, lege, igitur. §.potest. ff. de liber. causa: non tamen excusat à lata culpa, si magna fuerit negligentia, quæ in latam culpam & supinam ignorantiam cadat:nisi forte in casibus à iure expressis,vt dictum fuit.

Maius & minus an diuersas constituant species.

¶ Post nouam suam hanc doctrinam impugnat Zasius communem culpæ diuisionem, sic dicens:Maius & minus diuersas non constituere species,per l.fin.ff.de fund. instruc. cui Bal.assentitur in l.si qui ex consensu.col.3.C.de episcop.audien. Dec.in c.bonæ.1.no.de appella. Soluit Bar.in l.fin.per illum text.ff.de fund.instruc.docens, maius & minus non differre quidem genere, sed specie sic. Siquidem optimum bonum est, quia in maiori minus inest,sicut species in genere,vt in l.vbi,ff.de verbor.obliga.probatur in l.penul. §. duo genera tribuendę muneris publici vacationis sunt,vnum plenius,cum & militię datur: aliud exiguum, cum nudam muneris vacationem acceperit. ff. de vaca. muner. vbi duo genera dicit,

Culpa diuisio communis defensa contra Zas.

dicit, plenius & exiguum. Sic igitur maius & minus duo genera constituunt,id est species seu differentias,aut gradus.

¶ Ita videmus seruitutes itineris, actus, & vię non differre, nisi per plus.& minus, plus siquidem continet actus quàm iter,& via quàm actus.l.1.ff.de seruitutib. rusticor. prædior. differunt nihilominus specie,l.qui vsumfructum.§.1.ff. de verbor. obliga. vbi Bar. sed Ias. in l.1.nu.7.ff.de acquir.possess. dicit plus & minus consistens in facto, puta in naui, quod vna fit alia maior,non inducere differentiam in specie,vt d.l.fin.secus si differentia per plus & minus consistat in iure.nam tunc si diuersos producat effectus,diuersam constituit speciem,vt hic Iurisperiti quoque aliquando speciem constituunt pro indiuiduis, & eam speciem vocant,vt Doct.notant in l.2.ff. si certum peta. l.3. §. genera. ff. de acquir. possess. hoc probat Deo.in l.vna,nu.13. col. 6. C. de senten. quæ pro eo quod interest. & c. post cessionem.col.2.de proba.Differunt igitur,nec latior culpa lata esse potest,nec lata leuis,nec ipsa leuis leuissima erit: quicquid dicat Zas. Diuersitas siquidem nominum inducit diuersitatem rerum,l.si idem.C.de codicill.

¶ Adhęc inquit idem Zasius, si latissima culpa dolus verus est,latior præsumptus, quid latæ culpæ relinquetur? Respondeo, latam culpam dolo comparari, & prope dolum & fraudem esse,vt in l.1.ff.si mensor falsum. mod. dixer.& dolo proximam vocat Iurisconsul. in l.quæsitum.§.illud.2.ff.de precar.Aliud verò est dolum esse, aliud dolo comparari, quemadmodum alia lata culpa,alia latior est,d.l.quod Nerua.nempe latior,dolus est: non obest rei.in l.is cui.§.dolum.ff.vt in possess.legator. vbi is, qui mittitur in possessionem legatorum seruandorum causa,mitti debet in possessionem rerum hereditariarum, etiam si dolo malo desierint hereditariæ esse. dolum accipimus (dicit ibi Iurisconsul.) etiam culpam latam, vt quis possit mitti in possessionem rerum hereditariarum, quas desierat quis possidere lata culpa,quando hæc culpa vel dolus est commissus in necem legatariorum, vtpote quia bonam partem bonorum heres desiit possidere: secus vbi minimam quandam rem, quæ parum legatariis præiudicet.

¶ Ita nec leuis culpa dici potest leuissima, vt sentit Zas. Quamuis enim in actione pignoratitia veniat dolus & culpa, vt in commodato venit & custodia, non vult propterea custodiam in pignoratitia præstandam,sicut in commodato,sed tantum dolum & culpam. & demus leuissimam etiam culpam in pignoratitia præstari,hoc veniet quidem ratione dictionis custodia,non autem quod leuis vocetur leuissima. sicque puto satisfactum Zasio, nedum in his, sed in ceteris omnibus culpis, de quibus Iurisconsulti. quoniam sicut est culpa latior & grauior aliis,quæ vocatur dolus, ita quoque lata & supina quasi affectata isti similis: alia verò habita ratione ad istas duas leuis, alia etiam leuissima omnium culparum: quam distinctionem è Iurisconsultorum verbis depromptam sequi malo, quàm interpretum.

Dolus alius bonus, alius malus.

¶ Aduertendum quoque est,dolum esse duplicem,bonum scilicet,qui dicitur quędam solertia,vel prudentia,quæ maximè in hostem vel latronem committitur.l.1.§. non fuit. ff. de dolo.c.afferte.de præsumptio.de qua Eschylus ita inquit: *ἀνὴρ σοφὸς δόλιος οὐκ ἀνοσιουργὸς εἶς*, id est,fraude iusta non abstinet deus. meminit Coelius antiquar. lectio. lib.6.c.29. legitur quoque de Alexandro magno, dum patrem & filium simul homicidij reos in carceribus longo tempore detinuisset,nec posset erui veritas, vter eorum homicidium perpetrasset, ambos ad patibulum duci iussisse, filiumque prius suspendi in præsentia patris finxit. quod cum pater videret, nullum amplius remedium foreſtatim confessus fuit se homicidium perpetrasse:ex quo fuit laqueo suspensus,& liberatus filius.ita solent aliquando iudices delinquentibus impunitatem delicti promittere, si libere confiteantur,ad eruendam scilicet ab eis veritatem,Hippol.singul.177. malitiis nec putarem aliquo modo peccare eum, qui ex huiusmodi promissione reum fefellisset.Quinimo vidi cautiores iudices mittere quosdam familiares in eosdem carceres, qui fingerent se eodem crimine irretitos, & communem inuicem deplorando calamitatem, veritatem à delinquentibus eruerent. Idemsi quis ad confuincendum hæreticum, se eiusdem esse sectæ simulet. hæc inquam omnia doli esse boni censenda sunt: quem dolum commendat Gemi.in c.nos in quorundam.2.q.1.& refert Ias.in l.si mora.ff.soluto matrimo.in 3.no.post Archidiac.in c.vtilem.33.q.2. vbi refert quoque,Alexandrum in Pontificem maximum simoniaco volenti crimen confiteri, suasisse, vt coram Cardinalibus in consistorio palam confiteretur, vt sibi tandem certissima venia daretur:quem sic postea confessum deposuit.Refert etiam Catellia. Costa in 2.parte memoral.in verb. dolus. Sic gestu alias audiui à iudice Nemausen. cum inter transeundum duas reperisset mulieres de gallina contendentes, eam accipiens, in liberam & patentem viam dimisit: gallina verò proprium agnoscendo domicilium, alterius mulieris domum petiit. Ex quo propriam eius esse gallinam iudicauit,cuius primum domum petisset: alteri mulieri perpetuum imponendo silentium. Alia infinita possunt excogitari pro negotiorum varietate,quæ bonum sapiunt dolum,quæ pro libito vobis effingendæ relinquo.

Dolus bonus. De dolo qui à iudicib. adhibetur ad extorquendam veri tatem.

Dolus malus, & eius definitio.

¶ Dolus verò malus delictum est,l.1.§.plane. ff. de tutel.& ratio. distrah. vbi primò dicit dolum,postea delictum,l.1.iuncta glo.in verb.crimine.ff.de fideiussor.tutor.glo.in l. 1. §. si apud.1.depos.Barba.in c.vno.col.2.illo titul.Iaf.in §.item si quis in fraudem.nu.108. Insti. de actio. Sic autē definitur à Iurisconsulto:dolus est machinatio,seu calliditas,ad circumueniendum,fallendúmque alterum adhibita,l.1.§.dolum.ff.de dolo,& in rub.dicit de dolo malo, non simpliciter de dolo, eo quod doli mali ibidē,& non mali materiam declarat:& dolum accipe pro malitia,id est calliditate & fallacia,quotiens circunscribendi alterius causa aliud agitur,atque agi simulatur,l.iurisgentium.§.dolo malo.ff.de pact.& dolo malo adiecto calliditatem notat prætor. l.3. ff.de seruo corrupto. Nec puto Bar.diuisionem necessariam, diuidentis in dolum verum & præsumptum, idque addentis in definitione doli. Postquam enim calliditas & malitia dolo inest,semper dicetur verus dolus.& quamuis dolus quidam probetur fortioribus indiciis aut coniecturis,non ex hoc dicetur præsumptus: omnis quippe dolus indiciis probatur,l.dolum.C.de dolō.qua ratione igitur quiuis dolus dicendus foret præsumptus,& nullus verus.sed nec quidem vsquam reperi apud Iurisconsultos dolum præsumptum.vulgaris quidem est tex. quem Bar. adducit, in l. si procuratorem. §.dolo.ff.manda.cuius verba sunt:dolo autem facere videtur, qui id quod potest restituere,non restituit.ff.manda.& l.dolus est, si quis nolit persequi, quod persequi potest: aut si quis non exegerit, quod exigere potest,aut soluere. quę verba nescio quem alium dolum quam verum inducant.forte melius Bar.sententiam iuuat tex.in c. bonafides. de depos.sic dicens,bonafides abesse præsumitur:ergo dolus est præsumptus.Cui patet quoque responsum,quod præsumptio legis habetur pro veritate.itaque si ius præsumat dolum esse,vel fingat aliquem dolo facere, hęc fictio pro veritate habenda est. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio.ideo verus dicetur dolus : alioqui potius nominari deberet fictus, & vbicunque lex fingit, quod nomen non imponitur ex probationibus. nam si probem instrumentis non dicetur dolus instrumentorum. Quamobrem mihi consultius hic videtur sequi doctrinam Iurisconsulti, diuidentis dolum in bonum & malum, quemadmodum superius vidimus.

Dolus an alius sit verus,alius præsumptus.

¶ Nec in contrarium mouere me potest vtilitas,quam suę doctrinę esse vult Bar.dicendo minorem à dolo præsumpto excusari,l.vbi.ff.de edendo,à dolo vero non.l.1. §. nuntiatio. ff.de oper. noui nuntia. sed ego quidem in hoc dicerem dolum quendam altero maiorem & grauiorem.grauius enim est prodere principem,aut patriam,quam hominem priuatum. constat in titul. ad legem Iul. maiesta. grauius esse occidere consiliarium, & reipub. vtilem,quam ignauum pecus, vt firmat Bal.in l.quæ fortuitis.col.3.nu. 6.de pignoratit. actio. Et dolus non tantum est in eo,qui fallendi causa obscurè loquitur,sed etiam qui insidiose, & obscure dissimulat.per ea quæ notantur in l.ea.in fi.ff.de contrah.emptio.

Minorem quis dolus excuset, & quis non.

¶ Vnde concluderem minorem non excusari à dolo continente delictum non modicum.l.si ex causa.§.1. ff.de minor. potissimum vbi dolus est in faciendo,& cum fecit quod & iure diuino vel gentium reprobatum est,vt in furto,homicidio, ceterisque delictis similibus.siquidem cum deus optim. maximus hoc prohibuerit, scire debuit non esse faciendum. Veruntamen cum in minore non sit tantus dolus,ac est in maiore,iudicis erunt partes pro qualitate delicti mitiorem infligere pœnam minori: vt in toto titul.de delict. puer. & in l.aut facta.ff.de pœnis.

¶ Si verò dolus grauis non sit, sed tantum lata culpa,in eo quod à iure reprobatum est, tunc minorem excusari posse iudex arbitrabitur:vt si minor non exhibeat ad iudicis præceptum l.vbi.ff.de edendo: vel cum posset confiteri, vt dupli pœnam euitaret,negare maluit,in hoc restituendum asserit Vlpia.in d.l.si ex causa.§.1. ff.de minor. siquidem hoc iure ciuili improbatum est,in l. contra negantem. C. ad legem Aquil. §. ex maleficiis. Insti. de actio.quod ius ignorare potuit minor, cum nil sciat,aut scire præsumatur. l. fin. ff. de iuris & fact.ignoran.Iaf.in l.1 §.nuntiatio.nu.106.ff.de noui oper.nuntia.Et præsertim in criminibus,in quibus probationes debent esse luce meridiana clariores.l.fin.C.de proba.hic dolus haud præsumeretur,hoc addito quod dolus in dubio non præsumitur,l.merito.ff. pro socio.ideo qui illum allegat,probare debet,l.quoties.§.qui dolo. ff.de probatio.sed pupillum intelligit Vlpia. qui doli capax non est:ceterum si iam doli capax sit,contra erit: ergo de dolo teneri pupillum etiam tutoris,si tutor soluendo sit,affirmat in l.1.§. hoc edicto. ff. ne vis fiat ei. ideoque si pupillus quicquam admiserit, quod mereatur restitutionem,restituet quidem cum princeps, at sine prævia restitutione tenebitur sicut alius, habita ætatis ratione.

Pupillus quando & de dolo tutoris teneatur.

Latam culpam inducere malam fidem contra Bart.

¶ Adhæc non placet dictum Bar. concludentis, latam culpam non inducere malam fidem:quia in eum facit,quod paria sunt intelligere, vel intelligere debere,l.idem iuris.§.1.ff. ad leg. Aquil.l.quod te.ff.si certum peta.ne melioris scilicet conditionis sit stolidus non intelligens,quàm peritus. l. 3. in fin. cum l.seq.ff.quod vi aut clam.neque commento fraudis quicquam vsurpet legis illusio.l.quemadmodum. C. de agricol.& censit.lib. 11. facit text. iuncta

iuncta glo.in l.1.C.de fid.instrumen.lib.10.nec obest d.§.scire. l. sed & si lege. ff. de petitio. hereditа. vbi error iuris non est lata culpa in eo, qui non tenetur scire: quemadmodum econtra scire tenetur magistratus,professor seu aduocatus,vtpote quibus turpe est ignorare ius,in quo versantur,l.2.§.Seruius autem Sulpitius.ff.de orig.iur.potissimum iuris communes regulas:at specialium & singularium, non: quia admittitur etiam in his & excusatur ignorantia,l.quod te.vbi doct.ff.si certum peta.l.illicitas.§.sicut.ff.de offic.præsid.l. 1. si mensor.scientia verò & affectata ignorantia æquiparantur,c.2.iuncta glo.de temporib. ordinand.in 6.& in clem.vna.de consanguinita.nec quidem esse potest in bonafide,qui ignorat quod omnes sciunt, l. si fur.§.1.ff.de vsucapio, sicque non lucrabitur fructus, qui est in huiusmodi lata culpa.minus iuuat Bar.§.scire.nam postquam abest bonafides, non lucratur fructus,vt scripsi in l.bonæfidei.supra eod.

Bonafides vbi abest; non lucratur quis fructus.

¶ Sed redeundo ad dolum malum,dolus quidam malus est dans causam & initium contractui bonæfidei,& hic reddit talem contractum nullum:vtpote cum non alias esses tuam domum venditurus,tibi dolo persuasi hostes pro foribus esse: quamobrem inductus eam vendidisti mihi vili pretio. Contractū hunc esse ipso iure nullum probat l. & eleganter. ff. de dolo.etiam si iuramentum de eo seruando interuenerit.Bertrand.consil.98.vidi.in 1.vol. secundum no. editionem, etiam si non fuerit deceptio vltra mediam iusti pretij: quia dolus excludit consensum,cum sit contra bonam fidem, quæ in contractibus bonæfidei maxime deber exuberare,§.actionum.Insti.de actio.dixi plenius in tract.de rescisio.contract. in 2.tomo constitu.Regiar.Gallicar.

Dolus malus duplex.

Dolus dās causam cōtractui.

¶ Alius dolus vocatur incidens in contractum: vtpote eram quidem venditurus fundum, sed non tam citò aut non tam vili.demum tua suasione consilióque illum minoris tibi vendidi.agam ad rescisionem;quippe non est nullus ipso iure contractus,cum non interuenerit dolus circa substantiam contractus,l.si quis cum aliter.ff.de verbor.obligatio.in contractibus verò stricti iuris idem est,siue dolus dederit causam contractui, siue inciderit in eum,vt neutro casu dolus annullet contractum,l.si dolo. C.de contrah.stipula.

Dolus incidens in contractum

Stricti iuris contractus dolus non rescindit.

¶ Quod prodest: nempe cum tenet contractus, & possessor habet titulum, ex quo lucratur fructus vsque ad litem contestatam, l. certum. & l. si fundum. C. de rei vindica. sed quando contractus est nullus ex nullo titulo possidens non lucratur fructus; quare condemnandus est ad illorum restitutionem ex die contractus,l.cum fundus.ff.si certum peta. hoc firmat Pantha.Calder.in præfa.ad l.2.C.de rescind. venditio.

¶ Et quamuis in iure summa sit differentia an contractus sit ipso iure nullus,vel an quidem valeat, sed sit rescindendus; nempe quia primo casu duntaxat agebatur ad declarandum præfatum contractum nullum,altero verò casu princeps adeundus erat, vt rescinderet huiusmodi cōtractum: tamen hodie indistincte in Regno siue contractus sit nullus siue annullandus,princeps adeundus est pro rescissione.arg.l.itaque ff.de fideicommissar.liberta. Solemus ergo literas impetrare à Rege, seu ab eius Cancellaria, in quibus facto narrato contractum annullari, seu vt rescindatur, saltem quatenus de facto processit petimus, & quod literæ contractus cassæ & nullæ reddantur: solentque rei condemnari ad restituendum fructus solum à tempore litis contestatæ, & non antea, vt vidi sæpius iudicari in hac patria;quæ praxis excusari potest per glo. no. in l. & eleganter. ff. de dolo.in verb.nullam. vbi venditio est nulla si actor velit:ergo antea emptor est in bonafide,fructúsque lucrari potest.facit glo.in l.si dolo .C.de rescind. venditio.in verb.rescindi iubebit.quas sequitur Felin.in c.dilectus.2.col.5.de rescrip.Igitur nisi venditor vel alius deceptus agat,non censetur velle contractum rescindi,vel nullum pronuntiari,& eatenus excusabitur emptor vel possessor rei quoad fructus. Et ita seruatur in Francia, quicquid in contrarium ex iuris scripti dispositione decidant iuris interpretes.

Praxis in contractibus rescindendis.

¶ Adhæc notandum est,doli simpliciter prolati appellatione,ex communi vsu loquendi Franciæ,dolum malum intelligi.vnde si quis dicat se deceptum dolo,Gallicè *par dol*, intelligemus de dolo malo. nec enim alias solemus lingua vulgari exprimere malum, sed tantum dolum.Cum igitur dicimus iudices in hoc Regno litem suam facere, & cōuenientes in tribus tantùm casibus, videlicet cum dolo, fraude, vel per concussionem quidpiam admiserint,dolum intelligimus malum,l.si filius famil.cum l.seq.ff.de iudic.nam admissum per dolum bonum laudatur,& non punitur,sic de veneno dicimus in l.qui venenum.infra eod.A iure quoque sępius dolus simpliciter expressus intelligitur de malo.l.fin. de eo per quem factum erit.l.si procuratorem.§.dolo. & l.dolus. ff.manda.& infinitis aliis iuribus.

Doli nomine simpliciter prolati,in Gallia quid notetur.

Iudices in quib. casib. litem suā faciant.

¶ His præmissis iam dicendum est quomodo propter rei deteriorationem seu destructionem contrahentes teneantur: qua in re prętermissis interpretum verbosis commentariis,qua breuitate potero depromam ex viscеribus Iurisconsultorum breue totius materię compendium,distinguendo tres casus:nempe aut contractus sit dantis,aut accipientis gratia, aut vtriusque. hanc doctrinam docet Iurisconsult. in l.si vt certo. §. nunc videndum. cum seq.

Quomodo propter rei deteriorationē contrahentes teneantur.

cum seq. & l.in rebus.ff.commoda.

Depositarius ad quid teneatur.

¶Ad primum igitur casum descendendo, contractus qui gratia dantis fiunt, vel e mera liberalitate,dolum recipiunt,& culpam dolo proximam:vt depositum & precarium l.contractus. de regul. iur. de deposito probat Iurisconsul. in l. 1. §. si vestimenta seruanda custodienda balneatori,dolum duntaxat præstare debet.ff.depositi.& §.in conducto ibidem.

Dolum tantùm præstat depositarius.

¶Ratio est,quia nulla versatur vtilitas eius apud quem res deponitur,& ideo merito solus dolus præstatur. d. §. nunc videndum. & non tantum præteritus dolus venit in actionem depositi,sed etiam futurus,id est post litem contestatam.§.non tantum.ibidem.daturque hęc actio depositi in heredem ex dolo defuncti insolidum,l. si hominem.ibidem.

De dolo tãtùm suo tenetur depositarius

¶Verùm de dolo tantùm suo tenetur depositarius,non de dolo alterius, l. si is apud. ff. depos. Quem dolum si semel admiserit, putà rem depositam vendendo, licet eam postea redemerit,sufficiet ad conuincendum eum de dolo,quem semel adhibuit,l.1.§.si rem.depositi.idem si fuerit vsus re deposita,vt de dolo teneatur, quamuis non alium dolum admiserit,l.qui furtum:ff.de condict.furt.l.3.&seq.ff.depos.

Dolo facere quando dicatur depositarius.

¶Dolo facere videtur is qui reposcenti rem non reddit,vel re perempta pretium, l. 1. §. est autem.& §.fin.ibidem:vel si rem illam vendiderit depositarius, vel pignori dederit. §. si rem.1.ibidem:aut si res deposita deterior reddatur.§.si res.depos.aut si rem depositam consumpserit,§.si rem.2.idem si re deposita prćter domini voluntatem vtatur.§.furtum autem. quib.mod. re contrah.obliga.in Instit.l.si sacculum.ff.depositi. & si rebus suis saluis res depositæ pereant.l.quod Nerua.ibidem.& c.fin.illo titul.& generaliter is dolum committere videtur qui in rei depositæ perniciem animo fraudulento quicquam committit,vt in §. filiusfamil.ibidem.

Depositarius latam culpam præstat.

¶Latam culpam depositarius etiam præstat,l.1.C.depositi,& l.1. §. is quoque.de actio. & obliga. veluti si librum depositum apertum sub dio reliquerit, & pluuia eum corruperit. nam scire debebat papyrum labefactari aqua.quod si nescire se dicat,lata culpa est ignorare quod omnes intelligunt.

Depositarius qualem diligentiam præstare debeat.

¶Diligentiam quoque tenetur depositarius præstare, qualem in suis rebus, d. l. quod Nerua.alioqui fraude non caret,vt ibi Celsus ostendit:non exactam.

In commodato cur exactissima diligentia præstari dicatur.

¶Et sic notandum est diligentiam in aliquibus contractibus præstandam maiorem, quàm in aliis.nam in contractibus qui solius accipientis gratia fiunt, vt commodato, exactam diligentiam præstabit accipiens:nempe quia gratia & vtilitate eius fit, d.§.nunc videndum.& talem qualem diligentissimus paterfamil.adhiberet.l.in rebus. ff. commoda. in deposito secus, quia nullam vtilitatem recipit accipiens, sed tantum dantis gratia fit: ob id non aliam præstabit diligentiam quam in rebus suis, d. l. quod Nerua. quam non vocant proprie Iurisconsul.diligentiam. At vbi statuunt diligentiam esse præstandam, intelligunt de illa quã diligens paterfamil. prćstaret,& diligentissimus,vt quando fit gratia accipientis, l.in commodato.§.nunc videndũ.& l.in rebus,commoda.& ita volunt iuris interpretes de culpa leuissima teneri,de qua Vlpia.scribit in lege Aquilia,dicens, leuissimam culpam venire vt quotiens sciente domino seruus vulnerat vel occidit,Aquilia teneatur dominus. l. in lege.ff.ad legem Aquil.vbi glo.dicit,nisi in duobus casibus, vt in l.si putator. ibidem, &

In lege Aquilia dolus & culpa regulariter venit.

l.liber homo.§.1.de acquir.rerum domi.sed hallucinari videtur. nam in lege Aquilia regulariter venit dolus & culpa,d.l.si putator.sed in his duobus casibus venit & leuissima,videlicet quando sciente domino seruus vulnerat vel occidit.vbi scientiam pro patientia accipimus,vt qui prohibere potuerit,teneatur si non prohibuerit, l. scientiam. ibidem. videte Bal.consil.463.statuto.in 3.vol.quod est repetitum consil.436.statuto.in 5.vol.Socin.consil. 54.visa.in fin.vol. 4. Qualiter verò iudices negligentes teneantur, docet Paris de Puteo in tract.Syndica.in verb.negligentia.in 2.parte post Bal.in d.l.quæ fortuitis.

Culpam quando præstat depositarius.

¶Culpam etiam depositarius præstat,quando rei depositæ custodiendæ vltro se obtulit & sua negligentia res periit, aut deterior fuit reddita, d. l. 1. §. sæpe. nam alius forte melius custodiuisset,penes quem deposuissem,ni ipse se obtulisset:& quia se ingesit suspectus est, l.quæ omnia.§.fin. ff. de procurator. alias quippe dominus ei non commisisset, l. si seruus communis.§.circa.ff.de fur.idem in commodato decidit tex.in l.si vt certo.§.interdum. ff. commoda.quem tex.no.Angel.in §.item is cui,quib.mod.re contrah.obliga. in Instit.contra offerentes suam custodiam & diligentiam.

¶Idem si depositarius mercedem capiat pro rei custodia,l.2.§.Si in re deposita. ff. vi bonor.raptor. nempe eo casu vtriusque vtilitas versatur:ideóque transit in contractum locati & conducti,l.1.§.seruum.ibidem,qui gratia vtriusque fit.

¶Idem erit si ex conuentione culpa promissa sit.ex conuentione enim partium contractus legem accipiunt,l.1.§.si conueniat.ff.depositi.& l.contractus de regul.iur.

¶Igitur in præfatis casibus si negligenter se habuerit depositarius, vt res deposita sua negligentia vel perierit vel deterior facta fuerit,tenebitur ipse ex sua negligentia, & culpa

forte

forte si mures roserint vestimenta deposita,l.item quæritur.§.si fullo.ff. loca. Alias regulariter non tenetur,ob culpam & negligentiam,nisi fuerit enormis. Diligentiam quippe maiorem non debet in rebus depositis quàm in suis.

In precario quid præstetur,si perierit, aut deterius factum sit.

¶Precarium autem quamuis gratia accipientis fiat,tamen quia ex mera concedentis liberalitate proficiscitur,non recipit nisi dolum,l.quæsitum.§.illud.ff. de precar. Est enim precarium quod precibus petenti vtendum conceditur, tandiu quandiu is qui concessit patitur: quod genus liberalitatis ex iuregentium descendit, l.1. ibid. est enim æquum tandiu te liberalitate mea vti,quandiu ego velim,& possim reuocare cum mutauero voluntatem, l.2.ibidem.vnde si videam eum cui precario dedi perperam vti re mea, potero reuocare precarium:si non reuocauerim imputari mihi debet liberalitas mea,d.§. illud. diuersum est in commodato,quod non nisi vsu expleto reuocari potest,l.in commodato.§. sicut. ff. commoda.ideo commodatarius etiam exactissimam diligentiam præstat,d.§.nunc videndum.

Precarium quid.

Precarium & cõmodato quid differat.

¶Et quamuis commodatum mera liberalitate ab initio fiat,tamen postea ex legis dispositione necesse habet vtendum relinquere commodans, quousque vsus expletus fuerit. in hoc ergo grauatur,in alio releuatur,vt commodatarius etiam culpam præstet,l.cum qui.de iureiurand.imò nõ valeret conuentio vt precarium reuocari non possit, nisi tali tempore: quia nulla est vis conuentionis vt rem alienam inuito domino possidere liceat,l.cum precario.ibidem.non posset tamen concedens precario,cum euidenti detrimento accipientis precarium reuocare: sicut de commodato & mutuo docet Bar. in l. si pœnam. ff. de verb. obliga. vnde cum aliquis mercator voluisset reuocare precarium tempore nuptiarum filię accipientis, non fuit ei permissum, nisi nuptiis perfectis. & reuocari precarium non potest per vim & propria auctoritate, si accipiens resistat: sed adeundus est iudex; alioqui incideret in pœnam sic vim committens. l.si quis fundum. C.de vi public. Barba.in cap.fi. de preca. & Pyrrhus in d. l. contractus.

De natura precarij.

¶Casus tamen fortuiti prćstari non solent, quia eos nullum hominum consilium prćuidere potest,l.2.§.si eo tempore. ff.de administra. rerum ad ciu. pertinen. l. quę fortuitis. C.de pigno.actio.& c.fin.de homicid.& illis infirmitas humana resistere non potest,l.1. §. is vero.de obliga.l.in rebus.commoda.& l.ex conducto.§.1.loca. & custodia aduersus vim parum proficit,l.si ea res.ff.de actio.emp.l.sed de damno,locati.

Custodia aduersus vim parum proficit.

¶Res fortuito casu perire dicitur,quando senecture,morbo,morte,aut rapina corrupta aut perempta est, d. l. si vt certo. §. quod vero senectute. commoda.& idem si incursu hostium,piratarum,insidiis,naufragio,ruina,incendióve consumpta sit,l.in rebus.ibidem,& l.1.§.is verò,de obliga.l.interdum.de iudic.de incendio dicunt esse verum, quando ab aliquo inimico est factum, vel prouenit ex domo vicina, l. si quis fumo. ff. ad legem Aquil. alioqui culpa habitantium plerunque fit, l.4. ff.de offic.præfec.vigil.

Res fortuito casu perire quo modo dicatur.

¶Idem si chasmate res perierint, l. verum.§.si locupleti.ff.de minor.vel vi fluminis,graculorum, sturnorum, aut vredine seu gelu.l.ex conducto.§.si vis.ff.loca.

¶Idem si latronum incursu. §. item is cui. quib.mod.re contra.obliga. in Institu.sed an furtum dicatur casu fortuito fieri,tradit Barb.consi.53.illustrissime.in 1.vol.& Iaf.consi.42. in præsenti.col.2.vol.1.vbi dicunt tunc dici casum fortuitum,quando à persona fit domestica, de qua aliquis non cogitabat. l. fin. ff. nautæ, caupo. vel quando fit per effracturam ostij, vel fenestrarum,& allegant l.eum qui.ff. de furt. Idem si aliud damnum fatale contigerit, l. si vt certo. §. proinde. commoda.

In precario ex fortuitis casibus etiam quis tenetur, si ita conuenerit.

¶Multotiens tamen tenetur quis etiam de fortuitis casibus, vtpote si ita conuentum sit, l.1.§.sæpe.depos.c.vno,de commoda.

¶Et nisi quis aliquos casus exprimat nominatim, non valet generalis renuntiatio casuum,l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cautio.tamen aliquibus enumeratis, valebit generalis conuentio,quo etiam ad non expressos, vt Panor. & alij firmant in c. vno,de commoda.quia idem de similibus iudicium fieri debet,l.non possunt.ff. de legib.

¶Item casum præstat is qui sua gratia recipit pecuniam depositam vt ea vtatur, in l. si quis.ff.si certum peta.vel quando culpa præcesit casum,l.si in Asia.in fin.depos.aut mora, c.vno.de commoda.& c.fin.de depos.glo.in d.c. sæpe.extra hos casus non tenetur depositarius,commodatarius aut alius,si res pereat casu fortuito,nisi res fuisset æstimata,l.si vt certo.§.commodatum.ff.commoda.de casu scripsi in l.cum quęrebatur.infra eod.

Commodatarius culpam & diligentiã præstare debet.

¶Secundus casus est quando contractus fit tantùm gratia accipientis.tunc enim dolum & culpam ac diligentiam prćstare debet contrahens,vt in commodato patet,in l.si vt certo §.nunc videndum.& §.seq.ff.commoda.

¶Ratio est quare prćstat culpam & diligentiam,quia concedens nullam vtilitatem consequitur.l.si seruus communis. §. circa. de furt.ideo is qui vtilitatem rei habet, non solum non debet quicquam malitiosè moliri in rei perniciem,sed etiam illam non debet negligere: imò debet diligenter eam custodire, ne res sibi commodata pereat, aut sua culpa deterior fiat: alioqui tenetur, si diligentior vel diligentissimus illam rem custodiuisset, l. in rebus.

bus.ff.commod.& hanc diligentiam leuissimam culpam vocat Papa in c.vno,de commod.

In actione depositi cõtraria quid præstetur

¶ Quæ superius dicta sunt habent locum in actionibus directis, videlicet quando deponens rem depositam repetit,vel commodator rem suam:secus in contrariis:vt si deponens non monuit depositarium vt caueret ab equo recalcitrante,vel à fure seruo, quem deponebat,& damnum euenerit per equum,aut seruum,is tenebitur culpam præstare, quod non fuerit diligentior circa monendum qualem seruum deponeret. tex. in l. si seruus communis.§.idque euidentius. ff. de furt. vbi addit Iurisconsultionem : quia non debet officium suum alicui damnosum esse,sed culpa eorum quorum causa contrahitur damnosa esse debet illis.

In actione commodati contraria quid præstetur.

¶ In commodati verò actione contraria,commodans vltra dolum,si equus commodatus damnum dedit,non tenetur, nec vltra equi aut serui pretium, quia nulla vtilitas commodantis interuenit,tex.in d.l.si seruus.§.circa commodatum. facit l.in rebus. §. item qui sciens. ff. commoda. licet interpretes dicant in actionibus contrariis leuissimam culpam præstandam:quod (salua eorum pace dixerim) non est verum.

¶ Tertius casus est in contractibus qui gratia vtriusque contrahentis celebrantur: & tunc præstandus est dolus,culpa & diligentia,vt in mandato,commodato,vendito,pignoris accepto, locato, dotis datione, tutela, & negotiorum gesto. l. contractus. ff. de regulis iur.societas verò & rerum communio dolum & culpam recipit, d.l. contractus.

Mandatarius in quo teneatur.

¶ Itaque si mandatum gratia vtriusque fiat, mandatarius dolum commissum præstabit, si soluendo sit:vt si per collusionem procuratoris absolutus fuerit aduersarius, l. si procuratorem,§.1.ff.manda.vel si non prouocauerit condemnatus,vel si rem emptam meo nomine restituere deneget.§.si ignorantes.& §. seq. vbi etiam dicit teneri ob latam culpam, si ex gratia rem quam ei mandaueram emere,neglexerit, etiam ob leuem negligentiam tenetur: mandatarius,si seruus aufugit.ibi,si dolus non interuenerit,nec culpa,non teneberis:ergo à contrario si interuenerit, teneberis.

¶ Diligentiam etiam mandatarius præstat in negotiis in quibus requiritur:vnde si mandem vt soluas Titio,nulla est ibi diligentia.nam an per te vel aliũ soluas,nihil mea interest, l.si remunerandi.§.si filiofam.ff.manda.interest tamen si Titius pupillus sit, vt cum auctoritate iudicis vel tutoris soluas,vt consequar liberationem plenam, vt dicit glo. in l.ait prætor,§.permittitur.ff.de minor. ideo & diligentia hoc casu præstanda erit, & vbi est necessaria:& sic intelligi debet l.si fideiussor.1.ibidem.

Mãdator quid præstare teneatur.

¶ Si verò mandatarius sit passus damnum,illud contrario iudicio præstare mandans tenetur,& iustissime allegare mandatarius potest, non fuisse se id damnum passurum si illud mandatum non suscepisset,ait Iurisconsultus in l.si seruus cõmunis.§.quod vero.ff.de furt.ideo ad diligentiam etiam tenetur,& vt nostri dicunt,ad leuissimam culpam,d.l.à procuratore. vbi omnis culpa præstari debet. facit l. si vero non remunerandi. §. contrario iudicio. ff. manda.

In commodato quod & dantis & accipientis gratia contrahitur, quid præstetur.

¶ Idem in commodato dicendum est,quando gratia vtriusque fit:alioqui seruari oportet quæ superius docuimus, quando gratia commodatarij fit:si autem commodantis gratia,vt si quis suæ vxori quo honestius cultu ad se deduceretur, torques vel alia commodauerit, l. si vt certo. §. interdum ff.commoda. & eo casu vxor vel alius depositarius dolum præstabit, sicut in deposito, vt ibi docet tex.

In mandato ad negotia quid recipiatur: quid in mandato adlites.

¶ Mandatum ad negotia dolum & culpam recipit: in mandato verò ad lites, quia industriam maiorem exigit, diligentiam omnem præstabit mandatarius,l.in re mandata. & l. à procuratore.C.manda.& maxime omnem culpam præstat procurator:quia mercedem accipit,& accipiendo causam, videtur promittere se talem diligentiam prẽstaturum & industriam qualem alius procurator præstare potuisset:ideo tenetur, vt docet Bar.in l.1. manda. & doc. in d. l.à procuratore.Soci.consil.149.in causa.in princ.vol.1.

In venditione quid præstetur

¶ In venditione dolus,culpa & diligentia præstatur,in d.lege,contractus: vnde si equus tibi venditus perierit, quicquid sine dolo & culpa venditoris acciderit, in eo venditor securus est,§.eum autem.de emptio.& vendi.talis itaque custodia desideranda est à venditore, qualem bonus paterfam.suis rebus adhiberet,l.quod sæpe.§.si res vendita. ff. de contra. emp.vnde talem custodiam venditor præstare debet,quam præstant hi quibus res commodata est,vt & diligentiam præstare teneatur exactiorem quam in suis rebus adhiberet,l.3.ff. de peric. & commod. rei vendi. sunt qui velint exactissimam diligentiam requiri, sicut in commodato.quod non est mihi ex sententia : nam d. l. 3. non dicit talem diligentiam præstandam qualem in commodato,sed quam præstant hi quibus res est commodata:& postea elucidat, vt videlicet talem diligentiam præstet venditor qualem in rebus suis, & magis exactam quàm in suis rebus : sed non talem præstabit diligentiam qualem diligentissimus paterfa. præstare est solitus,sicut commodatarius.l.in reb.ff. commod.& sic debet intelligi ille tex.quicquid iurium interpretes in contrarium iactent.& hoc videtur probare l. eum qui.§.1.ff. de furt.vbi custodiam prẽstat venditor. fusius dicam in meis nou.interpret.

Ad l.3. de peric. & comm. rei vend.

¶ Tenetur

Creditor pignore accepto, in quo teneatur. Ad l.si cum venderet. §.fin. de pign.act.

¶ Tenetur creditor accipiens pignus,si quid doli in eo commiserit,vel si culpa sua in eo quid acciderit,l.si cum venderet.§.fi.de pigno.act.ff. per quem tex.licet quidam interpretes intelligant etiam venire diligentiam, & vt dicunt leuissimam culpam, sicut in commodato, tamen (salua pace eorum) ille tex.non hoc dicit,sed punctus diuersam reddit ad illum text. sententiam,quem transcribam sic: venit autem in hac actione & dolus & culpa, vt in commodato : venit & custodia: vis maior non venit. tria ergo ibi dicuntur, primum vt in actione pignoratitia veniat dolus & culpa: secundo quod in commodato venit custodia: tertio quod vis maior, id est casus fortuitus, non venit in actione pignoratitia. sed quæ diligentia in rebus pignoratis præstetur ibi dicitur,vt sequitur:ea igitur quę diligens paterfamilias in suis rebus præstare solet, à creditore exiguntur. ergo si diligens non fuit creditor in re pignorata,sicut paterfamilias diligens in suis rebus,tenetur:si autem non fuit tam diligens quam diligentissimus paterfamilias,non tenebitur,sicut in re commodata teneretur,d.l. in rebus. & sic debet intelligi ille tex. vt dixi supra. vide l. tertiam,de peric.& commod.rei vendi.l.prætor ait. §. est præterea. de bonis auct. iudic. possidend.dicam in meis interpreta.

In locatione quid præstetur.

¶ In locatione quamuis doc. dicant præstandam culpam leuem tantum, & quidam leuissimam,per l.si merces.§.qui columnam.ff.loca.tamen nos dicemus per d.l.contractus. venire & culpam & diligentiam: adeo quod si diligens paterfam. illam rem custodisset, vt etiam locator vel conductor teneatur:& ita conciliantur ambæ sententiæ: & hoc probatur in d. l. contractus. & in lege, in iudicio.C. loca. vbi contractus locationis recipit culpam & diligentiam. & in quibusdam casibus maior diligentia exigitur, quàm in aliis, & maximè in artificibus & magistris cum quibus contrahitur : quia culpa est illis se immiscere rei ad se non pertinenti, per regul. iuris : & quia exercendo illud artificium videntur se asserere peritos in arte in qua versantur,l.1.ff.si mensor falsum mod. dixerit:ob id tenentur. vide Corne.consil.118.videtur.in 1.vol.

In rebus dotalibus quid præstetur.

¶ In dote cum gratia vtriusque celebretur, dolum præstat maritus & culpam, l. etiam §. finali. ff. soluto matri. & Paulus scribit: in rebus dotalibus virum præstare oportet tam dolum quam culpam,quia causa sua dotem accepit:sed etiã diligentiam præstabit,quam in suis rebus exhibet. l. in rebus. ff. de iure dotium.idem dicitur in d.lege, contractus. etiam dicunt interpretes non venire culpam leuissimam in omittendo, sed in faciendo sic, per legem, in lege Aquilia. 2.ff.ad legem Aquil. ego dico venire culpam & diligentiam siue in omittendo, vt dicunt, consistat, siue in committendo. vnde maritus qui negligens in re dotali fuerit, tenebitur, per d.legem, contractus. non tenetur tamen maiorem in his rebus diligentiam quàm in suis præstare. imò Pompo. ait maritum non posse pacisci vt dolum solummodo in dote præstet, videlicet propter vtilitatem nubentium, in lege, Pompo. 1.ff. de pac. dotal. & si maritus in suos seruos natura sæuus sit,adhuc dicendum est immoderatam eius sæuitiam coercendam. quamuis enim diligentiam eam vxor demum ab eo exigat quam rebus suis exhibet, nec plus possit: attamen sęuitia quę in propriis culpanda est,in alienis coercenda est,l.si constante.§.si maritus.ff.solu.matri.

Tutor in tutelæ iudicio quid præstare teneatur.

¶ Tutor doli nomine ac culpę conuenitur, d. lege, contractus. vnde quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minores amiserint, vel cum possint non quęsierint,hoc in tutelæ iudicium venire non est incerti iuris,l.quicquid.C. arbi. tutel. requiritur etiam vt diligentiam prẽstet, videlicet vt rationes actus sui conficiat, & reddat. lege prima,§.officio.ff.de tutel.& ratio.distrahen.lege,impuberibus.de suspec.tutor.Ias.consil. 14.nobilis. in 3.vol.

In prædiis comparandis quid præstare teneatur tutor.

¶ Limitatur in prędiis comparandis, in quibus solus dolus cum culpa dolo proxima prẽstatur, in lege, tutor qui.§.competit. ff. de administratione tutor. vbi sic dicitur: Competit aduersus tutores tutelę actio, si male contraxerunt, hoc est si prędia comparauerint non idonea per sordes aut gratiam. quid ergo si non sordidè neque gratiosè, sed non bonam conditionem elegerint : recte quis dixerit solam latam negligentiam eos præstare in hac parte debere : quod si postea non soluendo debitores fuerint effecti, doli & latę culpę nomine obligabuntur,in lege, nomina.C.arbit. tutel.per doc. in lege, periculum.ff.si certum petatur.

Negotiorum gestor in quibus teneatur.

¶ Negotiorum gestor dolum, culpam & negligentiam prẽstare debet in rebus quas gerit,vt docet Iurisconsultus.in d.l.contractus.tum quia operam suam vltro offert,& alius eo forte diligentior gerere potuisset:nõ tamen exactam diligentiam prẽstabit: alioqui nullus aliena negotia gerere vellet,l.tutori.C.de negot.gest.l.si negotia.ff.de negot. gest. nisi certum esset alium diligentiorem administraturum : & in aliquibus casibus ad exactissimam etiam diligentiam rationem prẽstabit.§.igitur. de obligationibus quę ex quasi contrac. nascuntur, in Institu.

In societate & rerum communi-

¶ Societas & rerum communio dolum & culpam recipiunt, d.l. contractus. differt tamen societas à communione : quia societas fere vel partium conuentione procedit, lege,

nione quid præstetur. societatem.ff. pro socio.rerum verò communio fit sine conuentione, vbi res data legatave duobus est, & inter eos est illius rei vel rerum communio, lege 2. ff. commun. diuidun.

Societas à rerũ communione quid differat. Societatem etiam cum contrahimus, in rerum communionem incidimus, l. heredes. §. non tantum. ff. familiæ ercisc. vbi dicitur societatem consensu fieri: res verò facit rerum communionem.

Socius in quo teneatur socio. ¶ Vnde socius socio etiam nomine culpæ tenetur, id est desidiæ aut negligentiæ: culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere qualem suis rebus quis adhibere solet: quia qui parum diligentem socium sibi acquirit, de se queri debet, lege, socius socio. ff. pro socio. & §. fin. illo tit. in Instit. ob id tex. in d.l. contractus. dicit in contractibus gratia vtriusq; celebratis requiri diligentiam maiorem, videlicet quam in suis rebus adhibuisset, & qualem paterfam. diligens adhiberet. sed in his duobus tex. non requirit diligentiam, sed vt quis culpam præstet, tum quia imputari socio debet qui talem elegit, tum etiam quia per iudicium communi diuidundo res communis poterat diuidi. ergo imputetur ei qui diuisionem non petit. ideo sola culpa post dolum præstatur.

Heres coheredi quid præstet. ¶ Idem in herede dicimus, vt dolum & culpam in re hereditaria præstare debeat: quoniam (vt ait Iurisconsul.) cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum: non tamen talem diligentiam præstare debet coheres, qualem diligens paterfam. quoniam hic propter suam partem causam habuit gerendi: & ideo negotiorum gestorum ei actio non competit. talem igitur diligentiam præstare debet qualem in suis rebus, lege, heredes. §. non tantum ff. famil. ercis.

¶ Notandum est quod Iurisconsul. quando volunt vt damnum sarciatur in re præstitum dolo vel culpa, dicunt damnum præstet, vel culpam, aut exhibeat, l. in commodato. §. nunc videndum. & seq. ff. manda. lege, quæsitum. §. illud, de præcar. vel debet culpam, id est quod interpretes dicunt, tenetur de culpa, l. prætor ait. §. est præterea. ff. de bonis aucto. iudic. possiden. vel quando cupiunt Iurisconsul. naturam declarare contractus, dicunt dolum & culpam venire in emptionem & venditionem, seu in rei restitutionem: adeo vt restituens rem teneatur doli nomine vel culpæ, si quid commissum est dolo vel culpa, d.l. quæsitum. §. si in seruitute, de præca. vel contractus emptionis, locati, vel dotis recipit dolum, id est in eo venit dolus, vt fuit dictum, l. contractus, ff. de regul. iur. alias phrases dicam in l. magna negligentia. infra eodem.

In omnibus contractibus generaliter quid præstetur. ¶ Vltimò notandum est, quod in omnibus contractibus doli nomine saltem quis tenetur, nisi fuerit furiosus aut impubes, aut similis; quia cùm contractus gestus cum his non teneat, ergo ipsi non sunt ratione doli obligari, nisi fuerint effecti locupletiores. l. i. §. fi. cum l. seq. ff. commoda. & sic sustineri potest conclusio, committens dolum in contractu, dolum non præstat, intellige vt supra videre Ancha. in cap. fin. de depos. Cardinal. & Barba. in c. vno. de commoda. vbi hanc materiam tradunt.

§. Amicos appellare omnes debemus non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerunt iura cum patrefamil. honestis familiaritatis quæsita rationibus.

¶ Amicos hic docet eos vocari, qui notitia non leui coniuncti sunt, sed inter quos iura familiaritatis quæsita sunt honestis rationibus.

¶ Notanda sunt ex hoc tex. requisita, antequam quis possit amicus vocari: primò quod sit mihi notus. nam nihil amatur nisi præcognitum. ergo non requiritur consanguinitas, quia amicitia consistere sine ea potest. sed potest etiam esse cum consanguinitate, lege, transactionem. Cod. de transactionibus. ibi consanguinei, amici, si interpretibus credas, vocantur.

In amicitia quæ obseruãda. ¶ Hominem quicum versaris, tribus modis cõsidera. nam aut præstantiorem te habebis, aut inferiorem, aut æqualem: præstantiori quidem auscultare & obtemperare conuenit, minori modeste persuadere, æquali autem consentire, hoc sane modo nunquam in contentionem incides. hæc Strobæus de temper. sermon. 3. Hodie fato quodam fit, vt à superioribus vix aliquid obtineri possit, à minoribus vel æqualibus facile.

Amici quales esse debeant. ¶ Et coniunctus debet esse amicus moribus, non disiunctus & dissimilis, alioqui verus amicus non est. quę enim coniunctio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial, vt est in Euangelio. & ecclesiast. 13. c. omnis caro ad similem sibi coniungitur: adeo vt amicus vnus cum amico dicatur. quod probatur ex libro Ciceronis de amicitia, vbi scribit, pares cum paribus veteri prouerbio facillime congregantur: & ex Rege Alexandro. nam cum Sysigambis Darij mater Hephęstionem pro Rege adoraſſet, & ex militibus adstantibus intellexisset errorem suum, perturbata Alexandrum denuo saluauit. cui Alexander, Nihil est ô mater quo

quo turberis. nam & hic Alexander est, sentiens Hephæstionem amicum, esse alterum Alexandrũ, vt est videre in apophthegma. Plutar. nam amici cõiunctis equiparantur, imò quodammodo patri, Lucas in l. 1. C. de castren. pecul. milit. lib. 12. Eos igitur amicos comparamus qui sunt nobis moribus non dissimiles, & quibus eadem quæ etiam nobis conducant, & quibus magnis in rebus communis nobiscum fortuna sit. talis enim amicitia maxime perdurat. Aristo. in fine Rheto.

Alexãdri apophthegma.

¶ Secundò quod sit coniunctus nõ leui notitia: vnde dicit Terent. in Adelphis: Amicus nobis iam inde à puero. qui enim in prima notitia amicum faciunt, statim relinquunt. nam amicitia quæ leuiter constituitur, vt plurimum sic dissoluitur, testante Philosopho, Quæ subitò veniunt, repentè discedunt. vnde ait Salo. in ecclesiast. Non derelinquas amicum antiquum. nouus enim non erit similis illi. vinum nouum amicus nouus facit. glo. in c. accedens. 2. in verb. nimis fauens. vt lite non contesta. & Cicero in Lælio, Vna ista sit cautio atque vna prouisio in amicitia, vt ne nimis cito diligere incipiamus, neve non dignos. digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.

Amicus vt verus sit, coniunctus esse debet non leui notitia

¶ Tertio quod sit familiaris, ibi, familiaritatis, id est quasi diuturna nobis consuetudine adstrictus, & in eadem pene familia coniunctus. nam si amicus amico dominari velit, non esset verus amicus. Scitum est illud oratoris Domitij relatum in cap. esto subiectus. 95. dist. Cur te habeam, inquit, vt Principem, cum tu me non habeas vt senatorem. sic amari vicissim non possunt. nam prouerbio communi dicitur, si vis amari ama. φύσις γὰρ φιλεῖν τοὺς οὐ φιλοῦντας ἔοικε, id est natura amare non amantes prohibuit. de quo plura do. Tiraquel. in tracta. de legib. connubia. in 12. lege. Cicero tamen in Lælio ait: Quis est prô deùm fidem qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere?

Amicus familiaris esse debet.

¶ Quarto quod illa familiaritatis iura honestis quæsita sint rationibus, id est honestis mediis, *par honnestes moyens*, non inhonestis: & ideo inter latrones non potest esse vera amicitia: quia ibi non est ius, sed fraus & dolus, vt dicit glo. hic. & nulla est societas ex illicito quæstu, l. cum duobus. §. fin. ff. pro socio. si quid ex peculatu vel sacrilegio quæsitum erit; vel vi, aut latrocinio, aut aggressura, hoc non diuidetur, l. ceteræ §. sed & si quid. ff. famil. ercis. facit l. quod seruus. de acq. possess. de incremento patrimonij honestis rationibus faciendo loquitur Iurisconsul. in l. cura. §. 1. ff. de muner. & honor. rationes enim docent inducuntque desideria, ad virtutem incitantes, leges partim metu detinentes coercent, partim honoribus & præmiis allicientes inuitant, ex sententia Hippod. Pytago. & si in hominibus eligendis nos spes amicitiæ fefellit, vt vindicemus, missos faciamus. Cicero in quarta actione in Verrem.

Amicitia bonestis rationibus quæri debet.

¶ Quintò quod illa iura sint quæsita cum patresa. id est cum viro honestæ vitæ & conuersationis, l. pronuntiatio. §. matremfa. supr. eod. vbi dixi. nam sine virtute amicitia consistere non potest, teste Tullio in suo libro de amicitia. & hic tex. dicit iura quæsita, nõ latrocinia nec furta. vnde in vita Plauti legitur, Plautum dixisse, Amicitiam & fidem stultorum ne receperis, insipientium atque improborum. nam facilius sustinetur odium quàm collegium. & prouer. 13. c. scribitur, Amicus stultorum similis efficietur. & ecclesiasti. 20. c. fatuo non eris amicus.

Amicitia sine virtute consistere non potest. Dictum Plauti.

¶ Sextò quod amicus vel amicitia sit quæsita rationibus, non cauillationibus, non leno ciniis, neque adulationibus, vt apud curiales sæpius fit. & Socrates solitus erat dicere, Vt illis committimus statuas faciendas à quibus videmus statuas eleganter factas, ita non sunt admittendi in amicitiam nisi quos cognouerimus erga alios fideles & vtiles amicos perstitisse, vt in apophtheg. Plutarchi legitur de Socrate. licet amicior quis donis futurus sit, vt ait Iurisconsul. in l. 3. §. si quis quasi. ff. de conditio. causa data.

Socratis apophthegma.

¶ De isto loquitur ecclesiastic. c. 6. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. amico fideli nulla est comparatio. amicus fidelis medicamentum vitę & immortalitatis. & 22. c. scribitur, Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes, est enim regressus ad amicum. Si aperuerit os triste, ne timeas. est enim concordatio: excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. in his omnibus effugiet amicus. & c. 25. Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Cum in amicitia quę non sunt postulantur, religio & fides anteponatur amicitiæ. Cicero lib. 3. offic. & glo. dicit quod amicus dicitur quasi animi custos: quæ allusio longe petita est: sed amicus dicitur vna anima in duobus corporibus, vt est in vita philoso. Arist. pulchra scribit in 8. ethic. Hodie non inueniuntur amici sicut Pylades & Orestes vel Damon & Pythias, de quib. Valer. rub. de amicit. & Sabel. in exempl. multos amicos tradit, quos hodie etiã si perquireremus vsq; ad columnas Herculis, vix inueniremus. ideo Eras. in chil. censet inuertendum adagium Plauti, amici vbi opes: quia vulgus amicitias vtilitate probat: contra illud Ciceronis 1. de finib. Meipsum ames oportet, non mea, si veri amici futuri sumus. Et 2. de finibus, Si fructibus, & emolumentis & vtilitatibus amicitias colemus, si

Amicus quasi vna anima in duobus corporibus.

nulla charitas erit,quæ faciat amicitiam ipſam,ſua ſponte,vi ſua, ex ſe & propter ſe expetendam, non dubium eſt quin fundos & inſulas amicis anteponamus. Et idem 1. de natura deorum, Charum ipſum verbum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum noſtrum referemus,non ad illius commoda quem diligimus, non erit iſta amicitia,ſed mercatura quædam vtilitatum ſuarum.Prata & arua & pecudum greges diliguntur iſto modo,quòd fructus ex his capiuntur:hominum charitas & amicitia gratuita eſt.Et primo de finibus, Etiam ſi nulla vtilitas ſit ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſeipſos amentur.Et 1.de legibus:Non eſt ſancta amicitia niſi ipſe amicus per ſe ametur toto pectore vt dicitur, qui quidem amandus, & deſperatis emolumentis & fructibus. Hinc ille,*Illud amicitiæ quondam venerabile nomen Proſtat,& in quæſtu pro meretrice ſedet.* Et amicorum quamuis olim omnia eſſent communia (vt Cicero ait primo officiorum) hoc vix inueniri poteſt:ſed hoc ſcio me præſtitiſſe.vnde illud Martial. lib. 2. in vſu eſt, qui ſic ſcribit in Candidum,qui in ore hoc adagium habebat:

Candide κοινὰ φίλων ſunt hæc tua,Candide,*πάντα*,
Quæ tu magniloquus nocte dieque ſonas. deinde ſic concludit:
Das nihil,& dicis, Candide, κοινὰ φίλων.

Vſui ſui cauſa paratum cum legatur, amici etiam veniunt.

¶ Vnum notandum eſt quod Iuriſcon.vult,vt quando ad vſum alicuius debentur cibaria,tunc etiam amici veniant, lege tertia, §. ſed quod diximus vſui cauſa paratum, ſic accipiendum erit, & amicorum eius & clientum, &c. ff. de penu legata. idem ſcribitur in §. ſequenti, ibidem. Alias vigintiquinque vtilitates ſcripſi in ſcholaſticorum priuilegio centeſimo quarto,quas non repeto. De amicitia tractat Ioannes Lignianus in ſuo tractatu de amicitia.

Amicitiarum tria genera, ex Platone.
Amicitiæ naturales.
Amicitiæ æquales.
Amicitiæ hoſpitales.

¶ Addendum eſt in Platonica diuiſione tria eſſe genera amicitiarum,videlicet aut naturales, aut æquales, aut hoſpitales. naturales vocat quæ ſanguinis vinculo nobiſcum naſcuntur,vt parentum,filiorum,fratrum,conſanguineorumque:æquales gignit conſuetudo vitæque ſocietas,accedente præſertim morum ſimilitudine.Hinc Cicero in 1.officior. Omnium ſocietatum nulla præſtantior eſt,nulla firmior,quàm cum viri boni moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. nihil enim amabilius, nec copulatius quàm morum ſimilitudo bonorum: etſi nulla generis propinquitate coniungantur: quales fuerunt Pylades & Oreſtes,Scipio & Lælius.Hoſpitales maxime comitatus creant,epiſtolæ & mutua inter abſentes officia.Plutarch.in vita Plato.

Amici quam neceſſarij.

¶ Hodie amicus eſt magis neceſſarius quàm ignis & aqua,vt adagio dicitur.nam quemadmodum citra ignem & aquam non conſtat hominum vita, ita nec ſine amicis: & tolerabilius eſt viuere ſine pecuniis, quam ſine amicis. & Horatius ait: *Nil ego contulerim iucundo ſanus amico.* & Cicero 4. libr. familiar. epiſtolar. ſic ait: Sine amicorum beneuolentia neque in aduerſa neque in ſecunda fortuna quiſquam viuere poteſt. Et 2. officior. Omnis ratio & inſtitutio vitæ adiumenta hominum deſiderat, in primiſque vt habeas quibuſcum familiares conferre poſsis ſermones.Et primo de finibus bonorum & malo. Nullo modo ſine amicitia firmam & perpetuam iucunditatẽ tenere poſſumus. Et in oratione pro Plancio: Nullius opes tantæ fuerunt, aut tantæ eſſe poſſunt,quæ ſine multorum amicorum officiis ſtare poſsint. Et violare amicitiam nefas erat, vt Cicero ait in epiſtola Appij Pulchri libro tertio epiſtol.familiar. & in Philippica ſecunda, violare amicitiam hoc grauiſsimum crimen iudico.

Leue, quid.

¶ *Non leui,*ſed firma: & notate quod leue interdum refertur ad rem, vt hic, & ſignificat tenue, & ſine pondere, & id quod eſt ſine pondere non eſt firmum, ideo leue dicitur non firmum, non graue.

Leues anuli.
Leue crimen.
Leuis offenſa.
Leuis caſtigatio
Leuis coercitio.
Leuior cauſa delicti.
Leuioribus emere cõditionibus.

¶ Inde leues anuli,modici momenti & valoris,qui non excedunt quinque aureos quo ad l.diuus.in princ.ff.de bonis damna. Et leue crimen, paruum,modicum,non graue,in l.leuia crimina audire & diſcutere de plano proconſulem oportet.ff. de accuſa. Leuis offenſa non adimit legatum,l.3.in fi. ff.de adimend.lega. leuiſsima,l.ſeruum.de pigno. Leuis caſtigatio docenti tantummodo conceſſa eſt,l. 5.in fin. ff.ad legem Aquil.& lege,Item quæritur.§.item Iulianus.loca. Leuis coercitio,l.prætor.§.præterea.de iniur.Leuior pœna, l.1. §. item diuus.de ſica. Leuior cauſa delicti dicitur, ſi culpa & non dolo damnum detur,l.illud.circa finem. ff. ad legem Aquil. Leuioribus emere conditionibus,in l. eum qui.in fin. ff. de in diem adiectio, Non quodlibet leuiſsimum efficit vt morboſum vitioſumve quid habeatur:proinde leuis febricula aut vetus quartana,&c. l. 1. §.proinde. ff. de ædilic.edic.Leues vſuræ,non graues,l.Scia. ff. de vſur. Leuis culpa declarata fuit in l. latæ culpæ.ſupra eod. Leuior ſeruitus,l.ſeruitutes.§.ſtillicidium.ff.de ſerui.vrba.præd. Leuiter percutere,in l.qua actione.§.ſed & ſi quis.ff.ad legem Aquil. Leuiter pulſare,l.prætor. §.præterea.ff.de iniur.

Leuior ſeruitus.
Leuiter percutere.
Leuiter pulſare
Leuis homo.

¶ Si ad perſonas referatur,leuis homo dicitur mutabilis,inconſtans,& qui facile credit:& quia tales ludibrio habentur,ideo viles dicuntur leues.gl.in c.omnib.2.q.5.Pan.in c.licet ex qu[illegible].

quadam.de teſtib.facit tex.in l.ſi quid.ff.de ædil.edic.glo. in l. diuus. ff. de bonis damna. & iuuenilis leuitas vocatur à Paulo in l.quod ſi minor.§.Scæuola.ff.de minor.quod iuuenes inconſtantes eſſe ſoleant & leues auctores, quibus credere non oporteat, cum ſint minimi momenti,l.3.ff.ſi pars heredi.peta.

Leuitas iuuenilis.

¶ *Notitia* pro cognitione capitur hic,& in l. 1. ibi, iuſtitiam colimus, boni & æqui notitiam profitemur.ff.de iuſtit.& iur.facit lex, Pompo. prima.ff.famil. erciſ. atque decem dies appellanti dantur ad appellandum à die notitiæ, c. concertationi. de appella.& ſex menſes collatori ad conferendum à die eiuſdem notitiæ, cap. ſecundo, & cap. quia.de conceſsio. præbendæ. & ſex menſes ad præſentandum dantur patrono eccleſiaſtico, quatuor verò patrono laico à notitia,c.vno.de iure patro. in 6. & an requiratur vera ſcientia vel præſumpta,doc.in d.c.quia diuerſitatem.& Ioan.Deyma.7.concluſiones ſcribit in §.1. rub. de nominatio.Reg. in verbo vacationis,in concorda.ego multa ſcripſi in praxi benefic. in titul. de deuolutio.

Notitia.
Appellãti dies quot dentur ad appellandum.
Patrono eccleſiaſtico ſex mẽſes dantur ad præſentãdum, & quatuor laico.

¶ Item iuriſprudentia eſt diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia,l.iuſtitia.ff.de iuſtit. & iur.§.iuris.illo titul.in Inſtitu.

Iuriſprudentia

¶ Dicet quis,hæc notitia ſeu familiaritas quomodo acquiri poſsit?Reſp.notitia hominis haberi ex longo vſu poteſt. nam ſunt quidam qui inſtar diaboliadulatũ habent initium,& finem peſsimum:alij bonum initium & finem,& hi amplectendi ſunt.Rerum vel negotiorum etiam notitia haberi poteſt per viſum,quando quis præſens actui interfuit,l.ſi vicinis. C.de nup.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie. iur.vel ſi audiuit à fide dignis, gl.in l.Titio. ff.de conditio.& demonſtra.probat tex.in cap.hęc videtur.22.q.5. vel per literas acquiri familiaritas poteſt,aut per nuntium,l.1.in fin. ff.de contrah. emptio. l.2. C.de decurio. lib.10. glo.in c.cupientes.§.1.in verb.notitia.de electio.in 6.

Notitia ſeu familiaritas quo modo acquiratur.

¶ De notione ſcripſi in l. notionem. ſupra eod.

¶ *Coniunctos.* Coniungere eſt ſimul iungere,coadunare,l.æquiſsimum.§.ſed neque dictas transformare, vel coniungere, eaſve ſeparare ei permittitur. de vſufruct. l.tigni.§. ad exhibendum.l.prætor.§.fimili.de iniur.& rub.de coniungend.cum emanci.liber.lege prima.de bonorum poſſeſsio.

Cõiungere pro ſimul iungere.

¶ Inde coniunctus pro conſanguineo accipitur, quia hi duo quodam ſanguinis nexu iunguntur,l.pronuntiatio.§.familiæ.ſupra eod.coniunctus affinitate,pro affinis,l.veſtem. ff.de iniur. Coniunctorum appellatione continentur conſanguinei & affines, vt docet Alex.conſil.60.viſa legitimatione.col.2.in ſecundo volumine, & conſil. 144. viſo ſtatuto. in 7.vol.& Barb.in repe.l.cum acutiſsimi.col.61. C.de fideicom. Gallicus ſermo per *conioint* ſignificat conſanguineum.l.1.§.fin.de poſthu.Philip.Franc.in c.ſi pater.col.antepenul.verſicu.vigeſimoſecundo,de teſta.in 6.

Cõiunctus pro conſanguineo.

¶ Coniungit res ad ſocietatem,quando à duobus vna res ſimul acquiritur, l.heredes. §. non tantum.ff.famil.erciſ. ibi,eadem ſunt ſi duobus res legata ſit.nam & hos coniungit ad ſocietatem non conſenſus, ſed res.

Coniungit res ad ſocietatem.

¶ Coniunctos titulos,l.2. ff. de ſtatu hom. ibi,proximos atque coniunctos applicantes titulos. Coniunctas tabernas, l. 1. de ſeruitu.lega.

Cõiuncti tituli.
Coniunctæ tabernæ.

¶ Continentes prouincias accipere debemus,quæ Italiæ coniunctę ſunt,l.notionem.§. 1.ſupra eodem.Coniunctus,l.ſæpe.§.fi.ſupra eod.

Continentes prouinciæ.

¶ Coniunctire,verbis,& ſimul,in l.3.ff.quib.mod.vſusfruct.amit. l.re coniuncti.de lega. 3.l. 1. de vſufruc.accreſcend. & coniunctionis ius eſt illud quod coniuncti habent: de quo plene ſcripſi in l.triplici.ſupra eod.

Coniuncti re, verbis.

¶ Coniungere etiam pro comparare, aſsimilare exponit glo.in l.ſi duo. ff. de arbitr. ibi, idem in duobus argentariis, quorum nomina ſimul erunt. & forſaſſe poterimus ita fideiuſſoribus coniungere,ſi ſocij ſint:quia comparando eos coniungere ſolent.

Cõiungere pro comparare.

¶ Familiares & domeſtici qui dicantur plene docui in tracta. de reprobat.& ſalua.teſt. in verb.familiares,vbi viginti familiaritatis effectus congeſsi.

Familiares & domeſtici.

VENVLEIVS LIB. VIII. STIPVLATIONVM.

LEX CCXXIIII.

Vinculorum appellatione vel priuata, vel publica vincula ſignificantur: cuſtodiæ verò, tantum publica cuſtodia.

Vincula à cuſtodia quid differant.
Vincula à vinciendo.

¶ Hoc loco traditur differentia inter vincula & cuſtodiam. vinculorum enim appellatione tam priuata quam publica vincula continentur: ſed appellatione cuſtodię, tantum publica. probat lex penult. in fin. de parricidiis.l. & ſi quis. §. illud. ſi quis cautio. Vincula enim à vinciendo dicta ſunt, quod ligent: & quodlibet ligamen vinculum dici poteſt,

l. qui neque. supra eod. & Columel. in vitibus vincula dicit. Sed per translationem etiam homines in carceribus detentos, siue ibi compedes habeant, siue non, vinctos in carcere per compedes & alia, dicimus in vinculis esse. lege, verum. supra eod. & in l.1. ff. de diuers. & tempo. præscrip. ibi, proinde siue apud hostes sit, siue rei publicæ causa absit, siue in vinculis sit. vbicunque ergo in legibus dicitur quem in vinculis detentum excusari, intelligitur siue fuerit in vinculis publicis, id est in carcere, siue in priuatis, vt si ab aliquo detineatur domi, vt inferius dicetur. ideo interdum ad maiorem elucidationem Iurisconsulti exprimunt vincula publica, in lege fin. ff. de aleæ lusu. & in lege, senatusconsulto. ff. de iniur. sic dicitur: senatusconsulto cauetur, ne quis imaginem Imperatoris in inuidiam alterius portet, & qui contra fecerit in vincula publica mittatur. Et apud Aethiopes moris fuit nocentes aureis vincire catenis, vt scribit Cæli. lib. antiq. lectio. 9. c. 33. & seq.

In vinculis esse quid.

Vincula publica, & priuata. In eos qui priuati carceris exercent custodiam.

¶ Ergo vincula publica dicuntur, quæ Regis vel magistratus auctoritate statuuntur, l. 2. §. exactis. ff. de origine iur. l. 2. de custo. reor. l. lex Iulia. ad legem Iul. repetunda. priuata verò, quæ à priuatis hominibus, id est à non habentibus iurisdictionem, vt dicam in lege, pupillus. §. munus. infra eod. & isti qui priuatum carcerem faciunt, hominem vinctum sic domi retinentes, vltimo supplicio afficiuntur, l. vna. in fi. C. de priua. carcerib.

Apparitorum officium in sistendis captis.

¶ Quod potest intelligi, vt etiam si sit officialis, vel apparitor, qui potestatem tantum capiendi non detinendi habet, si captum detineat vltra viginti horas post prehensionem, priuatum committat carcerem, l. capite quinto. vbi Bartol. ff. de adulter. ideo cum apparitor prehendit scelestos, statim eos ad iudicem ducere debet puniendos, l. 4. C. de defenso. ciuita. l. ad cõmentariensem. C. de custod. reo. & ideo si viator auctoritate iudicis Parisiensis aliquem Aureliæ prehenderet, potest illum custodiendum iudici Aurelianensi tradere, vt in carcere Aurelianensi custodiatur, non verò domi illum custodire licet, per tex. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. vltim. col. 8. hoc expresse docet Lucas de Penna in l. 1. col. 2. C. de cohortal. lib. 12. & ita obseruatur etiam & precipitur per ordinationes Regias Gallicas omnibus apparitoribus & aliis ducentibus captos ad curiam, vt eos statim ad carcerem detrudant, & in hospitiis non relinquant sub pœna amissionis officij, vt est in titul. *des prisonniers.* artic. 1. & seq.

¶ Item istam prehensionem factam debent apparitores postea iudicibus ordinariis ad quos coercitio pertinet denuntiare, l. nemo. in fi. C. de re milita. lib. 12. c. imprimis. vers. ipse autem. 2. q. 1. & d. l. vnic. momentanea tamen carceris inclusio non facit delictum priuati carceris esse perfectum, & vt quis possit puniri pro hoc, vt pulchre consuluit Hippol. de Marsil. consil. 136. consului. hoc enim intelligi debet cum aliquo temperamento, lege, quod dicimus. ff. de solutio. ideo si breui vxor ad maritum reuersa fuerit, diuertisse non dicitur, l. 3. ff. de diuor. l. quod calore. de regul. iur.

Pater, itemq; dominus, & maritus filios, & seruos & vxores in vinculis detinere possunt.

¶ Limita tamen in eo qui potestatem capiendi & detinendi habet, vt paterfam. filium suum, lege prima, & 4. C. de patria potesta. & dominus seruum, lege secunda, ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & idem in marito: vt si in vinculis hos detinuerint non committant carcerem priuatum, quia iure hoc faciunt, cap. placuit. 33. q. 2. glo. vltim. in cap. quemadmodum. de iureiurand. quod est reprobatum hodie in marito per consuetudinem, nisi prius factis informationibus à iudice hoc illi permittatur, vtpote quod vxor sit furiosa vel saltem stulta, & quod non possit contineri domi, & maritus sit valde prudens: alioqui si vterque esset stultus, stulto custodia non daretur. Et aliquando in forensi iudicio vidi seruari, scilicet vt marito daretur custodia vxoris stultæ. sed multæ forte sic dari possent.

Priuatus delinquentem capere non debet.

¶ Si verò quis non habeat potestatem capiendi, vt quilibet priuatus in hoc Regno, & delinquentem capiat, & illum detineat etiam minus viginti horis, committit priuatum carcerem, teste Bal. in d. l. vna. C. de priua. carcer. ideo quando quis alium prehendit, debet illum ad iudicem ducere, si prædicta euitare velit.

¶ Item multo fortius illius legis pœna punietur, qui torqueret & atrociter tractaret captum, d. l. vna. vbi Bal. expressim hoc notat ex tex. vbi violatores, &c.

Apparitori vel commentariensi inclusum carcere an occidere liceat.

¶ Imò occidẽs carcere inclusum, vt interdum apparitores solent, vel commentarienses, pœna læsæ maiestatis punitur, quia ipse custoditus carcere, est sub protectione curiæ, lege fin. ff. de custod. reo. Bal. in lege, in laqueum. ff. de acqui. rerum dom. & in l. 3. §. transfugas. de sicar. & Iacob. Bolog. in repe. §. famosos. l. capitalium. fol. 36. ff. de pœnis, dicit parentes interficientes consanguineos, ne eos infament, esse puniendos pœna legis Pompeiæ de parricid. & mirum est quod isti præferant infamiam corpori & animæ. vtsi de veneno interficientes suos consanguineos, vel aliàs, ne laqueo suspendantur, perpetuò in inferno cruciabuntur, nisi resipiscant: sunt enim homicidæ & parricidę.

In eos qui suos cõsanguineos, ne eos infamẽt interficiunt.

Apparitor iniuste prehensum, liberare non debet.

¶ Animaduertendum est quod apparitor qui prehendit aliquem iniuste, & coniecit in carcerem, vel non coniecit, tamen non potest postea eum liberare sine iudicis auctoritate, & procuratoris fisci consensu: quia functus est officio suo illum capiendo, teste Hippol. in l. circuncidere. in fi. de fica. & in sua pract. §. attingam. nu. 7. & seq. facit quod no. Bat. in l. si quis

quis vxori. §. si fugitiuum. de fur. per illũ tex. & c. felicis. §. cum autem. de pœn. in 6. quæ practica bene seruatur in hoc Regno, in quo condemnaretur ad sistendum & representandum illum quem semel prehenderat: nec debet permittere commentariensis vt quis cum capto sine permissu iudicis loquatur, ne eum instruat: vt est in stylo parla. titul. de accusa. ordi. 13.

Prehẽsio quãdo possit reprobari.

¶ Et quando prehensio, quam capturam dicit, possit reprobari, & quam ob causam, scribit Bal. consil. 285. qui non est. in 1. vol. reprobari solet hodie in Regno prehensio, si captus quis sine informationibus fuerit, quæ à procuratore fisci visæ fuerint, & ipse requisierit reum capiendum, & iudex sic decreuerit, vt dicunt pragmatici, *que les informations soyent decretees*, nisi in flagranti crimine quis fuerit deprehensus, l. nullus. C. de exhibend. reis, & ibi Sali. scripsi in interpreta. l. diuus ff. ad senatusc. Silan. regul. cum limita.

Iudex absentẽ non auditum prehendi iubere non debet.

¶ Nec potest iudex facultatem apparitori concedere vt delinquentem prehendat viuum vel mortuum, quia absens non auditus damnari non debet, l. absentem. ff. de pœnis: licet apparitor non delinquat si percutiat reum se defendentem, vel occidat, l. si seruus. C. de his qui ad eccles. confugiunt. Ioan. Fab. in l. vlt. de his qui latro.

De carcerum effractoribus.

¶ Addendum est etiam quod frangens carcerem publicum, & fugiens, capite punitur, l. 1. ff. de effrac. carcer. l. milites. agrum. §. eum tamen qui. de re milita. mitius tamen, quando sine fractione hi euaserunt, puniuntur, d. l. 1. & idem si erat datus custodiendus apparitori, vt si fugiat etiam extra ordinem puniri debeat, quia pro publico carcere habetur, quando iudicis auctoritate indicitur, l. nemo. C. de exact. tributo. lib. 10. vbi doc. & habetur pro conuicto qui sic fugit: & ideo solet ipsi fieri præceptum sub pœna conuicti ne discedat: & custos carceris pro his etiam tenetur, quia culpa sua præsumitur euasisse, nec potuisse habere instrumenta ad frangendum carcerem, nisi ob suam desidiam, l. carceri. ff. de custod. reo. Areti. consil. 38. post Lucam de Penna in l. fin. col. 2. C. de eroga. milita. anno. lib. 12. sed an sit licitum detento in carcere fugere sine carceris effractione, docet Floria. in sua disputatione 2. incipiente, Inquisitus. in 1. dubio. videte Ias. in repeti. l. admonendi. col. 62. nu. 173. cum seq. ff. de iureiurand. dicam in ordina. Reg.

Arestum. In custodia detineri, & in custodiam mitti, quid differant.

¶ Et ideo locum tenenti Balliui Carnotensis fuit factum à senatu præceptum, vt in carcere inclusos in loco solito & in carcere audiret, non in domo eius: quia ita euadere possent, anno 1530. die 12. Maij.

¶ Notandum est quod si iudex præceperit vt quis in custodia detineatur, in carcerem mitti non debet: quia aliud est custodiri, aliud detineri, aliud in carcerem mitti, glo. sing. in l. fin. C. de curio. & statio. lib. 12. vbi Bar. & Rebuf. & pulchre Corse. in singul. incipien. custodia. ego verò putarem rationem personarum habendam. nam si iudex commentariensi tradat aliquem custodiendum, intelligitur quod illum in carcere custodiat. si verò apparitori iudex aliquem custodiendum dederit, intelligitur quod domi custodiat. & ita vidi seruari in praxi, quicquid scribant interpretes.

Vincula pro ligaminibus.

¶ Postremò vincula etiam pro ligaminibus capiuntur, l. aut damnum. §. inter eos. ff. de pœnis, sic dicente: inter eos autem qui in metallum & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum est: quod qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus. Vincula quædam sunt perpetua, quædam temporalia, d. l. aut damnum. in fin. & l. fratres. cum l. seq. & l. mandatis. ff. de pœnis: & quamuis l. 3. C. de episco. audien. caueatur vt carcer nullum die Paschatis teneat inclusum, tamen hoc non seruatur in Francia, ne illis detur materia euadendi, qui solutos se viderent.

Custodiã quis primus inuenit.

¶ Custodię appellatione venit publica custodia, quam carcerẽ vocamus, quem Ancum Martium inuenisse Liuius scribit. & apud veteres tria fuisse genera cõperimus: vnum quo immodesti & parum exculti compellebantur, vt noctu à doctis & bonarũ artium professoribus quæ ad bonos mores & vitæ modum pertinerent, instruerentur: alterum quo ære alieno impliciti, & qui carceris tædio ab inita vitę petulantia absterrendi sunt, detinerentur: tertium quo immanibus præsignes flagitiis, cœlo & hominum cœtu indigni, vitiis ac vitæ turpitudine infamatissimi, ac propediem plectendi, tenebrisque ac fœtori addicendi, intruduntur. Cælius lib. 9. antiq. lectio. c. 34.

Custodiæ tria genera.

Carceris tres species.

¶ Et carceris tres hodie sunt in praxi species: prima in qua delinquentes arctè custodiuntur: secunda est quando apparitoribus conceduntur domi custodiendi, quæ custodia honestioribus & nobilibus diuitibus concedi solet: tertia quando ciuitas pro carcere datur, vel *la fuyte du conseil.* & frangens hunc carcerem arbitrio iudicis puniri solet pro personæ & delicti qualitate, vt supra dixi. Apud Messenios carcer, Thesaurus nomine, locus sub terra fuit, quadrato saxo, tam immanis & sæuus, vt neque ventum neque auram acciperet. tales sunt multi in Francia. Romani barathrum dixere, quod non minus quosdam torquere soleat quàm infernus, glo. in l. in seruo. ff. de pœnis. Appius autem decemuir carcerem quem constituit, domicilium plebis nuncupauit, quod plebs ibi custodiri soleat: nobiles autem & diuites apud apparitores, vt prædixi. & hoc docet Alex. lib. genial. 3. c. 5. has liberas custodias vocabant, eum viri magnę æstimationis non in vincula coniecti essent, sed domi apud

Messeniorum carcer.

Carcer Appij.

ciues custodiebantur. Cœlius vbi supra, c.34. in fi. tex. in l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milita. sic ait, eius fugam qui cum sub custodia vel in carcere esset discessit, in numero desertorum non computandam. Et hic carcer interdum dicitur custodia militaris, l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio.

Custodia pro publica custodia.

¶ Et sic custodia pro publica custodia capitur: ita in titul. de custod. reorum, & l. 2. & l. ad commentariensem. illo titul. C. & l. succurritur. ff. ex quib. caus. maio. l. 1. de effrac. l. miles. §. quidam. de adulter. l. capitalium. §. non enim. ibi, ex vinculis vel custodia. ff. de pœnis, & in l. necnon. §. 1. ibi, item si quis nec in custodia nec in vinculis sit, sed sub fideiussoria satisdatione. ff. ex quib. caus. maio.

Commẽtariensis.

¶ Item horum detentorum in carcere præfectus seu recognitor & custos vocatur commentariensis, l. ad commentariensem. C. de custo. reorum: Gallicè *geolier*. Et bona damnatorum non in compendio suo præsides vertere debent, sed nec pati optiones, seu commentarienses ea pecunia abuti, l. diuus paulo post medium. ff. de bonis damna. aliquando dicitur commentariensis qui præest commentariis, id est libris & rationibus publicis. Græci commentaresios pronuntiant, aceos interpretantur qui commentaria conscribant, & in criminum iudiciis subseruiant, teste Cœlio lib. antiq. lectio. 9 c. 35.

Custodia pro conseruatione. Custodia limitum. Limitanei milites.

¶ Etiam custodia capitur pro conseruatione, quam gardiam vulgo vocant, c. generali. de electio. in 6. l. custodiam. ff. de pericul. & commod. rei vend. & ista custodia multiplex est: quædam enim est limitum custodia, l. mercatores. C. de commerc. & merca. & l. quamuis. 1. ff. de adulter. inde limitanei milites, à limitibus dicti, qui ad custodiendos limites Regni addicti sunt, ne hostes limina Imperij vel Regni ingrediantur, & populentur. vnde Imperator in l. 2. §. pro limitaneis. C. de offic. præfec. præto. Aphricæ sic ait: Limitaneis verò ordinandis, quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses milites per castra milites limitanei constituantur, qui possint & castra & ciuitates limitis defendere, & terras colere, & vt alij prouinciales videntes eos per partes, ad illa loca se transferant, &c. & ibid. Limitaneorum constituas numerum in vnoquoque limite, vt si forsan commotio aliqua fuerit, possint ipsi limitanei sine comitatensibus militibus vnà cum militibus & ducibus suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerunt, l. viros. C. de diuers. offic. lib. 12.

Limitanei agri seu limitrophi. Limenarchæ.

¶ Sic agri limitanei seu limitrophi, qui in liminibus sunt & confiniis Regni, vel Imperij, vt in titul. C. de fund. limitrophis. lib. 11. & limenarchæ dicuntur præfecti & custodes portuum; & limitaneorum duces. Et quia hæc officia coniungi solent, videlicet custodia limitum & portuum & viarum, vt C. de littor. & itinerum custod. ideo vocamus limenarchas tam præfectos limitibus Regni custodiendis, quàm portubus: Gallicè dicimus *maistres des portz & passages.*

Custodia publici cursus.

¶ Quædam est alia custodia publici cursus, de qua in l. 3. C. de curso. public. lib. 12. solebant enim Imperatores per dispositа loca prouinciarum equos celeres habere, qui publico alebantur sumptu: & istorum custodiæ quidam præficiebantur, vt quoties repentinum aliquid accidisset, equorum mutatione citissime quo vellet Imperator equitem vel nuntium mittere posset. Et nullus priuatus sine literis principis quas tractorias vocabant, his equis vtebatur, vt in titul. de tracta. lib. 12. hodie quidam præficitur in Regno his equis, qui vocatur Gallicè *le maistre des postes*, qui alios præficit, quos etiam *postes* dicimus: hi alunt equos celeres suo sumptu, & nuntiis Regis ministrant quoties opus est, & ob id à Rege stipendia habent & salaria: & his equis priuatus quilibet suo sumptu vti potest tanquam aliis equis conductitiis, vt notum est, & Pyrrhus scribit in rub. C. de curs. public. lib. 12.

Tractoriæ.

Limenarchæ officium.

¶ Sciendum est quod officium limenarchæ, de quo prius locutus sum, est custodire portus, & Regni limina, ac itinera visitare: verum quia sæpius impediti sunt pro aliis Regni negotiis, ob id statutum est vt in qualibet prouincia, seu vt dicunt bailliuia, aut seneschallia hi locumtenentem habeant, quem subuisitatorem appellant, qui singulis mensibus visitet portus & Regni limina. & demum magistro generali referat: alioqui stipendia habere non poterit: aut si ter negligens sit, priuari poterit à magistro portus: & isti milites & custodias habeant limitaneas, videlicet in limitibus Regni. officium ergo istorum erit prouidere ne aliquis extra Regnũ deferat æs, quod *billon* vocant, seu massam auri, vel argenti, nec vasa: & si quem inuenerint extrahere volentem, illa debent capere, quæ confiscata Regi sunt, quinta parte detracta, quæ est debita dicto magistro portus, vt asserit Guido Papæ in decis. Delphin. q. 572. si fuerit.

Locũtenentis limenarchæ officium.

¶ Item non debent permittere aliquem extrahere equos magnos & fortes, nec cursorios & veloces, nisi prælatis aut baronibus, aut magnis viris, qui debent promittere istos equos ad Regnũ reducere, l. officium. §. 1. ff. de re milita. ibi, Debere eum qui se meminerit armato præesse, parcissime commeatum dare, equum militarem extra prouinciam suam duci non permittere. Plura scribit Lucas de Penna in l. nemo. C. de curs. public. lib. 12. ibi videte. Nec debent permittere isti subuisitatores alicui extrahere arma, exceptis ensibus ad defensionem tantum deferentium, nec pannos, nec frumentum, vinum, vel alia, sine Regis expressa voluntate,

quadam. de testib. facit tex. in l. si quid. ff. de ædil. edic. glo. in l. diuus. ff. de bonis damna. & iuuenilis leuitas vocatur à Paulo in l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. quod iuuenes inconstantes esse soleant & leues auctores, quibus credere non oportet, cum sint minimi momenti, l. 3. ff. si pars heredi. peta.

Leuitas iuuenilis.

¶ *Notitia* pro cognitione capitur hic, & in l. 1. ibi, iustitiam colimus, boni & æqui notitiam profitemur. ff. de iustit. & iur. facit lex, Pompo. prima. ff. famil. ercis. atque decem dies appellanti dantur ad appellandum à die notitiæ, c. concertationi. de appella. & sex menses collatori ad conferendum à die eiusdem notitiæ, cap. secundo, & cap. quia. de concessio. præbendæ. & sex menses ad præsentandum dantur patrono ecclesiastico, quatuor verò patrono laico à notitia, c. vno. de iure patro. in 6. & an requiratur vera scientia vel præsumpta, doc. in d. c. quia diuersitatem. & Ioan. Deyma. 7. conclusiones scribit in §. 1. rub. de nominatio. Reg. in verbo vacationis, in concorda. ego multa scripsi in praxi benefic. in titul. de deuolutio.

Notitia. Appellãti dies quot dentur ad appellandum. Patrono eccle siastico sex mẽses dantur ad præsentãdum, & quatuor laico.

¶ Item iurisprudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia, l. iustitia. ff. de iustit. & iur. §. iuris. illo titul. in Institu.

Iurisprudentia

¶ Dicet quis, hæc notitia seu familiaritas quomodo acquiri possit? Resp. notitia hominis haberi ex longo vsu potest. nam sunt quidam qui instar diaboli adulatũ habent initium, & finem pessimum: alij bonum initium & finem, & hi amplectendi sunt. Rerum vel negotiorum etiam notitia haberi potest per visum, quando quis præsens actui interfuit, l. si vicinis. C. de nup. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. vel si audiuit à fide dignis, gl. in l. Titio. ff. de conditio. & demonstra. probat tex. in cap. hęc videtur. 22. q. 5. vel per literas acquiri familiaritas potest, aut per nuntium, l. 1. in fin. ff. de contrah. emptio. l. 2. C. de decurio. lib. 10. glo. in c. cupientes. §. 1. in verb. notitia. de electio. in 6.

Notitia seu familiaritas quo modo acquiratur.

¶ De notione scripsi in l. notionem. supra eod.

¶ *Coniunctos.* Coniungere est simul iungere, coadunare, l. æquissimum. §. sed neque dictas transformare, vel coniungere, easve separare ei permittitur. de vsufruct. l. tigni. §. ad exhibendum. l. prętor. §. simili. de iniur. & rub. de coniungend. cum emanci. liber. lege prima, de bonorum possessio.

Cõiungere pro simul iungere.

¶ Inde coniunctus pro consanguineo accipitur, quia hi duo quodam sanguinis nexu iunguntur, l. pronuntiatio. §. familiæ. supra eod. coniunctus affinitate, pro affinis, l. vestem. ff. de iniur. Coniunctorum appellatione continentur consanguinei & affines, vt docet Alex. consil. 60. visa legitimatione. col. 2. in secundo volumine, & consil. 144. viso statuto. in 7. vol. & Barb. in repe. l. cum acutissimi. col. 61. C. de fideicom. Gallicus sermo per *conioint* significat consanguineum. l. 1. §. fin. de posthu. Philip. Franc. in c. si pater. col. antepenul. ver ficu. vigesimo secundo, de testa. in 6.

Cõiunctus pro consanguineo.

¶ Coniungit res ad societatem, quando à duobus vna res simul acquiritur, l. heredes. §. non tantum. ff. famil. ercis. ibi, eadem sunt si duobus res legata sit. nam & hos coniungit ad societatem non consensus, sed res.

Coniungit res ad societatem.

¶ Coniunctos titulos, l. 2. ff. de statu hom. ibi, proximos atque coniunctos applicantes titulos. Coniunctas tabernas, l. 1. de seruitu. lega.

Cõiuncti tituli. Coniunctæ tabernæ.

¶ Continentes prouincias accipere debemus, quæ Italiæ coniunctę sunt, l. notionem. §. 1. supra eodem. Coniunctus, l. sæpe. §. fi. supra eod.

Continentes prouinciæ.

¶ Coniuncti re, verbis, & simul, in l. 3. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. re coniuncti. de lega. 3. l. 1. de vsufruc. accrescend. & coniunctionis ius est illud quod coniuncti habent: de quo plene scripsi in l. triplici. supra eod.

Coniuncti re, verbis.

¶ Coniungere etiam pro comparare, assimilare exponit glo. in l. si duo. ff. de arbitr. ibi, idem in duobus argentariis, quorum nomina simul erunt. & fortasse poterimus ita fideiussoribus coniungere, si socij sint: quia comparando eos coniungere solent.

Cõiungere pro comparare.

¶ Familiares & domestici qui dicantur plene docui in tracta. de reprobat. & salua. test. in verb. familiares, vbi viginti familiaritatis effectus congessi.

Familiares & domestici.

VENVLEIVS LIB. VIII. STIPVLATIONVM.

LEX CCXXIIII.

Vinculorum appellatione vel priuata, vel publica vincula significantur: custodiæ verò, tantum publica custodia.

¶ Hoc loco traditur differentia inter vincula & custodiam. vinculorum enim appellatione tam priuata quam publica vincula continentur: sed appellatione custodię, tantum publica. probat lex penult. in fin. de parricidiis. l. & si quis. §. illud. si quis cautio. Vincula enim à vinciendo dicta sunt, quod ligent: & quodlibet ligamen vinculum dici potest,

Vincula à custodia quid differant. Vincula à vinciendo.

l. qui neque.ſupra eod. & Columel. in vitibus vincula dicit. Sed per tranſlationem etiam homines in carceribus detentos, ſiue ibi compedes habeant, ſiue non, vinctos in carcere per compedes & alia, dicimus in vinculis eſſe. lege, verum. ſupra eod. & in l.1. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip. ibi, proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue rei publicæ cauſa abſit, ſiue in vinculis ſit. vbicunque ergo in legibus dicitur quem in vinculis detentum excuſari, intelligitur ſiue fuerit in vinculis publicis, id eſt in carcere, ſiue in priuatis, vt ſi ab aliquo detineatur domi, vt inferius dicetur. ideo interdum ad maiorem elucidationem Iuriſcon. exprimunt vincula publica, in lege fin. ff. de aleæ luſu. & in lege, ſenatuſconſulto. ff. de iniur. ſic dicitur: ſenatuſconſulto cauetur, ne quis imaginem Imperatoris in inuidiam alterius portet, & qui contra fecerit in vincula publica mittatur. Et apud Aethiopes moris fuit nocentes aureis vincire catenis, vt ſcribit Cæli. lib. antiq. lectio. 9. c. 33. & ſeq.

In vinculis eſſe quid.

Vincula publica, & priuata. In eos qui priuati carceris exercent cuſtodiam.

¶ Ergo vincula publica dicuntur, quæ Regis vel magiſtratus auctoritate ſtatuuntur, l. 2. §. exactis. ff. de origine iur. l. 2. de cuſto. reor. l. lex Iulia. ad legem Iul. repetunda. priuata verò, quæ à priuatis hominibus, id eſt à non habentibus iuriſdictionem, vt dicam in lege, pupillus. §. munus. infra eod. & iſti qui priuatum carcerem faciunt, hominem vinctum ſic domi retinentes, vltimo ſupplicio afficiuntur, l. vna. in fi. C. de priua. carcerib.

Apparitorum officium in ſiſtendis captis.

¶ Quod poteſt intelligi, vt etiam ſi ſit officialis, vel apparitor, qui poteſtatem tantum capiendi non detinendi habet, ſi captum detineat vltra viginti horas poſt prehenſionem, priuatum committat carcerem, l. capite quinto. vbi Bartol. ff. de adulter. ideo cum apparitor prehendit ſceleſtos, ſtatim eos ad iudicem ducere debet puniendos, l. 4. C. de defenſo. ciuita. l. ad cõmentarienſem. C. de cuſtod. reo. & ideo ſi viator auctoritate iudicis Pariſienſis aliquem Aureliæ prehenderet, poteſt illum cuſtodiendum iudici Aurelianenſi tradere, vt in carcere Aurelianenſi cuſtodiatur, non verò domi illum cuſtodire licet, per tex. in authen. vt liceat matri & auiæ. §. vltim. col. 8. hoc expreſſe docet Lucas de Penna in l. 1. col. 2. C. de cohortal. lib. 12. & ita obſeruatur etiam & præcipitur per ordinationes Regias Gallicas omnibus apparitoribus & aliis ducentibus captos ad curiam, vt eos ſtatim ad carcerem detrudant, & in hoſpitiis non relinquant ſub pœna amiſſionis officij, vt eſt in titul. *des priſonniers*. artic. 1. & ſeq.

¶ Item iſtam prehenſionem factam debent apparitores poſtea iudicibus ordinariis ad quos coercitio pertinet denuntiare, l. nemo. in fi. C. de re milita. lib. 12. c. imprimis. verſ. ipſe autem. 2. q. 1. & d. l. vnic. momentanea tamen carceris incluſio non facit delictum priuati carceris eſſe perfectum, & vt quis poſſit puniri pro hoc, vt pulchre conſuluit Hippol. de Marſil. conſil. 136. conſului. hoc enim intelligi debet cum aliquo temperamento, lege, quod dicimus. ff. de ſolutio. ideo ſi breui vxor ad maritum reuerſa fuerit, diuertiſſe non dicitur, l. 3. ff. de diuor. l. quod calore. de regul. iur.

Pater, itemq; dominus, & maritus filios, & ſeruos & vxores in vinculis detinere poſſunt.

¶ Limita tamen in eo qui poteſtatem capiendi & detinendi habet, vt paterfam. filium ſuum, lege prima, & 4. C. de patria poteſta. & dominus ſeruum, lege ſecunda, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & idem in marito: vt ſi in vinculis hos detinuerint non committant carcerem priuatum, quia iure hoc faciunt, cap. placuit. 33. q. 2. glo. vltim. in cap. quemadmodum. de iureiurand. quod eſt reprobatum hodie in marito per conſuetudinem, niſi prius factis informationibus à iudice hoc illi permittatur, vtpote quod vxor ſit furioſa vel ſaltem ſtulta, & quod non poſſit contineri domi, & maritus ſit valde prudens: alioqui ſi vterque eſſet ſtultus, ſtulto cuſtodia non daretur. Et aliquando in forenſi iudicio vidi ſeruari, ſcilicet vt marito daretur cuſtodia vxoris ſtultæ: ſed multæ forte ſic dari poſſent.

Priuatus delinquentem capere non debet.

¶ Si verò quis non habeat poteſtatem capiendi, vt quilibet priuatus in hoc Regno, & delinquentem capiat, & illum detineat etiam minus viginti horis, committit priuatum carcerem, teſte Bal. in d. l. vna. C. de priua. carcer. ideo quando quis alium prehendit, debet illum ad iudicem ducere, ſi prædicta euitare velit.

¶ Item multo fortius illius legis pœna punietur, qui torqueret & atrociter tractaret captum, d. l. vna. vbi Bal. expreſsim hoc not. ex tex. vbi violatores, &c.

Apparitori vel commentarienſi incluſum carcere an occidere liceat.

¶ Imò occidẽs carcere incluſum, vt interdum apparitores ſolent, vel commentarienſes, pœna læſæ maieſtatis punitur, quia ipſe cuſtoditus carcere eſt ſub protectione curiæ, lege fin. ff. de cuſtod. reo. Bal. in lege, in laqueum. ff. de acqui. rerum dom. & in l. 3. §. transfugas. de ſicar. & Iacob. Bolog. in repe. §. famoſos. l. capitalium. fol. 36. ff. de pœnis, dicit parentes interficientes conſanguineos, ne eos infament, eſſe puniendos pœna legis Pompeiæ de parricid. & mirum eſt quod iſti præferant infamiam corpori & animæ, vt de veneno interficientes ſuos conſanguineos, vel aliàs, ne laqueo ſuſpendantur, perpetuò in inferno cruciabuntur, niſi reſipiſcant: ſunt enim homicidæ & parricidę.

In eos qui ſuos cõſanguineos, ne eos infamẽt interficiunt.

Apparitor iniuſte prehenſum, liberare non debet.

¶ Animaduertendum eſt quod apparitor qui prehendit aliquem iniuſte, & coniecit in carcerem, vel non coniecit, tamen non poteſt poſtea eum liberare ſine iudicis auctoritate, & procuratoris fiſci conſenſu: quia functus eſt officio ſuo illum capiendo, teſte Hippol. in l. circuncidere. in fi. de ſica. & in ſua pract. §. attingam. nu. 17. & ſeq. facit quod no. Bar. in l. ſi quis

quis vxori. §. ſi fugitiuum. de fur. per illũ tex. & c. felicis. §. cum autem. de pœn. in 6. quæ practica bene ſeruatur in hoc Regno, in quo condemnaretur ad ſiſtendum & repreſentandum illum quem ſemel prehenderat: nec debet permittere commentarienſis vt quis cum capto ſine permiſſu iudicis loquatur, ne eum inſtruat: vt eſt in ſtylo parla. titul. de accuſa. ordi. 13.

Prehẽſio quãdo poſſit reprobari.

¶ Et quando prehenſio, quam capturam dicit, poſſit reprobari, & quam ob cauſam, ſcribit Bal. conſil. 285. qui non eſt. in 1. vol. reprobari ſolet hodie in Regno prehenſio, ſi captus quis ſine informationibus fuerit, quæ à procuratore fiſci viſæ fuerint, & ipſe requiſierit reum capiendum, & iudex ſic decreuerit, vt dicunt pragmatici, *que les informations ſoyent decretees*, niſi in flagranti crimine quis fuerit deprehenſus, l. nullus. C. de exhibend. reis, & ibi Sali. ſcripſi in interpreta. l. diuus ff. ad ſenatuſcon. Silan. regul. cum limita.

Iudex abſentẽ non auditum prehendi iubere non debet.

¶ Nec poteſt iudex facultatem apparitori concedere vt delinquentem prehendat viuum vel mortuum, quia abſens non auditus damnari non debet, l. abſentem. ff. de pœnis: licet apparitor non delinquat ſi percutiat reum ſe defendentem, vel occidat, l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. Ioan. Fab. in l. vlt. de his qui latro.

De carcerum effractoribus.

¶ Addendum eſt etiam quod frangens carcerem publicum, & fugiens, capite punitur, l. 1. ff. de effrac. carcer. l. milites agrum. §. eum tamen qui. de re milita. mitius tamen, quando ſine fractione hi euaſerunt, puniuntur, d. l. 1. & idem ſi erat datus cuſtodiendus apparitori, vt ſi fugiat etiam extra ordinem puniri debeat, quia pro publico carcere habetur, quando iudicis auctoritate indicitur, l. nemo. C. de exact. tributo. lib. 10. vbi doc. & habetur pro conuicto qui ſic fugit: & ideo ſolet ipſi fieri præceptum ſub pœna conuicti ne diſcedat: & cuſtos carceris pro his etiam tenetur, quia culpa ſua præſumitur euaſiſſe, nec potuiſſe habere inſtrumenta ad frangendum carcerem, niſi ob ſuam deſidiam, l. carceri. ff. de cuſtod. reo. Areti. conſil. 38. poſt Lucam de Penna in l. fin. col. 2. C. de eroga. milita. anno. lib. 12. ſed an ſit licitum detento in carcere fugere ſine carceris effractione, docet Floria. in ſua diſputatione 2. incipiente, Inquiſitus. in 1. dubio. videte Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. 62. nu. 173. cum ſeq. ff. de iureiurand. dicam in ordina. Reg.

¶ Et ideo locum tenenti Balliui Carnotenſis fuit factum à ſenatu præceptum, vt in carcere incluſos in loco ſolito & in carcere audiret, non in domo eius: quia ita euadere poſſent, anno 1530. die 12. Maij.

Areſtum. In cuſtodia detineri, & in cuſtodiam mitti, quid differant.

¶ Notandum eſt quod ſi iudex præceperit vt quis in cuſtodia detineatur, in carcerem mitti non debet: quia aliud eſt cuſtodiri, aliud detineri, aliud in carcerem mitti, glo. ſing. in l. fin. C. de curio. & ſtatio. lib. 12. vbi Bar. & Rebuf. & pulchre Corſe. in ſingul. incipien. cuſtodia. ego verò putarem rationem perſonarum habendam. nam ſi iudex commentarienſi tradat aliquem cuſtodiendum, intelligitur quod illum in carcere cuſtodiat: ſi verò apparitori iudex aliquem cuſtodiendum dederit, intelligitur quod domi cuſtodiat. & ita vidi ſeruari in praxi, quicquid ſcribant interpretes.

Vincula pro ligaminibus.

¶ Poſtremò vincula etiam pro ligaminibus capiuntur, l. aut damnum. §. inter eos. ff. de pœnis, ſic dicente: inter eos autem qui in metallum & eos qui in opus metalli damnantur, differentia in vinculis tantum eſt: quod qui in metallum damnantur, grauioribus vinculis premuntur: qui in opus metalli, leuioribus. Vincula quædam ſunt perpetua, quædam temporalia, d. l. aut damnum. in fin. & l. fratres. cum l. ſeq. & l. mandatis. ff. de pœnis: & quamuis l. 3. C. de epiſco. audien. caueatur vt carcer nullum die Paſchatis teneat incluſum, tamen hoc non ſeruatur in Francia, ne illis detur materia euadendi, qui ſolutos ſe viderent.

Cuſtodiã quis primus inuenit.

Cuſtodiæ tria genera.

¶ Cuſtodię appellatione venit publica cuſtodia, quam carcerẽ vocamus, quem Ancum Martium inueniſſe Liuius ſcribit. & apud veteres tria fuiſſe genera cõperimus: vnum quo immodeſti & parum exculti compellebantur, vt noctu à doctis & bonarũ artium profeſſoribus quæ ad bonos mores & vitæ modum pertinerent, inſtruerentur: alterum quo ære alieno impliciti, & qui carceris tædio ab inita vitę petulantia abſterrendi ſunt, detinerentur: tertium quo immanibus præſignes flagitiis, cœlo & hominum cœtu indigni, vitiis ac vitæ turpitudine infamatiſsimi, ac propediem plectendi, tenebriſque ac fœtori addicendi, intruduntur. Cælius lib. 9. antiq. lectio. c. 34.

Carceris tres ſpecies.

¶ Et carceris tres hodie ſunt in praxi ſpecies: prima in qua delinquentes arctè cuſtodiuntur: ſecunda eſt quando apparitoribus conceduntur domi cuſtodiendi, quæ cuſtodia honeſtioribus & nobilibus diuitibus concedi ſolet: tertia quando ciuitas pro carcere datur, vel *la ſuyte du conſeil*. & frangens hunc carcerem arbitrio iudicis puniri ſolet pro perſonæ & delicti qualitate, vt ſupra dixi. Apud Meſſenios carcer, Theſaurus nomine, locus ſub terra fuit, quadrato ſaxo, tam immanis & ſæuus, vt neque ventum neque auram acciperet. tales ſunt multi in Francia. Romani barathrum dixere, quod non minus quoſdam torquere ſoleat quàm infernus, glo. in l. in ſeruo. ff. de pœnis. Appius autem decemuir carcerem quem conſtituit, domicilium plebis nuncupauit, quod plebs ibi cuſtoditi ſoleat: nobiles autem & diuites apud apparitores, vt prædixi. & hoc docet Alex. lib. genial. 3. c. 5. has liberas cuſtodias vocabant, cum viri magnę æſtimationis non in vincula coniecti eſſent, ſed domi apud

Meſſeniorum carcer. Carcer Appij.

ciues custodiebantur. Cœlius vbi supra, c.34. in fi. tex. in l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milita. sic ait, eius fugam qui cum sub custodia vel in carcere esset discessit, in numero desertorum non computandam. Et hic carcer interdum dicitur custodia militaris, l. sed & si quis. §. illud. ff. si quis cautio.

Custodia pro publica custodia.

¶ Et sic custodia pro publica custodia capitur: ita in titul. de custod. reorum, & l. 2. & l. ad commentariensem. illo titul. C. & l. succurritur, ff. ex quib. caus. maio. l. 1. de effrac. l. miles, §. quidam. de adulter, l. capitalium. §. non enim. ibi, ex vinculis vel custodia. ff. de pœnis, & in l. necnon. §. 1. ibi, item si quis nec in custodia nec in vinculis sit, sed sub fideiussoria satisdatione. ff. ex quib. caus. maio.

Commẽtariensis.

¶ Item horum detentorum in carcere præfectus seu recognitor & custos vocatur commentariensis, l. ad commentariensem. C. de custo. reorum. Gallicè *geolier*. Et bona damnatorum non in compendio suo præsides vertere debent, sed nec pati optiones, seu commentarienses ea pecunia abuti, l. diuus. paulo post medium. ff. de bonis damna. aliquando dicitur commentariensis qui præest commentariis, id est libris & rationibus publicis. Græci commentaresios pronuntiant, a ceos interpretantur qui commentaria conscribant, & in criminum iudiciis subseruiant, teste Cœlio lib. antiq. lectio. 9. c. 35.

Custodia pro conseruatione. Custodia limitum. Limitani milites.

¶ Etiam custodia capitur pro conseruatione, quam gardiam vulgo vocant, c. generali. de electio. in 6. l. custodiam. ff. de pericul. & commod. rei vend. & ista custodia multiplex est: quædam enim est limitum custodia, l. mercatores. C. de commerc. & merca. & l. quamuis. 1. ff. de adulter. inde limitanei milites, à limitibus dicti, qui ad custodiendos limites Regni addicti sunt, ne hostes limina Imperij vel Regni ingrediantur, & populentur. vnde Imperator in l. 2. §. pro limitaneis. C. de offic. præfec. præto. Aphricæ sic ait: Limitaneis verò ordinandis, quia necessarium nobis esse videtur, vt extra comitatenses milites per castra milites limitanei constituantur, qui possint & castra & ciuitates limitis defendere, & terras colere, & vt alij prouinciales videntes eos per partes, ad illa loca se transferant, &c. & ibid. Limitaneorum constituas numerum in vnoquoque limite, vt si forsan commotio aliqua fuerit, possint ipsi limitanei sine comitatensibus militibus vnà cum militibus & ducibus suis adiuuare loca, vbi dispositi fuerunt. l. viros. C. de diuers. offic. lib. 12.

Limitanei agri seu limitrophi. Limenarchæ.

¶ Sic agri limitanei seu limitrophi, qui in liminibus sunt & confiniis Regni, vel Imperij, vt in titul. C. de fund. limitrophis. lib. 11. & limenarchæ dicuntur præfecti & custodes portuum, & limitaneorum duces. Et quia hæc officia coniungi solent, videlicet custodia limitum & portuum & viarum, vt C. de littor. & itinerum custod. ideo vocamus limenarchas tam præfectos limitibus Regni custodiendis, quàm portubus: Gallicè dicimus *maistres des portz & passages*.

Custodia publici cursus.

¶ Quædam est alia custodia publici cursus, de qua in l. 3. C. de curso. public. lib. 12. solebant enim Imperatores per dispositа loca prouinciarum equos celeres habere, qui publico alebantur sumptu: & istorum custodiæ quidam præficiebantur, vt quoties repentinum aliquid accidisset, equorum mutatione citissime quo vellet Imperator equitem vel nuntium mittere posset. Et nullus priuatus sine literis principis quas tractorias vocabant, his equis vtebatur, vt in titul. de tracta. lib. 12. hodie quidam præficitur in Regno his equis, qui vocatur Gallicè *le maistre des postes*, qui alios præficit, quos etiam *postes* dicimus: hi alunt equos celeres suo sumptu, & nuntijs Regis ministrant quoties opus est, & ob id à Rege stipendia habent & salaria: & his equis priuatus quilibet suo sumptu vti potest tanquam aliis equis conductitijs, vt notum est, & Pyrrhus scribit in rub. C. de curs. public. lib. 12.

Tractoriæ.

Limenarchæ officium.

¶ Sciendum est quod officium limenarchæ, de quo prius locutus sum, est custodire portus, & Regni limina, ac itinera visitare: verum quia sæpius impediti sunt pro aliis Regni negotijs, ob id statutum est vt in qualibet prouincia, seu vt dicunt bailliuia, aut seneschallia, hi locumtenentem habeant, quem subuisitatorem appellant, qui singulis mensibus visitet portus & Regni limina. & demum magistro generali referat: alioqui stipendia habere non poterit: aut si ter negligens sit, priuari poterit à magistro portus. & isti milites & custodias habeant limitaneas, videlicet in limitibus Regni. officium ergo istorum erit prouidere ne aliquis extra Regnũ deferat æs, quod *billon* vocant, seu massam auri, vel argenti, nec vasa: & si quem inuenerint extrahere volentem, illa debent capere, quæ confiscata Regi sunt, quinta parte detracta, quæ est debita dicto magistro portus, vt asserit Guido Papæ in decis. Delphin. q. 572. si fuerit.

Locũtenentis limenarchæ officium.

¶ Item non debent permittere aliquem extrahere equos magnos & fortes, nec cursorios & veloces, nisi prælatis aut baronibus, aut magnis viris, qui debent promittere istos equos ad Regnũ reducere, l. officium. §. 1. ff. de re milita. ibi, Debere eum qui se meminerit armato præesse, parcissime commeatum dare, equum militarem extra prouinciam suam duci non permittere, Plura scribit Lucas de Penna in l. nemo. C. de curs. public. lib. 12. ibi videte. Nec debent permittere isti subuisitatores alicui extrahere arma, exceptis ensibus ad defensionem tantum deferentium, nec pannos, nec frumentum, vinum, vel alia, sine Regis expressa voluntate,

voluntate, nec merces, nisi solutis receptori Regio impositionibus. hæc vidi in camera computo. Parisiis circa officium magistri portus, quæ summarie extraxi: quia eorum officium solet militibus esse ignotum, hic describere volui: aliqua scribit Boer. in decisio. Burdegal. q. 178. an licitum. & Lucas in l. 2. col. 1. C. de cursu public. lib. 12. alia multa videre poteritis in ordina. Reg. in rub. de *l'imposition foraine*. ordina. 7. & per totum.

Custodia sigilli Regis Franciæ.

¶ Alia est custodia sigilli Regis Franciæ, quę debet esse apud cancellarium vel alium sigilli custodem, vt testatur Boer. in tracta. de custo. clauium, nu. 28. vbi plus dicit, quod si falsum committatur in hoc sigillo etiam in cancellarijs Franciç, eius cognitio spectat & confiscatio ad cancellarium: sed hoc anno 1542. in mense Septembri in vigilia natiuitatis beatę Mariç fuit publicatum edictum Regis, quo cauetur confiscationem cõmittentium falsum etiam circa sigillum Regium, spectare ad Regem & eius cognitionem. quia fuere quidam cancellarij qui sua potestate & priuilegio abusi sunt: nam dabant iudices quos volebant, & postea bona potentum sic conquirebant per fas & nefas: ob id priuati fuerunt hoc priuilegio, & alio quo permittebatur cancellarijs dare omnia officia, quorum stipendia non excedunt viginti quinque libras: hodie Rex hęc etiam conferre solet.

Cancellarij potestas restricta.

Custodia portarum ciuitatis.

¶ Alia est custodia portarum ciuitatis, de qua Neemię c. vl. Ad quem spectat & clauium & portarum custodia ciuitatis scribit Boer. in tracta. de custod. clauium por. ciuita. & isti custodes vocantur hostiarij, l. quęsitum. §. hostiarij. ff. de fund. instruc. ab hostio, vt supra dixi in l. vrbana familia.

Custodia prouincię.

¶ Alia est custodia prouincię, l. in nomine. C. de offic. prętec. prętor. Aphri. vers. in Sardinia. Et in Regno hodie præficiũtur aliqui à Rege singulis prouinciis, quos gubernatores vocamus, & isti alios committere solent, qui regant & custodiant prouincias designatas, & eos locumtenentes appellamus. Et quod ius censeatur habere is qui rem habet in custodia: certè si non præcesserit titulus habilis, nullum ius habere videtur, sed solam rei custodiam, vt docent Bar. & alij in l. cum pater. §. pater. 3. ff. de lega. 2. & Alber. Brunus consil. 87. circa primum, in materia feudo.

Custodia pro incarcerato.

¶ Interdum custodia ponitur & frequenter pro eo qui in vinculis custoditur, & sic contentum pro continente, l. solent. ff. de offic. proconsul. l. diuus. ff. de offic. præsid. l. penul. de feriis, l. custodias. de public. iudic. l. carceri. l. ne quis. cum l. milites. & l. fin. ff. de custo. reo. l. vnius. §. cogniturum. ibi, palam facere custodias se auditurum. ff. de quæstio. & paulo post ibi, custodiæ non solum pro tribunali, sed de plano audiri possunt, atque damnari. l. capitalium. §. & in custodiis. ff. de pœnis, vbi glo. solent custodiam exponere pro custodita persona.

Custodia pro dignitate, in iure canonico.

¶ De iure verò canonico custodia etiam capitur pro dignitate vel officio in ecclesia, vt in c. vl. de insti. vbi prohibetur alicui custodiam cum abbatia retinere. De officio verò custodis rerum ecclesiæ scribit Papa in titul. de offic. custodis.

Custodes agrorum & vinearum, & eorũ officium.

¶ Alia est agrorum & vinearum custodia, de qua in l. si ita testamento. §. fin. ff. de fund. instruc. vbi Iurisconsul. dicit, quod villæ & agri custodiam desiderant, maximè vineæ, ne vicini fructuum quid occupent: & isti Gallice *meßiers* vocantur: quorum officium est prohibere ne homines ingrediantur vineas, vel agros quos custodiunt, l. diuus. ff. de seruit. rustic. præd. ex his pecora expellat, & ea de fundo ducat ad iudicem, iuxta l. Quintus. & seq. ff. ad legem Aquil. Adhæc potest capere eum qui dedit damnum, l. capite quinto. ff. de adulter. ac ducere ad iudicem, l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis: & auferre poterit fructus quos ille surripuit, l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraudem credito. Bal. præcla. in l. 1. C. loca. & Chassa. in consue. Burgund. in titul. *des iustices*. §. sexto. & si hi custodes pretio recepto, capere omiserint animalia, vel ea capta dimiserint, grauissimo sunt supplicio afficiendi, per tex. in l. 1. C. de fund. & saltib. rei do. lib. 11. vbi Rebuffus, & alij. hæc de custodia: quę notate, quia alibi non reperietis.

Pedica & compedes.

¶ Pedica siue compedes sunt instrumenta ferrea, quibus ambo ligantur pedes, l. in fraudem. §. bona eorum qui in custodia vel in vinculis vel in compedibus decesserint, heredibus eorum non auferuntur. ff. de iure fisci.

TRYPHONIVS LIB. I. DISPVTATIONVM.

LEX CCXXV.

Fugitiuus dicitur non is qui solum consilium fugiendi à domino susceperit, licet id se facturum iactauerit: sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit. nam & furem, adulterum, aleatorem, quanquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusque sola quis dicere posset: vt etiam is qui nunquam alienam rem inuito domino subtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, si modo eius mentis sit, vt occasione data id commissurus sit: tamen

oportere

oportere eadem hæc crimina adsumpto actu intelligi: & ideo fugitiuum quoque & erronem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constat.

¶ Hæc lex explicat quis fugitiuus dicatur, an ex animo videlicet is qui fugiendi animum habet, an ab actu & facto, eo quod fugit: & ab actu fugitiuum dici concludit: quod in fure & adultero probat, & similibus, vt sequitur. Et potest hæc lex in quatuor partes diuidi. secunda ibi, quanquam: tertia ibi, tamen: quarta ibi, & ideo. prosequar text.

¶ *Qui solum fugiendi consilium à domino suscepit.* Intelligunt quidam quod suscepit fugiendi consilium ab alio domino quam suo: ego dico hunc hic suscepisse consilium, vt à domino fugeret; & sic textus intelligendus est. atque ita per istum text. colligere possumus, quod consilium furandi non facit aliquem furem, nec animus fugiendi facit fugitiuum: sed actus ipse fugæ. vnde si quis seruo alieno persuaserit vt aliquam domi rem surriperet, & ad se deferret: seruus autem domino hoc manifestauerit, & domino concedente res eius ad iniquum huius suasionis auctorem pertulerit, & ipse inuentus fuerit rem detinens: is qui rem susceperit, non solum furti, sed & serui corrupti actione obstringitur, l. si quis seruo. C. de furtis, vbi Bal. extendit ad filiumfa. sic corruptum. Sed an habeat locum in vxore solicitata, quæ de voluntate mariti iuit ad locum designatum, sed postea marito ingredi volenti fuit ei clausum ostium, cogitent coniugati quando eis continget, sicut euenit alicui mea memoria. Ista lex est valde vtilis in Hispania, super qua multæ ibidem leges latæ fuerunt tam in foro Regali libro 4. titul. 15. quam in legibus Alphonsi. 9. in 7. parte titul. 14. de seruis fugitiuis.

Furem non dici ex consilio.

Consilium dãs furi, an teneatur.

¶ Quæro an is qui consilium fugiendi præstitit furi, debitori vel alteri, teneatur? tex. in l. quoties. C. de exacto. tributo. lib. 10. decidit teneri. idem tex. in l. consiliarios. C. de assesso. ibi, pro confesso autem habebitur accusatus, qui personam huiusmodi subtraxerit. hoc scribit Bar. & Ias. in l. 4. §. quod prætor. ff. ne quis eum qui in ius voca. est vi eximat. Aduocatus tamen consulens suæ parti in carcere inclusæ, dum videt carcerem apertum, vt fugiat, non tenetur, vt dicit Boer. de quodam aduocato Parisiensi in decisio. Burdegal. q. 215. incarceratus. nu. 16. quia regulariter consilij non fraudulenti nulla est obligatio, vt deciditur in regul. consilij. ff. de reg. iur.

Aduocatus an teneatur, si suæ parti consulat, vt fugiat è carcere.

¶ *Licet id se facturum iactauerit.* Id est quamuis seruus frequenter se fugiturum dixerit, tamen non ob hoc erit fugitiuus: quia actus fugę requiritur. Iactare à iaceo deducitur: iacere enim est abiicere, l. 1. & l. qui leuandæ. ff. ad legem Rhod. de iactu: scripsi in l. silua. §. stipula. supra eod. & de iactura. vnde iactare est frequenter iacere. inde iactare rete dicitur piscator. Iactus dicitur iaciendi actus, l. si iactum retis. ff. de actio. emp. & venditi. Iactare pecuniam quis non præsumitur. l. cum de indebito. ff. de proba. maximè Parisiis. Iactare missilia in vulgus, proiicere, l. qua ratione. §. penul. ff. de acqui. rerum dom. §. hoc amplius. de rerum diuisio.

Iactare.
Iactare rete.
Iactus.
Iactare missilia in vulgus.

¶ Iactare caput, percutere, vexare, l. 1. §. apud. ff. de ędil. edic. ibi, si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret, & aliqua profatus esset, an nihilominus sanus videretur, &c.

Iactare caput.

¶ Iactare, inaniter loqui, vel temere se laudare, l. 3. in fin. ibi, qui se legitimum creditoris heredem esse iactabat. ff. de transac. inde dicimus iactatoria verba non obligare: inducunt tamen præsumptionem contra illum, qui aliquid se facturum iactauerit, vtpotè homicidium, vel aliud crimen, si postea inueniatur factum. quam præsumptionem iudex ex qualitate personę metiri debet, l. fin. vbi doc. ff. de hered. institu. l. metum. C. de his quę vi metúsve. ibi, iactatio pro iactantia ponitur.

Iactare, pro inaniter loqui.
Iactatoria verba nõ obligare.

¶ Iactus mercium, ipsa deiectio, l. 1. & per totum. ff. ad legem Rhodiam de iactu.

Iactus merciũ.

¶ Iactum aliquarum literarum facere, est sponte renuntiare literis & vtilitati earum: vulgò *declarer ne se vouloir ayder de quelques lettres & pieces.* hoc tamen videtur remotum à significatione Iacere, si bene perpendatur: & vellem Budę. in forens. hoc mihi probare, vbi etiam sine teste dicit iactare auctoritatem curię, esse allegare arestum.

Iactum literarum facere.

¶ Iactura pro illa proiectione, quę potissime tempore procellę fieri solet, accipitur in l. 2. §. cum in eadem naue varia mercium genera complures mercatores coegissent, prętereáque multi vectores serui liberíque in eadem nauigarent, tempestate graui orta, necessario iactura facta erat, &c. & l. 4. ibi, tanquam si iactura facta esset. ad legem Rhod. de iactu.

Iactura pro proiectione.

¶ Et quia proiiciendo quis damnum patitur, ob id factum est vt iactura etiam pro damno accipiatur, seu pro detrimento. probatur in l. fi. ff. de offic. præsid. l. rescriptum. §. 1. ibi, ne ex aliena iactura sibi lucrum acquirat. ff. de distrac. pigno. iuncta l. nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, de condict. indebi. & l. iure naturę æquum est, neminẽ cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. de reg. iur.

Iactura pro damno.

¶ Iactură vltro alicuius probatę auctoritatis facere, est testari se litis instrumento cedere, vt si timeatur ne falsi insimuletur quod prolatum est, vulgo *se departir de quelque piece produicte.*

duicte. Budæ. in forens. qui vlterius addit iacturam refutandi facere & de iure suo hactenus decedere, vt cum nobis liceat refellere vel testimonia, vel literas: tamen id velle facere dicimus quod vulgo dicimus, *renoncer de bailler contredict*: quod est valde longe petitum.

¶ *Sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit.* Et sic non sufficit mente concipere se fugiturum, nisi de facto quis fugerit: ex quo apparet propositum non deductum ad effectum non nocere, l. si repetendi. C. de condi. ob caus. dato. & maleficium dicitur ex ipso facto, non ex animi sententia vel proposito, l. sæpe. in fin. supra eod. quia cogitationis pœnam de iure ciuili nemo patitur, l. cogitationis. ff. de pœnis.

Propositum non deductum ad effectum nõ nocet.

¶ Itaque in maleficiis regulariter requiritur factum, c. si quis non iratus. decima quinta, quęstione prima, & cap. Pisanus. de restitutione spoliatorum. delictum enim nascitur ex facto, §. 1. Institution. ib. de obligation. quæ ex delic. nascuntur. vnde in iniuriam non nasci ex pacto, sed ex contumelia dicit Iurisson. in l. si vnus. §. pactus. versi. si pactum. ff. de pactis. & dicit tex. in c. cogitatio. de pœn. distinc. 1. cogitatio enim, inquit, non meretur pœnam lege ciuili, cum suis terminis contenta est: ea tamen quę de iure effectum desiderant à maleficiis discernuntur. in his enim non nisi animi iudicium consideratur. quod facit contra eum qui aufugit etiam effracto carceris ostio, vel aperto, vel ex custodia apparitoris, vt habeatur pro confesso & conuicto, l. eos. ff. de custod. reo. si tamen postea capiatur, audietur. sed si non possit prehendi, citabitur ad tres (vt dicunt) breues dies, l. inter. ff. de public. iudic. intra quos si non comparuerit, condemnabitur ac si confessus ac conuictus esset, vt plene docet Boer. in decisio. Burdegal. q. 215. incarceratus. vbi etiam dicit illum qui ex præcepto iudicis intra ciuitatem detinebatur aresto, si fugerit, non censeri fregisse arestum, nec haberi pro confesso, si iterum capiatur, sed arbitrio iudicis debere puniri: ibi abunde tractat, videte. & quando fuga faciat probationem plenam, vel semiplenam, docet glo. Bar. & Ias. in l. admonendi. ff. iureiurand. Bal. & alij in l. in bonæfidei. C. de rebus credi. Feli. in c. nullus. de præsumptio. vbi regulam scribit, fugam videlicet non probare delictum, nisi in septem casibus, quos ibi quilibet videre poterit.

Delictum ex facto nascitur.

Qui effregit carceres, an pro confesso habeatur.

Fuga in septem casibus delictũ probat.

¶ *Nam & furem & adulterum & aleatorem.* Quod supra dixerat à mentis proposito non esse aliquem iudicandum, probat ab exemplo. nam fur alias diceretur antequam furatus esset, simulatque furari proposuisset, quod reprobat tex. in l. 1. ff. de fur. vbi sic dicit: sola tamen cogitatio furti faciendi non facit furem, sic is qui depositum abnegat, non statim etiam furti tenetur, sed ita si id intercipiendi causa occultauerit. alioqui multi essent fures.

Cogitatio furẽ non facit.

¶ Item adulter diceretur antequam matrem famil. corrupisset; & alia id genus exempla tradi possunt, per quæ quis non potest dici delinquens ex solo proposito sine actu: & sic ex bono & æquo hanc interpretationem capere debemus, l. in his quæ. ff. de condi. & demonstra. & aleator dicitur qui aleæ ludum continuo exercet, vt supra elucidaui: non verò qui habet propositum exercendi, vt in titul. de aleæ lusu & alea.

Adulter non est ex solo proposito.

Aleator non dicitur ex sola voluntate.

¶ Limitatur hoc de iure diuino, deus enim respicit quod hominibus incognitum est, & affectum damnat, c. voluissent iniqui. de pœn. dist. 1. glo. in l. cogitationis. ibidem. Alcia. hic dicit, satius esse intelligi à loco, ab effectu, vt grammatici intelligunt: & hoc forte probari poterit per l. item apud. §. si quis virgines. ff. de iniur. & in l. 1. de extraordina. criminib. ibi, propter voluntatem pernicioſæ libidinis puniuntur. l. si quis non dicam. C. de episco. & cleric. ac in l. is qui cum telo. de sica. & l. vna. de his qui parentes. l. vtrum. vbi Bar. ff. de parricid. videte quæ Lucas conscribit in l. 3. C. de cursu public. lib. 12. col. 1. & seq. & per doc. in l. 1. quod quisque iuris. ff. & sic in iudiciis non punitur sola voluntas, nisi fuerit per aliquem actum declarata, vt in præd. l. si quis. & aliis adductis in l. fin. ff. de rerum diuisio.

Voluntas iure diuino punitur.

¶ Sufficit tamen actus fugæ vel maleficij inceptus, licet non perfectus, vt dicit hic Alberic. quando non steterit per eum quin perficeret, per tex. quamuis non alleget, in l. cotem. §. dominus. ff. de public. tex. in l. 3. §. & is qui volens. de re milita. vbi repertus in fuga, & deprehensus, capite punitur ac si ad hostes fugisset: quia non est sine culpa qui incipit delinquere, licet non perfecerit, l. 1. §. fin. ff. de extraord. criminib. Cepol. in l. si fugitiui. C. de ser. fugi.

Ex incepto maleficio, nec perfecto, reus quis efficitur.

¶ Et ideo religiosus eo ipso quod recedit de suo monasterio sine sui superioris licentia, & non est sub obedientia prælati, apostata est & fugitiuus, teste Panor. in c. fi. de regul. & in c. vno. de aposta. scripsi in praxi benefic. titul. de dispensa. cum regula.

Religiosus etiã recedẽs à monasterio, apostata fit.

¶ Etiam docet Bal. in c. nam concupiscentiam. no. 1. de constitu. quod repertus in via deferens merces prohibitas, ita punitur ac si perfecisset delictum, & merces confiscantur: & hoc seruatur in Regno, quia ordinationes prohibent ne quis aliquid extra Regnum sub pœna confiscationis deferat. ideo si inueniatur deferens merces, publicantur: sed si verba ordinationis vel statuti dicerent, si quis exportauerit: eo quod ista verba denotant rem perfectam, repertus in via pœna statuti requirentis perfectionem non puniretur, l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. Alber. Gaudi in tracta. de maleficiis. in rub. de rebus non export. contra Denetum, Bal. in l. si quis non dicam. col. 2. C. de sacrosanc. eccles. Ias. in l. si quis id quod. 2. nota. ff. de iurisd. om. iudic. & istam communem dicit de Ripa in tracta. de peste. fol. 92. vers.

Repertus in via merces deferens, an puniatur perinde ac si delictum perfecisset.

92.vers.septimo.& ista erit summa vtilitas huius legis.

Erro à fugitiuo quid differat.

¶ *Et ideo fugitiuum quoque & erronem.* Concludit ergo textus fugitiuum dici qui de facto fugerit: & sic qui actum fugæ exercuerit erronem dici. ita definit Labeo pusillum fugitiuum esse, & ex diuerso fugitiuum magnum erronem: sed proprie erronem sic definimus qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus suis consumptis ad res nugatorias ad dominum redit. textus in lege, quis sit fugi:§. erronem. de ædilitio edicto.& ad illum textum legit,seruis, loco suis, Catel. Cotta in secunda parte memorabilium, in verbo fugitiuus: & alij serui. sed non ineptè legitur, suis temporibus consumptis:& vtrunque sustineri potest ibidem. & melius declaratur ibi quam alibi in iure quis sit fugitiuus. Et alibi Iurisc.ait, Sic fugitiuum accipe & si quis erro sit: fugitiui autem appellatione ex fugitiua natum non contineri Labeo ait in l.1. in fi.ff. de ser. fugi. & Ædiles aiunt: qui mancipia vendunt certiores faciant emptores, quid morbi vitiive cuique sit, quis fugitiuus errove sit, l.1. §.1. ff. de ædilic. edic. qui autem ad amicum domini deprecaturus confugit, non est fugitiuus, imò etiam si ea mente sit, vt non impetrato auxilio domum non reuertatur, nondum fugitiuus est: quia non solum consilij, sed & facti fugæ nomen est, l.bouem.§.1. ibidem: & Pompo. ait errare & fugere iumentum posse, nec tamen erronem aut fugitiuum esse, l.Labeo.in fi.ff. de ædilit. edic. quia in eis nullus est animus. Etiam per istũ tex. intelligi potest l.Barbarius. de fugitiuo loquens. ff. de offi. prætor. & l.Titius. de seruis exportand. & l.fi. de offic. præfec. vigil. & l. Pomponius. ff. de acquir. possess. & differentia inter erronẽ & fugitiuum fere est similis, quę & inter emansorem & desertorem, l.qui cum vno. §. edictum. ff. de re milita. ibi, leuius itaque delictum emansoris habetur, vt erronis in seruis: desertionis grauius, vt in fugitiuis. Et in multis legibus est erratum in hoc nomine erro, vbi interdum error scribitur, sed hoc corrigendum est in l. ob quę vitia. de ædilit. edic. & in l.1. in fi. de seruo corrup. & in aliis locis, vbi error legitur pro erronę, vt Augusti. pulchre scribit in tracta. de emenda. iuris lib.3.c.7. in princ.

Fugiens qui dicatur.

Vinũ fugiens.

Fugientes rei.

¶ Nomen fugiens est qui non soluendo efficitur: sic & vinum fugiens, quod declinat ad malum, & non seruatur in sua pristina bonitate, l.cum quid. vbi interpretes. ff. si certum. per. fugientes dicuntur rei, quia communiter fugere sunt soliti, licet non semper fugiant, l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. sicut litigantes, per tex. in l.4. §. si ex conuentione. vbi Zas. ex illo tex. colligit. ff. de re iudic. idque à Græcis, qui in hoc significatu vtuntur verbo φεύγειν, hos φεύγοντας appellantes.

¶ Fugitiuarius, sicut de loco fugæ dicitur, ita & de eo qui seruos fugitiuos reducit, & eam operam præbet vt seruos fugitiuos reprehenderet, & ad dominos reduceret, l. si apud. ff. de præscrip. verb. vbi Budæ. ibi, non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius deposuimus, vt apud sequestrem sit depositum, &c. Alia de fugitiuis nunc à nostris fugient oculis.

PAVLVS LIB. I. MANVALIVM.

LEX CCXXVI.

Magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est.

¶ Iurisc. alibi dicit, nimiæ esse diligentiæ pecunias corrasas à præsidibus ad fiscum transmitti, cum sufficiat si quis non in vsus proprios verterit, sed ad vtilitatem officij deseruire patiatur, l.diuus. §. fi. ff. de bonis damna. de negligentia an requirat monitionem, scripsi affirmatiuam regulam cum limitationibus in interpre. authen. habita. C. ne filius pro patre. in verbo diligenti, vbi etiam multa de diligentia diligenter scripsi: reliqua materiam huius legis tangentia docui in l. latæ culpæ. supra eod. vbi dixi magnam negligentiam culpam latam esse, negligentiam esse desidiam, & leuem culpam paruam negligentiam, leuissimam vocari culpam. ibi videri alia poterunt.

Cum lex dolũ requirit, lata culpa dolo non æquiparatur.

¶ Inquantum tamen glo. exponit est, pro comparatur, hæc expositio non placet, quia est extranea, & est exponere verum per fictum, quod fieri non potest. ista tamen glo. est singul. secund. Angel. in §. suspectus autem, col.2. de suspec. tutor. in Institu. ad hoc quod quando lex vel statutum expresse requirit dolum, tunc lata culpa non æquiparatur dolo. scripsi in d.l, latæ. supra eod.

Negligentia magna.

Magna dubitatio.

¶ Notate magnam negligentiam culpam esse latam: sic & manifesta negligentia lata culpa dicitur in l.2. C. arbitrium tutel. scripsi in d.l. latæ culpæ. supra eod.

¶ Alibi dicitur magna dubitatio, vbi est iusta dubitationis causa, l. in lege cẽsoria. sup. eo.

Magnum vel paruũ quid dicatur, cuius arbitrio relinquitur.

¶ Magnitudo, in l. locus. & l. quos nos. §.1. isto titul.

¶ Magnum quid dicatur vel paruum iudicis arbitrio relinquitur, in l. sed & si susceperit §. pen. ff. de iudic. auth. prętereà. C. vnde vir & vxor. & in c. statutũ. §. insuper. de rescrip. li.6.

Culpam æstimare.

¶ Aduertendum est multas esse phrases à Iurisc. traditas quoad culpam, quas propter prolixitatem materię non tradidi in d.l, latę. sed hic aliquas adducam.

¶ Primò Iurisconsul. ait, culpam æstimari oportet, l.2. ff. de pigno. id est datum damnum culpa

culpa est æstimandum, & inde sarciendum, l. cum heres, §. pen. de lega.1.

Culpæ nomine tenetur.

¶ Culpæ nomine tenetur, pro eo quod interpretes dicunt tenetur de culpa, l. heredes. §. item culpæ. ff. familiercis. l. si pater. in fi. de pac. dotal.

Culpam penes aliquem esse.

¶ Culpam penes eum esse qui prior flagello percussit, ait Alphe. & hoc planum est in l. si ex plagis. §.1. ff. ad legem Aquil.

Culpæ reus est.

¶ Culpæ reus est, pro quo interpretes, est in culpa, l. qui petitorio. de rei vindi. ibi, culpæ reus possessor est, qui per insidiosa loca seruum misit, si is perierit. l. ex maleficiis. in fin. de actio. & obliga. l. qui occidit. in fi. ad legem Aquil.

Culpa admissũ.

¶ Culpa admissum, id est commissum, factum. lege, de illo. ibi, difficile est negare culpa ipsius admissum. ff. pro socio. & ista explanatione non indigent: sunt enim perfacilia.

Culpæ adscribere.

¶ Culpæ adscribendum, l. diuus. ff. de offic. præsid. ibi, nam custos furiosis non ad hoc solum adhibetur ne quid perniciosius in se moliantur, sed ne aliis quoq; exitio sint. quod si omittatur, non immerito culpæ eorum adscribendum est.

Culpa venit.

¶ In restitutione venit dolus & culpa, l. quæsitum. §. si in seruitute. ff. de preca. id est quando res restituitur, tenetur restituens si doli quid vel culpæ admisit in re, per quam deterior facta sit, vt fuit dictum in d. l. latæ.

Culpam imputare.

¶ Culpa imputari nulla potest, l. quæsitum. de distrac. pigno.

Culpæ arguere.

¶ Culpæ arguitur, l. venditor. 2. circa finem. ibi, nisi culpa eius argueretur. ff. de hered. vendita.

Culpæ rationẽ reddere.

¶ Culpæ rationem reddere. l. si quid. de petitione heredi. §. sicut autem sumptum quem fecit deducit, ita si facere debuit, nec fecit, culpæ huius reddat rationem.

Culpã præstare

¶ Culpam præstare, id est sarcire damnum culpa præstitum, l. si quis fundum. §. penul. ff. loca. l. videamus. ibidem, l. in rebus. & l. quemadmodum. de iure dotium.

Culpa sua rem deteriorem facere.

¶ Culpa sua deteriorem habitationem fecit inquilinus, l.2. in quibus causis pig. Deteriorem rem dolo vel culpa facere. l. quod si nolit. §. Pompo. ff. de ędilit. edic. l. si venditor. de in diem adiectio. l. cum qui. commoda. & quod quis ex sua culpa damnum sentit non videtur damnum sentire. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur.

Tua culpa.

¶ Tua culpa accidit, l. si postea. ff. de pecul.

Sine culpa sua.

¶ Sine culpa sua deceptis succurri oportet, l, diuus. ff. de in integr. restitu. l. cum pater. in fi. de pact. dotal. ibi, sine culpa sua diuerterit.

¶ Sine dolo malo & culpa euictus est, l. si quis domũ. in princ. loca. l. si cum exceptione. §. quatenus. quod metus causa. l. de eo. §. si post iudicium. ad exhibend.

¶ Culpa mariti si res vxoris minoris venierit, ipse tenetur, l. si pater. in fi. ff. de pac. dotal.

Culpa caret.

¶ Culpa & dolus in eo quod ex ante gesto pendet tam ab herede quã heredi præstanda sunt. l. actione. §. morte. ff. pro socio.

¶ Culpa caret, l. videamus. §. qui vinum. & l. item quæritur. §.1. ff. loca.

Culpandus non est.

¶ Culpandus non est, l. item. §.1. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. ibi, at qui non admittit satisfactionem, sed solutionem desiderat, culpandus non est. l. si constante. §. si maritus. ff. solu. ma. Alias phrases quia faciles sunt missas nunc faciam.

IDEM LIBRO II. MANVALIVM.

LEX CCXXVII.

Ex illa parte edicti, TVM QVEM EI HEREDEM ESSE OPORTET, heredis heredibus bonorum possessio non defertur. item in substitutione his verbis, QVISQVIS HERES MIHI ERIT, proximus heres tantum significatur: imò non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.

¶ Tres particulas hæc lex habet. in prima dicit heredem in parte edicti prętoris non compreheudere heredem heredis. in secunda ibi, item in substitutione quisquis mihi heres erit, proximus heres tantum significatur. in tertia ibi, imo, addit quod non solum heres proximus significatur, verumetiam scriptus heres, non verò coniunctus.

Ad tit. vt ex legib. senatusve cons. bon. poss. det.

¶ Hæc lex plene fuit declarata quoad postremas partes in l. sciendum. supra eod. prima autem pars extracta est ex prætoris edicto quod sic conceptum erat: Prætor ait, vti me quacunque lege senatusve consulto bonorũ possessionem dare oportebit, ita dabo: nunquam bonorum possessio quæ ex alia parte edicti agnita est, impedit istam bonorum possessionem. Cùm ex lege 12.tabular. quis habet hereditatem, hinc non petit, sed inde, Tum quem ei heredem esse oportet. quippe cum non alias huic competat bonorum possessio, quàm si lex specialiter deferat bonorum possessionem, l. vna. ff. vt ex legibus senatusve consul. bonorum possessio detur.

¶ Et hæc verba declarat Iulia. esse cum quodam temporis spatio accipienda, non vt ad mortis testatoris tempus referantur, sed ad id quo bonorum possessio peteretur: & ideo legitimum heredem si capite deminutus esset, ab hac bonorum possessione submoueri pa-

lam est, l.1.ff. vnde legit. hæc autem bonorum possessio omnem vocat qui ab intestato potuerit esse heres, siue lex 12. tabula. eum legitimum heredem faciat, siue alia lex senatusve consultum. Generaliter sciendum est, quotiescunque vel lex, vel senatus defert hereditatem, non etiam bonorum possessionem, ex hac parte eam peti oportere: cum verò etiam bonorum possessionē dari iubet, tum ex illa parte edicti qua ex legibus peti deberet; sed & ex hac parte poterit, l.2. & fi. ff. vnde legi. hanc bonorum possessionem elucidat Iaf. in l. fi. C. vnde legi. & Arnal. Contadis in suo tracta. de bonorum possessio. sed quia in hoc Regno vsus bonorum possessionum rarus est, & forense lucrum modicum, quia possessorio agere solemus, & interdicto vti possidetis in hereditatibus petendis, vi consuetudinis Mortuus saisit viuum, de qua scripsi in tracta. de materia possesso. artic. 9. in 3. tomo commentar. in constitu. Reg. Gallic. ideo alia de his bonorum possessionibus vobis non afferam.

Bonorum possessionis vsus rarus in Gallia.

Mortuus saisit viuum.

¶ De hac dictione item tractaui in l. Labeo. 1. §. item. supra cod.

¶ Hæc dictio imo hic auget, & sæpius, vt in l. imo. ff. de libera. causa.

Imo & auget & emendat.

¶ Interdum emendat, vt Aphrica. scribit in l. Stichus, imò Pamphilus liber esto, Pamphilum liberum futurum respon. quo dammodo enim emendasse errorem suum testatorem, &c. l. Stichus. ff. de manumiss. testa. l. si ita scriptum. de hered. instituend. vbi glo. Bar. & alij in 1. const. C. & Panor. in c. 2. col. 2. vt lite non contest. l. procuratoris. §. si propter. ff. de tributo. ibi, plerunque enim hic apparatus ex merce est, imo semper: vnde si iudex dicat absoluo, imò condemno, sententia dicetur condemnatoria. per tex. iuncta glo. in c. prę dicator, 16. q. 1. & in extrauag. execrabilis. scripsi in interpret. l. quod iussit. ff. de re. iud. vbi fuit in ui conclusionem, sententiam posse dici condemnatoriam, licet verbum absoluo sit in sententia positum. & idem in testibus si dicant factum in mense Maio, imò Iulio, vt censeatur factum mense Iulio: quia testes se correxerunt, vt docet Iaf. in l. 1. in fi. C. de furtis. vltimis enim verbis standum est, l. si mihi & tibi. §. fin. ff. de lega. 1. & in l. pacta nouissima C. de pac. vbi plene Iaf. hactenus de his: ad alia pertranseo.

IDEM LIB. SING. DE COGNITIONIBVS.

LEX CCXXVIII.

Municipes intelligendi sunt & hi qui in eodem municipio nati sunt.

Municipes qui

¶ Municipes vocantur etiam hi qui in eodem municipio & loco vel ciuitate nati sunt: quamuis olim municipes dicerentur illi qui Romam ex aliis locis veniissent, neque cives Romani essent: participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vna cum Romanis ciuibus, præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, teste Festo: & hoc elucidatur in l. pupillus. §. decuriones. infra eod. & per Aulum Gellium lib. 16. c. 13. vbi definit qui municipes sint, scribitque municipia dicta, quod cum omnino suis iuribus & legibus viuerent, munera cum populo Romano habebant communia, id est tam quam Romani reputabantur, teste Blondo in lib. 3. de Roma triumphante, & Crinito lib. 7. c. 6. de honesta disciplina. Et licet Stoici totum hunc mundum municipium suum existimarent esse, vt scribit Cicero de finibus bonorum & malo. & Iurisçon. facilem sensum præbet, sic dicens, Municipem aut natiuitas facit aut manumissio aut adoptio: & proprie tamē quidem municipes appellantur muneris participes, recepti in ciuitate vt munera nobiscum facerent: sed nunc abusiue dicimus suos cuiusque ciuitatis cives. & municipes sunt liberti & in eo loco vbi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt: nec aliquod ex hoc origini patroni faciunt præiudicium, & vtrobique muneribus astringuntur, l. filij. §. primò, ibidem.

Municipij appellatio vnde.

Municipalis.

¶ Municipalis & municipale dicitur, quod ad municipes pertinet. vnde Iurisconsultus ait, Ad municipales, intelligite veniamus, & elucidemus quomodo fiant municipes, & iura eorum; & quæ præcipua sunt illis, & de incolis, id est degentibus ibi & habitatoribus, quod his magistratibus parere debent apud quos incolæ sunt, & alia iura ciuium peculiaria hic describit titulus. De incolis dicitur in lege, pupillus. infra eodem, & munera municipalia in l. Lucius. §. idem respondit, constante. ff. ad municipal. & l. 3. de muneribus. lege; semper. de iure immunita. l. 2. §. si quis cautio. l. insulam. in fin. loca. & dignitas municipalis in l. eos. in fi. ff. de decurio.

Municipalia iura.

¶ Inde consuetudines vel statuta Montispessulani dicuntur iura municipalia & peculiaria Montispessulani; & cōsuetudines Tholosanæ dicuntur iura municipalia Tholosana. & sic de aliis: probatur in l. 3. & vl. de decretis ab ord. faciend. & dicti municipes & originarios comprehendit & incolas, glo. & doc. in rub. de municipib. & origina. lib. 10. quam sequitur Petrus Ancibolus in tracta. de muneribus in princ.

Municipales magistratus.

¶ Etiam magistratus municipales dicuntur municipiorum magistratus, id est cuiuslibet ciuitatis, vel oppidi, à muneribus in vrbe capiendis, l. 1. ad municipal. & in rub. C. de magistra. municipal. l. quemadmodum. §. municipales magistratus si damnum iniuria dederint,

possunt Aquilia teneri. ad legem Aquil. quamuis glo. in rub. C. de magistratib. municipal. dicat municipales magistratus esse magistratus castrorum & villarum, quæ villæ non solent muros habere: & tamen municipiorum muri sancti sunt, l. sanctum. de rerum diuisio. vnde Iurisçon. omnia municipia vocat extra Romam in l. vna, ff. de ambitu, & Purpura. in l. 1. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdic.

¶ Etiam Alcia. ait, magistratus municipales dici ipsos ciuitatum decuriones. nam ciuitatum defensores non ex decurionibus, sed ex aliis eligebantur tres numero, qui hoc agerent, nē tenuiores & infimi à nobilioribus læderentur, l. 2. C. de defenso. ciuita. Alcia. in lib. dispunc. 3. c. 5. facit l. honores. ff. de decurio. l. 1. C. de magistra. municipal. sed contrarium probat l. 5. ff. de tutor. & cura. dat. ab his. & l. 1. de magistra. conueniend. Petrus Cotereau in tracta. de magistra. Galliæ in rub. de magist. municipal. Alcia. tamen defendit Caniol. in l. 2. ff. de origine iuris. sed vtcunque, hodie magistratus municipales vocamus cuiuscunque municipij, siue defensores sint siue decuriones, l. 1. & 4. ff. de damno infec. l. incola. cum multis aliis legibus. ff. ad municipales. quod ad sequentia prodesse potest, quia his non licebat de seruo supplicium sumere, l. magistratibus. ff. de iurisd. omni. iudic. nec in integrum restituere, nec ea facere quæ magis imperij sunt quam iurisdictionis, lege, ea quæ. ff. ad municipal.

Defensores.

Magistratus municipales in Gallia qui.

Magistratuum municipalium officium.

¶ Item si quis vi me dejecerit nomine municipum, in municipes interdictum reddendum est, si quid ad eos peruenerit, l. 4. ff. de vi & vi arma.

¶ Etiam actor municipum potest rem iudicatam recusare, & in municipes actio dabitur, l. 4. §. actor. ff. de re iudic. Bal. consil. 47. vol. 3.

¶ Prætor vel magistratus municipalis ad funus sumptum decernere debet, si quidem pecunia in hereditate est ex pecunia: si non est, distrahere debet ea quę tempore peritura sunt, l. si quis sepulcrum. §. fi. ff. de relig. & sump. funer.

¶ Defensor municipij, vel ciuitatis, vel cuiuslibet corporis iusiurandum deferre potest, si super hoc mandatum habet. lege, iusiurandum & ad pecunias. §. primo, ff. de iureiurand.

¶ Vltimo legatis municipiorum succurritur ex principum Marci & Commodi constitutione, si in legatione læsi sint. l. legatis ff. ex quib. caus. maio. Alia multa colligi poterunt ex titulo ff. ad municipal. ista nunc sufficient.

Municipiorum legati læsi non debent.

IDEM LIB. SINGVLARI DE TACITIS FIDEICOM.

LEX CCXXIX.

Transacta finitave intelligere debemus non solum de quibus controuersia fuerit, sed etiam quæ sine controuersia sunt sopita.

¶ Iurisconsultus hic elucidat quomodo transacta vel finita intelligantur, dicens tam illa dici transacta aut finita de quibus fuerit controuersia, quam de quibus non fuerit: & lex sequens tria præbet exempla, vtpote quando sunt per sententiam terminata, vel transactionem composita. & in his exemplis regulariter inest controuersia. Etiam transacta dicuntur quę longioris temporis silentio sunt terminata, videlicet per præscriptionem: & tunc nulla est controuersia, quia si esset controuersia interrumperetur præscriptio, per l. naturaliter. vbi Bar. ff. de præscrip. l. cum notissimi. & l. sicut. C. de præscrip. triginta anno. c. illud, de præscriptio.

¶ Et sic transacta vel finita debemus illa intelligere non solum de quibus erat controuersia, verumetiam illa quę sunt possessa sine controuersia: vt si possedi decem annis tuum fundum te præsente sine controuersia, finita est præscriptio, transacta est præscriptio longi temporis silentio: & finis istius legis refertur ad præscriptionem: patet, quia dicit possessa. in præscriptione enim requiritur possessio, sine illa cessat, c. fine possessione. de regul. iur. l. 3. de vsucapio. vnde hæc lex caute dicit, transacta vel finita dici non solum de quibus fuerit controuersia, sed etiam ea quæ possessa sunt sine controuersia. & ista est huius legis mens.

Transacta & finita quæ dicantur.

¶ Etiam intelligi potest quod finita illa dicantur quæ sunt iudicio terminata, & quę transactione sunt composita, & quę longo temporis silentio sunt possessa. quidam verò referunt transacta ad negotia in quibus erat controuersia sopita: finita ad omnia alia quę communi consensu terminata sunt. hoc probatur in l. 1. in fin. ad Tertullia. dicam inferius in fin.

¶ Et sic infert. Alciat. eum agere qui in iudicio prosequitur id quod sibi debetur: inde actio dicitur, l. nihil aliud est actio. ff. de obliga. §. 1. Institu. de actio.

Agere quis dicatur.

¶ Ab hoc verbo deducuntur exigere, peragere, transigere. Exegit secundum eum, qui quod iudicio prosecutus est recepit: nihil adducit: imò qui ab inuito extorquet, & antequam extorqueat, vt dixi in l. verbum exactę. supra eod.

Exigere.

Peragere. ¶ Peragit qui obtinet: vnde peregisse reum dicitur qui damnauit, l. 2. ff. de adulter. scripsi in l. 3. supra eod.

Transigere. ¶ Transigit qui actionem sibi competentem, siue instituta siue instituenda sit, aliquo accepto causa concordiæ omittit, d. l. 1. & l. transactio. C. eo. sed ibi dicitur aliquo dato, vel retento, aut promisso.

Relinquere. ¶ Relinquere verò est in totum nihil dato deserere, l. qui cum vno. §. exauctoratus. ff. de re milita.

Trãsigendi verbũ generaliter vt sumatur. ¶ Notandum est quod verbum transigere est generale comprehendens omnem actum quo concordia inducitur, vel ab obligatione disceditur, & negotium finitur ac perficitur. l. 1. §. conuentionis. vbi glo. & doc. in verbo transigendi, ff. de pac. & ita capitur in hac l. transacta.

Trãsigendi verbum vt sumatur specialiter. ¶ Interdum specialiter capitur quando disceditur à lite per concordiam, & vocamus transactionem, vt in l. seq. sed Alber. hic intelligit transacta esse speciem, & finita genus: & quando species præcedit genus, secundum eum, tunc genus ampliat, vt hic intelligatur transacta per transactionem composita, & finita quocunque modo: vt quod non erat per speciem notatum comprehendatur per genus, l. si seruus seruum. §. inquit lex. ff. ad legem Aquil. & in l. verbo victus. cum l. seq. supra eo. imò debet intelligi vt dixi supra, vt transacta omnia dicantur quæ finita sunt etiã sine controuersia, & hoc generaliter accipiendo transacta, sed in specie ea quæ composita sunt per concordiam à lite discedendo, aliquo dato, retento, vel promisso.

Controuersia tam in iudicio, quàm extra. Controuersiam mouere. ¶ Controuersia dicitur tam in iudicio quàm extra, tam de facto quàm de iure, tex. & ibi glo. in l. Lucius. §. tres heredes. ff. ad Trebellia. l. 1. de re iudic. l. non solum. §. si status, de procura. l. penul. §. Latinus. de excep. rei iudic. Bar. in l. amplius. ff. rem ratam haber. Alex. cons. 52. viso testamento. col. 1. in 2. vol. vbi dicunt idem esse controuersiam mouere, vel molestiam facere, & idem Alex. consil. 177. in 5. vol. & consil. 195. prospectis. col. vl. in 6. vol. Feli. in c. in præsentia. col. 2. de proba. Ias. in lege, stipulatio ista. §. 1. de verbor. obliga. Geor. Natan in repe. cle. sæpe. in princ. in verbo causas. col. 7. de verb. significa. vbi ponit de quo operetur: & sic transactio vix fieri poterit quin sit aliqua controuersia mota, vel mouenda, l. 2. C. de transac. & in l. seq. dicetur.

IDEM LIB. SING. AD SENATVSC. ORFICIAN.

LEX CCXXX.

Vt sunt iudicio terminata, transactione composita, longioris temporis silentio finita.

¶ Iurisconsultus exemplum primum ponit quando transacta vel finita dicuntur, videlicet quando sunt iudicio terminata, & sine controuersia.

Transacta & finita quæ dicantur. ¶ Illa igitur quæ in iudicio terminata sunt sententia, dicuntur transacta vel finita, per l. primam. ff. de pac. & hic, & lege 1. ff. de re iudic. facit l. inter ea. §. qui furem. ibi, negotium terminatum. ff. de fur. & Pompo. ait per iusiurandum transactum videri, l. quod si differenti ff. de dolo: & transactum de negotio, in l. non distinguemus. §. item non est cogendus. ff. de arbitr.

Terminare pro decidere. Termini. ¶ Terminare finire est & decidere, l. iusiurandum & ad pecunias. §. penul. ff. de iureiurand. ibi, si quid tale inciderit officio iudicis conceptio huiusmodi iurisiurandi terminetur. & in rub. iuncta l. fin. C. vt intra certum tempus criminalis actio terminetur. inde termini sunt fines in agris positi, c. forus. de verb. significa. & in rub. ff. & C. finium regundo.

Terminare, fines imponere. ¶ Terminare est etiam terminos & fines imponere. vnde Iurisconsul. ait: illa quæ parietibus disterminantur, id est distinguuntur, diuiduntur, vicina potius quam confinia dicuntur, l. sed & loci, in fi. ff. finium regundor. terminare quid sit docui in l. locus, in fi. supra.

Terminus pro limite. Terminus pro fine. ¶ Inde terminus pro limite, vt in lege prima, & toto titul. ff. de termi. amoto, & lege, sed & loci §. si dicantur termini derecti vel exarati, id est arando euulsi, eiecti. ff. finium regund. Etiam pro fine accipitur: vnde omnibus hominibus terminus est vitæ mors. §. hæc quidem. vers. eodem ordine. in authen. de hered. & Fal. colla. 1. & præfectus vrbis cum terminos exierit, potestatem non habet, l. fi. ff. de offic. præfec. vrbis, ibi terminos accipit pro fine iurisdictionis sibi concessæ.

Terminus pro dilatione. Terminus peremptorius. ¶ Terminum pro dilatione vocat Iurisconsul. in l. 1. ff. de decret. ab ord. faciend. & frequenter summi pontifices ac iurium interpretes terminum peremptorium dicunt, c. consuluit. de offic. delega. c. 1. de dolo, lib. 6. & l. ad peremptorium. ff. de iudic.

Effectus rei iudicatæ, vel sententiæ. Res iudicata finẽ controuersiis imponit. ¶ Quia hic de his quæ iudicio terminata sunt, id est de sententiis & re iudicata loquimur, ideo de effectibus illorum videamus. & primus sententiæ seu rei iudicatæ effectus est quod imponit finem controuersiis, lege prima. ff. de re iudicata. & ibi interpretes hoc late explicant.

¶ Secundo

Vim legis obtinet. ¶ Secundò vim legis obtinet in ambiguitatibus quę ex legibus proficiscuntur, l. nam Imperator. ff. de legib. glo. & doc. in l. de quibus. in verbo inueterata. ibidem.

Post rem iudicatam transigere non licet. ¶ Tertiò post rem iudicatam transigere non licet, vtpote quando res est liquida, l. 1. ff. de transac. nam causas vel lites transactionibus legitimis finitas Imperiali rescripto suscitari non oportet, l. causas. C. de transac. Nisi iudicatum esse negaretur, vel ignoraretur, l. post rem. ff. de transac.

¶ Quartò si quis post rem iudicatam transegerit, & soluerit, repetere illud solutum tanquam indebitum poterit: quia transactio nullius est momenti, l. eleganter. §. si post rem iudicatam. ff. de condi. indebi.

Contra rem iudicatam non licet impetrare literas. Res iudicata pro veritate habetur. Actionem producit. De non ente facit ens. ¶ Quintò contra rem iudicatam non licet impetrare literas, l. impetrata. C. de senten. & re iudic. & si impetratę fuerint, nullę sunt: sed eos qui talia rescripta meruerunt etiam limine iudiciorum expelli docet Imperator in l. fin. C. senten. rescind. non posse. scripsi in tracta. de liter. ciuilib. artic. vnic. glo. 6. in 1. tomo constitu. Regia.

¶ Sextò res iudicata pro veritate habetur, l. ingenuum. ff. de statu hom. l. res iudicata. de reg. iuris, c. exposita. de arbitr.

¶ Septimò res iudicata actionem producit, l. miles §. qui iudicati. ff. de re iudic.

¶ Octauò de non ente facit ens, & non obligatum obligat, l. si non sortem. §. heredi. vbi glo. & doc. ff. de condi. indebi. & naturalia sanguinis vincula mutat, & falsum in verum non essentialiter, sed quoad effectum, teste Bal. in c. in præsentia. in fin. de renuntia. Ias. & alij in d. l. Iulia.

Soluti ex causa rei iudicatæ non repetitur. ¶ Nonò solutum ex causa rei iudicatę non repetitur, tanquam indebitum, l. Iulianus. ff. de condi. indebi. l. 1. C. illo titul.

Iudicatũ Principis & curiæ sequi inferiores debent. ¶ Decimò sufficit allegare & dicere iudicatum fuisse à Principe. Iurisconsul. in lege 1. §. eodem. ff. de senatusco. Silan. ibi, & ait Sextus sic esse sæpius iudicatum. idem si senatus iudicauerit. nam illud iudicatum curiæ inferiores sequi debent. Et hoc iurant iudices Franciæ. text. in lege, milites agrum. in fine. ff. de re militari. ibi, quod exemplum & in ceteris sequi nos debere Menander rescripsit. docui in proœmio concordã. in verb. summas vers. 23.

Res iudicata est indiuisibilis. ¶ Vndecimò res iudicata est indiuisibilis, nec potest pro parte valere, & pro parte non, l. in hoc iudicio. ff. familię erciscund. Bar. in l. 1. C. si in communi eademque causa in integr. resti. postu. l. 1. si aduersus rem iudica.

Contra rem iudicatam literæ quinquennales non dantur. ¶ Duodecimò quod literæ annales vel quinquennales non dantur contra rem iudicatam, nec datæ comprobari debent, teste Masuer. in rub. de solutio. §. item dilatio moratoria. & sic fuit iudicatum in hoc supremo senatu Parisiensi, vt scripsi in tracta. de liter. dilator. artic. 1. in 2. tomo commenta. in constitu. Reg.

Post rem iudicatam absolutio generalis non prodest. ¶ Decimotertio post rem iudicatam non prodest absolutio generalis in literis Papæ posita, teque absoluentes, &c. vt patet in regul. cancella. 77. Pauli 3. scripsi in forma manda. in illo verbo, in forma manda.

Res iudicata approbat consuetudinem. Contra consuetudinem valet. ¶ Decimoquartò sententia & res iudicata approbat consuetudinem, & eam firmat, l. de quibus. vbi glo. & doc. ff. de legib. & in §. ex non scripto. de iure natural. in Institu.

Res iudicata tertio nocet. ¶ Decimoquintò res iudicata contra consuetudinem valet: Bar. & alij in d. l. de quibus. Alex. in l. cum probatis. ff. de re iudic.

¶ Decimosextò res iudicata nocet etiam tertio, quoad quale quale præiudicium. l. si duo. ff. de iureiurand. l. sæpe. de re iudic. vnde sententia filiationis lata inter patrem & filium probat quoad alios: secus in sententia legitimationis. Bar. in l. 1. §. plane. ff. de liber. agnos. Innoc. in c. causam. qui filij sunt legi.

Cõtractui æquiparatur. ¶ Decimoseptimò res iudicata contractui æquiparatur, quia reuocari non potest, sicut contractus, l. quod iusit. ff. de re iudic. vbi scripsi in 2. no. Alex. in l. impossibilis. ff. de verbo. obliga.

Pro re iudicata præsumitur. ¶ Decimooctauò pro re iudicata præsumitur, l. Herennius. ff. de euict. c. in præsentia. de renuntia. Innoc. in c. bonæ. 1. de electio. Panor. in c. cum ad sedem. in fi. de restitu. spolia. & in c. causam quæ. de re iudic.

Res iudicata facit ius. ¶ Decimononò facit ius, & contra ius litigatoris sententia lata, valet. l. 1. §. item. ff. quæ senten. sine appella. rescindant. c. cum inter. de re iudic. illo titul. in 6. Ias. in l. cum quis. C. de iuris & facti ignorantia.

Valet etiam si per errorẽ lata. ¶ Vigesimò valet res iudicata, etiam si erronea & per errorem lata sententia fuerit, d. l. 1. quæ senten. l. 2. C. quando prouoca. non est necesse. l. & ex diuerso. §. fin. ff. solu. matri. d. c. cum inter. de re iudic. nisi fauore minoris lege, scire. §. consequens. ff. de excus. tutor. Felin. in cap. 1. de re iudic.

Iniuriam facit qui contra rem iudicatã venit. Ex re iudicata ¶ Vigesimoprimò iniuriam facit qui contra rem iudicatam venit, l. diffamari. C. de ingen. & manu.

¶ Vigesimosecundò depositarius ex re iudicata cogi potest ad reddendum depositum

depositarius cogi potest ad reddendū depositū.

acceptum etiam per detentionem personæ, quamuis fuerit clericus, Bal. in l. acceptam. C. de vsur. dixi in tracta. de liter. obligat. arti. 5. gl. 9. in 1. tom. commenta. in constitu. Reg. & quando iudicatus rem non vult restituere, manu militari ab eo auferri potest, l. qui restituere. ff. de rei vindic.

Contra rem iudicatam rescriptum impetratū dicitur subreptitium.

¶ Vigesimo tertiò rescriptum contra rem iudicatam dicitur subreptitium, licet sententia fuerit expressa in eo, si non fuerit expressum quod transierat in rem iudicatam. glo. & doc. in c. super literis, de rescrip. quia illa generalis expressio parit obscuritatē, per l. ita fideī. ff. de iure fisci & paria sunt nihil exprimere vel obscure, l. de ætate. §. ex causa. ff. de interroga. act. & qualitas est in rescripto exprimenda, c. ceterū. in fi. de rescrip. & ea quę mouent ad faciliùs concedendū vel negandū, c. postulasti. de rescrip. scripsi in d. trac. de liter. ciuil. art. vnic. gl. 6.

A iudice si declaretur quis debitor, censetur condemnatus ad soluendum.

¶ Vigesimo quartò si iudex declaret quem debitorem, censetur eum condemnare ad soluendum debitum, & si declaret bona alterius pothecata, censetur condemnare ad restitutionem: & si dicat, pars furtum commisit, censetur ad pœnam condemnare, l. 1. ff. ad Turpil. l. quanquam. C. de senten. quæ sine certa quantit. profer. nam qui vult antecedens, & consequens. Aymo Crauette consil. 79. quondam. nu. 4. oportet tamen in sententia exprimere: alias in hoc Regno appellari posset, & sententia irritaretur.

Res iudicata tollit noxæ deditionem.

¶ Vigesimo quintò tollit noxæ deditionem. nam si noxali iudicio condemnatus sit possessor ad restituendum equum, eo defuncto non potest eum noxæ dare. l. item veniunt. §. idem recte. ff. de petitio. heredi.

Condemnatus ad soluendū non potest fideiussores dare.

¶ Vigesimo sextò condemnatus ad soluendum non potest fideiussores dare, vel aliter satisfacere, ne obligationes oriantur ex obligationibus, l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. Dec. in c. cum sit Romana. nu. 13. de appella.

Res iudicata habet executionē paratam.

¶ Vigesimo septimò habet executionem paratam, l. 1. & per totum, C. de execu. rei iud. de quo plene scripsi in tracta. de senten. execu. in primo tomo commenta. in constitu. Reg. idem in instrumento obligatorio, do cui in tracta. de liter. obliga. ibidem.

Ex sententia acquiritur dominium.

¶ Vigesimo octauò ex sententia acquiritur dominiū. l. statuliberi §. Quintus ff. de statulib. §. fin. de offic. iudic. in Institu. mediante tamen traditione, Iaſ. in rub. ff. de re iudic. glo. & doc. in l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudic.

Ex sententia cōpellitur quis præcisè ad factum.

¶ Vigesimo nonò quod quis compellitur præcisè ad factum, si sit per sententiam condemnatus, d. l. qui restituere. vbi glo. ff. de rei vindica. Iaſ. in l. certi condictio. col. 6. nu. 20. ff. si certum peta. & consil. 9. in 1. vol. licet alias contra. in l. si quis. §. fin. ff. de re iudic. & in l. stipulationes non diuiduntur. de verbo. obliga. ff.

Sententiæ ratione Publiciana contra dominū datur.

¶ Trigesimò licet regulariter Publiciana non detur contra dominum, l. penul. & fi. ff. de Public. tamen si non dominus obtinuerit sententiam contra verum dominum, Publiciana ratione sententiæ dabitur contra dominum. tex. in l. si quis rem. ff. de except. rei iudic. quem notant doc. in §. sed iste. de actio. in Institu.

Res iudicata bonam fidem inducit.

¶ Trigesimoprimò inducit bonam fidem, ex qua lucrabitur quis fructus. l. iuste. ff. de acquirenda possess. aliæ multæ sunt vtilitates, quas quisque huc afferre poterit, hæc nunc sufficient.

Transactio dupliciter sumpta.

¶ *Transactione composita*, Item transactione cōposita dicuntur transacta: & sic transactum dupliciter capitur, videlicet in genere pro finito, vt dictum fuit: inde transactum tempus, l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obliga. & in specie, quando est composita concordia inter partes aliquo dato, retento, vel promisso, l. transactio. C. de transac. sic & iurisdictio, in l. imperium. ff. de iurisd. om. iudic.

Transigere pro componere & pacisci.

¶ Nam transigere dicitur componere, pacisci, conuenire, concordiam inire, decidere, absoluere, perficere, gerere, expedire. fieri, d. l. 1. ff. de pac. inde transactum pacto, in lege, si instituta. in princ. ff. de in offic. testa. transactum duriore sententia, l. quid ergo. §. pœna. de his qui notan. infa. lege 1. de termi. amo. inde transigere tempus, pro tranire, quasi transire, lege, arbitrio. §. dolo. ff. de dolo, ibi, transactis legitimis temporibus. lege, quæsitum. de vsufruc.

Trāsactio quid. Cōpositio quid ex iure canonico.

¶ Ex hoc ergo tex. colligi potest, quod cōpositio est transactio. sed c. super eo. de transac. refragatur, vbi compositio gratuita est, transactio autem fit aliquo dato vel retento aut promisso: quod in spiritualibus fieri non potest, quia esset simonia, vt in d. c. super eo. Respondete quod verbum componere est generale tam ad transactionem quam ad compositionem gratuitam, & ideo solent canonistæ adiicere, gratis vel amicabiliter componere, d. c. super eo. & postquam hoc est à iure canonico declaratum, compositionem gratuitam fieri posse in spiritualibus, licet in aliquo tex. permittatur compositio non exprimens gratuitam, tamen de hac intelligetur, teste Hostien. in summa de transac. Feli. in c. capitulum. in fi. de rescrip. vbi hoc c. super eo. limitat.

Transigit, qui de re dubia, necdum finita transigit.

¶ Vnde qui transigit, quasi de re dubia & lite incerta neque finita transigit, l. 1. ff. de transact. & dictio quasi ibi est expressiua veritatis, vt est in euangelio, quasi vnigeniti. Et vult dicere tex. quod qui transigit, de re dubia & non finita transigit: quia si esset lis finita, iam esset transacta

transacta & finita. ergo non esset alia opus transactione. l. & post rem. ff. de re iudic. cū transactio remedium litium finiendarum sit, l. frater. C. de transac. d. l. & post rem. vnde Iurisc. ait, qui tutelam gerit transigere cum fure potest, l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt. & si tutor qui negotia gerit, aut curator transegerit cum fure, furti actio euanescit, l. si pignore, ibidem in fin.

Lis incerta quomodo dicatur.

¶ Item de lite incerta transigitur, non quod lis incerta sit, quia si sit certum litem esse, transigi potest: sed lis dicitur incerta, quia dubius est eius euentus, l. quod debetur. ff. de pecul. ob id super ista lite incerta transigitur: nescimus enim an vincamus, vel aduersarij: ideo super ista lite incerta transigitur: quam dubiam vocat Impera. in l. præses. C. de transac. siue lis fuerit super toto siue super parte: transigetur enim super eo, super quo est dubium, quicquid dicat glo. in d. l. 1.

Transactio quando locum habeat.

¶ Aduertendum est quod ad hoc vt valeat transactio non est necesse litem esse, sed sufficit timor litis, per l. 2. C. de transac. vbi plene doct.

¶ Ego dico posse etiam transigi si res sit dubia. dubia enim res dicitur per negationem non calumniosam, l. post rem. & ibi glo. declarat. ff. de transac. post l. 3. C. quib. ad liber. proclama. non licet: & ante litem contestatam & post transigi licet, d. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi.

¶ Et ideo siue lis fuerit siue non, dum tamen de facto moueatur controuersia etiam extra iudicium, potest interuenire transactio, etiam si non speraretur lis, sed via facti: quia per transactionem sibi quis prouidere potest, vt hic Bar. & doc. in d. l. 2. C. de transac. & sic transigi potest de re dubia etiam siue lite præsente, vel futura, etiam super lite incerta recte transigere licebit, per d. l. 1. dummodo res non sit indubitata, d. l. eleganter. §. si. post. & transactionem quæ fit super re indubitata dicunt, vt pactum valere Bar. & alij in d. l. 1. & in l. si causa cognita. C. de transac. rex. in l. suus. C. de repud. heredi. quia sic transigitur res, id est finitur: & nunquam audiui impugnari transactionem tanquam de re indubia factam.

Transactionem non fieri de re certa.

¶ Nec placet quod Iaſ. dicit in l. 1. col. 2. ff. de transac. transactionem de communi partium consensu posse fieri de re certa & liquida, quando expresse est renuntiatum instrumento, vel sententiæ, quandoquidem si renuntiatum est sententiæ, iam res non est certa & liquida: & sic eo casu transactio non fit de re liquida, nempe renuntiando res efficitur dubia, & habetur ac si non esset iudicatum: & sic res est dubia super qua transigi potest: sed ibi res non dicitur certa, vt Iaſ. asserit. nec sola renuntiatio partium sufficeret, si nulla in contrarium allegaretur causa, sed esset imaginaria quædam transactio: sed si causa allegetur, vtpote quia fuit lata sententia contra Titium minorem, nunc vult restitui contra sententiam, super illo transigi poterit, licet sententia in rem transierit iudicatam: quia dubia res est an hic minor restitui debeat, necne: & idem in aliis casibus vbi allegatur causa: alias sola renuntiatio parrium vix sufficeret.

Vt transactio locum habeat, quæ requirantur.

¶ Aduertendum est quod in transactione tria requiri asserunt doc. primò quod fiat de re dubia, hoc est verum & certum, per d. l. primam. ff. de transac.

¶ Secundò quod super lite incerta, vt d. l. 1. ad denotandum quod si dubietas causæ oriatur aliunde quam ratione litis motæ vel mouendæ, vt in l. de fideicommisso. C. de transac. non est proprie transactio, sed improprie, glo. & doc. in d. l. 1. sed Bal. ibi contrarium tenet, cui adhæreo. nam sufficit quod res sit dubia, vt dixi superius; & propriè dicitur transactio, licet non fiat super lite.

Transactio large quomodo sumatur.

¶ Tertiò quod non fiat gratis, sed aliquo dato, vel retento, seu promisso, l. transactio nullo dato. C. de transac. quod est verum quando transactio est proprie sumpta secundum Iaſ. in d. l. 1. sed large transactio capitur pro omni actu per quem ab obligatione disceditur.

¶ Ego puto quod proprie etiam dicatur transactio: quia transigere significat proprie finire, decidere, perficere: & quando finitur res etiam non controuersa, dicitur transactum, negotium, siue sit controuersia de facto in iudicio, vel extra, de facto vel de iure, vt supra dixi.

¶ Quartò requiritur quod bona fide facta sit, l. 1. in fin. ff. ad Tertul. non dolo, vi, vel metu: alias rescindi potest, l. interpositas. C. de transac. & hoc in Regno non solet peti vt infringatur transactio, nisi literis à Rege vel cancellaria impetratis: tamen per viam exceptionis sine literis à iudicibus irritari posset: sed in curiis secularibus ad cautelam impetrantur, in curiis verò ecclesiasticis nullæ impetrantur literæ, sed iudices omnia supplent ex officio, prout iuris est. c. fin. de offic. iudic. l. 1. ff. de iurisd. om. iudic. scripsi in l. actionis, supra eod.

Finita silentio longi temporis quæ dicantur.

¶ *Longioris temporis silentio finita.* Finita silentio longioris tēporis, id est longi temporis, vt patet in rub. C. de prescrip. longi tempo. dicuntur sine controuersia possessa. Et alibi Iurisc. ait, iudicata debemus accipere ab eo cui iudicandi ius fuit: transacta, scilicet bona fide, vt valeat, transactio finita, vel consensu vel longo silentio sopita, scilicet per prescriptionem. ita interpretatur tex. in l. 1. §. fin. ff. ad Tertul. quamuis glo. ibidem exponat longo, id est longissimo, quod non debebat fieri: quia de iure ff. non erat nota prescriptio triginta anno-

rum,quo longiſsimo tempore inducitur,vt docet glo.in l. qui occidit.ff. ad legem Aquil. quam ſequitur Ioan.Fran.Balbus in tracta.de præſcrip.in 4.parte quartę partis principal.q. vl.& ſi Iuriſcon.intelligere voluiſſet de longiſsimo tempore,dixiſſet, nec potuiſſet Iuriſc. præſagire ad præſcriptionem quæ id temporis non erat.

Exceptionis peremptoriæ obiectus.

¶ Item obiectus exceptionis peremptoriæ non impedit litem conteſtari, niſi agatur de re iudicata,tranſacta vel finita,c.1.de litis conteſta. in 6. & iſtæ exceptiones litis ſunt finitæ: de quibus per Felin.& Soci.in c.vno,de litis conteſta.in 6.& ibidem Peruſ.

¶ Item opponuntur ante litem conteſtatam,& practici concludunt in his ad finem non recipiendi:in aliis verò peremptoriis quæ non ſunt litis finitæ,ad fines peremptorios,vt ſcripſi in tracta.meo de exceptio.in materia harum exceptionum.

¶ Vide phraſes huius dictionis fines & finita in l.pupillus.§.territorium.infra,& Definire in l.carbonum.ſupra.

IDEM LIB. SINGVLAR. AD SENATVSC. TERTVL.

LEX CCXXXI.

Quod dicimus eum qui naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe: tunc verum eſt, cum de ipſius iure quæritur. aliis autem non prodeſt, niſi natus ſit.

De his qui in vtero ſunt.

¶ Duæ hic ſunt regulæ.Prima eſt,quod is qui in vtero eſt,& naſci ſperatur, pro nato habetur quoad ſuam vtilitatem. Secunda eſt, quod exiſtens in vtero natus non cenſetur quoad alios,nec ad eorum commodum,tex. eſt in l.qui in vtero ſunt in toto pene iure ciuili intelliguntur in rerum natura eſſe. nam & legitimæ hereditates his reſtituuntur: & ſi prægnans mulier ab hoſtibus capta ſit, id quod natum erit, poſtliminium habet: item patris vel matris conditionem ſequitur,&c. ff. de ſtatu homi. vbi melius elucidatur & fuſius.facit tex.pulcher in l.Neratius.ff.de manumiſ.teſta.vbi Neratius ſcribit,ſi cui ſic libertas data ſit: ſi filius nullus mihi erit cum moriar, Stichus liber eſto : impediri libertatem poſthumo nato.& Matthæ.1.c.in fin.habetur: quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt.pariet autem filium,&c.natum vocat licet in vtero eſſet:quia omnibus natus erat, id eſt pro ſalute omnium credentium.

Poſthumus rem per conſanguineum venditam retrahere poteſt.

¶ Vnde poſthumus per curatorem qui ipſi dabitur, ad retrahendam rem per conſanguineum venditam admittitur:ſed executio manebit in pendenti dum eſt in vtero, per tex. in l.3.§.1.ff.de iniuſt.ibi,ex his apparet aliam cauſam eſſe filiorum ſuperſtitum, aliam poſthumorum:illi iniuſtum faciunt, hi rumpunt:illi ſemper,hi ſi naſcantur, nec inueniant ſe exheredatos.Plene decidit domin. Tiraquel.in tract.de retract.§.1.glo.9.nu. 75. cum ſequen. videte eum in repeti. l. ſi vnquam. in verbo ſuſceperit. C. de reuocan. dona. Etiam in integrum reſtitutio eo nato competit, l. etiam.vbi doct. ff. de mino. Et bonorum poſſeſsio contra tabulas,l.1.& per totum.ff.de ven.in poſſeſſ.mitten.Et ſic per illum tex. l. 3. poſthumus teſtamentum non rumpit, dum eſt in vtero,ſed naſcendo,l.1.in fin.& l.3. §.1.& l.poſthumorum. ff. de iniuſt. etſi viuus naſcatur. Nam qui mortui naſcuntur, neque nati neque procreati videntur: quia nunquam liberi appellari potuerunt, l. qui liberi. ſupra eod. Et Ioan. Riminal. in l. 2. in princi. per illum tex. C. de bono. poſſeſsi. contra tab. Et ſi in monſtrum, vel in belluam magis quam in hominem naſceretur, non rumperet teſtamentum,vt ſcripſi in l.quęreret.ſupra eodem.

Poſthumo nato in integrum reſtitutio competit.

Poſthumus quando teſtamentum rumpat.

Poſthumo donatio fieri quo modo poteſt.

¶ Etiam de iure poſthumo donatio fieri poteſt:& notarius pro eo acceptare & ſtipulari, l.ſi quis operas.ff.de oper.liber.Guido Papæ deci.267.pactum.ac Deci,conſil.245. in cauſa. & Bertran.conſi.138.volui.2.ex noua editione,& conſil.40.ex themate.col.3.facit lex,ſi heres.in fi.ff.famil.erciſ. Et poteſt fieri in contractu matrimonij pactum quod filij ſuccedant maſculi non mulieres, vel primogenitus inter nobiles, in c. vnic. de filiis natis ex ma. ad morga.contract.Bal.in l.cum Artemidoram. C. vt in poſſeſſ. lega. Attamen ex lege Regni putarem dandum eſſe curatorem ventri qui nomine poſthumi acceptabit donationem, & inſinuabit.per tex.in l.ſi ventri.ff.de priuil.credi. ſcripſi in tract.de dona. inſinua. artic. 2. in 2.tomo commenta.in conſtitu.Reg.

Donatio infanti facta à quibus acceptetur.

¶ Item ſi iam nato filio fuerit facta donatio,qui non poſsit acceptare,quia erit infans,tutor pro eo acceptabit,& inſinuabit, l. tutor. & l. penul. ff. de bon. poſſeſſ. & l.infantis. vbi etiam doct.C.qui admit.ſcripſi in l.ſubſignatum. §. atteſtari. ſupra.tamen ſi diſpoſitio conditionalis loqueretur de natis, non comprehenderentur poſthumi, vt in l.Arethuſa. ff. de ſtatu homi.quia conditio in forma ſpecifica eſt implenda, l.qui heredi.ff.de condi. inſtitu. & poſthumus non eſt natus vere. Vnde Dinus & Benedictus de Plumbino concludunt in d.l.Neratius.ff.de manumiſ.teſta. quod ſi heres fuerit rogatus reſtituere hereditatem, ſi ſine liberis in ſua poteſtate conſtitutis decederet,ſi decedat vxore prægnante,reſtituere tenebitur.nam qui in vtero eſt non eſt in poteſtate: ergo pro nato non habetur, per l. fin. ff. de

Conditio ſi ſine liberis,an deficiat, ſi vxor prægnans relinquatur.

de aſsig.liber.& l.fi.de colla.bon.tamen ego teſtatoris voluntatem eſſe ſequendam arbitror: nempe veriſimile eſt quod voluerit ſobolem ſuam alienæ præferri: & ſic iſtum poſthumum venire ad ſucceſsionẽ, per l.cum auus. ff.de cond. & demonſt.& l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſt.quia habetur pro nato:& habetur ac ſi eſſet in poteſtate,quamuis vere non fuerit,l.fin.ff.de colla.bono.& poteſt pater iſti poſthumo ſubſtituere pupillariter, quamuis in poteſtate non ſit, l.fin.C.de inſti. & ſubſti.

Non conceptus tẽpore mortis aui, licet poſtea ſit in vtero, an rumpat teſtamentum, ſi præteritus ſit

¶ Item qui non erat conceptus tempore mortis aui, licet nunc ſit in vtero, pro nato non habetur,vt teſtamentum olim factum rumpere debeat,l. Titius.ff.de ſuis & legi.l. Gallus.de lib.& poſthu.vbi plene iuris interpretes.Benedi.in verbo ſoboles.nu.48. c. Raynutius. de teſta. dicit hodie non curari quoad ſucceſsionem,ſiue ante, ſiue poſt natus fuerit.

Quod in fauorem eſt introductum, in odiũ non retorquetur.

¶ Vltimò,quando quis liberatur in ſui fauorem,velut patria poteſtate,tunc quoad omnia ſibi vtilia liberatus cenſetur: ita pro nato habetur, quoad ſibi vtilia : ſed ad ea quæ ſibi nocitura ſunt non habetur pro nato,nec liberatus poteſtate cenſetur. Alias quod in fauorem eius eſt introductum in illius odium retorqueretur, contra l. quod fauore. C. de legib.l.non eo minus.C.de procura.c.quod ob gratiam.de reg.iur.*in 6.*ſic conſuluit in caſu contrario Bal. conſi. 250. in quæſtione. col. penul. in 1. vol. vbi ſi cautum ſit vſurarium non habendum pro mercatore, intelligitur quoad ea quæ ſunt ſibi vtilia : quia delictum omnem excludit honorem,l.1.C.vbi ſenat.vel clariſ.facit l.iudices. C.de digni.lib.12.vbi in additio.ad Bar.dicitur, quod ſi nobilis perdat nobilitatem, intelligitur quoad ſuum cõmodum, ſed quoad damna remanet nobilis : quia ſi introducatur aliquid in odium nobilium,is in odioſis pro tali habebitur.quod notat Bar. in l. item in poteſtate. in fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Pyrrhus in rub.quibus mod. ius pat.poteſt.fol. in fin. in conſuetu. Aurelia.Iaſon in l.patre furioſo.col.penul.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur. facit lex,actione,§.item qui ſocietatem.ff.pro ſocio.Barba.conſi.52.viſo.3.q.col.7.in 4. vol. Bertran. Firmia.in tract.de epiſcopo in 1. parte 2.li.2.q.8.Cotta in 2.parte memora.in verbo epiſcopalis dignitas.ſic dixi in ſcholaſticis,vt pro ciuibus haberentur quoad vtilitates eorum,in ſcholaſti.priuil.126.vbi alia ſcripſi huic materiæ affinia.

Nobilis perdẽs nobilitatem,intelligitur quoad ſuum cõmodum.

Scholaſtici pro ciuibus habentur quoad vtilitates eorum.

¶ Secunda regula, quod exiſtens in vtero non cenſetur natus quoad alios. Et ideo ſi quis conſequeretur immunitatem habens quinque liberos,vt in l.3.& fin. C.de his qui nume.libe. lib.10. non obtinebit illam,niſi nati omnes ſint:quia quoad commodum aliorum poſthumi nati non cenſentur.Dicite tamen vt ſcripſi in l.quæreret. ſupra eodem.

Poſthumi quo ad commodum aliorũ nati non cenſentur.

Lupam prægnantem capiẽti, an ob fœtum maius præmiũ dari debeat.

¶ Ex quo inferunt docto.Quod ſi detur præmium capienti lupum, non dabitur maius lucrum illi qui ceperit lupã prægnantem : nec illi qui ſunt in vtero lupi quicquam proderunt capienti. Alber.in tract.ſtatu.in 1.parte q.133.ſiquidẽ non in brutis iura iſta loquuntur, ſed in hominibus.idem concludit Angel.ſi nati eſſent,& lacte nutrirentur,in §.cum autem. de tutel.in Inſtitu.ſed contrarium tenet Barba.in repeti.l.cum acutiſsimi.col.53.C.de fideicom.quia nati ſunt & capti,ideo prodeſſe debent,l.fin.C.de liber.cau.nam partus hominis cenſetur homo,l.in lege Falcidia placuit.ff.ad leg. Fal. Ego putarẽ quod licet pro quolibet non tantum conſequatur lucrum quantum pro matre,quia non tantum laborauit pro eis: tamen æquitatem quandam eſſe, & rationem etiam pro his paruis, vt competens lucrum pro his detur:ſed hoc in Regno eſt arbitrarium,niſi cõſuetudine aliter ſtatutum fuerit.iſta materia plene fuit tractata in d.l.quæreret.& l.intelligendus. ſupra.

¶ Spectare declaratur in l.cum ſtipulamur.ſupra eodem,& in l.in conuentionibus.

CAIVS LIB. I. DE VERBOR. OBLIGATION.

LEX CCXXXII.

Hæc enuntiatio, QVAE FVIT PLVRIS AVREORVM TRIGINTA, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

Caij nomen vnde.

¶ Hęc lex edita eſt à Caio Iuriſcon.excellente, vt in vitis Iuriſcon. videre licet : quamobrem de alio intelligamus eſſe locutum Cælium lib. 13.c.5.antiq. lecti.cum ſic ait : Caium inuenio in Græcorum monumentis appellatum ab Italis & Tarentinis mercenarium, aut etiam rudem hominem,ac plane brutũ : quia à γέα, quę terra eſt,deriuatur γεῖος & γαῖος.nam à γέα inflectitur γᾶος:vnde bos γᾶος dicitur,velut colonus;& γαῦραι dicti Galatæ, qui patria excedentes,terram quęſierunt quam colerent.hoc declaratur in epiſt. illa Pauli ad Galatas.

γᾶος bos.

γαῦραι.

Expoſitio tex.

¶ Accedendo ad tex.ſenſum glo.dicit,quod ſi quando que loquamur & dicamus : bona Titij valent plus aureorum triginta : hæc enuntiatio comprehendit ſimul quantitates & æſtimationes ſpecierum quæ ſunt in bonis Titij.Et expone,hæc enuntiatio,id eſt hoc pronuntiatum,propoſitio, ἀξίωμα,l.non eſt ſine liberis.ſupra eodem.vel declarat Alci.quotiens ita loquimur,quod in cenſum detulit Titius pluris eſt aureorum triginta,id ſignificare poteſt,non ſolum quantitatem triginta aureorum in cenſum relatam,ſed etiam tantum rerum

ſeu

seu corporum detuliſſe quantum æſtimatio triginta aureorum efficere poteſt: adeo quod ſi dicimus hereditatem Titij xxx. eſſe aureorum, & pluris, hæc clauſula eſt ſignificatiua quantitatis, ſcilicet triginta aureorum, & æſtimationis: videlicet quod bona tanti æſtimata ſunt, duo complectitur, videlicet & quantitatem & æſtimationem: quod prodeſt ad collectarum ſolutionem: vt ſi pro libra vnus ſolidus ſolui debeat, is cuius bona ſunt triginta æſtimata libris, vnam libram ſoluere debeat cum dimidio: vt not. doct. in rub. C. de anno, & tribut. lib. 10. & per totum. & olim collectæ ſic ſolui erant ſolitæ: ſed hodie durius & ſeuerius agunt domini in ſuos ſubditos in animarum ſuarum perniciem.

Æſtimare & exiſtimare quid differant. Cogitare & excogitare quid differant.

¶ *Æeſtimationis.* Licet à pleriſque æſtimo & exiſtimo confundantur: tamen diuerſa eſſe exiſtimat Valla, ſicut cogito & excogito. ante enim cogitamus, deinde excogitamus. ſic prius rem æſtimamus, deinde qualis ſit exiſtimamus. igitur æſtimare conſiderare eſt: exiſtimare verò iudicare, ſecundum eundem lib. 5. c. 20. facit l. Neratius. & l. vt Alphenus. & l. hæc ſtipulatio. ſupra eodem. inde æſtimatio conſideratio eſt, & perpenſio: exiſtimatio autem eſt arbitratus, iudicium, l. forma. §. item ſyluæ cæduæ omnia ipſe qui defert æſtimabit, id eſt conſiderabit. vbi glo. ff. de cenſi. l. ea quę falſa exiſtimatione decepta eſt. ff. de his qui not. infa. l. nam ita diuus. ibi, eſtimabunt iudices. de adopti.

Æſtimatio, & exiſtimatio quid differant.

Exiſtimatio pro fama.

¶ Exiſtimatio ab eſtimatione proficiſcitur: rebus enim eſtimatis, id eſt perpenſis & excuſsis poſtea iudicamus & arbitramur. inde etiam exiſtimatio pro fama vſurpari cœpit, vt & opinio. fama ſiquidem ex vulgi iudicio naſcitur: propterea exiſtimatum hominem Gellius appellat illum qui in primis cenſetur. hæc Budæ. in l. teſtium. ff. de teſti. in annota. in Pandect. & ſi in duabus actionibus alibi ſumma, maior alibi infamia eſt præponenda cauſa exiſtimationis, id eſt infamiæ, l. ſi in duabus. de regul. iur. ſic capitur in l. aliud eſt fraus. ibi, pœna autem non tantum pecuniaria, verum & capitis & exiſtimationis irrogari ſolet. ſupra, & l. licet capitalis. eod.

Exiſtimatio, dignitatis illæſæ ſtatus.

¶ Vnde exiſtimatio eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto noſtro auctoritate legum aut minuitur aut conſumitur, l. penul. §. exiſtimatio. ff. de vari. cogniti. Probat tex. in l. liber homo. in fin. ad leg. Aquil. l. 1. §. & ſi forte. ibi, ſpectat enim ad exiſtimationem noſtram, ſi qua ei fiat iniuria. ff. de iniur. & §. quotiens. & l. prętor edixit. in prin. ibidem. l. de minore. §. plurimum. de quæſtio. l. abſentem. §. aduerſus. ibi, qui exiſtimationem contingunt. & l. capitalium. §. ceterę. ff. de pœn. & in centum locis iuris librariorum inſcitia exiſtimo pro æſtimo corruptè ſcribitur, ſecundum eundem Budęum, quod facile pro qualitate materiæ perpendi poteſt: & nos multa iura in noſtris libris ſic repoſuimus. l. interdum. §. qui furem deducit ad præfectum vigilum, vel ad præſidem, æſtimandus eſt elegiſſe viam qua rē perſequeretur. ff. de furt. l. 1. ibi, præſes aut princeps æſtimabit. l. non omnes. §. à barbaris. ibi, bonus miles ante exiſtimatus fuerit. ff. de re milit. & incola eſſe non æſtimatur qui in agro permanet. l. ſcire. ff. ad municip.

Æſtimare pro exiſtimare ſumptum.

¶ Nec refert an per x, vt æxtimare, vel per ſ. vt æſtimare, ſcribatur. vnde Iuriſconſult. ait, Quid eſt tam ridiculum quam meliorem conditionem furis eſſe propter continuationem furti æſtimare, l. inficiando. §. infans. ff. de furt. l. continuus. §. cum ita. de verbo. oblig. l. 1. §. communis. de ſtipula. ſeruo. l. in omnibus. de actio. l. 1. de cuſto. reor. idem in verbo exiſtimare, vt pro æſtimare ſumatur, vel tex. ſequentes corrigendi ſunt, in l. interdum. §. qui tutelam. ff. de furt. ibi, vt etiam exiſtimetur. facit l. qui ea re commodata aut depoſita vſus aliter eſt atque accepit, ſi exiſtimauit ſe non inuito domino id facere, furti non tenebitur. ibidem: vbi poſtea oſtendit Iuriſc. æſtimare & exiſtimare prò eodem fere capi, ſic dicens, In culpa æſtimatio erit, id eſt an non debuerit æſtimare id dominum permiſſurum. Et ſi quis exiſtimaret emptum quod non emerit, l. 3. & ſequen. ff. pro lega. l. ſi is cui. ibidem, l. 1. & fin. pro ſuo, l. cum prolatis conſtitutionibus contra eas pronuntiat iudex, eo quod exiſtimat cauſam de qua iudicat per eas non iuuari de re iudi. facit l. impuberem. §. 1. ibi, innocens pater exiſtimatur. ff. de fal. & l. Nepos. ſupra eod. l. Fulcinius. quibus ex cau. in poſſeſſ. eatur. l. 2. in fin. de cura. bon. dando, l. 3. §. fin. & l. ſequenti, quod vi aut clam, l. 2. §. 1. ibi, æſtimatio præſidis prouinciæ eſt. de oper. pub. Videte an poſsit dici quod ſicut Gallicus loquendi vſus iſtam differentiam non admittit, dicens, *il a bonne eſtimation, il eſt de bonne eſtimation, il eſt bien eſtimé*, nec dicimus, *bien exiſtimé*: ita forte apud Iuriſperitos non ita paſsim obſeruatur exacta differentia. Sed aliquando pro materia ſubiecta atque ex prædictis iudicare vobis erit liberū, vel vnum in locum alterius ſufficere. facit l. Quintus. ff. manda. ibi, nec propter ſuam æſtimationem recuſare voluiſſet. Et ea ratione libertas dicitur res inæſtimabilis, quia magna quædam res eſt & difficilis ad iudicandum quis libertate dignus ſit: nec enim omnes. & reipub. intereſt nullos niſi probos & vitæ honeſtæ cooptari in numerum ciuium, ne indigniſsimis habitatoribus vrbs inquinetur, vt docet Conna. in lib. 2. qui & à quib. manumiſ. ſed an ibi ſic accipiatur dicam in meis no. interpretā.

Exiſtimatio animi, id eſt deſtinatio.

¶ Exiſtimatio animi, id eſt deſtinatio, l. eius. 2. §. Celſus. ff. ad munic. ibi, ſi quis inſtructus ſit duobus locis æqualiter, neque hic minus frequenter quam illic commoretur vbi domicilium

micilium habeat, exiſtimationem animi eſſe accipiendam: ego dubito ſi vtrobique deſtinato ſit animo, &c.

Exiſtimatio pro eo quod putatur.

¶ Exiſtimatio pro eo quod putatur, in l. qui loco certo debere exiſtimans, in debitum ſoluit, quolibet loco repetit. non enim exiſtimatione ſoluentis eadem ſpecies repetitionis ſequitur. ff. de cond. in deb. id eſt illa ſpecies repetitionis non ſequitur opinionem ſoluentis in repetitione, ſicut in ſolutione. nā licet exiſtimauerit ſe debere in aliquo loco: tamen illa exiſtimatio & opinio & ille error non ſequetur exiſtimationem repetentis, ſicut ſoluentis, quia ille error in ſoluendo non reſpicit repetitionem, ſicut ſolutionem. Et dicitur eadem ſpecies repetitionis inſpecta ſolutione: quia repetitur idem quod ſolutum eſt. Et eadem opinio non habet locum in repetitione, quæ locum habuit in ſolutione.

Æeſtimare, rei pretium taxare.

¶ Aeſtimare aliquando eſt rei pretium taxare, ab æs æris, & τιμὴ Græce, quod eſt pretium: & ita capitur hic, & l. 1. & l. quotiens in diem. ff. de verbo. oblig. l. ſi ita. 1. de fideiuſſ. l. inficiando. §. ſi tibi. de furt. l. ſi poſtulauerit. de adult.

Æeſtimatio, taxatio.

¶ Inde Aeſtimatio illa taxatio, l. ſi vendidero. §. 1. ibi, ad æſtimationem corporis. ff. de fur. & l. faciendā. arbo. furt. cæſa. l. inter hęc verba. & l. verba quanti. ſupra eodem. l. vinum. ſi certa. l. in hac. de tritica. l. 5. §. iniuriam. & fere per totum, ad leg. Aquil. Aeſtimationem honoris aut muneris in pecunia prò adminiſtratione offerentes audiendi non ſunt, l. æſtimationem. ff. de munerib. Hodie exploſa eſt negatio ex communi vſu omentium officia. Eſt quidem ſanctiſsima ciuilis ſapientia, quæ pretio nummario non ſit æſtimanda, nec dehoneſtanda, l. 1. §. eſt quidem. ff. de var. & extraord. cogniti. vbi dehoneſtatur ſcientia quando honor in iudicio petitur: vt ſi forte ei, cui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit, dum aggrederetur ad ſacramentum doctoris offeratur munus iudicantis; & non quod ipſe emere debeat poſt doctoratum. Subiicit ibi tex. quædam tametſi honeſtè accipiuntur, inhoneſtè tamen peruntur. Sed hodie fit fraus de contractu ad contractum, ob miram noſtri temporis ambitionem.

Æeſtimare litem, quid.

¶ Aeſtimare litem Accurſianos non intellexiſſe exiſtimat Budæ. ſunt enim antiqui iuris verba. ſed dubitant quidam Iuriſperiti ſi ipſe perfectè intellexerit, quod ex ſequentibus apparebit. Lites autem æſtimatas vocat pecuniam multatitiam, & nummarias ſententias: vt cum iudices certa ſumma actorum diſpendia & incommoda æſtimantes, tanta pecuniæ reos damnant. id à iuris auctoribus quanti intereſt actoris appellatur. Litis autem æſtimatio ita appendix erat damnationis, vt hodie ex formula iudiciali, id eſt quod damna & intereſſe vocant. hoc ex Cicerone, Quintiliano, & quibuſdam aliis probat: quem Imbert. ſequitur in Inſtitu. foren. ſed vellem vt ſententiam Iuriſcon. per ipſos Iuriſconſultos probaſſet, & rectius & honeſtius feciſſet. ſed aduertite quæſo. nam Iuriſconſulti plenius intelligunt æſtimare litem quam Budæus & alij rhetores hactenus intellexerunt, vt luce clarius inferius oſtendam.

Litis æſtimatio nē ſoluens, emptori ſimilis eſt

¶ Primò ſciendū eſt aut in ciuilibus litem æſtimari, aut in criminalibus. in ciuilibus quidem lis tunc æſtimata dicitur quando ad rem agebatur, ſi rei pretium cum expenſis datum ſit. & litis eſtimatio ſufficitur in locum rei ac expenſarum & damnorum, ſi in illa cauſa expenſæ aut damna venire debeāt. Probat tex. in l. 1. ff. pro empt. ſic dicendo, Poſſeſſor qui litis æſtimationem obtulit, pro emptore incipit poſsidere: & ſic rei pretium dedit. & l. 2. in fi. vbi Iulia. ait, Mutari cauſam poſſeſsionis ei qui litis æſtimationem ſuſtulerit, id eſt qui paſsus fuerit, contra quem fuerit æſtimata lis. ibidem. quia litis æſtimatio eſt ſimilis emptioni: & in l. 3. ibidem. Si non æſtimaretur res, ſed tantum damna, vt Budæo viſum fuit, illa æſtimatio non eſſet emptioni ſimilis: & is qui dedit æſtimationem litis non eſſet emptori ſimilis, nec rem alter habere poſſet, quia tantum damna eſſet conſecuturus. & tamen Iuriſcon. dicit, qui lite æſtimata rem tenuit, ſimilis eſt emptori, l. fin. ff. quibus ex cau. in poſſeſſ. eat. ad. duco l. eius. ff. de rei vindica. quæ ſic conſcribitur: eius rei quæ per in rem actionem petita tanti æſtimata eſt quanti actor in litem iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorem pertinet. tranſegiſſe enim cum eo & decidiſſe videri eo pretio quod ipſe conſtituit. Ergo litis æſtimatio non eſt ſolum damnorum, vel eius quod intereſt æſtimatio, ſed & rei, vt dixi. Et quod intereſt etiam rem quoad hoc comprehendit. nam Iuriſcon. ſic ait: lis quoque tanti æſtimari debet quanti Seij & Titij intereſt. Titij autem tanti intereſt quantum Seio prę-ſtare debet, cui vel mandati vel negotiorum geſtorum nomine obligatus eſt. l. ſi quis mandato. ff. de negot. geſt.

Lis æſtimata ſimilis eſt venditioni.

¶ Item ſi reus litis eſtimationem obtulerit, Publiciana illum petere poſſe ſcribit Iuriſc. in l. ſed & ſi res. in fin. ff. de Publicia. in rem acti. quia lis eſtimata ſimilis eſt venditioni, vt ibi. & qui lite eſtimata rem tenuit ſimilis eſt emptori, l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. Et ideo petitor poſſeſſori de euictione cauere non cogitur eius rei nomine cuius eſtimationem acceperit. ſibi enim imputare poſſeſſor debet qui rem non reſtituit, l. ex diuerſo. §. fin. ff. de rei vindica. & ſi creditor qui rem pignori acceperat, amiſſa eius poſſeſsione, Seruiana actione eam petierit, & litis eſtimationem conſecutus ſit, poſtea petitor eandem rem petens, exceptione

ceptione ſubmouetur, l. ſi creditor. ff. de pignora. acti. & litis ęſtimatio dicitur ſecunda emptio, in l. ſi ſeruus. in medio. ff. de euictio.

In actione rerum amotarũ ei danda eſt actio, amiſſa poſſeſſione rei, qui litem æſtimatam ſoluerit.

¶ Deinde ſi propter res amotas egero cum muliere, & lis ęſtimata ſit, cui actio danda ſit ſi amiſit poſſeſsionem? Mouet me, quia dolo acquiſiuit poſſeſsionem. Reſpondeo, qui litis ęſtimationem ſuffert emptoris loco habendus eſt: ideoque ſi mulier cum qua rerum amotarum actum eſt, ęſtimationem litis præſtiterit, aduerſus vindicantem maritum, vel heredem mariti exceptionem habet. & ſi amiſit poſſeſsionem, in rem actio ei danda eſt, l. ſi propter ff. rerum amot. imò dominus debet cedere actionem ei qui litis ęſtimationem ſoluit contra omnes poſſeſſores illius rei, l. ſi culpa. ff. de rei vindica. facit l. Męuius. §. eum qui. ibi, litis ęſtimationem legatę rei abſtulit, ff. de lega. 2. l. ſi ſeruus. §. 1. de euicti. & litis æſtimatio præſtita à poſſeſſore domino prodeſt, l. Stichum. §. dolo. ff. de ſolu. facit l. ei qui furti. ff. de furt. verſi. quod ſi ex condictione ante damnatus reus litis ęſtimationem ſuſtulit, &c. Et per iſta iura patet litis ęſtimationem continere tam rei æſtimationem, quam damna & expenſas & quod intereſt, quando iſta veniebant in hoc iudicium, vt pote in factis, vt ſequitur. Et interdum litis ęſtimatio præſtatur earum rerum, quanto peiores factę ſunt poſſeſsiones, l. ei qui partes. in fin. de petitio. heredi. ff. & eo caſu litis ęſtimatio ad damna pertinet.

Æſtimatio litis quid contineat.

Lis quomodo in factis dicatur æſtimata.

¶ In factis vero vel non factis lis dicitur ęſtimata quando ſoluitur id quod intereſt, lege, cum ſtipulatus. §. fin. de verbor. oblig. ff. ibi, tanti litem ęſtimari oportet quanti actoris intereſt. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. vbi in interdicto quod vi aut clam tanti lis ęſtimatur quanti actoris intereſt id opus factum non eſſe, l. 1. §. non ſolum. ff. de vi. & vi arma. ibi, eorum autem litem à iudice ęſtimari debere, eumque tantum conſecuturum quanti ſua intereſſet ſi vi deiectus non eſſet. facit l. 3. §. fin. vti poſſi. ff. & l. ſi calendis. ff. de re iudi. quę ſic habet: Si calendis aliquid fieri ſtipulatus ſum, nempe quandocunque poſt calendas accepto iudicio, tanti ęſtimanda lis eſt quanti interfuit mea calendis id fieri. hoc etiam probat l. 3. §. condemnatio. ff. de tabu. exhib. ſic inquiens, condemnatio autem huius iudicij quanti interfuit ęſtimari debet. quare ſi heres ſcriptus hoc interdicto experiatur, ad hereditatem eſt referenda ęſtimatio. & ſi legatum ſit, tantum venit in ęſtimationem quantum ſit in legato: & ſi ſub conditione legatum ſit, quaſi conditione exiſtente ſic eſt ęſtimandum. Notate iſtum tex. valde accommodum ad declarationem ſuperiorum. facit l. fin. ff. de interdi. ibi, ſed ſi neque patientiam præſtet, neque ipſe tollat opus cum poſsit, in tantum condemnet in quantum iudex ęſtimauerit. vbi glo. dicit, vt damna farciantur, & ſtipendia domino reſtituantur. Vide igitur num Budęi ſententia in hoc excuſari poſsit. Quamobrem mediocriter doctus in iure non debet iura noſtra ita ſimpliciter interpretari per Quintilianum vel alios auctores, ſed ex ſuis mutuari. alioqui toto errabit cœlo, vt quidam ex neotericis, qui prioribus tantum labris iura deguſtarunt, & ea aliis oſtendere conantur, cum illa ignorent, vt ex eorum ſcriptis patet.

Æſtimatio litis quid ſit in criminalibus.

¶ Aeſtimatio autem litis in criminalibus erat cum agebatur ad vindictam, & per quandam acceſsionem petebatur rem ſibi reſtitui. vnde litis ęſtimatio quædam tunc executionis ſpecies videbatur, teſte Alci. lib. 3. parergon cap. 18. adducit Bar. in lege, cum creditor. §. fin. ff. de furt. ſubditque deinde Alcia. ſolebant enim reis ex delicto in exilium miſsis, vt etiam his qui damnum paſsi eſſent, ſuccurreretur, æſtimare furta omnia, & concuſsiones, item impendia litis, & quantum eorum intererat: quæ ſumma ex damnati bonis exigebatur, & reliquum publicabatur. hæc Alcia. ex Aſco. Pedia. & ex Budæo in d. titul. ad legem Iuliam repetun.

¶ Aduertendum eſt quod ſi de rei æſtimatione in criminalibus etiam agatur, rei æſtimatio cum damnis & expenſis fit, vt ait Iuriſcon. quod quamuis res furtiua, niſi ad dominum redierit, vſucapi non poſsit: tamen ſi eo nomine lis æſtimata fuerit, vel furi dominus eam vendiderit, non interpellari iam vſucapionis ius dicendum. ſi verò non agatur de re, ſed tantum de damno, vt in lege, quamuis. ſecunda. ff. de furt. vel de iniuria, tunc æſtimatio litis erit damni ęſtimatio, vel iniurię. Iuriſconſultus declarat de ſeruo qui iniuriam fecit, nempe dabitur facultas domino præſtare ſeruum verberandum: aut ſi de eo verberibus ſatis non fiat, noxæ dabitur, vel litis ęſtimationem ſufferet. legę, ſed & ſi vnius. §. neque enim. ff. de iniur. & ſi ſeruus communis occiſus à ſeruo Titij ſit, ſcribit Celſus alterum ex dominis agentem, aut litis ęſtimationem conſecuturum pro partę, aut noxę dedi ei inſolidum, legę, ſi ſeruus ſeruum. §. item ſi ſeruus. ff. ad legem Aquil. ibi, litis ęſtimatio pro damni ęſtimatione capitur: vt damni ęſtimationem præſtet dominus qui ſeruum noxę dare recuſat, lege prima, & per totum. ff. de noxal. acti. l. & puto. in fin. ff. famil. erciſc. l. ſi noxali. de pecul.

Æſtimare litem capitis, quid.

¶ Quandoque hęc litis ęſtimatio non ſubſequebatur criminalem condemnationem, ſed præcedebat: vt cum hi ex quibus ablatum erat malebant ad rei reſtitutionem agere iudicio capitis omiſſo. idque vocabatur litem capitis ęſtimare, id eſt rem capitalem ad ęſtimationem redigere, nec ex ea criminali cauſa oriebatur præiudicium. Quod probat Alci. ex

ex oratione Cice. pro Cluentio, & per Aſconium Pedia. ſed vellem vt legibus hoc mihi probaretur: quia cum in legibus explicandis verſemur, legibus nobis probandum eſt, & non auctoritatibus oratorum: quia quælibet ſcientia ſuis propriis vtitur terminis.

¶ Et Budæ. ait æſtimare litem capitis, eſſe actione rei perſecutoria non vti, ſed criminaliter intendere, & vt vulgo loquimur, concluſiones capitales ſuſcipere. hoc ex Cicerone probat: ego verò per legem, lege Iulia. ff. ad leg. Iuliam repetundarum, vbi lex Iulia de repetundis præcipit ne quis ob hominem condemnandum, abſoluendum, neve ob litem æſtimandam, iudiciumve capitis pecuniæve faciendũ, vel non faciendum aliquid accipiat: vbi generaliter accipitur litis æſtimatio. Et Iuriſconſultus aliquando ad veram æſtimationem condemnari dicit, in lege, ſi filius familias. ff. de iudic. Litis æſtimationem accipit ibi Iuriſconſult. pro rei æſtimatione, cum expenſis, & damnis & omni iuſta acceſsione, vt ſuperius dictum fuit. Et vera æſtimatio eſt quæ continet rei de qua agitur æſtimationem communem: & vocatur etiam ſimpliciter æſtimatio, vt ſuperius probaui.

Æſtimatio vera.

In cauſis criminalibus quomodo pœnæ æſtimandæ.

¶ Poſtremò in cauſis criminalibus ex perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ, ne quid aut durius aut remiſsius conſtituatur quam cauſa poſtulabit. lege, Pedius. in fin. ff. de incendio, rui. Et ſacrilegij pœnam debebit proconſul pro qualitate perſonæ, proque rei conditione & temporis & ætatis & ſexus, vel feuerius vel clementius ſtatuere, lege, ſacrilegij. prima ff. ad legem Iuliam pecul. Et alibi dicit æſtimatis accuſatorum perſonis, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia iuſta cauſa, lege, ſi plures. ff. de accuſa. Ex prædictis vobis apparet quid ſit æſtimare litem tam in ciuilibus quam in criminalibus. Et notate prædicta, quæ alibi non inueni ita elucidata, laus Deo.

IDEM LIB. I. AD LEG. XII. TABVL.
LEX CCXXXIIII.

SI CALVMNIETVR, ET MORETVR, ET FRVSTRETVR. inde & calumniatores appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus: & inde cauillatio dicta eſt.

¶ Tres habet partes, prout dicta continet tria. Secunda ibi, poſt Kalendas Ianuarias die tertio. Tertia ibi, Telum vulgo quidem. Calumniari eſt per fraudem & fruſtrationem alios litibus vexare. inde cauillatio dicta eſt. in lege duodecim tabularum forte iſta erant verba quæ Caius declarat, ſic, Qui calumniatur, moratur, id eſt litem differt, & fruſtratur, id eſt decipit, vexat, & in vanum. lege, ſed & ad eos pertinet qui conuenti fruſtrantur, & qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt ne cum ipſis agi poſsit. ff. ex quibus cauſis maio. & lege, eius qui ideo cauſam agere fruſtratur quod dicit ſe libellum Principi dediſſe. ff. de appella. recipien. inde calumniatores vocati ſunt qui per fraudem, moram & fruſtrationem alios vexant litibus ſiue in ciuilibus ſiue in criminalibus. Contra quos inuentum eſt iuramentum calumniæ, quo actor vel reus promittit ſe nil in illa cauſa calumnioſe acturum, vt patet C. de iureiur. propter calum. dand. vbi in lege ſecunda, §. quod obſeruari. gloſſ. tradit hos verſus, effectus iuramenti calumniæ continentes, qui licet duri & in ſyllabarum quantitate deficientes ſint, tamen bene rem de qua agitur explicant:

Calumniari quid.

Calumniatores qui.

De iuramento calumniæ.

Illud iuretur quod lis ſibi iuſta videtur:
Si quæretur verum non inficietur.
Nil promittetur falſa vt ſententia detur.
Vt lis tardetur dilatio nulla petetur.

Iſta declarant Socinus & alij in cap. fin. de iuram. calum. in decreta. eſt & aliud iuramentum calumniæ, quod vnum capitulum cauſæ tantum reſpicit. iuramentum autem calumniæ totam cauſam reſpicit, & ſemel præſtatur in tota cauſa. Malitiæ autem iuramentum ſæpius & quotiens quis de malitia partis vel procuratoris dubitat, capitulo 2. in fin. de iuramen. cal. in 6. & ſex differentias inter hæc iuramenta ſcribit Socin. in rubr. de iuramen. calumn. col. vltima in decreta, hodie vero dicanici paſsim vtrumque vocãt calumniæ iuramentum, quod in hac patria Franciæ conſuetudinaria in curiis ſecularibus non præſtatur, neſcio an quia non petitur, vel quod calumniari ſit commune, vel alieni à calumnia ſint: quod magis eſt probandum.

Malitiæ iuramentum.

¶ Item dicit Alciatus, moram inducere præſumptionem calumniæ. Vnde qui in termino à iudice præſtituto accuſationi proſequendæ non comparet, calumniari videtur, lege, qui crimen. C. qui accuſa. non poſſ. nempe cauſa criminalis biennio terminari debet, l. 1. C. vt intra certum tempus crimi. acti. termi. Et ideo errant, vt docto. dicunt, iudices qui

Cauſæ rimina lis quando terminetur.

reos criminis absoluunt dum eos conuincere nequeunt: & postea in carceres detrudunt ex minima coniectura, etiam post biennium: quod facere non possunt, cum elapso biennio instantia peremptа sit in criminalibus, vt docet Alcia.

Mos iudicum Galliæ in accusatis absoluendis.

¶ Sed hodie iudices in Francia vix aliquem accusatum plene absoluunt: sed si accusati conuinci non possint, data fideiussione vel cautione de se repræsentando totiens quotiens fuerint requisiti, elargiri tantum solent, vt illi delinquentes semper ob hoc timeant, ne alia facinora perpetrent. & illa lex prima, C. vt intra certum tempus. non seruatur quoad procuratorem Regium, quoniam is semper audiri solet, etiam post decem & interdum post triginta annos in criminalibus. Ego tamen vidi eum reiectum fuisse, dum prosequeretur cum, qui dum scholasticus esset hominem interfecerat, per legem, in omnibus. ff. de diuer. & tempora. præscrip.

Criminalis quæstio in Gallia quando terminetur.

¶ Dicit etiam Thosta in cap. secundo primi Regum, quæst. quarta, his verbis, Calumniari esse bona alicuius tollere iniuste, quæsito aliquo colore: sicut interdum principes faciunt, aliquas leges vel constitutiones duras condendo, in quas necesse est subditos incidere. & hoc faciunt, vt ab eis pœnas exigant: & est propriè calumnia. Et ideo se excusauit Samuel. & ibidem, Esaiæ 10. Væ qui condunt leges iniquas.

Pœnæ aliquot in calũniatores ex cõst. Regiis.

¶ Et per istum textum declarantur ordinationes Regiæ quamplurimæ loquentes de calumnia, si quis calumniæ causa iudicem recusauerit pro quolibet facto, in curiis supremis viginti libris, si in curiis inferioribus decem mulctetur. titulo de recusation. articu. 9. in constitutionibus Regijs Galliæ, vt scripsi in d. tractatu de recusa. in tertio tomo commentariorum in constitutiones Regias. Si illa recusatio ignominiam sapiat, adhuc puniri posset. Sed olim sic calumniatores puniri erat solitum; nempe si qui illatæ à se calumniæ crimine dolóque conuicti in manus venissent, per vrbem myrica circumuectari coronati, & cunctis sic circum passim ciuibus palam ostentati innotescere solebant peruulgato supplicij probro, sicque velut pernicioſissimi flagitij crimine contaminati, mores nequissimorum hominum gererent, exagitari: fuisséque nonnullos hac culpa tum iudicatos, quibus manus sibimetipsis sponte afferre, vitamque rumpere, quam in tanta probri ignominia vsquam conspici iucundius visum sit.

Calumnia euidens & præsumpta.

¶ Calumnia euidens quid sit & præsumpta, de quibus ordinationes loquuntur, vide in arti. 10. tract. de lite. obliga. in primo tomo ordina. Regi. De manifesta calumnia in l. postquam. in fi. de peti. heredi.

Caluco & Caluor.

¶ Postremò legitur in quibusdam exemplaribus antiquis: *si caluitur, frustretur & moretur.* Caluitur autem à verbo caluco calues, quod est calum facere: vel caluo caluis, idem significat, decipio, frustror: & huius passiuum vel deponens est caluor, tractum à caluis militibus, qui omnibus solent esse frustratui. Vnde Plautus ait in Casina: *Nam vbi sola sum, sopor manus caluitur*, id est decipit, frustratur. & idem est sensus de quo supra. Vnde ex hoc verbo antiquo venit cauillor deponens i. litera adiecta, & cauillatio, teste Priscia. & Nestor. de qua dixi in lege, ea est natura, supra. Sic quidam in tex. legunt, Cauilletur: quod in idem reincidit. & inde calumniatores dicti sunt, quasi cauillatores. inde Festus in lege duodecim tabularum declarat, si caluitur, inquit, pedemve struit, manum endo iacito. quem Iurisconsultus explicat. Alij putant significare retrorsus ire, alij in aliam partem, alij fugere, alij augere, alij minuere, ac vix pedem pedi præferre, otioſe vt remoratur. & sic ista tria verba caluitur, cauillatur, & calumniatur ad idem fere recidunt.

Morari pro differre.

Mora, dilatio.

¶ *Moretur*, id est differat, proroget, lege, in ambiguis. prima, Quotiens æquitatem desiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est. ff. de regul. iur. inde mora pro dilatione & cunctatione capitur, lege, mora. ff. de vsur. lege, non solum. ibi, vel si res mora perituræ deterioresve futuræ erant. ff. de petitione hereditatis. Vnde in mora modici temporis non est magnum præiudicium, lege, si debitori. ff. de iud.

Mora quando contrahitur.

Mora contrahitur si interpellatus loco & tempore non soluerit, lege, si ex legati. ff. de verb. oblig. Sed mora rei fideiussori non nocet, l. mora. ibidem.

In re mora quãdo fieri dicatur. Mora nõ fit vbi nulla petitio est.

¶ In re mora fieri dicitur quando re ipsa & sine interpellatione fit, lege, si tamen. ff. de minoribus, iuncta lege, in minorum. Cod. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria, & inferius dicetur abundantius. Nulla mora intelligitur ibi fieri vbi nulla est petitio, lege, nulla. ff. de regulis iuris. Non enim in mora est is à quo pecunia propter exceptionem peti non potest, l. lecta. in fi. ff. si cert. peta. mora sua vnicuique nocet, l. in condemnatione, §. vnicuique. de regul. iur. ff. qui sine dolo malo ad iudicium prouocat non videtur moram facere, l. qui sine dolo. ff. de regul. iur.

Ante moram quando dicatur

¶ Ante moram dicitur, si non tenebatur adhuc soluere, tradere vel actum facere, l. si fideiussor promissum animal ante moram occiderit, de dolo actionem reddi aduersus eum oportere Neratius Priscus & Iulia. responderunt. ff. de dolo. l. legis Aquiliæ. cum l. sequenti. ff. ad leg. Aquil.

In mora non est qui non differt,

¶ Non fuit in mora qui non distulit, nec per eum stetit, lege, si cum dies. ff. de arbi. ibi, non

non esse cogendum arbitrum recipere, si ipse in mora non fuit, quominus partibus suis fungeretur. lege, cum stipulatus sum. ff. de verborum obligationibus. alibi, sine mora, in lege, scire debemus. in fin. ff. de verbor. obligat. lege, marito. versic. præcipitur. ff. de adult. & alibi sæpius. *nec per eum stat.*

Moram facere

¶ Moram facere est morari, differre. lege, electio, §. si is quem. ff. de noxalibus actionibus, ibi, diuersum dicemus si moram feceris in iudicio accipiendo. lege penultima, de vi & vi arma. dixi in lege, verbum faciendi. supra eodem. & semper fur moram facere videtur, lege, in re furtiua. & lege finali. ff. de condictione furtiua, lege prima, de pollicitationibus. ff. *Fur semper moram facit.*

Moram quis patiatur.

¶ Moram passus dicitur is cui non est soluta res, vel non tradita intempore. lege, item si verberatum. §. finali, ibi, si accepisset moram passo præstari debere. ff. de rei vindica. l. qui commeatus. §. 1. de re milit. De mora necessaria & voluntaria in l. aliquando. iuncta l. 2. ff. de offi. proconſ.

Mora iudicij.

¶ Mora iudicij cõtingit, id est dilatio in iudicio, seu prorogatio accidit, l. ait prætor. in fi. ibi, finge enim dum aduocationes postulat diem exisse, vel dum alia mora iudicij contigit. ff. ex quib. caus. maio.

Per morã, propter moram.

¶ Propter moram rei æstimatio etiam post mortem præstatur, lege, eum qui. §. 1. ff. de iureiur. Per moram, propter moram, l. 1. ff. si tutor appella. ibi, si qui ad munera publica nominati appellauerint, nec causas probauerint, sciant ad periculum suum pertinere si quid damni per moram appellationis reipub. acciderit.

Post moram.

¶ Post moram, l. 3. ff. de triti. notum est, & in lege, centum Capuę. de eo quod certo loco, & exponitur ibi, postquam steterit per debitorem quominus daret, vel faceret, seu traderet. lege, quod te. si certum petatur. & an hæc mora contracta purgari possit, tradunt interpretes per illum textum in lege, & si post tres. si quis cau. & lege, si insulam. de verbor. oblig. & in c. potuit. de loca.

Inter moras.

¶ Inter moras, pro interim, pendente tempore. lege, si bonæfidei. ff. de peti. hered. ibi, ne inter moras actiones intercidant. l. fructus. prima, de rei vindica. lege, tutor. §. pupillo. de adminiſt. tuto.

Mora temporis quæ datur iudicatis.

¶ Mora temporis quæ datur iudicatis, id est dilatio quæ datur condemnatis, l. quod debetur. ff. de pecul. De qua scripsi in interpreta. l. si debitor. ff. de iudi. cui legi dedi nouum intellectum.

Moram per pupillum non fieri.

¶ Mora per pupillum fieri non videtur, si ex stipulatione Stichum debuerit, vt eo mortuo teneatur: nisi tutore auctore, vel solus tutor interpelletur, lege, si ex stipulatu. ff. de verbo. oblig.

¶ Moram solutionis accipere non debet res frumentaria, id est differri non debet solutio rei frumentariæ. Pecunia enim necessaria omnibus rebus publicis est, lege secunda, §: frumentariæ. ff. de adminiſtra. rer. & quia longa est moræ materia, ob id eam reiicio ad Bar. & Salic. in l. semel mora. ff. solu. matri.

Mora duplex. Mora regularis quæ. Mora irregularis quæ.

¶ Aduertite quod iurium interpretes diuidunt moram in regularem & irregularem. regularem vocant quæ ex hominis interpellatione vel dici euenit, l. si penum. ff. quando dies lega. ced. & d. l. mora. de vsur. cum aliis legibus supra allegatis. irregularis, quæ re ipsa sine interpellatione contrahitur, l. in minorum. C. in quib. cau. in integr. resti. non est necessa. Ego verò cum non inueniam text. sic dicentes, dicerem moram fieri aut per interpellationem veram, seu præsumptam, aut re ipsa. Et illa vera dicitur, quæ ex interpellatione hominis vel temporis lapsu contrahitur: & de ea loquuntur iura superius allegata, & frequentius iura intelliguntur de ista mora.

Mora vera quæ

Mora ficta, seu præsumpta.

¶ Altera reipsa fit, quæ ficta vocari potest, seu præsumpta, quam ius præsumit ex re ipsa, & ex solo tempore tardæ solutionis, d. lege, in minorum. ibi, recepto iure creditum est. facit lex, Titia. secunda, §. vsuras. ibi, tamen non pro mora hoc habendum est. ff. de legatis secundo. lex tertia, §. primo, de adimen. legatis. ibi, vtpote re ipsa mora subsecuta. Et sic dici potest, quædam est mora ex re ipsa, altera ex interpellatione seu dici lapsu procedens. Alia hic lubens de mora scriberem: sed cum multi plenos super hac re ediderint tractatus, ad eos nunc vos reiiciam, primò ad Ioan. Bauer. in suo tract. de mora: sed & nouissime ad conterraneum nostrum dominum Ioannem Saporta, doctorem Tholosæ egregium, & professorem ibi publicum.

Morari pro habitare.

¶ Morari pro manere, habitare, l. non solum, iuncta lege, denique. ff. de vsu & habita. vbi in vna lege est habitare, in alia morari. lege, Celsus. in fin. ibi, permiseris autem & vbi velit morari. ff. ad exhib. lege, relegatorum. §. item in partem. ff. de interdi. & relega. & §. solet morari in possessione, id est manere. ibidem. lege penul. ff. de vi priua. ibi, interim illi in possessione morari debent. lege, Titius. de seruis exportan. l. Cato. §. 1. de alimen. & cibaria. lega. l. pupillus. §. incola. in f. eodem.

Morari in damno.

¶ Morari in damno, permanere in damno, damnificari, l. heres. versi. quę si fuerit com-

missa.ibi,iudicio familiæ erciscundę cessante,ne in damno moretur. ff. famil. erciſ. in lucro morari,l.ait prętor.§.penul.ff.quę in fraud.credi.

Morari in lucro.

¶ Morator, qui differt, moram facit: quamuis noſtri interpretes vocent moroſum, qui alio tendit. Accipitur enim moroſus pro difficili. Et ille eſt moroſus qui multorum morum inter ſe contrariorum eſt,vt ait Porphyrio.Vnde ſenectus moroſa. Et moroſi,anxij & difficiles ſenes:vt deſenectute Cicero docet.

Morator. Moroſus.

¶ Moratoria cautio,eſt quæ datur ad differendum ſolutionem, vel actum.l. cum poſſeſſor.in fi.ff.de cenſi.ibi,pro pecunia tributi quod ſua die non eſt redditum quominus prędium iure diſtrahatur, cautio non admittitur moratoria.

Moratoria cautio.

¶ Moratoria præſcriptio pro dilatione exponit glo.in l. 2. C.de preci.Impera. offerend. & de hac dilatione moratoria quam vocamus Gallicè *reſpit*, abunde ſcripſi in tract. de literis dilatoriis,annalibus,vel quinquennalibus in 2.tomo commenta. in conſti. Regias: & moratoriam cunctationem, pro longa exponit glo. in l. Tutor qui repertorium. §. ſi tutor ff. de adminiſt. tuto.

Moratoria præſcriptio.

Moratoria cunctatio.

¶ Moroſe aduerbium in l.ſolent.§.non vero in totum xeniis abſtinere debebit proconſul,ſed modum adiicere,vt neque moroſe (pro difficulter)in totum abſtineat,neque auare modum xeniorum excedat.ff.de offic.proconſ.

Moroſe.

¶ Moratus eſt ſolutionem,id eſt diſtulit,l.ſi ſeruum.§.finautem.ff. de verbo. obliga. vbi glo.l.1.ff.de oper.publi.

Morari ſolutionem.

¶ *Fruſtretur*,id eſt circunueniat,decipiat,protrahędo, prolongando,ſeu alias.Vnde non videtur boni viri arbitratu litem defendere is qui actorem fruſtrando,efficiat ne ad exitum controuerſia deducatur:Aphrica.in l.fi.ff.de procura.& non videtur fruſtrandę dilationis cauſa latitare qui præſens iudicium ſuſcipere non compellitur: Vlpia.in l. non videtur. ff. de iudi.licet ibi poſsit exponi fruſtrandæ, pro tollendę: quia fruſtrando dilationem tollit. Fruſtrari pro remorari,differre,inutiliter agere, l.ſed & ad eos pertinet qui cõuenti fruſtrantur,& qualibet tergiuerſatione & ſolertia efficiunt ne cum ipſis agi poſsit. ff. ex quib. cau. maio. & inferius apparebit. & ſic fruſtrari eſt aſtu agere & ſolertia, ac tergiuerſatione, ne actus fiat, vt ſequitur.

Fruſtrari, pro decipere.

Fruſtrari, pro remorari.

¶ Fruſtrator,deceptor,qui differendo & aſtu alium circunuenit,l.liberto. §. litem in iudicium deductam, & à reo deſertam, fruſtratoris amicus vltro egit. ff. de nego. geſt. & ibi, quia fruſtrator condemnatus eſt,id eſt debitor,in l.penul. ff.de vi & vi arma.

Fruſtrator, id eſt deceptor.

¶ Fruſtratio pro deceptione,fallacia, vel dilatione, l. ſed poſtquam, in fin. ff. commun. diuid.ibi, ex cauſa audiendũ putaui, ſi ſine dolo malo & fruſtratione id faciat.l.hominem. in fi.ibi,etenim neutri eorum fruſtratio ſua prodeſſe debet.ff.manda.l.is cui. §. ceſſatum. vt in poſſeſſ.lega.ibi, nam fruſtratio non debet huiuſmodi perſonis nocere quę ſunt indefenſę. Et diui Verus & Antoninus reſcripſerunt Bononio Maximo, vſuras pręſtaturum eum qui fruſtrationis cauſa beneficium legis Falcidię implorauit. Et non oportere fruſtrationem impunitam eſſe,ait Papinia.in l.3.ff.de vſur.

Fruſtratio, pro deceptione.

¶ Fruſtra facio,in vanum,incaſſum, perdo oleum & operam, l. & ſi forte. ibi, ſi ędificauero,fruſtra intendes ius mihi non eſſe ita ædificatum habere inuito te. ff. ſi ſeruit. vind, l. ſi ſub hac.in fi.ibi, ne fruſtra ſeruum perdat. de inofficioſo teſtamento. lege, qui petitorio iudicio vtitur,ne fruſtra experiatur, requirere debet an is cum quo inſtituat actionem poſſeſſor ſit,vel dolo deſiit poſsidere.ff.de rei vindic.l.nec timorem. ibi, proinde ſi quis meticuloſus rem vllam fruſtra metuerit, per hoc edictum non reſtituitur: quoniam neque vi, neque metu factum eſt.ff.quod metus cau. lege, procurator. in fine, ibi, qui pro domino vinculum obligationis ſuſcepit,onus eius fruſtra recuſat.de procura.l.ſi optione.ad exhibendum. & l.1.de in rem verſo.

Fruſtra facere. Fruſtra intendere. Fruſtra perdere. Fruſtra experiri. Fruſtra metuere. Fruſtra recuſare.

¶ Fruſtra erit datio,id eſt inutilis,l.2. §. ſi quis his perſonis quæ agere non potuerunt fideiuſſores ſiſtendi cauſa dederit,fruſtra erit datio.ff.qui ſatiſda.cogan.

Fruſtra erit datio.

¶ Fruſtra conuenitur iudicio mandati, ſine cauſa, & incaſſum, l.fideiuſſor.ff. de negot. geſt.nec fruſtra adiicitur conditione delata,l.3. ff. de iureiur. fruſtra procurator interuenit ad crimen publici iudicij perſequendum, id eſt inutiliter & ſine effectu,l.penul.§.1.ff.de publicis iudiciis. & fruſtra lis eſt cum eo inſtituta, l. cum indebitum. in fine, de condictione indebiti.

Fruſtra conuenire.

¶ Fruſtra ſubſtitutionem verbis ciuilibus poſt decimum quartum annum ætatis fieri conuenit:& ideo non trahitur ad fideicommiſſum,lege,verbis ciuilibus.ff.de vulg.vbi Iaſ. ait hoc verbum ſignificare actum nullum ipſo iure ex propria ſignificatione: ſed ſecundum materiam ſubiectam opem exceptionis, ego autem arbitror hoc verbum denotare actum fieri inutiliter & ſine effectu à iure.ſi tamen pars nil opponeret, iudex pro actu iudicare poſſet, per legem quartam, §. hoc autem iudicium. ff. de damno infe. ſic dixi de clauſula decreti, Decernentes iratum, &c. in §. ſi quis vero. in gloſſa, ipſo iure. de collation. in concorda.

Fruſtra fit ſubſtitutio.

¶ Fruſtra

¶ Fruſtra intercedit mulier: ideo is qui cum muliere intercedit ſubducta muliere, in ſolidum tenebitur.lege, ſi Titius. ff. de fidejuſſ. Fruſtra in poſſeſsionem prætor mitteret, niſi miſſos tueretur, lege prima, §. primo. ff. ne vis fiat ei. Fruſtra emit debitor à creditore pignus quod dedit, cum rei ſuæ nulla emptio ſit, lege, debitor. ff. de pigno. acti. Fruſtra prouocatum eſt ab ea ſententia quæ non tenebat,l.ex conſenſu.ff. de appel. lege prima, in princ.quando appel. ſit,& §. ſi quis tutor. ibi, fruſtra timetur nouatio in duobus reis promittendi,lege tertia,ff.de duob.reis. Fruſtratum tempus,in vanum conſumptum, l. ſed & ſi.§.actio,quib.ex cau.maio.ff.ibi, proinde ſi dum vult apud ſequentem prætorem agere,tempus fruſtratum eſt,ei non ſubuenitur.Alij habent,tempus fruſtratus eſt,id eſt inutiliter conſumpſit.& in idem recidit. alia hic vobis fruſtra non adiiciam.hæc boni æquique conſulite:ne plura.

Fruſtra intercedit mulier. Fruſtra mittere. Fruſtra prouocare. Fruſtratum tempus.

¶ *Vexarent*. Graue verbum & durum eſt,maxime his qui vexationẽ patiuntur:tractumq; ab eo videtur quod eſt vehere, in quo ineſt iam vis alieni arbitrij: non enim ſui potens eſt qui vehitur.Vexare autẽ proculdubio vehementiore motu eſt.Nam qui fertur & raptatur, ac huc atq; illuc diſtrahitur,is vexari proprie dicitur, vt teſtatur Aul. Gell.lib.2.c.6.& quia variis modis quis vexari poteſt, ideo dicit hic tex. alios vexarent litibus. quia inter maximas vexationes iſta connumeratur, quando agitur de capite hominis, vel de omnibus fortunis. Ob id in cap.primo, de reſti.ſpolia. in ſexto, dicitur, non teneri ſic ſpoliatum reſpondere etiam tertio, niſi prius reſtitutus ſit:, quia interim vix ſuæ erit compos mentis. Ego autem ex litibus vidi multos mentibus alienatos. Quamobrem maxima eſt litium vexatio, vt ſcripſi in proœmio concordatorum, in verbo ſumptibus. Et interdum vexare ſimpliciter ponitur. & tunc ſi in materia proferatur iudiciali, intelligitur vexari litibus, vt in lege,aut alium qui vexaturus ſit aduerſarium.ff. de aliena. iudicij.& is qui alium litibus vexat., in expenſis condemnari debet, l. properandum. §. finautem alterutra. C. de iudiciis. ſcripſi in tractatu de expenſis, in tertio tomo commentariorum in conſtitutiones Regi. vbi etiam dixi interdum ad mulctam puniendos: in alia autem materia ſecundum materiam in qua profertur, lege,ſi quis. §.exigitur. ibi, vexandi argentarij cauſa.ff.de eden. Vexare ſumptibus, ff. de inofficioſo teſtamento. lege prima, ibi,cognati enim proprij qui ſunt vltra fratrem melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent, cum obtinere ſpem non haberent. l. minoribus. ff. de minor. l. ſi pro aliquo. ad Vellcia. l. 1. §. 1. de vaca. munc.ff.& Iuuenalis ait ſatyr. 2.

Vexare quid, & quomodo ſumatur pro materia, in qua profertur.

Dat veniam coruis, vexat cenſura columbas. Quis ſingulis iudiciis vexari non debet, lege,etiam.§.1.ff.de petitione heredi.Item prohibitum eſt ne quis contra vnum plures proponat actiones in diuerſis iudiciis.cap.ex tenore.de reſcript.cap.diſpendia.illo tit.in ſexto. Teſtes etiam reſtricti ſunt, ne effrenata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua multitudo teſtium protrahatur, lege prima, in fin. ff. de teſti. Ne corpora aut oſſa mortuorum detinerentur, aut vexarentur, neve prohiberentur quominus via publica transferrentur, aut quominus ſepelirentur,præſidis prouinciæ officium eſt.l.ne corpora. ff.de religi. l.3.§. non perpetuas.de ſepul. viol.

¶ Vexare annonam, eſt attentare, vt maxime dardanarij ſolent.lege, annonam.ff. de extraord.crimin.ibi,dardanarij dicuntur qui Dardanum hominem ſceleratum imitantur: vt ſunt propolæ, quos reuenditores dicimus, qui omnia præmunt, vt poſtea carius vendant, ſaltem attentant quo pretio habere poſsint: ob id prohibentur in d. lege, annonam. ideo ſi ſtatuto ciuitatis prohibeantur propolæ ante decimam, vel duodecimam horam emere, vt in lege ſecunda, ff. de nundi. vbi glo. attentare etiam prohibentur, vt in d. lege, annonam. alioqui puniri debent. Vexare verò annonam dicuntur, vel quando eam carius vendere procurant, vel miſcendo alia grana, aut procurando quod veniat ad vnum, ne alij habeant. Et ſic vexare annonam pro vaſtare quidam accipere volunt.

Vexare annonam, pro attentare. Dardanarij, propolæ, ſeu reuenditores.

¶ Vexari ſenio & imbellicitate corporis, lege ſecunda, circa fin. ff. de vacat. mune. ibi, quem ita ſenio & corporis imbellicitate vexari præſes animaduerterit vt muneri perferendæ pecuniæ non ſufficiat,dimittat,& alium conſtituat.

Vexari ſenio, & imbecillitate corporis.

¶ Vexatio corporis, in lege, ſemper. ff. de iure immunita, dicitur in munere perſonali. ibi, maxime ſi non tam corporis habeat vexationem, quam pecuniæ erogationem indicti muneris adminiſtratio.

Vexatio corporis.

¶ Vexarentur podagra,l.qui tertiana febre,aut quartana, aut podagra vexarentur. ff. de ædil.edicto. Et ſi nolitis vexari podagra, aut morbo affici Neapolitano, à ciborum multitudine,& à mulierum abuſu abſtinete,vt nos docet Hieronymus in cap. legimus. de conſecra. diſt. 5. quia hodie multi prælati tumidum ventrem ex repletione habentes podagra maxime laborant minima deuotione ſuffulti.

Vexari podagra.

§. Poſt Kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute Principis vota ſuſcipiuntur.

¶ Die quarta Ianuarij Roma ludos habebat, eoque die fiebat votorum nuncupatio, & pro salute Principis solemne præstabat iuramentum, Neronem Drusumque dus commendantes, vt in lib. fast. Quidius asserit. plene Alex. in lib. Genial. 3. c. 22.

Votum, quid.

¶ Et Alcia. lib. 5. paregon. c. 9. dicit votum deo fieri vel Principi, pollicitationem reipubl. vel priuato, Scripsi in l. sponsio. supra eodem. Votum etiam pro voluntate seu desiderio alibi frequenter accipitur. vnde ex nostro text. infert Ioannes de Plat. in lege vnica. Cod. de oblatione votorum lib. 12. quolibet anno in quarto die Ianuarij subditos debere ieiunare pro Principis salute. Quod tex. non probat, licet in hoc loco eius dictum confirmet glo. sed iste tex. vult, quod omnia vota pro Principis salute emissa impleantur, & suscipiebantur à pontificibus die quarto Ianuarij, vel secundum quosdam emittebantur, & concipiebantur. Et potest iste tex. de vtroque intelligi. nam hic dies solemnis erat, à negotiis priuatis alienus & à forensibus controuersiis; leges omnes. 2. C. de feriis. ita solebant olim subditi suos dominos vehementiori amore prosequi & honore: ob id quam plurima vota pro Principe nuncupabant, quæ adimplebant hoc die, si Princeps superstes esset, & conditio impleta esset. & præsidi votorum soluere, licebat fines prouinciæ excedere: ita tamen vt abnoctare ei non liceret, l. illud. ff. de offi. præsid. & hæc vota sponte offerebantur, vt in titu. & lege vna. C. de obla. voto. libro 12. patet. & ibi accipitur votum pro dono sponte Principi dato, vel promisso. Oblatio etiam est species muneris. Nam primò habemus canonem, quod domanium dicitur, vt portoria & vectigalia, & huiusmodi. Oblationem quoque auxilia nunc dicimus, vt octaua vini heminatim diuidenti, & vicesima eius quod cuppatim culeatimque venit. Indictio est quam talem vocamus, antiqui collationem, teste Budæo in annota. in Pandect. tit. de offic. præfec. prætor. & plures tituli sunt. de primo est tit. de cano. largi. tit. lib. 10. & tit. de cano. frumenta. lib. 11. & multæ leges C. de hoc canone loquuntur. Oblatio verò licet olim sponte fieri soleret, tamen hodie omnes ad oblationem functionum publicarum oportet vrgeri, lege, omnes. C. de anno. & tribu. lib. 10. De indictione est rub. de indict. libro decimo, & lege, indictiones non personis sed rebus indici solent. de anno. & trib. eod. lib.

De votis, & quomodo olim conciperentur.

Oblatio, muneris species.

Indictio quid.

In principes tyrannidem exercentes in subditos.

¶ Sed postea quam multi domini tyrannidem pro pallio induti fuerunt, subditi ab ipsis etiam defecerunt: quod tamen non debent facere, cum dicatur primę Petri 2. cap. subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. sed hodie quia status dominorum & subditorum deterioratus est, vnus pro altero vota emittere vix solet, sed habentur orationes pro Principis salute frequentes: & frequentiores essent si bene subditi tractarentur: quod dij faxint.

Votum ex Cic. definitione.

¶ In lege 12. tab. lex ista lata erat: Sancte vota reddito: pœna violati iuris esto. vnde Cic. in lib. de legib. votum sponsionē qua deo obligamur definit. Et qui non sancte vota adimplet pœna ei infligitur violati iuris. & Romani tum precibus, tum votis deos placabant. Verg.

Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.
Cecidere animi, nec iam amplius armis, &c.

Iuuenalis tamen aliter scribit vota fuisse:

Prima fere vota, & cunctis notissima templis,
Diuitiæ vt crescant, vt opes, vt maxima toto
Nostra sit arca foro, &c.

Preces quæ fundendæ pro principibus.

Sic iubet Paul. ad Timoth. secundo cap. obsecrationes fieri pro salute & incolumitate Regum & Principum. atque ita Tertul. in apologet. scribit: Nos, inquit, pro salute Imperatorum deum vocamus æternum, deum verum, & deum viuum: & deinde precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, orbem quietum exposcentes. Ecce quas debemus effundere preces pro Principibus, & pro his qui in sublimitate sunt. & votum quinque rebus perfici docet Cæl. libro antiq. lecti. quarto, cap. 25. & cap. 14. vbi tres dicit haberi Principes super mundum, videlicet Oromasin, Mitrin,

Principes tres super mundum.

Arimarim, id est deum, mentem, & animam. A solo deo primam ipsam in mundo fieri vnitatem partium & totius: à mente, virtute dei, ordinem vnitarum partium: ab anima, superiorum virtute, motum fieri operis ordinati, &c.

Inter homines quis imperet, quis item pareat.

¶ Item in hac re nobis est testis Aristoteles lib. politi. 1. esse inter homines ἄρχον μὲν τῇ φύσει, καὶ ἄρχόμενον ἄλλα τὴν σωτηρίαν, hoc est, imperans quidem natura, & parens propter conseruationem. Nam qui mente rem prospicere potest, natura imperare videtur ac dominari: qui verò corpore ita affectus est vt ista exequi non possit, nihil ipse admodum despiciens, ἀρχόμενος, καὶ φύσει δοῦλος, quod est, paret natura atque seruit: vt refert idem Cæl. lib. 10. c. 8 Hęc votorum materia vberius tractatur à theologis & canonistis, maximè in toto tit. de voto & voti redempt. ad quos vos reijcio.

In votis quid debeamus expetere, ex Socrate.

¶ Sed quid in his votis expetere debeamus, non possum omittere, quod Valer. lib. 7. c. 2. sapienter dictum scribit de Socra. his verbis: Socrates humanę sapientię quasi quoddam ter-

restre oraculum nil vltra petendum à dijs immortalibus arbitrabatur, quam vt bona tribuerent: quia ij demum scirent quod vnicuique esset vtile: nos autem plerunque id votis expetere quod non impetrasse melius foret. & videte reliqua ibidem lectu valde digna. phrases huius verbi suscipere docui in lib. conuentionibus. supra eod.

§. Telum vulgò quidem id appellatur quod ab arcu mittitur, sed nunc omne significatur quod mittitur manu. Ita sequitur vt & lapis, & lignum, & ferrum hoc nomine contineatur: dictúmque ab eo, quòd in longinquum mittitur, Græca voce figuratum, ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. & hanc significationem inuenire possumus & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur: sed non minus omne significatur, quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι. Admonet nos Xenophon. nam ita scribit: καὶ τὰ βέλη ὅμβροι ἐφίεσαν, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι· πλήσιοι δὲ ἦ λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

Teli nomine quid contineatur.

¶ *Telum vulgo quidem id appellatur.* In iure frequens est teli mentio, ob id iste textus declarat quid eius nomine veniat, dicens: Telum vocatur non solum quod ab arcu, sed omne quod manu mittitur: & ideo lapis, lignum & ferrum hoc nomine continentur: similis tex. in §. lex Cornelia. de publi. iudi. in Insti. vnde is qui ambulauit cum telo hominis occidendi causa, punitur ac si occiderit, l. 1. ff. ad leg. Cornel. de sica. & l. is qui. C. eodem. &. §. item lex Cornelia. de publi. iudi. tamen qui telum salutis suæ causa gerunt non videntur hominis necandi causa portare, l. hi qui. §. vlt. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & Iulius Paulus. in lib. 5. recepta. sententia. rub. de his quæ per turbam fiunt, sic dicit: Telorum autem appellatione omnia ex quibus saluti hominis noceri possit accipiuntur. Et telorum nomina docet Aul. Gel. lib. 10. c. 25. & Alcia. lib. 6. paregon. c. 21.

Qui ambulant cum telo hominis occidendi causa an puniẽdi.

¶ Sed hoc non seruatur de generali consuetudine Regni Franciæ, imò nec de generali consuetudine mundi punitur is qui cum telo ambulauit occidendi gratia, si nil attentauerit, vt testatur Aufre. in stylo parlamenti in 1. parte rub. de alta, media & bassa iurisdictione, §. 1. vt plene scripsi in præfa. ad consti. Regi. in 1. tomo commenta.

¶ Τέλος interdum pro sacrificio positum inuenimus. τελεῖας verò tum mystica, tum maiora dici festa constat: quod non citra grandiorem impensam fierent. ἀπὸ τοῦ τελεῖν, quod impendere est. Vnde qui multa profundunt, dicti sunt πολυτελεῖς: qui pauca, ὀλιγοτελεῖς, teste Cælio in lib. antiq. lecti. 7. c. 2. in fin. τέλος alia significatione finem denotat, & quandoque vectigal, nuptias & multa alia apud Græcos, vt plene explicat Budæ. in commen. linguæ Græcæ. in. de τελέω, perficio, perago, peruenio, finio, initio, sacra facio, sumptus facio, vectigal soluo, & reliqua. τέλειος verò dicitur perfectus, adultus, qui iustæ est magnitudinis & integræ ętatis, absolutus. τέλειοι etiam dicebantur vxores ducentes, quod is dies τέλειος, id est vltimus dies vitæ sit, saltem quoad libertatem.

τέλος, quid.
τελετὰς.
τελῶ.
Πολυτελεῖς.
Ὀλιγοτελεῖς.
τέλειος.

¶ *Quod ab arcu mittitur*, vt sagittæ, siue ab arcu mittantur siue à ballistæ: nam appellatione arcus ballistæ etiam continetur, c. vnic. vbi docto. de sagitta. sed quia veteres magis vtebantur arcubus, quam ballistis, ideo nominauit Iurisconsultus arcum, & in §. penul. in authen. de armis, colla. 6.

Arcus pro balista.

¶ Sic hodie potissimum vbi esset eadem ratio, ballistæ appellatione venirent arcus, & econtrario, cum etiam ballista deducatur ἀπὸ τοῦ βάλλειν, verbo Græco, quod est iacio, mitto, sagitto, iaculor, quod iaciat. Et sic effectu inspecto idem erit, vt §. 1. in authen. de armis. colla. 6. & hæc tela præuisa minus lædere solent, l. fin. C. de indicti. lib. 10. & l. eos. vbi Rebuff. C. de aquæductu, lib. 11. sed aliter capitur arcus nomen in l. supra iter alienum arcus aquæ ducendæ causa non iure fiet. ff. de aqua plu. arcen. declarat Cepol. in tract. de seruitu. vrba. prædio. rub. de ponte. c. 70. & Socin. consi. 141. in 1. vol. vt intelligatur pro ponte qui solet fieri supra viam publicam de vna domo ad alteram. De quo etiam loquitur Iurisconsultus in l. 2. §. tractatum. ff. ne quid in loco pub. vbi est prohibitum habere istos pontes, & arcus super viam publicã, nisi à Principe, senatu, aut ciuitatis administratore concessum fuerit ex causa, vt §. merito. & sequenti in d. l. 2. & l. fin. ff. de flumi. Cepol. in d. tract. c. 60. rub. de pontuello.

Ballista.

Arcus pro ponte.

¶ *Sed hunc omne significatur quod manu mittitur. Itaque sequitur vt lapis, lignum, &c.* Et sic omne quod manu mittitur telum vocatur. Exemplum tradit in lapide. quo teli appellatione continetur, intellige post emissionem, ante verò non, vt dixi in l. armorum. supra eod. siue hi manu mittantur, siue ballista, vel funda, seu arcu. vnde Iurisconsultus in l. penul. ff. de vi pub. sic ait, teli appellatione omnia ex quibus singuli homines nocere possunt accipiuntur: & maiestatis crimine tenentur, qui dolo malo quo armati homines cum telo lapidibúsve in

Teli nomine & lapis, emissus continetur.

vrbe sint conueniunt.ff.ad leg.Iul.maiest.l.1.& in l.cuiusque eos teneri similiter cuius opera hostes telis,equis, pecunia,aliave re aliqua adiuti erunt,ibidem.& l.aut damnum.§.1. ff. de pœnis. Aut vita adimitur, veputa si damnatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur: sed animaduerti gladio oportet,non securi,vel telo,vel fustibus,vel laqueo,vel aliquo alio modo.

Teli nomine multa armorũ genera contineri.

¶ Intelligite siue telum sit ferratum,vt sagittæ,dardi,lancea,geuelinæ,genetarię, & similia:siue non,quia hic non distinguit,teste Barber.in viato.iur. rub.de homicid. etiam fustis teli appellatione significatur,l.si pignore.§.teli.ff. de fur.vbi sic dicitur: teli autem appellatione & fustis & ferrum & lapis & denique omne quod nocendi causa habetur, significeatur.vnde post delictum ligno commissum,telo dicemus homicidium factum,& illum qui hominem ligno interfecerit.puniendum.

Animus occidendi præsumitur ex instrumenti genere.

¶ Ex genere tamen instrumenti præsumitur animus occidendi adesse, vel abesse:nempe si ballista aliquis occidat,præsumitur quod voluerit occidere,& sic dolus inest.secus si modico ligno quis alium percusserit,& is moriatur,tunc non punietur lege Cornelia de sicar. quæ dolum requirit.l.in lege Cornelia.ff.de sica.& dicit tex.in l.1.circa fi.ibid. quod si quis clava percusserit,aut cucuma in rixa,quamuis ferro percusserit,tamen non occidendi animo,leniendam eius pœnam, qui in rixa casu magis quam voluntate homicidium admisit. Budæ.in anno.legit ibi clavi.Nam clava ferrum non habet,nisi si in loris clauorum capita habeat. Egò verò puro legendum clava. Est verò clava fustis caput ad clavi similitudinem habens,qua Hercules vtebatur,vulgò *vne massue*.Non requirit ferrum,alioqui ex ferro deprehenderetur animus occidendi. vnde Iurisc on. vult ostendere, quod si quis occiderit hominem clava, non debet puniri pœna legis Cornelię, quia ab eo animus occidendi ex instrumento præsumitur:& sic dolus aberat:vnde leniendam pœnam dicit. aut si quis percusserit cucuma in rixa,quamuis ferro percusserit.nam in cucuma ferrum est.Budæus autem non declarat,& Nebricensis dicit sibi non liquere quid sit cucuma.sed Cotta in secunda parte memoralium,in verbo cucuma,dicit esse vasis coquinatorij genus, ad calefaciendam aquam, quod ex ære & terra factitatum est: quod probat ex diuo Ambrosio: Dij,inquit, tui aut ænei sunt, ex quibus cucumæ melius fiunt ad vsus hominum. Et ex Petro: Frangitur ergo ceruix cucumæ, ignemque valescentem restinguunt.vulgo appellamus *coquemart*.

Clava.

Cucuma quid.

¶ Ex prædictis patet verus sensus ad illum tex.quod si quis clava percusserit hominem, non præsumetur dolo fecisse, & sic animo occidendi non præsumitur percusisse:ideo lenienda pœna est,etiã si percusserit cucuma in rixa, quamuis ferro:nempe cucuma ex ferro facta est,vel ex ære, tamen non præsumitur animus occidendi, quamuis ferro percusserit. Nam casu magis quam volũtate homicidium admisit.Et primò dicit ex genere instrumenti in quo non est ferrum deprehendi animum non occidendi; item ex instrumento etiam ex ferro, tamen quia non erat destinatum & factum ad nocendum, etiam animus cognoscitur non occidendi.& sic ille tex.intelligi debet,quicquid dicant alij.vide l.si quando.§.1. ff.si serui.vindi.de cucumelis.

¶ *Et ferrum hoc nomine contineatur*. Teli nomine venit ferrum. dictum est autem telum quod in longinquum mittatur, *ἀπὸ τῆ τηλοῦ*, quod est longe. Et sic habemus in text. vel vt Budæus refert,à Græca voce figuratum, *τῆλε*, quod est de longinquo, & in idem reincidit.

Telum, vnde.

¶ *Apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα*. inde *τοξάω* sagitto, & *τόξα* arcus, seu *τόξου*. & Græci fere pluraliter dicunt *τόξα*, & *τόξευμα*, siue sagittam siue sagittationem, *ἀπὸ τῆ τόξου*, quod à barbaris sagittæ inficerentur,vel à taxo arbore venenata.

τόξευμα & τόξου.

Teli nomine ferrum contineri.

¶ Et sic apparet ex isto tex.teli nomine venire ferrum, vt Iurisc on. ait, casu delinquere eum, qui venando telo in feram misso hominem interficit. l. respiciendum. in fin. ff. de pœnis.Et colubrinarum,vel bombardarum missilia,vel plumbatæ, claui missiles, vel alia id genus missilia ex ferro,teli nomine continentur. Quod facit ad intellectum multarum legum de telo loquentium,l.3.ff.de vi publ.

¶ Limitatur,quando telum exprimeretur inter alias species armorum: vtpote si numeraretur gladius,fustis,securis,& telum:tunc enim acciperetur pro sagitta,vel alio missili,secundum subiectam materiam,l.aut damnum.§.1. ff. de pœn. Alia scripsi in bulla cœnæ domini,arti.5.in glo.ferrum.& sequen.

Ferri appellatione quid veniat.

¶ Secundò ferri appellatione venit omne id quod iuuare potest carceratum ad liberandum se à vinculis,siue consistat in ferro,siue in alia metalli specie,vt lima,& similibus.vnde carceri præpositus si ferrum venenumve in carcerem inferri passus est, officio iudicis puniendus est,l.carceri.ff.de custo. reorum.vnde ferramenta sunt instrumenta ex ferro.& qui ferramenta causa furti commodauerit, furti teneri ait Iurisc.in l.si pignore.§.fin. ff. de furt.

Archidami dictum.

¶ Vltimò non omittam quid Archidamus Agesilai filius cum genus teli vidisset tunc primum ex Sicilia allatum,exclamando dixerit: O Hercules, interiit viri virtus.quid enim protulisset si bombardas aspexisset?

¶ Notandum

¶ Notandum est quod verbum inuenire variis modis accipitur. Aliquando inuenire capitur pro inducere,vt inuenire viam,in §. penul. in proœmio Instit. ibi, Incipite igitur legum eis doctrinã dei gubernatione tradere, & viam aperire quam nos inuenimus. postea in tex. habetur: Quia vestris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum,&c.§.fi.de dona.in Instit. item inuenit vsum literę r. Appius Claudius,in l.2. §. iuris ciuilis. de origi. iur. id est per vsum induxit,vt r.litera, pro s.pronuntiaretur, vt pro Fusiis Furij,sicut nunc faciunt multi Parisienses, Bituriges & Turonenses.

Inuenire quot modis accipiatur.

Inuenire pro inducere.

¶ Inueniſſe anniculum in domo sua maritum dicit Iurisconsul. in l.filium. ff. de his qui sunt sui vel alie.iur.pro comperisse.l.illud.§.penul.ff.de tribu.acti.l.vbi.de verbo.oblig.ibi, bono melius inuenitur.Inuentus sit exheredatus prolato testamento is qui responderat se heredem esse,l.de ætate.§. ex causa. de interroga. actio. inueniſſe instrumenta noua si quis dicat,l.admonendi.ff.de iureiur.inuenitur minus in peculio rei iudicandę tempore, quam debet,pro ostendatur,l.quotiens.de pecul.iugera viginti inuenta sunt,id est patefacta,ostensa,l.qui fundum.§. qui agrum. ff. de contra. empti. inueniatur versum in rem suam, l. 2. §. illud.3.ff.de here.vel acti.vendi.

Verbi inuenire phrases aliquot.

¶ Si inueniatur modus agri minor pro numero iugerum, auctor obligatus est, quia vbi modus minor inuenitur,non potest æstimari bonitas loci quæ non extat,l.si seruum.§. fi. ff.de acti.empt.pro ostendere,l.si in qualitate.l.si duorum.ibidem.l.2.§.1. de iure fis.ibi, & si verum aliter non inueniatur,ea subtracta esse credantur. Inuenire pro reperire,& ostendere,l.2.qui potio.in pigno.habe.ibi, secundus creditor in pignore postea dato non tam potior quam solus inuenitur.l.Titius.in fin.l.sicut.in fin.quib.mod.pig.soluitur.ibi, inueniebatur ante Mæuius in instrumento cautionis cum republica facto à Seio interfuisse, & sub scripsisse.inueniatur comesor,l.si quid.ff.de ædil.edi. si non facile ad reficienda opera ciuitatis pecunia inueniatur,l.fin.ff.de oper.publ.id est facile non habeatur,non reperiatur.

Inuenire pro reperire.

¶ Inueniſſe dicat se thesaurum,l.1.§.1.ff. de iure fisci:& inuentus thesaurus in fundo mulieris, in fructu non est: sed dimidia pars soli marito restituitur, quasi in alieno inuentus, l. diuortio. §. si fundum. ff. soluto matrimonio. Inuenire pro discernere, l.1. ff. de rerum permutatio.vbi in principio dicit discerni,postea inueniri. Inuenire pro excogitare,comperire,l.1.ff.de præscrip.verb. ibi, cum proprium nomen inuenire non possumus. Et de iure canonico cum Papa mandat iudicibus, si inueneritis hæc esse, intelligitur si vobis constiterit,c.1.de dilatio.

Inuenire pro discernere.

Inuenire pro excogitare.

¶ Nec approbo sententiam Bar. & aliorum interpretum, dicentium verbum inuenire debere intelligi & pro apprehendere. Ex quo inferunt ad statutum dans præmium inuenienti latronem,vel luſorem,vel arma deferentem, seu mulierem cum auro & gemmis, vt intelligatur præmium habere non nisi apprehendat. Allegant l.si barsatoram. C. de fideiusso.& l.1.ff. de acquir. possess. vbi plene doct. quæ iura potius probant contrarium, si bene intelligantur.Nam ibi dicit tex.si Lysanias decurio promisit se inuenturum barsatoram latronem: compellendum exhibere. ibi ratione obligationis & promissionis, quia inuenire non censetur nisi exhibeat eum,id est capiendi potestatem præbeat:aut cum transmittat, vt ibi dicit tex. & sic non dicit apprehendat. Et tex. est contrarius in l. raptores.in prin. C. de epis. & cleri. ibi, vbi inuenti fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine deprehensi, &c.in quo esset superfluitas,si inuenire contineret apprehendere.facit l.quotiens.ff. ad leg. Aquil.quæ verbo deprehendere vtitur.

Inuenire verbum non sumi pro apprehendere, contra Bart.& alios.

¶ Vnde aliud est inuenire,aliud apprehendere.Nam multa inuenimus, quæ non apprehendimus.feras enim bestias inuenimus,& tamen non apprehendimus.§.feræ.& §.illud.de rer.diuisi.in Instit.& si omnia illa quæ inuenimus apprehenderemus.fures essemus,l.1.ff. de furt. facit tex. in l.1. in prin. ff. de acquir. possessi. vbi margaritæ in litoribus inuentæ eius fiunt qui primus earum possessionẽ nactus est.ergo ista sunt diuersa, inuenire & apprehendere.Præterea non posset quis apprehendere rem immobilem, & tamen inuenire quis eam potest,l.si seruum,in fi.ff.de acti.empti.vt supra dixi. ideo ista separata sunt. & iure gentium per occupationem mea fiunt quę nullius in bonis sunt,l.3.& l.naturalem.ff. de acquir. rer. domi.& in Institu.de rer. diuisi.§.apium.cum seq,sed non sola inuentione. Videte Francis. de Ripa in tract.de peste,in 3.parte.q.9.& Hippoly. in pract. crimina. §. pro complemento. nu.24.cum sequen.Itaque si detur præmium inuenienti hæreticum,vel proditorem, sufficit quod is patefecerit, vel ostenderit vbinam locorum sit ille proditor, in quibus locis postea apprehendi possit, l. solent. ff. de præscriptis verbis.nec inueniens tenetur prehendere illum; & exercitum parare ad capiendum illum proditorẽ, sed sufficit quod indicet illum esse in tali loco in quo apprehendi possit: & sic doct. debebant distinguere inuentionem & apprehensionem.

Inuenire & apprehendere quid differant.

¶ Igitur hoc verbum inuenire interdum respicit personam cum qua actus fieri debet:& non censetur inuenta si actus cum illa non possit fieri, & illi denuntiari, vt in citatione & aliis actibus iudicialibus,c.fin.de dolo,l.aut si aliter. §. si quis. ff.quod vi aut clam. idem in extra

Inuenire ad personam velatum quomodo capiatur.

extraiudicialibus, vt si reuocatio procuratoris debeat notificari Titio, is non censeatur inuentus nisi copiam sui faciat, l. 2. ff. ad exhib. scripsi in l. plus est. supra eodem. facit l. qui cum vno. §. 1. de re milit.

Inuenire ad rem relatum, quomodo accipiatur.

¶ Interdum refertur ad rem, & tunc accipitur pro comperuit, vt illam habere possit. l. qui leuandę nauis gratia res aliquas proiiciunt, non hanc mentem habent vt eas pro derelicto habeant: quippe si inuenerint, eas ablaturos: & si suspicati fuerint in quem locum iactę sint, requisituros, &c. ff. ad leg. Rho. de iact. facit l. 2. ff. de condict. sine cau. licet glo. ibi addat, inuenerit & habuerit: tamen sufficit quod ei indicata fuerit res apud quem sit, quia actionem ad rem habet: ergo & ipsam rem, l. qui actionem. ff. de regul. iur. poterit tamen expensis fullonis illam prosequi, in d. l. licet. Inde inuentarium, quod omne inuentum in eo conscribi debeat, l. fin. ff. de bonis auctori. iudi. possid. alias dicitur repertorium, quod omnia reperta contineat, l. tutor qui repertorium. ff. de adminisst. tut. l. fin. arbit. tut. & l. fin. de iure delib.

Inuentarij nomen vnde.

Comperire pro inuenire.

¶ Comperire pro inuenire. vnde dicit Tryphonius in l. auxilium. in fin. ff. de minorib. Minori non succurrendum, si adulterium commiserit, quæstumve de adulterio vxoris fecerit, pretiumque pro comperto stupro acceperit. & in l. ibi quidem. quod met. caus.

Reperire & inuenire quid differant.

¶ Reperire dicunt casum & fortunam respicere: inuenire verò laborem & consilium. Valla in li. elegantiarum 5. c. 2. quam sententiam pluribus probat Francis. Florid. in lib. successiua. lecti. 1. c. 7. ibi reprehendens Alex. ab Alex. & nostri interpretes dicunt, inuenire id dici, quod cum inquisitione comperitur: reperire, quod fortuito occurrit. docet Lucas in l. inter. col. 1. C. de conuenien. fis. debito. lib. 10. & Felin. in c. 2. col. 3. de rescrip. sed nil allegat. vi dete tamen an exactè apud Iurisc. seruetur, in l. quidam. ff. de dolo, l. Labeo. de seruitu. rusti. prędio. l. quod priuilegium. depos. & aliis in legibus de his mentionem habentibus.

¶ Vltimò inueniens rem alterius, non potest pretium causa inuentionis petere, nisi laborauerit eam perquirendo, ex domini voluntate, l. falsus. in fin. ff. de furt. vbi glo. & Bar. & Angel. in §. fin. de rer. diuis. in Institu. scripsi in interpretatione l. diuus. ff. de senatusco. Silan.

Interuenire pro alio, pro comparere, agere.

¶ Interuenit pro alio, id est comparet, agit, defendit, l. non solum. §. agere quis iniurarum & per se & per alium potest: vtputa per procuratorem, tutorem, ceterosque qui solent interuenire. ff. de iniur. l. seruum. in fin. & l. Pomponius. in fi. ff. de procura. l. 2. quod cuiusque vniuersi. nomi. l. sed si hac. §. fin. de in ius vocan. ibi, semper autem hunc honorem patrono habendum, & si quasi tutor, vel curator, vel defensor, vel actor interueniat patronus: sed si patroni tutor vel curator interueniat, impune posse eos in ius vocari. Interuenit, id est fideiussit. l. generaliter. ibi, qui heres extitit ei pro quo interuenerat. ff. de fideiusso. l. à sententia. §. item fideiussores pro eo pro quo interuenerunt. de appel. l. libertus. in fin. ibi, in quas inciderunt hi pro quibus interuenerunt. ff. ad municip. l. 2. ibi, nec pro alio interuenire. & l. semper qui non prohibet pro se interuenire, mandare creditur, & multis in locis, potissime in materia fideiussorum.

Interuenire, pro interim venire.

¶ Interuenit, pro interim venit, l. ne quid ex naufragiis diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis, multifariam prospectum est. ff. de incendio. & in rub. si penden. appel. mors interuenerit. & si proxeneta interuenerit faciendi nominis causa, l. 2. de proxe. Interuenire, accedere, intercedere, existere, l. is cui. ibi, & ideo nec fideiussor pro eo interuenire poterit. & l. si seruum. §. sequitur. iuncto prin. ff. de verbo. obliga. l. 1. si simulato præsidis iussu concussio interuenerit, de concuss. l. penul. de pub. iudi. Et liberales causæ quæ non interueniente fisci aduocato decisæ sunt, in integ. restituuntur, l. 3. §. diuus Adria. ff. de iure fisc. l. penul. in fin. de vari. cogniti. Lquædam. in prin. de eden. l. filiusfa. in fin. iuncta l. si post datum. de procura. vbi in vna lege dicitur inimicitiæ capitales interuenerint, & in altera interceserint. l. seruitutes. magna. iuncta l. fi. ff. de seruitu.

Interuenire pro animaduertere, Interuenire pro interesse.

¶ Interuenire pro animaduertere, l. 3. §. aduersus eos qui caduca spoliant, præsides seuerius interuenire solent. ff. de sepul. viol. Interuenire in negotiis publicis est interesse, & administrare publica negotia, l. moris. §. solet. ff. de pœn. ibi, erit & illa pœna, ne quis negotiis publicis interueniat. hic enim priuatis quidē interesse poterit, publicis prohibebitur. Interuenisse, id est interfuisse exponit glo. in l. vnius. §. testes. ff. de quæsti. vide l. cum hi. de transactio. ibi, solet igitur prætor interuenire, id est auctore eo transactio alimentorum fieri. ibid.

Interuentor, pro fideiussore.

¶ Interuentor, l. 3. §. sed si filiusfa. ff. de pecul. pro intercessore, seu fideiussore accipitur, vt declaratur ibi, dū dicitur: sed si filius fideiussor, vel quasi interuentor acceptus sit, is intercessor dicitur, in §. si filiusfa. ibidem, dum scribitur: si filiusfa. vel seruus pro aliquo fideiusserint, vel alias interuenerint, vel mandauerint. Vel interuentor, qui agit vel defendit alium, vt procurator, tutor, vel curator, l. licet. in fin. ff. de obseq. ibi, honor autem his personis habebitur ipsis, non autem interuentoribus eorum.

Idem

IDEM LIB. II. AD LEG. XII. TABVL.

LEX CCXXXIIII.

Quos nos hostes appellamus, eos veteres perduelles appellabant, per eandem adiectionem indicantes cum quibus bellum esset.

Perduelles à veteribus qui dicerentur. Duellare. Duellator. Hostes olim qui dicerētur.

¶ Tria dicta continet, & sic bifariam partitur. Secunda ibi, locuples. Tertia ibi, verbum viuere. Veteres perduelles hostes vocabant, quasi perfecte duellantes & bellantes. Duellare enim bellare est: inde duellator, bellator. Plaut. in capt. *Valete iudices iustissimi, domi bellique duellatores optimi.* Et Festus ait, perduellis bellum pertinaciter retinet. hostes enim olim dicebantur quos nunc vocamus peregrinos. hoc Cicero 1. offi. testatur. Equidem ait, illud animaduerto, quod qui proprio nomine esset perduellis, vocaretur hostis, lenitate verbi tristitiam mitigante. hodie omnes contra quos bellum gerimus, perduelles nostri, id est hostes & inimici vulgo vocantur.

Perduellionis reus, quis.

¶ Inde perduellionis reos dictos indicat Catellia. quod duorum iudicio iudicarentur hi qui maiora crimina perpetrabant, vt ex Liuio lib. 1. de Horatio apparet, qui postquam interfecisset sororem, ad duumuiros ad quos erat remissus, dixit princeps concilio populi aduocato, in hæc verba: duumuiros, inquit, qui Horatium perduellionem iudicent secundum legem facio. lex horrendi criminis erat: duumuiri perduellionem iudicent. si à duumuiris prouocauerit, prouocatione certato. si vincent, caput obnubito, infelici arbori reste suspendito, verberato vel intra pomœriū, vel extra. Cotta in secunda parte memoral. in verbo Perduellionis.

Perduellionis crimen specialius sumptum.

¶ Crimen etiam perduellionis specialius sumptum, est etiam quod committitur in principem, vel in rempublicam tantùm, l. fin. ff. ad leg. Iul. maiest. de quo etiam loquitur Iurisc. in l. donationes, §. fi. ff. de dona. l. cum filius. §. fi. de lega. 2. l. liberorum. §. penul. de his qui not. infa. & dicitur crimen læsæ maiestatis in his duobus capitibus.

Læsæ maiestatis criminis duo capita.

¶ Sed crimen læsæ maiestatis est generalius, quod etiam committitur in eos qui consiliis & consistorio principis intersunt: quia pars corporis principis sunt, l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & in duobus casibus prædictis damnatur memoria post mortem, vt in l. Pantonius. §. 1. ff. de acquir. here. glo. in §. interdum. versi. per contrarium. de heredi. quæ ab intesta. defer. in Insti. in l. cum filius. §. fin. de lega. 2. explicat plene Budæ. de crimine maiesta. læsæ, vel imminutæ in tit. ff. ad leg. Iul. maiesta. in adnotationibus suis. sed quando committitur maiestatis crimen in secundo capite in consiliarios principum, intelligitur de primis & principi adhærentibus, l. boues. §. hoc sermone. supra. de consiliariis verò curiarum supremarum, Guido deci. 344. Pone dubitat. sed non esse dubitandum asserit Hippol. cons. 127. superioribus. & Ioan. Montaigne in tract. de auctori. magi. consil. in prin. sed liberi non damnabuntur, sicut in primo capite: nec bona sic confiscabuntur, nisi consuetudo vellet quod pro crimine capitali bona publicarentur. nec quidem hoc locum habet in consiliariis præsidum, vt docet Boer. in tract. de seditios. in 6. præsuppos. & fuit quidam Bernardus ad pœnam capitis condemnatus, quod vulnerasset consiliarium curię Parisiensis supremę, ann. 1391. die Veneris, ante festum Pentecostes, vt Aufrer. refert in suis aresti. 137. item die Veneris. limitat Aegidi. Bellamera consil. 15. factum. col. 5. versi. sed in contrarium. & multa specialia in hoc crimine tradit Ioan. Igne. in tract. an Rex Frācię recognoscat superiorem, &c. in interpretat. c. 1. de præscript.

Hostile. Hostili animo.

¶ Inde hostile, quod hostium est. Nam ciues Romanos alias quam per portas egredi non licet, cum illud hostile, & abominandum sit, l. fin. ff. de rer. diuis. & hostili animo dicitur, in l. fi. ff. ad leg. Iul. maiest.

Vsus vocabuli significationem mutat.

¶ Colligitur ex hoc tex. quod vsus potest mutare vocabuli significationem: quod probat Horatius dicens, Multa cecidere, cadentque, si volet vsus.

§. Locuples est qui satis & idonee habet pro magnitudine rei, quam actor restituendam esse perit.

De satisdatione iudicatum solui. Locuples fideiussor.

¶ Olim si in rem agebatur, satisdare possessor compellebatur, vt si victus esset, nec rem ipsam restitueret, nec eius litis æstimationem, potestas esset petitori aut cum eo agendi aut cum fideiussoribus eius: quę satisdatio appellatur iudicatum solui. §. 1. de satisda. in Inst, is autem fideiussor locuples esse debebat, vt ibi. Et locuples is dicitur qui satis habet pro magnitudine rei petitę. Vnde si res petita esset centum aureorum, fideiussor ad minus centum aureos in bonis habere debet. Et sic locuples vocatur duobus modis. Primò quando est diues, & locorum plenus. vnde iudex qui de funere cognoscit, interdum sumptum in funere omnino admittere non debet; si forte in contumeliam hominis locupletis defuncti módicus factus sit. nam non debet habere huius rationem, cum magis contumeliam de-

Locuples duobus modis dicitur.

functo

functo feciſſe videatur ita eũ funerando,l.at ſi quis.§.iudex.ff.de relig,l.ſemper.in princ.& §. negotiatio.de iure immu.Secundò locuples dicitur,vt hic,quod ex ſequentib.dignoſcitur.

Fideiuſſor quis dari debeat ab eo qui in ius vocatur, niſi eat.

¶ Primò edicto cauetur, vt fideiuſſor ſiſtendi cauſa pro rei qualitate locuples detur, exceptis neceſſariis,l.1.ff.in ius voca.vt cant.quoniam pro locupletẽ accipitur qualiſcumque fideiuſſor in coniunctis perſonis, l. 3. ibidem.& locuples dicitur pro quantitate & magnitudine rei petitę,vt hic.& qui pro qualitate rei de qua agitur ſatis non habet,dicitur pauper ſecundum Alci. quod non approbo,quia poteſt eſſe quis non locuples, tamen non erit pauper:quia erit mediocris fortunę,ſiue bonorum.

Fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa,qualis.

¶ Secundò fideiuſſor in iudicio ſiſtendi cauſa locuples iubetur dari, non tantum ex facultatibus,ſed etiam ex conueniendi facilitate,l.2.ff.qui ſatiſd. cog. & qui pro rei qualitate euidentiſsime locupletem,vel ſi dubitetur,approbatum fideiuſſorem non acceperit, iniuriarum actio aduerſus eum eſſe poteſt,l.ſi vero.§.fi.ff.qui ſatiſd.cogan.qui tex.in forenſi iudicio non ſeruatur.ſed ſi oblatus fideiuſſor recuſetur, oportet dare certificatores qui eum idoneum eſſe dicant,per l.cum tabernam.§.1.ex antiq.edi.ff.de pigno.ſcripſi in tract. de ſentent.execu.arti.1. in primo tomo commentariorum in conſtitution. Regias. Poſtea iudex talem fideiuſſorem idoneum declarabit: & pars aduerſa appellare poterit ab illa declaratione ſi grauatam ſe ſenſerit. ſed iniuriarum agere non vidi. verùm contra iudicem qui minus idoneum locupletem pronuntiauit, poterit poſt certificatores agi in ſubſidium, l. 1.ff. de magiſtra. conuenien. quod tamen rarum eſt.

Tutores & curatores qui ſatiſſaent.

¶ Tertiò tutores & curatores quidam ſatiſdant,vt in tit.de ſatiſda.tuto.in Inſtitu.& fideiuſſores dant,vt in tit. C.de fideiuſſ.tut.& iſti fideiuſſores locupletes eſſe debent pro rei magnitudine,vt hic,licet non ita exacte ſeruetur in iudiciis,maxime ſi non opponatur.videte quæ laſ.poſt alios ſcribit in l.ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſda.cogant.

Recredentia quæ.

¶ Quartò vbicumq; iudex adiudicat alicui poſſeſsionem beneficij, quam vocant recredentiam,is qui obtinuit eam,fideiuſſorem de reſtituendo fructus beneficij dare debet locupletem:intelligite vt hic,pro magnitudine rei & valore beneficij.

Locuples, qui viuere ex ſuis bonis poteſt.

¶ Quintò ſeruus pignori datus, etiam ſi debitor locuples ſit, manumitti non poteſt, l. ſeruus.1.ff.de manumiſſi. & locuples ibi dicitur qui debitum ſoluere poteſt, & ſatis locupletem Iuriſcon.vocat in l.cum hi.§. nil autem. ff. de tranſact. qui viuere ex ſuis bonis poteſt,& ex reditibus illorum.

¶ Sextò minorem qui hereditatem adiit locupletem, ſi fato quid contigerit, non poſſe reſtitui,quia ætatis lubrico captus non eſt,ſtatuit Iuriſc.in l.verũ.§.ſi locupleti.ff.de minor.

Locuples in materia prouiſionali.

¶ Septimò in materia prouiſionali,& executoria, ſi quis fuerit per modum prouiſionis condemnatus ad decem aureos tradendos Titio,is debet dare fideiuſſorem pro magnitudine rei locupletem:de quo hic ſcribitur.

¶ Octauò locuples aliquando dicitur,vel pauper pro ſubiecta materia, l. nonnulli. ff. de accuſa.l.ſeruus.ff.de manumiſ. & arbitrio iudicis ſolent relinqui.tex.iuncta glo.in authen. præterea. C. vnde vir & vxor.qui debet maxime conſiderare iſtum tex.

Locupletior quis dicatur.

¶ Locupletior dicitur is cui aliquod lucrum eſt acquiſitum,glo.in l.cum ancilla.C.quod cum eo.vnde pupillus ſi alterius negotia geſſerit, vel aliud fecerit, etiam conueniri poteſt in id in quo factus eſt locupletior,l.3.§.pupillus.ff.de nego.geſt.l.quamuis.in fi. cum l. ſeq. ad Velleia.l.3.commoda.l.eatenus.ff.de inſtito.& l.1.§.an in pupillum.depoſiti.

Factus locupletior ex re quæpiam quæ petitur, quomodo teneatur.

¶ Et ſi is qui de alimentis ſine prætoris auctoritate tranſegit, locupletior factus ſit ea ſolutione, in quo factus ſit locupletior æquiſsimum eſt in eum dari repetitionem: nec enim debet ex alieno damno eſſe locuples,l.cum hi.§. ſi quis de alimentis. ff. de tranſact. & cum minor in integrum reſtituitur, omne id in quo factus eſt locupletior reſtituit,l. patri. §. prædium.& §.ſequenti.ff.de minori. igitur ſi ipſa res quæ ad alium peruenerit interiit, non eſſe locupletiorem dicemus: ſi verò in pecuniam aliamve rem conuerſa ſit, nil aliud quærendum eſt quis exitus ſit,ſed omnimodo locuples factus videtur,licet poſtea depereat,l. ſi ipſa res. ff. quod met. cau. & bonæfidei poſſeſſor tenetur quatenus factus eſt locupletior,l. vtrum.ff.de peti.heredi.l.3.de condict.indeb.& ideo ſi rem diſtraxit, & ex pretio aliam rem comparauit,locupletior in pretio erit.ſed & ſi res minoris valet,quam comparata eſt, catenus locupletior factus videtur, quatenus res valet: quemadmodum ſi conſumpſiſſet, in tantum locupletior factus non videretur.l.ſed & ſi lege.§.1.ibidem. Nec eo locupletiorem dicimus eum qui filium naturalem poſsidet,quod eum plurimo ſi alius poſsideret redemptus eſſet.Nec illum qui filium alienum poſsideat,tantum habere quanti eum patri vendere poſſet,l.ſi ſeruum.§.1.ff.ad leg.Aquil.planè ex dolo malo defuncti in heredem actio ad exhibendum danda eſt,ſi locupletior hereditas eo nomine facta fuerit, veluti quod pretium rei conſecutus eſt,l.de eo.in fi.ff.ad exhib.locupletior tamen non eſt hæres antequam adeat,l.pretia rerum.ff.ad leg.Fal.abunde ſcripſi contra Alcia.contrarium firmantem in interpretatione l.vnicæ.in glo.dupli.C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.

¶ Item verbum locupletior ſæpius pro locuplete accipitur.nam cum decem dari curari ſtipulatus

ſtipulatus ſis, ideo non poſſe te præciſe decem dari oportere intendere, quia etiam reum locupletiorem dando promiſſor liberari poſsit: quo ſcilicet ſignificat non eſſe cogendum eum accipere iudicium,ſi reum locupletem offerat,l.vlt.in fi.ff.ſi cer. peta.& l.reſcripto.§. ſciant igitur locupletiores.ff.de muneri. & honor.

Locuples peculium.

¶ Ex furtiua cauſa in patrem actio danda eſt,inquantum factus eſt ex furto filij locupletior, per l.3.§. ex furtiua. ff. de pecul. idem in domino ibi dicitur. idem vidi aliquando in marito & vxore, vt inquantum locupletior quis ex furto alterius factus ſit, conueniri poſsit.Defenſor mariti amplius quam maritus facere poſsit, non eſt condemnandus, etſi locupletiſsimus is ſit,l.minor.in fi.ff.de procur. Locuples peculium dicitur quando debita peculij ex eo ſolui poſſunt, l. quæſitum. §. 1. ff. de pecul. locupletius peculium dicitur auctum,l.1.§.1.ff.de pecul.ibi,ſi cum impubere filiofa.vel cum ſeruo contractũ ſit,ita dabitur in dominum vel in patrem de peculio actio,ſi locupletius eorum peculium factum ſit.

Locupleto, & locupletor. Locupletatus.

¶ Inde locupleto,diuitem facio:locupletor, diues fio.& iniquiſsimum ait Iuriſcon. ex furto ſerui dominum locupletari impune, l.3.§.ex furtiua.ff.de pecul.

¶ Locupletatus,in l.penul.§.filiusfa.ff. de caſtren. pecul. Etiam locupletior dicitur aliis modis,quos ſcribit Decius & alij in l.ex pœnalibus.ff. de regul.iur. & in §.actiones.col. 7. de act.in Inſtitu.& locupletio non dicitur qui habet populares actiones,l.penul.ff.de popul.acti.& natura æquum nõ eſt quem ex aliena iactura locupletiorem fieri, l.nam hoc natura.ff.de condicti.indeb.l.ſi quis.in fi.ff.de inſtito.acti.& qui nummis acceptis manumiſit, agi cum eo de in rem verſo non poteſt: quia dando libertatem locupletior ex nummis non fit, l.2. ff. de in rem verſo.

Satis idonee. Satiſaccipere. Satis habere.

¶ Satis idonee fit,& ſatis apte appellari poteſt, l.ſi, infra eodem.

¶ Satisaccipere elucidatur in l.ſatisdationis.& l.quibus.in fi.ſup.Satis habemus,l.in vſu, ſupra eodem.& eſt verum ſi modico contenti ſumus, vt dicit diuus Paul. nos eſſe debere. alioqui tandiu pauperes eritis quandiu voluntas habendi poſſederit, vt alibi dicam, his nunc contentus.

Appetere,pro deſiderare. Appeto & expeto quid differant.

¶ *Petit.* Variis ſumitur modis hoc verbum petere, vt abunde ſcripſi in l. in generali.ſup. eodem.eius compoſita appetere,expetere,competere, impetere, oppetere,repetere, & ſuppetere:de quibus videamus.

¶ Primò appetere eſt deſiderare. Valla lib.5.c. 7.ait: appeto cum affectu, expeto cum ratione:appeto qualiacunque,expeto honeſta, planeque bona.iſta tamen differentia an exacte ſeruetur à Iuriſcon.videte tex.in l.qui cum vno.§.grauius autem delictum eſt detrectare munus militiæ,quam appetere.nam qui ad edictum olim non reſpondebant vt proditores libertatis in ſeruitutem redigebantur.ff.de re milit. voluntas, ira, cupiditas,appetitioni redduntur:ſelectio cõmunis eſt cogitationis & appetitionis, teſte Philoſopho lib.de communi animal.motio.& tres eſſe appetitus ſpecies dicit, videlicet cupiditatem, furorem, & voluntatem in lib.1.magno.moral.c.13.de verbo cõpetere ſcripſi in l.conditionales.ſup.eo.

Expetere.

¶ Expetere pro cupere, optare, petere, requirere,l.vnic.C. nul.lic.in fre. ibi,pietas enim mea huiuſmodi dona nõ expetit: neq; Regium ſibi offerri à priuatis cultum requirit.li.10.

Impetere. Impetus.

¶ Impetere eſt aggredi,inuadere.inde impetus,inuaſio,aggreſsio, vis,impreſsio,incurſus conatus,conteitatio,l.nec ea.in fi.de adult.in fin. ibi,cæterum mariti calor & impetus facile decernentis fuit refrenandus. & l.ſi adulterium. §. Imperatores,ibidem, ibi,impetu tactus doloris interfecerit,&c.& l.idem.§.1.ad leg.Aquil.ibi,propter infirmitatem ſuſtinere mulatum impetum non potuerit.Impetus maioris rei,l.2.ff.quod met.cauſa.ibi,vis autem maioris rei impetus, qui repelli non poteſt.

Impetu vno.

¶ Impetu vno.ff.de ſtatu homi.l.Arethuſa.& l. illud.in fi.ad leg.Aquil.ibi,ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquẽ occiderit:& l.quod ait.in fin.ibi, debet enim propriè vno actu & vno impetu vtrunque occidere,æquali ira aduerſus vtrunq; ſumpta, id eſt vno impulſu,nixu,*aſſaut.*

Impetũ facere.

¶ Impetum facere,eſt aggredi,vulgo *aſſaillir, donner aſſaut.*

Impetu quomodo dicantur de linquere homines.

¶ Eodem impetu,l.ſi ager.quib.mod.vſuſ.amitta.ibi,ſed quemadmodum ſi eodem impetu aqua receſſerit quo venit,reſtituitur proprietas.Item Iuriſcon. ait: delinquunt autem homines aut propoſito,aut impetu,aut caſu.l.reſpiciendum.ff.de pœnis: propoſito delinquunt latrones qui factionem habent, id eſt coniurationem & conuenticulum: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus vel ad ferrum venitur. Ecce ibi capitur impetus pro quodam impulſu, inconſulto tamen: id eſt, pro temere atque imprudenter. & forte loquitur de perturbatione animi,quę per calorem iracundiæ venit. & facit l. quicquid calore iracundię.de regul.iur.explicat Iuſti.Glober in interpretatione ad d.l.reſpiciendum:dicens animi eſſe perturbationem vehementem,ſeu motum nimium rationi non obtemperãtem.

Repetere, pro recolere.

¶ Repeto,recolo,recordor,l.reſcriptum. vbi glo.ff.de pact.ibi., & repeto ante formam à diuo Marco datam,&c.& l.quidam referunt,quantum repeto. de iure codicil.

Repetere pro iterũ petere.

¶ Repetere,id eſt iterum petere,l.procurator.3.ff.rem ra.hab.ibi,qui & ipſe procuratorio

nomine eandem pecuniam repeteret: quæsitum est cum is qui postea repeteret procurator non esset, &c. Interdum tamen Iurisc. dicit, rursus repetere, l. damni. 2. in fi. ff. de dam. infe.

Repetere omissam allegationem.

¶ Repetere omissam allegationem per in integrum restitutionem minor potest: pro iterum assumere, l. minor 25. annis omissam. ff. de minori. & in l. sequenti, auxilium. est, repeti iudicium semel omissum. & l. enim qui, ibi, & ideo non prohiberi eum repetere inchoatam actionem. de inoffi. testa. Inde repetere quæstionem, pro iterare quæstionem, tex. in l. repeti quæstionem. ff. de quæsti. l. vnius. §. 1. ibidem. Et quæ in vi bonorum raptorum actione diximus, erunt hic repetita. l. prætor. in fi. ff. vi bon. rap. l. Titia. §. 1. ff. de verbo. oblig. l. Titius. ibi, eandem legem repetierit. ff. de seruis export.

Repetere reū.

¶ Repetere reum, est iterum eum accusare, ac retrorsus illum petere ad iudicium, ac rei accusationem reassumere. Quandoque etiam pro eo sumitur quod vulgo dicunt, recolere. l. liberorum. versi. quod si libelli inscriptionum legitimè ordinatim confuerint rei nomen aboletur, & ex integro reum reperendi potestas fiet. ff. de accusa. & ibi. in fine. vt liceat alij ex integro repetere reum. l. hos accusare. k quinquennium. de adult. Iterato num facere alibi dicit Iurisc. in l. penul. ad Turpil. iuncta l. aut priuati. & l. si interueniente. ibidem.

Repetita promulgatio.

¶ Repetita promulgatio, id est iterum facta. l. repetita promulgatione. vbi glo. C. de epis. & cleri. repetere crimina, id est reassumere, à quibus destitoramus. l. si quis repetere velit crimina publica. ff. ad Turpil.

Repetere honores.

¶ Repetere honores, est illos iterum petere, vt cōtinuentur, l. libertus. §. præscriptio temporum quæ in honoribus repetendis, vel in aliis suscipiendis data est. ff. ad municipa. iuncta l. diuus. ibidem, & in tit. C. de honor. non contin.

Repetere, pro quod traditum est petere.

¶ Repetere est quod traditum est petere, vel quod est derogatum, l. si seruus deposius. ibi, sed hos quoque in potestate domini intelligi facultatem repetendi dominus habeat. ff. de noxal. l. prætor. §. his verbis. in fi. & l. generaliter. ff. de bonis auctorita. iudi. possi. l. 2. §. 1. de priuileg. credito. l. 2. §. 1. de verbo. obliga. vel quod indebitè solutum est petere, l. 1. l. nec nouum. & per totum, de condict. indeb. l. ex parte. §. seruo. & l. cum putarem. fam. ercisc. l. si filiosa. de dona. caut. mortis. l. §. diuus Seuerus. de iur. & extraord. cognit. Inde repetita dote, pro recuperata, l. cum maritus. §. 1. ff. de pact. dota. Alimenta repetere, l. Nesennius. ff. de nego. gest. notum est ibi de auia, quę repetere volebat quod in causam alimentorum expenderat pro nepote. quod declaratur etiam in l. alimenta. & l. si paternæ. C. illo tit.

Repetitio.

¶ Repetitio, l. 3. ff. quib. mod. vsus si amitta. l. 1. & 2. & l. repetitio. de condict. indeb. l. 3. §. si liber. de condict. cau. da.

Repetere, cum instātia sæpius petere.

¶ Repetere est cum instantia sæpius petere, l. vnic. ff. de libel. dimisso. quod declarat Papa in clemen. 2. de appel. Repetere, in l. 1. ff. de orig. iur. ibi, facturus legum vetustarum interpretationem, necessario prius ab vrbis initiis repetendum existimauimus, id est retrorsus petere: vt cum alte repetitam orationem dicimus, quasi à principiis rerum exorsam: & vt adagio dicitur, ab ouo: & vulgo rem longissime quærere, vel longissime inuestigare. & ibi, repetita origine, idem. Et Iurisc. ait, verba de longinquo petenda, vbi iusta forte est dubitatio. l. ille à quo. §. 1. in fi. ff. ad Trebel. Inde etiam repetita consuetudo, id est longo interuallo relata, id est à longissimis retrorsum temporibus petita, teste Budæ. in annota. ad l. Iulianus. ff. ad exhib. l. 1. C. de eroga. milita. anno. lib. 12. Quamuis Caignol. in d. l. 1. de origi. iur. exponat repetendum duxi, pro inchoandum.

Repetere retrorsus petere.

Repetita consuetudo.

Repetere originem.

¶ Repetere originem, id est redire & reduci ad suum ortum, ex quo ingenuus natus est, l. de bonis. ff. de liber. cau. iuncto §. fi. de iure perso. & §. 1. de ingen. in Instit. & sic repetere significat etiam retrorsum seu retro computare: & respicit tēpus præteritum, vt l. ait lex. ff. ad legem Aquil. ibi, annus autem retrorsum computatur ex quo quis occisus est. & l. inde Neratius. §. idem Iulianus. ibi, quia retrorsum quanti plurimi fuit inspicitur. ibidem. lege, si dominus. ibi, quia retro accretuisse dominium ei videtur. & l. quia. 2. ibidem, iuncta l. si ita vulneratus. §. æstimatio. ibidem, vbi sic scribitur: Aestimatio autem perempti non eadem in vtriusque persona fiet. nam qui prior vulnerauit tantum præstabit quanti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die vulneris trecentis sexaginta quinque diebus, &c. id est retrorsum computatis.

Repetere pro retro cōputare

Repetita die, quid.

¶ Repetita die, verbum est peculiare Iurisconsultorum, pro eo quod antidatam appellant, teste Budæ. in Pande. in l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhib. vbi diem pro tempore intelligi debere testatur, cum est in femenino genere, vt in illa locutione, annua bima trima die, de quo alibi. & sic in d. §. quantum. dicitur, quod is qui tenetur exhibere, debet in ea causa ostendere, vt in nullo læsa sit aduersarij causa: ideo si contra te agam ad exhibendum librum, & tu differas per annum exhibere, ob id completa est interim vsucapio, si postea possit litem contestatam exhibeas, non videris exhibuisse: quia perdidi intentionem meam, cum non possim petere rem vsucaptam. ideo non est absoluendus is qui exhibet post vsucapionem completam, nisi sit paratus repetita die intentionem suscipere. id est anteriori die, retro: ita vt fructus secundum legem æstimentur, videlicet si is qui exhibere tenebatur

Ad §. quantū. l. Iulianus. ad exhib.

nebatur, velit suscipere actionem, & iudicium repetita die, id est anteriori tempore, ante vsucapionem, vt rem exhibere se dicat ac si non esset vsucapta, & sic vt erat ante litem contestatam, in qua non erat vsucapta. quia tunc exhibuisse censetur: adeo quod si postea pronuntietur illa res petitoris, illi reus tenebitur dare: quod non fieret, si non suscipieret iudicium retro, ac si res non esset vsucapta. & Iurisc. in l. de pupillo. §. si quis. ff. de noui oper. nuntiatio. sic dicit: si quis velit ipsi prætori opus nouum nuntiare, debet sic nuntiare, vt interim testetur non posse se nuntiare: & si nuntiauerit postea, & quod retro ædificatum erit destruendum erit, quasi repetito die nuntiatione facta, id est perinde ac si esset facta nuntiatio tempore anteriori, scilicet quo se velle nuntiare, & nō posse protestatus est. Facit lex, repetita quidem die cautionem interponi non debuisse, sed falsi crimen quantum ad eos qui in hoc consenserint contractum non videri, cum inter præsentes & conuenientes res actitata sit, magisque debitor quam creditor deliquerit. ff. de fide instrum. Ego puto sic intelligi debere Iurisconsul. vt prohibere ibi velit promissionem quæ cautionis nomine venit, l. sancimus. C. de verbo. signifi. & superius dixi. ob id si pauper receperit pecuniam mutuo anno præterito, & obligauerit bona sua Titio, si postea hoc anno ei mutuem, & velit bona eadē obligare, & promittere ab anno retro, quasi ipse ceperit illam meam pecuniam anno præterito, cùm anno isto acceperit: certè illa cautio & promissio nō sic debet fieri. si tamen ita fuerit facta, non contrahitur crimen falsi inter eos, qui sic contraxerunt, cùm præsentes & consentientes sint, & debitor magis delinquat quam creditor. videte glo. ibidem speciem facti conscribentem.

Ad l. repetitā. ff. de fide instr.

¶ Item in l. si finita. §. item videamus. ff. de damno infe. ibi, videamus si cautio ei offeratur, posteaquam missus est, an non prius decedere debeat, quam si ei caueatur etiam de eo damno quod contigit posteaquam missus est in possessionem: quod quidem magis probatur. repetita igitur die promittendum erit. hoc amplius de impensis quoque, si quas fecit erit ei cauendū. & sic missus in possessionē non debet illam relinquere, nec ab ea decedere donec cautum ei fuerit repetita die, id est etiam de anteriori die, videlicet vt ab eo die quo fuit missus in possessionem omnia ei restituantur, & impensæ, & alia à die cautionis vsque ad diem missionis retro.

Ad l. 1. §. si quis propter. ff. de iti. act. pr.

¶ Amplius adduco text. in l. 1. §. fi quis propter inundationem non sit vsus itinere actuque hoc anno, cum superiore vsus sit, potest repetita die hoc interdicto vti per in integrum restitutionem, ex illa parte, si qua mihi iusta causa esse videbitur: id est habita ratione anni ante inundationem quo vsus est itinere, aget hoc interdicto, adducendo illum annum, & repetendo, quo vsus fuit itinere ante inundationem, & habita in integrū restitutione, eoq; non potuit ex iusta causa vti: videlicet propter inundationem hoc interdictum ei proderit, ff. de itinere, act. priu.

¶ Idem habetur in §. sequenti, præterea. & aliis casibus interdictum repetita die competit, ex quibus quis in integrum restitutionem impetrare solet. vnde si fundum habebam in Picardia, ad quem iter habebam, sed non liberum fuit vti eo itinere, propter hostes anno præterito, nunc cessat bellum, an vti possim illo interdicto de itinere? & tex. respondet posse impetrata restitutione, id est impetratis literis Regiis, quibus concederetur mihi, ac si anno præterito vsus itinere fuissem. nam cum per me non steterit, mihi imputandum non erit, l. in iure ff. de reg. iur. & repetita die, id est habita ratione anni quo fui vsus ante bellum.

¶ Item in §. sequen. dicitur: prærerea sciendum est si dilatione data aduersario, futurum est vt causa interdicti mei deterior fiat, æquissimum esse repetita die interdictum reddi, id est dari interdictum, ac si dilatio data non esset, & habebitur ratio retracti temporis quo possedit, non obstante dilatione.

¶ Repetita emptio, id est iterum facta, vel vt supra exposui, l. 2. ff. de rescin. vendi. sic dicente: si quam rem à te emi, eandē rursus à te pluris vel minoris emero, discessimus à priore emptione. potest enim dum res est integra conuentione nostra infecta fieri emptio. atq; ita consistit posterior emptio & valet, quasi nulla præcesserit. sed non poterimus eadem ratione vti post pretium solutū emptione repetita, cùm post pretium solutū emptionem infectā facere non possumus. facit l. iurisgen. §. adeo. ff. de pact. & l. 1. & 2. C. quand. lic. ab empt. disc. & sic Repetere diem est preferre die, quo verbo vtuntur rhetores, & anteuertere diem.

Repetita emptio.

Repetere diem.

¶ Repetita querela, l. nihil. §. si cum filius. ff. de inoffi. testa. vbi sic scribitur: si cum filius ademptum sibi legatum instituerit petere, submotus est, repetita inofficiosi querela, præscriptione submouendus non est, quamuis enim agendo testamentum comprobauerit, tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur, vt meritò non sit repellendus. ideo dicit repetita querela, vel reperat querelam, quia filius eam omiserat, & petendo legatum videbatur approbasse testamentum, & sic amplius agere non posse. sed quia est aliquid quod vitio testatoris reputetur, videlicet quia filium exheredauit, aut præteriit iniuste, & sic non est officio pietatis vsus. l. 2. supra eo. ideo querelam repetit.

Repetere querelam.

¶ Repetere inchoatam actionem, id est iterū assumere, & prosequi. l. eum qui inofficiosi

Repetere inchoatam actionem.

testamenti querelam instituit,& fraude heredis scripti,quasi tertiam partem hereditatis tacitè rogatus esset ei restituere, reliquit eam actionem, non videri deseruisse querelam: & ideo non prohiberi eum reperere inchoatam actionem, id est reliqtam querelam iterum accipere & prosequi. ff.de inoffi.testa.

Repetitus vsus fructus.

¶ Repetitus vsusfructus quando censeatur declarat text. in l. 2.& 3. quibus mod. vsusf. amitt.& sic scribitur: Quod & in vno legatario qui fructum in annos singulos accepit defendendum est,vt commemoratio temporum repetitionis potestatem habeat. Certum est enim quod vsusfructus amittitur capitis deminutione, qui iam est constitutus, & qui iam præcessit. Vnde si in singulos annos legatus sit,illius duntaxat anni amitteretur vsusfructus. & si in menses singulos,eius mensis:& si in dies, eius diei.l.1.in fi.ff.quib.mod.vsusf.amitta. ideo cum legatur Titio in singulos annos vsusfructus,& ipse capite minutus sit,hoc anno perdit huius anni vsumfructum. aliorum verò annorum non: quia hæc commemoratio temporum facta à testatore dicente,lego per singulos annos,habet potestatem repetitionis, id est tantum est dicere in singulos annos, quantum si testator repetiisset tempus, dicens, quotiens amissus erit,illum do lego.declarat l.3.ibidem,quæ videatur tota,& facile intelliget tex.alia hic non repetam.

§. Verbum viuere quidam putant ad cibum pertinere.sed Ofilius ad Atticum ait his verbis & vestimenta, & stramenta contineri: sinè his enim viuere neminem posse.

¶ Si quispiam promiserit dare victum domus, *aviure*, continetur cibus & potus, vestimenta ac stramenta. sine his enim nemo viuere potest. multa de hoc scripsi in lege, verbo victus. cum duabus legibus sequentib. supra eodem. hic non repetam.Sed dum iste textus dicit neminem viuere posse sine vestibus,& tamen Aethiopes viuunt,dicite hic non posse exponi verbum potest,pro difficile viuere quis potest.& frequentius quis nō viuit sine vestimentis.& quod potest pro difficili exponatur scribit glo.in l.cum sanc.ff.de his qui dedece.scripsi in l.Nepos Proculo, supra eodem.tenete quæ scripsi in d.l.verbo victus.

Posse ad difficultatem relatum.

IDEM LIB. III. AD LEGEM DVODECIM TABVL.

LEX CCXXXV.

Ferri proprie dicimus quæ quis suo corpore baiulat: portari ea quæ quis iumento secum ducit: agi ea quæ animalia sunt.

Ferri proprie quid dicatur.

¶ Cum verbum ferre multa significet, vt ex sequentibus apparebit, docet hic Iurisc. id quod quis suo corpore portat proprie ferri dici. Quod probat l. 1. in fin. ibi, quove quis contra rempub.arma ferat.ff.ad leg. Iul.maiest.& §.ad palatium nullus miles arma ferat.de pace tenen. & eius viola.

Ferre onus, pro sustinere.

¶ Secundò ferre onus pro sustinere,vtrumq; dicit Iurisc.in l.eum debere.ff.de serui.vrb. prædio.l.& si forte, §.etiam de seruitute quæ gratia oneris ferendi imposita erit,actio nobis competit,vt & onera ferat,&c.ff.si seruit.vindi.postea dicit ad onera sua sustinenda.

Ferre suffragium.

¶ Tertiò ferre suffragium,eligere est, quod barbarè dicitur, dare vocem,l.ad rempubli. cam. ibi, vel creati suffragium in curia ferunt. ff. de mune. & hono. l.spurij. de decuri.§.1. ibi, minores viginti quinque annorum decuriones facti sportulas decurionum accipiunt: sed interim suffragium inter ceteros ferre non possunt.

Ferre partem.

¶ Quartò ferre partem,pro soluere,præstare,l.si ex duobus.ibi,non totius partem ferat, sed partem eius quanti seruus est.ff. de noxal.actio.

Ferre lucrum pro sentire.

¶ Quintò ferre, pro sentire,in l.Mutius. cum l.si non fuerint.ff.pro soci.vbi in vna lege dicitur ferat lucrum,in alia sentiat.

Ferre pro habere.

¶ Sexto ferre pro habere, l. rem pignori datam si testator per præceptionem legauerit, officio iudicis continetur, vt ex communi pecunia soluatur, eamque ferat is cui ea modo fuerit legata.ff. famil.ercis. & l. 4. in fin. de rei vindic. ibi, in rei vindicatione vel communi dividundo actione hoc amplius ferat cuius argentum pretiosius fuerit, l. qui actionem. §. item qui societatem.ibi, partem non ferre pro socio.

Ferre pro auferre.

¶ Septimò ferre pro auferre,l.1.in prin.ff.de furt. ibi, furtum à ferendo, id est auferendo dicitur,§.1.de obligati. quæ ex delict.nascun.in Inst.facit l.arboribus.de vsuf. & fructus pendentes iam maturos à testatore relictos ferat fructuarius, id est capiat,colliget,l. si pendentes.ibidem.

Ferre mendacij pœnam,

¶ Octauò ferre mendacij pœnam,id est pati,l.de ætate. §. si cum esset quis ex semisse heres, dixerit se ex quadrante, hanc mendacij pœnam ferat, quod insolidum conueniatur. non enim debuit metui, dum se minoris portionis heredem esse asseuerat.ff.de interroga. actio.l.senatus.§.diuus.ff.de iure fis.l.hæc distinctio.ibi,cogatur ferre injuriam.loca.

Ferre pro tolerare.

¶ Nonò pro tolerare: vt non est ferendus dominus si partem serui dedere fuerit paratus

ratus,lege, si seruus.2.ff. de noxal. actio. lege, si per errorem.ibi, nec enim ferendus est qui dicat consensisse eos in præsidem: cum vt Iulianus ait, non consentiant qui errant. de iurisd. omn. iudi. lege,non est ferendus. de transact. lege, filium. ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Non enim ferre prætor debet heri seruum, hodie liberum conquerentem quod dominus ei conuitium dixerit, lege, prætor edixit. §. nec enim. ff. de iniur. & non est ferendus actor si conditioni quam ipse detulit de calumnia velit sibi iurari, lege, iusiurandum & ad pecunias.§.datur.de iureiur.l.proxime. de ritu nupti.

Ferre domicilium,id est transferre.

¶ Decimò ferre domicilium, id est transferre, constituere, lege, filij. §. municipes sunt liberi & in eo loco vbi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt. ff.ad municip. facit lex,in lege Censoria. supra eod.

Ferre legem.

¶ Vndecimò ferre legem, est condere, constituere, facere, l. 1. ff. de adult. ibi, hæc lex lata est à diuo Augusto.& lex Falcidia lata est,&c.l.1.ff.ad leg.Fal.ferre legem in populum, est in medium proferre,promulgare,l.2. §. & cum placuisset leges quoque ferri. ff. de orig. iur.quod Græci vno verbo dicunt, νομοθετεῖν.Budæ. in commentar.linguæ Græcæ.

Ferre pro dicere.

¶ Duodecimò ferre pro dicere,referre capitur,l.1.§.pueritiam.ff. de postul.ibi,qua ætate aut paulo maiore fertur Nerua filius publicè de iure respondisse.l.apud Iulianum.de fidei com.liber.ibi,sum eius sententiæ,quam dixisse fertur Iulianus.& l. diuus Adrianus fertur cum in venatione filium suum quidam necauerat, qui nouercam adulterabat, in insulam deportasse. de parricid.l.1.§.si ego. ff. si pars heredi. peta.

Ferre auxilium.

¶ Decimotertiò ferre auxilium,præbere,iuuare,vel subuenire,l.Præses prouinciæ inspectis.ff.de offi.præsid.ibi,Competenti remedio deformitati auxilium ferat.

Ferre sententias

¶ Decimoquartò ferre sententias,id est proferre,pronũtiare,l.hodie.ff.de pœn.ibi,hodie licet ei qui extra ordinem cognoscit quam vult sententiã ferre, vel grauiorẽ, vel leuiorem. l.nam & si.in fi.ibi,diuersas sententias iudicum tulit.de inoffi.testa.l.nõ distinguemus.§.sacerdotio.de arbit.l.circa.de proba. Latas sententias,id est prolatas. l. 1. ff.de appel. ibi, licet nonnunquam bene latas sententias in pœnis appellationis iudex reformet. Neque enim vtique melius pronuntiat qui nouissimus sententiam laturus est.

Mea fert opinio.

¶ Decimoquintò mea fert opinio, id est coniector, opinor, l. cum hic status. §. si cum ambo.ff.de dona.inter vir.& vxor.ibi,mea tamen fert opinio vbi non reuertuntur, vt tempus expectandum sit captiuitatis.

Ferre pro consequi.

¶ Decimosextò ferre pro consequi,habere,exponit Iurisc.in l.quotiens.in fin.ff.de actio. & oblig. vbi primò vtitur verbo ferat,postea consequatur.l.fi.si famil. fur.fec.dic. ibi, effetque iniquum plus heredes nostros ferre quam ferremus ipsi.l.si alij. ibi, deducto eo quod præterea tibi legatum est,ex reliquis bonis vsumfr.feres.de vsuf.l.si precedente.in fi.mand.

Ferre pro adducere.

¶ Decimoseptimò pro adducere,l.fi.§.si plures liberos damnatus habeat,feruntur exempla,per quæ pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt. ff. de bon. damna. & ibidem postea assignatur ratio ista:cum ampliari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia malim: ideoque illis paterna sua concedi volo.

Ferre impẽsum seu expensum, quid.

¶ Ferre impensum seu expensum, est scribere se pecuniam dedisse, vt inquit Asconius Pedia. Ego puto posse accipi pro scribere quod impensum est. Et in numero impensorum habere,l. qui vestem omnem & res plurium generũ supellectilis nomine expenso ferre,vel expensum ferre solitus erat, is vxori supellectilem legauerat: recte negabant vestem legato cessuram, &c. Et vt dicunt,impensum ferre tibi, id est scribere inter ea quæ pro te expendi & exposui.sic expensum ferre:quod & pro adscribere, & imputare sumitur,l.pupillus. §. si vero. ff. quæ in fraud. credit. ibi, quoniam alij creditores suæ negligentiæ expensum ferre debent.

¶ Præterea Adria. Cardi.in trac.de sermone Latino dicit,expensum ferre,idem esse quod scribere quem debere vel debitorem esse, etiam si pecunia data non esset. allegat l.mulieri. §.penul. ff. ad Trebelli. ibi, quod si tantos fructus mulier ex hereditate perceperit,vt inde possit doti satisfieri: dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendum,quam fideicommisso.sed ego dicerem ibi expensum ferendum fructibus,id est adscribendum,computandum potius fructibus quàm fideicommisso. nam fideicommissum non diminuetur in hoc casu,sed fructus,inter quos legatum dotis computabitur,l.si is à quo.in fi.ff.vt in possess legat.

Ferre expẽsum ad creditorem relatum.

¶ Si verò referatur ad creditorem,qui fert expensum,accipitur pro approbare quod impensum est,& numero expensorum habere,quod vulgo dicimus, *allouer ce qui est despendu, ou en tenir compte*.Et sic potest intelligi l.si priori qui aliquando est.§. creditor. ff. qui potio. in pigno.habe.ibi,vt primam tantũ pecuniã expensam ferat prior creditor, id est prior creditor tollet primam pecuniam mutuam,& habebit eam ex pignore vendito,& tanquam vere expensam feret,non verò feret nec habebit pecuniam quam credidit post obligationem secundi creditoris. & sic pro materia vario modo accipi potest. Interdũ etiam verbum ferre respicit acceptum,& vt intelligatur,sciendum est quid sit ratio,quam definit Iurisc.on in

l.si quis.§.rationem ff.de eden.dicens esse negotiationem vltro citroque dandi,accipiendi, obligandi,soluendi sui gratia. neque vlla ratio ex nuda duntaxat debiti solutione incipit.

Ratio accepti & expensi.

itaque ratio,siue computum vulgò,duas habet,vt thesaurarij nonerunt, partes, accepti videlicet & expensi. in parte accepti scribuntur accepta omnia, in altera parte omnia quæ expenduntur.

Acceptum seu accepto ferre, Acceptilationis formula.

¶ Vnde dicimus acceptum ferre,seu accepto ferre, id est pro accepto habere. inde acceptilatio,l. 1.& per totum.ff.de acceptil.quæ sic concipi solebat:acceptum habes,acceptumque fers?& respondet creditor,Acceptum habeo, acceptumque fero,l.pluribus.ibid. Non solum accepto ferri pecunia potest,verum & opus,in l.lex Iulia.§.illud.ff.ad leg.Iul. repetund. de qua scripsi in l.mulieris.§.1. supra.

Acceptū ferre pro constituere & cedere.

¶ Vel acceptum ferre,est constituere,cedere, eligere pro quo debito velit acceptum esse sibi,seu solutum,l.cum & sortis.ff.de pignora.actio.ibi,quicquid ex venditione pignorum recipietur primum vsuris quas iam tunc deberi constat, deinde si quid supereſt sorti accepto ferendum: id est quod accepit cedendum est prius ad vsuras, deinde ad sortem. hæc Vlpia.declarat in l.1.de soluti.ibi,quotiens verò non dicimus id quod solutum sit in arbitrio est accipientis cui potius debito acceptum ferat: id est in arbitrio accipientis est eligere,constituere pro quo debito accipiat solutū.& hoc etiā enucleatur l.2.ibid.3.& 4.de solut.

Acceptum re ferre.

¶ Acceptum referre,est scribere in tabula accepti,vel pro recepto habere,l.seruus.2.ff.de manumiſ.ibi,sed si interea dum eum manumitteret, acceptū seruo retulisset, videri peculij fuisse,l.tali.§.fi.de iure dot.ibi,socer genero suo sic legauerat:Lucio Titio filiæ meæ nomine centum heres meus dare damnas esto. hanc pecuniam generum petere debere, & exactam acceptam legatis referre: sed diuortio facto de dote actionem mulieri reddendam Proculus respondit:id est maritum debere illa centum exacta scribere inter accepta nomine legatorum mulieris:quæ summa postea soluto matrimonio redderetur ipsi mulieri, tanquam sibi legata,& à viro suo accepta.

Referre,pro rationibus adscribere. Referre in rationes.

¶Referre,est rationibus adscribere,hoc est impensum,vel receptum,vt vulgus loquitur, facere. Referre in rationes,vt referre in publicas literas:quod Iuuenalis referre in acta dicit, id est registrare,Budæ.in annota.in Pande. Adria.autem Cardi.ait, acceptum referre id esse quod in rationibus, in tabula, videlicet accepti describebatur, vel solutum esse ab aliquo, vel pro solutione admissum. & id est ferre expensum, quod in tabula expensi notabatur, quem debere stipulata pecunia, vel alia re contracta. & vt notis seculo nostro verbis vtar,

Acceptum re ferre,quid.

acceptum referre erat ad introitum aliquem referre creditorem.hæc Adria. qui allegat corrupte l.si mulier §.item si mulier.ff.de pecul.nam est l.fi. §. item si mulier.ad Velleia. vbi sic scribitur:item si mulier creditori viri fundum vendiderit,& tradiderit ea conditione vt emptor acceptam pecuniam viro referret,&c.glo.ibi exponit,accepto ferret,vel compensaret. Ego exponerem,acceptam pecuniam viro referret,& pro accepta haberet à viro, & scriberet se à viro recepisse,vt mulieris maritus sit debito liberatus. Aliæ sunt phrases Rhetorum, quæ Budæ. Adria.& alij adducunt. Ego tantum ad Iurisconsultorum iura elucidanda vigilo: vos boni quæso consulite.

Afferre pro allegare.

¶ Afferre vero pro allegare,dicere, accipitur.l.non cogendum.§.1. ff.de procura. ibi, vt qui iustam excusationem afferret defendere cogeretur.Afferre,inducere, vel adducere,l.verum.§.Iulianus.ff.de minor.sed hæc res afferre potest restitutionem minori,si adiit hereditatem,&c.l.qua actione. §. Celsus. ff. ad leg. Aquil. ibi, vnde affert eum qui venenum pro medicamento dedit, & causam mortis præstitisse, quemadmodum eum qui furenti gladium porrexit.l.& eleganter. §.non solum. ibi, & affert talem speciem.de dolo.l. peculium autem.§.sed & creditor. de pecul.

Afferre pro portare.

¶ Afferre,portare.l.diuus §.pannicularia sunt ea quæ in custodia receptus secum attulit, id est portauit.ff.de bon.damna.l.quemadmodum.§.magistratus.ad leg.Aquil.ibi, & fame eas neeasset,dum non patitur cibaria eis afferri.afferre pecuniam idem,in l.nam & Seruius. in prin.ff.de nego.gest.l. si legationis. in fi. de iudi. ibi, aliter enim potestas dabitur legatis sub hac specie res alienas domum afferendi.

Auferre pro amouere.

¶ Auferre,id est amouere,l.Titius.ff.de iure fis.ibi,postea fiscus iure suo abstulit,l.3.sed & si mutua. de in rem ver. indè ciuitatem alicui auferre, id est priùare ciuitate pœna est; l. si quis forte.in fi.ff.de pœn.l.post senatusconsultum.de petiti.here. l.1. si ager vecti. l. arboribus.in prin.de vsufru.

Flumen ratem abstulit.

¶ Flumen ratem abstulit,l.qui retiario.ff.de pignora. acti. id est vis fluminis importauit, l.si quis.§.fi.ff.si cert.peta,abstulit hereditatem,id est amouit,l.3.ff.de condict.indeb.

Auferre pro furari. Auferre dominium.

¶ Auferre,tollere,furari,l.Iulianus,§.glans.ff.ad exhib.vbi vtroque verbo vtitur.l.3.ff.de incendio. Auferri dominium dicitur auocari,amoueri,l.si quis seruum.ff. de noxal.l.nec vtilius.ex quib.cau.maio.

Auferre solē. Auferre conspectum.

¶ Auferre solem,l.si arborem.de seruitu. vrba.prædio.ibi, si tamen id quod ponitur lumen quidem nil impediat,solem autem auferat. Auferre conspectum,l.si ædes.2.de seruitutib.

vrba.prædi.ibi,si ædes meæ à tuis ædibus tantum distent vt prospici non possint, aut medius mons earum conspectum auferat,seruitus imponi non potest.

Circumferre serpētes qui dicantur. Circulatores. Conferre,adiicere.

¶ Circumferre serpentes hi dicuntur qui circa collum vel brachia eos ferunt:& hi si metum inferant mulieri prægnanti, vel alteri, & inde sequatur abortus, pro modo admissi puniuntur,l.fin.de extraord.crimi.& illi vocantur circulatores,ibidem.

¶ Confertur,adiicitur,l.obligationum fere.§.post.ff. de acti. & obli. ibi, circa diem duplex inspectio est.nam vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem.alias significationes dixi in l. cognoscere.§.dispungere.supra eod.

Differre, protrahere. Dilatio.

¶ Deferre scripsi quot modis capiatur in l.delata.supra eod.

¶ Differre,protrahere,prorogare, l. vnius.in fin.ff.de quæsti. ibi, quamuis defensionem quocumque tempore postulante reo negari non oporteat:adeo vt propterea differantur, & proferantur. l.3. §.ibidem, ad exhib. ibi, quæstionem differendam in directum iudicium. Inde dilatio in l.notionem.§.fi. supra eod.ibi alia videte.

Efferre.

¶ Effero,extra fero: vnde affero & effero contraria videntur, vt grammatici dicunt. De his exempla quærite apud Iurisconsultos.

Inferre metū, vel vim. Admittere metum.

¶ Inferre metum,vel vim,dicit Iurisconsultus.pro facere metum,adhibere,l.metum.magna..l. sed & partus.& l.item si cum exceptione. Admittere metum,pro eodem,in l.quod diximus. ff.quod met.cau.l.fin.de noxal.l.plerique.de in ius vocan.l.1.§. item diuus. & l.si mulierem. de ficar.

Inferre iudicium.

¶ Inferre iudicium,inducere,afferre,l. 4. ff. de inoffi. testa. vbi vtroque verbo vtitur ibi, non est enim consentiendum parentibus qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt, quod plerunque faciunt maligne, circa sanguinem suum inferentes iudicium nouercalibus delinimentis instigationibusve corrupti.

Inferre pro infligere.

¶ Inferre pro imponere,infligere,præstare: vt præses prouinciæ de modo pecuniæ quę inferri debet statuit,l.si quis reum.ff.de custo.reo.l.si remunerandi.§.penul.ibi,à Claudio Saturnino prætore maiores fructus inferre iussus erat.ff.manda.

Inferre litem, pro mouere. Inferre actionem.

¶ Inferre litem,mouere,& intendere,l.non idcirco.ff.de iudi.ibi,quę res domino quandoque propriam litem inferenti non obstabit. Inferre actionem, intendere, agere, l. ex facto.in fin.ibi,si inferatur postea cum patre actio.ff.de pecul.& illatam actionem, intentatam,in l.heres.in fi.ff.de petiti.hered.

Inferre manus.

¶ Inferre manus, iniicere, pulsare, percutere. Vnde qui manus intulit præposito capite plecti debet,l.omne delictum.§.1.ff.de re milita.& miles qui sibi manus intulit,capite plecti debet,l.milites agrum.§.si vitem, vel manum centurioni intulit.de re mili.l. si quis aliquid. §.miles.de pœn.l.fin.de bon.damna.l.in fraudem.§.eius.de iure fis.l.si seruo.de furt.l.1.§.iniuriam.de iniur.l.liberorum.§.1.de his qui not. infa.& Liuius lib.3. ab vrbe condita scribit, L. Valerium,& M.Horatium legem nouam fecisse, sanciendo, vt qui tribunusplebis ædilibus,iudicibus,decemuiris nocuisset, eius caput Ioui sacrum esset, familia ad ædem Cereris, Liberi, Liberæque venum iret.

Illata vulnera.

¶ Illata vulnera,imposita,iniecta,l.aut facta.ff.de pœn.ibi,causa,vt in verberibus quæ impunita sunt à magistro illata.

Inferre pedem finibus fundi.

¶ Pedem finibus fundi inferre,id est ingredi fundi fines,l.quod meo.§. penul. ff. de acq. possessi.ibi, non minus possidere cœpi quam si pedem finibus intulissem. facit §.fin. iuncta l.1.ibidem.

Inferre mortuum.

¶ Inferre mortuum,id est importare,sepelire,& intra monumentum ferre, vt in tit.ff. de mortuo infe.in l.1.& 3.& in l.3.§.item omnes. ff. de sepul. viola. ibi, in hereditarium sepulchrum inferat.l.locum,§.1.de vsuf.l.6.§.si quis.communi diuid.l. qui vniuersas. §. 1. de acq. possess.& qui mortuum in alienum locum intulit,vel inferre curauit, tenebitur in factum actione,l.2.§.1.de religi.& in §.de ea autē illatione prætor sensit quę sepulturæ causa fit.ibid.

Inferre pœnā.

¶ Inferre pœnam quadraginta aureorum fisco,id est applicare, adiudicare,præstare,l.3. §. diuus Adria.ff.de sepul.viol.ibi, diuus Adrianus rescripsit: & pœnam statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepulchrum faciunt, quam fisco inferri iussit.& l. vnica. in fi.ibi,aureos centum fisco inferre iubetur.ff.de ambitu.& l.edicto.ibi, partem fisco inferat. de iu.fis.l.res.§.sed si ante.& l.Imperatores.ac l.Arrianus,in fi.& l.aufertur.§.Secundo.ibid.

Inferre in ærarium.

¶ Inferre in ærarium,id est immittere, introferre, l. senatus. ibi, vt duplum eius quanti emisset inferre cogeretur.ff.de contra.empti.

Inferre in carcerem.

¶ Inferre in carcerem, id est introferre, l. si victum, vel stratum inferri in carcerem quis iudicato non patiatur.ff.de re iudi.l. carceri.de custo. reor. ibi, carceri præpositus si pretio corruptus,sine vinculis agere custodiam, vel ferrum vel venenum in carcerem inferri passus est,officio iudicis puniendus est:si nescit,ob negligentiam remouendus est officio.l.1.§. item Pompon.& l.4.in fin.nautæ,cau.stabul.

Inferre pecuniam,id est soluere.

¶ Inferre pecuniam,soluere,importare,l.penul.ff.de rescin.venditi. vbi dicit pretium illatum, & solutum. l. de accessionibus. in fin.ff.de diuer. & temporal. præscrip. vbi prius

dicit, ſoluiſſes, poſtea intuliſſes, l. Paulus. & l. Lucius. de ſolu. l. Caius. de vſur. l. 4. §. penul. de pecul. l. ſi mandauero. §. ſi mandauerim. manda. l. ſenatus. in fin. de iure fiſ. l. vlt. in fi. de adminiſtra. rerum. l. 4. in fin. de pecul. l. Imperatores. de pollicita. l. defuncta. de vſuf. & ſic intelligitur titulus de argenti pretio quod theſauris infertur, lib. 10. à iurium interpretibus.

Inferre, pro adhibere, applicare.

¶ Inferre, id eſt adhibere, applicare, l. medicus cui curandos ſuos oculos qui eis laborabat commiſerat, periculum amittendorum eorum per aduerſa medicamenta inferendo, compulit vt ei poſſeſsiones ſuas contra bonam fidem æger venderet: inciuile factum præſes prouinciæ coerceat, remque reſtitui iubeat. ff. de var. & extr. crim.

Inferre crimen pro obiicere.

¶ Inferre crimen, obiicere, opponere, l. vim. de adul. ibi, adulterij tamen crimen contra adulterum ab extraneo poteſt inferri. l. 1. §. ſi plura. & §. accuſationem. ad Turpil. inde illatum crimen, idem. l. cum falſi reus ante crimen illatum. ff. de fal.

Inferre conditionem.

Inferri iniqua conditio alteri per alterum non debet, l. non debet alteri. ff. de regul. iur. id eſt vnus non debet odio alterius prægrauari, exponit Imperator in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta.

Inferre contumeliam.

¶ Inferre contumeliam, pro facere, id eſt iniuriari, l. aut facta. §. non enim. ff. de pœn. ibi, & contumeliam inferens. primò fieri dixit, poſtea inferens. Inferre calumniam, id eſt calumniari, διαβάλλειν, συκοφαντεῖν. ff. de publ. iudi. ibi, præſes prouinciæ patrem calumniam intuliſſe pronuntiauerat.

Inferre munus

¶ Inferri munus, l. honorem. ff. de munerib. & honor. ibi, honorem ſuſtinenti munus imponi vel inferri poteſt. Et Iuriſcon. exponit ſæpius pro imungi, in l. 3. ibid.

Inferre rationibus.

¶ Intulit rationibus. l. qui ſine. ff. de nego. geſt. ibi, ſed die præterito ſi non rationibus intulit creditoris, cuius negotia gereret, eam pecuniam à ſe debitam, meritò vſuras bonæfidei iudicio præſtaturum, &c. intulit rationibus, id eſt ſcripſit intra rationes.

Inferre curã.

¶ Inferre curam, l. ſi cum dotem. §. ſinautem. ff. ſolu. matri. ibi, ſpernit autem infelicitatem vxoris, & non ad eam flectitur, nullamque ei competentem curam inferre manifeſtiſsimum eſt, id eſt nullam ei præbet curam.

Inferre, pro concludere. Illatio, concluſio.

¶ Inferre pro præbere, afferre. inferre, concludere, elicere ex præmiſsis. inde illatio ex prædictis, quibus Felin. ſæpius in ſuis operibus vtitur.

Offerre pro exhibere.

¶ Offerre, pro exhibere, vltro & ſponte præſentare, *offrir* Gallice, l. Iulianus. §. offerri. de actio. emp. ff. vbi ſic dicitur, offerri pretium ab emptore debet, cum ex empto agitur. Et ideo ſi partem pretij offerat, nondum ex empto actio eſt ad rem acquirendam. Venditor enim quaſi pignus retinere poteſt eam rem quam vendidit. l. ſi in emptionem. in fi. ibi, ipſe offerat venditori. de minori. l. Celſus. de arbi. l. in re furtiua. de condict. furti. & l. ſed ſi alia die offerat, nec actor accipere voluit, nec vlla iuſta cauſa fuit non accipiendi: æquum eſt ſuccurri reo. ff. de conſti. pecun. & miles qui diu abfuiſſet, ſi offerat ſe, pœnam deſertionis euitat: nec intereſt cui offerat. l. qui cum vno. §. hoc edictum. de re mili. & deſertorem qui à patre ſuo fuerit oblatus, in deteriorem militiam diuus Pius dare iuſsit: ne videatur pater filium ſuum ad ſupplicium obtuliſſe. l. milites. 2. §. deſertorem. ibidem. vbi Cepol. cautel. 1. & ſequenti.

Offerre ſe liti.

¶ Offerre ſe liti, eſt litem cum ſatiſdatione defenſoris loco ſuſcipere, vel ſine mandato, l. 4. iuncta glo. ff. de re iudi. & l. Plautius. in fin. ff. de procura. ibi, idem erit obſeruandum. & ſi defenſoris loco cum ſatiſdatione liti ſe obtulit. Et is damnatus conueniri debet, vt dicitur in prin. ibidem. Et l. qui ſe liti obtulit. de petit. heredi. l. is qui ſe liti obtulit. de rei vindica.

Offerre ſe negotiis alienis.

¶ Offerre ſe negotiis alienis, eſt negotia vltro ſuſcipere gerenda, & ſine mandato, l. 3. §. interdum. ff. de nego. geſt. ibi, nam ſi affectione coactus, ne bona mea diſtrahantur, negotiis tuis meis obtuleris, æquiſsimum eſſe dolum duntaxat te præſtare. l. interdum. §. fin. de iudi. ibi, ſenator ſi negotiis alienis ſe obtulerit in prouincia, non debet iudicium recuſare negotiorum geſtorum, ſed actionem eum excipere conuenit. l. ex maleficiis. §. ideo primo. de actio. & obliga. ibi, ſi vel is qui ſe obtuliſſet negotiis gerendis, &c.

Offerre ſe alteri vi.

¶ Offerre ſe alteri in iudicio, eſt ſine citatione ſe exhibere in iudicio, & defenſionem alienæ rei ſe opponendo ſubire, l. penul. ff. de dolo. ibi, ſi te Titio obtuleris de ea re, quam non poſsidebas, in hoc vt alius vſucapiat, & iudicatum ſolui ſatiſdederis, quamuis abſolutus ſis, de dolo malo tamen teneris.

Offerre ſe petitioni.

¶ Offerre ſe petitioni dicitur qui aduerſus petitionem aduerſarij inſtitit, & vltro defendit, l. etiam. §. non ſolum. ff. de petit. heredi. ibi, dolo eum facere qui ſe offert petitioni, quam ſententiam Marcellus generaliter apud Iulianum probat, omnem qui ſe offert petitioni, quaſi poſsidentem teneri. & l. is qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, eum non poſsideret, nec dolo feciſſet quominus poſsideret, ſi actor ignoret, non eſt abſoluendus. de rei vindi. & l. ſi is qui. ibidem.

Oblata pecunia.

¶ Oblatam pecuniam dicit Iuriſconſul. in l. vix certis. in fin. ff. de iudi. l. à tutore. de rei vindica. l. quod ſi. in fi. de eo quod certo loco. Et Vlpia. notat, Nõ ſufficit obtuliſſe in folle, l. cum ſeruus. ff. de condi. & demonſtra. Niſi & depoſuit obſignatam tuto in loco, l. tutor pro pupillo. ff. de adminiſtra. tutor.

¶ Oblatio

Oblatio.

¶ Oblatio, ipſe offerendi & præſentandi actus, l. Papinianus. §. condition. ff. de inoffi. teſta. ibi, ceterum ſi legatarium, nunquid ſemel natam inofficioſi querelam non perimat legatarij oblatio? Et ibi, ſi forte antequam iudicium moueatur oblatio ei fiat, eius quod relictum eſt quaſi ex voluntate teſtatoris oblatione ſatis ei factum videatur.

Oblata cautio. Oblata litis æſtimatio.

¶ Oblata cautione, l. ſed & ſi poſſeſſori. de iureiur. §. item ſi iurauero. in fin. ibi, poſſe percipere vſum fructum oblata cautione. facit l. 1. C. de vſur. fruct. Oblatam litis æſtimationem, l. ſi vt certo. §. 1. ff. commoda. ibi, ſi quis hac actione egerit, & oblatam litis æſtimationem ſuſceperit, rem offerentis facit. l. ſi quis à multis. & l. generaliter. de noxal. actio. ibi, litis æſtimationem offerre his quibus debere non poteſt. Declaraui in l. hæc enuntiatio. ſupra eod.

Offerre pretiũ.

¶ Offerre pretium, l. 3. §. ſi quis. ff. de lib. homi. exhib. Offerentis rem facit, in l. ſi vt certo. ff. commoda. in §. 1. qui dominium transfert in offerentem litis æſtimationem: vt fuſius deeui in l. verbum faciendi. ſupra eodem.

Offerre ſe vltro.

¶ Offerre ſe vltro dicit interdum Iuriſcon. ad maiorem expreſsionem, in l. ſemper. §. conductores. ff. de iure immunit. ibi, etiam ſi vltro ſe offerant municipalibus muneribus.

Oblata, genus penſitationis.

¶ Oblata eſt genus penſitationis, vt elucidaui ſupra in l. ſi calumnietur. §. 1.

Oblatio, in iure canonico quid.

¶ Oblatio, de iure canonico eſt quædam donatio Deo facta, quę ab eccleſiæ miniſtris percipitur: de qua in c. omnis Chriſtianus. de conſecra. diſti. 1. & Hieron. ad Damaſ. epiſtola 10. in 3. parte, & plenè Troil. Maluit. in tract. ſuo de obla. ſcripſi in tract. de deci. in 1. quęſti.

Oblatus, in iure canonico quis.

¶ Oblatus eſt etiam de iure canonico, qui ſe & ſua alicui monaſterio dedit, & illic non mutata veſte degit. Et iſtorum numerus magnus eſt in monaſterio ſancti Bernardi Claræuallis, vt vidi, & loquitur c. conſultum. de regular. & c. qui bona. 17. q. 1. & hi poſſunt ſibi quędam bona retinere, cum non ſoleant profiteri, ſicut conuerſi faciunt: vt plene ſcribit Boer. in deciſ. Burdegalen. q. 20. quidam nomine. Et ex conſuetudine ſolet Rex monaſteriis ab eo vel à prędeceſſoribus fundatis vnum in ſua vita oblatum ponere veteranum pauperem, aut alium impotentem, vt vidi ſæpius in palatio agitari. De quo ſcripſi in praxi benefi. in 3. parte in Reg. quod quis intelligat idioma. in glo. 2.

Oblatio duplex

¶ Aduertendum eſt, quod duplex eſt oblatio: quędam verbalis, quę verbo fit: vt cum vero quis offert ſe ſoluturũ decem quę debet, vel reſtituturum equum commodatum. Alia, quę in re ipſa conſiſtit, & realis dicitur. Et regula eſt, quod oblatio verbo facta non ſufficit, l. qui decem. §. idem reſponſum eſt. ff. de ſolu. & l. ſeruus ſi heredi. in fin. ibi, pecuniæ reum numerare paratum idoneum obtulerit. de ſtatulibe. glo. in c. paſtoralis. de offi. ordi. & in c. vt circa. in verbo præſtito. de elect. in 6. Bar. in l. prætor. §. ſi quis paratus. ff. de noui oper. nuntia. & in l. acceptam. col. 2. de vſur. & Bal. ibi, & in §. licet. ſi de feudo fuer. contentio inter dom. & agna. vaſſal. Alex. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrimo. & idem Alex. conſi. 130. in cauſa. 3. col. nu. 12. in 4. vol. Mateſsilla. nota. 129. not. quod vbi quis debet offerre.

Oblatio verbo facta non ſuffi cit.

¶ Ratio eſt, quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. glo. in d. c. paſtoralis. in fin. per c. 1. & 2. de eo qui mitti. in poſſeſsi. vnde non ſufficit dicere offero pecuniam, niſi eam manu geram. Bar. in d. §. ſi quis paratus. & qui offert fideiuſſorem, debet illum ſecum ducere, teſte Alex. vbi ſupra, d. conſi. 130. & Anchar. conſil. 331. viſis diligenter. col. 1.

Oblatio quomodo fieri debeat.

¶ Etiam ſi quis offerat pecuniam in loculo, vel in crumena clauſam. Nam ſi eam non extrahat, & numeretur coram teſtibus, & poſtea illic reponatur, non valebit oblatio, vt declarat Bar. in l. fin. ff. de diſtract. pigno. l. cum ſeruus. de conditio. & demonſtra. quia hoc caſu non poteſt conſtare quid offeratur. arg. l. 1. §. ſi ciſta. ff. depo. & Bal. in d. l. acceptam. Angel. in d. §. fin. quib. mod. tolli. obliga. in Inſtitu. vnde aduocati dicunt oblationem faciendam *en argent deſcouuert*. Sic conſuluit Iaſon conſi. 172. relatio. in 2. vol. & ita loquuntur fere consuetudines Franciæ.

Quando oblatio verbo facta ſufficiat.

¶ Primò vitiatur in rebus immobilibus, in quibus ſufficit verbo offerre ſe relicturum vacuam poſſeſsionem, per authen. Deo data. C. de dona. ante nupti. l. 2. C. quando & quib. quarta pars debe. lib. 10. & poteſt in iudicio dicere, quod ſi non ſit contentus iſta oblatione eſt paratus in loco in quo res ſitæ ſunt latius tradere. & ſi ſit domus, offerat claues, l. clauibus. ff. de contra. empti. Bal. in d. l. acceptam. in 1. oppoſi. glo. & Bar. in d. l. ſi mora. Barba. conſil. 5. clementiſsimi. col. 5. vol. 1. vnde qui nõ habet pecuniam, ſufficit ſi dicat ſe daturum de bonis immobilibus vſque ad debiti æſtimationem faciendam per probos viros, vt conſuluit Bal. conſil. 318. vol. 1. practica ciuitatis. Videte tamen Iaſonem hoc limitantem conſil. 9. venerabilis. nu. 9. & ſequenti in 1. vol.

Debitum ſi liquidum nõ ſit, parte liquida oblata, liberari debet debitor, ſi de altera parte ſatiſdare ſit paratus. Oblatio pecuniæ verbalis pignoris venditionẽ inhibet.

¶ Secundò perdit officium hæc regula, quando debitum non eſt liquidum: tunc enim quod eſt liquidum offerri debet: & de eo quod non eſt liquidum debet ſatiſdatio præſtari, per tex. ſingul. in l. ſtatuliber rationem. ff. de ſtatuliber. vbi ſcripſi, & l. ſeruus ſi heredi. in fin. ibidem. Barba. in clemen. gratię. vlt. no. de reſcrip. Anchar. conſil. 235. prima facie.

¶ Tertiò flectitur regula, vt oblatio verbalis ſufficiat ad impediendam pignoris irreuocabilem venditionem, l. penul. ff. de reſcin. venditi. glo. in l. ſi reſiduum. de diſtract. pignor. & an poſt ſententiam valeat: Bal. conſi. 50. ſecundus creditor. in 1. vol. non valere conſuluit.

¶ Quartò

Oblatio verbalis pecuniæ post sententiam non valet.

¶ Quartò non procedit, quando in vno loco obligatus esset soluere, alio, Lugduni forte & Parisiis conuenitur: tunc enim sufficit verbo offerre se paratum soluere, vbi est obligatus. Bal. in d. l. acceptam. in 1. oppositi. & Anto. de Fauo. in tract. de pignore in 3. membro 5. partis. facit l. qui Romę. ff. de verbo. oblig. quia forte non habet paratam pecuniam extra domicilium, quam tamen in suo loco inueniet, saltem inter amicos.

¶ Quintò limitant docto. in his quę non possunt statim expediri, vt sufficiat oblatio verbalis: vt pote parti sufficeret se offerre probaturam, licet non statim probet: vt docet Anto. Panor. & Philip. in c. interposita. de appella.

Verbalem oblationem creditor si recusat, & realem intelligitur recusare.

¶ Sextò, quando aduersa pars illam oblationem recusaret, tunc non requiritur alia oblatio. nam postquam illam verbalem recusat, quod realem recusaret verisimile est, c. 1. & 2. de eo qui mitti. in possess. Et tex. in d. authen. dos data. Bal. in d. l. 1. col. 2. C. ne liceat tertiò prouoca. Alex. in l. qui Romę. in prin. ff. de verbo. obliga. Deci. in l. qui in alterius. nu. 7. & seq. ff. de regul. iur. Quamuis quidam velint hoc ibi reprobare. Sed intelligite, quod si reprobetur oblatio verbalis, eo quod verbo fit, tunc oportet consignare. & hęc verbalis non valeret. secus si pars aduersa diceret se nolle recipere quod offertur. Catellia. Cotta in 2. parte mora. in verbo oblatio. ideo dicit Bar. in l. creditor. ff. de distract. pigno. quod si creditor dicat se paratum recipere post verbalem oblationem, tunc illa oblatio verbo facta non valebit, vt Iason docet in l. 2. nu. 182. C. de iure emphy. & Petrus Gerard. singul. 92. an & quando sola oblatio. Boer. plene in §. 3. de consuetu. reten. rerum feudalium, in consuetu. Biturig. Diuersum est si nil creditor dicat: quia tunc censetur nolle, postquam non acceptauit oblationem, vt scribit Bar. in d. §. si quis paratus. in fin. l. prętor. de noui oper. nuntia. & ibi docto. eum sequuntur.

¶ Decem requisita in hac oblatione docet Anton. Negusan. in tract. de pigno. in 3. parte 3. membri 5. partis. Et duodecim effectus ibid. post Guido. Papę in singul. 570. nota quod oblatio, &c. & consil. 230. Ioannes de Plastro, ac Lucas de Penna in l. 1. C. de suscepto. lib. 10. & Hostiensis in summa rub. de solu. vbi ponit, & rub. de obla. vbi tradit hanc materiam. Et Iason consil. 9. venerabilis. nu. 15. in 1. vol. vbi alia videri poterunt.

Perferre crimen adulterij, id est perficere.

¶ Perferre crimen adulterij, id est ad finem ferre, finire, perficere, l. quærebatur. ff. ad Turpil. ibi, calumnia non puniri eos qui præscriptione temporis exclusi causam adulterij perferre non potuerunt. l. dominus. de vsuf. ibi, qui causam inofficiosi testamenti recte pertulerat. Et l. filio. in fin. ibi, quæstionem inofficiosi testamenti pertulit. ff. de inoffi. testa.

Perferre rem, pro portare.

¶ Perferre rem, portare, ferre. l. 1. de procuratoribus. ff. ibi, sicuti nec is quidem qui rem perferendam, vel epistolam, vel mutuum perferendum suscepit, propriè procurator appellatur. Et l. spatium quę ad perferendas eas tribuendum est, de edendo. l. si pupilli. §. si quis pecuniam. de nego. gest. l. qui Romæ. §. Callimachus. de verb. obliga. l. 3. nautæ, caupo. & l. in hoc iudicio. in fin. de seruo corrup. l. argentum. commoda. Aliquando significat perpeti, tolerare, vt videbitur.

Præferre, pro anteponere.

¶ Præferre, anteponere, l. semper in dubiis benigniora præferenda sunt. ff. de regul. iur. l. 2. §. fin. de adul. ibi, si simul ad accusationem veniant maritus & pater mulieris, quem præferri oporteat quæritur. & magis est vt maritus præferatur. Et procuratore in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratoris in litem mouendam, vel suscipiendam pecuniam. l. procuratori. ff. de procura.

Proferre, pro protrahere.

¶ Proferre, protrahere, prolongare, differre, l. non distinguemus. §. dies. & l. arbiter. ff. de arbi. dixi alia in l. non est sine liberis. supra eod. de hoc verbo. De verbo referre etiam scripsi in l. detestatio. §. ferui. supra eod.

Sufferre pro pati.

¶ Sufferre, pati & sustinere, l. & generaliter. ff. de noxal. ibi necessitas ei imponatur vt litis æstimationem sufferat.

Sufferre pœnã.

¶ Sufferre pœnam, id est pati, l. si quis obrepserit. in fi. ibi, imò si accusatus fuerit, & pœnam sufferre debet. ibidem.

Sufferre mulctam.

¶ Sufferre mulctam, idem, in l. fi. ff. de termi. amo. ibi, si seruus seruáve insciente domino dolo malo fecerit, ei capitale esse: nisi dominus domináve mulctam sufferre maluerit.

Sublato ædificio.

¶ Sublato ædificio, id est destructo, perempto, ablato, l. nisi sublato ædificio vsusfructus mihi areæ cesserat, tempore scilicet quo vsusfructus periit transacto. ff. quib. mod. vsusfr. amitta.

Sublato pariete.

¶ Sublato pariete, l. fistulam. in §. penul. ibi, vt etiam sublato pariete maneat. ff. de seruitu. vrba. prædio. Sublatis vineis, idem l. certo. ff. de seruitu. rustic. prædio. ibi, ideo sublatis vineis seruitus manebit.

Sublatis vineis.

Sublato vsufr.

Sublato vsufructu, idem l. 2. ibi, est enim vsusfructus ius in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est. ff. de vsuf.

Sublata obligatio.

Sublata obligatio, idem l. frater. de condict. indeb.

Suſtulit filium, id est procreauit.

¶ Sustulit filium, id est procreauit, l. si ex duobus. §. fi. ibi, filius in adoptiua familia vxore ducta filium sustulit. ff. de bono. possessi. contra tabul.

Sustulit, pro abstulit.

¶ Sustulit, abstulit, detulit, amouit, l. ita vulneratus. in fin. ff. ad leg. Aquil. ibi, cum plures trabem

trabem alienam furandi causa sustulerint, quam singuli ferre non possent, furti actione omnes teneri existimantur: quamuis subtili ratione dici possit neminem eorum teneri, quia neminem verum sit eam sustulisse. l. Quintus. ibi, & fideiussor soluendo vsuras potestatem recusandi eas reo sustulisset. ff. manda.

Sublatis ædificiis, pro elevatis.

¶ Sublatis ædificiis, id est eleuatis, l. si domus. ibi, sic statui debebit, vt si altius sublatis ædificiis tuis stillicidia mea cadere in ea non possint, ea ratione altius ædificare tibi non liceat. ff. de seruitu. vrba. prædi. & l. seruitutes. §. si sublatum sit ædificium. & l. hoc quod. in fin. ibidem.

¶ Transferre, de hoc verbo abunde scripsi in l. vinaria vasa. supra eod.

Baiulare. Baiulus.

¶ *Baiulare.* Dicunt quidam baiulare sumi pro portare gratia mercedis. inde baiulus, qui onera mercedis nomine deferre consueuit: vulgò *vn portefaix ou crocheteur.* Potest etiam dici baiulare qui sine mercede portat, cum non inueniam illam differentiam exactè seruatam. Et in lingua Occitana, in pagis is qui pro domino in pago residet, quia onera domini ferre solet, dicitur Baiulus, vulgo *Baille.* Gerere etiam est portare, l. pen. de vi publi.

Baiulus, pro eo qui in pago pro domino residet.

Portari proprie quæ dicantur.

¶ *Portari ea quæ quis iumento secum ducit.* Proprie hic dicit Iurisconsul. portari dicuntur quæ quis iumento defert: idem si equo, vel mula, aut asino, sed quia veteres frequentius iumentis vtebantur quam hodie, vt supra dixi, ideo Iurisconsul. frequentius locuti sunt de iumentis: sed non excludunt ea quæ aliis animalibus deferuntur, per glo. singu. in clemen. 1. in verbo præsidentes. de electi. & authen. cassa. C. de sacrosanct. eccle. & Iurisconsul. dicit, grauiores autem etiam stellionatus crimen ei important, id est inferunt, l. statuliberum. de statulib. §. 1. vbi glo. sic exponit. Ego vero dicerem, important, id est imponunt, seu intra portant. l. infamem. ff. de publ. iud. dicite vt plenè in lege, portus. supra, vbi alia verba confinia etiam exposui.

Portare pro baiulare, & gerere.

¶ Ista tamen differentia sæpius confunditur, vt portari etiam dicantur ea quæ proprio corpore baiulantur. vnde Iurisconsul. ait, qui telum suæ salutis tuendæ causa gerunt, non videntur hominis occidendi causa portare, l. penul. ff. de vi publi. vbi gerere & portare pro eodem capiuntur. Et portare etiam dicitur quis corpore, vt in l. si id quod. §. 1. ff. pro socio. ibi, si pecunia cum peregre portaretur, ad mercem emendam, perierit. Pecunia autem solet portari & corpore & iumento, ab scholasticis corpore, nec quidem illa sunt multum onerati: à Regibus verò & magnis diuitibus iumētis, mulis, vel equis, seu plaustro ac quadriga, facit §. si quis rusticus arma vel lanceam portauerit, iudex vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipsis recipiat, tit. de pace tenen. & eius violat.

Pecunia quomodo portetur.

De eo qui arma, aut aliud quidpiam vetitum ad hostes portat.

¶ Vnde si quis statuto vel proclamate fuerit portare prohibitus arma ad barbaros vel frumentum, intelligetur siue ferat proprio corpore, siue iumento, siue naui, vel curru, considerata ratione legis vel statuti, c. ita quorundam. & c. ad liberandū. de Iudę, scripsi in bulla cœnæ Domini, arti. 5. sed si diceretur portare & vehere, vt in l. seruis. §. fin. ff. de riuis, intelligeretur portare dorso, & vehere plaustro, vel asino, per glo. ibi.

Porter, quomodo à Gallis vsurpetur.

¶ Si tamen inueniatur quis post prohibitionem phialam vini gustus causa portare, non incidet in pœnam, teste Salic. in l. 1. C. quæ res export. non possunt: nisi deferat ad barbaros, quia tunc etiam prohibetur in illo text. & hoc asserit ibi Bal. sed primæ sententiæ est Iason in l. 2. col. fi. de iurisd. omn. iudi. & de Ripa in tract. de peste, in 6. q. fol. 91. vol. paruo. Primæ tamen sententiæ adhærerem, quia portando ad gustum, videtur habere animum perficiendi contractum: quod non potest facere citra prohibitionem: ergo facit contra prohibitionem, & sic in pœnam incidit. De consuetudine & cōmuni vsu loquendi Franciæ dicimus, *porter*, siue corpore, siue equo, siue curru, siue alio quoquo modo portetur, vt est in consti. Regi. Gallic. *des draps d'or, d'argent, & de soye à porter defendus.* prout etiam abunde scripsi in 2. tomo commenta. in constitu. Reg. Galli. tract. de pannis aureis & argent. nisi verba referantur ad hominem, videlicet quod nullus portet vestimenta aurea, &c.

¶ Cæterum ex prædictis, ne vanam aut superfluam nostri tex. interpretationem arguas, intelliges hic Iurisconsul. Gaium, attenta proprietate sermonis ista sic distinxisse, & prout docet Florid. in tract. de interpretib. iuris, licet portare contineat, & sæpius vsurpetur pro ferre generaliter, & baiulare: hoc etiam non negat hic Iurisconsul. sed proprie accipi etiam hic docet, & ita conciliabitis ea quæ adducit hic Florid. & alij. sed de his hactenus.

§ Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent, sed omnes qui ædificarent.

Fabri nomine quid contineatur.

¶ Faber generale nomen est, à faciendo dictum, comprehendens omnes qui ædificant. probat l. continuus. §. item qui insulam fieri spoponderit, non vtique conquisitis vndique fabris, & plurimis operariis adhibitis festinare debet. ff. de verb. obl. vnde omnis artifex qui labore corporis aliquod facit artificium, ex quauis materia, excepto gypso, argilla, terra, & similibus, faber dicitur l. pen. §. quibusdam. ff. de iure immunit. §. certe. de rer. diuis. in Inst. l.

nemo

Cepola in repeti.l.si fugitiui. col. 9. ff. de seruis fugit. Et indistinctè in quacunque materia communis vsus loquendi sic admisit, vt appellatione veneni veniat malum, nec opus sit adiicere malum: quia in dubio intelligimus de malo. Vnde si testes deponerent quod Titius dedit venenum alicui, possit ex his depositionibus condemnari, quia omnia pharmaca vocamus medicamenta, seu vulgo *medicamens* aut *drogues*. Venenum malum simpliciter *du venin*, cui ante sumpta theriaca facilè resistitur, vt dicunt medici, maxime illa quæ fit in Montepessulano, de qua theriaca loquitur l. quæsitum. §. idem respondit theriacam. ff. de fundo instructo. & alia sunt quæ venenis resistunt, quæ scribit Galen. in libro 5. de simplic. medi. facul. c. 17.

Theriaca veneni antidotum.

¶ Purgare autem reus se potest vel per iuramentum, l. fin. §. ficubi. C. de his qui ad eccle. confug. & vocant quidam purgationem hanc legalem. & interdum vidi literas, quibus Rex delinquenti concedebat, cum delictum aliter probari non poterat, vt reus suo se purgaret iuramento, Purgatur etiam quis per testes, & vocatur purgatio canonica, vt c. 1. & per totum tit. de purga. cano. de qua Specul. in tit. de aboliti. & purga. §. fi. & Alba. in §. si miles. de pace tenen.

Reus quomodo se purget.
Purgatio legalis.
Purgatio canonica.

¶ Purgari etiam olim solebant homines experientia: vt ferrum candens recipiendo: quod hodie est prohibitum, quia multi sub iusto clypeo sic periere, vt c. 1. & per totum tit. de purga. vulga. vbi hæc vocatur vulgaris purgatio.

Purgatio per ferrũ candens.
Purgatio vulgaris.

¶ Cæterum innocentia, & non relatione criminum reus purgatur, id est si probet se innocentem, & non si obiiciat crimen in partem aduersam, d. l. de his qui. iuncta l. fi. de accusa. C. & l. si vxor. §. iudex. ibi, non rem ob compensationem mutui criminis inter vtrosque communicare. ff. de adult. & decem modis quis purgare se potest, quos scribit Iaco. Bellouisu in practica sua tit. de proba. nega. versic. & sic ex prædictis. nu. 21. & sequen.

¶ *Eo nomine.* Iurisconsulti sæpius hac phrasi vtuntur, vt in l. si calumnietur, §. telum. sup. eod. alias phrases alicubi forte scribam, nunc ad alia pertransiens.

Eo nomine.

¶ *Admonet nos*, id est in memoriam adducit, *nous aduise*. sic potest hic accipi. Interdum admonere, est monere, commonefacere, *admonester*. Vnde meritò admonentur magistratus diligenter custodire fugitiuos, ne euadant, l. 1. §. pen. ff. de seruis fugi. Et præfectus vigilum admonere debet omnes inquilinos ne per negligentiam aliquam incendij casus oriatur, l. 3. §. penul. ff. de offi. præfe. vigil. quod vidi Tholosæ seruari tempore ventoso.

Admonere.

¶ Inde admonitio, l. 2. in fi. de iud. ibi, in omnibus autẽ in quibus protelatur admonitio.

Admonitio.

¶ Admonitus, adhortatus, excitatus, *admoneſté*, l. si serui. ff. de nego. gest. l. 1. §. penult. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. l. nam & si fur. si cer. pet.

Admonitus.

¶ Item monere significat idem quod admonere, attendere & inspicere, instruere, l. sed & si. in fi. ibi, quia non faciendæ iniuriæ causa percussérit, sed monendi & docendi causa. ff. ad leg. Aquil. Item monitio pro citatione ponitur in iure canonico, & dicitur: Monemus semel, secundò, tertiò, peremptoriè vno edicto pro omnibus, &c. De monitione est text. in c. crapula, & c. fi. de vita & honest. cleri. c. tuæ. & c. fin. de cleric. non resid. in 6. & hoc verbo etiam vtitur Imperator in l. cum clericis, in fi. C. de epis. & cleric. l. 2. & l. consentaneum. quomo. & quando iudex. dixi abundantius in tract. de citatione in 3. tomo commenta. in constitu. Reg. Gallic.

Monere.

Monitio pro citatione.

§ Glandis appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait, exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur.

¶ Appellatione glandis omnis fructus continetur, ad Græci sermonis exemplum, quo omnes arborum species ἀκρόδρυα appellantur. nam ἄρυς ἄρυος cum ypsilon quercus est arbor: ponitur etiam pro quauis arbore. δένος vero cum iota, vel δέιον silua dicitur, & sic capit Dionysius in descriptio. Etiam pro vite capitur. Cum igitur Græci δρῦα pro qualibet arbore capiant hic legi ἄρυα in hoc text. in aliquibus libris, & melius forte quam ἀκρόδρυα. δένδρεον autem summum dicitur, ἄρυς silua, quasi silua sit maximarum arborum. Vel vt dicit Budæus, ἀκρόδρυα propriè à Græcis appellantur quæ in ambitu lignosum putamen habent, vt nuces, castaneæ, pistacia, malum punicum, & similia. E conuerso quæ extrinsecus mollia sunt, vt poma, & mala reliqua, pruna, cerasa, & similia, ὀπώρα dicuntur. δρῦα autem dicuntur ἀπὸ τῆς δρύπτειν, quod est abscondere, quod in arboribus facile quis abscondatur. vnde Druydę Gallorum sacerdotes dicti quod in lucis roborum habitarent, teste Plinio lib. 16. c. 44.

Ακρόδρυα.
Ἄρυς.
Δένος.

Glandem alienam si quis immisso pecore depascat, qua actione teneatur.

¶ Quod ad sequentia vtile est: nempe si glãs ex arbore tua in meum fundũ cadat, eamq; ego absque dolo malo immisso pecore depascam, in factum agi posse ait Iurisconsul. in l. qui seruandatum. §. fin. ff. de præscrip. verb. Et si glans ex arbore tua in fundum meum decidit, eamque immisso pecore depascam, actionem ad exhibendum competere Vlpia. ait, si dolo pecus immiserim vt glandem comederet, in l. Iulia. §. glans. ff. ad exhib.

De glande legenda.

¶ Secundo prætor vim vetat fieri ei cuius glans in agrum alterius deciderit, quominus liceat

liceat ei colligere, & collectam auferre. Et glandis nomine omnes fructus etiam contineri dicit lex vnica, ff. de glande legen. quam rub. eleganter explicat cõterraneus noster Stepha. Forcat. in penu iuris ciuilis, c. 15. Vnde cũ nuces & pira vnius in fundũ alterius cecidissent, & is in cuius viridarium cecidissent, nollet iter prębere domino fructuum, dixi adeundum iudicem qui præcipiet domino viridarij, vt id aperiat, & poma legere & nuces permittat.

¶ Communis tamen vsus loquendi Franciæ glandes stricte accipit pro fructu quercuum tantum, Gallicè *du gland*. Est enim quercus, Græcis *Δρῦς* appellata, Gallis *chesne*, de qua multa scribit Ruellius in suo lib. de natura stirpium. Vnde glans quernea, siue quercina: & populus Quercinus à quercubus, quibus fortasse abundabat illa patria, dictus est, *les Querci nois*. Ciuitas præcipua illorum est Cadureum, vbi alias professus sum iura ciuilia & pontificia, ibique munere regentiæ functus sum: vulgus vocat *Cahors*.

Glãdis nomine in cõmuni vsu loquendi quid contineatur.
Quercinus populus vnde dictus.

¶ Glandiferę autem arbores sunt quercus, ilex, robur, esculus, fagus, & suber: de quibus etiam scribit Theophrastus. Querciram febrem, siue querqueram vocant medici frigidam cum tremore, à qua nos præseruet pater & filius & spiritussanctus. amen.

Glandiferæ arbores.
Febris quersira.

¶ Arborum species multę sunt, vt licet videre per Ruellium, & Leonard. Fuchsium in tract. de histo. stirpium.

IDEM LIB. V. AD LEG. XII. TABVL.

LEX CCXXXVII.

Duobus negatiuis verbis quasi permittit lex, magis quam prohibet: idque etiam Seruius animaduertit.

¶ Duo vult dicere hæc lex: primum quod duæ negationes magis permittant quam prohibeant, id est potius affirment, quam negent. Secundum tacitè, quod duæ negationes interdum prohibent, ponderando dictionem magis, quæ comparatiue sumitur, vt magis permittant: ergo aliquando prohibent. & ideo hęc lex allegatur ad hoc, quod duę negationes affirmant & affirmationem demonstrant, gloss. hic: quod probatur primo per dictionem necnon, l. 1. & l. necnon. ff. ex quib. cau. maio. §. pater. de testa. in Institu. l. moris. ff. de pœn. l. etiam, & l. locus. supra eodem.

Negationes duæ affirmant.
Necnon vt affirmatiue.

¶ Secundò probatur per dictionem nonnunquam, id est aliquando, l. nonnunquam. ff. de adopti. l. 1. §. si quis vltro. ff. de questi. l. nonnunquam. ff. de conditio. & demonstra, lege, moris, de pœn. l. coniunctionem. supra eodem.

Nonnunquam.

¶ Tertiò idem de dictione nonnulli, id est aliqui, l. quęsitum §. 1. de fundo instru. l. si filius §. 1. de fideicommis. liber. l. inter actum & iter nonnulla est differentia. ff. de seruitu. rusti. prędio. & sic exponit Panor. in c. in nostra. 1. nota. & c. nonnulli. de rescrip. & Iurisconsul. ait, assidua etenim frequentia quasi nonnullam prębet infamiam, l. item apud. §. assidua. ff. de iniur. l. testatrix. §. 1. si serui. vindic.

Nonnulli.

¶ Quarto nonnihil commoditatis & decoris afferunt notarij, l. vlt. C. de primic. secund. & notar. lib. 12. vbi glo. exponit nonnihil, id est multum. sed ego exponerem nonnihil, id est aliquid, vel non parum. l. cum allegas. C. de castren. pecul. milit. eod. lib. probat Iurisc. in l. sed & si lege. §. adeo. in fin. ibi, vtique nonnihil restituendum. ff. de peti. hered.

Nonnihil.

¶ Quintò non immerito, id est merito, l. furti. §. 1. de his qui not. infa. l. si is cui. §. tametsi. de solu. l. sic eueniet. de adult. l. fin. ad leg. Iul. pecul. lege, Imperatores. de iure fis. lege, si filia. §. 1. famil. ercis. l. in concedendo. de aqua pluui. arcen. l. metum. in magna. §. fi. quod met. cau. lege, quod dicimus. in fin. ibidem, lege prima, §. 1. de ventre inspic. l. 3. §. itaque. de itine. l. 1. quarum rer. acti. non detur, l. fin. de litigi. lege 2. §. si quis iudicio. ff. si quis cau. lege, pater. de cuiction.

Non immerito.

¶ Sextò nemo nescit, id est nemo ignorat. l. quantæ. ff. de publica. l. nemo. ff. de duob. reis.

Nemo nescit.

¶ Septimò non indigne, ergo digne, l. si rogatus §. matrimonij. ff. de manumis. vindict. quem text. singul. dicit Philip. Perus. in §. fi. de despon. impub. in 6.

Non indigne.

¶ Octauò non inutiliter, sed vtiliter, l. procurator. §. 1. ff. rem rat. hab. l. qui duos. in fi. ff. de manumis. vindi. l. huiusmodi. de verb. oblig. ibi, non inutiliter, id est vtiliter. l. nemo, prima. ff. de verbo. obliga.

Non inutiliter.

¶ Nonò non iniuste, eodem modo exponi debet, l. libertatem. in fi. ff. de manumis. testa. l. si cum seruum. §. idem obseruatur. de fideicom. liber. Sic non inhoneste, l. pronuntiatum. §. 1. supra eodem. l. 1. de condict. cau. da.

Non iniuste.

¶ Non impropriè, l. lege. 2. supra eodem. Non denego, id est concedo, l. 1. §. exceptiones ff. quar. rer. acti. non det. Non impudicum conuitium, & sic pudicum in nuptam patrono non denegatur, l. non solum. §. leuis coercitio. ff. de iniur. Non absurde, l. interdum. §. diuortium. supra eodem. Non minima incommoda affert sępe partium solutio & exactio, sed magna intelligite, l. plane. versic. sępe. ff. famil. ercis. l. 1. ibi, non minima vtilitas. ff. de tributo. l. sed si ex parte non modica. ibidem.

Nõ impropriè.
Non denego.
Non impudicũ.
Non absurde.
Non minimum.

Non inarguta. ¶ Non inarguta sententia, sed subtilis & acuta, in l. in hoc senatusconsulto. §. penult. ff. de vsuf. earum rer.

Non falso. Non infauorabiliter. Non iniquum. Nõ insubtiliter. Nõ impoßibile. Non male. Non improbe. Non incõmode. ¶ Non falso, sed vere, l. recte dicimus. supra eodem. Non infauorabiliter, id est non sine fauore, l. 2. §. præterea ff. de decuri. Non esse iniquum, l. quædam §. nummularios. ff. de eden. Non insubtiliter, l. iurisgentium, §. adeo. ff. de pact. l. 1. ff. de hered. instit. Non impossibile, ergo possibile, l. non impossibile. ff. de pact. Non male, l. si fideiussor. 1. ff. manda. Non improbe, l. non est ferendus. ff. de transact. Nemo non confitebitur. l. 1. ff. ex quib. cau. maio. Postulatio non iniqua visa est, sed æqua, l. & Attilicinus. ff. de seruitu. rusti. prædio. l. si cum villico. ibi, non erat iniquum. de instr. actio.

¶ Non ineleganter, l. illud. de soluti. Non incõmode, sed commode, l. Stichum. §. quæsitum. ff. de solu. l. lex Cornelia. de vulga. & idem dici potest in aliis quas nunc missas facio.

Quæ negationes quando negent. ¶ Limitatur quando illæ negationes ad diuersa tenderent, quia tunc negant: vel quando quælibet suam determinationem & relationem haberet, l. qui neque sequatur, neque ducatur. l. alienationis. §. oratio quæ neque coniunctionem neque disiunctionem habet. sup. eod. l. 2. ff. de in ius voc. vbi sic scribitur, in ius vocari non oportet neque consulem, neque prætorem, neque præfectum, neque proconsulem, neque ceteros magistratus qui imperium habent, &c. vbi sunt plures negationes, quæ quidem omnes negant. l. 2. §. si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio, sed quod grauida erat, exceptionem ei dandam Labeo ait. ff. si quis cautio. & l. si seruus. ibidem, l. iurisgentium. §. item si quis. de pact. l. furti, in fi. de his qui not. infam. l. pronuntiatum, in fi. ibi, neque nuptiæ neque tales. supra eodem. l. si vero. §. de viro. vbi Ludo. Roma. ff. solu. matrim. l. non videtur defendere. infra tit. proximo, l. 1. si seruus ad decurio. aspira. lib. 10. C. vbi patruus meus Iacob. Rebuff. restringit hunc text. quando nimia sequeretur absurditas. l. cum dos, de pact. dota. l. 1. §. si autem. ibi, non putat non insubtiliter. de heredi. instit. ff. c. fi. de consti. in 6. l. vectigalia. de publica. l. affectionis. & l. cum de donatione. ff. de dona. l. cum quasi, in fi. de fideicom. liberta. & l. Lucius. ibidem, l. 1. de iure aure. anul. l. si debitor. de peri. heredit.

¶ Secundò vitiatur quando appareret de contraria mente loquentis: vt si rusticus dicat, nego me non debere, vult dicere negando dico, vt docet Bal. in l. qui separatis. col. 3. C. vnde libe. & in l. 1. col. 5. de seruis fugi. Quemadmodum sæpe audiui rusticos dicentes, *il est ompipotent*, pro *impotent*,

¶ Tertiò non procedit quando negationes sunt in numero impari. eo enim casu magis negant quam affirment, si vnam clausulam respiciant. Rebuf. in d. lege prima, si seruus ad decurio. per l. in personam. in princ. ff. de pact. & legem primam, C. de seruis fugi. vbi Bar. l. vnic. §. & cum lex. C. de rei vxor. acti. Et aliquando quatuor dictiones negatiuæ negant, vt in l. nonnunquam. ff. de colla. bono. l. moris. de pœn. l. 1. de cadauer. punit. l. si quis forte, ibi, nonnulli neque semper neque nunquam remittunt. ff. de pœn.

¶ Quartò restringitur si resultaret sensus iuri contrarius, §. si verò neuter. in authen. de his qui ingrediunt. ad appella. col. 5. Ioan. Faber & Ange. in §. cumque hoc deo. in proœm. Institu. facit d. lex 1. ff. de cadauer. punit.

¶ Quintò quando lex vel alia dispositio vteretur duabus negatiuis ad maiorem expressionem & emphasim, vt in c. & si Christus. de iureiur. sit sermo vester, est est, non non. Quia interdum ex abundantia cordis quis interrogatus an fecerit, hoc dicit, non non, vt magis atque magis neget, vt vulgo, *nenny non* dicitur.

¶ Sexto quando negationi addita est dictio quidem, vel tantum: vt non obligari stipulantem, nec fideiussorem quidem, lege prima. §. si quis ita. ff. de verborum oblig. Alciat. hic. sed tunc ad diuersa referuntur istæ duæ negationes, & sic comprehenditur hæc limitatio sub prima. Etiam si tacitè intelligeretur, teste Alcia. hic. vnde cum idem sit nemo, quod nec homo quidem, recta Iurisconsult. est locutio in l. fluminum. in prin. ff. de damno infe. dicentis quod locus publicus damnum infert nemini nihil facienti, id est non affert damnum ei qui opus non facit.

Cur duæ affirmationes nõ negent, vt duæ negationes affirmant. ¶ Septimò duæ affirmationes non faciunt vnam negationem, sicut duæ negationes affirmationẽ: quia aduerbia affirmatiua non destruunt, sed ex eorum significatione & modo significandi confirmant quicquid inueniunt, qualecunque sit illud: aduerbia verò negandi destruunt, dicente beato Augustino, negationẽ esse tantæ malignantis naturæ, quod quicquid inuenit destruit, & eius oppositum ponit, vt in additio. ad Panor. in c. in nostra. de rescrip. scribitur.

¶ Octauò quando communis loquendi vsus ita se haberet vt duę negationes negarent, ille attenderetur, vt in quibusdam regionibus duplicant affirmationem, etiam negationem. l. Labeo. ff. de suppelle. lega. Probus in additio. ad Ioan. Mona. in d. c. fi. de consti. post dom. Ioan. le Cirier in tract. de iure primoge. lib. 1. q. 2. col. 4. iste tamen communis vsus cum sit facti, probandus esset ab eis qui eum allegarent.

De verbis vim ¶ Vltimò dicit Alciat. hic esse quędam verba vim tacitam prohibitionis habentia, quę idem

idem possunt addita negatione, quod non addita: vt vereor, timeo, caueo, dubito: nẽpe paria sunt: vereor ne adoptio impediatur, lege, Non solum. §. sed videamus. ff. de ritu nuptiarum. quæ parum probat. Et nil aliud ad probationem adducit: sed vos aduertite. Primò de verbo vereor, affirmatiue probat textus in lege, filium. §. videamus. ff. de bonorum possessione contra tabulas. ibi, vereor ne hactenus filio suo profuerit. lege, si in iudicio. ibi, verendum ne noceat. de excepti. rei iudi. lege prima, in princ. quando appel. sit. ibi, verendum est ne sero sit vt tunc prouocetur. Negatiue, in lege prima, §. quod ait prætor. ff. de cloacis. ibi, verendum tamen esse Pompo. scribit, ne in eo casu damni infecti stipulatio non committatur. lege, bonæfidei. §. an ante. ibi, puto verendum ne non sit bonæfidei. de acq. rerum domi. lege, officium §. 1. de re milit. ibi, vereor tamen si quicquam permisero quod in vsum meum aut tuum fiat, ne modus in care non adhibeatur, lege, si ego. §. si res. ff. de iure dotium.

Facitam prohibendi habentibus. *De verbo vereor, quomodo sumatur addita negatione vel non addita.*

¶ De verbo dubito negatiue, in lege, quisquis. in fin. ibi, non dubito quin Labeonis sententia vera non sit. supra eodem. lege, in personam. in prin. de pact. ibi, quin pactio filij nocitura non sit patri agere volenti dubitari non oportet. l. 2. communia prædi. ibi, quidam dubitauerunt ne hæ seruitutes non essent. Affirmatiuè, in l. non dubito quin fœderati nobis extranei sint, l. non dubito. ff. de capti. l. Seuerus. in fi. ibi, non est dubitandum quin nauicularij non debeant decuriones creari. ff. de decurio.

De verbo dubito negatiue sumpto, & affirmatiue.

¶ In hoc tamen est perpendendum quando Alcia. sententia vera esse potest. Nam dum accurate inspicitur oratio affirmatiua, interdum affirmat iuncta vni ex his verbis dubito, vereor, &c. si enim dicat iurisconsult. dubito ne vera sit, intelligitur veram esse: si verò dicat ne non vera sit, intelligitur aliquando veram non esse, vt colligi potest ex quibusdam iuribus superius adductis. facit l. fin. §. Proculus. ff. quæ in fraud. credi. lex, non distinguemus. §. quæsitum. ibi, nam & Iulian. ait, impune non pareri ei, si iubeat ad alium arbitrum iri, ne finis non sit. ff. de arbit.

Videre negatiue sumptum. ¶ De verbo videamus negatiue, in l. postquam. ff. de petiti. heredi. ibi, videamus tamen ne non aliter petitor hereditatis legatum restituere debeat, quam vt ei caueatur. lege, nos videamus ne non sexaginta præstanda sint. loca. lege finali, ff. de eo quod certo loco. ibi, videamus ne ea pecunia quæ ex sententia iudicis accedere potest, non debeatur, ne sit in obligatione. lege, venditor, in medio. de heredi. vendi. lege, idem Pomponius, ibi, videndum est ne non sit compromissum, ff. de arbit. facit l. fin. ff. de seruit. rusti. prædio. ibi, id dispiciamus ne nihil vetet à te mihi viam dari.

Permittere. ¶ *Permittit*, id est concedit, lege, minor autem. §. si autem Princeps sententiam dixit, perrarò solet permittere restitutionem. ff. de minor. lege, nequid. §. de his. de incend. Vel pro consentit, vult. lege, creditor qui permittit rem venire, pignus dimittit. ff. de regulis iuris. iuncta lege, si consentit. & lege, sicut. §. si voluntate. & §. sed & si. & sequenti, & lege, voluntate. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. solu. inde permissus, concessio, consensus, *congé*. lege penult. ibi, relegatus sine permissu Principis, eligi non potest. ff. de decurio. lege prima, ne vis fiat ei. & l. 1. §. item Labeo. ibi, nisi permissu meo facere cœperit, quod vi aut clam. lege, ad bestias. de pœn. lege, is qui. de legatio. lege, destitisse. ibi, permissu Imperatoris. ad Turpilian.

Permissus pro concessione.

Legis virtus. ¶ Et legis virtus hæc est, imperare, vetare, permittere, & punire. l. legis virtus. ff. de legib. & cap. omnis. 3. distinct. vbi glo. triplicem permissionem scribit, & docto. in c. vnic. de æta. & qualit. in 6.

¶ Et non quicquid iudicis potestati permittitur, id subiicitur iuris necessitati, lege, non quicquid. ff. de iudi. & sic permittere non importat necessitatem. in qua permittendi materia postquam locus se offert, tres facerem conclusiones, quarum hæc prima est: Omnia censentur permissa quæ non sunt prohibita, cap. nam concupiscentiam. de consti. Panor. in cap. 1. col. antepenul. nu. 18. de iura. calumniæ. Vnde omnes possunt testari qui non sunt prohibiti. l. si quęramus. ff. de testa. Vnde Persius ait:

De permittẽti materia. Permissum censetur quod non est prohibitum.

Cur mihi non liceat iussit quodcunque voluntas,
Excepto si quid Masurii rubrica vetauit.

Et sic quod vetat Iurisconsultus Masurius Sabinus, non est permissum, nec quod leges vetant.

Prohibitum ad tempus, finito tempore, permissum esse censetur. ¶ Secunda, prohibitum ad tempus, finito tempore permissum esse censetur. vnde cum cui aduocationibus quinquennio interdictum esset, post quinquennium pro omnibus postulare non prohiberi, ait Iurisconsul. in l. Imperator, ff. de postul. & exul ad annum, finito anno reuerti potest, etiam sine facultate & licentia, teste Francis. Cremen. singul. 47. quia dies licentiat pro homine: vtor verbis Bal. in proœ. Digest. §. hæc autem tria. Aret. & Iason in l. si ita quis. ff. de vulga. Panor. & alij in c. ex literis. de cõstit. & spoliatus dignitate ad tempus, finito tempore illam recuperat, l. falsi. §. ordine. ff. de fal. l. 1. C. de his qui in exilium dati. lib. 10. Deci. in c. quæstioni. vlt. de appella. scripsi in interpreta. l. quod iussit. nota. 2. in fin. ff.

de re iudi. Nec adhibetur distinctio quo crimine silentium vel exilium sit irrogatum, ne scilicet pœna tempore determinata contra sententiæ fidem vlterius porrigatur. d. l. Imperator. de postul.

Permissum ratione necessitatis, ea cessante videtur prohibitum.

¶ Tertia, permissum ratione necessitatis, ea cessante videtur prohibitum, l. senatusconsulto, ff. de offi. præsi. vt si actio sit temporalis licitum est agere contra Legatum, vt contestetur litem, quia contestatione facta videtur prohibitum amplius durante legatione litem prosequi. lege, sed & si restituatur. §. si dies. ff. de iudi. Ancha. in cap. finali. col. quinta, nu. duodecimo, de foro compe. Vnde si tempore necessitatis belli vendantur officia, tempore pacis donari debent, & boni & docti viri postulari, & requiri: vt quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas sopiat, l. vna. in prin. C. de cadu. tollen.

Animaduertere.

¶ *Idque etiam Seruius animaduertit.* Animaduertere est perpendere, considerare, intueri, notare, cogitare, & quasi animum illuc vertere, & sensus in id tendere, vt hic, & in lege prima, ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. & in lege, non cogendum. in fin. ff. de procurator. ibi, & si satisfecerit, non animaduerto, inquit Iulianus, quo casu stipulatio committatur. l. metum. §. animaduertendum autem est. quod met. cau. l. si duo. de solu. ibi, vt ita possit animaduertere an exceptioni locus sit, necne. lege prima, de appel. recipien. ibi, sed & cum mater filij rem per sententiam euersam animaduerterit, pronuntiauerit, pterati operam dando. lege, ex his. quæ in fraud. credi. ibi, posse tamen dici illam rem apud arbitrum ex causa animaduertendam. lege secunda, ibi, præses animaduerterit. ff. de vacat. & excusat. munerum.

Animaduertere in facinorosos.

¶ Animaduertere in facinorosos, est eos punire, l. imperium merum est habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod potestas appellatur. ff. de iurisd. omn. iudic.

Animaduertere & punire quid differant.

¶ Valla tamen scribit differre à verbo punio, quia hoc fit siue iure, siue iniuria; animaduertere autem dicitur, quando ordine, iure, rite, & ab eo qui potestatem habet. hæc ille libro tertio, cap. 71. Quod potest probari lege prima, ibi, in quos grauiter animaduerti solet. & lege, in eum. in fin. ibi, seuere animaduertetur. de extraord. crimin. lege finali, de effracto. In effractores variè animaduertitur, lege, de militibus. in fin. ibi, is autem qui exercitum acceperit, ius animaduertendi in milites habet. de custo. reor. l. aut damnum. §. 1. ibi, vita adimitur, vtputa si damnatur aliquis vt gladio in eum animaduertatur. sed animaduerti gladio oportet, non securi. ff. de pœn. Iurisconsul. tamen promiscue his duobus vtuntur, vt l. 1. & fi. de cadaue. punit. iuncta rubri.

Animaduersio

¶ Animaduersio, castigatio, punitio, l. prætor edixit. §. neque enim intenditur, inquit, quod publicam habeat animaduersionem. ff. de iniur. l. aliud est fraus. §. primo. supra eod. Et Vlpia. ait in l. item apud. §. quod ait prætor, si quis aduer. ea fece. prout quæque res erit animaduertam: sic intelligendū est, vt plenior sit prætoris animaduersio, id est vt quodcunque eum mouerit, vel in persona eius qui agit iniuriarum actione, vel eius aduersus quem agitur, vel etiam in re ipsa, id est qualitate iniuriæ, non audiat eum qui agit. ff. de iniur. Et animaduertere prout quæque res erit, vulgo dicimus, *punir selon l'exigence du cas.* Quę phrasis est pro iusta castigatione Iurisconsulti peculiaris & frequens.

Animaduersionis iustitia.

¶ Animaduersionis iustitiam dicit tex. in l. fin. ff. de seruis fugi. ibi, ad fugiendam inquisitionem vel iustitiam animaduersionis in arenam se dare mallet.

Animaduersus, punitus. Punitorum corpora quatenus concedenda.

¶ Animaduersus, punitus, supplicio datus. vnde Iurisconsultus ait, Corpora animaduersorum quibuslibet ad sepulturam petentibus danda esse, lege finali. ff. de cadauer. punito. vbi quod in rubr. dixit punitorum, in lege finali, vocauit animaduersorum. hodie tamen in Regno Franciæ non sic facile solent concedi corpora animaduersorum, vt pœna vnius sit metus multorum: nisi sit causa, vt pro anatomia facienda, aut alia iusta ex causa, vt alibi scripsi.

IDEM LIB. VI. AD LEG. XII. TABVL.

LEX. CCXXXVIII.

Plebs est ceteri ciues sine senatoribus.

Plebis nomine quid contineatur.

¶ Hæc lex quatuor partes habet, prout quatuor dicta continet. & primò dicit plebem esse omnes ciues extra senatores. inde plebiscitum, plebis statutū. scisscere enim statuere est, teste Gellio lib. 5. c. 17. Et sicut populus Romanus olim constabat senatu, equite, ac plebe, vt pulchre hic scribit Alcia. ita populus Gallic. triplici statu, videlicet statu ecclesiastico, nobilium, & plebis. Et quando aliquid est agendum tangens populum, conuocantur tres status. & quod ibi disponitur, ratum ab omnibus habetur, vt supra etiam scripsi.

Plebiscitum. Populus Gallicus ex quibus constet. Plebs à populo quid differat.

¶ Et plebs à populo differt, sicut genus à specie, d. §. plebiscitum. vbi etiam hoc dixi vobis, videte Dec. c. 1. de præbend. & dignitatibus, decidentem an appellatione populi veniat clerus.

clerus. Et quamuis multa effundat, regulam vobis constituite, Quod vniuersi ciues populi appellatione continentur, d. §. plebiscitum. siue sint clerici, siue laici, siue nobiles, siue ignobiles. Nota. per Barbā. in rub. de reb. eccle. non alien. col. 19.

Populi nomine vniuersos ciues contineri.

Populi nomine quando clerici cōtineātur, & quando non.

¶ Primò non procedit quando proferretur ab eo qui non haberet potestatem super clericos, vtpote à laico. nam si iudex laicus vel princeps indiceret populo Parisiensi decem milia., non comprehendetur clerus: quia laicus non potest regulariter indicere pecuniam clericis, vel in eos quicquam statuere, c. ecclesia. de constitu. vbi plene docto. si tamen illud statutum tendat in fauorem clericorum etiam clerici illo iuuari poterunt, c. dilecti. de foro compe.

¶ Secundò limitatur quando illa materia laicis tantum conueniret, c. grauem. de senten. excommunica. vel tantum clericis, c. licet. 8. q. 1. quia diuersi sunt laici à clericis, c. duo sunt. 12. q. 1. secus si materia concerneret tam laicos quam clericos, & statueretur ab eo qui clericos etiam ligare potest, c. si quis viduam. 34. dist.

¶ Tertiò non procedit quando esset maior ratio in vno quam in altero, c. si sententia. de senten. excommunica. in 6. Barba. in proœmio clemen. §. quoniam. Oldra. consi. 32. quæstio. vbi sacerdotes in vniuersitate continentur, licet sint priuilegiis præditi, tamen hoc non obest: quia senatores & alij illustres habent multa priuilegia, & tamen de vniuersitate vel de populo sunt. sed non ob hoc derogatur priuilegiis eorum.

Cleri nomine non contineri populum.

¶ Sic appellatione cleri non venit populus: quia species non continet totum genus. & ideo quando clerus exprimitur, & vult disponens comprehendere populum, necesse est postea populum exprimere, vt in c. vt nullus de clero vel populo. de præben. in 6. secus si primo expresserit populum, & sic genus: & ita intelligentur omnia per doctor. super hoc iactata, quæ notetis, quia satis confuse alibi sunt tradita. & idem intelligatis de plebe, sicuti dixi de clero, vt plebis nomine non veniat populus, sed econtrario sic.

Ciues qui, & vnde.

¶ Ciues hi dicuntur qui vrbem & ciuitatem incolunt, à coeundo dicti, quod iure quodam societatis in vnum coeāt cœtum. & Imperator ficait, ciues quidem origo facit, manumissio, allectio vel adoptio: incolas verò domicilium, l. ciues. C. de incol. declarabitur in l. pupillus. infra eod. videte Hieronym. Caignol. in l. 2. §. exactis. nu. 285. & sequenti. ff. de origi. iur.

Ciuilis. Ciuile ius. Ciuilis actio

¶ Inde ciuilis, quod pertinet ad ciues. Vnde ius Romanum ciuile dictum fuit: ciuilis actio, à iure ciuili inducta, l. creditores. & l. pecuniæ. 2. in fin. supra eod. l. bonorum appellatio aut ciuilis aut naturalis est. supra eodem.

Ciuilia munera.

¶ Ciuilia munera, l. munus. 1. supra eod. vbi elucidaui, & dixi ciuilia munera & publica pro eodem capi, vt docet l. fin. §. penul. ff. de muner. dicam in interpretationib. meis nouis.

Ciuiliter.

¶ Ciuiliter, l. probrum, & l. anniculus. supra eodem. De ciuitate dixi in l. ciuitatis. supra eodem.

Annonæ ciuiles & militares.

¶ Ciuiles annonæ dicuntur ad differentiam militarium, quæ omnis militiæ expertibus attributæ erant: ciuiles verò ciuibus vel à ciuibus præstabantur, vt in l. 1. C. de anno. ciuil. lib. 11. elucidat Lælius Taurel. in tract. de milit. ex casu. alia superius de his scripsi in l. frugē.

§. Detestatum est cum testatione denuntiatum.

Detestatio. Detestari pro abominari. Detestari pro denuntiare.

¶ Sicut detestatio est denuntiatio cum testatione, id est testibus facta, l. detestatio. supra eod. ita detestatum est cum testatione, id est coram testibus denuntiatum. Aliquando detestari abominari est, c. detestanda. de concessi. præben. in 6. vbi docto. notandum tamen est detestari multis modis capi: primò pro denuntiare, vt hic, & in l. detestatio. supra eodem. alios modos scripsi in l. verba contraxerunt, supra eod.

§. Pignus appellatum est à pugno: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur. Vnde etiam videri potest verum esse quod quidam putant, pignus prius rei mobilis constitui.

Pignus ab hypotheca quid differat.

¶ Pignus à pugno dicitur, quia manu traditur: sic proprie in mobilibus consistit, hypotheca verò in immobilibus. Et alibi Iurisconsul. ait proprie pignus esse quod ad creditorem transit, hypothecam autem, cum non transit possessio ad creditorem, l. si rem alienam. §. 1. ff. de pignora. acti. alibi Iurisconsul. dicit hæc duo tantum sono nominis differre, l. res. in fi. ff. de pignor. & cum hoc dicto consentit Valla lib. 6. c. 57. quem sequitur Florid. in lib. de interpre. iur. ridens Alciatum & eius distinctionem, dum dicit Vlpiani sententiam veram ex proprietate sermonis, Martiani ex vsu. Quid est, inquit Florid. quod non possit in concordiam sic redigi? demum concludit, Vlpia. Tribonianique definitionem nullo pacto veram esse. Iacob. tamen Curti. in lib. coniectural. 2. c. 19. aliter conciliare conatus est: sed parum ad rem facit. Vnde vt ista tandem quiescant, tres faciam casus, quibus visis nulla videbitur an-

tinomia inter hoſce Iuriſconſul. ſed dicam culpam eſſe his qui ſe immiſcent rei ad ſe non pertinenti,& quam non intelligunt,l.culpa.ff.de regul.iur.

Pignus propriè de mobilibus.

¶ Primus eſt quod pignus eſt propriè in mobilibus, vt in iuribus ſupra allegatis viſum extitit,& hic eſt tex.expreſſus. Tamen accipi pignori etiam res immobilis dicitur, l.ſciendum.§.creditor.ff.qui ſatiſd.cogan.Et fundus dari pignori,ſeu retineri,l.cum hi.§.idem eſt & ſi ager.ff.de tranſact.& l.ſi qui. §. 1. de pigno.l.ſi dominium. C. illo tit.& dicitur fundus pignoratus,l.quamuis.ff.de pignora.acti.quando eſt obligatus.Ex quo infertur quod ſtatutum loquens in pignore,habet etiam locum in hypotheca,quantum ad obligationem, vt teſtatur Feli.in c.cum aliquibus.de re iudi.ſed contrarium tenet Bar.in d.l.ſi rem. §. 1. ff. de pignora.acti.& de Ripa in rub.ff.de pignor.

Pignus nonnunquàm ad immobilia refertur.

¶ Sed ego puto inſpicienda eſſe verba ſtatuti aut diſpoſitionis,nam ſi detur priuilegium Iudeis vt pignora recepta retinere poſſint,intelligitur de mobilibus,quę manu propriè recipiuntur. Nam ſi verba tantum adaptentur ad mobilia, de mobilibus ſtatutum intelligetur:vt ſi dicatur Gallico ſermone,*i'ay baillé gage*, intelligitur de mobilibus : ſi verò *de engager*, vt *i'ay engagé mes biens*, intelligetur tam de mobilibus quam de immobilibus,teſte Hoſtien.in c.1.de feud. & de Ripa in rub.de pignor.col.3.

Iudæi an poſſint ſibi rē immobilem hypothecæ titulo obligare.

¶ Si autem verba legis aut diſpoſitionis poſſunt conuenire tam rebus mobilibus quam immobilibus,& materia etiam conueniat tam pignori quam hypothecæ, ſi non ſit alia ratio in vno quam in altero, intelligetur de vtroque,etiam ſi loqueretur tantum de pignore vel de hypotheca,per nota.in rub.de pigno.per Hoſtien.in ſumma:vnde dicit Feli.ſe conſuliſſe vna cum excellente doctore,quod priuilegium conceſſum Iudæis, vt poſſint mutuare ſuper pignoribus, intelligetur etiam de immobilibus : & ideo poterunt mutuare ſuper domo, vel alia re immobili, per ſupradicta: nam quando mutuatur pecunia ſuper tali re,illa res dicitur obligata & pignorata.Bar.in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de lega.2.& in l.fundus.de annuis legatis.

Pignus & hypotheca quando nominis tantum ſono differant.

¶ Secundus caſus eſt,pignus & hypotheca nominis tantū ſono differunt quoad actionem hypothecariam,d.l.res.in fin.nam de qua re inter debitorem & creditorem conuenerit vt ſit pro debito obligata,vtraq; hac appellatione continetur : ſed in aliis eſt differentia, §.item Seruiana.de actio.in Inſtitu.hypothecaria enim actio datur creditori pro iure obligationis quod quis in re habet, vt creditor nudam poſſeſſionem auocet à detentore. Bar. concludendum alternatiue contra poſſeſſorem arbitratur, vel vt debitum ſoluat, vel vt poſſeſſioni cedat,ſeu poſſeſſionem creditori reſtituat.in l.fin. C.ſi vnus ex pluribus hered. credito. vel debito. Scripſi in tract.meo actio. & exceptio.

Actio hypothecaria, quæ.

Praxisin actione hypothecaria exercenda.

¶ Sed in hoc Regno ſolemus concludere, quod domus ſeu hereditas declaretur affecta & obligata ad ſolutionem & continuationem debiti prætenſi,cum ſcilicet dubitatur an res obligata ſit:quod ſi vi inſtrumenti authentici liquidò conſtet rem talem eſſe obligatam,concludet creditor ad rei hypothecatę venditionem, & vt liceatur ad dicti debiti ſolutionem integram.ſed ſi clementius agere velit ſecundum tex.in l.ſi fundus.§. in venditionem.ff.de pignor.concludet vt poſſeſſor ſoluat id pro quo res eſt obligata, aut rem reſtituat, ſecundum Bar.ſententiam.

Quomodo conueniendi poſſeſſores rerum hypothecæ titulo ſubiectarum.

¶ Et quilibet poſſeſſor in ſolidum tenetur: & ſic reprobata fuit conſuetudo diuidens hypothecam,in ſenatu anno 1385. die 8. Iunij. Et ſi agatur contra tertium detentorem, in praxi ſolet interrogari ſi hereditatem detineat,*s'il eſt detenteur de l'heritage,& proprietaire d'iceluy*. Et ſi declaret ſe talem, concluditur contra eum actione perſonali ad præteritos reditus,quos ſuo tempore percepit,*& hypothecairement pour le tout*. Et tenetur declarare nec datur ei dilatio ad defendendum,donec declarauerit ſe detentorem,vel proprietarium: ſed ad hoc bene concederetur ei dilatio.& ſic vidi ſeruari in iudicio forenſi.

Hypothecæ nomen etiam ad mobilia relatū. Actio hypothecaria in rebus mobilibus à debitore venditis quomodo procedat.

¶ Ex quo infertur, quod hac actione hypothecaria agam contra detentorem rei, ſiue mobilis,ſiue immobilis, vt declaretur ius hypothecę in his rebus : quia tex.in d. l. res. vtitur verbo res, quod eſt generale & ad mobiles & immobiles.l.rei.1.vbi ſcripſi,ſupra eodem, tex. expreſſus in l. inficiando.§.1.ff.de furt.ibi,nec refert an in digito habeat anulum,an datus hypothecæ ſit. Ecce hypothecam etiam in rebus mobilibus dici.

Pro mobilibus tertium poſſeſſorem poſſe cōueniri.

¶ Nec refragatur,Quod mobilium ſit abiecta poſſeſsio,l. ſi rem mobilem. ff. de acquir. poſſeſſ.& ſic ſi vendantur res mobiles,non poteſt is qui eas obligatas habet,illas ſequi, & agere hypothecaria contra tertium detentorem, de conſuetudine:qua dici ſolet, *meuble n'a point de ſuite*. Et hanc generalem atteſtatur in Regno eſſe Boer. in §. 2. de conſuetu. hypothec. in conſuetudin.Biturig.Reſpondeo, licet hoc verum ſit,tamen ſi remaneant res mobiles apud obligatum,poſſunt iure pignoris capi:quia conſuetudo tantum ſequelam prohibet,ſed non obligationem. Vide Maſuer.in rub.de execut.in fi.

¶ Et ideo quando ſimpliciter quis obligat omnia bona ſua,ſi vendat mobilia, non poterit creditor poſt venditionem perſequi; ſecus ſi bona mobilia expreſſe fuerint obligata: quia tunc actio hypothecaria eſt in rem : & ideo datur contra quemlibet rei poſſeſſorem, lege,

l.pignoris.& l.ſi tibi.C.de pignor.l.ſi fundus.§.in vindicatione.& l.pignoris.illo tit.ff. alioqui is qui non haberet niſi bona mobilia,ſemper poſſet fraudare creditorem,vendendo res mobiles:quod non eſt permittendum,l.fin. C.de remiſſ.pignor.

¶ Item poſſunt perſequi hæc mobilia contra tertium qui illa habet iure hereditario, vel ſucceſſionis,teſte Boer.in §.2.de conſuetu.hypothec.in conſuetud.Biturig.quod etiam intelligerem in quocumque alio qui illam rem titulo lucratiuo haberet, ratione fraudis vitandæ, & vt malitiis hominum obuietur, l. in fundo. ff. de rei vindica. Alia ſcripſi in tract. de liter.obliga.arti.4.glo.2.nu.38.& ſequen.in 1.tomo commenta.in conſti.Regt.Gallic.

Inter pignus & hypothecā quando conſtituenda differentia.

¶ Tertius caſus eſt, quod in aliis quam in actione hypothecaria differentia eſt inter pignus & hypothecam.nam pignoris appellatione eam rem proprie contineri dicimus quæ ſimul etiam creditori traditur,maximè ſi mobilis ſit:ſed eam quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur,proprie hypothecæ appellatione contineri dicimus. verba ſunt Imperatoris in §.item Seruiana.Inſti.de action.

Pignoratitia actio quid differat à quaſi Seruiana.

¶ Ex quo infertur quod magna eſt differentia inter pignoratitiam actionem, & hypothecariam,imò parum conueniunt:quia pignoratitia directa datur debitori ſoluto debito, vel alias integre ſatisfacto,ad pignus repetendum,l.ſi rem.1. §. omnis. ff.de pignora. actio. quod non eſt commune cum hypothecaria,quæ ad ius pignoris tendit,vt ſupra dixi.Contraria verò pignoratitia datur creditori contra debitorem,vt impenſas neceſſarias in re pignorata factas habeat,l.ſi ſeruus. ff. de pignora.actio.vel ſi deceptus fuerit in pignore dolo creditoris dando aurichalcum pro auro,l.1.& l.tutor.§.1.& d.l.ſi rem.ff.de pignora. acti.

Idoneè quis cauere dicatur.

¶ Et ſic cum hæc parum admodum conueniant, ſi obligatus fuerit quis idoneè cauere, debet dare pignora vel fideiuſſores,non verò ſufficit hypotheca,l.ſi mandato.§.fi. ff. manda.Dominic.in c.fin.col.penul.princip.de vſur.in 6.allegat Ioan.And. in additi.ad Specul. in tit. de pignor. in fin. in additione incipien. ad ſecundam. ſed hoc eſt ex natura illorum verborum, idoneè cauere, non verò ratione hypothecæ. Et ideo non meretur illa differentia aſsignari.& de hoc plura ſcripſi in tract.de ſenten.executo.arti.1.in 1.tomo commenta.in conſtitu.Reg.

¶ Imò aliæ differentiæ fere vacuæ remanebunt, quas Bartolus aſsignat in §. tertij denique anni. in proœmio ff. vbi in vita, natiuitate, & vtilitate differre dicit inter ſe. at cum parum commune habeant,differentias non curo aſsignare,& cū aliò tendant actiones hypothecaria & pignoratitia, quamuis valde inſudent docto.præcipuè de Rip.in rub.ff.de pignor.& D.Caignol.in d.proœmio ff.d.§.tertij.

Pignus & hypotheca quatenus idem ſint, & differant.

¶ Et ſic ex prædictis iſta diſtinguere oportet.Primo inter pignus & hypothecam nil intereſt quoad actionem hypothecariam: quia ſiue res mobilis ſiue immobilis ſit obligata,agam hypothecaria,vt poſſeſſor debitum ſoluat,vel vt rem obligatam reſtituat, l. ſi fundus. §.in venditione.ff.de pignor.vel vt ſupra dixi.tamen quoad alia eſt differentia:quia pignus in rebus mobilibus conſiſtit,à pugno dictum,quia ſolet tradi, & hypotheca ſola conuentione fit, d. §. item Seruiana. Etiam de actione hypothecaria & pignoratitia Iuriſcon. non loquuntur,quod non inter ſe differant,quia parum cōmune habent, vt ſupra dictum fuit. Igitur concludam hoc Iuriſcon.non inuicem diſsidere:ſed tantum in actione hypothecaria pignus & hypothecam nil differre, ſed quoad aliā ſic.& hoc eſt quod Laurent. Vallenſem, & eius aſſeclas perturbauit, non diſtinguentes, vt decet. de his hactenus.De hypotheca tacita & expreſſa ſcripſi in 2.tomo conſtitu.Regia.in tract.de conſti. redit. ibi etiam dixi in quibus caſibus bona ſint tacitè obligata, poſt Neguſant. in tract. de pigno. & hypothe. & de effectu hypothecæ.

§. Noxiæ appellatione omne delictum continetur.

Noxia, quid. Noxa, quid. Noxia à noxæ quid differat. Noxa caput ſequitur.

¶ Noxiæ nomine omne delictum comprehenditur. Et eſt noxa vocabulum generalius quam noxia, quia noxa accipitur tam pro delinquente quam pro ipſo delicto, §. 1. de noxal.in Inſtit.Et noxa,id eſt delictum,caput videlicet delinquentis,id eſt perſonam ſequitur.§.omnis.de noxal.acti.in Inſtitu.l.1.§.ſi apud.ff.depo.l.qui ex pluribus.& l.ſi.de noxal. l.1.in fi.de priua.deli.l.ſi ſeruus communis.§.1.& l.quod dicitur.de furt.l.2.ſi ex noxal. caua.l.rem mihi.in fin.commod.l.1.§.& cum.ſi quadru.paup. fec.dica.l.ſed & ſi vnius. §. qui enim.de iniur.ibi,quia & noxa caput ſequitur.Nec in omnia ſeruus domino parere debet, etiam poteſt ſic intelligi, vt hæc actio aduerſus eum competat in cuius poteſtate ſeruus eſt, qui noxiam commiſit,nempe aut ſui iuris eſt is qui furtum fecit, & cum ipſo actio eſt : aut alieni iuris eſſe cœpit,& actio furti cum eo eſt cuius poteſtati ſubiectus eſt. & hoc eſt quod dicitur,noxa caput ſequitur. Vlpia.in l.ſi cum quis.§.quandiu.ff.de furt. videte quod dicitur in l.2.§.1.ff.de noxa.vbi noxa non ſequitur caput, quando dominus præcepit ſeruo vt delinqueret, vel quando ſciuit delictum ab eo commiti, & non prohibuit: tunc ſi ſeruus manumiſſus ſit, noxa non ſequitur caput, ſed dominum tenet, vt lege 1. C. de noxal. ibi,

Noxalis actio in quem competat.

noxa

noxa caput sequitur.

Noxæ nomen vnde.

¶ Vnde à nocendo noxam dictam veteres existimarunt, quod committenti noceat, teste Alci. li. 4. de verbo. signifi. & sic seruus delinquens potest dici noxa, quasi nocens: & hic nocens noxæ dedi potest, id est damno & pœnæ, & pro eo quod nocuit dari. Et ita intelligitur d. §. primus, contra Vallam & alios iuris ignaros, non intelligentes vocabula diuersis modis capi posse. nec est pueriliter ab Imperatore erratum, vt quidam putant. & quamuis apud grammaticos non sic accipiatur, tamen sufficit Iurisconsulto sic accipere. nempe quælibet scientia & ars suos habet terminos.

¶ Imò in exemplaribus Græcis Theophili sic habetur, quæ volui diligentius videre, & vobis transcribere, vt dignoscatis nullum errorem esse in d. §. 1. Noxa δὲ λέγεται διὰ τὸ σῶμα τὸ βλάψαν, ἐπειδὴ ἔβλαψεν ὁ τοῦ οἰκέτης. Noxia δὲ τὸ κακούργημα ἀνόμαζον οἷον ἡ κλοπὴ, ἡ ζημία, ἡ ἁρπαγὴ, ἡ ὕβρις. id est, Dicitur autem noxa ipsum corpus quod nocuit, quoniam ipse seruus nocuit: noxia verò ipsum maleficium vocatum est, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. Quem admodum etiam opera quandoque dicitur persona quæ operatur, vt Cice. ad Quint. frat. lib. 2. ibi, deinde eius operæ repente à Græcostasi & Gradibus satis magnum clamorem sustulerunt. Et pro Quinto Flacco disceptatorem populum Romanũ non modo non recuso, sed etiam deposco. vis absit, ferrum, ac lapides, operæ faceſſant, seruitia fileant. Et pro ipsa operatione capitur, dum dicitur esse officium diurnum, in l. 1. & per totum. ff. de oper. liber. & seruo. ff. & C. Sic igitur & noxa potest pro persona quæ nocet accipi, & pro delicto quo nocuit. vnde & noxius, nocens vocatur in l. 1. ff. de custo. reor. c. 1. de præsumpti. Et Plautus in Amphitruo: scelestam personam scelus vocat. & Terentius in Andria: vbi est scelus qui me perdidit? & alij oratores hoc schemate vtuntur. idem dixi in custodia in l. vinculorum. supra eodem. nec igitur hoc in noxa absurdum erit. De qua noxa videre l. aliud est fraus. in prin. & l. aliud est promittere. & l. hæc stipulatio, noxis solutum. & l. potestatis, supra eodem.

Opera pro persona quæ operatur.

Opera pro ipsa operatione.

Noxius, pro nocenti.

Scelus pro scelesto.

Virus pro homine malo.

¶ Nunquid etiam communi vocabulo virus hominem malum & pestem quandoque nominamus? sic potuit Imperator non exotice, vt quidam putant, sed Latine id scribere. Verumtamen cum ista per hæc satis sint facilia, ad alia pergamus.

De noxalibus actionibus, & cur introductæ.

¶ Notandum est quod de iure introductæ sunt pro delictis seruorum & animalium actiones in dominum, l. 1. ff. de noxal. actio. & l. 1. si quadrup. paupe. fecis. dica. verum quia dominus interdum non potuit noxæ resistere, quia nesciuit delictum aut damnum committi, ideo ius introduxit vt dominus conuentus de serui maleficio, aut damno teneatur tantum ad damni à seruo commissi æstimationem: vel seruum pro noxa dare, vt toto titul. de noxal. actio. ff. & C. & dicit Iurisconsultus in l. prætor. §. hoc edictum. ff. de damno infe. cum enim animalia quę noxam commiserunt non vltra nos soleant onerare, quam vt ea noxę dedamus: multo magis ea quę anima carent vltra nos non debent onerare.

Præxis pro dicanicis in noxalibus actionibus.

¶ Aduertere tamen dicanici debent, vt à domino damni æstimationem per equum vel aliud animal datum petant, non verò vt pro noxa animal detur: sed ex auctoritate legis permittitur domino serui aut quadrupedis dare eum pro noxa, id est se liberare à condemnatione, æstimatione damni facta à iudice, l. 1. ff. de noxal. actio. & ad officium iudicis pertinet vt dans noxæ absoluatur, l. illud. in fin. de petiti. hered. quod est verum quandiu animal esset viuum: secus si mortuum fuerit, l. 1. §. & cum. ff. si quadru. paupe. fecis. dicat. sicuti cum quis debet dare animal, viuum illud tradere debet, teste Alber. Bruno in tract. de forma & solemnitate actus, folio 7. col. 2. post Bar. & alios in l. quod te. in fi. ff. si cert. peta.

Noxalis actionis vis atque potestas.

¶ Hinc noxales actiones appellantur, quæ non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur: quarum actionum vis atque potestas hæc est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipsius corporis quod deliquerit, euitare litis æstimationem, l. 1. ff. de noxal. actio. & noxali iudicio inuitus nemo cogitur alium defendere, sed carere debet eo quem non defendit, si seruus est. Quod si liber est, qui in potestate sit, ipsi sui defensio danda est. l. noxali. ff. de noxal. & in l. 2. ibidem: si aliquem seruus sciente domino occiderit, in solidum dominum obligat: dominus enim videtur occidisse. si autem inscientе eo, noxalis est actio. Et in omnibus noxalibus actionibus vbicumque scientia exigitur domini, sic accipienda est, si cum prohibere posset, & non prohibuit: aliud est enim auctorem esse seruo delinquenti, aliud pati delinquere, l. 3. ff. de noxal. actio. & in l. sequenti dicitur scientiam eius accipiendam qui prohibere potest. Vnde si dominus fecit depascere frumentum, non liberatur dando animal pro noxa: sed ad veram damni æstimationem tenetur per prædicta iura.

De domino qui quadrupedē noxiam committentē suā esse negat.

¶ Verum quando conuentus dominus, primò negaret animal esse suum, tunc animal pro noxa dare non poterit ratione mendacij, l. 1. §. interdum. ff. si quadru. paupe. fecis. dicat. facit l. sed hoc ita. in fi. ff. de re iudi. Petrus Iacob. in pract. sua rub. de acti. leg. Aquil. noxa. 1 quo loco non est etiam omittendũ singulare Ludoui. Roma. singul. 231. Tu peregrinatis. quod viator ponens animal in prato alterius non tenetur. rex. singu. in §. vlt. de pace tenena.

&

& eius viola. quod intelligerem verum esse quando is non inueniret hospitium, vel aliquem qui ei venderet fœnum, paleas vel aliam rem equo conuenientem: alioqui teneretur, & ita vidi obseruari in forensi iudicio.

Noxalis actio aduersus quem competat.

¶ Præterea ista noxalis actio datur domino rei quæ damnum passa est: ita contra dominum serui vel animalis verum vel putatiuum, etiam contra bonæfidei possessorem vel malæfidei, l. si malafide. & l. non solum. ff. de noxal. actio.

Noxalis actio personalis cum sit, in rem tamē scripta est.

¶ Addendum est etiam quod ista actio est personalis, in rem tamen scripta: quia capita seruorum vel animalium respicit. glo. in l. electio. in prin. de noxal. ff. l. 3. §. est autem, ad exhib. ad fastidium vsque.

Delictū quid.

¶ Sciendum est præterea delictum, generale nomen esse, comprehendens omne delicti & maleficij genus, l. 1. & per totum. C. si aduer. delict. docet Archidia. in c. vnic. in fi. de cleri. coniuga. in 6. siue proueniat ex animo, siue non. Et proprię in omittendo consistit, quasi derelictum. Peccatum verò in committendo. Archidia. in c. ita nos. 25. q. vlt. glo. in c. si peccatum. de pœn. dist. 1. Crimen verò continet ea quę ex animo proueniunt, id est quę dolose fiunt. glo. in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi oporteat. glo. in regu. peccatum & delictum. de regul. iur. in 6. c. vnum orarium. 25. distinct. Bar. in Margarita, in verbo delictum. q. 28. Et crimen à carendo dicitur, teste Luca de Penna in l. fi. C. de iure fisc. lib. 10. large pro omni delicto, siue veniale sit siue mortale, vt nemo sine crimine viuit: vt idē Lucas firmat in l. 2. col. 2. C. in quib. cau. colo. lib. 11. in de Iurisconsult. ait in l. aliud est fraus. in fi. criminis siue delicti superius. & declaratur in l. superius. supra eod.

Peccatū quid.

Crimen quid.

Crimen à carendo deduci.

¶ Sic maleficium propriè dicitur quod facto committitur, quasi male factum: & tunc non comprehendit male scriptum, vel male dictum, l. omne delictum. in prin. ff. de re mili. l. siqua pœna. infra eodem. Alex. consil. 62. in causa. in 3. vol. Aliquando accipitur pro sortilegio, vt in tit. de frigi. & malefi. & in rub. C. de frigi. & mathema. Largè verò capiendo omnia comprehendit crimina, siue re siue verbis fiant, siue scriptis, l. ex maleficiis. ff. de actio. & obliga. & in Insti. de obliga. quæ ex delicto nasc. in princ. Bar. in l. aut facta. in princ. ff. de pœn.

Maleficiū proprie quid.

Maleficiū pro sortilegio.

Maleficiū large sumptum quid significet.

¶ Noxa etiam capitur pro damno, l. qui ædes. ff. de incen. ibi, aut noxam sarcire iubetur. vbi glo. hoc exponit. sed ego dicerem sarcire noxam, id est damni æstimationem soluere, vt in l. 1. §. cum arietes. ff. si quadru. paupe. fec. dica.

Noxa pro damno.

Noxam sarcire.

¶ Dare noxæ, vel dedere noxæ, significat tradere seruum nocentem ob noxam, id est delictum, actori, vt litis euitet æstimationem, l. 1. §. & cum. versi. plane. ff. si quadru. pauper. fecis. dica. dixi in l. sæpe. supra eod.

Dare noxæ.

Dedere noxæ.

¶ Noxam nocere est delictum committere, l. in delictis. in prin. iuncta l. is qui. ff. de noxal. actio.

Noxam nocere

¶ Excessus verò dicitur omne delictum, vt maleficium, l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleri. vbi Bal. & in tit. de pace tenen. & eius viola. in prin. col. 3. Ioan. Lupus in repeti. cap. per vestras. nota. 2. versi. sed est pulchra dubitatio. nu. 3. de dona. inter vir. & vxor. & omne maleficium excessus dici potest, teste Bal. in c. si clerici. col. 3. de iudi. & generaliter omne facinus, erratum, ac omnis legis transgressio, vt asserit Bonifa. Vita. in tract. de malefi. in rubr. quid sit maleficium. sic capitur in rub. de excessi. præla. & in rub. de priuileg. & excessi. priuilegia. Et sic regulariter in iure, & de communi vsu loquendi *excessus* accipitur, vt scripsi in interpreta. l. vnic. no. 5. C. de senten. quæ pro eo quod interest. istis enim vocabulis promiscue vtimur: nec has differentias seruamus exactè, vt etiam docet Archidia. in c. ita nos. 25. q. vlt. Bal. & Iacob. in l. 1. C. si aduer. delictum.

Excessus, pro omni delicto.

¶ Excessus pro superfluo exponit glo. in l. iam dubitari. ff. de hered. instit. Alcia. verò pro digressione, vel cum quis altius rem repetit, vel cum capta occasione obiter aliquid extra argumentum dicitur, in lib. 2. parergon. cap. 34.

Excessus pro superfluo.

Excessus pro digressione.

¶ Excedere etiam significat exire, egredi, l. & illud. ff. de offi. præsid. vnde relegatus vel deportatus non debet locis interdictis excedere. l. relegati. de pœn. ff. licet glo. ibi exponat in verbo excesserit, id est accesserit, dum dicit tex. ibi, vt relegatus interdictis locis non excedat. & ibi, in insulam deportato pœna capitis irrogatur: & hæc ita siue quis in exilium non excesserit intra tempus intra quod debuit, &c. nempe ille tex. est intelligendus quod si quis sit deportatus ad talem locum, & factum ei sit præceptum vt excedere, id est exire habeat in exilium, & illuc proficisci intra mensem: si non proficiscatur intra mensem in exilium, sed domi remaneat, & non excedat, id est non exeat, & egrediatur, pœna ei capitis irrogatur. facit l. abesse. ex quib. cau. maio. & l. 2. ibi, excessisse oportet septuaginta annos. ff. de excu. tut. Et menti in figendū est, exulem non gaudere ecclesiæ immunitate: sed ab ea extrahendum, tam vt sententia iudicis laici seruetur, quam vt membrū putridum reiiciatur. alioqui nunquam exul egrederetur à loco exilij. Et ita censuit senatus Parisien. an. 1479. calend. Martij, precipiens Cap. Turonensi ne istos recipiat in ecclesia: alioqui à templo extrahi poterunt.

Excedere.

Exul non gaudet ecclesiæ immunitate.

Pomponius

POMPON. LIB. SINGVL. ENCHIRIDII.

LEX CCXXXIX.

Pupillus est qui cum impubes est, desiit in patris potestate esse morte, aut emancipatione.

Pupillus vt quis dicatur, quot requirantur.

¶ Hæc lex decem complectitur partes, prout decem varia complectitur dicta. & prima pars decidit pupillum esse eum qui desiit in patris potestate esse, dum est impubes. sic duo requiruntur hic: primò quod sit impubes, ibi, cum impubes est. nec refragatur l. videamus in tutelari causa quis iurare, & aduersus quem possit. & quidem ipse pupillus, si impubes est, non potest. ff. de in lit. iuran. vbi glo. exponit si pro quia: ego exponerem si impubes est, id est quandiu est impubes. Nam id temporis affectionem habere iure probatam non potest, vt ibi dicit text. ergo pupillus pubes dici potest. negatur consequentia: quia non sequitur, nec valet argu. à contrario contra iura, & ad correctionem illorum, authent. ex testamento. C. de colla. & ibi Iason, & in l. i. ff. de offi. eius.

¶ Secundò requiritur quod non sit in patris potestate. nam is qui est in patris sui potestate vel aui, pupillus non dicitur, sed filius familias, l. pronuntiatio. §. 1. supra eodem. l. nam ciuium. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. quod potest ad multa prodesse, vt inferius dicetur.

Pupillaris. Pupillaris pecunia.

¶ Inde dicitur pupillaris, quod pupillo competit, seu ad pupillum pertinet. Vnde pecuniam pupillarem dicit Iurisconsultus in l. si reus paratus. in fin. ff. de procuratoribus, in ædem sacram ad prædiorum comparationem deponendam. Et ab eo qui exequitur iudicatum capi solere, & in causam iudicati conuerti, lege, à diuo Pio. in fine. ff. de re iudic.

¶ Pupillarem quidem obligationem citra domini voluntatem seruus nouare non potest, sed adiicit potius obligationem, quam pristinam nouet, l. seruus. ff. de nouation. quia seruus meliorem conditionem domini facere potest, obligationem autem rectè constitutam nouo pacto reformare non potest, l. seruus. C. de pact. Pupillarem ætatem, in l. diui fratres. ff. de libera. cau. & lege 1. C. de fals. mone. durare per hunc text. dicemus vsque ad pubertatem.

Pupillaris ætas.

Pupillaris substitutio quæ & quomodo accipienda.

¶ Pupillaris substitutio dicitur non eo quod fit pupillo, sed impuberi, ad pupillum tamen pertinet: ob id Imperator de impuberum & aliis substitutionibus dixit in rub. habendo rationem temporis quo fit substitutio à patre impuberi, l. 2. ff. de vulga. §. 1. de pupil. in Instit. sed Iurisconsultus habuerunt rationem temporis quo pupillo succeditur: ob id pupillarem dixerunt, vt in rub. de vulga. & pupil. ff. nam quando fortitur effectum dicitur pupillaris: quia pupillo succeditur. & sic ab effectu substitutionem Iurisconsultum pupillarem vocauerunt, teste Decio & aliis in rub. C. de impub. pro quibus facit glo. in rub. C. de bonor. possessi. contra tab. & in c. 2. in verbo lex ciuilis. de arb. in 6. Sed hoc non videtur verum: quia quandoque succeditur pupillo, quando est in pubertate, cap. si pater. de testa. lib. 6. & tunc non vocaretur pupillus. ideo ego dicerem nō differre: quia pupillaris & pupillare est quod ad pupillum spectat, vt dictum extitit. Igitur quando Iurisc. dixit de pupillari substitutione, de ea intellexit quę conuenit pupillo. Et quia hunc pupillum oportet impuberem esse, ad hoc vt illi substitutio fieri possit, ideo dicitur substitutio impuberis. nam omnis pupillus impubes est, vt hic: sed non omnis impubes est pupillus, si in patris sit potestate.

Impubes patre etiam mortuo dicitur.

¶ Interdum tamen patre mortuo impubes adhuc vocatur in l. miles. §. quę propter. ff. de adult. ibi, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse: vt in l. si mater. in prin. de excepti. rei iudi.

¶ Vnde mirandum est cur docto. in his tempus terant: quia idem est dicere rem pupilli, & impuberis: & frequentius vno pro altero Iurisconsultum vtuntur, vt in rub. rem pupil. fal. fore, per totum probatur.

Pupillus etiā de eo qui in patris potestate est.

¶ Imò pupillum eum etiam quandoque Iurisconsultum dicunt qui in potestate patris est si impubes existat, in l. qui iurasse. ibi, quamuis pupillus non videatur peierare. ff. de iureiur. vbi capitur pro impubere qui fari possit, etiam si in patris sit sacris. & in l. quam Tuberonis. §. pupillum autem tam filium quam seruum peculium habere posse Pedius scribit. de pecul. lege fin. §. pupillus licet ex quo fari cœperit recte stipulari potest: tamen si in parentis potestate est, nec auctore quidem patre obligatur. de verbo. oblig. lege, si infanti. C. de iure delib.

Pupilli nomen vnde.

¶ Inde pupillus à pupo deducitur: pupus enim paruulum significat. Et sic pupillus dicetur impubes paruulus, etiam si infans sit l. 2. ff. rem pupil. fal. fo. sic dicente, si pupillus absens sit, vel fari non possit. l. seruum. & l. miles. §. quę propter. ibidem.

¶ Fortius est quod Iurisconsultus vocat pupillum eum qui in patris potestate est, & habet tutorem, dum super patria litigat potestate. text. singul. in l. 3. §. item si is. ff. de liber. exhib.

¶ Vltimò

Impubes quādo dicatur nō esse in patris potestate.

¶ Vltimò dum tex. dicit, morte aut emancipatione desiit esse in patris potestate: idem si deportatione, aut si pater hæreticus fiat, tunc filius desiit esse in potestate, cap. secundo, in fine, de hæretic. quia non decet orthodoxum in hæretici esse potestate, ne eum trahat ad hæresim, vt ibi. & in casibus in quibus desiit, vt in lege finali. C. de decuri. lib. decimo, idem dici fere potest.

Quando teneatur litigare pupillus.

¶ Et ista sunt utilia ad sequentia. Primò quod pupillus vel alius minor non tenetur litigare ante viginti annos super causa status: vt si agatur de ipsius illegitimatione, quia spurius dicitur, vt in tit. C. de Carbo. edi. declaratur per totum. hodie in Regno Franciæ non tenetur de consuetudine super petitorio procedere ante viginti annos, nec eius tutor vel curator, vt fuit dictum in hoc parlamento pro magistro Vrrolo Ebroyas milite contra Abbatem sancti Dionysij: imo si minor ageret super proprietate, pars posset excipere, nisi veniam ætatis impetrasset à Principe, & alias processus esset nullus. verùm ego non vidi hoc seruari: sed vidi agere & agi contra minores, dummodo curatores habeant.

Praxis pro conueniendis minoribus.

Minor an teneatur reassumere processum inchoatum à patre.

¶ Nec tenetur minor reassumere processum inchoatum contra patrem suum, sed dormiet interim, nec patietur cremodicium, per l. properandum. de iudi. ideo sine literis Regiis minor illam potest prosequi, dum fuerit effectus maior. si tamen vocaretur eius tutor vel curator, vt reassumeret, non posset hoc recusare, vt sæpius vidi in iudiciis seruari.

De minorū quibusdam priuilegiis.

¶ Item quando pupillus potuit transigere, si fuerit condemnatus restituitur. lege, si ex causa. §. nunc videndum. de minor. Roma. singul. 398 Franciscus Cremon. singul. 28. optimi. & Cepol. cautela. 6. Etiam pupilli priuilegia aliorum minorum habent, quia & ipsi minores sunt. Triginta minorum priuilegia scripsi in arti. 2. glo. 4. tract. de restitu. in secundo tomo commentariorum in constitution. Regias. Præterea pupilli miserabilium personarum iuuantur fauore, vt in l. vnic. C. quando Impera. inter pupillum. Iura hominum miserabilium scripsi in arti. vlt. in fi. tract. de senten. prouisional. in primo tomo commentariorum in consti. Reg.

¶ Secundò quamuis pupillus dicatur vt hic, tamen aliquando pro quolibet infante & puero ponitur, vt lege, non est pupillus. supra eodem. & supra dictum fuit. Græci ἀφωνὸν vocant: quanquam hoc vocabulo proprie notatur qui sine patre & matre est. Pupillus etiam si matrem habet, est tamen sine matre, vt ff. vbi pupil. educa. debeat, probatur.

ἀφωνὸν.

Adolescens quis dicatur.

¶ Tertiò adolescens, vt Politiano placuit, vel adultus seu adolescens dicitur pubes à decimoquarto anno vsque ad vigesimum. glo. & docto. in l. hereditatum. ff. ad leg. Falcid. & in procœmio 6. lib. decretal. lege prima, §. ęque. ff. de minor. ab adoleo siue adoletco, quod crescere significat, quòd id temporis quædam & faciendi & loquendi luxuries in eis adolescat & crescat. lege finali, ibi, adoleuerit. ff. si quis cautio. & in tit. ff. rem pupil. fal. fo. pupillus dicitur vsque ad pubertatem, adolescens postea, nisi materia repugnaret, vt in l. 3. §. sed & si quidem. ff. iudica. sol.

Impuberes ad honores non admittendi.

¶ Impuberes quamuis necessitas penuriæ hominum cogat ad honores non esse admittendos declaratur in l. 2. ff. de iure immunita. quia nil scire intelliguntur, l. finali. ff. de iur. & fact. ignoran. Nam quicquid vident ignorant. l. 1. C. de fal. mone. & hi ac alij adolescentes debent Dei timorem habere, parentibus honorem deferre, & senioribus, castitatem tueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam, ac verecundiam. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quædam dos naturæ commendatur. hæc Ambrosius in lib. de offi. 1. c. 10.

§. Seruorum appellatio ex eo fluxit, quod Imperatores nostri iubent captiuos vendere: ac per hoc seruare, nec occidere solent.

Serui nomen vnde.

¶ Serui à seruando dicuntur, quod capti in bello seruari, non occidi solebant, & deinde venundari, §. & 2. de iure perso. in Instit. & ff. de statu homi. l. 4. hodie contrarium seruatur: nec ista materia seruorum visit nostra palatia: ob id illam missam facio, de qua Aristote. scribit lib. 1. politi. Tamen famuli qui hodie seruiunt, possunt dici serui à seruiendo, arg. l. naturalis. in prin. de præscrip. verb. ff.

Captū in bello occidi nō debere

¶ Colligit ex hoc tex. Alcia. ibi, seruare, quod etiam hodie captus & deductus intra præsidia non debet occidi. Nec hominem deditum occidere apud Romanos licebat, vt pulchre scribit Alex. in lib. genial. 4. c. 7. circa fi. vbi describit quomodo fiebat illa deditio. vide Cælium lib. 17. antiq. lecti. c. 47. & sequen.

Seruare pro custodire.

¶ Et sic seruare capitur hic pro custodire, conseruare, tenere, adseruare. idem in l. 2. ibi, si nil proprij in patria seruatur. ff. de excusa. muner. & in l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municip. l. communi diuidundo. ff. commu. diuid. l. 4. §. 1. ad leg. Rhod. de iact. & l. nauis. ibid. l. quod seruus. in fi. depo. & l. si in Asia. §. 1. & l. hominem. manda. inde damnati seruari solent, l. qui vltimo. ff. de pœn.

¶ Vnde si testator iusserit propter artis peritiam seruos ab heredibus seruandos vel do-

mum seu aliam rem, non poterit illa domus alienari, l. 2. C. de vsucap. pro empt. docto. in l. filius familias. §. diui. ff. de lega. 1.

Seruari quæ dicantur, & quæ non.

¶ Inde dicimus res quę seruando seruari non possunt, quæ facile corrumpuntur, nec in sua bonitate diu manere possunt: vt sunt fructus, qui vltra annum vix in sua bonitate in quibusdam locis conseruantur, saltem vltra triennium. glossa in lege prima, C. si aduer. vsucap. sic possumus dicere pecuniam ea vtendo & expendendo non conseruari: sicut econtrario seruantur res immobiles, l. 1. ff. de vsuf. ear. rer. glo. in l. 1. §. fuit quæstum. vbi pulchre Iaſ. ff. ad Trebel.

Seruare pro inspicere, aut obseruare.

¶ Seruare pro inspicere exponit glo. in l. qui ventri. ff. de vent. inspi. ibi, vt qui ventri substitutus est, vel institutus, si ventrem seruare velit, audiendus est, id est inspicere. glo. ibi: sed magis proprie pro obseruare exponerem, per tex. in l. 1. in fin. ibi, & obseruare ventrem & partum & infantem oportet. Gallicè *prendre garde.*

Seruabo pacta, in edicto prætoris quid.

¶ Seruabo, id est faciam seruari, l. iurisgentium. §. prætor ait, pacta seruabo. ff. de pact. vbi glo. sic elucidat. ego alibi tradidi, seruabo, significare quantum ad me attinet curabo, vt seruentur & custodiantur ab aliis. & hoc prætor profitetur.

Seruare pro exigere.

¶ Seruare pro exigere, consequi, l. fi quis alicui. §. fi. ff. manda. ibi, sed si cum Titio egeris, ego quidem non liberabor, sed in id duntaxat tibi obligatus ero quod à Titio seruare non poteris. eadem verba sunt in l. si mandato. in fin. de fideiusso. & lege, si fideiussores. ibidem. sic videtur exponere lex, decem. ff. de verbo. oblig. vbi dicit exigi & consequi, & in l. diuortio. de nego. gest. l. 2. & l. 4. cum sequen. ff. de dolo. vbi in vna dicitur seruari, in alia cõsequi. l. si quis putans, in fin. communi diuid. l. fin. si cer. petat. quia non mihi seruatur quod non possum consequi.

Seruare pro cõseruare.

¶ Seruare pro conseruare, salua esse, l. 2. §. fin. & l. cum seruatis. iuncta l. cum depressa. ad leg. Rho. de iact. vbi in vna lege dicitur seruata, in altera conseruata. l. Labeo. & l. Imperator. ff. ad municipal. ibi, ita demum collegæ periculum adscribatur, si neque ab ipso qui gesit, neque ab his qui pro eo interuenerunt, res seruari posit. & idem in lege, quid ergo. ibid. & in lege penultima. ff. de magistratib. conueniend. dicitur: si res salua sit. & sic si res saluari non posit, tenetur collega. nam quod non potest exigi, seruari non potest. lege, Proculus. & l. cum alicui, in fi. de nego. gest. l. si in area. in fi. de condict. inde. l. 2. de instito.

Seruile. Seruile caput. Seruilis persona.

¶ Seruile, quod est serui, vel pertinens ad seruum. inde seruile caput, l. 3. ff. de capi. deminut. seruilis persona, l. in personam seruilem. ff. de regul. iur. De multiplici genere seruorum scripsi in tract. de famul. salar. arti. 1. glo. 2. in 2. tomo commenta. in const. Reg. Gal. Obseruare in l. cum bissextus. supra eodem. quid significet scripsi.

§. Incola est qui in aliquam regionem domiciliũ suum contulit: quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum hi qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt in eum se quasi in aliquam sedem recipiant.

Incola quis dicatur.

¶ Incola igitur est qui in aliqua regione domicilium constituit: & non tantum qui in oppido moratur, sed in oppidi finibus. & dicitur incola, quasi incolens locum. incolere enim est habitare. & incolas domicilium facit, ciues vero origo, manumissio vel adoptio. lege, ciues. C. de incol. lib. decimo. vbi plus dicitur, eum ibi habere domicilium vbi quis larem rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, vbi Lucas exponit: scripsi in l. in lege Censoria. supra eo. is tamen non dicitur incola qui in agro permanet, & præcipuis illius ciuitatis non vtitur, l. scire. ff. ad municip. nisi illuc se recipiat tanquam in aliquam sedem, & ibi constituat domicilium. ita vult dicere tex. hic in fin. de quo scripsi in d. l. in lege Censoria, supra eodem. Vel non est incola vrbis qui in agro residet.

Accola quis, & quid differat ab incola.

¶ Accola autem est qui iuxta habitat: incola qui intra ciuitatẽ, vel Regnum, vel territorium. Non autem sola domus possessio incolam facit, sed sedium suarum constitutio, l. libertus §. fola. ff. ad municip. Bar. in l. de iure. ibidem: facit l. relegatorum. §. mentio. cum §. sequenti. ff. de interdi. & releg. videte quæ scribit Pyrrhus in rub. C. de incolis, lib. 10. & Alciat. in lib. paradox. 2. c. 7. quod est vtile ad sequentia.

Incola citari debet vbi habitat

¶ Primo quia incola citari debet vbi habitat, non in domicilio relicto, c. causa. de dolo, clemen. causam. de electi, c. dilecti. & c. postulasti. de foro compe. l. heres absens. §. proinde. ff. de iudi. & l. incola. 1. ad municip.

Incolatus iudicis iurisdictio.

¶ Secundò iudex incolatus, seu domicilij habebit iurisdictionem tam in ciuilibus quam in criminalibus, non iudex relicti domicilij, l. cum quædam puella. ff. de iurisd. omn. iudic. c. postulasti. & c. cum contingat. de foro compe. Vnde Iurisconsultus ait: incola & his magistratibus parere debet apud quos incola est, & illis apud quos ciuis est, l. incola. ff. ad municip. Socin. abunde in c. fi. in 7. prin. q. de foro compe. & consi. 129. in 1. vol.

Incola vbi subeat munera.

¶ Tertiò munera subire debet in loco in quo habitat & incola est, l. 1. & per totum. C. de incol.

incol. lib. 10. & Luc. de Penna in l. vna, col. 2. C. de muner. eodem lib. lege, rescripto. in fin. ff. de muner. quod est verũ quoad personalia: sed munera patrimoniorum etiam hi qui neq; municipes neque incolę sunt, agnoscere coguntur pro modo patrimoniorum, l. fi. §. patrimoniorum. 2. ff. de muner. & incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renuntiare non potest, l. incola. ff. ad municip. Bald. in additio. ad Specu. in tit. de censi. & Roma. consi. 161. visis.

Incola priuilegiis ciuitatis in qua incola est, gaudet.

¶ Quarto quia priuilegiis illius ciuitatis in qua incola est, gaudere debet, nisi fuerint data ciuibus tantum, vt scripsi in l. qui in continentibus, supra eodem. per l. scire. ad municip. ibi, qui enim illius ciuitatis præcipuis non vtitur.

Incola tenetur ad solutionẽ æris alieni.

¶ Quintò si vniuersitas Parisiensis contraxerat aliqua debita, ad solutionem illorum non tenebitur is qui de nouo efficitur incola, l. prouidendum. vbi Bar. & alij, C. de decur. lib. 10. li. C. de omni agro deser. lib. 11. l. 1. C. vt nullus ex vica. eodem lib.

In incolas pignorationes nõ sunt concessæ.

¶ Sextò pignorationes, quas represalias vocant Itali, seu *marques* Galli, concessę contra Parisienses, non comprehendunt eum qui mutauit sedem, & incolam alterius loci se reddidit, quamuis esset Parisius natus, l. ex facto. §. rerum. ff. de hered. instit. & tex. in cap. vno. de iniur. li 6. Plene. Bar. & alij scribunt in tract. de represal. & quando conceduntur contra aliquos non debent capi corpora, sed bona illorum, vt censuit Paris. senatus anno 1387. contra Petrum Harda. cui erant à senatu concessę contra Regem Aragoniç, vt legi in antiquis arestis curiæ.

Arestum.

¶ Septimò qui incola est in vna parœcia, ibi sumere debet sacramenta, & decimas personales persoluere. cap. finali, vbi docto. de parœc. cap. ad apostolicã. de deci. & confiteri, c. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss. clemen. prima, de priuile. vbi glo. & sepeliri ibi, c. 1. de sepult.

Incola quid ob seruare teneatur in sua parœcia.

¶ Octauò incola omnes ordines ab episcopo illius loci sine dimissoriis accipere potest, etiam statim mutatione facta, & non ab episcopo domicilij relicti, seu originis. cap. cum nullus. de tempor. ordinan. in 6. scripsi in prax. benefic. in tit. de literis dimissor. in prima parte.

Incola ordines accipere potest in sua parœcia sine literis dimissoriis.

¶ Nonò ratione præuentionis vtile est incolam esse, cum iudex domicilij possit præuenire alios iudices qui possent cognoscere de illo negotio ratione contractus, delicti vel originis, l. si quis postea. ff. de iudi. c. proposuisti. de foro compe. cap. cum plures. de offic. deleg. in 6. nec poterit pars in præiudicium iudicis præuenientis mutare domicilium, d. c. proposuisti. vbi doct. & Aufrer. in decisi. Tholos. q. 163.

Incolam esse præuentionis ratione vtile.

¶ Decimò ratione sententię quæ poterit ferri in istum incolam, si qualitas causæ patiatur, Socin. in d. c. proposuisti. per l. penul. ff. de iurisd. om. iudic.

Incola filius nõ tenetur suscipere munera in domicilio patris

¶ Vndecimò domicilium patris non adstringit filium incolam alterius loci, vt suscipere munera in domicilio patris teneatur, l. libertus §. patris. ff. ad municip. An possessio patris quoad satisdationem filio prosit, docet Bartolus & Iason in lege, sciendum. ff. qui satisd. cogant.

Vt quis sit incola non sufficit sola cõtestatio.

¶ Duodecimò non sufficit sola contestatio dicentis se transtulisse domicilium aliò, vt munera euitet, nisi re & facto transtulerit, l. domicilium. ff. ad municip. declarat Aret. cons. 136. clarissime.

Incola ius pascendi habet.

¶ Decimotertiò incola ius pascendi animalia sua in territorio illo habet, vt pulchre consuluit Bertran. consil. 75. quis dicitur. in 2. vol. ex prima editio. vbi tria requirit, quæ ibi videte, quia præcipuis illius loci vti debet, d. l. scire. ad municip.

Incolæ actio in iuriarum competit, si domum eius vi introierit quis.

¶ Decimoquartò actio iniuriarum competit, si domus eius vi introita fuerit, per l. lex Cornelia. ff. de iniur.

¶ Decimoquintò, si testator disposuerit quod si filia remaneat vidua, ei liceat redire domum testantis, vt ibi alatur, intelligi debet vt in domo in qua testator habitabat alatur, nec poterit sibi eligere habitationem, per legem, quæ conditio. §. primo. ff. de conditionibus & demonstrationib. & poterit filia domum propria auctoritate redire, per legem, Titia cum testamento. §. primo. vbi glossa. ff. de legatis primo. Bald. consi. octogesimosexto, testator. vol. 1.

Incola ob refectionem murorum tenetur.

¶ Decimosextò incolæ tenentur ad refectionem murorum siue in illa ciuitate habitent, siue extra, per istum text. ibi, in oppidi finibus, & per text. in lege, omnes C. de oper. public. & Petr. Iacob. in practica sua in rub. de fossa & muris. refert Guido Papæ q. septima suarum decisionum, & singul. 379. & quod habitantis, quia tempore belli vel alterius necessitatis iuuari poterit ciuitate. Alia scripsi huic rei accommoda in tract. de domicilij electi. in 3. tomo commenta. in consti. Reg. Gall.

Habens domicilium non iudicatur à latruncu latore.

¶ Vltimò habens domicilium non iudicatur à latruncu latore, quem præpositum Mareschallum vocant, nisi in certis casibus in ordinati. Reg. contentis, vt est in tit. *de la iurisdiction des preuosts des mareschaux*, in consti. Reg. Gall. vbi scripsi: doctores notant in l. solemnis. §. latruncu latore. ff. de iudi.

Incola quando probetur animum habitãdi habere.

¶ Quæro quomodo probetur eum habere animum ibi habitandi, cum si hodie hic sit, cras poterit discedere? Respondeo, si res suas cum familia detulerit, vt probatur in rub. ff. de migran. & in l. in lege Censoria. supra eodem. Secundo si ibi remanserit decem annos, l. 2. C. de incol. lib. 10. Tertiò si domum ibi emerit: nempe possessio immobilium cum habitatione facit aliquem incolam, l. 1. cum ibi nota. ff. ad municipal. alia scribit glo. in l. est verum C. de incol. lib. 10. & Bar. in l. 1. ad municip. vbi quilibet videre poterit. Et possessor rei immobilis in ciuitate, releuatur ab onere satisdandi iudicio sisti, l. sciendum. §. primo. ff. qui satisda. cogan.

Regio.

¶ Regio hic pro patria plaga ponitur, à Rego, vt dicunt grammatici, quod priusquam prouinciæ fierent, regiones sub Regibus erant, atque ab illis regebantur, l. 1. in fin. de offic. præfe. vrb. ff. & l. 1. de diuer. & tempora. præscrip.

Regionibus diuidere.

¶ Regionibus diuidere, id est finibus & limitibus & partibus, l. item Labeo. §. 1. ibi, sed & regionibus diuisum fundum ff. famil. ercis. l. Pomponius. de rei vindic. l. si quis duas. §. si quis partem commu. prædio. l. insulam. de acquir. rer. domi.

Regiones vrbis

¶ Regiones vrbis dicuntur quadrantes, seu vt ait Bud. quartarij vrbis. & quatuordecim olim erant in ciuitate Romana: sed postea septem cohortes constitutæ sunt, vt vnaquæque cohors binas regiones vrbis tueretur, l. 3. ff. de offi. præfe. vigil. & docent Fenestella, Pomponius Lætus, ac Plinius lib. 18. c. 3.

¶ E regione, in conspectu, *vis à vis, pardeuant*, l. binas ædes. ff. de seruitut. vrba. prædi.

§ Munus publicum officium est priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues, remque eorum imperio magistratus extra ordinem peruenit.

Munus publicũ quid.

¶ Quid sit munus publicum pulchre hic elucidat text. videlicet esse officium priuati hominis, ex quo officio commodum peruenit ad omnes ciues & singulos, & ad rem eorum tam publicam quam priuatam imperio magistratus extra ordinem, id est iubente extra ordinem magistratu, vt ille officium subeat.

Homo priuatus Magistratus excedens fines suæ prouincie.

¶ Et homo priuatus dicitur qui publico non fungitur officio, nec honore. si tamen magistratus excesserit fines suæ prouinciæ, dicitur priuatus, & sicut priuatus nihil statuere potest, l. 3. ff. de offic. præsid. quia exercitium contentiose iurisdictionis extra prouinciam non habet, sed voluntarie sic. Et ideo manumitti coram eo potest, l. 2. de offic. procons. & iubere & iudicare potest, & sic iurisdictionem mandare, l. fin. ff. de offi. præfe. vrb. glo. in cap. nouit. de offi. lega. & hi dicti sunt priuati quasi ab officiis absoluti, teste Luca de Penna in l. prohibitum. col. vlt. de iure fis. lib. 10. C.

¶ Et cura extruendi vel reficiendi operis in ciuitate munus publicum est, l. cura. ff. de munet. & ab hoc munere publico nõ excusantur senes, si locupletes sint, & nullo vnquam functi fuerint munere, l. semper. ff. de iure immunita.

Munus publicũ quibus conferri debeat.

¶ Ex hoc tex. infertur, quod munus publicum conferri debet priuatis hominibus, & non habentibus aliud officium, vt hic, & l. fi. ff. de offi. eius. & c. de multa. de præben. sicut nec licet plura habere beneficia, ita nec plura officia. lege quisquis. C. de cohorta. li. 12. quia aliud habens officium non dicitur priuatus homo, sed publicus. eo enim quod quis adeptus est munus publicum, desinit priuatus esse in his quæ officium respiciunt & eius exercitium. gloss. in verbo priuatæ personæ. §. primo. de interdi. indifferenter non ponendis, in pragma.

Priuati hominis dicit text. quia priuati homines ad ea deliguntur: Principes verò ea subiri mandant, nõ autem ipsi hęc exequuntur. hęc Alciat. & sic priuati homines dicuntur hic qui nullum habent officium publicum, nec magistratum, l. aut facta. §. in magistratum vel in priuatum. ff. de pœn. & priuatum, id est non illustrem exponit Imperat. in l. præcipimus. in fi. C. de appella.

Priuati hominis qui dicãtur

¶ Aliquando priuati vocantur omnes præter fiscum, lege, iustas. C. de iure fis. l. 1. de indict. lib. 10. l. 2. de cano. largi. titu. eo. lib. Et de venditio. rer. fisca. cum priuatis communium, eodem lib. & l. consensu. ff. de appel. & fere in materia loquente de fisco, l. apud Iulianum. ff. de iure fis. & l. quod placuit. ibidem. l. si qui. C. de diuer. præd. lib. 11. Lucas de Penna in rub. C. de venditio. rer. fisca. lib. 10.

Priuatũ, quod soli competit Principi.

¶ Priuatum etiam dicitur quod soli competit Principi vt Principi: vnde priuatæ vestis magistri vocantur in l. penul. C. de murileg. lib. 11. & patrimoniales res Principis priuatæ vocantur in tit. C. de fundis rei priua. eodem lib. & in l. 1. & 2. de priuile. do. Augustæ, vel rei priuatæ. ibidem.

Magistri priuatæ vestis.

Priuatæ res Principis.

Comes rerum priuatarum.

¶ Et comes priuatarum rerum in prouincia præficiebatur, cuius munus erat bona vacantia fisco q; delata capere, & in fiscũ referre, quod vulgus incorporare dicit, teste Pyrrho in tract. de magistra. lib. 2. per l. si quando. 2. de bon. vac. li. 10. & l. 2. de petit. bono. subl. ibid.

¶ Priuata

Priuata, non publica pop. Rom.

¶ Priuata quandoque dicuntur quæ non sunt publica populi Romani, l. eum qui vectigal. sup. eod. vbi abunde scripsi. facit lex, damus. C. de fal. l. omnes. de agrico. & censi. lib. 11.

Priuata, nõ publica ciuitatũ.

¶ Priuata etiam vocantur quæ non sunt publica ciuitatum, l. si qui. de diuer. prædi. lib. 11. l. inter. supra eodem.

Ius priuatum.

¶ Ius priuatum quod ad singulorum commodum spectat, l. 1. in fin. ff. de iusti. & iure, & illo tit. in Institu. l. vinculorum. supra eod. l. priuatus contractus. l. 1. ff. de iure fis.

Priuatũ, quod est singulorum.

¶ Priuatum quod est singulorum, ad differentiam publici, §. fin. de iure natura. in Instit. l. 1. in fi. ff. de iusti. & iu.

Priuatæ actiones.

¶ Vnde priuatæ actiones, c. licet. de procura. ibi etiam dicitur priuatum damnum, priuatum negotium, l. in priuatis. ff. de iudic. & l. non vere dicitur reipublicæ causa abesse, qui sui priuati negotij causa in legatione est. ff. ex quib. cau. maio. l. si vnus. §. pacti. de pact. l. diui. ff. ad leg. Iul. pecul. l. inter §. sacram. de verbo. oblig. sic etiam accipitur in l. 2. & per totum. ff. ne quid in loco pub. fiat. forte sic potest dici vis publica & priuata, vt alibi scripsi.

Vis publica & priuata.

Priuatum commodum.

¶ Priuatum commodum, l. nõ cogendum. §. 1. ff. de procura. l. in priuatis. de iudi. Priuata lege, pro conuentione priuatorum, in l. venditor. ff. commu. prædio.

Priuata lege.

¶ Priuatus ergo dicitur qui non est magistratus, l. 2. in fi. ff. si quis cautio. l. secunda, §. 1. ff. de iudi. l. aut facta §. in magistratu. de pœn. sic intelligitur in tit. de interd. nõ leuiter ponen. in concorda. & in prag. l. cum eo. ff. ad leg. Iul. pecul. Et quasi priuatus quando per iniuriam quicquam facit, l. nec magistratibus. de iniur. ff. & quando cognoscit extra locum sui imperij, l. 3. de offi. præsi. l. 1. §. certe. de flumi.

Priuatum delictum.

¶ Priuatum delictum, quando id quod nostra interest persequimur. Azo & alij in summa de priuatis delictis. ff. & sic intelligi debet illa rubrica. videte legem, & in priuatis. ff. ad Turpilian.

¶ Priuatam noxam & publicam declarauit in l. hanc stipulatio. supra eodem.

Publica iudicia

¶ Publica iudicia sunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum veniunt, vt Iulia maiestatis, adulterij, & alia quæ connumerantur in l. 1. de publi. iudi. & in §. 1. illo tit. in Insti. alia autem penè extra ista dicuntur priuata.

Publica vis.

Priuata vis.

¶ Publica vis quæ cùm armis fit, cùm quis homines liberos seruósve in armis habuerit, l. 3. & per totum. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Priuata autem vis dicitur quando sine armis fit, etiam hominibus congregatis. lege, si quis. & per totum. ff. ad legem Iuliam de vi priua. §. item lex Iulia de vi. de public. iudic. in Institut. Publica, armata dicitur, altera non, vt ibi patet, & in titul. de vi & vi arma. ibi, de vi dicit non armata, & de vi armata.

Priuatũ opus.

¶ Priuatum opus, vocat piscationem & venationem, ad quas milites mitti non debent. l. officium. §. 1. ff. de re mili.

Priuati iuris esse, & publici.

¶ Priuati iuris, l. seruitutes. magna. §. 1. ff. de seruitu. ad differentiam publici, lege, testamenti factio non priuati, sed publici iuris est, l. 3. ff. de testa. & creditor priuati, qui fisci non est, l. res quæ §. sed si ante. de iure fis. ff.

Priuatæ viæ.

¶ Priuatæ viæ & publicæ quæ sint explicat tex. in l. 2. §. viarum. ff. ne quid in loco publ. fiat. scripsi. in l. paries. alias incipit, quantum. supra eodem.

Priuata, ecclesiastica.

¶ Priuatus, qui non est miles, l. 3. §. ceteri autem priuati, quamuis militis cognati sint. ff. de munerib.

Publica lex.

Priuata lex.

¶ Priuata alibi dicuntur illa quæ sunt ecclesiastica, cap. vno de restitu. spoli. in sexto. Priuata ad differentiam publicorum, lege, si legatum. §. si autem. ff. de oper. publ. lege fin. ibidem.

¶ Lex publica est, quæ à sanctis patribus scriptis est confirmata, vt est lex canonum, quæ quidem propter transgressiones est tradita: lex priuata, quæ instinctu sancti spiritus in corde scribitur, c. fin. 19. q. 2. vbi sic dicit: nulla ratio exigit vt lege publica constringatur, qui lege priuata ducitur. Dignior enim est lex priuata quam publica. Spiritus quidem dei lex est: & qui spiritu dei aguntur, lege dei ducuntur. Sed quando lex priuata dicitur conuentio priuatorum, vt dictum fuit superius, lex publica dicitur dignior & nobilior hac priuata: quia ex nobiliori oritur, vt scripsi in proœmio. constitu. Regi. in 1. tomo. commenta. Et hæc ad sequentia vtilia sunt.

Opus nouũ priuato licet facere.

¶ Primò opus nouum priuato etiam sine principis auctoritate facere licet, præterquam si ad alterius æmulationem ciuitatis pertineat, vel materiam seditionis præbeat, vel circum theatrum vel amphitheatrum fit, l. opus. ff. de oper. pub.

Priuatis causæ delegari possit.

¶ Secundò priuatis causæ delegari à iudicibus possunt, l. fin. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdictio.

Priuatorum cõsensus iudicem non facit.

¶ Tertio priuatorum consensus iudicem non facit eum qui nulli præest iudicio, nec quod is statuit rei iudicatæ continet auctoritatem, l. priuatorum. C. de iurisd. omn. iudic.

Priuatorũ pactis ius publicũ non mutatur.

¶ Quarto ius publicum pactis priuatorum mutari non potest, l. ius publicum. ff. de pact. vide l. inter. ibidem, l. 3. de transact. l. neque pignus. §. priuatorum. de regul. iur. c. si diligenti. de foro compe. l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur.

Priuato non licet nouũ opus facere ſumptu publico.

¶ Quintò ſumptu publico non licet priuato nouum opus facere ſine principis auctoritate, l. opus. ff. de oper. pub.

Priuatorum cõſenſus ſolemnitatem iuris publici nõ mutat.

¶ Sextò ſolemnitatem iuris publici, vel formam priuatorum conſenſus tollere vel mutare non poteſt, l. nec ex prætorio. ff. de regul. iur. & ideo epiſcopus vel collator inſinuationem nominationum non poteſt tollere, nec remittere, vt concluſi in §. præfatique gradu ti. in fi. de colla. in concorda.

Fiſcus iure priuati vtitur, cũ in ius priuati ſuccedit.

¶ Septimò cum fiſcus in priuati ius ſuccedit, priuati iure vtitur, l. 1. ff. de iure fiſ.

Priuatim.

¶ Priuatim, id eſt non publice, ſed ſeorſum, & vt dicunt, particulariter, l. fi. §. Titius. ff. de condict. indeb.

Priuatus domo.

¶ Priuatus domo, id eſt ſpoliatus, cui domus adempta eſt. Et Iuriſconſulti frequentius dicunt amittat, vt in lege prima, ff. de nundi. ſummi autem Pontifices & Imperatores dicunt priuatus ſit vel priuetur, cap. quiſquis. cum multis ſimilibus. de elect. cap. clericis. ne cler. vel mona. cap. licet canon. de electione, lib. ſexto. Alibi plenius ſcribam: hæc nunc ſufficiant.

Muneris publici definitio.

¶ Vltimò hic munus publicum definitur: ſed alibi vocatur munus publicum, quod in adminiſtranda repub. cum ſumptu ſine titulo dignitatis ſubimus, l. honor. §. 1. ff. de mun.

Iudicare, munus publicum.

Et iudicare, dicitur munus publicum, & legationis, l. quippe. & l. quid enim. de iudi.

Tutela munus publicum.

Tutela quoque munus dicitur publicum, vt ſcripſi, perſonale tamen, & non patrimoniale, conciliando iura quæ de his loquuntur, in meis nou. interpreta.

Publicum officiũ habens quid præſtare debeat.

¶ *Ex quo commodum ad ſingulos.* Colligitur ex hoc text. quod habens officium publicum, commodum afferre debet ſingulis degentibus in loco vbi præeſt: quia ſingulis eſt præpoſitus, & ſingulorum pater, rub. de ratioci. ope. pub. & de patrib. ciuita. Vnde condemnando debitorem Titij, affert Titio commodum, & idem in aliis. & ſic ſingulis prodeſſe dicitur bonus magiſtratus ſua poteſtate & imperio, vt hic. Et de his Pythagoras dicere ſolebat, principem ac magiſtratum non ideo creatum eſſe, vt læderet, ſed vt iuuaret. & ex Soſipatri epiſto. habetur: eſt enim ridiculum de nominibus contendentem, rerum quibus imponuntur nullam rationem habere, & falſò appellati honoris ſtudioſum apparere: ſeipſum quidem parui admodum facere, ſubditis verò magni mali quandoque auctorem eſſe. & poſtea ait magiſtratibus: ſcias igitur te ſingulis ſubditorum præſtare communi pro omnibus cura, & ſolliçita gubernatione pro vniuerſa republica. Et magiſtratus vocatur princeps ciuitatis in l. ſpadonem. §. ſi ciuitatis princeps, id eſt magiſtratus. ff. de excuſa. tut. ideo vtilitatem publicam curare debet, non ſolius principis, ſicut quidam ex noſtris faciunt, quorum habitatio niſi reſipiſcant in inferno ſita videtur.

Pythagoræ dictum de magiſtratibus.

¶ *Vniuerſos ciues.* Et ſic habens publicum officium commodum debet afferre tum ſingulis, vt prædictum fuit, tum vniuerſis. inde ius publicum in his magiſtratibus conſiſtit, l. 1. §. publicum. ff. de iuſti. & iure. Vnde poteſt quilibet de populo, cum ſua interſit, ſe opponere receptioni magiſtratus, vt ab ea adminiſtratione eidem data remoueatur, vel vt ad adminiſtrationem non recipiatur. Panormitanus & alij per illum textum in capitulo, ex parte. de teſti. vbi etiam concludit, quod quilibet ſubditus Regni poteſt opponere & excipere; & defendere ne dux in Regno habeat adminiſtrationem. Scribit Ioannes de terra rubea in tract. contra rebelles Reg. articulo ſecundo tractat. ſecund. in fi. Quod intelligerem verum quando ſua intereſſet priuatim: alias propter publicum damnum non reciperetur: ſed tantum procurator Regius in hoc Regno. & hodie muti ſunt noſtri Regnicolæ, nec forte audirentur, conſiderata noſtri temporis malitia.

An quilibet de populo poſſit magiſtratus creationem impedire.

Magiſtratũ ſtipulari & acquirere poſſe ſuis ſubditis.

¶ Ex hoc etiam infertur, quod magiſtratus poteſt ſtipulari & acquirere ſuis ſubditis, in his quæ ſuum concernunt officium, lege tertia, vbi Bartolus. ff. rem pupilli ſaluam for. lege, ſtipulatio iſta. §. alteri. de verbor. obligationibus. Bart. in l. 1. §. plane. de magiſtra. conueni. & quantumcunq; ſtipuletur generaliter his quorum intereſt, ſolum ſuis ſubditis quorum ſua intereſt ſtipulari cenſetur. Bald. in l. 1. §. huius ſtudij. de iuſti. & iu. Quantum enim ad non ſubditos, non eſt publica perſona, lege finali. ff. de iuriſdict. omnium iudicum. d. lege tertia, de offic. præſi. & Panor. in procem. decreta. Quod etiam probatur hic: cum commodum ſuis ciuibus rebúſque eorum afferre debeat: ergo non alienis, quibus non eſt præfectus.

¶ Hodie verò quidam ex noſtris magiſtratibus non lupis depellendis vacant, ſed quibus depilandis: quinimo velleribus euellendis. Vtor verbis Lucæ de Penna in lege, per Illyricum. in fine. C. de cõhortalib. lib. duodecimo. Alia etiam dicit in l. 1. col. 1. C. qui æta. excuſ. lib. 10.

Ciues qui.

¶ Item ciues licet vocentur hi qui in ciuitate nati ſunt, C. de municip. & orig. lege, ciues: tamen poſſunt hic accipi pro vniuerſis ſubditis & incolis; vt prodeſſe debeat magiſtratus.

Perſona publica ſtipulari poteſt vſuras reſtitui.

¶ Item poteſt publica perſona ſtipulari reſtitui vſuras, de vſur. in ſexto, capitulo, quanquam.

¶ Etiam

¶ Etiam propter culpam publicæ perſonæ & non priuatæ poteſt locus in hoc Franciæ Regno ſubiici interdicto in tit. de interd. iudic. non ponen. in pragma. & concord. vbi glo. declarat quæ dicatur priuata perſona.

Publica conuẽtio & priuata. Publica læſio.

¶ Publica conuentio & priuata, l. conuentionum. ff. de pact. Publica læſio, l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. alia docui in l. inter publica. ſupra eod.

¶ *Remque eorum.* Magiſtratus igitur commodum affert non ſolum perſonis ciuium quibus præpoſitus eſt, verum etiam rebus eorum: ita quod rem publicam illorum & priuatam pro virili tueri augereque debet. quod facit etiam pro epiſcopis vt hoc debeant facere in epiſcopatu in quo præpoſiti ſunt, quia munus habent publicum. Quæ bene ſeruate egregij principes ac præſules, nec tranſuerſum vnguem ab his diſcedite, ſi cum Chriſto deo opt. max. partem habere velitis: quod deus faxit.

Officiales vnde dicti.

¶ Vnde quidam dicunt officiales dictos ab officio officis per antiphraſin, quod nemini officiant, ſed omnibus proſint, vt hic patet, & docet Lucas de Penna in l. prohibitum. col. vlt. C. de iure fiſ. lib. 10. & licet in condemnatione vnius non ſit vtile illi, quod condemnatur: tamen vniuerſis eſt vtile, quod ius redditur vnicuique.

Publica vtilitas quot modis conſideretur.

¶ Notandum eſt quod vtilitas publica quatuor conſideratur modis per doct. primò quando in vniuerſo & priuatim affert vtilitatem: & hæc in ſacris & magiſtratibus: nempe ſicut templum vnus orandi gratia audiendíque verbum dei ingredi poteſt, ita quilibet: & ſicut vnus à magiſtratu defenditur, ita & quilibet conſeruari debet. text. in l. 1. ff. de iuſti. & iur. & in iſta vtilitate publica quilibet priuatus auditur. ſed hodie in Francia ſolus procurator Regius iſta proſequitur, vt dixi, niſi priuati ſingulariter interſit.

¶ Secundò conſideratur vtilitas publica, quæ affert vtilitatem vniuerſis, non ſingulis vt ſingulis, quia communis eſt vtilitas, l. vtilitas. C. de primipi. li. 12. Itaq; vtilitas fiſci eo dicitur publica, quia vniuerſi defenduntur ob pecuniam eius ab hoſtibus, & ab aliis malis. & vbi plenum eſt ærarium nullus grauatur collecta, l. 1. §. quibus. ff. quod quiſque vniuerſi. nomi. ſed vbi exhauſtum eſt ærarium, omnes ſubuenire tenentur, vt hodie cuilibet ſatis notum eſt. & hanc etiam promouet procurator Regius.

Vtilitas nuptiarum publica.

¶ Tertia eſt vtilitas publica ſecundariò, principaliter tamen dicitur priuata: vt dum dicitur reipub. intereſſe dotes mulieribus conſeruari, vt liberis hominibus ciuitas repleatur. l. 1. ff. ſolu. matri. hoc tamen principaliter mulierum intereſſe videmus, ſecundariò etiam fiſci. & iſtam non promouet fiſcus, niſi pars conqueratur: ſed bene ſe adiungit procurator Regius pro reipub. intereſſe. Vnde publica nuptiarum vtilitas dicitur in l. in bello. §. medio ff. de capti. declarat l. 2. in fin. ff. ad municip. ibi, reipublicæ autem nihil quod ad rem pecuniariam attinet intereſt pupillis tutores dari: quia nulla pecunia accedit fiſco propterea.

¶ Quarta eſt publica vtilitas, quæ principaliter dicitur priuata, ſecundariò dicitur publica: quia ſuam affert vtilitatem reſpectu vniuerſi, ſed in particulari ſuam affert vtilitatem cui libet ſeparatim per ſe: vt cum dicimus, intereſt reipub. ne quis re ſua male vtatur, §. penul. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. ſeruum. §. publice. ff. de procura. §. cogitatio. in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. colla. 2. plene docto. in d. l. 2. ff. ſolu. matri.

¶ Ego ſuper hoc cenſerem vtilitatem publicam trifariam conſiderandam: nempe quædam reſpicit vtilitatem vniuerſorum, vt in ęrario ſupra in ſecundo caſu diximus: ſecunda priuatorum, ſeu ſingulorum, vt in dote, & nuptiis, vt in quarto caſu ſupra. & publice vtile eſt abſentes à quibuſcunque defendi, l. ſeruum. §. publice. ff. de procura. tertia reſpicit vtilitatem vniuerſorum & ſingulorum, vt in ſacris, & magiſtratibus, de quibus in hoc tex. quæ diuiſio omnes poteſt comprehendere caſus. Et prima vtilitas ſemper præfertur ſecundæ & tertiæ, & tertia aliis, vt profitendo illam l. 1. ff. ſolu. matri. aliquando docui.

¶ *Imperio magiſtratus.* Vult dicere tex. ſecundum Alcia. vt compelli municipes extra ordinem poſſint ad ſubeunda munera, non iure actionis, ſed officio iudicis, id eſt remedio extraordinario. hæc ille, poſt Accur. Probat l. munus propriè. ſupra eodem, ſic dicens: munus propriè eſt quod neceſſario ſubimus, lege, more, imperióve eius qui iubendi habet poteſtatem.

¶ Iſta tamen ſententia non videtur conuenire huic tex. dicenti munus publicum eſſe officium priuati hominis, ex quo commodum peruenit ad vniuerſos & ſingulos, & ad res eorum imperio magiſtratus extra ordinem, vel ex iudiciario. & ſic commodum peruenit ad ſingulos imperio magiſtratus extra ordinem: & non agitur hic quod magiſtratus extra ordinem compellatur, vel municipes ad ſubeundum munus. ideo ego intelligerem hunc text. acquiri ſingulis imperio magiſtratus extra ordinem, id eſt præter ordinem & regulas iuris. nempe non eſt ius conſtitutum nec ordinatum, quo cautum ſit magiſtratus debere acquirere ſuis ſubditis, & quo ordine: ideo quod ipſi auctoritate magiſtratus vel iuſſu ſubditis commodum inferunt, hoc eſt præter ordinem aliquem & ius commune. & vt id intelligatur notate ſequent. glo.

¶ Sequitur in tex. *extra ordinem.* Verbum in iure frequentiſsimum, ſed non minus diffi-

cile,quod amplam & obscuram in se materiam continet,ad cuius intellectum,quia bonum in ordine consistit,teste Augusti.in lib.de natura boni,& ordo dat rei perfectionem.c.nil.7. q.1.l.2.§.1.ff.ad Vellcia.ibi,recte atque ordine;incipiemus igitur ab ordine,quo facilius demum ad extraordinem elucidandum perueniamus. Primum sciendum est ordinem multis capi modis:primum pro statu & conditione accipitur,l. diuus. §. cum autem ex literis tuis,cognouerimus eum tali loco atque ordine esse, vtà suis, vel etiam in propria villa custodiatur. ff.de offi. præsi. vbi sic exponit Budæ. & Zas. in l. 2. de origi. iur. hic dicens: est enim ordo discretio status conditioni accommodatus, vt vulgo solemus dicere, *est at & qualité de la personne*: atque ita eo in loco mihi videtur sumi.

Ordo quot modis sumatur.

Ordo pro statu vel conditione.

Ordines tres Romæ,qui.

¶ Tres siquidem erant præcipui ordines Romæ:primus senatorius,alter equestris,vltimus plebeius:quorum loco nostrates Galli tres habent,quos status vocant patric,videlicet ecclesiasticorũ,nobilium, & plebis. Tamen Iustinia.in §.plebis.de iure natu.gen.& ciui.in Institutionib. plebis nomine omnes ciues contineri ait, exceptis senatoribus & patriciis. Quare equites plebis nomine continerentur,& equester ordo,si tantũ bifariam diuidatur.

Ordo pro numero & collegio.

¶ Secundò ordo pro decuriis classibusque,numero,collegio,& quasi gradibus dignitatum,professionisque artificum,& ciuitatum,decurionum,ciuilium magistratuum & militarium.Et inter milites multi sunt ordines,vt ordo peditum,& ordo equitum,centuriæ,manipuli, cohortes,legiones, prima, secunda, tertia,& quæ deinceps. Centuriæ manipulis constabant,cohortes centuriis, legio cohortibus decem, vt Vegetius docet, & lib. de re militari,qui Ciceronis esse dicitur,& Cic.lib.3.de legib.

Ordines militum.

Ordines ducere.

¶ Ordines ducere pro copiis militum præesse, Gallice dicimus *conduire des bandes*.l. qui cum vno.§.ad tempus.ibi,& in ordinem redire potest.& §.exauctoratus.ff.de re milita.

¶ Vnde qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore,l.4.ff.de senat.& Modesti.dato iudice à magistratibus populi Roman cuiuscunque ordinis,in l.fi.quis & à quo appellet.& Papin.inquit,l.ordine decurionum ad tempus motus,& in ordinem regressus, ad honores exemplo relegati tanto tempore non admittitur,quanto dignitate caruit.ff.ad munic. Et alibi senator ordine motus ad originalem patriam, nisi specialiter hoc impetrauerit,non restituitur. Sic ordine motum seu remotum,priuatum officio dicimus,l.penul. de vari.& extraor.cognit,

¶ Inde Callistra.ait,quod semel ordo decreuit,non oportere rescindi, diuus Adria. Nicomedensibus rescripsit,nisi ex causa,id est si ad publicã vtilitatem respiciat rescisio prioris decreti,l.quod semel.ff.de decre.ab ordi.facien.& Vlpian.lege municipali cauetur vt ordo non aliter habeatur,quam duabus partibus adhibitis.ibid.id est collegium habeatur decurionum.Et ordini patriæ suæ legatus probare causam debet,l.2.ff.de legatio.l.1. de vi priua.erogare ordini,l.si mulier.1.de dona.inter vir.& vxo.

Ordo pro dispositione.

¶ Tertio ordo est plurium,disparium que rerum,sua cuique loca tribuens dispositio,teste Augusti.lib.19.de ciuita.Dei c.13.vel est,compositio rerum in aptis & accommodatis locis,vt docet Cicero 1.offici.refert Lucas de Penna in l.his quidem.col.1. & sequen. C. qui milita.non possunt,lib.12.qui ordo maximũ memoriæ lumen affert, vt docet Cice.de orat. sicque frequentius accipitur pro serie,collocatione & dispositione,vt in tit.ff.quis ordo in bono.possessi.seruetur. hic siquidem in bonorum possessione intestati ordo est, vt primò sui,deinde legitimi,demum cognati admittantur,postremò vir & vxor,l.1.ibidem.& Marcianus ait his verbis: ordine vnusquisque munere legationis fungi cogitur: & non alias compellendus est munere legationis fungi quàm si priores qui in curiam electi sunt, functi sint, l. sciendum. §. ordine. ff. de lega. l. filius. & l. vicarius. ibidem. & Imperatores Antoninus & Verus rescripserunt, appellationes quæ rectò ad principem factæ sunt, omissis his ad quos debuerunt fieri, ex imo ordine ad præsides remitti, l. Imperatores,de appella. ff. alij legunt remittendas appellationes interpositas ab imo,id est infimo ordine, videlicet à præposito ad præsidem prouinciæ. text. verò antiqui habent, ex vno ordine.quæ lectiones quidem sustineri possunt: prior tamen magis ad veritatem accedere videtur, facit l.quid ergo.ibi,talis ordo dabitur. ff.ad municipa. l.1. ibi, quia propriam causam ordinis errore ductus persecutus videtur. de distracti. pigno. l. si liberis. de pactis dota. ibi, conuentio secundum ordinem rei gestæ moribus improbanda est. Sicque intelligetur tit. C.vt dignita. ordo serue.lib.12,maxime in l.2. ibidem.

Ordo iudiciorũ.

¶ Et quidem ordo seruatur in instituendis iudiciis, vt primò reus debeat in ius vocari. iudicium enim à citatione incipit,§.fina. de pœna teme.litigan. & demum libellus offerri, auth.offeratur.C.de litisconteſta.& postea lis contestari, vt ibi. Aliáque ordine debent interuenire,quæ docet tex.in c.quoniam contra.de proba.& glo.in l.prolatam, C. de sentenc. & interlocut. omnium iudicum.

Ordo executionum.

¶ Alius quoque dicitur ordo in executionibus, secundum §.in venditione, & sequentem,l.à diuo Pio.ff.de re iudica.vt primò mobilia capiantur,deinde immobilia, postremò nomina.qui tamen ordo non seruatur in Francia,sed paulo magis libera datur exequendi facultas per Regiam legem sitam in tit.de litera.obligati. quam late inter commentaria mea tractatam inuenietis artic. 11. in 1. tomo eorum in commentariorum in constitutio. Regias Gallic.Inde vocatur extraordinaria executio, in l.3. ff.ne vis fiat ei in qua scilicet non seruatur ordo prædictus.

Ordo in contractibus.

¶ Adhæc alius ordo seruatur in contractibus, vt emptor verbi gratia antequam rem emptam habere possit cogatur offerre pretium conuentum, l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & in stipulationibus prior esse debet interrogatio quam responsio, l.1.ff. de verbo. obliga.& §.1. Instit. illo tit.sic adoptans prius interrogari quam adoptatus, l.2. ff. de adopti. ac sponsus prius quam sponsa.glo.ibi.in testamentis quoque prius debet fibi quis heredem facere quam substituere,l.2.§. prius autem.ff.de vulga.& in libertatibus ordo scripturæ seruatur,l.generaliter.§.quid ergo.ff.de fideicommissa liber.

Ordo pro solemnitate, ex Accurs.

¶ Interdum & quartò pro solemnitate & formula ordo exponitur ab Accur.in §.fi. Instit. de interdi. vbi sic scribitur: de ordine & veteri exitu interdictorum superuacuum est hodie dicere.nam quoties extra ordinem ius dicitur,qualia sunt omnia iudicia,non est necesse reddi interdictum,sed perinde iudicatur sine interdictis,ac si vtilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

Ordo & solemnitas quid differant.

¶ Ego puto inter ordinem & solemnitatem interesse. Ordo enim est cum quid prius vel posterius fit:& si præcedant quæ præcedere debent,& sequantur quæ sequi debent, dicitur ordo rectus: sin contra,non rectus, seu peruersus.solemne vero dicitur celebratum,celebre quidpiam statutumque, & quasi quadam cerimonia seruatum & visitatum. vnde solemnis ordo dici poterit,& solemnitas ordinis,quasi cerimonia quædam, & velut religiosa obseruatio ordinis:& ita passim in iure accipi solet.Certo enim apud veteres ordine quibusdam que formulis tam publica iudicia quam priuata tractabantur,quæ deinde in vsu esse desierunt,l.ordo.de publi.iudi.vnde cœperunt iudicia omnia extra ordinem reddi.§.fin. Instit. de interdict.teste Alcia.in l.cum filius fam.ff.si cer.peta.formulis scilicet illis antiquis sublatis vsus extraordinarius magis inualuit, l.1. & per totum, C.de formu.addit Iurisc.on.in l.actio. ff. de nego. gest. plane in extraordinariis iudiciis vbi conceptio formularum non obseruatur hæc subtilitas superuacua est,maxime cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, eundemque habeat effectum.

Ordinare.

Ordinare testamentum.

Ordinare pro ad honores promouere.

¶ Inde ordinare est disponere, recte atque ordinatè constituere, quemadmodum dicimus ordinare testamentum,l.inter cætera quæ ad ordinanda testamenta desiderantur.ff.de liber.& posthu. l. Caius.de pignora.actio.ibi,cum suprema sua ordinaret.l.videamus.de æd li.edict.ibi,res ita ordinanda sit. Ordinare est etiam ad honores promouere,vt docet Bud. in Annot.alias huius verbi significationes scripsi in §.1.de nomina.Regia.in concordã.& in procem.constitu.Regia.in glo.3.in 1.tomo commentar.

Ordinarium.

¶ Hinc etiam ordinarium dicimus,in quo ordo seruatur,& ex ordine proceditur.vnde Vlpia.ait,ordinarium esse ante de iudiciis testantium,sic deinde de successione ab intestato loqui,l.1.in prin.ff.si tabul.testa.nullæ extant.l.1. de pecul. ibi, ordinarium prætor arbitratus est prius eos contractus exponere eorum qui alienæ potestati subiecti sunt; qui in solidum tribuunt actionem,sic deinde ad hoc peruenire,vbi de peculio datur actio.& l.1.de possesso. heredi. petitio. iuncta l.1. de fideicommissa. heredi. petitio. vbi in vna lege dicitur ordinarium,in altera ex ordine.

Ordinarii ius.

¶ Ordinarium quoque ius frequenter apud Iurisconsul. vocatur ius commune,regulare,assuetum,certum,& ad hoc expresse statutum,& ius secundum ordinem & regulas compositum,l.in causæ.2.ff.de mino.

Extraordinarium ius.

¶ Contrario modo vocatur extraordinarium,vt infrius patebit,videlicet præter regulas & solitum ordinem concinnatum,l.creditores.& l.pecuniæ.2.§.persecutionis.supra eo. l.3. de crimi. expil. heredi. ibi, diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, electionem esse vtrum quis velit crimen expilatæ hereditatis extra ordinem apud præfectum vrbi, vel apud præsides agere,an hereditatem à possessoribus iure ordinario vindicare. Ecce tex.ibi declarantem posse agi extra ordinem pro crimine expilatę hereditatis:siquidem omnia crimina extra ordinem exercentur,l. ordo. ff. de publi. iudi.vel si hereditatem velit omisso crimine vindicare à possessore, iure ordinario agere poterit,videlicet petitione hereditatis, quę est ordinaria & communis.

Ordinarius homo.

In ordinem redigere.

¶ Ordinarius homo dicitur plebeius ac vulgaris,non eximius,quod in aliorum multorum ordine sit.In ordinem enim dicimus redigere eum cuius dignitatem volumus imminuere, & in ordinem plebeiorum communem reducere. Budę in l.diuus. ff. de offi. præfi. tamen inter seruos præstantiores sunt ordinarij vicarii. §. si quis ancillas. Instit. de lega. de quibus docui in l.vrbana familia.supra eo.

Ordinarius iudex.

¶ Ordinarius vero iudex est qui iure suo vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest. Spec.in tit.de offi.ordin.in prin.& interpretes in tit.de offi.ordi. allegantes l.more maiorum.de iurisdi.omni.iudi. ego verò dicerem per l.1. ff. de offi. eius cui manda.

manda. est iurisdi. eum dici ordinarium iudicem qui iure magistratus habet iurisdictionem in omnes, nisi eos qui iure quodam speciali vel priuilegio exempti sunt. Et dicitur ordinarius, id est communis iudex, quod vnicuique eum adire liceat iudicij accipiendi causa, &

Iudicum Galliæ genera. omnibus pateat. & in Gallia quidam sunt Regij, quidam dominorum locorum: cuiusmodi sunt apud nos præpositi, qui modò iurisdictionem maiorem & ampliorem, modò minorem, prout eis tributur, ex consuetudine regionum, & potestate, vel concessione dominorum habent. Lex autem est Regia prohibens iis iudicibus primæ instantiæ cognoscere de interdicto vti possideris, saisina, spoliatione, & generaliter de casibus Regiis: quippe talia statim ad præsidem prouinciæ deferenda sunt, vt patet in constitutionibus Regiis titul. *des seneschaux*, quos conferre quis forte posset cum quibusdam ciuitatum defensoribus, vt in titul. de defenso. ciuita. C. qui vero dicantur ordinarij collatores scripsi in tit. de collati. in concorda. §. præfatique ordinarij.

Ordinata lis. ¶ Ordinata lis, l. qui status. ff. de re milita. l. ordinata liberali causa. ff. de libera. cau. vbi gl. exponit pro contestata. alibi dixi.

Ordo legitimus quis sit. ¶ Vocabant igitur Iurisconsulti Ordinem, ius rectè ordinatum, certisque finibus & regulis conclusum tam in ciuilibus quam in criminalibus. probat l. 2. §. 1. ff. ad senatusconsul. Velleia. legúmque ordinem vocat Iurisconsul. in l. bona fides. ff. depo. illud quod in sex iuris partibus statutum erat, §. lex. cum sequen. Instit. de iure natu. quod verò extra illud in dies pro varietate negotiorum constituebatur, extra ordinem statui dicebatur, quasi iam extra illum ordinem antiquitus præstitutum, vt etiam quæ postea Prætores, Senatores, Iurisconsul. vel suis constitutionibus ipsi Principes sanxerunt, extra ordinem fecisse dicantur. in l. 2. ff. ex quib. cau. maio. aut si statuebatur quidpiam extra iuris solemnia. §. fina. Instit. de interd. siue extra iuris regulas, vt dicit rex. in l. si quis sepulchrum. §. non tamen, ff. de religio. vbi non est ciuilis actio ex bono & æquo, cum extra ordinem subuenitur. Et ad clariorem huius rei interpretationem non pigebit aliquot exempla è penetralibus Iurisconsultorum subnectere.

Extra ordinẽ statui olim quid diceretur.

Feriæ legitimæ indictæ, & extra ordinem. ¶ Primò feriæ à iure rectè ordinéque constitutæ sunt, vt singulis indicerentur annis, tempore messium & vindemiarum. l. 1. & per totum. ff. de feriis. illæ igitur ex ordine iuris sunt: verum quia aliquando ex inopinato statuendæ sunt, vtpote ob res à principe prosperè gestas, tunc illæ extra ordinem, prout res expostulat, indicentur, lege, sed & si. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. maio.

Ordinaria bonorum possessio, & extraordinaria. ¶ Sic etiam à prætore fuerunt inductæ bonorum possessiones, quæ vocatæ fuerunt ordinariæ. l. 3. §. fina. ff. de Carbon. edi. sed quia suadente æquitate alia postmodum fuit inuenta extra ordinem iamdiu præstitutum, hæc vocata fuit extraordinaria. §. septima. Instit. de bono. possessio.

Actio directa quæ. ¶ Adhæc quia dum antiquitus quidpiam statuebatur, recta via ex illis verbis competebat actio quæ vocatur directa, l. si quis. ff. de iurisdictio. omni. iudi. vt si quadrupes fecerit pauperiem, id est damnum dederit Titio, illi datur actio directa ex verbis legis. ff. si quadrupes. Cum verò bipes damnum dedisset, nil super hoc antiqua lex statuerat: ideóque vtilitatis gratia legislatores extra ordinem statuerunt dandam actionem, non quidem directam, (nec enim recta via & ordine id comprehendebatur) sed extra ordinem, quę scilicet dicitur vtilis actio, siue remedium. l. si longius. in fin. ff. de re iudica. iuncta l. cum filiusfamilias. si cert. pet. vbi in vna lege dicitur vtile remedium, in altera extraordinarium. Verum enimuero quia dubitatum fuit an hæc vtilis actio extra ordinem inducta prosit, hoc declarauit Iurisconsul. Paul. in l. actio. ff. de nego. gest. sic dicens, nec refert directa quis an vtili actione agat vel conueniatur. plane in extraordinariis iudiciis vbi cõceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est: maximè cum vtraque actio eiusdem potestatis sit, eundémque habeat effectum.

Actio vtilis quæ.

Actiones vtiles cur introductæ. ¶ At dicet aliquis, quorsum ista fuerunt introducta extra ordinem? Respondet Pompo. in l. quia. ff. de præscrip. ver. quia actionum non plenus numerus est, ideóque plerunque actiones in factum desiderantur. sed & eas actiones quæ legibus proditæ sunt, si lex iusta ac necessaria sit, supplet prętor in eo quod legi deest, quod facit in lege Aquil. reddendo actiones in factum accommodatas legi Aquiliæ, idque vtilitas ejus legis exegit. idem fere Vlpia. in l. quoties. eo. sic dicens: quoties deficit actio, vel exceptio, vtilis actio vel exceptio danda est. Et l. si quis. ex quib. cau. maio. ibi, officium prętoris est introducere vtilem actionem. Igitur vbicunque lex prętorum antiquum illum ordinem suppleri debere prouidet, extra ordinem dicitur prouidere, vocatúrq; vtile remedium, quasi ex bono & æquo, & vtilitatis gratia introductum. facit l. in iis quę extra testamentum incurrerent possunt res ex bono & æquo interpretationem capere: ea verò quę ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scriptam iuris rationem expediri. ff. de conditio. & demonstra. quod adhuc ex sequentibus confirmari potest.

¶ Minori siquidem à iure ordinario non conceditur rerum suarum administratio, l. 1. & per

per totum. ff. de mino. 25. annis: tamen extra ordinem & perrarò ex bono & æquo eis conceditur, l. 3. ff. eo. vt impetrando veniam ætatis, lege 2. & per totum. C. de iis qui veni. ætat. impetra.

¶ Ita filiusfa. omnia acquirit patri, vt nec quidem per se agere possit, l. placet. ff. de acquir. heredi. l. fina. §. necessitate. C. de bon. quæ lib. tamen ne fame moriatur quandoque in studio degẽs, si mutuauerit viaticum suum extra ordinem vtili actione ei agere permittitur, l. si longius. in fi. ff. de iudi. l. cum filiusfamilias. si cer. peta.

¶ Sic quoque mandatum gratuitum est, alias nullum erit, l. 1. ff. manda. l. si tibi rem vendendam. ff. de præscrip. verb. si tamen procurator salarium desideret, extra ordinem peti & concedi debet, l. salarium. ff. manda. nam licet gratis concedi & recipi debeat mandatum, non tamen exerceri, & si exerceatur salarium debetur, sicuti tutori, & alij administratori.

Mandatum est & cum salario accipitur.

Actio extra ordinem peti quãdo dicatur. ¶ Breuiter vbi non est prodita actio, sed à principe impetrari potest, tunc extra ordinem peti dicitur, l. si quis. §. 1. ff. de religi. & impetrat extra ordinem, in l. ij qui. ff. de vaca. mune.

¶ Inquilino volenti migrare soluta pensione, si prohibeatur extra ordinem subueniri solet, l. 1. ff. de migran.

Extra ordinẽ exactionem fieri. ¶ Alias sumi forte potest extra ordinem, id est extra cognitionem, l. vlti. in fin. ff. quod met. cau. ibi, quod si debitor satisfecit simplici iussione, & non cognitione habita, quamuis non extra ordinem exactionem fieri, sed ciuiliter oportuit. igitur patet ibi extra ordinem sumi, pro extra omnem cognitionem, quæ debet in executione interuenire rei iudicatæ, l. à diuo Pio. ff. de re iudi. vel melius fortasse eo in loco quis interpretabitur extra ordinem, id est ordine non seruato executionis & exactionis, quia non secundum ius ciuile fuit facta exactio, sed propria auctoritate.

Extra ordinẽ, absq; iure scripto. ¶ Plerunque etiam dicitur extra ordinem, cùm arbitrio iudicis absque iure scripto quidpiam moderandum relinquitur, vt ipse ex bono & æquo iudicet: sicut plurimum contingit in pœnalibus. olim siquidem exercendorum iudiciorum ordo erat quidam præstitutus, qui pro temporum varietate fuit aboletus in l. ordo. ff. de publi. iudi. & §. 1. de succes. si. subla. quæ fiunt per bono. vendi. in Institu. cœperuntque iudices extra ordinem cognoscere, l. 1. ff. de pœn. vbi qui extra ordinem cognoscunt, pœnam extraordinariam imponere debent, §. fi. ibidem. & l. 1. de legat. ac l. 1. §. qui aduersus. ff. de postul. Itaque hodie licet ei qui extra ordinem cognoscit quam vult sententiam ferre, vel grauiorem vel leuiorem, dummodo non rationem excedat, l. hodie. ibidem, facit l. 4. §. 1. ff. ad leg. Iul. pecu. ibi, vt sacrilegi extra ordinem digna pœna puniantur. Et in priuatis delictis & in extraordinariis criminibus calumnioſi extra ordinem pro qualitate admissi puniuntur, l. 3. ff. ad Turpil.

Extra ordinẽ coerceri, damnari, vindicari, plecti. ¶ Extra ordinem coercetur, l. non est matrimonum. ff. de rit. nupti. extra ordinem damnandum, l. si quis reum. ff. de custo. reo. extra ordinem vindicari, l. in ordinariis. ff. de pœn. extra ordinem plectendus, l. ossa, §. si in locum. ff. de religio. sic igitur extra ordinem puniri est pœna non à iure ordinata vel statuta affici: nimirum si dicatur arbitraria & extraordinaria, d. l. lex Iulia. §. hodie. ff. ad leg. Iul. repetun. l. 1. de vi priua.

Extraordinaria pœna. ¶ Hinc dicitur extraordinaria pœna, quæ extra regulas iuris imponitur arbitrio iudicis, ordinem à veteribus introductum omittendo. & sic intelligitur ff. de extraordina. crimin. vbi in publicis criminibus & delictis ordinariis regulariter pœna certa à iure præstituta est: secus in criminibus extraordinariis. ideoque extra ordinem in illis cognoscitur, ac reus plectitur arbitrio iudicis, vt superius dixi: quod arbitrium cum facti & admissi qualitas regat, nulla certa pœna ordinari potuit. ideo extra ordinem dicitur, id est extra certas regulas, quæ constitui non possunt, sed pro modo admissi decernendum est, d. l. 1. & toto tit. de extraord. cogniti. Et ordinem hic pro regula certa intelligo.

¶ Sic etiam qui iniuriarum actionem per calumniam instituit extra ordinem damnatur, vt exilium aut relegationem, aut ordinis, status, vel officij, seu honoris amotionem patiatur. ff. de iniur. ibi extra ordinem intelligite extra iuris ordinarium processum. nam ordo exercendorum publicorum iudiciorum capitalium in vsu esse desiit, l. ordo. ff. de pub. iudi. Et hoc maximè iudicium in curiis Franciæ cõtra delinquentes exerceri solet. hodie delinquentes in lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur, id est pœna arbitraria, l. lex Iulia. in fin. ff. ad leg. Iul. repetun. cum antiquitus lex duodecim tabularum pœnam irrogaret capitalem, vt docet Gellius lib. 2. c. 1. Hoc igitur modo extra ordinem puniri dicuntur, quando pœnã non est à iure statuta, vel constituta. interdum lex adiicit pœnam, & tunc ordinaria pœna, id est pœna à lege statuta punitur reus, l. vna. ff. de ambi. vbi certa statuitur pœna.

Extra ordinẽ puniri qui dicantur.

Pœna ordinaria, & extraordinaria quæ. ¶ Quandoque lex dicit, pro modo delicti coerceatur, vt in lege finali, de plagia. & tunc extra ordinem punitur, l. vlti. in fi. de termi. amo. Alias dicit extra ordinem pro modo admissi, l. in dardanarios. ff. de pœn. Sic igitur capiendo putarem ordinariam pœnam esse quę à iure statuta est: extraordinariam verò, à iure non constitutam, nec certam, sed arbitrariam, l. penul. vbi glo. ff. de præuarica. Idemque est extra ordinem punietur, aut pœna extraordinaria

naria: probat l.1. iuncta l.2. ff. eodem, vbi cum in l.1. dicatur extra ordinem solet puniri, dicitur in l. 2. pœnam iniungi extraordinariam. facit l. 1. & seq. ff. de crimi. stellion. vbi sic habetur: Actio stellionatus neque publicis iudiciis neque priuatis actionibus continetur. stellionatus iudicium famosum quidem est, sed coercitionem extraordinariam habet.

Fures diurnos iure ordinario puniri.

¶ Fures diurni ad ius ordinarium sunt remittendi, vt secundum leges iis furibus statutas puniantur, vt in authen. nouo iure. C. de fur. sed fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi, id est extra has leges de furibus diurnis præstitutas: quippe leges furum diurnorum in iis locum non habent.

Quipro reo criminis satisfecerit, quomodo puniatur, nisi eum exhibeat.

¶ Adhæc si quis reum criminis, de quo satisfecerit, non exhibuerit, pœna pecuniaria plectitur: puto tamen si dolo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum, id est pœna arbitraria & criminali. §. pœna. Iusti. de iniur. l. si quis. ff. de custo. reo. Et si quis actionem quæ ex maleficiis oritur velit exequi, si quidem pecuniariè agere velit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus in crimen subscribere. enimuero si extra ordinem pœnam eius rei exercere velit, tunc subscribere eum in crimen oportebit. l. fi. ff. de priua. deli. Et Vlpia. scribit, impunitum seruum esse non oportere, sed extra ordinem officio iudicis corrigendum, l. 1. §. cum seruus. ff. de his qui deiecerunt.

Actio quæ ex maleficio oritur, quomodo persequenda.

Extraordinarium iudicium.

¶ Extraordinarium vero iudicium dicitur non commune, in quo non agitur secundum ordinem præscriptum, sed quadam actione seu remedio extraordinario, non solito, l. actio. ff. de nego. gest. magis autem specialiter extraordinarium dicitur, quod officio iudicis implorato constituitur. Alcia. in l. cum filiusfa. ff. si cer. peta. per l. si cui legarum. ff. de condit. & demonst. l. 1. de variis & extraordi. & generaliter quoties alicui succurrendum est ex æquitate, quia deest remedium ordinarium, id est commune, l. in causæ, 2. ff. de mino. Bar. in l. si maritus. §. si extraneis. de adulte.

Actio extraordinaria quando concurrat cum ordinaria,

¶ Aliquando tamen extraordinaria competit actio quamuis adsit ordinaria, cum videlicet illa supplet aliquid vel addit ordinariæ, l. 3. §. 1. versi. miratur. ff. nau. caupo. & l. 1. §. 1. de migrau. quemadmodum licet alias detur actio, tamen agitur de dolo, & cõpellitur quis extra ordinem, l. at si quis. §. si cui. ff. de religi. vbi dicitur, si cui funeris sui curam testator mandauerit, & ille accepta pecunia funus non duxerit, de dolo actionem in eum dandam Mela scribit. Credo tamen & extra ordinem eum à prætore compellendum funus ducere. l. si quis reum. ff. de custo. reo.

¶ Nullo modo serui cum dominis suis consistere possunt, eum nec quidem iure omnino ciuili neque extra ordinem computentur, l. nullo modo. ff. de fal. facit l. quod attinet. ff. de regul. iur.

Extraordinaria munera.

¶ Extraordinarium aliud dicimus in muneribus & oneribus præstandis: nempe extraordinaria vocamus onera quæ præter morem & inopinato indicuntur: quemadmodum econtrario dicuntur ordinaria, id est solita & consueta: verbi gratia, fundus quotannis tantundem præstare debet domino vel principi, vt Cælius docet in lib. antiquarum lectionum 5. c. 32. facit l. cui. ibi, cetera omnia quæ ad tempus extra ordinem exiguntur. ff. de mune. & hono. l. ij qui muneris publici vacationem habent, ad ea quæ extra ordinem imperantur compelli non solent. de vaca. mune. extraordinariumque lapsu temporis propter continuationem euadit ordinarium, vt patet in indictionib. de nouo inuentis, l. 1. C. de indictio. lib. 10. Bar. in d. l. si maritus. §. si autem extraneus. ff. de adul. quæ tamen Deo propitio extinguentur cum suo inuentore.

¶ Hic examinarem breuius quam hactenus per docto. an remedium ordinarium cum extraordinario concurrere possit: de quo Bar. & alij in l. 3. ff. de noui ope. nuntia. & Zasius in suis nou. intellect. sed quia prolixior in hoc tex. exponendo fui quam putaram, & timeo offendere dignitates vestras ad curiam Regiam breui proficisci cupientes, ideo quando operæpretium fuerit, reliqua vobis explanabo: ista boni interim si lubet consulito te.

§. Aduena est, quem Græci ἔποικον appellant.

Aduena quis,

¶ Aduena est viator, hospes & peregrinus, qui nondum sibi constituit domicilium: incola secus. Et aduena ab aduenio, quasi aliunde veniens. vnde Romulus cum vrbis populum in duos ordines diuisisset, patricios ingenuas artes reliquit, videlicet militiam & magistratus gerere, sacra facere, ius dare, publica vrbanáque negotia administrare: plebeios autem militiam & agrorum curam, pecoriſque depascendi: reliquas verò ingenuas artes demanduit. aduenis verò, & qui recentes venerant, mercaturam, sordidas pudendásque artes, & quæ manuales sunt ad vsum mortalitatis delegauit. at Romanos seruile ministerium & laboriosa negotia exercere noluisse, quibus omnem quæstum sordidum interdixit. nam quæstus omnis indecorus patribus visus est. Alex. ab Alex. lib. genial. 5. c. 18.

Aduenam conueniens domicilium eius sequi debet.

¶ Quæ aduenæ elucidatio infinitis in iure decisionibus perneceſſaria est: veluti cum dicimus quod si quis contraxerit cum aduena, non potest conuenire illum in loco contractus, sed domicilium debet sequi eius. l. heres absens. §. proinde. ff. de iudi.

Aduenarũ hospitiũ & libertates suas administrandi potestas.

¶ Item in authen. omnes peregrini C. communia de successi. sic dicitur, omnes peregrini & aduenæ libere hospitentur vbi voluerint, & de rebus suis ordinandis liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconcussa seruetur.

Hospites quomodo cogantur aduenas hospitio excipere.

¶ Tertiò hospes qui signa habet hospitij, etiã inuitus aduenas recipere cogitur. nam quasi contractus videtur inter eos & hospitem initus, signa hospitij ponendo: & videtur promisisse omnibus velle inseruire, & omnes passim recipere, lege prima, §. primo, vbi Bar. ff. fur. aduersus nau. excusatus tamen hospes ex causa censetur, scilicet propter multitudinem hospitum, vt ibi dicit Bartol. alias compelli potest officio iudicis, ad requisitionem tamen aduenæ, instar notarij de quo consulit Federic. consilio centesimo decimotertio, Titius constituit.

Aduentitia cœna.

¶ Sed nec illud hac parte omittendum, aduentanti Principi aut amico cœnam apparari solitam: ea inde dicebatur aduentitia, cuius incomparabilem luxum quis non iure miretur? duo milia lectissimorum piscium, septem auium apposita interdum literis proditum est. huius cœnæ meminit in Sympoſiacis Plutar. quem refert Cœlius lect. antiq. lib. decimoquinto, cap. tertio, dicens aduentoriam epistolam vocari, quę aduentanti amico obuia mittitur: aduentores, eos qui soliti sunt in cauponam cuiuspiam diuertere, vt sæpius in Italia, & patria Lemouicensi ac Petragoricensi fit.

Aduẽtoria epistola.

Aduentores.

§. Decuriones quidam dictos aiunt ex eo quod in initio coloniæ cum deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, consilij publici gratia conscribi solita sit.

Decuriones qui, & vnde dicti.

¶ Decuriones ergo dicti sunt eo quod cum coloniæ à Romanis deducerentur, decimus consilij publici gratia conscribi solitus erat. & generaliter decurio is dici, potest, qui curiæ vel decuriæ præest. Curia est locus publicus quem domum seu cameram vrbis vocamus, lege 2. vbi docto. ff. de origi. iur. Decuria dicitur classis & ordo iudicum Romæ. sic primam decuriam senatus magnam cameram vocare possumus, & principes decuriæ præsides ipsi dicuntur. & decuriæ præesse dicimus quando in quocunque ordine gubernando aliquis præest, vt scribarum decurię, peditum & aliorum. De curia & de curia vide Lazium lib. 6. c. 2. pag. 745 & 751. & 757. Hodie loco decurionũ sunt consules, & scabini ciuitatum, vt scribit patruus meus Iacobus Rebuf. de decurio. lib. 10. in rub. quod intelligit de magnis vrbibus, non de vicis, vt ibi per eum: & quidam dicebant recte vocari decuriones hosce scabinos, capitularios, iuratos & consules, quia supra decem in curiis furantur: & ideo ambiunt illos honores. quod an sit verum, illis relinquo. Et an priuatus decurionatu, & postea à Principe restitutus, ad suum ordinem reuertatur decidit tex. in l. 2. ff. de decuri. Augustinus in libr. de emenda. iuris hos senatores municipales appellari posse ait in tit. de tuto. & cura. da. cap. 21. Inde decuriare, decurias diuidere, vt post festum sancti Martini classes solent constitui in parlamentis.

Coloniæ quomodo deducerentur.

Curia quid.

Decuria.

Decuria primæ senatus.

Decuriæ præesse.

Decuriare.

¶ Adhęc potest pœna iudici alicui iniungi ne honores adipiscatur: quę tamen res non efficit vt decurio esse desinat, cum fieri possit vt quis decurio quidem sit, ad honores autem non admittatur. nam & senator quis esse potest, & tamen honores non debet petere. lege, relegatorum. §. penultimo & vltimo. ff. de interdictis & relega. Potest etiam (vt ibi dicitur) alicui & vno honore interdici: ita tamen vt si cui honore vno interdictum sit, non tantum cum honorem petere non possit, verum nec eos quoque qui eo honore maiores sunt. est enim perquam ridiculum eum qui minoribus prohibitus sit, ad maiores aspirare. maioribus tamen prohibitus, minores petere non prohibetur, d. l. relegatorum. §. vlt. & l. qui indignus. de sena. ff.

Honore vno interdictus, an alium possit petere.

¶ *Coloniæ deducerentur.* Ciuitates à maioribus ciuitatibus velut populorum examinibus conditę, colonię appellantur, teste Augusti. in lib. 10. de ciuita. Dei. cum enim patria à Romanis acquisita esset, vel prouincia, & in vrbe Romana cum ex veteribus nouisque incolis adeo paupertate pressis multi essent qui censui soluendo pares non essent, tunc triumuiri à senatu creabantur, qui locis primum consideratis, in quibus reipublicæ expediret propugnaculum constitui noua edicta proponebant, danda esse ab illis nomina qui in nouam coloniam deduci vellent. sic vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas quibus indigebant diuitias gratis datas cum familia accedebant, accipiebantque duo, quatuor, sex aut septem iugera, & quandoque plus pro meritis capientis, & numero familiæ, & priuilegio. Aliis etiam modis fiebant colonię, vt per historiographos est videre. Et colonia est ciuitas à matrice ciuitate deducta, id est metropoli quomodo Ionicæ ciuitates deductæ erant, & propagatæ. vnde est sciendum quasdam esse colonias iuris Italici, vt l. 1. & fi. ff. de censi. De colonia autem vide Lazium lib. 12. c. 2. pag. 1051. & legem de coloniis deducendis vide in Catalogo leg. antiq.

Coloniæ quomodo deducerentur.

Colonia pro oppido. ¶ Colonia capitur pro oppido, quo quis iure coloni vritur, l. eius, 2. §. 1. ff. ad municipal. vbi Budæ. contra Accur.

Colonia pro loco qui colitur. ¶ Colonia etiam dicitur locus qui colitur, l. si in lege. §. colonus. ff. loca. ibi, nam & qui expulsus à conditione in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus, &c.

Colonia, colonj habitatio. ¶ Item dicitur domicilium, siue habitatio coloni siue agricolæ, l. quæro. §. fin. ff. loca. ibi, Seruus qui æstimatus coloniæ adscriptus est, ad periculum coloniæ pertinebit. vulgò dicimus *vne ferme, ou metairie.*

Colonus quis. Inquilinus. ¶ Colonia à colendo, id est habitando, vel terras aptando: & sic qui colit agrum, colonus vocatur, d. lege, si in lege. §. colonus. & per totum. ff. locati. inquilinus, qui ædes conducit, lege, res pignoris, ff. de acquirenda possess. Coloni etiam dicebantur ciues Romani ad aliquam vrbem colendam & habitandam missi, qui non propriis, sed legibus populi Romani viuebant. Et duplex est colonus: vnus, qui agri curam omnem sub certa annua pensione in se suscipit, colit, & fructus integros percipit, de quo Iurisconsultus in lege, si apes, ff. de furtis. Alter vocatur colonus partiarius, qui partem fructuum domino rei præstat, vt in lege, si merces. §. vis maior. ff. locati. ibi, alioqui partiarius colonus quasi societatis iure & damnum & lucrum cum domino fundi partiatur. Et colonus non debet vltra tertiam pensionis partem in refectionem domus conuertere, lege tertia, C. de diuers. prædiis, libro vndecimo: nec quidem illam sine domini consensu relinquere, doctores in capitulo, propter. de loca. sed poterit expelli si non soluat pensionem, vel alibi conuentam non seruet, lege 2. de. C. loca. lege, obsistere. C. de anno. libro decimo. dicitque Bart. colonos potius debere vendere fructus domino æquali pretio quam extraneo, in lege prima, C. de meta. lib. 11. hocque iustum & æquum videtur: est tamen liberum cuique vendere. Octo colonorum genera conscribit glo. & doct. in rubr. C. de agricol. & censit. lib. 11. & an teneantur coloni soluere tributa & collectas, scribit tex. & doct. in l. 1. & 2. C. de anno. & tribu. lib. 10. & in l. ij penes. de agrico. lib. 11.

Colonaria conditio. ¶ Colonaria conditio, quæ ad rem rusticam tractantes pertinet & colonos, capitulo, eos. 87. distinct.

Colonarij homines. ¶ Colonarij homines, humilioris & rusticanæ tribus, vt Cælius nobis testis est lib. lecti. antiq. 11. c. 55.

Colonarium vectigal. Colonarius contractus. ¶ Colonarium vectigal, quod colonus pro re rustica soluit. & colonarius contractus, quasi emphyteuticarius, vt doctores declarant in lege prima, maxime Iason. C. de iure emphy.

¶ De verbo Colere, cultu, & cultura dixi in l. verbo victus. supra eodem.

Conscribi. ¶ *Conscribi*, id est simul adscribi. adscribebantur enim in vno libro, quem postea vocarunt matriculam Imperatores, in l. petitionem. C. de aduo. diuer. iudi. & l. matriculam. de agen. in reb. lib. 12.

Conscripti patres. ¶ Conscripti patres, teste Festo, dicebantur, qui ex equestri ordine patribus adscribebantur, vt numerus senatorum expleretur: Liuius lib. 2. ab vrbe condita: quem exactis Regibus Brutus consul exhaustum bonis viris intuens, primores equestris ordinis adscribi in senatores operam dedit, illosque conscriptos patres appellauit, vt scribit Pomponius Lætus in tracta. de magistratibus Roman. capite primo, & doct. in lege secunda. ff. de origine iuris.

Præscribere legem. ¶ Præscribere legem, statuere formam, & conuentionem dare, & ponere antea, scribere, præstituere, præfinire, not. in tit. ff. de diuer. & tempo. præscript. iubere & mandare, vt docet Francis. Connan. in lib. 3. c. 11. quid vsucapio.

Præscribere pro scribere. ¶ Præscribere, contra veritatem scribere, vel in præiudicium veritatis, lege, qui sub conditione. vbi glo. ff. de condi. & demonst. l. cum ea. C. de transact. ego ibi exponerem præscribere pro scribere.

Præscribere pro constituere. ¶ Præscribere, pro constituere, vel præcipere, l. maritus. in fi. C. de procur. Paul. Parisi. in rub. de except. col. 4. & sequenti, nu. 3. in decret.

Præscribere pro præfinire. Actio præscriptis verbis. ¶ Præscribere, prædicere, præfinire. inde præscripta verba, prædicta, præstituta, conuenta: & sic capitur in rubrica ff. de præscriptis verbis. non intelligatis quod verba scripta esse debeant, sed verba conuenta, & inter partes præstituta, & prædicta. & ex illis verbis præstitutis dabitur actio præscriptis verbis, licet glo. aliter declaret in d. rub. ff. de præscrip. verb. facit l. naturalis. §. at cum do. ibi, condici ei potest, vel præscriptis verbis agi: quod iis quæ diximus, conuenit.

Præscribere pro excipere. ¶ Præscribere, excipere. inde præscriptio exceptio, vt in rubrica ff. de exceptionib. seu præscriptionib. dixi in tractatu. de excepti. in principio, & in titulo de præscriptio. vbi plenius docui.

¶ Rescribere quomodo capiatur dixi in tract. de rescript. & lite. Reg. in 2. tom. comment. in consti. Regias Gal.

Consilia publica & priuata. ¶ *Consilij publici*, quod sic dicitur quando ad vtilitatem publicam: sicuti priuatum, quod ad

ad singulorum emolumentum datur, l. 1. §. penul. ff. de iusti. & iure, & §. fi. illo tit. in Institu. videte quæ scripsi in §. munus publicum. supra eodem. & notate quod aliqui possunt eligi ad consilium ciuitati dandũ, imò & cogi possunt. Sic iudex potest compellere aduocatos, vt eidem consulant in causis singulorum, non iudicis, vt scribit glo. & ibi Rebuf. in lege secunda, C. de proxi. sacro. scrinio. & sequitur Bald. in marga. in verbo consilium, in 6. quæsti. videte Panormitanum in cap. cum in veteri. col. quinta, num. 13. de elect. & si aduocatus recusaret, potest iudex ei interdicere foro, vel aduocationibus, lege, moris §. primo ff. de pœnis.

Aduocati compelli possunt ad consilia iudici dandum in causis priuatorum

§. Vrbs ab vrbo appellata est. Vrbare est aratro definire. & Varus ait vrbum appellari curuaturam aratri, quod in vrbe condenda adhiberi solet.

Vrbis nomen vnde. ¶ Iurisconsult. elucidat hic vrbem, vnde dicta sit. & quamuis aliqui dicere velint vrbem ab orbe, id est rotunditate dictam, quia veteres in orbem ciuitatẽ faciebant: tamen hic videmus dici ab vrbo, curuatura aratri. nam vrbare seu vruare est aratro definire. & quia antiqui solebant locum in quo ciuitatem condere volebant, aratro sulco circuire, ob id vrbs dicta est: quia sit sulco definita & statuta, teste Luca de Penna in lege, si quis. col. 1. C. de fabricens. lib. vndecimo. Et quemadmodum de iure Romanorum vrbis appellatione in Italia venit Roma, sit in Francia per antonomasiam vrbis vel ciuitatis appellatione venit Lutetia, quæ hodie omnium ciuitatum mundi Regina vocari potest. de vrbe plura scripsi in lege secunda, supra eodem. Cum tamen quælibet prouincia peculiarem suam habeat vrbem, dum homines illius prouinciæ loquuntur de vrbe, intelligitur de eorum vrbe præcipua: vt cũ Pessulani homines, de eorũ castro Montepessulano, Tholosates de sua vrbe, videlicet Tholosa. Ciuitatis decus custoditur & cõseruatur, cum magistratus colitur, cui reuerentia & honor debet integre seruari, vt dicit Eusseb. reliqua supplebitis ex iis quæ scripsi in lege 2. supra eodem.

§. Oppidum ab ope dicitur, quod eius rei causa mœnia sunt constituta.

Oppidi nomen vnde. ¶ Oppidum dici ab ope arbitratur hic Iurisc. Nempe mœnia ibi constituuntur, vt opem ferant oppidanis. Quicunque ergo locus muris cinctus est, in quo non est episcopus, in eo tamen plures sunt qui inhabitant, dicitur oppidum, vulgo *ville muree*, lege 1. §. si autẽm. vbi doct. ff. de noui ope. nuntiat. §. incola. & l. vrbana prædia. supra eod. & §. statuimus. 2. de colla. in concord. Etiam si fuerit burgus vel pagus, teste Alciato hic. Sed arbitror oppidum ad habitantes pertinere, quorum causa mœnia constituta sunt: ciuitatem ad leges, quia lex facit ciuitatem ratione episcopi. Vrbs vero pertinet ad vtrunque, vt docet Lucas de Penna in lege, si quis. C. de fabricensibus. lib. 11. Videte multa quæ scribit Bartolus in extrauagan. qui sint rebelles. in glo. Lombardiæ. Ego tradidi in interpretatione legis, diuus. ff. de senatusconsult. Silaniano. & facit textus in lege tertia, §. non perpetuæ. ff. de sepul. viol. vbi prohibetur ne corpora detineantur aut prohibeantur per territoria oppidorum transferri. & §. sequenti, ibi, per vicos aut oppida transuexerint. Et qui ob inimicitias vel prædæ causa incenderint intra oppidum capite puniuntur, & plerunque viui exuruntur. lege, capitalium. §. incendiarij. ff. de pœnis. lege, plenum autem vsum. §. Iubentius etiam. de vsu & habitatione.

Oppidum, vrbs & ciuitas quid differant.

Pagus, quid. Burgus, quid. ¶ Pagus seu pagi dicuntur villæ, seu congeries domorum iuxta fontes sitæ, vulgò *village*. Vel vt Festo placet, ἀπὸ τῶν πηγῶν, id est à fontibus, aut lingua Dorica παγῶν, vel ἀπὸ τῆς πάγης. πάγος enim Græcè locus scopulis plenus, & montosus dicitur, in quo solent rustici frequenter habitare. Et differt à burgo, quod burgus habeat domos continuas, & ad modum viæ factas: vnde Gallice *bourgade*. Pagus vero non habet domos continentes, sed hinc inde dispersas, ad vnum templum & fontem accedentes, lege, forma. ibi, in quo pago sit. ff. de censib. De pagis Germaniæ scribit Cæsar in lib. 1. de bello Gal. & Lucas in lege secunda, C. de suscepto. libro 10. & in lege, eum qui curiæ. C. de fund. rei priua. libro vndecimo. dixi in l. 2. sup. eod. vnde Aristo. lib. 1. politic. c. 1. sic scribit: Quæ ex pluribus domibus constituitur societas prima, vtilitatis gratia non quotidianę, pagus est: maxime verò secundum naturam videtur pagus propagatio quędam esse domus eorum, quos dicimus coalitos, & natos esse natorum.

Vicus pro via. Vicinus quis. ¶ Vicus capitur pro via. inde vicinus, qui habitat in eadem via iuxta nos. lege, si vicinis. C. de nupt. & hoc edictum non tantum ad ciuitates & vicos, sed ad vias per quas vulgo iter fit pertinet, l. hoc edictum. ff. de his qui deiece. vel effude. & vicini facta vicinorum scire presumuntur, c. quosdam. de presumpt. & quando valeat ratio, Scio quia sum vicinus, tradit Bar. & alij in l. 1. ff. si cert. peta.

Vicinalis via. ¶ Vicinalis via, l. 2. §. vicinales viæ sunt quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt, ff. ne quid in loco pub. fiat. Guido Papæ in decis. Delphi. q. 444. vtrum possint.

Vicus pro domorũ congerie. Vicanei. Vicatim. ¶ Vicus etiam dicitur ruri domorum congeries, inter quas sit via: vnde vocatur vicus, & prope accedit ad burgum, & dicitur vulgo *village*, dum non sunt mœnia. facit l. 2. in fi. ff. de excusa. muner. vnde in illo vico habitantes vocantur vicanei in l. vnica, C. vt nullus ex vica. lib. 11. facit lex, qui ex vico. ff. ad municipal. Vicatim, per vicos, *par rues ou par villages.*

Paganus, in pago natus. ¶ Inde paganus, in hoc pago natus, siue degens, de quo est tex. in l. penul. §. filiusfamilias. ff. de castren. pecul. vbi glo. paganum veteranum militem commorantem in pagis vocat. facit l. pater. 2. de castren. pecul. & l. pater. 3. §. fin. ibidem, l. libertus §. 1. in fi. ibi, qui antea militasset. ad municip.

Paganus pro eo qui militiæ cupiens erat. ¶ Item paganus etiam vocatur qui militiæ cupiens erat, & illi cingi, seu adscribi volebat. eo enim interuallo quo id quærebat, & ad militiam aspirare tentabat, paganus, mox militiam adeptus miles dicebatur. hæc Adria. Card. de sermo. Latino, per l. quædam delicta pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogãt: militi verò grauiorem. ff. de pœn. legem, filiusfa. de lib. & posthu. l. deniq. & l. tractabatur. de milita. testa. & l. miles. ad leg. Fal. & hic castrense peculium habere potest, & de illo testari, quamuis filiusfa. sit. de quo loquitur Iurisconsul. in d. l. penul. §. filiusfam. paganus de castrensi peculio fecit testamentum, & c. ff. de castren. pecul. l. 2. ff. ad Macedo. vbi in castrensibus loco patrisfam. habetur. sed si militiæ cingi volebat, & erat proximus, nunquid pro cincto haberi debebat? per legem penul. ff. de milit. testa. & sic nunquid gaudere debebat priuilegiis militum, quę illis iura denegant? non videbatur ergo paganus restringendus ad illum tantum qui cingi militiæ cupit.

Paganus in genere quis. ¶ At generalius Iurisperiti vocant paganos eos qui milites non sunt, vt docet Accur. & alij interpretes in §. 1. de testa. mili. in Inst. & in l. centurio. ff. de vulga. probat l. si quis ignorans. ff. loca. & l. ius nostrum non patitur in paganis eundem & testato & intestato decessisse, ff. de reg. iur. Quia apud veteres duo erant potissimum hominum per Italiam genera, aut qui rem rusticam procurabant, aut qui arma sequebantur: factum est vt quisquis arma non sequeretur, siue is ciuitatem siue vicum incoleret, pagani nomine veniret, vt docet Ioan. Ferre. in d. l. ius nostrum. Ego dicerem vbi agitur de pagano & milite, paganorum nomine venire non milites: sicut quando dicimus clericos & laicos, laicos vocamus qui sacris non sunt initiati, & qui clerici non sunt. & sic alibi pagani vocati sunt qui Christiani non essent, sed idolorum cultores, vt in rubr. C. de pagan. & templis cor. contra quos non pauca scripserunt Augustinus, Ambrosius & alij sancti viri.

Pagani, pro ethnicis.

Paganica. Bona paganica. Paganica festa. Pagana lex. Pagatim. ¶ Paganica, ad paganos, id est non milites spectantia: vt bona paganica & castrensia: paganica vocat non castrensia, l. fi. C. de inoffi. testa. l. 1. de testa. milit. Paganica festa, dicuntur rusticorum, de pagana lege meminit Plin. lib. 28. c. 2. in fi. Pagatim imposita est pecunia, per singulos pagos, sicut oppidatim, per singula oppida, vicatim per vicos, l. 3. §. eos milites. ff. de muner. ibi, eos milites, quibus superuenientibus hospitia præberi in ciuitate oportet, pagatim ab omnibus quos id munus contingit suscipi oportet. Et ista habentur in libro antiq. in nouis autem est scriptum per vicos.

§. Territorium est vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est submouendi ius habent.

Territorium quid, & vnde. ¶ Hic duo elucidantur: primò quid sit territorium: secundò vnde dicatur, ibi, quod ab eo. vbi potest esse secunda pars. est enim territorii quædam congeries & vniuersitas agrorum intra fines cuiusque ciuitatis existens. ciuitas hic capitur generaliter pro quolibet loco, vt patet in tex. ibi, eius loci. nam quod dixerat ciuitatem, postea vocat locum. vnde Parisiense territorium *le terroir* Galli vocant: inde *le terrier* vocant librum domini, in quo ponuntur omnes censuales recognoscentes prædia à domino. & dicit Bal. in rub. quæ sunt Regalia, quod territorium nõ est aliud quam terræ spatium munitum & armatum iurisdictione. & Iulius Fronti. ait territorium esse quicquid hostis terrendi causa constitutum est, in rub. de controuer. limitum, plus scribens, Quicquid ad coloniæ municipiue priuilegium pertinet, territorij iuris appellant.

¶ Et dicitur territorium quod illius loci magistratus intra fines suos terrendi, id est submouendi ius habent: vel à terrendis hostibus existimat Iuli. Fronti. submouere enim arcere est. Et ideo magistratus territorij debẽt arcere delicta loci tam puniendo, quam etiam expellendo malos. Nempe congruit bono viro præsidi prouinciæ curare, vt pacata atque quieta sit prouincia quam regit, l. congruit. ff. de offi. præsi. de quo verbo scripsi in l. creditor. supra. quod prodest ad sequentia.

¶ Primò edicto diui Seueri continetur, ne corpora mortuorum vexentur, aut prohibeantur

beantur per territoria oppidorum transferri, l. 3. §. non perpetuæ. ff. de sepul. viol. l. ne corpora, ff. de relig.

¶ Secundò interdici solet quibusdam ne intra patriæ territorium morentur, nexcedant patriam, vel in vicis quibusdam morentur, lege, relegatorum. §. solet. ff. de interd. & relega.

¶ Tertiò quædã ciuitates habent prærogatiuam, vt hi qui in territorio earum possident certum quid frumenti pro mensura agri per singulos annos præbeant, l. fin. §. præterea. ff. de munerib. & hi frumentum extrahere ante solutionem non possunt, vt docet Alber. in tract. statu. in 2. parte q. 137. ex prædictis.

Tributum vbi colligi debeat. ¶ Quartò agri tributum in ea ciuitate leuari debet in cuius territorio possidetur. lege, forma. §. si vero. ff. de censib. Vnde hodie collectæ (quas tallias vulgus vocat) solui debent in territorio, in quo prædia sita sunt: sed sterilia cum fertilibus compensari debent, l. omne territorium. C. de censi. & censit. lib. 11.

Propter suspicionem fugæ de bitoris bonis interdici potest. ¶ Quintò propter suspicionem fugæ potest interdici bonis debitoris, & alienationi rerum immobilium, & fieri sequestratio rerum mobilium quæ in territorio sunt. textus singul. in lege, de pollici. in fine, ff. de pollici. Bal. in lege, per diuersas. C. manda. & Roma. consil. 241. spectabilis. numero nono, & Iason in lege, si fideiussor. in fine. ff. qui satisdare cogant.

Ius dicẽti extra territorium nõ paretur. ¶ Sextò extra territorium ius dicenti non paretur impune, lege finali. ff. de iurisdictione omn. iudi. cap. finali, de consti. in sexto. nam præfectus vrbis cum terminos vrbis exierit potestatem non habet extra vrbem, l. fi. ff. de offi. præfe. vrb.

Territorij iudicis iurisdictio. ¶ Septimò iudex territorij habet iurisdictionem non solum in homines in suo territorio commorantes, verum etiam de rebus eorum cognoscit, lege prima, de offic. præf. vrb. lege vna. C. vbi de possessi. & l. fi. vbi in rem actio. etiam in criminalibus iudex loci in quo est perpetratum delictũ cognoscit, authent. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet.

Executio super re à iudice loci territorij fit. ¶ Octauò executio sententię super re facienda est à iudice loci territorij. capitulo, postulasti. de foro compe. l. à diuo Pio. ff. de re iudi. scripsi in 1. tomo commentar. in tract. de liter. obliga. & in tract. de senten. excecu. in constitu. Regi.

¶ Nonò dixi in §. munus. supra, iudicem territorij prodesse debere omnibus & singulis hominibus sui territorij, & rebus eorum. ibi alia videre licet.

Differentia inter territorium districtum, diœcesim, iurisdictionem. ¶ Et differentiam inter territorium, districtum, diœcesim, iurisdictionem & alia plura vocabula tradit Feli. in cap. Rodulphus. de rescrip. scripsi in lege secunda, supra eodem. & quomodo probetur iurisdictio vel districtus docet Iason in consil. 166. punctus. volumine 4. & Deci. consil. 483. Carol. Rum. consi. 22. visis. nu. 4. & 5. in 1. vol. De verbo districte Iurisc. in l. sed hæc. ff. de procura.

¶ Vniuersitas agrorum est fundorum congeries. de vniuersitate studiorum generalium scripsi in §. monemus. in verbo vniuersitatis. de colla. in concorda. & de vniuersitate ciuitatis, vel villæ, seu castri loquitur e. statutum. 1. de rescrip. in 6.

Magistratus quousque iurisdictionẽ habeat. Archiepiscopi seu episcopi territorium. ¶ *Intra fines.* Et sic magistratus habet iurisdictionem intra territorium, non verò extra. dicitur enim tam iudici ecclesiastico quam seculari, extra territorium ius dicenti non paretur impune, c. fi. de consti. l. fi. de iurisd. omn. iudi.

¶ Et tota ciuitas siue episcopatus est territorium archiepiscopi vel episcopi, e. cum contingat. de foro compet. c. si episcopus. de offi. ordi. in 6. adeo quod omnes ecclesiæ in diœcesi constructæ sunt sub ipsius cura & potestate, c. omnes basilicæ. 16. q. 7. licet hodie Regales dicant episcopum non habere territorium, ob id non posse sine licentia extra septa & circuitum suæ domus episcopalis prehendere delinquentes clericos. Aufre. in repe. clemen. vt clericorum. de offi. ordin.

¶ Item non sequestrat nec sasit bona immobilia quæ territorium respiciunt. & ita vsurparunt Regij iudices Franciæ, vt scripsi in glo. concord. in titul. de no. Regia. §. 1. in verbo manibus.

¶ Item multi habent iurisdictionem, qui non habent territorium, vt latrunculator, qui vulgo prępositus mareschãllus vocatur, vt asserit Boer. in decis. Burdegalens. q. 227. an venditio, col. 2.

¶ Item si quis præscripserit iurisdictionem contra certas personas, non videtur præscripsisse imperium. docto. in l. iurisgentium. de iurisdictio. omn. iudic. l. vires. C. de diuer. offic. lib. 12. quia tantum pręscriptum quantum possessum, lege 1. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actúque priuat. Boer. d. q. 227.

Notarius in vna prouincia, non potest instrumenta conficere in alia. ¶ Sic notarius creatus in vna prouincia non potest instrumenta conficere in alia: quia in alia non est notarius, sed priuatus, instar magistratus, l. 3. ff. de offi. præsid. ibi, & hoc dum in prouincia est. nam si excesserit, priuatus est. Lucas in l. duumuirum. C. de decur. lib. 10. scripsi in tract. de liter. obliga. arti. 2. in primo tomo commentar. in consti. Reg. Gall.

Fines pro terminis & limitibus. ¶ Fines in plurali dicuntur termini & limites, vt hic, & §. incola. & l. locus. in fi. sup. eod.

Fines publici. & l.inter.ff. de arbi.l.2.de termi. amo. Et quidam sunt fines publici, vt ciuitatum & diœcesium termini,quos à priuatis detineri non oportet,l.si legatum.§.si autem.ff.de oper. pub. & hi præscribi non possunt,c.super eo.de parœc.

Fines priuati. ¶ Alij sunt priuati,vt fines agri,l.ne quid.ff.de incend.ibi,nam & diuus Adrianus edicto præcepit vt hi qui iuxta littora maris possident,scirent quando nauis infixa vel fracta intra fines agri fuerit.& cũ captiui ad fines suos redissent,l.postliminium §.1.ff.de capt.& postli. reuer.& muneribus patriæ obtemperare coguntur,quamuis in alienę ciuitatis finibus consistant,l.libertus.§.postliminio.ff.ad municip.

Finalis quæstio. ¶ Inde finalis quæstio,in qua de limitibus agitur,l.in finalibus.ff.fini.regund.

Finium regundorum actio. ¶ Finium regundorum actio datur vt fines regantur,id est statuantur & decernantur.sic intelligitur tit.ff.fini.regund.licet quidam legant in illa rub.de fini.rigore,vt Iuli.Fronti.in tract.de contro.limitum,sentire videtur, per l. fin. ibid.vbi de rigore controuersia est,quotiens inter duos pluresve terminos ordinatos siue quæ alia signa, secundum legem Maniliam intra quinque pedes agitur. alibi dicam.

Finium rigor.

Fines pro terminis. ¶ Item fines etiam dicuntur termini prædicatiuarum partes verbaque, quæ proposito connectuntur,l.hæc verba.vbi Alcia. supra eodem.

Finem præscribere. ¶ Finem præscribere,id est statuere finem & modum,l.in commodato. §. sicut. ff. commod. ibi, est autem voluntaris & officij magis quam necessitatis commodare.ita modum commodati finemque eius est præscribere qui beneficium tribuit, &c.

Finẽ adhibere. ¶ Finem adhibere,id est finire,l.qui mutuum.in fi.ibi,negotio finem adhibere.ff. mand.

Finis canonicus. ¶ Ius verò canonicum dicit,causam audiatis, & fine canonico vel debito terminetis, c. ex conquestione.in fi.vbi glo.vlt.de restitu.spoli. & alibi sæpe.

¶ Finis etiam dicitur extremitas rei,l.2.§. ait prætor.ibi, viæ autem publicæ solum publicum est, relictum ad directum certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuerit, vt ea publicè iretur, commearetur.ff.ne quid in loco pub.

Nauis expugnari quando dicatur. ¶ Expugnatur nauis cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut pertunditur, aut fines eius perscinduntur, l. expugnatur.ff.de incend.sed in libris nouis est funes, & melius conuenit.l.edicto.in fi.ibi, vsque ad finem litis.de iure fis.l.forma.§.quæ postea.de censi. & mulier familiæ suæ caput & finis est.l.pronuntiatio.in fi.supra eodem,vbi declaraui.

Finem dandi facit litis contestatio. ¶ Finem dandi facit litis contestatio,id est cessat facultas dandi post contestationem,l.si Titius.ff.de verbo.oblig.vbi Zasius in fi. dicit esse pulchram phrasim Iurisconsulti. per quam dicere possunt notarij,Talis &c.fecit finem,id est pactum de non petendo. Fines non recipiendi declaro in trac.meo excep. & differentiam inter peremptorias exceptiones, & ad fines non recipiendi,quibus vtuntur doctores Franciæ.

Finire vitam. ¶ Inde finire vitam tædio,id est mori præ tædio,l.fi.de bon.eor.qui sibi mort. consci. ff.

Finita causa. ¶ Finitam causam, perfectam,l.libertus.§.in quæstionibus nominatos capitalium crimi num ad nouos honores ante causam finitam admitti non oportet.ff. ad municip.

Finita certa lege. ¶ Certa lege finita, definita,l.controuersia. ff. de transact. l.transacta. cum seq. supr. eod.

Finire opus. ¶ Finire opus,perficere.& vbis appellatio muris finitur,l.2.sup.eod. definire,in l.carbonum.supra eodem.Infinitam,non finitam, non præscriptam, non certam, l. hæc adiectio, plurisve,non infinitam pecuniam continet,sed modicam duntaxat.supra eodem.

Infinitus.

Terrere pro submouere. ¶ *Terrendi.* Et sic terrere idem est quod submouere,id est arcere,potest enim magistratus arcere & coercere delinquentes in sua prouincia,l.congruit.ff.de offi.præsid.

Terrere pro metum inferre. ¶ Terrere est etiam terrorem & metum inferre, l. nec quicquam.§.de plano. ff. de offi. proconsul.ibi,comminari etiam & terrere filium à patre oblatum,qui non vt oportet conuenire dicatur,poterit de plano proconsul.

§. Verbum svvm ambiguum est, vtrum de toto an de parte significet: & ideo qui iurat suum non esse,adiicere debet neque sibi communem esse.

Suus pronomẽ quid denotet. ¶ Dictum continet cum illatione, ibi, & ideo. Et hoc dicit, Verbum suum significat totum & partem:& ideo qui iurat non esse suum fundum, vel suam domum, debet vt clarè loquatur, adiicere neque esse cõmunem cum altero : quia verbum suum denotat etiam id quod est cõmune, vt hic, & l.si quis seruos.ff.de lega.3.l.si quis seruum.§.1.ibi,nemo suum recipit.de seruo corrup.& notate hic pulchrum docendi Iurisconsultorum modum, vt in prin. dictum & regulam ponat,postea ex ea inferat:& hoc est valde vtile,vt quis facile materiam intelligat & ex ea lucrum afferat, vt alibi plene docui.

Meum & tuũ etiam in parte locum habent. ¶ Idem in verbo meum & tuum,vt etiam in parte locum habere possint.vnde si quis legauerit sic:seruum Titium,si meus erit cum moriar,do, lego:si communis erit,illa pars legatario debebitur, l.seruj electione. §. 1. & fin. ff. de lega. 1. quia rei appellatione etiam pars continetur,l.rei appellatione.supra eod. vbi docui.

Res tua, mea, aut sua, etiam ¶ Etiam in parte minus dimidia dicitur res tua,vel mea,aut sua.& sic res sua dici poterit, licet

licet minimam partem quis in ea habeat,d.l.rei. *De parte dimidia dicitur.*

¶ Limitant quidam quando res esset indiuisibilis, & quis non posset suam partem sine altera habere,arg.l.si communem.ff.quemad.serui.amitt.tamen dixi in l. recte dicimus. supra eodem, quem posse vocari iudicem talis loci, licet in eo non habeat iurisdictionem totam.

Testes non concludunt, quod est necessariũ, antequam probent. Indefinita non æquipollet vniuersali. ¶ Secundò non procedit si diceretur res Titij,vt dixi in l.littus.1.§.prædia.supra eodem. Et per hoc concludunt doct.in l.1.in fin. maxime Francis. Cur.ff.si cert.peta.testes non probare si dicant fundum esse Titij, vel suum,cum verbum suum sit ambiguum. Ergo testes non concludunt,quod est necessarium,antequam probent.l.neque natales.C.de proba.c. in præsentia.illo tit. Et in materia probationum indefinita nõ æquipollet vniuersali.allegat Innocent.in c.auditis.de præscrip.vbi Feli.pulchre hoc notat,& Alex.consi. 202,super casu.col.2.versi.non obstat etiam quoddam instrumentum.in 2.vol.& Bal.in l.ab hostibus.§. sed quod simpliciter.col.2.ff.ex quib.cau.maio.

¶ Respondet tamen idem Curtius,illos errare qui istam orationem indefinitam dicunt, vtputa fundum esse tuum vel suum: quia fundus est res particularis, & oratio particularis non dicitur indefinita,vt dicunt dialectici,& Bar.in l.si pluribus.ff.de lega.2.sed ista solutio non diluit contrarium : quia fac vt sit particularis oratio, si per eam deponat testis, & res dubia sit, non concludit eius dictum per prædicta.

¶ Ideo ego dicerem in testibus,cum eorum depositio ad articulos referatur,si in articulis dicebatur quod ille vsus fuit toto illo fundo: & testes interrogati dixerint, vidisse eum vsum fuisse tali fundo,intelligitur de toto: quia responsio debet referri ad interrogationẽ, l.si defensor.§.1.ff.de interroga.actio. c. inter. in fi. de fide instru. vel si in articulis est quod tota domus est sua,& testes deponunt simpliciter suam esse.

De intentione testium si non appareat,quid obseruandum. ¶ Si verò non appareat de intentione testium per articulos,quia articuli vnius partis dicunt se possedisse domum,articuli rei se possedisse dimidiam, & testes simul audiuntur, & pro actore & pro reo, qui deponunt actorem possedisse fundum vel domum : an sufficiat ? & tunc dicerem non sufficere : imò quia ambigua est probatio, reaudiendi erunt testes,c.per tuas.de testi.& sic debet intelligi glo.dicens non esse necessariam illam text.adiectionem,vtputa,nec sibi communem,quando apparebat clarè de mente:alias contra,vt dixi. si tamen testes actoris dicerent actorem possedisse fundum, & testes rei deponerent dimidiam possedisse, eo casu adiudicanda esset dimidia pars vni, & altera alteri. & sic testes concordandi essent,vt in c.cum tu.de testi.plene per interpretes:scripsi in tract.de reproba, & excusa.testium, in verbo concordia testium.

Suum pronomen quomodo ambiguum. ¶ Item potest esse ambiguum hoc verbum suum : nempe referri potest & ad loquentem & ad eum cum quo loquimur;vt debitor sub pignore heredem creditorem instituit, eúmque rogauit restituere hereditatem filiæ suæ,id est testatoris,vt exponit Iurisconsultus.in l. debitor.ff.ad Trebel.& sic exponitur in dubio de loquẽte.facit l.fi.ff.de obseq.sic dicens,liberta ingrata non est quod arte sua contra voluntatem patronæ vtitur.sua,id est libertæ. facit l. si seruo.ibi,contubernali sua, id est testatoris. ff.de statulib.l.filius. ibi, seruo communi Titij & sui. ff. de fal.

Suis expensis. ¶ Adhæc facit, quod si lex vel ordinatio dicat suis expensis, *à ses despens*, debet intelligi expensis rogantis & requirentis,per tex.iuncta glo.in l.ex facto.in prin.ibi,quicquid ex hereditate sua consecutus est.in verbo sua, id est rogantis.ff.ad Trebel.

Phrases aliquot de pronomine suus. ¶ Præterea si doctor instituat aduocatum heredem,& roget eum vt det libros suos ecclesiæ,debet intelligi de libris rogantis testatoris, per illum tex.in d.l.ex facto. & l. debitor. & ita probat Bar.in l.cum in testamento.ff.de auro & argen. lega. & Iason in l.si pecuniam.in fin.si cert.peta.

¶ Insuper si maritus reliquerit habitationem domus vxori, donec in viduitate permanserit,& post mortem vxoris velit eam domum peruenire ad heredes suos, debet intelligi de heredibus loquentis & disponentis,& non de heredibus vxoris,vt consulnit Alex. consi.23.consideratis.col.1. in 2.vol.& Hippolyt. singul. 21. alias interrogatus per prædicta iura.

In sua familia. ¶ Conuenit si testator disposuerit quod mortuo primo filio bona in sua familia permaneant,intelligitur de familia testatoris, arg.l.cum acutissimi.C. de fideicom.Bar.in l. peto. §.fratre.ff.de lega.2.& in d.l.cum in testamento.

Ad suos consanguineos. ¶ Bellissime facit si quis moriens velit bona ad suos consanguineos peruenire,intelligitur de suis,scilicet testatoris,per d.l.debitor.teste Bar.in l.cognatis.ff.de reb.dub.Socin.consil.249.materia.col.7.& sequen.versi.prima difficultas.in 2.vol.& consi.252.visis instrumentis.col.10.versi.8.confirmatur ibidem.facit l.Saluius.ibi, patrem suum. ff. de lega. præstan. glo.& docto.in §.eque.in verbo altius,de acti.in Insti.

Titius & sui. ¶ Primò non procedit quando de mente contraria appareret, vel alias legatum valere non posset:vt si testator diceret,volo bona mea peruenire ad Titium,& suos proximiores,

intelligetur de proximioribus Titij.Bar.in d.§.fratre. & d.l.ſi cognatis. Socin. in l.heredes mei. §.cum ita.ff.ad Trebel.Bal.conſil.27.iſte.in 4.vol.& Iaſ.conſi.159.in præſenti.in 4.vol.

Caius & ſui.

¶ Item perdit officium prædicta deciſio.ex communi loquendi vſu notariorum:nempe ſolent referre ſuos ad eos de quibus loquuntur:vt talis inſtituit Caium & ſuos,intelligunt ſuos Caij.ſic conſuluit Bertrand.conſil.138.pro faciliori.in 3.vol.ſecundum nouam editionem.oporteret tamen probare illum communem vſum, qui melius probari poterit ex verbis præcedentibus & ſequentibus,iuxta l.plurium.ff.de lega.1.

Suum mandatum.

¶ Inde ſuum mandatum dicitur mandantis,l.Papinianus.ff.manda.& ſi Iuriſcon.loquatur de aliquo & poſtea dicat ex ſua perſona,debet intelligi de perſona de qua locutus eſt,l. ſi negotia.ff.manda.

Suus,a,um, in iure vt ſumatur.

¶ Itaque ſuum variè in iure capitur,& multæ ſunt illius apud Iuriſconſul.phraſes, quas inferius ſubiiciemus.Primò ſuum dicitur etiam ſi commune ſit,vt hic.

Actio ſua.

¶ Actionem ſuam,id eſt ſibi competentem vocat Iuriſcon.in l.ſi quis legatum.in fi.ff.de fal.ibi, aut creditori actio ſua denegari debet.

Negotiũ ſuum.

¶ Negotium ſuum dicitur,id eſt ad ſuam tendens vtilitatem,l.ſi pupilli.§.ſed ſi quis.Negotia mea geſsit non mei contemplatione,ſed ſui lucri cauſa: Labeo ſcribit ſuum cum negotium potius quam meum geſsiſſe.ff.de nego.geſt.& ſequen. & l. ſi pro patre. §. fin. de in rem verſo.ff.l.bona fide.ad Velle.

Suæ ætatis.

¶ Suæ ætatis,id eſt legitimæ ætatis,videlicet vigintiquinque annorum,l.ex duobus.ff.de nego.geſt.ibi,duobus fratribus vno quidem ſuæ ætatis,alio vero minore annis.

Suapecunia.

¶ Suam pecuniam,id eſt propriam,l.ſi ego.ff.de nego.geſt.ibi,pecuniam ſuam facere, id eſt acquirere,iuncto verbo proprietas fieret creditoris,&c.l.ſi vero.§.ſi.manda.l.ſi vir.ad exhib.& in tit.ne quis in ſua cau.iudicet.& l.1.§.in propria.ff.quando appel.ſit. l.1. de popul. acti.l.quamuis.ad leg.Aquil.

Suo pudori parcere.

¶ Suo pudori parcere,notum eſt in l.Quintus.ff.manda.ibi, ceterum in poſteriore caſu non oporteret eſſe noxiæ fideiuſſori,ſi ipſe pudori ſuo pepercit.

Suæ mentis nõ eſſe.

¶ Suæ mentis non eſt,id eſt compos mentis,l.ſed & ſi §.igitur. ff. ad leg.Aquil. ibi, quæ enim in furioſo culpa ſit,cum ſuæ mentis non ſit.l.cum furioſus.de iudi.

Sua ſponte.

¶ Sua ſponte,id eſt ſua voluntate,videlicet non coactus, l. ſi ex plagis. §. in anno. ff. ad leg.Aquil.vbi prius dicit ſua ſponte, poſtea ſua voluntate. Et hac clauſula ſolent vti notarij,ſic:talis ſua ſponte,*de ſa propre volonté,non contrainct à ce faire*,non vi,non clam, non precario,l.qui ratiario.de pignora.actio.

Suum, pro ſibi debitum.

¶ Suum,id eſt ſibi debitum exponit glo.in l.quod placuit fiſco non pœnam petendam, niſi creditores ſuum recuperauerint. ff.de iure fiſ. & l. cum poſſeſſor. de cenſi. ibi, tametſi fiſcus pecuniam ſuam recuperauerit. & l. nihil dolo creditor facit qui ſuum recipit. infra tit.prox.l.1.de eo quod cer.loco.docto.in l.repetitio.ff.de condict.indeb.

Sua fideiuſſio.

¶ Suam fideiuſsionem, l.ſi remunerandi.§.pen.ff.manda. ibi, Marius Paulus quidam fideiuſſerat pro Daphnide mercedem pactus ob ſuam fideiuſsionem,id eſt eo quod fideiuſſerat.

Sua culpa.

¶ Sua culpa,l.ſi mandauero.2.in fi.ff.manda.ibi,idque ſua,non alterius culpa fecerit. vbi hoc declaratur.

Sui ſerui.

¶ Suos ſeruos vel ancillas eos accipimus qui ſunt pleno iure teſtãtis, inter quos fructuarij non continentur,l.ſeruus autem.ff.de lega.3.

Sui heredes.

¶ Sui heredes dicuntur qui in poteſtate tempore mortis fuerint primum obtinentes locum,§.ſui.de hered.quali.& differen. in Inſtitu.& §. inteſtatorum,de heredi. quæ ab inteſt. defer.& ſuperius fuſius docui.

Sui clientes.

¶ Suis clientibus,id eſt ſuis vaſſallis,alibi declarauit:facit l.ſi vero.§.1.ff.de his qui deiecer. vel effud.& omnes dicuntur ſui qui nobis in aliquo actu ſunt neceſſarij.

Sui amici. Suum etiã ad protectionem relatum.

¶ Inde ſui amici,l.ſi verò.ff.de his qui deiece.c.ex parte.de appel.Lucas de Penna in l.omnes.1.C.de decurio.lib.10.plus dicens,ſuum dici etiam quoad protectionem.l.2.C. de quadrien.præſcrip.l.2.in quib.cau. colo. inde Princeps dicit ſubditorum res,ſuas: quia & ſubditos & res eorum protegere debet, vt docet Bar. in extraua. ad reprimen. in verbo totius orbis.Dixi in §.munus.ſupra eodem.l.vix ſuum dicit quis id in quo ius habet, & ibi glo. ff. de orig.iur.docto. in l.ſi me.ſi cert. peta.

Suorum nomine qui veniant

¶ Suorum nomine veniunt omnes qui in eadem domo habitant.l.penul.in fin. ibi, habitator ſuam ſuorumque culpam præſtare debet.ff.de his qui deie.vel effud. l. inter. §. non omnia.ff.manda.ſcripſi in l.liberorum.ſupra eod.plenius.

Suo toto iure cedere.

¶ Suo toto iure cedere notum eſt,l. prætor.in princ. ff. de noxal. ibi, ſi verò rei iudicatæ tempore adhuc in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas,Sabinus & Caſsius liberari heredem putant tradendo ſeruum: quia toto ſuo iure cederet,quod & verum eſt.

¶ Suum ad differentiam alieni dicitur in l.ſi noxale.ff.de noxal.ibi,qui alienum ſeruum ſuum eſſe in iure reſponderit.l.1.§.quod autem. de ſeruo corrup. ibi, vel in ſuo agro, vel in alieno

alieno loco ædificiove. l.at ſi quis.§.ſed pone.de religio.

Sua pars.

¶ Et ſuam partem ait Iuriſcon.in l.1.famil.erciſ.inde ſuus iudex, ſua curia, in l. omnes. 1. vbi Lucas.C.de decuri.lib.10.

Suus iudex.

Sua ciuitas.

¶ Sua ciuitas dicitur,in qua quis moratur,in l.hæ operæ.§.fi.ff.de oper.liber.ibi, quod ſi diuerſarum ciuitatum patroni ſint, & in ſua vnuſquiſque moretur,&c.

Suo nomine agere.

¶ Suo nomine agere dicitur ad differentiam procuratoris & tutoris, qui nomine alieno agunt, l.3.ff.famil.erciſ.ibi, partim ſuo, partim procuratorio nomine agatur.l.de eo.in fi.ad exhib. l.certum. & l.certi.ſi cert.peta.l.indebitam.de condict.indeb.l.1.in fin. de conſti.pec. ſcripſi in l. nominis.ſupra eod.

Suum mortuũ inferre.

¶ Suum mortuum intulerit,l. 2. §.item is qui pignori.ff.de religio. vbi ſuum vocat non pignori datum,nec alienum,& ad ſe non attinentem.

Suo ordine.

¶ Suo ordine notum eſt,l.ſi quis ſepulchrum.§.funus.ff.de religioſ.

Sua die.

Sua die,id eſt ſtatuta die,l.3.ff.de in litem iur.ibi,niſi forte quis iuret quod ſua interfuit nummos ſibi ſua die redditos eſſe.Et l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.de pigno.acti.l.hominem.manda.

¶ Ex hic ex prædictis patet,quod res dicitur ſua vel quoad dominium,vel quoad poſſeſſionem,l.2.ff.de orig.iur.vel quando aliquod ius in re quis habet, vel ſua intereſt, aut aliis modis,vt ex ſequentibus etiam apparebit.

Sui nummi.

¶ Primò ſuos nummos dicit Iuriſcon.in l.quoniam.ff.de condict.furti.l. ſi mandauero. §.ſi mandauerim.manda.l.qui ſe dicit.de iudi.

Suis rebus.

Suis rebus,l. in rebus ſuis. ff. commod. l. qui ſuam rem.depo.& l.bona fides.§.penul. & l. quod Nerua. depo.

Suum dominiũ

Suum dominium,l. fin.ff.de condict.indeb.

Sua cauſa.

Sua cauſa,pro ſuo nomine & gratia,l.ſi vt certo. §. interdum. ff. commod.ibi,vel ſi ſua duntaxat cauſa commodauit.Vel ſua cauſa ſeu res propria,in l.1.§.in propria.cum ſequen.ff.quando appel.ſit.

Suus creditor.

Suum creditorem,l.petenti.ff.de pignora.actio.

Suus debitor.

l.ſi remunerandi.§.apud.ff.manda.

Suæ rei iudicẽ fieri.

Suum debitorem,l.inter.§.abeſſe.ff.manda. Suæ rei iudicem iniquum eſt quem fieri,l.Iulia.ff.de iudi.l. legis verbis. ſupra eod.

Sua intereſſe.

Sua intereſſe, l.nummos.ff.de in lit.iur.

Sua auctoritate.

Sua auctoritate,l.qui ratiario. ff. de pignora. acti. ibi, ratem in flumine ſua auctoritate detinuit, id eſt ſua voluntate, ſine iudicis vel alterius miniſterio.

Suum peculiũ.

Suum peculium,l.cui.& l.ſumma.§.1.ff.de pecul.

Sui iuris eſſe.

¶ Sui iuris ſunt qui non ſunt alieni,rub.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.1.ff. & in Inſtitu. per totum, & l.1. quando actio de peculio eſt annal. l.cognoſcere.in fin. & l. pronuntiatio. ſupra eod.

Suo periculo.

¶ Suo periculo,id eſt ſuo damno,l.ſi in Aſia.§.1.ff.depo.l.ſi remunerandi.§.apud.& §. fi. manda.& l.ſi mandauero.2.§. interdum.ibidem.

Suis expenſis.

Suis expenſis,non alienis,l.ſi in Aſia.§.1. ff.depo.l.ſi quis mihi.manda.

Sua naturæ.

Sua natura res interciderit, notum eſt,l. ſi plures. in fin. ff. depoſ.

Sua mala mente.

Sua mala mente,l.quid ergo.§.pen.de lega.1.

Suus procuratorem.

Suum procuratorem,l.ſi remunerandi.§.apud.manda.& l.idemque §.ſi quis ea.ibidem.

Sua domus.

Sua domus.ibidem. Sua domo,in l. pronuntiatum. §. fi.ſupra eodem,fuit declaratum.

Sua poſſeſsio.

Suas poſſeſsiones,in l.interdum.ſupra eod.

Sua res.

Suæ rei,l. verbis legis.ſupra.

Suo vſu.

Suo vſu,in l.in lege Cenſoria.ſup.cod.

Sui fines.

Suos fines habet fundus, in l.locus. in fi. ſupra eod.

Suo corpore.

Suo corpore,l.fere.ſupra eo. Videte Bar.in l.Quintus.ff.de auro & argen.lega.& doct.in l.ſerui.de lega.1.ac Alci.in lib.5.parergon c.19.& ſequen.alias phraſes,quia faciles ſunt,miſſas nunc faciam.

PAVL. LIB. VII. SENTENT. IN COGNIT. PROLAT.

LEX CCXL.

Cum quærebatur an verbum, SOLVTO MATRIMONIO DOTEM REDDI, non tantum diuortium, ſed & mortem contineret, hoc eſt an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant: & multi putabant de hoc ſenſiſſe, & quibuſdam aliis contra videbatur: ſecundum hoc motus Imperator pronuntiauit id actum eo pacto, vt nullo caſu remaneret dos apud maritum.

Ad tit. ſoluto matrimonio.

¶ Quatuor particulas hæc lex habet. in prima ponitur quæſtio. in ſecunda ibi, hoc eſt, elucidat.tertia ibi,& multi putabant,refert opiniones ſuper hoc diuerſas.quarta ibi, ſecundum hoc,docet pronuntiationem Imperatoris. Et hoc continet:Maritus promittens reddere dotẽ ſoluto matrimonio, tenetur eam reddere, ſiue ſolutũ fuerit morte, ſiue diuortio facto,& alio quolibet caſu:& ita pronuntiauit Imperator,vt nullo caſu apud maritũ remaneat dos,ſed vxori reſtituatur.Idem dicendum eſt, ſi dos reddi promiſſa ſit, ſi Titia nupta eſſe deſierit:intelligetur etiam ſi vxor capta fuerit ab hoſtibus,ſiue ancilla facta, vel deportata, l.ſi quis ſtipuletur.ff.ſolu.matri.Repetetur etiam dos ſi matrimonium non fuerit ſecutum,quaſi cauſa non ſecuta,l.ſi extraneus.ff.de condict.cau.da.glo.hic & doct.Deci.conſi. 35.præſtantiſsime.col. 4. Quia iſta verba, ſoluto matrimonio, intelliguntur cum ſolutum fuerit

fuerit:sed soluitur iure isto tam morte quam diuortio, per totum titul.ff.de diuort. ergo in illis casibus habebit locum. Quo loco aduertendum est quod plus agitur de rerum significatione, quam verborum, & quod partes videantur sensisse quando promittunt dotem reddi soluto matrimonio. Et an sufficiat ciuiliter euenire scribit Petr. de bella perric. q. 422. cum quæritur. & doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Et sic regula est, quod dos reddi debet soluto matrimonio, per totum tit. ff. solu. matrimo. quia cessat causa, ob quam dos datur, quando matrimonium est solutum: ergo & effectus, l. pro oneribus. C. de iur. dot. l. quod dictum. ff. de pact.

Dos reddi debet soluto matrimonio.

Dos ex consuetudine Tholos. à marito non redditur.

¶ Limitatur ex consuetudine Tholosana, qua cautum est, quod maritus vxore sua præcognita per eum carnaliter, vel transducta mortua lucretur dotem: & econuerso vxor viro suo mortuo lucretur donationem propter nuptias, seu dotalitium, vt est videre in consuetu. Tholosa. rub. de dotib.

¶ Colligitur ibi, *& quibusdam aliis contra*, quod homines non semper conueniunt ad decisionem vnius dubij, imò natura sunt faciles ad dissentiendum. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. facit c. innotuit. illo tit. quia diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum, c. quia. de concessi. præben. & quot sunt capita tot sunt sententiæ, c. sicut in sacramentis. de consecra. dist. 4. Vnde quando sunt duæ diuersæ sententiæ, quę à pluribus approbata est illa teneri debet, l. in tres. ff. de arbi. sed si pares sint, causa fauorabilis inspicitur, l. Pomponius. & l. inter pares. ff. de re iudi. sed si sint tres sententiæ diuersæ, humaniorem in publicis iudiciis dicite inspiciendam esse. Alci. in lib. 9. parergon, c. 14. in hoc tamen Regno lex est Regia, qua cauetur quod vbi in iudicandis processibus tres adfuerint opiniones, minor debet ad sententiam vnam vel alteram ex aliis inclinare: & tunc illa fiet maior pars. Et ita est statutum in consti. Regi. arti. 34. tit. *de la court de parlement*, quæ licet loquatur in parlamentis: tamen habebit locum etiam in aliis curiis, cum sit eadem ratio, vt ibi, si operæpretium fuerit dicam.

Homines natura faciles ad dissentiendum.

In diuersis sententiis quid obseruandum.

¶ Secundò colligitur, quod cõsultores cõsulere solent per verbũ videtur, ibi, *aliis contra videbatur*. & sic solent aduocati in hac patria consilia proferre *semble*, &c. de quo alibi dixi.

¶ Tertiò nota quod ad Iurisc. pertinet declarare voluntatem contrahentium de quo senserint, & illam voluntatem ex facto declarant, scilicet ex præcedentibus & sequentibus, & aliis conscriptis in l. si seruus plurium. in lege fin. de lega. 1. superius abundantius hoc tractaui.

¶ Quartò ibi, *motus Imperator pronuntiauit*, colligi potest quod sententia Imperatoris & pronuntiatum facit ius inter omnes. Et hæc sententia potest ad decisionem causarum allegari, vt hic: quod est verum quando cum causæ cognitione lata est, & cum consilio procerum, l. 3. & l. humanum. C. de legi. dixi in consti. Regi. & in proœmio concorda. in verbo summas curias. & superius: ideóque non est opus hic repetere.

Imperatoris sententia ius facit inter omnes

¶ *Mortem.* An mortis appellatio contineat mortem ciuilem, videlicet deportationem, cum deportatus loco mortui habeatur, tractatur in l. 1. in fi. ff. de bono. possessi. contra tab. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. vbi concluditur, quod sic, quando est eadem ratio, & in casibus à iure expressis. glo. in c. si scriptum. de rescrip. in 6. ego contrarium scripsi in meis nou. interpretat.

Mortis nomine an deportatio cõtineatur.

¶ *Sentiant.* Sentire est sensu corporis aliquid accipere, percipere, seu gustare. inde sensus corporis, cum aliquid sentimus, hoc est capimus & intelligimus: ideo pro intelligere hic capitur. l. dicere. ibi, & ait de ea sententia Sabinum non sensisse. ff. de arbi. & l. quod tamen. §. arbiter. ibidem, & l. 2. §. 1. de religio.

Sentire.

¶ Sentire lucrum, pro habere, subire, consequi, l. si cum exceptione. ff. quod met. cau. l. sed si lege commissoria vendidit idem erit dicendũ, lucrum quod sensit lege commissoria præstaturum. ff. de petiti. heredi. l. si quis putas. §. 1. commun. diuid. l. vnde. in fin. commoda. l. denique. §. sed & si pecuniam. manda. Sentire commodum, idem. l. 3. ff. de calumnia. ibi, & generaliter idem erit si quid omnino compendij sensit. Sentire emolumentum, idem. l. idemque. §. sed & si pecuniam. ibi, ne de alieno lucrum sentiat. ff. manda.

Sentire lucrũ.

Sentire commodum.

Sentire emolumentum.

¶ Sentire damnum est pati damnum, l. si quid. ibi, damnum vicinus sensisset. ff. de seruitu. vrba. prædio. & l. 1. ibi, plus petendo aliquid damni sentiat. de interroga. actio. iuncta l. ex mandato. ff. manda. vbi dicitur pati damnum. Sentire onus, idem, pati videlicet & subire. regul. qui sentit onus, sentire debet & commodum. de regul. iur. in 6. iuncta regula, secundum naturam. illo tit. ff. vbi vtitur verbo sequi, & l. quod quis ex culpa sua damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. ibidem. Sentire æs alienum, idem, in l. ideoque etiam dos sentire hoc æs alienum debet. ff. de religio.

Sentire damnum.

Sentire onus.

Sentire æs alienum.

¶ Sentire, sapere, resipiscere, sensu saniorẽ esse dicit tex. in l. diuus. versi. si verò. ff. de offi. præsid. ibi, si verò (vt plerunque assolet) internallis quibusdam saniore sensu, non forte eo momento scelus admiserit, nec morbo eius danda est venia, diligenter explorabis. & si quid tale compereris, consules nos, vt æstimemus an per immanitatem facinoris, si cum posit

Sentire pro sapere, & resipiscere.

posit videri sentire, commiserit, supplicio afficiendus sit.

¶ Sentire interdum pro iudicare id quod quis sentit, l. fi. ibi, quod de temporali actione in qua intercessit minor sensisti, puto verius esse. ff. de minorib. in de sententia, id est iudicatum, in rub. de senten. & re iudic. quod quis proferat id quod sentit. vel interdum dicitur iudicium, l. si. in tres. & l. qualem. cum l. sequen. ff. de arbi.

Sentire pro iudicare.

¶ Sententia constitutionis est id quod constitutio sentit, non quidem verbis expressis profert, sed ex mente, l. si quis id quod. versi. sæpe. ibi, edicti quidem verba cessabant: Pomponius autem ait, sententiam porrigendam. ff. de iurisdi. omn. iudic. l. verum. §. quid si minor. ibi, & magis est vt sententiam constitutionis diui Marci ad Ausidium Victorinum hunc minorem non complectatur. ff. de minor. Sentire est sensu olfactus maxime percipere. Inde sensus corporis sunt appellati, quibus sentimus. Et sunt quinque, visus nobilior, auditus postea, gustus, tactus, o dolatus. glo. in l. quod meo. ff. de acquir. possessi. & per vnum ex istis sensibus saltem testes reddere rationem sui testimonij debent, l. testium. C. de testib. & visus generalior est, vt dixi in tract. de reproba. testium, in verbo sensus.

Sententia constitutionis.

Sentire, sensu olfactus percipere.

Sensus corporis.

¶ Consentire, id est concurrere, l. 2. in fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. ibi, cum singulis vsus fructus alternis annis legatur, si consentiant in eundem annum, impediuntur, quod non id actum videtur vt concurrerent, &c.

Consentire pro concurrere.

¶ Consentio pro acquiesco, *consentir* vulgo dicitur. l. si in tres. ibi, licet duo consentiant. ff. de arbi. l. arbiter iudicij. in fi. & l. diem proferre. §. si plures. ac l. item si vnus. §. idem Pomponius. ibidem. l. si tibi. §. vnus. de optio. lega. & alibi communius. inde consensus, communis assensus, l. si in tres fuerit compromissum sufficere quidem duorum consensum. ff. de arbi. & l. sequen.

Consentire pro acquiescere.

Consensus.

¶ Consentire est in vna sententia conuenire, l. 1. §. conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendique causa consentiunt. ff. de pact. ibi, nam sicuti conuenire dicuntur qui ex diuersis locis in vnum colliguntur, & veniunt: ita qui ex diuersis animi motibus in vnum consentiunt, id est in vnam sententiam decurrunt. De consensu docui in l. sæpe. §. fi. supra. Et quando quis dicatur alteri consentire, docet Lucas de Penna in l. si quos. col. 2. C. de decurio. lib. 10. Et consentire non videtur, l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iud. l. 2. de iudi.

Consentire pro in vna sententia conuenire.

¶ Dissentire contrarium verbo consentire, quasi sentire diuersum. nam dissentit qui non consentit, l. item si vnus. §. si in duos fuerit compromissum, vt si dissentirent tertium assumerent. ff. de arbi. & ibi, nam in assumendo possunt dissentire. & §. fi. ibidem. est tamen quoddam medium inter dissentire & consentire, videlicet tacere, c. qui tacet. cum sequenti, de regul. iur. in 6.

Dissentire.

¶ Sequitur in tex. *nullo casu remaneret dos apud maritum.* Casus pro facti specie, siue hypothesi, seu thesi frequentius accipitur, vt l. fundum. in fi. ff. de euictio. l. si quis solutioni. in fi. ff. de vsur. l. si maritus. de fundo dota. l. cum dos. in fin. de pactis dotalibus. l. si mulier. 2. de iure dot. l. si cum dotem. solu. matrimo. & C. in quibus casib. tutorem haben. tutor dari potest. l. si duo. depos. & futuros casus euictionis post contractam emptionem ad venditorem pertinere, ait Iurisc. in l. Lucius. ff. de euicti.

Casus pro facti specie.

¶ Casus pro euentu improuiso, fato, seu fortuna, infortunio, calamitate, l. si ex plagis. in fi. ad leg. Aquil. ff. ibi, cum casu magis quam culpa videretur factum. l. 1. §. diuus. de fica. ibi, casu magis quam voluntate homicidium admisit. l. communis. 2. commu. diuid. l. generali. in fi. ibi, patris casus non facit vxorem de ritu nupti. l. si quis. de iurisd. omn. iudi. l. 1. §. initium. de postul. l. si cui. ex quib. cau. maio. l. si negotia. de nego. gest. l. posthumus. §. si quis primo. de inoffi. testa. l. arboribus. de vsuf. Interdum tamen ad maiorem expressionem Iurisc. exprimit casus fortuitos, vt in l. videamus. §. 1. ibi, etiam si casus fortuitus admisit incendium. & l. qui insulam. in fi. ff. loca. l. 1. §. sæpe. depo. l. 1. in fin. de pollicita. Et casum maiorem, pro vi maiore vocant Iurisc. cui infirmitas humana resistere non potest: veluti est incendium, ruina & naufragiũ. Paul. in l. veluti. de eden. ff. & in l. 1. §. is quoque. 1. ff. de actio. & obliga. iuncta l. si merces. §. vis maior. ff. loca. vbi in vna lege vocatur casus maior, in altera vis maior. l. in rebus. commod. declarat Iustinia. in §. item is cui. quib. mod. re contra. oblig. in Insti. Ex conducto. §. 1. loca. Alibi Iurisc. vocat chasma in l. verum. §. si locupleti. ff. de minor. Inde casum incendij dicit Iurisc. in l. ex conducto. ff. loca. §. cum quidam. ibi, propter casum incendij repentini non immeritò subueniendum tibi est.

Casus pro euẽtu, & fortuna

¶ Casu delinquũt homines, cum in venando telo missо in feram hominem interficiunt, l. respiciendum. in fi. ff. de pœn. sicut euenit Lamech, vt est in Geneseos c. 4.

Casu delinquere.

¶ Casum præstare, est sarcire damnum casu datum, l. si quis domum. §. Imperator. ibi, iudicio locati casum præstare non cogeris. ff. loca. docui in l. latæ culpæ. supra eodem, in quibus casibus quis tenetur casum præstare. & damnum fatale vocat Iurisconsult. damnum casu datum, in l. si vt certo. §. nunc videndum. versi. quod vero. ff. commoda. Et casus & fortuna an differant, & quomodo, docet Aristote. in lib. 2. physicorum. Et de casu fortuito & improuiso

Casum præstare.

impruiſo glo.& doct.in l.1. C.de ſicar.& Iaſon in §.ſed iſtæ nu.50.de actio.in Inſtitu.

Caſus pro caſura. ¶ Caſus pro caſura,ſeu actu cadendi.in lege, ex maleficiis.§.is quoque.2.verſi.ideo.ff.de actio.& obliga.ibi,cuius caſus periculoſus eſt.l.ſi verò.§.prætor ait.ff.de his qui deiecer.vel effude.ibi,cuius caſus alicui nocere poſsit.

Caſus pro negligentia. ¶ Caſum pro negligentia exponit Gaius Iuriſcon.in l.qui ædes.ff. de incend. & quia ea quæ ciderunt ruta & cæſa dicuntur,ideo videte l.ſequentem,In rutis,&c.

QVINTVS MVCIVS LIB. SING. OPON.

LEX CCXLI.

In rutis & cæſis ea ſunt quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili tectoriove non continentur.

Ruta & cæſa quæ. ¶ Illa dicuntur ruta & cæſa,quæ terra non tenentur,à ruendo non à rumpendo dicta:& illa quæ non tenentur opere ſtructili tectorióve,& quia de rutis & cæſis mentio ſæpius habetur in iure,ob id Iuriſcon. hic enucleat quæ illa dicantur.

¶ Vnde dicit Iuriſcon.in l.fundi.§.ſi ruta.ff.de actio.emp. his verbis,ſi ruta & cæſa non excipiuntur in venditione,ea placuit eſſe ruta,quæ eruta ſunt,vt arena,creta,& ſimilia: cæſa eſſe,vt arbores cæſas & carbones,& his ſimilia. Gallus autem Aquil.cuius Mela refert opinionem,rectè ait fruſtra in lege venditionis de rutis & cæſis contineri: quia ſi non ſpecialiter venierint,ad exhibendum de his agi poſsit.neque enim magis de materia cæſa, aut de cæmentis,aut de arena cauendum eſt venditori, quam de ceteris quæ ſunt pretioſiora.& Iulia.ſcribit emptorem qui ruta cæſa nõ reſtituit,ad exhibendũ teneri in quantum in litem iurauero,l.Celſus.§.idem Iulia.ff.ad exhib.& alibi ait Pompon.ruta cæſaq; ædium fundiq; non eſſe,niſi id ſcriptum ſit.l.in vendendo.in fin.ff.de contra. empti.& ſic qui donauit vel vendidit fundum,aut aliam rem,non cenſetur ruta neque cæſa vendidiſſe,nec donaſſe, etiam ſi illa non exceperit:quia non continentur,neq; fundi neq; ædiũ ſunt,d.§.fi.l.in vendendo.eo quod terra non tenentur,vt hic. Vnde adagio dicitur,Ne in rutis quidem & cæſis,id eſt nulla in parte,quando quis vult omnia complexa eſſe,& nihil reliqui remanſiſſe, vt explicat Eraſmus in chiliad. & Cicero in partitio. orat. & in topic. de his rutis & cæſis habens mentionem.

Rutrum. ¶ Inde dicitur rutrum,inſtrumentum quo creta vel alia res eruitur,ſicut aratrum,inſtrumentum quo aratur,teſte Feſto:& Cato de re ruſti.ſic ait c.11.oportet habere villicum palas ſex,rutra quatuor,raſtros quadridentes duos,&c.Rutrum etiam dicitur bacillus,quo in dimetiendo tritico modij æquantur, quod rutellum aliquando vocatur ab eruendo, non à radendo,vt teſtatur Petr. Crinitus in lib.23.de honeſta diſciplina,c.13.Et rutabellum,inſtrumentum ruſticis proprium in proruendo igne panis coquendi gratia.

Rutellum. Rutabellum.

Ruta herba. ¶ Ruta, quam Græci πήγανον vocant, eſt contra venena herba, dicta à ruendo, id eſt eruendo, quod vna ex omnibus herbis propter eius multiplices vſus maximè eruatur: de qua Plinius lib. 20. c.13. & etiam per Ruellium & Ariſtotel.in problem.

¶ De verbo tenetur ſcripſi plene in l.qui neque.§.1.ſupra eod.

¶ *Opere ſtructili.* Illa itaque in rutis & cæſis ſunt,quæ non continentur opere ſtructili:ſed quæ in opere ſtructili ſunt,extra ruta cæſa ſunt.at quæ illa ſint videamus.

Structile opus. Struere. Structura. Structores. ¶ Structile opus eſt, quod ex lapide quadrato aut laterculis calcęque conſtructum eſt. Alcia. Struere autem ordinare eſt & in ordinem redigere. Inde ſtructura eſt ipſa ordinatio ſiue compoſitio,l.malum.§.penul.infra eodem. Et ſtructores ſunt qui aliquid ſtruunt & ædificant,lege prima.C.de excuſa.artifi. lib. 10. vel interdum qui inſtruendæ menſæ vel ciborum curam habent & cultello in fruſta ſcindunt, vulgo, *eſcuyers tranchans*, Martialis lib.10 Epigram.

Et qui non egeant ferro ſtructoris eſſelle.

Structilis & ſtructile. Quadratus lapis. ¶ Et ſtructilis & ſtructile,quod bene ſtructum eſt,& ſtructura conſtans,& lapide quadrato,dicit tex.in l.& ſi forte.§.modus.ff.ſi ſeruit. vind. & debetis intelligere lapidem quadratum ſectum & expolitum, non quadrum, ſed quod operi quadret & conueniat. hinc quadrare, conuenire dicimus.

Structuræ quatuor genera. ¶ Et quatuor ſtructuræ genera ſcribit Plinius lib.36.c.22. & Bud.in annota.in Pande.in d.l.ſicut. Et de opere ſtructili eſt tex. ibidem in §.compert,& l. fin.§. 1. ff. de riuis. Et plene Adria. de ſermo Lati.

Baſes ſtructiles. Tectorium. ¶ Baſes ſtructiles ponit tex.in l.penul.infra eod.vbi dicetur.

Tectoriũ opus. ¶ *Tectoriq;*. Tectorium à tegendo deducitur:& eſt quædam incruſtatio & tegumentum quod fit calce vel gypſo,quo operiuntur parietes:& fit interdum vt parietis claudantur foramina, vel vt illum à pluuia defendat, ſeu vt in eo picturę apponantur. Hinc tectorium opus: & continet arenatum, quod fit ex calce & arena: & marmoratum, quod fit calce & marmore

marmore tuſo triplici varietate communi,prout trium eoriorum vſus exigebat. etiam continet tolliſationem,quæ ex gypſo fit ad illiniendum parietem,l,quidam.ff. de ſeruitu. vrba. prædi.l.ex damni. de damno infe.& murus etiam in ſummitate quandoque tegitur: & vocatur tectorium muri,l.3.§.ſi vicinus. ff. vti poſsid.

Tectorius,a,um. Tector. Tegula. Albarium. Albatio. Ruta cæſa quæ. ¶ Tectorium adiectiuũ dicitur id quod pertinet ad tegendum:vt arena tectoria, vel calx: per tranſlationem dicitur de fœmina æruſata, Gallicè *fardee*. Iuuenalis ait:*Tandem aperit vultum & tectoria prima reponit*. Et tector,qui opus tectorium facit: & tegula,quæ domos tegit. ſcripſi in l.tugurium.ſupr. Architectus,qui ſcientiam ædificandi habet, *maiſtre maſſon*.

¶ Albarium ſiue albatio eſt quæ fit ex calce ſola ſine gypſo ad parietem dealbandum.

¶ Et intellectus huius tex.eſt quod ea quę euulſa ſunt, & non tenentur ruta dicantur & cæſa. illa igitur quæ continentur in opere iam ſtructo vel tectorio non veniunt in rutis & cæſis,nec dici poſſunt ruta aut cæſa: ideo dicunt quidam ruta cæſa eſſe quæ ſine vlla demolitione domus auferri poſſunt,vt lapides,ligna,ſubſellia,lecticę,capſæ,ferramenta, picturæ in tabulis, & alia à domo ſeparata: vſus tamen Franciæ Gallicus vix vtitur iſta voce.

IABOLEN. LIB. II. EX POSTERIORIB. LABEONIS.

LEX CCXLII.

Malum nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe Labeo ait. & verius eſt:quia plerunque naues ſine malo inutiles eſſent:ideoque pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quam pars nauis eſt.

¶ Hæc lex quinque habet partes, prout quinque diuerſa continet dicta. Et quidam dicunt eſſe malam, id eſt difficilem, & certe habet fortes & difficiles §§. & hoc dicit principium: Malus dicitur nauis pars, ſine quo multę naues inutiles eſſent. Artemon non eſt nauis pars,ſed additamentum. Artemon ſecundum gl.hic eſt additamentum quod retro ponitur ad nauem gubernandam,quod non videtur verum.nempe iſte tex.dicit non eſſe partem nauis: & tamen ſi eſſet nauis gubernaculum, ſine quo totum conſiſtere nequiret, pars nauis eſſet,& potiſsima.vnde Iuriſconſult.in l.ſcapham.ff. de euictio. ſic dicit: Omnia quæ coniuncta naui eſſent,veluti gubernacula,malus,antennę,velum,quaſi membra nauis eſſe. Et ſic artemon non eſt gubernaculum: alioqui pars nauis diceretur. *Artemõ quid.*

¶ Etiam malum dicit hic Iuriſcon.nauis partem:quia pleræque naues ſine malo inutiles eſſent.ſed pleręque ſine earum gubernaculo nonne inutiles eſſent? ergo artemon non eſt nauis gubernaculum. ideo Valla in Raudenſem ait, quod artemon eſt velum nauis breue: quia melius leuari poteſt,in ſummo periculo extenditur. Alij dicunt artemonem trochleę genus tractorium eſſe, quod Græci ἐπάγοντα vocant:ſed Plutarcho dicitur ἀνάτειρ, quo funę ductorio per orbiculos traiecto & acto in gyrum facili ductu importãtur onera vel exportantur:vulgus Italicus organum appellat.Alex.ab Alex.in lib.1.genial.c.25. Alij arbitrantur, quibus ſubſcribo, quod artemon eſt arbor additita, velum continens paruum: vt in actibus Apoſtolorum dicitur,leuato artemone ſecundum auræ flatum tendebat ad littus,c. 27. in fin. & dicunt eſſe medium quendam malum tranſuerſum in puppi collocatum ac prominentem,qui & oneribus ſubleuandis,& etiam velis quæ in puppi ſunt retinendis, ac ſurſum erigendis ſeruit, vt in lib. de re nauali per Bayfium eſt videre:& quia interdum deponitur, & interdum pro neceſsitate erigitur,ideo tex. dicit hic non eſſe partem nauis, ſed additamentum:quia ſolet addi pro nauis neceſsitate, vt vidi in quibuſdã magnis nauibus, & vulgus vocat *l'artimon*:nam Græci ἀρτάω pro appendo,ſeu arto dicunt.Et inde ἀρτῶμαι animi pendeo,& ſpem meam in aliquo collocatam habeo.& de hoc artemone eſt text.in lege, prædiis §.qui domum,ff.de lega.3. Ideoque iſte text.dicit,quod pleræque naues eſſent inutiles ſine malo, non tamen omnes: quia tempore procelloſo malus deponitur & antennæ, ac omnia prominentia in naue: & tunc naues non ſunt inutiles, ſic in portu malus nihil facit in naui.ob id in tex.quidam legunt plerunque,non verò pleraſque naues:ſed plerunque, id eſt ſæpius:de quo verbo ſcripſi in l. interdum. ſupra eod. ſed vtrumque conuenire poteſt. Trochlea vero ſignificat totam illam arborem & machinam,quæ continet rotulam & aſsiculam per rotulam traiectam, circa quam rotula verſatur: & præterea ductorium funem,qui circa orbiculum æneum currit.Et Gallicè vocamus *vne grue*. Hæc arbor fit regula iterad ſubleuanda onera in ædificiis quæ de nouo conſtruuntur,de qua Iuriſcon. meminit in l.ſed addes.§.illud. ff. loca. ibi,& trochleas,quibus releuatur prælum. & quia rotula, quam Græci τροχίσκον dicunt,ſolet trochleę addi,ideo trochleam poliam vocauere:Catellia. Cotta declarat in 2.parte memoralium in verbo artemon,formam huius trochleę deſcribit Vitru.in lib.10.de architect. *Apxῶμαι. Trochlea. Rotula.*

¶ Senſus igitur legis eſt quod malus dicitur nauis pars.ob id data vel vendita nauę, &

malus datus & venditus cenſetur: arte mon eſt arbor illa additicia, quę aliquando ſolet erigi, aliquando deprimi, & hoc pro neceſsitate nauis: ergo non dicitur nauis pars, & ideo non venit vendita naue: ſicut nec vtenſilia vendita domo, lege, Iulianus §. finali, cum l. ſequen. ff. de actio. emp.

Malus nauis. ¶ Malus itaque maſculini generis eſt arbor nauis, vt hic, à Græcis ἱστὸς vocatus, quod mali inſtar ſit in ſummitate: vel quod cingatur quaſi quibuſdam malis, quorum volubilitate leuantur facilius vela: & interdum vocant Iuriſcon. arborem nauis in l. 2. & 5. ff. ad leg. Rhod. de iact. De claſsibus & rebus nauticis & præfec. vide per Laz. lib. 6. c. 5. & 6.

Malus arbor. Huius ſpecies. Malus ſerica. Malus aurentia. Malus armeniaca. ¶ Malus fœminini generis eſt arbor ferens mala & poma, Græcis μῆλον, ſeu μηλέα dicitur, vulgo *pomier*. & quædam eſt malus præcox quæ poma cito affert, vulgus dicit *pomier haſtif*: altera ſerotina prædictæ contraria: alia eſt malus agreſtis, *ſauuage*: alia inſita, *entee*: alia bifera, quòd bis in vno anno fructum ferat, quod rarum eſt, niſi ſit ex duobus prædiis inſita: & alia eſt malus ſerica, ſeu ſirica, vulgus *guindolier* vocat: malus aurentia, *orengier*: malus armeniaca, *abricotier*.

Malũ fructus. ¶ Malum neutri generis eſt pomum, ex hac arbore malo deſcendẽs: & huius multa ſunt genera, de quibus Dioſcorides ſcribit lib. 1. cap. 128. & Ruellius in ſuo libro: & ex adiuncto declaratur, vt malum perſicum, *peſche*: malum granatum, *grenade*, & ſimilia.

Malum herba. ¶ Malum neutri etiam herba eſt, cuius quatuor genera ſcribit Plinius lib. 25. cap. octauo circa fi.

Malus adiectiuum. ¶ Malus adiectiuum contrarium bono: regula, ſemel malus. de regul. iur. in 6. & in rubr. de dolo malo, ac in l. cum autem. §. malus ſeruus. de ædil. edict. Multiplicem mali ſignificationem tradit Gratianus in cap. quæ habetis. 14. q. 5. & ibi Archidia. & alij poſt eum l. aut facta §. non enim. ff. de pœn. l. qui venenum. infra eodem. inde venit malitia, quam Græci κακίαν vocant.

Mala pro maxilla. ¶ Item malam pro maxilla accipit Iuriſconſult. in l. non ſolum. in princ. ff. de iniur. l. aut facta. §. non enim. ff. de pœn. in libris nouis: in antiquis autem eſt pupilla, & Imperator in §. penul. de iniur. in Inſtit.

Naui donata malus continetur. ¶ Ex hoc infertur quod ſi aliquis pirata vel alius donauerit nauem vel naues, debebitur malus, per iſtum text. quia totius nomine venit pars, lege, ſi quis cum totum. de excepr. rei iudi.

¶ Quod verbum intelligerem quando malus eſſet intra nauem: alioqui ſi eſſet galera vel ſcapha, in quibus regulariter non ſolet eſſe malus, diuerſum eſſet, vt in lege, ſcapham ff. de euicti. ibi, omnia quæ coniuncta eſſent naui quaſi membra nauis eſſe. ergo ſi non ſunt coniuncta, non erunt nauis membra: & ſic nauis appellatione non venirent.

Nauigia. ¶ Item etiam nauigia capiuntur pro omni nauis genere, l. 2. §. vim fluminis. ibi, nauigium non ſtetit. ff. ſi quis caut. authent. nauigia. C. de furt. Quod Græci πλοῖον vocant. Probat lex prima, §. ait prætor. ff. de flumin. vbi ſic ſcribitur: ait prętor, iterque nauigij deterius fiat. hoc pro nauigatione poſitum eſt. imò nauigium ſolemus dicere etiam ipſam nauem. iter ergo nauigio poteſt & ſic accipi: iter naui deterius fiat. Nauigij appellatione etiam rates continentur: quia plerunque ratium vſus neceſſarius eſt. Item iter nauigij deterius fieri videtur, ſi vſus eius corrumpatur, vel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, aut ſi in totum auferatur. ibidem.

Nauta. ¶ Nautam accipere debemus eum qui nauem exercet: quamuis nautæ appellentur omnes qui nauis nauigandæ cauſa in naui ſunt, lege prima. §. nautam. ff. nautæ, caup. ſtabular. lege fin. de colleg. illic. & nullam vim nautis fieri debere teſtatur Iuriſconſult. in lege 1. ff. de vi priua. & ne nauem vel nautam quis retineat quo annona carior fiat, l. 2. ff. ad leg. Iul. de annona.

Meſonauta. ¶ Meſonautam vocat Iuriſconſult. ſeruum qui vilia nauis tractat negotia, ſicut domi mediaſtinum: quod in media domo vel naui ad omnium imperia nutuſq; excubare ſoleat, vt d. lege prima, nautæ, caupo. & ibi ſcribit Budæ. & Iuriſconſult. in lege, quemadmodum. §. ſi nauis. ff. ad leg. Aquil. & de mediaſtino habet mentionem tex. in l. item apud §. etenim. ff. de iniur.

Nauigatio. ¶ Nauigatio eſt actus nauigandi, in l. 2. §. quod dicimus. ibi, tempeſtatem intelligere debemus talem quæ impedimento itineri vel nauigationi ſit. ff. ſi quis caut.

Nauigare. ¶ Nauigare eſt naui proficiſci, §. ſi quis tamen. d. l. 2.

Naulum. ¶ Naulum eſt pretium quod pro vectura nauis ſoluitur, l. ſed addes. §. ſi quis mulierem, ff. loca. l. hirius enim. qui potio. in pigno. hab. c. ſi vere. de ſenten. excom.

Nauticæ vſuræ. Nauticus. ¶ Nauticæ vſuræ, quæ ſorti in anno equantur. l. 1. & per totum. C. de nauti. fœno. & in tit. de nauti. vſur. col. 9. & nauticus, qui nauem gubernat: vel nauticus adiectiuum, quod ad naues pertinet: vt nauticus panis, qui biſcoctum, Gallicè *biſcuit* vocatur. Nautica pecunia, l. 1. §. penul. ff. nautę, caupo. ſtab.

Nauticus panis. Nautica pecunia.

Nauarchus. ¶ Nauarchus, dux claſsis dicitur, in l. vnic. ff. de bono. poſſeſsi. ex teſta. milit. l. cum monachorum.

nachorum. C. de nauicul. lib. 11. vulgus patronum nauis vocat.

Nauclerus. ¶ Nauclerus, qui nauem gubernat, & nautis imperat quæcunque ad faciendam nauigationem pertinent. etiam dicitur nauicularius, tit. de nauicul. & in tit. de prædi. nauicula. lib. vndecimo C. Iuriſconſult. in lege prima, quod cuiuſque vniuerſ. nomi. & lege, ſemper. §. negotiatores. ff. de iure immunita. & his qui annonæ vrbis ſeruiũt datur immunitas à muneribus publicis, propter pericula, ſed non liberis eorum, l. nauicularij. de mun. & honor. & poſſunt domini nauium meritorias naues habentes, quos nauium patronos vocamus, nauicularij ſeu naucleri dici: & hi qui nauibus præſunt, teſte Budæo in annota. in Pandect. in lege prima, nautæ, caupo. ſtabul. ff. & hi decuriones creari non poſſunt, l. ſeuerius. in fin. ff. de decuri. addit Budæ. Proretam eum eſſe qui in illa parte nauis quæ prora vocatur, præfectus eſt: quemadmodum gubernatorem, qui puppi. De quibus loquitur Iuriſconſultus in l. cotem ferro §. dominus. ff. de publica. Græcè dicitur πρωρεύς. Magiſtrum nauis vocat Vlpia. eum cui totius nauis cura mandata eſt, lege prima, §. magiſtrum. ff. de exercit. actio. magiſtri autem imponentur vel locandis nauibus vel mercibus vel vectoribus conducendis, armamentiſve emendis. magiſtrum etiam accipimus non ſolum quem exercitor præpoſuit, ſed & eum quem magiſter. ibidem. & exercitorem dicimus eum ad quem obuentiones & reditus nauis omnes perueniunt. §. exercitorem. ibidem.

Proreta.

Magiſter nauis.

Exercitor nauis.

Naufragium. Nauis naufragio expulſa ad littus ad quem pertineat. ¶ Naufragium, nauis fractio. vnde dicit Imperator, quod ſi quando naufragio nauis expulſa fuerit ad littus, ad dominos earum pertineat, & fiſcus meus non ſe interponat. quod enim ius fiſcus habet in aliena calamitate? lege prima, C. de nauf. lib. vndecimo, & d. authen. nauigia, & in titul. ff. de incend. ruin. naufra. licet hodie fiſcus capiat, & male ex vſurpatione bona naufragorum, id eſt eorum qui naui fracta bona in mari amiſerunt. vt teſtatur Benedict. in repetit. c. Raynutius. in verbo, & vxorem, nu. 932. de teſta. quamui miſerrima ſit naufragorum fortuna, vt docet tex. in l. 3. in fin. ff. de incend. & ideo conſuetudo iſta non valet, per d. authen. nauigia. & hoc naufragium inter fortuitos caſus connumeratur, lege, in rebus. in principio. ff. commoda. dixi ſupra in lege, latæ culpæ. & lege, proxima.

Naufragus. ¶ Naufragus, qui naui fracta periclitatur, vel bona amiſit, l. 3. §. item alio ſenatuſconſulto cauetur, eos quorum fraude aut conſilio naufragi ſuppreſsi per vim fuiſſent, &c. ff. de incend.

Nauium genera. ¶ Naues in multiplici ſunt differentia: quædam marinæ, aliæ fluuiales, l. 3. ff. de excuſa. muner. Et nauem accipere debemus, ſiue marinam, ſiue in aliquo ſtagno nauiget, ſiue ſchedia ſit, l. 1. §. nauem. ff. de exerci. actio. Maritima, quæ in mari ducitur, l. ſemper §. diuus Adrianus. ff. de iure immunita. Rurſus marinarum quædam ſunt longæ, l. 2. ff. de capt. aliæ verò ſunt naues onerariæ, d. l. 2. quæ ad honera vehenda paratæ ſunt. & quædam ſunt naues lignariæ, ad ligna deferenda: aliæ fœnariæ, ad fœnum aptæ deferendum: aliæ frumentariæ, vinariæ, l. vulgaris. §. ſed & ſi de naui. ff. de furt. aliæ carbonariç, & id genus: aliç piſcatoriæ naues ſunt, quę piſcium capiendorum cauſa paratę ſunt, quas nauicellas Iuriſc. vocat in l. item pictoris. §. 1. ff. de fundo inſtru. has nauium ſpecies videtis frequenter in portu huius ciuitatis.

Nauicellæ.

Actuariæ naues. ¶ Actuariç, d. l. 2. quę remis aguntur, & citò agi poſſunt. Plura Bayf. in tract. de re nauali: ad eum recurrite, & ad Carol. Stephan. qui in breuem ſummam redegit, & pleraque vocabula Latina in linguam Gallicam vertit.

Naualis. ¶ Naualis, quod ad naues pertinet. Iuriſcon. in l. ſi. §. hi quoque. ff. de mun. ait curatores prçfici ad extruenda vel reficienda ędificia publica, ſiue palatia, ſiue naualia.

Inutilis. ¶ *Inutiles*, id eſt ſine vtilitate. ita capitur hic, & in l. 1. §. qui prçſens. ff. de verbo. oblig. l. an inutilis. de acceptil.

Inutiliter. ¶ Inutiliter, idem. in l. ſicut. ff. de fideiuſſo.

¶ Interdum inutile, id eſt contra vtilitatem exponit glo. in l. 1. §. 1. in fin. ff. depoſ. ibi, eſt enim inutile in cauſis huiuſmodi fidem frangere.

Additamentum. ¶ Additamentum fructuum non recipiant, in l. deducta. §. fin. ff. ad Trebel. l. inter. §. cum inter. de pact. dotal. l. prędiis. §. qui domum. de leg. 3.

§. Inter proiectum & immiſſum hoc intereſſe Labeo ait, quod proiectum eſſet id quod ita proueheretur, vt nuſquam conquieſceret: qualia meniana & ſubgrundæ eſſent: immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret: veluti tigna, trabes, quæ immitterentur.

Proiectum & immiſſum quid differant. Proiicere. ¶ Iuriſcon. hic differentiam ſcribit inter proiectum & immiſſum. Proiectum enim dicitur quod vltra parietem extenditur, & in nullo alio loco requieſcit, vt meniana & ſubgrundę; immiſſum verò, quod in alio loco requieſcit. Proiicere enim eſt porro iacere. & ideo proiicitur tectum, id eſt extenditur, protrahitur. l. de pupillo. §. meminiſſe. ibi, immit-

tere vel proiicere.ff.de noui oper.nuntia.vbi volenti aliquid immittere,proiicere,seu ędificare in meo,licet opus nouum nuntiare.& Proiectum,vulgo *suppendues,galeries, balets.* Inde proiecta & proiecta idem sunt,& partes domus prominentes:qualia sunt meniana,& podia pensilia,vnde aspectus nobis est in vicos & plateas.Bud.in annot.in Pandect.in tit.ff.de his qui deiecer. vel effuder.

Proiectū quid.

Protectū quid. Protegere.

¶ Protecta autem à protegendo dicta sunt.Protegere enim tectum proiicere est,vt ibi, & procul tegere.hinc protecta vocantur tecta extra muros prominentia,vt stillicidium longe à parietibus cadat.quod in Montepessulano est perfamiliare in singulis domibus: & interdum vocatur protectio,vt in rub.ff.de damno infe.& subgrund. & protection. sed in libris correctis est protectis.sed protectio scribitur in lege 3. §. item videamus. & §. Labeo. ff. vti possid. & per hoc etiam elucidatur tex. in l. si plures. circa fin.ibi,sicuti tignum aut protectum immissum habere.ff.arbor.fur.cæsarum.& si protectum meum quod supra domum tuam nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere. Debuisti enim mecum ius mihi non esse protectum ita habere agere: nec æquum esse damnum me pati, resciśis à te meis tignis,l.quemadmodum.§.1.ff.ad leg.Aquil.

Meniana,quæ.

¶ Meniana proiecta sunt,à Menio quodam Romano ciue sic dicta, qui id genus ædificij inuenit:nempe cum domum in foro positam vendidisset,retinuit sibi vnam columnam ex qua proiecit tigna, vt ludos ibi conspiceret: vulgo *podioli* dicuntur,l.meniana. C. de ædifi. priua.non à mœnibus.vt Accurs. arbitratur,& de hoc Menio scribit Horatius in 1.epistola.

Menius vt rebus maternis atque paternis
Fortiter absumptis vrbanus cœpit haberi.

De hoc meniano est text. in l. 2. §. cum quidam. ff. ne quid in loco pub.fiat. ibi, cum quidam velum in meniano immissum haberet, quod vicini luminibus officiebat, vtile interdictum competit,ne quid in loco publico immittas,qua ex re luminibus Gaij Seij officias. & de his scribit Cepol.in tract.de seruitu.vrba.prædio.c.61.de menianis.

Subgrundia, orum.

Subgrunda, æ.

¶ Subgrundia, subgrundiorum, siue subgrunda subgrundæ, est illa tecti pars quæ vltra parietem extenditur: quod fit vt stillicidia à parietibus arceantur.rubr. ff.de damno infe. & de subgrund.l.si verò.§.prætor.de his qui deiece.& alibi sæpius de his subgrundiis.

Immissum.

¶ *Immissum.* Immissum est quod in alio loco requiescit,quasi in alium locum missum, vt tigna & trabes, quæ non possunt teneri, nisi vtroque capite sustineantur. Vnde seruitus tigni immittendi deducitur,de qua in §.æque.de actio, Insti.& ius cloacæ immittendæ seruitus est,in l.ius.ff.de seruitut.

Immittere.

¶ Immittere est etiam in alio facere,vt docet Iurisconsult.in l.quemadmodum.§.1. ff. ad leg.Aquil.vt placet Bar.Alex.& aliis in l. 1. §. nuntiatio.ff.de noui oper.nuntiatio. de bella Perti.q.3.& q.403.Barba.consi.28.col.5.in 4.vol. & Deci.consi.221.nu.5.Sed in d.l.quemadmodum. non puto sic immittere accipi,vt in hoc tex.sed pro contra mittere,vt probat tex. in §. si nauis. ibi, parui refert nauem immittendo, aut verriculum ad nauem ducendo,aut tua manu damnum dederis. Vbi verriculum pro reti piscatorio accipitur.

Verriculum.

Immittere se in proximam tabernam.

¶ Immittere se in proximam tabernam, id est intromittere,ingredi,l.2. ff. si quadru. pauper.fecis.dica. ibi, si quis aliquem cuitans magistratum forte,in tabernam proximam se immisisset,l.Sylua.§.integra autem terra est in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit. supra eodem.

¶ Inde potest quis nuntiare nouum opus, si quis aliquid in suum immittat solum,l. de pupillo.§.sed si in ædes nostras quis immittat,æquum est nos noui operis nuntiatione ius nostrum nobis conseruare.ff.de no.oper.nunt. Et idem in §.seq.& §.meminisse. ibidem sic scribitur: Meminisse autem oportebit quoties quis in nostro ædificare, vel in nostrum immittere,vel prōiicere vult:melius esse per prætorem, vel per manum, id est lapilli iactum prohibere, quam per operis noui nuntiationem.

Immittere in locum suum.

Immittere aquam in fundum vicini.

Immittere in locum sacrum.

¶ Item si ex fonte aquam quis in fundum vicini immittat,non teneri eum aquæ pluuiæ arcendę scribit Vlpia. in l. 3. ff. de aqua plu. arcen. Nisi aquam corrumpat, vel spurcam immittat.nam tunc posse impediri plerisque placuit,vt ibi scribitur.& prætor ait,in loco sacro facere,in eumve immittere quid veto,in l. 1. ne quid in loco sacro,& prætor ait, ne quid in loco publico facias,in eúmve immittas,in l.2.ff.ne qui in loco pub.& quis non potest immittere in fundum alienum vel viam publicam pontem, sine illius consensu, vel Regis,l. supra iter.ff.de aqua plu.arcen.Cepol.in tract.seruit.rub.de ponte in 1.parte,& c.70.Nec potest per illum text. quis facere pontem super flumen, & immittere in alienum territorium, sine voluntate eius qui iurisdictionem in illo habet territorio; quamuis Francis. Marc. dubiter in decis.Delphi.q.119.in 1.parte.

Immittere fumum.

¶ Item fumum inferior in superiora ædificia immittere non potest,sicut superior aquam in inferiora ędificia iure non immittit; quia in suo hactenus facere licet, quatenus in alienum nil immittat,l.sicuti.§.Aristo,ff.si serui.vindi.imò si inferiorum dominus ædium superioris vicini fumigandi causa fumū faceret: aut si superior vicinus in inferiores ædes quid aut

aut proiecerit aut effuderit,iniuriarum agi posse,si iniurię faciendę causa immittitur,vt scribit Iurisconsul.in l.penul.ff.de iniur.

Immittere in villā alicuius.

¶ Item nobilis qui ob vindictam vel alias immittit armigeros in villam, si damnum datum per immissos fuerit,officio iudicis puniendus erit,l.2.ff.de vari.cognitio.vbi Bar. pulchre loquitur quando exercitus transit per vnum locum, vt alij auxilium illi prestare debeant. Quod sequitur Benedi.in repetit. cap. Raynutius.in verbo testamentum. primo,nu. 35. de testām. Et de hoc fuerunt factę ordinationes super armigeris hoc anno 1545. die 4. Ianuarij,quę optime prouidēt super his,faxit deus vt obseruentur. Et si indicantur pecunię pro expensis soluendis horum armigerorum de consensu ciuium,& vnus appellet ad parlamentum, hoc casu recipiendam appellationem, cohibuit curia Parisiensi secus si de alijs generalibus agatur anno 1533. die 7. Augusti pronunciatum.

Arestum.

Arestum.

Intermittere.

¶ Intermittere, in l. palam §. non solum, ff. de ritu nupti. & dixi de verbo mittere,& remittere,in l. munus.1. supra eodem.

¶ Requiesceret in aliquo loco,id est acquiesceret.conquiesceret: *se reposuerit.*

Acquiescere sententiæ quamodo dicatur appellans.

¶ Acquiescit appellans sententię,quando appellationi renuntiat prosequendę: quod fit duobus modis,expresse & tacite,l.etiam.§.1.ff. de minorib.& ibi per.ff.de re iudi. l.3.§.1. & l. à sententia.cum l.sequen.de appella.ff.l.vna.nil noua. Alex.consil.130.in causa.vol.2. Feli.in c. Cum inter.col.1.de re iudi. Decius in c. per totam. nota.vide appel. scripta.vbi de in tract. de liter. impetra. ad renuntiandum prouoca.& in tract.de appellatt.15.in 3.tomo commentar. in constitu.Regi.Gallio. De renuntiatione beneficiorum tradidit in 3. parte prax.benefic.

§. Plumbum autem quod pro tegulis poneretur, ędificij esse ait Labeo: sed id quod in ripa hypæthrij tegendi causa poneretur, contra esse.

Expositio textus.

¶ Hic §. obscurus est, ac duobus legitur modis à doctoribus: ego alio modo, de quo inferius. Et primò secundum communem intellectum docet plumbum ad cooperiendam domum loco tegularum ędificij esse: si verò hypæthrij tegendi causa ponatur,diuersum esse. & ideo hoc plumbum quo loco tegularum vsmur domo vendita venit: illud verò quod esset in ripa tegendi causa non venit. & dicitur esse in ripa, non in ripa fluminis, vt quidam intelligebant.est enim ripa id quod flumen continet,naturalem cursus sui rigorem tenens, l.1.§.ripa. ff. de flumini.sed hoc plumbum erat parieti inhærens,erectumque ita subsistebat, ne humi iaceret penitus.& ita dicitur esse in ripa. Vnde tametsi tabulę plumbeę quę in tecto sitę erant ędificij pars forent,illę tamen quę sepositę muro adhęserant, vt paulò post apponerentur,ędificij partem non esse, licet ad eum vsum destinatę, vt pro tegulis tecto inseruirent. Vnde legato vel vendito ędificio, istud plumbum erectum & destinatum ad cooperiendum domum non veniet in venditione domus, vel legato. hęc Alex. in libro genial. primo,cap.25.in fin.& tunc non est in tex.hy-pæthrij, sed id quod in ripa tegendi causa poneretur,contra esse.

Alciati & Budæi opiniones improbatæ.

¶ Secundò Budæ. & Alciatus hic legunt in tex. *hypæthrij tegendi causa ponerētur.* & omittunt verbum ripa, dicentes sic legendum & intelligendum textum. Nempe apud veteres mos fuit media spatia quæ inter porticus sunt adornare, ambulationesque eas pulcherrimis pauimentis sternere:& hypęthria,quod sub aperto ære sint,appellare. Igitur hyemali tempore ne propter gelu vel niues ea pauimenta corrumperentur, plumbo forte vel alia materia tegebantur, quæ æstate demum tollebatur. Meritò id non esse ędificij constat, cum ad structuram non pertineat, & perpetui vsus causa non apponeretur. itaque æstate in hypęthriis solis ardores expansis velis defendebant. Et ea vela Cassius in lege, quęsitum. §. de velis.ff. de fundo instru. supellectili adscribit. Sic tamen hunc textum in vtroque intellectu accipiunt vt aliquid ex eo demātur: nec tamen melior intellectus resultat, quinimo contra iura,vt inferius patebit.quamobrem alius quærendus est, in quo omnia text. verba adsint, soluanturque contraria.

Hypæthra & Hypæthrium.

¶ Itaque aduertendum est, quod ὑπαίθρια sunt deambulationes subdiales, & ὑπαίθριον est spatium, siue locus sub dio expositus, ab ὑπὸ & αἰθὴρ, quasi sub æthere. inde ὑπαιθριάζω, sub dio moror, vel serenum reddo.nam sub dio esse, est sub libero cœlo esse, vt asserit Iurisconsul. in l. pen. §. constituant. ff. de via pub. ibi, quæ sub dio sunt cœlo libero. Igitur sensus huius tex. erit, quòd plumbum quod ponitur pro tegulis, id est loco tegularum, ædificij est, si impositum tecto sit, vel ex tempore quo imponitur. illud verò quod non est tecto impositum, nec imponitur, non est ædificij, quamuis in ripa hypæthrij esset causa tegendi domum, siue hypęthrium domus; Pro hoc facit l. granaria. in fi. ff. de actio. emp. ibi, tegulę quę nondum ędificiis impositę sunt, quamuis tegendi gratia allatę sint, in rutis & cętis habentur. & sic potest intelligi hic tex. Vnde domo vendita id plumbū debetur quo iam domus cooperta est, vel quando cooperitur, quia ędificij est, & totum ędificium est venditum, & sic illud plumbum. Sed si plumbum positum fuerit in ripa hypæthrij causa tegendi domum vel hypęthrium, nondum tamen erat impositum, nec imponebatur, non esse ędificij Labeo

ait: quia quod est in ripa hypæthrij, non cohæret nec affixum est ædificio: ideo ędificij non est, licet sit ad ędificium destinatum.

¶ Et quamuis ripa dicatur extremitas terrę aquę vicina: tamen potest etiam aliquando extremitas loci ripa vocari, vt hic. proinde sicut domus via circundata insula vocatur, vt superius dixi: ita & ripa extremitas domus vel loci. nam in ripa hypęthrij plumbū ponebatur, ne deambulationes in hypęthrio impedirentur, & hypæthria inutilia essent. & ideo dicit in ripa: quia sicut in extremitate porticus solemus ligna vel alia locare: ita & in hypæthriis hoc plumbum locabatur, vt ibi custodirentur, donec domus vel hypæthrium cooperiretur.

¶ Nec placet sententia Alciati, videlicet quod hypæthria tegebantur hyeme, & æstate discooperiebantur. nam & fac esse: tamen illud plumbum sic factum ad cooperiendum hypęthria singulis annis veniret ædificij nomine, habita scilicet ratione hyemis, licet æstate tolleretur, & ædium esset. §. fin. infra eodem, vbi sic dicitur, Structuram loci alicuius ex tabulis factam quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetuo vsui parata essent: neque ad rem pertinet quod interim tollerentur.

¶ Ecce igitur quod plumbum ad hypæthrium tegendum in hyeme ędium esset, quia perpetui vsus gratia positum esset: quod tamen negabat intellectus Alciati ad istum textum. & licet §. fin. infra eodem exprimat solum structuram, tamen idem vult in plumbo. & aliis per rationem, quia perpetuo vsui parata sunt. & si velles dicere plumbum pluris esse quam tabulas: dico tabulas eburneas vel cupreasi, pluris esse: & tamen etiam venirent, si ad vsum perpetuum domus parata essent. & hoc probat d. l. granaria. in fi. ff. de actio. empt. ibi, aliud iuris est in his quæ detractæ sunt, vt reponerentur: ædibus enim accedunt. Quamobrem abiecto intellectu Alcia. & Budęi, hęrendum putarem huic postremo. Quemadmodum videmus decisum in putealibus, id est coopertoriis putei, vt ędificij sint: & idem de cooperiorio hypæthrij à fortiori dicendum erit, l. Iulia. §. fin. ff. de acti. empt. & lege, fundi. §. item. vbi sic dicitur: item quod insulæ causa paratum est, si nondum perfectum est, quamuis positum in ædificio sit, non tamen videtur ædium esse. ergo si perfectum esset plumbum etiam ad hypęthrium tegendum, & tectum semel fuerit hypęthrium, ædium esset, & sic veniret domo vendita, vel legata. & hoc etiam probat ibidem §. Labeo, dicens ea quæ perpetui vsus causa in ædificiis sunt, ędificij esse: quę verò ad præsens, non esse ędificij.

¶ Ex his ergo patet hunc tex. sic intelligendum, vt plumbum quod nunc ponitur pro regulis, vel iam est impositum, ędium sit, id est pars ędificij: & venit vendita vel donata domo. idem in plumbo quo iam coopertum sit hypęthrium, vt singulis annis in hyeme reponeretur. si tamen illud plumbum est in ripa hypęthrij, & non est appositum ædificio, vel hypęthrio, non est ędificij: & sic non veniet domus nomine, nec per donationem domus erit illud plumbum donatum, quod non fuit appositum, nec affixum ędificio, nec perfectum.

¶ Idem dico siue illud plumbum esset appositum in alia parte domus causa tegendi domum, vel hypæthrium, vt non sit ædium, antequam apponatur, & ædificio cohęreat. & ob id dixit in hypæthrio fuisse positum causa frequentioris vsus. Quia frequentius contingit ea quæ afferuntur ad construendam domū locari in porticibus & hypęthriis, quàm in alio loco: quia hypæthria solent esse vacua: aliæ autem partes domus plerunque occupatæ. Ceterum habebit locum text. vbicunque fuerit appositum plumbum, per authent. cassa. C. de sacrosanct. eccle. glossa in clemen. 1. de rescrip. & idem si fuerint lapides, postes, fustes, vel lateres, vt ædificij sint, si appositi sint ædificio: alioqui non, per istum text. & iura superius adducta. quod est vtile, vt dictum fuit.

Plumbum. ¶ Plumbum est genus metalli notissimum, de quo scribit Plinius lib. 34. c. 16. cuius duo sunt genera, vt ibi per eum.

Tegulæ. ¶ *Tegulis.* Tegulæ sunt quibus domus teguntur, à tegendo dictæ, Gallice vocamus *tuiles*. Vnde Iurisc. ait: si ex ædibus promissoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri si ędificij vitio id acciderit, non si violentia ventorum, &c. lege, fluminum. §. Seruius. & lege, damni infecti. 3. ff. de damno infe. de tegulis loquitur lex, rerum mixtura. §. Labeo. de vsucap. & l. si alius. in fi. & l. nam si ramos. quod vi aut clam. & l. 5. ibidem, l. 1. de tigno iuncto, l. seruitutes. §. si ante. de seruitu. vrba. prædio. & videte quæ dixi in l. tugurium. & in l. proxima, in verbo tectorio, supra eod. & has tegulas primus inuenit Cinyra Agriopæ filius, vt est nobis testis Plin. lib. 7. c. 56.

Pro tegulis. ¶ Pro tegulis, id est loco tegularum. & de hac dictione multa scripsi in interpre. l. vnic. C. de senten. quæ pro eo quod interest, in glo. 2. & supra.

§. Viduam non solum eam quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est

est quasi væcors, væsanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse dictam sine duitate.

¶ Iurisc. hic tria dicit: primò viduam dici eam quæ quandoque virum habuit, & nunc non habet: & eam quæ nunquam virum habuit. Secundò probat quod vidua dicta sit quasi væcors & væsanus. Nempe væcors dicitur qui sine corde est: væsanus qui sine sanitate est, quamuis eam nunquam habuerit. Tertiò etiam viduam dici quasi sine duitate, quod non sit dualis.

Vidua quæ dicatur. ¶ Ex prędmissis constat viduam appellari nedum illam cuius maritus mortuus est. 34. disti. c. vidua. sed etiam viduam dici quę nunquam virum habuit. & dicta est quasi væ dua, quod sine duitate sit. Duitas ergo dicitur quando sunt mas & fœmina, vt in matrimonio est, teste Angel. Politia. in annotat. in Pandect. c. 52. quod in hoc tex. probatur.

Viduæ nomen vnde deducatur. ¶ Vidua etiam dicitur secundum quosdam quasi valde idua, id est valde diuisa: vel vidua, id est à viro diuisa. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est: inde idus, diuisio, vt scripsi in l. cum bissextus. supra eodem. ista est senten. Hugo. posita in glo. d. cap. vidua. 34. dist. & Macrob. quem refert Carellia. Contra in 2. parte memorialium in verbo diuitias.

Iduare. ¶ Inde dualitatem philosophi nostri dixerunt, & Græci *δυάδα* vocant, & dualem numerum habent, cum de duobus tantum loqui volunt: pluralem autem cum de pluribus in omnibus fere nominibus. sed Hebręi nisi in rebus quę natura geminę sunt, vt sunt oculi, manus, brachia, pedes, nates, & alia pauca, habent dualem: sed singulari & plurali contenti sunt instar Latinorum.

Dualitas. *Dualis numerus apud quos in vsu.*

Feriæ vitandæ in nuptiis copulandis. ¶ Vnde veteres nuptiis copulandis calendas, nonas, & idus religiosas, id est deuitandas censuerunt. hi enim dies præter nonas feriati sunt. feriis autem cuiquam vim fieri piaculare erat. ideo tunc vitantur nuptię, in quibus fieri vis virginibus videtur. sed Verrium Flaccum iuris Pontificij peritissimum dicere solitum refert Varro: quia feriis tergere fossas liceret, nouas facere ius non esset. Ideo magis viduis quam virginibus idoneas esse ferias ad nubendum tradit Macrobius in lib. saturnal. 1. c. 15. & alia pulchra ibi scribit.

Alciati opinio improbata. ¶ Alciatus prefatam Labeonis sententiam vix scit quantum approbet, dicens eam esse elegantiorem & subtiliorem quam veriorem: quasi Iurisc. dicta dependerent ab eius approbatione, nec sufficeret Iustiniani Imperatoris approbatio in tit. C. de vete. iure enucle. ait enim: quomodo viduam à vę & duitate dictam credamus, cum hęc dictio in prima syllaba corripiatur, quæ, si Labeonis sententia vera esset, produci deberet? Væcors enim væsanusque producuntur.

¶ At contra ipsum retorquere possum, quod alias idem ipse Alci. præferēs auctoritatem Iurisc. dicit c. 4. lib. 9. parergon, his verbis: id argumentum haud tam efficax est, vt grauissimorum Iurisc. auctoritas magis me non moueat. sic quoque illa ipsa grauissimi Iurisc. Labeonis me magis mouet quam Alci. argu. quod equidem grammaticorum triuialis scho la solueret.

¶ Nempe quod væcors væsanusque à væ composita producant primam. esto sane: nempe multa vocabula simplicia breuiantur: exempli gratia, iugum adducamus. Virgil. in Georg.

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

& tamen in compositione prima producitur, vt iugerum. Iuuenalis:

Iugeribus paucis lumbos donare clientis. & Tibullus:

Vt multo innumeram iugere pascat ouem.

Maxime hoc procedit, quando vocalis in aliam vocalem mutatur, vt hic. Dicimus enim viduam, & nō vęduam. tunc enim propter diphthongū produceretur vędua: sed diphthongus mutatur in i, breue, & dicimus viduam. hoc etiam probari potest. nam prima syllaba dictionis huius homo corripitur. Horatius saty. septima: *aut insanit homo*, &c. tamen humanus producitur, licet ab homo dictione deducatur. secundum quosdam etiam prima in verbo areo longa est. Virgil. in Aeneid.

Ac velut immissi diuisis partibus ignes
Arentem in siluam. & tamen prima in dictione arista breuis est, quamuis ab areo deducatur: Virgil. primo lib. georgicōn:

Ne grandis procumbat culmus aristis. & in prima ecloga:

Post aliquot mea Regna videns mirabor aristas.

Prima in luceo producitur. Ouid. de meridie ait:

Qualia sublucent fugiente crepuscula Phœbo,
Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies.

Sed prima in voce lucerna corripitur, licet à luceo deducatur. Iuuenal.

Dispositæ pinguem nebulam vomuere lucernæ.

Alia innumera adduci possent: sed hæc ratus sufficere, alia nunc omittam. Sic argumenta?

tus est Alcia.in l.inter illa. §. pueri.& l. præuaricatores.supra eodem.Nec mirum igitur est, quamuis hoc nomen vidua à vę deducatur,vel iduare,si in quantitate mutet naturam simplicis.quę latius grammaticis discutienda relinquo.

¶ Minus obstat quod Iurisconsultus hic similitudinem faciat de vidua ad dictiones vęcors & vęsanus.Ergo eodem modo produci debet vidua,sicut vęcors & vęsanus. Respondeo hic Iurisconsultum facere similitudinem,vt sicut vęcors à vę & corde deducitur ; ita & vidua à vę & duitate.& sufficiat simile esse quoad quid,licet non quoad omnia.l.1.ff.de arbit.glo.in cap. non potest.de prębend.in 6.Panor.& Decius in c.cum venerabilis.in glo.1.de except.nec Iurisconsultus respexit ad quantitatem syllabarum,de qua disputent grammatici:ideo quoque hęc Alciati sententia subtilior est quam vtilior.

Alia Alciati opinio impugnata.

¶ Item rursus Alci.ait:quomodo item ab etymologia vocabuli affirmatiuè argumentabimur,vt quia sine duitate puella sit vidua dicatur,cum huiusmodi argumentum non consistere frequentius receptum sit?Respondeo,ab etymologia argumentabimur negatiuè, vt non sit de meo tuum,ergo non est mutuum:non est testatio mentis,ergo non est testamentum:non est cum duitate,ergo non est vidua:vel est sine duitate,ergo est vidua. quippe illa dictio sine negationis vim habet.tex.in l.1.iuncta gl. C. de consor. eiusd. lit. l.non est sine liberis,l.plebs.sup.eo.l.1.in prin.ff.de publica.l.libertate.de statulib.l.puberes.de verb.oblig. l.in concubinatu. de concub. pulchre tex.in c.1.vt lite non contest.l.pen.ibi, sine permissu principis.ff.de decurio.l.in fideicõmissariis. de fideic.liber. Itaq; licet affirmatiuè concepta videatur,tamen argumentatio negationẽ & priuationem sapit,vt est tex.pulcher in l. inter stipulantem. in prin. ff. de verbo.obliga. vbi Iaſ.in 3. nota. inquit,Oratio dicitur negatiua quæ sensum habet negatiuum,vel priuatiuum, per quæcunque verba concipiatur, & plura pro hoc adducit. Cum igitur dicimus,est sine duitate, ergo est vidua,& negatiuè arguimus,sicut si dicatur,est sine meo,ergo non sit tuum:est sine testatione mentis,ergo non est testamentum:ac si negatiuis argueremus verbis. Et hoc est omnibus patens, vt scripsi in l. ager.supra eodem.

Negatiua oratio dicitur quæ etsi per se non neget, sensum tamen habet negatiuum.

Argumentum affirmatiuè arguens, valet etiam ab etymologia.

¶ Item etsi affirmatiuè argueremus, tamen etiam argumentum valet ab etymologia, quando auctoritas vel definitio non repugnat,vt Bar.& alij scribunt in d.l.2. §.appellata.sicut in hoc casu dicere possumus.Feli.in proœmio decreta. Grego.orig.Est potius quędam allusio quam etymologia.prima tamen videtur melior.

Conciliatio §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. cum hac lege.

¶ Adhæc non parum mouet Alci.leg.Iuliæ exemplum,quæ viduam,à virgine separat,§. item lex Iulia de adult. in Insti. de publi. iudi. vbi stuprum committi dicit,huc quis virginem sine vi, vel viduam honestè viuentem stupruuerit. respondeo, Imperator hoc fecit causa facilioris doctrinæ,vt demonstraret quibus casibus stuprum committatur : & tam in virgine quam in vidua expressit:quia licet virgo dici possit vidua,tamen non omnis vidua virgo est. at illa quæ nupsit,virgo dici non potest. ob id necesse fuit ad declarandum quomodo stuprum committatur,exprimere tam in virgine quam in vidua committi,videlicet quæ aliquando nupta fuit, & nunc virum non habet. & ibi separat nomine, sed non iuris decisione : quia in vtraque punitur stuprum. Et licet dictio quis & aliæ contineant fœminam, tamen interdum vtrunque exprimitur, vt abunde probaui in l.1. supra eodem.

¶ Et sic vidua dicitur tam quæ non habuit virum,quã quę habuit,& nunc non habet.& hoc ex vocabuli proprietate:quia Iurisc.si impropriè hic locutus fuisset,hoc dixisset:ideo propriè hoc dicemus. quamuis ex lata significatione sustineri Iurisconsultus hic dicat Alcia. & quidam docto. in c. ex tenore. de foro compe. sed repugnat huic textui dicenti appellari, quod proprietatem notat,l.heres.ff.de vsucap.l.quæsitum,de re iudi.l. præuaricatores.& in l.collegarum.supra eod.

Viduæ appellatione quid veniat.

¶ Regula igitur est quod viduę appellatione venit mulier quæ non habet virum, siue nunquam habuerit,siue habuerit,vt hic.

Viduæ appellatione quando virgines non contineantur.

¶ Primò limitatur ex communi vsu loquendi:nempe communis vsus loquendi viduam dicit illam cuius maritus mortuus est,c.vidua.34.dist.c.significantibus.de offi. dele. c.ex tenore.& cap.ex parte.de foro compe.vbi expresse hoc tradit Panor.sequitur Felin.in proœmio decret. col. 2. dicens quod etiam in correctoriis & exorbitantibus verba debent capi secundum communem vsum loquendi. allegatur Matheſsilla.no. 96. & Bar. in l. 1. in prin. ff. de suis & legi. asserens quod licet de proprietate vocabuli appellatione bestiarum veniant feræ,vt leones,& vrsi , l. 1. §. bestias.ff.de postul. tamen communis vsus loquendi, per quem animalia etiam domestica dicuntur bestiæ,prævaler.& sic possumus dicere quod quanquam secundum proprietatem vocabuli viduæ appellatione veniat mulier omnis generaliter quæ non habet virum : tamen vsus obtinuit vt illa tantum viduæ appellatione contineatur cuius maritus mortuus est, c. quanquam.2.q.7.

¶ Ex quo infertur quod priuilegia quę competunt viduis,de quibus in titul.C.quando Impe.inter pupil. & vidu.non competunt virginibus quæ nunquam habuerunt maritum: quę numero quindecim priuilegia scripsi in tract.de senten.prouisio.arti.vltimo in 1.tomo

comment

commenta.in consti.Regi.Gallic. vbi inter miserabiles personas continentur. & inde dicitur viduitas, quæ in virginibus imperari non debet. Inde non valet conditio, si talis non nubat:nam in virgine debebitur legatum etiam si nubat:secus in vidua,l.2.& authen.ibi posita.C.de indict. vidui. tollen. facit l.heres meus.in fi.& l.hoc modo. ff. de conditio.& demonstra. Fœlix quidem est & beatum vtrique contrahenti primum matrimonium, in §. sola. in authent. de nupti. colla. 4. Benedict. in repeti. cap. Raynutius. in verbo cuidam Petro. de testa.

Priuilegiis viduarũ quæ præter eas gaudeant.

¶ Item licet ex communi vsu loquendi illa quæ inutilem habet maritum,forte deportatum vel alio modo inutilem,non vocetur vidua: tamen gaudere priuilegiis viduarum debet,per glo.in l.si plagij. C. ad leg. Fab. de plagi. & quæ ibi addidi. ideo in arbitrio iudicis versabitur,quando hęc debeat gaudere priuilegiis aliarum viduarum,& quibus.& si iudex videat in illa eandem esse rationem,priuilegia eidem competere declarabit.

Viduo,as,are.

¶ Ab hac dictione vidua tractum est verbum viduo, quod significat priuare, Virgil. 5. Aeneid.

-tam multis viduasset ciuibus vrbem.

Viduus,a,um

Et viduus pecudibus ager,id est priuatus.& in l.si qui orthodoxæ.in fin.C.de hæret.ibi, & omni cultu vacare, & omnibus sacris & solitis viduari mysteriis, omni splendore priuari,&c.

Vidua mortuo marito quid retineat.

¶ Præterea vidua mortuo marito retinet dignitatem quæsitam radiis mariti, l. fœminæ. ff.de senat.& illius priuilegia,l.quoties.C.de priuil.schol.lib.12.vbi Rebuff.& domicilium, in l.fin.§.1.ff.ad municip.& viri sepulturam,c.is qui.de sepult. in 6.nisi impudicè viueret, l. his solis.C.de reuocan.donati. §.fin. in authen.de resti.& ea quæ parit in vndecimo mense, colla.4.authen.eisdem.C.de secun.nupt.Tres limita.tradit Feli.in d.c.ex parte.quas habuit à Corset.in tract.de potesta. Reg.q.29.sed parum frequentantur, ob id eas missas facio. Vidua non potest tamen deferre arma sui mariti, qui maiestatis crimine vel hęresis est condemnatus:vt vidi in quadam comitissa,cuius maritus fugerat ad Turcam.

Viduam quis desponsat, ad eius debita tenetur.

¶ Adhæc qui desponsat viduam, ad debita ipsius persoluenda de consuetudine huius patriæ tenetur.nam vulgò dicitur,*qui espouse la femme,espouse les debtes*,arg.illius qui aliquem adoptauit,vt ad onera adoptati teneatur,l.Lucius.§.idem respon.ff.ad municip.& ideo Imperator ait,viduas in coniuges non esse eligendas,in rub.de non eligẽdo secun.nub.colla. 1.multa de his viduis scribit Bened.in repeti. c. Raynutius.in verbo qui cum alia. addi.no. de testa.ad eum nunc vos reicio.

§. Structuram loci alicuius ex tabulis factam,quæ æstate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium esse ait Labeo: quoniam perpetui vsus causa paratæ essent:neque ad rem pertinere,quod interim tollerentur.

¶ Tria dicit:primò quod structura de tabulis facta,quæ æstate tollitur,& in hyeme reponitur, est ædium.in secunda parte ibi, quoniam perpetui,assignat rationem, quia illa sunt parata ad perpetuum domus vsum.tertia tollit obiectionẽ,eo quod amouerentur, non videbantur esse ædium : quia non ad rem pertinet. Nihil enim facit,licet tollantur interim, quia ob hoc non desinunt esse ædium, postquam erant ad perpetuum illarum vsum paratæ.vnde si quis vendiderit domum,vel donauerit, ista, postquam sunt ædium , emptori & donatario debebuntur. Et quamuis hæc lex loquatur de structura ex tabulis facta , idem tamen putarem si ex plumbo vel ex alia materia, vt superius scripsi de hypæthrio in §. plumbum.proximo.

Struere. Structura.

¶ Struere ordinare est.Structura,ædificium & compositio, seu ordinatio alicuius rei, vt hic. scripsi in l.in rutis.supra eodem.

¶ Ex quo infert hic Alcia.quod telaria,vel vitraria(quibus in fenestris vtimur,& Gallicè vocantur *chassis*, licet nos soliti simus papyro, aut vitro conficere:& vocare poterimus fenestras papyraceas, aut vitreas) debebuntur vendita domo,licet in hyeme eis tantum vtamur, & in æstate soleant amoueri, per istum tex. & in l.fundi.in fin. ff.de actio.emp.vbi ea quoque quæ ex ædificio detracta sunt vt reponantur,ædificij sunt:at quæ solum parata sunt vt imponantur, ædificij non sunt,nisi in perpetuum vsum parata sint.idem in aliis rutis & cæsis,vt in l.in rutis.supra eodem.

¶ Idem putarem si in æstate apponantur, & in hyeme amoueantur : vt vidi interdum in æstate telaria, seu vela ad cooperiendũ porticus apponi , ne caloris intemperies noceat domum habitantibus : & ante fenestras vidi etiam tabulas apponi, vt sol repellatur:ea omnia postquam perpetui vsus causa facta sunt,ædium sunt. ideo vendita domo debentur, etiam quæ alteri ædificio non facilè conuenirent , nec vsui magno esse possent , vt scripsi in l. in rutis.supra eod.idem docet Alcia. in specularibus.

Ex tabulis nauis in totũ destructæ, alia si

¶ Intellige quod si nauis in totum destruatur , & ex tabulis alia conficiatur, alia erit nauis.

conficiatur, an eadē sit nauis.

uis. idem in domo dicemus, quando vsq; ad aream depositæ est, & funditus destructa, tunc noua erit domus, si refecta sit: secus si pars remaneret, tex. in l. inter. §. sacram. in fin. ff. de verbo. obliga. quicquid dicant ibi doct. & in l. granaria. de actio. emp. lege, domum. de contra. empti.

Tollere, id est amouere.

¶ *Tollerentur*, id est amouerentur, auferrentur. sic capitur in l. derogatur. & l. hæc verba, ille aut ille. supra eod. l. 3. §. item. de aliena. iudic. ibi, tuis impensis id opus tollere deberes. l. quamuis. de arbit. ibi, non enim differendarum litium causa, sed tollendarum ad arbitros itur. Tollere impensas, l. vtiles. in fin. ff. de petiti. heredi. Est enim vsusfructus in corpore, quo sublato & ipsum tolli necesse est, l. 2. ff. de vsufru. Viridia tollat, l. quoties. 1. de seruitu. Sterquilinium tollere, l. si quando. in fin. ff. si serui. vindi. Aquam tollere per rotam ex flumine, l. 2. commun. prædio.

Tollere impensas.
Tollere vsumf.
Tollere viridia.
Tollere sterquilinium.
Tollere aquā.

Tollere, pro diruere.

¶ Interdum pro diruere, demolire, destruere, detrahere, vt in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. ibi, nam si potest tota res tolli, cur non & reformari? l. si arborem. §. per contrarium. ibi, interdum dici potest eum quoque qui tollit ædificium vel deprimit luminibus officere. de seruitu. vrba. prædio. Tollere ædificium, l. sinautem. §. penul. & l. Iulia. 2. de rei vindica. Vsu tolluntur, id est consumuntur, l. 1. iuncta rubr. ff. de vsufr. earum rer. quæ vsu consumuntur.

Tollere interdum pro diruere.
Tollere ædificium.
Tollere pro consumere.

Tollere pro eleuare.

¶ Tollere interdum pro eleuare. Inde seruitus altius tollendi, l. 1. & l. si domus. ff. de seruitu. vrba. prædi. & in §. sed istę. de actio. in Insti. l. in tradendis. commun. prædi.

Vsus quot modis capiatur.

¶ *Perpetuo vsu.* Perpetuum quot modis accipiatur glo. docet in l. 1. ff. pro soci. vbi etiam addidi.

SCAEVOLA LIB. XVIII. DIGESTORVM.

LEX CCXLIII.

Scæuola respondit: semper receptum est, vt libertorum appellatione etiam hi contineri intelligantur, qui eodem testamento vel posteriore loco manumitterentur: nisi manifeste is à quo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti.

¶ Primò ponitur dictum: secundò limitatio. Secunda ibi, nisi manifeste. Et hoc vult dicere hic tex. videlicet quod libertorum appellatione continentur non solum illi qui erant in eodem testamento liberti, sed etiam si postea facti fuerint. vnde si pater assignauerit vni ex filiis suos libertos in prima parte testamenti, & postea duos vel tres libertos fecit, illos etiam filio assignasse videtur, siue eis dederit libertatem in eodem testamento, siue in codicillis, per istum tex. vtentem verbo, semper receptum vel acceptum est. & verbo posteriore loco, non dicit testamento: quæ omnia possunt referri etiam ad codicillos. Et ita sentit Alcia. hic. & de hac assignatione est titulus ff. de assignan. liber. de quo plene scripsi in l. assignare. supra eod.

¶ Limitatur si de contraria testatoris mente appareat, per istum tex. ibi, *nisi manifeste*, &c. ergo si testator assignauerit libertos primogenito, & postea manumiserit duos quos voluit esse de familia secundo geniti: tunc hi duo in prima assignatione non comprehendentur: quia manifeste apparet de mente disponentis. quam mentem debet probare is qui allegat, vt patet in fi. huius tex. ibi, contra defuncti voluntatem doceret: cùm verbis adhærendum sit, l. non aliter. ff. de lega. 3. nisi appareat de contraria mente, de qua docui in l. nominis. 1. §. 1. supra eod. facit lex, liberorum. supra eodem.

Mens testatoris quomodo probetur.

¶ Ita autem mens probari poterit ex altera dispositione, vel ex præcedentibus & sequentibus, & aliis coniecturis descriptis in l. si seruus plurium. §. fin. in glo. ff. de lega. 1.

Absoluitur reus actore nō manifeste probante.

¶ Item ponderanda est dictio manifeste, vt is qui probat voluntatem defuncti manifestè illam probare debeat, non semiplene: alias succumbet, & absoluetur reus, actore non probante, l. qui accusare. C. de eden.

Manumissio & emancipatio quid differant.

¶ Nec refragatur, quod probari possit per coniecturas. respondeo, id etiam manifeste apparere quando ex coniecturis manifestis probatur, l. dolum. iuncta C. de dolo. l. licet. ibi, euidens voluntas. vbi Iaf. de leg. 1. superius dixi de manifesto dolo in l. latæ culpæ.

¶ *Manumittitur.* Collige quod manumissio ad seruos pertinet, non ad filios: emancipatio verò ad solos filios, l. 1. §. alienatio. ff. quando actio de pecul. est annal. ibi, alienatio autem & manumissio ad seruos pertinet, non ad filios: mors autem tam ad seruos quam ad filios refertur: emancipatio verò ad solum filium.

¶ Interdum tamen verbum manumittere ad filios quoque & nepotes refertur: & quidem proprie, quia ita manumittitur, id est manu mittitur filius, sicut & seruus, per text. in l. liberum. & l. emancipati. ff. de adopti. licet glo. ibi dicat impropric: tamen text. non vtitur verbis

verbis impropriis.

¶ Verum communius refertur ad seruos, vt patet in tit. de manumiss. ff. & C. & in rub. de manumiss. testa. & vindi. & in rub. de manu. quæ seruis ad vniuersi. pertinen. imponun.

Docere pro probare, & erudire.

¶ *Doceret* pro ostenderet, probaret hic accipitur. docere etiam est erudire, instruere, l. liberorum. supra eod. inde doctrina, eruditio, l. impensæ. §. vtiles. supra eod.

LABEO LIB. IIII. παθανῶν A PAVLO EPITOMAT.

LEX CCXLIIII.

Si qua pœna est, mulcta est: si qua mulcta est, pœna est. Paulus: vtrumque eorum falsum est. namque harum rerum dissimilitudo ex hoc quoque apparet, quod de pœna prouocatio non est: simul atque enim victus quis est, eius maleficij cuius pœna est statuta, statim ea debetur: at mulctæ prouocatio est, nec antè debetur, quàm aut non est prouocatum, aut prouocator victus est: nec aliter quàm si is dixit, cui dicere licet. Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ singulorum peccatorum sunt, mulctæ contra: quia eius iudicis potestas est quantam dicat: nisi cum lege est constitutum quantam dicat.

¶ Primò hic reprobatur id quod quidam affirmabant, pœnam esse mulctam, & mulctam esse pœnam. nam hoc falsum esse asserit Paul. quod probat ex dissimilitudinib. & differentiis sequentibus. Etiam quæ nomine differunt & re differre debent, l. à nullo. C. de feriis. sed pœna & mulcta nomine differunt: ergo & re. alias frustra essent duo nomina inuenta, l. si idem codicilli. C. de codicil. & hoc probatur vt sequitur.

Pœna à mulcta quid differat.

¶ *Namque harum rerum dissimilitudo.* Prima dissimilitudo seu differentia inter pœnam & mulctam est, quod à pœna non prouocatur. Ratio est, quia à lege imponitur, vel ordinatione, à qua non potest appellari, quando ab eo est edita à quo appellare non licet: vtpote à principe superiorem non recognoscente, l. si res. vbi Bar. col. 2. ff. de appella. recipi. tex. & ibi doct. in c. quia nos. de appella. Decius in c. consuluit. 3. illo tit. facit tex. in l. 2. §. exactis deinde Regibus. ff. de origi. iur. ibi, neque prouocatio ab eis sicut à reliquis magistratibus fieret, vbi à decemuiris, quibus summum ius erat datum ad corrigendum & interpretandum leges, prouocatio sublata erat. Scripsi in rub. de constitu. in concorda. nam grauamen legis non est grauamen, Bal. in c. ad nostram. col. 2. de appella. quia legi omnes obedire debēt; tex. in §. arripiat. in authen. vt omnes obediant iudicibus prouinciarum. colla. 7. & ab omnibus debent leges custodiri, l. leges. C. de legi. & sic ab eis appellare non licet.

A pœna non est prouocatio

Grauamen legis non est grauamen.

¶ *Simul enim atque victus quis est.* Item in pœna proprium est, vt simul atque quis est victus alicuius maleficij, statim pœna debeatur: vt si quis sit falsi conuictus & condemnatus, statim pœna falsi debeatur, & sic bonorum publicatio est, §. item lex Cornelia. Insti. de publi. iudi. & verbum victus importat sententiam.

Vbi quis maleficij alicuius victus est, statim pœna debetur.

¶ Vnde si damnatus intra decem dies ad appellandū moriatur, pœna ad heredes transit, cum statim debeatur, vt hic, & in l. ex iudiciorū. ff. de accusa. secus in condemnato ad mulctam: qui si decederet intra decem dies, mulcta non transibit ad heredem: quia non debetur statim, vt dicit iste tex. & Bar. sic elucidat hic. sed Bal. in l. vna. C. ex delict. defunct. col. 3. contrarium tenet, vt in vtroque facta condemnatione heres teneatur, per d. l. ex iudiciorum. sed appellationem prosequi heres potest, in qua si dicatur malè appellatum, & bene iudicatum, ipse soluet dictam mulctam: si autem dicatur malè iudicatum, nil præstabit. & ista sententia Bal. seruatur in forensi iudicio, vt plene etiam explicat Boer. in decis. Burdegal. 64. sed quid si condemnatus.

Damnatus si intra decē dies ad appellandū cōstitutos moriatur, quomodo eius heres conueniatur.

¶ Limitatur iste tex. in declaratione pœnæ, à qua pars appellare potest: quia non est sententia legis, sed hominis, à qua prohibitum non est appellare. glo. singul. in c. cupientes. §. quod si per viguti. in verbo priuatos. de electi. in 6. secundum Roma. singul. 213. à pœna. glo. & doct. in c. quia nos. de appella. Curtius senior consi. 20. sępenumero. nu. 57. Perusi. in c. sæpe. no. 5. de appella. Feli. in c. Rodulphus. col. penul. de rescrip. & in c. cum non ab homine. col. vlt. de iudi. vbi dicit allegando Bal. in l. vna. C. ex delict. defunct. quod pars non debet dicere Appello ab ista pœna, sed sic, Appello, quia non commisi illud delictum, vel quia non est probatum me incidisse in pœnam.

¶ Secundò non procedit de consuetudine Franciæ, per quam omnis condemnatus appellat, nec causam exprimit in appellationis instrumento: quia est sententia diffinitiua, in qua sufficit dicere, Appello. l. 2. ff. de appella. c. 1. illo tit. in 6. sed in processu & grauaminibus dicet perperam se condemnatum. & iudex appellationis hoc iudicabit, vt scripsi in l. aliud est

Appellās quatenus audiendus.

est fraus.§.1.supr.eodem.ideo istum tex.intelligere possumus quod à pœna à lege imposita non est prouocatio: vt si fur vellet appellare à pœna fustigationis imposita à iure contra furem: vel si falsarius iudicialis vellet appellare ab impositione pœnę mortis facta à constitutione Regia contra falsarium, non audiretur. sed si condemnetur ad mortem tanquam falsarius, prouocare poterit: quia forte non est fur, aut falsarius: & perperam fuit, & per falsos testes aut per sordes iudicatus talis.

Pœna non potest declarari, nisi parte citata & audita.

¶ Tertiò iudex hanc pœnam declarare non poterit, nisi parte citata & audita. glo. singul. in clemen. presenti. in verbo constiterit. depœn. quam ibi no. & Felinus plene in c. Rodulphus. col. 26. nu. 41. de rescrip. versi. citatur etiam pars. docto. in c. cum secundum leges. de hereti. in 6. quia vbi quis lędi potest citandus est, l. de vno. ff. de re iudica. si tamen pars citata non compareret, posset pœna contra contumacem declarari, per c. certum. 11. q. 3. & c. 1. de iudi. sic expresse docet Barba. in consi. 18. clementissimi. col. 18. in vol. 1. alioqui daretur materia calumniandi & non comparendi, & sic impunita essent maleficia, contra iura l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt famę. de senten. excommu.

A fortuna seu à iudicio fortis nō appellatur.

¶ Sic quoque à fortuna, seu à iudicio fortis non appellatur: quia non habet in mundo superiorem. Bal. in l. fi. C. commu. de successi. §. penul. & in authen. vt omnes obediant iudi. prouincia. colla. 2.

Diuisio bonorum inter heredes facta, per appellationem retractari nō potest.

¶ Quod facit ad diuisiones bonorum, quę inter fratres fiunt per sortem, vt non possint postea per appellationem retractari, nec haberi recursus ad superiorem, nisi esset enormis lęsio: tunc enim posset officium iudicis implorari, & peti in melius reformari, arg. l. maioribus. C. commu. vtriusq; iudi. vbi Bal. refert Philip. Franc. in rubri. de appella. col. 3. nu. 6. facit glo. in clemen. 1. de iure patro. in verbo oneramus. quam ibi ad hoc notant singularem, vt ibi scripsi. imò etiam minor non restituitur, si lęsus sit ex diuisione facta iudicio sortis, per tex. in l. verum. §. sciendum. & §. si locupleti. ff. de minor. quia ibi ait Iurisco. quod fato contingit cuiuis patrifa. quamuis diligentissimo posset contingere, & quia euentus damni restitutionem non indulget, sed inconsulta facilitas. neque vtique qui minor est statim & circunscriptum se docuit, l. nam postea. §. si minor. ff. de iureiur. & non videtur esse circunscriptus minor qui vsus sit iure communi, l. fi. de in integr. resti. C.

Minor non restituitur contra fatum.

¶ Et sic fuit reiectus per senatum magister Petrus Quathelines Bituricensis ab heredibus magistri Dionysij Amorant, licet diceret se deceptum fuisse in duabus mille libris, & impetrasset literas Regias restitutionis ad hoc. sed eodem aresto fuit dictum, quod alij omnes heredes tenerentur de euictione, si aliquid euincatur à parte alterius coheredis. etiam si fuerit in diuisione dictum, *sans garentir*. hoc probatur in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verbor. oblig.

Arestum.

De euictione adinuicem tenentur cohoredes post diuisionem.

¶ Restringitur quādo minor eligeret vnam partem in qua esset lęsus sine iudicio sortis, quia tunc restituetur, per l. ait prętor. §. sed & si hereditatem. ff. de minorib. quod Perus. vbi supra, dicit esse valde notandum. Et hoc est frequentissimum in ista patria, vbi solet per probos viros fieri partium bonorum coęquatio, & postea sortis iudicio quilibet partem assumit, vt non debeat dari restitutio nisi probetur dolum interuenisse, qui re ipsa aliquando ostenditur, si enormis lęsio sit.

Minorem restituui diuisione bonorum facta, si in eligendo lęsus sit.

¶ Hodie vidi obseruari in praxi, vt lęsus in non modica re, etiam iudicio sortis, impetret literas Regias, quibus conceditur, non obstante diuisione dolo facta, si appareat magna lęsio, vt alia diuisio fiat, vt scripsi in tract. de rescis. contract. in 2. tomo com. in const. Reg. Gal.

A mulcta appellare.

¶ *At mulctæ prouocatio est.* A mulcta prouocare & appellare pars cui est imposita potest: quia cum veniat arbitrio iudicis, illud arbitrari malè potuit: ob id licitum est appellare. & an appellatione pendente exigi possit, sequitur in tex. sequenti.

¶ *Nec ante debetur quam aut non est prouocatum.* Et sic pendente appellatione mulcta non potest exigi, donec prima sententia fuerit confirmata, vel transiuerit in rem iudicatam. Et ideo quęstores olim ante quatuor menses in publicas tabulas minime eas referebant, cùm medio tempore contradicere liceret, de eóque consules statuerent, vt docet Alciatus.

Mulctam exigi posse pendente appellatione.

¶ Sed hodie in hoc Regno per ordinationem Regiam, quę est in tit. de senten. execut. arti. 13. statutum fuit, vt mulcta imposita à iudicibus Regiis & magistratibus, à quibus immediatè ad curiam supremam appellatur, exigi possit, non obstantibus appellationibus, & sine illarum præiudicio, siue illa mulcta parti applicari debeat, siue fisco: dummodo tamen pars de ea restituenda cautionem pręstet, & illa mulcta non excedat 25. libras, vt abunde scripsi in 1. tomo commenta. in dictas consti. Regi. Gallic. arti. 15. tit. de senten. executo. poterit tamen post exactionem ab eo factam prosequi appellationem in parlamento, si mulctam perperam sibi impositam probare possit.

¶ *Nec aliter quam si is dixerit cui dicere licet.* Vult dicere iste text. quod non debetur aliter mulcta quam si iudex imponat qui eam dicere potest: si verò is qui eam dicere non potest imposuerit, nulla est impositio, ideo non debetur, nec est prouocatio. quia ab eo quod est nullum, non debet quis appellare, c. dilecto. de appella. in hoc tamen Regno appellatione opus

opus esset, vt est in arti. 4. tit. de senten. in consti. Regi. vbi scripsi. Et sic habetis hic requisita.

Mulcta vt exigatur, quæ requirantur.

¶ Primum quòd mulcta sit imposita: secundum quòd non sit prouocatū: tertium quòd si prouocatum fuerit, prouocator adhuc victus in causa appellationis fuerit. Quartò quòd mulcta ut imposita ab eo qui eam dicere poterat. Alias non exigetur, nisi vt supra dixi: videte quæ scripsi in d. arti. 15. tit. de senten. execu. in consti. Regi. Galli.

Non aliter, nec alias, quomodo in iure vsurpētur.

¶ Colligite tamen ex hoc tex. vim huius clausulæ, *non aliter*, vel *nec alias*, vt quicquid factum est in contrarium nullum sit, tanquam deficiente conditione. glo. & ibi Bal. in l. siquidem. C. de excepti. vnde si testator prohibuerit alienationem bonorum suorum fieri, nisi in casu necessitatis, & non aliter, nec alias, non valebit alienatio in alio casu: vt etiam consuluit Soci. consi. 251. quoniam. in presenti. col. 4. versi. Postremo, in 2. vol. quia paria sunt non fieri, vel sub conditione, l. pecuniam. Si cert. pet.

Prohibita alienatione bonorum à testatore non alias quàm casu necessitatis, quid obseruandum.

¶ Item si emphyteuta alienet emphyteusim sine domini consensu, *cum clam*, saluo domini consensu, & non aliter, non priuabitur re alienata, etiam si dominus non consentiat, sed alienatio erit nulla: quia nil videtur actum: vt concludit Ias. in l. fin. q. 24. C. de iure emphyteu. Idem in vassallo qui vendidit castrum, vel feudum aliud saluo iure principis & domini, & non aliter, vt non priuetur feudo: quia actus est nullus, & non intendit vassallus alienare, nisi de iure possit. hoc expresim decidit Bal. in §. denique. in fin. quæ fuit prima causa benefic. amitten. & de Ripa in lib. 1. de legi. respon. 2. nu. 22. arg. l. si quis locuples. ff. de manumis. testa.

Alienatio emphyteusis facta sine consensu domini, quo modo valeat.

¶ Item resignatio facta in fauorem Titij, & non aliter, alias, nec alio modo, non potest admitti, etiam à Papa simpliciter, & si fuerit admissa non valet: vt plene consuluit Ias. consil. 86. in causa. in fin. vol. 3. nec censetur resignans amittere beneficium: nec alteri acquiritur, l. si me. ff. de acquir. possess. glo. in verbo traditam. c. olim. 1. de restitu. spoli. nisi fraus appareret, vt dixi in §. 1. in glo. etiam. in fin. de Regia nomina. nisi papa conferret ei de quo resignans senserit, vt scripsi in praxi benefi. in 3. parte, tit. de resigna. conditio.

Resignatio facta in fauorē Titij & non alias, quomodo valeat.

¶ Idem in clausula, non alias, vt dixi ibidem. idem in clausula, non alio modo. Curt. senior consil. 8. viso instrumento. col. 2. sed hodie in instrumentis solent istæ clausulæ iungi: videlicet non aliter, nec alias, nec alio modo. Et tunc maiorem exprimunt voluntatem, vt verba geminata, l. balliſta. ff. ad Trebel.

Nō alio modo.

¶ *Ex hoc quoque earum rerum dissimilitudo apparere poterit.* Est & alia differentia inter pœnam & mulctam: videlicet quòd pœnæ sunt statutæ pro singulis peccatis & maleficiis: ideo certæ sunt, vt in rub. ff. ad leg. Iul. maiesta. de adulteriis, de sicariis, & similibus, & per totum tit. de publ. iudi. in Institu. secus in mulcta, vt sequitur.

Mulctam imponere in arbitrio iudicis est.

¶ *Quia eius iudicis potestas est quantam dicat.* Et sic in arbitrio iudicis est imponere quantam mulctam vult: quia hæc mulcta iudicis ac alius magistratus cōtemptum fere respicit, l. vna. ff. si quis ius dicenti non obtempera. Vnde quia iudex male potest arbitrari, appellare ab eo licet: alioqui vnus iudex posset suum tanti æstimare contemptum, vt pars soluere iudicatum par non esset: vt forte si ad decem mille aureos condemnaret partem. Et hoc facit ad intellectum ordinationis Regiæ in tit. de literis obliga. arti. 10. vbi qui male exequitur contra heredem, condemnari debet ad expensas, damna & interesse, & ad mulctam, non adiungit, quam ideo iudicum arbitrio relinquit, vt ibidem scripsi in 1. tomo commentar. in ordina. Regi.

¶ Primò ista sunt intelligenda, vt iudex habeat potestatem imponendi quantam mulctam vult, dummodo iustè imponat, & ex fide bona agat, vt docet Iurisco. in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & ibi Bar. c. 1. in glo. vultis. 1. distinct. Bal. in c. cum in iure. nu. 9. de offic. deleg. Alex. & Ias. in l. si sic. ff. de lega. 1. vnde non potest collator beneficij in mensibus graduatorum graduatum inhabilem gratificare, vt tradidi in §. statuimus. 1. de collatio. in concorda.

Iudex mulctā imponere quo modo debet.

¶ *Nisi cum lege constitutum est quantam dicat.* Secundò iudex non imponit quantam vult mulctam, quando est à lege vel constitutione taxata, vt hic, & l. eos. C. de modo mulcta. Bal. in l. vna, col. 3. C. ex delict. defuncto. nisi ratione paupertatis remitteretur, vel diminueretur, l. illicitas. §. fi. ff. de offi. pręsid. & aliis de causis supra expressis in l. aliud est fraus. Bal. in l. cum certa. in fin. quando prouoca. non est necess. Et sic cum frivole appellans ad senatum per constitutiones Regias condemnetur ad sexaginta libras, arti. 5. titul. de appel. illa mulcta non poterit augeri neque minui, nisi à senatu, vt est in d. tit. de appella. arti. 11. & ibi plene scripsi in 3. tomo commentar. in constitu. Regi. & nisi hoc esset permissum à constitutione, vt etiam taxata mulcta augeatur, vel minuatur, vt in opponente se dolo præconis, vt in tract. de præcon. articu. 5. vbi abunde scripsi in 2. tomo commentar. in consti. Regi. & licet illa constitutio liberum relinquat iudicibus arbitrium condemnare ad maiorem summam, & non exprimat quòd minuere eam possint: tamen dicerem iudices hoc posse, si culpa leuior inueniatur, vel penè nulla: tum quòd contrariorum est eadem disciplina, l. 1. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. cum quòd augmentum & diminutio sunt correlatiua: & quod

Cōtrariorum eadem est disciplina.

in vno ſtatuitur correlatiuorum,in reliquo locum habet,l.penul.C. de indict. viduit. tollen.& ibi permittitur iudici vt augere poſsit pro malitia & calumnia partis: ſic poterit diminuere pro ſimplicitate partis. Alioquiius eidem non redderetur, quod eſt ars boni & æqui.l.1.ff.de iuſti. & iur.& in d.arti.decem requiſita notaui,quæ ibi licet videre.

Mulctæ à pœna differentiæ.

¶ Ex prædictis colligemus & aliis,differentias inter pœnam & mulctam:prima eſt quòd pœna eſt generale nomen : eſt enim omnium delictorum coercitio : mulcta verò ſpecialis delicti, vt ſupra fuit declaratum in l.aliud.§.inter.in 1.differentia.

¶ Secunda eſt,quod mulcta eſt pecuniaria:pœna non tantum pecuniaria,ſed & corporalis,vt ſupra in d.§.inter.ſcripſi.

¶ Tertia,mulcta arbitrio iudicis imponitur:pœna à lege,ordinatione,vel alio iure ſpecialiter eſt impoſita,verſi.& mulcta quidem.d.§.inter.

¶ Quarta, mulcta imponitur,vbi ſpecialis pœna non eſt impoſita : pœna verò vbi certa eſt ſtatuta,d.§.inter.vbi abunde enucleaui.

¶ Quinta eſt,quòd pœna à quibuſuis iudicibus imponi poteſt quibus illius delicti executio competit : mulctam autem is dicere poteſt cui adiudicatio data eſt, d. l. aliud. verſi. item mulctam.

¶ Sexta,à pœna prouocatio non eſt,à mulcta ſic,vt hic in prin.huius legis dictum fuit.

¶ Septima,pœna eſt fere pro ſingulis ſtatuta maleficiis , niſi quædam quæ iudicis arbitrio relinquuntur,l.1.ff.de effract. Mulcta verò non,vt hic probatur.

¶ Octaua , applicatur regulariter mulcta fiſco, l. penul.& fi.C.de modo mulcta: pœna quandoque parti,vt in furto,& ſimilibus.§.1.vi bono.rapt.in Inſti.

¶ Nona,pœna infamiam irrogat, mulcta non,l.1.C.de modo mulcta.l.aliud. ſupra eod. vbi docui quomodo intelligi debeat.

¶ Decima,mulcta vltra modum taxatum impoſita ipſo iure eſt nulla,l. eos.C.de mod. mulct.Secus in pœna.l.certa forma.C. de iure fiſc.lib. 10. & l. certa. vbi glo. quando prouo. non eſt neceſ.Hoſtien.in tit.de mulcta.§.1.Ioan. de Platea col.2,in l.1.de fiſcal.vſur.li.10. C. in vtraque tamen opus eſt in Francia appellatione.

¶ Vndecima,ter in anno poteſt tantum mulcta imponi,d.l.eos.C.de mo.mulcta. Secus in pœna quæ quoties delinquitur imponi poteſt,l.quandocunque.C.de fer.fugi.fuſius tractaui in l.aliud.§.inter.in fi.ſupra.

¶ Duodecima,pœna ante legem 12.tabul. inuenta eſt:Mulcta autem à lege ipſa 12. tabul, vt d.§.inter.diximus.

¶ Decimatertia, mulctam moderare poteſt iudex,& quandoque ex cauſa remittere,l.illicitas.§.fin.ff.de offi.præſid.pœnam verò non, quia per illius impoſitionem functus eſt officio ſuo,l.iudex.ff.de re iudi.l.commiſſum.C.ad leg.Iul.de adult.niſi meretrix condemnatum ad mortem requireret,tunc iudex remittit pœnam, & fauore matrimonij contrahendi cum ea illum liberat.Et hoc de conſuetudine Franciæ,teſte Maſuer.in practi.ſua , rubri. de pœn. §. item in aliquibus.per c.inter opera charitatis. de ſponſal. & quia eſt augere pœnam potius quàm minuere. Nam pœnam momentaneã in perpetuam,& cruciatum perennem mutat,vt declarat Chaſſa. in conſuetud. Burgund. in rub. *des iuſtices.* in §. quinto,in glo.*S'il n'a grace* .nu.96.hoc tamen non vidi ſeruari.Alioqui tantam poteſtatem haberet iudex ſicut princeps in liberando iſtum condemnatum : & diues nunquam ſic ſuſpenderetur,quia haberet meretricem quæ eum requireret. ſed iſta forte poſſent ex iuſtis cauſis à ſenatu exerceri,inſpecta qualitate perſonæ,delicti atrocitate,& cauſa iuſta.

Meretrix condẽnatũ ad mortem an poſſit requirere.

Pœna ab vſura quomodo differat.

¶ Quæ autem ſit differentia inter pœnam & vſuram tradit Iaſ. in l. lecta. in 2. nota. ff. ſi cert. peta.poſt Bar.in l.qui ſine.ff.de negoti.geſt.& l.cum ſtipulati.ff.de verbo.oblig. Alex. in l.quidam.ſi cert.peta.& in l.5.in §.vlt.in fi.ff.de verbo.oblig.Reliqua ſcripta comperietis hanc materiam tangentia in l.aliud eſt fraus.§.inter.ſupra eod.vbi abundantius ſcripſi,quę hic tranſcribere nolui.

POMPONIVS LIB. X. EPISTOLARVM.

LEX CCXLV.

Statuæ affixæ baſibus ſtructilibus, aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem affixę,aut ſimiliter quę cohærent tignis,non ſunt ædium.Ornatus enim cauſa parantur,non quò ædes perficiantur.

Ornatus cauſa quæ in domo ponũtur, ædiũ non ſunt.

¶ Duæ hic colliguntur regulę:quarum prima eſt,quòd illa quæ in domo ornatus cauſa ponuntur,ædium non ſunt.ideo vendita vel alienata domo,hæc non debentur.

¶ Vnde ſtatuæ ædibus affixæ ædium non ſunt, nec tabulæ catenis religatæ,tignis ſeu lignis cohærentes: quia ornatus magis gratia ponuntur quàm perficiendi domum. itaque cum tabulæ affix ę ſeparari valeant,non cenſentur vendię.

¶ Secunda

Quæ intra parietes includũtur ad perficiendum domum, ædium ſunt.

¶ Secunda regula eſt,illa quæ intra parietes includuntur ædium ſunt , quia ad perficiendum domum regulariter adhiberi ſolent,vt hic,& l.fundi.§.quæ pictę tabulæ pro tectorio includuntur, item cruſtæ marmoreæ ædium ſunt : reticuli circa columnas,plutei circa parietes,item cilicia vela ædium non ſunt.ff.de actio.emp.l.fundo.ff.de rei vindic. Vnde Fulcinius refert ſtatuas in publico poſitas bonis diſtractis eius cuius in honorem poſitæ ſunt, non eſſe emptoris bonorum eius,ſed aut publicas, ſi ornandi municipij cauſa poſitæ ſint, aut eius cuius in honorem poſitæ ſunt,& nullo modo eas detrahi poſſe l.Fulcinius. ff. de priuile.credi.licet in lib.nou.ſit in tit.de reb.autho. iudi. poſſid.itaque infertur fundi nihil eſſe niſi quod terra ſe tenet:ædium autem multa eſſe quæ ædibus affixa non ſunt,quę ignorari non oportet:vt puta ſeras, claues , clauſtra.multa etiam defoſſa eſſe, neq; tamen fundi aut villæ habentur:vt puta vaſa vinaria,torcularia,quoniam hæc inſtrumenti magis ſunt, etiam ſi ędificio cohęreant.ſed & vinum & fructus perceptos villę non eſſe conſtat;l. fundi.ff.de acti.emp.

¶ Nec obſtat tex.in l.prędiis. §. qui domum. ff. de lega.3. vbi vendita domo continetur hortus domui cohęrens. Reſpondeo hoc in immobilibus procedere , in mobilibus contra,vt hic,niſi illa mobilia affixa eſſent de ſubſtantia domus , per glo. hic,quam ſingul.no. Barba.ad hoc in c.Raynutius.col.7.nu.6.de teſta.per quam glo.datur tertia regula,vt mobilia affixa quę de ſubſtantia domus ſunt,cenſeantur ędium, & ſic emptori debeantur, vt eſt prothyrum,de quo inferius dicetur.

¶ Nec refragatur l. in argento. vbi potorij appellatione venit etiam præparatum ad bibendum.ff.de aur.& arg.leg.Reſpondeo,quia ibi præparatum deſiuit eſſe in ſpecie auri , & tranſiuit in potorium. Ideo venit: ſecus ſi mutatum nõ fuiſſet,vt in l.malum. §.plumbum. ſupra eodem.vbi plumbum deſtinatum ad coòperiendum ædificium,ædium non eſt.ſi tamen eſſet iam præparatum ad ædificium,& perfectum,putarem ædificij eſſe, per d. l. in argento.& l.fundi.ff.de actio.empt.ibi,item quod inſulæ cauſa paratum eſt,ſi nondum perfectum eſt, quamuis in ædificio poſitum ſit , non tamen videtur ædium eſſe.& ſic datur tertia regula quòd paratum cauſa domus,ædium non eſt, niſi fuerit mutatum,vt in d.l.in argento.vel perfectum,vt in l.malum.§.plumbum.diximus.

Paratum cauſa domus ædiũ non eſt.

In domo quæ ſunt poſita, vt ex iis perficiatur,ædiũ ſunt.

¶ Quarta regula ex hoc tex.colligitur , quòd ea quæ poſita ſunt in domo gratia perficiendi eam,ædium ſunt,per iſtum tex.Et ideo donata vel vendita domo,illa accedent. Videte in l.rei.1. in fi.ſupra eodem.

Ædium ſunt quæ propter ædes ſunt.

¶ Quinta, ædibus diſtractis , vel legatis , ea eſſe ædium ſolemus dicere quæ quaſi pars ædium,vel propter ædes habentur:vt puta puteal,id eſt quo puteum cooperitur , funes & labra,ſalientes,fiſtulę quoque quę ſalientibus iunguntur, quamuis longe excurrant extra ędificium,ędium ſunt,item canales,l.Iulia.in fi.cum l.ſequen.ff.de actio.empt.

Ædificij ſunt quæ perpetui vſus cauſa in eis ſunt.

¶ Sexta regula,quæ perpetui vſus cauſa in ædificiis ſunt,ędificij ſunt: quæ verò ad præſens tempus ponuntur, non ſunt ædificij , vt dictum fuit in l.malum. §. plumbum. ſupra eodem.Iuriſcon.in l.fundi.§.Labeo.ff.de actio.emp.l.quæſitum.§.Papinianus.2. de fundo inſtru.

Voluptatis aut vtilitatis hominum in fundis aut ædibus parata , fundorũ vel ædium non ſunt.

¶ Septima regula,quæ principaliter gratia voluptatis aut vtilitatis hominum in ædibus vel fundis apponuntur , ſi non cohærent , non ſunt ædificij, vel fundi,vt tapeta l. Titius. cum l.ſequen.ff.de actio.emp.vnde piſces qui in piſcina ſunt , non ſunt ædium,nec fundi, non magis quàm pulli,capones,aut cætera animalia,quæ in fundo ſunt,l.funes.cum l. ſeq. ff.de actio.emp.l.quæſitum.§.ſi domus.de fundo inſtru.

¶ Nona,ea quę ędificio ſemel impoſita ſunt,& demum detracta,vt reponantur , ędificij ſunt,tanquam impoſita cauſa perpetui vſus , l. malum. §. ſtructuram.ſupra eod.vbi fuſius tractaui,& l.fundi.in fin.cum l.ſequen.ff.de acti.emp.

Quæ deſtinata ſunt ædificio, antequam ſint impoſita, non ſunt ædificij.

¶ Decima,quę deſtinata ſunt ędificio,& parata,vt imponantur,antequam ſint impoſita, non ſunt ędificij,d.l.malum.§.plumbum.niſi eſſent perfecta , vel mutata,vt potorium , de quo ſupra diximus. Alia poteritis colligere ex his quę ſcripſi in l. mobilium. ſupra eod.& multa docet Tiraquel.in tract.de vtroque retract.in §.1.glo.7.in 1.parte.

Quæ domui affixa ſunt perpetui vſus gratia ædium ſunt.

¶ Vndecima,ea quę domui affixa ſunt gratia perpetui vſus,vel quę membro domus adhęrent,ędium ſunt.Sic intelligitur l.librorum.§.penul.ff.de lega.3.vt in armario docui affixo.Et ſic ſtatuę affixę domui , quę non poſſunt facilè ſeparari ſine deterioratione ipſarum, velut domus portiones,ędium ſunt. ſic intelligi debet l.quęſitũ §. Papinianus. ff.de fundo inſtru.& §.ſequenti : vel quando affixa ſunt de ſubſtantia domus , vt ſupra.alias non ſunt ędium,ſi clauis teneantur,& facile ſeparentur:quia vt facilè amoueantur affixa ſunt,vt hic.

¶ Nec tamen omittendum eſt in hoc tex. varios eſſe intellectus. Alij enim legunt *lignis*, alij tignis:vt affixa tignis,vel lignis non dicantur ędium eſſe.ſed Iuriſconſul. ligni dictione vti non ſolent pro materia ex qua ędes fiunt, verum pro his quę apta & parata ſunt ad comburendum, lege , Carbonum. ſupra eodem , & l. tigni. ff. de legat. 3. Quare inepta videtur interpretatio ſi hic legeremus,lignis,quaſi de his quę affixa ſunt lignis Iuriſcon.hic lo-

queretur, cùm tamen agat de his quę domibus affixa sunt & non de lignis quę fundi non sunt, l. fundi. §. 1. ff. de acti. emp.

¶ Itaque existimarem in hoc tex. legendum tignis, cum ex his ędes constent. Quorsum enim ędium essent quę lignis affixa sunt? sine dubitatione id esset, cum ipsa ligna ędium non sint. Sed tignum domui iunctum ędium est, & portio illarum, l. 1. ff. de tigno iniuncto. Igitur videbatur idem de his quę illis tignis affixa sunt. Sed contrarium Iurisconsulti visum est. quia facile separari possunt, ideo ædium non sunt, vt hic, & per iura & rationes prędictas.

Lychnus quid. Lucerna.

¶ Catellia. verò Cotta in 2. parte memoralium in verbo lychnus, in hoc text. lychnis putat legendum. ait enim apud Græcos lychnos omne quod lucet interpretari. Et hinc Lucerna apud nos nomen accepit, de qua meminit Iurisconsul. in l. Mæuia. ff. de manumiss. testa. veteres enim laquearibus lychnos appendebant, sicut & hodie nos candelabra aurichalca, & hæc possunt rectè pensilia appellari. hæc ille. sed & istud non potest ad Iurisconsulti sensum accedere, qui nec agit hic de his quæ affixa sunt lychnis & lucernis, seu candelabris quemadmodum de tignis diximus, sed de his quæ domui cohærent, an ędium dicantur. Quomodo enim ędium essent quę candelabris affixa sunt? sensus enim iste Iurisconsulti. sine dubitatione esset, siue in tex. legatur lychnis, siue lychni, vt Augusti. in lib. de emenda. iur. putat legendum.

Statuæ quid & vnde. Statuæ quibus ergi debeant.

¶ Sequuntur examinanda verba tex. Primum ergo statuę à statuo verbo dici videntur, quòd statuerentur olim aliquibus virtutis gratia, l. fin. de statu. & imagi. C. hodie tamen nemini licet sibi erigere statuam, sine imperiali beneficio, vel regali, l. fin. ibid. & iudex qui extra imperiale beneficium acceperit sibi statuas, in quadruplum emolumentorum quę accepit in administratione positus cum infamia puniatur, l. 1. ibidem. ad quas statuas olim confugiebant plurimi serui, tanquam ad asylum, & loco asyli eis erant, l. vna. C. de his qui ad statu. confugi. & hodie seruatur in aliquibus ciuitatibus Germanię, teste Spiegel. sed in Gallia abrogatum est. Nec solent hodie erigi statuę alicui nisi principi, & hoc in suo palatio, sicut videre est liberum in palatio Parisiensi, vbi statuę omnium regum Francię appositæ sunt.

Statuarius. Statuaria ars. Bases structiles.

¶ Statuarius, qui statuas facit: vt si adiectiuum nomen sit, pro eo sumitur quod ad statuarium pertineat: vt ars statuaria, vt C. de statu. & imagi. in rub. per docto.

¶ Bases structiles, sunt sedes & pedamenta cuiusque rei sustinendę, veluti sedimenta columnarũ non solido lapide cęsa, sed opere cęmentitio, lateritio ve coagmentata, quibus columnæ nituntur, ipsę quidem solido lapide constantes: vnde & hæ bases quandoque ex solido lapide fiebant, quandoque opere structili, id est latericulis calcęque, vt docet Alciatus.

Basis pro fundamento. Bases pro orbiculis super mẽsam collocatis, ne vino mensa polluatur. Affixus.

¶ Basis etiam dicitur fundamentum, & sedes alicuius rei & operis, cap. fundamenta. de elect. in 6.

¶ Basis etiam accipitur pro orbiculis qui super mensam collocantur, ne vino mensa polluatur, vel maculetur, l. heres §. cui Corinthia vasa. ff. de lega. 3. ibi, cui Corinthia vasa legata essent, & bases hinc quoq; eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit. & in religionibus ista videmus, ac in cauponis.

Refixus.

¶ *Affixæ*, id est appositę, clauis scilicet, aut alio modo compactę ad parietem, alias de affixis loquitur Papinianus in l. quęsitum. §. Papinianus. ff. de fundo instru.

Religare.

¶ Contrario modo refixa dicuntur, euulsa, vel labefactata, l. si vitem fixeris, & ego refixero. ff. quod vi aut clam. l. inter. ibi, tabulę refixę sunt. de verbo. oblig. l. qui tabulam ęream refixerat. ad leg. Iul. pecul. inde dicit Horatius, *leges fixit atque refixit.*

Catena.

¶ *Religatæ catenis*, ligatę, aut fortiter ligatę, seu iterum ligatę: quia primo oportuit tabulam catenis ligare, & postea eam religare in alio loco, & affigere, vt amoueri possit. & hę tabulę non dicuntur ędium, sed magis supellectilis nomine continentur, l. qua ratione. §. sed ex diuerso. ff. de acquir. rer. domi. vel religare interdum est soluere quod ligarum est.

Cohærere quæ dicantur. In cohærentibus idem iudicium est. Vnio & incorporatio quid differant.

¶ *Catenis*. Catena dicta est quòd se capiendo teneat: in ea enim anulus anulum capit. facit l. fallaciter. C. de aboliti.

¶ *Cohærent*. De hoc verbo est tex. in l. etiam. 1. §. 1. ibi, Modestinus respondit, si species in qua pupilla in integrum restitui desiderat, cæteris speciebus non cohęreat, nil proponi cur à tota sententia recedi actor postulans audiendus sit. ff. de minor. & in l. in rem. §. item quęcunque. ff. de rei vindica. l. arbor. ff. communi diuidun. l. fundi. §. 1. ff. de actio. emp. ędificia cohęrent, l. quia. ff. quod vi aut clam. & alibi sæpius. Sed ista iura nunc sufficient. Et quę cohęrere dicantur docet Bal. in tract. de alluuio. in versi. adiecerit. Et in cohærentibus idem est iudicium. Et ita iudicari debet cohærentia, sicut illa quibus cohæret, l. in rem. § item quęcunque adiuncta, & iura prædicta, & l. si ergo. §. idem ait. de publica. Bar. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignora. acti. & differentiam inter vnionem & incorporationem scribit Angel. consil. 247. vnitorum. De adhærentibus loquitur l. quæ religiosis. ff. de rei vindic. & tradunt do. de rota decis. 225. adhęrentes. in nota. Panor. & alij in c. 1. de postula. præla. & Feli.

in rub. de treuga & pace in 5. declaratione, ac Ioannes de Platea in l. 2. C. de discusso. lib. 10. & abunde Iacob. de sancto Georgio in tract. de feud. in verbo adhærentibus. alibi tractaui.

De adhærentibus.

§. Item Labeo ait, *πρόθυρον* quod in ædibus interdum fieri solet, ædium est.

πρόθυρον quid

¶ *πρόθυρον* est structura lignea ante fores domus compacta, qua obstante, quasi repagulo quodam, apertis ianuis, quę intus fiunt non apparent: diciturque à *πρὸ*, quod ante significat, & *θύρα*, ianua: vnde hypothyra illa valuarum hians cauitas dicta. Alex. in lib. genial. 5. c. 24. in fin. sed Budæ. hic prothyrum vestibulum esse domus ait. Et Vitru. prothyra dicuntur quę sunt ante in ianuis vestibula. Vnde intellectus ad istum §. erit, quod vendita domo censetur prothyrum venditum, cum non ad ornatum sit appositum, sed causa perpetuę morę. & si legetur domus instructa, prothyrum si velamen est domus, continebitur instrumento domus, l. Papinianus §. quęsitum. 1. ff. de fundo instru. siue sit intra domum, vt in Francia fieri solet, & intra cubicula maxime: siue extra domum, vt in Italia, & in quibusdam magnis domibus, seu castris Gallię. Propylęum verò dicunt vestibulum templi, vel Regię, seu vrbis. Cicero in 1. offici. & Francis. Crapal. lib. 1. de part. ædium. Et de hoc vestibulo pulchre scribit Ouidi. in fast.

Hypothyra. Vestibulum.

Propylæum.

Hinc quoque vestibulum dici reor, vnde precamur
Quam famur Vestam, quæ loca prima tenet.

IDEM LIB. XVI. EPISTOLARVM.

LEX CCXLVI.

Apud Labeonem libris *παθανῶν* ita scriptum est: Exhibet qui præstat eius de quo agitur præsentiam: nam etiam qui sistit præstat eius de quo agitur presentiam. Nec tamen exhibet qui mutum aut furiosum aut infantem exhibet. non enim potest videri eius præstare præsentiam, cum nemo ex eo genere præsens satis aptè appellari potest.

¶ Duo hic tex. docet, & sic duas habet partes: in prima verbum exhibere elucidat, in secunda verbum restituere, ibi, restituit.

Exhibere quid

¶ Exhibere ergo dicitur ille qui prębet illius de quo agitur prębentiam, quod est intelligendum quando is qui est prębens intelligit: alioqui is qui muti, furiosi, dementis, aut infantis præstat prębentiam, exhibere non videtur. hoc vult iste tex. De hoc verbo apud scripsi in l. penes. supra eod.

παθανῶν libri.

¶ Nota quòd ait, *παθανῶν*: nempe Antistius Labeo (vt fertur) quadraginta librorum volumina, vel (vt alij dicunt) quadringenta reliquit: inter quos libros octo *παθανῶν* scripsit, id est libros verisimilium, persuasibilium & credibilium, teste Ange. Polit. lib. 5. Epistol. & Ayma. Rinal. in histo. iuris ciuil. lib. 5. in vita Labeonis. *παθανὸς* enim obediens, persuaderi aptus, docilis. & verisimilis dicitur. Quo verbo vsus est Theophilus in §. idemq; iuris. quibus ex causis manum. licet. in Insti. inde *παθανὸν λόγον* sermonem verisimilem, & persuasiuum Græci vocant: & *πάθω* persuadeo. Inde *παθὼ* dea persuasionis. Hinc apud Græcos iactum est prouerbium *δυσὶ ἔχει παθοῦς ἰσχὺν ἄλλο, πλὴν λόγος*, eo fere sensu, præter orationem non esse persuasionis facellum aliud. Apud Sicyonios fuit *παθοῦς* facellum, de quo Cęlius li. antiq. lect. 2. c. 48. & Pytho erat ciuitas in Phocide, & in Creta fuit Pythium, teste eodem Cælio lib. 9. c. 19. sed alio sensu. Eadem est Labeonis præfatio in l. fin. ff. loca.

παθανὸς.

παθανὸς λόγος πάθω.

παθὼ.

Pytho, ciuitas. Pythium.

¶ *Nam etiam*. Probat hic Iurisc. quòd is qui corporis præsentiam prębet, non videtur interdum exhibere: vt si in iudicio quis sistat, id est præsentat furiosum, licet illius prębentiam faciat, tamen exhibere nõ videtur, vt in tex. sequitur. & sic patet quòd sistere significat præsentare, exhibere, & comparere: & non tantum comparere, sed etiam manere. quod facit ad intellectum tituli. ff. qui satisd. cogan. & sequen. ac si quis caution. & alibi sæpius in iure de hoc verbo habetur mentio. Probat l. 2. & 4. maxime ff. qui satisda. cogan. vbi Iurisconsulti vtitur verbis in iudicio sistendi causa, vel iudicio sisti, & in l. 4. scribitur: iudicio sistendi causa: & postea, exhibere. sic & hic. Et Oldendorp. ait, sisto plerunque significat stare facio. Itaque cum promittimus aut nos aut alios in iudicio permansuros, dicitur vna appellatione, cautio iudicio sisti: ego autem in praxi vidi seruari, vt si de aliquo reo capto diffidatur, qui interim data cautione sit à carcere extrahendus, fideiussor promittit illum reum totiens quotiens fuerit requisitus à iudice sistere in iudicio, & exhibere: etiam pœnam stipulabitur: & de hoc facta est constitutio per Iustinia. in l. sancimus. C. de fideiusso.

Exhibere quid

Sistere iudicio.

Cautio iudicio sisti. Praxis.

¶ Nec tamen hic adiicitur limitatio ad primum dictum, vt quamuis exhibere is illum dicatur, qui præsentiam eius prębet: hoc tamen non procedit, quando ille qui exhibetur, non intelligit quid agatur, queadmodum mutus, furiosus, & infans, qui equi-

parantur quoad hoc,etiam quoad ſtipulationem & alia quæ iſti conficere non poſſunt,l.1. ff.de verbo.obliga.licet in aliquibus differant,vt in l.in negotiis.ff.de regul.iur.

¶ Si tamen fuerit mutus ex accidenti, omnes contractus vbi verba ex ſubſtantia non ſunt neceſſaria,facere poterit:ſecus ſi à natura,l.mutum. & ibi docto.ff.de acquir.heredi. l. diſcretis.vbi Iaſon.C.qui teſta.face.poſſ.Decius & alij in l.in negotiis.infra tit. proxi. glo. & docto.in c.tuæ. de ſponſal.

Præſentia & corporis eſt & mentis.

¶ *Præſentiam.*Præſentia non ſolum eſt corporis,ſed & mentis,l.coram. ſupra eo.vbi docui, & in l.abſentē.& ideo hæ perſonæ loco abſentis ſunt,& quieſcentis,l.2.§.furioſus.ff.de iure codicil.l.1.§.adipiſcimur.ff.de acquir.poſſeſſ.Nam præſentia eſt corporis & animi,quæ non poteſt eſſe in furioſo & muto, nec in infante. Nemo enim præſens vocari poteſt qui actus præſentis facere non poteſt,vt dictum fuit in d.l.coram.ſupra,idemque fere in cæteris eſt qui curatorum ope iuuantur,l.Fulcinius.§.plane. ff. quib.ex cau.in poſſeſſ. eat. Et tota iſta exhibitio iuris eſt interpretatio,vt dicetur in ſequentibus.

Ad tit.ad exhib.
Exhibere quid.

¶ Exhibere eſt facere in publico poteſtatem,vt ei qui agit experiundi ſit copia,l.2. ff. ad exhib.vel eſt materiæ ipſius apprehendendæ copiã facere, l.3.§.hoc interdictũ. ff. de tabul. exhib.vel eſt in publicum productum videndi tangendíque hominis facultatem præbere. proprie autem exhibere eſt extra ſecretum habere,l.3. §.exhibere. ff. de lib. homi. exhib. & quamuis reus non teneatur exhibere ſeu edere regulariter actori ad fundandum intentionem,l.1.l.qui accuſare.& l.fi.C.de eden.tamen fuit areſto dictum contra viduam Admiralli,quòd ipſa exhiberet inſtrumenta venditionum domino de Culam,quæ inſtrumenta tradiderant tutores vendendo rem domini de Culam, dum ipſe ageret ad reſciſsionem illius venditionis.Non enim ſuper illis fundabatur intentio agẽtis, vt patet anno 1514. in menſe Martio.& de hoc verbo exhibere abunde ſcripſi in l. plus eſt in reſtitutione. ſupra,vbi alia videri poſſunt.

Areſtum.

Aptè.
Aptus,a,um.

¶ *Apte*,appoſite,commode,conuenienter,vulgo *proprement*.& contrarium eſt ineptè.Et aptum,commodum,conueniens, l. verbum illud pertinere latiſsime patet. nam & eis rebus petendis aptum eſt.ſupra eod.l.plenum.§.ſed ſi bonum.ibi,& cetera ad quæ boues apti ſunt. de vſu & habita.Apta valetudini,l.ſi quis mihi.ff.manda.

Aptari.

¶ Aptari,conuenienter adiungi, l.1.§. illud ſciendum eſt ad fideicommiſſa etiam aptari eam debere.ff.vſuf.quemad.caue. Item Iuriſconſul.ait,aptanda eſt nobis ſingulis verbis ſenatuſcon.congrua interpretatio,l.item veniunt.§.aptanda.ff.de peti. heredi. Poſtquam Iuriſconſul.ſtatuit ſingulis verbis aptandam eſſe interpretationem, non omnem interpretationem,ſed congruam & conuenientem,ob id quantum pro virili aſſequi potui, feci. alia bone lector ſupplere poteris.

§. Reſtituit non tantum qui ſolum corpus,ſed etiam qui omnem rem conditionémque reddita cauſa præſtat:& tota reſtitutio iuris interpretatio eſt.

Reſtituere quid proprie ſit.

¶ Reſtituere quis dicitur non ſolum qui reſtituit corpus, videlicet ſerui,vel equi, aut aliam rem animatam:ſed etiam qui omnem rem,& quamlibet & conditionem & ius & qualitatem reſtituit reddita cauſa,id eſt acceſsione & augmẽto.Et tota reſtitutio, videlicet cum cauſa & conditione, eſt iuris interpretatio:id eſt ſic ius interpretatur. vnde ſi quis reſtituat equum ſonipedem,quem Galli vocant *haquenee*,à gradu primæuo omnino deuium,non videtur reſtituere. Nec enim conditionem equi reſtituit, licet corpus reſtituat. Et idem ſi pictam domum precario conceſſerim habuerit, & is dealbatam calce vel gypſo reddiderit, non cenſetur reſtituere, nec conditionem rei reddere.& idem ſi reddat equam, & pullum non reſtituat:vel vineam,& fructus retineat.non igitur reſtituit,qui rem & eius qualitatem cum ſua cauſa, acceſsione & augmento non reſtituit: & iſta tota reſtitutio ſic facienda eſt ex iuris interpretatione.

Proditor reſtitutus per literas gratiæ,priſtino honori intelligitur reſtitutus.

¶ Ita proditor vel homicida qui ſui criminis veniam obtinuit à principe, pleneque per literas Regias,quas gratiæ vocamus,reſtitutus fuit, omnino priſtino honori reſtitutus eſſe intelligitur.Vnde ſi quis talem proditorem vel homicidam vocet,tenetur iniuriarum,vt aſſerit Barba.conſi.3.clementiſsimi.col.2.in 2.vol,per l.imperialis.§.ſimilis.ibi, omnem maculam penitus aboleri oportet.C. de nupt. quia raſus de libro bannitorum non eſt bannitus, ſic nec proditor,qui iam reſtitutus eſt,arg.c. nomen. 2. q.1.facit quod dicit Bal. conſil. 146.titulus.col. 3. in 1. vol.vix tamen in Francia audiretur agens iniuriarum, niſi eſſet inſignis perſona,quia aliis denegatur audientia ſuper iniuria verbali: niſi fuerint magiſtratus, vel aliæ graues perſonæ,vt areſto cautum fuit,quod ſcripſi in interpretatione authen.habita. C.ne filius pro pat.in ſcholaſ.priuileg.

Areſtum.

¶ Colligunt quidam ex hoc tex.ibi,*tota reſtitutio iuris interpretatio eſt*,quod ad iuriſperitos pertinet interpretari totam vim & vtilitatem vocabuli. nam ſi grammaticus interrogetur vel rhetor quid ſit reſtituere, dicet reddere: ſed non ſufficit reddere equum nunc deterioratum,

rioratum,ſi bonum acceperit,per l.3.§.1.ff. commod.ſed oportet & rem & ius rei & conditionem & qualitatem cum cauſa & augmento reddere. Totum hoc reſtituere eſt:hæcque interpretatio iuris eſt non grammatici,qui non ita interpretatur, ſed vt ſimpliciter reddatur res: Iuriſcon.autem vt nedum res,verum deterioratio,qualitas,cauſa, acceſsio, & augmentum.Reſtituere enim ait Iuriſcon.is intelligitur,qui ſimul & cauſam actori reddit, quam is habiturus eſſet, ſi ſtatim iudicij accepti tempore res ei reddita fuiſſet,id eſt vſucapionis causam & fructum, l.reſtituere. 1.ſupra eod.& verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur, l. cum prætor. ſupra eod. in quibus iuribus & in l. plus eſt.ſupra eodem. alia docuimus:iſta nunc ſufficiant.

Peroratio operis.

¶ Placuit etiam mihi quàm exactiſsimè, ſimul quàm apertiſsimè potuerim cuncta diſtinguere,& huius materiam tituli, quam rerum nobis amplitudo oſtendit,atque verborum,tradendo anguſtius ad inopiam non redigere:cum non ſolum ad oratorem,philoſophum, medicum, ſed ad eos omnes qui iuriſprudentiæ nauare operam velint, alicuíque ſcientiæ præfici cupiunt,pertineat.in quo vtilitatem potius quam verborum fucos perquiſiuimus,adiunximuſque verborum elucidationibus phraſes, vtilitatéſque, quas vndique quantum potuimus excerpſimus. Iſta addidimus aliis qui ante nos ſcripſerunt,qui partim verborum explanationibus, partim eis omiſsis in effectibus inſiſtebant. Nos verò quantum valuimus aſſequi,vtrumque perſequi voluimus: in quibus ſi Socratem inſecuti fuiſſemus,iſta non ſcripſiſſemus. Socrates enim rogatus cur nil ſcriptum ederet:reſpondit,quia video chartam multo pretioſiorem quàm ſcribenda forẽt.Et Theocritus quoque quæreti quare non ſcriberet, dixit quoniam vt lubet non poſſum: vt verò poſſum non lubet. at vos mihi hęc dictanda vobis præcepiſtis:quę ſpero lectorem beneuolũ boni conſulturum. nos verò Deo opt. maximo, qui nos iſta docuit, virginique Mariæ, & omnibus cœlicolis immenſas agimus,&perpetuo agemus gratias. Amen.

Ελπὶς ἐμὸς ὁ χριστός.

Spes mea Chriſtus.

INDEX RERVM ET MATERIARVM QVAE IN HIS D. PETRI REBVFFI in tit. de verborum significatione Commentariis continentur.

Præter paginarum numerum, notarum quas addidimus hæc significatio est, vt p, principium paginæ denotet, m, medium, f, finem.

A A

AEt Ab regulariter excludũt,668.f.
Abducere, 351.p.
Abesse quot modis quis dicatur, 875.f.& 876.
Abesse pro differre, 115.m.
Abesse res quando dicatur,114.m.
Abesse & adesse differunt, & quot modis,& phrases, 114.f.
Abesse cur non dicatur ab hostibus captus, sed qui à latronibus detinetur, 879.m.
Abesse an res videatur,si sciés quis eam emerit, 134.p.
Abiicere quid, 851.m.
Abiecta persona, 851.m.
Abimelech dictio Hebraica quid denotet, 800.m.
Abire quid,& eius phrases, 727.p.
Abnuere quid, 845.f.
Abolitio propter rem prospere gestam, concedi solet, 182.m.
Citra Abolitionem quid fieri quando dicatur non posse, 767.m.
Abolitio cõcessa à Rege ob iucundum suum aduentum,ad mulierem quæ occidit partum non baptisatum,an extendatur, 677.
Abrogare & arrogare quid differant, 598.
Abrogare pro adimere, 598.f.
Absens esse quot modis quis dicatur, 875.f.& 876.
Abrogare legem quid, 597.f.
Absens quoad stipulationem quis dicatur, 876.f.
Absenti quomodo succurratur, 880.p.
Abstinere,quid 446.f.
Abstinere ab hereditate,quid,& qui dicãtur, 446.m.
Abuti,quid 145.f.
Abusus, 145.f.
Abusus in bonum interdum accipitur, 146.p.
Abusiuè quomodo exponatur, 145.m.
Accedere quid,& quot modis vsurpetur, 813.m.
Accessio quid, 813.m.
Accessio pro fideiussore, 813.m.
Accessor pro fideiussore, 813.m.
Accessorium,quid, 813.f.
Acceptare, 482.p.
Acceptum seu accepto ferre, 1026.p.
Acceptum ferre debitum,& facere, 481.f.
Acceptum referre,quid, 1026.p.
Acceptum rogare, 481.f.
Acceptilatio,quid, 396.f.482.m.& 947.p.
Acceptilationis formula, 1026.p.
Acceptilatio fieri potest saluo residuo, 344.f.
Acceptio personarum improbata, 481.m.
Acceptio personarum apud deum & papam non est, 442.f.& 443.
Acceptam stipulationem facere, 482.p.
Accidere simpliciter prolatum, 773.p.
Accipere quid,quot modis sumatur, & eius phrases, 35.m.478.f.479.m.& 480.481.
Accipere & capere quid differant, 475.p.
Accipere & recipere quid differant, 911.m.
Accipere est verbum directum contra Alciat. 268.p.
Accipientis facere, 946.f.
Accola quis,& quid differat ab incola, 1046.f.
de Accrescendi iure aliquot conclusiones, 719.f. & 720. vide de Iure accrescendi.
Accursius reprehenditur, 720.p.
Accursius reprehenditur, 934.p.
Accusatio legitima, 680.m.
Accusatio capitalis, 604.p.
Accusatio non debet differri, 437.f.
Accusator idoneus, 323.f.
vt Accusatus det pecunias pro processu, damnanda praxis, 63.f.
Acquiescere sententiæ quomodo dicatur appellans, 1073.p.
Acquirere quid, & quot modis vsurpetur, 800.f.
Acquirere qui teneatur, 229.p.
Acquirere quibus sit suaue, 229.p.
Ἀκρόδρυα quæ 906.f.& 1034.f.
Acta & gesta quæ sint, & quomodo differant, contra Vallam 181.p.& 416.p.
Acta an nomine instrumentorũ contineantur, 584.p.
apud Acta,quid 443.f.
Actio quid,& quot modis capiatur 171.m.
Actionis nomen,quid comprehendat, 814.m.
Actionis nomen generaliter & specialiter sumptum quid denotet, 815.f.
Actionis nomen,petitionis & persecutionis quid differant, 273.m.& 814.f.
Actio vbi datur,& persecutio 275.f.
Actio vbi tollitur,& persecutio etiam extraordinaria, 275.m.
Actio nasci quando dicatur, 383.p.
Actio & pœna specialis, 450.f.
Actionis verbo exceptio quando veniat 86.m.
Actionis nomine accusatio continetur 86.m.
Actiones an transeant in donat.omniũ bonorũ 71.f.
Actione priuatus non censetur exceptione exclusus 86.p.
Actiones loco non circunscribuntur 59.f.
Actiones an meæ dici possint 58.f.
Actione sublata officiũ iudicis sublatũ videtur,276.p.
Actione cessante persecutio datur ex bono & æquo, 278.m.
Actio non datur ante conditionis euentum, 321.m.
Actione reseruata ei ad quem res pertinet, etiam successor singularis continetur, 454.m.
Actiones quando inter mobilia vel immobilia computentur, 562.m.

Actionem

Actionem ex improbitate sua nemo habet, 618.f.
Actionem de quo quis habet, id apud se habere videtur, 722.p.
Actiones apud me esse non posse, quid, ibidem.
Actio extraordinaria quando sublata censeatur, contra Alciatum, 275.f.
Actionem ad rem immobilē habens satisdat, 723.m.
Actio extingui & tolli quomodo dicatur 383.m.
Actiones quisuas cedit, vtrasq; cedere videtur, 815.p.
Actio ciuilis, 1039.m.
Actio datiua & natiua quæ 382.m.
Actio directa & vtilis, quid 78.p.& 724.p.& 1054.m.
Actio directa duplex, 525.p.
Actio de dolo quando detur, vel ex stipulatu, 473.f.
Actio de dolo in procuratorem datur, 629.m.
Actio de dolo cōtra municipes cur non detur, 667.f.
Actio ex edicto, ne vis fiat ei, &c. competit intra annum 702.f.
Actio extraordinaria quando concurrat cum ordinaria, 1056.m.
Actio finium regundorum 864.m.
Actio fiscalis ad quos extendatur, 630.m.
Actiones honorariæ post annum non dantur, 702.f.
Actio hypothecaria quæ, 1040.m.
Actio legis quæ sit 171.m.
Actio ex maleficio 1055.p.
Actio in personam, 814.f.
Actio negot. gestorū cui detur, & quotuplex 182.m.
Actio noxalis: vide Noxalis actio.
Actio pecuniaria 52.f.
Actio personalis, 588.m.
Actio pignoratitia quid differat à quasi Seruiana 1041.p.
Actio plena 655.f.
Actio popularis quid 109.p.
Actiones possessoriæ, quæ, 507.m.
Actio præscriptis verbis, Vide Præscriptis verbis actio.
Actiones priuatæ, 1049.p.
de Actio. quanto minoris, 271.f.
Actio quanto minoris ciuilis, & prætoria, 830.p.
Actio realis à principe tolli non potest 95.f.
Actio receptitia quæ, 908.f.
Actio redhibitoria, 566.f.
Actio simplaria 469.p.
Actio in rem specialis, 814.f.
Actiones temporales, 85.f.
Actio turpis quæ 319.p.
Actio vniuersalis & particularis 205.p.
Actio vtilis cur inducta, 324.m.& 1054.f.
Actionem vtilem ex præscriptione dari, 525.p.
Actio in rem & actio in personam 280.f.
Actuarius 173.p.
Actuariæ naues 173.p.& 1071.m.
Actus, quid 167. p. & 758. p. & quot modis sumatur 167.p.& p.170.f.
Actus generaliter capitur contra glo. 167.m.
Actus in vita perfectus post mortem confirmatur, 683.f.
Actus nullus non prodest 167.f.
in Actu omni tria requiri 171.p.
Actus alienus seu extraneus ibid.
Actus legitimi qui ibid.
Actus cōditionalis nō dicitur simplicit er talis 391.m.
de Actu distinctio, 529.m.
Actum intelligi de valido, 542.p.
Actus fauorabilis iterationem recipit, ibid.
Actus probari non potest testibus, qui tātum instrumentis probandus est, 583.f.
Actus prohibitus in fauorem partis, ea non opponente valet, 661.f.
Actui iam perfecto nihil addendum, 765.m.
Actum inualidum confirmans, videtur dare, 684.p.
Actus qui fieri debet in certo loco, nisi ibi fiat, non valet, 697.m.
Actus quando dicatur perfectus, 712.p.
Actus legitimi quomodo dicantur non recipere neque diem, neque conditionem, 909.p
Actus nulli etiam effectum habent, 973..
ex Actu nullo voluntas declaratur, 974.p
ex Actu nullo in prohibitis incidit quis in pœnam, ibidem.m.
ex Actibus nullis inducitur consuetudo, ibid.
Actus pro seruitute, 170.f.
Actus & iter quid differant, 758.p.
Actus pro historia 171.p.
Actor quis 172.m.
Actor quare dicatur 173.p.
Actor, pro syndico 172.f.
Actor pro eo qui negotia agit 172.f.
Actor idoneus, 323.m.
Actor reo edere tenetur, 552.m.
Actores serui, 902.f.
Addere pro adiungere, 916.p.
Addere pro imponere, 916.p.
Addicere, quid, 781.f.
Additamentum, quid 916.p.& 1071.f.
Adducere, 351.m.
Adeo quid, 428.f.
Adhibere quid, & quot modis in iure vsurpetur 941.m.
Adhibere manum 122.m.
Adhuc, 457.p.
Adiacens prædium, 781.f.
Adiicere, quid, & eius variæ acceptiones, 672.p. & 851.m.
Adiectio quid, 781.f.
Adiectio, adiunctio, vel additio, idem, 851.p.
Adire, quid, 446.f.
Adire & immiscere quid differant, 446.m.
Adire hereditatem quid sit, 446.p.
ante Adiudicationem confiscatio, officium, aut alia bona vacantia dari non possunt 250.
Adiungere, quid 432.p.
Adiutor 173.p.
Administrare quid, & quot modis vsurpetur, 904.m.
de non Administratis tutorē vel alium teneri, 547.f.
Administratio, quid 904.m.
Administratio bonorum & peculij libera, 904.m.
Administratores qui, 903.m.& 904.f.
Administrator Reipub. 904.f.
Admittere quid & eius phrases, 142.p.
Admittere equum 142.f.
Admittere metum, 1027.p.
Admissarius equus 142.f.
Admissum pro delicto 142.m.
Admonere quid, 1034.m.
Admonitio ibid.
Adnumerare pro adscribere, 793.m.
Adolescens quis dicatur, 1045.m.
Adoptionis nomen generale & speciale, 814.f.
Adoptiui liberorum nomine non continentur, 965.f.
Adoptiuus pater, 800.p.
Adoptiuus ex causa ingratitūdinis exheredatur, 800.m.
Aduena quis, 1056.f.
Aduenam conueniens domicilium eius sequi debet, 1056.f.
Aduenarum potestas 1057.p.
Aduentores qui, ibid.
Aduersus, quid, & eius phrases 143.p.
Aduersarius etiam iudex dictus, 755.p.
Aduersarius in iudicio, & ante iudicium, quis dicatur, 754.f.
Aduersaria quæ 755.m.
Aduersaria arestorum & sententiarum, 755.m.

Aduersio quid significet, 143.p.
Adulterari, & adulterare, quid, 318.f.& 972.p.
Adulteratores monetæ 318.f.
Adulter fructu matrimonij priuatur, 593.f.
Adulter non est ex solo proposito, 995.m.
Adulterium quid, 318.f.& 588.f.
Adulterium an natura probrum sit 316.m.
Adulterium vel stuprum cum ancilla commissum, an puniendum, 339.f.
Adulteria qualiter puniantur, & variæ adulterorum pœnæ, 590.p.
Adulterium cum propria vxore quando committatur, 589.p.
de Adulterio lex loquēs, nō habet locū in stupro, ibi. 590.m.
Adulteræ pœna triplex, 329.p.
Adulterinus, 972.p.
Adulterinum quid, 907.m.
Adulterini, ex adulterio concepti, 344.f.
Adultus generalem acceptilationem præstare tutori non cogitur, 293.p.
Aduocatorum subscriptio cur fiat, 218.p.
Aduocatus salaria 316.f.
Aduocatus certare probris nō debet, sed legib', 96.m.
Aduocatus ratione salarij etiam sine stipulatione creditor est, 386.p.
Aduocati concinnatores, qui, 637.f.
Aduocati nō possunt retinere scripturas partiū, 643.m.
Aduocatus capiens vltra debitum est prædo, 926.p.
Aduocatus qui partis secreta pandit, qua pœna puniatur, 994.m.
Aduocatus si suæ parti consulat vt fugiat è carcere, an teneatur 870.m.
Aedes in singulari quid, ibid.
Aedes in plurali quid, 555.f.
Aedes in singulari pro domo, 364.f.
Aedes superficiariæ, 875.m.
Aedes vrbanæ, 870.m.
Aedicula, quid 870.m.
Aedificare, 518.f.& 793.f.
Aedificari in suo passus, re sua si vti velit, an impensas reddat, 510.m.
Aedificium quid, 870.m.
Aedificia calcata, 873.p.
Aedificia rustica quæ dicantur, 553.p.
Aediles qui, 553.p.
Aediles curules, qui 553.p.
Aedilium officium, 553.p.
Aedilitiū edictū ad morbos ignoratos pertinet 316.m
Aedilitas, 553.m.
Aeditui, 553.m.
Aeduensis collegij priuilegium 710.p.
Aemilij Ferreti sententia in l. 1. ff. de pac. explosa 7.p.
Aequum multis modis sumi, & phrases, 365.f.
ex Aequo & bono, 296.f.& 365.f.
Aequis ponitionibus, quid 719.p.
Aequalis, 366.p.
Aequaliter, 366.p.
Aequè expositio, & eius phrases, 365.m.
Aequitas, 366.m.
Aequitas canonica maior æquitate prætoria, 847.m.
Aerarium quid, 762.m.
Aeris appellatione quid contineatur, 762.p.
Aes caldarium, 762.
Aes Corinthium 912.m.
Aes coronarium, 762.f.
Aes regulare, siue ductile, 762.f.
Aeris appellatione quid contineatur in legibus vel statutis Latinè conscriptis, 762.f.
Aes alienum quid, 458.m.& 932.m.
Aes alienum meū, tuum, suum, filij, patris, &c. 932.m.
Aes alienum inter successorem mobilium, & successorem immobilium quomodo diuidatur, ibid.
Aes alienum patris filius non cogitur soluere, 965.p.
Aestimare quid, & ab existimare quid differat, 1006.p. & 1007.p.
Aestimare litem, quid, 1007.m.
Aestimare litem capitis, quid, 1008.f.
Aestimationis nomine quid significetur, 1007.p.
Aestimatio & existimatio quid differant, 1006.p.
Aestimatio litis quid contineat, 1008.p.
Aestimatio litis quid sit in criminalibus, 1008.m.
Aestimatio tunc fit, cum res non extat, 673.p.
Aestimationem facere ex rei veritate, quid, 949.m.
Aetates hominis sex, 906.f.
Aetas iusta, 884.m.
Aetas puerilis, 905.f.
Aetas legitima est 25. annorum, 680.p.
Aetas quæ requiratur in contractu, 710.m.
Aetas in sacerdote quæ sit necessaria, ibid.
Aëtitæ lapidis vis in sedandis doloribus parturientium 215.f.
Affectio duplex, 432.p.
Affectus quomodo cognoscatur, 475.f.
Afferre pro portare, 1026.m.
Affinitas quid, 865.p.
Affirmationes duæ cur non negent, vt duæ negationes affirmant, 1036.f.
Ager vnde dicatur, & quid sit, 216.p.632.m.& 635.m.
Ager & possessio quid differant, 633.m.
Ager dominicus 217.p.
in Agro duo præcipue consideranda 532.f.
Agri deserti 216.f.
Agere quot modis sumatur 167. p. eius phrases 168. per totam. & 169. & 170.
Agere reus quando dicatur, 88.f.
Agi & fieri quid differant 172.m.
Agere suo nomine, 1065.p.
Agere quis dicatur, 999.f.
Agere conuentum iudicialem, 41.m.
Agger quid 217.p.
Agger consecratus 217.p.
Agitare 173.p.
Agitatores qui sint 172.m.
Agnati qui, & à cognatis quid differant, 772.m.
Agnatis tutelæ legitimæ deferuntur, 651.p.
ad Agnatos & gentiles, parœmia 376.f.
Agnoscere quot modis sumatur & eius phrases, 73.m. 398.m.& 399.
Ἀγρανόμοι, 553.p.
Agraria lex 216.f.
Agricolæ 216.f.
Agricultura 216.f.
Albarium quid, 1069.p.
Albatio ibid.
Albinagij iure bonis vindicatis an teneatur Rex soluere æs alienum, 797.f.
Alciati intellectus ad l. 5. hic, reiectus 54.p.
Alciatus reprehenditur 79.p.
Alciati improbatur sententia de vsura 110.m.
Aleator non dicitur ex sola voluntate, 995.m.
Alere & nutrire quid differant 327.p.
Alere qui debet, an in hospitali possit collocare alendum 333.p.
Alexandri magni erga suos præceptores liberalitas, 413.f.
Alexandri apophthegma, 986.f.
Alienare quid significet, 457.m.
Alienare large sumptum 229.p.
Alienare prohibitus an possit obligare 223.m.
Alienare qui non potest, non potest alienationi consentire 224.f.
Alienatæ res in fraudem cum partu reuocantur & sua causa 214.f.
Alienata res dicitur, etiam quoad vtile dominium, 457.p.
Alienatus mente, 457.m.

Alienationis nomine quid contineatur, 222.m. & 223.f.& 225.p.& 456.p. quotuplex, 224.p.
Alienationis nomine an contineatur datio in emphyteusim 224.p.
Alienatione prohibita per contractum, an ex vlt. voluntate censeatur prohibita 183.f.
Alienatione prohibita an locatio ad longum tempus prohibita sit, 224.p.
de Alienatione rerum ecclesiæ 180.p.
Alienatio prohibita ecclesiasticis & regibus 225.p.
per Alienationem verbalem quis in pœnam non incidit 225.p.
Alienationis prohibitio, vt res ad descendentes veniat, est perpetua 404.f.
Alieni nomẽ quot modis vsurpetur,& phrases 457.m.
Alienigena, 459.p.
Alimentorum nomine quid veniat, 326.f.
in Alimentis inspicienda consuetudo 328.f.
Alimenta quæ viuus præstabat legata, de quibus intelligantur 83.f.
Alimenta si debeantur an expensæ studij, & an ad eas pater teneatur, 330.m.
Alimoniæ appellatione quid veniat, 327.p.
Aliquando quid denotet, 502.m.
Aliquid dictio intelligitur in minimo, 428.f.
Aliquis dictio quid contineat 103.m.
Aliquis dictio an fœminam contineat 10.f.
Aliter dictio, 714.p.
Aliter atque, 340.p.
Aliud est esse tale, aliud loco talis haberi,& huius regulæ varia exempla, 918.f.
Alternatiua negatiua vtrumque requirit, 376.p.
Alterum pro secundo, 291.p.
Ambiguum & dubium quid differant, 748.f.
Ambulare quid 665.p.
Qui ambulant cum telo hominis occidendi causa an puniendi, 1015.m.
Ambulatoria cur dicitur legis potestas 665.m. itémque voluntas defuncti, ibidem.
Amici quales esse debeant, 986.f.
Amici quam necessarij, 988.m.
in Amicitia quæ obseruanda, 986.f.
Amicitiarum tria genera, naturales, æquales, hospitales, 988.m.
Amittere quot modis capiatur,& eius phrases 141.m.
Amissum dicitur,quo perpetuo caremus 142.p.
Amissum in bello quid dicatur 142.p.
Amissum in ludo an repeti possit 140.m.
Amissa censetur res quæ facilè non potest recuperari, 140.f.
Amœnitas loci non est auferenda, 517.f.
in Amotarum rerũ actione ei danda est actio, amissa possessione rei, qui litem æstimatã soluerit,1008.p.
Amouere & rapere quid differant, 89.m.
Amphora quid 916.p.
Amphorarium vinum 916.m.
Amplecti, 232.m.
Ampliare quid, 640.m.
Amplius verbum quid significet, 525.f. & eius vtilitates 526.p.
Amplum & amplissimum quid dicatur, 640.m.
Amplissimus ordo senatus 640.m.
Amputare ramos 62.m.
Ancones quid, 829.m.
Angiportus, 426.p.
Animo & corpori quid conducat 290.m.
Animus pro mente, 958.f.
Animus an sit inspiciendus, cum aliquid diiudicandum est 431.f.
Animus occidendi præsumitur ex instrumenti genere, 1016.p.
Animæ periculum vbi est,id fieri non debet, 667.m.
Animarum cura non negligenda, 406.p.
Animaduertere,quid, 1038.p
Animaduertere & punire quid differant, 1038.m.
Animaduersio quid, 1038.m.
Animalia mortua dare quæ sufficiat 127.p.
Animal in meo inuentum an possim retinere, 264.p.
Animalium mortuorum pelles an sufficiat dominis tradi à pastoribus, ibidem.
Animalia morbosa separari debent à sanis, ibidem.
Animalia in communibus pascuis volens plura habere, prohibetur 265.p.
Animalia depascendi extra territorium, & in fundis alienis valet consuetudo ibidem.
Animalia quando ingredi possint pratum,& an liceat ibi depascere, 267.p.
Annibalis astutia, 538.f.
Anniculus quis dicatur 695.f.& 701.p.
Anniuersaria quid, 701.m.
Annona, 500.p.
Annona ciuilis,& militaris 500.f.& 1039.m.
Annuere quid 845.f.
Annus à quo constitutus, 577.p.
Annus continuus 524.p.
Annus vtilis, 523.f.
Annus deportus quomodo debeat computari, 579.p.
Annus in iure non computatur per momenta, 702.p.
Anni maiore parte quis possedisse dicatur, 752.p.
Anno proximo cum dicimus,qui intelligatur, 751.p.
Annua debere,& anno quid differant, 8.f.148.p.
Ansuri qui, 148.p.
Anteambulones, 665.p.
Ante diem decimum,quid, 696.m.
Ante ad locum, ad personam, & ad materiam refertur, 697.m.
Antea dictio respicit tempus, 697.f.
Antequam dictio, 697.f.
Antestati,qui, 300.p.
Anulus à quo inuentus, 491.f.
Anulus cur feratur, ibid.
Anulus fideiussor extremæ necessitatis, ibidem.
Anulus signatorius, ibidem.
Anulos olim serui non habebant, ibid.
Anulos gestandi veterum mos ibidem.
Apanagium quid, 17.m.
Aperire puteum, 759.p.
Apolides serui, 788.m.
Apophthegma cuiusdam Lacænæ, 966.m.
Ἀπόξολοι, 607.p.
Apostoli qui, ibidem.
Apostoli refutatorij, 607.p.
Ἀποστέλλω,quid, 607.p.
Ἀποστέλεσμα,quid,65.m.& quid differat ἀπὸ τοῦ ἔργου,ib.
Apparere verbum quot modis sumatur, 789.f.
Apparitio,quid 190.p.
Apparitores qui, 790.p.
Apparitores non possunt pro debitis in domibus poni 355.m.
Apparitores præfectorum prætorio, 790.p.
Apparitores pro ministris Regiis, ibid.
Apparitori inclusum carcere an occidere liceat,990.f.
Apparitor iniuste prehensum,liberare nõ debet,ibid.
Apparitorum officium in sistendis captis, 990.p.
Appellare quid, & quot modis sumatur, 801.f.
Appellare debitorẽ creditor quomodo dicatur,802.p
Appellari potest à sententia iudicis, ad quem partes pro arbitrio iniquo recursum habuerunt, 469.f.
Appellandi potestatem datam extendi ad omnem appellationem, 541.f.
Appellandum intra quot dies 38.p.
Appellare cuilibet licet etiam pro condemnato ad carcerem perpetuum, 602.f.
Appellanti dies quot dentur ad appellandum, 989.p.
Appellare pro attentare alterius pudicitiam, 802.p.
Appellans quatenus audiendus, 1079.f.

Appellatoria

Appellatoria tempora, 802.m.
Appellatio & prouocatio quid differant, 802.p.
Appellatio fieri debet intra decem dies, 699.f.
Appellatio vnius alteri non prodest, vt nec sententia nocet, 718.f.
Appellatio vnius in coniunctis aliis prodest, 718.m.
Appellatio pro vocatione & nominatione, 801.f.
Appellatio quælibet etiam frustratoriam comprehendit, 104.m.
Appellationi renunciare quando sine mulcta liceat, 29.m.
Appellationi acquiescens quam mulctam debeat, ibidem.
Appellatio deferi quando dicatur, 707.p.
Appellere pecus, 802.m.
Appeto & expeto quid differant, 1021.m.
Appetere,pro desiderare, ibidem.
Apponere quid,& eius phrases, 660.f.
Apprehendere quid significet, 633.m.
Apprehendere & inuenire quid differant, 1017.m.
Apprehendere possessionem quid, 633.m.
Apprehendere ex maleficiis,quid, 633.f.
Approbare quid, 117.p.
Approbatum quando possit reprobari 136.p.
Appunctamenta non solent reprobari, 619.f.
Aprilis mensis cur sic dictus, 577.p.
Apud dictionis vis & potestas, 442.p.& 445.
Apud & in quomodo differant, 443.f.
Apud & penes quid differant 442.p.
Aquam duuidere temporibus, 85.f.
in lege Aquilia dolus & culpa regulariter venit, 982.f.
Aqua viua,agri portio, 780.f.
Arabarches qui 148.f.
Arabum mores quidam, 1033.f.
Aragoniæ regis statutum, 605.m.
Arbiter quis, 470.m.
Arbitrorum diuisio trita 470.m.
Arbiter pro iudice, 470.f.
Arbiter non potest esse excommunicatus, 470.p.
Arbiter pro curatore,& administratore, 471.p.
Arbiter monachus esse non potest, 470.p.
Arbitriũ quid & quot modis sumatur, 471.m.& 472.
Arbitrium duplex, 470.m.
Arbitrium boni viri quod dicatur, 471.f.
Arbitrium intelligitur si recte quis fuerit arbitratus, 470.p.
Arbitrio boni viri quæ dictiones relinquantur, vel à partibus sint declarandæ, 526.m.
Arbitrari, 472.m.
Arbitratus, 472.m.
Arbitratus quo exponatur modo, 470.m.
Arbitramentum, 472.m.
Arbitraria actio, 472.p.
Arbores vrbanæ & syluestres, 875.m.
Arbor supra domum alienam dependens est stirpitus euellenda, 244.f.
Arboribus prati dans damnum, & ipsi prato dedisse videtur, 266.f.
Arbores grandes quando cædi possunt, 241.m.
Arbores qui plantare vult iuxta fundum vicini, quid obseruare debeat, 244.f.
Arborem habens impendentem in alienum solum non iuuatur præscriptione, 245.m.
Arbores cæduæ, 930.p.
Arbores glandiferæ quæ, 1035.p.
Arborem authoritate propria alienam non licet excidere, 245.p.
Arbustum quid, 513.p.
Arbustare quid, 513.p.
Archidami dictum viso primum ferro, 1016.f.
Archiepiscopi territorium, 1061.m.
Archiepiscopatus prouincia est, 876.m.
Architriclinus quis, 786.f.
Arcere pro prohibere, 942.m.
Arctare quid,& vnde dictum 133.f.& 942.m.
Arctus,id est strictus, 942.m.
Arcus pro ballista, 1015.f.
Arcus pro ponte, 1015.f.
Area,quid propriè, 216.p.& 925.p.
Area,pro loco vbi fruges teruntur, 925.p.
Area pro curte, 925.p.
in Arenam damnare, 60.m.
Arenarius, 60.m.
Areopagitæ noctu quare iudicabant, 32.f.
Arestum quid, 803.p.
Arestum ratione debiti latum, 611.p.
Argenti appellatione denarij & dupli continentur, 762.p.
Argentum potum 242.m.
Argentum potorium 325.f.
Argentarius,quis 550.f.
Argentariorum triplex in iure differentia, 550.f.
Argentaria, 551.p.
Argentaria mensa, 551.p.
Argentaria peculiaris, 826.m.
Argentariam facere, 551.p.& 947.m.
Argentifodina, 551.p.& 764.p.
Arguere,quid,& quot modis sumatur, 769.m.
Arguere quis non dicitur,nisi conuincat, 869.m.
Argumentum à toto ad partem, 487.m.
Argumentum à toto ad partem non procedit in indiuiduis 488.m.
Argumentum de minori ad maius, 271.f.
Argumentum à solitis 295.m.
Argumentum à correlatiuis, 858.p.
Argumentum ab absurdo validum, 594.m.
Argumentum à contrario sæpe in iure cessat, 775.f.
Argumentum duo debet habere de iure ciuili, 869.f.
Argumentum vt concludat iure canonico quid exigat, 869..
Argumentari de contractibus ad vltimas voluntates quando liceat, 184.m.
Argumẽtum sumi ex lege loquente negatiue, 738.m.
Argumentum affirmatiuè arguens valet ex etymologia, 1076.m.
Arma quæ,& vnde dicantur, 311.m.& 314.m.
Arma alterius quam principis apposita operi publico radenda sunt, 73.f.
Arma quædam ad defensionem,& alia ad nocendum inducta, 311.f.
Arma qui ad infideles defert, excommunicatus est, 314.f.
de Armorum gestatione, 314.p.
Armorum delatio nobilibus quando interdici potest, 315.f.
Arma deferens animum præsumitur habere maleuolum, 315.m.
Armorum nomine in odiosis quid veniat, 314.p.
de Armis quis cognoscat, & qui portare ea possint, 313.f.& 315.p.
Arma iudex quando deferri permittere possit, 315.f.
Arma pro insignibus, 315.m.
Arma ad hostes deferens excommunicatus est, 641.f.
Armati qui dicantur, 311.m.
Armamenta quæ sint, 539.m.
Armamentarium,quid, 311.f.
Armarium quid, 315.p.
Armeniaca malus, 1070.p.
Armentum, 529.f.& 538.
Arramenta causæ corrupte dici pro armamẽtis,539.m.
Arramenta causæ non teneri quem reassumere post interruptionem, 539.m.
Arrogare & abrogare,quid differant, 598.f.
Ars quomodo accipiatur, & an legalis scientia ars dicatur, 133.p.

Ars ludicra, 947.m.
Artifex quis dicatur 133.p.
Artificem priuans manu quomodo puniatur 120.f.
Articuli apud dicanicos qui dicantur, 717.p.
Articuli impertinentes qui, 717.m.
Articulus pro coniunctione, 717.p.
Artificium quid sit, 133.m.
Artifex à negotiatore quid differat, 921.p.
Artemio regi Antiocho persimilis, 704.p.
Artemon quid, 1069.m.
Ἀρτόμεν quid, 1069.f.
Arundinetum 240.p.
Ascendentes & descendentes qui, & horum appellatione qui contineantur, 404.f.965.f.& 966.
Assectari quid, 802.p.
Assectari quis dicatur 415.f.
Assidue interuallum denotat, 702.p.
Assignare quot modis sumat, & eius phrases 609.m.
Assignare libertum, quid, 609.m.
Assignatio quot modis fiat 609.m.
Assignatio verbalis, 609.f.
Atinia lex quæ, 938.m.
Atque dictio, 340.p.
Atqui, 340.m.
Atrium, quid 900.m.
Atriensis seruus & atriarius, 900.m.
Atrici serui qui, 900.m.
Attestari, quid 300.p.
Attestatio quid, 300. p. quomodo fiat, & quando probet, ibid.
Attestationes falsas facientes falsi tenentur, ibid.m.
Attinere pro pertinere, 672.p.
Attribuere quid 38.p.
Auctoris nomen quid significet, & vnde dicatur, 651.f.
Auctor particularis an teneatur pro successore, 270.p.
Auctoritatis nomen quot modis sumatur 651.f.
Auctoritas quando interponenda sit, 390.m.
Auctoritas principalis, 865.m.
Auctoritas quibus verbis præstetur 390.m.
Auctoritas & decretum quem respiciant, 390.m.
Auctorari quid, 652.p.
Auersio quid, & eius phrases 143.p.
Auferre quid, & eius phrases, 1026.f.
Augustus mensis vnde dictus, 577.f.
Auia matris appellatione venit, 883.m.
Auocare quid, 69.m.
Aurentia malus, 1070.p.
Auus patris nomine propriè intelligitur, 883.p.
Auus & auia quãdo patris & matris appellatione non contineantur, 883.m.
Auri appellatione quando argentum neque æs venit, 763.p.
Auri nomine non venit pecunia numerata, 560.f.
Aurum vel argentum in ripis fluminum inuentum cuius sit 159.f.
Aurum comparatitium quid, 633.p.
Aureus in iure quid, 764.p.
Aurei appellatione in Gallia quid contineatur, 763.f.
Aurei Tholosæ quantum valeant, ibid.
Aurei Aquilæ, ibid.
Aurificina, 764.p.
Aurifodina seu auraria quid, 764.p.
Aurifodinæ cuius esse debeant, 499.p.
ex Aurifodinis rex decimam partem capit 359.f.
Aut, disiunctiua, 289.f.
Authenticorum liber cur sic vocetur, 255.f.
Authenticæ per verbum, hodie, ad futurum trahuntur, 83.m.
ad Authent. sacramenta puberum. C. si aduersus venit. 372.f.
Authenticum instrumentum, quod, 652.m.

B B

BAbylonij filias adigebãt ad quæstum faciendum, 730.f.
Bailliui quid obseruare debeant in iurisdictione eorum assumenda, 942.f.
Baiulare, quid, 1031.p.
Baiulus, quis, ibid.
Baiulus, pro eo qui in pago pro domino residet, ibi.
Balani, seu dactyli, 794.p.
Balani genus castanearum, ibid.
Balanus pro herba vnguentaria, ibid.
Balanus pro suppositorio ibid.
Balliſta, 1015.f.
Baptisare filios suos domi, Principibus licere, 961.m.
Barbam aut crines per iniuriam alicui expilans, qua pœna puniatur, 644.p.
Beatus quis, 364.p.
Bellum iustum, 884.m.
in Bello capti qui dicantur, 641.p.
Bellum priuatus alteri nõ potest iure indicere, 643.p.
Bene, 489.f.
Beneficia manuaria 122.f.
Beneficium iure quando dicatur vacare, 250.p.
Bona cõcedendo actiones an cẽseãtur cõcessæ, 188.f.
Bona absentis, de cuius morte dubitatur, ad quem spectent: & quid de eis fiat, 128.m.
Beneficium acceptari per procuratorem, literas, & nuntium potest, 301.m.
Beneficia sine causa non debent conferri 377.f.
Beneficium persequi satis accipiendo quis dicatur, 414.f.
Beneficia apud sedem Apostolicam quando vacare dicantur, 443.p.
Beneficium sine titulo retinetur etiam iuste, 509.m.
Beneficium primũ vacans mandatario deberi, 541.m.
Beneficium sibi non debitum acceptans, an aliud acceptare possit, 542.f.
Beneficium eius dicitur, cui est collatum, 575.p.
Beneficium impetrans post annum quàm est priuatus, nihil agit, 578.f.
Beneficij valor intelligitur deductis onerib. 784.m.
Beneficia principum etiam ad legatarios extenduntur, 959.m.
Bestiæ non sunt in fructu, nisi in garenis, 499.f.
Beneficiarij qui dicantur 166.p.
ad Bestias dare 320.m.380.f.
Bladi nomine quid contineatur, 501.f.
ob Blasphemiam puer à diabolo raptus, 965.p.
Boire & manger verbis Gallicis quid veniat 328.p.
Bonus vir pro iudice, 297.p.
Bonum, quid, & quot modis accipiatur, 296.m.
Bona quæ proprie dicantur, 295.f.& 527.m.& 922.p.
Bonorum nomine & mobilia & immobilia & actiones continentur, 362.f.
in Bonorum remissione quæ veniant, & quid seruetur, 363.m.
in Bonis esse quid dicatur, 296.f.364.p.& 365.m.
ex Bonis quæ dicantur, 63.f.
Bona caduca, 260.f.
Bonis obligatis an nomina debitorum comprehendantur, 363.m.
Bona si peruenerint ad plures dominos, debita quomodo soluantur, 188.p.
Bonorum eius qui in bello capitur diuisio quomodo fiat, 641.m.
Bona concedendo actiones an censeantur concessæ, 188.f.
Bona ciuitatis an præscribi possint, & quando, 145.p.
Bona deducto ære alieno dicuntur naturali appellatione, 362.p.
Bonorum possessio peti potest intra diem centesimum, 699.m.
Bona quando accipi debeant ciuiliter, & quando naturaliter

turaliter, 362.m.
Bonis venditis sitis in certo loco, an actiones & iura illius loci veniant, 363.p.
Bonorũ alicuius æstimatio quomodo facienda, 538 p.
Bona sua si quis vendat an ius patronatus veniat, 922.m.
Bona non habens an collectas soluat, 271.p.
Bona paganica, 1060.m.
Bona patris sua bona filius vocare potest, 417.m.
Bona superficiaria, 364.f.
Bona confiscata quibus applicentur, 27.m.
Bonis confiscatis, & communia confiscantur, 574.f.
Bona materna filius an nostra dicere possit, 418.f.
Bona eius, qui ab hostibus est captus, non venduntur, 641.f.
Bona habens censetur pecuniam habere, 535.p.
in Bonis vacantibus fiscus, non domini territoriorum succedunt, 250.p.
Bona amisisse quis dicatur in cessione & quinquenalibus, 140.m.
Bonorum possessionis vsus rarus in Gallia, 998.p.
Bona fides & mala fides quæ, 615.m.
Bonæ fidei emptor quis, 615.p.
in Bonæ fidei emptore duo tempora requiruntur, 617.m.
Bona fide si quis emerit, quid inde consequatur, 615.f.
Bonæ fidei possessor quid iuris habeat, 616.p.617. p.& 618.p.
Bonæ fidei phrases, 620.p.
Bona fides non præsumitur in eo, qui ludit ludo prohibito, 619.f.
Bonam fidem in dubio præsumi, ibidem.
Bona fides an præsumitur, quando allegatur, ibid.
Bona fides non præsumitur contra iura, ibidem.
Bona fides tollitur per denuntiationem, ibidem.
Bonæ fidei possessor tenetur de dolo cauere, 617.p.
Boni viri arbitratu quid, 297.p.
Bonitas quæ, 532.m.
Bonorum quot genera, 363.f.
Bona hominum tria, 296. p.
Bouis nomine capram contineri, 19.m.
Bouis nomine vaccam contineri, 539.p.
Bouem occidere olim capitale, 539.p.
Bouile, quid, 771.p.
Brochus quid, 916.f.
Bubulcus, 539.p.
Burgi nomine quid significetur, 23.f.& 1059.f.
Burgundiones vnde dicti, 23.f.
Butinum seu bucinum, 553.f.

C C

CAdere, quid, & eius phrases, 261.p.
Caducum quid, & quot modis in iure sumatur, 260.m.
Caducum dulce, 260.m.
Caduci iure sacerdotium impetrare, 261.p.
Caducaria, 261.p.
Caduceum, 261.p.
Caduceatores, bidelli, 261.p.
Cadus, quid, 9.m.
Cædes, 242.f.
Cædes pro morte, 929.f.
Cædere, quid, & eius phrases, 929.f.
Cælum pro aere, 119.m.
Caij nomen vnde, 1005.f.
Calcaria, quæ, 793.f.
Calcarius, quis, 793.f.
Calcatorium, quid, 793.f.
Calculum pro computatione, 392.f.
Calculationem non vitiat error in calculo temporis, 400.f.
Calculatio à iudice probata non retractatur, 401.p.
Calculationem per errorem conclusam vsque ad 30. annos retractari posse, 400.p.
Calculationem quando possit retractare liberans debitorem, 401.m.
Calculatio in quibus casib. non retractatur, 40.p.
Calculatio confirmata non retractatur, ibidem.
Calculatores, 399.f.
Calculator à iudice datus impedit retractationem, 401.p.
Calendarium, quid, 579.m.
Calix, 917.m.
Calix diatretus, 917.m.& 947.m.
Calueo & caluor quid, 1010.m.
Calumniari quid, 1009.
Calũniator quis, & quomodo puniatur 923.m.1009.m
in Calumniatores pœnæ aliquot, 1010.p.
de Calumniæ iuramento, 1009.m.
Calumnia euidens & præsumpta, 1010.m.
Camera fiscalis, 158.p.
Cancellaria quælibet literas subditis suæ iurisdictionis dare potest, non aliis, 77.f.
Cancellarij potestas, 993.p.
Cancellationes instrumentorum super quo fundentur, 200.m.
Cancellationes instrumentorum vnde profectæ sint, 393.m.
Candelarius quis, 921.m.
Cannabis an inter legumina sit, 498.p.
Cannabinus & cannabaceus, 488.m.
Canonicus quomodo absens dicatur, 877.m.
Capacitas vbi respicitur, futurum intelligi, 84.m.
Κάπηλος & καπηλικὸς, 826.f.
Καπηλεῖον quid, ibidem.
Καπηλὶς quid, ibidem.
Capere quot modis accipiatur, & eius phrases, 475.m. 476 477.& 713.
Capere & accipere quomodo differant, 475.p.
Capere mortis causa, 476.f.
Capitatio quid, 221.f.& 603.m.
Capitium, quid, 604.m.
Capitio qui vtantur, 604.f.
Capitulum an possit in legibus allegari, 603.f.
Capitularia, 604.f.
Capitulenses, 604.f.
Capones viuos dare quis tenetur, 127.p.
Cappa quid, 916.f.
Caprile, quid, 871.p.
Capsa, 1032.m.
Capsarius quis, 1032.m.
Captare, 478.p.
Captatoria voluntas, 478.m.
Captionis nomine quid significetur, 477.m.
Captiuus, 478.p.
Capti in bello qui dicantur, 641. p. & cur olim seruifierent, hodie non, ibid.
Captum qui redimit, quid in eo iuris habeat, 641.m.
Captus ab hostibus nõ constituit procuratorẽ, ibid.
Captus à Christianis non habet iura postliminij, ibi.
Captum in bello occidi non debere, 1045.f.
Captus mente, luminibus, 477.m.
Caput quot modis accipiatur, 603.p.
Caput familiæ, 864.p.
Caput seruile, 1046.m.
Capita gregis, 603.m.
Capite censi qui, 621.p.
Caput hominis percutiens occidendi voluntatem habere præsumitur, 603.p.
Capitis periculum, 485.f.
Capitalis causa quæ, 600.f.
Capitalis pœna, 601.f.
Carbonum appellatione quid contineatur, 791.f.
Carcassonensis burgus, 23.f.
Carceris tres species, 991.f.

Carcer Appij, 991.f.
Carcer Meſſeniorum, 991.f.
Carceris perpetui pœna non imponitur à iure ciuili, 329.f.
Carceribus non poteſt ſine iudice liberari detentus in carceribus, 355.p.
Carceris perpetui pœna quando imponi poſsit, 602.f.
ad Carceres perpetuos condemnatus quomodo tractandus, 940.m.
Carceres qui effregit, an pro confeſſo habeatur, 995.p.
de Carceratis, 355.p.
Carceratus pro expenſis retineri poteſt, 356.p.
Cardinales quomodo abſentes dicantur, 877.p.
Carnifex inuitus non fit, 167.m.
Caſcellius iuriſc. 760.p.
Caſtratus poſthumũ cur nõ poſsit inſtituere, 674.m.
Caſtratus an poſsit promoueri, 287.m.& 675.f.
Caſtrans hominem punitur pœna capitali, 674.f.
Caſtrenſiani, 825.m.
Caſtri nomine quid contineatur, 23.m.
Caſus, quot modis in iure ſumatur, 262.p.& 1067.m.
Caſus quatuor ad altam ſpectantes iuſtitiam, 90.p.
Caſus in quo poſſeſſor malæ fidei præſcribit, & bonæ fidei poſſeſſor minime, 616.f.
Caſus duo, quibus non habens filios mulier tempore mortis, cenſetur tamen habere, 713.f.
Caſu fortuito res perire quomodo dicatur, 983.m.
Cathedraticum, quid, 897.f.
Cauillari quot modis ſumatur, ſecũdum Alc. 808.m.
Cauendi verbo quid ſignificetur, & eius variæ acceptiones, 431.842.m.843.& 844.
Cauere quis debeat cum obligatione bonorũ, quando ſatiſdatio remittitur, 438.p.
Cauere pignoribus aut fideiuſſoribus, quid, 842.f.
Caueri poteſt rebus & perſonis ſimul, 843.f.
Cauere idonee quis dicatur, 1041.p.
Caupona quid, 827.p.
Caupona cum inſtrumento, quid, 829.p.
Caupones qui, 827.m.
Caupo vel hoſpes equos poteſt retinere pro pretio, 638.f.
Caupones de damno à ſuis dato tenentur, 846.f.
Caupo de furtis & delictis famulorum quomodo teneatur, 860.m.
Cauta, quæ, 845.p.
Cautores dicanici, 844.f.
Cauſa quot modis ſumatur, 196.197.198.199.& 200.
vnde dicatur, 197.f.
Cauſa & ratio differunt, 198.p.
Cauſa & occaſio differunt, 198.m.
Cauſa in maleficiis quomodo accipiatur, 199.p.
Cauſa qua ſignificatione regulariter accipiatur, 200.f.
Cauſam in vinculis dicere, 201.m.
Cauſa cadere, quid, 201.p.261.m.
Cauſa pro impulſu capitur, & eſt duplex, 200.p.
Cauſa alimentaria, annonaria, 201.m.
Cauſa capitalis quæ, 600.f.
Cauſa ciuilis, 196.f.
Cauſa criminalis, 196.m.
Cauſa criminalis quando terminetur, 1009.& 1010.p.
in Cauſis criminalibus quomodo pœnæ æſtimandę, 1009.p.
Cauſa quãdo intelligat finalis vel impulſiua, 200.m.
Cauſa idonea, 323.f.
Cauſa inſtructa, 829.f.
Cauſa liberalis, 201.m.
Cauſa lucratiua, 201.m.
Cauſa pecuniaria, 53.p.& 196.m.
Cauſa popularis quæ, 106.m.
Cauſa poſſeſsionis, 196.m.
Cauſam poſſeſsionis mutare, 199.m.
Cauſa probabilis, 116.m.
Cauſa publica, 201.m.
Cauſa rei quæ ſit, 195.m.f.
Cauſa tributaria, & tributoria, 201.m.
Cauſa ibi decidatur, vbi eſt commiſſa, 397.p.
Cauſæ in quibus contra fiſcum iudicatum eſt, quando retractari poſsint, 926.m.
Cauſa ceſſante tollitur lex, 598.p.
Cauſa priuati intra 10. annos retractari poteſt, ſi præuaricatio arguatur, 926.m.
Cauſæ ſeptem quæ homines impellunt, 747.f.
Cauſari, quid, 201.p.
Cauſaria miſsio, 201.p.
Cauſidici officium laudabile, 196.f.
Cautela pro cautione, 845.m.
Cautela in tranſactionibus, 35.p.
Cautela pro examinatione teſtium, 138.p.
Cautela quando inſtitutus non vult adire hereditatem, vt fraudet creditores, 229.p.
Cautela vitandi ſimoniam, 234.m.
Cautela dicanicorum in partis nomine vſurpando, 779.m.
Cautela vt expenſæ repeti poſsint, 510.m.
Cautionis variæ acceptiones, 845.p.
Cautela pro captione, 845.m.
Cautionis nomine generaliter quid comprehendatur, 844.p.
Cautio pro chirographo, & iureiurando, 843.p.
Cautio indemnitatis, 485.m.
Cautio pro nuda promiſsione, 844.f.
Cautio quomodo perſonis detur, 843.m.
Cautio quomodo rebus detur, 843.m.
Cautio duplæ, 845.p.
Cautio idonea, 323.p.
Cautio moratoria quæ, 1012.p.
Cautio nuda, 657.m.
Cautio ſolida, 631.p.
ad Cautionem interponendam quãdo quis cum debitore poſsit agere, etſi dies nondum venerit, 928.f.
Cedere quot modis vſurpetur, & eius phraſes, 929.p. & 930.
Cedere bonis, quid, 297.m.929.m.
Cedere & concedere, quid differant, 930.p.
Cedere diem & venire quid differant, 926.f.
Cedere foro, 929.m.
Cenſere quid, & quot modis ſumatur, 620.m.
Cenſiti qui dicantur, 621.p.
Cenſitor quomodo capiatur, 621.p.
Cenſoris nomen vnde dictum, 621.f.
Cenſores Romæ duo conſtituti, 621.f.
Cenſorius quis, 621.f.
Cenſoria lex quæ, 894.m.
Cenſus acceptiones, 621.p.
Cenſus & reditus quid differant, 621.m.
Cenſus nomẽ in Francia quomodo ſumatur, 621.m.
Cenſuales qui, 621.p.
Cenſualis dominus ceteris creditoribus præfertur, 621.m.
Cenſualis forma, 622.p.
Cenſura eccleſiaſtica quæ, 621.f.
Centenarij qui, 350.f.
Cernere hereditatem pro adire, 498.f.
Ceraſetum, 240.p.
Certare, 232.p.
Certamen, 232.p.
Certè, 231.f.
Certiorare, 232.p.
Certi condictio generalis, & ſpecialis, quid, 232.p.
Certum quid ſit, 302.f.
Certum quid, & eius phraſes, 231.m.
Ceſſare verbi ſignificata & phraſes, 256.p.
Ceſſatio, & eius duæ ſpecies, 256.m.
Ceſsio an pro alienatione ſit, 224.m.
Ceſsio non eſt exactio, 833.m.
Ceſsionarius vocatur creditor, 103.m.

Ceſsim

Ceſsim ire, 931.p.
Cetera, ac &c. quid denotet, 764.m.& 765.
Ceteri dictio quot modis vſurpetur, 764.m.
Ceteri & cetera dictio etiam in ſingulari vſurpata, 765.p.
Ceterum pro ſed, 765.p.
Ceterum pro alioqui, 765.p.
Cheopina, 917.m.
Χαράκιον, quid, 795.p.
Chirographum & acceptilatio quid, 306.f.
Chirographi tabulæ redditio quid profit, 330.p.
Cibariorum appellatione quid contineatur, 786.p.
Cibi & cibariorum nomine quid veniat, 327.f.
Cingere arbores, 534.p.
Cingulum quid, & de eius depoſitione & præſcriptione, 534.p.
Circa dictionis variæ acceptiones & phraſes, 766.m.
Circulatores, qui, 1027.p.
Circuncidere, quid, 242.f.930.p.
Circunducere quid, 351.f.& 352.m.
Circunducere edictum, 351.f.
Circunduci acta quomodo dicantur, 352.p.
Circumferre ſerpentes qui dicantur, 1027.p.
Citatio non facta ſecundum ius, ſi pars non contradicat, valet, & iudicium non infringitur, 661.f.
Citationes in Gallia peremptoriæ ſunt, 841.f.
Citatio domi facta, valet in Gallia, 879.p.
Citatus perſonaliter per obitũ patris excuſatur, 369.m.
Citato quantum tempus dandum ad veniendum, 33.f.
Citra quid, 767.p.
Ciues qui, & vnde, 710.p.1039.m.1050.f.
Ciuis an dicatur natus extra vrbem caſu, 27.p.
Ciuilis, quid, 1039.m.
Ciuitas quid ſit, & quæ optima, 145.m.
Ciuitatis nomine quæ contineantur, 23.p.& 26.m.
Ciuitas, vrbs & oppidum quid differant, 1059.m.
Ciuitas interficiens ſuum epiſcopum, eo priuatur in perpetuum, 23.p.
Ciuitas nouis muris non munitur ſine Principis permiſſu, 27.p.
Ciuitatibus priuilegium conceſſum an ruſticis competat, ibid.
Ciuitates ſi lædantur, an in integrum reſtitutionem petere poſsint, 144.p.
Ciuitas compellit ſuos debitores ante tempus ſoluere, 151.f.
Ciuitas tacitam habet hypothecam, ibid.
Ciuitatum cauſæ in prima inſtantia in Parlamento tractantur, ibid.
Ciuitatis res per licitationem vendita an rehaberi poſsit, ibid.
Ciuitas an vendere poſsit vſui publico deſtinata, 155.f.
Ciuitatis nomine an portus contineatur, 421.p.
Clamantes *à mort* quomodo puniendi, 576.f.
Clariſsimi qui, 587.f.
Clariſsimi duobus modis vocantur, 588.m.
Claua quid, 1016.p.
Claudere quot modis capiatur, 422.p.
Claudicare iudicium quomodo dicatur, 422.m.
Claudus morboſus an ſit, 422.p.
Clauſula ex nunc prout ex tunc, quid operetur, & eius praxis, 126.p.
Clauſula, cum quo agetur, 172.f.
Clauſula, concedo tibi vt poſsis omnia facere quæ ego poſſum, ſi intereſſem, quid importet, 190.p.
Clauſula in teſtamentis conſcribenda, 220.m.
Clauſula, vt donatio vires habeat poſt mortem, facit donationem cauſa mortis, 462.f.
Clauſula, valitura poſt mortem, 463.m.
Clauſula, cui rei dolus malus, &c. heredes promittentis comprehendit, 472.f.
Clauſula *à mes perils, &c.* 486.p.
Claues portarum quis habere debeat, 501.p.
Clauſulæ, vti optimus, maximúſque ſignificatio & vis, 554.p.
Clauſulæ duę in contractu inſertæ ſi ſint, vtræque operantur, 670.p.
Clauſula, in certis annis, quid denotet, 944.p.
Clauſula, poſt annos, quid denotet, ibidem.
ad Clericatum deſtinatus gaudet priuilegiis clericorum, 266.p.
Cleri nomine non contineri populum, 1039.p.
Clericus cudens falſam monetam an à iudice ſeculari puniatur, 131.m.
Clericus falſam monetam cudens, quando ad iudicem eccleſ. remittatur, 973.p.
Clerici immunes ſuper quibus, 163.m.
Clerici & religioſi paſcuis cõmunibus vtuntur, 264.f.
Clerici bona ab inteſtato decedentis quando eccleſiæ applicari debeant, 445.f.
ad Clericatum deſtinatus non gaudet priuilegiis clericorum, 266.p.
Clerici poſſunt cogi per iudices laicos ad dimittendum concubinas, 727.f.
Clericus deferens veſtem virgatam, ſuſpenditur per annum, 783.m.
Clericus contrahens matrimonium nullum, vt cum nupta, an priuetur, 974.p.
Cludere pro claudere apud veteres, 828.p.
Clypeum vel ſcutum amittere, graue crimen, 312.p.
Cocus, 903.p.
Codicilli qui, 659.p.
Codicilli imperiales, 658.p.
Codicilli pro literis, ibidem.
contra Cœlibatum, 965.m.
Cœnaculariam exercere, 943.m.
Coercere, quid, 881.m.
Coercere aquam, 881.f.
Coertio, quid, 881.m.
Cogere quid, & eius variæ acceptiones, 862.p.
Cognati qui, 772.m.
Cognati & agnati quid differant, 772.m.
Cognati verbum fœminas comprehendit, 11.m.
Cognatio naturalis & ciuilis, 772.m.
Cognatio & pro quadam tantũ coniunctione, 772.m.
Cognati in emphyteuſi præferuntur extraneis, 419.p.
Cognoſcere, quot modis accipiatur, & eius phraſes, 396.f.& 397.
Cognoſcere pro tribunali & de plano, 221.m.237.m.
Cognoſcere mulierem quando quis dicatur, 397.m.
Cognitionis nomen quid comprehendat, 397.p.
Cognitio de quibuſcunque cauſis nullam excludit, 103.f.
Cognitio plena & ſemiplena, 656.m.
Cognitio cauſæ commiſſa definitionẽ includit, 397.p.
Cognitores, 397.m.
in Coitu ſternuiſſe denotat abortum, 708.p.
Colere quot modis ſumatur, & eius phraſes, 326.p.
Collatio quid, & à donatione quid differat, 402.m. & 934.f.
Collationes factæ à poſſeſſore bonæ fidei valẽt, 619.p.
Collatio facta Titio, aut Gaio an valeat, 376.p.
Collatio prætextu ingratitudinis non reuocatur, 377.f.
Collator quis mandato grauari non poſsit, 783.m.
Collegæ habitare ſimul an teneantur, 529.p.
Collecta, 220.p.
Collectam exigere quando poſsit dominus, 833.m.
Collectarij, 220.p.
Collegium quid & vnde, 529.p.
Collegæ qui dicantur, 703.m.
Collega, ſocius, comes, & ſodalis quid differãt, 804.p.
Collega quomodo pro collega teneatur, 804.p.
Collega ſupplet officium collegæ, 803.f.
Collega antiquior quid poſsit, 803.f.
Collegium, pro ſocietate, 803.m.

Collegiũ quid differat à corpore, 529.m.
Collegia à quo primùm inuenta, 531.p.
Collegium illicitum quis dicatur cogere, 539.p. 862.p.
pro Collegij ingressu an quicquã solui debeat, 530.p.
ad Collegij conseruationem quot sufficiant, 529.f.
Collegij ius in vno residere posse, 530.m.
Collegia cuius auctoritate fieri debeant, 530.p.
Collegiata loca vendi non possunt, 530.p.
Collegiati, 803.f.
Colligare, 20.m.
Colligere quot modis sumatur, & eius phrases, 219. m.& 250.f.
Collisum quid, 129.f.
Collusio falsi procuratoris inducit malã fidem, 619.f.
Coloniæ nomen quot modis vsurpetur, 1058.p.
Coloniæ quomodo olim deducerentur, 1057.f.
Colonus quis dicatur, 1058.p.
Colonorum duo genera, 1058.p.
Colonus partiarius, 781.f.& 1058.p.
Colonus rem conductam retinet pro impensis liquidis, 509.f.
Colonarij homines, 1058.m.
Colum niuarium, 912.p.
Comes, socius, collega & sodalis quid differãt, 804.p.
Comes sacrarum largitionum, 756.m.
Comes rerum priuatarum, 1048.f.
Comitatenses qui, 26.f.
Commeatum dare, 380.p.
Commendo quid, 830.m.
Commenda fideicommissum non inducit, 830.f.
Commenda non obligat pro facto ei quem commendauit, 830.m.
Commendare quid, & quot modis sumatur, & phrases, 830.m.
Commendatitiæ literæ, 831.p.
Commercium, 180.p.& 456.p.
Commentariensis, quis, 902.p.
Commentariensi inclusum carcere an occidere liceat, 990.f.
Commissarius quibus vti dictis debet, 39.f.
Commissa lex, 591.f.
Commissario an medicina debeatur, 332.f.
Commissarij ab accusatis nil capere possunt, 476.p.
Commissio, 591.f.
Commissoria lex, 592.p.
Commissum quid, 150.m.& 590.f.
Commissum edictum, 591.f.
Commissa ad heredem, & contra transeunt, 591.p.
in Commissum incidit, 324.f.
Committere, quot modis sumatur, & eius phrases, 150.m. 590.f.& 591.
Committere dictum, 591.f.
Commodare, 528.m.
Commodatum, 528.m.
in Cõmodati actione contraria quid præstetur, 984.p.
in Commodato quod & dantis & accipientis gratia contrahitur, quid præstetur, 984.m.
Commodatam rem commodatarius pro expensis potest retinere, 639.p.
in Commoditate quid inspici debeat, 666.p.
Commodum, quid, 528.m.
Commodius & commodissime, 528.f.
Commodum cum erit verba quomodo accipienda, 665.f.
Commodatarius quid præstet, 982.m.& 983.f.
Commune quid dicatur, & eius phrases, 597.p.
Commune meum dici potest, 574.f.
Communi diuidundo iudicium cui detur, 582.p.
Communis res an dicatur vnius, 574.p.
Communis res, quando est eadem ratio, regitur vt propria, 574.f.
si Communis res sit, Titij dici non potest, 574.m.
Cõparare quot modis vsurpetur, & eius phrases, 632.f.
Comparatio literarum quæ, 633.p.
Compedes quæ, 993.f.
Compedes iudicis tantum auctoritate reis imponi debere, 940.m.
Compensatio, quid, 497.p.
Compensans pœnam euitat, 495.f.
Comperire pro inuenire, 1018.p.
Competere quid, & quot modis sumatur, 393.f.
Competere, dominium & possessionem continet, 821.f.& 822.
Competens iudex quis, 394.p.
Complecti verbum quid significet 19.f.& 716.p.
Componere quid, & eius phrases, 661.p.
Componere & ad transactionem & ad compositionem refertur, 1002.f.
Compositum quid, 661.p.
Comprehendere quid & quot modis sumatur, & eius phrases, 633.f.& 634.p.
Comprehendere possessionem quid, 633.f.
Comprobare pro interinare, 117.p.
Compromittere quid, 805.m. 470.f.
Compromissum quid, 608.f.& 805.m.
Compromissum plenum, 470.f.& 655.f.
Compromissarius, 608.f.& 805.m.
Compromissa pecunia quæ, 608.f.
Compromissa pœna, 805.m.
Computare, quot modis sumatur, 62.p.
computatio Calend. Nonarum, & Iduum quare fiat, 578.f.
Computatio per dies quando fiat, ibid.
Computatio gratiosa quando fieri possit, 399.f.
Concedere, quid, & quot modis vsurpetur, 189.p. eius phrases, ibid.
Concedere & cedere quid differant, 930.p.
Concedo vt vis negotiari, mandatum liberum notat, 189.m.
Concessio quid, & an dominij translationem importet, 189.f.
Concessio principis, vt quis non molestetur à suis creditoribus, quomodo accipienda, 107.p.
Conceptio, 479.m.
non Conceptus tempore mortis aui, licet postea sit in vtero, an rumpat testamentum, si præteritus sit, 1005.p.
Conceptum furtum, 479.p.
Concidere quid, 262.p.
Conciliatio l. diuus. ff. de extraord. crim. cum l. Cicero. ff. de pœnis. 215.f.
Conciliatio l. iurisgentium. de pact. cum l. naturalis. de præscr. 385.m.
Conciliatio l. 1. de capit. ciui. cens. exim. & l. 1. ne rust, ad vll, 785.m.
Conciliatio §. item lex Iulia. Instit. de publ. iud. cum l. malum §. viduam. ff. de verbor. signif. 1076.m.
Concilium, 529.f.
Concinnus, 386.p.
Concipere quid & quot modis sumatur, & eius phrases, 478.m.
Conclaue, 439.m.
conclaue Cardinalium quando quis ingredi possit, 594.f.
Concludere quot modis vsurpetur, 422.
Concludere in appellatione quid, 263.m.
Conclusum in causa quando dicatur, 422.m.
Conclusio contractus attendi debet, ac libelli, 422.f.
Conclusiones, 422.m.
Concratitius paries, 757.f.
Concubina quæ, 727.m.
Concubinatus iure veteri erat permissus, 727.m.
Condemnare, quid, 285.f.
Condemnatio, 285.f.
Condemnatio capitalis pœnæ an de mitiori intelligatur, 602.p.

Condem

Condemnati restituti ad libertatem, an ad debita teneantur, 194.p.
Condemnatus ad restitutionem fructuum à tempore moræ, pro pecunia non soluit vsuram, 653.m.
Condemnatus ad restituendum fructum rei, non soluit vsuras, ibid.
Condemnatus ad soluendum intra mensem, poterit soluere quolibet tempore mensis, 699.f.
Condemnatus ad perpetuos carceres, quomodo tractandus, 940.m.
Condemnati, si sint tres ad centum, quilibet pro virili censetur condemnatus, 689.p.
Condictio ex lege quando detur, 393.p.
Condicere pro repetere, 393.p.
Condictio, quid, 393.p.
Condictio incerti generalis, & certi condictio generalis, 232.p.& 303.m.
Conditio quot sumatur modis, 392.p.
Conditionum duæ species, 392.p.
Conditiones quæ remittantur, 392.p.
Conditio colonaria, 1058.m.
Conditio ambulatoria, 665.m.
Conditio an in herede heredis impleri possit, 448.m.
in Conditionibus initium respicitur, 734.f.
Conditio si decedat sine filiis, non extat posthumo relicto, 776.p.
Conditiones cum fari poterit, & postquam fari potest, quid differant, 941.f.
Conditio si sine liberis, an deficiat, si vxor prægnans relinquatur, 1004.f.
Conducere quid, 67.p.
Conductio quid, & eius phrases, 67.p.& 68.p.
Conductor quod necessario impendit repetit, 509.f.
Conductor cum suis iuribus restituere fundum debet, 532.p.
Conductor fructuum prati primos tantum fructus habebit, 540.m.
Conductores an teneantur locatori denuntiare se migrare velle, 836.f.
Condominus an possit officiales alterius domini in carcerem ponere, 213.m.
Conferre quot modis capiatur, & phrases, 401.f.
Confessio prima attenditur, 540.f.
Confessus quis, 869.f.
Confessus in Francia etiam admittitur appellãs, 918.f.
Confestim quid denotet, 701.f.
Conficere pro efficere, 957.p.
Confinis, vicinus, 864.f.
Confirmatio incerta vel incerti iuris an valeat, 302.f.
Confiscare, 157.m.
in Confiscatione mobilium & immobilium debita non continentur, 562.p.
Congiarium quid, 829.f.
Congius, quid, 916.m.
Congregatio, 529.m.
Coniungere quid, & quot modis sumatur, 989.m.
Coniunctus pro consanguineo, 989.m.
Coniungere pro copulare & vnire, 715.p.
Coniuncti simpliciter qui dicantur, 715.m.
Coniuncti verbis qui, 715.f.
Coniuncti re qui, 715.f.
in Coniunctis re quæ requirantur, 721.f.
Coniuncti re & verbis qui, 715.m. & 719.m. & 722.f.& 989.p.
Coniuncti verbum fœminas comprehendit, 11.p.
Coniuncti habentur loco vnius personæ, 718.p.
Coniuncti disiunctis præferuntur, 720.f.
in Coniunctis re deficiens portio accrescit aliis, ibid.
Coniuncti partem deficientis accrescentem cum one re suscipiunt, disiuncti non, 721.p.
Inter coniunctos præfertur is, qui re & verbis coniunctus est, 720.f.
Coniunctio in iure quot modis accipiatur, 714.f.
Coniunctio triplex, 715.f.
de Coniunctionibus, 234.p.& 235.
Coniunctio fit affirmatiue vel negatiue, 234.f.
Coniunctio quomodo cognoscitur non stare copulatiue, 235.f.
Coniunctio quandoque sine copula fit, 717.f.
Compensatio in tributis non fit nec decimis, 219.p.
Comprobare quid, 117.p.
Compromittere quid, 608.f.
Computatio quando retractari possit, 399.f.
Computatio gratiosi tutoris, vel procuratoris non nocet, 400.p.
Conquæstus, 801.p.
Conquirere quid, 801.p.
Consanguineus consanguineam comprehendit, 11.p.
Consanguinei pauperes extraneis præferuntur, 419.p.
Consanguineus in licitatione quãdo præferatur, ibid.
Consanguineorum præsentia fraudis præsumptionem cessare facit, ibidem.
Consanguineos qui prosequitur clericorum excommunicatus est, ibidem.
Consanguineus impetrat beneficium sine mandato, ibidem.
Consanguineorum valetudo à contumacia excusat, 420.p.
Conscripti patres, 1058.m.
Consentire quid, 1066.p.
Consensus, 1067.m.
Consensus triplex, 390.f.
Consensus quando sit adhibendus, 390.m.
Consensus quem respiciat, 390.m.
Consequi, quid, 414.m.
Consequi pro assequi, 746.m.
Consequi libertatem, 746.m.
Consequens, quid, 746.f.
Consequentia, quid, 746.f.
Consequenter, 746.f.
Conseruare ius, 362.m.
Conseruator quam iurisdictionem habeat, 362.m.
Conseruator sententiæ prolationem non committit, 488.m.
Consignare pro signare, 294.f.
Consignare legem, 294.f.
Consilium publicum & priuatum, 1058.f.
Consilium Bart. de vendendis rebus ciuitatum reprobatum, 156.p.
Consilium vel opem quando quis dare censeatur, 889.p.
Consilium præcedit actum, 390.p.
Consiliarius senatu remotus, in vrbe morari potest, 22.m.
Consiliarij magistri dicti, 411.f.
Consobrinus consobrinam continet, 11.m.
Consolidari vsusfructus quomodo dicatur, 631.m.
Consolidatio vsusfructus quæ, 631.m.
Consortium voluntarium, 517.p.
Constare quot modis accipiatur, 441.m.
Constantia religiosa, 441.f.
Constituere quot modis accipiatur, & eius phrases, 429.m.& 430.& 651.
Constituens se soluturum quod nunc debet, etsi post constitutum non debeatur, valet, 684.p.
Constituens aliquem in locum suum, an cedere actiones videatur, 106.f.
Constitutum quando possessionem non transferat, 126.f.
Constitutus vt gerat negotia, non potest pro eo se obligare, 180.m.
ad Constitutum venire, 430.m.
Constitutum quando peti debeat, 829.f.
Constitutio, 431.p.
Constitutio propter vnum facta, etiam ligat alios, 15.m.

Conſtitutiones perſonales ad exemplum non trahuntur, 622.m.
Conſtitutio iudicij,quid contra Budæ. 431.p.
Conſtitutionis Regiæ facilis intellectus de ceſsione ſcholaſticis facta, 71.m.
Conſtitut.Regia, nequis nubat puellis ſine conſenſu gubernat.earum, 90.m.
Conſtitutio Caroli v. Imp. de eo qui minorem 20. annis duxit in vxorem, ibid.
Conſtitutiones contra non petentes debitum intra certum tempus, 95.m.
Cõſtitutio regia de refor.prouiſion.declarata, 126.p.
Conſtitut.regia de appellat.declarata, 139.p.
Conſtit.regia de locatione domus meretricibus facta elucidatur, 209.m.
Conſtitut. regiæ, in quib. fit mentio de venditione, expoſitæ, 266.m.
Conſtit.regiæ de piſcatorib.elucidatio, 240.m.
Conſtitut.regiæ *des eaux & forests* elucidatio, ibid.f.
Conſtitut.regiæ de appell. declaratio, 263.p.
Conſtitut.regiæ de reſciſſ.contract.declaratio, 275.f.
Conſtitutionis reg. de inſinuandis donationibus,elucidatio, 301.p.
Conſtitutionis regiæ de ſalariis ſeruorum, declaratio, 305.f.
Conſtitui in locum alicuius quid proſit, 428.m.
Conſtitut.regiæ de cauſ.poſſeſſ.declaratio, 415.f.
ad Conſtitut.regias de mercib. 455.m.
Conſtitutionis regiæ de mercat, minut. vend. explicatio, 65.m.
Conſtitutionis regiæ de inſinuatio. dona.declaratio, 461.f.
Conſtit.regiæ de donat.declaratio, 495.f.
Conſtitutionis regiarum quoad ſcholaſticos & recredentiam explicatio, 77.m.
Conſtitutio regia contra producentem falſum inſtrumentum, 583.f.
Conſtitutiones regias immutare cuius ſit, 689.f.
Conſtitutio edita contra *les ribaux mariez*, 590.f.
Conſtitutio diui Ludouici de pellicibus, 728.f.
de Conſtituto actio,& receptitia quid differãt, 908.f.
Conſuetudinis vis & effectus, 695.f.& 696.p.
Conſuetudo, vt teſtamentum vel precarium non reuocetur,non valet, 132.m.
Conſuetudines aut ſtylos quoties adducit Rebuf.de quibus intelligat, 696.p.
Cõſuetudo quotidiana docet legis intellectũ, 534.m.
Conſuetudo pro lege municipali, 959.f.
Conſumere quid,quot modis ſumatur, & eius phraſes, 712.m.& 891.m.
Conſumere & diminuere,quid differant, 598.f.
Conſummo verbũ quomodo capiatur,712.p.& 891.f.
Conſummatio,pro pretij collectione, 712.m.
Contendere quid,& quot modis ſumatur, 614.m.
Contentio, 614.m.
Contentus quid, 436.f.
Conteſtari, 304.f.
Conteſtatio litis,quid,& vnde dicta, 304.f.
Contignare, 439.m.
Contignationes, 439.p.
Continere quot modis ſumatur,& eius phraſes, 580.f.& 581.p.
Continere verbum propriè ſignificans, 449.p.
Continere verbum improprietatem denotans,583.p.
Continens, & continuus quid, & vnde, & an differant, 580.m.
in Continentibus vrbis quod fit,in ipſa vrbe cenſeri fieri, 710.p.
Continentes prouinciæ, 582.p.& 989.f.
Continentia cauſæ multiplex, 581.f.
ſi quid Contingit,relatum ad res,quid denotet,773.p.
Continuum quid dicatur, 580.f.
Continuus & continens quid differant, 580.m.
Continuè pro ſubiecta materia accipitur, 736.f.
Contra dictionis poteſtas ac phraſes,527.p. & 893.m.
Contradicere,quid, 893.f.
Contra Legem quis faciat, 893.m.
Contractum an poſſit vna pars dictare, & notario tradere, 46.p.
Contrahere quot modis dicatur,176.m.eius phraſes; ibidem,& pag.ſeq.
Contrahere facti eſt,contractus verò iuris, 469.m.
Contrahere quando quis videatur cum defuncto, 185.p.
Contrahentes, 177.f.
Contrahentibus licet naturaliter ſe circumuenire, 416.m.
Contrahentium verbis voluntatem ſemper præferri, & cur, 958.p.
Contractus quid, & quot dicatur modis, 174.p.
Contractus fieri poteſt ſuper eo quod abeſt, 114.f.
Contractus dicitur etiam ſi quis contrahere teneatur, contra Areti. 174.p.
Contractus conditionalis etiã eſt inſinuandus,100.m.
Contractus in ſtatutis & ordi. quomodo accipiatur, ibidem.
Contractus nomine quãdo veniat diſtractus,vel quaſi contractus, 175.m.
Contractus quidam ſine partium conuentione,176.p.
Contractus quot modis reddatur inutilis,179.per totam, & 180.p.
Contractus inutilis quomodo fiat ratione cauſæ, ibid.m.
per Contractum acquirere prohibitus,acquirit ex teſtamento, 183.m.
Contractus incertus an valeat, 303.m.
Contractus factus à carcerato an valeat, 355.p.
Contractus in portu fieri debet pro more ciuitatis, 421.m.
Contractus ex conuentione legem accipiunt, 670.p.
Contractus colonarius, 1058.m.
in Contractibus ſtricti iuris ad deteriorationem quomodo agatur, 128.p.
Contractus omnes in Gallia in ſcriptis excipiuntur, 765.m.
à Contractibus ad vltimas voluntates duci poteſt argumentum, 796.p.
Contractibus in omnibus generaliter quid præſtetur, 986.m.
Contrectare quid, 178.p.
Contrectatio quid ſit, & in furti materia quomodo ſumatur, 178.m.
Contrectator, 178.m.
Contributio,quid, 221.f.
Controuerſiæ nomine quid veniat, 494.m.
Controuerſia Bartoli & Baldi dura, 97.m.
Controuerſia ante & poſt litem conteſtatam dicitur, ibidem.
Controuerſiam mouere, 1000.p.
Controuerſia tam in iudicio, quàm extra, 1000.p.
Contubernium quid, 397.f.& 828.p.
Contubernium in ſeruis quid, 828.m.
Contubernales qui, 828.m.
Contubernales ſeruorum vxores, 828.m.
Contumax in prima citatione non mulctatur abſque alia, 694.m.
Contutores non tenentur actione tutelæ,ſi non adminiſtrarunt, 628.m.
Conuenire quid,& quot modis accipiatur, 41.p.& 959.m.
Conuenti in ſolidum, ſi ſint plures, ſi per iudicem condemnentur,in ſolidum condemnantur,689.p.
Conuenticulum quid, 41.f.
Conuentio quid, 41.m.& 959.m.
Conuentio nuda, 657.p.
Conuentio publica & priuata, 1051.p.

Conuentio

Conuentio & petitio ſpecialis, 450.f.
Conuentio facta cum teſtatore prodeſt heredibus, 760.f.
Conuẽtiones,quæ in propriũ nomen trãſeunt,506.p.
Conuentus quot modis accipiatur, 41.m.
Conuentus iuridici, 41.m.
Conuentus pro monaſterio, 41.f.
Conuentum iudiciale,quid, 41.m.
Conuentum inter partes de nuda conuentione intelligitur, 41.f.
Conuentum pactum quid, 41.f.
Conuincere quid, 869.f.
Copia pro facultate & poteſtate, 938.m.
Copula quando continuet,& non copulet, 236.p.
Copulæ naturam abſurdum mutat, 235.f.
Copulæ ſignificationem ordo charitatis demonſtrat, 236.p.
Copula inter duo adiectiua quomodo accipiatur, ibidem.
Copula reſoluitur in expoſitionem, ibid.
Copula inter duo incompatibilia, reſoluitur in diſiunctam, ibid.
Coram aliquo quid fieri quando dicatur, 922.f.
Coram & palam quid differunt, 272.m.
Coram iudice fieri quid dicatur, 924.p.
Coram ruſtico fieri non dicitur,quod verbis ei ignotis concipitur, ibid.
Coram ſententiam dicere,quid, 923.m.
Corneliæ legis fictio, 42.m.
Corporatus, 290.f.
Corpus,quid,& quot modis ſumat, 290.m.& 529.p.
Corpus triplex, 974.f.
Corporalia,quæ, 290.m.
Corporaliter dare, 290.m.
Corporum tria genera, 290.p.
in Correctoriis non eſt licita extenſio, 883.f.
Correis tribus exiſtentibus, is eſt prius diſcutiendus, qui pecuniam cepit, 740.f.
Corrigere ſeruos,& ſeruas ad quos pertineat, 306.p.
Corrũpere quomodo capiatur,& eius phraſes, 119.p.
Corrumpere ad incorporalia relatum, 120.p.
Corrumpere ad res relatum corporales, 119.m.
Corrumpere aduerſarium an liceat, 119.p.
Corrumpere iudicem quomodo quis dicatur,119.m.
Corrumpens virgines nondum viri potentes quomodo puniatur, 119.p.
Corruptela, 120.p.
Corruptio, 120.p.
Corruptor, ibidem.
Crapaldus reprehenſus in expoſitione dictionis diæta, 39.p.
Credere quid,& quot modis accipiatur, 102.m.
Creditor quis vere dicatur, 96.f.& 103.p.
Creditor quis dici poſsit,& non poſsit, 394.m.
Creditor hereditarius, 57.m.
Creditor in actione reali an dicatur, 94.f.
Creditor dicitur ex quaſi contractu, 102.m.
Creditor an propriè vocetur cui ex delicto debetur, 106.p.
Creditor ex delicto etiam inſtrumentum ſolutionis facere tenetur, 107.f.
Creditor ex legato, 108.f.
Creditor liberationem generalem facere non tenetur ſoluenti debitori, 344.m.
Creditor an inſtrumentum obligationis reddere teneatur, ibid.
Creditor liberari quando dicatur,ex Bud. 345.f.
Creditor ſub conditione impoſsibili non dicitur, 391.m.
Creditor conditionalis quis, ibid.
Creditor denuntiare debitori,vt ſoluat,debet, 393.p.
Creditor iuregentium quis, 96.f.
Creditor oneroſus, 514.m.
Creditor ex legato, 108.f.
Creditor contra omnem licitationem opponere ſe debet, 543.p.
Creditor ante præſtitutum diem petere non poteſt, 836.p.
Creditor ſi debitori ſuccedat vel contra, quid iuris, 932.f.
Creditor pignore accepto,in quo teneatur, 985.p.
Creditore inuito aliud pro alio ſolui nõ poteſt,806.f.
pro Creditore timido, 839.p.
Creditores chirographarij, 102.f.
Creditores conuenientes debitoris heredes ante nouem dies,an puniantur, 107.f.
Creditores caſtrenſes, 825.m.
Creditori creditoris ſoluens quando quis liberetur, ibidem.
Creditoribus ſoluere grauatus,quibus ſoluet, 107.m.
in Creditorum fraudem geſta quæ videantur, 686.p.
Creditrix, 102.f.
Creta, 98.m.
Cretifodina, 498.m.
Cretio hereditatis, 498.f.
Crimen quid, 1043.p.
Crimen à carendo deduci, 1043.p.
Crimen capitale, 604.m.
Criminalis cauſa & veteri iure & nouo quando terminetur, 1009.f.& 1010. p.
Criminalis quæſtio in Gallia quando terminetur, 1010.p.
Crurules faſciæ, 289.f.
Cruſta, 518.m.
Cruſtarius, 518.m.
Cruſtularij, 518.m.
Cubiculum, 903.p.
Cubicularij hoſpites non recipiunt, 22.m.
Cubitus regius, 38.p.
Cucuma quid, 1016.m.
Culeus, 917. m.
Culpa quid,& à reatu quid differat, 868.m.
Culpæ generali nomine quid ſignificetur, 975.p. & 976.f.
Culpæ diuiſio,& ſpecies, 975.p.
Culpæ diuiſio communis defenſa contra Zaſ. 978.f.
Culpa quando doli nomine contineatur, 975.p.& 977.p.
Culpa lata quæ dicatur, 932.f.
Culpam latam inducere malam fidem contra Bart. 980.f.
Culpa magna,lata,leuis & leuiſsima, 976.m.
Culpa latiſsima,latior,lata,leuis, 976.p.
Culpa lata quomodo puniatur, 977.m.
Culpa lata ignauiæ, 977.m.
Culpam ignauiæ dolo æquiparari contra Zaſ.978.m.
Culpa lata verſutiæ, 977.m.
ex Culpa lata infamiam non irrogari, 976.f.
Culpa lata in ciuilibus dolo comparatur,in criminalibus minime, 978.m.
Culpa mariti cum mora vxoris compenſatur,977.m.
Culpæ phraſes, 997.p.
Cultus nomine quid ſignificetur, 325.f.
ad Cultum quæ ſint neceſſaria, 326.p.
Cultura, 326.p.
Cura præcipua, 405.m.
Curia quid, 1057.m.
Cum potuero verba quomodo accipienda, 665.f.
Cum pro quando, 891.p.
Cuſtodes agrorum & vinearum, & eorum officium, 993.m.
Cuſtodes Regalium ſyluam non cædunt, 241.p.
Cuſtodes ſyluarum, 244.m.
Cuſtodia pro publica cuſtodia, 992.p.
Cuſtodia aduerſus vim parum proficit, 983.m.
Cuſtodia limitum, 992.p.

Cuſtodiæ

Custodiæ tria genera, 991.f.
Custodia pro dignitate, in iure canonico, 993.m.
Custodiam quis primus inuenit, 991.f.
Custodia pro incarcerato, 992.m.
Custodia publici cursus, 992.m.
in Custodia detineri, & in custodiam mitti, quid differant, 991.m.
Curæ nomen quot modis sumatur, 406.p.
Curare quid, & eius phrases, 406.m.
Curare quis cũ quibus vel erga quos teneatur, 846.p.
Curare corpus quomodo capiatur, 331.f.
Curatoris nomen quot modis sumatur, 407.p.409.p
Curator pupillo quando detur, 407.f.408.m.
Curator furiosi, 407.p.
Curator puellæ, 407.f.
Curatores qui satisdent, 1020.p.
de Curatore dato bonis vacantibus, vel absentis bonis, 407.m.
Curator frumenti & olei, 408.f.
Curator hereditatis iacentis, 408.m.
Curator calendarij, 408.f.
Curator in litem, 408.p.
Curator ventri datus, 408.p.
Curator plenissimus, 655.p.
Curator Cæsaris, 408.p.
Curator ad colligendas angarias, 408.m.
Curator operum, 408.f.
Curatores apud Romanos quot, 407.m.
Curator reipubl. 408.p.
Curatrices minoribus non debent creari, 409.p.
Curati quatuor matriculæ, 710.f.
Curiosi qui, & curaces, 406.f.

D D

DActyli, 794.p.
Dactylotheca, 492.p.
Damatria Lacæna, 966.m.
Damnare, quid, & eius phrases, 320.m.& 321.
Damnari de suspicionibus an quis possit, 320.f.
Damnas esto, 320.f.
Damnum, quid, & eius phrases, 321.p.
Damnatus ad bestias, 320.m.
Damnatus in metallum, ibid.
Damnatus si intra decem dies ad appellandum constitutos moriatur, quomodo eius heres conueniatur, 1079.f.
Damnum & periculum an differant, 485.f.
Damnum infectum, 321.p.
Damnum pecuniarium, 52.f.
Damnum & damnatio vnde dicta, 321.p.
Damnosus, a, um, 321.m.
Dardanarij qui, 920.m.1013.f.
Dare verbum quam generale, 495.m.
Dare quid significet, 377.p. eius phrases, 378.379.380. & 381.
Dare videtur, qui permutat & compensat, 494.f.
Dare noxæ, 1043.m.
Dare, ius directum notat, 377.f.
Dare pro soluere, 895.m.
De, quid significet, 403.p.
Debere verbum quid comprehendat, 611.p.815.f.
Debet verbi vis & potestas, 284.m.
Deberi quid dicatur pure & præsenti die, 928.p.
Debere sumptum κατα χρησικῶς, 816.p.
Debetur illud quod quis persequi potest, 817.f.
Debilis quis dicatur, 730.m.
Debilitas, quid, 730.m.
Debilito, quid, ibid.
Debitor vt quis dicatur quot requirantur, 610.f.
Debitor dicitur qui decimas debet, 98.p.
Debitor iuregentium quis est, 96.f.
Debitor quis dicatur iure prætorio, 97.m.
Debitor in diem, 98.f.
Debitor an dici possit qui sub cõditione debet, ibid.
Debitor conditionalis, 99.m.
Debitor conditionalis, & ad diem quid differant, 396.p.
Debitor in diem an vere sit debitor, 100.m.
Debitor naturalis quomodo debitor dicatur, 101.p.
Debitor suspectus capi potest, 107.m.
Debitor non soluens in tempore, non cogitur mutuare, contra Angel. 111.p.
Debitor idoneus, & promissor, 322.m.
Debitor reipub. honores subire non debet, 611.p.
Debitor tenetur ire in prouinciam creditoris, 838.p.
Debitor quando non constituitur in mora, si diuersi fori sit, ibid.
Debitor non erit in mora ante declarationem creditoris, ibidem.
Debitor etiam sine mora potest interpellari, quando magnum imminet præiudicium, ibid.
Debitor, creditori offerens post interpellationem, quando non est in mora, 840.m.
Debitori bonis interdici potest propter suspicionem fugæ, 1061.p.
Debitore mortuo prius excutiendi heredes, quam fideiussor, 759.f.
Debitore condemnato & eius bonis confiscatis fideiussor conuenitur, 742.f.
Debitorem rapiens quomodo puniatur, 90.f.
Debitorem liberans quid teneatur præstare, 846.m.
Debitori vel delinquenti denuntians vt fugiat, an puniatur, 91.p.
Debitoribus liberatio data non comprehendit detinentes res, 95.m.
Debitores carcere inclusos quis alere debeat, 108.m.
Debitores ciuitatum non possunt officia in ciuitate habere, nec legatione fungi, 151.m.
Debitores reipubl. non debent ad munera recipi ante satisfactionem, 435.p.
Debitoris bona quæ excuti debeant, 740.m.
Debiti nomine omne debitum venit, 101.m.
Debita pluribus succedentibus quomodo solui debeant, 203.m.
Debitum chirographarium, 103.p.
Debitum eius an extinctum dicatur, qui supplicio vitam finiuit, 395.m.
Debitum simplex, 468.f.
Debitũ in pane non debet in frumẽto præstari, 500.f.
Debitum appellatione mobilium vel immobilium non contineri, 561.f. quando contineatur, 562.p.
Debitum si liquidum non sit, parte liquida oblata, liberari debet debitor, si de altera parte satisdare sit paratus, 1029.f.
Decedere quot modis sumatur, 46.m.& 47.p.
Decedere pro mori, 813.f.
Decedere & migrare quid differant, 46 f.
Decedentium sine herede pars in hoc regno ad fiscum pertinet, 721.m.
Decessio, quid, 813.m.
Decessio pro diminutione, 47.p.
Decessor quis, 46.m.
Decessor, pro prædecessore, 814.p.
Decernere quid, & quot modis sumatur, & eius phrases, 642.p.
Decidere pro cadere, 47.p. pro transigere, ibid.
Decisio, ibidem.
Decidere damnum, ibidem.
Decima non soluitur de oneribus, 784.m.
Decima ex syluis pascuis solui debet, 264.p.
Decimas qui præscripsit, non habebit ex noualibus, 252.f.
Decisio fit etiam per verbum puto, 242.p.
Decisio imperialis, 48.p.
Declaratio tituli de bonorum possessio. secundum tabulas,

tabulas, 130.f.
Declaratio tit. de bono. possess. contra tabul. ibid.
Declaratio tit. ad S.C. Trebel. 191.f.
Decretum quid, 642.m.
Decretum iustum, 885.m.
Decretum post actum interponitur, 390.p.
Decreta ambitiosa quæ, 642.f.
Decreta ordinis quæ, 642.f.
Decreta Principum quæ, 642.f.
Decretalis bonorum possessio quæ, 642.f.
Decumani qui, 149.p.
Decuria, quid, 1057.m.
Decuria prima senatus, 1057.m.
Decuriare, quid, 1057.m.
Decuriones qui, & vnde dicti, 1057.m.
Dedere noxæ, 1043.m.
Dedicatio tacita in Francia locum non habet, 43.p.
Deducere, quid, & eius phrases, 297.m.298. per totam, & 854.p.
Deductio, 298.f.
Defensores ciuitatis qui, 999.p.
Defensor idoneus, 323.f.
Deferre quot modis sumatur, & eius phrases, 745.m.
Deferre reum, 869.p.
Deficere ad subditos relatum, 957.m.
Deficere pro deesse, 957.p.
Deficere quomodo dicantur debitores, ibid.
Deficit conditio, 392.p.
Defecti ætate, 957.m.
Defuncti sequenda est voluntas, 637.p.
Defectum nomen, 74.m.
Defecta senectus, 74.m.
Definire, pro decidere, 793.m.
Definitio periculosa, 793.m.
Deformitas quæ prohibet ab ordinibus, 287.m.
Defungi, quid, 205.p.
Defunctus, 205.p.
Defunctorum voluntates executioni demandari debent, 645.m.
Defunctorie, quid, 205.p.
pro Defunctis orandum, 677.m.
in Degradatione clerici vel presbyteri quot requiran tur episcopi, 804.p.
Deiicere quid, & eius phrases, 247.f.& 248.p.
Deinde dictio quid, 424.f.& 658.p.
Deinceps varie sumi, 372.m.
Delatores qui, 745.m.
Delegare quid, 833.m.& 834.p.
Delictum quid, 1043.p.
Delicta incepta an sint punienda, 66.f.
Delictum in modum exceptionis probatum, an sit puniendum, 87.f.
Delicta in porta commissa, à iudice ciuitatis sunt punienda, 421.p.
Delictum familiæ domino imputatur, 859.f.
Delicta priuata, 881.m.
Delictum ex facto nascitur, 995.p.
Delictum priuatum, 1040.p.
Delinquere homines impetu quomodo dicantur, 1021.f.
Delinquentem auferentis à viatorib. pœna, 91.p.
Delegare, 248.f.
Delegatus iudex, 834.p.
Delegatum munus, 248.f.
Delegatus sententiam exequi potest intra annum, 702.p.
Delegatus iurisdictionem non habet propriam, 503.f.
Delegatio quomodo fiat, 833.f.
Deliberare iusse quomodo dicatur heres, 885.m.
Demittere quid, 608.m.
Demonstratio quid sit, 658.m.
Demonstratio falsa legati an vitiet legatum, 488.m.
Demonstrationem facere, 948.f.
Demum dictio in iure quomodo vsurpetur, 902.p.
Denique pro certe, 901.f.
Denique pro præterea, 901.f.
Denominationes hominum vnde ducantur, à loco originis, an domicilij, 848.m.
Denuntiare testimonium, 305.f.
Denuntiatio, quid, 304.f.& 305.f.
Denuntiatio parti an sit facienda, quod succidat radices, vel arborem, 245.p.
Dependere pro expendere, 508.f.
Deperditum quid, 124.m.
Deponere quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 613.f.& 831.p.
Deportati quæ habeant, 726.p.
Depositio ædificij, 831.p.
Depositio dignitatis, 614.p.
Depositum quid, 831.f.
in Depositi actione contraria quid præstetur, 984.p.
ex Deposito duplex actio oritur, 613.f.
Depositarius quis, 614.p.& 831.f.
Depositarius ad quid teneatur, 982.p.
Depositarius dolo facere quando dicatur, ibid.
Depositarius qualem diligentiam præstare debeat, ibidem, m.
Deprehendere quid significet, 634.m.
Deputare procuratorem, 62.m.
pro Derelicto rem habere quid sit, 724.f.
pro Derelicto rem habens an alienare dicatur, 224.m.
Deriuatio, 412.m.
Derogare legi quid, 597.f.
Descendere pro oriri, 965.f.
Descendentes & ascendentes qui, & horum appellatione qui contineantur, 965. f. & 966.
Desiderare, quot modis sumatur, 387.m.
Desiderare pro deficere, malè exponi in l. fi. ff. si libert. ing. esse, 387.m.
Desiderium, 387.f.
Designare, quid, 295.p.
Designatores, 295.p.
Desinere verbi significationes, & phrases, 124.m.
Desinere dominus esse quando quis dicatur, 124.m.
Desinere abesse quæ dicantur, 123.f.
Desiit & vacat quid differant, 124.f.
Destinare quid, & quot modis in iure vsurpetur, & phrases, 265.f.& 902.p.
Destinatio quid, & quando inspici debeat, 902.m.
Destituere, 337.m.
Desultoria leuitas, 172.m.
Desultores, 172.m.
Detestari pro denuntiare, 1039.f.
Detestatio, quid, 304.p.& 1039.f.
Deterior fieri quando res dicatur, 510.f.
Deterioratio quomodo petenda, 128.m.
propter Deteriorationem rei contrahentes quomodo teneantur, 981.f.
Determinare, quid, 432.f.
Detinere ad personas & res & ad ius refertur, 880.m.
Diæta, quid, & quot modis sumatur, 38.f.& in iure quid significet, 39.m.
Dicta legalis, & vulgaris, 39.f.
Dicta singularis, 40.p.
Diætarij qui, 39.p.
Diætarius seruus, 39.p.
Διαιτάω quid, 38.f.
Διαιτητὴς qui, 38.f.
Dicere quot modis sumatur, 43.p.
Dicere mulctam, 44.m.
Dicere sacramento, 45.p.
Dicere sententiam, 43.f.
Dicere non sufficit, nisi probetur, 384.p.
Dicere doti pecuniam, ibidem.
Dicta puella, 45.f.
Dictare, quid, 45.f. eius phrases, ibidem.

Dictare e

Dictare actionem quid 46.p.& 551.f.
Dictator quis, 46.p.
Dictiones in masculino fœmininum continentes, 9.f.& 10.
Dictiones taxatiuæ excludunt, 269.p.
Dictiones quę relinquũtur arbitrio boni viri, 526.m.
Dictiones vrbanitatem denotantes, 535.m.
Dictiones, quæ plures significant, & nonnunquam vnum denotant, 768.p.
Dictiones quæ totum & partem significant, 570.p.
Dictiones interrogatiuè sumptæ, 895.m.
in Dictionibus dubiis quid obseruandum, 1033.p.
Dictum & promissum quid differant, 43.f.
Diducere, quid, 854 p.
Dies vnde, 30.f.
Dies quotuplex sit, 28.m.& 29.p.
Dies quomodo sit accipiendus in singulis actibus, 30.m.
Dierum computatio quomodo fieri debet in itinere faciendo, 38.m.
Die repetita quid, 1022.f.
Dies artificialis quis,& quot horas contineat, 28.f.& 30.m.
Dies ciuilis quis, 28.m.
Dies conditionalis moram non constituit sine interpellatione, 837.m.
Dies continui qui, 29.p.
Dies dominicus dies quietis, non itineris contra Alciatum, 40.m.
Dies feriati. festi & professi, 30.p.
Dies naturalis, quis, 28.m.
Dies incertus, 303.p.
Dies posterior, 579.f.
Dies vtiles qui, 29.p.
Dies in iure an intelligantur de continuis, ibid.
Dies an de momento ad momentum computentur, ibidem.
Dies anni quibus mulier nunquam nascitur,& qui in iis nascuntur masculi, non consumentur ante diem iudicij, 242.p.
Dies appositus in oblig. in fauorem debitoris, expectari debet, 836.m.
Dies statim in mora constituit, ibid.
Dies licentiam migrandi præbet, ibid.
Dies etiam incerta apposita interpellat, 837.m.
Dies pupillos propter vim conuentionis institutos etiam interpellat, ibid.
Dies nimis breuis moram non efficit sine interpellatione, ibidem.
Dies si tacitè inest in eo quod purè debetur, quid iuris, 928.m.
Dies vt insit obligationi ex qualitate contractus, ibid.
ad Diem promittere, 30.f.
in Diem promittere, 31.p.
in Diebus dictio quid denotet, 941.f.
Dienses populi, 31.f.
Ex διεξώτων corpus, 290.p.
in Dictis computatio quomodo fieri debeat, 750.p.
Dictæ intelligendæ sunt vulgares, non legales, 773.m.
Diffisus dies, 31.f.
Digestum nouum cur sic dicatur, 253.p.
Dignitas quid sit,& eius variæ acceptiones, 669.p.
Dignitatum quatuor gradus, 586.f.
Dignitas de iure canonico quid, vbi & pro ordine, ac potestate, 669.m.
Dignoscere, quid, 399.
Dilationes iuris hodie non seruari, 34.p.
Dilationes in hoc Regno esse arbitrarias, 582.p.
Dilationem annalem impetrans an satisdat, 433.m.
Dimissoriæ literæ quid, 607.p.
Dimissoriæ literæ pro commendatitiis, ibid.
Dimissoriæ literæ ad ordines, ibid.
Dimissoriæ datæ religiosis, ibid.
Dimissoriæ datæ ad tempus, ibid.
Dimittere quot capiatur modis,& eius phrases, 607.f.
Diminuere & consumere quid differant, 598.f.
Dinumeratio quid, 38.f.
Dinumeratio pro numeratione, 905.p.
Diœcesis, territorium, districtus & iurisdictio quid differant, 1061.m.
Diogenis de scortis sententia, 731.p.
Diogenis apophthegma, 808.f.
Directarij qui, 39.m.
Discedere quid, & quot modis sumatur, 849.m. & 931.p.
Discernere, quid, 340.p.
Discipuli erga præceptorem officium, 413.f.
Disciplina quid, 413.m.
Discretus, 340.p.
Discretio, 340.p.
Disiuncta inter personas posita pro coniuncta accipitur, 375.f.
Disiuncti quando dicantur, 213.p.
Disiunctiuum quid dicatur, 659.m.
Dispensare, quid, 786.f.
Dispensationes pontificis, 787.f.
Dispensatio papæ cum illo qui est de genere regum, 440.m.
Dispensatione quod fit, dicitur fieri non posse, 667.p.
Dispensator, quis dicatur, & vnde, 786.f.& 900.p.
Dispensator à villico quid differat, 788.p.
Dispensator ordinarius, 787.m.
Dispensator pro decoctore, 787.f.
Dispensatores priuati, 787.m.
Dispensatus ad duo beneficia, de quibus intelligatur, 540.p.& 542 p.
Disponere in vita, & conferre post mortem, differunt, 683.m.
contra Dispositionem non venit ex natura actus procedens, 894.p.
Dispungere, quid, 399.m.
Dispunctio quid, 399.m.
Disputare quid, 62.m.
Disputatio, ibid.
Distare quid,& quomodo capiatur, 632.m.
Distinguere, quid, 786.f.
Distinctio pro diuisione, 786.f.
Distrahere, quid,& quot modis sumatur, & eius phrases, 178.f.& 179.p.
Distractio, 179.p.
Distractus, ibid.
Districtus, territorium, diœcesis & iurisdictio, quid differant, 1061.m.
Diuersitas nominum, rerum diuersitatem inducit, 678.f.
Diuitem esse an sit honestum, 362.p.
Diuertere & repudiare quid differant, 849.p.
Diuidere, quid, 582.p.
Diuidere regionibus quid, 1048.p.
Diuisio, 213.f.
Diuisio bimembris esse debet, 213.f.
Diuisio an pro alienatione habeatur, 224.m.
in Diuisione proprietas vni adiudicari potest, vsusfructus alteri, 207.m.
Diuisiones, pro donis, 582.p.
pro Diuiso quid significat, 213.f.
Diuisa & indiuisa pars quomodo vocari possit, 212.p.
Diuitiæ quando prosint, 362.f.
Diuortium vnde,& quid, 593.m.
Diuortium à repudio quid differat, 849.p.
Diuortium quot adhibitis testibus fiebat, 418.p.
ex Diuortiis quæ mala proueniant, 503.m.
Diuortium fit, etiam si iustæ non sint nuptiæ, ibid.
Docere pro probare, & erudire, 1079.p.
Doctores an artifices dici possint, 133.m.
Doctor restitutus non recuperat suam sedem, 193.f.

Doctorum

Doctorum salaria non ab scholasticis, sed à ciuitate exigi debent, 218.p.
Doctores super facto non consulunt, 705.p.
Doctor qui nescit consulere vel postulare, non videtur studium perfeciſſe, 711.m.
Documenta quæ, 586.m.
Dolare, quid, 1032.m.
Dolabra, quid, 1032.m.
Dolabella, quid, 1032.m.
Dolium vnde, quid & eius genera, 912.f.
Dolium signatum, 292.m.
Doliare vinum, 912.f.
Doliarius, 913.p.
Doliarium, 913.p.
Dolon, quid, 1032.m.
Dolus vnde dictus, 473.f.
Doli mali definitio, 980.p.
Dolus malus duplex, dans causam contractui, & incidens in contractum, 981.p.
Dolus & fraus quid differant, 685.f.
Dolus alius bonus, alius malus, 979.m.
Dolus an alius sit verus, alius præsumptus, 980.p.
Dolus verus remitti non potest, 549.m.
Dolus extranei quando comprehendatur sub clausula, eui rei dolus malus, &c. 473.
Dolus futurus remitti non potest, 549.p.
Dolus à culpa in specie sumpta quantum differat, 975.f.
Dolus infamiam irrogat, culpa verò minime, 977.p.
Dolus non rescindit stricti iuris contractus, 981.m.
Doli nomine simpliciter prolati, in Gallia quid notetur, 981.f.
Doli nomine quando culpa contineatur, 977.p.
de Dolo qui à iudicib. adhibetur ad extorquendam veritatem, 979.f.
Dolum cum lex requirit lata culpa dolo non æquiparatur, 996.f.
Domicilium quid, 847.f.
Domicilium quot modis perdatur, 849.p.
Domicilium in suburbiis eligi potest, 22.m.
Domicilium re & facto quomodo transferatur, 58.p.
Domicilium non habet, qui cum vno famulo tantum degit, 310.f.
Domicilium triplex, naturale, accidentale, & commune, 847.f.& 848.
Domicilium voluntas & habitatio constituunt, 785.m.
Domicilium re & facto quomodo transferatur, 914.p.
Dominus quid sit, & vnde dicatur, 259.m.& 457.p.
Dominus rei quis vocatur sine vsufructu, 208.p.
Dominus quondam, 506.p.
Dominus nouus, 255.p.
Dominus animalis bipedis, an ex damno teneatur, 75.m.
Dominus in suos subditos sæuiens iurisdictionem perdit, 77.m.
Dominus sua iurisdictione per abusum priuatur, 146.m.
Dominus census capit & saisit totam rem pro censu non soluto, 212.f.
Dominus secularis non potest conqueri ob confiscationem, si prælatus composuit cum delinquente, 228.f.
Dominus non potest animalia prohibere, ne fundum suum ingrediantur, 246.f.
Dominum esse aliud est, & pro domino haberi, 428.m.
Dominus litis, proprietatis, & possessionis, 457.m.
Dominus proprietatis,& proprietarius, 524.p.
Dominus communis domum destruere non potest, 575.p.
Dominus in seruum habet plenissimam coercitionem, 655.p.
Dominus loci alicuius adigens suos subditos ad turpia, perditius suum, 667.m.
Dominus quomodo pro noxia serui liberetur, 805.p.
Dominus pro famulo quid soluens, eidem retinere potest, 860.f.
Dominus non tenetur, si famulus extra officium delinquat, ibid.
Dominus seruum in vinculis potest detinere, 990.m.
Domini nomine etiam venit dominus pro parte, 575.p.
Domini appellatione an filius contineatur, 417.f.
ex Dominis vnus non potest alterum condominum punire, 213.p.
de Domino qui quadrupedem noxiam committentem suam esse negat, 1042.f.
Dominium quid,& quotuplex, 457.p.
Dominium plenum & proprietas, 207.p.& 655.m.
Dominium pro possessione, 507.p.
Dominium integrum, 258.f.
Dominium intermissum, 608.f.
Dominium vtile an proprietatis nomine contineatur, 505.m.
Dominium in quibus casibus transfertur sine traditione, 456.m.
Domus nomine quid contineatur, & variæ eius acceptiones, 319.p.& 857.p.
Domum vbi quis habere dicatur, 898.m.
Domus nomine possessionis non comprehenditur, 507.p.
Domus vbi intelligi debeat, 897.m.
Domus tota intelligitur sub eius nomine, 427.p.
his verbis, his qui de Domo sunt, quid comprehendatur, 857.m.
Domo diruta tigna restituuntur, 439.p.
Domos alienas effringere quando liceat, 94.p.
Domum vnam habens Parisiis gaudet ciuium priuilegiis, licet non habeat vsumfructum, 209.p.
Donare, quid, 377.p.
Donare & concedere quid differant, 189.f.
Donare non potest mulier sine viri consensu, 175.f.
Donare simplici & pura donatione, 464.f.
Donare Titio & heredibus, donatio inter viuos præsumitur, 464.f.
Donare minor causa mortis potest, 465.f.
Donans ea quæ sibi competunt, & res suas donasse videtur, 393.f.
Donans infirmus an causa mortis videatur donare, 462.m.
Donans an teneatur facere inuentarium de bonis donatis, 467.f.
Donans domum partem donasse videtur, 487.p.
Donans ea quæ habet in Montepessulano, non donat actiones, 723.p.
Donata ab sponso vxor an lucretur, 468.p.
Donatarius omnium bonorum actiones non habet, 363.f.
Donatarius causa mortis fructus restituit, 465.f.
Donatarius causa mortis, an re donata vindicata, impensas repetat, 510.
contra Donatarium quando detur personalis actio, 630.p.
Donatio, quid,& vnde dicatur, 462.p.
Donatio an dicatur contractus, 174.p.

Donatio à precario quid differat, 910.m.
Donatio ex quibus præsumatur, 464.f.
Donatio causa mortis quid sit, & quomodo dignoscatur, 462.p.& 463.
Donatio causa mortis quibus modis reuocetur, 466.p.
Donatio causa mortis non est inter virum & vxorem prohibita, 466.p.
Donatio causa mortis an contractibus æquiparetur, 467.p.
Donatio si sit permissa, cur mortis causa prohibita sit, 460.p.
Donatio cum moriar, est causa mortis, 463.p.
Donatio facta filiis natis & nascituris, comprehendit natum exfecto matris vtero, 698.m.
Donatio facta per verba specialia quomodo intelligatur, 708.f.
Donatio facta posthumo, vel furioso an acceptari debeat, & quomodo, 302.p.
Donatio iuris quod quis habet in re an valeat, ibid.
Donatio inter viuos quid, & quomodo dignoscatur, 463.m.& 466.p.
Donatio inter viuos ad heredes transmittitur, 465.m.
Donatio inter viuos absenti fieri quando possit, ibidem.
Donatio conditionalis an prohibeatur donatione prohibita, 460.m.
Donatio propter nuptias quæ sit, 467.m.
Donatio simplex, 371.f.& 468.f.
Donatio facta Titio & filiis suis non continet filios vxoris, 453.m.
Donatio ob benemerita an donatio propriè sit, 461.f.
Donatio facta locis piis, an censeatur causa mortis, 463.m.
Donatio ea lege vt non reuocetur, est inter viuos, ibidem.
Donatio in dubio iudicatur inter viuos, 465.p.
Donatio inter viuos coram duobus fit testibus, ibidem.
Donatio facta de quarta parte omnium bonorum, quæ bona contineat, 708.f.
Donatio an absenti fieri possit, 300.f.
Donatio reuocatur liberorum superuenientia, 466.f.
Donatio facta sponsæ, quando erit vxor mea, non valet, 682.f.
Donatio facta mulieri, si habeat filios tempore mortis, quomodo intelligatur, 714.p.
ex Donatione mortis causa Falcidia detrahitur, 465.p.
de Donatione vrbanæ & rusticæ supellectilis quæstio, 785.m.
de Donationibus plene diffinitur, 460.m.& 461.
Donationis insinuatio facit donationem inter viuos, 464.m.
de Donationibus à Principe factis, 825.m.
Donationem inter viuos scire esse, vel causa mortis, quid prosit, 465.p.
Donationem propter nuptias vir ob adulterium perdit, 467.m.
Donum quid propriè, 934.m.
Donum à munere quid differat, 852.m.& 935.p.
Dona regia quando valeant, 163.p.
Dormiens furioso comparatur, 922.f.
Dos soluto matrimonio quando reddi debet, 699.m.& 1066.p.
Dos impensis vt minuatur, 814.p.
Dos caduca, 261.p.
Dotis incertæ promissio an valeat, 81.p.
Dos receptitia, quæ, 908.f.
Dos sterilis, 50.f.
Dotes primæ quando de communi solui debeant, 541.p.
in Dotalibus rebus quid præstetur, 985.m.
Δρῦς quid, 1034.f.
Δρῦος quid, 1034.f.
Dualis numerus apud quos in vsu, 1075.p.
Dubito negatiue sumptum, & affirmatiue, 1037.p.
Dubium in iure consistere quando dicatur, 648.m.
Dubium & ambiguum quid differant, 748.f.
Ducatus, 351.p.
Ducatus Romæ quid, 764.p.
Ducere quot modis capiatur, & eius phrases, 349.f.
Ductio, 350.m.
Ducenarij qui, 350.f.
Duellare, quid, 1019.p.
Duellator, quis, 1019.p.
Dummodo quid, 752.m.
Dummodo, cum conditionem facit, 752.f.
Dummodo, cum modum facit, 752.m.
Duntaxat, quid, 268.f.& 1032.m.
Duplum quid, 468.f.
Dux, quis, 351.p.
Duces exercitus de delictis suorum quomodo teneantur, 860.m.
Ducem appellare, 351.p.

E E

EAtenus, quatenus, quomodo capiantur, 622.f.
Ecclesiæ res inutiles prælatus alienare potest, 527.m.
Ecclesiæ rem emens sine solemnitate, perdit pretium, 617.f.
Ecclesia quando pleno iure ad aliquem pertineat, 656.f.
Ecclesia collegiata, 804.p.
Ecclesiam iurans defendere, etiam tenetur sine interpellatione, 837.m.
Echinus piscis, 158.f.
Econtrario, contra, per contrarium, 526.f.
Edacitas, 325.f.
Edere quot modis sumatur, & eius phrases, 551.m.& 552.
Edere iudicium, 46.p.
Edere nomen, 73.f.
Edilis, & edulis, 325.f.
Editio cum die & consule fieri debet, 553.m.
Editio pro natiuitate, 551.m.
Edictum quid, 768.p.
Edictum ab interdicto quid differat, ibid.
Edicta prætorum annua cum essent, cur facta perpetua, 768.m.
Edicta trla olim cur dabantur, 841.f.
Edictum committere, 591.f.
Edictum edere, 553.p.
Editus boum, 553.m.& 792.f.
Educare, quid, 327.p.
Efferre, quid, 1027.p.
Efficere perfectionem denotat, 957.m.
Effectus & factum quid differant, 784.p.
cum Effectu quæ dicantur fieri, 783.per totam.
Effectus pro vtilitate, virtute & perfectione, 957.f.
Effractores, 94.p.
Effractores carcerum, 991.p.
Effringere, 94.p.
Eiicere, quid, 248.p.
Eiicere, pro abiicere immaturum partum, 248.p.& 851.f.
Eiectus partus, 851.f.
Electione facta an restitui quis possit, 230.f.
Elucidatio noua ad §. duorum. l. Mæuius. ff. de leg. 2.6.f.
Emancipatio quomodo olim fiebat, 177.f.
Emancipatio & manumissio quid differant, 1078.f.
Emancipatus an familiæ nomine contineatur, 858.f.
Emancipatus pro eo qui se alterius potestati tradit, 859.p.
Emenda quid, & vnde dicta, 688.m.
Emendatio legis, & ideo. ff. de compensationibus, 553.m.
Emittere quid, 143.p.
Emphyteusis an de iure Digest. inuenta sit, 365.p.
Emphyteusis concessa heredibus, ad omnes extenditur, 447.f.
Emphyteusis data alicui & eius natis, ad nepotes extenditur, 605.m.
Emphyteusis quando ad extraneos transeat, 103.f.
Emphyteuta tempore belli an ad pensionem teneatur, 141.p.
Emphyteuta quomodo iure suo priuari possit, 240.f.
Emphyteuta, an possit syluam cædere, ibid.
Emphyteutæ syluam extirpare, & vineam ibi plantare non licet, 241.f.
Emphyteuta rem sine do. consensu vendens, & non tradens, ea non est priuatus, 456.m.
Emphyteuta necessarias repetit impensas, 510.p.
Emphyteuta quando possit renuntiare emphyteusi, 594.m.
Emphyteuta quando iure priuatur, 835.f.
Emptio pura, 98.m.
Emptio repetita, 1023.f.
Emptio rei pupilli palam facta, valet, 617.f.
Emptor vniuersitatis, 204.f.
Emptor hereditatis soluit debita, 645.m.
Emptor cum pacto de retrouendendo syluam cædit, 241.m.
ab Emptore res signata, an videatur tradita, 293.m.
Enfans nomine quid Galli comprehendant, 968.m.
Enfans & filz quid differant, 968.f.
Enim dictio quid significet, 147.f.
Ἠνωμένον corpus, 290.p.
Enumerare, quid, 905.p.
Enunciatio quid, 1005.f.
Episcopus absens quomodo dicatur, 876.p.
Episcopi quomodo tenentur de excessibus vicariorum, 860.m.
Episcopi territorium, 1061.m.
Epistola aduentoria, quæ, 1057.p.
Ἐπίθεσις quid, 810.p.
Equa vendita quando partus debeatur, 215.p.
Eques, 366.f.
Equitare, 366.f.
Equus pro animali, 366.f.
Equo vendito capistrum venditum censetur, 624.m.
Equi agminales, 366.f.
Equulus, 366.p.
Equile quid, 871.p.
Equitium, 366.f.
Eremodicij restitutio quando detur, 884.f.
Eripere quid, 90.f.
Erogare, quid, 599.p.
Erogatio, quid, 599.p.
Erciscere quid, & vnde dicatur, 254.p.
Error intra annum proponi debet, 702.m.
Erro à fugitiuo quid differat, 996.p.
Est verbum quid denotet, 206.f.& 658.m.
Esse & haberi, quoad effectum paria, 919.f.
Erit verbum quid denotet, 658.m.
Estallons à Græco dici, 244.f.
Esus cur prius quam potus dari solet, 325.m.
Et coniunctionis vtilitates, 234.p.& 235.
Et cetera dictio quando extendi à notariis possit, & quando non, 765.m.& 766.
Etiam dictio, 113.f.
Euenire, 785.p.
Euictio quando debeatur ratione compromissi, 103.f.
de Euictione adinuicem tenentur coheredes post diuisionem, 1078.m.
Euidens quid, & quot modis sumatur, 809.p.
Euidentia, 809.m.
Euidenter, 809.p.
Eunuchi nomine qui contineantur, 675.m.
Eunuchi ordines assumere, & beneficia obtinere an possint, 675.f.
Euocare aquam quid, 69.m.
Euocare ad munera, 69.m.
Euocare sacra, 69.m.
Euocare etiam in ciuilibus dicitur, contra Budæum, 69.m.
Εὐτελεῖς qui, 1015.m.
Ex dictionis vis, potestas, & phrases, 403.p.& 404.
Exactio, 833.m.
Exactum, quod exigi potest, 834.p.
Exactores qui, 833.m.
Exauctorare quid, 652.p.
Exauctorari miles quot modis possit, 652.m.
Excedere, quid, 931.m.& 1043.f.
Excessus pro superfluo, 1043.f.
Excessus pro digressione, 1043.f.
Excessus, pro omni delicto, 143.m.
Exceptio & actio in quibus conueniant, & quid differant, 86.f.& 88.p.
Exceptio vtilis, 525.p.
Exceptio redhibitoria, 566.f.
Exceptio intercessionis, 931.m.
Exceptionis peremptoriæ obiectus, 1004.p.
Exceptionem quis timere dicatur, 395.f.
Exceptionem denotantes particulæ, 502.p.
Exceptione vbi lis contestari non debet, 87.m.
de Exceptione ordinis, vide Ordinis exceptio,
Exceptione tutus temporali quomodo sit creditori conditionali similis, 396.p.
Exceptiones temporales quæ, & perpetuæ, 85.f.& 395.f.
contra Exceptiones quando Princeps rescribere possit, 88.p.
Exceptores, qui, 93.m.
Excidere, quid, 262.m.
Excidere ab ex & cædo, 262.f.
Excipere quid, & quot modis sumatur, 907.m.
Excipere qui potest contra totum, & contra partem, 487.f.
Excipiendi ius in singularem successorem etiam transit, 959.m.
Excludere quid, & eius phrases, 422.f.& 783.p.
Exclusiuæ dictiones non excludunt ea, quæ de consuetudine competunt, 276.m.
Excommunicati & deportati loco mortuorum habentur, 428.f.
Excommunicatus mortuus sepeliri non debet in cœmeterio, 677.p.
Excutere quot modis sumatur, & eius phrases, 595.
Excussio, 596.p.
Excussio ex legis dispositione, & ex forma conuentionis facta, 741.f.
Excussoria, 595.f.
Ex die, ex tempore, 30.f.
Executio rei iudicatæ in vsufructu fieri potest, 209.p.
Executio fit in actionibus & nominibus, sicut in rebus, 722.f.

Executio super re à iudice loci territorij fit, 1061.m.
Executores testamenti inuentarium facere debent, 545.p.
Executores funerum mandatum testatoris excedere an debeant, 890.m.
Executor testamenti si plus impendat quàm taxatum fit, an sibi imputare debeat, ibidem.
Executor merus & mixtus, 904.p.
Executor approbare testamentum censetur, 185.p.
Exedræ, quid, 898.p.
Exemplum, quid, & quot modis accipiatur, 771.m.
Exempla an restringant regulam, 129.p.& 772.p.
Exemplis non esse iudicandum, 772.p.
Exemplar quid, & ab exemplo quid differat, 772.p.
Exemplarium pro exemplari, 772.p.
Exercere quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 942.m.
Exercitor nauis, 943.m.& 1071.p.
Exercitoria actio, 943.m.
Exercitatio, 943.f.
Exercitus, 943.f.
Exhibere & restituere quid, & differentia, & quot modis capiantur, & phrases, 190.m.
Exigere quid, & eius variæ acceptiones, 832. & 999.f.
Exigens debita, etiam ex delicto exigere poterit, 107.p.
Exilium temporarium, 86.p.
Exire diem actionis, quid, 31.f.
Existimare quid, & ab æstimare quid differat, 1006.p.
Existimationis nomine quid significetur, ibid.
Existimatio, & æstimatio quid differant, ibid.
Ex nunc dictio quid significet, 125. f. atque pagina sequenti.
Expendere plus quando non liceat, quàm taxatum est à testatore, 889.m.
Expensæ pro equo non taxandæ rustico, 289.m.
Expensæ repetuntur, si res sit facta melior, 639.m.
Expensæ rei retentione repetuntur, ibid.
Expensæ funeris executoriæ sunt, 890.f.
ab Expensis quando litigans excusetur, 886.m.
Expensare nummos, 598.f.
Expensum ferre quid, 1025.m.
Experiri pro defendere impropriè, 169.m.
Experiri iudicium, 169.f.
Experientia valde necessaria, 5341.m.
Expetere, quid, 1021.m.
Expilatores qui, 644.p.
Expilare quid, 643.f.
Explicatio §. dolo. l. si procuratorem. mand. contra Zasium, 978.p.
Exponere quid, 661.m.
Expositi à quibus alendi, 327.p.
Ex post facto, 404.m.
Expressum duobus modis dicitur, 799.m.
Expressum quando faciat cessare tacitum, ibid.
Exprobrare, 317.p.
Expromittere, quid, 81.f.
Expromissor, quis, 81.f.
Expungere, quid, 399.m.
Expungere quid in l. decimaquinta, ff. de re militari, 401.m.
Exquirere quid, 801.p.
Extemporanea aresta, 31.p.
Extendi quomodo accipiatur apud Iurisconsultos, 853.m.
Extendi dictio & cetera, à quo debeat, 761.m.
Exterus quam securitatem præstare debeat, 437.m.
Exteri per testamentum bona in regno non acquirunt, 184.p.
Extorqueri aliquid ab inuito dicitur, & non institu-
ta actione, & instituta, 832.f.
Extra dictionis vis, potestas, & phrases, 60.p.
Extra ordinem quid, & quando fieri dicatur, 1055.p.
Extraneus quot modis dicatur, 61.p.
Extraneus homo, 62.p.
Extrarius pro extraneo, 62.p.
Extremus quis, 559.m.
Extrinsecus, quid, 62.p.
Ex tunc dictio actum suspendit, 125.f.
Exul non gaudet ecclesiæ immunitate, 1043.f.

F F

FAbri nomine qui contineantur, 1031.f.
Faber ærarius, 762.m.
Faber aurarius, 764.p.& 1032.p.
Faber ferrarius quis, 1032.p.
Faber lignarius, 1032.p.
Faber tignarius, quis, 1032.p.
Fabro qui promisit ædificium perficere sub certo pretio, an pecunia sit præstanda, 711.m.
Fabrica quid, & quot modis hoc nomen vsurpetur, 1032.p.
Fabricenses, qui, ibidem.
Fabrico quid, ibid.
Facere verbum quid complectatur, & eius variæ & plures acceptiones, 805.f.& 946.p.
Facere contra legem, vel in eius fraudem, quid, 78.m.
Facere nomen, 73.f.
Factus, a, um, & eius phrases, 69.f.
Facti nomen generaliter quid comprehendat, 945.p.
Factum & gestum quid differant, 69.f.
Factum & effectus quid differant, 784.p.
Factio, pro re quæ fit, 945.m.
Factio pro secta, 945.p.
Factio cruenta, 945.m.
Factionem testamenti quis habere dicatur, 495.m.
Factiosi, qui, 945.m.
Factitare quid, 956.f.
Factores, qui, 945.p.
Facinus, quid, 956.f.
Facinus & flagitium quomodo differant, 956.f.
Facultas quid dicatur, 284. f. & 285. & eius phrases, ibidem.
Facultas in singulari pro bonis aliquando, 285.f.
Falcare, 268.f.
Falcarij, 268.f.
Falcidia vnde dicta, & à quo inducta, 268.m.
Fallentiæ, quæ, 14.m.
Falsum quid, 211.f.& 971.f.
Falsi antequam quis damnetur quot requirantur, 211. f.
Falsi quando teneatur leges correctas allegans, 598. m.
Falsi nomen ad multa relatum pro inefficaci, 973.m.
Falx generale nomen: messoria, fœnaria, putatoria, &c. 268.m.
Familiaritas pro conuersatione, 863.m.
Familiaritas quomodo acquiratur, 989.p.
Familiaritas pro proximitate, 863.m.
Familiaris, quid, 863.p.
Famul, quid, 853.f.
Famulus describens librum sui dom. & transcriptum alteri concedens, quomodo puniatur, 382.f.
Famulus suspensus propter adulterium, 590.m.
Famulus quomodo probetur quis esse, 860.f.
Famuli locationis instrumentum, 328.p.
Famulis an medicinæ debeantur, 332.f.
Fatum quid, 706.p.

Fatalis dies, 707.p.
Fatale damnum, 707.p.
in Fauorem introductum quod est, in odium non retorquetur, 1005.p.
Familiæ nomen vnde, & quot modis dicatur, 308.m. & 853.f.
Familia quot contineat, 311.p.
Familiæ nomen ad personas & res relatum, 854.m.
Familiæ nomen ad corpus relatum, ibid.
Familiæ nomen iure proprio & iure cõmuni, 859.m.
Familia iure proprio quid, 855.m.
Familiæ nomen in tit. vi bon. rapt. quomodo sumatur, 861.f.
Familiæ nomen in redhibitoria quomodo sumatur, 862.m.
Familiæ nomen quomodo in interdicto vnde vi sumatur, ibid.
Familiæ nomen & omnes descendentes ab vno fonte continet, 863.p.
Familiæ appellatione & ipse princeps familiæ continetur, 864.f.
Familiæ nomen quomodo pro materia subiecta exponendum, 865.m.
de Familiæ delicto an quis teneatur, 308.f.
Familia adoptiua, 863.p.
Familia factiosa, 945.m.
Familia fœminarum, 866.p.
Familia plebeia, 786.m.
Familia publica & priuata, 866.p.
Familia prohibita, & singuli prohibentur, 310.m.
Familia vrbana in quo differt à rustica, 785.f.& 788.m.
Familiæ ius in vno retinetur, 310.m.
Familiæ alienationis prohibitio non extenditur vltra quartum gradum, 311.p.
Familiæ erciscundæ iudicium, 582.p.
Familiæ ratione qui contra aliquem agit, quid proba re debeat, 860.f.
Familiam dominus corrigere potest, 308.m.
Famulis suis cum donat maritus, famuli vxoris non continentur, 606.m.
cum Fari poterit, & postquam fari poterit conditiones quid differant, 941.f.
Febris quercira, 1035.p.
Februarius mensis cursic dictus, 577.m.
Felices qui & fortunati, 295.f.
Feriæ legitime indictæ, & extra ordinem, 1054.m.
Ferre verbum quot modis sumatur, & eius phrases, 1024.m.
Ferre impensum seu expensum, quid, 1025.m.
Ferri appellatione quid veniat, 1016.f.
Festi translatio quid operetur, 914.p.
Festa paganica, 1060.m.
Feudum nouum & antiquum, 254.m.
Feudum concessum Titio & suis, quomodo intelligatur, 680.m.
Feudo an priuetur offendens filium domini, 418.p.
Feuda patrimonialia sunt in Francia, 882.m.
Feuda in Gallia ad instar sunt bonorum patrim. 798.f
Fideicommissum quid, 591.m.
Fideicõmissa olim iure actionis nõ petebãtur, 817.m.
Fideicommissum vniuersale, etiam non adita hereditate, transmittitur, 927.f.
Fideicommissarius possessorio agit ante restitutionem, 191.f.
Fideiubere non possunt mulieres, 14.f.
in Fideiussione tacita principalis prius conueniendus, 739.m.
Fideiussor quis, & quando conueniendus, 82.p.739. & 740,
Fideiussor qui iterum soluit, an repetat, 136.m.
Fideiussor principis excusionis exceptionem non habet, 157.f.
Fideiussor idoneus, 323.m.
Fideiussor consanguinei recusari non potest, 419.f.
Fideiussor obligatur, si reus antequam interpelletur, moriatur, 739.p.
Fideiussor si succedat debitori, obligatio extinguitur, 629.p.
Fideiussor si fecerit suum debitum, adhuc tamen principalis est excutiendus, ibid.
Fideiussor principalis prius est discutiendus quàm bonorum possessores, 740.p.
Fideiussor conuenitur, quando successit reo, 742.f.
Fideiussor quando prius conueniatur quàm principalis debitor, ibid.& 743.
Fideiussor non conuenitur vltra iudicatum, 743.m.
Fideiussor negans se fideiussisse, perdit beneficium excussionis, ibid.
Fideiussor agit contra eum, pro quo se obligauit, 744.p.
Fideiussor peti potest pro debito, officio iudicis, 817.m.
Fideiussor locuples, 1019.f.
Fideiussor in iudicio sistendi causa qualis, 1020.p.
Fideiussor qualis dari debeat ab eo qui in ius vocatur, nisi eat, ibid.
Fideiussores præstat, qui debet satisdare, 433.p.
Fideiussores non inueniens an cum iuramento recipiatur, ibid.
Fideiussores obligatus dare, non potest pignora præstare, 434.p.
Fideiussoris vnius loco, alius dari potest, 434.p.
Fidelia, 917.m.
Fieri non posse quid dicatur, & contra, 667.m.& 668.
Figulus quis, 69.p.
Figulina seu figlina officina, 69.p.
Figulinum opus, 68.f.
Figura quid, & quomodo capiatur, 636.f.
Filia quando contineatur nomine viri, 18.m.
Filiabus qui legat, & posthumis legasse videtur, 775.f.
Filiæ prohibitæ nubere nisi certis, prohibentur semper, 541.f.
Filiæ succedunt primogenito ex consuetudine, 559.p.
Filij appellatione quis contineatur, 528.f.
Filij nomen vnde deducatur, 966.p.
Filius est idoneus, cuius pater est soluendo, 417.f.
Filius pro patre an rempub. saluam promittere cogatur, 437.f.
Filius natus exciso matris ventre succedit, 698.p.
Filius sub conditione institutus, qui in sua est potestate, non querelat testamentum, 722.f.
Filius an patri dicatur agnatus, 558.m.
Filius quomodo in patris potestate est, 855.m.
Filius post vigintiquinque annos censetur emancipatus, ibid.
Filius iustus, ibid.
Filius etiam sexagenarius patri vsumfructum vbi acquirit, ibid.
Filij ingrati repelluntur etiam à successione consuetudinaria, 203.f.
Filij appellatione quando filia continetur, 882.p.
Filij nomine nepos continetur, ibid.
Filij quo iure patris potestati sint subditi, 856.p.
Filij patrem quoad originem & honores sequuntur, matrem quoad conditionem, 866.p.
Filiorum hereditas an debeatur parentibus, 418.p.
Filiorum nomine quibus casibus posthumi non continentur, 776.m.
Filiorum appellatio quando comprehendat nepotes, & quando non, 963.m.& 964.
Filiorum nomine ex Galliæ consuetudine quid contineatur, 968.m.
iuuans Filium vt patrem occidat qua pœna puniatur, 137.p.
Filius fam. an & quando contrahere possit, 179.m.
Filius fa. expensas vtiles faciens, obligat patrem, 512 p.

Filiusfamilias vbi per matrimonium liberatur à patria potestate, 856.p.
Finire quid,& eius phrases, 864.p.
Finita & transacta quæ dicantur, 999.f.&.1000.m.
Finita silentio longi temporis quæ dicantur, 1003.f.
Finitus numerus pro infinito, 760.f.
Finis nomen tam in singulari quàm in plurali quot modis sumatur, 864.p.& 1061.f.
Finis canonicus, 1062.p.
Fines publici & priuati, 1062.p.
ad Fines non procedendi quid sit apud practicos, 48.m.
Finium regundorum actio, 864.m.& 1062.p.
Finalis quæstio, 864.m.
Fiscus quid, 157.m.
Fiscus tenetur ad debita ,ppter bona cõfiscata, 187.f.
Fiscus succedit ei, qui nullum legitimum heredem reliquit, 645.m.
Fiscus qui delinquentis bona habet, prius est conueniendus, quàm bonorum possessores, 740.p.
aut fideiussor, ibidem.
Fiscus quomodo teneatur æs alienum soluere bonorum,quæ ad eum deferuntur, 797.f.
Fiscus quomodo teneatur,cum ex institutione heres fit, 798.p.
Fiscus non confecto inuentario non tenetur vltra vires hereditatis, ibid.
Fiscus quando improprie heres, ibid.
Fiscus iure priuati vtitur, cum in ius priuati succedit, 1050.p.
Fisco crescente alij artus contabescunt, 157.f.
Fisco possidente bona deportati creditores non habent actiones, 611.p.
Fistula fictilis, 69.p.
Flagitium,& facinus quid differant, 956.f.
Fluctus hibernus, 573.m.
Fœminæ appellatione quid veniat in iure, 112 p.
Fœmina non potest quasi contrahere, fideiubere & pignori dare, 175.f.
Fœmina excluſa à successione patris succedens patri, 645.p.
Fœminæ in contractibus comprehenduntur sub masculis, 13.p.
Fœminæ in feudis an succedant, 14.f.
Fœminæ quando sub ascendentibus vel descendentibus comprehendantur, 404.f.
Fœminæ non habent filios sub potestate, 866.p.
Fœminæ à feudis non excluduntur in Gallia, 882.m.
Fœmininũ à masculino separatum sub ipso mascul. non includi, 15.p.
Fœnum vnde dicatur, & an nomine fructuum comprehendatur, 267.p.
Fœnum non venit frumenti nomine, 500.m.
Forma quid, 117.f.
Forma mutata quando dicatur, 118.p.
Forma verborum rem mutat, 761.p.
Forma contractus rem mutat, ibid.
Fornicatio,quid, 588.f.
Forte,fortasis & forsitan dubitationis notæ, aliquando assertionis, 289.p.
Forum competens, 394.p.
Fossa quid, 623.m.
Frangere,quid, 93.f.
Frangere fidem, 93.f.
Frangens an vt rapiens puniatur, 89.m.
Francigenæ leges non allegant, sed rationem iuris seruant, 900.p.
Fraus quid propriè, & à pœna quid differat, 684.m.
vt Fraus dicatur,quid requiratur, 686.f.
Fraus fieri quando præsumatur, 686.p.
Fraus capitalis quæ, 602.p.
Fraudem capitalem admittere quid, 686.p.
Fraus & dolus quid differant, 685.f.
Fraus quando est sine pœna, 684.f.
Fraus de contractu ad contractum, 686.m.
Fraus de re ad rem, ibid.
Fraus de persona ad personam quando fiat, ibid.
Fraudem legi facere, & in fraudem legis facere, quid differant, 686.m.
Fraudi esse quid, 686.f.
Friuiusculum, 560.p.& 592.f.
Fructus & vsura quid differant, 652.f.
Fructus an & quando quis teneatur restituere, 192.p. & 618.f.
ad Fructus & expensas quando iudex condemnet, 192.p.
Fructus præbendæ an pro executione rei iudicatæ capi possint, 218.f.
Fructus & vsusfructus quid differant, 205.f.
Fructus beneficij deberi ex prima vacatione, 541.m.
Fructus non computatis qui rem habet restitutioni subiectam, 640.p.
ad Fructus qui tenetur,non tenetur ad vsuras, 653.p.
Fructus quis non lucratur vbi abest bona fides, 981.p.
Frugum nomen quid contineat, & vnde dicatur, 497.m.
Fruges pro reditu, 497.m.
Frugalis,& frugalitas, 498.p.
Frugiferæ arbores, 498.p.
Frugi à fruge,& quid, 497.f.
Frugi bonæ, 497.f.
Frugi vitæ, 498.p.
Frumenti nomine quid veniat, 499.f. & de consuetudine,quid, 500.m.
Frumenti nomen quomodo vsurpent Galli, 501.f.
Frumentum extrahere prohibitus, non poterit farinam, 500.f.
Frumentum delatum in aliud territorium, an possit extrahi, ibidem.
Frumentum quo tempore in horreum deferendum, vt seruetur, 247.f.
Frumentaria ratio,pecunia, 500.p.
Frustra dictiõis variæ acceptiões & phrases,1012.m.f.
Frustrari quid, 1012.p.
Frustratio pro deceptione, 1012.m.
Frustrator,id est deceptor, 1012.m.
Fuga in septem casibus delictum probat, 995.m.
Fugiens quis dicatur, 996.m.
Fugitiuus quis dicatur, 994.p.
Fundare quid, 632.p.
Fundatores ecclesiarum qui, 632.p.
Funditus tollere, 632.p.
Fundus quid,& vnde dicatur, 426.m.631.f.& 635.m.
Fundus pro fundamento, 632.p.
Fundi appellatione an veniat pratum, 266.f.
Fundus & locus quid differant, 426.m.
Fundus acquisitus ex pecunia patrimoniali,an sit conquæstus,vel patrimonium, 135.p.
Fundo legato quid contineatur, 830.p.
Fundo vendito veniunt ea,quæ intra sunt, 631.f.
Funeris impẽsa omne creditũ præcedere solet,630.m.
Fundũ sine vsufructu vendẽs quomodo teneat,207.f
Fundi vectigales, 959.p.
Funus quotuplex, 890.f.
Funus familiare, 863.p.
Fur manifestus, 707.f.
Fur quomodo à furti actione liberetur, 805.p.
Fur semper moram facit, 1011.p.
Furi consilium dans an teneatur, 994.m.
Furem an dominus liberare possit, 805.p.
Furẽ non dici ex cõsilio,aut cogitatione, 994.p.995.m
Furtum an natura probrum sit, 316.m.
Furtum quando non puniatur, 317.f.
Furtum conceptum, 479.p.
Furti suspicionem non fugit, apud quem res furtiua reperitur, 442.f.
Furti actio pœnam petit,condictio rem, 520.m.
Furti tenetur qui excutit de manu nummos, 595.f.
Furti actio ambulatoria, 665.m.
in Furto tenetur quis de mandato & consensu, 846.f.
Furtiua res quæ sit, 215.f.
Furtiua res non potest vsucapi, 124.p.
Furtiua res intra domum alicuius quando perquiri possit, 215.p.
Furia lex quæ, 268.f.
Furiosus sine curatore & pupillus quando obligantur, 57.f.
Furiosus contrahere prohibetur, 179.f.
Furiosus & loco absentis est,& loco absentis non est, 876.f.
Furiosus etsi adsit,præsens non dicitur, 923.p.
Furiosus & infans in negotiis contrahendis quid differant, 924.p.
Furiosi suos non habent, 445.m.
Fustium nomine quid contineatur, 312.f.
Fustium admonitio an contineat pœnam, 313.p.
Fustium vsus veterum aboletus, 313.p.
Fustibus aut flagellis qui cædantur, 313.p.
Fustigatio pro more patriæ fieri debet, 313.m.
Fustuarium,seu fustiuarium, 313.p.
Futurus,a,um,& eius phrases, 85.m.
Futurum non continet præteritum, 84.f.
Futuri temporis tractus ad iudicem nõ spectat,85.m.

G G

Gabella, 149.m.
Γαστραι,qui, 1005.f.
Galea quid, 312.f.
Γαῦρος,bos, 1005.f.
Galearij,seu galeati, 312.f.
Gallorum abusus, 146.p.
Geminatio quid operetur, 387.p.
Gemmæ & aurum intextum vestibus legatis veniunt, 672.f.
Generi appellatione quid contineatur, 707.p.
Generationis nomine quid veniat, 440.f.
Generationis nomen fœminas comprehendit, 11.m.
Generalis,& generale, 440.f.
Genitiuus significans dominium, 574.p.
Gentis nomine quid veniat, 859.m.
Gentis nomine quot contineantur, 529.f.
Gens & stirps quomodo differant, 376.f.
Gentiles qui, 376.f.
Genus duplex, 441.p.
Gerere quot modis dicatur,& eius phrases, 181.m. & 182.p.
Gerere in iudicio,& extra, 180.f.
Gerere se pro libero, 181.f.
Gerere pro herede quis dicatur, 181.m.
Gesta quæ dicantur, 180.m.
Gesta & acta an differant, 416.p.
Gestum & factum quid differant, 69.f.
Gestor negotiorum quis sit, 182.m.
Gestatio quid, 182.p.
Gladiatores qui, 312.f.
Gladij nomine quid contineatur, 312.p.
Gladij ius quid sit & potestas, 312.m.
Gladius pro iurisdictione, 312.m.
Glandis nomine in communi vsu loquendi quid contineatur, 1035.p.
de Glande legenda, 1033.f.
Glandem alienam si quis immisso pecore depascat, qua actione teneatur, 1034.f.
ad Gloss.l.vsuræ.C.de vsur. 944.p.
Gradus cognationis, 962.m.
Gradus pro statu & honore, ibid.
Gradus pro magistratu, f.ibid.
Granarium, 515.p.
Gratia quid,& phrases, 259.f.
Gratia homicidarum quomodo impugnetur, 315.m.
Gratia delinquenti concessa quomodo intelligatur, 348.f.& 435.p.
Gratiam Rex concedit in præiudicium confiscationis, 228.f.
Gratiam iurisiurandi facere, 950.p.
Gratiam decreti facere, ibid.
Grex ab armento quid differat, 538.f.
Gregis nomine quot veniant, 529.f.

H H

HAbere quot modis quis dicatur, & huius verbi phrases,347.m. 723.f. 724. 725. 726. & 834. m. & 835.
Habere rem quot modis quis dicatur, 722.m.& 723.
Habere verbum quando fictionem significet, 153.m.
Habere creditores quis dicitur, 725.m.
Habere dupliciter accipitur, 783.f.
Habere sine interpellatione quid, 834.m.
Haberi & esse quoad effectum paria, 919.f.
Habeo ab Hebræis an descendat necne, 330.p.
Habillemens nomine quid continetur, 673.p.
Habitare vbi quis dicatur, 897.p.
Habitatio, 897.m.
Habitatio victus nomine an contineatur, 326.m.
Habitatio vrbana, 875.m.
Habitationem debens an vna data aliam dare possit, 328.m.
Habitator & hospes quid differant, 897.p.
Hac lege quid, ibid.m.
Hæretici cur noctu sepeliri velint, 889.f.
Hara,quid, 871.p.
Hemisextos, 917.m.
Heredis appellatione quid contineatur, 447.p.708. 797.p.& 798.
Heredis nomine in quibus casibus non veniunt vlteriores quàm primus, 449.m.
Heres idoneus, 322.f.
Heres legitimus quis, 679.p.
Heres pro parte,id est pro dimidia, 778.p.
Heres scriptus an appellatione heredis veniat, 448.p.
Heredes sui, 1064.f.
Heres & bonorum possessor qui dicatur, 201.f.
Heredis heres propriè dicitur heres, 449.p.
Heres cum quibus contrahere dicatur, 185.m.
Heres etiam in Francia non acquirens hereditatem, eam non dicitur alienare, 228.m.
Heres non reuocat per ingratitudinem prædecessoris 270 p.
Heres an possit incerta persona institui, 303.p.
Heres non implens naturæ probra à testatore præcepta,non priuatur hereditate, 317.m.
Heres,an donatarius sit,declarare quis debet, 447.f.
Heres singularis an nomine heredis veniat, 448.f.
de Herede in heredem venire quid significet, 453.m.
Heres de iure canonico tenetur, etiam si non ad eum peruenerit, 485.p.
Heres infra scriptus alium non continet, 452.
Heres si soluendo non sit petitur bonorum separatio, 630.p.
Heres deducit impensam instrumenti testamenti, si hereditas non sit soluendo, ibid.
Heres non prosequens mortem defuncti,priuatur hereditate, 645.m.& 677.p.
Heres ad tempus non instituitur, 649.m.
Heres qui differt soluere legatum loco pio, tenetur ad fructus & vsuras, 653.m.
Heres vna & eadem persona censetur cum defuncto, 761.p.
Heres non est cogendus ad præstationem legati vbi-

que, 671.p.
Heres mortui non debet in ius vocari, nisi lapsis nouem diebus, 677.p.
Heres non implens voluntatem defuncti intra annum, hereditate priuatur, 703.p.
Heres quomodo dicatur fiscus, 797.m.
Heres an contra testamentum faciat, si plusquàm iussit testator expendat, 889.p.
Heres quando excusetur si minus quàm præceptum est faciat, 890.p.
Heres coheredi quid præstet, 986.p.
Heredis masculi nomen si exprimatur, fœminas excludit, 799.m.
Heredi prohibitio alienationis facta omnes comprehendit, 447.m.
Heredi vsusfructus legatus, non continet nisi primum, 453.p.
ad Heredem quod ex iniquitate defuncti peruenit restitui debet, 799.f.
Heredem facere quid, 950.p.
ab Herede relictum nominatim ad alios non extenditur, 453.f.
Heredes fructuarij an habere fructus debeant, 219.m.
Heredes fructuarij an impensas repetere possint factas in cultura, ibidem.
Heredes quando per vnum procuratorem litigare teneantur, 448.f.
Heredes non excluduntur per taxatiuam, 269.m.
Heredes quatenus restituere tenentur quæ ad eos perueneruntur, 484.p.
Heredes non omnes instituipossunt, 649.p.
Heredes mei qui, 799.p.
Hereditatis appellatione quid propriè contineatur, 201.f.644.p.708.f.& 813.p. quid impropriè, 202.m.
Hereditatis nomine an veniat non adita, 203.p.
Hereditas idonea, 322.f.
Hereditas & bonorũ possessio quid differant, 644.m.
Hereditas & legatum quid differant, 645.p.
Hereditas delata, quid, 744.p.
Hereditas damnosa, & opulenta quæ, 645.f.
Hereditas superueniens, 373.p.
Hereditas an eius dici possit qui apud hostes decessit, 42.m.
Hereditas paterna & materna, 202.m.
Hereditas pacto non datur, nec adimitur, 203.p.
Hereditas adita patrimonium dicitur adeuntis, 453.f. & 644.f.
Hereditas viuentis non potest vendi, 645.p.
Hereditas vicem defuncti sustinet, ibid.
Hereditas iacens post mortem est domina, 683.p.
Hereditas quæ testamentaria, & quæ legitima, 678.m. & 681.m.
Hereditas legitima cui deferatur, 678.f.
Hereditas ex quib. augetur, & minuitur, 814.p.
Hereditas filij adoptiui, soluta adoptione redditur, 799.f.
Hereditas non adita transmitti non potest, 927.f.
Hereditatis legitimæ & testamentariæ origo diuersa, 678.f.
Hereditatis petitio repellitur triginta annis, 645.f.
Hereditatem adeundi ius an sit in bonis nostris, 365.m.
Hereditatem qui petierit, non potest postea res singulas petere, 426.f.
Hereditatem habens à fisco, tenetur soluere debita, 644.f.
Hereditatem vendens pro singulis rebus non tenetur de euictione, ibidem.
Hereditatem habens tenetur ad legata, 645.m.
Hereditarius, 202.m.
Hereditari, id est succedere, 645.f.
Hermaphroditus quis, & an institui debeat, promoueri & beneficia habere, 287.p.
Hermaphroditus an veniat appellatione si quis, 19.f.
Heterogenea pars, 487.m.
Hinc quid significet, & quæ vtilitas, 9.p.
Hoc pronomẽ, & eius natura, 6.m. eius phrases, 7.m.
Hoc amplius, quid inducat, 525.f.
Hoc animo, ibidem, f.
Hoc capite, ibidem, f.
Hoc casu, ibid.f.
Hoc ideo, ibid.f.
Hoc ipso, ibid.f.
Hoc ita, ibid.f.
Hoc iure vtimur, ibid.m.
Hoc sermone, 543.m.
Homicidium vxoris adulteræ an sit impunitũ, 68.m.
Hominis appellatione quid contineatur, 747.p.& 748.
Homo constantissimus, 441.f.
Homo nouus, 254.f.
Homo ordinarius, 1053.f.
Homo cur mercis nomine non contineatur, 918.m.
Hominis nomen vtrunque sexum continet, 10.f.
Hominis appellatio quando ad masculos tantum referatur, 747.f.
in Hominis facie non debet aliquid iudex inscribere, 747.m.
Homines priuati qui dicantur, 1048.f.
ab Homine signato cauendum est, 287.m.
inter Homines quis imperet, quis item pareat, 1014.f.
Homines natura faciles ad dissentiendum, 1066.p.
Homogenea pars, 487.m.
Honestas in quibus consistat, 338.f.
Honorarium ius vnde dicatur, 97.f.& 818.p.
Honorarius successor, 819.p.
Honorarius tutor, 818.p.
Horologium, quid, 33.p.
Hora quid, & an sit in actibus apponenda, 32.m.
Horis quibus sit laborandum, 33.p.
Hordeum nomine frumenti quando non contineatur, 500.m.
Horreum, quid, 515.p.
Horrea publica, 515.f.
Horreorum genera, 515.m.
Horrearius, 515.f.
Horreaticæ species, 515.f.
Hortus propriè quid, & vnde dicatur, 873.m.
Hortus in singulari, & horti in plurali, quid differant, 873.f.
Hortos quis primus instituit, 873.m.
vt Horti vrbanorum appellatione contineantur, quot requirantur, 873.f.
Hortus pro villa, 873.p.
Hortulanus, quis, 874.p.
Hospes & habitator quid differant, 897.p.
Hospites quomodo cogantur aduenas hospitio excipere, 1057.p.
Hospites non recipiunt cubicularij, silentiarij, clerici & professores artium, 22.f.
Hospites quomodo & quatenus teneantur, 94.p.& 860.p.
Hostes olim qui dicerentur, 1019.p.
Hostes qui nunc dicantur, 640.f.
Hostes duplex de iure diuino, 642.p.
ab Hostibus captus abesse cur non dicatur, 879.m.
Hostilis & hostile quid, 642.p.
Hostorium quid, 642.p.
Huiusmodi dictionis vtilitas, 8.m.
Humanitus si quid acciderit, quid significet, 772.f.
Hypæthra & hypæthrium, quid, 1073.f.
Hypotheca quid, & à pignore quid differat, 1039.f. & 1041.p.
Hypothecaria actio in rebus mobilibus à debitore venditis quomodo procedat, 1040.f.
Hypothecaria actio quæ, & eius praxis, 1040.m.

Hypothec

Hypothecaria actio quid differat à pignoratitia, 1041.p.

II

Iacio pro emitto, & pono, 247.f.
Iactare quid, & quot modis sumatur, 994.m.
Iactus quid, 994.m.
Iactus mercium, 994.f.
Iactum facere quid, 950.m.
Iactum literarum facere, 994.f.
Iactura pro proiectione, 994.f.
Iactura pro damno, 994.f.
Ianuarius mensis cur sic dictus, 577.m.
Iasonis sententia in l. iurisg. §. quinimo. ff. de pact. improbata, 138.f.
Ideo, 433.p.
Ideo, 220.m.
Ideoque, 220.m.
Idoneus quot modis dicatur, & phrases, 321.f.322. & 323.
Idonei ad beneficia, 324.p.
Iduare, quid, 1075.p.
Idus quæ, 578.m.
Igitur quomodo sumatur, 896.p.
Ignis nouus Vestalium quando accendebatur, 577.p.
Ignominia quare nota dicatur, 92.f.
Ignorare, quid, 303.f.
Ignoranti in multis succurritur, 135.f.
Ignorans non obligatur, ibid.
Ignoranti propre non defertur hereditas, 745.p.
Ignorantia duplex, iuris & facti, 304.p.
Ignorantia præsumitur, & quando probanda, 137.m.
Ignorantia quando puniatur, 136.f.
Ignorantia dissoluta & supina idem, 137.p.
Ignorantia iusta, 886.p.
Ignorantia quæ non ferenda, 976.m.
Illatio, conclusio, 1028.m.
Illico, quid denotet, 701.f.
Illustris nomen quot modis sumatur, 587.f.
Illustres, qui, 587.m.
Illustres actionem per procuratorem persequi posse, 414.f.
Imaginaria venditio quid, 145.f.
Imaginarius colonus, & suppositititius idem, 145.f.
Immiscere, & adire quid differant, 446.m.
Immittere quid, & quot modis accipiatur, 1072.m.
Immissum quid, & à proiecto quid differat, 171.f.& 1072.m.
Immobilia bona quæ sint, 560.p.
Immunitas, quid, 165.m.
Immunitates datæ genero & posteris, ad quos non extendantur, 707.f.
Imo & auget & emendat, 998.p.
Impedimenta, 596.m.
Impendere, quid, 509.p.
Impendere iussus centum aureos, quales impendere debeat, 891.p.
Impendia, quæ, 508.f.
Impendia promittens dare famulo, ad quid teneatur, 326.m.
Impensa in singulari, 508.m.
Impensa in libro rationum quomodo scribenda, 547.p.
Impensa in doctrina puerorum quæ sit, 514.p.
Impensæ nomine quæ veniant, 514.m.
Impensarum tria genera, 508.p.
Impensæ æstimandæ quomodo sint, 510.p.
Impensæ quando petantur, & quando non, 509.p.
Impensæ necessariæ quæ, 251.f.& 508.m.
Impensæ vtiles & necessariæ quæ dicantur, 511.f. & 516.m.
Impensæ necessariæ & vtiles deducuntur etiam re per empta, 618.m.
Impensæ necessariæ & vtiles quãdo cõcurrant, 512.m.
Impensæ voluptariæ quæ, 512.p.& 516.f.
Impensæ voluptariæ quomodo dignoscantur, 518.f.
Impensæ voluptariæ quando repetantur, 517.p.
Impensæ in re dotali factæ quando repetantur, 509.p.
Impensæ modicæ non petuntur, ibid.
Impensæ in pignore factæ repetuntur, ibid.
Impensæ onerosæ non præstantur, 510.m.
Impensarum vtilium vtilitates, 512.p.
ob Impensas necessarias retineri res potest, 509.m.
Impensas consequitur necessarias malæ fidei possessor, ibid.
Impensas vtiles in re dotali factas maritus an repetat, 512.p.
Impensas voluptarias faciens an auferre possit, 517.p.
Impensum ferre quid, 1025.m.
Imperandi qui ius habeant, 413.f.
Imperator venit militum appellatione, 865.p.
Imperatoris sententia ius facit inter omnes, 1066.m.
Imperij nomine quid contineatur, 936.p.
Imperium & potestas simul iuncta quid denotent, 936.p.
Imperium merum, 871.m.
Imperia iusta, 884.p.
Impertinentes articuli, 823.p.
Impetere, quid, 1021.m.
Impetus, quid, 1021.m.
Impingere in portu, 420.f.
Implere conditionem, 392.p.
Imponere quot modis sumatur, & eius phrases, 386.p.
Importare quid, 424.m.
Impossibilium nulla obligatio, 837.f.
Impostura, 386.m.
Improbare, quid, & eius phrases, 117.m.
Improbatio, 117.m.
Improba ciuiliter, 318.p.
Improbe, 318.m.
Improbitas, 318.m.
ex Improbitate sua actionem nemo habet, 618.f.
Improbus, 318.p.
Improfessus seruus, 150.m.
Impubes intestatus non dicitur, sed pro intestato habetur, 444.f.
Impubes patre etiam mortuo dicitur, 1044.f.
Impubes quando dicatur non esse in patris potestate, 1045.p.
Impuberes ad honores non admittendi, ibid.
Imputare quid, 62.f.
In & apud quomodo differant, 443.f.
In singulos dies, menses, annos, 34.p.m.
Inanis, & inane quid, & eius phrases, 917.f.
Incendiarij quomodo puniendi, 516.f.
Incentiua quæ Christi discipulis fuerunt prohibita, 281.p.
Incertum quid, & quot modis sumatur, 231.m.302.f. &303.p.
Incertum conditionis, 303.p.
Incerta res quæ dicatur, 302.m.
Incertæ personæ non potest legari, 302.m.
Incidere quid, & phrases eius, 242.f.& 324.p.
Incidere ex in & cædo compositum, 325.p.
Incidens, 325.p.
Incisio lignorum quando inhiberi possit, 241.f.
Incipere possidere, 482.m.
Includere, quid, 423.f.
Incola quis dicatur, 1046.m.
Incola vbi subeat munera, ibid.
Incola vbi citari debeat, ibid.
Incola quid obseruare teneatur in sua parœcia, 1047.p
Incola priuilegiis ciuitatis in qua incola est, gaudet, ibid.
Incola an teneatur ad solutionem æris alieni, ibid.
Incola ordines accipere potest in sua parœcia sine literis

ceris dimissoris, ibid.m.
Incolam esse præuentionis ratione vtile, ibid.
Incola filius non tenetur suscipere munera in domicilio patris, ibid.
vt quis sit Incola non sufficit sola contestatio, ibid.
Incola ius pascendi habet, ibid.
Incolæ actio iniuriarum competit, si domum eius vi introierit quis, ibid.
Incola ob refectionem murorum tenetur, ibid.
Incola quando probetur animum habitandi habere, 1048.p.
Incolatus iudicis iurisdictio, 1046.f.
Incommodum quid, 528.m.
Incorporalia, quæ, 290.m.
Incrustare, 518.m.
Incrustationes, 518.p.
Inculpatæ tutelæ moderamen, 970.m.
Incumbere quid significet, 410.p.
Inde quid denotet, 424.m.
Inde dictio quid importet, 161.p.
Indefinita in materia probationum non æquipollet vniuersali, 1063.p.
Indemnis, & fideiussor indemnitatis, 321.m.
Indicare quid, & quot modis sumatur, 866.f.
Indicare furem quando quis teneatur, & non teneatur, 866.f.
Indicanti quomodo detur præmium, 870.p.
Indicatio pro æstimatione seu assertione, 867.p.
Indicium pro mercede data indicationis causa, 866.f.
Indicium pro coniectura, 866.f.
Indicere, quid, 867.p.
Indicta causa damnati, qui, 867.m.
Indictiones & indicta, 867.m. & 1014.p.
Indictio temporaria, 86.p.
Indifferens materia quæ dicatur, 12.p.
Indiuisa pars an capi & saisiri possit, & quomodo, 212.f
pro Indiuiso quid significat, 213.f.
Inducere, quot modis sumatur, & eius phrases, 352.m.
Inducia, quid, 353.m.
Inducia annales, moratoria præscriptio, 353.m.
Inducia temporis restantis duplicantur contra petentem ante tempus, 110.p.
Inducta & illata, 353.m.
Infamis quis non fit, nisi per legem, 669.p.
Indulgentiarum dies, 30.p.
Infamis est damnatus actione iniuriarum, 689.f.
Infamiæ causa non est capitalis, 602.p.
Infamiam princeps an remittat, 317.m.
Infans etsi adsit, præsens non dicitur, 923.p.
Infans si occisus sit, æstimatio ad quod tempus referatur, 701.m.
Infans & furiosus in negotiis contrahendis quid differant, 924.p.
Infantes dicuntur & filij principum, durante vita patrum, 968.f.
Inferre verbi variæ acceptiones & phrases, 1027.m.
Inferre manus quid, 121.p.
Inferre metum, vel vim, 1027.p.
Inferre mortuum, quid, ibid.
Inferre pecuniam, id est soluere, ibid.
Infinitus, 1062.m.
Infirmare quid, & eius phrases, 627.p.
Infirmare electionem quid, 627.p.
Infirmare tabulas, 131.p.
Infirmitas sexus, 627.p.
Infirmitas culpæ adnumerata, 975.m.
Infirmus quis dici possit, 626.f.
Infirmis non imponitur pœnitentia, 625.m.
Infra triginta dies soluere quid, 838.m.
Infringere quid, 94.p.
Ingenuum facere quid, 950 f.
Inicere, pro iacere, 335.p.
Inicere manus, 121.p. & 335.p.
Iniicere manum Regiam, 121.m.
Iniicere rem, 831.f.
Inimicus capitalis, 604.p.
Iniuriarum an teneatur qui hominem pectus vocauit, 260.p.
Iniuriarum quando teneatur, qui rem fecit meliorem, 511.m.
in Iniuria tenetur quis de mãdato & consensu, 846.f.
Iniussu, 782.p.
Inquantum religioni iudicantis videbitur, quid, 818.f.
Inquilinus quis, 1058.p.
Inquirere quid, 801.p.
Inquisitio de moribus cum quibus fieri debeat, 342.f.
Inquisitiones, 801.p.
Insignes, qui, 588.m.
Insignia artificum, 6.p.
Insimul, in l. quod sæpe. in fine, ff. de contrah. empt. 280.m.
Insinuatio donationis quando sit facienda, 465.f.
Institor palam reuocandus est, 136.f.
Instituere quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 649.m.
Instituta, quæ, 650.m.
Institutio quando per legatum facta videatur, 368.m.
Institutio facta post mortem non valet, 683.f.
Institutiones quæ, 650.m.
Instruere quid, 829.f.
Instrumenti nomine generaliter quid contineatur, 586.p.
Instrumenti nomine quid proprie veniat, 583.p. vulgò verò quid, 584.m.
Instrumentum vsque ad mediam noctem factum quo modo consignari debeat, 30.m.
Instrumentum suspectum noctu factum, 32.f.
Instrumentum productum an sit in actis relinquendum, & quid seruetur in practica, 585.m.
Instrumentum semel expeditum à notario, an debeat iterum expediri & dari, ibid.
Instrumentum dotale an sit insinuandum, 519.f.
Instrumentum quando expeditur, citari an debeat pars, 586.p.
in Instrumenti refectione partis præsentia requiritur, 537.m.
Instrumenti conscribendi exemplum, 766.p.
Instrumento non credi, si scheda non inueniatur, 585.m.
Instrumenta non tenentur edere notarij nisi iudicis decreto, 840.p.
Instrumentorum nomine quando testes contineantur, 583.f.
Insula quid, 515.f.
Insula quot modis fiat, ibid.
Insula pro domo, 516.p.
Insula nata, 606.p.
Insularius, quis, 788.p. & 900.p.
Insularij serui, 788.m.
Integrum apud Iurisconsultos quot modis sumatur, 256.f. 257. & 258.
ex Integro, 258.m.
Integrali toto posito, & quælibet eius pars ponitur, 487.m.
Integraliter, 257.p.
Integritas mentis & corporis, 258.p.
Intellectus, 496.p.
Intellectus ad multos iuris titulos, in quib. habetur verbum licet, 416.f.
Intellectus ad multos tit. de condictionibus, 393.m.
Intellectus plurium legum, quando proprietas censetur donata, 504.f.
Intellectus ad rub. si certum petatur, & soluto matrimonio, 521.m.
Intellectus ad multas ll. in quib. verbo exigere vtuntur Iurisconsulti, 833.p.

Intellectus ad l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. 805.m.
Intellectus ad l. cum mota. de transact. 383.p.
Intellectus ad l. 3. ff. de procur. 31.m.
Intellectus ad l. certo pretio. ff. de neg. gest. 474.
Intellectus ad l. qui in carcerem. ff. quod met. caus. 355.m.
Intellectus ad l. & eleganter. ff. de dolo, 473.f.
Intellectus ad l. minor vigintiquinque annis. ff. de mino. 229.f.
Intellectus ad l. nec vtilé, ff. ex quib. caus. maior. 141.f.
Intellectus ad l. is autem. ff. ex quibus caus. maior, 476.f.
Intellectus ad l. 2. ff. de iudic. 44.m.
Intellectus l. si de vi. ff. de iudic. 347.p.
Intellectus ad l. exigere dotem. ff. de iud. 566.m.
Intellectus ad l. si proponas. in fi. ff. de inoffic. testam. 423.f.
Intellectus ad l. arbores, ff. de vsufruct. 157.m.
Intellectus ad l. item si fundi. ff. de vsufru. 307.m.
Intellectus ad l. qui fundum. ff. quemadmod. seruit. amitt. 531.m.
Intellectus ad §. quantum. l. Iuljanus. ad exhibendum, 1012.f.
Intellectus l. proinde. ff. si certum peta. 666.f.
Intellectus ad l. sed si aliam. ff. de cõstit. pecun. 840.m.
Intellectus ad l. si cum venderet. §. fin. de pign. act. 985.p.
Intellectus ad l. si procurator. mand. 505.f.
Intellectus ad l. 3. de periculo & cómodo rei venditæ, 984.f.
Intellectus nouus ad l. qui per collusionem. ff. de act. emp. 816.m.
Intellectus ad l. sed addes. §. si quis cum in annum. ff. locati, 31.m.
Intellectus ad l. cum in plures. ff. locat. 596.m.
Intellectus ad l. in operis. ff. locat. 279.m.
Intellectus ad l. ex conducto. §. item cum quidam. ff. locati. 239.m.
Intellectus ad l. si. ff. locat. 67.f.
Intellectus ad l. si tamen. ff. de ædil. edic. & l. quærebatur. ff. ad Turpil. 423.p.
Intellectus ad l. repetita. ff. de fide instr. 1023.p.
Intellectus ad l. 3. de liber. exhibend. 568.f.
Intellectus ad l. in concubinatu. ff. de concub. 187.p.
Intellectus l. quoties. §. si quis ita. ff. de heredib. instit. 139.p.
Intellectus ad l. qui filiabus. ff. de leg. 1. 775.f.
Intellectus ad l. re coniuncti. ff. de lega. 3. 721.f.
Intellectus ad l. eam qui. ff. de public. 152.m.
Intellectus ad l. pater. §. filiam. ff. de leg. 3. 712.p.
Intellectus ad l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de lega. 3. 243.p.
Intellectus l. Quintus. ff. de annuis leg. 276.m.
Intellectus ad l. 1. de vsufru. legat. 64.p.
Intellectus ad l. tabernæ. ff. de fund. instru. 829.p.
Intellectus ad l. Titia. §. fi. ff. de auro & argen. legato, 763.m.
Intellectus rub. de leg. præstan. & l. quod ait. de noxal. 871.p.
Intellectus nouus ad l. Iurisconsul. §. parentes. ff. de gradib. 370.f.
Intellectus ad l. licitatio. ff. de public. 571.f.
Intellectus ad l. filius fam. ff. de donat. 460.f.
Intellectus ad l. si quis hac lege. §. 1. ff. qui & à quib. 418.m.
Intellectus l. statuliberi à cæteris. ff. de statulib. 226.f.
Intellectus ad l. sæpe. de re iudicata, & l. cum miles. de alien. iud. mutan. cau. contra Zas. 169.f.
Intellectus ad l. certum. ff. de confess. 55.p.
Intellectus ad l. 1. §. si quis propter. ff. de itin. act. pr. 1023.m.
Intellectus ad l. 1. §. si quis terrenum. ff. de riuis. 294.m.
Intellectus ad l. si opus. §. penult. ff. quod vi aut clam, 66.p.
Intellectus ad l. si quis cum totum. §. & generaliter. ff. de except. rei iud. 426.f.
Intellectus ad l. in conuentionalibus. §. 1. ff. de verb. oblig. 199.m.
Intellectus ad l. eandem. ff. de duob. reis, 182.f.
Intellectus ad l. inter omnes. ff. de furt. 124.p.
Intellectus ad l. quamuis. de furt. 431.p.
Intellectus ad l. sepulchri. de sepul. violat. 176.m.
Intellectus l. si seruum. ff. de accusa. & l. 2. de custo. reorum, 689.m.
Intellectus ad §. illud. l. lex Iulia, ad legem Iul. repetund. 115.f.
Intellectus ad l. 1. D. de sicar. 1016.p.
Intellectus ad l. 1. ff. ad Turpillia. 415.p.
Intellectus ad l. qui vltimo. ff. de pœnis, 37.m.
Intellectus l. Cicero. ff. de pœnis, 215.f.
Intellectus ad l. in fraudem. §. neque. de iure fisci, 584.p.
Intellectus ad l. in bello. §. factæ. ff. de capt. 85.p.
Intellectus ad l. spurij. §. pater. ff. de decur. 423.m.
Intellectus ad l. 1. ff. de iure immunita. 168.f.
Intellectus ad l. 1. de variis & extraord. cognitio, 218.p.
Intellectus ad l. ea sola. de regu. iur. 147.m.
Intellectus ad authen. idem. C. de hæretic. 192.m.
Intellectus l. eos. C. de modo mulctarum, 694.p.
Intellectus ad l. quisquis. C. si cert. pet. 220.m.
Intellectus ad l. vnic. C. de suffrag. 79.f.
Intellectus ad l. aduersus. C. de vsur. 400.m.
Intellectus ad rubricam C. si seruus extero, 61.m.
Intellectus l. vnicæ. C. quãdo non petent. partes. 688.f.
Intellectus ad l. sancimus. C. de verbor. signifi. 845.p.
Intellectus ad l. amitæ. C. comm. de succes. 447.m.
Intellectus nouus ad l. mulli. C. de sent. & interl. 336.f.
Intellectus ad l. 2. C. de furtis, 398.f.
Intellectus ad clem. vnic. de offic. vic. 783.p.
Intellectus ad legẽ Regiam de cõsilio habendo, 76.p.
Intelligere quid denotet, 272.p.
Intelligere quot modis vsurpetur, 495.f.
Intercedere quot modis accipiatur, & eius phrases, 931.m.
Intercidere quid, & quot modis sumatur, 262.f.
Interdicere, quid, 768.f.
Interdictus honore vno, an alio possit petere, 1057.f.
Interdictum quid, & quot modis accipiatur, 768.f.
ad Interdict. de vi, & vi armata, id est recuperandæ possessionis, 347.m. & 568.m.
ad Interdictum vti possidetis, 347.p. & 751.f.
ad Interdicta quod vi aut clam, & vnde vi, 484.p.
de Interdicto vtrubi, 751.f.
Interdictum contra detinentem hominem, 747.m.
Interdicta quando post annum dantur, 484.f.
Interdicta possessoria post annum dantur, 702.f.
Interdicta restitutoria, 493.f.
Interdictum temporarium, 86.p.
Interdictum reddi quomodo dicatur, 563.f.
Interdictum edere, 552.f.
Interdum quid denotet, 502.p. & 732.
Interesse quot modis sumatur, 340.m.
Interesse quando iuramento probetur, 585.p.
Interesse singulare in Gallia peti non solet, 818.f.
Intergerinus paries, 757.m.
Interlocutoria, 768.f.
Intermittere quid, & quot modis sumatur, 608.m. & 1073.p.
Interpellare quid, quot modis accipiatur, & eius phrases, 834.f. & 835.
Interpellat dies pro homine, quid, 835.f.
Interpellat hora pro homine, 836.p.
Interpellatio duplex extraiudicialis & iudicialis quæ, 838.f.
Interpellatio extra iudicium facta quando constituit in

In mora, & quando non, 838.f.839.& 840.
Interpellatio dici plus valet, quam hominis, 836.f.
Interpellatio non requiritur in facti obligationibus, 837.p.
Interpellationes aliquot moram constituentes, 839.p.
Interpellatio etiam fit processu nullo pronũtiato, ibi.
Interpellatio per procuratorem, aut negotiorum gestorem facta quid efficiat, ibid.
Interpola vestimenta quæ sint, 136.p.
Interpolare, quid, 921.f.
Interpolator, quis, 921.f.
Interponere quot modis accipiatur, & eius phrases, 473.f.
Interpretatio l. Iurisconsult. ff. de gradib. contra doct. 967.p.
Interrogatio nuda quæ, 657.m.
Interuenire quid, & variæ eius acceptiones, 1018.m.
Interuentor, pro fideiussore, 1018.f.
Intestatus quot modis quis dicatur, 186.p.& 444.p.
Intestatus & intestabilis, quid differant, 444.m.
Intestati nomen quomodo multis in iurib. sumatur, 445.p.
ad Intestati bona quis admittatur, 557.p.
ab Intestato succeditur ei qui rogatus est restituere quod supererit, 299.p.
Intra dictionis vis ac potestas, 699.f.& 700.
Intra annum quæ competant actiones, 702.m.
Intra annum facere qui promittit, quando tenetur, 836.m.
Intra Iurisconsultis est quod infra Canonistis, 700.f.
Intricare peculium, 826.p.
Introducere, 353.f.
Intrusi qui, 36.f.
Inuadere & occupare secundum Gloss. quid differant, 36.m.
Inuasor rei dominio non priuatur in regno Franciæ, 36.f.
Inuenire quot modis accipiatur, & eius phrases, 1017.p.
Inuenire verbum non sumi pro apprehendere, contra Bart. & alios, 1317.m.
Inuenire ad personã relatũ quomodo capiatur, 1017.f.
Inuenire ad rem relatũ, quomodo accipiatur, 1018 p.
Inuenire & apprehendere quid differant, 1017.m.
pro Inuenta re pretium accipere non licet, 867.p.
Inuentarij nomen vnde, 1018.p.
Inuentum in via publica quando liceat concidere, 262.m.
Inuestituram miles & vassallus intra annum petere debent, 702.f.
Inutilis, 1071.f.
Inutiliter, 1071.f.
Ipse est dictio personam demonstrans, 453.f.
Ipse emphasim habet, & demonstrat, 412.p.
Irenarchæ, qui, 341.f.
Ita dictionis significatio, phrases & vtilitates, 140.p. & 716.m.
Ita demum quid, 41.p.& 716.m.
Item dictio quot modis sumatur, 135.m.
Iter quid, 758.p.
Iter facere, 34.p.
Itineris ratio quomodo habeatur, 40.f.
Iterum quot actus requirat, 375.m.
Iubere quid, quot modis sumatur, & phrases, 782.p.
Iudæi an possint sibi rem immobilem hypothecæ titulo obligare, 1040.m.
Iudex an iura possit interpretari, 75.f.
Iudex salarium ab vtraque parte an habeat, 214.p.
Iudex non potest suum denegare officium, quando persecutio competit, 276.f.
Iudex quando suum impartitur officium non petitus, 277.m.
Iudex misericorditer impartiri officium quomodo intelligatur, 278.p.
Iudex bonus, & stultus, 297.p.
Iudex in commissionibus alendus, & eius equi, 328.f.
Iudex secundum sui præceptoris sententiam iudicans excusatur, si perperam iudicauerit, 413.f.
Iudex an possit cogere ad satisdandum, 434.f.
Iudex acceptus, 484.p.
Iudex iustus, 886.p.
Iudex ordinarius, 1053.f.
Iudex ad restituendum datus, 493.f.
Iudex qui informationes cõficit, de causa cognoscere debet, 581.f.
Iudex inferior non potest dicere, Non recipimus appellationem, 607.m.
Iudex delegat ob valetudinem, 625.f.
Iudex infamiã incurrit, nisi pœnam à lege vel statuto præstitutam sequatur, 690.
Iudex debet curare, vt pars parti obediat, 691.f.
Iudex non debet iudicare in causa generi, 707.m.
Iudex absentem non auditum prehendi iubere non debet, 994.p.
Iudicis officium an præscriptione tollatur, 1278.m.
Iudicis officium an præsupponat obligationẽ, 96.m. & 815.m.
Iudicis officium sublata exceptione, an sublatum censeatur, 278.m.
Iudicis præceptum excusat, 782.m.
Iudicis sententia non valet, qua ad simplicem partis requisitionem pronunciat res faciendas, 940.m.
Iudicis territorij iurisdictio, 1061.m.
Iudici vbi lex concedit facultatem, quid agere debeat, 284.m.
coram vno Iudice supplicans, non potest ad alium ire, 552 p.
Iudices antequam iudicent quid obseruare debeant, 338.p.
Iudices quæ munera accipere possint, 163.p.
Iudices in modicis processum facere prohibentur, 431.f.
Iudices qui de adulterio cognoscant, 590.m.
Iudices in quib. casib. litem suam faciant, 981.f.
Iudicum Galliæ genera, 1054.p.
Iudicatæ rei effectus varij, 1000.f.1001.& 1002.
Iudicata res quando peti debeat, 928.f.
contra rem Iudicatam præscriptum impetratum dicitur subreptitium, 1002.p.
Iudicatum qui facere debet in quo teneatur, 806.p.
Iudicatum solui satisdare, 434.f.
Iudicatum soluere promittens prius quam principalis conuenitur, 743.p.
Iudicatum principis & curiæ sequi inferiores debent, 1001.m.
Iudicium acceptum vel cœptum quando dicatur, 280.m.
in Iudiciis quinque requisita competentia, 394.p.
Iudicium solui quomodo dicatur, 808.p.
Iudicium liberale, 796.f.
Iudicio noxali quid agatur, 880.f.
Iudicium publicum, 1049.m.
Iudicium ordinarium quid & extraordinarium, 98.p. & 1056.p.
Iudicium susceptum, 480.f.
Iudicium vtile, 525.p.
Iugerum quid, 37.f.
Iulius mensis vnde dictus, 577.f.
Iumentorum nomine quid veniat, 539 f.
Iumenti nomen vnde, ibid.
Iumentis legatis, quid veniat, ibid.
Iunius mensis cur sic dictus, 577.p.
Iurare in litem, 282.p.
Iurare in rem, & in personam, 57.f.
Iurare conceptis verbis, 479.m.
Iuramentum exactum, 883.m.
Iuramentum non firmare testamentum, 183.f.
Iuramentum super natura probro non valet, 317.p.
Iurgium à lite non differre apud iurisperitos, 281.m.
Iuridicus, 338.m.
Iurisconsultus quando videatur decidere per hoc verbum videamus, 291.p.
Iurisconsultus ad quæstionẽ facti non respõdet, 654.p
Iurisconsultorum auctoritas necessaria, nõ interpretum, 53.4.p.
Iurisconsulti est scire vim verborum, 658.f.
Iurisconsulto attestanti de consuetudine credendum, & doctori, 695.f.
Iurisconsulti quæ debeant inesse, 900.p.
Iurisconsulti bis idem cur dicunt, 112.p.
Iurisconsultorum interpretationes propriè accipiendæ sunt, 883.p.
Iurisdictionis nomen generale & speciale est, 814.m.
Iurisdictio, territorium, districtus, & diœcesis quid differant, 1061.m.
Iurisdictio contentiosa, 614.f.
Iurisdictio inæqualis quomodo diuidi debet, 213.p.
Iurisdictio simplex, 936.m.
Iurisdictio voluntaria quid, 614.f.
Iurisdictionem suo iure habere quid sit, 647.m.
Iurisdictio in territorio toto prescripta cẽsetur, 427.p.
in Iurisdictione assumenda quid obseruare in Gallia debeant maiores iudices, quid pedanei, 942.f.
Iurisperiti an artifices sint, vel prudentes, 133.f.
Iurisprudentia quid, 989.p.
Ius quomodo sumatur, & eius variæ phrases, 532.& 647.per totam, & 648.
Ius accrescendi quare inuentum, 720.p.
Ius accrescendi inter quos locum habeat, 718.p.& 720.f. eius aliquot conclusiones, 719.f.& 720.
Ius accrescẽdi impeditur per taxatiuas dictiões, 269.p.
Ius commune quid, 648.m.
Ius constitutum, 429.f.
Ius honorarium quid, & vnde dicatur, 97.f.& 648.m.
Ius nouum, 254.f.
Ius ordinarium & extraordinarium, 1053.f.
Ius patronatus vendere est simonia, 234.m.
Ius plenum quid, 655.m.
Ius prætorium, 872.p.
Ius priuatum, 1049.p.
Ius alteri quæsitum, quomodo intelligatur, 929.p.
Ius quæsitum ex renuntiatione an possit restitui, 117.f.
Ius domum reuocandi, 648.m.
Ius sepulchri persequens dicitur creditor, 109.m.
Ius singulare quid, 654.m.
Ius testamenti solui quomodo dicatur, 807.f.
Ius vulgatum, 774.p.
Ius in ordinibus loquens nõ continet mulieres, 14.f.
Ius habens ad domum non gaudet priuilegiis ciuitatis, 723.m.
Ius esto, quid denotet, 645.f.
Ius dicere, quid, 44.p.& 647.f.
Ius dicens, quis, 44.p.
Ius dicenti extra territorium non paretur, 1061.p.
Ius sibi dicere, 44.p.
Iuris vsus à quibus declarandus, 759.f.
Iuris plus nemo transfert in alium, quã habeat, 915.m.
in his quæ Iuris sunt, cum lex fingit, habetur pro veritate, 919.f.
Iuris priuati esse & publici, 1049.m.
Iuri communi quod refragatur, illud facere non possumus, 667.p.
Iura belli, captiuitatis, & seruitutis aliter hodie obseruata atque olim, 880.m.
Iura quæ consanguinitatis ratione obtinentur, 418.f.
Iusiurandum quomodo accipi debeat, 741.m.
Iusiurandũ omnino seruari quomodo dicatur, 811.f.
Iusiurandum conuentionale, 41.f.
Iusiurandum idoneum, 324.p.
Iurisiurandi gratiam facere, 259.f.
Iuriiurando omnino credi quid sit, 812.p.
Iussus & mandatum actum præcedere debent, 390.p.
Iussus, nomen pro præcepto, 782.p.
Iussus principis excusat à dolo, ibid.
ad Iustitiam altam quatuor spectantes casus, 90.p.
Iustitiarius altus oberrantes res capit, 476.p.
Iustus, a, um, quid, & huius dictionis variæ acceptiones alphabetico ordine, 884.885.886.887.& 888.
Iusta facere, 886.p.

L L

Lacænæ calices, 917.m.
Laccus, quid, 624.p.
Lacerare quid, 93.f.
Lacunar, quid, 624.p.
Lacus quid, 623.m.
Lacus duplex, 623.m.
Lacus fructu locato, & nauium vsus censetur locatus, 623.f.
in Lacu priuato dominus solus piscatur, ibid.
ex Lacu priuato vel stagno seruitus non constituitur, 623.f.
Lacus, siue lacunar pro fabrica, 624.p.
Lacum contaminans punitur, ibid.
Laicus cui decimæ concessæ sunt, ex noualibus non recipit, 252.p.
Laodices vxoris Antiochi calliditas, 704.p.
Lapicida, 499.p.
Lapicidina, 498.f.
Lapidum nomine quid veniat, 313.m.
Lapis quadratus, 1068.f.
Lapides in anulis quando includi possint, 492.p.
Laphittæ, quid, 917.m.
Λάφυρα quid, 917.m.
Largè procedit, quid, 755.f.
Largus quis, 756.p.
Largiri quid, 756.p.
Largitas sponsalitia quæ, 80.f.& 756.m.
Largitiones, 756.p.
Largitiones sacræ, 756.p.
Latebra, 432.m.
Latere, quid significet, 432.m.
Latitare, quid, 879.p.
Latitudo viæ, 28.p.
Latrones qui dicantur, 642.f.
à Latronibus captus absens cur dicatur, non verò ab hostibus captus, 879.f.
Latrunculator domicilium habentẽ nõ iudicat, 1047.f.
Latomi qui, 424.p.
Latumiæ quæ, 424.p.
Latus, ior, issimus, quid, 27.f.
Lata fuga, 27.f.
Latissimum quid, in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. 28.p.
Laudare nomen, quid, 73.f.
Laudimium ex contractu valido deberi, 541.m.
Laudimia deberi vsufructuario, & mulctas, 363.p.
Laudimia non computari in iusto rei pretio, 483.m.
Laudimiorum expensæ quando sint restituendæ, ibid.
Laudimia deberi ex pretio dato decepto vltra dimidiam, 488.p.
Laurent. Vallæ reprehensus, 111.m.& 589.p.
Laurentij Vallæ sententia de stupro & adulterio reprehensa, 589.p.
Lecticarij serui, 902.f.
Lecto legato quid debeatur, 314.f.
Legari, quid, & quot modis sumatur, 248.m.
Legari res debet in specie, non in genere, 718.f.
Legari res quæ non possint, 650.f.
Legandi restricta potestas quoad personas, 650.f.
Legandi opes suas totas quando fuit libertas, & quando non, 650.m.
Legatio, 248.f.
Legatus triplex, 248.f.

Legatus,pro vicemgerente magistratu, ibid.
Legati municipiorum lædi non debent, 999.m.
Legati prouinciales, 847.f.
Legatum.quid, 248.m.
Legatum olim quot modis fiebat, 248.m.
Legatum non dicitur alienari quando non acquiritur contra Alciat. 228.p.
Legatum & hereditas quid differant, 645.p.
Legatum quomodo dicatur intercidere, 262.f.
Legatum caducum,& quasi, 260.m.
Legatum conditionale, vel in diem incertam quando cedat, & peti possit, 927.p. quando ad heredes transeat, 126.m.
Legatum quoad obligationes quando cedat à die adi tæ hereditatis, 927.f.
Legatum doctoribus & medicis quomodo intelligatur, 236.f.
Legatũ purum quando cedat,& peti possit,99.f.928.p.
Legatum valet illius quod abest, 114.f.
Legatum vel donatio de rebus emptis non comprehendit donatas,vel alio titulo quæsitas, 226.p.
Legatum vxori de parte domus quam testator inhabitabat,an totam domum comprehendat, 489.p.
Legatum factum fratri prædicatori per verbum vestiatur,quomodo intelligatur, 673.m.
Legatum coniuncto factum quando valeat, 419.m.
Legatum centum aureorum alicui factum, donec centum habeat in reditibus,non extinguitur, licet is habuerit bona, 535.p.
Legatum rei alienæ an valeat, 537.f.
Legatum an sit vtile rei, quæ quotidie percipi non potest, 725.f.
Legato decem modiorum vini, ex vna vinea relicto, si ex ea vinea quinque tantum modij colligantur, non tenebitur heres vltra quinque, 424.f.
de Legato libertatis, ibid.
de Legato vsusfructus, 927.m.
de Legato sub conditione, quam certum est extituram, ibid.
Legata pro non scriptis quæ, 260.f.
Legata turpia, 319.p.
Legatorum generalis repetitio libertates an contineat, 520.p.
Legatorum dies tribus modis cedit, 927.p.
Legatarius quis, 202.p.248.m,& 453.
Legatarius occupans legatum eo non priuatur in regno Franciæ, 36.m.
Legatarij ex ficto dominio non sunt saisiti in Regno Franciæ, 228.m.
Legatarius nõ potest retinere rem sibi legatam, 638.p.
Legatarium iure heredis nonnunquam frui, 959.p.
Legatiuum quid, 248.f.568.m.& 759.p.
Legere,quid, 116.p.& 248.f.
Legitima quando relinqui debet filio, 649.p.
Legitima non præstita pœna nulla est in hoc Regno, 563.m.
Legitimè,quid, 960.p.
Legitimum quot modis quid dicatur, 679.m.
Legitima hereditas quæ, 678.m.
Legitimi qui, 679.f.
Legitimus heres quis, 679.p.
Legumina quæ,& vnde dicta, 498.p.
Legumina non veniunt frumẽti appellatione,500.m.
Leno antequam quis dicatur quot requirantur,729.p.
Lenones expelli debent à ciuitatibus, ibid.
Lenonẽ patiẽs in sua domo qua pœna puniatur,731.p.
Lepastæ,quid, 917.m.
Leuare.quid, 356.m.
Leuamentum,quid, 356.f.
in Leucis computatio quomodo fieri debeat, 750.p.
Leuis & leue,quid, 988.f.
Leuitas iuuenilis, 989.p.
Leuis homo,quis, 988.f.
Leuiter,quid, 988.f.
Lex pro modo, 960.p.
Lex pro constitutione, 959.f.
Lex ad postulationem vnius facta ligat etiã alios,15.m.
Lex continens delictorum remissionem, de præterito intelligit, 83.m.
Lex extendi ad accessoria futura an possit, 84.p.
Lex an trahatur ad præterita, 125.f.
Lex de dubio cur interdum fiat, 156.p.
Lex generaliter loquens comprehendit casus priuilegiatos, 519.f.
Lex tollitur contraria constitutione, 598.p.
Lex sine deo bona non est, ibid.
Lex puniẽs deprehẽsum,intelligitur de cõuicto,634.f.
Lex Aclia Sentia, 451.p.
Lex pagana, 1060.m.
Lex priuata & publica, 1049.f.
Lex duodecim tab. de furiosis declaratur, 376.f.
Lex duodecim tabularũ de stipe non cogenda, 217.f.
Lex 12.tab.de tignis, 438.m.
Legis x i i.tabul.de mulcta verba, 44.f.
Legis verum intellectum praxis docet, 534.m.
Legis dispositio non de primo actu, sed de omnibus intelligitur, 543.p.
Legis abrogatæ effectus, 598.m.
Legis grauamen non est grauamen, 1079.m.
Legi varietate locorum derogatur, 598.m.
Lege agere,quid, 959.f.
Leges ad communem vtilitatem referri, 77.f.
Leges ad futura trahi per verba præsentis aut præteriti temporis, 83.p.
Leges de dubio ferri, 389.m.
Leges de instrumẽtis an locũ habeãt in testibus, 583.f.
Leges quando abrogentur, 598.p.
Leges variæ variantibus tẽporibus promulgantur,ib.
Legum vis & virtus, 352.f.& 1037.m.
Legum vocabula aliter interdum accipiuntur, quam apud oratores, 601.p.
Libellus an concludere præsumptiue possit, 89.p.
Libellus rerum vxoris, 786.
in Libello rei conclusio an poni debeat, 87.p.
Libelli appellatorij quomodo concipiendi, 479.p.
Libelli familiæ qui dicantur, 785.f.
Libellum neut.gen.quid, 786.m.
Liber, a, um, adiectiuum quot modis vsurpetur, & eius phrases, 796.per totam.
Liber pro filio, 735.f.
Liberalitas, 796.f.
Liberalitas captiosa, 477.f.& 796.f.
Liberalitas principalis, 796.f.
Liberare qui possint ab obligatione, 343.f.
Liberare pœna,actione, patria potestate, vi hostium, quid, 345.p.
Liberare reum,quid, ibid.
Liberare fidem, ibid.
Liberari quando possit non obligatus, 346.p.
Liberatione facta ex falsa causa iterum petitur rationum redditio, 548.f.
Liberatio rationum reddendarum quid prosit,550.m.
Liberatio facta patri continet & reliqua, 552.m.
Libri improbati qui, 117.m.
Libri improbatæ lectionis quomodo veniant in iudicium fam.erciscun. 1033.f.
Libere quid, 782.f.
Liberorum nomine quid contineatur, 402.m.961.m. & 966.f.& an fœminæ & naturales veniant,402.m.
Liberi de familia matris non censentur, 866.p.
Liberorum natiuitate quando non reuocetur donatio, 485.m.
Liberorum nomine quando nepotes non contineantur, 967.f.& 968.
sine Liberis non decedit, cuius liberi statim post eius obitum decedunt, 735.p.

Libertas posthumo nato impedita, 776.p.
Libertatis onerandæ causa factum vel impositum quid dicatur, 514.m.
Libertatem occupans an ea priuetur, ibid.
ad Libertates petendum actiones tres, 519.p.
Libertates peti posse, ibid.
Libertates seruantur omissa causa testamenti, ibid.m.
Librarum appellatione quid contineatur, 763.m.
Libra Parisiensis, 763.f.
Librarij caducorum, 261.p.
Libertinus quis, 340.f.
Libertus,quis, 420.p.& 340.f.
Libertus in fraudem patroni quando alienare videatur, 686.p.
à Liberto filius operas exigit, 451.m.
Libertum paternum filius vt ingratum accusare potest, 451.p.
Libertis suis alimentis legatis, & seruis debentur, 606.m.
Licere,vel liceri quid, 417.p.
Licet quomodo accipiatur, 416.p.
Licentia quid, 416.f.
Licentia dictionem esse Latinam, 937.f.
Licentia & voluntas quid differant, 390.p.
Licentia ante actum præstatur, 390.p.
Licita res, 416.f.
Licitari, 417.p.
Licitatio quid, 417.p.
Licitator, 417.p.
Ligni appellatione quid cõprehẽdatur,792.m.& 793.f.
Lignum incisum vt à vermibus incorruptum seruetur, 242.p.
Lignum ad ædificium destinatum inter immobilia computari, 560.f.
Ligni appellatione apud Gallos quid veniat, 792.f.
Ligno ex nemore aliquo legato,quid veniat, 792.m.
Lignis venditis quid veniat, ibid.
Lignis legatis quæ in nemore erant,quid veniat,ibid.
Ligna acapna, ibid.
Ligna crepsima, ibid.
Ligna ergasima & causima, ibid.
Ligna capiendi priuilegium habens, aliis non potest concedere, 793.p.
Ligna ad faces parata lignorum appellatione an contineantur, ibid.
Limenarchæ qui,900.f.& 992.m.eorum officium,ibi.
Limitanei agri,seu limitrophi qui, 992.m.
Limitanei milites,qui, 992.p.
Lippus quis, 595.p.
Lis,quid,& eius phrases, 280.f.281.& 282.
Lis quomodo dicatur æstimata, 1007.m.& 1008.p.
Lis donata pro cessa, 377.p.
Lis incerta quomodo dicatur, 1003.p.
Lis mori quomodo dicatur, 677.f.
Lis est sub iudice,quid, 281.f.
Litis dominus quis dicatur, 282.m.
Liti renuntiare expresse & tacitè quid, 282.p.
Litem ante litis contestationem recte dici, 281.m.
contra Litem improbam mouentes,vt aliquid extorqueant, 318.m.
Litem suam facere quid, 951.f.
de his qui Lites fingunt, ne promoueantur ad sacros ordines, 283.p.
Litium hereditatem cernere adiréque, 282.f.
Λιβόγραφος quid dicatur, 334.f.
Litigare, 282.f.
Litigans, 282.f.
Litigator, 283.p.
Litigiosa res potest præscribi,non alienari, 223.p.
Litigium, 282.f.
Literæ gratiæ coram quibus verificentur, 194.p.
Literæ gratiæ secundi homicidij debent facere mentionem primi, ibid.
Literas iustitiæ & gratiæ Papa chorda cannabis muni resolet, 498.m.
Littus,quid, 572.
Littus & ripa quid differant, 572.f.
Littus publicum quid, 622.f.
in Littore inuenta quando occupari possint, 573.p.
in Littore maris ædificari cuius possit authoritate,ib.
Littora tripliciter consideranda, ibid.
Litura quando noceat, 131.m.
Locatoris nomen & conductoris quid differant,67.p.
Locatio facta hinc ad nouem annos quomodo intelligatur, 9.p.
Locatio ab ecclesia vel collegio fieri non potest ante primum tempus finitum, 530.f.
in Locatione quid præstetur, 985.p.
Loci nomen quot modis sumatur, 427.p.
Locus & fundus quid differant, 426.m.
Locus conclusus, 422.p.
Locus purus, 98.m.& 427.f.
Locus religiosus, 427.f.
Locuples quis, 646.p.
Locuples duobus modis dicitur, 1019.f.
Locuples in materia prouisionali, 1020.m.
Locupletior quis dicatur, 1020.m.
Locupletior factus ex re quapiam quæ petitur, quomodo teneatur, 1020.f.
Locupleto,& locupletor,quid, 1021.p.
Longè latéque, 27.f.
Longe magis, 452.f.
Longe minus, 452.f.
Longinquus, 452.f.
Longum in iure quid dicatur, 452.m.
Lorica, 518.f.
Loricationes, 518.m.
Lucrio,quis, 921.p.
Lucrum turpe quid dicatur, 320.p.
Lucrosum quid, 646.p.
Lucumones, 244.p.
Lucus,saltus,& sylua,quid differant, 244.p.
Ludicrum quid, 947.m.
Luna pernox, 790.m.
Lupam prægnantem capienti, an ob fœtum malus præmium dari debeat, 1005.m.
Lupanaria vbi debent esse, 728.f.
Lupanaria primò instituta in Cypro insula, 730.f.
Lupinum, 501.p.
Luscus, 595.p.
Luscatio,quid, 594.f.
Luscitosus quid, 594.f.
λύτρον,quid, 641.p.
λυτρωτὴς,quid, ibid.
λυτρόω,quid, ibid.

M M

Macedonianum S. C. ad quos pertineat, 856.p.
Macedonianũ nõ habet locũ sciente patre,136.f.
Maceria quid, 755.f.
Mandator quid præstare teneatur, 984.m.
Magis dupliciter capi, 410.p.
Magis,idis,quid, 410.p.
Magistri nomen quot modis vsurpetur, 410.m.
Magistri artium, 411.p.
Magistri census, 411.m.
Magistri computorum, 411.m.
Magister largitionum, 411.f.
Magistri legum, 411.p.
Magistri libellorum, 411.m.
Magistri memoriæ, 411.f.
Magister militum, 410.m.
Magister nauis, 411.p.& 1071.p.
Magister officiorum, 410.f.
Magistri priuatæ vestis, 1048.f.

Magister solenniorum, seu ceremoniarum, 411.p.
Magister vniuersitatis, 410.f.
Magisteriæ dignitatis formula, 411.f.
Magisteriani, 411.f.
Magistratus quis, 412.p.
Magistratus quale sit munus, 412.p. qualis esse debeat, ibid.m.
Magistratus quando dicatur decedere, 46.m.
Magistratum regium offendens quomodo puniatur, 412.m.
Magistratus vino abstinere debet, ibid.
Magistratus infimi, 588 m.
Magistratus ius dicere nolens non potest in mora constitui, nisi ter requisitus, 840.f.
Magistratus municipales qui, 998.f. illorum officium, 999.p.
Magistratus municipales in Gallia qui, 999.p.
Magistratus & potestas simul iũcta, quid denotẽt, 935.f.
Magistratus creationem an quilibet de populo possit impedire, 1050.m.
Magistratus excedẽs fines suę prouincię quis, 1048.m.
Magistratus quousque iurisdictionem habeat, 1061.m.
Magistratum stipulari & acquirere posse suis subditis, 1050.f.
à Magistratibus quæ iure potestatis fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent, 935.m.
Magnum vel parum quid dicatur, cuius arbitrio relinquatur, 996.f.
Maiestatis læsæ criminis duo capita, 1019.m.
Maiestatis crimen committitur, si loca fortia ciuitatis occupentur, 427.m.
Maioris nomen quot modis in iure dicatur, 32.p.
Maior habitus si lædatur, restitui poterit, 919.f.
Maior ætate, &c. 752.p.
Maiores, superiores à tritauo, 752.p.
Maius & minus an diuersas constituant species, 978.f.
Maius mensis cur sic dictus, 577.p.
Mala pro maxilla, 1070.m.
Malæ fidei contractus quis, 616.f.
Malam fidem allegans, illam probare debet, 619.m.
Maleficium proprie quid, 1043.p.
Maleficium large sumptum quid significet, 1043.m.
Maleficium pro sortilegio, 1043.m.
ex Maleficio actio quæ oritur quomodo persequenda, 1056.p.
ex Maleficio incepto, nec perfecto, reus quis efficitur, 995.f.
Malitiæ iuramentum, 1009.f.
Malus, a, um, adiectiuum, 1070.p.
à Malo abstinere nõ sufficit, nisi fiat quod iustum est, 846.p.
Malus arbor, 1070.p. huius species, ibid.
Malum fructus, 1070.p.
Malum herba, ibid.
Malus nauis, 1070.p.
Mancipia venalia & vsualia, 922.p.
Mancupes, qui, 148.p.
Mandatarius si mandatum excedat residuum non potest petere, 891.p.
Mandlon, vnde apud Vascones *mandil*, 334.p.
Manere quot modis vsurpetur, & phrases, 459.p.
Manger & boire verbis Gallicis quid veniat, 328.p.
Mangones, qui, 920.p.
Mangonisare, 920.p.
Mangonisati equi, 920.p.
Mangonisata oratio, 920.p.
Manifestum quid dicatur, & eius phrases, 707.f.
Mansio mala, 459.f.
Manumittere quid, 120.f.
Manumittere etiam ad filios pertinet, contra Alciat. 121.p.
Manumittens animo fraudandi creditores, nihil agit, 650.f.
Manumissio & emancipatio quid differant, 1078.f.
Manus quot modis accipiatur, & eius phrases, 120.f. & seq.pag. aliquot.
Manus armata quæ sit, 121.f.
Manu breui quid, 122.p.
Manus tertia & quarta, 123.m.
Manus emissa, 122.m.
Manu longa, 122.p.
Manus militaris, & manus ministrorum, 121.m.
Manus in iure canonico quot modis sumatur, 123.m.
Manus ordinatoria, 123.m. consecratoria, ibid. benedictoria, ibid. reconciliatoria, ibid. curatiua, ibid.
Manus impositio, 123.m.
Manum leuans an iniuriam faciat, si non percutiat, 356.m.
Manu fatum non cõprehendit in stipula natũ, 247.p.
Mandare quis iurisdictionem non potest, si ipse cognoscere teneatur, 412.p.
Mandans occidi Christianum per assassinum puniendus est, 711.p.
Mandatum re integra, morte finitur, 257.m.
Mandatum est & cum salarium accipitur, 1055.p.
Mandati fines qui excedit, quando teneatur vel non teneatur, 893.m.
in Mandato ad negotia quid recipiatur, quid in mandato ad lites, 984.f.
Mandatarius in quo teneatur, 984.p.
Mares non comprehendunt fœminas, 18.p.
Maritus quando pro delicto vxoris teneatur, 108.p.
Maritus vxoris syluam an possit cædere, 240.f.
Maritus bona mobilia vxoris alienare potest, 408.p.
Maritus si non sit soluendo, bona dotalia non faciunt emptionem, 629.p.
Maritus non repetit expensas pro vxore ægra factas, 625.m.
Maritus non potest retinere vxorem deprehensam in adulterio, 634.f.
Maritus potest quem adulterantem cum vxore cadiure impune, 675.m.
Maritus leno suæ vxoris expelli debet à ciuitate, 730.m.
Maritus mulierem pernoctantem foris sine causa, repudiare potest, 790.m.
Maritus vxorem in vinculis detinere potest, 990.m.
Mariti suas vxores amicas quare vocent, 727.m.
Mariti in templo Lunæ supplicantes, 112.f.
Marito ad inopiam vergente vxor & dotem & donatio nem propter nuptias repetit, 467.m.
Maritum infirmitas excusat à reddendo debitum, 625.f.
Martius mensis cur sic dictus, 577.p.
Masculinum quando continet fœmininum, 9.m.
Masculinum quando nõ continet fœmininum, 14.m. & 15.f.
Masculinum in statutis complectitur fœmininũ, 11.f.
Masculinum an contineat fœmininũ in odiosis, 13.m.
Masculus non comprehendit fœminam, 17.m.
ad Massilienſem condemnati poitum damnatis in metallum comparantur, 160.p.
Mater vsufructuaria non præstat cautionem nisi obligatoriam, 211.m.
Mater tutrix pro filiis tutorio nomine obligata, si in integrum restituantur, liberatur, 970.f.
Materfamilias, quid, & quot modis dicatur, 339.p. & 952.p.
Materfa. non debet incarcerari pro debitis fiscalibus, vel priuatis, 339.f.
Materia quid, 792.p. & 872.p.
Matricula, quid, 788.f.
Matrimonium vnde dicatur, 64.f.
Matrimonium legitimum, 679.f.
Matrimoniũ nõ præsumitur cõtrahere infirmus, 625.f.
Matrimoniũ causa religionis separatur, 593.f.

Matrimon

Matrimonium prohibitum inter socrum & generum extenditur ad auiam, 733.p.
Medicus quibus vti dietis debet, 39.f.
Medicus est, qui partem etiam corporis curat, 487.f.
Medicus & chirurgus castrantes aliquem volentem, capitali pœna quando puniantur, 675.p.
Medicorum numerus à quibus statuendus, 591.f.
Melioris verbum quomodo vsurpetur, 511.m.
Meliorare, quid, 511.m.
Melioratio, quid, 511.m.
Mendicantes fratres legata habere posse, 276.f.
Mennas quæ, 1072.p.
Mens quando verbis non repugnat, an sit sequenda, 76.m.
Mens alicuius ex quibus colligatur, 76.f. & 77.
Mens legis animæ comparatur, 76.f.
Mens pronũtiantis in soluta oratione attẽditur, 232.m.
Mens quando elici possit, & ex quibus, 332.m.
Mens sine verbis esse potest, 958.m.
Mens testatoris quomodo probetur, 1078.f.
Menses vnde dicti, 577.p.
Mensium nomina, 577.p.
Menses ex tempore scientiæ computantur, 136.f.
Mensurarum ordinatio ad quos spectet, 972.f.
Mercari, quid, 920.m.
Mercari contra ius, 893.f.
Mercalis vxor, 920.m.
Mercator quis propriè dicatur, 920.m.
Mercatores in quadruplum scholasticis condemnandos, 110.m.
Mercator non dicitur vendens vinum ex suo patrimonio prouenientes vel beneficio, 455.m.
Mercator promittens in nundinis soluere, si commode possit, quomodo intelligatur, 666.f.
Mercatus, 920.m.
Mercenarij qui, 455.f.
Merces & merx quid differant, 455.f.
Merere, pro mercede alicui inseruire, 871.m.
Mereri, id est dignum esse, 871.m.
Meritoria loca, 871.p.
Meretrix quæ, & vnde dicatur, 728.p. & 871.m.
Meretrices quare segregantur, 729.p. cur ferantur, ibid.
Meretrices cogendæ sunt insigne deferre, ibid.
in Meretricis bonis furtum an committi possit, ibid.
Meretricis vestes cuius sint, 730.p.
Meretrices non omnes infames, ibid.
Meretricẽ è vicinia migrare cogere potest iudex, 1b.p.
Meretrix quando emendata censeatur, ibid.m.
Merx & merces quid differant, 455.f.
Mercium nomine quid contineatur, 455.p.
Merx peculiaris, 826.m.
Merces venales quando legatæ censeantur, 104.f.
Merces esculentæ & poculentæ, 455.p.
Merces deferens prohibitas in via repertus an puniatur perinde ac si delictum perfecisset, 995.f.
Mesonauta, quis, 1070.f.
Mesis quid, & vnde, 247.m.
Metallum quid, & quotuplex, 159.m.
in Metallum damnari quid, 320.m.
in Metallum damnatus, & opus metalli quid, & differentia, 159.f.
Metallarij qui, 159.m. & 380.f.
Metallaria, quid, 159.m.
Metallariæ in fundo priuatorum inuentæ cuius sint, 159.m.
Metallicus, 159.m.
Metreta, quid, 916.m.
Metus, timor & trepidatio idem, 396.p.
Meus pronomen quid denotet, 556.p. & 1062.f.
Meorum nomine descendentes venire, 556.f.
Migrare, quid, 871.p.
Migrandi dies olim constitutus, 871.p.
tit. de Migrando declaratio, 46.f.
Miliare & miliarium quot modis sumantur, 37.m. & 749.f.
Militis nomen vnde dicatur, 222.p.
Miles reuersus non recuperat stipendia temporis captiuitatis, nec desertionis, 218.f.
Miles an possit ducere familiam suam ad bellum, 308.m.
Milites cur hodie quidam fugiant in bello, 222.p.
Milites vrbanici, 875.m.
Militare quis non cogitur ante decimumoctauum annum, 710.f.
Militia quid significet, 165.p.
Milium, quid, 37.f.
Miliarium, quod ad milium pertinet, 37.f.
Miniculator quis, 786.m.
Minister pro executore, 904.p.
Ministerij nomine quid contineatur, 903.f.
Ministerium, in iure pontificio, quid, 904.p.
Ministro, as, are, 903.p.
Ministrans, 903.f.
Minor quare non restituitur in testamentis, & donat. causa mortis, 183.m.
Minori qui non transegit succurritur aduersus sententiam, 47.m.
Minoris res vsucapi potest, licet restituatur, 223.p.
Minor an teneatur reassumere processum inchoatum à patre, 1045.p.
Minor non restituitur contra fatum, 1080.m.
Minor restituitur, si soluendo non sunt tutores, 628.f.
Minorem quis dolus excuset, & quis non, 980.m.
Minorem restitui diuisione bonorum facta, si in eligendo læsus sit, 1078.m.
de Minorum quibusdam priuilegiis, 1045.p.
Minoribus fratribus relictum an sit multiplicandum, 541.p.
Minus quot modis capiatur, 110.m.
Minus corpore & quantitate quid, 110.f.
Minus concessum, 271.f.
Minus idoneus, 272.p.
Minus quando comparatiue ponitur, 271.m.
Missile quid, 161.f.
Missio, ibid.
Missio triplex, 162.p.
Mittere quot modis accipiatur, 161.m. eius phrases, ibid. & seq.
Mittere in possessionem, 161.m.
Mobilia bona quæ sint, 660.p.
Mobilium nomine fructus accedunt, 561.p.
Mobilia & mouentia idem significare, 559.f. quando separentur, 561.p.
Modicum quomodo sit accipiendum, 431.m.
Modiatio, 917.p.
Modius annonæ, 917.p.
Modius iniquus, 972.m.
Modius terræ, 917.p.
Modius vini, 917.p.
Modò aduerbium pro nunc, 754.f. pro aliquando, ibid.
Modus quid, & quot modis sumatur, 753.p. & 754.
Modus probabilis, 116.f.
Modò si, pro modò, 754.f.
Mœnia quæ, 757.p.
Mola asinaria quæ, 514.f.
Mola manuaria, 122.f.
Monachus contentiosus puniendus, 614.f.
Monachi pro patrimonio tenetur monasteriũ, 237.m.
Monachi seculares effecti nõ succedũt parẽtib. 838.p.
Monacho consanguinei an succedant, 42.f.
Monasteria an collegij nomine contineantur, 539.p.
Monere quid, 1034.m.
Monitio pro citatione, 1034.m.
Monetæ falsæ fabricatio quando crimen læsæ maie-

ſtatis non eſt, 973.p.
Monetam falſam fabricãs qua pœna puniatur, 762.m.
Monetam falſam expendens punitur, 137.f.
Monetariis datum priuilegium, an ad ſeruientes eis extendatur, 861.p.
Monopolium, quid, & cur prohiheatur, 158.f.
Monſtrum quid, 286.m.
Monſtrum an baptiſari poſsit, 287.p.
Monſtrum occidens an puniatur, 286.
Monſtris deus quid portendat, 287.f.
Monſtroſus an in feudo ſuccedat, 287.f.
Monſtroſo mater ſuccedit, 286.f.
Monſtroſi an alendi ſint, 287.p.
Monſtroſo an poſsit nomen imponi, ibid.f.
Montiſpeſſulani caſtrum, 23.m.
Monumentum, quid, 891.p.
Moræ nomen quot modis ſumatur, 1010.f.& 1011.p.
Mora quando contrahatur, 1010.f.
Mora duplex, regularis & irregularis, 1011.f.
Mora vera & præſumpta quæ, ibid.
Mora non efficitur, quando non apparet cui ſit ſoluendum, 837.f.
Mora cadit in delictum, ibid.
Mora in re quando fieri dicatur, 1010.f.
Mora temporis quæ datur iudicatis, 1011.m.
in Mora ſi quis ſit, etiam in iudicialibus interpellari debet, 838.f.
in Mora conſtituitur debitor quibuſcumque verbis habilibus citatus, 841.m.
ante Moram quando dicatur, 1010.f.
Moram quis pati dicatur, 1011.p.
Moram per pupillum non fieri, ibid.m.
Morari verbo quid ſignificetur, 1010.f.& 1011.f.
Morator, quis, 1012.
Morbus quid, 595.p.
Morbus eſt duplex, 626.m.
Morbus & vitium quid differant, 594.f.
Morbo ſontico laborantes quomodo excuſentur, 624.m.
Morborum tria genera, 595.p.
Morboſi, 595.m.
Mordendo alium lædens an dicatur armis illum offendere, 314.m.
Mores boni de iure ciuili, & canonico qui dicantur, 297.m.& 341.m.
Mores boni nobilitati præferuntur, 339.m.
contra Mores bonos quid dicatur, 341.f.& 893.f.
Mori ad res animatas & inanimatas refertur, 774.m.
Moroſus, quis, 1012.p.
Moroſe, quid, 1012.p.
Mors duplex, naturalis & ciuilis, 774.p.
Mortis nomine an deportatio contineatur, 1066.m.
poſt Mortem quem accuſari propter bonorum confiſcationem, 676.f.
Mortalitas pro morte, 774.f.
Morticinia, 774.
Mortiferus, 774.f.
Mortuus abeſſe cenſetur, 127.f.
Mortuus pro occiſo, 774.m.
Mortuus & occiſus quid differant, 677.m.
Mortuus, ſi reſurgat, omnia iura filiorũ habet, 676.m.
Mortuus non poteſt baptiſari, etiam ſi ſit natus viuus, ibid.
Mortuus non poteſt accuſari, ibid.
Mortuus natus non ſepelitur in cœmeterio, ibid.
Mortuus ſaiſit viuum, 998.p.
Mortuo condemnato an bona peti poſsint, 234.m.
Mortui ita, vt viui, reuerendi, 677.p.
Mortui nati non cenſentur nati, ibid.
Mos quid dicatur, 341.f.
More maiorum, quid, 342.p.
Moribus introductum quando dicatur, 342.m.
Mox dictio interuallum ſignificat, 701.f.
Mox & poſtea quid differant, 138.m.
Mouere controuerſiam eſt & de iure, & de facto, 494.p.
Mouentia quæ, 559.f.
Mulas legans, an muli contineantur, 19.m.
Mulcta quid, & vnde dicta, 687.p.& de vario eius vſu, 688.689.690.692.
Mulcta duplex, 690.m.
Mulcta quare introducta, 691.f.& 693.f.
Mulcta & pœna quo tempore inuentæ, 693.f.
Mulcta à quo infligi poſsit, 690.p.& 692.f.
Mulcta quouſque indici poſsit, 692.f.& 693.
Mulcta indicta quando & à quo remittatur, 690.p.
Mulcta olim ex pecude ſoluebatur, 688.f.
Mulcta olim dum indicebatur, prius nomen ouis, quam bouis erat nominandum, ibid.
Mulcta ſi imponatur alicui, poteſt ille bonis cedere, 695.m.
Mulcta fiſco debetur, pœna pecuniaria parti, 694.f.
Mulcta quando eſt fiſco vel parti applicanda, 692.m.
Mulcta indicta ſimpliciter, fiſco acquiritur, 692.m.
Mulcta denaria ſingulis delictis conſtituta, 692.f.
Mulcta non declarata anno præſcribitur, 693.f.
Mulcta non infamat: pœna vero ſic, 694.f.
Mulcta impoſita ex famoſo iudicio non ſeruato iuris ordine non infamat, 695.m.
Mulcta poteſt eſſe certa, & tamen non perdit nomen mulctæ, 691.f.
Mulctam exigi poſſe pendente appellatione, 1080.f.
Mulctam ſecundam accelerare iudex non poteſt niſi prima exacta, 694.m.
Mulctarum cõductores qui eſſe prohibeãtur, 690.m.
de Mulctis clericorum, 692.m.
Mulctas Athenienſes aræ Iouis dedicabant, 692.f.
Mulctare quid, & eius phraſes, 688.f.
Mulctari capitur pro puniri, 688.f.
Mulctare vltra quadruplum iudex non poteſt, niſi ſit à iure expreſſum, 694.m.
Mulctare in anno ter licet de iure, 694.p.
Mulctatus opere temporario, 688.f.
Mulier tribus modis capitur, 111.p.
Mulieris nomine an etiã virgines contineantur, 111.m.
Mulier capiens proditorem habebit præmium ſtatuti, 12.p.
Mulier quæ 22. habuit maritos, 113.m.
Mulier publicè mercatoris officio fungens, agit & conuenitur, 155.m.
Mulier integra, 257.f.
Mulier non lucratur partem hereditatis mariti, ſed eius quæſtuum, 202.p.
Mulier ſi dicat ſe prægnantem, an ei credatur, 339.f.
Mulier non iuuatur Velleiano contra pupillum, 629.f.
Mulier ex dote funeratur, ſi non ſit ſoluendo eius hereditas, 630.m.
Mulier lucrans conquæſtuum partem, non habet partem hereditatum, 645.f.
Mulier dicitur peperiſſe, licet mortuum generet, 676.f.
Mulier quomodo dicatur ſuæ familiæ caput eſſe, & finis, 863.f.
Mulieri aſſerenti ſe ex aliquo prægnantẽ an credatur, 112.m.
Mulieri veſte virili & econtrario, vti non licet, 113.m.
Mulieri prægnanti differtur mors, 215.p.
Mulieris pœna abigentis partum, ibid.m.
Mulieri luxurioſæ curator datur, ſed non viro, 407.m. 703.f.
Mulieri parienti quid monſtroſum prodeſt quandoque, 703.f.
Mulierum mores, 113.m.
Mulieribus qui ſubiecti ſint, 112.m.

Mulieribus

Mulieribus prohibita donatione omnis cenſetur donatio prohibita, 460.p.
Muliebria paſſus quis dicatur, 113.p.
Mulio pro ſalario retinet rem, 639.p.
Multum de quibus dicatur, 760.m.
lex Muneralis quæ ſit, 163.p.
Munia, 165.m.
Municipes qui, 166.p.& 998.m.
Municipalis quis, 998.f.
Municipales magiſtratus, 998.f. illorum officium, 999.p.
Municipales magiſtratus in Gallia qui, 999.p.
Municipalia iura, 998.f.
Municipij appellatio vnde, 998.m.
Municipiorum legati lædi non debent, 999.m.
Munifices qui dicantur, 166.f.
Munire, quid, 425.f.
Munimentum quid, 426.p.& 586.m.
Munimentum ſepulcri, quid, 891.m.
Munitio quid, 166.p.& 425.f.
Munus quid, & à dono quid differat, 852.m.& 933.m.
Munus quot modis ſumatur, & quando dari & mitti ſoleat, 160.f.
Munus à manu, lingua, obſequio, 162.f.
Munus à dono quid differat, 935.p.
Muneris & officij differentia, 165.m.
Munus pro onere, 162.p.
Munus publicum quid, & eius definitio, 1048.m.& 1050.p.
Munus publicum quibus conferri debeat, 1048.m.
Muneris remiſsio duobus modis fit, 163.p.
ad Munera ſubeunda quibus remediis compelli debeant homines, 933.f.
in Muneribus tria ſpectanda, 162.f.
Munus perferendæ pecuniæ, 166.p.
Munus delegatum, 166.m.
Munera extraordinaria, 1056.m.
Munus nuptiale tutori non imputandum, 852.f.
Munera militaria quæ dicantur, 165.f.
Munera neceſſaria quæ, 166.p.
Munera perſonalia qui ſubeant, 848.f.
à Muneribus perſonalibus excuſatur ægrotans, 626.p.
Munera filius non tenetur ſubire, ſi pater ea gerat, 417.m.
Munus edere, 552.m.
Murus quid, & vnde, 756.f.
Muri in plurali quid denotent, 756.f.
Muri ciuitatis ſancti, 757.p.
Muros ciuitatis tranſcendens qua pœna puniatur, 756.m.
Muros ciuitatis quibus reſicere liceat, 757.p.
Mutare quid, & eius phraſes, 118.p.
Mutare pro tranſferre, 118.f.
de Mutantibus hoſpitia, 118.f.
Mutatio, 118.p.
Mutatio rei in melius non eſt permiſſa, 114.m.
Mutatio perſonæ, 118.m.
Mutatio iudicum an aliud iudicium faciat, 118.m.
Mutatio facti iuris decilionem mutat, 808.f.
Muto permittit Princeps vt teſtetur, 682.m.
Mutuum probum reddi debet, 318.p.
Mutuum niſi reddatur poſt interpellationem extraiudicialem conſtituit in mora, 839.p.

N N

NAſci quid, & ad quæ referatur, 245.m.
Natales ſubſtantiuum, 341.& 852.f.
Natalis, vel natalitius dies, 341.m.& 852.f.
Natalitium quid, 852.f.
Nati nomen quot modis accipiatur, 605.p.
Nati qui dicantur, 606.p
Natu grandes qui, 606.p.
Natus pro naſcituro, 605.m.
Natio quid, 606.p.
Natiuitas quid ſit, & quotuplex, 245.f.
Naturæ nomen quot modis capiatur, 101.f.
Natura contractus rem mutat, 761.p.
Naturales filij qui, 102.p.
Naturales filij pro ſpuriis, 800.m.
Naualis, 1071.f.
Nauarchus, 1070.f.
Nauclerus, quis, 1071.p.
Naufragium, quid, 1071.p.
Naufragus, 1071.m.
Nauicellæ, 1071.m.
Nauis naufragio expulſa ad littus ad quem pertineat, 1071.p.
Nauis in totum deſtructa, ſi ex eius tabulis alia ſtruatur, amplius ea non erit, 1077.f.
Naui confiſcata & pecunia ibi exiſtens addicitur, 455.m.
Naues ductrices, 350.f.
Naues onerariæ, 514.m.
Nauium genera, 1071.m.
Nauigare, quid, 1070.f.
Nauigatio, 1070.f.
Nauigium quid, 1070.m.
Naulum quid, 421.f.& 1070.f.
Nauta, quis, 1070.m.
Nauta de furtis & delictis famulorum quomodo teneatur, 860.m.
Ne pro an, 895.p.
Ne pro non, 895.p.
Neceſsitas duobus dicitur modis, 516.f.
Necne pro an non, 895.m.
Negationes duas affirmare, & hulus regulæ exempla, 678.m.& 1035.m.
Negationes duæ quando negent, 1036.p.
Negligentia magna quæ, 996.f.
Negotiatio clericis cur prohibita, 921.m.
Negotiator frumentarius, 500.p.
Negotiatoris nomen latius patet, quàm mercatoris, 921.p.
Negotiatores militare non poſſe, ibidem,m.
Negotiator pro mercatore, 920.f.
Negotiator, pro negotiorum geſtore, ibidem.
Negotia gerens de mandato alterius non reſtituitur, 629.f.
Nemo, dictio eſt communis, 805.f.
Nemus quid, 240.p.& 244.p.
Nemoris vſus acquiritur per 30. annos, 793.p.
Negotiorum geſtor in quibus teneatur, 985.f.
Nepotis nomine quid ſignificetur, 882.f.
Nepotis appellatione quando venit pronepos, 964.m.
Nepotes an filiorum appellatione contineantur, 528.f.
Nequaquam quomodo capiatur, 678.p.
Nequis an fœminas contineat, 10.m.
Neutrum genus quid comprehendat, 19.m.
Nihil, dictio, quid ſignificet, 203.m.
Nihil aliud, quid importet, 203.m.
Nihilominus, nihilomagis, 425.p.
Niſi dictionis vis, 941.p.
Nobilis perdẽs nobilitatem, intelligitur quoad ſuum commodum, 1005.p.
Noctu inuentus ſedens punitur, 78.f.
Nocere quid, 627.m.
Nocere noxam, 1341.m.
Nocens quis, 627.m.
Nomen quot modis ſumatur, & eius ſignificationes, & phraſes, 72.m.& 72.m.
Nomen fœminini ſexus non comprehendit maſculinum, 18.m.
Nomen alterius delens falſi tenetur, 72.m.
Nomen alterius ferre an quis cogatur, ibidem.

Nomen operi publico inscribi, 73.f.
Nomen proprium an restringat nominis appellationem, 448.m.
Nominis prolatio non continet fœmininum, 15.p.
Nominis significatio quot modis eliciatur, 727.m.
Nomen bonum, 296.m.& 323.p.
Nomen idoneum, bonum, 73.f.& 322.f.
Nomina ius significant, verba factum, 469.f.
Nominis cessionem à fideiusorib. fieri, 71.m.
Nomina auctorum pro executione iudicati capi posse, 71.m.
Nomina an censeantur ex bonis loci, 563.p.
Nomina an contineantur sub mobilium vel immobilium nomine, 561.m.& 562.f.
Nominare auctorem, 73.p.
Nominatim quid, & quot modis dicatur, 72.f.
Nominationes cui insinuentur absente episcopo, 804.m.
Nominatorem teneri, 73.p.
Nondum, 259.p.
Nonnunquam quid, 677.f.
Non tantùm, 403.p.& 536.p.
Non solum sine negatione auget, 82.m.
Nota eximere Rex & curiæ supremæ possunt, 93.m.
Notæ, id est animaduersiones, 92.m.
Notis scribere, quid, 93.m.
Notare quid, & quot modis sumatur, 92.m.
Notabiliter, quid, 93.p.
Notarius qui dicatur, 93.p.
Notarius quando morte præuentus non potuit instrumentum conficere, praxis, 585.m.& quæ hic requirantur, ibid.
Notarius qui instr. non recepit, particulam &c. in instr. additam extendere non potest, 765.f.
Notarius suum &c. non potest extendere ad minorem ætatem, 766.p.
Notarius conficiens instrumentum falsum quomodo puniatur, 972.m.
Notarius, si quem præsentem dixerit, qui surdus sit, infans, furiosus, aut dormiens, quomodo puniri debeat, 923.m.
Notarius in vna prouincia, non potest instrumenta conficere in alia, 1061.f.
Notario Regio mortuo eius scripta alteri Regio non Apostolico committantur, 586.f.
Notarij scribentes vsurarium instrumentum qua pœna puniantur, 49.f.
Notarij duo an requirantur in acceptatione, 301.m.
Notariorum salaria taxata, 184.p.
pro Notariorum excusatione, 358.f.
Notificatio debiti loco interpellationis, 839.p.
Notio & iurisdictionem continet, & cognitionem, 580.p.
Notitia, quid, 989.p.
Notorie non soluendo quando quis dicatur, 742.f.
Notorium, quid, 305.m.
Nouale probari quomodo possit, & cui incumbat, 252.f.
Noualis terra de iure ciuili, & canonico, quid, 251.p.& 252.p.
Noualis anno cur cessat, 251.m.
Nouale totum pars culta an faciat, 252.p.
Nouari, 255.m.
Nouatio, 255.m.
Nouationem pensionis cauere, 255.f.
Nouelletæ vineæ, 795.m.
Nouellæ constit. vnde dicantur, 255.f.
Nouellum, & nouelletum, 255.f.
Nouitij, 254.p.
Nouitia mancipia, 254.p.
Nouum quot modis in iure dicatur, & eius phrases, 253.per totam,& 254.
Nouum opus facere, 953.p.
Nouum opus, 254.p.
Nox artificialis, 28.m.
Noxa quid, vnde, & à noxia quid differat, 1041.f.
Noxa pro damno, 1043.m.
Noxa caput sequitur, 1041.f.
Noxa solutus quis dicatur, 880.f.
Noxa priuata & publica, 881.p.
Noxæ seruum dare, vel dedere, 381.f.
Noxalis actio cur introducta, & in quem competat, 1041.f. 1402.m.& 1043.p.
Noxalis actionis vis atque potestas, 1042.f.
Noxali iudicio quid agatur, 880.f.
Noxia quid, & à noxa quid differat, 1041.f.
Noxius, pro nocenti, 1042.p.
Nudus, a, um, quid denotet, & eius variæ phrases, 656.f.& 657.
Nullus dictio quid denotet, 143.f.
Nullus, & nemo vtrumque sexum continent, 10.f.
Numerare verbi variæ acceptiones & phrases, 789.p. 904.f.& 905.
Numerata pecunia, 905.p.
Numeratio, 905.p.
Numeri nomine quid contineatur, 788.m.
Numerus legitimus, 679.f.
in Numeris esse quid, 788.f.
Nummi adulterini, 319.p.
Nummi consumpti, 712.f.
Nummi integri, 258.f.
Nummi probi & reprobi, 117.p.
Nummi reprobi soluti non liberant, 318.
Nummi steriles, 50.f.
Nummos de pecunia numerata intelligi, 51.m.
Nunquam quomodo capiatur, 677.f.& 736.f.
Nuntiatio, quid, & quot modis vsurpetur, 305.m.
Nuntiatio noui operis, quid, 304.f.
Nuntiationes Irenachæ, quæ, 305.m.
Nutrire & alere quid differant, 327.p.
Nuntians opus nouum in parte intelligitur de dimidia, 778.p.
Nupta quæ dicatur, 340.f.
Nuptiæ quot modis accipiantur, 341.p.
Nuptiæ iustæ, 886.m.
Nuptiæ legitimæ quæ, 679.f.
in Nuptiis copulandis feriæ vitandæ, 1075.p.
Nurus appellatione quid cõtineatur, 367.p.& 707.m.
Nusquam quid denotet, 678.p.
Nutriendi verbo quid comprehendatur, 327.p.
Nutus quid, 845.f.

O O

OB particulæ vis & phrases, 893.p.
Ob & propter causam remotam significant, 403.m.
Obducere, 353.f.
Obire diem, 31.f.
Oblata, genus pensitationis, 1029.p.
Oblatio duplex, verbalis & realis, 1029.m.
Oblatio, muneris species, 1014.p.
Oblatus, in iure canonico quis, 1029.p.
Oblatio verbalis pecuniæ post sententiam non valet, 1030.p.
Oblatio, in iure canonico quid, 1029.p.
Oblatio pecuniæ quomodo fieri debeat, ibid.m.
Oblatio verbo facta quando sufficiat, ibid.f.
Oblationem verbalem creditor si recusat, & realem intelligitur recusare, 1030.p.
Obligata domo non obligata est sylua, ex qua domus facta, 241.f.
Obligationis definitio, & 816.f.188.m.& quotuplex sit, 188.m.
Obligatio an sit contractus, 177.f.
Obligatio duobus modis consideratur, 817.p.

Obligatio quomodo re contrahatur, 58.p.
Obligatio cadere quomodo dicatur, 261.m.
Obligatio rei obligatæ quid operetur, 456.f.
Obligatio bonorum quando debita respiciat, 562.p.
Obligationi naturali fideiussor accedere potest, 817.m.
in Obligatione rerum etiam futuræ intelliguntur, 83.f.
Obligatione antidorali obligatus an debitor sit, 101.m.
Obligationum substantia in quo consistat, 671.m.
Obligationib. faciendi & dandi quid succedat, 46.p.
Obligatus omnino facere, per alium facere non potest, 811.f.
Obrogare, quid, 597.f.
Obsequium, quid, & an sit opera, 451. f. eius phrases, 452.p.
Obseruare quid, 579.f.
Obsignare, 295.m.
Obsonator quis, 787.p.
Obtemperare quid, & eius phrases, 106.m.
Obtinere verbi variæ acceptiones & phrases, 842.p.
Obuentiones, 499.m.
Occare, quid, 249.p.
Occator, ibidem.
Occidere quid, 242.f.
qui Occidit casu fortuito hominem, qua pœna puniendus, 685.p.
Occisus & mortuus quid differant, 67.m.
Occupare quot modis dicatur, & phrases eius, 36.p.
Occupare integrum diem, 35.f.
Occupare apud rhetores, quid, 37.p.
Occupatio pro schemate rhetorico, 37.p.
Occupatio pro impedimento, ibid.
Occupatores beneficiorum intrusos dici, 36.f.
Octauarij qui, 149.p.
Offerre quid, & quot modis sumatur, 1028.m.
Officiales qui, & vnde dicti, 1051.p.
Officiales regij mercari prohibentur, 474.p.
Officialis regius absens vt dicatur, 876.p.
Officium quid, 934.m.
Officium vel beneficium nudum quid sit, 656.f.
Officium iudicis, quid, 273.f.& 274.
Officium iudicis extraordinarium quid, 275.p.
Officium iudicis generalissimum, 274.p.
Officium iudicis nobile & mercenarium, 274. f. & 816.p.
Officium publicum habens præstare quid debeat, 1050.p.
in Officij iudicis imploratione non est opus probare dominium, 276.m.
Officia quis olim non habebat in ea prouincia in qua erat ortus, 848.m.
Offingere, 251.m.
Officium iurisconf. 760.p.
Olitor, quis, 874.p.
Olitorius, quis, 874.p.
Olus, quid, 874.p.
Omittere, quid, quot modis vsurpetur, & eius phrases, 143 p.229.m.& 618.f.
Omnino dictio quid denotet, & quomodo vsurpetur, 811.p.m.& 812.
Omnis dictio, & eius significata, 74. & 901. quid differat à toto, ibidem.
Onus deportatorium, 895.p.
Onera hereditaria, 57.m.
Ope Consilio verba quid significent, 388.m.& an cõiunctim vel separatim accipiantur, 389.p.
Opem dans quando teneatur, & quomodo puniatur, 389.f.
Opera quid sit, & quam variè sumatur, 451. m. & 900.f.
Opera & opus quid differant, 68.f.
Opera & pro persona quæ operatur, & pro ipsa operatione, 1042.p.
Opera publica quæ dicantur, 66.p.
Operæ fabriles, 451.f.
Operæ officiales, 451.f.
Operæ pistoricæ, 515.p.
Operari, 452.m.
Operarius quis & quando alendus, 452.m.& 900.f.
Operarius, a, um, adiectiuum, 901.p.
Operarius homo, 901.p.
Operarius panis, 901.p.
Operarij rustici, 900.f.
Operaria vina, 901.p.
Operula functi, 452.p.
Opifices, qui, 1032.p.
Opinari, 429.p.
Opinatores, 429.m.
Opinio quot modis accipiatur, 429.p.
Oportere verbi vis & facultas, 92.f.283.m.&284.m.
Ὀνώρια quæ, 906.f.
Oppidi nomen vnde dicatur, 1059.m.
Oppidum, vrbs & ciuitas quid differant, ibid.
Oppida rempubl. habent, 144.f.
Opponere quid, 661.m. eius phrases, ibid.
Oppositio in obiecto, 662.p.
Opprobrium & probrum quid differant, 316.m.
Optare, pro desiderare, 231.m.
non Optans intra certum tempus, optionem perdit, 230.f.
Optio in quibus rebus consistat, 230.f.
Optio & electio quid differant, 231.p.
Optio, & optiones, qui, 231.p.
Opulentus quis, 646.p.
Opus quot modis capiatur, 68.m.
Opus & opera quid differant, 68.f.
Opus iuris ciuilis quid contineat, 66.
Opus probari quando dicatur, 68.f.
Opus temporarium, 86.p.
Opus priuatum, 1049.m.
Opus nouum priuato cur licet facere, ibid.f.
Oraculum, 233.m.
Oratio concisa, 262.m.
Oratio soluta quomodo accipiatur, 376.m.
Orationes plures impediunt coniunctionem, 719.m.
Ordinare quid, 1053 m.
Ordinationis Regiæ de restitut. minorum, declaratio, 183.p.
Ordinatio de bonis confiscatis, 187.f.
Ordinis nomen quot modis sumatur, 1052.p.
Ordo & solemnitas quid differant, 1053.p.
Ordo in contractibus, 1053.p.
Ordo executionum, 1052.f.
Ordo iudiciorum, 1052 f.
Ordo legitimus quis sit, 1054.p.
Ordo à reo omissus non vitiat, 87.f.
Ordinis exceptio est dilatoria, 741.f.
Ordinis exceptio quando opponatur, 742.p.& 743. p.& f.
Ordines militum, 1052.p.
Ordines tres Romæ, qui, 1052.p.
Ordinarium quid & extraordinarium, 98.p.& 1053.m.
Ornamenta ecclesiarum pro decima capi fas non est, 492.p.
Ornamenta muliebria quæ, ibid.
Ornamenta senatoria, 584.f.
Ornatus Christianorum qui, 492.m.
Ὀρφανὸς quis, 1045.m.
Oryza an nomine frumenti veniat, 500.m.
Osculatio in raptu mulieris lechalis, 708.p.
Ostendere, quid, 288.p.
Ostensio, ibid.m.
Ostentatio, ibidem.
Ostentator, ibidem.

Ostentum,quid, 286.m.
Otiosum quid, 50.f.
Otiosa pecunia quæ, 50.m.
Ouibus legatis an agni debeantur, 538.f.
Ouile,seu caula,quid, 871.p.
Oxybaphum,quid, 917.m.

P P

PAbulum, 265.m.
Paciſci de lite,& de quota litis, 282.m.
Paciſci partes non poſſunt, vt quod natura probrum eſt,fiat, 317.p.
Pactum conceptum, 478.f.
Pactum conuentum quid, 41.f.
Pactum de lucranda dote extenditur ad donationem propter nuptias, 467.m.
Pactum iuſtum, 887.m.
Pactum nudum, 657.p.
Pactum prædeceſſoris quando heredi proſit, 269.f.
Pactis priuatorum ius publicum non mutari, 1049.f.
Pactum contra ſubſtantiam contractus non valet, 132.f.
Pagani nomen quot modis vſurpetur, 1060.p.
Paganicum peculium, 825.f.
Pagatim quid, 1060.m.
Pagus,quid, 1059.
Palam quot modis accipiatur,& eius phraſes, 272.m.
Palam eſt, 272.f.
Palare pro ſepire, 579.p.pro vagari,ibidem.
Palaris ſilua, 795.p.
Palatini qui, 26.f.
Palea quid,& vnde, 247.m.
Palma arbor, 794.p.
Palma fructus,& eius genera, ibid.
Palma fructus vaſſalli recognitio annua erga dominum, ibid.m.
Palmarium pro victoria, 794.m.
Palus quid , & an appellatione ligni contineatur, 794.f.& 795.
Panis operarius, 452.m.
Papa contra ſubſtantiam actus non diſpenſat, 132.m.
Papa an diuinum officium ſeu ſabbatum mutare poſſit, 488.m.
Papæ electio ſine conſenſu imperatoris olim non fiebat, 49.m.
Parare quomodo accipiatur, 538.m.
Paratus,& eius phraſes, 270.m.
Parentis nomine quid propriè veniat, 369.m.& 370. quid in communi vſu loquendi, 372.p.
Parentum appellatione quid contineatur ex 12.tab. 962.p.
Parere verbi variæ acceptiones & phraſes, 698.f.
Paria facere quid, 946.m.& 953.m.
Paries quid, 755.f.
Paries idoneus, 322.m.
Parietem ædificandum qui conduxit , an liberetur maceriam conſtruens, 757.m.
Pariſienſium in nuptiis conſuetudo, 328.m.
Pariſienſibus conceſſa priuilegia, 709.m.
Pariter pro ſimul,&c. 757.f.
Parœcialis non dicitur quis , niſi habeat parœcianos, 783.p.
Partis nomen vnde dicatur , & quid eo contineatur, 777.m.eius phraſes,778.m.779 & 781.
Pars pro indiuiſo in caſu nouitatis quomodo tractari debeat, 212.f.
Pars debita alicui non eſt in meliori loco tribuenda, 213.p.
Pars in ſtatutis,&c.pro dimidia, 777.f.
Pars & portio,idem, ibid.
Pars toto adiuncta quid contineat, 779.p.
Pars quota, ibid.
Pars domus ratione incertitudinis quid comprehendat, ibid.m.
Pars duplex, 487.m.
Partis appellatione quando tota venit, 489.p.
Partis error an vitiet totam ſententiam, 400.
Parte domus vel hereditatis legata , quid intelligatur, 777.m.
de Parte deponentes , quid intelligantur exprimere, ibid.m.
Parte bonorum damnatus,quid ſoluere debeat,ibid.
Partem debiti ſoluens totum agnoſcit debitum , 488.p.
Partem petens, quid intelligi debeat petere, 777.m.
Partem domus dimidiam qui habet , ſi partem leget, quid exprimat, ibid.f.
Partem certam ſoluere damnatus,quid ſoluat, ibid.
Partem facere, 953.m.
Partes caducæ, 261.p.
Partes duæ cum petuntur quid veniat, 779.m.
Partiarius colonus, 781.f.
Particula quid, 778.m.
Particulatim, 778.m.
Partem aduerbium, 781.m.
Partus nomen vnde, 780.f.
Partus & fœtus quid differant, 215.m.
Partus editus à matre furtiua an vſucapiatur, 214.m.
Partus quando ratio habeatur, ibid.
Partum ſupponens qua pœna puniatur, 215.m.
Partus rei furtiuæ præſcribitur à bonæ fidei poſſeſſore, 617.m.
Paſco,quid,& quomodo differat à veſcor, 257.m.
Paſcuus,a,um, 265.m.
Paſcuum quid, 265.m.
Paſcua publica & priuata, 264.m.
Paſcua communia non poteſt dominus vendere, 264.f.
Paſtinare, 513.m.
Paſtinator, 513.m.
Paſtinum, 513.m.
Paſtor, 265.f.
Paſtoralis, 265.f.
Paſtus, 265.m.
Pater an cenſeatur à filio liberatus,ſi rem detineat, 95.f.
Pater pro filio quando teneatur, 157.p.
Pater pro filio gerente magiſtratum an teneatur, 181.m.
Pater ſyluam filij quando cædit, 241.m.
Pater incertus, 302.m.
Pater offerẽs poſt delictum filium,eum liberare quãdo videatur, 419.f.
Pater ſemel & pluries filiam dotare debet, 543.p.
Pater occidens filium cum nouerca adulterantem,iure occidit, 643.p.
Pater iure filij teſtamentum accuſare poteſt inofficioſum, 648.f.
Pater habens filium ad mortem condemnatum non eſt ſine liberis, 735.p.
Pater pro filio fideiubens debet prius conueniri, 743.f.
Pater pars corporis filij, 780.f.
Pater naturalis pro non legitimo , 800. m.pro iuſto,ibid.
Pater pro magiſtratu, ibidem.
Pater filium in vinculis detinere poteſt, 990.m.
Patris appellatione auum contineri, 882.f.
Patrem ex adminiſtratione bonorũ filij nullam reddere rationem, 546.p.
Patrem in filios pium eſſe debere, filiumque in patrem, 965.p.
Patre mortuo matrimonium & filij ipſum ſequũtur filium, 340.m.
Pater familias quis dicatur, 856.f.

Paterfamilias cur dominus dicatur, 857.f.
Paterfamilias etiam dicitur pupillus, 858.m.
Patria quid contineat, 24.f.
Patriæ patris nomine filius non cenſetur, 848.f.
Patrimonium quid, 63.p.
in Patrimonio noſtro quæ res eſſe dicantur, 63.m.
Patrimoniales fundi, ibidem.
Patrimonialis res, 63.m.
Patrocinari, 374.m.
Patrocinium, 374.p.
Patroni nomen quot modis ſumatur, 373.m.
Patronus cauſæ ſeruire ei debet qui prius cum requiſiuit, 373.f.
Patronus liberto operas, & alia imponere poteſt, 384.f.
Patroni vxor an ſit patrona, 374.f.
Patronus eccleſiæ quis,& quotuplex, 374.p.
Patronorum iura, 374.m.
Patronatus ius & in muliere locum habet, ſi cõſtruat eccleſiam, 10.p.
Patrui appellatione venit patruus magnus, 731.p.
Pauca quæ dicantur, 449.f.
Pauimentum , 518.f.
Pauperiem facere, 953.m.
Peccatum quid, 1043.p.
Peccata æqualia eſſe,ſecundum Stoicos, 976.p.
Pecoris nomine quid veniat, 259.f.& 539.f.
Pecten piſcis, 158.f.
Peculatus crimen, 826.m.
Peculio,as,are, 826.m.
Peculium quid,& vnde dictum, 824.p.
Peculium quomodo augeatur, 58.p.
Peculium pro bonis liberi hominis, 824.m.
Peculium aduentitium, 825.f.
Peculium caſtrenſe, 824.f.
Peculium caſtrenſe palatinorum ſeu aduocatorum, 825.p.
Peculium quaſi caſtrenſe, 824.f.
Peculium quaſi caſtrenſe , quod miles ex principis donatione acquirit, 825.m.
Peculium locuples, 1021.p.
Peculium paganicum, 825.f.
Peculium profectitium, 825.f.
Peculium Gallis pro donis paraphernalib. 824.m.
Peculiaris & peculiare quid , & eius variæ phraſes, 826.p.& m.
Pecuniæ nomine quid contineatur, 49.p.50.51.52.& 811.p.
Pecunia mercis nomine non venit, 455.m.
Pecunia dominica, 53.m.
Pecunia mutua, 53.p.
Pecunia mutua & numerata de nummis intelligitur, 51.m.
Pecuniæ nauticæ, 1070.
Pecunia numerata, 905.p.
Pecunia præſens, 53.m.
Pecunia publica,communis, 50.f.& 51.p.
Pecunia publica in vſus priuatorum conuerti non debet, 50.m.
Pecunia receptitia, 908.f.& 911.f.
Pecunia repræſentata, 53.m.& 569.p.
Pecunia in ſtatutis & ordinationibus quomodo capiatur, 51.m.
Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum , vel reditus,dicitur immobilis, 560.m.
Pecuniæ quando à principibus iactentur, 161.f.
in Pecuniæ reſtitutione cuius temporis valor inſpici debeat,an temporis contractus, 52.p.
Pecuniam imponere & colligere ſine Principis permiſſu non licet, 217.f.
Pecuniam penes ſe habere confitens , exceptionem non numeratæ pecuniæ non opponit, 412.m.
Pecuniam excutiens à manibus alicuius , qua pœna teneatur, 141.p.
Pecuniis qui nimiam operam prębent contemnendi, 51.p.
Pecunialiter agere qui dicantur,& phraſes, 52.f.
Pedagium quid, 149.m.
Pedamentum,quid, 289.m.& 795.p.
Pedamentorum genera, 795.m.materia,ibid.
Pedaneus iudex quis dicatur,& vnde, 289.m.
Pedanei iudices quid obſeruare debeãt in Gallia cum iuriſdictionem aſſumunt, 942.f.
Pedica quæ, 993.f.
Pedules faſciæ, 289.f.
Pellex quæ,& vnde dicatur, 727.m.& 727.p.
Pendere verbi ſignificatio & phraſes, 150.p.
Penes & apud quid differant, 442.p.
Peperiſſe non dicitur mulier , cui exſectæ filius mortuus eſt, 697.f.
Per dictionis vis,poteſtas,& phraſes, 711.m.790.f.791.
Peræquè, 365.m.
Peragere,& eius ſignificatio & phraſes,34.f.& 1000.p.
Peragere & agere quid differant, 35.p.
Peragere litem, 791.p.
Peragere reum, 791.p.
Percipere , quot modis ſumatur,& eius phraſes, 267.p.m.
Peritum quid dicatur, 141.m.
Perducere quid,& quot modis ſumatur, 810.m.
Perduelles à veteribus qui dicerentur, 1019.p.
Perduellionis reus,quis, 1019.p.
Perduellionis crimen ſpecialius ſumptum, 1019.p.
Perfectum quid dicatur, 65.f.711.f.& 957.f.
Perferre crimen adulterij,id eſt perficere, 1030.m.
Perferre rem,pro portare, ibidem.
Perficere,pro abſoluere,vel conficere, 957.f.
Perflugre, 791.p.
Perfunctorie in l.aut qui.§.1.quod vi aut clam. 205.p.
Periclitari, 487.p.
Periculi nomen quot modis vſurpetur, 485.f.
Periculum & damnum an differant, 485.f.
Periculum ſummum, 893.p.
in Periculo alicuius res quando eſſe dicatur, 486.p.
Periculum ſuum facere,quid, 953.f.
Periculoſus, 486.f.
Perinde quid denotet, 161.p.& 424.f.
Perinde atque, 340.m.
Perire res quando dicatur, 510.m.
Perire res fortuito caſu quomodo dicatur, 983.m.
περίγραμμα quid, 333.p.& 335.m.
Periurus is nõ eſt qui rem valere centum iurat,ſi plus valeat, 850.m.
Permanere,quid, 479.f.
de Permittendi materia, 1037.f.
Permiſſus pro conceſsione, 1037.m.
Permiſſum cenſetur quod non eſt prohibitum, 1037.f.
Permiſſum ratione neceſsitatis , ea ceſſante videtur prohibitum, 1038.p.
Permutare quid, 496.m.
Permutare pro ſimplici mutare, 497.p.
Permutatio quid , & an alienationis nomine veniat, 224.m.& 496.f.
Permutatio vt infirmetur literæ regiæ ſolent impetrari, 497.p.
Pernoctare,quid, 790.m.
Perpendere,quid, 932.p.
Perpetuo pro ſubiecta materia accipitur, 736.f.
Perraro,quid, 791.p.
Perſarum duo peccata, 296.p.
Perſequi rem quando quis dicatur, 414.m.
Perſequi pro exequi, 414.f.
Perſequi,pro proſequi, 415.p.
Perſecutionis nomine quid contineatur, 815.m.& quotuplex ſit, 273.f.

Perſecutio

Persecutio & actio quid differant, 815.m.
Persecutio etiam extra iudicium an locum habeat, 415.p.
Persecutio quando est prohibita, agere quis non potest, 275.f.
Persecutio in criminalib. dicitur vbi quis rem persequitur, 278.p.
Persoluere, quid, 790.f.
Personæ nomen continet & masculum & fœminam, 11.p.
Persona interposita, 474.p.
Personæ indiscretæ, 340.p.
Persona publica stipulari potest vsuras restitui, 1050.f.
Personæ singulares, 654.m.
Personæ quibus veritas celari non debet, 808.f.
Perterritus, 791.p.
Pertica quid, & an appellatione ligni comprehendatur, 794.f.& 795.
Pertinere quomodo quid dicatur, quando & quot modis, 585.p.821.m.& 822.
Is ad quem ea res Pertinet, quid comprehēdat, 454.p.
Pertinere verbi significatio apud Gallos vsitata, 823.f.
Pertinentes articuli, 823.p.
Pertinentiæ quid, 823.p.
Peruenire quid, & quot modis dicatur, 800.p.
Peruenisse quando ad alium quid dicatur, 483.f.& 573.f.
Peruenisse cum effectu quando quid dicatur, 783.p.
Pes, pedis, quid, & eius phrases, 289.p.
Pestilens, quid, 532.m.
Petere quot modis sumatur, & eius phrases, 520.p.
Peti vbi permittitur, & concedi, 520.f.
Petitionis verbo quid significetur, 814.m.
Petitio specialis & generalis ac vniuersalis, 521.m.
Petitiones quæ, 521.m.
Petitor pro actore, qui petit, 521.p.
Petitor & in rem & in personam, ibidem.
Petitorium, quid, 522.f.
Petitorium non prosequitur nisi possessorio discusso, 662.p.
Petitrix, 522.f.
Phiala, 917.m.
De Philippo Probo Ambianens. Officiali, 318.p.
Picturæ, 518.f.
Picturæ è domo non sunt tollendæ, siquis pro eis satisfacere velit, 517.f.
Pietatis opera patris in filium in quo consistant, 965.p.
Pignorationes seu repressalia, 26.f.&848.m.
Pignorationes in incolas non sunt concessæ, 1047.p.
Pignoratitia actio quid differat à quasi Seruiana, 1041.p.
Pignus quid, & ab hypotheca quid differat, 1039.f.& 1041.p.
Pignus quando liberatur, 345.m.
Pignus idoneum, 323.p.
Pignoribus datis, prius eorum fieri debet discussio, quàm fideiussor conueniatur, 739.m.
πάλαι quid, 643.f.
Pinearum nucum genera, 794.m.
Pinta, 917.m.
Pirata, quis, 953.f.
Piraticam facere, 953.f.
Piromela, 907.p.
Piscandi ius omnibus permissum non potest prohiberi, 160.p.
Piscaria quid, 160.p.
Piscina quid, 160.p.
Pistor quis, 515.p.
Pistor dulciarius, 515.p.
Pistrinum quid, 514.f.
Pistrina, 515 p.
Pistrinarius, 515.p.
Placere quid, & quot modis sumatur, 802.m.
Placet verbum cuius sit, 899.p.
Placet, mulier si dicat, turpe est, 802.f.
Placere verbum religiosis non conuenit, 802.p.
Placitum conuentum, 803.p.
Plaustrarius, quis, 93.f.
Plauti dictum de amicitia, 987.m.
Plebis nomine qui contineantur, 1038.f.
Plebs à populo quid differat, 1038.f.
Plebs vrbana & rustica, 875.p.
Plebem quot faciant, 529.f.
Plebiscitum quid, 1038.f.
Plenus, plenior, plenissimus, quid denotet, & eius variæ phrases, 655.per totam.
Plumbum, quid, 1074.f.
Pluralis numerus quando resoluatur in singularem, 735.m.
Plus, quid importet, & phrases huius dictionis, 191.m. 528.p.& 849.f.
illud Plus omne, & quicquid plus valet, in instrumentis appositum, quid denotet, 850.p.
Plus dictio nihil operatur in testibus, ibidem.
Plus in nominationibus additū quid denotet, ibid.m.
Plus vel modicum apud Principes quomodo sumatur, ibidem, f.
Plus etiam absurditatis vitandæ causa refertur ad infinitum, ibidem, f.
Plus petere causa quid sit, 200.m.
Plusculum, 528.m.
Plures dictio quot requirat, 272.f.
Pluris dictionis phrases, 851.p.
Pluríssve adiectio quid contineat, 850.p.
Plurimus dictio, quot personas requirat, 273.f.
Poculentum, 325.f.
Pœna quid, & vnde, 685.f.687.p.& 689.f.
Pœna & mulcta quid differant, 687.m.688.& 1079.m.
Pœna & mulcta quo tempore inuentæ, 693.
Pœna pecuniaria parti debetur: mulcta vero fisco, 694.f.
Pœna infamat, mulcta vero non, 694.f.
Pœna à quo infligi possit, aut debeat, 690.p.& 692. f.
Pœna non continet nisi primum heredem, 453.f.
Pœna hominem quando sequatur, 684.f.& 685.p.
Pœna delicto quando non infligatur, 137.p.
Pœna capitalis quid, 601.f.& 604.m. dicitur tripliciter, 689.p.
Pœna capitis cum pecuniaria non debet coniungi, 688.m.
Pœna dupli & quadrupli, 688.m.
Pœna legitima, 679.f.
Pœna pecuniaria, quæ, 688.m.
Pœna ordinaria, & extraordinaria quæ, 1055.f.
Pœna pecuniaria in seruum non cadit, 689.m.
Pœna semel irrogata & declarata non præscribitur, 693.m.
à Pœna quando non est prouocatio, 1079.m.
Pœna non potest declarari, nisi parte citata & audita, 1080.p.
Pœna vbi non à lege statuitur, arbitrio iudicis relinquitur, 691.f.
Pœna detinentis debitorē sui in carcere priuato, 355.f.
Pœnas mitigandi, vel augendi causæ quæ, 690.f.
Pœnæ moderatio cum causæ cognitione fieri debet, 690.f.
Pœnæ restringendæ, non extendendæ, 766.p.
Pœnæ aliquot in calumniatores ex const. Regiis, 1010.p.
Pœnas comminantur vsque ad tertiam monitionem iudices Franciæ, 694.p.
Pœnas commutant curiæ supremę, non aliæ curię inferiores, 691.m.
ποινάμα, quid, 685.f.

Poetarum auctoritas in iure quantum valeat, 1033 p.
Polliceri pro promittere, 82 p.
Pollicitatio, 82.p.
Pomarium, quid, 907.p.
Pomœrium, quid, 907 p.
Pomi significatione quid comprehendatur, 906.f.
Poma curtipendia, 907.p.
Pomi nomine quid cōprehendatur in Gallia, 907.p.
Pompeia lex de parricidiis habet locum in sponso & sponsa, 707.f.
Ponere quot modis sumatur, & eius phrases, 660.p.
in Ponderatores iniquos, & eos qui falsis mensuris vendunt, 972.f.
Popina, 903.p.
Popino, 903.p.
Populi nomine vniuersos ciues contineri, 1039.p.
Populi nomine quando clerici contineantur, & quando non, 1039 p.
Populus Gallicus ex quibus consistet, 1038 f.
Porrigere, verbi variæ acceptiones & phrases, 853.p.
Portari proprie quæ dicantur, 1031.p.
Portare pro baiulare, & gerere, 1031.m.
Portentum, quid, 286.m.
Porter, quomodo à Gallis vsurpetur, 1031.f.
Porticatio, 421.p.
Porticus, quid significet, & quis inuenerit, 420.f.
Porticus ambulatoria, 421.p.
Portio competens, 394.p.
Portio pro rata & virili, 780.f.
Portio pro quarta, ibid.
Portio & pars idem, 777.p.
Portio pro simili, secundum gloss. 780.f.
Portiuncula quid, 778.m.
Portitor quis, 158.p.& 894.f.
Portitor pro tabellario, 895.p.
Portitor pro nauta, 895.p.
Portorium, quid, 158.p.& 894.f.
Portorium pro seruis non solui, 894.f.
Portus, quid, 420.f.
Portus sunt publici, & solutū in eis Rex capit, 421.m.
Portus vel mare an nomine ciuitatis cōtineatur, 25.p.
ad Portus conseruationem quilibet tenetur, & quomodo, 421.f.
ad Portum requisita, 425.m.
Portus pro loco tuto, 420.f.
Positiones quæ, 660.f.
Positiones apud dicanicos quomodo capiantur, 660.f.
Positioni captiosæ nō tenetur quis respondere, 477.f.
Possidere & tenere quid differant, 358.f.
Possidere pro detinere, 507.f.
Possidere suo iure, 647.m.
Possidere pro herede, 237.f. pro possessore, ibid. pro donato, ibid. pro derelicto, ibid. pro legato, ibi. pro dote, ibid. pro suo, ibid. pro soluto, 238.p. pro emptore, ibid. pro transacto, ibid.
Possedisse quis dicatur maiore parte anni, 32. m. & 752.p.
Possidenti actio non datur, 141.p.
Possidendi iusta causa, 884.m.
Possessionis nomen quid denotet, 502.p. vnde dicatur, 635.p.
Possessionis definitio data ab Alciato reprehenditur, 635.p.
Possessio bonorum, & bonorum possessio quid differant, 507.f.
Possessio bonorum ordinaria & extraordinaria, 1054.m.
Possessio quando pro proprietate accipiatur, 506.p. & 507.m.
Possessio quando continuetur in heredem, 453.p.
Possessio corporalis, 290.f.
Possessio nuda, 657.m.
Possessio precaria, 886.f.
Possessio temporaria, 86.p.
Possessio suburbana, 875 p.
Possessio vicaria, 507.f.
Possessio beneficij cum simplici signatura acquiri potest, 598.p.
Possessionem vno actu momentaneo acquiri, 633.f.
Possessiones suas qui donat, quid transferat, 506.m.
Possessionum nomine in Gallia quid veniat, 506.f.
Possessor quis, 508.p.
Possessor bonæfidei legis Flauiæ crimine non tenetur, 618 p.
Possessor certus & incertus quis dicatur, 302.p.
Possessor rerum pro domino, 507.p.
Possessor iuris quis sit, 722.f.
Possessor nouus, 255.p.
Possessor nouus præsumitur vitiosus, si de antiquiori appareat, 620.p.
Possessores prædiorum rusticorum magis idonei quàm vrbanorum, 874.f.
Possessores rerum hypothecæ tit. subiectarum quomodo conueniendi, 1040.m.
Possessorium, quid, 522.f.
Possessorium plenum persequi quis non potest, donec prima sententia fuerit executioni mandata, 415.m.
Post dictionis significatio, & eius phrases, 35.m. 138.p.& 139.f.
Post diem decimum, quid, 696.m.
Postea dictio quid denotet, 138.p.& 139.f.
Posterorum appellatione etiam posthumi veniunt, 775.m.
Posthumi nomen quot modis dicatur, 775.m.
Posthumus alienus, 458.m.
Posthumus natus exsecto ventre matris rumpit testamentum, 698.p.
Posthumus quando testamentum rumpat, 1004.m.
Posthumus rem per consanguineum venditam retrahere potest, ibid.
Posthumo nato in integrum restitutio competit, 1092.m.
Posthumo donatio fieri quomodo potest, 1094.f.
Posthumi quibus casibus filiorum nomine non contineantur, 776.m.
Posthumi etiam ad retractum admittuntur, ibid.
Posthumi quoad commodum aliorum nati non censentur, 1095.m.
Posthumis dari tutor potest, 748.f.
Posthumis substitui potest, 749.p.
Postliminij ius, 42.f.
Postponere, 663.f.
Postquam dictio quid denotet, 139.f.
Postulare pro nuru etiam prohibitus potest, 367.f.
Potus, 325.f.
ad Potus æquales bibere, 325.f.
Potest verbi significatio & phrases, 108.f.
Posse vel non posse fieri quando quid dicatur, 668.p.
Posse ad difficultatem relatum, 1024.m.
Possumus illud quod iure possumus, 666.f.
Potest verbum ad futura extendi, 83.m.
Potestatis nomine quid significetur, & eius variæ acceptiones, 935.m.936.937.938.& 939.
Potestatis verbum vnde ducatur, 938.f.
Potestas duplex, 935.f.
Potestas latissima quæ, 648.f.
Potestatis verbum ad patronum relatum, pro facultate, 937.m.
Potestatis verbum in noxæ deditione, pro facultate, seu copia, 937.m.
Potestas, ratione patris, quid denotet, & quatenus extendatur, 857.p.& 936.f.

Potestas & magistratus simul iuncta quid denotent, 935.f.
Potestas domini in seruos, 939.f.
in Potestate habere seruum, quoad noxę deditionem, quid, 937.f.
in Potestate esse res quando dicatur, 939.f.
Potestatis suæ quis dicatur, 939.f.
Potestatem sui facere quis dicatur, 939.p.
Præceptio, quid, 405.m.& 483.p.
Præceptor pueris qualis esse debeat, quid monstrare, & quibus moribus, 405.f.410.p.413.m. 414.p.
Præceptoris indulgentia & sæuitia damnantur, 409.f. & 413.m.
Præceptum, quid, 482.f.
Præceptum iudicis, 483.p.
Præceptum nudum, 483.p.
Præcidere verbum quid, & quot modis vsurpetur, 263.p.
Præcipere, quid, 482.f.
Præcipere, pro præaliis capere, 483.p.
Præcipuum quid, 405.m.& 483.m.
Præcipuum legatum, 405.m.
Præcisè, 263.m.
Præcisiorem se facere, 954.p.
Prædium, quid, 635.m.
Prædium & fundus quid differant, 632.p.& 635.f.
Prædium pro ædificio, 874.m.
Prædia censeri quæ dicantur, 620.f.
Prædium litigiosum, 281.f.
Prædium suburbanum, 875.p.
Prædium voluptarium, 517.p.
Prædia vrbana quæ, 872.p.& 874.m.
in Prædio vrbano quis capi non potest, 874.f.
Prædiorum iura quæ, 531.p.
Prædo quis dicitur multis modis, 643.p.
Prædo non recuperat sumptus, nisi res sit effecta melior, 617.m.
Præesse, quid, 410.m.
in Præfationibus quæ dicuntur, in sequentibus repetita censentur, 716.m.
Præfectus ærario, 762.m.
Præfectus prætorio, 871.f.
Præfecti vigilum an teneantur de amissis, 790.m.
Præfecti vigilum officium in Francia vilescit, 587.f.
Præferre, pro anteponere, 1030.m.
Prælati quando dicantur mercenarij, 455.f.
Prælati vel beneficiati non possunt syluam cædere ni si cæduam, 241.p.
Prælegare, quid, 249.p.
Prælegatum quid, 249.p.
Præmittere multis modis dici, 609.p.
Præoccupare, quid, 37.m.
Præponere quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 662.p.& 663.
Præpositus personæ magis solicitus esse debet quam rei, 409.f.
Præpositus agentium in rebus, 662.m.
Præpositus carceri, 662.m.
Præpositi laborum qui, 662.m.
Præpositus marescallus domicilium habentem non iudicat, 1047.f.
Præpositus mercibus, 663.p.
Præpositus sacri cubiculi, 662.f.& 903.p.
Præpositi sacrorum scriniorum, 662.f.
Præpositus apud Gallos quis, 662.f.
Præpositura pro dignitate, 663.p.
Prærogare quid, 599.m.
Præscribere quid, & quot modis sumatur, & huius verbi phrases, 1058.f.
Præscriptio moratoria quæ, 1012.p.
Præscriptiones temporales, 86.p.
Præscriptio triginta annorum cognita à Iurisconsul. contra doctor. 223.p.
Præscriptio decennalis & vicennalis, 877.p.
Præscriptiones in Gallia quot annis præscribantur, 876.m.
Præscriptis verbis actio, 1058.f.
Præsens quis esse dicatur, 935.m.
Præsens non est qui non intelligit, 923.f.
Præsens pro absente, 879.f.
ad Præsentandum sex menses patrono ecclesiastico dantur, & quatuor laico, 989.p.
Præses quis, 410.m.
Præstare, quid, quot modis vsurpetur, & eius phrases, 670.f.& 671.
Præstituere, quid, 337.m.
Præstitutus dies, 337.f.
Præsumptiones pro instrumento, 586.p.
Præter quid, 195.p.
Præter vel contra quando fieri dicatur, 194.p.
Præterea, 195.p.
Præteritum excludit præsens, 205.p.
Præteritum an præsens contineat, 84.m.
Prætermittere, quid, 609.p.
Prætoris appellatio quid contineat, 871.f.
Prætor vrbanus, & peregrinus, 875.p.
Prætorum mos in edictis proponendis vt mutatus, 767.f.
Prætores non habuisse authoritatem legis condendæ, 644.f.
Prætoris cognitioni quando relinquitur, iudex debet cognoscere, 277.m.
Prætor sequens, 349.f.
Prætorius, a, um, 872.p.
Prætoria via, 872.p.
Prætorium quid, & eius variæ acceptiones, 871.f.
Præuaricator quis, & vnde dicatur, 925.m.f.
Præuaricatoris punitio, 926.p.
Pratum quid, & quotuplex, 266.m.
Pratum in culturam redactum an sit nouale, 252.m.
Prato locato vel vendito arbores in eo contentæ videntur locatæ vel venditæ, 266.f.
Praxis Franciæ quando appellationi acquiescere liceat, 29.f.
Praxis curiarum in mulcta, 44.f.
Praxis frequens clausulæ, si opus fuerit, 68.m.
Praxis pro his qui testes interrogant, 81.m.
Praxis notariorum, 84.f.& 562.m.
Praxis iudicum, 84.f.
Praxis notabilis, quando plus probatur debitum, quam petitum fuit, 85.m.
Praxis Regni contra debitores pecuniæ, 110.m.
Praxis Regni Franciæ in conueniendis heredibus, 125.m.
Praxis Regni Franciæ pro creditoribus post confiscationem, 188.p.
Praxis ad sedandum dolorem mulierum parturientium, 215.f.
Praxis an mortuo condemnato bona peti possint, 234.m.
Praxis circa denuntiationem quæ fit parti, vt succidat radices, 245.p.
Praxis contra nolentem declarare super quo appellauit, 263.m.
Praxis animalium oberrantium, 264.p.
Praxis probandi mortua animalia, 265.p.
Praxis certissima officium iudicis non dari, nisi petitum, 276.p.
Praxis circa petitionem officij iudicis, 277.f.
Praxis pro subscriptionibus, 293.p.
Praxis, vt signum Regis demere non liceat, ibid.m.
Praxis in attestationibus faciendis super casu aliquo, 300.m.

Praxis

Praxis Regni quoad noui operis nuntiationem, 305.m.
Praxis in armorum gestatione, 314.p.
Praxis de puniendis clericis propter arma in crimine priuilegiato, ibid.m.
Praxis iudicum in concedenda gestatione armorum, 315.f.
Praxis in eligendis idoneis tutoribus, 322.m.
Praxis circa victus dationem, 327.m.
Praxis vt cogatur iudex iudicare, 336.p.
Praxis quoad tutores instituendos, 339.m.
Praxis in iis quæ vi metúsve causa fiunt, 346.f.
Praxis Franciæ circa bonorum appellationem, 362.m.
Praxis testium deponentium de cognitione mulieris, 397.f.
Praxis pro rebus inuentis in littore, 573.p.
Praxis notarij cui instrumenta sunt commissa, 586.p.
Praxis in condemnatione criminum, 602.m.
Praxis Franciæ in actione de tigno iuncto, 618.p.
Praxis huius Regni pro scholasticis, 666.m.
Praxis in obligationibus persequendis, 817.m.
Praxis Franciæ in contractibus rescindendis, 981.m.
Praxis in actione hypothecaria exercenda, 1040.m.
Praxis pro dicanicis in noxalibus actionibus, 1042.m.
Praxis pro conueniendis minoribus, 1045.p.
Praxis in executionibus faciendis, 1052.f.
Precarium quid, 983.p. eius natura, ibid.
Precarium à commodato quid differat, 983.p.
Precarium à donatione quid differat, 910.m.
in Precario quid præstetur, si perierit, aut deterius factum fit, 983.p.
Precario rogare, 600.p.
Preces quæ fundendæ pro principibus, 1014.f.
Prehensio quid, 633.f.
Prehensio à parte parti, cum in carceres vterque detrudebatur, reprobata, 940.m.
Prehensio quando possit reprobari, 991.p.
Prendre & reconoir an differant, 476.p.
Presbyteræ mulieres quæ, 15.p.
Pretij appellatione quid veniat, 51.m.
Pretium quando loco rei succedat, 134.m.
Prætium iustum, 887.p.
Pretium ex re debitum, quod peruenit, quomodo restituatur, 799.f.
Pretium pro re inuenta non potest quis licite accipere, 867.p.
Pretium capti in bello, 641.p. ad quem pertineat, ibid.
Pridem & iampridem, 127.p.
Primogenitus quis, & de ordine primogenituræ, 558.f.& 751.p.
in Primogenito statutum an in primogenita locum habeat, 12.p.
Primogenitus ex præcipuo nihil soluit, 202.f.
Primogenitus quæ possit retinere, 160.m.
Primogenituræ ius non est inter mulieres, 12.p.
Primus quis, 750.f.
Prima fronte, quid, 943.f.
Princeps an data alteri auferre & restituere videatur, 188.m.
Princeps concedens possessiones suas, & proprietatem donare videtur, 506.m.
Princeps ciuitatis, 865.m.
Princeps delicti, 865.m.
Princeps familiæ quis dicatur, 865.p.
Princeps senatus, 865.m.
Principis cura quo tendere debeat, 406.p.
Principis vsibus destinata extra commercium hominum sunt, 538.p.
à Principis voluntate quod dependet, dicitur impossibile, 723.p.
in Principes tyrannidem exercentes in subditos, 1014.m.
Principes tres super mundum, ibid.f.
Principalis, id est præcipuus, 865.m.
Principalium ciuitatis priuilegium, 602.f.
Principalis prius est discutiendus, quàm fideiussor, 739.p.
Principali condemnato fideiussor conuenitur, 743.m.
Principia quid, 828.p.
Priuatum quot modis quid dicatur, 1049.p.
Priuatæ res Principis, 1048.f.
Priuatus quis dicatur, 1048.m.& 1049.p.
Priuatus in hoc Regno non dicitur creditor in popularibus, 109.f.
Priuatus delinquentem capere non debet, 990.f.
Priuatorum consensus iudicem non facit, 1049.f.
Priuignus si diuortio facto nouercam cognoscat, non committit incestum, 618.p.
Priuilegium dilationis datum debitoribus intelligitur de præteritis creditoribus, 83.m.
Priuilegium concessum alicui an ad familiam extendatur, 308.f.
Priuilegium non intelligitur de primo actu, 542.f.
Priuilegium an contineatur nomine instrumenti, 584.m.
Priuilegium non facta mentione de possessore bonæ fidei non valet, 619.p.
Priuilegium concessum nobili, filiis & generis, censetur concessum maritis neptum, 707.m.
Priuilegium concessum alicui & suis descendentib. masculis & fœminis, an extédatur ad filias nuptas, 863.f.
Priuilegia Parisiensibus concessa, 709.m.
in Priuilegiis etiam fœminæ continentur sub masculis, 12.f.
Priuilegiis ciuitatis an gaudeat qui in ciuitate non habitat, 897.m.
de Priuilegiis quibusdam minorum, 1045.p.
Pro dictionis vis, & phrases, 236.f. 237. per totam, & 238.
Probare quot modis accipiatur, 115.m.
Probare reus quando teneatur, 87.p.
Probari vnum ex multis quando sufficiat, 38.4.p.
Probabile quid, & quotuplex, 116.m.
Probabiles sumptus, 115.m.
Probatio quid sit, & quotuplex, 116.f.
Probatio per similitudinem an valeat, 703.f.
Probatio cui competat quem sine liberis decessisse, 735.
Probatio ei incumbit qui se proximiorem dicit, 750.m.
Probationes euidentissimæ, 809.p.
Probe, 318.p.
Probitas, 318.p.
Probrum & opprobrium quid differant, 316.m.
Probrum natura Papa, Princeps & consuetudo an possint permittere, & remittere, 317.m.
Probra moribus ciuitatis tantum contrariis tolluntur, ibid.
Probus, a, um, 317.f.
Probus, nomen viri, 318.p.
Procedere quid, & quot modis accipiatur, 48.p. & 912.p.
Processus vnde, & quid contineat, 48.m.
Processus in templo factus an valeat, 487.f.
Processum inchoatum contra vsufructuarium dominus resumere non tenetur, 208.f.
in Processu criminali status & qualitas carceratorum describi debet, 532.p.

Processus non censetur interruptus, si pars vltimo die anni compareat, 702.m.
Procurator cur satisdet, 433.m.
Processus pro progressu, 48.m.
Proclamare ad libertatem, 201.m.
Proconsul quomodo pro vxore teneatur, 860.m.
Procurantes adire curiam expensis ciuitatis vt sua negotia tractent, 152.p.
Procurationes pro modo possessionum soluendæ, & viarum reparatio, 421.f.
Procurator Regius in Francia publica prosequitur, non priuatus, 109.f.
Procurator alienare quando sine speciali mandato possit, 119 f.
Procurator reuocari semper potest, 132.f.
Procurator ad omnes actus constitutus poterit negotia administrare, 167.f.
Procurator mandatum antequam notificatum sibi fuerit, exercere non potest, 301.p.
Procurator se immiscendo hereditati facit heredem dominum, 646.p.
Procurator delegationem recipere non potest, 833.f.
Procurator constitutus in causis, an ad futuras trahatur, 84.p.
de Procuratoris constitutione, 281.p.
Procurator in diem, 31.p.
Procurator falsus, 887.p.
Procurator fisci non probat se procuratorem, 157.f.
Procurator idoneus, 323.p.
Procurator instructus, 829.f.
Procurator interpositus, 474.f.
Procurator iustus, 887.p.
Procurator in rem, quis dicatur, 54.m.
Procurator verus quis, 89.m. & 941.p.
Procurator vniuersitatis non est singulorum, 654.m.
Procuratorem an sufficiat constituere, quando requiritur præsentia, 923.f.
Procuratore petente contra promissionem debitori factam quid obseruandum, 846.m.
Procuratores non possunt retinere scripturas partium, 637.f.
Procuratorium bonum quid sit, 364.m.
Prodere pro propagare, 859.m.
Prodigium quid, 286.m.
Prodigiosi an testamentum rumpant, 286.f.
Prodigiosi an promoueri possint, 287.m.
Producere quid, & quot modis sumatur, 809.f.
Productio quid, & quando fieri debeat, 87.m. & 810.p.
Productio quarta testium non seruata solemnitate valet, 662 p.
Productio testium post publicationem valet, ibid.
Profanum, quid, 154.p.
Proferre quid, & eius phrases, 737.p.
Proferre, pro protrahere, 1030.m.
Proferre diem, 31.f.
Proficere, quid, 957.f.
Profiteri, quid, 150.m.
Profiteri quis tenetur nouitia & mancipia, 898.f.
Professio quid, 150.m.
Professio tacita contrahitur, si quis per annum permanserit in religione, 702.f.
Professores qui, 150.f.
Professores an alia munera subire possint, 412.f.
Professus religionem est in numero filiorum, 734.f.
Prohibere plus est, quam restituere, 493.m.
Prohibere per manum, 121.f.
Prohibendi vim tacitam verba quæ habeant, 1036 f.
Prohibitio quibus casibus in contractu procedat in testamentis, 184.p.
Prohibitum ad tempus, finito tempore, permissum esse censetur, 1037.f.
Proiicere quid, 1071.f.
Proiectum quid, & ab immisso quid differat, 1071.f. & 1072.p.
Proinde, 425.p.
Promere sententiam, 338.p.
Promiscue, 338.m.
Promittere quid significet, & an contineat stipulationem, 81.p. 437.f. 609.p. & 805.m.
Promittere prohibetur qui alienare non potest, 223.m.
Promittens opus facere, perficere debet, & cur, 65.p.
Promittens de suo facto an de facto heredis teneatur, 269.m.
Promittens vendere centum minus quam aliis, 271.m.
Promittens, si talis non soluat, aut soluere non poterit, non tenetur, si creditor sit negligens petere, 739.p.
Promittens simpliciter non discutitur ante principalem, 740.p.
Promittens die Paschatis soluere, aut cum ei placuerit, quomodo teneatur, 836.p.
Promittens per se aliquid, si quis furetur, non tenetur, 846 f.
Promittens facere constituitur in mora sine interpellatione, 847.m.
Promittens aliquem ratificaturum, in quo teneatur, ibid.
Promissio in testibus quomodo intelligatur, 81.p.
Promissio ante donationem quid operetur, 464.f.
Promissio facta, cum quis poterit, quomodo intelligatur, ibid.
Promissio facta à milite cum poterit, quomodo intel ligatur, 666.m.
Promissio alieni facti non valet, 847 p.
Promissor, quis, 81.f. & 867.f.
Promissum quomodo retractari possit, 401.m.
Promissor quando curare teneatur, 846 f.
Pronomen causa demonstrationis quando ponatur, 556.m.
Pronomina meum, tuum, suum, quando verum non denotent dominium, 556.m.
Pronuntiare, quid, & quot modis sumatur, 335.m. & 336.
Pronuntiare & statuere quid differant, 335.m.
Pronuntiatio, 336.m.
Pronuntiatum pro sententia, 336.p.
Pronurus, 367.p.
Prope quid, 227.p.
Propemodum, vrbanitatis nota, 535.m.
Propinquorum vel proximorum appellatione qui contineantur, 751.p.
Propinqui verbum fœminas etiam comprehendit, 11.p.
Propolæ seu reuenditores, 1013.f.
Proponere quid significet, & eius phrases, 663.m.
Propositio apud dialecticos quid, 663.f.
Propositum quid, 663.m.
Propositum non deductum ad effectum non nocet, 995.p.
Proposito delinquere quid sit, 663.f.
Proprietas pro dominio, 504.p.
Proprietas dicitur sine vsufructu, ibid.m.
Proprietas rei emphyteuticæ, 505.m.
Proprietas quæ dicatur nuda, ibid.p. & 656.f.
Proprietas plena quæ dicatur, 655.m.
Propfietarius quis, 505.p.
Propsium quot dicatur modis, 502.f. & 503.
Propter & ob causam remotam significant, 403.m.
Proreta, quis, 1071.p.
Prorogare, quid, 599.m.
Prorogare arbitrium, 472.p.

Prorogatio iurisdictionis quomodo fiat, 599.f.
Prorogatio in Francia non fit sine domini consensu, 599.f.
Proscindere terram, quid, 251.p.
post Prosecutionem criminis an agi possit, 109.m.
Prosocrus quæ, 733.p.
Prospectus seruitus, 658.p.
Prospicere quid, 658.p.
Prostibula, quæ, 870.f.
Prostibulæ mulieres, ibid.
Prostituere, quid, 337.f.
Protegere, quid, 1072.p.
Protectum quid, 1072.p.
Protestari, quid, 304.f.
Protestatio conseruat ius, 128.p.
Prouentus quid, 499.m.
Prouincia, quid, 847.f.
Prouincia addita Regno legibus Regni vtitur, 631.m.
in ea Prouincia in qua quis erat ortus, officia olim non habebat, 848.m.
Prouincia, regio Galliæ, 847.f.
Prouinciales legati, 847.f.
Prouocatio iusta, & iniusta, 887.f.
Proximi nomen quot modis vsurpetur, 557.f. & 558. & 750.m.
Proximorum vel propinquorum appellatione qui contineantur, 557.f. 750.m. & 751.p.
Proximus agnatus, cognatus, 750.f.
Proximus in bonorum possessione quis dicatur, ibid.m.
Proximus quomodo dicatur sailitus, 557.m.
Proximus pubertati, 558.m.
Proximi verbum fœminas comprehendit, 11.m.
Proximi sacrorum scriniorum, 750.f.
Proximiorem se dicenti, onus probandi incumbit, 750.m.
Pubertas quousque extendatur, 905.f.
Publicani qui dicantur, 148.p.
Publicani testimonium non dicunt, 148.f.
Publicani an munera subire teneantur, ibid.
Publicanus propter prohibitionem extractionis frumenti remissionem mercedis petere potest, ibid.
Publiciana actio cui competat, 616.m.
Publicum quot modis dicatur, 155.m.
inter Publica quæ habeantur, 153.p.
Puella apud matremsa. debet custodiri, 339.f.
Pueri nomine quid significetur, 905.m. & 769.p. & quando puella comprehendatur, 905.m.
Puer quando intestatus dicatur, 445.p.
Puer beneficia curata habere non potest, 905.f.
Puer ad sacros ordines admitti non potest, ibid.
Puer an teneatur processum à patre inchoatum post mortem eius reassumere, 906.p.
Puer contrahere non potest, ibid.
Puer clericum verberans absolui potest, ibid.
Puer quando teneatur litigare super causa status, ibid.
Puer quando super petitorio procedit, ibid.
Puer quando teneatur in militiam ire, ibid.m.
Puer non accipiens inuestituram per annum non perdit feudum, ibid.
Puer canonem per triennium non soluens, res emphyteuticarias non perdit, ibid.
Pueri vel puellæ quando testari possint, ibid.
Puero non fit appellationis intimatio, 906.p.
de Puero suspenso sub brachiis ob delictum, ibid.f.
in Puerum omne delictum cadit, excepto carnis delicto, 905.f.
Puerilis ætas, 905.f.
Puerpera quid, & vnde, 769.p.
Puerpera priuilegia quæ habeat, 215.f. & 769.f.
Puerperialia communia, 769.f.
Pugiles qui dicantur, 738.m.
Pugillares tabulæ, 737.f. & 738.p.
Pulsare & verberare quid differant, 929.f.
Puniri quando quis debeat, 684.f. & 685.p.
Puniri extra ordinem qui dicantur, 1055.f.
Punitur quis ob peccatum aliorum septem ex casibus, 685.p.
Puniendus quis non est sine culpa, 684.f.
Punitorum corpora quatenus concedenda, 1038.f.
Pupillus vt quis dicatur, quot requirantur, 1044.p.
Pupilli nomen vnde, ibid.f.
Pupillus is non dicitur qui in vtero est, 770.p.
Pupillus quando possit deponere, 582.f.
Pupillus non soluit sine tutoris authoritate, 617.m.
Pupillus quando de dolo tutoris teneatur, 980.f.
Pupillus etiam de eo dicitur qui in patris potestate est, 1044.f.
Pupillus quando teneatur litigare, 1045.p.
Pupillaris, e, 1044.p.
Purgatio legalis & canonica quæ, 1034.p.
Purgatio per ferrum candens, 1034.p.
Purgatio vulgaris, 1034.p.
Purum quid dicatur, & quot modis, 98.p.
Purus locus, quis, 237.m.
Purè & præsenti die deberi quid dicatur, 928.p.
in eo quod Purè debetur, si dies tacitè inest quid iuris, ibid.m.
Purè dari certo loco stipulatus quando exigere debeat, ibid.
Putare verbum quid significet, 242.p.
Putator, 242.m.
Puta dictio, 242.m.
Putasne, 896.f.
Putearij, qui, 759.p.
Pythagoræ dictum de magistratibus, 1050.m.

Q Q

QVadrantal quid, 916.f.
Quadrupedis dominus si soluendo non sit, actio datur in eum, cuius dolo damnum datum est, 629.m.
Quærere verbi variæ acceptiones, & phrases, 704.p.
Quæstionis nomen quot modis sumatur, 704.f.
Quæstio quando profertur à lege, & ab homine, quo modo capiatur, 705.p.
Quæstio iuris, ibid.m.
Quæstores qui, & vnde dicti, ibid.m.
Quæstus quid, ibid.m.
Quæstum facere, ibid.m.
Qualis & qualiter quomodo capiantur, 532.f.
Qualis qualis, 533.p.
Qualitas quid sit, & quomodo diuidatur, 531.f.
Qualitas intrinseca, & extrinseca, 533.m.
Qualitas apposita in actu excludit fœminam à viro, 12.m.
Qualiscunque dictio quid denotet, 105.m. & 533.p.
Qualiscunque & masculum & fœminam continet, 10.f.
Qualitercunque, dictio quid denotet, 105.m.
Quàm & tam dictiones quid significent, & earum vtilitas, 16.m.
Quam celerrime, quam ocyssime, 791.f.
Quandoque quid denotet, 511.m.
Quanta pecunia ex hereditate Lucij Titij ad te peruenit, clausulæ vis, 575.m.
Quanti ea res est, in multis legibus explicatum, 818.p.
Quanti ea res est, de damno intellectum, quid comprehendat, ibid.m.
Quanti ea res est, ex decisione legis nonnunquam exponendum, 819.p.

Quanti ea res erit, accipiendum nonnunquam pro ratione materiæ, ibid.m.
Quanti interfuerit, quid, 818.m.
Quanti deterior res facta sit, quid, ibid.f.
Quanti plurimi fuerit, ibid.f.
Quanti actor in litem iurauerit, ibid.
Quanti relatum ad pretium, 819.f.
Quanto dictio quomodo vsurpetur in iure, 820.m.
Quanto minoris actio Prætoria, & ciuilis, 830.p.
Quantum quid denotet, 576.p.
Quantum ad numerum relatum, 819.m.
Quantum relatiue, interrogatiue & indefinite sumptum, ibid.
Quantum facere poterat, 819.f.
Quantum pro quoad, 830.m.
Quantumcunque dictio quid denotet, 105.p. & 830.m.
Quartæ appellatione quid veniat, 779.m.
Quasi quid significet, & eius phrases, 596.f.
Quasi proprietatis causa, 505.m.
Quatenus dictio quot modis vsurpetur, 622.f. & 623.p. eius phrases, 432.m.
Quatenus facere potest, quid, 954.f.
Quatenus facere possunt qui condemnentur, 623.p.
Quemadmodum dictio quomodo accipiatur, & eius vtilitas, 390.f.
Quercinus populus vnde dictus, 1035.p.
Querela an sit actio, 705.f.
Querela pro querimonia, 705.f.
Querela inofficiosi testamenti, 705.f.
Querela nouitatis, 706.p.
Querela de nouis dissaisinis, 706.p.
Queror pro conqueror, 705.f.
Quia, dictio, quid significet, 60.p.
Quicunque masculum & fœminam continet, 10.m.
Quidem dictio, 311.p.
Quilibet dictio quid significet, & eius natura, 104.m.
Quilibet & quisis, an fœminam contineant, 10.f.
Quin, 335.p.
Quinetiam pro præterea, 411.f.
Quinimo, 335.p.
Quis dictio & masculos & fœminas continet, 6.m. idem dicendum in dictione qui, 10.p.
Quiscunque dictio, 103.m. & 690.f.
Quisquis dictio quid denotet, 104.p.
Quisquis an fœminas contineat, 10.m.
Quuis dictio quid denotet, 104.p.
Quomodo, 753.p.
Quomodolibet quid denotet, 104.f.
Quoniam particula, & eius significatio, 120.m.
Quoque quot modis sumatur, 309.p.
Quoquomodo quid denotet, 104.f. & 753.p.
Quotiescunque, 288.f.
Quousque quomodo in iure capiatur, 573.m.

R R

RAdere picturam, monetam, 131.m.
Rapere quid, & quot modis vsurpetur, 89.m.
Rapere & amouere quid differant, 89.m.
Rapere viros an mulieres soleant, 80.f.
Rapiens virginem nondum viripotentem qua pœna puniatur, 90.m.
Rapta an raptori, & quando nubere possit, 90.p.
Raptor quis dicatur, 89.f.
Raptor qua pœna puniatur, 90.p.
Raptus quid, & vnde dicatur, 89.f.
Ratihabitio sequitur actum, 390.f.
Ratio quid sit, 553.m.
Ratio pro consideratione & respectu, 553.m.
Ratio accepti & expensi, 1026.p.
Ratio accepti prius, quam impensi quærenda, 547.f.
Ratio implicita, 553.f.
Ratio naturalis vice legis est, 899.m.
Ratio in lege scripta omnes comprehendit casus, 3.p.
Ratio vbi eadem, eadem quæstio, 899.p.
Ratio nuda debitorem non facit, 657.p.
Rationis vis ac potestas, 899.m.
Rationem reddere qui teneantur, 544.p. & 545.
Rationem reddenti de impensis magnis credi non debet, 548.p.
Ratione nihil melius, nec diuinius, 899.m.
Rationes edere, & reddere quid differant, 543.m.
Rationes confusas qui edit, in eo præsumi dolum, 546.f.
ad Rationes reddendas condemnatus, quid agere debeat, 547.m.
Rationes quando pluries sint reddendæ, 548.m.
ne Rationes reddantur, remitti an possit, 549.p.
in Rationibus reddendis quæ requirantur, 546.m.
Rationibus confectis, volumina facta reddi debent, ibid.f.
Rationum libri forma, 545.f.
Rationum librum perdidisse dicenti non creditur, 546.f.
Ratiocinator, 553.f.
Ratiocinium, 553.f.
Rationalis, 553.f.
Rationarius, 553.f.
Reatus quid, & à culpa quid differat, 868.m.
in Reatu constituto rectè soluitur, 617.f.
in Reatu qui decedit, integri status decedit, 868.f.
Recauta, quæ, 845.m.
Recedere verbi variæ acceptiones, 567.m. & 932.
de Recenti, vel in recenti, 701.f.
Recepta ex tit. nau. caup. stab. 909.p.
Receptaculum, quid, 909.f.
Receptio, quid, 911.m.
Receptor seu receptator, 909.f.
Receptus arbiter, 471.m. & 909.m.
Receptus inter reos quis dicatur, 869.p. & 911.m.
Recepti serui, 911.f.
Receptitius seruus, 908.f.
Receptitia pecunia, dos, 909.f.
Receptitia actio & de constituto quid differant, ibidem.
Recevoir & prendre an differant, 476.p.
Recidere, quid, 263.f. & 567.m.
Recipere quid, quot modis sumatur, & eius phrases; 565.m. 908.m. 909. & 910.
Recipere & accipere quid differant, 911.m.
Recipere & suscipere quid differant, 911.m.
Recipere arbitrium, vel suscipere, 471.m.
Recitari dicuntur sententiæ ex libello, 336.m.
Recludere, 424.m.
Recognoscere, quid, 396.f. & 399.m.
Recognitio pro castro facta, & pro terris facta esse censetur, 24.m.
Reconuentio, 42.p.
Recredentia quid, 346.f. & 1020.m.
Recte quid significet, & eius phrases, 489.f. & 490.
Rectè & *rite* dictiones quid differant, 489.m.
Rectè restituere verba in stipulatione apposita quomodo accipienda, 489.m.
Rectè præstari quid significet, 485.m.
Rectores terrarum de delictis suorum quomodo teneantur, 860.m.
Recuperare, quid, 568.m.
Recurrere, quid, 565.m.
Reddere quot modis accipiatur, & eius phrases, 563.p. & 564.f.
Redemptio, 386.p.
Redemptores litium, 385.f.
Redemptores vectigalium, & operum, 385.f. & 895.p.

Redhibere quid, 566.m. & 862.m.
Redhibitoria actio, quæ, 862.f.
Redigere, quid, 565.m.
Redimere rem valens intra certum tempus, fructibus extantibus potest eam redimere, 699.f.
Redimere quid, 385.p. eius phrases, ibidem.
qui Redimit captũ in bello, quid in eo iuris habeat, 641.m.
Redintegrare, 259.p.
Redire quid significet, 126.f & 566.p.
Reditus, quid, 126.f. & 499.p.
Reditus an constitui super re indiuisa possit. 212.f.
Reditus qui in vno loco constituere promisit, non tenetur super vna re, 428.f.
Reducere, quid, & eius phrases, 353.f. & 566.f.
Referendarij, 308.p.
Referre quid, & quot modis sumatur, & phrases, 306.m. 307. & 566.f.
Referre, pro rationibus adscribere, 1026.m.
Referre in nomina, 73.f.
Reficere quot modis sumatur, & eius phrases, 537.p.
Reficere molendinum si quis promittat, intelligitur de primo, 541.p.
Refuga, quid, 567.p.
Refugere, quid, 567.p.
Refugium, quid, 567.p.
Reges Franciæ non solent bastardos agnoscere, 398.m.
Regi minori curator per patritios datur, 407.p.
Regio quid, 1048.p.
Regiones vrbis, 1048.p.
Regredi, quid, 568.p.
Regula cancel. siquis in infirmit. habet etiam locum in muliere, 10.p.
pro Regula cancellariæ de viginti diebus, 29.f.
Regula cancellariæ de verisimili notitia, quę, & in quibus locum habeat, 40.
Regula de coniunctione, 233.f.
Regula in moræ materia, 256.m.
Regula, ad veritatem alternatiuæ, &c. cum limitat. 375.f.
Reintegrare quid, 568.f.
Reipublicæ nomine quæ intelligatur, 144.f.
Relatio quid sit, 307.m.
Relatio criminis reum non purgat, 306.f.
Relegare, quid, 569.
Relegatio & ciuitatis amissio non cadunt in seruum, 689.m.
Relegere, 568.f.
Releuari, 536.f.
Relinquere, quid, & eius phrases, 536.m. & 1000.p.
Relinquo appositum in donatione, denotat donationem causa mortis, 463.m.
Reliquari, 571.f.
Reliquatio, 572.p.
Reliquatores, 571.f.
Reliqui, quot denotet, 529.m.
Reliquiæ patris & sanctorum, 572.p.
Reliquum, quid, 572.p.
Reliquum totum & partem significat, 570.p.
Reliqua contrahere, quid, 571.f.
Reliqua non continentur in liberatione, 549.f.
Religio quid sit, & quot modis sumatur, 154.p.
Religio, in qua quis profitetur tria vota, 154.m.
Religionem professus est in numero filiorum, 734.f.
Religiosus, 154.p.
Religiosus locus, ibidem.
Religiosus etiam recedens à monasterio, apostata sit, 995.f.
Religiosi non succedunt, 714.f.
Remanere quot modis sumatur, 459.f. & 569.f.
Remeare, quid, 65.m.
Remittere quot modis sumatur, & eius phrases, 163. & 565.m.
Remittere iusiurandum, 164.
Remitti non censentur ignorata, 549.f.
Remissio multis de causis fit, 164.m.
Remissio noui operis nũtiationis quotuplex, ibid.f.
Remissio muneris quando concedatur, 165.p.
in Remissione insinuatio requiritur, 495.m.
Remissio rationis de quo prosit, 549.p.
Remissius, 164.f.
Renasci, quid, 246.p.
Renasci actio quomodo dicatur, 569.f.
Renouare, quid, 255.m.
Renuntiare quid, 594.p.
Renuntiatio, quid, 849.m.
Renuntiatores, 594.m.
Repastinatio, 513.f.
Repastinationum libri, ibid.f.
Repedare, quid, 567.m.
Reperire & inuenire quid differant, 1018.p.
Repetere quid, quot modis sumatur, & phrases, 569.f. & 1021.f.
Repetere querelam, 1023.f.
Repetita die, quid, 1022.f.
Repignorare, quid, 567.p.
Reponere quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 567.p. 663.f. & 664.p.
Reportare, quid, 424.m.
Reposcere, quid, 569.f.
Repræsentare, quid, 568.f. & 569.p.
Repræsentationis commodum, 569.p.
Reprehendendi modestia, 601.p.
Repressaliæ seu pigner ationes, 26.f. & 848.m.
Reprobare quid, 117.f.
Reprobatum testimonium, 117.f.
Repromissio quid sit, 437.f.
Repromissio nuda, 438.m. & 657.f.
Repudiare quid denotet, 593.p.
Repudiari hereditas quomodo dicatur, 849.p.
Repudiatio an sit alienatio, 224.m.
Repudiatio hereditatis acquisitæ in quo valeat, 744.f.
Repudium, quid, 593.p.
Repudium à diuortio quid differat, 849.p.
Repudium à sapientibus fieri pudenda non fiebat, 593.p.
Reputare quid, 62.f.
Reputatio quid, 63.p. & ibidem declaratio rubricæ de reputationib.
Requirere pro petere & desiderare, 801.m.
Res quid, & quot modis capiatur, 54.p. & 194.p.
Rei verbum generaliter quomodo accipiatur, 56.p.
Res rursus legata amissa, 1430.m.
Res vna pro alia non potest retineri, 637.f.
Res pro yno debito obligata pro alio retineri potest, 638.p.
Res pro debito pœnali retineri non potest, ibid.
Res retineri potest in contractu depositi ex mutuo descendentis, ibid.m.
Res pro compensatione retineri potest, ibid.
Res tradita pro debito quod putabatur, pro vero retineri potest, ibidem.
Res pro mercede retinetur, 639.p.
Res non redditur, nisi expensis solutis, ibid.f.
Res quando abesse dicatur, phrases, 115.p.
Res castrensis, vehicularis, venalis, rustica, 58.p.
Res dominica, 56.m.
Res incertæ cui applicentur, 303.f.
Res litigiosa, quid, 56.f. & 281.f.
Res quando dicatur melior, 511.m.
Res tempore peritura, 58.p.
Res prolatæ quæ, 737.f.
Res propria quatuor modis dicitur, 503.m.
Res publica & priuata, 56.f.
Rei nomen in hoc titulo quomodo accipiatur, 5.p.

Rei nomen in quibus sit latius quàm pecuniæ, 58.m.
Rei appellatione in odiosis an veniat pars, 489.p.
Rei nomen in criminalibus, & ciuilibus quomodo sumatur, 869.p.
Rem deterioratam recipiens an deteriorationem petere possit, 127.f.
Rem reddendo quando quis non sit liberatus, ibid.
Rem suam quando quis emere possit cum protestatione, 134.m.
Rem habens præfertur habenti ius, 640.p.
Res à lege prolata, an de tota intelligatur, 488.f.
Re deteriori reddita, qua actione deterioratio peti potest, 127.m.
super Rebus venalibus an possit aliquid imponi, 158.m.
Requirere reum, 801.m.
Rescribere, quid, 565.m. & 964.f.
Rescripta immunitatem concedentia quando valeant, 163.m.
Residere pro remanere, 665.p.
Residuum, quid, 570.p.
pro Residuo soluens, non potest inquietari pro alia summa, 571.m.
pro Residuo computi promittens non tenetur vltra, ibidem.
Resignare, 295.m.
Resignare officium an possit, in fraudem fisci delinquens, 224.m.
Resignatio beneficij nocte, & interdiu quomodo fieri debeat, 29.f.
Resoluere, quid, 177.m.
Respicere quid significet, & eius phrases, 152.p.
Respondere qui de iure possint, 156.m.
Respondere simpliciter quando quis dicatur, 468.m.
non Respondere omnino quid, 812.f.
Responsa prudentum quæ seruanda, 508.p.
Responsio ad l. si communis seruus, ff. de stipul. seru. & intellectus illi datur, 25.f.
Respublica quibus casibus priuatorum loco non habetur, 151.p.
Restituere quot modis vsurpetur, & phrases, 492.f. & 493.
Restituere & exhibere quid, & differentia, & quot modis capiantur, & phrases, 190.m.
Restituere generalius est, quam reddere, 493.p.
Restituendi verbo quid contineatur, 523.p.
Restitui quomodo quid dicatur, ibid.m.
Restituere in integrum, quid, 257.f.
Restituere natalibus quid, 279.p.
Restitui opus quid sit, 523.p.
Restitui quando Rex debeat, vel fiscus, 144.m.
Restitui in statum quid, 761.f.
Restituere rogatus id quod superfuerit, quid restituere debeat, 299.p.
Restituere pecuniam rogatus, & bona restituit, 49.f.
Restituenda si sint bona pleno iure, an heres quartam detrahat, 656.m.
Restitutus an bona confiscata alicui domino recuperet, 192.f. & pag. 193. per totam.
Restitutis bonis à Principe an fructus percepti debeantur, 192.m.
Restitutio à lege facta etiam de obligationibus intelligitur, 187.f.
Restitutio minorum fauorabilior quam alia, 193.p.
Restitutio ob publicam vtilitatem amplior, ibid.m.
Restitutio ante scientiam etiam prodest, 194.p.
Restitutio non porrigitur ad aliud delictum, 194.m.
Restitutio respicit possessorium & petitorium, 194.f.
Restitutio plena, & gratia à Rege concessa quid operetur, 194.f.
Restitutio cui facienda cum incertum, an semel facta sit iterum facienda, 305.f.
Restitutio vni ex filiis facienda, intelligitur de primogenito, 540.f.
Restitutionis sola sententia spoliatis non sufficit, 279.p.
Restitutionem petere potest, qui promisit se controuersiam non moturum, 494.p.
Restitutoria actio datur in eum, qui vocatum in ius impediuit, 629.m.
Restitutoria interdicta, 493.f.
Resumere, quid, 569.p.
Retentio, 359.m.
Retentionem qui habet grauatur, si ad rem reddendam condemnetur, 640.p.
Retentio aduersus tertium quando detur, ibid.
de Retentionis iure, & aduersus quos detur, 638.f. & 639.
Retinere quid, & eius phrases, 358.f.
Retineri res quæuis quando possit, 638.f.
Retractare, quid, 568.p.
Retradere, 568.f.
Retractus ius, 567.f.
Retractus ius ratione consanguinitatis competit, 418.f.
Retractus in vsufructu an locum habeat, 208.f.
Retractum habet proximus cõsanguineorum, 557.m.
Retrahere, quid, 567.m.
Retrahi fundus debet cum suis iuribus, 532.p.
Retrahens consanguineus non tenetur nisi ad pretium à consanguineo receptum, 114.m.
Retrahens iure sanguinis, vel prælationis, quid restituere debeat, 495.p.
Retrahens rem impensas soluit necessarias, 510.p.
Retroducere, 354.p.
Reuendere qui promiserit toties quoties, an teneatur post triginta annos, 289.p.
Reuenditor esante certam horam emere non debent, 158.m.
Reuerti, 567.m.
Reuocare, quid, & eius phrases, 69.& 568.p.
Reus quis, 172.m. & 867.f. & quot modis hoc nomen sumatur, ibidem.
Reus an de calumnia iurare teneatur, 87.f.
Reus an libellum emendare possit, 89.p.
Reus aliquando agit, 169.f.
Reus actore non manifeste probante absoluitur, 1078.f.
Reus capitalis, 604.m.
Reus principalis, 869.p.
Reus promittendi, 867.f.
Reus stipulandi quis, 81.m. & 867.f.
Reo absente datur dilatio fideiussori ad deducendum reum, 741.p.
Reum latitantem quomodo fideiussores defendant, 879.p.
Reum facere, 955.p.
Ridica, quid, 795.m.
Ripæ quando mensurari possint, 571.p.
Ripa & littus quid differant, 572.f.
Ritè & rectè dictiones quid differant, 489.m.
Riuum habens an possit salices circum plantare, 294.f.
Rogare quid, 600.p. eius phrases, ibid.
Rogo verbum mandatum inducit, 600.p.
Rogare legem, quid, 600.p.
Rogationes, quæ, 600.p.
Romipeta, 520.m.
Rotula quid, 1069.f.
Rubrica quid sit, & rubrum, & quare sic dicatur, 4.p.
Rubric. de condict. causa data, & de condict. ob turpem causam, & sine causa. declinatio, 200.m.
ad Rub. D. & C. de recep. arb. 909.m.
Rubric. de contrah. empt. & stipul. elucidatur, 177.m.
ad Rubricam de dote prælegata, 249.p.
ad Rubricam de noui oper. nunt. 66.p.
Rursus, 242.f.
Rustici qui, 785.m.
Rustici non dicuntur artifices, 133.m.
Ruta herba, 1068.m.
Ruta & cæsa quæ, 1068.p. & 1069.p.
Rutabellum, quid, 1068.m.
Rutellum, quid, 1068 m.
Rutrum, quid, 1068.m.

S S

Sacra quando emi possint, 136.m.
Sacræ res quæ sint, 153.f.
Sacri cur dicantur Imp. vel Rex, 756.m.
Sæpe, sæpius, sæpissime, quot actus requirant, & an constituant regulam, 375.m.
Saisinam non nisi per annum & diem acquiri, 633.f.
Salarium quid, 217.f.
Salarium quantum debeat habere apparitor, commissarius & legatus, 33.f.
Salarium debitum tribus, si vnus repudiet, alij totum capient, 719.p.
de Salario pro dicta taxando, 40.m.
Salaria quæ summis curiis dantur, quomodo diuidi debeant, 777.f.
Salica lex quæ, & vnde dicta, 17.m.
Salientes aquæ, 518.p.
Salinæ, 159.p. quarum aliæ publicæ, aliæ priuatæ, ibidem.
Salinas priuatis fiscus auferre non potest, 159.p.
Salitor, 159.p.
Saltuarius, 244.m.
Saltuenses fundi, coloni, 244.p.
Saltus, lucus & sylua quid, & differentia, 244.p.
Saltus æstiui & hyberni, 244.m.
Salubritas in quibus consistat, 532.m.
Salus quæ, 668.f.
Saluus, a, um, quid, 669.m.
Sanctiones, 154.p.
Sanctum quid, & vnde dicatur, 154.p.
Sanguis eius funditur, qui sanguinem fudit, 685.f.
Sanitas, 229.f.
Sarcire noxam, 1043.m.
Satisaccipere, 1021.p.
Satisdare qui debet, pignus dare potest, 434.p.
Satisdare, diuisim positum, ibid.m.
Satisdans pro reo criminis, quomodo puniatur, nisi eum exhibeat, 1056.p.
Satisdatio & cautio quomodo exprimitur, 434.m.
Satisdatio idonea, 323.p.
de Satisdatione iudicatum solui, 2019.f.
Satisdatio necessaria quæ, & voluntaria, 434.f.
Satisdato debere, 434.m.
Satisdato promittere, 434.m.
Satisexigere, 436.m.
Satisfacere, quid, 435.p. eius phrases, 436.p.
Satisfacere in contractibus quomodo accipiatur, 435.m.
Satisfieri à se promittens, quomodo teneatur, 436.m.
Satisfactio, quid, 806.p.
Satisfactio pro solutione habetur, 435.p.
Satis habere, 1021.p.
Satisofferre, 436.f.
Satisprætare, 434.f.
per Satyram collectum, 229.p.
Scelus pro sceleste, 1042.m.
Scheda an instrumentum dicatur, 584.f.
Scholastici an possint suos debitores conuenire vltra quatuor dietas, 39 m.
Scholastici à locis in quibus student, denominantur, 848.f.
Scholastici pro ciuibus habentur quoad vtilitates eorum, 1005.m.
Scindere quid, 93.f. & 129.p.
Scientia probanda, 137.f.
Scio quia fui præsens, quid importet, 923.m.
Scire leges quid sit, 358.p.
Scopatio pro fustigatione, 313.p.
Scopelismus quid, 1033.m.
Scribere pro rescribere, 293.p.
Sciptor & compaginator librorum pro expensis retinere potest libros, 639.p.
Scriptura fallax, 633.p.
Scriptura priuata insinuari an debeat, 584.m.
Scuta vnde, & quæ sint, 311.f.
Scutarij, qui, 312.p.
Scutariorum schola, 312.p.
Scutati, 312.p.
Scyphus quid, & vnde dicatur, 129.m.
Scythissare, 129.f.
Secundum dictionis vis & phrases, 761.m.
Securè testari, 437.p.
Securitas à solo Rege datur, 437.m.
Securus quis, 437.p.
Securum facere promittens, ad quid teneatur, 436.f.
Sed, particulæ vsus apud Iurisconsl. 852.p.
Sedere quot modis sumatur, 664.f. & 665.p.
Sedes pro sedili, 897.f.
Sedes pro dignitate, 898.p.
Sedes pro domicilio, 898.m.
Sedes pro consistorio Papæ, 897.f.
Seducere, quid, 354.p.
Sella curulis, 898.p.
Semita quid, & vnde, 757.f.
Semita metaphoricõs quid, 758.p.
Semitarius, 758.p.
Semipes, 38.p.
Semper dictio quot modis vsurpetur, 736 p.
Senatum cogere ad quem spectet, 862.p.
Senatoria ornamenta, 586.f.
Seneschalli quid obseruare debeant in iurisdictione eorum assumenda, 942.f.
Sensus corporis, 1067.p.
Sententia quæ non auferat, 147.m.
Sententia lata super sequestratione, est executoria, 612.f.
Sententia definitiua & decretum differunt, 642.m.
Sententia iusta, 888.m.
Sententia probabilis, 116.f.
Sententia quæ continere debet absolutionem vel condemnationem, quomodo intelligatur, 336.f.
in Sententiæ executione excipi potest de expensis, 639.f.
Sententiæ & acta iudicij taxata, 184.m.
in Sententiis diuersis quid obseruandum, 1066.p.
Sentire quid, & quot modis vsurpetur, 654. m. & 1066.f.
Senum incommoda, 595.m.
Separare quid, & eius phrases, 340.m. & 431.m.
Separatio, 431.m.
Separatorum re tantum & verbis tantum pars quibus accrescat, 721.p.
in eos qui Sepeliri noctu volunt, 889.m.
in eos qui Sepeliri volunt sine pulsatione campanarum, 889.m.
Sepulchrum iustum, 888.p.
Sepulchra familiaria, 863.m.
Sepulchri violati iura non seruari hodie, 108.p.
Sequela, 349.f.
Sequester quis, & vnde dicatur, 611.f.
Sequestro quid committatur, quale sit eius officium, & quomodo constituendus, 612.p. & 613.p.
Sequestro non datur rei retentio, 639.m.
Sequestratio triplex, 612.m.
Sequestratio quando sit, & non sit prohibita, ibid.

Sequestratio non fit, nisi constet de iure illius, qu illam petit, ibid.f.
Sequi verbi phrases, 348.f.
Seria,quid, 913.p.
Serica malus, 1070.p.
Sermo vulgaris quomodo interpretandus, 2.m.
Sermo pro clausula, 658.m.
Sermo quilibet prolatus in masculino, refertur ad fœmininum, 835.p.
Seruare quid,& quot modis sumatur, 360.f.& 1045.f.
Seruari quæ dicantur,& quæ non, 1046.p.
Seruabo pacta, in edicto Prætoris quid, ibid.
Seruile quid, 1046.m.
Seruile caput, 306.p.
Seruienti petenti auxilium an sit obediendum, 91.p.
Seruitus in bonis est nostris contra doct. 64.m.
Seruitus quo tempore amittatur & acquiratur, 227.m.
Seruitus an diuidi possit,& quomodo, 208.m.
Seruitutes diuiduæ, 213.f.
Seruitutes rusticæ quæ, 874.m.
Seruitutes vrbanæ quæ, 874.m.
Seruitutes quæ habeant causam continuam, & quasi, 227.m.
Seruitus mortalitati comparatur, 774.f.
Seruitus iusta, 888.p.
Serui nomen vnde, 306.p.& 1045.f.
Serui nomine & ancilla continetur, 11.m.
Seruus meus vel res potest sine vsufructu dici, 208.p.
Seruus quando possit deponere, 582.f.
Seruus seruiens bonafide, non debet torqueri in caput domini, 1617.f.
Seruus omnia domino suo acquirit, 824.p.
Serui vsus causa destinati qui dicantur, 902.p.
Seruo duobus legato & postea occiso, vterque agit Aquilia, 718.f.
Seruus castrensis, 825.m.
Seruus communis acquirere quomodo dicatur, 800.f.
Serui litigiosi, 281.f.
Serui ordinarij qui,& vnde dicantur, 789.m.
Seruus peculiatus, 826.m.
Seruus receptitius quis, 908.f.
Seruus vicarius, 789.p.
Serui viridarij, 518.p.
Serui quo iure dominis subiiciantur, 856.p.
Seruulus, 306.p.
Sestarius,quid, 916.p.
Siciliæ portus, 894.m.
Sicilicus, 501.p.
Sicut & sicuti in confirmationibus quid denotent, 513.p.
Sigillaria, 294.p.
Sigillum, 294.p.
Sigillum quando amissum est,quid agendum, 294.p.
Signaculum, 293.f.
Signare,quid,& quot modis sumatur, 293.p.
Signata pecunia, 293.f.
Signator quis, 393.f.& 491.m.
Signatorius, 294.p.
Signatura, 294.p.
Significare quid denotet, 5.m. 53.m.& 769.f.
Significatio,quid, 53.f.
Significatio propria quando & ex quibus sit assumenda, 20.p.
Significatum,quid, 53.f.
Signinus, 294.m.
Signum,quid,& quot modis vsurpetur, 293.f.
Signum dare, ibidem.
Silanio nobilis statuarius, 414.p.
Siliqua, 501.p.
Similitudo personas,res ac materiam respicit, 396.m.
Simodo dictio quid significet, 752.p.
Simonia pro omni re profana committitur, 49.p.
Simonia committitur remittendo, 495.m.
Simoniæ ob crimen Giezi posteri lepra sunt affecti, 685.p.
Simoniam episcopus conferendo beneficia ei qui seruiuit sibi quando committat, 101.f.
Simplex vir, 468.m.
Simplicitas duplex, 469.p.
Simpliciter, 468.p.
Simplum,quid, 468.f.
Simul dictionis vis & potestas in iure, 279.m.f. & 280.p.
Simul & quãtitatis & æstimatiõis significatiua, 280.p.
Sine dictio, 217.p.
Singularis,e,quid, 654.m.
Singulare sæpius pro plurali, 760.m.
Singularia duo de actione ex contractu, 175.f.
Sine liberis quis dici,& non dici possit, 733.f.
Siue quomodo accipiatur, 283.p.
Soceri appellatione quid contineatur, 367.p.& 733.p.
Socer quando pro nuru iniurjarum agere possit, 367.f.
Socer nurum alere tenetur, vt filium & filiam, etiam si dote careat, 368.p.
Societas à rerum communione quid differat, 986.p.
Societas leonina quæ, 654.f.
Societate contracta, omnium bonorum est hereditas communicanda, 645.m.
in Societate & rerum communione quid præstetur, 985.f.
Socius, collega, comes & sodalis quid differant, 804.p.
Socius mei socij non est meus socius, 606.f.
Socius in quo teneatur socio, 986.p.
Socio inconsulto vendere partem quando quis possit, 213.m.
Socratis apophthegma, 987.f.
Socrus nomine quid significetur, 733.p.
Sodalis,quis, 804.p.
Sodalis nomen vnde, 530.p.
Solarium quid, 147.p.& 218.m.
Solere verbi vis & phrases, 896.p.
Solicitare, 409.m.
Solicitudo, 409.p.
Solida petitio quæ, 631.p.
Solidi nomen quid significet,& quot modis vsurpetur, 630.f.& 631.p.
Solidus in Gallia quid, 764.p.
Solidus in iure quid, 764.p.
Soluere quot modis in iure sumatur, 807.p.
Soluere qui dicantur, 344.p.
Soluere qui promittit cum commodum erit, vel cum poterit, quando teneatur, 928.m.
Soluere qui promisit in tribus terminis, quando teneatur, 944.m.
Soluere qui tenetur,sufficit si liberetur, 344.m.
Soluitur recte constituto in reatu, 617.f.
Solui alicui quando dicatur, 806.m.
Solui ius testamenti quomodo dicatur, 807.f.
Soluens pro alio illum à pœna liberat, 378.p.
Soluendo quis dici possit, 627.f.
Soluendo esse quomodo quis probetur, 630.m.
ex eo quod quis nõ sit Soluendo, quæ vtilitates resultent, 628.p.
Soluta in dubio pro coniuncta accipitur, 232.m.
Solutio si fiat ante tempus,an liceat quicquam detrahere, 110.f.
Solutionis verbum quid contineat, 806.p.
Solutionis species multæ, ibidem.m.
Solutio facta pro parte quid, 778.p.
Solutionem à debitoribus paternis filius non recipit, 418.p.
ad Solutionem quomodo quis cogi possit, 807.p.
Solutum repetit tutus exceptione perpetua, 394.f.

Solutum

Solutum expensarum nomine non dicitur peruenisse, 484.m.
Solutum intelligitur, etsi quoquomodo satisfactum sit, 806.m.
Solus quot modis sumatur, 146.m. eius phrases, 147.p.& 974.f.
Solum pro terra, 974.f.
Solo cedit ædificium, 930.f.
Solum aduerbium, 269.p.& 974.f.
Solummodo, ibidem.
Sonticus morbus quis, 624.p. huius morbi effectus, ibidem,m.
Sontico morbo laborantes quomodo excusentur, 624.m.& 625.p.
Sontica causa, 624.m.
Sorbona vnde sic dicta, 154.p.
Sorites quid, 808.m.
Sortiri virum quid, 112.m.
Spadonum nomine qui contineantur, 674.p.
Spadones alij natura,alij extrinsecus, 674.p.
Spado posthumum cur instituere possit, ibidem,m.
Spadones cur nec podagra laborent, nec caluescant, ibidem.
Spadones possunt ordines assumere,& beneficia obtinere, 675.f.
Spadones adoptare possunt, 676.p. tutelas subire, ibidem.
Spadones non possunt matrimonium contrahere, 676.p.
Specialis, 450.m.
Specialiter, 450.f.
Speciei nomen quàm variè sumatur, 450.p.
Species, quod de pluribus numero prædicatur, 450.p.
Speciosus quis dicatur, & quot modis hoc nomen accipiatur, 450.m.& 586.m.
Spectabiles,qui, 587.f.
Spectaculum, 576.m.
Spectare quot modis vsurpetur, 576.m.& 959.f.
Spectare verbum dominium & possessionem continet, 821.f.& 822.
Spectatus,& spectabilis, 576.m.
Specularium, 576.f.
Spes an donari & remitti possit, 393.m.
Spicæ,quid,& earum collectio, 247.m.
Spicæ deiectæ, 247.f.
Spicilegium quid,& quando sit faciendum, 246.f.
Spoliatus iuris auctoritate, non restituitur, 730.p.
Spondeo quid,& vnde dicatur, 80.m.
Sponsa nuptæ nomine an contineatur, 340.f.
Sponsa filij non est nurus, 368.
Sponsa an teneatur post mortem sponsi restituere quæ ei donata sunt, 852.f.
Sponsalitia largitas quæ dicatur, 80.f.& 467.m.
Sponsalia duplicia, ibidem.
Sponsalia quomodo olim contrahebantur, 79.p.
Sponsare,quid, 80.m.
Sponsio pro pecunia deposita, 80.m.
Spõsio pro stipulatione in quibus casibus accipiatur, 80.p.
Sponsio commissa, 80.f.
Sponsio compromissaria, 80.f.
Sponsor quis, 80.m.
Sponsus quis,& sponsa, 80.m.
Sponte & voluntariè quid differant, 934.f.
Sponte fieri quid dicatur, 934.m.
Sportula,quid, 930.m.
Spurij,qui, 773.m.
Spurij an filiorum appellatione contineantur, 528.
Spurius an secundum possit obtinere beneficium, 540.p.
Spurius non datur tutor, 651.p.
Stabulare,quid, 871.p.
Stabularius de furtis & delictis famulorum quomodo teneatur, 869.m.
Stabulum pro hospitio & statione equorum, 870.f.
Stabulum quomodo prædium vrbanum sit,& rusticum, 872.f.
Stadium quid, 37.f.
Stagnum quid, 623.m.
Stallum,quid, 897.f.
Stateræ adulterinæ, 319.p.& 972.p.
Statim dictio quomodo capiatur, 280.m.& 701.m.
Statio quid, 425.m.
Stationarij milites, 425.m.
Statores qui, 425.f.
Statuere,quid, 337.p.
Statuere & pronuntiare quid differant, 335.m.
Statuliberi qui, 226.f.
Statumen,quid, 795.m.
Status literæ,quæ, 124.p.
Status quæstionem facere, 954.m.
in Statum restitui,quid, 761.f.
Statuti termini, 337.m.
Statutum tempus, 337.m.
Statuta,leges municipales, 336.f.
Statuta facta contra certas personas an valeant, 11.f.
Statuta non esse extendenda, quomodo intelligatur, 12.m.
Statuta loquentia de fideiussan locum habeant in ex promissorib. 82.p.
Statuta collegiorum in quibus locum habeant, 530.f.
Statutum de primogenito an in primogenita locum habeat, 12.p.
Statutum loquens de occupante rem alterius quomodo intelligatur, 36.m.
Statutum loquens in venditione non habet locum in vadio contractu, 226.m.
Statutum vel ordinatio loquens de prato de quo intelligi debeat, 267.p.
Statutum vel ordinatio, vt absens damnari possit, an leat, 880.m.
Stellionatus crimen quale, 955.f.
Stemmata non licet publico operi imponere, 373.p.
Sternere quid, 333.f.
Sternere triclinium, 334.f.
Sternere viam,& eius immunitas, 334.f.
Sternuisse in coitu denotat abortiuum, 708.p.
Sterquilinium,quid, 955.m.
Sterquilinium facere, ibidem.
Stipare quid, 218.m.
Stipator, 218.m.
Stipendium & salarium quid differant, 217.f.
Stipendia emerita, 162.p.
Stipendiarius, 218.f.
Stipendiaria prædia, 218.f.
Stipes,stipitis quid, 218.m.
Stips quid sit,& quibus liceat cogere, 217.f.
Stipula quid,& vnde dicatur, 247.p.
Stipula illecta quæ sit, 246.p.
Stipulum comburens de damno tenetur, 247.p.
ex Stipula cognoscere, 247.p.
Stipulari vnde dicatur, 575.f.
Stipulatio quid, 81.m.
Stipulatio quomodo conficiatur, 576.p.
Stipulatio an dicatur contractus, 174.p.
Stipulatio an vocetur synallagma, 173.f.
Stipulatio rei quæ non est in commercio quando valeat, 456.p.
Stipulationum diuisio, 957.p.
Stipulatio Aquiliana quæ, 255.m.
Stipulationes sui natura cautionales sunt, 844.p.
Stipulatio quando valeat facta consanguineo, 419.m.
Stipulatio fructuaria, 211.m.
Stipulatio commissa amplius committi non potest, 592.f.

Stipulationes

Stipulationes conuentionales, 868.m.
Stipulatio incerta, quæ, 302.f. certa, 303.m.
Stipulationes negatiuæ transeunt ad heredes, 761.p.
Stipulatio notarij ad quid prosit, 465.m.
Stipulatio operis, non adiecto loco non valet, 66.p.
Stipulatio continens turpitudinem, reprobatur, 652.f.
Stipulator quis, 81.m. 576.p. & 867.p.
Stipulatus sibi liberisque suis, de posthumis etiam intelligit, 776.p.
Stipulum quid, 575.f.
Stirpis appellatione quid contineatur, 243.m. & f.
Stirps & gens quomodo differant, 376.f.
Stragula vestis an legato victu debeatur, 334.p.
Stramentum quid, & vnde dicatur, 334.p.
Strati nomine quid veniat, 333.p.
Strictè procedit, quid, 755.f.
Strictum quid, 755.f.
Strobilus quid, 794.m.
Struere quid, 1068.f.
Structilis & structile, ibidem.
Structile opus, ibidem.
Structura, & eius quatuor genera, ibidem.
Structores, ibidem.
Studia liberalia, 706.f.
Studiorum causa qui abest ab ecclesia, non censetur abesse, 924.f.
Stuprum quid, 588.f.
Stylus curiarum in actionibus & exceptionibus proponendis, 87.p.
Sub quid significet, & phrases, 100.f.
Subdisiunctiuum quid dicatur, 659.m.
Subducere, quid, 354.m.
Subgrunda, æ, seu Subgrundia, orum, quæ, 1072.m.
Subiectus, potestati alicuius subditus, 756.m.
Subiectus alterius iurisdictioni, ibidem.
Subiicere quid, & quot modis vsurpetur, 856.p.
Subiicere se periculo, 486.m.
Subinde, 425.p.
Subministrare, 904.f.
Submittere quid, & eius phrases, 230.p.
Submittere, ad animalia relatum quid sit, 230.p.
Submouere pro repellere, 395.p. & f.
Subrepta an dici possint credita, 108.p.
Subrogare, quid, 597.f. & 600.f.
Subrogatus in locum alterius priuilegiis eius gaudere debet, 428.m.
Subrogatus in locum beneficiati an soluat impensas sui prædecessoris, 453.f.
Subscribens se vt testis, vel notarius, an teneatur, 292.m.
Subscribens antequam legat, an approbare videatur, ibid.
Subscriptio quid, 293.p.
Subscriptio pro concessionis scriptura, ibid.
Subscriptio an obliget, sicut scriptura, 292.p.
Subscriptionem tenetur quis recognoscere, sicut chirographum, ibidem.
Subscriptio propter quas causas fiat, ibidem, m.
Subscriptio in criminibus an fiat, 993.p.
Subsignare quot modis sumatur, 291.f.
Subsignatio, 293.p.
Substantia quid, & quotuplex, 131.f. quot modis dicatur, 132.p.
Substantia pura, 98.m.
contra Substantiam actus non valet consuetudo, 132.m.
Substantialia à iure introducta tolli possunt, 132.f.
Substitutio de masculis non continet fœminas, 17.m.
Substitutio quæ sit seruato ordine primogenituræ, 558.f.
Substitutio pleno iure facta, directa censetur, 656.m.
Substitutio pupillaris quæ, & quomodo accipiatur, 1044.m.
Substitutio pupillaris an iuris ciuilis sit, 342.m.
Substitutio reciproca censetur facta secundum ordinem personarum, 718.p.
Substitutio facta, si sine liberis decedat, quomodo intelligatur, 734.f.
Substitutio vulgaris, quæ, 773.m.
Substitutio vulgaris non continet pupillarem, cum apposita est dictio tunc, 125.p.
Substitutionis vulgaris appellatione simplici, expressa continetur, 770.f.
Substituti masculi quando ex testamento vocati censeantur, 17.f.
Substitutus non admittitur, nisi duobus institutis vterque decedat, 214.p.
Substitutus coniuncto cur præfertur, 720.m.
Subtilitas sine vtilitate reiicienda, 415.f.
Suburbanus potest ad officia recipi ciuitatis, 711.p.
Suburbia quæ, 875.p.
Succedaneus, 204.p.
Succedere quid, & quot modis vsurpetur, 204.p. & 454.f.
Succedere in locum, 798.m.
Successio, quid, 454.f.
Successio duplex, 203.f.
Successio per stirpes quid sit, 243.f. per capita, ibid.
Successio quæ defertur ex testamento, non dicitur legitima, 680.m.
de Successiuo ordine, 967.m.
Successoris nomen quam latè pateat, 447.f.
Successor vniuersalis, & singularis, 203.f.
Successor honorarius, & legitimus, ibidem.
Successor singularis vtitur retentione, 639.p.
Successor singularis ius habet excipiendi, 454.m.
Successoris appellatione omnis successor includitur, 798.m.
Successum alicui quando dicatur, 204.p.
Succidere, 242.f.
Sufferre quid, quot modis accipiatur, & eius phrases, 1030.f.
Sufficere pro substituere, 384.m.
Sufficiant tibi vineæ, verba, fideicommissum inducunt, 384.m.
Sufficit verbum quid importet, 384.p.
Sufficientes viri, 384.m.
Sufficienter alere, 384.m.
Sufficientia bona, 384.m.
Sugillare opinionem, 429.p.
Sulphuraria, quæ, 793.f.
Sulphurata quæ, 793.m.
Sumere quid, & quot modis sumatur, 892.p.
Summa, & summus quid, 640.f. & 892.f.
Summa pro pecunia capitur, 51.p.
Summa pro quantitate, 892.f.
Summa quæstionis, 892.f.
Summa reipubl. 892.f.
Summa terræ, 892.f.
in Summa maiori minor inest, 889.p.
Summates, qui, 893.p.
Summatim, quid, 893.p.
Summus fundus, 892.f.
Sumptus necessarij ac voluptarij, 892.m.
Supellex vrbana licet ruri sit, non censetur rustica, 924.f.
Super, dictionis natura, significationes, & phrases, 372.m.
Supereſſe, quid, & quot modis vsurpetur, 298.f. & 299.f.
Superexactores qui dicantur, 373.p.
Superiores, qui, 372.m.
Superficies, quid, 364.f.
Superfluum & totum significat, & partem, 570.p.
Superillustris quis sit, 586.f.
Superindictum quid, 373.m. & 867.m.

Superlatiuũ etiam de vno nonnũquam dicitur, 768.p.
Superponere quid, 373.m. & 664.p.
Superscribere, 373.p.
Supersedere, 373.m.
Superstitio à religione quid differat, 154.m.
Supplicium summum, 883.p.
Supponere quot modis sumatur, 664.p.
Suppositus partus, 664.m.
Suppositus iurisdictioni, ibidem, f.
Supra pro vltra, 636.p.
Supra quid denotet prolatum ab homine, ibid.m.
Supremus quis dicatur, 557.p. & 559.m.
Supremo si quis sit substitutus, quí accipiẽdũ, 770.m.
Surdum pro absente haberi, 923.p.
Surdo permittit princeps vt testetur, 682 m.
Suscipere quid, & eius variæ acceptiones, 480.m. & 960.p.
Suscipere & recipere quid differant, 911.m.
Susceptio vestium, 961.p.
Susceptor, quis, 961.p.
Susceptores tributorum, 961.p.
de eo qui Susceptus est pro filio, 800.p.
Sustentare, quid, 360.m.
Sustẽtationis appellatione quid veniat, 326. & 360.m.
Sustinere quot modis in iure capiatur, & phrases, 359.m. & 360.p.
Sustinere causam quid, contra Budæum, 360.m.
Sustinere victum, 326.f.
Suus sua suum in iure vt sumatur, & quid denotet, 1062. 1063. 1064. & 1065.
Sua res quæ dicatur, 645.m.
Sua die quid, 1065.p.
Suum actiones continet, 555.f.
Sui nomen quomodo accipiatur, 969.m.
Sui hereditatem intestatorum habent, 445.f.
Suorum appellatione qui veniant, 968.f. & 1064.f.
Sylua nomine quid significetur, 239.f. quot eius sint genera, 239. per totam.
Sylua cædua quæ, 243.m. & 930.p.
Sylua quando cædi possit, 242.p.
Sylua duplex, 264.m.
Syluestris homo an occidi possit, 286.f.

T T

TAbellarius, 131.m.
Tabernæ nomine quid significetur, 826.f.
Taberna quid differat à caupona, 827.p.
Tabernæ argentariæ, 826.f.
Taberna casearia, 827.m.
Taberna cauponia, ferraria, vinaria, 827.f.
Taberna meritoria, 871.m.
Taberna purpuraria, 827.m.
Taberna instructa, 747.f. & 828.f.
Taberna cum instrumento quid, 828.f.
Tabernam qui vendit, quid vendat, 826.f. hypothecæ nomine qui dat, quid supponat, ibidem.
Tabernaculum generaliter quid, 828.p.
Tabernaculum pro ecclesia, ibid.
Tabernaculum pro tentorio, ibidem, m.
Tabernarij qui, 827.m.
Tabula quid, & eius phrases, 129.f.
Tabulæ pro libris, 131.p.
Tabulæ proscriptionis, 130.m.
Tabulæ accepti & impensi, 131.p.
Tabulæ authenticæ, 130.f.
Tabulæ censuales, 130.m.
Tabulæ pictæ, 130.p.
Tabulæ testamenti quomodo aperiendæ sint, 130.f.
Tabulæ secundæ pro substitutione, 738.p.
in Tabulis publicis scribens dolo malo, tenetur crimine læsæ maiestatis, ibid.
Tabularium, 131.p.
Tabularius, 131.p.
Tale esse aliud est, aliud loco talis haberi, 918.f.
Tam & quam quid significent, & earum vtilitas, 16.m.
Tamiaci fundi, 787.m.
Tantum, 269.p.
Tantummodo, ibid.
Tanto magis, 536.m.
Tanto minus, ibidem, m.
Tanti, quanti, ibidem.
Tantulum, ibidem.
Tantum respicit tempus, & rem, ibidem.
Tantum & quantum, 535.f.
Tantundem, 536.m.
Tardius verbum quid importet, 110.p.
Taurum nomine bouis contineri, 539.p.
Taxatio filiis facta excedi non debet, 890.m.
Taxatio in extraneis heredibus cur fiat, ibidem.
Taxatiua dictio tacita, 269.p.
Taxatiua ratione contrarietatis, vel absurditatis non excludit, ibidem, m.
Taxatiua non excludit naturam verborum, 270.m.
per Taxatiuam similes casus nõ excluduntur, ibid.p.
Τεκνον, τὸ, quid, 605.f.
Τοκνέω, quid, 605.f.
Tector, quis, 1069.p.
Tectorius, a, um, 1069.p.
Tectorium, quid, 1068.f.
Tectorium opus, 1068.f.
Tegulæ, 1069.p. & 1074.f.
Τελεται, qui dicantur, 1015.m.
Τελὶρ, quid, 1015.m.
Τελεταὶ, quid, 1015.m.
Teleſphoria, 1448.m.
Teli nomine quid contineatur, 1015.p. & 1016.m.
Teli nomen vnde dicatur, 1016.m.
Tempus triplex, 82.f.
Tempus longissimum, 452.f.
Tempus vtile, 523.f.
Tempus vendere an sit licitum, 637.f.
Tẽpus in testamen. adiectũ cẽsetur pro herede, 699 m.
Tempus decumbentium mulierum, 769.f.
Temporis nomine quid veniat, & de eo multæ phrases, 85.f.
Tenere verbum quot modis sumatur, & eius phrases, 294.f. 356.f. 357. & 358.
Tenere & possidere quid differant, 358.f.
Tentare quid, & quot modis sumatur, 767.m.
Tergiuersator quis, & quomodo puniatur, 926.m.
Terminare quid, 1001.m.
Termini nomen quí sumatur, & quàm variè, 1000.f.
Terminus peremptorius quis, ibidem,
in tribus Terminis qui promisit soluere, quãdo tenea tur, 944.m.
Terrere quid, 1262.m.
Territorium quid, & vnde dicatur, 1060.f.
Territorium, districtus, diœcesis & iurisdictio quid differant, 1061.m.
Testamenti definitio, 187.p.
Testamentum propriè quid, & impropriè, 972.p.
Testamentum qui contractum nominat, non mutat eius naturam, 184.p.
Testamẽtum filij restituto patre deportato an valeat, 185.f.
Testamentũ & cõtractus capto patre an valeãt, ibid.
Testamentum tempore inhabilitatis factum per restitutionem conualescit, 193.m.
Testamentum ruptũ non reintegratur per restitutionem, 194.p.
Testamentũ factũ in portu Sarracenorũ valet, 421.m.
Testamentum tacere non iure, idem est quod non facere, 444.m.
Testamentum agnatione posthumi rumpitur, ibid.
Testamentum non rumpi agnatione posthumi mortui, 676.m.

rei per Testamentum prohibitæ alienari, Princeps ex causa permittit alienationem, 682.m.
Testamentum statim vbi factum est valet, sed non sortitur effectum nisi post mortem, 684.p.
contra Testamentũ quando quis facere dicatur, 893.m.
Testamentum per æs & libram, 763.f.
Testamentum falsum, seu adulterinum, 972.p.
Testamentum iniustum, 888.f.
Testamentum iustum, 888.f.
Testamentum perfectum & imperfectum, 712.p.
Testamenti factionem quis habere dicatur, 945.m.
Testamenti tabulæ, 130.p.
ex Testamento an debeatur laudimium, 183.m.
in Testamento an contractus fieri possint, 184.f.
in Testamento confessionem factam quis nõ potest reuocare, 185.m.
Testamenta nomine contractus non contineri, ad quid prodest, 183.p.
Testamenta quare, & quo iure inuenta, 681.f. & 682.
Testamenta per consuetudines non tolluntur, 682.f.
Testamẽtorum duorum eadem die factorum vtrum prius censeatur, 420.p.
Testamentis iure factis Rex vel Imperator non derogat, 682.m.
Testamentarius, 186.p.
Testari quid, 186.p. & inf.
Testari non potest, qui nihil habet, 682.f.
Testari permissum est & de gratia, & de stricto iure, 683.p.
Testari omnes possunt qui iure non prohibentur, 684.p.
Testantis nudum præceptum vt res non alienetur, an valeat, 657.p.
Testandi ius conuenire iuri, & in hoc multa iura conciliata, 682.f. & 683.
Testantes, 186.p.
Testatio quid, 186.f. & 304.p.
Testatò, 186.f. eius phrases, ibid.
Testator, 186.p.
Testator si velit vt stetur dicto alicuius, an iurare teneatur, 43.f.
Testator pleno iure quid donans nihil retinet, 656.m.
Testator disponit in vita, & eius voluntas suspenditur vsque ad mortem, 683.f.
Testatoris voluntas si de ea constet, semper attendenda, 793.f.
Testatorem sensisse de immobilibus apparere, quando possit, 563.p.
Testatus, 186.p.
Testes qui, 186.m.
Testis quando à falso excusari possit, 212.p.
Testis idoneus quis dicatur, 323.m.
Testis deponens se vidisse aliquem semper possedisse quomodo intelligatur, 736.m.
de Teste examinato in palatio deponente de hoc palatio, 6.f.
Testes super articulis reiectis audiri non debent, 18.p.
Testes quãdo audiri ad futurã memoriã possint, 50.p.
Testes an esse possint in carceribus detenti, 355.p.
Testes si de fundo deposuerint, de toto videntur deposuisse, 426.f.
Testes citati in criminalibus quando discedant, 836.f.
Testes non concludunt, quod est necessarium, antequam probent, 1063.p.
pro Testium concordia, 279.f.
de Testium intentione si non appareat, quid obseruandum, 1063.m.
Testimonium nurus contra socerũ non dicit, 367.m.
à Testimonio ferendo is repellitur, qui habet plures meretrices, 727.f.
Textores, qui, 900.f.
Theorica est ensis sine rectore, 534.f.
Theriaca quid, 1034.p.
Thesaurus rei appellatione continetur, 59.m.
Thlasiæ qui, & vnde dicantur, 674.m.
Thlibiæ qui, & vnde dicantur, 674.p.
Tholosana consuetudo circa dotes, 1066.p.
Tibialia veniunt vestis appellatione, 671.f.
Tigni nomen vnde, & quid eo contineatur, 438.
Tignarij fabri qui, 439.p.
Timidus quis, 396.p.
Timor, metus & trepidatio idem, 396.p.
Titulus pro libri inscriptione, 861.m.
ad Titul. quod metus causa, 180.f. & 346.f.
ad Titul. de const. pecu. 49.f.
ad Titulum de heredit. vel actio. vend. 203.p.
ad Titulum soluto matrimonio, 1065.f.
ad Titul. de collat. bonor. 402.p.
ad Tit. vnde liberi, vnde agnati, vnde vir & vxor, 413.m
ad Tit. vt ex legib. senatusve consul. bon. poss. det. 997.f.
ad Titulum, quæ in fraudem creditor. 181.p. & 228.m.
ad Titul. vi bonorum raptorum, 347.p.
ad Titul. de liberis exhibendis, 348.m.
ad Tit. de glande legenda, 260.p. & 309.m.
Titulus de verb. signif. cur in fine situs sit, cum ab initio sit docendus, 4.p.
ad Tit. de prohibit. sequestratio. pecu. 49.f.
ad Titulum de mendicant. validis, 217.f.
Τόκος, Græcis vsura, 653.m.
Tolerare quid, & quot modis sumatur, 901.p.
Tolerare, pro cum quadam parsimonia viuere, 901.m
Tolerantia an det ius, 901.m.
Tollere quid, & eius phrases, 1078.p.
Tonitrua quomodo repellantur, 113.p.
Torcular, 912.m.
Torcularium genera, 912.f.
Torcularius, 912.m.
Tortura inchoanda ab eo qui turpe nomẽ habet, 72.f.
Toties, quoties, quid, 288.f.
Totum & omne quid differant, 75.p.
Τόξον, & τόξευμα quid, 1016.f.
Tractare quid, & quot modis accipiatur, 91.m.
Tractare plena manu, 122.f.
Tractatores, qui, 92.m.
Tractatus, quid proprie, ibidem.
Tractatus pro quæstione, 92.p.
Tractoriæ quæ, 92.m. & 992.m.
Tradens bonafide rem ei, cui non debet, liberatur cedendo actiones, 618.p.
Traditio nuda quæ, 656.f.
Traducere, quid, 344.m.
Trahere, quot modis sumatur, & eius phrases, 622.p.
Traiectæ merces, 851.f.
Traiectitia pecunia, 50.f. & 851.f.
Trames quid, 758.p.
Transacta & finita quæ dicantur, 999.f. & 1000.m.
Transactio quid, 1002.f.
Transactio largè quomodo sumatur, 1003.f.
vt Transactio locum habeat, quot requirãtur, 1013.m.
Transactio non proprie dicitur contractus, 175.p.
Transactio vim alienationis habet, 223.m.
Transactio impedit retractationem calculi, 400.m.
Transactio prohibetur in spiritualibus, 661.p.
Transactio dupliciter sumpta, 1002.f.
Transactionem non fieri de re certa, 1003.m.
Transferre quid, quot modis accipiatur, & eius phrases, 913.f. 914. & 915.
Transfigurare, 120.p.
Transfigere quis dicatur, 1000.p. & 1002.f.
Transfigendi verbum vt sumatur specialiter, & generaliter, 10200.p.
Transfungere, quid, 877.m.
Translaticium, vel translatiuum, 915.f.
Translatio pro metaphora, 915.m.
Translatio festi quid operetur, 914.p.
Translatio quid ex iure Pontificio, 915.f.

de Transl

de Translatione legatorum, 914.p.
Translatiue, pro defunctorie, 915.f.
Transmittere, quid, & eius phrases, 230.m.
Transmissio, 230.m.
aduersus transmissionem hereditatis peti potest restitutio, 744.f.
Transportare, 424.m.
Trebatius iurisconsul. 760.p.
Trepidatio, metus, & timor idem, 396 p.
Tribuere quot modis sumatur, & eius phrases, 220.f. & 221.p.
Tribunal quid, & vnde dictum, 221.m.
Tribunal castrorum, 221.m.
Tribuni ærarij, 762.m.
Tribus vrbanæ, 875.p.
Tributio quid, 221.m.
Tributoria actio, 221.m.
Tributum quid, & vnde, 149.m. & 219.p.
Tributum cur inuentum, & talliæ, 149.f.
Tributum capitis, 221.f.
in Tributum vocari, 69.p.
Tributum vbi colligi debeat, 1061.p.
Tributarius ager, 221.m.
Triclinium, quid, 787.p.
Triclinaria vestimenta, 787.p.
Triclinarius minister, 787.p.
Triticaria cur nõ detur pro pecunia mutua, noua ratio, 393.m.
Triticum quid, & eius genera, 501.m.
Trochlea, quid, 1069.f.
Trulla vasis genus, 829.m.
Trulla, instrumentum cæmentariorum, 829.f.
Tugurium quid, & vnde dicatur, 820.f.
Tuguriolum, quid, 821.p.
Tunc dictio quid denotet, 124.f. eius vtilitates, 125.p.
Tunc extremitatem temporis quando significet, contra doct. 124.f.
Turbam quot faciant, 529.f.
Turpe, quid, & eius phrases, 319.p.
Turpe & inhonestum quod est, facere nõ possumus, 667.m.
Turpis causa, 319 p.
Turpis persona quæ dicatur, 319 m.
Turpi instituta persona quando querela agi potest, & quid in filio meretricis, 319.f.
Turpiter, 320.p.
Turpitudo, 319.m. & 320.p.
Tutelæ nomine quid significetur, 970.m.
à Tutela excusatur morbo laborans, 626.p.
Tutela ad eum peruenit, ad quem hereditas, 645.f.
Tutelæ damnatus quomodo sit idoneus, 322.m.
Tutelam ad proximum deferri, 557.p.
in suam Tutelam quando dicatur peruenisse pupillus, 970.m.
Tutelas constituere quibus datum, 650.f.
Tutoris nomen vnde deriuetur, & quid eo significetur, 967.f.
Tutor pecuniam pupilli ad suos vsus conuertere non debet, 50.m.
Tutor an tam locuples quã pupillus esse debeat, 322.p
Tutor impar oneri quando dicatur, 322 m.
Tutor personæ & rebus datur, 377.p.
Tutor contutori vel satisdat, vel satisfacit, 416.m.
Tutor res minoris inutiles alienare potest, 527.m.
Tutor quando ædificium ruens reficere non tenetur, 528.p.
Tutor quando debitum pro pupillo exigere non teneatur, ibid.
Tutor si non sit soluendo, solet dari actio in eum qui collusit, 629.f.
Tutor si fecerit, ne missus in possessionem vtatur, actio datur in pupillum, ibid.
Tutor in tutelæ iudicio quid præstare teneatur, 985.m.
Tutor in prædiis comparandis quid præstare teneatur, 985.
Tutor falsus quis, 971.m.
Tutor incertus non datur, 302.m.
Tutor legitimus, quis, 969.f. à quib. eligatur, quando successio in duo latera diuiditur, 972.p.
Tutor in litem non iurat, 136.m.
Tutor inuentarium quando non conficit, descriptionem bonorum facere tenetur, 527.f.
Tutor temporarius, 86.p.
Tutor testamentarius, 969.f.
in Tutore quæ requirantur, 971.p.
in dando Tutore quæ consideranda, ibid.m.
cum falso Tutore gestum non valet, ibid.f.
contra Tutorem qui pecuniam pupilli otiosam reliquerat, arestum, 50.m.
Tutorem ad vsuras non teneri, 653.m.
Tutorem filiabus qui dat, & posthumis dedisse videtur, 775.m.
Tutorem habenti quando tutor dari potest, 971.m.
Tutores an satisdare debeant, 433.p.
Tutores qui constitui possint, 651.p.
Tutores dans filiis, & filiabus dedisse censetur, 654.p.
Tutores dans non expresso filij nomine, omnibus dedisse videtur, 654.p.
Tutores datiui, 970.p.
Tutores honorarij, 970.p.
Tutores & curatores qui satisdent, 1020.p.
Tuus, a, um, pro nomen quid denotet, 555.f. & 1062.f.

V V

VAcare, quid, quot modis sumatur, & eius phrases, 249.m.
Vacans episcopus, 250.p.
Vacans mulier, 250.p.
Vacatio militiæ, 249.m.
Vacatio sub iure regali facta, sine effectu, 783.p.
Vacuus locus, 250.m.
Vacuum ministerium, 250.f.
Vacui nummi, 250.m.
Vacua possessio, 250.p.
Vacua prædia, 250.m.
Vacuum tempus, 250.f.
Vacua traditio, 250.m.
Vagari nocte, contra naturam, 790.f.
Valetudine laborans aduersa non tenetur comparere in synodo, 625.m.
Valetudinarij læsi pendẽte morbo, restituuntur, 625.f.
Varices, 926.p.
Varicosus, quis, 926.p.
Vasorum denominatio vnde sumatur, 913.m.
Vasorum genera, 912.p.
Vasa Corinthia, 912.m.
Vasa crystallina, 518.m.
Vasa potoria, 325.f.
Vassallus quando expelli possit, 146.p.
Vassallus an possit syluam cædere, 240.f.
Vassallus non est sasitus, 453.p.
Vassallus famam domini tueri etiam debet, 602.f.
Vassallus mei vassalli non est meus vassallus, 606.f.
Vassallus, qui vxorem sui domini cognouit, priuatur feudo, 677.m.
Vassallus quid efficere debeat, 747.f.
Vassallus non debet quid contra dominum facere, 846.p.
Vasorum quid, 912.m.
Vascularius, 912.m.
Vbi dictionis variæ acceptiones & phrases, 896.f.
Vbicunque dictio quot modis sumatur, 897 p.

Vectationis modum Romæ quis primus inuenit, 902.f.
Vectiarium,quid, 829.m.
Vectigal quid, 149.p.& m.
Vectigal quotuplex, 157.m.
Vectigal cui liceat imponere, & quare inuentum sit, 149.f.
Vectigal solitum ponte destructo an in nouo recipi possit, 150.p.
Vectigal an præscribi possit, 157.p.
Vectigal portus quibus debeatur, & qua ex causa, 158.p.
Vectigal portus Rex accipit, 421.m.
Vectigal de quibus solui non debet, 898.f.& 901.m.
Vectigal colonarium, 1058.m.
Vectigal pendere, 150.p.
Vectigalia publica quæ dicantur, 157.p.
Vectigalium & impositionum inuentores taxantur, 149.f.
Vectigalia vel collectæ institui non debent inconsulto principe, 933.f.
Vectigalis actio, 149.p.
Vectigales agri & non vectigales qui dicantur, 149.p.
Vectigales socij, 149.p.
Vectiones quid, 829.m.
Vectores serui, 902.f.
Vel dictionis vis & potestas, 285.f.& 286.p.
Vel dictio inter quæ ponatur, 679.p.
Velleianum senatusconsultum, 931.m.
Velo leuato quid, 356.f.
Velut & veluti dictiones,& earum vtilitates, 129.p. & 229.m.
Vestimento legato quid comprehendatur, 334.m.
Venales res quæ sint, 158.p.
Venalitiarij,qui, 921.f.
Venalitius, 922.p.
Vendens rem eâdem in duob.diuersis contractib.falsi pœna punitur, 326.p.
Venditio iuris quod quis habet in re,an valeat, 302.f.
Venditio perfecta tribus modis dicitur, 711.f.
Venditio nuda & imaginaria, 657.f.
Venditio simplaria, 468.f.
Venditio simplex, 468.f.
Venditionis verbo an contineatur omnis alienatio, 225.m.226.& 227.
Venditione prohibita alius contractus non prohibetur, 226.m.
in Venditione quid præstetur, 984.f.
in Venditione bonorum actiones contineri, 556.p.
Venditor fundi,exceptis anni fructibus, syluam cædit, 241.m.
Venditor idoneus, 324.p.
Venditor vltra dimidiam deceptus censetur,quamuis ipse vltra dimidiam receperit, 483.m.
Venditor, quanto minoris, vel ad interesse quando teneatur, 554.m.
Venditor potest rem venditam retinere pro pretio, 638.m.
Venditor tenetur de suo facto & de suo auctore, 670.m.
Venditor hominis quid præstare debeat, 747.m.
Venditor rem venditam,necdum traditam, iure dominij non habet, 834.m.
Venditore decepto vltra dimidiam si addatur, si res pluris esset, se donare, quid comprehendatur, 850.p.
Vendomia familia, 863.p.
Veneni nomine quid contineatur, 1032.f.& 1033.f.
Veneni nomen vnde dicatur, 1033.p.
Veneni nomine in vsu communi quid intelligatur, 1033.f.
Venenum bonum & malum, 1033.p.
Veneni mali non contrahi emptionem, 1033.p.
Veneno occidere,plus esse quam gladio, 1033.m.
Venire quomodo accipiatur, & eius phrases, 784.p.
Venire diem & cedere quid differant, 926.f.
Venire in rem præsentem, aliud esse quam Budæus putet, 56.f.
Venisse ad heredem quid dicatur, 784.p.
Venire rem in potestatem domini quomodo accipiatur in lege Atinia, ibid.
Venter quid,& quotmodis sumatur, 749.m.
Ventre matris exfecto natus quibus priuilegiis gaudeat, 698.p.
Ventre matris exfecto editus agit querela testamenti inofficiosi,& ad retractum, 698.p.
Ventosus dies, 31.f.
Verba significant,res significantur, 5.m.
Verba proprietatem denotantia, 20.p.
Verba propriè significantia quando improprietatem denotent, 21.m.
Verba sequenda cum de eis apparet, 75.
Verba & mens si pugnant, neutrum seruandum, 76.p.
Verba præsentis vel præteriti temporis ad futurum non extenduntur, 83.p.
Verba vniuersalia futurum denotant, 84.p.
Verba præteriti plusquam perfecti, subiunctiui & optatiui,de futuris etiam intelliguntur, ibid.m.
Verba quomodo intelligi debeant, 233.p.
Verba quomodo intelligenda sunt, 387.p.
Verba generalia, 441.m.
Verba factum significant,nomina ius, 469.
Verba transposita non idem significant, 507.f.
Verba denotantia exempla, 512.m.
Verba in dubio quomodo intelligenda, 803.p.
hæc Verba,is ad quem ea res pertinet, quem denotet, 823.m.
Verba cur nonnunquam menti præferantur, 958.m.
Verba iactatoria non obligare, 994.f.
Verbo significationem propriam vsus dare potest, 5.f.
Verbo eodem quis potest vti pluries in eadem lege vel oratione, 670.f.
in Verbis quatuor consideranda, 5.f.
ex Verbis legis,seu sententia,quid, 75.p.
Verbis contrahentium voluntas cur semper præferatur, 958.p.
Verborum ampla significatio quomodo restringatur, 802.f.
Verborum significationis varietas, 821.p.
Verberare & pulsare quid differant, 929.f.
Vereor, quomodo sumatur addita negatione, vel non addita, 1037.p.
Verriculum quid, 1072.m.
Versutia quæ, 977.m.
Versutus quis dicatur, 977.m.
Verum quid, 809.m.
Verum pro æquo & iusto, 941.p.
Verum pro sed, 940.f.
Vestalium ignis nouus quando accendebatur, 577.p.
Vestiarium quomodo capiatur, 673.m.
Vestis vnde dicatur, & eius appellatione quid contineatur, 672.p.
Vestis funebris quæ, 673.m. Tragica, ibid. Citharœdica, ibid.
Vestis scenica quæ, ibid.
Vestem talarem quis inuenit, ibid.
Vestes vxoris pretiosæ à marito retinentur ea mortua, 672.m.
Vestes alicui legatæ debentur pro dignitate personæ, 673.p.
Vestes aureæ & purpureæ prohibitæ omnibus, exceptis Principibus, ibidem.

Vestium varia genera, 672.& 673.
sine Vestibus an quis viuere possit, 329.p.
Vestibus muliebribus legatis veniunt vestes puellarum & virginum, 672.f.
Vestimentorum generalis diuisio, 673.f.
Vestimenti appellatione venit scissum,licet non consutum, 66.m.
Vestimenta quando famulis debeantur, 329.p.
Vestimenta sacra detrita comburi debent, 671.m.
Vestimentis legatis omnia continentur, 672.m.
Vexare quid, & quomodo sumatur pro materia, in qua profertur, 1013.p.
Vexare annonam,pro attentare, 1013.m.
Vexatio corporis, 1013.f.
Via,quid,& eius phrases, 757.f.& 759.p.
Viarum genera, 758.m.
Via pro remedio & ratione, 759.p.
Via strictè sumpta, 758.p.
Viæ latitudo, 758.m.
Via Prætoria, 872.p.
Viæ priuatæ,quæ, 1049.m.
Viam publicam reficere qui teneantur, 759.m.
in Via publica seu priuata delicti perpetrati cognitio ad quem pertineat, 759.m.
Via recta, 490.m.
Via vicinalis, 758.m.& 1060.p.
Via vrbica, 875.p.
Viaticulum,quid, 759.p.
Viaticum quid, 758.f.
Viatores qui, 758.f.
Viator,qui iter agit, 758.f.
Viatorius, 758.f.
Vicanei qui, 1060.p.
Vicarius seruus, 789.p.
Vicarius in iure Pontificio quis, 789.p.
Vicarius reuocari semper potest, 132.f.
Vicatim quid, 1060.p.
Vice,quid,& eius phrases, 339.f.
Vicinales viæ, 758.f.
Vicinæ fama facit cessare bonam fidem, 620.p.
Vicinus quis, 1059.f.
Victualium nomine quid contineatur, 326.m.
Victus nomine quid veniat, 328.m.329.& 331.m.
Victus quotidiani nomine quid veniat, 328.m.
Victus hominum propriè,non equorum, ibidem.
Victus & vestes pro qualitate personarum dari debent, 329.p.
Victus quando à primario collegij debetur,an de me dicinis intelligi debeat, 332.f.
Vicus pro via, 1059.f.
Vicus pro domorum congerie, 1060.p.
Videre,negatiue sumptum, 1037.m.
Videri,quid denotet, 291.p.
Vidua quæ dicatur, & vnde illud nomen deducatur, 1075.
Viduæ appellatione quando virgines contineantur, & quando non, 1076.f.
Vidua mortuo marito quid retineat, 1077.p.
Viduam qui desponsat,ad eius debita tenetur, 1077.p.
Viduarum priuilegiis quæ præter eas gaudeant, 1077.p.
Viduitatem puellæ an possit testator indicere, 867.m.
Viduo,as,are, 1077.p.
Viduus,a,um, 1077.p.
Villa quid, & vnde dicatur, 216.m.872.p.& 874.f.
Villa ex communi vsu quid, 23.m.
Villa rustica quæ, 874.f.
Villa trifariam dicitur, 874.f.
Villa suburbana, 875.p.
Villa vrbana, 874.f.
Villica,quid, 788.p.
Villicari,quid, 788.p.
Villicatio,quid, 788.p.
Villicus quis, 787.f.& 900.p.
Vinculorum appellatione quid contineatur, 940.m. & 989.f.
Vincula publica,& priuata, 990.p.
Vincula pro ligaminibus, 991.f.
in Vinculis esse quid, 990.p.
Vindicare quid, 121.m.
Vineæ nouelletæ, 795.m.
Vineæ pedatæ, 795.p.
Vinum fugiens, 996.m.
Vinum operarium, 452.m.
Vinum pendens, 913.p.
Vir excludit fœminam, 18.p.
Vir quando vxorem dominam vocare debeat, ibid.f.
Vir bonus pro iudice, 490.f.
Vir legitimus apud Stoicos quis dicatur, 680.p.
Viri fœmineino nomine vocati irrisionis causa, 18.f.
Viri boni faciles vt decipiantur, 491.p.
Virgo quid, 114.p.
Virilia quid, 732.f.
Viriis nomine quid contineatur, 731.f.& 732.
Virilis in legatis quid denotet, 732.m.
Virilis pars, 779.p.
Virilis portio, 402.f.
Virilis sexus, 402.f.
Viriliter exequi, 732.f.
Virus pro homine malo, 1042.m.
Vis quid,& quot modis dicatur, 346.p.
Vis atrox, 346.m.
Vis legis,quid, 939.m.
Vis maior quæ sit,& quotuplex, 262.p.& 346.f.
Vis publica & priuata, 1049.p.
Vitium & morbus quid differant, 594.f.
Vitis gestamen centurionum, 908.p.
Viuere in diem, 31.m.
Viuentis hereditas non dicitur deferri, 744.m.
Vix, 227.p.
Vllus,a,um, 97.p.
Vlua, 38.p.
Vlua,quid, 767.p.
Vltra inclusiue accipitur,& exclusiue, 368.m.
Vltra dictio quibus iungatur, 700.m.
Vltro, 368.f.
Vltro competit actio,quid, 368.f.
Vltro citróque dictiones,& earum phrases, 176.p.
Vna dictio, 280.m.& 906.f.
Vnde dictio quid denotet, 413.p.
Vnicus quid significet, 310.p.
Vniuersitas personarum triplex, 204.f.
Vniuersitas bonorum seu rerum, 204.f.
ab Vniuersitate,& ciuitate immediatè ad senatum appellatur, 144.p.
Vniuersum pro omni, 204.f.
Vnus,a,um, 906.f.
Vocare quot vsurpetur modis,& phrases, 69.p.
Vociferatio,quid, 69.m.
Voluntas testatoris per alium potest explicari, 78.p.
Voluntas vltima nomine alienationis continetur, 224.f.
Voluntas & licentia quid differant, 390.p.
Voluntas vltima in genere, 441.p.
Voluntas constans, 442.
Voluntas contraria vincit primum actum, 542.m.
Voluntas contrahentium subtilitate nimia non debet impediri, 683.f.
Voluntas iure diuino punitur, 995.m.
Voluntas sine adiuncto quid denotet, 963.m.
Voluntatem contrahentium verbis semper præferri, 958.p.
Votum,quid, 1014.p.
Votum ex Cic.definitione, 1014.m.
Vota quomodo olim concliperentur, 1014.p.
in Votis quid debeamus expetere, ex Socrate, 1014.f.

Vrbanus pro facceto, 875.m.
Vrbani qui, 785.m.
Vrbare quid, 1059.p.
Vrbicus,a,um, 875.p.
Vrbis nomine quid veniat de vsu communi, 22.p.
Vrbis nomen vnde dicatur, 21.f.& 1059.p.
Vrbs,ciuitas & oppidum quid differant, 1059.m.
Vrbs Roma, siue Romana si dicatur, quid intelligatur, 25.p.
Vrbis proprium nomen,& vrbem tantum nominare, quid importet, 533.f.
in Vrbis continentibus quod sit, in ipsa vrbe censeri fieri, 710.p.
Vrbum quid, 1059.p.
Vrinare, 916.f.
Vrinatores, 916.f.
Vruare, vide Vrbare.
Vsque dictionis vis ac potestas, 877.f.& 878.
Vsqueadeo, 878.f.
Vsquequo, 878.f.
Vsuarius cautionem præstat, 211.p.
Vsucapere,quid, 222.f.
Vsucapio quid,& eius definitio, 222.f.& 604.f.
Vsucapio triennij quomodo computetur, 579.p.
Vsura quid,& quot modis vsurpetur, 653.p.
Vsura & fructus quid differant, 652.f.
Vsura quando committatur, 49.m.
Vsura est deducere antidoralem obligationem in pactum, 101.f.
Vsura si promittatur,nunc non debetur, 652.f.
Vsura non computantur inter fructus, ibidem,f.
Vsuræ vicem fructuum obtinent, 653.m.
Vsuræ legitimæ, 679.f.
Vsuræ nauticæ, 1070.f.
Vsuræ nouæ, 255.p.
Vsus quot modis accipiatur, 1078.p.
Vsus quis propriè dicatur, 210.p.
Vsus & possessio quid differant, 635.m.
Vsus nudus, 657.f.
Vsui sui causa paratum cum legatur, amici etiam veniunt, 988.p.
ad Vsum donata re proprietas an donata censeatur, 504.f.
ad Vsum ducere quid, 894.f.
Vsus loquendi & vtendi, 760.p.
Vsus loquendi verba interpretatur, 2.f.
Vsus communis attendendus, 23.f. interdum non probandus, 106.m.& 507.p.
Vsus communis Franciæ quoad fœminas, 112.p.
ad Vsum pecuniæ tria requisita, 52.m.
Vsusfructus diuisio, 206.p.
Vsusfructus causalis & formalis quis, ibidem.
Vsusfructus rem concomitans, ibidem,m.
Vsusfructus quando dominij pars, ibidem,f.
Vsusfructus pars rei,non dominij, 207.f.
Vsusfructus ab vsu quid differat, 210.p.
Vsusfructus quomodo æstimetur, 211.m.
Vsusfructus nomine totus continetur, 427.p.
Vsusfructus diuiditur,vxore instituta vsufructuaria,si alij instituantur heredes, 656.p.
Vsusfructus repetitus quando censeatur, 1024.p.
Vsufructu vxori legato,an protocolla veniant, & pecunia ex eis redacta,ex vsu forensi, 363.p.
Vsufructuarius an dominus dici possit, 209.f.
Vsufructuario alienare prohibito censetur relicta proprietas, ibidem.
Vsufructuarius laudimia soluere non debet, ibidem.
Vsufructuarius qui dicatur, 211.p.
Vsufructuarius an soluat debita, ibidem,m.
Vsufructuarius syluam cæduã cædere potest, 240.m.
Vsufructuarius an thesauros habere debeat,& quid in viro, 363.p.
Vsufructuarius an cogatur domum reficere, 537.m.
Vsufructuario non debetur vsus nominum, 562.p.
Vt quot modis sumatur, 901.f.
Vter dictio, 214.p.& 896.m.
Vterque, 213.f.
Verus quid, 749.m.
in Vtero qui est,quando pro nato habeatur, 748.f.& 770.p.
is qui in Vtero est,matris condemnationem non patitur, 770.p.
in Vtero qui sunt,superstites quomodo dicantur, 1004.p.
Vterinus, 749.m.
Vti particula quibus modis accipiatur, 555.p.
Vti optimus maximúsque est adiectio, quomodo in contractibus accipiatur, 795.f.
Vti,verbũ,quid significet,& ad quid referatur, 555.m.
Vti frui, 555.m.
Vti suo iure, 647.p.
Vtile quid, 827.f.
Vtilis actio,vide Actio vtilis.
Vtilitatis nomine quid contineatur, 523.m.
Vtilitas publica quot modis consideretur, 1051.p.
Vtilitas nuptiarum publica, 1051.m.
Vtiliter agi, 523.f.
Vtique, 555.m.& 575.p.
Vtpote,pro vtputa, 854.m.
Vtrubi interdictum vnde dicatur, 751.f.
Vtrum pro nunquid, 896.m.
Vtrumne, 214.p.& 896.m.
Vuæ Apianæ, 907.f.
Vuæ duracinæ,purpureæ, 907.f.
Vua morbus, 908.p.
Vulgaris & vulgare quid,& eius phrases, 773.f.
Vulgaris substitutio,vide Substitutio.
Vulgi sermo in contractibus attendi debet, 773.p.
Vulgo concepti,qui, 773.m.
Vxor post mortem mariti, eius anulo non signat, 491.f.
Vxor lucratur dotem tam primi quam secundi mariti, 543.p.
Vxor hodie repudiari non potest, 593.f.
Vxor mortuo marito remanere potest in domo mariti,donec ei soluta sit dos, 638.p.
Vxor est de viri familia, 858.p.
Vxor ignominiosa, 888.f.
Vxor iusta, 888.f.
Vxor legitima, 679.f.
Vxor mercalis, 320.p.
Vxor vulgaris quæ, 773.f.
Vxoris adulterę homicidium an sit impunitum, 68.m.
Vxori virum relinquere non licebat olim, 593.m.
Vxorem prægnantem relinquens non dicitur sine liberis, 732.p.

X X

Xenophilus sine morbo centum annos vixit, 595.m.& 772.f.

Z Z

Zasij opinio reiecta, 158.f.

FINIS.

ERRATA OPERARVM ALIQVOT.

Pagina 4.vers.Rubr.lege Paul.82.v.ὀλεϱ. ὀλεϱῶς.112.v.vsurp.ἀποθανῆ.349.v.Tertio.vocando.394. v. Creditor.submoueri non potest.398. v. Eurip. pro Euripides lege Homerus.411. v. Magist. Magisteriani.439. v.Et concl.damno.470.v.arbitra.definire.477.v.atque index.497.v.Frugem.quod ex frumentis.538.v.dum. reditus. itémque seq.vers. & alibi quoties per duplex d,hoc sensu legetur.551.v.duntur.ὦχυσὲ.585. v. 428.instrumentum. 605.v.illud.τέκνον.& vers.sequenti duobus locis.621.v.supra.lege sic:tamen reditus supra reditum imponi potest, & tunc primus reditus prius soluetur.636.v.Burg.post des,adde,censes. 663. v. opera. ὠφλων 674. v. admodum. ἀπὸ τῆς θλίβεω. 741. v. secundus.non adiecto certo tempore,tunc intelligitur,si alius non soluat.ergo erit debitor, &c. 832.v.nem.verbum.895.v.Item.Idem.911.v.cap.elucidatur. 915. v. Translat. Translaticium. 918.v.Eu ἰδία. quod aliud est esse tale. 925.v.dicitur.condict.947.v.ff.de vi.pro de vi pub.de rit.nupt. 962. v.militiæ. Christiana. 1025.v.licet.graniorem. 1066. v.quid.compereris. 1068. v. Et qui. Ofelle. Si quæ sint alia,quæ nos fugerint, tuum erit, Lector candide, non indignè ferre, quin potius nostrum hunc laborem, quantusquantus est,æqui bonique consulere.